ni quattuor

ommentarij, a

iterrio de

ni quattuor
ommentarij,a
uterrio de

In ſacroſancta Ieſu Chriſti quattuor Euangelia, Doctiſſimi, & vberrimi Commentarij, a Perq̃3 Reuerendo Patre fratre Guterrio de Trejo Placentino ordinis minorũ Almæ Prouintiæ Sancti Michaelis compoſiti, & in lucem nũc primum editi. In quibus ſacrorum Doctorum ſententiæ diſcutiuntur, & pernicioſae quorundã interpretum aſſertiones reuincuntur.

Adiectus eſt etiam locupletiſſimus index Euangeliorum, materiarum, & locorum, quę ex ſacris biblijs exponuntur.

Omnia Eccleſiæ iuditio ſubmiſſa ſunto.

HISPALI.
Excudebat Petrus de Luxan Tipographus. Anno. 1554
Cum priuilegio.

El rey.

POr quanto vos fray Gutierre de Trejo Guardiā del monesterio de sant Francisco de la ciudad de Trugillo me hizistes Relacion q̄ vos con mucho estudio & trabajo de vuestra persona auiades hecho y escrito vn libro sobre los quatro Euāgelios, muy catholico, y de mucha autoridad & tal que conuenia al seruicio de Dios nuestro señor, que se imprimiesse por ser muy prouechoso, & me suplicastes vos diesse licēcia para que lo pudiessedes imprimir & vender, & que por tiempo de diez años no lo pudiesse imprimir otra persona alguna, sino fuere con vuestro poder, o como la mi merced fuesse. E yo acatādo la dicha obra ser vtil & prouechosa, tuuelo por bien. E por la presente vos doy licēcia, & facultad para que vos, o la persona que para ello vuestro poder ouiere, podays imprimir el dicho libro, por tiempo de diez años primeros siguientes, que se cuenten desde el dia de la fecha desta mi cedula, durante los quales, mando que otra persona alguna, sin vuestra licencia, no pueda imprimir el dicho libro, so pena que la persona que lo imprimiere, pierda todos & qualesquier libros que ouiere imprimido, & touiere para vēder en estos reynos, & que despues que le ayades imprimido le traygays ante los del nuestro consejo, para que tasen el precio, a que cada libro se a de vender, & no de otra manera, & que enel principio del pongays esta nuestra cedula. E mando a los del nuestro cōsejo, Presidente & Oydores de las nuestras audiencias, Alcaldes d̄la nuestra casa, & Corte, Chancillerias, & a otros qualesquier juezes, & iusticias de todas las cibdades, villas, & lugares destos nuestros reynos, & señorios, & a cada vno dellos en su iuridicion, que vos guarden, & cumplan, y executen, & vos fagan guardar, & cumplir esta mi cedula, & todo lo enella contenido, & que vos no vayan ni passen ni consientan yr ni passar por alguna manera. Fecha en Valladolid, a veynte & dos dias del mes de Hebrero, de Mil & quinientos & cincuenta. Años.

Maximiliano.

La Reyna.

Por mandado de su mageſtad, & sus altezas en su nombre.

Francisco de Ledesma.

Illustrissimo ac Reuerendissimo in Christo Patri & D.D. Ferdinando de Baldes Hispalensi Archiepiscopo, & summo apud Hispanos, de rebus fidei cognitori, frater Hieronymus a Sancto Michaele minorita, Eternam optat felicitatem.

ALEXANDER ILLE MACEDO, QVI VNI uersũ pene orbẽ ſuę ſubdidit ditioni, quũ post tot adeptas victorias, deuictos reges, ꝺbellatas prouintias, euerſas vrbes, & auctũ iperiũ, iã age ret aĩam, nulla q; eſſet illi vitę reliq̃ ſpes, rogãtib⁹ amicis cui nã tot regna, vrbes, tãq; opimã reliquere hereditatẽ, reſpõdiſſe fert. Ei qui optim⁹ eſſet. ita nobis cõtigit, Archipreſul Dignissime, nã quũ inter excudẽdũ hos cõmẽtarios graui morbo, eſſet illorũ author correpť, qui eum e viuis ſubduxit: ſępi⁹ rogatus cui nã vellet ſuos labores, ſacrasq; vigilias dicari, Ei, inquit, quem optimum videritis. Cogitanti igitur mihi, cui prouintia hęc delegata eſt, cuius maxime nomine in lucem prodireut, quo & a detractoribus tuti eſſent, & ſibi legentium animos conciliarent, tu inprimis clarissime Antistes occurristi, cui doctiſſime hę lucubrationes dicarentur. Cui enim Euangelici commentarij melius dicari poſſent, q̃; viro doctiſſimo, archipreſuli Euangelico, & apostolorum ſucceſſori? Grauiſſimis q; ad id vrgebar cauſis. Etſi enĩ ſunt q̃; plures apud nos ſctiſſimi, & doctiſſimi preſules, qui tũ Reuerendiſſimę tuę dominationi pręferri poſſet: occurrit nullus. Quidquid enim is q̃ dona ſua partitur ſpũs, in ſingulos ad edificationem ecclesię cõtulit, id in te vno accumulaſſe videtur Si maiorum quis ſtẽmata requirat, ęs nobilis illa & ãtiqua Baldeſiorũ familia, e qua tu originem ducis habundat, in qua quot fuerint viri illuſtres qui noſce cupit hiſpanis hiſtorijs poterit edoceri. Si mores optet quis Euangelicos, et vere Ep̃o dignos, nõ eſt cur alibi quęrat. Ea enim morũ es prӕditus grauitate: & ſctimonia, vt te oĩbus Exẽplũ prębeas irreprehẽſibile, imitãde virtutis. Poſit⁹ enim in tãti celſitudine mõtis: ita te cõſpicuũ oĩbus oſtẽtas, vt quiuis facile ꝑpiſcere q̃at, q̃d nã ſit xp̃iane viuere. Te quippe apoſtolorũ ſucceſſorẽ nõ tã ſublimis, q̃ fulges, dignitas q̃; apoſtolici tui mores oſtẽdũt. Zelũ vero et pietatẽ: ĩ ijs quӕ ad chriſtianam religionẽ ſpectãt: maiorẽ q̃; eũ qui in te eſt, quis deſiderat? Tantus in te elucet, zelus domus dñi, vt te, Cęteris poſthabitis, Cӕſarea maieſtas ſupremũ de reb⁹ fidei cognitorẽ cõſtituẽdũ cẽſuerit. Eo aũt archipreſul digniſſime tu maiore dign⁹ videre laude, quod in ea tp̃a incideris, q̃ñ perpauci ſunt, qui preſulatu digna & dicãt, & faciãt, regnare quippe facit dñs hypocritã, teſte job: ꝑpẽ pc̃ã populi. Quot⁹. n. q̃ſq̃; ẽ, q̃ſo, q̃ ſibi cõmiſſi gregis & nõ poti⁹ emolumẽti e grege ꝓueniẽtis rõẽ habeat: at Paul⁹ nõ q̃rit mun⁹ ĩ rõe dati et accepti, ſ; gregis fructũ, nõ q̃ro, iquit, q̃ vr̃a ſũt, ſed vos. Ep̃orũ mun⁹ ẽ: vt ſacrę nos lrę docẽt: dñicũ ỹbo paſcere gregẽ et: exẽplo. Qua ꝓpt ĩ ora veſtis ſũmi ſacerdotis pẽdere ꝺbẽt cũ malogranatis: etiã tintinabula. Hic paſtor ille magn⁹ ouiũ xp̃⁹, Eccleſiaſticę Hierarchię a poſtoſtolo Petro primatũ cõceſſur⁹, nõ illũ ieiunia exercere iubet: nõ ſuper nudã dormire terrã: nõ vigilijs ſe affligere: nõ ſeſe macerare: ſed paſce: inquit: oues meas. hic enim eſt ſcop⁹ epiſcopalis functionis, Paſcere Iacob ſeruũ dñi. & Iſrael hereditatẽ eiu. Apoſtolus nõ ignorãs cõcreditũ ſibi hoc mun⁹: cӕteros hoc exercere, et docet: et iubet. Cũ enĩ a Mileto diſceſſũ pararet: Hieroſolimã ꝓfecturus: ac certus quod ãpl⁹ haud viſur⁹ eſſet faciẽ eorũ omniũ ꝑ quos trãſiuit: predicãs regnũ dı̃: vocatis illo ad ſe ab Epheſo Eccleſię preſbiteris apoſtolica vehementia hoc ipſũ inculcat dicẽs. Attẽdite vobis & vniuerſo gregi: in quo vos ſpũs ſctũs poſuit epiſcopos: regere Eccleſiã dei: quã acquiſiuit ſãguine ſuo. Et qoniã ſcio, inquit ꝙ intrabũt poſt diſceſſionẽ meã lupi rapaces ĩ vos, nõ parcẽtes gregi: et ex vobis ipſis exurgẽt viri loquẽtes ꝑuerſa vt adducãt diſcipulos poſt ſe, ꝓpterea vigilate. Cui mũeri vt ãbo illa apoſtolici ordinis eximia luminaria, nimirũ Petr⁹: & illi⁹ collega Paul⁹ ſatiſfacerẽt, alter trãſiuit, et iuiſit vniuerſos: alter pãbulauit Syriã: & Ciliciã cõfirmãs Eccleſias pręcipiẽs cuſtodire p̃cepta apoſtolorũ et ſeniorum: nimirũ nõ tãtũ verbo: ſed et Exemplo Ep̃os cõmonẽtes: vt qui ſpeculatores ĩ dei Eccleſia cõſtituti ſunt: ac appellãtur: ꝓuintię

sibi mãdatæ vigilãtissime intẽdãt, fidẽ: cõuersationem, mores: & vitã singulorũ explorẽt: examinentq́; ac prouideãt, ne alicubi quis in ea vocatione: ad quã a deo vocat⁹ est, torpescat. Nũc vero multi sũt: o miserãda tẽporũ calamitas, canes muti, vt propheta ait, imo dñs per ꝓphetã, nõ valẽtes latrare. Quũ. n. idola hæc, & nõ pastores, sua tñ quærãt: ꝑfectũ Euãgelij neglectio, fieri nequit, vt Euãgelij negociũ ꝓ'fe succedat, & vt sermo dei currat in acquisitionẽ salutis, imo: vt cõqueritur Hieremias: Paruuli petierũt panẽ, & nõ erat qui frangeret eis. Hic tua quidẽ dñatio maxime desudauit, ne gregi tuo salubris deesset pastꝰ, quod ꝓbat magna eorũ copia qui Ecclesiastæ munꝰ in hoc tuæ dñatiõi credito archipsulatu gnauiter exequũt. Quũ. n. tibi ꝑ fidi negocia hoc mũeris, quod alias fœlicissime potes, exeq̃ minime liceat, Catholicos ac doctissimos habes viros, qui plebẽ sollicite: & catholice doceant. Hinc estimo nullam in toto orbe vrbem reperiri posse, in q̃ tã sint frequẽtes cõciones, & ad audiẽdũ dei verbũ plebs sit ꝓpẽsior q̃ ĩ hac Hispalẽsi, quæ tuæ metropolis sedes & caput est: q̃ quidẽ omnia pastoralis curæ argumẽtũ ẽ. Quãta aũt sedẽs dissiparis mala, testãtur explosæ ab Hispanis regnis pꝰte hæreses, cõbusti hæretici: & expurgati ab hæresũ maculis codices. Si. n. Hispania fidẽ, quã ab orthodoxis prĩbꝰ accepit inter õnia xp̃ianorũ regna vel maxime tenet, si ecclesiasticũ cultus ceremonias inmutabiliter obseruat, si in omnibꝰ Romanæ Ecclesiæ obtẽperat, deniq; si tota pulcra ẽ. nec vllis ẽ heresũ maculis respersa: hoc tibi vni: Archipastor dignissime, dbetur, quippe qui luporũ truculẽtã rabiẽ ab ouili Xp̃i sẽ parceas: & illorũ impiã reprimas ĩpudẽtiã. Ep̃orũ etiã est paupes fouere, & de xp̃i patrimonio illius mẽbris ꝓuidere Qua ꝓpter Augus. in epistola ad Bonifaciũ, Procuratores rerũ Ecclesiasticarũ Ep̃os vocat. Et in d̃ ciuitate dei ait. Ep̃s nomẽ ẽ opis: nõ honoris, Grecũ ẽ. n. atq; in d̃ ductũ vocabulũ, quod ille q̃ pficit, eis q̃bꝰ pficit, supĩtẽdit, curã scilicet eorũ gerẽs: vt intelligat nõ se esse Ep̃s q̃ præesse dilexit, nõ ꝓdesse. Si igitur paucissimi nũc inter ep̃os reperiuntur qui gregi suo ꝓdesse curent: facile quiuis intelliget: verũ esse illud Hieronymi ad Heliodorũ dicẽtis: quia nõ oẽs ep̃i, ep̃i sunt. Nã is tñ euãgelicꝰ ẽ pastor: qui sua oblitus, ea q̃ gregis sunt: curat: paratꝰ exẽplo Pauli, ꝓ illis: si illorũ salus id exigat: supimpẽdi, quia bonꝰ pastor animã suã ponit pro ouibꝰ suis. Verũ hic iã q̃ritur inter dispẽsatores vt fidelis quis inueniat. Piget ꝑfecto me, ac pudet aliquotũ referre socordiã: cõcrediti muneris lethæam obliuionẽ: & bonorũ crucifixi decoctionẽ. Alij canes alũt et accipitres: alij equorũ multitudine gaudẽt: alij histrionibꝰ sese oblectãt: alij militibꝰ cõstipati incedũt: alij ãplissimas domꝰ tãq; nũq̃ morituri: in terra edificãt: edificata diruũt: mutãtes q̃drata rotũdis: cũ interĩ paupes fame pereãt: viduæ inedia cõsumãtur: virginũ pudicitia ob egestatẽ nimiã piclitet, et esuriẽtes pupilli penitꝰ cõtabescãt. Lõge tibi quidẽ, Euãgelice pastor: alia sẽp sẽtẽtia fuit: qui ita ouiũ cõmodis inseruire studuisti, vt tua penitꝰ negligas. Quidã sibi d̃ decori ducũt, si veterũ prũ sẽp vestigijs inhæreãt, tu vero tales tibi mores impasti: qui maxime ab horũ vita dissẽtirẽt: et q̃tũ fieri posset: ad apostolicã normã sese coaptarẽt. Quis igr̃ aĩum istũ vere xp̃ianũ ĩ tãto Antistite nõ admiret: suspiciat: et laudet: quis igr̃ hominũ qui viuũt: ĩstitutũ istud: et sctũ; et apostolicũ nõ deosculetur? Quã fidelis vero sis ac prudẽs dispẽsator bonorũ xp̃i: aniꝰ iste tuꝰ tã in paupes xp̃i sãguine redẽptos ꝓpẽsꝰ manifestat. manifestãt largissimæ in monachorũ: ac virginũ cœnobia eleemosynæ: in viduas: in virgines: in pupillos: ĩ õnes deniq; pauperes collatæ, quibꝰ tu omnibꝰ stipẽ subministras. Te monachi patronũ habẽt et ꝓtectorẽ. viduæ tuo fouẽtur nomine: Pupilli se prẽ destitutos: te viuo: nõ sentiũt, grex te gloriat pastore. Oẽs te vere Antistitẽ: vere pastorẽ: vere prẽm: vere Ep̃m suspiciũt et laudãt. Talẽ igit ac tãtũ Patronũ sibi hij cõmẽtarij dposcũt. Tu igitur Reuerẽdissime archipastor hilari frõte suscipe: foue: et si opus fuerit d̃fẽde: eos qui illustrissime tuæ dñationi sese et dedũt: et offerũt. Securi prodeũt: nec zoilos verẽt. sciunt enim cuius se ꝓtectione tueant. Quũ igr̃ nõ ignorẽ quã ex aĩo rebus Euãgelij ac fidei faueas: sat scio q̃ hũaniter hos cõmẽtarios d̃ rebus fidei agentes: pios: ac doctos sis suscepturus. Tuis igr̃ auspicijs: Archipsul dignissime: tãdẽ in lucem prodeunt. Quem nobis: imo orbi vniuerso: diuina maiestas seruare dignetur. Valeat Reuerendissima tua dominatio: e Frãciscano: quod apud Hispalim est; cœnobio idibus nouembris. Anni millesimi quingentesimi quinquagesimi quinti.

Fratris Hieronymi a sancto Michaele minori
tæ in sequentes authoris Commentarios Prologus.

MVLTVM AC SAEPE COGITAVI, CANdide lector, unde hisce nostris temporibus tanta vniuersum pene christianum orbem repleuerit calamitas, vnde tam sęua sit oborta tempestas, quę Petri nauiculam, quam summergi non posse minime igoramus, tam atrociter impetit: maxime quum iam post deuictos Arrium, Sabellium, Menandrum, Manicheum, Nouatum, Valētinū, Priscillianū, Vigilātiū, Vniclepb: Iohānē Hus, & cęteros Euangelicę vnitatis Hostes, in pace nauigatura videretur, eam gubernante spū Iesu: qui illi se nunq̃ꝫ ꝺ futurū vsq̃ ad sæculi cōsumationē re, pmisit. Sed occurit q̃m aduersa ri⁹ ille diabol⁹ qui tā q̃ leo rugiens circuit, in caulā Dominici gregis satellites, ac ministros suos quorum, proh dolor, infinitus est numerus, destinare non desinit, inve stimētis ouium, quum int⁹ nil aliud sint: q̃ꝫ lupi rapaces. ij sunt pseudoapostoli, operarij sub doli, qui tantum quę sua sunt quęrunt, non quę Iesu Christi, qui sponsę Christi negocium facessere satagūt, a quibus omne viciorum dissidium, & scelerum tempestas oritur Verum inter maxima scelera, ac genera viciorum quę agrum Dominicum infelici hoc nostro sęculo repleuerunt, maxima fuit quorundam impia temeritas, qui ausi xpi inconsutilem tunicam diuidere, omnia, quibus tanq̃ꝫ sacrosanctis, ab ipsis apostolorum temporibus, vsa est ecclesia, quam spiritus paracletus: iuxta Christi promissum: docuit, in controuersiam reuocant, Nil in illa tam sanctum reperies: quod ab inimicis crucis Christi non irrideatur, calumnietur, & detur pessum. Ecclesię authoritati detrahunt, Ecclesiasticę Hierarchię primates exibilant, irrident sacerdocij dignitatem, quam ex ęquo omnibus im Christo renatis tribuunt. Augustum illud et in primis venerandum Eucharistię Sacramentum, proh infandum facinus, vellicant. Sacræ synaxeos sacrificium execrantur. Exomologesim, quam vocant auricularium, de medio tollunt, Et ne intactum quidpiam relinquant Baptismum paruulorum in dubium vocant, Christi ac sanctorum imagines comminuunt. Purgatorium ignem pertinaciter negant. Hi monachorum vota subsannant, ipsi omnes fere monachi transfugę, aut horum imitatores, aut filij. Venerationem, & cultum amicis dei qui iam sunt cum illo in cubili, tuto potientes omnium bonorum domini sui: detrahūt. De mortuis vero qui nondum ad plenum iustitię dei de contractorum hic peccatorum sordibus fecerunt satis, piorum preces & opem pro viribus suffurātur. Ieiunia, vigilias: opera bona nihil promereri apud deum, nec quidpiam conferre ad salutem comminiscuntur. Ista sunt despicientia, isto contemptu rerum tam diuinarum q̃ humanarum, vt nil nisi hereticorum figmenta, & somnia vel recipiant, vel admitant. Deniq̃ quidquid Ecclesia tanq̃ sacrum amplexatur, execrantur: e conuerso vero quod illa execratur, amplectuntur. Quę quidem omnia eo euenisse ęstimo, q̃ quidam nimium, sibi fidentes noluerint, iuxta Pauli pręceptum, in obsequium Christi intellectum captiuare, et ideo dicētes se esse sapientes stulti facti sunt. Verba etiam quę in sacris: & ab ecclesia receptis codicibus continentur: ita sunt ex suo cerebro interpretati, vt in ijs censuram ecclesię non admitant quum sola illa sit infallibilis norma scripturas interpretandi, quia illi tantum promisit Christus alium paracletū a quo doceretur omnem veritatem. ij itaq̃ non intelligentes neq̃ quę loquuntur, neq̃ de quibus affirmant, hallucinati sunt. Nec mirum quidem. Claus⁹ quippe est sacrorum misteriorum liber, vt vidit Iohānes: quem nisi agnus innocens, qui docet hominem scientiam: aperuerit, hebetat omnis humanus intellectus. Hinc de Paulinis epistolis Apostolorum vertex sic scribit. In quibus sunt quędam, inquit, intellectu difficilia: quę indocti: & instabiles depranant,

Mat. 28.
1. Petr. 5.
Math 7.
Phil. 2.
Iohan. 14
2. Cor. 10
Roma. 1.
Iohan. 14
Apoc. 5.
Ps. 93.
2. Pe. 3.

[2.Cor. 4.] ſicut& cęteras ſcripturas ad ſuam ipſorũ perditionem, quin& Paulus ait Euangelium ſuum opertum eſſe in his qui pereunt. Si igitur omnis error Chriſtiano nomine palliatus, [Auguſti.] teſte Auguſtino: non niſi de ſacris ſcripturis male intellectis oriri poteſt, inc ōfeſſo eſt, omnes hactenus hęreticos quos vnq̃ꝫ paſſa eſt eccleſia, ideo miſere corruiſſe quod noluerit ad verũ, ac certũ Eccleſię gnomonẽ ſua cõferre. Hinc tot tumult⁹, hinc tã [Mat. 16.] te furiæ, hinc tãti oborti ĩ orbe tumult⁹. Hinc bella oĩa quæ aduerſ⁹ xp̃i ſp̃õſã inſurgũt. [Luce. 22] Sed ſtat illa ſup̃ firmã fũdata petrã, p̃ q̃ xp̃s orauit: ne vnq̃ illi⁹ fides d̃ficiat. Licet igit̃ conſiſtãt aduerſus illam caſtra, & ſi exurgat prelium non timebit: nam introitum naſ[ps. 26.]centis Eccleſiæ, quum etiam vbera non haberet, creſcentis: & ętatis integrę, vna cum [ps. 120.] exitu ille cuſtodit qui non dormitabit: neq; dormiet vnq̃ꝫ, iã & Petro Chriſtus predi[Mat 16.]xit, quia portę inferi non preualebunt aduerſus eam. Quot enim bella aduerſus Eccleſiam concitata ſunt? quot exercitus inſtructi? quod arma mota? quod non afflictionum & vindictę genus excogitatum? Sartagines, Catapultæ, lebetes: Fornaces; lacus, & precipitia, cruces, beſtiarum dẽtes, equulei, maria: & proſcriptiones: aliaq; innumera tormentorum genera, neq; dictis memoranda, neq; factis toleranda? atq; hæc non tantũ [1.Iohã. 2] ab his qui foris ſunt, verum etiam a domeſticis, multi enim, teſte Iohanne a nobis exierunt: ſed non erant ex nobis. E quibus omnibus ille quidem malis, vt ait Auguſtinus, bo[Auguſti.]na elicere nouit, ſponſam ſuam illuſtriorem reddit quia perſequutionibus roboratur & firmior redditur Eccleſia. Hinc gentium apoſtolus inquit. Oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiãt in vobis. Quæ verba ſic exponit Anſelm⁹. Hęretici quũ [Anſelm⁹] foris ſunt, plurimum proſũt, non verũ docendo, quod neſciunt, ſed ad verum quærẽdũ Carnales, & ad verũ docendũ ſp̃ũales catholicos excitãdo. Sũt enĩ innumerabiles in ſancta Eccleſia deo probati viri, ſed manifeſti non fiunt inter nos, q̃ꝫ diu imperitię nſæ tenebris delectati dormire malumus: q̃ꝫ lucem veritatis intueri, qua propter multi vt veritatem dei videant. et gaudeant: p hereticos excitantur. Vtamur ergo hæreticis: nõ vt eorum approbemus errores, ſed vt Catholicam diſciplinam aduerſus eorum inſidias aſſerẽtes, vigilantiores, & cautiores ſimus, etiam ſi eos ad ſalutem reuocare non [Beda.] poſſumus. Hæc ille. Beda etiam inquit. Multi qui optime poſſunt ſcripturas dignoſcere, & pertractare, latebant in populo dei: nec aſſerebant ſolutionem queſtionum difficilium, cum calumniator nullus obſtaret. Nunquid enim perfecte re de trinitate tractatum eſt, antequam oblatrarent Arriani? nunquid de penitencia perfecte tractatum eſt, ante q̃ꝫ obſiſterent Nouatiani? Sic nec perfecte de baptiſmate tractatum eſt, ante q̃ꝫ oblatrarent Arriani, nunquid de penitentia perfecte tractatum eſt, ante q̃ꝫ obſiſterent Nouatiani: Sic nec perfecte de baptiſmate tractatum eſt ante q̃ꝫ contradicerent foris poſiti rebaptizatores. Nec de ipſa vnitate Chriſti enucleate dictum eſt, niſi poſtea q̃ꝫ ſeparatio illa vrgere cæpit fratres infirmos. Etiam illi qui nouerant hæc tractare atq; diſſoluere, ne perirent infirmi ſollicitati queſtionibus impiorum: ſermonibus, & diſputationibus ſuis: obſcura legis in publicum deduxerunt. Hactenus Beda. Vides igitur quoniam hæreſes in hoc: etiam nolentes, Eccleſiæ deſeruiunt: vt ſcilicet torpentes fidelium animos ad diuinarum ſtudia litterarum excitent: qui impios hæreticorum conatus gladio verbi dei compeſcant. Si enim in hæreticorum Caſtris mil[1.Re. 17.]litat Gigas ille Goliath, qui agminibus dei Iſrael exprobare nõ deſinit, habet & Eccleſia ſuũ Dauid, imo Dauides multos, qui de tanto poſſint hoſte reportare triumphum. Omnes enim omnium hæreſum cunei aliquamdiu in acie ſtare poſſunt, vincere vero nunq̃, proprijs quippe gladijs pereunt, quia virtute ſuperantur & numero. Eſt enim [Canti. 3.] Eccleſia lectulus veri Salomonis, quem ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael omnes tenentes gladios & ad bella doctiſſimi, vni⁹cui⁹q; enſis ſuper femur ſuũ propter timores nocturnos. Hic q̃ꝫ primum ab horco, noſtris id exigẽtibus meritis, malleus vniuerſæ terræ hæreſiarcha prodijt Lutherus, & cum illo Melanchtõ: Capito: Pellicanus: Sarcerius: Zuinglius: E colampadius: Bucerus: Carolſtadius: Lampertus:

Caluinus, & cætera hæreticorum cohors, misit sponsus Christus suos Hercules: qui venenata hæc monstra domarent, & e medio tollerent, ne sponsæ suæ pergeret esse molesti. Inter illos vero quos propugnatores habuit Ecclesia, omitto veteres: precipui fuerunt. Henricus octauus rex Angliæ, qui aduersus Lutheri ciuitatem babilonicam elegantissime scripsit, & docte. Verum is occulto, sed iusto, dei indicio datus in reprobum sensum excidita fide. Scripsit multis voluminibus aduersus Lutherum & illi⁹ sequaces neochristianorum acerrimus oppugnator D. Iohannes EcKius. Quem non minori fęlicitate secutus est, D. Iohannes Fisternus Roffēsis Episcopus: is lutheranam factionē: vna cum impijs Sacramentarijs Capharnaitis adeo vexauit: vt facile illam crederes, nisi tamen esset hęreticorum mensi iu suis feculentis dogmatibus obstinata, penitus extinctā. Hunc D. Lanspergius, & frater Alfonsus de Castro sanctissimum vocāt martirem: nec quidem iniuria: quippe qui pro Christo, & illi⁹ Ecclesia ceruicem supposuit. Nam impijssimi Henrici regis precepto: quum iam aper esset de silua aperte deuastans vineam domini Sabaoth: quarto idus Iulij Anni trigesimi quinti supra sesquimillesimum: post prolixam carceris mancipationem capite truncatur sanctissimus idem q; & doctissimus vir, vna cum Thoma Moro olim prefati regis Cancellario: viro vtriusq; linguę peritissimo, tunc vero fortissimo christi athleta: & aliquot primarijs innocētibus monachis. Edidit & Albertus Pighius pulcherrimū de Ecclesiastica Hierarchia opus in quo Petri primatum fælicissime tuetur. Respondit frater Nicolaus Herbonius ordinis minorum tunc citra montes generalis cōmissarius, Francisco Lamperto apostatæ Monade sacro sanctæ Euangelicæ doctrinæ. Frater Alfonsus de Castro egregium illud opus aduersus omnes hæreses composuit, qui vnus omnes hæreticorum Chiliades adoriri est ausus: tamq; fælicem sortita est res exitum, vt de omnibus triumphasse illum dubitet nemo. Habentur & alia duo ipsius volumina non minus preclara quibus etiam hæreticos impetit. Edidit magister frater Andreas de Vega franciscani instituti homo acutissimi ingenij, maximæ lectionis, & inculpatæ vitæ libros duos: quibus aduersus hæreticos: Caluinum maxime: sacrosancta Ecclesiæ dogmata pie defendit: & acute. Scripsit in eosdem doctissime frater Dominicus de Soto. Edita sunt insuper varia volumina a doctissimis viris Clichtoueo: Gaspare Sagero minorita. Nicholao Grandis: Iohanne Deitembergio: Hieronymo Enser, Iohanne Mensingo, Cōrado Rolin, Iohanne Cochleo: Conrado vuimpinensi, Iacobo Latomo, Erasmo, Petro aurato, Driedone: & alijs q; pluribus: quorum Catalogum recensere longum esset. ij omnes ad prelium descenderunt conserturi cominus: & eminus manus cum hoste. Verum nō defuere: qui ad sarcinas remanerent. Quum enim vniuersa hæc pestis ex male intellectis scripturis sit orta: multi eam pro viribus exponere sunt conati: ne cæteri in hereticorum soueam caderent. Horum omnium scopus est: germanum illum: quem spiritus sanctus pretendit: sensum eruere & declarare. Hinc eisdem temporibus edidit frater Frācicus Titelmā Paraphrases in Mattheū et Ioānē, ī Pauli epistolas: & in Psalteriū: opus nunq; pro dignitate laudatum: & in Iob. Scripsit in Cantica: et ecclesiasten Salomonis commentarios & eruditos & pios. Exposuit frater Iohannes Ferus Moguntinensis cęnobij guardianus, vt vocant, fælicissime Iohannis Euangelium: & canonicas Epistolas. Claudius Iohannem est interpretatus & Paulum. Arboreus post Theosophiam: & cōmentarios in Cantica, & Ecclesiasten, exposuit Sancta quattuor Euāgelia, Huius generis multa scripsere Cayetanus. Fridericus Nansea, Faber, Erasmus, Catharinus Politus senensis, & plures alij, qui omnes in tabernaculum domini, iuxta concreditū sibi talentum, dona intulerunt. Conatus est etiam pro virili Christi Ecclesię non deesse Reuerendus Pater frater Guterrius de Treio, homo incredibilis studij: & eruditionis non aspernāde, fuit grecarum litterarum: & hebrei ydiomatis non penitus ignar⁹. Hic post interpretationem, quam in omnes Diui Pauli epistolas edidit, hosce commētarios in quattuor Euangelia scripsit, quos si legas, facile intelliges, nihil in illis desiderari posse ita expedite omnia dicit, & docte. Quo e viuis sublato, parum abfuit

quin penitus ij interirent commentarij nisi eis venerabilis Patris fratris Francisci de Oliuares solertia & labor succurrisset. Is enim vbi autoris morte, quē vnice dilexit, et coluit, eos negligi cerneret: veritus ue Blattis & Tineis corradendi cederent, toto pectore vt excudi pgerēt, nō sine maximis laborib⁹: et sūptib⁹ quos suppeditari curauit desudauit: ita vt illi post autorē hos cōmētarios d̄beam⁹. Tādē illi⁹ opa seruati, ad comunē omniū vtilitatē in lucē exeunt. In exponēdo aūt nō vnius sequitur contextū Euāgelistę, sed omnes simul adducit, quę inter illos pugnare vidētur in cōcordiā redigens, omnia in suum ordinem, iuxta veritatis Euangelicæ historiam digerens Gersonem imitatus, & Osiandrum in harmonia Euangelica. Litteralem sensum diligentissime scrutatur, ita tamen vt nonnunq̃, et mysticum et anagogicum attingat. Impetit non semel nostri sęculi hęreticos. Ex sacris litteris multa doctissime exponit, et miro artificio prophanas litteras sacris subseruire facit. Est deniq;, ni ego fallor, opus omni ex parte absolutissimum, quod etiam Momo ipsi satisfacere queat. Sed vino vendibili, vt est in prouerbio, non est opus suspensa hedera. Si quis vero adeo morosus est: vt illius votis ij commentarij non respondeant, sciat, non sibi, sed studioso tantum: docto ac beneuolo lectori scriptos. Quem quantum ad verum Euangelij sensum intelligendum ij commentarij iuuare possunt, breui intelliget, nec illum legisse pigebit.

INCIPITUR TABULA EVANGELIORUM TAM DOMINICALIUM QUAM ETIAM SANCTORUM PER TOTIUS ANNI CIRCULUM ADIECTIS EVANGELIIS COMMUNIBUS UT INTUENTI PATEBIT.

Luce. 21.	Dominica prima aduentus erunt signa in sole et luna.	lib. 9.	cap. 15.	A.
mathei. 11.	Dominica. 2. aduentus. Cum audisset Ioannes in vinculis.	lib. 4.	cap 14.	I
Ioannis. 1.	Dominica. 3 miserunt iudei nuncios ad Ioannem.	lib 2.	cap. 5.	F
Luce. 1.	Feria 4. quatoor temporum missus est Gabriel angelus.	lib. 1.	cap. 3.	H
Luce 1.	Feria. 6. exurgens maria abiens in montana.	lib. 1.	cap. 4.	H
Luce. 3.	Sabbato Anno quinto decimo imperij Tiberij cesaris.	lib. 2	cap. 2.	C
Luce. 3.	Dominica. 4. aduentus idem & ibidem.			
Mathei. 1.	Vigilia natiuitatis cum esset desponsata mater Iesu.	lib 1.	cap 5.	B
Luce. 2.	In natiuitate domini nostri pro missa ad galli cantum.	lib. 1.	cap. 7.	I
Luce. 2.	Item pastores loquebantur.	lib. 1.	cap 8.	A
Ioannes. 1.	Item in principio erat verbum. lib 2. cap 4	lib 2.	cap 5.	K
Math. 23.	Pro sancto Stephano ecce ego mitto ad vos prophetas.	~~lib. 9.~~	~~cap. 6.~~	C
Ioan. 21.	Pro sancto Ioanne apostolo & Euangelista sequere me Petre.	lib 12.	cap. 9.	A
Mathei. 2.	Pro innocentibus angelus domini apparuit in somnis Ioseph.	lib. 1.	cap 12.	K
Luce. 2.	Dominica infra octauam Erant Maria et Ioseph admirantes.	lib. 1.	cap. 11.	F
Luce 2.	In circuncisione postquam consumati sunt.	lib. 1.	cap. 9.	H
Math. 2.	In vigilia Epiphanie defuncto herode.	lib. 1.	cap 12.	D
Math 2.	In Epiphania cum natus esset Iesus	lib. 1.	cap 9	I
Luce. 2.	Dominica infra octauam Cum factus esset Iesus annorum duodecim.	lib. 2.	cap 3.	K
Ioannis. 1.	Octaua epiphanie vidit Ioannes Iesum venientem.	lib. 2.	cap. 7.	G
Ioannis. 2.	Dominica. 1 post epiphaniam nuptie facte sunt.	lib. 2.	cap 9.	K
Mathei. 8.	Dominica. 3 post epiphaniam ecce leprosus veniens adorabat eum.	lib. 3.	cap 12.	F
Mathei. 8.	Dominica 4. de nauicula & motu.	lib. 4.	cap. 5.	I
Mathei. 13.	Dominica. 5. de seminante & superseminante zizania.	lib. 5.	cap. 9.	A
Mathei. 20.	Dominica in septuagesima de vinea & operariis	lib. 7.	cap. 16.	A
Luce 8.	Dominica in sexagesima de seminante & explicat semine.	lib. 5.	cap. 17.	B
Luce. 18.	Dominica in quinquagesima de ascensu hierusalem & ceco mendico.	lib. 2.	cap. 0.	K
Mathei. 6.	Feria 4. cinerum de ieiunio & hypocrisi.	lib. 5.	cap. 7.	K
Mathe. 8.	Feria. 5. de centurione iuxta capharnaum.	lib. 4.	cap. 1.	B
Mathe. 5.	Feria. 6 de dilectione inimicorum.	lib. 3.	cap. 5.	A
Mathei. 6.	Sabbato de naui et christo ambulante super aquam.	lib. 6.	cap. 6.	C
Math 4.	Dominica 1. in quadragesima ductus est Iesus in desertum	lib. 2.	cap. 7.	C
Math. 25.	Feria. 2. de segregatione ouium ab hedis.	lib. 10.	cap. 2.	K
Math. 21.	Feria. 3. de Erectione vendentium a temple.	lib. 8.	cap. 5.	H
Math. 12.	Feria. 4. de signo Ione prophete.	lib 5.	cap. 10.	F
Math. 15.	Feria 5 de muliere Cananea.	lib. 6.	cap 5.	B
Ioannis 5	Feria 6. de piscina & motu angelico.	lib. 4.	cap. 18.	C
Mathei. 17	Sabbato de transfiguratione domini.	lib 6.	cap. 9.	B
Mathei. 17.	Dominica. 2. de transfiguratione domini.	lib. 6.	cap. 9.	H
Ioannis 8.	Feria. 2. ego vado et queritis me in peccato vestro moriemini.	lib 6.	cap. 6.	D
Math. 24.	Feria. 3. super cathedram Moysi sederunt.	lib. 9.	cap. 8.	B
Math. 20.	Feria 4. de ascensu hierusalem et filii zebedei.	lib. 8.	cap 7.	F D
Luce 16.	Feria. 5. de diuite epulone et lazaro mendico.	lib. 7.	cap. 20.	B
Math. 21.	Feria. 6. de vinea patrisfamilias et agricolis.	lib. 9.	cap. 5.	F
Luce. 15.	Sabbato parabola de filio prodigo.	lib. 7.	cap. 2.	K
Luce. 11.	Dominica 3. in quadragesima de demone electo & forti armato.	lib. 5.	cap. 9.	B
Math 4.	Feria. 2. nemo propheta acceptus est in patria sua.	lib. 2.	cap. 10.	B
Math. 18.	Feria. 3. de correctione fraterna	lib. 7.	cap. 4.	I
Math. 15.	Feria. 4. de lotione manuum apostolicarum.	lib. 6.	cap. 12.	F
Luce. 4.	Feria. 5. de febribus socrus simonis.	lib. 2.	cap. 20.	H
Ioannis. 4.	Feria. 6. de samaritana loquente cum Iesu.	lib. 2.	cap. 14.	D
Ioannis. 8.	Sabbato de muliere capta in adulterio.	lib. 6.	cap. 15.	A
Ioannis. 6.	Dominica. 4. in quadragesima de quinque panibus & 2. piscibus.	lib. 5.	cap. 1.	A
Ioannis. 2.	Feria. 2. de electione vendentium a templo cum flagello.	lib. 2.	cap. 10.	H
Ioannis. 7	Feria 3. quomodo hic litteras scie	lib 6.	cap. 12.	G
Ioannis. 9.	Feria. 4. de ceco a natiuitate et natatoria syloe.	lib 6.	cap. 19.	F
Luce. 7.	Feria. 5 de defuncto in ciuitate Nayn.	lib. 4.	cap. 2.	B
Ioannis. 11.	Feria. 6 de resurrectione lazari.	lib. 8.	cap. 5.	D
Ioannis 8.	Sabbato ego sum lux mundi.	lib. 6.	cap. 16.	H
Ioannis 8.	Dominica de passione quis ex vobis arguet me de peccato.	lib. 6.	cap. 18.	B

✠✠

Sequitur proprium sanctorum.

Iohan.7.	In vigilia sancti Andreę. Magister vbi habitas	lib.2.	cap.8. G.
Math.5.	In die ambulans Iesus.	lib.2.	cap 20. F
Lucę 11.	In conceptione virginis Loquente iesu.	lib.5.	cap.11. C
Ioanne.20	In die santi Thomę. Thomas antem vnus de.	lib.12.	cap.7. C
Math.19.	In conuersione sancti Pauli. Ecce nos reliquimus.	lib.7.	cap.15. B
Lucę.2.	In Purificatione virginis Postq̃ impleti sunt.	lib.1.	cap.10. B
Mathe.16.	In cathedra sancti Petri. Venit Iesus in par.	lib.6.	cap.7. H
Lucę.1.	In annuntiatione Virginis. Missus est.	lib.1.	cap.5 H
Lucę.10.	In die sancti Marci Designauit dominus.	lib.5.	cap.8. B
Ioān.14.	In die sanctorum Philippi & Iacobi. Non turbetur cor.	lib.10.	cap.9. B
Ioānn.3	In inuentione sanctę Crucis. Erat Nicodemus	lib.2.	cap.11. D
Lucę.1.	In vigilia sancti Ioannis Baptistę. Fuit sacerdos.	lib.1.	cap.2. B
Lucę.1.	In die. El sabet impletum est tempus.	lib.1.	cap 5. C
Ioann.21.	In vigilia apostolorũ Petri & Pauli. Simō Ioannis.	lib.12.	cap.9 F
Math.16.	In die. venit Iesus in partes cesareę.	lib.6.	cap.7. H
Math.19.	In conmemoratione sancti Pauli. Ecce nos reliquimus.	lib.7.	cap.15. G
Lucę 1.	In visitatione virginis Exurgens Maria.	lib.1.	cap.4. I
	In octaua apostolorum.	lib.5.	cap.3. I
Math.12.	In sanctorũ.7. fratrũ. Ecce mater tua.	lib.5.	cap.11. G
Lucę.7.	In die sanctę Marię Magdalenę.	lib.4.	cap 16 C
Math.20	In die sancti Iacobi. Accessit ad Iesum.	lib.8.	cap.8. F
Mathe.17	In die transfigurationis. Assumpsit Iesus.	lib.6.	cap.9. E
Luce 11.	In vigilia assũptionis. Loquente Iesu.	lib.5.	cap.11. C
Luce.10.	In die intrauit Iesus.	lib.3.	cap.14. D
Ioan 12.	In sancti Laurentij. Nisi granum frumenti.	lib 8.	cap 16. B
Luce.22.	In die sancti Bartholomei Facta est contentio.	lib.10.	cap.8. D
Marc.7.	In decollatione Beati Ioannis. Misit Herodes.	lib.2.	cap.14. B
Math.1.	In natiuitate virginis Liber generationis.	lib.1.	cap.1. A
Ioān.12.	In Exaltatione sanctę crucis. Nunc iudicium est.	lib.	
Math 9.	In die sancti Mathei. Vidit Iesus hominem sedentem.	lib.4.	cap.6. F
Mathei.18.	In die sancti Michaelis. Quis putas maior est.	lib.7.	cap.5. K
Math 11.	In die sancti Francisci Respondens Iesus dixit	lib.5.	cap.12. K
Mathei.5.	In festo omnium sanctorum. Videns Iesus turbas.	lib.5.	cap.1. F

In comuni Apostolorum.

Ioān.15.	Hoc est preceptum meum.	lib.10.	cap.12. C
Ioann 15.	Hec mando vobis.	lib.10.	cap.12. C
Mathei.10	Ecce ego mitto vos.	lib.4.	cap.11. F
Mathei.19	Ecce nos reliquimus omnia.	lib.7.	cap.15. F
Ioannis 15	Ego sum vitis vera.	lib.10.	cap 11. H

In comuni Euangelistarum.

Lucę 10.	Designauit dominus Iesus.	lib.3.	cap.8. B

In comuni vnius martiris.

Mathei.10	Nolite arbitrare q̃ venerim pacem mittere.	lib.4.	cap.12. A
Mathei.16	Siquis vult venire post me.	lib.6.	cap.8. F
Ioānis.12.	Nisi granum frumenti.	lib.8.	cap.16. B
Math 10.	Nihil opertum quod non reueletur.	lib.7.	cap.6. C
Luce.14.	Siquis venit ad me, & non odit.	lib.4.	cap 12. I
Iohan.15.	Ego sum vitis & vos palmites.	lib.10.	cap.11. H

In comuni plurimorum martirum.

Mat.5.	Videns Iesus turbas ascendit in montem.	lib.5.	cap.1. F
Luce.12	Attendite a fermento phariseorum.	li.6.c.6.C.li.7.c.6.	C
Luce.6.	Descēdens Iesus de monte.	lib.5.	cap.1. G
Luce.11.	Vę vobis qui edificatis monumenta prophetarum.	lib.9.	cap.10. H
Luce.21.	Cum audieritis prelia.	lib.9.	cap.12. F
Math 10.	Qui vos audit me audit.	lib.4.	cap.13. A
Math.11.	Respondens Iesus dixit confiteor.	lib.5.	cap.12. K

In comuni confessorum.

In comuni Virginum.

In dedicatione templi.

Pro comuni virginis Marie.

Pro defunctis.

Pro sponso & sponsa.

Pro missa plagarum.

¶ Index rerum omnium maxime scitu dignarum que in his commentarijs sparsim tractantur. Secundum ordinem alphabeti quam fieri potuit diligẽtissime digestus.

✣ ✣

✠✠✠.

✠✠✠ 3

¶ Sequuntur loci expositi ex libro vitę: iuxta ordinem quo in eodē libro Digesti sunt: & primū. Ex libro Geneseos.

Genesis primum caput.

Spiritus domini ferebatur super aquas. lib. 2. cap. 3
Fiant duo luminaria lib. 10. cap. 3
Inspirauit in faciem eius lib 12. cap 7
Item libro. 10. Cap 10. item libro. 7. cap. pri.
Faciamus hominē ad imaginem. lib. 9. cap. 5.
Ecce dedi vobis erbam. lib. 3. cap. 8.
Vidit cuncta quę fecerat lib. 5. cap. 10.
Item libro 6. cap. 4. Lib. 7 cap 14
Crescite & multiplicamini. lib 12. cap. 16

Caput. 2.

Vt operaretur, & custodiret illum, lib. 5. cap. 14.
Erat vterq; nudus, & non erubescebat lib 11 cap. 5
Non est bonum hominem esse solum. lib. 2. cap. 9
Faciamus ei adiutorium simile lib. 7. cap. 10
Misit soporem in Adamo & cętera lib. 11 cap. 15
Relinquet homo patrem & matrem. lib. 5. cap. 4

Caput 3.

Eritis sicut dij scientes bonum. lib 10. cap 14
Vidit mulier lignum quod esset pulchrum lib. 8. cap. 9
Videntes se esse nudus folija. &c. lib. 9 cap. 4.
In sudore vultus tui vesceris lib. 7. cap 15
Abscondi me eo q̄ nudus essem. lib 3. cap. 2
Ecce Adam factus est quasi. lib. 8. cap 9
Item libro. 5. cap. 12
Ipsum conteret caput tuum. lib. 5. cap. 7
Calcaneo eius insidiaberis. lib. 5. cap. 8.
Inimicitias ponam inter te. lib. 4. cap. 15
Ipse conteret caput tuum lib 10. cap. 4
Puluis es & inpuluerem re lib. 5. cap. 7
Item libro nono. Cap. 2.
Ne forte mittat manum suam. lib. 9. cap. 6
Item lib. 5. cap. 17. item lib. 6. cap. 13
Gladius versatilis. lib. 11 cap. 6

Caput. 4.

Nunquid custos fratris mei ego sum. lib. 5. cap. 5
Item lib. 3 cap. 13. Item lib. 6. cap. 15
Item lib. 9 cap 13. Lib. 4. cap 12
Respexit dominus ad Abel lib. 5. cap. 9
Vox sanguinis fratris tui clamat. lib. 8. cap. 7
In foribus peccatum tuum aderit lib. 10. cap. 4
Item libro. 2. cap 14. item. lib. 5. cap. 7.
Si recte offeras lib 7. cap. 15.
Ecce ejicis me a facie tua lib. 5. cap. 14
Maior est iniquitas mea. lib. 11 cap. 7
Septuplum punietur, lib. 7. cap 8.
De Lamech vero septu. septies. lib 9. cap. 16
Ciuitatem primus omnium Cain ędificauit. lib. 7. cap. 13
Videntes filij dei filias hominum. lib. 9. cap. 19
Non permanebit spiritus meus. lib 10. cap. 15
Fenestram in latere facies lib. 11 cap. 15
Delebo hominem quem creaui. lib 12. cap. 16
Tactus dolore cordis. lib 8 cap. 13
Omnis caro corruperat viam suam. lib. 9. cap. 16
Tactus dolore cordis lib. 6. cap. 5
Pęnitet me fecisse eos. lib. 2. cap. 4.
Non permanebit spiritus meus in homine. lib. 5. cap. 17.
Tolle tecum ex omnibus escis lib. 5. cap. 2
Erunt dies illorum 120 anni. lib. 9. cap. 5
De animalibus mundis septena lib. 6. cap. 2

Caput. 7.

Quindecim cubitis altior fuit arca lib. 6. cap.
Clausit dominus a foris ostium. lib. 7. cap. pri.

Caput. 8.

Coruus egrediebatur. lib 7. cap. 18

Caput. 9.

Carnem cum sanguine non comedetis lib. 3. c
Cham irridet parentem suum. lib. 7. cap. 4
Maledictus chanaam, seruus. lib. 11 cap. 10

Caput. 11.

Venite ędificemus turrim. lib pri. cap. 4
Item lib. 5. cap. 11. item. lib. 9. cap. 4.

✠✠✠✠

✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ij

Caput.22.

Versa est mihi domus Israel in scoriam.lib.7.cap.8

Caput.25

Nares tuas & aures precident.lib.7.cap.12

Caput 28

Deus ego sum,& in cathedra dei sedi.lib 9.cap.4

Tu signaculum similitudinis,plenus sapientia.lib.9.cap.5.

Caput 32.

Descenderunt in infernum cum armis.lib.7.cap.6

Item libro.5.capite.11.

Caput.36

Auferam a vobis cor lapideum,lib.5.cap.17

Caput.37

Ipsi dicunt,aruerunt ossa nostra.lib.4.cap.8

Caput 40.

Quindecim gradibus ascenditur in templum.lib.6.cap.5

Caput 44

Porta hec clausa erit,non aperietur.lib.12.cap.6

Daniel.Caput primum.

Tenta nos obsecro diebus decem.lib.2.cap.7

Caput secundum require in figuris alterius tabule

Caput.3

Angelus fecit medium fornacis quasi ventum.lib.7.cap.3

Adorate statuam quam statuit Rex lib.7.cap.14

Tres pueri mittuntur in fornace lib.12.cap.10

Ignis combussit multos ex Chaldeis.lib.3.cap.19

Caput.4

Peccata tua eleemosynis redime.&c.lib.10.cap.pri.

Nabuchodonosor regno suo pellitur &cetera.lib.9.cap.2.

Caput.5.

Appensus es in statera.lib 9 ca.5.Item libro.7.cap.20

Baltasar conuiuatur cum multis.lib.7.cap 18

Caput 7.

Bestia alarum quattuor terribilis lib.9.cap.10

Vidi,q perisset bestia.&c lib 5.cap.19

Caput.9

70 hebdomade abbreuiate sunt.lib pri cap.9

Caput.12

Fulgebunt quasi stelle in perpetuas.lib.3.cap.19

Caput 13

Quando eam possent inuenire solam.lib.5.cap.5

Nemo nos videt.Nugantur.lib 4.cap.12

Egressa est iniquitas a iudicibus.lib.6.cap.13

Item libro.10.capite.4.

Susana condemnatur ad mortem.lib.11.cap.7

Angustie sunt mihi vndique lib.pri.cap.3.

Caput 14.

Daniel diebus sex inter Leones.lib.3.cap.7

Conclusit deus Leonum rictus.lib.8.cap 15

Abacuc fert prandium Danieli.lib.7.cap.5

Osee Caput.1.

Voca nomen eius absque misericordia.quia lib.11.ca.10

Caput 2

Desponsabo te mihi in fide & cetera.lib.4.cap.6.

Sepiam vias tuas spinis.lib.7.cap.12

Item lib.8.capite secundo

Reuertar ad virum meum priorem,lib.7.cap.13.

Vadam post amatores meos.lib.9.cap.4

Caput.4.

Peccata populi mei comedent.lib.10.cap.1

Caput.7.

Donec fermentatum est totum lib.6.cap.6

Caput.10.

Vitis frondosa Israel,fructus ei.lib 10.cap.11

Caput.13

Ero eis quasi leena & vrsus.lib.7.cap.8

Dabo eis Reges in furore meo.lib.8.cap.16

O mors ero mors tua:inferne.lib.8.cap.16

Ioel Caput.1.

Computruerunt iumenta in stercore,lib.pri.cap.8.

Quis scit si conuertatur dominus.lib 5.cap.9

Caput.2

Letamini in dño,qui dedit vobis doctorem.lib.6.cap.9

Amos Caput 1.

Super tribus sceleribus,& super quattuor,lib.10.cap.7

Caput.2

Stridebo super vos sicut plaustrum.lib.5.cap.8

Caput.3.

Non faciet dominus verbum,nisi reuelauerit.lib.10.cap.14

Caput.4

Quapropter hec faciam tibi,preparare.lib.9.cap 5.

Caput.5

Vrbs de qua egrediebantur mille,lib.4.cap.5

Item.lib.8.cap.7.

Odio habuerũt corripientem in porta.lib.7.cap.4

Caput.8.

Dies festi vestri conuertentur in luctum,libro.10.cap.6

Abdias.

Legatum misit dominus ad Gentes.lib.6.cap.12

Ionas.Caput.4.

Tu doles super hedera in qua non lab.lib.9.cap.2

Scio q tu clemens es,& cetera.lib.8.cap.7.

Micheas Caput.3

Pacem predicant,dentibus mordent.lib 5.cap.10

Principes qui omnia recta peruertitis lib.9.cap.11

Caput.7

Ficus precoquas desiderauit anima mea.lib.7.cap.9

Factus sum sicut qui colligit racemos lib.19.cap.5.

Princeps postulat,& iudex in red.lib.9 cap.8

Optimus in eis quasi paliurus lib.9.cap.8

Dabis veritatem Iacob,misericordiam Abrae.lib.2.cap.3

Naum.Caput.2

Facies omnium sicut nigredo olle lib.7.cap.12

Item libro.9.cap 4.

Habacuc.Caput.1.

Quare taces impio conculcante.lib.4.cap.17

Facies hominum sicut pisces maris.lib.4 cap.12

Item libro.1.cap.21

Esce eius electe sunt lib.2.cap.7

Totum in hamo suo leuauit lib.4.cap.2

Caput.2

Vsque quo aggrauat contra se lutum?lib.5 cap.8.

Repente consurget,qui mordeat te.lib.7.cap.6

Sophonias.Caput 1.

Scrutabor Hierusalem in Lucernis.lib.4.cap.12

Item.lib.9 cap.11.

Dies illa dies ire,calamitatis &c.lib.9.cap.11

Aggeus.Caput 1.

Seminastis multum:intulistis modicum.lib.5.cap.17.

Item libro.7.cap 17

Zacharias.Caput.1.

Conuertimini ad me,& conuertar ad vos.lib.7.cap.13.

Caput.2.

Qui tangit vos,tangit pupillam oculi lib.7.cap.5.

Fugite de medio Babylonis:Quia.lib.5.cap.11.

Item lib.10.cap.8.

Caput.6

Philippenses primum caput.

Caput.2

Caput.3

Caput 4

Collossenses pri caput.

Caput.2

Caput.4

Prior ad Thessalonicenses secūdū caput.

Caput.4

Caput.5

Timothei prima primum caput.

Caput 2

Caput 3

Caput 4

Caput.5

Caput.6

Secunda vel posterior caput primum.

Caput.2

Caput.3

Caput 4

Titum primum caput.

Caput.2

Philemon

Ad hebreos caput secundū

Caput 4.

Caput.5.

Caput.6.

Caput.7.

Caput.9.

Caput.10.

Caput.11.

Caput.12.

Caput.13.

Epistola Iacobi.Caput.1.

Caput.2.

Caput.4.

FINIS TABVLA.

IOannes Pratus Hispalensis in authoris,ac operis commendationem

SI Coluit Quondam Mortales illa vetustas,
Quod frumenta sibi vin,dedere cibos.
Pendere doctorū debemus scripta minoris,
Qui prebent animis Munera grata quoq;
E quorum numero existit Guerrius Vnus,
Cognomen Treius cui dat,in orbe genus.
Haurit Euangelij liquidam de flumine limpham
Nec sinit inmundos contaminare sues.
Apperit hic sensus scriptorum iungit,& vnit.
Concordesq; facit Qua pietate Viros.
Atq; greges auidos fugat,rabiem q; ludorum
Quorum olim princeps ille Lutherus erant.
Hunc lege,si voluas,capies tu commoda multa
Candide lector habes munera,sume tibi.
Hic nisi correptus foret ipsa morte,parabat
Munera vel doctis suppeditare viris.
Romanę,grecę,hebrę Mysteria linguę,
Callebat penitus,quod fuit,ipse vides.
Tu,nisi sic credas,euoluas scripta libenter,
Inuenies multo plura legenda tibi.
A domino cunctis voluit commissa talenta
Sic impartiri,non sibi seruat ea
Manibus illius fęlicia sęcla precemur,
Tam bene qui vixit,mortuus esse potest?

¶AD LECTOREM.

NOn me latet, candidissime lector, q̃ sit molestum, in ĳs versari codicibus qui correctione egeant, qua propter decreueram errata omnia, que te inter legẽdum remorari possent annotare, verum amicis quibusdam improbe vrgẽtibus, actum ẽ ne per illos, quod decreueram, mihi liceret. Tue igitur humanitati corrigenda reliqui. Eiusmodi enim sunt, vt quiuis ea per se facile aduertere possit. Quod si labori, studio, & industrię nostrę euentus in corrigendo non responderit, tuum erit boni consulere, cuius vtilitati noster hic, quantus quantus est, labor desudauit.

HIc te meminisse velim, christiane lector, dum typis ĳ cõmẽtarĳ excudi cępissent, illorum authorem extremum clausisse diem, ipso die quo sancti Anthonĳ quem vocant paduadum, solennitas celebrata est. Anno. 1550. Ne igitur quęso, te ingratum experiatur is qui omne vitę sue studium tue vtilitati cõsecrauit. Sed vbi cõmentarĳs illius te profecisse cognoueris, altissimum deprecare, vt animã de omnibus benemeritam inter celestes ciues annumerare dignetur.

LIBRI PRIMI CAPVT PRIMVM DE CHRISTI GENERATIONE iuxta quod verbũ caro factũ est & habitauit inter nos.

A

LIBER GENERATIONIS IESV CHRISTI, filij Dauid, filij Abraam. Si iuxta ꝓphetã cũ fieret vox sublimis Dei super firmamentum: Seraphim stabant & sub mittebant alas suas stuporem suum silentio demonstrantes: & Moses eruditus omni sapientia ægyptiorum: allalos fit, quam primum cępit cum Deo conferre sermonem: & Dauid cui incerta sapientię Dei peruia facta sunt: Dei comparatione vt iumẽtum factus est: & iuxta Hiere. cap. 10. Stultus factus est homo a scientia sua: palam est, quoniam excedit multumq; supereminet humani eloquij facultatem diuini operis magnitudo: & inde oritur difficultas fandi: vnde adest ratio non tacendi. Quia in vnigenito filio Dei non solum ad diuinam essentiam: sed etiã ad humanam spectat naturã, quod dictum est generationem eius quis enarrabit? Et enim vtranq; substãtiã in vnã conuenisse personam

Ezec. pri.
Exodi. 5.
ps. 50.
ps. 72.
Esai. 53.

B nisi fides credat: ratio persuadere potest, demonstrare non potest. Quod autem dicit Ricardus primo de trinitate cap. 3. ad omnia quę fide tenemus: non solũ habemus rationes naturales, sed & necessarias: pręter id quod si hoc verum esset euacuatum esset meritum fidei nostrę, quia iuxta Gregorium, fides non habet meritum cui humana ratio prębet experimentũ: hoc inquam ꝑtermisso: dicit Scotus in primo: dist. 42. quod si sint necessarię rationes ad omnipotentiam Dei probandam: sicut & ad quedam alia credita: non tamen sunt ita euidenter necessarię & verę: ꝙ sint nobis notę ex terminis neq; ex immediatis nobis notis. Quis enim inquit fęmina illã mirabilis hi audient: credet ꝙ Sara lactaret filium ipsi Abrę: mulier annosa & sterilis: cuius iam emortua erat vulua: iuxta apostolum. Nempe rem prodigiosam anũtiaret & [illegible]. Quod si id prodigiosum videtur ac pro inde incredibile, vt mulier anosa & effęta pareret: & hominem pareret: quę de viro suo conceperat: generationem eius quis enarrabit? dñe quis credit auditui nostro? Genera. eius. Cuius eius? cęlum mihi sedes est: & terra scabellum. Cuius eius? Quod nomen eius & filij eius si nosti? Dominus posledit me in initio viarum suarum. Sed si gñrationẽ eius nul

Genes. 21.
rom. 4.
Esai. 53.
Esai. 66.
Prouer. 8.

C lus enarrare potest: vñ dicit Matthęus: Liber generationis Iesu Christi: Sed vide inquit Petrus: ꝙ nõ voluntate humana allata est aliquando ꝓphetia, sed spiritu sancto afflati loquuti sunt sancti dei homines. Cęterum cum dicit Esaias, quis enarrabit: iuxta Hierony. aut de diuinitate eius accipiendum est, ꝙ impossibile sit diuinę natiuitatis nosse mysteria, aut de partu virginis: ꝙ difficulter possit exponi. Potuit. n. angelus & euangelista modum narrare huius mysterij ꝙ fieret, vel ꝙ iam fęmina circundedisset virum plenum gratia & veritate: sed modum spiritus sanctus nouit, & virgo quę concepit. Si dicat quis: ꝙ nemo nouit filium nisi pater. &c. Vide quid sequitur: & cui voluerit filius reuelare. Ergo si alicui filius reuelet hic poterit hoc nosse mysterium, verum id est, sed aliud est nosse, aliud eloqui: quia frequenter quę mente concipimus, sermone explicare non possumus. Ergo mysterium diuinę natiuitatis in corpore possunt sancti fide magis nosse, quam dicere. Alioqui & paulus Raptus in tertium cęlum, audiuit ineffabilia verba, vel non dicenda, [illegible], quę non licet homini loqui idest quę nequaquam valet humana lingua proferre Quod si quis (inquit Hilarius) intelligentię suę imputat generationis huius sacramentum non posse se consequi: maiore istud dolore a me audiet ignorari. Ego nescio, non requiro:

2. pet. pri.
Math. 11
2. corin. 12

D & consolabor me tamen. Archangeli nesciunt: angeli non audierunt, sęcula non tenent, propheta non sensit, apostolus non interrogauit, filiꝰ ipse non edidit: cesset dolor querelarum Nam vt de ijs interim taceam: illud vel requiro: vnde vitam sensum & motum indulgeas filijs quos generas, oculos accendas, cor affigas: hęc si potes narra. Hęc ille. Ambrosius. Si paulus verba illa ineffabilia dicit, quomodo nos exprimere possumus paternę gñrationis arcanum: qđ nec sentire possumꝰ, nec audire? Mens deficit, vox silet, nec tantum mea, sed etiam ipsorum beatorum angelorum. Dices. Nullum est ergo officium fidei? si nihil potest comprehendere Imo hoc est fidei officium id quod credit incomprehensibile libr esse scire. Sed audiamus euangelistam. Liber generationis Iesu Christi, Et quoniam in ore duorum vel trium testium stat omne verbum: aperiant nobis Ezechiel & Esaias huius libri (signati alioqui sigillis multis) vel exteriora mysteria, scriptꝰ est enim intus & foris, intus deus, foris homo. De hoc dictum est Ezechieli cap. 2. Aperi os tuum & comede quęcunq; do tibi. &c. Hieronymus. Hic liber tantę difficultatis fuit: vt nullꝰ potuerit, neq; in cęlo neq; in terra illum aperire & legere: nisi solus Leo de Tribu iuda. Quid est autem aperire & legere: nisi re exhibere quod mysterijs velabatur in libro scripturę? Quod etiam dictum est ioā-

Apoca. 5.

E ni: vicit Leo: vt aperiret librum: id dicit Ezechiel expandit illum coram me. Intus igitur scriptus erat intelligentia spirituali: foris in historia litterę. Interiora libri legit Ioannes dicens: in principio erat verbum: exteriora Matthęus dicens: liber generatio. Iesu Christi filij Dauid. Cęterum, 70. interpretes non librum expansum dixerunt: sed caput tantum: neq; enim fieri potest: vt natura humana totos libri huius thesauros deuoret: in quo iuxta apostolum latent omnes thesauri sapientię Dei. Vtramq; autem paginam libri huius ioãnes breui sermõe depinxit dicens, Quod fuit ab initio, quod audiuimus: & oculis nr̃is prospeximus:

Ioan. pri.
Collos. 2.
pri. ioan. 1.

peximus: & manus nostrę contrectauerunt:nã vita ęterna quę erat apud patrem:inter homines visa est,
& cum hominibus conuersata: & vidimus gloriam eius,gloriam velut vnigeniti. Cuius vnigeniti' Ie-
su Christi filij Dauid.& cetera. Audiamus & Esaiam. Sume inquit librum nouum & grandem iux
ta.70.& scribe in eo stilo hominis:velociter spolia detrahe,cito prędare. Librum inquit nouum:quia no
uum creauit dominus super terram.Et quod illud nouum' verbum abbreuiatum faciet dominus super ter
ram.de quo dicitur:pannis inuolutus ponitur in presepio. Hoc est igitur nouum/ sub sole licet: humanis
verbis & stilo quo homines scribere consueuerunt.dei sacramenta comprehendere: partum describere fę-
minę,quę illum suo vtero circundedit:qui cęlũ palmo,minio digito mensus est aquas tribus digitis mo-
[Esai.40.] lem terrę appendit.Est liber nouus:quia fęmina hęc virum omnino nõ nouit : & Verbum caro in carne
eius nouo modo quattuor litteris exaratum est. I H V H. De quibus alias latius.De hoc dicit Augusti-
nus.Qui insculpsit legem in lapideis tabulis sine stilo ferreo: ipse grauidauit Mariam, videlicet spiritus F
[Augustinus] sanctus.Nouus igitur est liber hic:quia & vas nouum allatum est , in quo missus est sal sapientię Dei:
[Exodi.32.] quo sanatur sterilitas aquę.Aquę autem iste populi sunt.Denique si septem funibus nouis,qui nunquam
[4.regũ.2.] fuerunt in opere ligatus fuero:infirmus ero: & alijs hominibus similis. Iam libri capacitatem quis expli-
[Iudi.16.] cet:O israel quam magna est domus Dei:quę talis esse debet:vt in cunctis nationibus nominetur. In cũ-
[1.pali.22.] ctis generationibus beatificetur: & benedicta erit in ęternum. Hic est igitur liber in quo scriptus est puer
quidam:cuius nomen est spolia detrahe,cito prędare.ipse enim moriens: infra triduum accelerauit resur-
rectionẽ,detraxit spolia(alligato forti)animas videlicet quę in sinu Abrahę quiescebant in spe : fine in la
[Hierony.] cu in quo non erat aqua.Denique prędatus est multos ex viuentibus:quos sibi princeps mũdi huius quasi
[Zacha.9.] iure addixerat:iuxta quod dicit Paulus:eripuit nos de potestate tenebrarum: & transtulit in regnũ dile-
[Collect.pri] cti filij sui:filij itẽ Dauid.Chrysosto.Quod si iudęi audituri sonitum tubę & montem visuri flamman-
[Chrysost.] tem: & fulgura coruscãtia & tenebras & procellas.triduo ante se continere iubentur a fęminis: & laua- G
[Exodi.19.] te vestimenta: & si in timore erant maximo,cum certe plurimum illos presentia foueret Mosi:quãto ma
gis nos,qui talia incipimus audire verba: & nõ procul a monte fumante consistere:sed in ipsum vt ita di
[Ioãnes.8.] cam introire cęlum maiorem debemus philosophiã oñdere!Liber inquit generationis Iesu Christi.O mi-
raculum miraculorum.Et nonne vox eius est,antequam Abraam esset ego sum Quomodo & Dauid vocat
eum dominum, si filius eius est'sed ego inquit sum. α.sum &. ω.Primus & nouissimus. ¶ Ponitur autẽ
nominatiuus absolute:ceu vice tituli:cum dicit, Liber generationis:sicut Esaias.visio Esaię: & Marcus
initium euangelij.Potest autem legi textus :cui liber generationis Iesu Christi filij Dauid. Qui Dauid
fuit filius Abrahę.Sed iuxta cõmunem sensum,quęritur a multis cur Dauid preponitur Abrahę : qui
[Gregori9] lapis primari9 fidei nostrę vocatur & fidelium sinus:cui non semel nec sine iure iurando promissio de se
[Genes.22.] mine in quo benedictionem consequuturę essent omnes gentes facta est;quique diem domini Iesu videre
[problema.] exultando promeruit.Is inquam & tempore pręcessit ipsum Dauid & semel tantum peccasse legitur Ge
nesis.15.Esai.43.Cum enim dominus diceret Abrahę:suscipe cęlum , & numera stellas si potes : sic enim H
erit semen tuum:respondit Abraam.Domine deus vnde scire possum,quod possessurus sum eam? Hęc ver-
ba Hieronymus sic interpretatur:exponens illud ex capite.43.Esaię/pater tuus primus peccauit. Autor
generis vestri Abraam peccasse conuincitur:quando dominus ei terram repromittens (quę fluit lacte &
melle) & semini eius,respondit:in quo sciam,quod possidebo eam?Quasi dubitaret Abraam de promissio-
ne diuina.Et obserua interim hypparci insignem stultitiam,qui ausus est rem etiam deo improbam: an-
numerare posteris stellas ac sidera ad normam expangere:organis excogitatis , per quę singularum loca I
atque magnitudines signarent: vt facile discerni posset,ex eo non modo an obirent,nascerenturque,sed om-
nino aliqua transirent:mouerentur ve:item an crescerent,minuerent ve:cęlo in hęreditate cunctis relicto
si quisquam qui rationem eam caperet inuentus esset.Plinius lib.2.cap.26.Alioqui Abraã sanctitate fa-
mosus(esto irreprehensibilis)obedientia fideque nulli secundus.Cęterum Dauid & si vir iuxta cor dei:cui
incerta sapientię suę manifestauit deus:propheta nulli inferior,rex tertio vnctus ; cui toties de incarnati
verbi sacro promissio facta est,vide Esaie.11.Hiere.23.Ezech.37.ps.131.2.reg.7.pri. paralipom.17. &. 22.
Michęę cap.5.Tamen non semel peccauit:sed pluries idque grauiter:quia & tulit vxorem viro,virum ine-
[2.regũ.12.] briauit: & tandem sustulit,nec solum illum.Denique duxit quam scorto polluerat:id quod domino super
omnia displicuit:populum numerari iussit. 2.regum vltimo.non seruato ordine iuris. Iniquam sententiã
protulit contra Miphiboseth.2.re.16.& latam cõfirmauit ca.19.idque pene impie(vide Thomã sup.ps.50)
Et tamen Dauid iste prefertur ipsi Abrahę. Quare?Vt vbi abũdauerat delictum,superabundaret gratię ple K
[Roma.5.] nitudo,vt Christus dominus qui propter peccatores venerat:'de peccatoribus nascens: omnium peccata
[Hierony.] deleret: qui credunt in nomine eius.Iuxta Hieronymũ:Ordo est prępostérus:sed necessario commutat9:
quoniam finis precedentis clausulę:est principium sequentis.Illud prętérea annotãdum Matthęum ge-
nealogię contextum accomodasse ijs quibus scripsit hoc euãgelium hebręis videlicet,quorum animo scie
bat fore gratissimum:si intelligerent Christũ dominum esse filium Dauid & Abraam: quorum memo-
ria apud illos erat celeberrima,&,apũ quos de eodem dño Christo pręcesserat pollicitatio.Cęterum Lu-
cas quia Gentilibus scripsit euangelium,a Ioseph ad ipsum vsque deum deducit genealogię seriem, vt in-
telligerent Christi grãm non ad iudęos solum:sed ad vniuersum mortalium genus ęque fore cõmunẽ,ipse
enim futurus erat expectatio gentium.lapis angularis,qui fecit vtraque vnum. Sed cum vnius generatio-
nis Iesu Christi nobis euangelista descripturus in libri sui titulo repromittat.Quid est qđ infert, Abraã
genuit Isaac. & sic deinceps : donec inferat virum Marię?Quia ille veniebat in carne qui impios iu
[Gregori9.] stificatos ascriberet in albo cęli in ęternitate. Ille veniebat forma serui assumpta initur9 cum hoste cer-
tamen mu

tamen mutato videlicet habitu: vt hosti illuderet, qui primum se duxerat hominem: obijciens ei candem formam eandemq; naturã, mortalitatis quidem nostrę participem, sed peccati penitus expertem. Quãdo autem serpens ille prudentissimus licet: & si Lynceos haberet oculos (arbitror enim serpentes id circo prudentes appellari. Matth. 10. q; longissime cernãt) cognosceret nostrum Iacob: sub hędinis pellibus latitantem: hoc est quando intelligeret in filio hominis se nihil iuris habere: filio alioqui tot insignium prę-uaricatorum Iudę, Dauid, Salomonis, Manasse, Amon, Sedechię. &c. Quando de omnibus generalem protidit sententiam Dauid dicens: in iniquitatibus conceptus sum, & in lucem editus: & si vnius diei infans. Sed audi dominum alloquentem sanctum Iob cap. 40 Nunquid extrahere poteris Leuiatam hamo? Gregorius ibidem. In hac aquarum abysso idest in hac immensitate generis humani, ad omniũ mortem inhians: vitam pene omnium vorans: hic ille aperto ore cetus hic ferebatur: sed ad mortem leuiatam istius hamus in hac aquarum profunditate caliginosa/linea mira est dispensatione suspensus: de qua dicitur, Abraam genuit Isaac: & hic ipsum Iacob & sic deinceps. Nam cum dicitur: Genuit Isaac. &c. cumq; cęteri successores interposito Ioseph nomine: vsq; ad Mariam virginem describũtur: quasi quedam linea torquetur: in cuius extremo incarnatus dominus idest hamus iste ligaretur: in quo dum mortalẽ carnem conspexit: eamq; momordit: eum quem vorauerat Ionam exenteratus viuum euomuit. Cur autem Ioseph magis q̃ Marię generatio describatur: cum Maria de spiritu sancto conceperit & genuerit dominum Christum: & Ioseph a generatione domini videatur alienus, dubitare possemus: nisi consuetudo nos instrueret scripturarum, quę semper viri originem quęrit. Quam deforme enim esset, si relicta viri origine, origo feminę quęreretur: vt videretur patrem non habuisse ille totius mundi populis prędicãdus. Non ergo mireris Ioseph describi originem Etenim secũdum carnem natus vsum debuit sequi carnis, & qui in seculum venit, seculi debuit more describi. De quo vide Gene. cap. 10. Maxime cum in Ioseph origine etiam origo sit Marię. Nam cum vir iustus fuerit Ioseph: vtiq; ex tribu sua & ex patria sua accepit vxorem. Nec potuit iustus facere contra id quod lege prescriptum est Nũ. 36. vnusquisq; in hereditate tribus suę. &c. Omnes enim viri ducunt vxores de tribu & cognatione sua: & cunctę feminę de eadem tribu maritos accipient: vt hereditas permaneat in familijs, nec sibi misceantur tribus. Itaq; & census tempore ascendit Ioseph de domo & patria Dauid, vt profiteretur cum Maria vxore sua: quę ex eadem domo erat. &c. Sequitur. Abraam genuit Isaac. conceptus iste mirabilis Isaac, qui risus interpretatur, post angelos hospitio susceptos Abrahę nuntiatur: quoniam iuxta Chrysosto. hospites suscepisse hospitio, trinitatem suscepisse est, & eum cuius vox est: hospes fui, & suscepistis me. Reuertens inquit veniam ad te in ãno altero, & Sara viua erit, & habebit filium. Risit autem Sara occulte (sed nihil occultum deo) dicens, Num senio confecta, voluptati operam dabo? Num paritura sum anus? Num de capulari sene: dextra computante annos? Sed deo nihil est impossibile: nihil difficile, qui hominem e limo plasmauit: e costa feminam. Pręmittitur ergo filius sterilis ante filium virginis: donaturq; Sarę fęcunditas tum vicinnũ exultatione: quia nouo partu erat donanda virginitas: quę gaudiũ peperit vniuerso mundo. Omnis. n. qui audierit, corridebit mihi. Isaac autem genuit Iacob. Ex vxore Rebecca: quę & ipsa. 20. annis sterilis fuit: quam duxerat ipse annos nactus. 40. Ex quo perspicuum est: amore prolis eum magis q̃ incendio libidinis ductum vxorem sibi copulasse. Et deprecatus est dominũ pro vxore sua sterili, dominus enim mortificat & viuificat. &c. Illudq; donec sterilis peperit septem. Neq; enim beata hęc femina eatenus despuerat: vt diceret cum Rachel: da mihi liberos, alioqui moriar. Et quia iuxta Iacobum: multum valet oratio iusti assidua, & prędestinatio iuxta August. precibus adimpletur: exaudita est oratio eius, cępitq; impleri re: quod dominus promiserat, sic erit semen tuũ, sicut stellę & sicut arena maris. Ad stellas ergo pertinet Iacob, Esau autem ad arenam: sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Vnde Rebecca idest mater ecclesia cernens inter tot arenę cumulos vnam & alterã fulgere stellam plus secundo dixit ad dominum. Si sic futurum erat, prestabat non concepisse. Si multi sunt vocati: stultorum numerus infinitus. si reptilia fere sine numero: boni pisces vix. 153. Si hędi sunt multi: & grex tuus o bone pastor per pusillus: melius erat non concepisse. Sed tu quisquis es: esto Iacob vitiorum supplantator: esto fidelis vsq; ad mortem: & dabo tibi coronam vitę. Iacob autem genuit Iudam & fratres suos. Iacob natu minor industria matris (pia videlicet fraude) excluso Esau viro vago & venatore, consequutus est tum benedictionem, tum & hęreditatem illam pręclaram, quam idem Esau vili edulio distraxerat: iam ex eo tempore typum gerens ecclesię, quę ex cauda caput facta est, & iudęis circa carnales victimas occupatis: ipsa regnum cęlorum vi pręoccupat, sicut scriptum est, iuste vocatum est nomen eius Iacob supplantauit enim me semel, & bis & tertio. Rebecca quondam e filio pendens: & furtum cõmisit: & non est verita ne deprehẽderetur, neq; timuit: quanq; periculum erat non paruum. Sed & filio dũ rem diligentius pensiculatur hesitanti, me maledictio hęc inuadat inquit. Vides etiam in femina apostolicam mẽtem? Quẽadmodũ enim Paulus pro iudęis fieri anathema optabat: ita hęc vt bñdictiõe filius potiretur: maledictionem ferebat Ipsa, & bonis filio cedens: mala subire Sola parat. Moraq; negotij indignatur: ne interim Esau consilium cogitatum ludificaret. Itaq; precipitat verba: & celeritate obruit adolescentem: permissaq; excusandi facultate, quod persuadendi vim plenã haberet subiecit. Non enim hęc frustra fili obijcis inquit: patrem metuis senem, sensuum iuditio destitutũ. Sed quid? in me maledictio tua cadat inquit: modo rem nobis tu pręuertas, tantum thesaurum prodas: consilij negligens. Is ergo Iacob ex vxore Lea quartum genuit filium (si quidem primus fuit Ruben, secundus Simeon, tertius Leui) qui nomen tribui indidit, ex qua dominus Christus prędifinitus est exoriturus: dicente Iacob, iuda te laudabunt fratres tui. De hoc & Hiere. cap. 31. Ecce dies veniunt: & disponam domui iuda & domui Iacob

2. regũ. 22.
Genes. 27.
ps. 50.
Gregori⁹
August.
Luc. 2.
Genes. 18.
Matth. 25.
Chrysost.
Genes. 21.
Genes. 25.
pri. reg. 2.
Genes. 30.
cap. 5.
August.
Geñ. 12. 26
Malach. 1.
Eccle. pri.
Lucę. 12.
Apoca. 2.
Genes. 27.
Genes. 25.
Matth. 11.
Gene. 27.
Chrysost.
Gene. 49.

testamentum nouũ. &c. Cum igitur hic solus pertineat ad genealogiam Christi explicandam, ponunt tñ copulatim fratres sui: qm̃ omnes ptinent ad ppl̃m Dei vel multi ex singulis tribubus, iuxta illud: ex tribu iuda, Leui, Simeon: Gad, Asser. &c. Duodecim milia signati. Id aũt nõ fecit in fratribus Isaac, quia in gentilitate pmanserũt. Preferẽ igitur Isaac Ismaeli, Iacob ipsi Esau, Iudas tribus fratribus videlicet Rubẽ Simeõ & Leui. Sic prelat⁹ est Dd sex fratribus & Salomõ ipsi Annõ & Adonię ab eo videlicet qui mutat tempa & ętates. trãsfert regna atq; cõstituit. Qđ aũt Ruben violauerit thorũ pr̃is, Simeõ & Leui cõsiliati fuerunt primũ de nece sancti Ioseph, vt merito eis prelat⁹ fuerit iudas, oĩbus palã est. **Iudas aũt genuit Phares & Zaram de Thamar.** Meminit vtriusq; fr̃is ,ppter causam p̃dictam, qđ tñ non seruauit in Esau & Iacob. ¶ Ordinaria. Per quę verba mõstrat oẽs abnoxios fuisse pctĩs: quia & iudam accusat fornicatio, & Dđ adulteriũ, & Salomonẽ idololatria. Si aũt a magnis lex nõ est impleta. Actu. 15. nec a minorib⁹: & sic oẽs peccauerũt. Cęterũ dicens Matth. Iudam ex Thamar Nuru sua gemellos suscepisse: & nõ ex vxore legitima: os p̃cludit iudęis dicentibus apđ Ioannẽ: Nos ex fornicatione nati non sum⁹. Et quia testimoniũ hoc cõtra tribũ iuda tm̃ militat: audi Hieremiã. Saturaui eos & mechati sunt, & in domo meretricis luxuriabanẽ. Equi amatores i fęminas: vnusquisq; ad vxorẽ ,pximi sui hinniebat. Mirañ vero multi cur Thamar mulieris famosę (vt illis videtur) Matth. in dñica generatione nomẽ cõtexẽdũ putauerit. cur etiã Ruth Moabitidẽ: cur ei⁹ quoq; mulieris: quę Vrię vxor fuit: & occiso viro: in Dđ nuptias cõmigrauit: cur & Raab meretrix, cum p̃sertim Saræ/Rebeccę & aliarũ sanctarũ fęminarũ nusq; fecerit mentionẽ. Hierony. breuit' respõdet, vt qui ,ppter pctores venerat, de pctõib⁹ nascens nos oleastros in se bonã oliuã insereret iuxta illud: ego aũt sicᷓ oliua fructifera in domo Dei. p̃s. 51. Chrysost. Quid agis o euãgelista: Quid nobis talis recordationẽ infers historię: qua fornicatio turpis cõtinet? Quid hoc rei est? quia si regis alicui⁹ aut principis describereẽ genus: merito hęc reticuisset euãgelista: quia vero de incarnati verbi mystero scribimus: qui deus & hõ est: nõ mõ non tacere ista, verũ ornare debemus. Propter nimiã. n. charitatẽ venit in simili, carnis peccatricis. Ro. 8. Cęterũ n animũ intẽdas inquit Ambro. Thamar nõ tam famosa est q̃ iusta. Non. n. tẽporalis vsum libidinis requęsiuit (filię Loth) sed successionis grãm. c̃cupiuit. Erat. n. per id tempis deforme, liberos non habere. imo filios genuisse bñdictio erat, dicente lege: benedictus fructus ventris tui, & fructus terrę, & iumentorũ tuorũ. Taceo q̃ hoc ipsum Celibem videlicet vitã agitare legum ciuiliũ fuit Apud Lacedemones autoritate mulctatum. Hi. n. celibes viros aspectacl'o gymnicorũ ludorũ prohibendo: ignominiaq; afficiẽdo: magnam liberos gignendi curã iniecit Vnde & illud in Dercillidã dictũ (q̃uis spectatus esset imperator) reprehẽdit nemo. Illi namq; aduenienti iuniorũ nemo sede cessit, cum dicerent pro se quisq;: ne tu quidẽ qui mihi cessur⁹ sit genuisti. ¶ Promiserat iudas ipsi Thamar, q̃ traderet eam filio suo Sela. defunctis fratribus duobus: sed dum pactarũ fędera distulit nuptiarũ per moram promissi defunctus est sponsus. Nondũ virginitatis: nõ dum viduitatis ante Christi aduentum vernabat gratia inquit Ambro.. Dolens se sine filijs remansisse: dolum studio generationis cõmenta est: & iudam consilio p̃uertit postq̃ vita functam eius cognouit vxorem. Dicamus & de Loth viro iusto: qui simile quid passus est a filiabus suis: nouũ videlicet genus imposturę. Origenes. Describunẽ fęminę atre furatas cõcubitũ pr̃is. In quo nescio: si quis põt excusare ita Loth, vt eum immunem faciat a peccato. Nec rursum ita eum accusandũ puto, vt ita grauis incesti fieri debeat reus. Non insidiatus est, aut violentet erupit in pudicitiã filiarũ: sed magis est insidias passus: & arte circunscriptus. Nõ potuisset tñ circũscribi a puellis, nisi inebriari potuisset. Subiacet ergo culpę, q̃ decipi potuitq; vino nimis indulsit. Et ecce ebrietas decepit: quẽ Sodoma nõ decepit. Vritur flãmis mulierũ, quẽ sulphurea flãma non vssit. Apparet aũt filias Loth didicisse quędam de consũmatione sęculi, quę immineret per ignẽ: sed tãq; puellę non perfecte didicerant: nescieruntq;, q̃ Sodomiticis regionibus igne vastatis: multũ ad huc spatij integrum resideret in mũdo. Audierant in fine sęculi terram & oĩa elemẽta igne decoquenda, videbant igne sulphureo oĩa vastari, matrẽq; suam non esse seruatam, suspicatę sunt tale aliquid factum: quale in tempe Noe: & ob reparãdã mortaliũ posteritatẽ: solas se esse cũ parente reseruatas. Quãuis aũt grãde eis videreẽ crimẽ: furari concubitũ pr̃is: grauior tñ eis videbaẽ impietas, si humanę vt putabãt posteritatis spem seruata castitate delerẽt. Vbi ergo hic libidinis culpa: vbi incesti crimẽ arguitur? Semel ingrediuntur, simul e suscipiũt ab ignorante conceptũ. Quomõ dabiẽ vicio, qđ non iteratur in facto? Vereor ,ploqui qđ sentio, ne forte castior hatũ incestus, & Thamar concubitus, q̃ pudicitia multarũ. Qñ & pecora ipsa sciunt, cũ cõceperint: vltra nõ indulgere marib⁹ copiam sui. Hęc ille. Nõ ergo alienũ p̃ripuit thorũ Thamar, nõ vagã captauit libidinẽ, sed diu soceri fraudata ,pmissis ex ea familia quã delegerat fructũ voluit successiõis adipisci. Genuit ergo Thamar duos. Et q̃te vtrũq; expressit Mat. Sed locũ istũ altius repetamus. Iudas meretricẽ rat⁹ (opuerat. n. vultũ ne agnoceret (assumpto teristro: est aũt ornat⁹ fęminarum q̃ nullo sunt i merore, vestis alioqui ęstiualis dicta x/απο [illegible] vel θ'εϱων. i. ęstate) dimitte me inquit vteo eã tecũ. Et illo respõdẽte, quid dabis vt fruaris congressu meo: mittã inquit hędũ de capris. Patiar inquit qđ vis si tradas interim arrabonẽ (vox hebraica est) donec mittas qđ polliceris. Et quid vis inquit illetradi tibi ,p arrabone? Anulũ inquit, armillã & Bacl'm. Abulẽ. q̃riẽ ergo, & merito q̃riẽ, q̃m iudas ,p vno hędo tot deposuerit pignora: & hoc apđ meretricẽ: & maxime anulũ, quo litterę olim obsignabanẽ. Rñdeẽ breuiter, q̃ i affectu & passiõe desiderij posit⁹, p̃nte obiecto delectabili, et palliũ postulat⁹ deponeret. Ita q; thamar tumescẽte vtero: delata apđ socerũ đ adulterio, ,platis pignorib⁹ inocẽtiã suã vt cũq; tueẽ. Duo paruuli erãt i vtero, q̃si duo testes cõtra matrẽ: illa ṽo siles: trẽs ,pfert testes anulũ armillã & bacl'm: qui innocẽtem tueanẽ. Nam si nurus comburenda est, cõburaẽ & socer. Sic iudas qui innocẽtẽ iubet comburi in se inq; duos filios (alter Dauid) sententiam nesciens profert & isti sunt Phares & Zara. Cęterum

hoc diu-

Apoca. 7. — Daniel. 2. — Genes. 35. — Genes. 38. — 2. regũ. 12. — 3. regũ. 11. — cap. 8. — Cap. 5. — Hierony. — Ambro. — Deute. 23. — Plutarch. — Origenes. — Ambro. — Abulẽsis.

F G H I K

hoc diuina dispensatione factum tremur: vt quia iudas putabat, ipsam Thamar causam dedisse neci duorum filiorum ipsius iudę, qui tamen in peccatis suis a domino occisi sunt: idq; timens, non dederat ei tertium Selam: propterea iudas nesciens: cum Nuru sua rem habuit: vnde didicit, q̃ non illa occiderat viros, sed res pessima quam operabantur. Duos igitur suscep. ex Thamar gemellos: qui duos ei dederat filios in coniuges. Vide autem & hoc, immutatum hic ordinem natiuitatis. Zara prior protulit manum in qua obstetrix lex videlicet Mosi ligauit coccinum, sine sanguinis enim effusione non fit remissio in lege hebrę. 9. sed ante vertit phares & pręoccupauit aditum: & natus est prior. Hic itaq; populus ex gentib⁹ adunatus dirupit maceriam legis: per gratiam credens se saluum fieri. Vnde illud. Cur tentatis imponere iugum (idipsum est coccus in manu Zarę) super ceruices discipulorũ: quod nec nos nec patres nostri portare potuimus? sed per gratiam Christi credimus saluari: sicut & illi. Illi ergo gerunt signum in manu; nos signatum in fronte. Illi sanguinem quem fuderunt, super se acceperunt: nos adoramus & haurimus. Ad hęc Theophylact⁹. Sicut Zara ostendit primum quidem manum & retraxit: ita & in sanctis qui erant ante legem & sub circuncisione apparuit vita christiana. Omnes enim illi non ex obseruationibus & mandatis legis iustificati sunt: sed quia euangelicam vitam vixerunt. Nam & Abraam & patrem & domũ, propter deum reliquit: & ipsam naturam abnegauit. Vbi autem lex venit, contracta est talis vita. Quemadmodũ aũt illic nato phares: posterior iterum exiit Zara: ita lege data: iterum apparuit manus quę coccineo funiculo nempe sanguine Christi signata fuit videlicet lex euangelica: propterea ergo euangelista duorũ fratrũ meminit: quasi declarans ortum eorũ sacramẽtis plenum. Possumus & illud dicere. Memor fuit Thamar, tam & si non laudanda videatur: eo q̃ dormierit cum socero: vt ostẽdat q̃ dñs cum suscepit omnia ꝓpter nos, & hoc susceperit: vt tales haberet progenitores, qui non venit vocare iustos sed peccatores. **Phares aũt genuit Esrom: Esrom autem Aram: Aram autem genuit Aminadab Aminadab autem genuit Nason.** Hic est Esrom, de quo primo Paralipomenõ cap. secũdo. genuit autem tres filios videlicet Hieramehel, Ram qui hic vocat Aram, & Calep: alias Ealubi. Itaq; & hoc loco natu minor pfert maiori: sic & Moses natu minor pfert ipsi Aaron. Caro. n. & sanguis regnũ dei non possidebũt. De Naason vide nũ. cap. 7. **Nason aũt genuit Salmõ.** Is pri. pali. ca. 2. vocatur Saalma. **Qui & genuit Booz de Rahab,** Nuptias inter Booz & Rahab nullibi legim⁹, Scriptũ est aũt Iosue, 6. Rahab meretricẽ & domũ pris sui, & oia q̃ habebat fec' Iosue viuere: & habitauerũt in medio israel vsq; in psentẽ diẽ: eo q̃ abscõderit nũtios quos miserat vt explorarẽt Hiericho. Vnũ op⁹ fecit: hospites ptexit: & cõsilio suo tutos ad mõtana direxit, & vbicũq; pdicatũ fuerit euãgeliũ hoc: dicet, Rahab genuit Booz. &c. ex quibus Christus Iesus iuxta carnem. Mulier hęc Cananęa erat: meretrix erat: & nomine tantum nota: eoq; infami: & preuenit & ipsa manus suas dare Deo: vnde exempta meretricio cõmertio: inita est populo dei: dicente apostolo. Fide Rahab meretrix non perijt cum incredulis: excipiens exploratores cum pace. Vide Iosue. 2. **Booz autem genuit Obeth ex Ruth.** Illud interim annotandũ, q̃ nisi Ruth mulier alienigena reliquisset domum patriam: gentem penates, & auitos deos; nunq; fuisset tali nobilitata cõnubio: vt fieret tot regum mater: denique & mater Christi. vnde illud. Emitte agnum domine domi. terrę de petra deserti / ipsa est Ruth. Est enim agnus hic os de ossibus nostris, & caro de carne. Per ossa Abraam intellige: per carnem gẽtiles: sicut Rahab & Ruth. Quomodo aũt Booz duxerit ipsam Ruth, & Salmon Raab fęminas alienigenas: contra pręceptum legis Deut'. ca. 7. &. cap. 23. Respondet Nicolaus q̃ probitati earum id datũ est: altera enim occultauit exploratores, altera relictis idolis: vsq; adeo socrui suę adhęsit, vt diceret. Hęc faciat mihi dominus & hęc addat, si non sola mors me & te separauerit, & sicut sequitur: videns Noemi q̃ obstinato animo (optima obstinatio) Ruth decreuisset secum pergere. &c. cap. pri. Ita dicit Ambro. super Lucam. Quoniam iuxta apl̃m. lex non est imposita iustis. Intrauit igitur Ruth ecclesiã: quia sancta & immaculata moribus: supra legem facta est. Itaq; in illa nostrum omnium qui collecti ex gentibus sumus ingrediendi in ecclesiam Dei figura pręcessit: sicut in male induto qui ę nuptijs in tartara est detrusus: omnium qui in ignẽ mittendi sunt pręcessit & typus. Ingressa est tamen Ruth post generationes decem in ecclesiã Dei: & sunt hę. Abraam, Isaac, Iacob, Iudas, Phares, Esron, Aram, Aminadab, Naason, Salmon & Booz qui duxit ipsam Ruth. Cęterum lex non fęminas Amonitidas sed mares prohibuit, sicut dicit Augustinus. Mores igitur huius fęminę videlicet sanctitatem erga socrum, pietatem, erga defunctum: religionem erga deum cum cognouisset Booz: dignam duxit quam duceret; vt suscitaret semen cognato defuncto. Quęritur autem quõ verũ sit Booz genuisse Obeth ex Ruth: qm̃ a principio ducatus Iosue, quando videlicet Salmon duxit Raab; vsq; ad tempus quo Heli pręfuit populo: quo tempore Ruth venit in iudęam cum Noemi: computantur anni. 325. sicut patet computanti tempora iudicum inter mediorum. Hanc difficultatem ita soluit Nicolaus, vt dicat fuisse tres viros nomine Booz: auum, filium, & nepotem. Primus genitus est ex ipsa Rahab a Salmone, & tertius genuit Obeth ex Ruth: sic euangelista tres sub vna generatione contexuit, sic alias tres generationes pręterimisit. Hugo cardinalis etiam meminit trium virorũ qui vocati sunt Booz. Idem refert Dionysius Cartusianus. Nos quo clarius pateat difficultas: dicamus ad hunc modum. Naason genuit Salmon: Salmon genuit Booz: Booz genuit Obeth: Obeth genuit Iesse: & is genuit Dauidem patrem Salomonis. Principio obseruandum q̃ ab exitu israel de ęgypto vsq; ad iacta templi fundamenta numerandi sunt anni. 480. sicut habes tertio regum cap. 6. preterea Nũ. cap. primo dicitur q̃ Naason erat princeps tribus iuda, altero anno ab exitu israel de ęgypto. Ponamus q̃ eodem anno Naason princeps agebat annũ. 30. Hic ergo Naason post annos viginti ab ingresso deserto genuit Salmonẽ, qui quãdo terram promissionis ingressus est cum Iosue, erat annorum viginti. Duxit aũt eodem anno vxorẽ Raab:

Chrysost. genesis, 35
Actu. 15.
Theoph. genesis, 12
Luce, 5.
pri, cori, 15
32. q. pri. per totũ.
Esai, 16.
Nicolaus
Ambro.
Matth. 22
Questio.

ex qua post annos.50.genuit Booz. Booz annorum septuaginta genuit ipsum Obeth, ex vxore Ruth. Obeth nactus annos.70.genuit ipsum Iesse. Iesse annorum.70.genuit regem Dauid. Dauid cum esset annorū sexaginta genuit Salomonē. Cui⁹ anno vitę q̄rto decimo & regni.4. tēplū cep̄t esse edificari. habem⁹ ergo hos ānos p̄ ordinē/ viginti de Naason, septuaginta de Salmone: totidē de Booz: item.70.de Obeth & totidē de Iesse. Sexaginta de Dd̄, & quindecim de Salomone, qui simul iūcti, fiūt āni.375. Deficiunt ergo anni.105.vt impleatur numerus.480. Quod si ponamus Salmonem, Booz, Obeth, Iesse annorum octoginta quinq; genuisse: quod nō est verisimile etiam istis sexaginta annis additis, ad huc desunt anni.45. hęc est difficultas. Altera quęstio hic ponitur a Matthęo nō minus perplexa. Matrimonium enim Salmonis cum Raab fuit tempore Iosue. Iosue cap̄.6. Matrimonium autem Booz filij Salmonis cum Ruth fuit tempore Heli sacerdotis vel prope. Inter Iosue autem & Heli fluxerunt ad minus anni. 330. sicut paret computanti tempora iudicum qui prefuerunt populo israel. Hūc nodum soluat Herculēs.

F

Positio abulensis stat in hoc: q̄ Salmon.82.anno ab exitu de ægypto genuit Boozum. iste Booz annorum.98.genuit Obeth. Obeth annorum.98.genuit Isai qui ā.o.85. genuit Dauid regē. Dauid anno.60. vitę suę genuit Salomonem: cuius vitę anno.15. templum ceptum est ędificari. Hi numeri simul iuncti sunt anni.438. Deficiunt ergo anni duo & quadraginta. Dicit & illud Abulensis, q̄ Raab peperit ipsum Boozum cum esset illa annorum septē & octoginta. Chronicę autor ita dicit. Obserua; q̄ hic sit saltus per euangelistas, quo ad Booz & Obeth, quia ad minus inter eos fluxerunt anni. 272. quod tempus ad vnum hominem referri non potest. Et ideo inquit iste; hic quinquies ponitur Booz in linea videlicet iudicum israel, magis ad denotandum tempus quam rem gestam. Sane idem Abulensis per iudices israel sic deducit annos.480. Othoniel prefuit populo annis.40. iudicum cap̄.3. Aioth iudicauit populum annis.80. ibidem. Debbora vero annis.40. iudicum cap̄.5. gedeon iudex presedit annis.40. iudi. cap̄.8. Abimelech annis.3. tyranice. iudi. cap̄.9. Thola prefuit rebus annis.23. iudi. cap̄.10. Iair gubernaculum tenuit annis.22. Ibidem. Iephthe annis.6. presedit. iudi.12. Abessam imperauit annis.7. Ibidem. Chialon⁹ princeps fuit annis.10. Ibidem. Labdom annos.8. ducem prestitit. iudi.12. Samson annis.20. principatum egit. iudi.16. Heli sacerdos annos.40. prefuit populo: primo regum cap̄.4. Samuel & Saul annis.40. habenas tenuerunt regni. Actu. cap.13. Dauid annis.40. regnauit, vt habes.2. regum cap̄.5. libro tertio cap̄.2. Quatuor anni de Salomone tertio regum cap.6. Iten anni.40. de deserto. Hi omnes numeri iuncti sunt.463. Desunt anni.17. his prefuit Iosue, numerando a primo ingressu terrę promissionis. Obseruandum tamen q̄ omne illud tempus quo iudei vel non habuerunt iudicem, vel seruierunt sub tributo alicui Tyrano, comprehenditur sub tempore iudicis sequentis. Alias si anni isti in quibus iudei oppressi sunt ab aliquo tyrano per se numerarentur: ascenderet summa ad.591. annos. Nam ante Octonielem seruierunt regi Mesopotamnię annos octo. Iten ante Aioth iudicem similiter inueniuntur anni.18. seruitutis. Iten ante Debboram inueniuntur anni viginti. iudi, quarto. Iten anni septem, iudi.6. Iten anni duodeuiginti. iudi. cap̄.10. Iten anni quadraginta. iudi.12. capite, qui simul iuncti sunt anni centum vndecim.

G

H

Obstat autem huic positioni philoso. cuius verba sunt libro.7. de historijs animalium capite quinto, Desinunt vt plurimū menstrua mulieribus circa quadrages. annum: quod tempus quę excesserint, vsq; ad sexagessimū seruatur: & etiam nonnullę eo tempore pepererūt: sed vltra hoc tempus nulla potest protrahere. Hęc ille. **Obeth autem genuit Iesse: Iesse autē genuit Dauid regem.** Et quę erat proauia huius viri iuxta cor Dei ipsa est Ruth: quę spicas remanentes legebat: vestigia sequens messorum. Et quę eius ab auia ipsa est stabularia meritoria: & quę interim hospitib⁹ sui copiam faciebat. Ipse rex Dauid ex fratribus.7. natū minor. Et tamen ipse abstulit obprobrium ex israel. Ipse quasi adeps separetur a carne, sic sepatatus est a filijs israel: vnus pro decem milibus computatus: cum leonibus lusit quasi cum agnis, & in vrsis similiter fecit. Dauid sedens in cathedra, sapientissimus princeps inter tres. Ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno. Dauid inquit regem. Erat enim recens Dauid memoria ac celebris apud iudęos: quia prior omnium mortalium templum cogitauit extruere altissimo domino, & impedit⁹ licet impensas preparauit tantę moli non indignas: primo paralipom. capite.28. Ideo solus vocatur rex: & qui primus rex fuit in tribu iuda vnctus in regem viuente adhuc Saul rege. Multi quidē fuerunt reges in iuda, quorum memoria in benedictione est: sicut Iosaphat, Ezechias & Iosias: sed vni tantum Dauid cum iureiurando dictum est, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Et ego primogenitū ponam illum excelsum prę regibus terrę, &c. psalmo.88. De hoc ventre Dauid scriptum est: venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs. Et benedictus fructus ventris tui, vn⁹ inquam fuit rex & pastor: de quo dicitur: & seruus meus Dauid rex super eos: & pastor vnus erit omnium eorum. Quis est iste rex seruus & pastor: seruus quia formam serui induit: cum rex esset regum: de quo dicitur propter veritatem & mansue. & iustitiam intēde prospere procede & regna. Hieronymus. More panegyri, quo laudatores loquuntur ad eos, quos precōnijs efferunt: armatum veritate māsuetu. & iustitia cohortatur ad prelia: vt semel arrepta bella non deserat: & super host ium strages victor incedens preparet sibi regnum in his quos de diaboli eripiens potestate suo copulauit imperio: dicatq; ego autem cōstitutus sum rex. Bene ergo euangelista tali epitecto designauit Dauid quoniam iuxta Chriso. Dauid imago Dei est, idest Christi, cuius vox est: ego sum radix & gentis Dauid. Ita dominus Christus est & radix Dauid: & virga de radice Dauid: est & flos hui⁹ venerabilis virgę est & fruct⁹: & hic dulcis gutturi nr̄o. Iste ergo est rex Dn̄ de quo dictū est Samueli, vs q̄ quo tu luges Saulē; quē quia volēs nolēs dedi: in furore meo dedi: & in indignatione mea abstuli: ad qd̄ p̄figurabat quod oleo vnct⁹ est: qd̄ erat in lenticula, vas videlicet fragile. Imple cornu tuū oleo, & veni mittā te ad Isai Bethlee mitē: prouidi. n. i filijs ei⁹

I

K

pri.q.4. his ita.

Ruth.pri.

pri.te.17.

ecle.47.

2.regū.18.

2.regū.23.

2.regū.7.

p̄s.131.

Canti.7.

Ezech.37.

p̄s.44.

Hierony.

Apoc.vi.

Esaię.11.

Canti.2.

pri.reg.16.

Osee.13.

mihi regem

mihi regem. Iste ergo merito vocatur rex: qui prouidentia Dei vngitur oleo ex cornu idest iuxta volun tatem Dei bonam benepla. & perfectam. Cornu autem eternitatem regni prefigurat, iuxta illud: illuc pducam cornu Dauid. Illuc cum audis intellige vsq ad christum: de quo dicit: Dabit ei dñs sedē dd pris sui. Iste ergo rex Dauid: olim pastor de post fetantes assumptus, vir ad vnguem secundum cor Dei (o pfun dum bonitatis dei) multos genuit filios: & inter eos. Genuit Salomonem: ex ea que fuit Vrie. Annotandum est: cur maluit Mattheus hac nota designare Beth sabee: quam proprio vocabulo, siue q res ipsa notior esset ipso mulieris nomine: vt pote q tragedia hec totus angulos ciuitatis perculerat: imo & blasphemare fecerat inimicos nomen Dei propter verbum hoc: siue q ad mysterium Christi & eccle sie pertinebat eius facti refricuisse memoriam. Theophil. Hic quoq docet spiritus sanctus q nemo de

Roma. 12. ps. 131. Lu. c. pri. psal. 77. 2. regū. 12. Theophil.

A bet erubescere ppter pgenitores: (sit licet tīre filius iuxta puerb.) sed dare magis operam virtute sua illos clariores efficere: si & scorto nati, modo virtute sint prediti. Cum Dauid autē quattuor filios genuerit ex Bethsabee videlicet Simmaa/Sobab/Nathan/Salomonem: sicut habes pri. paralip. cap. iij. Cur ad quartum, i. ad natu minorem deuolutum est regnum: sicut ipse Dauid minimus erat inter fratres suos? Nam & Dauid preter quattuor istos multos alios filios genuit: de quo vide pri. paralip. iij. A dño igitur factum est istud: et est mirabile in oculis nostris: vt filius adultere Bethsabee preponeretur tot filijs legitimarum vxorum, videlicet Achinoe/Abigail/ Maacha/Agith/ Abithal & Egla. Ita enim habes. ij. reg. cap. vij. Cum completi fuerint dies tui (siquidem viri sanguinum nunq eos vel dimidiant) & dormieris cum patribus tuis: suscitabo semen tuum post te: quod egred. de vtero tuo, & firmabo regnum eius: ipse edificabit domum nomini meo. &c. Que omnia licet iuxta sacratiorem intelligentiam possint de Christo intelligi: de quo dicitur: & thronus eius sicut dies Celi: & sicut Sol in conspectu meo: & sicut Luna perfecta in eternum: & testis in Celo fidelis, Nihilominus tamen de Salomone intelliguntur: minimo inter

ps. 117. ps. 88.

B fratres & filio eius que fuit Vrie. De hoc vide pri. paralip. cap. xxij. sicut igitur domino placuit ita factū est: non est enim persone respectus ante deum: ad omnes enim dicitur: Amice nō facio tibi iniuriam, Matthei. c. xx. Quandoquidē regnum non tribus iuda erat quando primum institutum est: sed tribus Beniamin/electione eius qui vocat ea que non sunt. qui Saul vocauit ad gubernacula regni, qū ipse querebat asinas patris sui. A domino igitur factum est: vt cum Dauid genuerit vndeuiginti filios preter filios concubinarum: Salomon quia pacis amator omnibus preferatur, filius adultere quondam. Num inquiunt & Saul inter prophetas? & quis pater eius? Num & Salomon inter reges: cuius vultum omnis terra desiderat? Et que est mater eius? ne quis ergo putet originis maculam impedimento esse posse virtuti; inquit Hilarius. Nam & vanum est hominem insolentem de sui generis se nobilitate iactare; sicut legimus de Alexandro: qui cum iniuria parentis vtriusq filium Iouis hamonis se esse credi voluit. Quis inquit est pater tuus? Auus inquit meus equus erat, At tu inquit vulpes asinus es intus & in cute; sis licet leo apud

Actuū. 10. pri. reg. 9. pri. reg. 19. ambrosi9.

C Cumanos, aut inter Simias. Non ergo parentum crimina verecundior erubescas: cui obumbrande originis facultas adest, si velis flore virtutis. His enim datur potestas vt filij Dei sint: non qui ex sanguinibus fama super ethera noti: sed ex deo nati sunt. Nam plerumq illustribus & beatis viris grauia peccata in fuisse reperies: vt quasi homines tentationi subiacuisse cognoscas: ne virtutibus egregijs plusq homines crederentur: sicut scriptum est, Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus, & nō quicunq sed angelus sathane. &c. Salomon autem ideo fortasse errauit tam grauiter, ne errarent homines. & ad ipsum crederetur manare promissum, de quo prelocuti sumus. Christus enim est qui ecclesiam edificauit nomini domini: non de lapidibus sectis & preciosis: sed Costa detracta lateri cubantis in meridie: cuius regnum, regnum omnium seculorum, & potestas eterna. Dani. 7. sequitur. Salomon autē genuit Roboam: Salomon genuit filias duas vnicum filium: & hūc fatuum. 3. reg. 4. ex tanto examine vxorum. Roboam autem genuit Abiam. Hic est Roboam cuius dorsum Crassius erat bobus quattuor, nimirum cuius digitus grossior erat dorso Salomonis: Colossum putares

Prouerb. 2. Cori. 12.

D aut mōstrum potius quam hominem, vel alterum Og regem Basan. Refert aūt Angelus martyr vidisse se apud egyptum colossum prostratum humi: cuius capitis ambitus. 58. passuum erat: cuius vnum digitum homo vix vlnis suis complectebatur. Is itaq gigas Roboam consilio vsus iuuenum: quibus cum enutritus fuerat, cito dissipauit que Salomon congregauerat vt merito dixerit Salomō id quod sequitur. Detestatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissime laboraui: habiturus heredem post me: quē ignoro vtrum sapiens an stultus futurus sit: & dominabitur in laboribus meis, quibus desudaui: & solicitus fui. Est aūt quicq tam vanum? Ecclē. 2. Ex patre igit sapientissimo qui disputauit sup lignis a Cedro que est in libano vsq ad hyssopum que egreditur de pariete: & disseruit de iumentis & volucribus, & reptilibus, & piscibus: qui dederat deus et sapientiam & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, quasi arenam que est in littore maris: ita vt precederet sapientia eius sapientiam omniū orientalium & egyptiorum: natus est filius stultissimus omnium stultorum: quippe qui dixerit verbū

Angelus. 3. regū. 4. Prouerb.

E insipientie plenum: ego cedam vos scorpionibus: quo vnico verbo semel prolato: populus indignabundus recessit, Vsq in hodiernum diem, ne esset sub obedientia eius: dempta lucerna vna que ei relicta est merito aui sui Dauid. Vtinam autem phryges isti qui hec audiunt: saperent vel sero: toties iam icti & frustrati, laborantes & texentes arachnee telas nescio cui, vel quibus Roboamis, qui cito dissipabunt viuendo luxuriose, q tu multis acquisisti sudoribus. Propter vnū igit verbū durū fere totū regnū amisit. Nasica vir optimus cū edilitatē cādidatus peteret: duriorēq manū cuiusdā rusticani hōis apphēderet rogaretq p iocū pedibus ne an manibus ambularet: ea res adeo molesta rustico illi fuit cōpluribusq circūstātibus: vt ad ppl̄m mānaret: causaq repulse viro excellētissimo fuit, cū se rustici oēs ludibrio habitos arbitrarētur. Isti

Esaie. 9. Plutarch.

ref. Iste est Roboā, in cui⁹. v. anno regni ascēdit Sesac rex ægypti in hierem: tulitq́ꝫ omne desiderabile de domo dñi, & oēs thesauros regis: & reuersus est in terram suam. Proscutis autem aureis quę fecerat Salomō: & abstulit rex Sesac: Fecit Roboam scuta ęrea. Hostis veras virtutes nobis aufert: nos autem reponimus pro auro ęs, stānum & ferrum, ita cōqueritur dñs per propheram: versa est mihi domus israel, in scoriam: omnes isti ferrum stānum & ęs. &c. Abias genuit Asa. Asa genuit Iosaphat: Iosaphat autem genuit Ioram: Ioram autem genuit Oziam: & is gen. Ioatham. De abia nihil memoria dignum refert scriptura, preter id q́ in bello habito contra hieroboam: magis confisus est in domino quam in multitudine pugnatorum. ij. parali. xiij. cuius cōsilio si acquieuisset hieroboam (sed dulce bellum inexpertis) non desyderaret ex suis. ꝺccco. pretermitto illud, q́ bellum hoc non cum exteris, sed fratribus gestum est. Accep. autē Abia vxores. xiiij. & procreauit ex eis filios. xxij. & filias sexdecim: modestior certe Salomone, qui fere vxoribus mille congressus est: mōstrum horrendum ingens. Asa vero vir bonus fuit (rara auis inter principes) ipse abstulit effęminatos de terra naturę portenta: purgauitq́ꝫ vniuersas sordes idolorum, quę fecerant patres sui. Insuper & Maacham matrem suam amouit, ne esset princeps (proh superi) in sacris priapi, & in luco quem ipsa fecerat & consecrauerat huic portento subuertitq́ꝫ specum eius: & confregit simulacrum turpissimum, & combussit in torrente. Simulacrum hoc Adonidis erat, de quo Ezechielis. viij. Hic ergo Adonis veneris riualis ob deformitatem virilis membri (ociunenas tenebras) inter deos relatus est. Hui⁹ ergo sacrificijs nefandis pręerat Maacha regis mater: eo iudaici mores deuenerāt impietatis. De hoc rege vide latius. ij. parali. cap. xiiij. insigne bellum cum æthiopibus decies centena milia. Deniq́ꝫ quia rara est auis offerre domino ouem cum cauda: iste in senectute auersus est paulumper a via domini. Nam iratus cōtra videntem: a quo verum audiebat (sed veritas inuisa est principibus in primis) iussit illum mitti in neruum. Sed quoniam perque quis peccat: per hęc & torquetur: ęgrotauit & ipse dolore pedum vehementissimo: & nec in infirmitate quęsiuit dominum cōfisus magis in arte medicorum: maledictus aūt homo qui confidit in homine. Mortuus est igitur, & vtinam non morte peccatorum, quę vocatur pessima: & mors secunda. Iosaphat vero bonus & rectus fuit Vide secūdo paralip. cap. xvij. gl̄iam & diuitias eius. Habebat in exercitu suo sub ducibus. v. viros robustos & bellatores numero vndecies centum milia: & sexaginta milia. Hi omnis erant ad manum regis: exceptis his quos posuerat in vrbibus muratis & in vniuerso iuda: quę certe incredibilia viderēt: nisi autor esset spiritus sanctus. Vide plura. ij. paralip. cap. xix. Ioram pessimus de patre optimo: habuit & frēs sex: sed iste iure primogenitura confirmatus in regnum, humi facinore auspicatus est principatum: nam occidit omnes fratres: & quosdā de principibus iuda, alter videlicet Romulus. Ambulauit autē in via regum israel: quorum nullus bonus, alius licet alio pestilentior. Quodq́ꝫ dicit textus: filia Achab erat vxor eius, Athalia erat vxor eius, quę non Achab, sed Amri erat filia: sed imitatione filia eius dicta est iuxta hieron. Achab aūt filius erat & ipse Amri. iij. reg. xvj. vnde. iiij. reg. viij. dicitur, q́ mater Ochozię vxor videlicet Iorā/ erat filia Amri regis isr. ..pz ergo q́ imitatione tm̄ dicta est filia Achab: alias soror erat nō filia. Vnde. iiij. reg. viij. vocat Ioram nō gener Achab: sed gener domus Achab. Hui⁹ ergo Ioram tempe impletum est illud ex gene. xxvij. veniet tempus quando excuties & solues iugū frīs tui de ceruicib⁹ tuis. Rebelauit enim Edom ne esset subditus iudę, & constituit sibi regem. Edom autem ipse est Esau. Cęterum huc torquent iudęi amentes sua omnia dicentes: christianos idest Romanos ab Esau descendisse: & nunc dominari eos ipsi iacob hoc est iudaico pplo. esto. Sed quando veniet tempus illud: quando excutient iugum captiuitatis suę de hoc alias. Cęterū qualis vita Ioram talis & exitus: de quo vide secundo palip. cap. xxi. Mors eius mors pessima. Hieronymus. Legimus aūt in quarto reg. cap. viij. de Iorā Ochoziam fuisse generatum, quo mortuo: Iosabet filia regis Ioram soror Ochozię tulit Ioas filium fratris su, & eum internitioni quę exercebatur ab Athalia subtraxit, cui sucessit in regnum filius eius Amasias: post quem regnauit filius eius Azarias: qui & vocatur Ozias: cui sucessit Ioathan. Igitur iuxta fidem historię tres reges preter mitunt: Ioram quippe non genuit Oziam sed Ochoziam, iiij. reg. xi. & ioas & Amasiam, vt pręd icitur. Verum qm̄ euangelistę propositū erat tres tessaradecades in diuerso statu temporum ponere, & Ioram se generi miscuerat impijssimę Iezabelis, id ei eo vsq́ꝫ ad tertiam generationē eius memoria tollitur: ne in sanctę natiuitatis ordine poneret. Itaq́ꝫ quanta benedictio data est filijs Iehu: qui pceptum de perdendis sacerdotibus Baal a deo acceptū ad vnguem impleuit: videlicet vt filij sui vsq́ꝫ ad quartam generationem sederent in solio regni patris sui: tanta maledictio venit super semen Ioram: non q́ nō regnauerint, sed q́ nō recēsentur ab euangelista, etiam in presenti erasi de libro viuentiū. Hunc locum ita explicat August. sciendum q́ cū a Dauid vsq́ꝫ ad transmigratiōem in babylonē sint. xvij. generatiōes euāgelista. 14. tm̄ describit: pretermissis Ozochia/ Ioas & Amasia. Sed nō immērito hi sublati sunt de medio cęterorum. Sic enim horum continuauit impietas, vt malignū eorū propositum nullum interualliū haberet. A Ioram enim cęptum malignum sic pambulauit vsq́ꝫ ad Oziam filium Amasię: vt nullius lateris esset suffragium: quo ex pte merito patris, aliquis eorum remaneret in numero regum. Nam Ioram impius merito Iosaphat remissus in numero est, & Salomon merito dd, & Roboā merito Asa. Illi aūt tres in medio malorū conclusi sunt maligne agentes: ideo erasi sunt. Peius enim a perditione generis exemplum est, quando se iugiter malignitas pandit. Verum iuxta fidem hystorię duo reges ex tribus pretermissis nō fuerūt omnino mali videlicet Ioas & Amasias. Vide. ij. parali. cap. xxiiij. & . xxv. Item quarti reg. cap. xij. & . xiiij. Cęterum Ozias hic de quo meminit Matthe⁹. iiij. reg. xiiij. vocatur Azarias alias Zacharias. Hic est qui malo suo rapere voluit sacerdotale ministeriū & adolere domino incensum abominabile: de quo vide. ij. parali. cap. xxvi. Ex vltione igitur diuina quę eum vlta est, intellexit rex, q́ nō licet regibus quicquid libitum

Marginal notes: 3. regū. 14. — Ezech. 22. — Prouerbi. — 3. regū. 15. — Leuiti. 22. — Hiere. 17. — ps. 35. — Hierony. — Hierony. — 4. reg. 10. — Augustin. — Margin letters: F, G, H, I, K

quid libitum est: sed tractent fabrilia fabri. Vnde non alibi percussus est quam in fronte, vbi sacerdos portat sanctũ domini, ne videlicet culpã posset tergiuersari Rex. Plaga quidem nõ fuit letalis, fuit tamen perpetua, leprosus enim permansit vsq; in diem mortis. Denique viuens regno cessit filio: & moriens caruit sepulchro regali: tantum malum fuit ante deũ falcem mittere in messem alienam. Hilarius autẽ ideo putat tres generationes preteritas: ꝙ Ioram ex gentili femina suscepisset Ochoziam. iiij. reg. viij. preterea quia per prophetam erat predictũ: nõ sessurum in throno regali israel vsq; ad quartam generationẽ, Labem ethnici generis euangelista voluit abolere silentio. De Ioatham illud tñ scimus: ꝙ fecit quod rectum fuit in oculis domini, quapropter in memoria eterna erit iustus. &c.

A Ioatham autem genuit Achaz: Achaz genuit Ezechiam: Ezechias genuit Manassen: Manasses autẽ genuit Amon. Catalogum impietatum Achaz siquis nosse desiderat: legat quarto reg. xvj. ij. paralip. cap. xxviij. Ipse adoleuit incensum in hennõ. & lustrauit filios suos in igne iuxta ritum gentium. De hoc Rab. Salomon super leuit. cap. xviij. Idololatria est, que vocatur Moloch: cuius cultus hoc modo fiebat. Siquidẽ filios suos tradebãt sacerdotibus templorũ: qui duos faciebant maximos ignes: & inter eos puerum transire cogebant. De hoc vide deut. cap. xij. in fine. Nicolaus autem dicit super leui. cap. xviij. Immolabant parentes pueros suos idolo Moloch, ipse est Saturnus: (de quo in prouerbio: Risus sardonius) quod idolum erat eneum & concauum: & incendebatur totus Clibani more, donec igneꝰ videret: tũc vero imponebatur puer super vlnas idoli: & ne eiulatus pueri audiretur inter cruciatus: fiebat interim magnus strepitus a sacerdotibus percutientibus tympana: sic puer putabatur ob dormisse in domino. Hoc diabolicum cõmẽtum maxime imitabatur Achaz. lustrans filios suos per ignem: propriorum parricida filiorum. Huic tum diceretur ex parte dei: pete tibi signũ a domino in profundum inferni: siue de celis: nõ

B petam inquit, nolens exaltari dñm: quippe qui idola colebat. Quomodo enim peteret signum, quod cederet in gloriam dei, qui in omnibus angulis platearum, & in montibus lucisq; nemorosis aras constituerat & pro leuitis habebat phanaticos. Traditus est igitur propter peccata sua in manu regis Syrie, & in manu regis israel occiditq; phacee filius Romelie de iuda. cxx. milia pugnatorum in die vno. Eodẽ tempore ceperunt filij israel de fratribus suis. cc. milia mulierum puerorum & puellarum: & infinitam predã pertuleruntq; in samariam. Hec & multa alia flagella venerunt super Achaz. Qui quo magis angebatur (alter pharao) magis auxit contemptum. Direptis enim omnibus vasis domus dei atq; confractis (alter anti christus) clausit ianuas templi: & fecit sibi altaria in triuijs hierusalem. Hic est igitur imago antichristi: iam enim mysterium operatur, & ipse tantus idololatra genuit ezechiã: videlicet nata est rosa e spinis. Ipse inquit scriptura ipso anno & mẽse primo regni sui aperuit valuas domus domini. Intellige ꝙ die prima coronationis sue ianue aperte sunt. Sollicitam enim habebat perfidiã impij patris optimus filius. Nec nostra nũc refert dicere: quõ domum domini fecerat Achaz speluncam latronum, nam ingres

C si viri fere. l. templum & atrium vix diebus. xvj. mundauerunt. De hoc vide. ij. parali. cap. xxix. xxx. &c. Denique inquit scriptura in omnibus operibus suis fecit prospere que voluit. Attamen in legatione principum Babylonis dereliquit eũ dñs, vt tentaretur & nota fierent omnia que erant in corde suo. De hoc Esaias cap. xxxix. Misit rex babylonis libros & munera ad Ezechiam. Audierat enim ꝙ egrotasset & conualuisset. Verum Ezechias vane letatus est. Quoniã itaq; apud Chaldeos astrorum obseruantia est, stellarumq; cursus longa experientia cognitus & vsu, intellexerunt solem reuersum, diei spacia duplicata seruire ei: quem solum deum putabant. Cumq; causas huius miraculi rationemq; perquirerent: fama per omnes gentes volitante, didicerunt propter egrotationẽ regis iude etiam cursum signi clarissimi esse mutatum. Letatus est ergo rex in aduentu nunciorum, tum & in oblatione munerum, & in congratulatione sanitatis. Vnde & ipse vice versa oñdit eis quicquid erat dignum visu in domo sua, & in thesauris domus domini. Vnde Dei ira iustissima fuit, qm̃ non solũ thesauros suos sed & templi oñderit, quod non sue potestatis erat, sed eius cuius erat templum. Cum igitur Esaias querit, qui sunt isti & vnde ve

D nerunt, ille cum supercilio respondit (quod cum emphasi legendum est) de terra longinca venerunt, quia quanto remotior est terra vnde venerunt (tñs Magi) tanto gloriosior propter quem venerunt. Ad me venerunt: tum debuerit dicere: ad glorificandum deum venerunt. De babylonẽ inquit ciuitate omnium toto orbe celebrata. Hoc est ergo quod dicit scriptura, relictum esse vt tentaretur. Tamen qm̃ diligentibus deum omnia cooperantur in bonum: in pace in id ipsum obdormiuit in domino, & sepultꝰ est supra sepulchra regum iuda filiorum dauid: quod de nullo alio legimus. Vidisti virum, qui fere nec vnguẽ transuersum recessit a lege domini: de hoc natus est Manasses: qui sanguine innoxio repleuit hierusalẽ vsq; ad summum. Catalogũ autem malorum huius vide si libet quarto reg. xxj. & ij. parali. cap. xxxiij. Et quoniam non raro sola vexatio reuelat oculos horũ portentorum, ductus in babylonem vinctus catenis, in carcere positus: nolens volens penitentiam egit: dicens. Peccaui super numerum arene maris: &

E exauditus est ab eo qui non vult mortem peccatoris: Sicq; reductus in regnum: qui male ceperat, consumatus est in senectute bona. Amon vero imitatus parentem in cultu idolorum, instaurauit enim ab integro cultum eorum: (omne enim caput languidum inquit propheta) nec est reuersus faciẽ domini, quin multo deteriora perpetrauit: non tamen imitatus est eum in eo ꝙ vel sero resipuit (Saulus magnꝰ populator, magnus predicator) qua propter ne late serperet virus eius in ppl̃m: malum enim vires acquirit eundo, coniurauerunt contra eum serui sui: & interfecerunt, dicente domino vnum verbum, succidite ficum hãc: vt quid vel terram occupat. Amon autem genuit Iosiam. Iosie memoria inquit sapiens quasi mel indulcabitur in omni ore: vtq; musica in conuiuio vini, & sicut pomum naribus cõpactum ex myrrha & thure vniuersoq; puluere pigmẽtarij. Dominꝰ Aldefonsus filius comitis Nauarre vxorem du-

[Margin notes: ps. iii. — Nicolaus. — Esaie. 7. — 2. parali. 28. — Hierony. — Roma. 8. — Ezech. 18. — Esaie. pri. — Luc. 13. — Eccli. 49]

vxorem duxit filiam domini pelagij. Eligiturq; in regem anno domini. 772. Is legionis regnum a sarracenis extorsit eosq; expulit ex regno gallecię. Vitam vixit adeo immaculatam: vt illo vita functo audita sit vox angelorum canentium: ecce quomodo moritur iustus. &c. Deinceps consuetudo obtinuit, vt null⁹ homo nomen eius nominaret, nisi prius retecto capite. Feminę sane genu paululum flectebāt. Statutū est in toto regno, vt nullus regem nominaret, nisi ad iūgeret catholicum. Iosias. 8. annorū suscepit regnum: & octauo anno regni cępit quęrere deum patris sui dauid: & inuenit quod quęrebat. Et qm̄ adolescens etiam cum senuerit: non recedet de via quam iuuenis truit: ambulauit in vijs patris sui dauid, non declinans, ad dextram vel ad sinistram. Mundauit templum quod pater suus prophanauerat. Deleuit haruspices, quos posuerunt reges iuda ad sacrificandum in excelsis per ciuitates iudę & in circuitu hierusl̄m: & leos qui adolebant incensum Baal & soli lunęq; & .xij. signis, & omni militię Cęli. Destruxit quoq; ędiculas effęminatorum (o profundum patiētię dei) quę erant in domo domini, pro quibus mulieres texebant quasi domūculas luci. Isti effęminati sacerdotes erāt castrati: sicut sacerdotes Cybeles. Istis ergo mulieres seductę texebant tendiculas & papiliones & tenroria quę erigebant in lucis: vbi feminę prostituebātur in honorē idoli. Contaminauit Tophet quod est in conualle filij Ennon: vt nemo consecraret ibi filium, aut filiam Molch. Abstulit equos, quos dederant reges iudę soli in introitu templi domini. Currus autem solis combusit igni. Altaria quoq; quę fecerat Manasses in duobus atrijs templi domini destruxit rex. Et est notandum q; Manasses quidem pęnituit: altaria tn̄ non destruxit. Excelsa quoq; quę erant in hierusalem ad dexteram partem montis offensiōis, quę ędificauerat Salomō rex Astharoth idolo sidoniorum & Camos offensioni Moab: & Melchon abominationi filiorum Amon polluit rex: & contriuit statuas, & succidit lucos: repleuitq; loca eorum ossibus mortuorum. Fecit & phase in hierusalem quale non est factum a diebus iudicum, qui iudicauerunt israel: & omnium dierum regum israel, & regum iuda. Abstulit pythones & ariolos & figuras idolorum: & omnes immunditias quę fuerunt in

4. reg. 18.

terra iuda abstulit: occisis vniuersis sacerdotibus excelsorum: vt statueret verba legis quę scripta sunt in libro quem inuenit Helchias in templo domini. iiij. reg. cap̄. xxij. Denīq; similis illi nō fuit ante eum rex qui reuerteretur ad dominum in omni corde in tota anima & vniuersa virtute; neq; post eum surrexit

3. regū. 11.

similis illi. Et vide interim quousq; permanserunt intacta phana quę erexit Salomon nefandis idolis; vt ea nec Ezechias rex alioqui sanctissimus contingere ausus sit: Qui tamen confregit serpentem ęneum quem fuderat Moses nu. cap̄. xxj. Iosias igitur omnia portēta dedit pessum, excq; domo, & spelunca

2. pali. 35.

prędonum fecit paradisum delitiarum: de quo dicitur. Non est hic aliud nisi domus dei & porta cęli. Et tamen hic tantus ac talis rex (iuditia Dei abyssus multa) pergens vt dimicaret contra Nechao regē Egypti in campo Mageddo: de hortāte eum rege eodem, ne aleam experiri vellet: Iosiaq; nolente nisi aut victor, aut victus recedere, vulnaratus est, & tandem mortuus & sepultus. Planxitq; eum omnis ppl's: hieremias maxime: cuius omnes cantores atq; cantarrices huc vsq; lamentationes super Iosiam replicant:

Luce. pri.
Deute. 34
Suetoni⁹.

& quasi lex obtinuit in israel. Natiuitas enim iusti sicut gaudium inuexit omni populo (patet in ioanne baptista) ita iustorum mors lachrymas excitat: sicut patet & in Mose: quem filij israel planxerūt diebus. xxx. Legimus de Nerone apud Suetonium, q; mors eius tantum gaudium publice p̄buerit: vt plebs pileata tota die discurrerit. Et tamen non defuerunt qui per longum tempus vernis ęstiuisq; floribus tumulum eius ornarent, ac modo ymagines pretextatas in rostris p̄ferrent, modo edicta quasi viuētis: & breui magno inimicorum malo reuersuri. Fallebantur tamen isti sycophantę, cane enim illo trifauce in somni ac perpetua vigilia seruante aditum, nulli licet reuocare pedem, superasq; euadere ad oras: iam

Luce. 16.

nō poteris villicare. **Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in transmigrationem in Babilonem.** In transmigrationem perinde valet, in exilio seu captiuitate Babilonica. Siquidem Euangelista rei acerbitatem verbi lenitate temperauit: captiuitatem & exilium demigrationem appellans Metiqesias, quod conuenit & in eos, qui sua sponte sedes ac domicilia mutant, quod certe isti nō fecerunt. Ponuntur autem simul cum Iechonia fratres sui, quia omnes fuerunt reges successiue. Ioatham post tres menses deponitur de regno: & captiuus ducitur in ægyptum vbi & mortuus est quarto regum xxiij. Eliachim captus a Nabucdo. ducebatur in Babilonem, ij. parali. cap̄. xxxvj. & postea reductus est in Hierusalem: & ibi occisus: de quo tangitur Hieremię. cap̄. xxij. Sedechias tertius constitutus rex, cum rebellasset, captus ducitur in Babilonem: ibiq; diem suum obijt. quarto reg. cap̄. xxv. cęterum pri. paralip. cap. iij. ponuntur quattuor filij Iosię: sed primus Ioānam, ant ē patrē obijt puer: & hic erat primogenit⁹. Secundus Ioatham fuit binomius, videlicet Ioatham. iiij. reg. xxiij. ij. paralip. xxxvj. Et iechonias. tertio

Abulensis

Esdrę. cap̄. viij. sed hic Iechonias vel Ioatham non pertinet ad generationem Christi: nam dicitur hic: Iechonias gēuit Salathiel & tn̄ Salathiel nō est de stirpe illi⁹ Iechonię qui cognominat̄ Ioathā: qm̄ vt dictū est iste in ægypto mortu⁹ est: & nūquā vidit Babilonem, nunq̄ ibi fuit. Itaq; necessario sunt ponēdi duo Iechonię. vnus qui genitus est a Iosia: alter qui genuit Salathiel. Nam vt prędictū est, ex quattuor filijs Iosię primus ante patrem obijt. Secundus in ægypto moritur. Tertius occisus est in hierusalem. Quart⁹ occisis filijs: ipse exoculatus ducitur in Babel: ibiq; diem suum obijt. Nam & pri. paralip. iij. dicitur q; Ioachim genuit Iechoniam: & is Salathielē, & sic Salathiel est de stirpe Ioachim filij Iosię nepos videlicet eius, & Iosię pro nepos. Et tamen hic Ioachim de quo Matthęus licet vocetur alicubi Iechonias nunq̄ tamen vocatur Ioachin. Ergo alius est Iechonias qui ponitur hic in generatione domini. Secundus filius Iosię vocatus est Ioachim. iiij. reg. xxiij. qui prius vocabat̄ EliaKim: & hic vocatur Iechonias, quando dicitur Iosias genuit Iechoniam & fratres. Hic ergo genuit alium Ioachim. iiij. reg. xxiiij. qui regnauit post eum, quem transtulit Nabucdo. & iste etiam vocatur hic Iechonias cū dicitur. Et post transmigrationem

tionem in Babel Iechonias genuit Salathiel: nam ibi vixit longo tempore & in magno honore. Ioathā autem.2.de filiis Iosię vocatur Sellum hiere.23. Tertius filius Iosię ipse est Matathias qui & Sedechias. quarto reg.24. Causa autem mutati nominis fuit: quia sub iure iurando constituit eum Nabucor. regem: Sedechias autem interpretatur iusticia Dei. Hanc eandem sententiam videtur innuere Hierony. dicēs. Si hic Iechonias ad finē superioris τεσσαρεσκαιδεκάδος refertur, in proxima nō esse.14.sed.13.generationes. Vnde putat hunc Iechoniam qui est Salathiel non esse filium Iosię: quem in proxima Serie postremum recensuit: sed illius filium idest filium Iechonię. Ceterum Iechoniam vocari qui idem vocet Iehoiachim verum patrem a filio distingui duabus litterulis. Pater enim scribitur per Caph & Mem, filius vero per Coph & Nun: sed tamen vtrunque vitio scriptorum confusum est apud grecos & latinos. Iterum sciendū quod isti tres filii Iosię non regnauerunt secundū ordinem natiuitatis, maior enim natu erat Ioachim. sed populus Ioatham euexit in regnum, qui vocatur.2. Esdrę primo Iechonias. & erat natu secundus. Is post mēses tres ducitur in ægyptum & loco eius frater eius maior Ioachim substituitur. Hic regno potitur ānis vndecim, cui successit in regno filius suus Ioachim.4.reg.23.24. Sic ergo Sedechias qui & Matathias filius tertius Iosię non regnaret quia regnum deuoluebatur ad nepotem Iosię filium videlicet fratris eiusdē Sedechię. Sed translato Ioachim nepote Iosię in Babel successit tertius Iosię filius in regno, videlicet Sedechias. Sit ergo conclu. quod Iechonias pater Salathiel, non est filius Iosię, sed filius filii sui Ioachim, idest nepos suus. Et hic Ioachim ductus est in Babylonem, & ibi genuit Salathiel: qui tamen Ioachim vocat a Matthęo Iechonias. Ex quattuor itaque filiis, Iosias vnum tantum nepotem suscepit: & hic est Iechonias vel Ioachim qui genuit Salathiel. Primus filius puer concessit naturę, secundus apud ægyptum obiit. tertius in Hierusalem occiditur: qui tamen vnum reliquit filium qui est hic Iechonias, qui ductus in Babel, genuit Salathiel. Quartus captus & exoculatus: occisis filiis ductus in Babel. Huic sententię Abulēsis, per om̄ia subscribit Ambro. super Luc. cap.3. Et infert. Ac per hoc Mattheus maiorem fructum dominicę pietatis astruxit: si generis nobilitatē non in omnibus d[illegible]s requisiuit: sed de captiuis & peccatoribus congrue nasci voluit, qui remissionem veniebat prędicare captiuis, & his qui in tenebris & vmbra mortis sedebant. Hęc igitur tam longo sermone digesta necessaria sunt tamē ad fidem historię. Alioqui si aliter computes: non.14.generationes in tertia tessaradecade reperies, sed.13. tātum: tertia decima autem erit domini Iesu. Quod si duos numeres Iechonias patrem videlicet & filiū.14.generationes reperies in qualibet tessaradecade. Et post transmigrationem in Babylonem Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Iste est Zorobabel sub cuius principatu pars eorum qui transmigrati fuerant reuersi sunt in hierusalem. sicut habes pri. Esdrę cap.2. dicente Cyro rege persarum. Omnia regna terrę dedit mihi dominus deus cęli: & ipse pręcepit mihi vt ędificarem ei domum in hierusalem quę est in iudęa. Quis est in vobis de vniuerso populo eius? sit dominus illius cum eo, ascendat in hierusalem & ędificet domum Dei israel. Vide pri. Esdrę primo: prima verba. Numerus autē eorū qui reuersi sunt quasi vnus fuerunt.42370. exceptis seruis eorum & ancillis numero.7337. Et in ipsis cantores atque cantatrices.200. equi eorum.636. Muli eorum.245. Cameli eorum.435. Asini eorum.6720. Cōmemorat autē scriptura exacte, quot tam homines quam iumenta & de qua generatione ex captiuis ascenderint hierusalē: vt per hoc admoneam̄ quanta certitudine summam electorum suorū in libro vitę dominus scribat: & velut in albo cęli consignet quot animas quisque fidelium verbo vel exemplo conuerterit. Matt.10. pro quibus certa mercede eos remuneret. Homines enim & iumēta saluabis domine: numerū & capillos nostros habet in numerato. Et notandum interim quantum boni malū captiuitatis iudęis attulit: de qua eruti, tanta omnes intentione quāta nunquam antea cęlestibus obsequiis mancipantur: quoniam diligētibus deum omnia cooperantur in bonum. Sic filii israel cultum Dei quem in terra sancta prophetis prędicantibus & exemplo exhibentibus dederunt pessimo: nunc in terra aliena suspensis organis, hostibus idololatris seruientes dilexerunt. Quos enim libertas in patria & rerum copia proteruos fecit mandatis cęlestibus (incrassatus enim dilectus. recalcitrauit) eos seruitus & inopia (hic fame pereo) ad cultum vnius Dei reduxit. Humanum enim corpus opibus & libertate soluitur: erumnis & paupertate solidatur. Omnis enim victima sale salietur. Denique idipsum innuit scriptura. Decem milia enim translati sunt in Babylonem.4.reg.24.& post annos.70. tot reuersi sunt quot superior sermo comprehendit. nec enī omnes reuersi sunt: multi enim diem suum obierant: multi quia vxores ibi duxerant, dixerunt ad Zorobabel habe nos excusatos. Zorobabel autem genuit Abiud. pri. paralip. tertio dicitur: quod Zorobabel genuit Mosollam: Ananiam & Salomit. Dicendum ergo quod aliquis istorum trium fuit binomius: & sic dictus est Abiud. Abiud autem genuit Eliachim. Eliachim genuit Azor: Azor genuit Sadoch: Sadoch genuit Achim: Achim genuit Eliud: Eliud autem genuit Eleazar: Eleazar autem genuit Mathan: Matham autem genuit Iacob. Ab isto igitur Abiud vsque ad Ioseph nulla historia reperitur in canone scripturę. Potuit autem fieri vt apud iudęos essent aliqui rerum studiosi: qui genealogias a Dauid & deinceps diligenter describerent in annalibus: propter Christum quem expectabant venturum de radice Isai: vnde Matthęus potuit residuum huius genealogię habere. Quod si dicatur Herodem oēs annales iudęorum igni tradidisse: quo his emedio sublatis: nullis aliis testimoniis clarere posset: quod non de patriarcharum vel proselytorū veterum stirpe genus duceret: tunc dicendum quod per reuelationem habuit Matthęus, quod non habuit ex scriptura. Itaque credendum est euangelistę. Abulensis, ita dicit. Applicat.n. ad hoc proposi.tū illud pri. Esdrę ca.2. de libris gn̄rationū sacerdotalū: vbi quidam exclusi sunt a sacerdotio: quia non potuerunt ostendere genealogię suę scripturam. Dicit ergo quod etiā apud sacerdotes libri generationum asseruati propter multa. Primū propter hęreditates ne cōfunderent: & propter

Hierony.
Abulēs.
Beda.
ps.35.
Roma.8.
Deute.32.
Marci.5.
Luce.14.
Esaię.11.
Abulensis

& propter tribus & sacerdotia: coniugia, & primogenituras, & multa id genus. Vnde licebat leuitas accipere vxores de qualibet tribu: quia fęminę non succedebant in hęreditate paterna. Lex autē lata ne cōmiscerentur tribus. est propter hęreditates: quarum nullam habebant leuitę: (item & propter Christum exoriturū de tribu iuda.) Nu. 18. Iosue. 3. Tho. 3. p. q. 31. arti. 2. & 3. Ita & fęminę tribus leuiticę in nullis bonis immobilibus succedentes a viris cuiuscunq; tribus duci poterant. Quod si filij non essent: eo casu fęminę succedebant, nec poterant in hoc casu nubere viro alterius tribus. Iacob autem genuit Ioseph virum Marię. Lucas dicit Ioseph filium fuisse Heli. Quęstio facile soluitur. si verum est qđ dicit Heronymus helih idem esse cum Iehoachim quem nos corrupte vocamus Ioachim pater videlicet beatę virginis: & auus Iesu christi secūdum carnem. Vocatur autem Ioseph filius Helih, non iuxta carnem quia tunc esset frater virginis immaculatę idem & coniunx: est enim secundum carnem filius Iacob sicut dicit Matthęus: sed est filius Ioachim lege vxoria: qua lege generi vocantur filij socerorum: ex quo vir & vxor sunt vna caro. Cęterum in canone super Matthęum aliter soluit Hieronymus hunc nodum, dicens: ꝙ Iacob est pater Ioseph secundū naturā, Heli autem secundum legem: quia Heli defuncto sine filijs Iacob frater eius duxit vxorem defuncti: & suscitauit semen fratri suo. De hoc habes genes. 38. cap̄. & dictum est ibi: Iudas genuit Phares & Zaram. Dicit autē Chrys. super illud genes. 38. Her erat nequā ante dominum. Erat inquit nequam homo iste caro & non spiritus: quia vxorem non cognoscebat affectu maritali ne pręgnans effecta: florem pulchritudinis perderet: sed tamen habebat interim cum altera, ex filiabus Chananeorum quam ei mater dederat quę erat Chananęa. De hoc vide Deut. cap̄. 25. dicit autem Augustinus, Hoc modo, ꝙ pater Ioseph potuit esse binomius vel ꝙ alter fuit pater naturalis alter legalis: vel alter adoptauit, alter genuit sanctū Ioseph. Vel ꝙ alter euangelista accep. patrem immediatū alter aliquem ex ascendentibus: sic factum est in Ioram: vbi tres patres pretermittuntur. Nam ꝙ adoptiones fierent apud iudęos habes genes. 48. Iacob adoptantem sibi in filios nepotes duos: vnde factę sunt tribus. 12. excepta tribu leuitica. Virum inquit Marię. Augustinus. Neq; enim fas erat, vt ob hoc Ioseph a coniugio Marię separandum putaret euangelista: ꝙ nō ex eius concubitu, sed virgo pepererit Christū. Hoc. n. exemplo magnifice insinuatur fidelibus coniugatis etiam seruata pari consensu continentia: posse permanere: vocariq; coniugium non permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu, presertim quia nasci eis etiam filius potuit sine vllo complexu carnali: qui propter solos gignendos filios adhibendus est. Qui ergo erat vir Marię: recte pater Christi appellari potuit: & multo cōiunctius ꝙ si cum aliunde adoptasset. Ac per hoc si demonstrare aliquis posset Mariam ex Dauid nullam cōsanguinitatis originem ducere, sat erat scđm istam rationē accipere Christum filium Dauid, qua ratione etiam ioseph pater eius recte appellatus est. Quanto magis ꝙ cum dicat apostolus Christum ex semine Dauid secundum carnem natum ipsamquoq; Mariam de stirpe Dauid aliquam consanguinitatem duxisse dubitare non debemus. Cuius fęminę qm̄ nec sacerdotale genus tacetur: insinuāte Luca, ꝙ cognata eius esset Helisabet: quam dicit de filiabus Aaron: firmissime tenēdum est: carnem Christi esse ex vtroq; genere ꝓpagatam regum videlicet & sacerdotum in quibus personis apud hebręos etiam mystica vnctio prefigurabatur. Post enumerationem ergo tot insignium patrum videlicet Abraam: isaac & iacob. & c̄. tot insignium regum videlicet Dauid, Salomom, Ezęchię iosię. & c̄. tot pśantissimorum ducum & sacerdotum / tandem peruenit euangelista ad vltimum & inferiorem gradum scalę: cui innititur Christus: & hic gradus est vnus faber: pater eius qui fabricatus est auroram & solem. Quę enim stulta sunt elegit Deus & ea quę non sunt, vt qui gloriatur: in domino glorietur. Chryso. Stabilissimum firmamentum virtutū, est virtutum obliuio. Quod si eas in memoria quasi venales assidue portaueris: inimicum ad furtum iritas. Deprędari enim desiderat, qui thesaurum in manibus portat. Nam statim vt Ezechias ostēdit thesauros suos nuntijs regis Babylonis: audiuit ex ore prophetę. Ecce dies venient, & auferētur omnia quę in domo tua sunt. & c̄. Nam & pharisęus qui plenus venit in templum vacuus domum reuersus est. Sequit. De qua natus est Iesus, qui dicitur Christus. Augustinus cōtra Faustum, Vtrunq; ergo sexum honorandum hoc modo iudicauit dominus iesus: assumendo formam viri: & nascendo de fęmina. Qui vocatur inquit Christus. Qm̄ enim apud hebręos plures fuerunt huius nominis, sicut iosue, & iesus sacerdos: id circo cognomine addito: discreuit eum a ceteris dicens λεγόμενος Christus. Porro Christus grece vnctum significat: quo vocabulo hebręi regem signauit. (2. reg. cap̄. pri. ꝙ apud illos inungi soleant: qui regni susceperint honorem atq; hoc nomine suum illum iam diu expectatū appellant Masiha hebręi: vno vocabulo simul & regis & sacerdotis dignitatē explicātes: nam vtriq; cōmunis est vnctio: & vtraq; dignitas vni competit Christo: de quo Dani. 9. vngatur sanctus sanctorum: quem primum in figura vnxit iacob, erecto in titulum lapide: quem capiti dormiturus supposuerat. genes. 28. Omnes ita q; generationes ab Abraam vsq; ad Dauid. 14. Et a Dauid vsq; ad transmigrationem in Babylonem. 14. Et a transmigratione in Babylonem vsq; ad Christum, generatiões. 14. Hieronymus. Post enumeratum igitur ordinem omnium generationum: rursus Matthęus hunc eundem numerum ordine tripartito disponit, recurrens ad autorem generis Abraam, a quo sumpsit exordium. Si quęras quare: Existimo ꝙ Abraam primus & familiaritatem diuini colloquii meruit (post diluuium) & princeps fidei appellatur: & sacramētū futurę veritatis signum circuncisionis accepit. Vnici etiam ac dilecti filij pśam Deo hostiam offerendo (aries tamen immolatur) mysteriū dominicę passionis meruit prefigurare. Nam & 3. die vidit montem procul: & 3. reuersus est domum. Ad hęc Chryso. in tres tessaradecades euangelista seriem generationis distinxit, videlicet patriarchas, reges & sacerdotes: ostēdens ꝙ nec cōmutatis quidem disciplinę modis: ille vnq; populus sit melior effectus: sed etiam sub vario genere presidē

tium in eadē

27. q. 2. ca. genuit. Et 32. q. 5. si paulus.
Hierony.
Hierony.
Chrysost.
Augustinꝰ
Rom. pri.
Luce, pri.
genes. 28.
psalm. 75.
Chrysost.
Esaię. 39.
Lucę. 18.
August.
Hierony.
genesis. 17.
genesis. 22.
Chrysost.

F
G
H
I
K

tium in eadem tamen morum prauitate permanserit: sicut ad iudeos concionatur Sthephanus: dura ceruice vos semper spiritui sancto rebelles fuistis. Actu. 7. potest & hoc dici: in tres tessaradecades diuisam esse generationem, quia tria tempora in hac distinctione notantur currere vsque in Christum. Ante legem videlicet in quo Abraam naturale seruãs mandatum: simul vt audiuit: egredere de terra tua: nihil hesitans perrexit nesciens quo (aliquid videlicet credens supra naturam sicut dicit sanctus Thomas) pater fidei & pater multarum gentium appellatus est. Post legem quam iud. i preuaricãtes: per transmigrationẽ captiuantur, vt interim sabbatizaret terra annis. 70. Leuit. 26. Post gratiam, per quam omnes de captiuitate saluantur: qui suscipere super se voluerint iugum domini lene. Quandoquidem de multis dicitur, Ephraim vitula docta diligit trituram. Quod autem. 14. numerus a mysterio non vacet. Sic ostenditur.

Gene. 12.
Matth. 11.
Osee. 10.

A Quattuor enim & decem vetus & nouum indicant testamentũ: quia via ad Christum per decem verba legis & quattuor euangelia predicatur. Sed hic numerus tertio replicatur: quia nullum preceptum impletur, nisi hic numer⁹ colendi deũ teneatur: cuius vox est: ego sum deus Abraam, deus Isaac, deus Iacob. Ego sum via ad terram fluentem Lac & Mel: ego sum veritas, qui illam promisi iureiurando patribus: ego sum vita, que erat apud patrem, & in patre, idem cum patre, & apparuit nobis. Sciamus ergo tantum numerum colligi in summa: vt sint. 42. generationes: quo numero mansionum veri hebrei de ægypto ad patriam peruenerunt: (non quidem omnes: quia multi cancrorum more semper retrogradi, in deserto prostrati sunt) quo etiam numero & Christus a patriarcha cui primum promissus est peruenit ad virginem. Enumerauit ergo euangelista. 42. generationes, velut celestis patrie mansiones. Sexies enim septem fiunt. 42. sex ad laborem, septem ad requiem pertinent. Sex enim diebus condita sunt celum & terra, & septimo requieuit ab omni opere suo. Vnde bene populus ille sub spe intrãdi in requiem per septies

Ioãnis. 14.
Iosue. 3.

B sex mansiones castra sua metatur in quarum vltima Iesu duce, patefacto Iordane: terram fluentẽm lacte & melle intrat. Quod autem in manu Mosi & Aaron egressus scribitur, Intellige legem & sacerdotium opera & cultum dei: quorum alterum altero indiget, videlicet notitia creatoris & impletio preceptorum eius. His duobus manibus quasi duabus seraphim in confessione sancte trinitatis erumpimus dicentes. s. s. s. Ceterum quoniam lex nihil duxit ad perfectum: quod Moses & Aaron ceperunt, Iosue opere compleuit. Confortare inquit & esto robustus. &c. Habes igitur & tu propositam scalam Iacob idest viam ad Christum. Nemo repente fit summus. Ascendendo nõ volando apprehenditur summitas huius scale: gradiendo & quidem lento gressu cum Iacob, non saliendo, decurritur via. Non enim omnium est dicere viam mandatorum tuorum cucurri: quia dilatasti cor meum. Si dicas, omnes currunt, infert apostolus vix ex multis vnus accipit brauium, & is est qui preteritorum oblitus, Phil. 3. (cõstituamus nobis ducem, & reuertamur. In mentem nobis veniunt cepe & allia) ad anteriora semper festinat: sequendo impetum spiritus, mugiant licet interim vacce pro reclusis vitulis: quos ille bene recludit: qui paruulos allidit ad pe-

Esai. 6.
Hebre. 7.
Deute. 31.
Gene. 35.

C tram. ps. 136. Quod vero Mattheus descendens ab Abraam vsque ad Ioseph genealogiã texexit: Christum significat nostra in se suscepisse peccata: pelles videlicet duorum hedorum idest gentium & iudeorum. Quod vero Lucas ascendendo procedit: nostrorum abolitionem significat peccatorum. Misit enim deus pater filium suum in similitudinem carnis peccatricis. Ecce primum. Vt de se facto hostia pro peccatis dãnaret peccatũ: quo ad secundum. Proinde Mattheus ab ipso Dauid per Salomonem descendit, in cuius matre Dauid peccauit. Lucas vero ad ipsum Dauid per Nathan ascendit per quem prophetam (nomine tenus tantum, non enim erat propheta, Nathan filius Dauid) deus peccatum illius expiauit. Nam quod numerus qui ponitur a Luca videlicet. 77. generationes peccatorum prefiguret remissionem pater per illud: Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Vide super illud: de Lamech vero septuagies septies.

Nume. 14. &. 11. cap.
pri. reg. 6.
Gene. 27.
Roma. 8.

D **Christi autem generatio sic erat.** Chrysostomus. Quoniam dixerat in precedentibus: Iacob genuit Ioseph, cui desponsata Maria genuit Christum dominum: ne aliquis audientium sic existimaret esse natiuitatem Christi; quemadmõ precedentium patrum: qui ex sanguinibus, ex voluntate viri & ex voluntate carnis nati sunt ipse ordinem narrationis sue anteuertens, dicit. Christi autem generatio sic erat, ac si diceret. Generatio patrum precedentium, quos retuli: sic erat quemadmodũ retulimus: Christi autẽ generatio non sic. Quomodo ergo o euangelista? Et generationem eius quis narrabit? Christi inquit natiuitas que creatio vocatur apud Hieremiam: non est ex sanguinibus: non ex voluntate carnis: opus hoc opus est excelsi: vas hoc admirabile, in quo corporaliter habitauit omnis plenitudo diuinitatis spiritus sanctus fabricauit. Eleganter itaque hac veluti prefactiuncula excitauit euangelista auditoris animum, rem seculis inauditam ac prodigiosam narraturus

Matth. 18.
Chrysost.
Ioan. pri.
Esau. 53.
Hiere. 31.
Eccle. 48.
Collos. 2.

¶ Caput secundum de angelo Gabriele anuntiante Zacharie existenti in templo: quod vxor sua pareret filium cuius nomen erit Ioannes baptista: qui puer ad huc ex vtero replendus erat spiritu sancto.

E FVit interim in diebus Herodis regis iudee sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron: & nomen eius Helisabet. Lucas euãgelicas nobis diuitias cumulati⁹ cõicare volẽs: nõ a genealogia & natiuitate Iesu Christi: sed altius a cõceptu & ortu Ioãnis sermonẽ suũ ordit, vt qui pcursor fuerit euãgelij, pcederet lcẽ & narratiõe. Sed nos qui vnã ex quattuor colonb⁹ cõtexim⁹ vestẽ: in quarũ licuit Aug. sequuti, sic ordiendũ rati sum⁹. qm̃ igit̃ aderat iam, tpus in quo de⁹ pr̃ miserat⁹ humanũ gen⁹ implere disposuerat: qd̃ pollicit⁹ fuerat Abrae ipsique Dd̃. &c. eratque caput ac salutis nr̃e sũma credere dñm Iesum eũdẽ esse, cui⁹ aduẽtũ oĩa, pphetarũ oracla, pmiserãt, que tota Mosi lex vmbris qui-

Gene. 22.

busdam

busdã ac sacramẽtis pręfigurabat: eundẽ esse qui erat expectatio gẽtiũ: hinc factũ est diuino consilio: vt
pręcursor qui eum populo oñsurus erat dicens: Ecce agnum dei: (Nam campum mundi huius mutatos ha
S.re.vltio. bitu ingressurus erat.) Etiam virginis conceptũ & partum & ipse mirabili modo conceptus & natus pre
curreret, quiq; nobilitate generis, sanctitate incomparabili, nouo baptizandi officio patria apud homi-
nes autoritate, testimonium eius de Christo credibile factum esset nimis: mox versis rerum vicibus, di-
Ioan.3. cente eodem pręcursore: illum oportet crescere, me autem minui. Sole enim ascendente, vmbra decrescat ne
Hebrę.10. cesse est. Vmbram enim habuit lex: ego autem sum lux mundi. Hoc est ergo quod dicit Lucas. **Fuit in**
Gene. 49. **dieb⁹.** Iacob patriarcha cum inter moriendum filijs benedictionem impartiret: pręsentes tangens & fu
tura pręnuncians: cum ad Iudam ventum est: dixit Iacob inter cętera. Non auferetur sceptrum de iuda,
nec dux de femore eius: donec veniat Messias iuxta Chaldaicã editionem. Hebraice quidem donec ve-
niat Shilo, verbũ aũt Shilo Rabi Salomon sic interpretatur: donec veniat ille Messias, quia regnum eius
est. Ita & .70. donec veniat cui repositũ est. Quod si loco de he scribas Chet & legamus Shilo, etiam iu-
dęorum doctores nesciũt quid hęc dictio significet. Quod si legam⁹ Shaliach: hebraice, missum significat.
Hic igitur prophetia satis euidenter significabat: tunc venturum Messiam, cum iudęorum gens quę an-
nis plusq̃ .1500. a suę nationis ducibus iudicibus, regibus & sacerdotibus fuerat gubernata, pareret princi
pi alienigenę: qualis erat hic Herodes de quo dicitur. Lucę.3.cap. Hoc igitur tempore iam instante: quan
do res iudęorum iam pene extinctę erant: quando Herodes alienigena, prophanus, ac multis parricidijs fu
nestus rerum summa apud iudęos potiebatur, Cęsaris iussione, sic volentis, sic iubentis, miscentis terrena
cęlestibus, Erat sacerdos quidam de vice Abia. Gręce ἐξ ἐφημερίας. Est autem greca vox ephemeria
euidentior, indicans certos dies esse pręscriptos: in quibus certi sacerdotum ordines ministrarent, sicut di-
Ambro. cetur. Docet autem nos diuina scriptura inquit Ambrosius, in his quos cõmendare volumus, non solum
mores sed etiam parentes oportere laudari: vt quasi hereditario iure puritatem habere videantur, quos
laudamus. Ita scripsit Paulus Timotheo. Memor lachrymarum tuarum & fidei quę est in te non ficta: q
& habitauit primũ in auia tua Loide: & matre tua Eunice: certus sum autẽ q & in te. Quod itaq; pau-
lus parentis aut aui Timothei non meminit: illud sub indicat Gentiles fuisse: & derasos de libro viuẽ
tium. Sicut itaq; ad laudem pertinet iusti, q parentes habuit fideles: ita vice versa dupli nomine vitu-
Ezech. 16. perandi sunt quibus dicitur: pater tuus Amorreus, & mater tua cethęa. Sacerdos erat Zacharias & no-
mine & veritate: & non qualiá istic est videre multorum examina: de quibus dicitur: erit sicut populus sic
& sacerdos. Esaię. 24. cuius oppositũ pręcipit domin⁹. Sed inquit recessistis de via: & scandalizastis mul
tos in lege. Malach.2. Numa quidem cum aliarum rerum tum pontificij iuris prudentissimus expositor:
Plutarch. hoc Romanis ad summum religionis ornamentum instituisse videtur: vt cum sacerdotes rem diuinam fa
ciunt: pręco ingenti voce pręcedens, clamet, hoc age, animũ sacrificio scilicet adhiberi iubens, ne vllis in-
ter iectis operibus, quę plura humanis in rebus vi & necessitate quodãmodo fieri contingit diuin⁹ (imo
diabolicus) auerteretur cultus. Nam & referente val. M. lib. pri. cap. pri. Sulpitio inter sacrificandum e ca-
Vale. ma. pite apex pro lapsus: eidẽ sacerdotiũ abstulit. P. aũt Licinio pontifici Max. virgo vestalis: quia quadam
nocte parum diligens ęterni ignis custos fuisset; digna visa est, quę Flagro admoneretur. Hęc ille. Tanta
erat prophano populo in cultu dęmonũ & tam superstitiosa religio. Cęterum qualis erat sanctus iste
sacerdos ante deum, talis & vxor eius, vt iuxta prouerb. semper incederent pari iugo: etiam generis nobi-
litate comẽdabilis: ducebat enim genus a primo sacerdote Aaron. Domus enim & diuitię, dantur a parẽ
Prouer. 18. tibus: a dño aũt proprie vxor prudens, & non qualis illa: ad quam Iob cap. 2. quasi vna inquit de stultis
pri. reg. 25. mul. loquuta es. Quasi vna inquit de stultis, multa enim sũt earum examina. Dicitur tñ de Abigail, q es
set prudentissima & speciosa, id quod videtur rarissimum ac pro inde preciosum & prodigiosum: habita
re prudentiam cum pulchritudine. Prudens lector: esto mecum. Tales igitur parẽtes habuit pręcursor iu
Prouerb. dicis, ne diceretur terrę filius, Apator, & ametor. Olim enim homines obscuro ignotoq; genere prognati:
terrę filij dicebãtur: propterea q terra, sit cõis omnium parens. Sed & qui sibi nobilitatẽ virtute peperis-
sent nullis maiorũ imaginibus illustres, noui hões dicebantur. Porro ignoti & subito apparẽtes, incertum
qua regione profecti, cęli filij vocabantur, quasi repente e cęlo demissi: & qui nec prẽm ipsum ondere pos
sint, vñ primũ vocati sunt. S.P. idest sine patre, quomodo nunc vocantur spurij, occasione duarũ littera-
rũ. S.P. **Erant autẽ ambo iusti ante deum: incedentes in omnibus mandatis & iustifi-
cationibus dñi sine querela.** Sine querela grece vna est dictio videlicet, ἄμεμπτοι: quod sonat
quasi dicas: eius modi vt de eis nemo queri possit iuste. Amempti. Nam quis est ille qui ipsi Momo satis
facere queat? Raro enim inuenies inquit Hieronymus, qui ita vitam suam irreprehensibilẽ custodiat: vt
Hierony. non libenter carpat alienam. Quod si vel bonorum dentes vitare vix possumus: malorum quando effu-
Sapien. 2. giemus: quorum vox est, grauis est nobis etiam ad videndum! Erant inquit ambo iusti. Ambro. Quid
Ambro. ad hoc referunt qui peccatis suis solatia pręferentes, sine peccatis frequentibus hominem putant esse non
posse, quia scriptum est Iob. 14. iuxta. 70. Nemo mundus a sorde: nec si vnius diei vitę sit in terra. Quibus
rñdum est prius, vt quid sit hominem sine peccato esse diffinant: vtrum nunq̃ omnino peccasse, an desis-
se. Si enim hoc putant, sine peccato esse, desisse pecare: & ipse consentio, omnes enim peccauerunt. Si
Romañ.3 autem eum qui veterem vitam correxit in nouam translatus creaturam, mundo crucifixus, viuens Soli
Gal. 2. Christo (Saulus qui & paulus) negant abstinere a delictis: non possumus eorum sententię subscribere, cũ
Ephe. 5. scriptum sit. Sic dominus dilexit ecclesiam, vt exhiberet sibi eam non habentem maculam, aut rugam.
Lucę. 18. Et bene dixit iustus ante deũ, qualis certe nõ erat qui dicebat: & deo dicebat (qđ magis mireris) deus grãs
Genes. 17. ago tibi, q non sum sic cęteri. Sed ante deũ inquit sicut dictum est patri eorum, ambula coram me, & esto
irreprehen-

irreprehensibilis. Cuius laus inquit apo. non est ex hominibus: sed ex deo. Vnde illud. Ecce verum israelitã, in quo dolus nõ est. Diuina nãq3 iuditia iustificata in semetipsis meritũ iusti ex mẽtis habitu: nõ ex ali- Roma. 2.
quo factorum exitu metiuntur. Plerũq3 enim aut bona mens facti reprehensibilis exitu decoloratur, aut
improba cogitatio facti alicuius decore velatur: sed etiam quod bene feceris, si male cogitaueris, diui-
no iuditio non probatur. Scriptum est enim iuste quod iustum est exequere. Nam nisi esset vt iustum in-
iuste faceres nunq3 dictum esset: iuste quod iustum est exequeris. Et certe posse iustum iniuste fieri: do-
cet nos dominus, cum dicit: cum facis Eleemosynam, noli tuba canere ante te. Idem de oratione. Vide
ibi, ita vt ardeam. Vnde apos. Prouidentes bona, non tantum coram deo: sed & ante homines. Vocatur
autem mandata decem verba decalogi, iustificationes vero precepta ceremonialia: illa enim oportuit ad-
A implere, & ista non pigere mittere. Nulla ergo querela erat in vita ipsorum: vbi & mentis bonitas cum Ambro.
opere concordabat. Potest & illud quod supra dictum est: iuste quod iustum est. &c. hũc habere sensum, Deut. 16.
quia plerũq3 iustitia durior hominum querelam excitat. Summum enim ius summa iniuria iuxta prouer Matth. 6.
bium. Tunc enim maxime disceditur ab equitate: tum maxime superstitiose heretur legum litteris. Id. n. 1. corin. 15.
summum ius appellant, cum de verbis iuris cõtẽditur: nec spectatur quid senserit qui legem tulit. Ita dicit 2. Corin. 8.
Columella pri. rei rustice libro. Nec sane est vindicandum nobis, quicquid licet: nam summũ ius antiqui
summam putabant Crucem. Erant ergo iusti ante dominum, sine querela apud homines. **Et non erat** Prouerb.
eis filius eo q̃ esset Helisabet sterilis: & ambo processissent in diebus suis. Quoniam Collume.
igitur Ioannes finis erat legis iuxta augustinũ. de vetula nacitur eaq3 sterili: Christus q̃ esset principium
euãgelij, de iuuencula & virgine. Ecce eõim noua facio oĩa. Erat igitur vterq3 prouecte etatis: Helisabet
insuper & sterilis. ac proinde omnis eis spes ablata erat procreande prolis. Et quãq3 probatissima esset August.
B vita eorum, dilecti deo & hominibus: tn vel in hoc tantisper videbãtur infelices, q̃ non reliquissent semẽ Apoca. 21.
in israel. Sicut superius lamẽtabatur pater eorum dicens. Mihi non dedisti quod largitus es seruo meo:
cui tamen pollicitus es dicens, multiplicabo te sicut stellas celi. Vadam igitur absq3 liberis (O. ingens te-
lum) & seruus erit heres dñi sui. Nam reuera apud hebreos sterilitas in primis erat eis probro: & inter Genesis. 15.
precipua vite incomoda numerabatur. Vnde illud. Affligebat fenenna emula Annam & vehementer an
gebat: in tantum vt exprobaret, q̃ dñs conclusisset vuluam eius, cum Fennena ipsa decem genuisset fi- 1. reg. pri.
lios. Dicitur & in laude Gedeonis, q̃ genuisset. 70. filios qui egressi sunt de femore eius, sed & Abessan Iudi. 8.
habuit. 30. filios & filias totidem: quas emittẽs foras: maritis dedit: & eiusdem numeri filijs suis accepit Iudi. 12.
vxores: introducens in domum suam. Per id igitur tempus quo vox illa in precepto erat: crescite & mul.
nec dum dictum erat: qui potest capere capiat: probro dabat sterilitas: sed dolor hic licet vtriq3 cõis: ma-
xime cruciabat Helisabet que probroso cognomine vicatim sterilis vocabatur: simul & infelix, vt pote Genesis. 9.
que tot annis apud Zachariam in sumptis: vt ficus illa euangelica fructum non attulisset. **Factum est** Matth. 19.
C **autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis sue ante deum secundũ**
consuetudinem sacerdotij sorte exijt vt incensum poneret: ingressus in templum do Luce. 13.
mini: & omnis populus foris orabat hora incensi. 2. q. secta. cap. 1. & 2. Dicens autem Lucas
in ordine vicis sue manifeste ostẽdit Zachariam non fuisse summum sacerdotem: sed vnum ex minori-
bus: quorum vices disposite erant iuxta beneplacitum Dauid regis. 2. parali. 24. Que dispositio & si in-
terrupta est annis. 70. quandiu fuerunt in Babylone reuersis tamen inde: ab integro obseruari non desti-
tit. Voluerat Dauid edificare templum domino: & prohibitus est ab eo dicente: multũ sanguinẽ effudisti
2. regum. 7. primo paralip. 17. Pretermisso igitur opere templi: preparatis tamen impensis, & traditis filio
D Salomoni: ipse rex dauid fecit congregari sacerdotes & leuitas. Ex leuitis electi & separati sũt in ministe
rium templi cantores. 4000. Ianitores totidem. Prepositi & iudices sex milia. Separatus est & Aaron, vt
ministraret in sancta sanctorum ipse & filij sui: & adoleret incensum domino. Filij Aaron quatuor erant
videlicet Nadab, Abiu: hi duo mortui sunt Leuit. 10. Eleazar & Ithamar. Sadoch erat ex filijs Eleazari:
& Abimelech de filijs Ithamar. Sed inuenti sunt multo plures filij Eleazar q̃3 filij Ithamar. Itaq3 diuisit
Dauid filijs Eleazar principes per familias sedecim: & filijs Ithamar per familias & domus octo. Diuisit
& vtrasq3 familias inter se sortibus. Itaq3 descriptis ante regem & principes his. 24. familijs. i. nominibus
earũ in schedulis quibusdam, vt omnia ordinate fierent: exijt sors prima Ioiarib secunda Iedeie tertia Ha
rim 4. Seorim. 5. Melchia. 6. Maimna. 7. Archos. 8. Abia. Erat igitur Zacharias sacerdos de vice sue sorte
octaua. Nam postq̃3 sorte partita sunt ministeria sacerdotalia: Abias in octaua hebdomada ministratu-
rus accedebat ad templum ipse: cum ijs qui sibi sorte coniuncti erant. Ita fere anno toto non plusq̃3 bis
familia quelibet presto erat altari. abstinentes interim ab omnibus que iuxta Mosi instituta hominẽ cõ-
munem redebant: abstinentes & ab vxorũ congressu: nec attingentes pprias dom⁹: de quib⁹ vide in leui-
tico latius. Cum ergo dicit text⁹ sorte exijt: intellige nõ sorte noua: sed iuxta qđ dđ instauerat. Grece.
E ἔλαχεν Elachen idest sortitus est Forte interpres dixit periphrasi, sors exijt q̃ sortibus missis in vrnam,
sors illi⁹ aut illi⁹ exisse diceref: id aliquis deprauauit: Alioqui Zacharias ingressus est, nõ exijt. Sonat er-
go sermo p inde quasi inter sacerdotes sorticio facta sit: quis ingrederef immolaturus incensum. Ceterum
sũmus sacerdos nõ sorte eligebaf. sed iure diuino fili⁹ succedebar parẽti: sic habes Nũ. ca. 20. Vide textũ bo
nũ. Immolare aũt incẽsum cõe erat oibus sacerdotibus. Si dicas volens substinere Zachariã fuisse sũmũ
sacerdotem: q̃ apparuit ei angelus stans a dextris altaris incẽsi, altare hoc quõcunq3 accipiaf: siue p al-
tari siue p thuribulo, extra sanctũsanctorũ erat: siue altare & thurib. idẽ sint. Ceterũ thymiama qđ incẽ
debaf: ingressuro sacerdote magno sanctumsanctorũ, nõ immolabaf, sed ad id tñ cremabatur, vt hum⁹ Leui. 16.
inde consurgens arceret sacerdotem a visione eorum que erant intra sanctũsanctorũ. Ambro. Sortẽ hanc Ambro.

ad tropoc

ad tropologiam vertit dicens. Sorte quęritur itaq; sacerdos: quia verus adhuc ignoratur: de quo tamen dicitur. Tu es sacerdos in ęternum. Qui enim sorte eligitur: humano iuditio non comprehenditur. Ille igitur est verus sacerdos, qui sorte est comprehensus. Leuit. 16. qui non pecudum cruore sed proprio sanguine patrē deum generi reconciliauit humano. Qui peccata nostra super se tulit: nam hircus quomō ferre posset non video. Cessauerunt ergo vices, postq; venit sacerdos in ęternum. Cessauerunt sortes postq; Ionas comprehensus sorte, morte sua mare sedauit. Stabat autem & ppl's orans: quia vbicū p duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, fiet illis a patre meo. Matthę. c. 18. Cęterū sicut dicit Ambro. Si omnes dominus exaudiret orantes, nullus moreretur homo. Vnde & ipse orauit pro Calice: nec tñ est exauditus: quia non erat possibile, (quomō enim implebuntur scripturę?) Deo tamen omnia sunt possibilia q sunt possibilia. Apparuit aūt illi angelus domini stans a dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est videns: & timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus. Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita est deprecatio tua. Apparuit ὤφθη Ophthe id est visus est: nā & apparent quę vera non sunt. Serpunt autem iam diuina mysteria: cum angeli conuolant ad templum: celeste enim sacrificium parabatur, in quo angeli ministrarent. Bene autem dixit, apparuit (quod tamen improbatum est) quod proprie de angelis dicitur aut de Deo. Quod enim non potest preuideri, id apparere dicitur. Apparuit dominus ad illicem Mambre. Non enim similiter sensibilia videntur: & is in cuius voluntate situm est videri: & cuius naturę est non videri: voluntatis videri. Cęterum deū nemo vidit vnq;. Ioan. pri. visus est autem illi a dextris altaris: quia bona ęterna nuntiare veniebat. Longitudo enim dierum in dextera eius. Turbatur autem Zacharias ex insolita visione: tantā est humanę naturę fragilitas. Ita dixit Daniel angelo sibi viso. Domine mi in visione tua dissolutę sunt compages meę: & nihil in me remansit virium: sed & halitus meus intercluditur. Theodotio. Domine in visione tua conuersa sunt interiora mea in me. Hierony. Ergo ad visionem Dei conuertimur intus: qui eo nō respiciente: foris vagabamur. Rursus ergo inquit Daniel tetigit me quasi visio hominis, & confortauit me & dixit. Noli timere vir desideriorum: pax tibi, confortare: & esto robustus. Hęc omnia Zacharię congruunt, qui bene vir vocatur desideriorum: vt pote qui non prolem: sed populi redemptionem orabat: sic ipse dixit: visitauit, & fecit redemptionem plebis suę. Sublato ergo timore per angelicum contactum loquere inquit Zacharias ad angelum: quia confortasti me. Sequitur. Ne timeas Zacharia, ne timeas boni apporto nuntium: exaudita est oratio tua. Nec enim orabat pro prole vt diximus: de hac enim adeo desponderat animum: vt angelo promittenti non crederet. Nemo enim orat accipere: quod se accepturum desperat. Quod ergo dicitur. Exaudita est oratio tua pro populo intelligitur: alioqui populus non eum expectaret. Vide ibi: simeon iustus. Luc. 2. Ambro. plena igitur sunt semper & redundātia diuina beneficia: vt pote qui potest abundantius tribuere quam rogatur. Promittitur sterilis fęcūditas: lętitia plurimorū, magnitudo virtutis pueri nasci turi, nomen, vita, cibus, officium. &c. Ego enim cogito cogitationes pacis & non afflictionis: orabitis me: & ego exaudiam vos. Hiere. 29. Hieron. Certe absq; inuocatione captiuorum poterat implere dominus quod promiserat: sed hortatur eos ad preces: vt quod promissum est mereātur accipere. Sed et vxor tua Elisabet pariet tibi filium: & vocabis nomē eius Ioannem. Et erit tibi gaudium & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino: & vinum & siceram nō bibet: & spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suę. Et multos filios israel conuertet ad dñm deum ipsorum. vxor tua inquit pariet. Potens est enim deus etiam de lapidibus (nedum de emortua vulua) suscitare filios Abrahę: qui aperuit vuluam Lię, & clausit genitale Rachelis. Et vocabis nomen eius Ioannem. Inuenit enim puer gratiam (nedum conceptus) coram me: & ipsum noui ex nomine. Quid est autem ex nomine? Mosis nomen quod in circuncisione accep. a parentibus: nemo huc vsq; nouit. Quod est ergo nomen eius? viso puello intra fiscellam eleganti forma: ex infantibus hebręorum inquit thermut filia pharaonis est puer iste: ad quod coniectauit ex circuncisione & adoptans eum sibi in filium: vocauit eum Moses. Masha/hebraice extraxi significat, inde Moses, quasi extractus. Phylon autem aliam huic nomini etymologiam accomodat, sic enim dicit. Nomen ei indidit Mose: eo q ex aqua extraxisset eum. Nam ægyptij/Mos/aquam appellant. Id fere dicit Auenezra. Nomen inquit eius ægyptiace est Monios, per quod videtur conuenire cum philone, a voce ægyptia non hebraica inditum ei nomen. Itaq; fuit dei erga Mosen tanta cura: vt ab ipsis faceret eum enutriri: qui vitam eius volebant perdere. Nouit igitur dominus Mosen ex nomine noticia speciali ex eo videlicet tempore, quo expositus a parentibus: a fęmina ægyptia nomen accepit: statim enim eum sibi adoptauit in filium. & nutritus est summa cura, in magnis delitijs. At Ioanni aliquid plus donatur a domino. Priusq; te formarem in vtero noui te. Hiere. pri. Nouit enim dominus qui sint sui. 2. Thimo. scđo. De multis enim dicit: & dixi: vbi nam sunt? Amen dico vobis, nescio vos. Noui formaui: sanctificaui anteq; exires: hoc est renatus anteq; editus in lucem & donaui te nomine: quod os domini nominauit. Sic Paulus non Saulus, israel non Iacob, Abraam non Abram: vt per hoc intelligāt amici altissimi amodo gratia Dei esse quod sunt. Legimus autem Iechonię regi vnam litteram ablatam de nomine: & ea erat nominis domini. vt per hoc intelligeret rex alioqui sese iam paratum interitui, in cuius nomine deus nullam partem habebat: dicente dño. Si fuerit Chonias sicut anulus in manu mea dextra: inde euellam eum. Anulus amoris signum: vix per vim a digito extrahitur. Tanta est autem diuini iuditij seueritas, vt etiam qui anulus est ornamentum videlicet pulcherrimū manus dei (quę plena dicitur esse hyacinthis) inde possit euelli. Pariet itaq; tibi filium nomen eius Ioannes. Cęterum gaudium nati infantis commune erit omni populo: iustus enim id est iustitia cōmune est bonum.

In natiuitate

Marginalia: ps. 109. — pri. pet. 2. — Ambro. — Matt. 26. — pri. q. pri. — c. Nōnę. 32. q. 4. Recurrat. — Genes. 19. — Prouer. 5. — cap. 10. — Hierony. — Ambro. — Ephes. 3. — Hierony. — Matth. 3. — Genes. 29. — Exodi. 33. — Exodi. 2. — Philon. — Moses. — Deute. 32. — Actuū. 13. — Genes. 17. — Hiere. 22. — Hierony. — Canti. 5. — F — G — H — I — K

Dixit Hieremias. Maledicta dies in qua natus sum (qui tamen sanctificatus de vtero exijt) & caetera.
Quę omnia hyperbolicę dicta sunt, & iuxta illud/melius illi esset, si natus non fuisset. At istius pueli na
tiuitas gaudio afficiet omnē populū:idq; nō semel, sed quot annis, qđ res exitus docet. Nimirū sedēt bus
in tenebris vinctis mendicitate & ferro lucifer iste ortus est. erat. n. reuera lucerna ardēs & lucēs: ardēs vita,
doctrina illuminās. Itaq; mœror quē hucusq; attulit tibi o Zachar. cōiugis sterilitas, fœnore cū multo pē
sabit. Erit magnus corā dño. Siquidē & Amā magnus fuit in ocul' Asueri: sed gaudiū eius ad instar pūcti
& gaudiū eius in cōfusionē versum est. Et secūdū gl'ia eius multiplicata est ignominia eius. Erit ergo Ioā
nes magnus corā dño: sicut dictū est cuidā ex amicis altissimi. Feci tibi nomē, iuxta noīa magnorū qui sūt
in trra, quibus nos cōpati pointiones sumus, imo & locuitę iuxta scripturā. Magnitudinē reuera pueri hu
ius nullus melius expressit, q̄ is qui sylenū hūc intus nouit & in cute: cui' verba sunt. Inter natos mulie-
rū nō surrexit maior. Ea est magnitu. Ioānis corā dño. Nūc inquirendū cui' magnitudi. fuerit in opiniōe
vulgi. Luc. ca. 3. Existimāte aūt pplo. & cogitātib. oibus in cordibus suis, ne forte ipe eēt chrs, miserūt ad
eū legatos: nō vulgares, sed sacerdotes & leuitas: vt rogarēt eū quis eēt; & de se ferret testimoniū, qđ Ro-
mani nec Catoni cōcederēt, nec p altero quāto minus p se. Vere ergo dixit angel', erit. n. magn'. Sicut
aūt dicit Plutarch', duos pplus Roman' cognominauit maximos: Valeriū: q pīs a plebe dissidētes cōci
liauit: & Fabiū Rullū, q diuites quosdā vims ex libertis genitos, e senatu amouit. Pōpeius magnus appel
lari cœpt' est: q multa pclara cōfecerit bella: seq; & ipse met in epl'is actisq; magnū pōpeiū inscripsit: cui'
memoria Cū sonitu pijt, si quidē in regno cælorū minim' vocabit: imo nullus. At ioānes merito magn'
vocat: qui cū tal' esset, vt chrs crederet a pplo: imo nō sum inquit idone' soluere calciamēta chri. Ita ma-
nus quæ indigna erat tāgere calciamēta chri: idonea facta est, vt tāgeret verticē scrm chri. Cū inquit esses
parulus in oculis, caput in tribubus israel factus es, Vnde vocat Ioānes amicus spōsi. Ioan. 3. Vinū &
ficerā nō bibet. Magnū hoc in Ioāne, vt cū multa innocētia: esset tāta abstinēcia. Esai. 5. Vbi legimus: ve
qui consurgitis, ad ebrietatem sectandam: pro ebrietate/Hebraice est sequar quod omnem significat po-
tionem quæ inebriare potest: & statum mentis euertere: & homines vigilare non patitur. Tantum ergo
aberit vt puer iste delitijs indulgeat, quę auocant a cœna illa magifica, (nimirum homines tuctantes pi-
sces, pepones: cępe & allia: & coturnices/ dicunt: habe nos excusatos) vt nec vinum aut aliquid hu-
iusmodi sit haustur', qđ sobrietatē mētis adimere possit. Cōferamus nunc si libet Ioānē magnū sobrieta
te cū Alexādro mag. ebrietate. Athenæ', li. 10, de temulētia loquēs: inter maxime vinosos Alexandrū nu
merat. Erat (inquit iste) inter Macedōes Proteas certamine clar'. Hunc igit in cōuiuio Alexāder poculo
bicōgio puocauit. Cum igitur Alexander bibisset; proteas rege multum laudato; qui egregie tātum cali-
cē exorbuerat; & ipse quoq; ea fide atq; integritate bibit (vter. n. erat) vt ab oībus plausu exciperet. Mox
proteas: eodem poculo cum regem prouocasset, bibisset q; Alexander generose conatus iterū calicē eun-
dem ducere: cum partem iam traxisset, resupinata in lecti puluinar ceruice; poculū manibus emisit. Quo
ex certamine in valetudinem incidit: a qua tandem iugulatus est: vt Ephippius tradidit: qui ab alijs histo
ricis in hoc dissentit: eum enim veneno sublatum dicunt. Habes Alexandrum magnum in exhauriendis
vtribus: Ioannes autem magnus sanctimonia: sobrietate: abstinentia: castitate: vtpote qui ex vtero ma-
tris spiritu sancto repletus. Vnde q̄ primum vox Marię sonuit in auribus Elisabet, exultauit infans in vte
ro parentis: & ex abundātia spiritus sui matrem spiritu sancto repleuit: sicut dicit Ambrosio, & quo ad
potuit: præcursoris officium inchoauit. Multos quidem legimus repletos spiritu sancto sed non est eadem
omnium mensura, stella enim a stella in claritate differt. Effundam inquit de spiritu meo super omnē car-
nem sed alij prophetabunt, alij visionem videbunt, alij somniabunt: serui autē spiritus sancti effusione cō
tenti: fidei tantum & salutis gratiā consequētur. Sic vidua illa paupercula multa quidē vasa infudit oleo
sed non omnia eiusdē capacitatis: vt verisimile est, imo forte nullum, sed spiritus sanctus diuidit singulis
animæ christi, immaculatæ virgini. Mosi, Stephano: Ioanni: Elisabet: prout vult. Deniq; puer iste cū per
ætatem licebit: officio præconis & præcursoris assumpto, implebit vaticinium Malachiæ, ecce ego mit-
to angelum meum, & sequitur. cap. 4. Et conuertet cor patrum ad filios: & cor filiorum ad patres eorum:
id quod sub nomine Heliæ de Ioanne prænuntiatur. Nam inquit veritas, si vultis accipere, Ioannes ip-
se est Helias. Conuertet igitur multos qui terunt viam latissimā: ad viam arctam quā pauci inueniunt:
rarus terit/cōuertet auersos: clamans post tergum, redite preuaricatores ad cor, hęc est via, ambulate in ea
nolite post tergū respicere. Cæterū pres illi: Abraā sunt Isaac & Iacob: viri iuxta cor dei/pres aūt qui cō
uertēdi sunt ad cor filiorū Iudei sunt patres apostolorū iuxta carnem; iuxta spiritum vero filij, conuerten-
tur igitur iudei pdicatione Ioannis vt imitent fidē patriarcharum & apostolorū vitā simul & doctrinā;
sicq; ex serpētibus & viperis: vertātur in colūbas. **Et ipse pcedet ante illū in spū & virtute He
lię: vt cōuertat corda prm in filios: & incredulos ad prudentiā iustorū & paret dño
plebē perfectā.** Quod dicit, pcedet in virtute, Græce est δυνάμει. i. dynamę, vt intelligas vim mira-
culorum: non solum probitatem virtutis. Incipit autem angelus explicare aduentum Mesię in foribus
esse, dicens. Ipse præcedet ante illum, nec dicit ante quem, vt intelligas ante illum: cuius aduentum
Zacharias exorabat. Quemadmodum igitur iuxta Malachiæ vaticinium Hælias pręcurret aduentum
domini secundum: ne forte imparatos inueniens hoies: terrā percutiat anathemate. i. perpetua separatio-
ne, de qua dicit: ite maledicti: ita puer iste pcursor erit aduētus prim; quo deus pater miseratus genus hu-
manū: qui luto & lateribus pressi clamabant: vtinā dirūperes cælos & descēderes: missurus erat vnicum
suum: factum ex muliere: factū sub lege, vt eos qui sub lege erāt/& eos qui sine lege erāt redimeret. Quod
q; dixit Malachias; ne forte percutiā terrā: Nō ideo dixit, ne forte, q dies ille incertus sit: sed quia veniet si

B cut fur

Margin notes: A; Matth. 26; ps. 106; Ioan. 5; Ester. 5; Iob. 20; 1. Mach. 1; 2. Re. 7; Nu. 13; Matth. 11; Luc. 3; Ioan. 1; Plutarch.; Math. 5; Math. 3; 1. Re. 15; B; Hiero.; Nume. 11; Luc. 14; Athenæ'; C; 1. Corin. 15; Ioel. 2; D; 1. corin. 12; 4. Re. 4; Math. 11; Math. 7; Esaiæ. 46; Genes. 19; Actu. 13; E; Math. 25; Esai. 64; Gal. 4; Math. 24

1. Thes. 5. cut fur in nocte: & adeo ab humana scientia est secretus vt de illo dicat veritas, illũ diẽ solus pater nouit.
Math. 24. Præcedet aũt dñm Ioãnes in spũ & virtute Heliæ: quippe quod nõ tã ouũ ouo simile q̃ Ioannes Heliæ:
& vitę austeritate: doctrinæ synceritate: Zelo domus Dei: & ipso habitu pœnitẽtiali. Cõuertet ergo incredulos ad prud. iustorũ. pro incredul' Græce est ἀπειθεῖς. i. apithis: quod alias vertit interpres inobediẽtes. quod hic fortassis magis quadrabat: cũ mentio facta sit prm et filiorũ. Quod igitur dixit: cõuertat corda prm i filios, idẽ ẽ cũ eo qđ sequit, & inobediẽtes ad prudẽtiã iustorũ. Ea est in vilitate litteræ sensum spiritualẽ inquirere: & in concha legis margaritã expiscari, sicut dicitur: scrutamini scripturas Ioan. 5. Credere q̃ ex legis opibus nullus vnq̃ iustificabit: nullus iustificat' est Rom. 3. Quod lex nihil duxit ad pfectũ heb. 7. prudẽtia iustorũ est terrena dare pessum vt stercora: cęlorum regno vim inferre: mori sæculo, viuere
Math. 11. Deo. Hanc prudentiã Ioannes docebit & ex parte parabit dñ o plebẽ perfectã, cũ aũt venerit quod perfe
1. corin. 13. ctũ est. i. Dñs iesus qui baptizat in spiritu sancto, & solus peccata remittit: euacuabitur officium Ioan-
Luc. 3. nis, qui pedagogus erat & baiuli officio fungebat, iuxta Chry. Dicit itẽ: vt paret dño pleb. perfectã: Ad
Heb. 7. suscipiendũ dñm christũ quia lex Mosi lex timoris: iugũ grauissimũ nihil duxit ad perfectũ: quandoquidẽ & Moses ipse vidit quidẽ terrã fluentẽ lacte & melle: quã tamẽ nõ est ingressus. Deut. 32. Perfecta autẽ charitas est legis plenitudo sicut dicit Apost. Rom. 13. Hoc est quod alias dicit Ioãnes, lex per Mosen da
Ioan. 1. ta est, gratia aũt per Iesum chřm itẽ & veritas: idest quod lex promisit, Euangeliũ impleuit. Ioãnes pedagogus: chřs pater noster, qui per euãgeliũ nos genuit. Sic quod Ioannes cœpit pœnitẽtiã predicãdo, christus impleuit peccata abolendo: pro peccatoribus in cruce moriendo. **Et dixit Zacharias ad angelũ. Vnde hoc sciã? ego enim sum senex: & vxor mea processit in diebus suis. Et respondit ei angelus dicens. Ego sum Gabriel angelus qui assisto ante dominũ: & missus sum hęc annũtiare tibi. Et ecce eris tacẽs: & nõ poteris loqui vsq̃ in diẽ quo hęc oĩa fiant: propter quod nõ credidisti verbis meis: quę implebũtur in tẽpore suo.** G Hęc
1. corin. 1. igit angelo disserẽte: metũ quidẽ posuit Zacharias, sed Iudęus cũ esset (at inquit apo. Iudęi signa quęrũt)
Ioan. 20. Iudęorũ more signũ requirit vt videlicet miraculũ miraculo fidẽ astrueret. Nisi videro inquit nõ credã. Sic
Genesi. 15 Abraã postq̃ audiuit, Numera stellas: itã sic erit semẽ tuũ &c. inquit. Ah dñe deus meus vñ scire possum q̃ implebũtur opere magnifica promissa tua? Qui si hæsitabũdus & iste cõfirmari vult in promissis, signo aliquo edito: nõ tamẽ punit, sicut Zacharias: quia iste sacerdos erat & populi mediator ad deũ. & iu-
Chrysost. xta Chrysosto. nugę in sęculari nugę sunt, in sacerdote vero blasphemiæ. Maxime quia si angelũ dñi credebat, dubitare de legatione nullatenus debuit. Quãdo aũt refugi spiritus ausi essent ingredi locũ illũ solis sacerdotibus peruiũ? Nõ tñ desunt qui dicãt: ipsum Abrã dubitasse de promissiõe diuina: cũ dixit: Vnde scire possum &c. Idcirco filios Abrę punitos fuisse corporaliter: vt seruirẽt durã seruitutẽ annis quadringentis. Gene. 15. Qui tamẽ anni numerãtur a natiuitate Isaac. Iste annorũ. 60. genuit Iacobũ. Iacob annorũ. 130. Ingreditur Aegyptũ. si ergo ab annis. 400. subtrahas annos. 60. & rursus. 130. remanent anni.
Iudic. 6. 210. tot annis habitauerunt filij Abraã in Aegypto. Nã & Gedeõ signũ petit, idq̃ duplex, & secundũ pri
Exod. 32. mi oppositũ: nec tñ pro hoc mulctat a deo. Peccauit Aarõ peccatũ grãde in fusiõe vituli, nec punit publice, sed excusatiões Aarõ quales quales audiuit Moses, & in populũ desęuiẽs, chřm dñi nec verbo laces
S. Thom. siuit. Peccat Zacharias, & punitur silẽtio. 9. mensiũ. Dicit aũt. S. Thomas. 4. distin. 46. q. 2. ar. 2. q̃ Aarõ
Ioan. 2. occulte est punitus pro peccato vituli, vt plæi puniãtur clã, ppter vitandum scãdalũ. Primũ nullibi hoc legimus. 2. Dñs publice expulit vẽdinatores de tẽplo. 3. Paulus publice restitit in faciẽ apłorũ principi. Ga. 2. & sacerdotẽ alias parietẽ vocat dealbatũ. Act. 23. 4. Quare nõ & Zacharias punit secreto sicut Aa
Hebræ. 10 ron? Sed iudicia dei abyssus multa. Et horrendũ est incidere in manus dei. Nouit. n. cui parcat vsq̃ ad. 10.
Pharao. plagas, cui parcat vt pater: quẽ ilico peccãtẽ feriat vt Iudex, sicut videre est in Oza. 2. Re. 6. Beati autẽ qui
Deut. 32. bus dicitur: percutiã & ego sanabo: pcutit Saulus cęcitate: & ceciderunt ab oculis eius tanq̃ squamę, &
Actu. 9. oculos nouos recepit. Imo qđ magis mireris Dei prouidentiã: pcauẽs deus in futurum, stimulum adhibuit Paulo in carne. 2. cor. 12. Ne ęgrotaret in mente. Percutit Zacharias in lingua, & sanat incredulitas i mẽte. Vñ inquit sciã id: cum sim senex? Redamat naturę sensus verbis tuis. Num & nos postq̃ alterum pedẽ habemus in cymba: voluptati nauabimus operã? Quõ cõtinget nobis ętate marcẽtibus, quod multis ętate florẽtibus nõ est collatum. Ego inquit sum Gabriel angelus. Multo inquit fidelior inuẽta est mř Sãso
Iudi. 6. nis, quæ viso angelo, & audita legatiõe eius dicẽtis: sterilis es, sed cõcipies & paries filium, cuius nõ tãget caput nouacula, & cętera/oĩa narrauit p ordinẽ viro suo. Qui orauit dñm vt denuo angelicum numẽ eis appareret, & doceret de oibus plenius? Vides fœminã fidẽ pstitisse angelo, & virum vxori nullo interposito signo. Si hęc homo pnuntiaret, dubitare poteras o Zacharia, nunc autẽ si angelum me pmbasti: hoc est dei nuntium & ministrum: falsum oraculum apportare non potui. Sum inquit Gabriel. i. fortitudo Dei:
Daniel. 7. cuius nomẽ in veteri testamento Semel tantum legitur/videlicet Danie. 9. Sum autẽ e numero eorum qui semper astãt throno Dei: numero decies cẽtena milia. Fortassis & Gabriel vnus est ex septẽ spiritibus, de quibus apoca. cap. 1. Verum ibi septem pro vniuersitate accipitur, sicut ibi, de qua septem demonia eiecerat: & vocat alios septem spiritus nequiores se. Dicuntur autem assistere semper, quia & si mittuntur ad K
Marci. 16. nos (omnes enim sunt administratorij) & terunt frequenter scalam Iacob. Gene. 28. Semper tamen vident
Hebre. 1. faciem patris quocunq̃ sint locorum. Cæterum Satan apud Iob, rogatur vnde veniat: quia dominus
Matth. 18. non miserat eum. Angeli autem expleto ministerio: reuertuntur dicentes, feci sicut præcepisti mihi. Eze-
Roma. 11. chielis. 9. Eris igitur amodo tacẽs, vsq̃ in diem quo hęc omnia rebus expleantur. vidisti inquit apo. Bonitatẽ & seueritatẽ Dei: Bonitatẽ Dei pmmittentẽ tãtum filiũ, quo inter natos mulierũ nullus maior: & hoc seni capulario, cui' vxor effœta & steril'. Seueritatẽ/in eo q̃ incredulitatẽ sacerdo. silẽtio mẽsium. 9. mul-
Hierony. ctauit. cęterum sacerdos mutus: sacerdos nõ est. Est enim iuxta Hierony. sacerdotis officium interrogatum

de lege

de lege respondere: Nisi q; est videre his nostris tēporibus multos, magis mutos quā pisces: Qui de lege interrogati: respondent. Signatus est liber: secretum meum mihi. **Et erat plebs expectās Zachariā: & mirabantur quod tardaret ipse in tēplo.** Nec tamen abscedunt ante consūmatū sacrificiū. Neq; n. fas erat, vt qui pro populi salute orabat, inter suffragia orationis desereretur a populo. Sed sicut legimus in Luca, postq; verus sacerdos dixit cōsūmatum est, Ioā. 19. Populus qui aderat, reuertens, percutiebant pectora sua. Ioānes episcopus cognomento eleemosynarius egressus de ecclesia, sedebat ad fores, perlecto euangelio. Mirantibus autē multis, qui foras diuersabantur: Inquit Ioānes. At oportet pastorē esse cū ouibus, quādoquidē oues solitariū relinquunt pastorem in ouili. Quo sermone confusi & cōpuncti, ad vnum oēs ecclesiā ingrediūtur. Mirabantur inquit q; tardaret, suspicātes id quod verum erat:

Esai. 29. Luc. 23. Exemplū.

A tamen vt prædicitur: non deseruerunt suū patronū: & aduocatum apud Deū. **Egressus aūt non poterat loqui ad illos.** Moses cū mitteretur a Deo legatus ad Pharaonē: ipse ad excusandas excusationes in peccatis: tarditatē linguæ (quæ legatis inprimis est necessaria) opposuit dicens. Ab heri & nudiustertius sum tardiloquus & blesus. Et dominus quis inquit fecit os hominis, aut quis fabricatus est mutū & surdū: perge pge Ego. n. ero in ore tuo: & docebo te quid loquaris, qū asinos dono sermōe. Ei⁹ ē ergo aperire os: cuius est auferre sermonē: sicut dictum est Ezechieli: linguātuā faciam adhærere palato tuo: & eris mutus. cap. 3. Sic dictū est cuidā angelo tenebrarum, tace obmutesce. Causam tardiloquentiæ In Mose refert. M. A. C. S. Ad hunc modū. Cum Thermuth coronā sublatā e capite regis puero imposuisset: ille terræ deiectā cōculcauit pedibus. Vnde sacerdos fat dicus qui aderat: hūc sibi videri puerū inquiebat: quē magnā aliquādo cladem Aegypto allaturū fata portenderēt: eū vt publicā pestē diriq; exitiū cauendū: Deorū hominūq; fidē obtestans: certissimū incendiū Pharaonis eiusq; regno ante oculos nutri-

Exod. 3. Nume. 22 Marci. 10 M. A. S.

B ri: dū Regiæ puellæ nimis a patre indulgeretur. His a deo cōmotus est rex: vt parū abfuerit: quin puerū e filiæ cōplexibus arreptū: suis iugulandū traderet. Sed plus omnino ambiētis filiæ gratia: aut quod magis credo fatorū necessitas (prouidentiā Dei intellige) valuit. Obuoluta illa genibus patris: ætatē excusabat: qua nihil adhuc saperet. Ad omen igitur eleuandū: carbones iubet puero accēsos offerri: ex ea re exploraturi, an nocitura erstātemere tractaret. Hic factū memorāt: vt nō sine perpetua linguę clade aliquot ex eis repēte hauser t. Hec ille. Itaq; populus videns Zachariā vultu quidē lætitiā prę se ferentē: mutū tñ acproinde manu illis innuētē **Cognouerunt quod visionē vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis. Et permansit mutus.** Subindicabat igitur nutibus & manuum & oculorū, & toti⁹ corporis gestu: quod lingua exprimere non poterat: nimirū bono suo & populi fuisse ligatū: gratias referrent altissimo: qui vota eorum exaudierat de excelso solio glorię suę. Innuebat illis inquit. Id si Quintiliano credimus/ manibus pcipue peragimus. An non manibus poscimus: pollicemur, vocamus? Dimittimus: minamur? supplicamus abominamur? Timemus: interrogamus? Gaudium: tristitiam: dubitatio

Quintil.

C nem: confessionem: pœnitentiam modum: copiam: numerum: tempus ostendimus? Nōne gedē concitant: supplicant: inhibent: probant: admirantur, verecundantur? Nonne in demonstrandis locis atq; personis aduerbiorū atq; pronominū obtinent vicem? vt in tanta per omnes gentes diuersitate hic mihi oim hominum cōmunis sermo videatur. Hæc ille. **Et factū est vt impleti sunt dies officij sui, abijt in domum suā.** Abijt vt vxori debitū redderet: quia teste Chrysost. Eadē nocte Elisabet grauidatur. Memento Oze percussi a Deo. Dies ministerij sacerdotalis septē erāt. i. hebdomas: sicut dictū est. Quod si visionē hāc Zacha. vidit. 2. vel 3. die: cęteris dieb⁹ populus sacerdotē habuit mutū: qui tamen propterea non minus clamabat ad dñm: iuxta illud: quid clamas ad me? Et illud: desiderū pauperū audiuit auris tua

32. distin. ca. propo.

D Cęterū iuxta mysteriū: lex & pphetę & sacerdotiū leuiticū vsq; ad Ioānē. Deinceps tacēte lege: dñs chrs sedens in monte aperuit os suū. Tacuit ergo sacerdos: quia dubius in fide inuētus est: quia leprosus in lege iubetur os habere contectum. Vide August. super Matth. cap. 8. **Post hos aūt dies concepit Elisabet vxor eius, & occultabat se. 5. mensibus: dicens. Quia sic fecit mihi domin⁹ in diebus quibus respexit auferre obprobriū meū inter homines.** Ita & Sara: risum fecit mihi dñs. Gene. cap. 21. Fretus itaq; Zacharias verbis cęlestis numinis, non vlterius perrexit repugnare diuinæ promissiōi: ne nouissimus error peior esset priore: sed vxorē cōplex⁹ sterilē licet & annosam: tandē cōcepta ple: vter⁹ in dies tumescebat: forte vicinis interi arbitrātibus, tē cōmētitiā esse: nā licet ipsa celaret vterū: forte nō oīm oculos fugiebat. Honorabile inquit apls cum sit connubiū legitime copulatum: nihil habet de quo erubescendum sit mento: coniugium enim huiusm. non luxus sed deus copulat. Quomodo enim pollutum dici potest: quod amore tantum prolis fit, idq; Deo præcipiente? Et tamen cum hęc ita se habeant Elisabet videns vterum suum repleri fructu diuinæ promissionis: occultat se a populi cōspectu mēsibus. 5. Oportet enim sanctos habere testimoniū ab his qui foris sunt: & qui ignorabāt hæc adeo fieri. Prona est enim humana fragilitas (vtpote quę plena est Momis) ad male loquēdū: male suspi-

Exo. 14. Matth. 11. Leui. 13. Matth. 27 Hebr. 13. 1. Timo. 3.

E candū de proximo. Quod si iuxta Amb. Fructus nuptiarū est pcreatio filiorum: quid est de quo erubesceret Elisabet? Magna est viris sanctis inquit idem Ambrosius/ Cura verecundiæ, vt plærunq; in ipsis votis pudor sit: sicut hic videre est in Elizabet: quæ vtiq; filios habere cupiebat: & tamen prægnans effecta: occultabatur. Quę causa occultationis nisi pudor? Est enim cuiq; officio præscripta ætas, & quod tempore decet: tempore nō licet. Tempus enim amplexandi; & tempus &c. Ecclesi. 3. Sunt ergo tēpora quędam præscripta coniugio: dum anni vigent: dum spes est prolis. At vero vbi senectus successerit: & ętas regendis liberis aptior q; creandis: tunc inquit apls qui habēt vxores: tanq; nō habentes sint. Senes. n. ab ipsa cōcluduntur ętate: & iusto intemperātię pudore reuocātur facere opera nuptiarum. Senes tamē etiā centenarij non prohibētur vxores ducere; quoties res tulerit. Quin etiā ipsi iuuenes sobria timore diuino

Ambrosi. 1. corin. 7.

corda tēperāt: suscepta plerūq; prole, renūtiant operibus iuuentutis: sicut legimus de parentibus Nicolai episcopi. Et quid mirū de hominibus, si pecudes quoq; mutuo quoddā opere loquuntur generādi sibi studiū: nō desiderū esse coeundi? Siquidē vbi semel graue alitum senserint; iā nec cōcubitu indulgēt, nec lasciuiā amantes sed curā parētis assumunt. At vero homines nec conceptis nec Deo parcunt, illos contamināt, hūc exasperāt. In vulua inquit sanctificaui te: & formaui. Ad cohibendā igitur petulantiā tuam: manus quasdam tui autoris in vtero hominem formātes aduerte. Vel igitur pecudem imitare: vel Deum verere. Et quid de pecudibus loquar? Terra ipsa a generādi opere sæpe requiescit. Quod si impatienti hominū studio quot annis seminet: impudētiā mulctat agricolæ, & fœcunditatē sterilitate commutat. Merito ergo Elisabet erubescebat gratiā & si nō recognoscebat culpā. De viro suo cōceperat, sed erubescit ætatē: vt intelligi possit, q iā non cōueniebant inter se cōcubitu cōiugali. Hæc ille. August. de nuptiis & cōcup. Cū enim omnia recte facta in luce se collocari velint: solus actus matrimonialis recte quidē fit licet aliquādo fecūdū indulgentiā, sed erubescit videri: cū nemo maritorum sit, qui nolit filios habere. Magisq; fert homo expectantiū multitudinē quando iniuste irascitur homini: q vel vnius aspectum quādo iuste miscetur vxori. Vnde vere improbatur secta eorū qui more canum in triuiis congrediebantur vxoribus. Absondi me inquit omniū parens: eo quod nudus essem. Proinde frons pertrita. CCC. vide quo culminis inuerecūdiæ peruenerat, vt diceret. Nihil magis in natura sua laudare scilicet ac probare: quā ἀδιατρεψίαν. 1. adiatrepsiā hoc est inuerecundiā, licentiā, libertatē, securitatē, facultatem. Potest & illud dici: vt idcirco celaret se Elisabet: vt siquid retellisset sterilitatis vitium ob frustra speratā prolem (putant enim aliquādo fœminæ sese prægnantes: deficientibus mēstruis, aliquādo autē seducuntur) tristitia & probrum duplicaretur: vt diceret, thesaurus carbones erant. Vbi aūt argumētis euidentibus cognouit se fœtam: ita gaudio gestit: vt id totū Deo acceptū ferret. Sic inquit fecit mihi dn̄s: qui dotauit me dote bona imo & optima. In hoc enim fœcunditatem distulit, vt cumulatius dona sua impartiret. Vno filio tn̄ donat: qui tamen nō pro decē tantum, sed pro decē milibus cōputatur. Vnus est enim & secundum non habet.

Hier. 1. Gene. 3. Tranquil. Proverb. Gene. 30. 2. Re. 18. Luc. 1.

❧ Caput tertium de Gabriele angelo anunciante beatissime virgini incarnationē filii Dei vsq; ibi. Ecce ancilla domini.

IN mense aūt sexto missus est angelus Gabriel a Deo in ciuitatē Galileæ cui nomen Nazareth: ad virginē desponsatā viro: cui nomē erat Ioseph de domo Dauid, & nomē virginis Maria. Cur. Rationale est si dicam? genuisse virginē annorū. 24. vt perfecta etiā secūdū. ossa fœmina: pfecta mater: pfectū gigneret filiū: id credat qui voluerit. Hoc est ergo q aliis verbis dicit apostolus. At vbi venit plenitudo tēporis: (id autē merito senario numero præfiguratur: numero videlicet perfectissimo: vt qui ex omnibus partibus suis aliquotis constat: numerus in quo condita sunt omnia) misit Deus verbum suū factū ex muliere: sed virgine: sed immaculata, quæ est gloria Hierusalē: lætitia ecclesiæ: honor populi christiani, & ipsa est quæ fecit cōfusionē in domo principis huius seculi. Ipsa est quā in plenitudine tēporū præparauit dn̄s filio domini mei. Gene. 24. Præparauit aūt ab omni peccato preseruando. Non potuit hoc filius præstare matri: quod castaneæ cōfert: vt inter spinas & a spinis remota: concipiatur: alatur & formetur: plane potuit. Quid si noluit, quia non decuit? Richardus. Imo non decuit vt caro Mariæ qualicūq; esset obnoxia culpæ. Nā Dei sapientia indignū credimus, vt quā ad lucē gentiū destinauit: prauitate tenebræ sineret inuolui. Nec erit ingratus tantæ matri, qui parētes honorari præcepit. Non ergo accedet ad te malū neq; flagellū appro. tabernaculo tuo, qm̄ angelis suis mādauit de te. ps. 90. De quo? En lectulum Salomonis. 60. Fortes ambiunt ex fortissimis Israel: ipsi sunt mille clypei qui pendent ex turre Dauid: & omnis armatura fortiū, sexcenta milia peditū ambiebāt arcā testamenti. 40. annis in deserto: propter timores nocturnos, ipsa est lectulus Salomōis nr̄i, cuius vultū desiderabat oīs terra. Ipsa est mater Salomo. ipsa ē turris Dauid ipsa quā præparauit dn̄s in 6. mense filio dn̄i mei. Et qualibus putas hanc fœminam decuisse oppignerari muneribus, quæ tanto filio patris æterni præparabatur? Quæ verā terris pacē refudit. Quæ coronauit verū Salomonē? Nempe vt credere fas est: non. 60. fortes: sed milia milium ministrabant ei: & decies centena milia circunstabant lectulum Salomonis, ad honorē eius qui nasciturus erat ex ea. Et ipsa est iuxta Ezechielē mensa in qua solus princeps rex regum pane vescitur, spacio mensium nouem. Ipsa est petra in qua serpens nulla vestigia impressit: quia non tetigit eā Abimelech. Gene. 20. ardentibus eum milia miliū qui ei ministrabant. Ipsa est vellus illud rore cœlesti noctu perfusum: ex quo sibi vestē aptauit inconsutilem quando processit ad nos tanq; sponsus de thalamo suo speciosus forma præ filiis hominum. Ipsa est ergo quam sibi (o sibi) præparauit filius dn̄i mei, siquidē trāsmisit illi per manus serui Abrahæ tam preciosa tam pulchra ornamenta, vt apta foret de congruo quæ esset mater Dei, etiam digne. In mense inquit sexto. Quod si requiras inquit Augustinus, cur tot elapsis seculis Christus aduenerit, hoc solum dicimus (absit verbis temeritas) tunc voluisse apparere hominibus christum, & apud eos prædicari doctrinā suā: quando sciebat esse qui eum fuerant suscepturi, licet in propria venerit: & propriī eum non susceperint. His enim temporibus & his locis quibus euangelium non est prædicatum: tales oēs in eius prædicatiōe futuros esse præsciebat, quales nō quidē omnes sed tn̄ multi in eius corporali p̄sentia fuerūt, qui in eū nec visis tot signis credere voluerūt. Nec incredibile est tales fuisse oēs ante eius aduētū, quales ab eius aduētu hucusq; tā multos fuisse atq; esse miramur. Quibus ergo omnino anuntiatū non est, nō credituri præsciebāt. Et quibus nō credituris tn̄ anuntiatū est, in illorū exemplū demōstrant: qui etiā nūc latā viā terūt: & sæpe numero corde reuertūt in ægyptū. Tamē vbi venit plenitudo tēporis, missus est angelus ad virginem. Quare non ante? summa Dei sapiētia inquit idē August, nullā in massa hūani generis inuenit viā

qua sicut

Galath. 4. Iudith. 15. Iudit. 14. Ricardus. Exod. 20. Canti. 3. 13. Re. 10. Can. 3. Capi. 44. Prouer. 30. Iudi. 6. Gene. 24. Augusti. Nume. 14. Augusti.

qua ſicut ab æterno præordinauerat in mundũ veniẽs, eius ſubueniret lutoſæ perditioni, donec ad hãc de qua Lucas loquitur ventũ eſt; quę virgo cũ eſſet puella: miraculũ humani generis. virũ ſine viro circundare potuit: cooperante ſpũ ſancto: in tẽporũ plenitudine. De hac Eſaias. Cõſolamini cõſol. populũ meũ quia hic dies boni nuntij eſt. Ingredere inquit Gabriel: quia vir fortis es: & bona nuntias. 3.q.1. Quę ſuſcepit populus de manu Dei duplicia: Deum & hominem peccatorum remiſſionẽ, vitã ęternã in ſpe. Hęc eſt enim terra patribus promiſſa quę reuera fluit lacte & melle. Hęc eſt terra in qua rubus ardet: de⁹ in homine: maternitas in virginitate. Hęc eſt terra quã Moſes prohibetur calcare: quia videlicet terra ſancta eſt. Vnde noſti. Ex his fructibus agnoſci poteſt: bñs fructus ventris tui: ficus, malogranata: & botrus vnus mirę magnitudinis. Hęc eſt terra de qua dicit: aſcẽdet ſicut virgultũ de terra inuia & arenti: inuia quia virgo: arens: quia nullo humano ſemine irrigata: protulit tamen fructum ſuum, cũ venit tẽporis plenitudo. In .6. inquit menſe vteri Eliſabet, miſſus eſt Gabriel angelus ad virginẽ, in ciuitatẽ Nazareth. Nocri Hebraice florem vel virgultũ ſonat. Bene igitur iuxta myſteriũ in flore cõcipitur, quia de virgine naſcitur, cuius vox eſt, ego flos cãpi, & liliũ conuallium, ſciẽdũ tamẽ ꝙ Nazarenus, & Nazareth diuerſa ſunt nomina ſicut patet in Hebręo, Nazarenus. n. pro ſancto & quaſi religioſo & Deo cõſecrato, de quo habetur. Nu. cap. 6, Seribitur per. z. exile, quaſi legas Naſir, qui aũt eſt ex oppido Nazareth, ſcribitur qua ſi legas, Nocri: Nazareth. Mittitur autẽ ad virginẽ, nõ vulgarẽ (fabro licet deſponſatã) ſed ab æterno præuiſam & pręordinatam & præparatã tãto miraculo, tanto myſterio, opus excelſi. Naſcitur igitur chriſt⁹ de virgine, quę quãuis intacta cõceperit, virgo pepererit (in quo nec primã ſimilẽ viſa eſt nec habere ſequẽtẽ) tñ Fabro deſpõſata erat: vt omnẽ typũ carnalis nobilitatis extingueret. Quę enim erat Ruth tot regũ mater? Quæ erat Eſter? Quæ Abiſag? Maria virgo deſponſata erat Fabro: ſed placuit cœli architectori, ſicut Dalila Samſoni. Iudi. 16. Sed cur ad virginẽ deſpõſatã, quę tñ ad nuptias idest copulã peruentura non erat? Ambr. Fortaſſis ne diceret, ꝙ cõceperit ex adulterio, & ne temeratę virginitatis aduceret infamia, cui grauis aluus corruptelę videretur inſigne pręferre. Tenera eſt enim virginalis verecundia, & facile liliũ pũgitur a ſpinis circũdãtibus, & lubrica eſt fama pudoris. Oportet aũt ſanctos teſtimoniũ habere etiã ab extraneis. Nec decuit viginibus prodentibus caſtitatẽ tanꝗ Thamar. Gene. 38. Velamen excuſationis reliquit: ꝙ infamata quoq; mater dñi fuiſſet. Quid aũt Iudęis poſſet aſcribi, ſi natũ ex adulterio viderẽtur perſequi? Quomodo aũt dñs diceret: non veni ſoluere legẽ, ſed adimplere, ſi ipſe a legis cępiſſet iniuria, cũ partus in nuptę lege damnetur? Deniq; certior teſtis pudoris maritus adhibetur, qui poſſet; & dolere de illata iniuria: & vindicare obprobriũ, ſi non agnoſceret ſacramentũ. ¶ Abulen. Ioſeph Mariã duxit propoſito generandi liberos, & in hoc propoſito fuit donec ab angelo edoceretur de tanto myſterio. Quod aũt ſubijcit Ambroſius, deſponſatã iñ fuiſſe virginẽ: vt falleretur princeps mundi huius, nõ probatur doctori noſtro. Demones enim niſi prohibeantur, facile cognoſcere poſſunt integritatẽ carnis cuiuſcunq; fœminę, etiam ſi nunꝗ experta eſſet virũ. Idem tamẽ dicit & Origenes author grauis. Vel ideo deſponſata fuerat ipſi Ioſeph: vt nato infanti, vel ipſi Mariæ curã videret gerere ſiue in Aegyptũ abiẽs vel inde denuo rediens. Ad hęc Auguſti. Poterat autẽ iuberi: virgo permanere in qua Dei filius formã ſerui congruẽti miraculo acciperet: ſed exẽplo ſanctis futura virginibus ne putaretur ſola virgo eſſe debuiſſe, quę prolẽ etiã ſine cõcubitu concipere meruiſſet, vt in terreno mortaliq; corpore cęleſtis vitæ imitatio voto fieret nõ pręcepto, volũtariũ obtulit ſacrificium virginitatis ſuę. Ita chriſtus naſciendo de virgine quę anteꝗ ſciret, quis de illa eſſet naſciturus, virgo ſtatuerat permanere, virginitatẽ maluit approbare ꝗ imperare, ac ſic etiã in ipſa fœmina in qua formã ſerui accepit: virginitatem eſſe liberã voluit, quaſi diceret dñs, qui poteſt capere capiat. Et paulus. 1. cori. 7, de virginitate pręceptum dñi non habeo. Leo. Virgo itaq; Dauiticę ſtirpis eligitur, quę ſacro grauidãda fœtu diuinã humanãq; prolẽ, prius cõciperet mẽte ꝗ corpore. Et ne ſuperni ignara conſilij, ad inuſitatos virgo paueret affatus, quod in ea operandũ erat a ſpiritu ſancto: colloquio diſcit angelico. Nec eſt cur credat dãnũ pudoris, Dei genitrix mox futura. Deſponſata igitur erat viro cui nomẽ erat Ioſeph. Huius nois quatuor inueniuntur in ſacra ſcriptura prim⁹ filius Iacob. 2. Hic beatus vir. 3. Ioſeph ab Arimathia. 4. Ioſeph cognominatus iuſtus. ꝙ Ioſeph fuerit de domo Dauid expoſitũ eſt ſupra cap. 1. Et nomẽ virginis Maria. Virgo erat: vt qui in cęlis eſt ſine matre: In terra eſſet ſine patre. Ita primus Adam de terra nunꝗ maledicta formatus, ſecundus Adam de terra ſuper benedicta natus. Nomen inquit virginis Maria: Nomen ipſum fama ſuper ęthera notũ: nomen de quo dicitur: hæc vocabitur virago, quia reuera de viro ſuo aſſumpta eſt: imo vir ſuus os de oſſibus eius & de carne caro. Hęc igitur vocabitur Iſſa, quia ipſa cõtriuit caput ſerpentis. Iſch. Hebraice vir dicitur: inde Iſcha, quã quidã ἰσχανδρων vocauerũt, nomine cõpoſito ex Hebraico & Gręco, ab Iſcha mulier & ἀνὴρ vir, quaſi vir in muliere formatus. Itaq; fœmina accepit a viro os carnẽ & nomẽ. Et merito virgo beatiſſima ἰσχανδρος vocatur per myſteriũ, quia virgo ſine viro concepit, accipiẽs opera ſpiritus ſancti virtutem & fœminę & viri, id autem reuera mirabile eſt, nouũ & inuſitatũ eſt, ſed nouum creauit dominus ſuper terrã: vt nouo & ſupermirabili myſterio noua mulier, noua virgo quęreretur, quę foueret dominũ noſtrũ regẽ, & nomẽ eius Maria. Ad hęc Chryſoſt. Noluit aũt euãgeliſta recẽti ad huc tẽpore noui illius admirandiq; conceptus ſacramentũ eſſe Iudęis manifeſtũ, ꝙ Maria virgo cõcepiſſet chriſtũ, peperiſſetq;, & ꝓpterea Ioſeph in generationũ Catalogo ponit, & hic rurſus Ioſeph inducit ſpõſus Marię. Et nemo ẽ hac expoſitiõe tãꝗ noua turbet: ſiquidẽ de prm inſigniũq; virorũ ſcriptis decerpta eſt. Nã & ipſe dñs multa in primis obũbrauit, filiũ ſe hõis vocãs: quod perperã multi exponũt. s. filium virginis: non quod non ſit filius virginis, ſed quod cum dominus dicit de ſe. filius hominis, ly hominis eſt generis maſculini omnino, τῶ ἀνθρώπω, idest. Tu anthropu. Item ſecundo vt ſaluaretur virgo. Si enim

Margin: A; B; C; D; E. Hiere. 31. Eſai. 40. 3. q. 1. Nume. 13. Eſai. 55. Canti. 2. 3. q. 1. Ambro. Matth. 5. Sco. in. 4 diſt. 30. q. 2. b Auguſti. Leo papa Gene. 2. Hie. 31. 3. q. 1. Chryſoſt.

post miracula edita filius Ioseph vocatur. Matthæ. Quomodo ante signa filium virginis credidissent?
Quin & ipsa met mater non temere ausa est hoc proferre in vulgus: sed ecce inquit ego & pater tuus do
Luce. 2. lentes &c. Iā si ab angelis requiras hoc mysterium: ipsi quidē reuelant illud: sed vni Ioseph: & in somnis. Pastorib⁹ aūt natū quidē dn̄m anuntiant vtrū aūt ex virgine vel quomodo natus sit omnino tacēt.
Nomē tamē virginis Maria est. Dicendū esset Miriā sic enim vocabatur Hebraice. Exo. cap. 15. sed propter vocis asperitatē Mariā verterūt. 70. Hanc hebræi ideo Mariā vocat⁹ asserunt: q̄ ea natā amarū imperiū ægyptiorū super se acceperunt. Nā Marar hebraice amarū sonat. Maria inquiūt vixit vsq; ad libertatē: vocatūq; est nomē eius sic propter imperij amaritudinē: quo tunc oppressi hebræi sunt. Nā prius tam & si seruirent: non tñ vsq; adeo premebantur. Erat autē fœmina hæc in omnibus famosa, quoniam
Iudith. 8. timebat dn̄m valde: nec erat qui loqueret de illa verbū malū. Absit: abiit tale quid vel suspicari de tali ac tanta virgine: in qua quicquid gestū est: totū gratia fuit. Hæc igitur licet in secretioribus domus sugerit
Matth. 7. cerit sibi secretum cubiculū: vbi clauso ostio oraret patrē: vacaret legi diuinæ: scrutans in quod vel qua-
Esai. 7. le tēpus implendū esset oraculū illud ex Esaiæ cap. 7. (nā & ipsa expectabat consolationē Israel: & respō
Cant. 1. sum acceperat a spiritu sancto non visurā se mortē &c.) ecce virgo in vtero accipiet & pariet filiū: interim tamen nardus nostra odorē dedit fragrātiæ optimæ. Est enim Maria thuribulū illud aureū tēpli dn̄i-
Heb. 9. ci: vt merito dicatur de illa: Christi bonus odor est in omni loco: & enim vicit famā suā (nihil verius) vir-
2. corin. 2. tutibus: quas si quis numerare pergat aut explicare: stellas videbitur numerare cū Abraā. Quas etiam cū
2. paraly. 2 paruas existimes: si accedas propius: amplissimas reperies: dicēte spiritu sancto, absq; eo quod intrinsecus
Cantic. 4. latet. Est enim virgo benedicta ager ille plenus, cui benedixit dn̄s, sicut in cōsequentibus sequitur. Na
Gene. 27. Ingressus angelus ad eā dixit. Aue gratia plena dn̄s tecū, benedicta tu inter mulieres. Hæc est benedictio huius agri pleni: græce sic dicitur. χαῖρε κεχαριτωμένη: idest chære checharitomene. Verbū autē hoc chærin apud græcos tria significat: videlicet gaudere: saluere: valere/vñ nihil refert an dicas Aue: an salue. Nec hæc dicēndo: monet ā cudim⁹. significat aūt ad verbū cecharitomene: gra-

G

tificata vel vnice dilecta: sicut posuit Home. Est autē vox amorē alicuius erga virginē nuntiātis: quod videatur sonare amatoriū quiddā: vnde turbata virgo cogitabat &c. Annotauit & Origenes hanc sa-
Origenes. lutandi formā nusq; extare in libris sacris: neq; ad virum vllum neq; ad mulierē. Itaq; nouitas ipsa stuporē auxit virginis. Ad id facit: q̄ Græce nō est ποῖος. pios: sed ποταπὸς. i. potapos, vt insignē ac inusitatā intelligas salutationē. Nā solēnis iudæorū salutatio erat, Salon lach. pax tecū. Potuit ergo interpres dicere: gaude gratia plena: ad eā quæ gaudiū erat paritura vniuerso mūdo. Benedicta tu. Græce εὐ-
Theoph. λογημένη i. Eulogimene, quod sonat præclaram fama: de qua oīs bene loquātur. Theoph. legit. Gaude gratiosa. Cæterū quō ingressus sit angelus: quali habitu: qua ue diei hora: textus non dicit: mihi autem
August. 4. diuinare non licet. Dicit aūt Augustinus in quodā sermone. Ignorāte Ioseph spōso meo: venit ad me magnus quidā christi paranymphus Gabriel videlicet archāgelus: facie rutilās: veste coruscās: ingressu mirabilis: aspectu terribilis: colloquio affabilis, & salutauit me dicens, Aue grā plena. De hoc scriptū est in ps.

H

Hieron⁹. 71. Descēdit sicut pluuia in vellus. Hieron. Vellus cū sit de corpore, nescit tamē corporis passiōes. Sic virginitas cū sit in carne nescit vitia carnis. Cælestis plane imber in virgineū vellus placido se infudit illapsu & tota diuinitatis vnda se cōtulit in vterū virginis: quādo verbū caro factū est: ac deinde per. 5. fontes (de quibus Esaias) in cruce expressum: terris omnibus salutis pluuias effudit. Ipsa est ergo fons quæ ascendebat de terra: & in quatuor flumina diuiditur. Hebraice nubis vel vapor. Ed. An forte ipsa est terra, fons Christus: qui factus est nobis sapiētia: iustitia: sāctificatio & redēptio. 1. co. 1. Igit̄ quod natura nō habuit vsus nesciuit: ignorauit ratio: pauet cælū, creatura omnis miratr̄: hoc totū est q̄ angelus Mariæ prænun-
Exod. 25. tiat. Ante hoc ipsum sane vterus ille virginis quāuis mūdus: vt pote arca deaurata intus & foris: fabrica-
Canti. 4. ta ex lignis sethim: quæ nec caries attingit: nec vermes: tota pulchra in oculis eius qui eā fabricauit: cuius oculi sunt velut dorcadis, tñ adhuc vilitate humanitatis induit̄ (vt ita dixerim) ac si lana cādidissima suoq; colore dealbata: ad quā cū accessit spiritus sanctus, quasi ipsa eadēq; lana cum inficit sanguine conchilij vel muricis: vertitur in purpurā: versā est & ipsa sine coitu in matrē, vt nō sit amodo quod fuerat, sed

I

Cantic. 4. purpura verissima, ad indumentū & gloriā sūmi regis diuinitus aptissime dedicata, vt nulli deinceps ea
Genesi. 2. vti vsu fœminco liceret nisi Deo, quandoquidē est hortus cōclusus fons signatus sigillo beatissimæ trini-
&. 5. capi. tatis. Est paradisus deliciarū: vbi plantatū est lignū vitæ, & dn̄s deambulat ad auram post meridiē, co-
Collos. 2. gitans cogitationes pacis, nō quomodo Adā eijciat, sed quomodo exules in patriā suā reducat. Bene er-
Hierony. go vocatur grā plena quæ illū vtero suo cœpit, in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis. Vnde vocatur aceruus tritici, vallatus lilijs. Vmbilicus tuus inquit spiritus sanctus sicut crater tornatilis, Ambro. In quo granum illud seminatū est: quod creuit in aceruū. Cāti. 7. Vnde illud, cibauit eos ex adipe frumenti. ps. 80. nauis institoris de lōge portans panē qui de cælo descēdit. Proinde iuxta Hieronymum, cæteris p̄stat grā frustulatim/vt legimus de grā q̄ erat in Mose, Mariæ vero tota se infudit gratiæ plenitudo: de cuius plenitudine accipim⁹. Nimirū declinauit ad illā spōsus noctu, & caput er⁹ plenum rore & guttis no-
Nu. 11. ctiū. Quo rore: de rore cæli & terræ pinguedine (ipsa est Maria gratia plena) erit bn̄dictio. &c. ¶ Dn̄s

K

Canti. 5. tecū. Et quibus cū nō est dn̄s? Nūquid deus ego de ꝓpe & nō de lōge? sed eo mō quo fuit cū vgine & in
Genesi. 17 virgine, similē nō habet, nec habitur⁹ est, quia nec illa primā similē visa est habere: nec habitura est. Quō
Hiere. 25. autē erat rota in rota, sol in stella, mare in fonte, cælū in pupilla oculi, sphæra in puncto: cōtinens in cōtē-
Ezech. 10. to, ipse solus nouit, qui stellas numerat, & vocat noīatim. ¶ Benedicta tu inter mulieres. Eo enim quod
Iudit. 15. virginitatem amaueris, & post virum tuum alterum nescieris (ipse est dn̄s Iesus) imo quoniā virum non cognosco: ideo & manus dn̄i confortauit te: eris q; benedicta in æternum: Amen amen. Es igitur benedicta inter

cta inter omnes fœminas: quæ quoquo modo benedictionis cęlestis participes effectę sunt. Cum dicit: in ter: intellige super omnes: imo super omnē rationalē creaturam (excipio animā christi) quia iuxta Augu. *Augusti.*
in sermone omnis maledictio quę data est Euę: in benedictionē mutatur Marię. **Quę cum audisset: turbata est: in sermone eius & cogitabat qualis esset ista salutatio.** Gręce ita legitur ἡ δὲ ἰδοῦσα. i. hę de idusa: hoc est: at illa cū vidisset. Ambro. Ipsa aūt vt vidit, mota est in introitu eius. Sequi *Ambrosi.*
tur. Disce virginem moribus: disce verecundia. Trepidare virginū est: & ad oēs viri ingressus pauere: oēs viri affatus vereri. Disce virgo virorū vitare lasciuiā. Maria etiā salutationē angeli verebatur. Itaq; Maria duplici nomine turbata est: primū q᷑ videret iuuenē ad se ingredientē: deinde q᷑ audiret salutationem nescio quid amatoriū (prima fronte vt dicitur) pręse ferentē. Legimus aūt de Rebecca (sit licet hoc rosam *Gene. 25.*
A cū anemona cōponere) q᷑ nequaq̄ detrectauerit colloquiū cū seruo Abraæ: sibi nec de facie noto: cū & ipsa puella esset; decora nimis: virgo pulcherrima: & incognita viro. Sed poscēti eliezer aquā: subiecit illa: quin & Camelis tuis potum tribuā. Sed Rebecca nil nouū vidit: nihil inusitatū audiuit: in inuio erat: loco videlicet omnibus obuio & peruio. Turbatur igitur Maria & merito: videt enim numen cęleste amictum humana effigie audit aūt illud; qđ maxime admirata est: videlicet q᷑ esset admirabil' in oculis Dei; cū apud se nil aliud esset q̄ terra & cinis. Merito igitur turbat᷑: audiēs tantā mutationē dextrę excel *Gene. 18.*
si. Mulier caput peccati: arma diaboli: mater morientiū: expulso paradiī filiā genuit: quę sit grā plena: & benedicta inter oēs benedictas. ¶Theophyl'. Cogitabat igitur Maria qualis esset ista salutatio: an videlicet lasciua: veluti a viro procedens ad puellā, an diuina: quādoquidē Dei mētio facta est: in hoc qđ dicit: dñs tecum. Cautior certe hęc ac prudētior q̄ Eua: Quę q̄ primū audiuit: Cur pręcepit vobis deus: vel vt ait a chaldaicā interpretati. in veritate dixit deus: aut vere ne dixit dñs ne comederetis &c. libens cū ser- *Theoph.* *Gene. 3.*
B pente colloquium miscuit: nec cogitauit quam fraudulenta esset illa interrogatio, quamq; plena veneno mortifero. miscuit igitur Maria simplicitatē colūbę, cū serpentis prudētia: nā si turbatur: illud fœmineū est, sed nō eatenus vt nō possit inquirere secū salutationis angelicę qualitatē: num ex Deo esset an lateret anguis in herba. **Et ait angelus ei. Ne timeas Maria, inuenisti eni gratiā apud deū. Ecce concipies in vtero: & paries filiū, & vocabis nomē eius Iesum.** 16. distincti. capit. *Matth. 10.*
Nasci. Cū igitur nō lateret angelū quid virgo præclara versaret in corde (in meditatione enim eius exardebat ignis amoris diuini) nō diu passus est eā animo discrutiari (quid enim magis aberat a cogitatione eius q̄ illud, cogitabat in corde suo Amā: & reputabat: q᷑ nullū aliū rex pręter se vellet honorare. Ester. 6. Sed mentē virginis blādo demulcens sermone, proprio eā noīe cōpellat dicens. ¶ Ne timeas maria. Merito inquit te vocaui gratia plenā: vtpote quæ sola gratiā quā nulla alia promeruit, consecuta es, vt grā replearis aut oris. Inueni. gratiā. Cogitabas verū salutatio mea aliquid contineret suspectum: nil tale suspiceris. Hoc modo te salutaui, quia inuenisti gratiā apud deū nō apud mortalē hominē. ¶ Ecce inquit
C cōcipies. Chrysost. Cum enim nemo facile crediturus esset, virginē parere posse, steriles prim. Inde etiā annis pepererant, q̄uis lōge mirabilius sit ex viri latere formatā fœminā, q̄ sterilē parere. Modus aūt quo virgo concępit, & peperit, quoq; dñs hominē assumpsit/qm̄ proin liquet exsuperius dictis ex omni parte inenarrabilis est, dicamus iuxta mysteriū: quid lex sanxerit. Exod. cap. 30. Sume florē myrrhę electę. 500. siclos, & cynamomū suaue. 250. siclos, & calamū suauē totidē: casiæ. 500. siclos iuxta siclū sanctū, oleiq; ex oliuis, & fac illud oleū chrysmatis sanctūq; vnguentū arte pigmētarij, de quo in consequentibus dicitur, spiritus sanctus superueniet in te. Origen. Vide ergo qm̄ istę quattuor species pręnoiatę formā teneāt incarnatiōis dñicę, q᷑ ex quattuor elemētis corpus cōpaginatū assumpsit. Myrrha aūt q᷑ mortalis esset, significabat quod dixi propter formā serui assumptā, quæ simpliciter mortalis erat, sibi derelicta. Sed qm̄ *Origenes.* *Phil. 2.*
D electa & flos eius iubetur accipi: primogenitū eū futurū ex mortuis indicabat. Vnde illud putabā manipulū meū consurgere &c. Quod oleū ponitur, ostenditur quod sola misericordia factū sit: vt is qui in cęlo erat sine matre, ppter ecclesiā patrē relinqueret, & adhęreret vxori suę, vt essent duo in carne vna videlicet verbū caro. Vel quod ea quę ex materiali substātia in christo fuerūt assumpta, per spiritū sanctū redacta sunt, atq; in vnā speciē quę est persona mediatoris effecta. Cynamomū aūt & calamus christi diuinitatē & eius aīam beatissimā significāt. Hæc enim tria verbū anima & caro in vnā redacta personā inconfuse atq; inalterabiliter: (ego enim deus & non mutor) mirū de se nobis odorē suauitatis dederunt. Hęc ille. Cōcipies igitur Deū & hominē, & decursis. 9. mensibus paries filiū, nō fortuitu repertum sicut nugātur Sabelliani, & vocabis nomē eius Iesum. Ad hæc Grego. posset fieri vt sicut absq; delectatione terra profert fructus suos, ita sine peccato mulier cōciperet, & pareret sine dolore. Quod homini cur incredibile videatur, cū apibus hoc ipsum etiā cōferatur: sed quia obedire anima domino suo noluit: animę imperio caro obedire cōtemnit. Nā & rebellis ei post modū semper extitit, & aduersus eā cuius ancilla fuerat sicut Agar cōtra Sarā (sed cōceperat) se in superbiā erexit. Gene. 16. Vnde dñs & de virgine & sine pec *Gene. 37.* *Malach. 3.* *Gregori⁹*
E cato nasci voluit, vt ex hoc patenter ostenderetur, q᷑ hoc etiā nobis inter innumera beneficiorum suorū munera cōferret. hæc ille. Cōcipies ergo sine semine sicut virga Aarō, sine libidine, sicut ignis in rubo: pariēs a dolore expers, sicut vellus expressum a Gedeone. **Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs Deus sedē dauid pris sui: & regnabit in domo Iacob in ęternū & regni ei⁹ nō erit finis.** Erit magn⁹ qm̄ vocabit id qđ fuit ab æterno: videlicet filius altissimi. Magn⁹ in miraculis, potēs opere & sermōe, cui ad nutū elemēta paruerūt, dęmones vel inuiti confitebātur. Magnus, qui peccata donauit, id quod est Dei solius. Magnus qui mortem superauit, & velut dormiētes excitauit. Erat. n. deus abscōditus, factus manifest⁹. Et quia vnic⁹ est pri suo, tibi p̄mogenit⁹, dabit illi pr̄ suus iuxta qđ verbū erat de⁹ sedē dauid pris sui: iuxta qđ verbū caro factū est. Regnum tamē *Luc. 24.* *Matth. 8.* *Esai. 45.* *Dani. 7.* *Ioan. 18.*

eius quod non corrumpetur:nõ est de hoc mundo. Dicens autẽ angelus: dabit illi sedem Dauid: ostẽdit illũ ex semine Dauid esse nasciturũ: ac proinde filiũ esse Abrã: sicut dictum est. De hoc ita habes Genesis, cap. 24 Erat Abraam senex, & dominus in cunctis benedixerat ei. Dixitq; ad seruum seniorem dom⁹ suę. Pone manum tuam subter femur meum (mos iurandi illius temporis) vt adiurem te per deum cęli & terrę, vt non accipias filio meo vxorem de filiabus Chananęorum quos inter habito, sed proficiscere ad terrã meam & inde accipe vxorem filio meo. Quidam ex hebręis doctoribus tradunt Abraam iurasse per circũ

Gregori. cisionem suam. Vnde Gregorius Manum sub femore iubet ponere. &c. quia illius caro per illud mẽbrum descensura erat: qui filius Abrę esset ex humanitate: & dei ex diuinitate: quasi diceret tange filium meũ, & iura per deum meum. Propterea & sub femore ponit manum: & non super: quia super illam carnem nulla caro est, quia peccati iugum nullum traxit: iuxta quod dicitur de vacca rufa Nũ. 19. Nam & iuxta litteram seruus ponens manum sub coxa per inde erat quasi diceret. Ecce manus mea sub coxa tua: fateor me seruum tuum: & promptus sum tuis obsequi iussionibus. Quid est autem q̃ tantopere cauet Abraham: ne Isaac vxorem ducat, quę non sit de semine generis sui? Vt videlicet semen eiusdem Patriarchę impermixtum asseruaretur: donec veniret semen in quo benedicendę erant omnes gentes. Pergit igitur seruus Abrę: iure iurando p̃stito iussa impleturus, nec tñ vacuus pergit: sed portans secum camelos. 10. onustos omnibus bonis domini sui. Nec nostra refert nosse, quę bona sint illa quę Gabriel attulit virgini quia explicatu impossibilia sunt: illud tantum nosse satis sit: q̃ fecit magna Marię is qui potens est. Inuenit autem seruus vxorem futuram Isaac ad fontẽ/ puellã decoram/ virginem/ viro incognitã. Contemplatur autem Gabriel seruus tanti p̃riarchę tacitus pulchritudinẽ Rebeccę, q̃ reuera (vt ẽ dictum) erat mirabilis et incredibilis nempe opus ex celsi, nam ipsa est quę vno oculorum suorum vulnerauit sponsum, et vno

Canti. iiij crine colli sui. Contemplabatur autem tacitus: scire volens, vtrum prosperum iter suum fecisset Deus

Augusti. qui eum ad ciuitatem Nazareth direxerat. Nam et iuxta Augustinum, sęculum omne captiuum virginis flagitabat assensum in matrimonium Isaac. Quęrenda enim erat prius puelę huius voluntas vt diceret: Ecce ancilla domini. Huius igitur voluntatem vt inclinaret seruus iste prudentissimus, protulit in aures tuas. Duo siquidem sunt prenunciata virgini, virgo videlicet vt conciperet et Deũ hominem factum

Iacob. 2. cõciperet & pareret. Verum quoniam fides sine operibus mortua est, protulit et armillas totidem / ornamenta videlicet brachiorum, & decẽ aureorum põdus earum iuxta hebręos et iuxta. 70. & dicitur armilla a verbo gręco hormos idest humerus, quasi humerorum ornamenta. Sunt tamẽ qui putent duci ab armis Decem ergo aureorum erat precium armillarum: quia decem sunt verba legis. Talibus igitur adornata monilibus nostra Rebecca: (quę multum accepit interpretatur) videlicet quod esset gratia plena, benedicta inter omnes mulieres: conciperet deũ & hõem: qui vocitandus esset Dei filius: persuasa quidem est: vt prãret fidẽ verbis cęlestis numinis: tamẽ quia abundans cautela nõ nocet: modũ tanti mysterij quẽadmodũ fiat inquirit, cum infert. Quomodo fiet istud: quoniam virũ non cognosco. 27. q. 2. beata Maria. August. quod profecto non diceret: nisi Deo virginitatẽ ante vouisset. Quanq̃ etiã si hoc solum dixisset quomodo fiet istud: nec addidisset: quoniam virum &c. Non quęsisset vtiq; promissum sibi filium; quomodo fęmina paritura esset: si concubitura nupsisset. Non ergo dicens: quomodo fiet: dubitat de oraculo: sicut Zacharias: sed inquirit viam & modum: cum virginitatem Deo consecrasset. Vir-

Esai. 7.

Genes. 2. ginẽ autẽ concepturã legerat quidẽ futurũ aliquãdo: factũ non legerat: quod factũ nõ est nisi semel: quia

Chrysost. semel fęmina de viri latere formatur ex costa. Chryso. virũ non cognosco. Quinimo eo ipso cõtinget: q̃ es cõiugis inexperta. Nam si virũ experta fuisses (tuũ licet.) non digna censereris tanto mysterio. Non

Exod. 34. quia profanum coniugium (absit) sed quia virginitas potior. Tabulas enim quas culpa cõfregerat: denuo verus legislator de terra nostra sibi dolauit: absque concubitu corpus susceptibile creans. quod diuinus spi-

Hieron. ritus insculpsit: idest spiritussanctus superueniens in virgine. Hierony. Propone tibi beatam virginẽ: quę tantę extitit puritatis, vt mater domini efficeretur. Ad quam Gabriel cum in specie viri descendisset dicẽs: Aue: Consternata & perterrita: respondere non potuit. Nunq̃ enim a viro fuerat salutata. Deniq; nũtiũ

Ambrosi. Dei agnouit: & loquitur: & quę hominẽ formidabat cum angelo fabulatur intrepida. Ambro. Hic cũ id

Hiere. 31. q̃ naturę est non suppetat: quia non solet parere virgo: quę viro non fuerit copulata: quęro quomodo

Idem. preter instituta naturę possim generare. Sed audi prophetam. Creauit dominus nouũ super terrã. Quod nouum est: simile non habet. Dicit Sara. Conclusit me dñs ne parerem. Qui igitur fœcundas claudit ne concipiant: ipse virginibus donare potest: vt clauso ostio concipiant. Cęterum agnosce inquit Ambro. in hac voce Sarę: in prędestinatione fuisse semper ecclesiam dei: & paratã fidei fœcunditatem: quando subet dominus pro umpere: sed voluntatem domini certo reseruatam tempori: qui aperit & nemo claudit. Apocalyp. 1. Ex his igitur tam magnificis angeli promissis: nihilo facta est immaculata virgo insolentior sicut Agar ancilla post conceptum (absit) nec presumebat animo dicens: cũ filio regnãte ego regnabo: de-

5. Re. ij xteram veri Salomonis & ego tenebo. Nec ignorabat beata virgo nihil esse tam arduum: quod solo nutu Dei non possit fieri. Quis enim hoc ignorat: nisi qui incredulus est? Tantum igitur de virginitatis thesauro sollicita: non petit signum sicut Zacharias: sed modũ tanti mysterij gerendi dicens. Quomodo

Theoph. fiet quod promittis: cum & mihi & sponso meo placuerit virginalis castitas? Theophyl. Condẽnatur ergo Zacharias: habuit enim exempla multa: quãdoquidem & multę steriles pepererunt. Virgini autem

Nu. 17. nullum exemplum erat: nisi forte rubus & virga florens. Vnde dicit: quomodo &c. Et respondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascet ex te sanctũ/ vocabitur fili⁹ Dei. Quod nasci ex carne: caro est, quod de spiritu sancto: non spiritus sed caro sacrosancta est opus nouum super cęlum & terram. Obumbrabit

brabit te spiritussanctus velut vmbra ab estu & ardore concupiscentie: & fouendo in vtero foetum: ve-
lut cum semen terre conditur vt coalescat. Caietan⁹. Itaq; Maria dicens: Quomodo fiet istud non de ef-
fectu sed qualitate quesiuit ipsius effectus. Zacharias dicit: vnde sciam hoc? Maria tam de ipso negotio
tractat: cum ille ad huc de nuncio dubitet. Legerat Maria: ecce virgo concipiet: ideo credidit futurum: sed Esai.7.
quomodo fieret ante nõ legerat: quod quemadmodũ fieret nec tanto prophete est reuelatũ: sed nunc pri
mum auditur (auditur dixi, nec enim vel nunc modus intelligitur: sed supposita fide, modum tractant do-
A ctores) cum infert angelus. De modo queris & ordine. Tibi soli dabitur nosse: cui dabitur experiri. Spiri-
tus sanctus superueniet. August. de nup. & concup. Ergo sub tali vmbraculo in sanctã concipiendo pro- Augusti.
lem, nullo ardore concupiscentie estuauit. Nuptiarũ enim bonũ nõ extinguit sed modificat inobedientiũ
membrorũ malũ: vt limitata quodam modo concupiscentia carnalis fiat saltem pudicitia cõiugalis. Po
tentia altissimi. δύναμις ὑψίστου Dynamis hyphistu: infirmitatem virginis veluti per vmbram circũfu-
sa cõfirmauit: ne quid per imbecillitate humani corporis diffideret: sicut scriptũ est: in vmbra manus sue protexit
me: vt videlicet carnis vilitas diuinitatis potẽtia tegeret. Bñ dixit Hiero. tegeret: nã modũ illũ tam in Hierony.
cõprehẽsibilẽ quẽ & virgo sollicita requisiuit: vnde docebimus angelis ipsis fuisse prẽcognitũ? Nã michi
videtur inquit Bernardus: ne ipsi quidẽ cognitũ (vt pace eius dicã) qui nuntiabat. quod ipse fateri videtur: Bernard⁹.
si verba eius caute pensemus. Respondens quippe: spiritus sanctus superueniet in te: nonne aperte mittit
virginem ad magisteriũ spiritus sancti: a quo discat experiendo: quod audiẽdo non poterat. subiungit de-
niq; & virtus altissimi &c. Expressius significans modum secretissimum arcani incõprehensibilis ineffa
bilis sacramenti. quo quasi in vmbra cum sola & in sola virgine sola beata trinitas conceptũ fuerat ope-
B ratura: nouũ reuera sicut dixit propheta. Deniq; Ioãnes iuxta mysteriũ nonne se minus idoneũ perhibet
soluere tanti sacramenti nodum inexplicabile? Sic dictum est & pastori ouiũ soceri sui qui minus consi-
derate properabat visurus huius mysterij vmbram: rubum videlicet ardentem. Solue solue o pastor bone
calciamenta e pedibus: & contentus esto, vel eminus intueri diem meum: deum in carne: ignẽ in rubo. Exod.3.
Quid autem sunt Mosi calciamenta: nisi fumus sapientie humane: que stultitia est apud Deum? Ioan.8.
Quod ergo ratione non cõprehenditur: fide teneatur. Vñ Moses audito solue calciamenta: aliud quidem
iubetur: aliud aũt facit. operuit enim vultum: nõ audens intueri contra rubum: visionẽ videlicet magnã:
qua nulla maior: cui nulla equalis iuxta mysteriũ in rebus per tempus ortis. Merito igitur oculos clau-
dit, quia caligat hic omne scrutiniũ: est. n. opus supra naturã: quia virgo cõcipit: supra ratione quia cõcipit
Deus: quẽ pater añ luciferũ genuit. De rubo ardẽte ita dicit Philo in vita Mosi. Erat ibi rubus: plãtula Philo.
videlicet spinosa ac debilissima: atq; ea a nemine admoto igne repẽte tota accẽdi visa est. Quã cu ignis
radiatis occupasset: & ingẽti flãma omnes ramos ac cacumen teneret: ea tñ perinde manebat illesa: ac
C si ignē fons dilaberetur incendiũq; reprimeret. Et quasi materia incorruptibilis esset: nõ ea esset igni pabu
lũ: sed cõtra ea nutriretur ab igne. In media vero flãma forma prestãtissima visa est: que nulli harũ rerũ Deut.4.
videbatur esse similis diuinissimum simulacrum. hec ille. Que vehementer placent. Nec nunc vacat ex-
plicare: quare dominus in igne apparuit: qui ignis consumens dicitur: in quo tenebre non sunt vlle. Illud
tñ dicamus ex rubo loquutum dñm Mosi: dixisseq; Ego sum deus Abrahã: pater enim altissimus obum
brauit virginem: deus Isaac: filius enim altissimi carnem induit: deus Iacob: spiritus sanctus enim secun-
dauit virginem sine semine viri. ita vestem illã tota trinitas operata est: filius tñ eam indutus est. Cur
igitur virgo de conceptus nouitate desperet: cui de spiritus sancti & altissimi efficientia virtus promitti- Gregori⁹.
tur? Ad hec Grego. 18. mora. cap. 12. Virtus altissimi christus est: cui per aduentũ spiritus sancti corpus for
matur ex virgine. Vmbra quidẽ a lumine formatur & corpore. Dominus autẽ lumen est. Quia ergo lumẽ
diuinitatis incorporeum in eius vtero fuerat corporandum: recte dicitur potentia altissimi obumbrabit Esai. 45
tibi, hoc autem dicitur ad Mariam propter carnis & mentis refrigeriũ celitus datum: iuxta illud. Rorate Basilius.
celi desuper & nubes pluãt iustum. &c. Vel dixit obumbrabit iuxta Basiliũ: quia sicut corporis vmbra pre
D cedentium characteri conformatur corporum: ita inditia deitatis filij ex virtute generandi sine semine vi
ri patebunt. Maria ergo vt cõciperet deum mente pedissequã habuit humilitatem, imo illi innixa est: vt
conciperet autẽ verbum carne virginitatem: tamen vtraq; fulta virtute idem promeruit. Ex ter. ca. 15. Cõ Damascenus.
ceptus quidem per aurem factus est iuxta Damascenũ. li. 4. cap. 15. Partus autem per locum consuetum
feminarum: cui subscribit S. Thomas: Non tamen precise per locum illum. ¶ Cum ergo ex virtute altis
simi cooperante spiritu sancto conceptus hic peragendus sit: vere id sanctum quod ex te nascetur vocabi
tur id quod est filius Dei non autem filius Ioseph: nisi ad tempus: de quo alias. Sed si christus secũdum q
homo regnum accipiet patris sui Dauid: quomodo dicitur ad Iechoniam regem Iuda: scribe virum istum Hierony⁹.
sterilẽ: qui in diebus suis non prosperabitur: nec erit de semine eius vir; qui sedeat super solium Dauid: &
potestatẽ habeat vltra in Iuda? oppositũ enim dicit angelus Marie. Hieronymus super Hieremie ca. 22.
Respondemus q in diebus Iechonie non successerit ei vir: qui sederit super thronum eius: sed multo post Esai.11.
tẽpore natus sit: qui solium eius obtinuit: iuxta illud: egredietur virga de radice Iesse, iã videlicet diu arẽ
te: aut iuxta. 70. de trunco Iesse: vt ostẽderet quod multo post tempore Babylonice captiuitatis, nullo de
E stirpe Dauid antiqui Regis regni gloriam possidente: quasi de trunco Maria: & de Maria christus exortus
sit. Potest & sic solui, non sedebit quidem super thronum Dauid vir & homo: sedebit tñ deus homo: iux
ta veritatem tamen & sensum literalem: nullus sedit in throno Dauid post Iechoniã: licet prefuerint po-
pulo Iudaico duces vel sacerdotes. Et ecce Elisabeth cognata tua: & ipsa concepit filiũ in
senectute sua: & hic mensis est sextus illi que vocatur sterilis, quia non erit impossi
bile apud deum omne verbum. Confirmat igitur angelus credentis fide etiam preeuntis attesta-
tione

tione miraculi:donaturq; Elisabeth inopinata fœcunditas: quia noua prole erat donanda virginitas: vt videlicet qui conceptum dederat seni & sterili: daturus non dubitaretur & virgini. Ecce inquit Elisabeth cognata tua. poterat Maria de tribu Iuda habere cognatam de tribu Leui duobus modis. Vel quod pater Elisabeth esset de tribu Leui: duceret autẽ vxorem de tribu Iuda: vel quod Ioachim parens Mariæ qui erat tribus Iudæ duceret vxorem de tribu Leui. Vide. 2. paral. 22. item Exo. capitu. 6. Vnde vtreq; tribus coniunctæ erant: quod satis mysterio arridet: cum Christus rex sit & sacerdos: cuius tamen regnum non est de hoc mundo. Ceterum angelus quoniam minus efficax videbatur exemplum de Elisabeth prægnãte: (nec enim meminit Saræ vel Rebeccæ vel Annæ: hæc enim exẽpla admodũ antiqua erant) maius enim est virginem parere: idq; sine viri congressu: & deum hominẽ parere, q̃ concipere sterilem: adducit ad persuadendum virgini aliud: videlicet Dei omnipotentiã: cuius dicere imo cuius velle fecisse est. Habes inquit beata quid deus velit fieri videlicet homo in tẽpore, qui deus est ante omne tẽpus. Habes quid possit quia omnia sunt ei possibilia. da igitur fidẽ verbis meis: & senti virtutem: Responde verbũ & suscipe verbũ. **Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini: fiat mihi iuxta verbum tuum.** Theophyl. Tabula sum pictoria: pingat pictor quod voluerit: faciat Deus quod libuerit. Ad hæc Amb. Ancillam se vocat: quæ mater domini eligebatur nec repentino exaltata promisso est. Simul autẽ ancillã dicendo: nullã sibi prærogatiuam tantæ gratiæ vendicauit: quæ faceret quod iuberetur. Verbũ hoc Ambrosij: mirabile est in auribus meis: Maria se vocat ancillam quia facit quod iubetur. Iubetur autem vt velit: quod Deus vult vt velit; vult autem vt velit effici mater domini sui. Sic Abigail cum viro vita functo: assumeretur in vxorem Dauid: quinimo inquit: ecce ancilla vt lauet pedes seruorũ dñi mei. Ita beata virgo: legi inquit parturã virginem: a femina circundatum iri virum: florem ascensurum de virga Iesse. Esai. 11. Rubum ardisse: nec combustum. Exod. 3. Sime autem q̃uis infimam ancillarum suarum ad munus hoc tãtũ prælegit dñs: & melior est obediẽtia q̃ victimæ: ecce ancilla domini. Dicamus & illud. Quid tam impar: q̃ spiritus sanctus & corpus? Quid tam inauditum q̃ virgo prægnans contra legem: cõtra cõsuetudinẽ: contra pudorem? Cuius carior cura est virgini. Et tamen vt audiuit modũ: audiuit exẽplum: & quod Deo omnia sunt possibilia: paucis q̃ modestissime respondit dicens: Ecce ancilla domini. Eusebius. Alius aliud quiddã in præsenti sermone virginis extollet apicibus. Hic quidem constantiã: hic obediẽtiæ prõptitudinẽ: alius q non allecta est tam splendidis & arduis per magnum archangelũ promissis pollicitis: alius q non excessit modum in replicando instantias: sed æqualiter cauit & huius leuitatẽ & Zachariæ in obedientiã. Mihi vero humilitatis profunditas non minus conspicitur admiranda: mater simul & ancilla. Eadem & plasmatio: eadem & Apemenes quæ regem coronat Salomonem. Fiat mihi secundum verbum tuum, simulq; cum dicto peractus est cœlestis ille cõceptus: superueniente spiritu sancto. Sic itaq; dum Maria fidem præstat cœlesti numini: cœli in se opificem corporauit: & rota cuius centrum vbiq; circumferentia vero nusq̃ ingressa est rotam: quæ latior licet sit cœlis, tamen ad priorẽ rotam proportionem nõ habet. Sic Mariæ humilitas: virginitas: obedientia: scala facta est: per quam dominus descẽdit ad terras: interim terra nostra arida erat: sicut dixit Axa patri suo: quia nondũ intercesserat aquæductus iste. Quandoquidẽ & ipsa est nubes leuis quã nullum peccati pondus depressit: super quã ascendens dominus: visitare venit fratres suos: interea tamen. 9. mesibus requiescit in thalamo suo. Peracto igitur illo cœlesti connubio; in quo dominus Iesus reconciliauit ima summis; angelus recessit a virgine, regressus vnde venerat; rationẽ redditurus legationis suæ domino suo.

Ordinaria. Theoph. Ambrosi. 1. R. 25. Esai. 7. Hiere. 31. 1. R. 10. Eusebius. 3. Esdrę. 4. Iosue. 15. Esai. 19.

F G H

¶ Caput quartum de Maria prægnante eunte in montana Iudeæ vt visitaret cognatã suam: & cantico illo: Magnificat.

EXurgens autem Maria in diebus illis abijt in montanam (videlicet regionem) cum festinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zachariæ: & salutauit Elisabeth. Morale est inquit Ambro. vt qui fidem ab alijs exigunt, fidem præstent & ipsi & ideo angelus cum secreta mysteria nuntiaret virgini: & a seculis abscõdita iuxta apostolum: vt fides astrueretur exemplo: seniorim feminæ sterilisq; conceptum mirabilem virgini intemeratæ nuntiauit: subijciens illud: possibile esse deo facere quicquid ei placuerit. Id vbi audiuit Maria: nõ quasi experiri vellet vtrum verum esset oraculum angeli: nec quasi incerta de nuntio: vtrum ouis esset in sua pelle an lupus in aliena (absit) sed quia proprium est seruorum dei, gaudere cum gaudentibus: & cum mœrentibus flere: festina pro gaudio quod conceperat Dei filiũ; audito quod cognata sua prægnans esset: in montana perrexit. Quo enim iam Deo plena nisi ad superiora virgo cum festinatione conscenderet? charitas enim nunq̃ est ociosa. Ita legimus in Ruth de Noemi: quæ susceptum puerũ ex nuru; fouebat sinu suo: & nutricis ac gerulæ officio fungebatur. Ita enim dixerunt ad illam vicinæ & cognatæ. Benedictus dominus qui non est passus vt deficeret successor familiæ tuæ: & vocaretur nomẽ eius in Israel: & habeas qui consoletur animam tuã & enutriet senectutem. De nuru enim tua natus est qui te diliget: & multo tibi melior est: q̃ si septem haberes filios. Quæ omnia dicere potuit Maria cognatæ suæ, q̃ primũ eam salutauit: & verius ei congruunt. Siquidem filius natus ex nuru Noemi: Fere nullo eã gradu cõsanguinitatis attingebat: sicut patet ex historia. Ceterũ si quæras diabolus quo est diabolus? respondet Augustinus: quod inuidia. Festina igitur Maria pro donata prole cognatæ: proq; ablato opprobrio: sepolito ad tempus Mariæ officio: accingitur ad ministerium Marthæ: & pergit in montanã regionem: idq; cum festinatione. Nempe ferebatur ab eo quem ipsa ferebat in vtero: sequendo imperiũ spiritus: qui animam quam inhabitat torpere non sinit, sed surge inquit semel; surge iterum: grandis enim tibi restat via. Dicitur autem ad matronas Hierusalem: quæ ambulabant extento collo: & nutibus ocu-

Ephes. 1. Roma. 12. Augusti. 3. R. 19. Esai. 3.

I K

lorum

lotum ibant, & pedibus suis composito gradu incedebant: quarum ornamenta se dicit dñs ablaturum, vt appareat earum turpitudo, quę antea pro mundicia matronali terram verrebant. dicit spiritus sanctus. In filia non auertente se firma custodiam, ne inuenta occasione, abutatur se. gratia autem super gratiā, mulier sancta & pudorata. Quoniam enim pudorata erat: nec volebat videri frequenter in publico: cū festinatione pergebat quia autem sancta erat & charitate plena: visitauit Elisabeth: & visitatio eius custodiuit cognatę suæ spiritū. Dicit hoc loco Faber quod Ioseph immaculatæ sponsus comitatus est spō-

A sam suam euntē & redeuntē: quod non abhorret a vero. pergebat ergo festina: & ceruus ille transiliens montes & colles quē vtero suo gestabat, qui & ipse festinabat vt pręcursorem suū sanctificaret: & præueniret in benedictionibus dulcedinis: iuxta illud: hodie domui huic salus a Deo facta est: eo q̃ habitantes filij sint Abraæ, tam parentes q̃ proles. Ingressa igitur domum salutauit cognatā suam Elisabetham: dumq; in mutuos miscentur amplexus proprijs se compellauere nominibus. Forsitan autē Elisabeth corruit super collū dilectæ suæ (sicut Iacob viso Ioseph) & inter lachrymā dū dixit. O q̃ te memorē virgo: haud equidē tibi vultus mortalis: & vox fœminam sonat. O mater dei certe. In freta dum fluuij current dū montibus vmbræ: lustrabunt conuexa polus dum sydera pascet: semper honos nomenq; tuū laudesq; manebunt. Et factum est vt audiuit salutationem Marię Elisabeth: exultauit infans in vtero eius, & repleta est spiritu sancto Elisabet, & exclamauit voce magna & dixit. Benedicta tu inter mulieres & benedictus fructus ventris tui. Voces enim sunt signa earum quæ sunt in anima passionū. ita christus in cruce: & Andreas exclamauerūt voces valde dissimiles. Et quis quæso audiuit vnq̃ tripudium natiuitate antiquius? Merito igitur prophetę vocabantur

B olim videntes: 1. re. cap. 9. Quandoquidē Ioannes plusq̃ propheta latens adhuc sub velamento materni ventris: nescio quibus oculis vidit eum de quo dicitur: en ipse stat post parietem nostrum/ōcin vix dierū conceptus. Canti. 2. Post parietem stetit. quando verbum caro factum est: eminuit per retia: quia nullis peccatorum vinculis (alter Samson) ligatus est. Exultauit inquit ἐσκίρτησε exirtesen hoc est salijt: siue subsaltauit. Nempe iuxta legem, pisces illi immundi censentur: qui pinas non habent nec scamas sed toti carnei semper versantur in cæno, de quibus dicitur. Non permanebit spiritus meus in hominibus istis: quia carnes sunt: sues sunt, cælum nunq̃ aspiciunt: terra cibus eorum aut ipsi sunt terra: quam iubetur serpēs comedere cūctis diebus. Dicit autem Aulus. Gellius. lib. 16. capitul. 16. Conixos esse pueros in vtero iuxta Varronē: capite infimo nixos: sursum pedibus elatis: non vt hominis natura est: sed vt arboris

C nam pedes cruraq; arboris appellat ramos: caput stirpē atq; caudicē. Quando igitur contra naturam forte conuersi in pedes: brachijs plerūq; deductis retineri solent: ægrius tunc mulieres enituntur. Huius periculi deprecandi gratia Aræ statutæ sunt Romæ duabus carmentibus: quarum altera Postuerta nominata est: prosa altera: a recti peruersiq; partus & potestate & nomine. Hoc tantum periculum Elisabeth timere non potuit: cū haberet apud se non vnam ex carmentibus: non vnam ex Hebræis fœminis quæ callent optime artē obstetricandi: habebat aūt matrē viuentium: quæ vitam in ventre ferebat. Dicit tamē Phil. lib. 7. de hystorijs animaliū cap. 8. Homo in semetipso conglobatus sic gestatur, vt nasum inter genua oculos super genua: aures extra genua habeat: pueri autem cum primū sentire cœperint: tempus dormiendo totum fere consumunt. Sed Ioānes etiam dormiens vigilabat: q̃ primū enim vox Mariæ sonuit in auribus Elisabeth: subsilijt ipse: & in occursum iudicis gestiuit erumpere. Exultauit igitur quasi iam totus spiritualis effectus: vtpote qui aduentu eius cuius præcursor futurus erat: mundatus fuerat a labe de qua caricat gemens Dauid: in iniquitatibus conceptus sum. Dicit Paulus scribens Romanis. desideriū habui ex multis retro diebus inuisendi vos: & prohibitus sum vsq; adhuc. Illud tamen persuasum habeo: q̃ veniens: in abundantia benedictionis Christi veniam. Veniunt enim multi quando tondendæ sunt oues aut mulgendæ: alias nesciunt an albæ sint an atræ. Legimus &. 2. re. 6. q̃ habitauit arca dei (ipsa est Maria) tribus mensibus in domo Obededon: & q̃ benedixit dominus domini eius. Putas igitur q̃ arca Dei

D in qua Māna: virga florens & legis tabulæ/veniens fœta verbo cælesti in domum Zachariæ: vacua venerit: vt facta est vox salutationis suæ in auribus Elisabeth: exultauit infans & spiritu sancto repletꝰ est, adeoq; repletus, vt ex plenitudine eius repleta sit mater. De hoc dictum est cap. 2. Ingressus est aliquādo Helias domum viduæ: ad cuius ingressum filius viduæ mortuus est, hæ nimirum sunt cyclopum dona, de quo alias. Dixit & Iacob auunculo suo Laban: & socero bis: Modicum habuisti anteq̃ venirem ad te: & nunc diues effectus es: benedixitq; tibi deus ad introitum meum. Gene. 30. Quæ verba reuera dicere potuit tum Elisabeth: tum & Ioannes. Itaq; repleta spiritu sancto Elisabeth: spiritum conceptum continere non valens: & sicut dixit quidam apud Iob cap. 32. Venter meus quasi mustum absq; spiraculo: quod lagunculas nouas disrumpit: loquar & respirabo paululū: & respondebo: in hanc vocē erupit: benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi: vt veniat mater domini mei ad me? videtis exuberantiam spiritus sancti effusam super mentem Elisabeth. Ea enim cognouit per hūc spiritum qui scrutatur etiam profunda Dei: quæ proculdubio ex vtero virginis nondum tumenti conjectare non licuit: nec ex homine didicerat: sed per Inde quasi præsens esset spiritu ad colloquium angeli

E cum virgine super beata ita verbis angelicis gaudia sua auspicatur dicēs: benedicta tu inter mulieres: quę quia exposita sunt: ad cætera transeamus. Et benedictus fructus ventris tui. De hoc fructu dictum est ad Dauid: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Fructus iste mel est & lac: Manna: & botrus miræ magnitudinis. Fructus iste ex arbore vitæ carpitur: sicut dicitur: ascendam in palmam: & apprehendā fructus eius. Palma hæc insigne victoriæ crux est: in qua christus benedictus fructus ventris Mariæ tanq̃ maledictus pependit: & nobis fructum/sibi aūt fel & acetum inuenit. Pependit autem botrus e duobus

ligno

Ecle. 26.
Iob. 10.
Faber.
Canti. 2.
Luc. 19.
Gene. 46.
Leui. 11.
Genes. 6.
Aul. Gel.
Exod. 1.
Phil.
Prouerb.
ps. 50.
Rom. 15.
3. re. 17.
1. cor. 2.
ps. 131.
Nume. 13.
Canti. 7.

Hierony. Gal. 3. Eccle. 24. Nume. 17.

ligni stanq; Dei maledictio vt iuxta paulũ benedictiones factas Abrae consequeremur. Dicit autẽ spiritus sanctus de immaculata, flores mei fructus honestatis, quia videlicet cum flore virginitatis fructum protulit maternitatis. Ipsa est enim virga Aaronica: quę sub vna nocte protulit folia: flores qui in amigdala sunt deformati: & fructus iste dulcis gutturi nostro: nisi dicam⁹ anima nostra nauseat super cibo isto qui famem non eximit: in mentẽ nobis veniunt cępe & allia. Nume. 21. Ventrẽ vtinã impleremus vel de porcorum siliquis. Fructus autem virginis non reficit ventrem sed mentẽ. Et vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? Ex hoc loco fundatur positio doctorũ: q̧ immediate post verba illa Ecce ancilla: Christus Deus & homo perfectus fuit in vtero virginis vnde mihi. Quasi diceret. Vnde hoc mihi: vt declinet ad tabernaculũ meũ beatissima trinitas iuxta mysterium? Dic tantum verbo: & sanabitur puer meus. Matth. 8. Exi a me domine: quia homo peccator sum. Luc. 5. Mater inquit domini mei: imo & mater & filius. Et annotandum q̧ vocetur fœmina ex eo tempore mater: ex quo fœtus animatus est in vtero. veniens autem Dei filius: non sine patre & spiritu sancto venit: quia opera Dei circa sanctificationem rationalis creaturę communia sunt toti trinitati. Vnde illud: ad eum veniemus: & mãsi. faciemus. Ecce enim vt facta est vox salutationis tuę in auribus meis: exultauit infãs in gaudio in vtero meo. An autem ex illo tempore permanserit in Ioanne rationis vsus: an et hoc collatum fuerit per modum passionis transeuntis: video. Et beata quę credidisti: quoniã perficientur ea quę dicta sunt tibi a domino. Vox inquit tua aures tantũ corporis mei tetigit (vt videtur prima fronte) verumlatenter in vterum puero spiritum sanctificationis infudit: quia vox tua nõ tua est: sed eius qui in te loquitur: & per te: ipse est Iesus benedictus fructus ventris tui. Et beata quæ credidisti: quoniam perficientur &c̃. Ea sunt vt compendio loquar: fructum quẽ concepisti; elapsis mensibus. 9. paries: & vocabis nomen eius Iesum in circuncisione: erit magnus in miraculis: filius altissimi vocabitur resurgendo: dabit illi dominus sedem Dauid patris sui: cum assumptus fuerit in cælum: regnabit in domo Iacob in æternum: quando iuxta apostolum præcipitata morte in sempiternum: posuerit inimicos suos

F

1. corin. 15. Luc. 21.

scabellum pedũ suorum. Hęc omnia impleta cernimus: & si quæ supersunt: implẽda confidimus: quia præteritarum rerum exhibitio: est futurarum certitudo. Cælum enim & terra transibũt. potius q̃ verba mea. Græce, beata quæ credidit, μακαρία ἡ πιστεύσασα ex quo videt q̧ aliæ personæ interfuerint huic colloquio: ad quas conuersa Elisabet ita dixit: meritum fidei & premium beatitudinis futurę explicans. Et ait Maria. Magnificat anima mea dominũ. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Ne igitur anima illa beatissima quã sibi spiritus sanctus elegit inhabitaculum ęternum ingrata videretur tãto beneficiorũ cumulo: (quis enim ea explicare pergat: nisi qui quanta sint penitus ignorat?) oportuno iam tempore silentium abrũpens: in laudes fructus ventris sui ora sacrata resoluit; imitans Mariam sororem Aaron: quæ mari transito: submersis Aegyptijs ad vnum: assumpto tympano: carmen cecinit domino. Exod. 15. Audiamus igitur & nos quemadmodum tympanistria nostra cantauerit; & cantu suo Euæ planctum excluserit. Ait enim. Magnificat anima mea. Et quid prodest Deo si iustus fueris: aut quid ei confers: si immaculata fuerit vita tua? Iob. 22. Et si peccaueris: quid ei nocebis? Num lumen mutuas soli? porro si iuste egeris: quid donabis ei? Aut quid de manu tua accipiet? homini qui similis tui est nocebit impietas tua: & filium hominis adiuuabit iustitia tua. Iob cap. 35. Quæ sententia pugnare videtur cum verbis nostræ tympanistriæ. Quid enim habemus quod non accepimus? Quod si id est ita: vsq; gloriamur? quõ igitur magnificari potest: qui nusq; abest: cælum est sedes sua: cælos palmo metitur? Et tamen dixit Dauid, magnificate dominum mecum. Dixit alias: Adijciam super omnem laudem tuam. Magnificat igitur dominum: quisquis illum excelsum & ineffabilem alijs prędicat. Magnificat & qui moribus super se portat, iuxta illud: luceant opera vestra bona &c̃. Matth. 5. Et Paulus: glorificate deum in corpore vestro. Quia & Petrus sua morte erat clarificaturus Deum. Cæterum iuxta Ambro. quoniã homo imago & gloria Dei est; siquid iustum fecerit anima: imaginem Dei ad quã condita est illustriorem & tersiorem reddit: vt dicatur de multis qui vita sua clarificauerũt deũ: imago est bonitatis dei. Dicamus de virgine iuxta Dionysium. Carnalis Eua vmbra est: & idolum: spiritualis Eua lux & veritas: mater ineffabilis verbi: quæ omnẽ sanctificationẽ & gratiam cælũ & terrã vniuersaq; replentẽ in suo semper sancto virginali gremio (si ita dici licet: imo quia licet) conclusit: facta cælo capatior quippe quę infinitum acceperit. Quamuis ergo angelus imago Dei sit speculum clarum clarissimum immaculatum: totam (si fas est dicere) suscipiens in se pulchritudinem omniformis Dei formitatis: mundę resplendere faciens in se bonitatem silentij (Deo enim silet omnis laus) fecit tamen summus artifex in ostentationẽ. Pleniorẽ sapientię suę speculũ vnum clarissimũ clarius seraph, tersius & purius: & tãtę puritatis: vt purius intelligi non possit: nisi Deus esset: animam videlicet immaculatę virginis: quã iuxta Anselmum: ea puritate nitere decuit, qua maior sub Deo nequeat intelligi: si iuxta Phil. locus & locatum debẽt ꝓportionari; quã ipsa expressius & verius ꝑ se tulit imaginẽ & similitudinẽ dei, licet iuxta Henricũ, ois creatura eo ipso q̧ creatura est: est peregrina similitudo bonitatis Dei: qui solus est bonum per essentiã: creatura aũt per participationem. Sed quæ plus accepit a Deo (hanc enim rex adamauit super omnes mulieres) & nec pũcto recessit a vestigijs eius: nunq̃ declinauit ad dextram: nunq̃ ad sinistram: plus magnificasse Deum digno scitur. Quod autem plus acceperit: testatur Salomon dicens. Multæ filiæ congregauerunt diuitias; tu supergressa es vniuersas. Et illud, absq; silentio & occultis tuis. Laudauit spõsæ exteriora, caput: oculos: genas: dentes: vbera: & inquit hæc quidem pulcherrima sunt in oculis omnium, sed occulta Sylent solus nouit. ¶ Et exultauit spiritus meus. Spiritum dixit virgo immaculata: quia multi labijs tantum honorant Deum: quibus dicitur Amos. 5. Aufer a me tumultum carminum tuorum: & sonum lyrę tuę non audiam

G

H

1. corin. 4. Hiere. 23. Esai. 66. ps. 70. 1. corin. 6.

I

Sap. 7. Dionysi.

ps. 64.

K

Anselm⁹. Phil. Henricus.

Ester. 2. Esai. 30. Proue. vl. Canti. 4.

Math. 13. Esai. 29.

diam. Hiero. ibi. Pulchre cantica leuitarũ quibus laudabant Deum: tumultum vocat sonitumq; confusũ: quia nõ est laus pulchra in ore peccatoris: & hæc eadẽ idolis offerre cõsueuerãt, laudes huiusmodi magis grũnitus suis & clamores sunt asinorum: quorum magnis cantibus Iudæorũ opera comparantur. Dauid reuera verũq; copulauit, Exultabunt labia inquiens cum cantauero tibi: & anima mea quã redemisti. Et rursus, Cor meum & caro mea exultauerũt in Deũ viuum. Cæterũ impijs non est gaudere. & gaudiũ siue exultatio eorũ ad instar puncti est. Corpore itaq; subsistimus: aia viuimus: spiritu intelligimus.

A Spiritus nos Deos facit. caro pecora: anima homines. Spiritus iustos: caro impios: anima neutros. Spiritus quærit æterna: caro dulcia: anima vero necessaria: cui tamen dicitur: curam carnis ne feceritis in desiderijs: hæc enim semper pro foribus stat: pulsat & est importuna. **Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.** Solam in se humilitatem respexisse dominum dicit: cum in agro illo pleno, aut si mauis paradiso delitiarũ in quo pater a principio plantare decreuerat lignum vitæ: & posuerat hominem verbũ caro: qui operaretur in eo & custodiret illũ tot plantauerit virtutum seminaria: vt facilius sit numerare stellas: q̃ virginis super beatæ prærogatiuas & gratias. Respexit tamen dominus humilitatẽ ancillæ suæ. Supra se non habet Deus quod aspiciat: sed bene habet infra quod despiciat videlicet gigantes illos qui Deũ regno pellere tentarunt: ædificantes turrim qua cælũ attingerent. Est aũt seruitus multiplex: secundũ conditionẽ qua omnia deseruiũt Deo: a quo habent esse. Iuxta necessitatem, quomodo mali vel nolentes Deo parent: sicut scriptũ est. Gens quæ non seruierit Nabuchodonosor: in gladio & infame & in peste visitabo super eum. Hiere. 27. tertia seruitus cum timore est qua implemus quidem dei præcepta: quæ tamen maluissemus præcepta non esse: ne ea im-

B plere teneremur. Cum hac charitas Dei nõ est. Quarta seruitus libera est: & tanto magis libera: quãto mi nꝰ timet: & magis diligit: Nõ seruiẽdo ad oculũ. Ephe. 6. sed sine vllo mercedis intuitu quia videlicet deꝰ est talis naturæ: cui soli digne seruitur. Cæterum quod dicit textus, humilitatem: Græce non est ταπεινοφροσύνην. i. tapinophrosynem: quod sonat humilitatem. sed est ταπείνωσιν. i. tapinosin, vt intelligamus paruitatem: non animi virtutem: vt sit sensus. Et si sim ancillarum suarũ infima: aspexit me: neq; est aduersatus: sicut dicit: deus superbis resistit. Et hoc magis quadrat humilitati virginis q̃ cantare virtutẽ humilitatis suæ esse aspectam a Deo. Hoc enim sonat ad meritũ propriæ virtutis suæ respexisse deũ: quod dicere, procul est ab humilibus. Magnitudinem igitur diuini beneficij erga se explicat, dicendo, quia aspexit &c. Itaq; non sat fuit dicere aspexit ancillam, sed ad exiguitatem ancillæ. Neq; tamen imus inficias q̃

C Maria fuerit inter humiles humillima: vnde vocatur nardus: & flos vnicus campi ecclesiæ. Canti. 2. Sed dicimus quid senserit euangelista dicens non tapinophrosynen: sed tapinosin. &c. Ex hoc igitur. i. amodo: vel post hac ἀπὸ τοῦ νῦν. i. apo tu nyn. Ex quo Maria dixit: Ecce ancilla domini: Beatificabunt me omnes ge. Quare beatam? Quia ablato sterilitatis maledicto, quo steriles traducebantur in populo, & libera a sentẽtia illa qua dicitur: sub potestate viri eris: & ipse dominabitur tui. Gene. 3. Et illa qua fœmina cum dolore parit filios quibus cũ nõ raro periclitatur in partu: Cum onere gestat & molestijs multis: mater Dei sic est effecta: vt virginitatis priuilegium non amitteret. Quod autẽ ex tunc beatificetur ab omnibus: si euangelio non creditis: auribus, oculis & operibus credite: & erit nomen eius benedictum in sæcula, quæ vitam humano generi peperit. **Quia fecit mihi magna ille qui potest & sanctum nomen eius.** Græce pro magna / magnalia legitur, videlicet μεγαλεῖα. id est. Megalia. Quæ autem sint magnalia hæc ille solus nouit qui fecit: quia videlicet potuit: & voluit. Ex quibus tamen verbis illud datur intelligi: quod incarnationis mysterium in quo magna magnalia facta sunt: Est super omnia ineffabile. Cęterum iuxta Damascenum omnia quęcunq; fecit Deus in virgine, vno sermone cõprehenditur videlicet q̃ vocetur id quod vere est theotocos. i. mater Dei. Quodq; adamauit eam rex super omnes fœminas: quippe quæ in die nuptiarum inuenit gratiam & misericordiam coram eo super oĩs mulieres: & posuit rex diadema regni in capite eius, cuius pulchritudo est inexplicabilis. Quodq;

D fecit eam regnare loco Vasthi inobedientis. Et iussit conuiuium preparari splẽdidũ & per magnificũ cunctis principibus & seruis, & dedit requiem vniuersis prouincijs simul & dona iuxta magnificentiã principalem: ex quibus donis quia maxima pars peruenit ad illã: merito dicit: fecit mihi magnalia is qui potens est: cui flectitur omne genu cælest. terrestri, & infernorum: quia sanctũ & terribile est nomen eius de quo alias. **Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.** Id Paulus alijs dicit verbis. Dico Christũ Iesum ministrum fuisse Iudæorum: vt cõfirmaret. i. opere exhiberet quod patribus verbo cum iureiurando promiserat. Cęterum gentes cum essent sine Deo: sine testamẽto, & sine promissionibus, non tamen propterea expertes fuerunt misericordiæ Dei qui solem suũ oriri facit &c. Imo acceperunt idem quod Iudæi, & prius, paucis exceptis: iuxta verbum pauli, ecce transgredimur ad gẽtes: quia vos iam satiati estis: & anima vestra nauseat super cibo isto de quo dixerat minister vester dominus Christus: sine prius saturari filios, vnde Iudæi videntes vocari gẽtes ad conuiuium, etiam patre rogante intrare detrectant dicentes, mihi vel hædum non dedisti: qui mandatum tuum non præterijui. Alias autẽ æquales inquiunt eos nobis fecisti: qui portauimus pondus diei & æstum. Matth. 20. At inquit Petrus

E cum Paulo: in veritate non est apud deum personæ respectus, sed misericordia eius nulli progeniei defuit nec defutura est: sed in omni gente qui timet Deum (quod est timentibus eum) acceptus est illi: si cum timore Dei operetur quod iustum est. Vide Gene. cap. 20. Misericordiam Dei effusam super Abimelech regem Geraræ: quia timebat dominum. **Fecit potẽtiam in brachio suo: dispersit superbos mẽte cordis eorum.** Pro potẽtia Græce κράτος. i. cratos / est: quod est robur siue imperium. In brachio autẽ dixit: pro per brachium. Cordis sui: καρδίας αὐτῶν. i. cardias aiton: quod est cordis eorum: nec. n.

superbi

Marginalia: Hiero. — ps. 70. — ps. 83. — Esai. 57. — Iob. 20. — Rom. 13. — Genesi. 4. — Gene. 11. — Damasce. — Ester. 2. — Rom. 15. — Ephes. 2. — Actu. 13. — Nume. 11. — Luc. 15. — Actu. 10.

superbi habent vnum cor:nisi dicas in malum, sicut ibi:si dimittimus eum sic:item illud: venite ædificemus turrim. Item illud, pacē peccatorum videns, ps.72. pro mēte est διανοίᾳ .i. dianœa. hoc est cogitatiõe: vt intelligas eius ipsorum consilijs dispergi. Sicut igitur misericordiæ Dei participes sunt qui timent dominum: ita & superbi qui singulari væsania turrim illam ædificare contendunt: & nomina sua celebrare in terra: etiam si iuxta carnem sint filij Abrahæ, qui eos congregauit in terra promissionis disperget in omnem ventum ventilabro, idest per brachium suum. Hiere. cap. 15. sicut est videre nunc. Hieronymus. (Hierony.) Dispersi autem, vt purgarem aream meam, & dispersi in portis terræ, vt inferni quodam modo calcarent limina, vt coacti malorum necessitate: suis sedibus restituerentur, cū intrauerit gentium plenitudo. Sequit. **Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles.** Vide Danie. 5. Ibi, quos volebat exaltabat. Grece καθεῖλε δυνάστας .i. Cathilē dynastas: detraxit magistrat?. Dicam? verbi grā de vno, & sunt verba Asueri ad Aman. (M. Cocc. Ester. 6.) Recte ais inquit: tuq; quo nemo mihi est amitior: Mardochæū sub ista pompa quam proposuisti vbi primum illuxerit, Susanis conspicuum ostendito. Nihil minus expectatum: & quod magis ipsius animum afficeret, audire potuit Aman: quippe qui crucem paratā domi habebat Mardocheo, insignis altitudinis. Verum quia regis imperium detrectare non est ausus: Mardochęū in publicum insigni ornatu protrahit. Ludibrio ille se esse Amani ab initio ratus est, Quis enim tantam (ps. 76.) mutationem dextræ excelsi sperare potuit? cæterum vbi omnia serio agi animaduertit; audiuitq; Artaxerxis iussu fieri, omni squalore absterso, bene sperare cœpit. Depositi sunt ergo potentes: & humiles exaltati. (Ioan. 11.) Id si de dæmonibus intelligas, alij in porcos, alij in abyssū reclusi sunt. De Iudæis patet ad sensum. Dicentibus enim illis, Venient Romani, & tollent locum nostrum, cōtra se prophetabant: sicut qui dicebant: Ne forte diuidamur, depositi enim de sedibus: & manibus capiti impositis, vilissatis precio distracti sunt, iuxta Zacha. cap. 11. Pasce inquit pecora occisionis: quę qui possederant, occidebant & non dolebāt (Hiero.) & vendebant ea dicentes, benedictus dominus, diuites facti sumus. Hieronym. Legamus veteres historias: & traditiones plangentium Iudæorum: quod in tabernaculo Abrahę vbi nunc annuatim mercatus celeberrimus exercetur: post vltimam euersionem quam sustinuerunt ab Adriano, multa eorum milia vendita sunt: & quę vendi non potuerunt, translata in Aegyptum: & tam naufragio & fame q̃ cęde truncati. (ps. 58.) Patet igitur quomō dispersi sunt: quomodo depositi. Depone inquit eos domine, non tamen occidas: ne forte illi qui vocandi sunt de sepibus, vt occupent sedes eorū in conuiuio vel cęna quam ipsi detrectauerunt. (Luc. 14.) Luc. 14, obliuiscātur mei .i. mortis meæ, quam ab illis potentibus pertuli. Loquitur ergo beata virgo de rebus gerendis, quasi iam gesta essent. Potest hic sermo generaliter exponi de sapientibus & potentibus impotentibus reuera huius sęculi quibus depositis e principatibus, humiles .i. apostoli exaltati sunt. (Gene. 27.) **Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes.** Vide ibi, & misericordia eius. (ps. 58.) Cōuertentur inquit ad vesperam cum Esau venatore, dicentes. Et mihi obsecro vt benedicas: Interim tamen famem patientur vt canes. (Luc. 15.) Ergo fames quę olim opprimebat gentes .i. canes Matth. 15. quando dicebant: Ego autem hic fame pereo, ad Iudęos transijt: (1. Re. 2.) qui cum olim opulenti essent: Nunc inanes mendicant ad fores Lazari. (Ioan. 10.) Repleti olim, nunc pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt. Itaq; mutatio hęc dextrę excelsi est, vt qui olim manna fastidiebant ex ore christi: dicentes, dęmonium habet, vt quid eū auditis? Fame compellente more canum etiam siliquas aueant pro bellarijs. Inanes igitur dimissi sunt, & quasi spe sua frustrati vtpote qui repēte quod tenebāt amiserint, regnū videlicet & sacerdotiū. **Suscepit (Deus videlicet) Israel puerū suum, recordatus misericordiæ suę.** Est autem Græce pro suscepit, ἀντελάβετο .i. antelabeto, quod est proprie succurrentis, ac manum porrigētis. Est autem ly Israel, casus accusatiui: quasi dicas Israelem puerum suum. Suscepit autem eū Deus velut in curā suam, quasi ope humana destitutum. Recordatus misericordię suę, hoc est, quia ex misericordia & bonitate sua promiserat id patribus eorum: interposito iureiurando. Vnde Osee cap. 11. Ego quasi nutritius Ephraim, portabam eos in brachijs meis: & tamen nescierunt quod curarem eos: & essem quasi exaltans iugum eorum quo premebantur in lege, iugū videlicet grauissimū. (Actu. 15.) Interroga Petrum. Cęterū quomodo possit cadere obliuio in Deo, alij nobis doctiores consulendi sunt. Idem enim inquirendū esset de ira, de odio. (Malach 1.) Esau odio habui, de Zelo. (Exo. 20.) Ego Zelotes: reddens peccata patrum in filios: Deq; cæteris passionib? quę anthropopathos dicūtur de Deo. Itaq; suscepit Deus puerum suum Israel, primū quidem quando de populo illo carnem accepit, & cum illis diu conuersatus est. 2. quia curauit infirmos eorum: non tacuit vitia eorum; prędicauit eis regnum cęlorū, & tandem animam suam pro eis posuit in cruce dicens interim, (Luc. 23.) pater dimitte illis: quia reuera oīs vel multi eorum nesciunt quid faciūt. Suscepit ergo eos. **Sicut locutus fuerat ad patres nostros, ipsi Abraam & semini eius in sęcula.** Quod ergo dixit; patres nostros, sequitur appositiue, ipsi Abraam &c. Quod dicit, in sęcula: ideo dicit, quia semen Abrahę non deficiet in sęcula iuxta illud Hiere. 31. Si defecerint leges istę quas posui soli lunæ & stellis & diei & mari: tūc & semen Israel deficiet, vt non sit gens coram me cunctis diebus. Verum quoniam in propria veniens proprij (paucis demptis) eum non susceperunt; ipse par pari rependens, dimisit eos iuxta desideria cordis (ps. 80.) eorum, ibunt post Caim. **Mansitauit Maria cum illa fere mensibus tribus: & reuersa est in domum suam.** (Ambro.) Ambro. Non solum familiaritatis est causa quod diu mansit, non quod videri frequenter in publico ei displicebat, quinimo & tanti vatis profectus vel præcipua extitit causa. Nam si cum primum affuit immaculata: tantus extitit profectus: vt ad vocem eius subsiliret Ioannes in vtero, mater repleretur spiritu sancto, quantum putamus vsu tanti temporis intemeratę virginis addidisse presentiā? O quoties replicabat ei Elisabet verba illa ex Iudi. capitu. 19. Gusta prius pulillum panis: & cōforta stomachum, & sic proficiscere. Rursumq; sequenti die: Quęso te vt hodie hic maneas; pariterq; lætemur.

Et rursus tertia die: obsecro vt paululum cibi capias: & assumptis viribus donec increscat dies sic proficis
caris. Et iterum considera quod dies ad occasum procliuior sit: mane apud me etiam hodie: & duc lætum Luc.24.
diem. Erat autem gener ad quē hæc dicebat socer. Tu autē memēto Noemi & nurus suæ Ruth. Et illud: Ruth.1.
Tam tarde notus, tam cito recedis? Mane nobiscum: quoniam aduesperascit. Et (quod alias dicemus) iux- Philo.
ta Phil. valde reuera durum est ab amicis seiungi. Quod si contrariarum causarum contrarij sunt effect⁹:
vide quantū mœstitię intulit & parenti & proli absentia eius: cuius pręsentia vterq; spiritu sancto reple
A tur: vterq; prophetat: illa verbis: ille corporis gestibus. Nempe versa est in luctum cythara eorum: & or- Job.30.
ganum in voce flentium. Nec enim de immaculata dici potuit illud ex triuio. Hercules hospitatur. Hunc Prouerb.
enim qui hospitio excepissent: multū tēpus erat opperiēdum: donec satur esset. Nam famelicum commo-
uere: non erat tutum: nec facile explebatur. Vorax adeo: vt legatur solidos etiam boues vno deuorasse cō-
uiuio. Recessit tamen Lucifer hic matutinus, illis interim dicentibus: quale nobis gaudium erit deinceps: Tobiæ.5.
qui lumen cæli non videmus? Vtrum autem beata virgo affuerit Elisabet parienti: adhuc res est sublite S. Bona.
Sanctus Bonauētura dicit q immaculata leuauit Ioannē ædituā a terra: quodq; in circuncisione eius au-
diuit canticum illud. Benedictus dñs &c. Stabat (inquit ille) Maria post aliquā cortinam domus. Ex qui-
bus verbis illud infertur, q circuncisio fiebat domi. Id dicit in meditationibus ca.6. Lucas videtur dicere:
quod post recessum virginis natus sit Ioannes neutra tamen pars est temere affirmanda. Itaq; reuersa est
in domum suam: iuxta prouerbium: domus amica: domus optima. Nusq; enim commodius: nusq; libe- Prouerb.
rius: nusq; lautius homini viuere contingit quam domi. Iupiter cum animantium omne genus ad nu-
ptias rogasset: venissentq; reliqua præter vnam testudinem: quæ & ipsa peracto conuiuio venit, Iupiter
B percunctatus: quid nam illi fuisset in mora: Illaq; respondisset, domus amica: domus optima. Iratus ille ius
sit: vt quocunq; iret: domum suam secū circūferret. Refert Plutar. in præceptis connubialibus, Phidiā sta Plutarch.
tuarium venerem ita finxisse: vt testudinem calcaret: tacite significans, vxoribus domi manēdum esse. Idē
narrat Aegyptijs hunc fuisse morē, vt nuptæ sandalijs non vterētur: ne videlicet domo vnq; prodirēt. Re
uertitur igitur in domum suam: Ioseph comite, cui inter eundū occurrunt multitudo cęlestis militiæ dicē-
tium. Quæ est ista quæ ascēdit de deserto sicut virgula fumi? auroræ similis, pulchrior luna: sole amicta: Canti.6.
& sicut dies verni circundabant eam flores rosarum, & lilia conuallium.

C ¶ Caput quintum. De beata Elisabet. Cuius. 9. Impletis mensibus, peperit cum exultatione totius populi Ioannem deq; cātico benedictus dominus Deus Israel, & infante cōuersante in desertis.

INterea impletum est tempus, vt Elisabet pareret, & peperit filium. Et audierūt vicini & cognati eius q magnificauit dñs misericordiam suam cum illa, & congratulabātur ei. Impletum est ergo tempus quo diuina promissio Ps.88.
suum sortiretur effectum (omnia enim tempus habent) & quæ procedunt e labijs meis: non
faciā irrita. Quamprimū igitur infans hic de quo nobis est sermo in lucē ęditus est: bono to-
tius populi rumor tanti boni angulos prouintiæ repleuit: dicentium. Num & Elisabet in-
ter puerperas? Num in somnis hoc audimus? Num partus hic suppositicius est? Congaudebant igitur ei: S. Tranqui.
quoniam ortus iusti cōmune est bonum. Et non sicut interdū solitus erat dicere Tiberius de Caio. C. Ca-
ligula quem in filium adoptauerat. Exitio suo omniūq; Caium viuere, & se natricē (serpentis id genus)
populo Romano: phaetontē orbi terrarū educare. Infoelix homo cuius vitā oēs oderunt: mortem oēs vo Exemplū.
tis exoptant, Erat Romæ tabula quędā subtili & mirabili arte pictoris depicta. In qua erant duodecim
imagines: sex pessimorū principū: sex item optimorū: princeps autē pestilentium Nero erat. Hanc tabulā
alioqui multi pretij senatus comburi fecit: ne videlicet tam profanus princeps viueret saltem in tam pul- 2.Re.15
chra pictura. Huiusmodi erat Absalon: qui non gaudium attulit patri: sed populo Dei excidiū: pri la-
D mentū: idq; nō vulgare: de quo alias. Congratulabantur igitur eidē cuius sterilitatē ante doluerant. Et
factum est in die octauo venerunt circuncidere puerum & vocabāt eum nomine pa
tris sui Zachariam. Et respondit mater. Non: sed vocabitur Ioannes. De sacramento
circuncisionis dicitur, in capite de circuncisione domini. Quod autem fieret domi & non in templo vel sy Faber.
nagogis testatur & Faber. Itaq; amici & affines & quibus intererat: venerunt vt puerū circunciderēt, in
quo tamen circuncisionis sacramentū nihil inuenit culpæ quod deleret; efficatiore enim lauacro spiritus
sancti sanctificatus fuerat in vtero sicut patet ex superioribus. Et vocabant eum nomine patris sui Zacha
riam. Nam pater interim mutus: pœnas incredulitatis suæ silentio soluebat intelligens quidem quid col-
loquerentur (vt nunc supponimus) non enim erat mutus a natura sed a culpa, tamen nisi postulatus: qua
si sua non interesset, audiens non audiebat. Itaq; qm̄ fortassis nomen alicuius ex ascendentibus non suc-
currebat memoriæ: pater autem e linguis erat: mater forte ne videret effundi vnici sui sanguinem: aberat:
vocant infantem nomine patris sui Zachariam. Ibi mater superueniens: nequaq; inquit. Habet enim no-
men: quod os domini nominauit: Ioannes vocabitur. Ergo Elisabet non ab alio q a spiritu sancto didi-
E cit nomen pueri. Etenim Zacharias & mutus & forte adhuc incredulus: id vxori intimare nō potuit. Et
dixerunt ad illam. Vides quod nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine?
Non refert inquit: quādoquidē nouo homini (fuit enim homo iste missus a Deo) nouū item nomē quæ-
rendū est, nam Ioannes a gratia dicitur, quam hic prior ante omnes prædicauit dicens, pœnitentiā agi- Chrysost.
te: appropinq. enim regnum cęlorum. De sacramento autem circuncisionis ita dicit Chrysosto. super ad
Gala. cap. 5. Si dicere fas est quiddam incredibile: qui circūciditur, debitor est totius legis implendæ. Legis
enim partes inuicem coherent. Circuncisio immolationē pecudum habet annexam; multiplices purgatio-
nem

num ritus purificationes vero examen quoddã obseruationum secum adferunt variarũ. Non enim fas est
immundis sacrificare vel immundum, non sacra ingredi adyta: non quicq̃ eiusmodi attingere. Quapro-
pter per vnicũ preceptũ multa lex attrahit. Itaq; si circuncidas: nisi fiat octaua die, aut cum octauo die/
non offertur sacrificium, aut cum offertur, sed non in loco præfinito, aut si in loco, non iuxta legis san-
Leui. 12. ctiones, aut si & hoc: non itẽ mundus, omnia illa perierũt. Sic de mundatione leprosi, de nu Nazaræi: at
Nume. 6. proinde dixit apostolus, debitor est totius legis implendę. Gal. 5. at id autẽ impossibile: si Petro apostolo
credimus, qui sacramentum circuncisionis iugum vocat importabile. Actu. 15. Vide textum. Itaq; in chris-
Chrysost. to inquit Apostolus neq; circuncisio aliquid valet: neq; obest pputium. Chrysost. Quẽadmodum igitur
siquis athletas deligit siue naso adunco siue simos/siue æthiopes siue candidos eligat: nihil refert ad pro-
bationẽ: sed illud vnum spectandum est, vt validi instructiq; sint: ita qui ascribendus est militiæ cælesti:
nihil refert an præputiatus sit, an circuncisus. Hęc ille. Itaq; cũ affines & mater pueri non concurrent in
nomine vt p̃dicitur. Innuebant patri eius: quid vellet vocari eum, i. quo nomine. Incredu F
litas enim loquelam ei ademerat: (de auditu autẽ dubium est, de qua vide in legẽda. s. Sebastiani de Zoe
vxore Nicostrati, cui infirmitas vocẽ intercluserat, prudentiam tamen audiendi & intelligendi nõ solum
nõ amiserat, verum etiã melius q̃ prius licuerat ambus officiũ obtinebat auditus) & potuit fieri: vt quia
loquelam amiserat: audire cum crederetur ami sse more cęterorum mutorum: vnde nutu rogatur. Igitur
Zacharias consilio mutato in melius, id quod sapientis est: (quod tamẽ nõ licet cum detrimento alterius)
Esai. 28. videns oraculum angeli ad virginem impletum: credidit. vexatione aperiente intellectum, propter quod
& locutus est. ps. 15. Nam nutu postulans pugillarem scripsit dicens. Ioannes est nomen
eius. Est autem pugillaris tabella cerata qua olim stilo scribebatur. Quod dicit, scripsit dicens: ly dicens/
ad scripturã refert: non dũ enim soluta fuerat lingua eius. Et mirati sũt vniuersi. Et vnde admirati? q̃
videlicet placeret nomen nouum, nouum videlicet illi cognationi & familiæ: quodq; inter matrẽ & pa-
trem mutum mutuus esset cõsensus de nomine puero imponendo. Apertum est autẽ ilico os eius G
Ambrosi. & soluta est lingua eius: & loquebatur benedicens deum. Itaq; linguam quam infidelitas
ligauerat. fides soluit. Tunc igitur apertũ est os eius & soluta est lingua, cum primũ nomen pueri scribe-
Sap. 11. re tentauit. Per quæ enim quis peccat per hæc torquetur. Dixerat: vnde sciam hoc/sine fide autem impos-
Hebrę. 11. sibile est placere Deo. Quamprimum ergo credidit, non solum ablata sed insuper donum prophetię acce
pit. Nouit enim dominus mutare sententiã: si in melius emendes vitã. Cæterum fides hęc Zacharię fides
Thomę est, aut iuxta prouerbiũ, fides Græca: id tantum credens quod videt. Verũ Zacharias aliud credi
dit q̃ vidit. Vidit enim cõceptum & ortum pueri, credidit autem quod forte non vidit, videlicet Ioannem
pręcursorem fore domini/baptizando, & prędicando, sicut ipse Zacharias in consequẽtibus dixit. Et tu
puer propheta altissimi & cęt. Et factus est timor super omnes vicinos eorũ, & super om
nia montana Iudęę diuulgabantur omnia verba hęc. Et posuerunt omnes qui audie
rũt in corde suo dicentes. Quis putas puer iste erit? Et enim manus domini erat cum
illo. Timor vicinorum erat, quod pro peccato vnico eoq; nõ admodum graui (vt videtur prima fronte)
Hebrę. 10. sacerdos Zacharias nouẽ mensium silentij censura punitur. Proinde merito dixit Paulus, horrendũ est in- H
Deute. 32. cidere in manus Dei viuentis. Sic Moses sic Aaron quia non sanctificauerunt deum ad aquas, arcentur
ab ingressu terræ tam diu desideratę. Verum est tamen quod dicit Dauid, angustiæ sunt mihi vndiq;: sed
2. R. 24. melius est vt incidam in manus domini: cuius sunt multę misericordiæ: q̃ in manus hominum. Quę sunt
autem quę rumor spargebat in populis? Anum videlicet sterilem lactare filium quẽ ediderat: nouitatem
nominis in puero, patrem sacerdotem licet mutum factum, nunc repente spiritu donatũ prophetico. Hæc
forte diuulgabantur, fama peruolante, malum quo nullum magis velocitate viget, & vires acquirit eun-
do, vnde non raro ex musca facit elephantum. Vide optime. 2. R. 13. Ibi/ fama peruenit ad Dauid dicens:
percussit Absalon omnes filios regis: vnus tantum occisus fuerat: sed fama anteuertens nuntium rei vt fue
rat gesta, omnes mentita est fuisse occisos. Vocatur autẽ regio illa Iudæorum montana, quia inculta: &
altior respectu circũadiacẽtiũ prouintiarum. Itaq; quicunq; de his aliquid audierunt, audierunt autẽ mul
ti, ex his præmissis ac præludijs argumentabantur puerum illum aliquid magni futurum: magna parra-
Midas. turum, cuius videlicet conceptus & ortus tot miraculis insigniretur. Sicut Midæ (vt fertur) adhuc puero
in cunis dormitanti visę sunt formicæ grana frumenti ori immittere, quo præsagiebatur diuitem illum fu-
turũ. Sic Ambrosio adhuc pusillo examen apum ora infundebat cælesti Ambrosia: quo pręfigurabatur: K
Gene. 25. eloquentissimum eum futurum. Sic Iacob nascentis fratris plantam tenens: q̃ benedictionẽ esset suffura
turus fratri: iam pręfigurabat. Nam q̃ etiam in vtero collidebantur, non sine sacramento fuit, sicut ora-
culo dictum est Rebeccæ: duę gentes sunt in vtero tuo &cẽ/ sic videmus quosdã qui ex vtero matrum men
te capti eduntur, alij spiritu sancto repleti nascuntur/cum alijs ipsa matris vulua sit vice sepulchri, sed iudi
cia dei abyssus multa. Itaq; dicebant apud se, quisnã erit puer iste, quo cum tot magnalia operatur deus?
Iob. 10. Nam & manus domini (vt videtur) dum adhuc formaretur in vtero/ erat cum illo (quo verbo significat
specialẽ curam diuinã de infante velut sub manu Dei: et nõdum natus. iam erat renatus, spiritu sancto
baptizatus & igni. Quis putas. Quintilianus lib. 5 Nec mihi videtur Areopagitę cum damnauerũt pue-
rum coturnicum oculos eruentem, aliud indicasse: q̃ id signum esse perniciosissimę mẽtis multisq; malo
futuræ, si adoleuisset. Itaq; ne non omnia miraculis redundarent. Etiam Zacharias pater eius re-
pletus est spiritu sancto & prophetauit dicens. Bñdict⁹ dominus deus Israel, quia
Ambrosi. visitauit & fecit redemptionem plębis suæ. Ambro. Vide q̃ bonus est Deus his qui recto sunt
corde, quandoquidẽ ablata multo cũ fœnore restituit. Dudũ pecus videbatur sacerdos iste, & ecce repete

Saul inter

Saul inter propheras. Si inquit gens illa aut illa egerit poenitentiam a malo suo, quod loquutus sum aduersus eam: (o profundum diuitiarum bonitatis Dei) agam & ego poenitentiam. Hiere. 18. Vidisti bonitatem Dei: vidisti & seueritatem: Seueritas loquelam ademit: bonitas illam cũ prophetię spiritu restituit.

Et erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorũ prophetarum suorum: qui a sęculo sunt. Locutus est aũt id quod sequitur, salutem ab inimicis nostris & de manu omnium qui oderunt nos: & quod faceret misericordiã cum patribus nostris & memor esset testamenti sui sancti. Locutus est vt exhiberet re iusiurandum quod iurauit Abraę patri nostro, & locutus est, futurum vt daret nobis: vt liberati de manu inimicorũ nostrorũ, seruiamus illi sine timore in

A sanctitate & iustitia omnibus diebus nostris. Quod itaq; Zacharias dominum vniuersorum Deum Israel vocat non ideo est q fit apud Deum personæ respectus, omnis enim qui inuocauerit nomẽ domini saluus erit: Et illud: ab ortu Solis vsq; ad occasum magnum est nomen meum in gentibus. Veruntamen non vno sed multis in locis scripturæ vocatur Deus, Deus Abraam: Isaac & Iacob. Et illud Deute. 4. Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Denique ad ipsos missus est omnis prophetarum chorus vno Iona excepto. Qui nisi exceptus vtero ceti, illo nunq; perrexisset. Et rogatus primum & secundo a dño, nũ iuste irasceretur contra dominum, qui eum legatum ad gentes miserat, iuste inquit iratus sum, & mori potius pręeligerẽ. Id quoniã mihi nõ licebat: feci quod potui: fugam arripui cum Agar ancilla. Nondũ n. scriptum erat, quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiã? Fuga tñ Ionæ mirabilis est in oculis meis. Nec minus illud: bñ irascor ego vsq; ad mortẽ: tui simile est illud: quare taces: impio cõculcãte iustiorem

B se. &c. Et iuxta Paulũ ipsis Iudæis sunt credita eloquia Dei, & ipsis est peculiariter promissus. Qua ergo tempore quo hæc cecinit Zacharias, notus erat Deus in Iudæa tantum angulo videlicet vno totius orbis, erat enim Israel ex. 72. Gentibus vna eaq; non omnium maxima: ideo dicit, visitauit Deus Israel plebem suam, iuxta illud, nõ sum missus nisi ad oues domus Israel. Visitauit ergo ipsemet oues, qui alias pastores miserat cum mandatis dicens. Fratres tuos visitabis, si recte agant: & cum quibus ordinati sunt disce. Nunc autem/ecce ego qui loquebar, qui alios pastores mittebam sicut Mosen, Iosue, Gedeõ, Dauid, ecce adsum. Vide Ezech. cap. 34. Quid est autem quod sequitur, fecit redemptionem plębis suę! Lege Esaiam. Quis est creditor meus: cui vendidi vos? In iniquitatibus vestris vẽditi estis. Et quia vos animas vendidistis, ego vendidi corpora: sicut supra dictum est ex capite. 11. Zachariæ. Et illud: vendidisti populum tuum sine precio. Et illud: gratis venundati estis: & sine argento redimemini. Quomodo sine argento? Drachma illa decima, aut centesima ouis pretio æstimari non poterat, idcirco sanguine commutãda est, & pro vita vita: & dominus omnium. 30. argẽteorum pretio est distrahendus, vt serui redimi possint

C & pastor percutiendus (idq; non semel, sed a vertice vsq; ad talos non est in eo sanitas) vt congregentur non tantum oues dispersę domus Israel, sed iuxta Ioãnem: omnes filij qui dispersi erant per orbem. ¶ Et erexit cornu salutis nobis &c. De quo Dauid. ps. 131. Illuc producam cornu Dauid. Quod autem nomine cornu regnũ significetur manifeste intelliget, qui legerit Zachariæ primum caput. Ibi enim videt propheta quattuor cornua & sunt Monarchiæ quattuor quæ ventilauerunt regnũ Iudęorũ, & ex vno quatuor tetrarchias fecerunt. Contra hęc igitur quattuor cornua erexit nobis dominus deus vnũ cornu idq; in capite Dauid regis pueri sui, Id cornu dominus Iesus est. Quia sicut cornu cum ex carne oriatur, passiones tamen carnis nescit: toti corpori eminet: ita dominus Iesus virga quidẽ est de radice Iesse, cęterũ peccatum non fecit, corruptionem non vidit, ab humero & supra eminuit toti humano generi. Veruntamen dominus Iesus nõ armis non cornibus sed patiẽtia triumphauit de morte. Erexit igitur cornu vnũ, quod iam diu deiectum fuerat. Regnũ tamẽ eius non est de hoc mundo. Erexit autẽ illud, sicut locutus est per

D os sanctorum prophetarum suorũ qui a sæculo sunt vel fuerunt. Nam & iuxta opinionẽ Hebręorũ prophetę omnes non sunt loquuti, nisi de diebus Messię. Ita dixit Petrus in concione habita ad Iudęos. Actu. 10. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorũ accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Loquutus est autem & illud, quod daret nobis salutem æternã, vinctis eductis in sanguine testamenti sui de lacu in quo non erat aqua. Quod & si ad litteram intelligatur de Iudæis post annos. 70. restitutis in terram suam: Nihilominus intelligitur de ęterna redemptione facta sanguine Christi. Quodq; infert, & de manu omnium qui nos oderunt, idem est quod inimicis nostris. Isti sunt inimicus ille, qui super seminauit Zizania, dormiente patre familias, qui vocatur in Apoc. cap. 12. accusator fratrum. possunt intelligi inimici isti qui nos oderunt, quattuor cornua illa ex Zachari. 1. cap. ¶ Aut certe Chaldęi qui in Iob leguntur fecisse sibi tria cornua: quibus cum abegerunt pecora ipsius Iob. De his aũt inimicis dicitur ad Israel ex ore Dei. Nu. 33. Si nolueritis interficere habitatores terræ qui

E remanserunt (nostra igitur desidia viuũt & in dies increscũt) erunt vobis quasi claui in oculis & lanceæ in lateribus & aduersabũtur vobis in terra habitatiõis vrę. Et (quod malorũ maximũ est) quicquid illis cogitauerã facere: vobis faciã. ¶ Denique iureiurãdo iurauit quod faceret misericordiã cũ prĩbus nr̃is. Quã? Vt nobis qui porcos pascebamus, eramusq; nudi & confusione pleni cupiẽtes implere ventrẽ rugientem vel porcorũ bellarijs/daret vnicũ suũ pellibus hædorũ amictũ, eumq; pro nobis qui ipsam quoq; animã debebamus/hostiam pro peccatis faceret. Nam reuera opus diuinę incarnationis, opus est meræ misericordię, ad id enim promerendum/nulla suppetunt merita creaturæ. Sed sunt iuxta Esaiam cap. sexagesimo quarto/velut pannus testimoniorum iuxta. 70. aut parientium vel menstruatę, quo nihil immundius. Hanc autem misericordiam faciendo cum patribus nostris. admodum recordantis se habuit Deus,

1. Re. 19. · Actu. 10. · Rom. 10. · Exod. 3. · Roman. 3. · ps. 73. · 1. Re. 17. · Matth. 15 · Esai. 52. · Esai. 50. · ps. 43. · Esai. 52. · Luc. 15. · Matth. 26 · Zacha. 13. · Ioan. 11. · Esai. 11. · 1. Pe. 10. · Zachar. 9. · Heb. 9. · Math. 13. · Luc. 15. · Ezech. 16.

tot videlicet elapsis annis (fere bis milibus) a tempore quo promissum suum iuramento firmarat dicens.
Gene. 22 Per memetipsum iuraui: quia fecisti hanc rem & non pepercisti vnigenito tuo propter me, ego parco ei:
& non parcam meo/propter te &c. Itaq; misericordia facta cũ patribus quibus nihil ex iure debebat, &
testamentum siue fœdus cum eis initium (iureiurando sancitum) idem sunt. Sed vocatur mia: quia
nõ ex debito id promisit. & se debitorem constituit vocatur pactũ, quia ex quo promisit tenebatur im-
plere: ne mendatij arguerentur prophetę: per quorum os id promisit. Da mercedem (inquit sapiens) domi
Ecclesi. 36. ne sustinentibus te: vt prophetæ tui fideles inueniantur. Inde enim Ionas præoptabat mori, magisq; vi-
Ionæ. 4. uẽdo, testis mendax reperiri. Quippe qui prædicabat, post triduum Niniue ciuitatem subrutum iri: quod
tamen non est consecutum iuxta litteram ¶ Iurauit item Deus Abraæ patri nostro, daturum se no- F
Ephes. 6. bis & illud, vt liberati de manibus inimicorum nostrorum (de quibus prælocuti sumus, siue spirituales
Exo. 23. intelligas de quibus apostolus/non est nobis colluctatio &c. siue iuxta carnem, de quibus dominus, ini-
micus ero inimicis tuis) seruiamus illi omnibus diebus vitę nostræ in sanctitate quo ad Deum, & iusti-
tia ad proximum. De hoc ita habes Iosue. cap. 21. Data est ab eo pax in omnes per circumitum natiões:
nullusq; eis hostium resistere ausus est, sed cuncti in eorum ditionem redacti sunt. Nec vnum quidẽ ver-
bum quod illis pręstiturum se esse promiserat irritum fuit, sed rebus expleta sunt omnia. Sed succedenti-
bus prosperis (vti assolet) incrassati recalcitrarunt: & inuenerunt eos omnia mala quę habes ex ore Mo-
si Deuter. cap. 31. Vide ibi, ecce tu dormies, Dicit autem seruiamus coram illo, vt ne simus ad oculum ser
Collos. 3. uientes iuxta apostolum. De hoc ita dicit Moses alloquens populum cui præerat. Scito quod non pro-
pter iustitias tuas dominus Deus dederit tibi terram hanc optimam in possessionem, cum durissimę cer-
Deute. 9. uicis sis populus (notate verba eius, qui eos & intus & incute cognoscebat) sed quia illę egerunt impie:
deletæ sunt. Sequitur. Et vt compleret verbum suum dominus, quod cum iuramento pollicitus est patri
Luc. 9. bus tuis Abraam Isaac & Iacob, Dicens vero omnibus diebus vitæ nostræ, ad perseuerantiam nos hor- G
Gene. 19. tatur, ne semel manu ad aratrum missa, respiciamus cum vxore Loth. Dicit iniusticia, quia tota lex ve-
tus circa carnem versabatur, circuncide carnem, laua carnem: offer carnẽ, carnibus his vescere: ab his ab-
Chrysost. stine: de quo vide latius ad Heb. cap. 9. Venit igitur dominus Iesus & impleuit quod deerat legi: & tran
stulit cultum carnis ad cultum spiritus, de quo dicit, in sanctitate & iustitia seruiamus illi **Et tu puer propheta altissimi vocaberis: pręibis enim ante faciem domini: vt pares vias eius & vt des scientiã salutis plebi eius in remissionem peccatorum suorum.** Facit ergo Za
charias apostropham ad puerum octo dierum licet, vt ne quia enumerabat beneficia populo Iudaico ex
hibita (imo toti mundo) quæ ipse singulariter acceperat, tanq̃ ingratus tacuisse videretur. Nec tamẽ ali-
Ambro. quis momus quasi irrationabilem mẽtis excessum arbitretur, q̃ propheta Zacharias infantem vix dum
octo dierum alloquitur. Nã si teneamus fidẽ historiæ, intelligimus q̃ potuit infans vocẽ p̃ris natus au-
dire, qui Mariæ salutationẽ anteq̃ nasceretur audiuit. Quod autem propheta fuerit Ioannes, exponet
Math. 11. capite. Quod præierit faciem christi prędicando, baptizando/& cętera suis dicetur locis. Quod H
docuerit populum scientiam salutarem: vide Luc. 3. Ibi: interrogabat eum turba: venerunt & publicani
interrogabant eum & milites: quæ omnia suis exponentur locis. **Per viscera misericordię Dei no
Matth. 9. stri in quibus visitauit nos oriens ex alto.** Itaq; peccata non sunt populo remissa per baptisma
vel doctrinam Ioannis, solius enim Dei est peccata remittere, tantum autem populum catechizauit ad
Luce. 10 pœnitentiam: sed remissa nobis sunt per viscera misericordiæ eius/qui visitauit nos & fecit redẽptionẽ
plębis suę oriens ex alto. Is est Samarites ille qui vinum ferebat & oleum & hoc duplici medicamine de
scendebat ab Hierusalem in Hiericho: de quo vide Luce. cap. 10. Deniq; ortus est nobis sol iste iustitiæ.
**Vt illuminaret eos qui in tenebris & vmbra mortis sedebant, & dirigeret pedes no
Theoph. stros in viam pacis.** Theoph. Duo enim mala humanum genus inuaserunt: ignoratio Dei quam ha
bebant gentiles Actu. 17. Et peccatum quod habebant Iudęi licet Deum cognoscerent. Gentes igitur in
tenebris erant: Iudæi in vmbra mortis. Ideo enim opinor vmbram mortis peccatum dici: quia sicut vm-
bra sequitur corpus, ita vbi mors ibi peccatum, vnde nec mors Christi sine peccato fuit: sed nostro: non
August. suo. Cęterum cum de peccatis agitur. S. Augustinus virginem excipit, quæ caput autoris & inuen- I
toris peccati & mortis contriuit. Gene. 3. Iuxta nostram translationem. Viam autem pacis illam arbitror
1. corin. 13. de qua Paulus: excellentiorem viam ostendam vobis: de qua Esaias. cap. 35. Erit vobis directa via, ita vt
Hierony. stulti non errent per eam. Hieronymus. Hæc est charitas, quam quilibet stultus & idiota percurrere po-
test: propter eius abbreuiationem in duobus præceptis. Hanc qui non ingreditur, tradat corpus suum li-
cet flãmis, sicut tres pueri illi mirabiles, nihil ei confert: nihil est: Extra chorũ saltat. Ambulare potest: nũ
q̃ per venturus ad eum qui est via veritas & vita. Ioan. 14. **Puer autem confortabatur spiritu, crescebat adolescebat, masculescebat, & erat in desertis, vsq; in diem ostẽsionis suę ad Israel.** Nimirum quãprimum sęculum ingressus est, a spiritu cępit, quo repletus erat, adhuc in vtero
Prouer. 22. matris consistens. Adolescens autem iuxta viam suam, etiam senex non recedet ab ea. Taurum enim tol
Prouerb. let, qui vitulũ sustulit, Milon ille nominatissimus quotidie vitulum aliquot stadijs gestare solitus, tan-
dem taurum factum citra laborem gestasse legitur, tantum habet negotij laboribus assuefieri. E conuer
so dici potest, taurũ tollet, hoc est maiora peccaturus est: qui puer vitijs minoribus assueuerit: sicut in Ge K
Lacedę- nesi dr de re ꝓbis, oĩs caro ꝓna est ad malũ ab adolescẽtia sua. Sane apd̃ Lacedemo. partus nutriẽdi ius
mones. genitori nõ erat, sed eũ quendã in locũ deportabat, vbi sedẽtes hi quorũ intererat, siquidẽ infantẽ anim-
aduertissent esse ẽtum pulchre ac robustum, educari iubebãt: sin ignauum ac deformẽ, exponi: perinde
quasi

quasi eius vita qui minus pulchra statim ab initio & ad bonã corporis compositionẽ & ad robustitatẽ natura productus esset: nec sibi vtilis nec reipublicę foret. Vnde non aqua infantes sed vino mulieres abluebant, experimentum quoddam ipsorum habitudinis facientes. Dicitur enim comitiali morbo infantes aut alij ęgrotationi obnoxios, admoto mero debilitari & resolui. Qui autem essent firmę habitudinis magis acuere & firmare habitum. Erat & circa nutrices artificiosa quędam diligentia: vt nullis adhibitis infantiæ pannis ipsos enutrientes, ipsos cum membris tum specie liberales ac venustos facerent: & nihil delicatioris cibi appetentes, & tenebras minime formidantes, & ad omnem solitudinem intrepidos denique vagitus expertes redderent, & discalciatos incedere, ac nudos ludere consue faciebant. Non enim indulgebant illis sicut parentes nostri sæculi: sed malo suo. Hæc si cum prouerbio conferas: vi-

A debis ad amussim quadrare, Taurum tollet &c. Item illud Horatij. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem testa diu. Proinde recte monet Fabius, vt statim optima discantur, propterea quod nihil hęret tenacius quam id quod rudibus annis percepimus. Et Phyloso. lib. Moral. 2 Nõ parui refert: hoc an illo pacto protinus a pueris consue fiamus: imo plurimum interest, vel potius omne in eo momẽtum est situm. Proinde Ioãnes qui pœnitẽtiam populo erat prædicaturus, cœpit prius facere quam docere, ne forte audiret: Medice curate ipsum. Quot annos autem nactus Ioannes desertum petierit: incertũ est, dicat licet hymnographus, Antra deserti teneris sub annis &c.

Horatius.
Fabius.
Philoso.

¶ Caput sextum. Quomodo Maria immaculata reperta est pregnãs: & Ioseph volens illam secreto dimittere, ab angelo admonetur & docetur tantę rei sacramentum: & quomodo nunquam cognouit eam.

B Cvm ergo esset despõsata mater Iesu Maria Ioseph: antequam conuenissent reperta est in vtero habens de spiritu sancto. Theophyla. Nec enim fugiebat viri oculos quasi sibi male conscia, vnde facile deprehensus est vterus eius. Reperta est inquit: quod propriæ dicitur de non excogitatis. Nec enim vel Gabriel vel Matthæus amplius dicere potuerunt. Origenes. Et a quo est inuenta? Ab ipso beato Ioseph viro iusto & sancto: qui bene licentia maritali omnia nouerat. Quid vero habebat in sinu suo arca hæc testamenti quod mãdauit ad nos dominus? precium nostræ redemptionis, pignus æternæ hæreditatis, fontem diuinæ bonitatis, aceruum mãnatis cœlestis. Gerson hoc loco inquirit, quot annos nactus Ioseph duxit Mariã: & quo tempore facta sit celebritas nuntiarum, quam hic doctor factam existimat, postquam deprehẽsa est a Ioseph ferre vterum: huc enim retorquet illud: antequam conuenirent: veruntamen conuenire hoc loco: non significat vxorem domi ducere, sed congredi vel coire. Verecunde enim significat euangelista congressum aut

Matth. 1.
Origenes.
Gerson.

C copulam vxoris & mariti. 27. q. 2. priusquam, & cap. Inuenta. Quod autem additum est priusquam conuenissent additum est, non vt quod secutum esset significaret: sed vt inusitatæ rei miraculum aperiret. Perinde quasi dicat aliquis: iudices de causa pronuntiasse, priusquam causam cognoscerent, vt igitur illic, priusquam causam cognoscerent, nihil aliud est: quam non cognita causa: & citra causę cognitionem, ita hic priusquam conuenirent nihil aliud est: quam sine congressu nuptiali. Cæterum vt res est gesta: ita enarrat euangelista. Nondum intelligebat Ioseph mysterium: grauidam videt qua cum non conuenerat: & idcirco nondum euangelista pronuntiat virgineum esse conceptum donec angelum id aperientem inducit. Nam quis hominum suspicaretur: mulierem e spiritu sancto hominem Deum concepisse? Reperta est igitur prægnans. A quo pregnans? A spiritu sancto. Melius tamen legimus reperta est: quam inuenta est, nam inuenimus: quod quærimus: reperimus vel casu obuia vel preter spem oblata. Ita dicit Chrysost. Quo sermone res quę cõtra consuetudinem & præter omnem spem expectationemque proueniunt notare consueuimus. Nequa-

Chrysost.

D quam ergo hic vltra requiras: quomodo videlicet spiritus sanctus istud sacramentum formauit ex virgine. Neque enim ipsum ordinem naturæ quo omnes concipimur possibile est edicere: & tu queris quomodo. S. sctũs operatus est in virgine? Ne enim tu euangelistam sæpius importuna inquisitione pulsares sciscitãdo/ dixit quis mirabile istud effecerit, seque à cunctis pariter questionibus compendio liberauit. Nihil inquit noui amplius, quam a spiritu sancto factum esse, quod natum est in ea. Inuentus est inquit rubus ardere, nullo supponente Ignem: sed Deus est qui ibi arsit. Quod igitur dicit: reperta est: ad Ioseph refertur sicut dixit supra Origenes. Cęterum habens de spiritu sancto ad Ioseph non refertur: qui potius (iuxta Abulensem) oppositum arbitrabatur, videlicet quod concepisset humana consuetudine, id est ex adulterio. Ita dicit Augustinus in sermone/ vidi portam in domo domini. Ignorante quidem Ioseph spõso meo quod me adamasset Deus meus, venit ad me quidã magnus christi paranymphus: ille aũt putauit quod de adulterio impregnatus esset venter meus. Vidit igitur Ioseph virginis aluum tumescere, quod vero id

Exod. 3.
Abulens.
Augustī.

E esset de spiritu sancto inter dormiẽdũ ab angelo didicit, cum ille cogitaret de dimittenda vxore. Et requirit hic doctor quid faciebant parentes (si tamen erat superstites) cum virginem vnicam prægnantẽ repererunt, nec ex viro suo? Potuit inquit fieri, vt Ioseph repererit vxorem grauidam dum esset apud Elisabet & tunc cogitauit dimittere eã: Angelus autem apparens ei, suggessit veritatem tanti sacramenti. Ita Ioseph ante reditum virginis certior factus, ordinẽ mysterij cęlestis parẽtibus virginis referauit. Nõ ergo te Dei cõceptus perturbet (inquit Leo papa) partus te nõ cõfundat auditus, quã virginitas quicquid est humani pudoris excusat. **Ioseph aũt vir eius cũ esset iustus: & nollet eã traducere, voluit occulte dimittere eam.** 2. q. 1. Si peccauerit. Sciendum quod dimittere hoc loco nihil aliud sonat quam repudiare, sed clãculũ: nõ tradito videlicet libello repudij. Exactissima, n. familiaritate dephẽderat virginis

Leo papa

 purissimos

purissimos mores. Oculis enim vultu, incessu, gestu, sermone nihil aliud spirabat quam celestem conuersationem, & tamen prægnantem videt. Iustus erat quidem non tamen ita improbus vt suspicari posset quis, tantæ eum esse patientiæ, vt domi vxorem adulteram aleret (quod cum bona venia dicimus tantæ virginis) cum puero, vel vxoris leno sustineret esse. Itaque amittere meditatur. Mire ergo eum euangelista iustum appellat, ob id quod in ius eam trahere noluerit: atque puniri quod lex puniri iubet. Nam si in [Gene. 38.] ius traheret: habebat num apud se immaculata nostra tria illa pignora quæ Thamar: quibus apud ho- [Chrysost.] mines suam innocentiam tueretur? Nam apud Deum reuera thamar fornicaria erat. Iustum autem eum appellat euangelista: non ob vnam virtutem sed ob absolutam omnibus numeris probitatem. Nam iuxta Chrysosto. Prorsus raræ cuius dam ac prodigiosæ probitatis erat, cum indubitata conceptus signa videret, nec expostulare cum vxore, nec queri apud affines, nec Zelotypia discrutiari, nec in ius ire: & ad pœnam rapere: sed suos æstus apud se duntaxat premere, tantum in animo secum de diuortio secreto co- [Ps. 49.] gitare. Si tacuero inquit, cum adulteris portionem meam pono iuxta Paulum ad Roma. 1. In fine. Si pro- [Theoph.] do: lapidandam prodo: (vides ignem grassantem in meditatione iusti?) dimittam occulte. Theophyl. Sed quomodo erat iustus, qui peccatum celabat adulteræ? Quod peccatum/in qua Adam non peccauit: & de qua secundus Adam sine peccato concipitur, peccati mortisque destructor? Imo ostendit se supra legem viuere: & legis præcepta anteuertere: & propterea noluit eam denuntiare prægnantem, noluit traducere. Est autem traducere vt paucis dicam (si Antonio Nebrissensi credimus) eo modo circumferre & ludibrio exponere: quemadmodum nostro sæculo Polygami & Lenæ Mitellatæ circumferuntur & depompantur per vrbis vias celebres, aut in scalario gradu proponuntur plæbi irridendæ. Hispanice dicitur dexemplat sub voce præconis. Est ergo sensus. Cum esset iustus: videret que sponsam grauidam, nec tamen mores eius paterentur, vt posset adulterium credere: celandum duxit: quod admirabatur. Chrysost. [Chrysost.] Nostis enim quam feruidus sit Zelus mariti. Et hic quæ tandem potest esse suspitio, vbi ipse vteri tumor videbatur arguere suspectam? sed tamen ita erat vir ille ab hac passione liber; vt ne in minimis quidem vellet virgini inferre molestiam. Apud se retinere iniquum putabat, erat enim consensum præstare criminibus: in ius trahere, nil aliud erat quam ad mortem trahere, neutrum horum facit: sed adhuc sub lege viuens supra legem philosophari cœpit. ¶ Tantummodo ergo illam a se separare conatus est. Potuit enim Io- [Nume. 5.] seph nisi iustus esset, compellere vxorem subire Zelotypiæ legem. Sed quid opus erat iusto huiusmodi refugiis: cum prægnantem videret, quam omnino non tetigerat? sed erat iustus. Quid quod nec ipsa virgo quæ sibi ab angelo dicta erant sponso retulit. Nec enim sibi vllo modo a sponso credendum putauit: si ad eum rem prorsus nouam suspectam que referret; quinimo magis credidit in iram concitandum. Si enim ipsa virgo ad modum dubitantis dixit angelo? Quomodo fiet istud (ita opus illud mirabile omnem humanam fidem excedebat) quanto magis Ioseph vere dubitasset: & eo tempore quo nondum ab angelo edoctus erat de tanto sacramento, maxime cum id audiret ab vxore suspecta? Idcirco ipsa nihil loquitur/angelus autem tempore aduenit congruenti, O inestimabilis Mariæ laus: magis credebat Ioseph castitati eius, quam vtero eius: & plus gratiæ quam naturæ. Possibilius credebat virginem sine viro posse concipere, quam Mariam posse peccare. Certe vterque inter incudem & malleum erat. Constat autem ex supradictis, metum Ioseph non ex reuerentia fuisse tantæ virginis, sed vel ex suspitione iuxta os aureum, vel ex admiratione, alioqui ex sermone angeli magis debuerat timere: certior factus de cœlesti mysterio. Au- [Augusti.] gustinus epistola. 45. Ad Macedonium. Vnde Ioseph inquit cui mater domini fuerat desponsata: cum eam comperisset prægnantem cui se non nouerat esse commixtum, & ob hoc nihil aliud quam adulteram credi- [Ambrosi.] disset puniri tamen eam noluit, nec approbator flagitii fuit. Ita Ambro De institutione virginis. Quid prægiudicat Mariæ, si cœlestis consilii mysterium Ioseph non intellexit: & putauit virginem non esse, quam [Hierony.] prægnantem videret? Hierony. Hoc testimonium Mariæ est quod Ioseph sciens illius castitatem & admirans quod euenerat, celat silentio cuius mysterium nesciebat. Legerat ecce virgo concipiet, sed quæ esset illa virgo: nesciebat. Ceterum si solus nosti peccatum fratris, & vis coram omnibus arguere, non es corrector, sed proditor. Hec autem eo cogitante: angelus domini in somnis apparuit ei dicens Ioseph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea [Chrysost.] genitum est, de spiritu sancto est. 27. q. 2. Si quis desponsauerit. Et cap. Genuit. Chrysos. Filium eum Dauid vocans, promissionis Dei Dauid factæ voluit eum commonere. Dicens vero: Noli timere, monstrat eum iam timere ne offenderet Deum quasi adulteram habens, alias nec cogitasset eam expellere. Angelus apparet Iosepho, ne iustus homo ignorans faceret rem iniustam ex proposito iusto. Et vt [Theoph.] intelligens opus spiritus sancti, diligentius se custodiret ab illa quam prius. Theophyl. Denique dum audit ab angelo, quæ intra se cogitaret, indubitabile signum erat quod a Deo mitteretur, cuius solius est scire [Hierony.] intentiones cordis. Hieronymus. Blandientis autem affectu ipsi Ioseph angelus per somnium loquitur: vt iustitiam silentii comprobaret. Dicens vero fili Dauid: Mariam de eadem stirpe esse ostendit. Itaque non [Chrysost.] diu Ioseph huiusmodi cogitationibus vrgetur, quæ reuera valde cruciabant animam iusti. Chrysost. Et certe [Gene. 20.] Deus alicubi non idem facit cum Abimelech, de muliere secus quam oportuerat cogitante. Castigatorio. n. sermone vtitur: & comminationis plenissimo, cum tamen ibi ignorantia quoque excusaret delictum. Hic vero multo mitius agitur: quippe vbi maximarum rerum dispensatio continetur, & ingens inter vtrunque virum discrimen est. Itaque Ioseph conceptum vxoris videns esse supra leges naturæ, quomodo poterat id persuaderi: nisi videret cogitationes suas, & Deo notas: & ab angelo relatas? vt omnem scrupulum de eius animo amoueret. Accipe inquit coniugem tuam. Accipe Mariam, idest adiungere in consuetudinem vitæ, iam enim acceperat. Natum autem dicit: idest genitum. Dicitur enim natum. Id quodcunque modo cœpit

esse. Tamẽ christus simul cœpit esse Deus homo, & simul perfectus homo. Hiere. 31. Quantitate licet corporea paruus. August. Coniunx vocatur Ioseph ex prima fide desponsationis: quam concubitu non fuerat cogniturus. Nec perierat tamen, nec mendax manserat coniugis appellatio. Erat quippe illa virgo, ideo & sanctius & mirabilius iucunda suo viro, quia etiam fœcunda sine viro, prole dispar: fide compar. Sed cum illo nõ seminãte, illa peperisset, profecto nec ipsius formæ serui parẽtes ambo essent nisi inter se etiam sine carnis commixtione cõiuges essent. Omne itaque nuptiarum bonum impletum est in istis parentibus christi: fides proles: sacramentum. Prolem cognoscimus dominum Iesum: fidem, quia nullum adulterium, sacramentũ, quia nullum diuortium. De nuptijs & concupi. **Pariet autem filium: & vocabis nomẽ eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorũ.**

A Chrysosto. Sed non quia de spiritu sancto est, ideirco te a ministerio tantæ existimes dispensationis extraneum. Nam & si nihil habeas in hac generatione commune, hoc facile tibi cõcedo, vt nato puero nomen imponas, tu enim primus vocabis illum Iesum. Pariet filium non tibi sed toti orbi, & propterea in loco communi nascetur, sicut & extra portã passus est. Hebr. 13. De nomine Iesu suo loco dicetur. Quod saluum fecerit populum suum a peccatis etiam Esaias predixit. posuit dominus in eo (ipse est enim caper emissarius) iniquitates omnium nostrum. Leui. 16. Et Petrus: peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum crucis. 1. Pet. 2. Cuius liuore sanati sumus. Peccata iugum grauissimum, illi vero aliud somniabant dicentes: si restitues regnum Israel, & eximes nos a iugo cæsaris? Et hæc fuit intentio communis fere omnium Iudæorum tempore Christi. Vnde illud. Dic vt sedeãt. **Hoc autem totum factum est: vt impleretur quod dictum est a domino per prophetã. Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emãnuel, quod est interpretatum**

B **nobiscum Deus. Exurgens autem Ioseph a somno, fecit sicut præcepit ei angelus domini & accepit cõiugem suam: & nõ cognoscebat eam, donec peperit filium suũ primogenitum & vocauit nomen eius Iesum.** Hoc totum inquit euãgelista quod superior sermo comprehendit, non casu aut fortuna gestum putes, sed totum arcani fuit diuini, qui & si terribilis est in consilijs super filios hominum: misericordia tamen eius super omnia opera sua: quo factum est, vt id nobis donaret: quod petere nunquam auderemus. Quid est illud: Ecce virgo concipiet &c. Augustinus. Ne turberis audiens: peperit: namque creuit in partu virginis corporis integritas: potius quam decreuit, & virginitas ampliata est, potius quam fugata. De hoc ita dicit Esaias. Pete tibi o Achaz signum a domino Deo tuo: idque pro arbitrio tuo, siue de cælo, siue de abyssi profundo. Et rex impius / non petam inquit / & non tentabo dominum vel exaltabo dominum. Quomodo vero peteret, qui in omnibus angulis & triuijs Hierusalem / in montibus & in lucis posuerat signa stultitiæ suæ? deserto cultu vnius &

C veri Dei. Et propheta / si parum vobis est quod contemnitis verba prophetarum, qui vobis nomine domini loquuntur, nunquid & hoc parum est, quod contemnitis Dei præcepta iubentis signum ab eo petit: Augustinus. Achaz timet signum petere: ne Deum tentare videatur, cum hoc dominus ei admoneat per prophetam, existimans vt credo quod ab ipso propheta exploraretur: verum præcepti memor esset: quo tentare Deum prohibemur. Verum (quod tamen cum pace tanti viri dicimus) qui timeret Achaz, ne signum petendo videretur tentare dominum, quando ipse impius rex direptis omnibus vasis domus Dei atque confractis: ianuas templi Dei clausit? Qui igitur non timuit tollere cultum vnius Dei: & multorum idololatriam inducere, quando timeret, ne tentare Deum videretur? Vera est ergo littera. 70. quæ dicit: & non exaltabo dominum. Cum ergo rex contempserit Dei præceptum, propheta ad domum Dauid conuertitur, quasi ex transuerso peccatum regis redarguens, propterea dabit vobis dominus ipse signum quamuis ingratis, qui solem suum &c. Offert Deus quod rogari debuit, nos ad excusandas excusationes in peccatis nostris, causamur tentationem esse, id quod vere cedit in gloriam Dei. Dominus autẽ

D vincens in bono malum: vt carbones super caput nostrum accendat, etiam nollentibus signum illud omnium mirabilium maximum offert dicens. Ecce virgo concipiet. Itaque si dominus dat: nouum debet esse atque mirabile, vt videlicet virgo concipiat. Reuera autem sicut dicit Hieronymus vt cum Iudæis pedem conferamus, virgo Hebraice bethulah dicitur: quod in præsenti loco non scribitur, sed pro betulah habetur almuth, quod verbũ preter. 70. qui posuerunt ἡ παρθένος, idest he parthenos, idest virgo, omnes adolescentulam transtulerunt. Porro almuth apud eos verbum ambiguum est, dicitur enim & adolescentula, & abscondita, quod Græce dicitur ἀπόκρυφος. i. apocriphos. Itaque almuth nõ solum puella vel virgo, sed cum epitasi idest intensione virgo abscondita dicitur & secreta, quę nunquam virorum patuerit aspectibus, sed magna parentum diligentia custodita: iuxta quod ipsa dixit, virum non cognosco, virum nũquam salutaui. Alma igitur virgo est etiam lingua punica, quæ de Hebræorum fontibus manare dicitur & non solum virgo, sed iunioris ętatis & nubilis. Potest enim esse virgo, quę vetula sit. Quod si iuuen-

E cula vel puella vt Iudæi fabulantur: & non virgo pariet, quale signum poterit appellari, cum hoc nomen ætatis sit / nõ integritatis? Nec illud videtur negligendum, quod septuaginta non dixerunt simpliciter parthenos, sed he parthenos, vt non de quauis virgine possit accipi, quod nihil erat monstri: sed certa quæpiam & insignis virgo denotetur paritura. ℭ Proinde vertendum erat. Ecce virgo illa. Similiter & apud Hebræos / H / præpositum huic dictioni Alma vel almuth (legitur enim ha alma) vim articuli habet. Ad hæc idem Hieronymus contra Eluidium. Tu dicis o hæretice Mariam virginem non permansisse post partum: ego mihi plus vendico, etiam ipsum Ioseph virginem permãsisse per Mariã, vt ex virginali cõiugio virgo filius nasceretur. Si. n. in virũ sanctum fornicatio non cadit: & aliã eum vxorem habuisse non legitur (obstat Hilarius super Matthęi capit. 1, Item Theophylactus) Marię

Chrysost.

ps. 144.
August.

Deute. 6.
2. Paral. 28

Math. 5
ps. 140.
Roma. 12.

Hierony.

Gene. 41. Gene. 39.

autem quã putatus est habuisse custos fuit potius q̃ maritus, relinquitur eum virginem mansisse. Cum Maria, qui pater domini meruit appellari, sicut & alter Ioseph saluator mundi: eo quod dominæ suæ in stupro noluit misceri. Baldus. Et vt quid virgo desponsata eligitur? Aptum ad incarnationem verbi tempus iam inde a mundi constitutione promissum tunc venerat, ex quo spiritum sanctum & altissimi potentiam Deiparam illam constituere carnem oportebat. Quoniam vero ea tempestate nulla puritate par Mariæ virginitati inter homines ad effectum sancti spiritus est reperta, sub nomine alioqui nuptiarum quę virginitatem ipsam minime commacularent: Vt eligeretur aptissima fuit. Inde autem & virginitas principem mundi latuit/ nuptiarum nomine suspensus (ita dicit & Ignatius) nam virgines in primis obseruabat: quarum vnam parituram legerat. Ita p virginitatis insidiator obseruatorq; sub matrimonij specie factus ignorans, a malignitate abstinuit. Hoc ergo dicit propheta. Ecce virgo illa concipiet, siue in vtero habebit iuxta. 70. ἐν γαστρί ἕξει. idest En gastri exi, & pariet filiũ de quo in consequentibus. Et vocabitur: siue vocabunt/ Hebraice/ ve caraath, idest vocabis nomen eius Emanuel, idest nobiscum Deus. Sunt autem tres dictiones Hebraicæ: Ima: nu: el. De hoc Luc. cap. 2. Tu autẽ memento portæ orientalis de qua dicitur, vir non transibit per eam: quia vere vir per illam transiuit, sed vir iste ille est de quo dicitur: fœmina circundabit virum. Hiere. 31. Item illud. Ecce vir: oriens est nomen eius. Zacharias. 6. Lætus igitur & festinus paruit oraculo narranti sibi somnium suum, & liberatus a

Exod. 3.

tanto timore, adiunxit sibi quam dimittere meditabatur. Fit autem ex tunc cautior & longior conuersatione maritali a rubo illo, sed sine omni spina/ in quo/ oraculo angeli intellexit ignem cœlestem flagrare. Denique non cognoscebat eam, donec peperit. Ad hæc Hieronymus contra Eluidium hæ-

Hierony. Hiero. cõtra Eluid.

resiarcham. Ad summam illud requiro: cur se abstinuerit Ioseph a virginis congressu vsq; ad partus diem? Respondebit vtiq; quia audierat angelum dicentem, quod in ea natum est, de spiritu sancto est. Qui ergo somnio tantum credidit: vt vxorem non auderet tangere: hic postquam pastores audierat Magos viderat, miracula tanta cognouerat, templum Dei: spiritus sancti sedem domini sui matrem audebat tangere? Id enim asseuerabat hereticus iste dicens: Ioseph congressum fuisse virgini: postq̃ peperit filium suum primogenitum. Hilarius. Propter sanctitatis Mariæ glorificationem a Ioseph cognosci

Hilarius. 1, Para. 22. Esai. 6. Exod, 34.

non potuit donec peperit. Dominum enim gloriæ habens in vtero: Quomodo cognosceretur? Non enim domus hæc de qua dicitur: talis esse debet: vt in cunctis nationibus nominetur aduentu eius qui formam serui accepit, seipsum exinaniens: fumo repleta est, sed gloria & maiestate. Magna enim erit gloria domus istius &c. Aggæi. 2. Si enim Mosis cum Deo loquentis glorificata est facies: vt non possent eam intueri filij Israel, nisi interposito velo: Quanto magis Maria agnosci vel intueri non poterat, quæ dominũ suo vtero circundederat? Hęc Hilarij expositio allegorica est sicut patet. Verum quod dicit: filiũ suum primogenitum, non oportet hic immorari. Non enim dicitur primogenitus post quem alij, sed qui est ante omnes, licet nulli sequuti sint. Dicit autem suum: quia totus erat suus quia non ex sanguinibus, aut ex voluntate viri & carnis. Alioqui quæ vnq̃ mulier peperit filium alienum? Dicit item suum: ne suppositicium cauilleris: sicut fingũt Sabelliani: dicentes: Fortuitu mulier hæc paruulum reperit: sicut alias legimus de Mose casu reperto a filia Pharaonis. Sed vel iste insanit: vel ebrius erat: cum præter euangelistas obstet Paulus dicens. Factum ex muliere. Et beatus venter qui te portauit & vbera quę suxisti. Et vocauit nomen eius Iesum, de quo in consequentibus.

¶ Caput septimum. De edicto Cęsaris: de partu virginis: de angelorum concentu, de pastoribus inuitatis.

Luce. 20. Gregori⁹ ps. 15.

INterea exijt edictum a Cęsare Augusto: vt describeretur vniuersus orbis. Hęc autem descriptio prima facta est a preside Syrię Cirino. Et ibãt singuli vt profiterẽtur in suam ciuitatem. Quid est inquit Gregorius: quod nasciturо in carne domino orbis describitur: nisi quod ille veniebat in carne: qui electos suos ascriberet in ęternitate? Quo contra de reprobis dicitur. Nec memor ero nominum eorũ per labia mea. Et illud: vbi nam sunt? Et cessare faciam de terra memoriam eorum. Deutero. 32. Et si fuerit

Tobię. 3. 11. q. 1. cap magnum. Iob. 3. Cantic. 2. Gene. 28. Tobię. 11. ps. 118.

memoria eorum in terra: in malum erit: sicut memoria Dathan & cætera. Ingressus est aliquando angelus Raphael ad Tobiam quiescentem in lectulo senem & cæcum, dixitq; ad eum. Gaudium tibi sit semper. Et senex/ quale gaudium inquit erit mihi: qui in tenebris sedens, lumen cæli non video? Et angelus. Forti animo esto, in proximo enim curaberis. Imo inquit descendam in infernum lugens cum patre meo Iacob. Genesi. 37. vbi constituta est domus omni viuenti. Sed & anima nescio cuius vulnerata charitate: æstuans præ desiderio vnici sui iamdiu morantis & cunctantis venire iuxta condictum, ita alloquitur angelicas potestates quę terũt scalã illã/ dicens. Adiuro vos si inueneritis dilectum meum candidũ & rubicundum, vt anuntietis ei: q amore langueo. Nã & Anna mater Thobiæ iunioris quotid e sedebat secus viam in supercilio montis: vnde aspicere poterat de longinco: dicens. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes (nam & oculi loquuntur) quando (o quando quando) consolaberis me? In proximo est inquit vt cureris. Amore siquidem languebat. Et languens hęc (imo vt pace tua dixerim o Sanson, Dicis quod diligis me: cor autem tuum longe abest a me. Ecce iam per tres vices illusisti mihi: dicẽs:

Origenes. ps. 50.

expecta, re expecta ostẽde de quo vinciri debeas. Iudi. 16. Osculet me osculo oris sui. Can. 1. Orige. Quo vsq; inquit colũba hęc gemebũda (cuius cor/ caro, oculi & anni defecerãt ingemitibus) spõsus meus mittit mihi

sit mihi oscula per Mosen, per prophetas! His præludijs amatorijs plena sum. Iã ipsius cupio ora contingere, & mutuas edere & reddere voces. Iam suscepi murenulas aureas cum similitudinibus argenti per manus Eliezer & Cæterorum pronuborum: qui mihi multa retulerunt de eius sapientia, pulchritudine, diuitijs: generositate: potẽtia, bonitate: cui⁹ nomẽ pacificus: ille vero adhuc dormitat in scala: elapsis tot seculis a tẽpore quo dixit Mosi, sciẽs dolorẽ populi mei, descẽdi vt liberẽ eũ de manibus Aegyptiorũ. Cũ igit̃ ecclesia chr̃i spõsa molesta esset illi: & per multos dies (imo annos fere bis mille a natiuitate Abrae) iugiter adhæreret: spaciũ ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vsq; lassata est. Tandẽ noster Samson precibus exoratus, tonderi se permisit in gremio dilectę suæ: & inquit. Si propter me tempestas hęc sęua grassatur: mittite me in mari. Expletis igitur mẽsibus. 9. ex quo in mari missus est

Exo. 3.
Iudic. 16.

A (Mariam intellige maris nomine) Exijt edictum a cæsare Augusto. Anno ab vrbe condita. 726. Cæsar victor ab Oriente rediens. 8. Idus Ianuarij Vrbẽ triplici triũpho ingressus est, ac tũ tertio ipse Iani portas sopitis omnibus bellis ciuilibus clausit. Hoc die primũ Augustus salutatus est: quod apicem declarat imperij, atq; ex eodem die summa rerũ penes vnum cœpit esse & mansit, & græce vocatur Monarchia. Et hic dies epiphanię est quo a gentibus adoratur dominus. Itaq; post annos ab vrbe condita. 460. primo clausus est Ianus vere vno. Inde elapsis annis. 700. secundo clausus est. Tertio a Cæsare victore. Idem Cæsar ianũ aperuit ad expugnandos cantabros & Astures: & deuictis quarto illũ clausit anno. 752. Cũ cũctis gentibus vna pace pacatis: & durauit pax hæc annis. 12. Tamen tempore Numæ secundi regis Romani templum clausum fuit vt dicitur in consequentibus. Descriptio (totius orbis nullus dñs fuit pręter christũ.) Cũ agitur in re militari, vocatur dare nomen. Cũ in æstimandis facultatibus & explicando numero capitũ, appellatur census. Itaq; magistratus cẽser populus describitur, ita rectius diceretur, vt censeretur q̃ describeretur, & professo q̃ descriptio. Quod autẽ dicit vniuersus orbis, Romanum tantum in-

B telligę. Dño aũt nr̃o iã adolescẽte inquit Euseb. Augustũ cũ Tiberio censũ Romæ egisse, & inuenisse capitũ Romanorũ ter & nonagies centena &. 70. milia. Dicit aũt Plutar. in vita C. Cæsaris; censu peracto. 150000. reperta: cum antea ter cẽtũ ac. 20. fuissent: tam magnam cladem tantasvẽ populi strages intestina mala pepererunt. Itaq; olim a censu notæ erant facultates siue opes hominum, non vt nunc occultæ, professio enim necessitatis erat, Prima classis Romanorum olim eorum erat qui in censu habebãt mille aureos aut supra. Secunda eorum qui. 750. habebant. Tertia eorum qui quingentos possiderent. Quarta eorũ qui. 250. Quinta & vltima vndecim milibus æris censebatur idest aureis centum & decẽ. Reliqua autẽ multitudo cuius esset inferior census, immunis erat a militia. Ex quibus intelligimus in infantia vrbis Romæ primarias opes mille aureos fuisse. Olim enim a censu notæ erãt opes hominum; nõ vt nunc occultæ, professio enim necessitatis erat. Vnde illud Senecę obiectũ a Suillio inimico suo, Qua sapientia quibus philosophorũ præceptis intra quadriennium Regię amicitiæ (cum Nerone) ter millies

Eusebius.
Plutarch.

C sestertium parauisti o seneca? Quod enim Seneca in substãtia possideret ter milies sestertium idest septuagies quinquies centena millia aureos non aliunde q̃ a censu sciri poterat & professione. Et tamen si scripta Senecę ęstimentur, nemo vnq̃ animosius calcasse diuitias, & pauperiẽ securã astrictius eo amplexus fuisse videbit. Sed iuxta puerbiũ, alia Lacõ. &c. Budę. Obserua q̃ multi ciues Romani ad cẽsũ noĩa dabãt, qui eñ Romæ non cõmorabantur. Fiebat autẽ triplex descriptio, prouintiarum ciuitatũ & capitum: quo tẽpore iuxta Eusebium inuenta sunt Romę. 57.0000. Capita. i. ciues. Secundũ autẽ Asconiũ olim illi tantũ cẽsebantur: qui centũ milia in professionẽ detulissent. At is qui hodie censetur nomine Ioseph, non habet vbi vel caput suũ reclinet. Quantũ autẽ Ioseph attulerit in censũ textus non dicit. Illud

Asconius.

D certe nemo ibit inficias, eũ fabrũ fuisse: labore suo victitasse, qui adeo tenuis fuit: vt in diuersorio coactus sit pernoctare. Actum est vero diuino consilio, vt eo tẽpore pax cum iustitia fœdus inirent: quo sũma & profunda pace fruebãtur Romani. Nam Ianum quirinũ semel atq; iterum a cõdita vrbe ante memoriam suam clausum in multo breuiore temporis spacio; Cęsar augustus terra mariq; pace parta tertio clausit. Sed non omnis pax bona est: sicut patet ex his quæ scribit Mar. Coccius. Sabell. Is enim ita dicit. Theodoricus rex Italię q̃ in moribus & vrbe excolenda fuit vtilis, tã profecto Romæ & cęteræ Italię in eo quod dicã Calamitosus. Edicto imperauit ne Romanus quisq̃ nec paterño genere Italus militaret, aut arma cuiusq; generis domi haberet. Qua lege videtur mihi Theodoricus voluisse euenire quod certe euenit: vt quicquid Romanę Indolis veterisq; disciplinę militaris ad huc reliquum erat: id ipsum lõgo otio desuetudineq; armorum extingueretur: Cyri credo maioris exemplũ imitatus, qui Lydorum regno euerso, pisam gentẽ interdicto armorum vsu, institorijs sedentarijsq; artibus ex ferocissima mollissimam reddidit. De Iano quirino sciendũ primum q̃ fingitur bifrõs, quia dicitur illum ante omnes ferum & Siluestrem cultum hominum in Vrbanum ciuilemq; mutasse, & pro Inde bifrons fingitur, tanq̃ alterã ex altera formã dispositionẽq; reddiderit. Est & eius tẽplum Romæ, quod belli Ianuam vocant, legitimum est illud in bello aperiri. In pace Claudi. Quod certe difficile aut certe raro factum est. Nã cum

M. Cocci.
Theodor.
Ianus.


E propter imperij magnitudinem Barbaris nationibus vndiq; circũfusum ac sepeũ esset, ijs repugnare cogebat. Verũ vt diximus Augusto Cęsare Imperãte clausum est, & antea M. Attilio & Tito Manlio consulibus haud multũ tẽporis. At Numa Regẽ, neq; vllũ diẽ apertũ visum, sed tres &. 40. annos cõtinuos clausum mansit: vsq; adeo bellicas res vndiq; perdidit Et tamen hoc tantum imperium quod apud Danielem vocatur bestia terribilis, mirabilis & fortis nimis, quæ dentes ferreos habebat quibus cũ multa lacerabat: plura deuorabat, Cętera pedibus calcabat, visa est haec in quam domina gentium, princeps orbis posita sub tributo tempore Galli & Volusiani. Nam cum Scythis tributo annuo drachmarum centum transegere; primi qui Romani maiestatem Imperij tam fœda pactione suggillauerunt.

Plutarch.
Numer.
Daniel. 7.

Augustulus Imperator victus prælio ad Odoarco duce reliquiarum Athilani exercitus Herulorum videlicet & Thuringiorum, & cæsis Romanis legionibus & patre suo Oreste: in Lucullano oppido Campaniæ purpura & cæteris imperij insignibus abiectis: se imperio abdicauit. Ita inclytum Augusti nomen omnibus olim gentibus venerabile hunc habuit exitũ anno. 517. ab eo quod Octauianus. C. id prim⁹ omniũ tulit. Cæterũ ꝓfessio quã chrõ facim⁹ volũtaria est nõ violẽta. Qui. n. crediderit & baptizat⁹ fuerit saluus erit. Nã in sacrõ lauacri nomina damus christo: abnegamus Cæsarem: qui cum nihil possit dare (omnia promitt t Matth. 4.) quot annis censum nostrũ exhaurit. Qui cæsaris iudicem adeunt, seruitutẽ profitentur: dominus author est libertatis: Non enim sumus ancillæ filij sed liberæ matris nostrę quę sursum est. Ad hanc itaq; professionem faciendã in Syria prouintia missus est autoritate Cęsaris Quirinus eius prouintię pręsul. Sunt autẽ decem Syriæ. Syria nomen est generale. Habet ab oriente tigrim: ab occidente mare mediterraneum, a meridie mare rubrum: a septem trione Armeniam & Cappadociam. Longitudo est ab Aquilone ad meridiem: & diuiditur in decẽ partes hęc longitudo, sic fiunt decem Syrię. Prima iungitur a parte Aquilonis Armenię, vltima iungitur regno Aegypti. Prima pars vocatur altero nomine Messopotamia Syriæ: quoniã est prima pars Syrię totius: & est inter duo flumina Eufratem & Tigrim; secunda vocatur celessiria: in qua est Antiochia. Tertia est Phœnitia in qua est Tyrus & Sydon. Quarta est Syria Damasci: & hęc diuidit terminos cum terra Iudæę: & vocatur Syria absolute. Quinta est prima palestina: in qua fuit metropolis Ascalon, & in hac erat tota terra quam palestini possed runt tempore Dauid: videlicet Ascalon: Gaza: Azotus Acharon: Geth. Et in hac habuerunt partes sortis suæ Simeon: Iuda: Beniamin: Dan: Ephraim & dimidia tribus Manasse. Sexta est secunda Palestina: cuius caput est Hierusalem. Septima est tertia Palestina / & hęc cum reliquis est pars Chanaam vnde nũq; vocatur Syria. Hęc est terra Galilææ inferioris: in qua Christus domin⁹ nutritus est. Altera est Galilęa superior: & vocatur Galilęa gentium; & vtranq; christus dominus circuiuit, quia sunt propinquę. De hac. 3. ℞. cap. 9. Vide. Octaua Syria est prima Arabia: & sunt tres Arabię: quarũ vltima vocat̃ Syria de Sobal. 2. ℞. 10. Hęc vocatur terta Saba, in qua est ciuitas omniũ in fœlicissima: quia ibi sepultus est mahomad. potest ergo intelligi hic vel de quinta vel de sexta.

Ambrosi. — Gal. 4. — Syria. — F — G

Decem Syriæ.



H

¶ Erat autem iste primus census: qui sub hoc præside actus est Syriæ: nam & alij post modũ sub eo acti sunt. Itaq; diuulgato edicto, professio erat necessaria. Proficiscebantur igitur omnes ad suam tribum vel ciuitatem, vt censerentur ex more. Quod vero singuli qui censebantur soluerent tributi nomine denariũ: apud autores idoneos nõ ego legi. Refert tamẽ Abulensis super Matth. Caput. 22. Dicere quosdam: quod quando Octauianus fecit describi orbem, iussit & illud: vt singuli profiterentur sese subditos esse Romano principi, soluẽtes interim censum: idest denariũ, & ex illo tẽpore dicũt ꝙ manãt tributũ annuum, videlicet ꝙ quot annis solueretur denarius hic cęsari: & quia erat annuus: vocatur census. Et verum est inquit Hieronymus, quod Iudæa facta fuit tributaria tempore christi, vel Paulo ante: nam & ipse soluit cẽsum vel tributum pro se & pro Petro. Ita dicit Beda: propterea census datus est: vt sciret Imperator numerum capitũ. De hoc & lex eius qui hodie censetur ita censuit. Quando tuleritis summã filiorum Israel: iuxta numerũ dabunt singuli preciũ pro animabus suis: & nõ erit plaga in eis: cũ fuerint recẽsiti &c. Exod 30. Hęc pecunia expendebat̃ in vsus templi. Ad hęc sciendũ ꝙ cũ quis pro peccato suo offerebat sacrificiũ ꝑ manus sacerdotũ: id de ꝓpria substãtia erat. Cęterũ quia multa annuatim offerebatur ꝓ pctĩs populi: sicut agni duo qui cotidie incendebantur: & multa alia de quibus vide Nume. cap. 28. Hęc inquam sacrificia vel holocausta fiebant de expensis totius populi. Ad hæc igitur omnes ęqualiter contribuebant: tam pauper ꝙ̃ diues: vt ne videlicet diuites sanctiores pauperibus sese existimarent, vel plus participare de holocausta. Vnde dicit textus. Diues non addet ad dimidium sicli: qui valet. 20. obolos; & pauper non minuet

Abule. — Hierony. Matth. 17 — Beda. — Actu. 10. — I — K

nuet

nuet, quia dominus Iesus pro omnibus ęqualiter sanguinem suum obtulit, in quo vel maxime verum est Ephes. 2.
quod dicit Petrus cum Paulo, in veritate comperi quod non est personę respectus ante dominum. Hęc sen- 2. re. 24.
tentia aurea est. Hanc autem legem transgrediens Dauid: in eo punitur: in quo pec auit, imo ipse pręua-
ricans, plagam populo intulit. Reuera autem Dauid in quolibet moriente & ipse commoriebatur vt pie Beda.
credimus cum ipse iuxta quod alias dixit: reus esset ante Deum omnium animarum, quæ occiderant 1. re. 22.
pręcepto Saul. Decem igitur obolos soluit qui transit ad nomen, hoc est profitetur obseruantiam deca- Exo. 30.
A logi in salutē animę suæ. Accipitur autē pecunia ad pondus sanctuarij. Si quis autem iuxta placitum hu-
manæ voluntatis Deo seruire nititur: quia deus dissipabit ossa eorum qui hominibus placent. reprobata Ps. 52.
oblatiōe, plaga districtę vltionis ferietur. Nā & fideliū numero nomine tenus sociati, ab angelis sex per Ezech. 9.
cutientibus exterminatur de populo. **Ascendit autem Ioseph a Galilęa de ciuitate Nazareth in Iudęam in ciuitatē Dauid, quę vocatur Bethleē eo quod esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore quę erat pręgnans.** Obediēte er- Bonauen.
go Ioseph & Maria praecepto Cæsaris: factum est quod neuter intendebat, videlicet quod christus nascere
tur in Bethleem. Qui enim vos audit me &c. Iudęa nomen est regionis. Ponit & nomen ciuitatis. Erat
autem ciuitas hæc in tribu Iuda: ædificata a Dauid. i. reædificata vel ampliata: Nam alioqui Isai pater
ipsius Dauid vocatur Bethleemites. 1. re. 16. Adhūc modum legis. 2. parali. cap. 11. quod Roboam ædificauerit
ciuitates muratas in Iuda: extruxitque Bethleem & cætera. Cum igitur Ioseph habitaret in ciuitate Naza-
reth quæ erat in septima Syria; ascendit vt profiteretur in Bethleem vnde erat oriundus: quæ ciuitas est
in sexta Syria in qua erat sors Iudæ & Beniamin: quorū erat Hierusalē tum & Bethleem. Quod autē im
B maculata virgo secuta est virum suū: non necessitatis fuit: sed voluntatis. sed obedientiæ: sed honestatis:
sed sacramenti. Non enim fastidiuit mariti obsequium Dei genitrix super benedicta. Cato insignis Cato.
vir Romanarum mulierum superbiam vituperans: omnes inquit viri vxoribus imperāt: nos omnibus
viris: nobis vero vxores. Cum enim Themystocli filius matris intercessiōe plæraque iuberet: o vxor inquit
Atienienses Gręcis imperant: ego Atheniensibus: tu mihi: tibi filius. Quare licentiā moderetur: quia fret9
imprudens plus potest quam vniuersa Græcia. Messalina vxor Claudij illo absente & profecto sacrificij gra
tia in hostiam: cūcta nuptiarum solēnia cum Silio publice celebrat. Haud sum ignarus: fabulosum visū
iri, tantum vllis mortaliū securitatis fuisse in ciuitate omnium gnara & nil reticente: ne dum consulem de
signatum cū vxore principis prędicta die/adhibitis qui obsignarent: velut suscipiendorum liberorum cau
sa cōuenisse atque illam audisse auspicum verba, discubitum inter conuiuas oscula complexus: noctē de-
nique actam licentia coniugali. Rem tamen veram refero. Cor. Tacit. Ascendit igitur & Maria: vt imple-
retur illud, ex te o Bethleem egredietur, qui sit dux populo meo. **Factū est autem cū essent ibi: impleti sunt dies vt pareret & peperit filiū suum primogenitū, & panis eū inuoluit: &** Mich. 5.
C **reclinauit eum in pręsepio, quia non erat ei locus in diuersorio.** Nempe hæc dies boni nun 4. re. 7.
tij est, & si nos taceamus concinent angelici exercitus nos autē sceleris arguemur. Iudæis enim noua Ester. 8.
quędam lux oriri visa est gaudium, honor & tripudium: quia impleti sunt dies promissionis factæ Abrę
patri eorū. Cuius dies? Marię. Et qui dies? vt pareret. Peccatorem in dolore? Absit. Saluatorem cum sum Ester. 9.
ma exultatione totius populi. Si enim mors vnius hostis Amā tantam inuexit Iudæorum genti lætitiam
vt diem illum quot annis epulis & tripudijs solenniter celebrarent: quia in ipso videlicet luctus atque tristi
tia in hilaritatem gaudiūque conuersa sunt, quanto magis id nos facere oportet in die ista: quę reuera non
tēporale gaudium, non pacē transitoriā, sed æternā nobis peperit? Sedebat aliquādo Dauid in pręsidio: 2. re. 23.
cogitans dies antiquos promissionis factæ Abrahæ Isaac & Iacob: sibique cui dictum fuerat cū iureiuran- Luc. 10.
do: de fructu ventris tui exaltabo super sedem tuam: & hanc promissionē tenens: optabat impleri: quia re Daniel. 10.
uera multi reges & iusti id optabant, quorū desiderū deus in hoc non impleuit, de quorum numero erat
qui vir dei desiderorum vocatur. Itaque Dauid æstuans & ipse desiderio potiundi tanti boni: O si quis daret
D mihi inquit potum aquę fontis viuentis, quæ est in cisterna Bethleem iuxta portam. Restrinxerat enim
alias sępe inde sitim suam. Allatam igitur aquam a tribus viris fortissimis irruentibus per media hostiū
castra bibere noluit: sed dño libauit. Nec enim reuera hanc aquā sitiebat, quā qui biberit, iterū sitiet: non
hanc cisternam deperibat: nec hanc portam suspirabat tantus Rex: qui Ambrosiam & nectar & Gallina Ioan. 4.
ceum lac habebat ad manum, nisi forte prægnans erat vir iste beatus. Verū quod veritas habet: aqua hæc
cisterna & porta & ciuitas: illa est de qua tam gloriosa dicta sunt, fons signatus: puteus aquarū viuentiū Ps. 86.
emissiōes eius paradisus: porta quia mater: fons signatus, quia virgo, emissiōes eius paradisus: quia aqua
Hęc sola replet in bonis desiderium nostrum: ideo hanc sitit Dauid, Itaque impleti sunt dies, vt fons aperire
tur de quo Zacharias cap. 13. Fons obsignatus sigillo trinitatis. Item Esaias, omnes inquit sitientes: veni- Canti. 4.
te ad aquas. Esai. 55. Venite ad vinum, venite ad lac. Aqua, quia bonum est cōmune, vnde iuxta portā est Ps. 102.
idest in biuio: vinū quia Deus: lac quia homo: gratis emitur. quia preciū non habet: cū sit bonum omnis
boni continens: nec cadit sub merito creaturę. Impleti sunt igitur dies vt virga Aaron germinaret, vt lapis
E e monte pręcideretur sine manibus, vt vellus exprimeretur: & chōca repleretur cœlesti rore, Iudi. 6. Vt ger Nu. 17.
minaret sicut liliū ager cui benedixit dominus, nō sulcatus vomere, non defossus sarculo: nec fimo impin- Daniel. 2.
guatus, nec seminatus humano semine, cōsitus autē manu & cultu regio. Impletum est igitur tēpus quo Gene. 27.
terra flueret lac & mel. quo daret nobis Deus de rore cæli & de pinguedine terrę abundantiam frumenti Ioel. 3.
& vini & olei. Cæterū quomodo hęc facta sint, generationē eius quis enarrabit? speculator maiestatis op Esai. 53.
primetur a gloria. Prouerbio. 25. Peperit tamen, & natum sum prima omnium adorauit: & pannis inuol-
uit. [illegible], esparganosen, idest fascijs inuoluit, ne quis sommet laceros pannos, vt sit amodo in-

fans

fans hic liber ille inuolutus de quo Ezech. cap. 2. Cuius primū caput illud est, in principio erat verbū: vltimum autē, verbū caro factum est. Itaq; 9. decursis mensibus, nescio quo sermone dicā: dicā tū quomodo potuero. Quid enim si mens mea patitur tale aliquid quale regina Saba, quę videns sapientiam salomonis: domū quā ædificarat (o profundum paupertatis tuę dñe iesu) cibosq; mensæ regiæ (nempe fœnū) habitacula seruorum de quibus Daniel cap. 7. Ordines ministrantiū (animalia duo, an forte plura) vestesq; eorū, non habebat vltra spiritū. Tu autē quicunq; hæc legis: esto mecum: imo adesto igni ardēti in rubo, lapillo absciso de monte: sed interim solue calciamenta pedum tuorū: & videbis puerpuram: quę nec primam similem visa est nec habere sequentē: gaudia matris habens, cum virginitatis honore. Sed audi sequentia. Dicam enim quomodo potero quia euangelista dicit. Reclinauit eum in præsepio: cui cęlū sedes est. & omnia portat verbo omnipotentiæ suæ. Sed attonsus noster Sanson: opus habet reclinari ad colūnam: & paululum ibidem requiescere. Hinc igitur regina illa sapiens extasim passa est: videns verū pacificū reclinatum in throno illo quo nullus pulchrior, capatior: ornatior: ditior inuenietur in vniuersa terra. Confer igitur si placet foramen hoc aut diuersorium vbi veritas de terra orta est, cū domo quā ędificauit Salomon vxori suæ: certe quasi terram conferas cælo. Confer cū domo Neronis, de qua Plinius: quā cū perfecisset dixit, referente Suetonio, se iā quasi hominē habitare cœpisse: homo caro & non spiritus. Conferamus inquā diuersoriū hoc beatæ trinitatis quo militia cælestis exercitus conuolauit vt suum ducē inuiseret/cum tēplo illo græce magnificentiæ Dianæ dicatum Ephesi. In solo palustri illud fecere, ne terremotus sentiret, aut hiatus timeret. Rursus ne in lubrico fundamenta tantæ molis locarentur, ante calcatis ea substrauere carbonibus, deinde velleribus lanæ. Ducētis & 20. annis factum a tota Asia. Longitudo est. 425. pedum: latitudo, 220. columnę 127. a singulis regibus factæ sexaginta pedum altitudine, Ex his 36. Celatæ. Summa miracula epistilia tantę molis attolli potuisse. Templum hoc igne perijt. Conferamus tugurium nostri pastoris cū tēplo illo nominatissimo Pantheon. i. omnium Deorum cęlicum: terrestrium infernorū, marinorū. Latium, forensum, & ignotorū. Omnia illa perierūt cū sonitu: domus autē panis permanet in ęternū. ¶ Pręsepe illud Magos adduxit (quod nunc supponimus) pastores attraxit, & multorū desideria amicorum altissimi. Et enim apud te o Bethleem est fons vitæ. Ad te quicunq; venerit: vacuum pręsepe non inueniet: pulsabit: & aperietur ei: imo locus ille peruius est & hominibus & iumentis. Ibi est qui cum diues esset, pro nobis pauper factus est, adeo vt cum iumentis locum ex ęquo sortiretur. Ambro. hic. Meum ergo paupertas illius patrimonium est. Me illius infantię abluunt fletus: mea lachrymę illæ delicta lauerūt. Nam & ipse vulneratus est sicut & nos: qui debuit per omnia fratribus assimilari, vocem similem omnibus emisit plorans (interim concinentibus angelis) nutrit⁹ magnis curis. Nemo enim ex regibus aliud habuit initium. Plus igitur domine Iesu iniurijs tuis debeo, quod redemptus sum, q̃ operibus ꝑcreatus sum. Non prodesset nasci, nisi redimi profuisset. Itaq; cœlestī rore Deus areā rigaturus, totū vellus prius infudit. Redempturus humanum genus Deus, precium tātum ac tale contulit in Maria. Est igitur area diuersorium, vellus Maria, ros verbum caro, cōcha præsepiū illud toto orbe celeberrimū: lectulus nostri Salomonis de quo dicitur reclinauit eum in pręsepio: quia nō erat ei locus alius in toto diuersorio: adeo iumētis oppletū erat & hospitibus, volucribus cęli & vulpibus, vt vix haberet vbi caput reclinaret, siquidē orbis totus Cæsari cesserat vi & tyrannide eius cui⁹ vox est hęc omnia mihi tradita sunt, & cui volo do ea. Namq; & Abraam pater domini iuxta carnē, nec vestigiū pedis accepit in hoc mundo: vt eius inopia filij sui ditarentur. Miluis igitur, vulpibus & mulieribus quę habent alas apud Zachariam: quarum vox est, ascendam in cęlum, & assimilabor altissimo impartitur bona huius sæculi Sathanas: Cæterum pastor noster non habet vbi caput inclinet. Non ergo in ius vocabo nostram puerperam: quod granum vallatū lilijs quod gestabat in vtero pręsepio refuderit, quia reuera necessitate cogente id fecit: vt talē thesaurum in tam vili collocauerit loco (quando mana illud veteris legis honestissimo satis loco repositum est pręcepto Dei) quia non erat ei alius locus in diuersorio. Theophyl. Quare in pręsepio? Forte vt statim ab initio vitę frugalitatem nos doceret, & quia peregrinus futurus erat: in quo nec serpens vestigia impressit, nec ipse in mari vel aere, nec princeps mundi hui⁹ in eo suum aliquid inuenit. Reclinatum igitur Ioseph miratur vas illud admirabile, opus altissimi, astra autē matutina iubilant, stupent, tremunt, adorant, & vocibus obsequuntur. Cęterum Græce, non erat eis locus legitur, κ/τὴϛαστσες: idest & matri/& proli. Non erat locus aptus parturienti, quę solitudinē requirit de lege communi. Quam solitudinem? Nam reuera nox ista sicut dies illuminata est, sicut tenebre eius ita. &c. Tamen iuxta literā nō erat eis alius locus propter frequētiā illo aduētātiū hospitū. Domine audiui auditum tuum & timui: consideraui opera tua cælum & quicquid ambitu eius continetur: & expaui: reclinatum videns in medio duorū animaliū, pendentē inter duos nequā ¶ 70. In medio duorū animalium cognosceris. Augustinus Heliam & Mosen exponit, vel duos latrones. alius patrem & spiritū sanctum in baptismate. Hieronymus. In medio duorum temporū cognosceris. Possumus intelligere duo testamēta: item duos populos. qui in Esaia vocātur bos & asinus, & alibi duo Seraphim. Ibi ergo reclinato Athalante nostro, qui cęlum humeris sustinet, an verbo potentiæ suæ. **Pastores erāt in regione eadem vigilātes, & custodientes vigilias noctis super gregē suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circunfulsit illos & timuerunt timore magno.** Quod dicit vigilantes, Græce est ἀγραυλοῦντες: agraulūtes, i. in agris agentes. Est enim ἀγρὸϛ. i. agros/ager: αὐλὴ: aule/stabuliū: in septis enim noctu seruantur greges ob incursus luporū, verū ea septa in agris sunt. Erat non procul a Bethleem turris Ader. i. gregis, de qua Michæę quarto. Sic autem vocabatur: quod illic ob agros compascuos esset pecorum copia. Ibi igitur erant cum gregibus suis

pastores

Margin: 3. Re. 10. — Iudi. 16. — 2. Para. 9. — Suetoni⁹. — ps. 35. — Luc. 11. — 2. Cor. 8 — Ambrosi. — Hebr. 2. — Sap. 7. — Iudic. 6. — Matth. 8. — Matth. 4. — Actu. 7. — Zacha. 5. — Esai. 14. — Canti. 7. — Exo. 16. — Theoph. — Prouer. 30 — Ioann. 12. — Iob. 38. — ps. 138. — Habac. 3. — Augusti. — Hieron⁹. — Esai. 1. — G — H — K

pastores: & non sicut multi qui seposita ouium cura: frequentius terunt limina cæsarum: q̄ ecclesiarum sibi commissarum. Pelopidas Thebanorum princeps aduersus Cleombrotū qui Thebanos perdere volebat domo egrediens, lachrymante vxore atq; orante: vt se ipsum vellet saluum facere: hæc inquit o mulier oportet semper priuatis viris persuadere, non eis qui magistratus gerunt: vt alios saluos faciant: q̄d certe non facit qui mercenarius est, aut lupus in melota. Et hodie pastores ouiū christi, tertio quidem rogantur, an velut episcopari, verum dominus Iesus non id rogauit Petrum, cum gregi suo vellet præficere, sed Petre diligis me plus his? Nam reuera si id rogarentur quod Petrus, non semel tantum &c. 2. dicerent, non, sed tertio & vsq; centies, si verū loqui vellent. Sed de his viderint alij. Mihi enim qui ouis sum dicitur, Quid ad te? Tu me sequere. Stetit igitur angelus circa hos pastores/ Græce ἐπέστη αὐτοῖς, quod magis significat angelum imminuisse ex alto supra illos: q̄ astitisse illis. Erant enim pastores hi argi toti non pauli: qui etiam dormientes vigilabant, ne quos oues luporum paterentur incursus: circumeunt enim terram & momento totam perambulant tanq; leones rugientes, quærentes aliquē ioranū. Et claritas Dei circumfulsit illos: exorto sole qui latebat in nube leui iuxta Esaiam. Non enim erat lux illa solis: cum esset conticinium noctis medium, non lux lunæ, cum diē vinceret septempliciter, lumē adeo efficax & immensum: vt pastoribus non leuem timorē incuteret. Sed hunc timorē nō diu passus est angelus Gabriel insidere illorum animis/ vnde sequitur. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum. quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum & positum in præsepio. Patet ergo quod locus ille notissimus erat vnicus & communis: alioqui angelus aliquam particularem conditionē expressisset, quo præsepiū illud ab alijs distingueret/ vnde videtur per antonomasiam sic vocatum præsepiū quasi vnicū & notoriū & peruium omnibus illo declinare volentibus: Forte olim domus erat Isai patris Dauid. Aperiamus autē si possumus tanti ac tam inopinati gaudij causas. ¶ Quod erit inquit omni poplo. i. oibus populis, tribub⁹ & linguis. & omni natiōi quę sub cęlo est, imo ipsis angelicis exercitib⁹ sicut dicet. Sedebat olim Iob in sterquilinio lepra perfusus a vertice vsq; ad talos, qui prius pedes butyro lauabat. Radebat autem saniem defluentē testa: dicens interim (audiant hæc qui cōfidunt in diuitijs) Pereat dies in qua natus sum. Huic etiam concinit propheta Hieremias, an potius collachrymatur dicens Maledicta dies in qua natus sum: maledictus qui anuntiauit patri meo dicens: natus est tibi puer: & quasi gaudio lætificauit eū: & cętera quæ habes cap. 20. Vt quid talia loquitur tantus propheta sanctificatus in vtero matris suæ, ac proinde sine peccato a matre editus? Nempe duos legimus in scriptura diē natalis sui celebrasse, sed vtrūq; cum sanguine. Merito ergo viri sancti dies natiuitatis suæ maledicunt: & nocti in qua cōcepti sunt in peccatis iuxta Dauid, cum labore gestantur: cum dolore eduntur: nec raro vocantur Bennoni. i. filij doloris: interim pereunte opera & impensa. Gene. 35. Deinde (vt de hominibus illius sæculi loquar) omnium vna hæc vox erat: descēdā in infernū lugēs, quis. n. scit si spūs hois ascēdat sursū: & iumēti deorsū? At fructus hic de spū sctō cōcipit: vellus hoc sine dolore exprimitur, lapis iste sine manibus exciditur. Daniel. 2. Pastor iste bono oim nascitur, sine peccato nascitur. Ipse est agnus qui tollit peccatum mundi. Bene ergo dixit angelus, gaudium erit omni populo: imo nemo ab huius diei alacritate secernitur, sicut scriptum est. Sit hac secunda nocte vellus siccum: & omnis terra rore madēs. Prima nox illa est qua dictum est/ ecce concipies: ecce ancilla domini/ secunda nox ea est de qua nūc dicitur: natus est vobis saluator. Hæc autem mysteria noctu gesta sunt videlicet vellus infusum: & vellus expressum: quia incarnati verbi & nati mysteria quis enarrabit? Et notandū interim quomodo puer vix dum in lucem editus vocetur saluator: & christus dominus/ saluator: quia forti alligato, spolia eius diripuit: in sanguine testamenti sui eductis vinctis. Zacha. 9. Sicut in die Madian, forti electo foras, æterna redemptione inuenta: Christus: quia rex Iudæorum: sacerdos in æternum: altare nostrum & hostia, propitiatio & propitiatorium: & aduocatus iuxta Ioannem: Dominus: quia in principio per ipsum: qui est manus patris & sapiētia Deus pr̄ condidit oia, & sine ipso factum est nihil: quod factum est. Et hoc vobis signum. Bene signum ingerit angelus pastoribus Iudęi enim signa quærunt. Inuentus est Moses a parentibus expositus, in carecto fluminis in iuncea fiscella, elegantis formæ a fœmina filia Pharaonis: triū mēsiū infantulus, inuenietis & vos saluatorē nō vnius populi sicut Moses, sed totius mundi, positū in p̄sepio, vt impleret illud/ velut iumentū factus sum apud te: quia homo, & ego sēper tecū: quia deus. Quia homo cum in honore esset: comparatus est peccando iumentis: de quibus dicitur. Homines & iumēta saluabis dñe. ps. 35. De quibus rursus habes in Iona capite vltimo. Pro his igit̄ iumētis redimēdis saluator noster Christus dominus in præsepio reclinatur. & nostri similis factus est. Similem dixi: quia in similitudine carnis peccatricis venit ad nos: in veritate autē non peccator sed saluator christus dominus. Hoc vobis signum. Moses cum mitteretur a Deo vt populum eductū de Aegypto introduceret in terram fluentem lac: & ipse multa causatus, sępe detrectaret imperium: quid inquit habes in manu tua? Baculum inquit quo annis quadraginta oues ago. Vide inquit ne forte coluber sit, quē tu baculū credis Proijce inquit eum in terram. Quam primum igitur terram attigit virga omnipotentiæ altissimi / serpens apparuit: & qui rectus erat in manu Mosi: cadēs in terram in spiras circumuolutus: in angusto p̄sepio reclinatur. Serpens igitur iste tumidus violentusq; linguā in Mosen ipsum vibrans ceruicem ex aduerso tollit: & tamen iubetur Moses caudam eius apprehendere: cum ipse interim adornaret fugam. Cū igitur Moses demissa manu apprehendisset caudam, mox specie illa vltro remittente: baculus pristinam recepit formam. Hoc vobis signum. Virga est: serpens est: pannis obuolutus reclinatur. Iudæi serpentem

[Margin: Pelopidas. — Iob. 1. — 1. Petr. 5. — A — Esa. 19. — B — Iob. 29. — Gene. 40. — Marci. 6. — Pharao. — Herodes. — C — Eccles. 3. — Iudi. 6. — Iudic. 6. — Luc. 11. — Heb. 9. — 1. Ioan. 2. — D — 1. corinth. 1 — Exod. 2. — Moses. — ps. 72. — ps. 48 — Roman. 8. — Exod. 3. — Figura. — E]

tantum

tantum crediderunt, ideo fugiunt. Apprehendent tamen aliquando caudam eius, quia conuertentur ad vesperam, postquam intrauerit gentiũ plenitudo. Quando inquam serpens iste pristinã formam receperit: qui cum in forma Dei esset ecce baculum, formam serui induit. Phil. 2. Ecce colubrum in signum datum pastoribus. Hoc est signum de quo supra habitum est, dabit vobis dominus signum: ecce virgo. Et infra butyrum & mel comedet. Hieronymus, Non igitur mireris o domus Dauid ad rei nouitatem: si virgo pariat Deum hominemque, qui tantam habeat potestatem, vt multo post tempore nasciturus (nam a tẽpore huius prophetiæ vsque ad Christum anni effluxerunt. 700) te nunc liberet inuocatus. Ipse est qui visus est a Iacob, locutus Mosi: & Abrahæ &c. Dicam aliud mirabilius: ne eum putes in phantasmate nasciturum: cibis vtetur infantiæ, butyrum comedet & lac. Et licet multa post sæcula de eo dicat Lucas: proficiebat sapientia: & hoc dicatur, vt veritas humani corporis approbetur, tamen adhuc pannis inuolutus & butyro pastus ac melle, habebit boni & mali iudicium, Non quod hoc fecerit: aut reprobauerit: vel elegerit, sed quod sciret reprobare & eligere, vt per hæc verba noscamus: infantiam humani corporis diuinæ non præiudicasse sapientiæ. Elegit enim pastores & Magos: reprobauit Herodem, scribas & Pharisæos. Elegit quæ stulta sunt & ea quę non sunt: vt confundat eos qui super astra exaltant solium. **Et subito facta est cum angelo multitudo cęlestis exercitus: laudantium Deũ: & dicẽtium. Gloria in altissimis Deo & in terra pax hominibus bona voluntas.** Ita legit & Caietanus. Iste textus aliter legitur iuxta Græcos: ad hunc videlicet modum. δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη/ ἀνθρώποις εὐδοκία: doxa en hypsistis theo / che epi ges irene / anthropis eudocia: hoc est. Gloria in altissimis Deo: & in terra pax. hominibus bona voluntas, & legitur per appositionem. Pacẽ vocat reconciliationem: nam & Christus apud Paulum pax dicitur, & reconciliatio apud Ioannem. Itaque percontanti alicui: vnde ista pax o angeli quam cum columba illa terræ annuntiauit? Respondent angeli. Non reuera ex operibus iustitię quæ fecit humanum genus, quę sunt velut pãnus martyriorum, sed pax hæc amor est Dei erga homines: Cęterum interpres nominatiuum appositiuum vertit in genitiuum, sicut dicimus vrbem Romæ pro vrbe Roma. Itaque bonæ voluntatis non refertur ad hoĩes, sed ad pacem: in terra pax, in hominibus bona volũtas. Ita dicit Theoph. Pax est filius Dei. Hęc in terra facta est, & in hominibus bona voluntas, seu beneplacitum, hoc est refocillatio Dei. Refocillatus est enim Deus nunc & bene habitus est hominibus, quemadmodũ prius quidem non sibi complacuit, nec bonum affectum habuit in hominibus Dixit enim aliquando, poenitet me fecisse eos. Nunc vero natura humana adeo reconciliata est, vt & vnita sit illi incarnato. ¶ Pro tanto igitur beneficio in nos collato gloria in altissimis Deo. Bene autem angelorum nominantur exercitus, qui ducem militiæ cęlestis sequebantur: qui cum bestijs erat: & angeli ei obsequebantur, Origenes super lucã. Quomodo scriptum est quod quidam remis mare sulcantes: aduersus contrarios ventos/iam fessi erant: &. 20. siue. 30. stadijs laborantes, portũ tenere non poterant: & postea dominus venit & mare sedauit, & ad portum eos deduxit, sic intellige quoniam angeli quidem volebant hominibus auxiliari, omnes enim sunt administratorij spiritus. Videbant autem multo inferiorem esse suam medicinam: quam illorum cura poscebat. Vide ergo mihi vrbem in qua ęgrotent plurimi: & medicorum frequens adhibeatur manus, sint diuersa vulnera: cotidie in emortuam carnẽ serpens putredo penetret (Esaiæ primo) & tamen medici qui adhibiti sunt ad curandum, nequeant alia vltra adhibere medicamina: & artis suæ scientiam magnitudinem mali vincere: adueniat interim aliquis archiatros qui habeat summam in arte peritiam, & illi qui prius sanare nequierãt cernẽtes magistri manus nullã plagã effugere: putredines cessare vulnerũ: non inuideant: non liuore crucientur, sed in laudes erumpant archiatri. i. principis medicorum & prędicẽt Deũ qui & sibi & ęgrotantibus tantæ scientię hominem miserit, dicant quod gloria in altissimis Deo, & in terra pax. Gregorius. In ortu regis nequaquam pro magno offerrent hominibus angeli pacis gaudia: si discordiam non haberent. Positi enim sunt cherubim cum gladio versatili ad custodiam ligni vitę, expulso homine, dicitur autem gladius versatilis iuxta litteram: quia distomos erat, idest duo haberet ora, qui flammas euomere videbatur tantus erat splendor. Atque eo aspectu exterrebat adeuntes: pauoremque horribilẽ inijciebat, Cęterum vera pax (est enim pax peccatorum) illa est, a Dei voluntate nunquam se iungi. Id tamen videtur difficillimum, dicente apostolo: velle adiacet mihi, perficere non possum, omnia tamen possum in eo qui me confortat. Non possumus autẽ; quia in medio Scorpionum habitamus, qui pacem prędicant/dentibus mordent, Michęę. 3. Aculeis pũgunt, Annibal aliquando accersitus carthaginem, vt labenti reipublicæ subueniret, ostendit senatui nullam spem in armis vlterius esse ponendam: suasitque: vt post positis cæteris rebus, mitterent ad imperatorẽ Romanum, qui quacunque ratione possent: de pace agerent. Igitur missi decem legati: cum pacis conditiones cartaginem retulissent: ferunt Gisconem quendam paci aduersantem/sententiam dixisse de renouando bello aduersus Romanos: (dulce enim bellum inexpertis) Quę cum a multis audirẽtur: indignatus Annibal eo tempore ab imperitis talia iactari: dicẽtem adhuc hominem ex superiore loco deturbauit. Turbatis vero ijs qui consilio intererant: suggestum ascendẽs: Neminem inquit indignari oportere: si is qui a prima pueritia a cartagine profectus in bello & armis ætatem egisset/vrbanas consuetudines ignoraret: & hac ratione audatię suę consuluit, ignorantiã prætendens, Fuerunt autem conditiones pacis admodum duræ, sed prę[t]er cætera cartaginenses annuum stipendium Romanis vsque ad certum tempus soluere tenebantur. Cum venisset dies in quo prima pensio conferenda Romanis erat & ingemiscerent omnes ad vocẽ tributi: ferunt Annibalem commotum inutili lamentatione poenorum sero sapientium, risum effudisse, qui increpitus quod in communi totius ciuitatis mestitia tam effuse lætaretur, respondit, non lętantis hominis illum esse risum; sed eorum inutiles lachry

ma

Marginal notes: ps. 58. — Hierony. — Esaię. 7. — Luce. 2. — 1. corin. 1. — G — Titum. 2. — Esai. 64. — Theophi. — Genesi. 6. — Marci. 6. — Ioan. 6. — H — Hebræ. 1. — Gregori? — Gene. 3 — I — ps. 72. — Roma. 7. — Phil. 4. — Ezech. 2. — Plutarch? — K

mas deridentis, quæ eo tempore in leuiore malo quod cuiusq; priuati ciuis pecuniam tãgeret potius manarent, quam antea cum Romani classes & amplissimarum victoriarum signa carthaginensibus detrahebant: victisq; imponebant leges. Vnde dominus potius alteram maxillam para, q̃ malum malo me diceris, q̃ pacem turbes: pallium dimitte tollenti &c. Matth. 5.

¶ Caput octauum, De pastoribus euntibus festinanter in Bethleem. Et de circuncisione domini nostri Iesu christi.

A

ET factum est: vt discesserunt angeli ab eis in cęlum: pastores loquebãtur inter sese. Trãseamus iam vsq; Bethleem, & videamus hoc verbū quod factum est, quod fecit dominus, & notum fecit nobis εννοήσεν καὶ φησιν Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in pręsepio. Ambro. Nemo quidem cū desidia sequitur Christum: & si sequitur, non consequetur: exultauit enim vt gigas ad currendam viam, quando etiam Petrus qui dominum plus cæteris diligebat, a longe tamen sequebatur, corpore aggrauante animam. Quis enim sic percurrit viam mandatorum Dei, vt non aliquando mugiat pro reclusis vitulis, etiam si semel pastus. 40. dies & noctes currat versus montem Dei Oreb? Verum si Moses festinat vt videat visionem illam magnam: vmbram videlicet non ipsam imaginem tantæ rei: licet iuxta litteram non vmbra esset sed lux magna quæ totum illustrabat montem: nemo mirabitur pastores istos homines alioqui agrestes festinare nō ad typum, sed ad ipsam veritatem contuendam. Interest autem, quia Moses curiosus & sapiens sapientia sæculi, arcetur a visione rubi, isti homines simplices & incuriosi inuitantur ad partum virginis. Gregor. Inter homines perfectus homo factus est vnicus Dei filius, qui sua peccata non habuit, sed spinas nostræ nequitiæ suscepit: & in semetipso ignem tribulationis pertulit. Sed arsit: & non arsit, quia ex humanitate est mortuus: passus caumata algorem famem & sitim, sed ex diuinitate semper id quod est mansit: & hęc est visio magna, quæ creditur quidem, nunq̃ autem explicatur: nunq̃ explicabitur, nisi cum venerit quod perfectum est: & viderimus hanc visionem facie ad faciem. Veniunt ergo festini: rhenonibus abiectis: & inuenerunt multo amplius q̃ requirebant. Infantem quærebant, inuenerunt & cum eo parentē quæ vbere de cælo pleno lactabat eum qui coruos pascit clamantes ad se. Inuenerunt arcãm de lignis sethimique cariem non sentiunt, optam auro intus & foris: cuius artifex: habitator & sanctificator Deus est, qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Et quod eius tabernaculum? in sole posuit tab. suum & ipse tanq̃ sponsus procedens de thalamo suo. Ergo & ipsa est thalamus Christi. Sed tamen (quod negare nefas sit) tabernaculum virginis diuersorium est: vbi hodie stabulatur fabricator cęlorum, ꝓpter homines nos qui quasi iumenta computruimus in stercore nostro. Inuenerunt igitur pastores vas plenū cęlesti manna te positum in arca æterni testamenti, ouirilini capacissima: & quę terram in puncto tantum contingit, est enim gratia plena, est & quadrata iuxta litteram quia fundamenta eius sunt prudentia: fortitudo temperantia & iustitia. Mariam igitur inuenerunt, stellam matutinam: lunam plenam: amictam sole: circumamictam varietatibus: quę gremio suo continet cælum terramq; regentem, verum pastores infantem reclinatum reperiunt inter iumenta, quia bonum illud commune erat: iumentis enim natus est iumentis datus & inter iumenta conuersatus: pro eis tandem mortuus est, de quibus dictum est Petro inter orandum, occide Petre & manduca &c.

Ps. 18. Math. 26. Sapien. 9. 1. Reg. 6. 3. Reg. 19. Exod. 3. Gregor. 1. corin. 13. Ps. 146. Exod. 25. Ecclesi. 24. Ps. 18. Ioel. 1. Heb. 9. Actu. 10.

B

C

Videntes autem, cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt & de his quę dicta erant a pastoribus ad ipsos. Nihil officit: si quis legis Dei studiosus philosophetur de nomine verbi de quo paulo superius dixit, videamus hoc verbum: & nunc rursus cognouerunt de verbo, modo sciat iuxta idioma Hebrgorum verbum dici rem nouam, quæ rumore diuulgetur. De hoc vide Esaiæ. 59. Ibi: Non fuit verbum. Ite Matthæi. cap. 28. Ibi: & diuulgatum est verbum istud. Venerunt ergo & viderunt quod multi iusti viderunt sed a longe satis: isti & tenuerunt inter vlnas, & deosculati sunt, & admirati sunt diuinam quandam maiestatem in infantilibus membris: quia reuera totus erat desiderabilis: a planta pedis vsq; ad verticem non erat in eo nęuus vel aliquid huiusmodi. Denique propius intuentes & clara luce cognouerunt sub colubri forma/post carnis retia: post parietem nostrum latitare Deum abscōditū, & omnia concinere verbis angelicis/ cognouerunt illum esse Christum dominum: saluatorem populi sui: de quo dicitur: salutare tuum expectabo domine: Non salutem Mosi: non Iosue: non Samsonis & cæterorum siue iudicum siue regum Israel: maledictus enim homo qui cōfidit in homine, sed tuum de quo scriptum est: prope est vt veniat tempus: miserebitur enim Deus Iacob & Israel saluabitur. Et illud Osee. 1. Saluabo eos in domino Deo suo. Et sequitur. Et non saluabo eos in arcu & gladio & in bello & in equis & equitibus. His enim impedimentis bellicis salus quę acquiritur temporalis est. Dicit autem quod eos saluet in Deo ipsorum, id est pater in filio vel per filium: qui brachium est patris. Iuxta litteram saluati sunt non in arcu &c. quia angelus vna nocte occidit ex exercitu Senacherib. 185000. Iuxta mysticum sensum dominus Christus non armis sed patientia vicit nostrum aduersarium. Hoc igitur spiritu sancto reuelante cognouerunt pastores isti venerabiles & religiosi: Qui non sunt offensi paupertate loci: tenuitate puerperæ: presentia venerabilis Ioseph viri iuxta cor Dei/ fabri alias, non vagitus pueli audientes, qui reuera non Christum dominū: non saluatorem mundi, sed hominem tantummodo testabantur, & communi hominum lege conceptum & in lucem editum. Sed istis non caro & sanguis reuelauerat mysterium incarnati verbi, sed pater cęlestis &c. Cæterum Græce non est videntes cognouerunt, sed

Luc. 10. Cantic. 2. Gene. 49. Hiere. 17. Esai. 14. Hierony. Esay. 37. Matth. 16.

D

E

Monstes de/diegnorisan. ἰδόντες δὲ ἐγνώρισαν περὶ vbi vidissent notum fecerunt, siue diuulgauerunt, vt intelligam⁹ illos/quod viderãt alijs qui nõ viderãt prędicasse, & hi sunt primi pręcones christianę veritatis, qui nihil nouerant ex se comminisci, aut supponere falsa pro veris, sed quod audierant ab angelo, quod viderant, quod contrectauerunt de verbo vitę: id alijs bona fide euangelizabant, quomodo tenuerunt, complexati sunt: & oscula tenero infanti simul cũ lachrymis impresserunt: dicentes interim, speciosus quidẽ es forma pręfilijs hominũ, sed absq; eo quod intrinsecus latet. Denique (vnda. n. excipit vndam) inuenit pastorum vox apud multos fidem admirantes & de his, idest de his quæ audierant relatione pastorum. Et isti quidem admirati sunt, tamen quia non tetigerat Deus corda eorum, non venerunt vt viderent cũ pastoribus. currebant alias Petrus cum Ioanne: & viderunt sepulchrum vacuum nec tamen crediderunt. Pastores autem audierunt primum angelum, quia fides ex auditu est, venerunt operando, viderunt tenuerunt contemplando, & reuersi sunt in pascua sua, vbi pastor cubat in meridie. F

Ps. 44. Cantic. 4. 1. Pe. 10. Ioan. 20. Rom. 10.

Ipsa vero Maria conseruabat omnia verba hęc conferẽs in corde suo. Et reuersi sũt pastores glorificantes & laudantes Deum in omnibus quę audierant & viderant: sicut dictum est ad illos. Est igitur Maria arca testamenti in qua seruantur tabulæ nouum videlicet & vetus testamentum: sed tempus tacendi, & tempus loquendi. Mala aurea in lectis argenteis: qui loquitur verbum in tempore suo. Ex ore autem fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tẽpore suo. Ecclesi. 20. Cæterum quoniam iuxta legem animalia illa immunda censentur, quæ vnguem nõ findunt, & ruminant, sed mox deuorata in secessum mittunt: Maria prudentissima audiebat quid angeli cecinerint apud pastores, quid pastores colloquerẽtur viso & adorato puello, quid iactaretur in vulgus ab ijs qui audierunt pastores referentes de verbo vitæ: & conseruabat apud sese conferens cũ his quę audierat ex ore angeli Gabrielis, ex ore Elisabet: quæq; legerat in prophetis de hoc diuino mysterio, quæ omnia nec vnguem quidem transuersum discordabant abinuicem. Conferebat ergo omnia in corde quod est contemplantis & admirantis diuinam & inscrutabilem in factis ipsius Dei sapientiam. Confert igitur mysteria mysterijs, matrem se gloriatur, sed virgo permansit. Puer reclinatur in præsepio, sed angelorum obsequitur eidem exercitus, nox medium tenebat silentium, sed nox sicut dies illuminatur. Igitur si Maria arca testamenti a pastoribus discit quæ nesciebat, & tacet: anteq; apostolus dicat: Mulierem in ecclesia docere non permitto: nos non erubescamus a sacerdotibus discere: quod nescimus. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum denique o adolescens loquere in tua causa vix cum necesse fuerit: & in multis esto quasi inscius. Stultus enim si tacuerit sapiens reputabitur: adeo silentium vicinum est sapientiæ. Cum enim in symposio philosophorum omnes colloquerẽtur inter epulandum, vnus qui inter cæteros tacebat, rogatus cur solus taceret: num propter ignorantiam? Respondit, nemo stultus tacere potest, & si tacet sapiens reputabitur. Reuersi sunt igitur pastores iuxta illud, ibant & reuertebantur tanq; fulgura/reuertuntur a visione Rachelis ad pastum ouium, a tertio cęlo: ad stadium &c. Isti sunt angeli terentes scalam Iacob, nunc Mariæ nunc Marthæ ministeria implentes. Luc. 10. Interest autem, quod angeli apud nos non diu consistunt, sed in similitudinem fulgurum reuertũtur illo vnde descenderunt. Gene. 28. Pastores autem vix horam vnam peregerunt apud paruulum verbum caro factum: & statim in similitudinem fulgurum reuertuntur ad oues, quia angeli sunt comprehẽsores: pastores adhuc per speculum. &c.

Hebr. 9. Eccle. 3. Leui. 11. Faber. G Sapien. 11. Ambrosi. 1 corin. 14. Eccle. 32. Prouer. 17. H 1. corin. 13.

Et postq; impleti sunt dies octo vt circuncideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo prius q; in vtero conciperetur. Ab octauo ergo die christus legem seruare cœpit. Dixit Manichæus in phantasmate Christum apparuisse, Apollinaris quod corpus Christi fuerit consubstantiale diuinitati, Photinus quod christus corpus cœleste attulerit, quorum quia impudens est mendatium, audiamus potius Lucam dicentem, circuncisus est puer, non in phantasmate, non in cœlesti corpore, non in diuino, sed in carne: est enim os nostrum & caro quia verbum caro factum est. Cæterum si iuxta apostolum lex propter trãsgressores posita est: donec veniret qui ablato iugo grauissimo leue imponeret, quid est. Impleti sunt dies octo? Lex transgressorem ligat, ferentem legem non ligat: iusto enim lex non est imposita. Num vero timendum fuit animæ illi beatissimę, quæ q; primum creata est, fruitione diuina repletur: vt nisi octauo die circunciderettur caro eius: periret de populis suis, quia videlicet irritum fecit mandatũ Dei? Quis adeo demens est, vt sic desipiscat? Sed audi apostolum. Et si peccatum non fecit, si peccare non potuit, si ipse est qui tollit peccatum mundi, reuera tamen ferebat similitudinem carnis peccatricis, pellibus enim duorum hædorum manus & colli nuda tegebat. Non erat Esau prophanus (absit) tamen pelles illæ (Abraã Isaac Raab Ruth Bethsabee) admodum similem eum fecerãt ipsi Esau peccatori, ita vt pater suus (sed cęcus erat) diceret, manus & collum Esau sunt. In hac igitur similitudine in his pelliculis gladius ille qui olĩ collocatus fuerat ad fores paradisi: qui sæuierat in ariete hærente inter vepres vulnus inflixit. Genesi. 22. Vt sic solueret quæ non rapuerat, sic eos qui erant sub lege redimeret. Gal. 4. Et eximeret a lege circuncisionis de qua habes. Gene. 17. Circuncidetur ex vobis omne masculinum. Masculus cuius caro circuncisa non fuerit, peribit de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram: & benedicam ei &c. Vide ergo principio omnium quemadmodum Abraam transiturus a Leua in dexteram (99. enim annorum iubetur circuncidi) veterem hominem iubetur deponere cum actibus suis, qui nomine pelliculæ illius (minus necessarię ad esse hominis) intelligitur. Nec potuit augeri tantus patriarcha: & numerare stellas pro filijs, nisi & nomen mutaret augmento vnius litterulę: cum nomini vxoris suæ vna sit littera subtracta. Vt intelligatur id quod dicit apostolus, cum infirmor iuxta carnem, spiritu sio robustior. Reuera autem vterq; auctus est in nomine: quia ille vocabatur Abrã, &

Hęretici. Gene. 37. 25. q. 1. ideo de conse. dist. 4. ca. Proprie. I. Timo. 1. Genesi. 17. Rom. 8. Gene. 27. Gene. 3. Ps. 68. Numer. Collos. 3. K 2. corin. 12.

modo

modo vocatur Abraam, nomine videlicet conflato ex tribus, ex Ab/pater/ha mō/multitudo: Ram/ excelsus: dempta vltima de ha mon syllaba: fit Abraam.i. pater multitudinis excelsus. Veruntamen iuxta veritatem vna tantum litera videlicet he (& est secunda nominis Dei ineffabilis quæ per. A. legitur iuxta idioma Hebręum) addita est nomini Abrae, sic cōtinetur in nomine eius triplex Aleph, quia ipse est pater Iudæorum iuxta carnem pater gentium per fidem, pater domini Iesu iuxta carnem & secundum spiritum. Qui enim fecerit voluntatem patris mei: ipse meus frater, soror & mater &c. Saræ nomini ablata est Iod, & loco eius adiunctum haim. Namquoniam Abraham perdidit in carne: creuit in nomine

A & nominis significatione. Sara quando nihil perdidit in carne: mutato nomine, creuit in nominis significatione. Cæterum dominus Iesus quoniam nomen non habebat (quod enim nomen filij eius si nosti? Nam si Salomon id ignorauit qui sapientia præcessit omnes quis nouit?) nomen accepit iuxta quod verbum caro factum est, quod est super omne nomen, quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed & in futuro, nomen cui flectitur omne genu Monarchiæ triplicis. Dixit autem & Esaias. Vocabitur nomen eius Emanuel, admirabilis. Consiliarius. Deus. Fortis. Pater futuri seculi, princeps pacis. Et iuxta.70. magni consilij angelus. Adde quod inter latrones pendens vocatus est Iesus Nazarenus rex Iudęorum/hodie postq̄ circuncisus est, vocatur Iesus. Hęc nunc compendio dicta sunt, post latius explicanda. Reddenda enim est nobis aliqualis ratio de mysterio circuncisionis. Origenes super epist. Ad Romanos. Dicit Petrus quod non corruptibilibus redempti sumus/auro vel argento, sed precioso sanguine eius qui hodie circunciditur, cuius liuore sanati sumus: si ergo pretio empti sumus: ab aliquo empti sumus, cui nos vendideramus precio iniquitatum nostrarum, cuius eramus serui, qui & precium poposcit quod voluit,

B vt de potestate dimittat quos iure tenebat, dicēte domino, qui facit peccatum seruus est peccati. Tenebat autem nos satanas iusti Dei minister (tradidit eum tortoribus) reos suppliciorum, obstrictos chyrographo peccatorum. Poposcit ergo precium sanguinem Christi. Veruntamen donec domini Iesu sanguis daretur, qui tam preciosus fuit: vt solus pro omnium redemptione sufficeret, necessarium fuit eos qui instruebantur in lege vnumquenq; pro se velut ad imitationem quandam futurę redemptionis sanguinem suum dare. Quod quia Moses in filio non obseruabat, pene ad mortem periclitatus est. Dicunt autē quidam iuxta litteram, ideo dominum vel angelū iratū Mosi: quod cum mitteretur educturus populum Israel de Aegypto ipse vxorem & filios secum afferret in Aegyptum, ideo transmisit statim charissima pignora ad socerum. Potest dici vtraq; de causa iratum angelum &c. Circuncidit igitur Sephora filiū cū acutissima petra: petra autem Christus est qui Iudęos circūcidebat: & ipse hodie patitur legem quam tulit: & nescio quid inde gladius auferre potuit, quod totum erat sanctum quod ex virgine natum est. Et propterea nos pro quibus complecum est precium sanguinis Christi: non necesse habemus pro nobis ipsis precium.i. sanguinem circuncisionis offerre, imo si circūcidamini, Christus vobis nihil proderit, sicut

C alias expositum est, sed mandatur nobis spiritualis circuncisio. Sicut ergo multa fuerunt necessaria baptismata ante Christi baptisma: & multę purificationes: anteq̄ spiritus sanctus diffunderetur in cordibus nostris: & multæ hostię: anteq̄ verus Dauid leuatis in cruce manibus fieret pro nobis sacrificium vespertinum, ita etiam multis circuncisionibus opus fuit: vsquequo per vnius sanguinem qui peccatum non fecit omnium fieret redemptio. Cam quidem quę præciditur illa est de qua Paulus, caro & sanguis regnū Dei non possidebunt, & hanc iubetur Abraam abijcere, transiturus vt dixi a leua in dexteram. Nec illud videtur pręteremittendum q̄ prima die anni hoc est octaua a natiuitate puer iubetur circuncidi. Septenarius ad legem pertinet sicut patet in multis locis scripturæ, octonarius ad euangelium: in die enim octaua dominus resurrexit. Spiritus sanctus descēdit & resurrectio omnium dicitur a multis futura. Hoc est ergo quod dicimus, qui in septem diebus pręsentis vite non fuerit circuncisus spiritualiter p custodiā decem verborum decalogi: ad octauam ęternę beatitudinis peruenire non potest. Beati enim qui persecuti.p ati. propter iustitiam. Sane circūcisio in Abraā & in Christo, in Baptista: in Hieremia ociosa fuit quantum ad rem, nihil enim abstulit præter carnis particulam: vtrum autem contulerit aliquid Abraæ

D iam iustificato per fidem. Gene.15. Hieremię sanctificato in vtero: similiter & baptistæ spiritu sancto repleto in vtero viderint alij qui multa de hoc dicunt de quibus ipsi viderint. Cæterum dominus Iesus iusus est non iustificatus: sanctus non sanctificatus. Requirendum tamen est: cum circuncisio præcepta sit cum interminatione mortis animæ: quare annis quadraginta non sunt circuncisi filij Israel in deserto: sicut patet Iosue.5. Hieronymus super epist. ad Galath. Quia ex semine Abrae erat Christus oriundus: in quo vniuersarum gentium fuerat benedictio repromissa, & ab Abraam vsq; ad Christum erant multa sæcula transitura, prouidens Deus ne soboles dicti Abraæ cæteris nationibus misceretur: & paulatim familia eius fieret in certa: gregem Israeliticum circuncisionis cauterio denotauit, vt viuentes inter Aegyptios: inter Assyrios Babylonios atq; Chaldęos, hoc signaculo distinguerentur. Denię per quadraginta annos in deserto nullus est circuncisus: soli quippe sine gentis aliculus admixtione viuebant. Statim autem vt Iordanis ripam transgressus est populus, & in palestinę terram Iudæum se examen effudit, circuncisio necessaria fuit, & futuro ex commixtione gentium prouidit errori. Nunc autem quid distinguat

E circuncisio non video, cum ecclesia ex omni natione congregetur quę sub cælo est. Vnde Iudęi gentibus commixti, loco a rege ad ędificandum gymnasiū impetrato, & constructo, in quo cum postea exercerentur, nequid a Græcis viderentur differre, verenda summo studio traxere: vt facerent sibi arte pręputia, semel iam circuncisi.1. Macha.1. Nec illud pręteremittendum, quod circuncisio solis viris demandatur: quia per illos generationes computantur. Matth.1. ideo in fœminis superflua erat. De circuncisione vide lib. 6. cap.12. versus finem. Item lib.1. Macha. cap.1. quomodo mulieres; & viri circuncidebant filios suos. Itē 2. Macha.

Math.12. Prouer.30. Ephe.1. Phil.2. Esa.7.& 9. Math.27. 1.Pet.1. Esai.53. 1.corin.6. Esai.50. Ioan.8. Math.18. 1.Pet.1. Exo.4. 1.corin.10. Gal.5. ps.140. 1.corin.15. Math.5. Gene.22. Apoca.7. Sabellic9.

2. Mach. cap. 6. quia multi rogant, quis Christum circunciderit. Potest concedi simpliciter quod parentes vel parentum affines. Qui aliter docent non habent vnde probēt, Dicamus & illud. Quid est quod inter tot & tantas rerum vices ac permutationes, regnorum, prouinciarum & nationum: primum tandem anni diem dominus suo sanguine sanctificauit? Nam Archades annos habebāt trimestres: Acarnanes autem semestres, Græci aliquando mensium. 10. Item & Romani, Deinde Numa adiecit menses duos videlicet Ianuarium & Februarium, dies vero. 354. Tandem Iulius Cæsar annum reduxit ad dies, 365. & mēses duodecim. Ita prima die anni puer circunciditur. Quid est quod dicimus? Paruulus hic pauper est, cū esset diues: celans quis esset, quid nosset, quid posset. Itaq; cum sit paruulus donat ecclesię sicut pauper & paruulus strenas more principum huius sæculi, dicens interim: & si parua sint ista: adijciam multo maiora: argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo: hoc vobis libenter dono. Actu. 3. C. Caligula filia nata, paupertatem mentitus nec iam imperatoria modo, sed & patris conquerens onera, collationes in alimoniam atq; dotem puellæ recepit. Edixit & strenas ineunte anno se recepturum, stetitq; in vestibulo ædium calendis Ianuarij ad captandas stipes, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis generis turba fundebat. Nouissime contrectandæ pecuniæ cupidine incensus, sępe super immensos aureorum aceruos patentissimo diffusos loco: & nudis pedibus spaciabatur tātus Cæsar tantus nebulo & toto corpore aliquando volutatus est. Dominus Iesus vnum vt ita dicam aureum donat ecclesię præputium carnis suæ, maiora daturus cum per tempus licuerit, & abundantius q̄ petimus aut intelligimus.

2. corin. 8. / 2. ꝑ. 12. / C. Caligula.

De nomine domini dicimus iuxta Origenem super numeros, quod dicitur ineffabile, non quod sensibilibus verbis exprimi non possit, sed quia sensu & intellectu creaturæ significatum eius diffiniri non poterat. Hoc nomen apud Hebræos quatuor litteris scribitur vnde vocatur nomen tetragrammatō, quod nil aliud sonat q̄ quatuor litterarum, quemadmodum hoc nomen Deus quatuor scribitur litteris, & Gręce hoc nomen Θεός. i. Deus. Litterę Hebraicæ sunt Iod, he, vau, he. Porro si loco de vau scribatur alterum Iod, ad hūc modū IHIH, significat, erit: & ipsum est nomen Dei ineffabile, videlicet erit qui erit, licet Exod. 3. Legatur eheieh aser eheieh, i. ero qui ero. Et arbitror dicit vnus doctor quod olim loco eius quod nunc est vau, fuisset Iod: facilisq; est a Iod ad vau transitus, propter maximam affinitatem. Obserua tamen quod in hoc nomine Iehoua sūt omnes vocales: Sicut patet. Vocatur ergo ineffabile, quia omnem in se vocalitatem complicat. Cæterum nomen ipsum tetra vel quadri litterū prout inuenitur nunc scriptum videlicet cum Iod he va he, subiectis punctis legitur Iehouah, quod nescio an aliquid significet sed ponendo loco de vau alterum Iod, sonat vt dixi, erit, Nomen videlicet quo seipsam diuinitas appellauit ab essendo. Est enim verbū hoc tempus futurum verbi substantiui, cuius prima vox est, Haiah, hoc est fuit, cui in futuro tertiæ personæ additur Iod, fitq; ihih: idest erit, & ipsum est nomen quatuor litterarum vt diximus, vna littera mutata in alteram, quæ ei valde assimilatur, videlicet vau in Iod. Sciendū præterea q̄ vltimum ornamentum sacerdotale nomē Dei est ineffabile, in lamina videlicet exaratum aurea fronti pontificis in modum coronæ circūposita. Iuxta Bedam autem quatuor litterę nominis Dei sic explicantur, He, interpretatur iste. Iod principium, he passionis, vau, vitæ: vt sit sensus. Iste principium passionis vitę. Quia christus Iesus qui hodie vocatur Iesus. i. Saluator: est principiū per passionē suā reparādæ nobis vitæ: quam in Adam amisimus, & huic vitæ reparandæ hodie principium dedit, nam eiuers liuore eius sanati sumus. Sequitur Matth. 2.

Origenes. / Ephe. 3. / Beda. / Exo. 28 / Esai. 53.

¶ Caput nonum. De stella ducente Magos vsq; ad locum vbi puer erat deq; tribus oblatis muneribus &c.

Matth. 2.

CVm ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudeę in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam dicentes. Vbi est qui natus est rex Iudęorum? Vidimus enim stellam eius in oriente: & venimus vt adoremus eum. August. Dum igitur Dei maiestas post susceptam circuncisionis iniuriam, vt nihil differret a seruis cum esset dominus omnium: stabularet pendens ad vbera: & vilium pateretur inuolumenta pannorum: repente nouum de cælo sidus effulsit, quod noctem in diem conuerteret: & facile intuentium oculos animosq; post se traheret, sed qui serui susceperat formam. Bethleem elegit natiuitati: Hierosolymam passioni, quę omnibus parabatur. Vides igitur luce clarius lapidē illum præcisum sine manibus, iam sensim succrescere: & fieri montem, lapidem inquā illum angularē electum probatum a Deo, reprobatū a suis, prælato ei insigni latrone homicida, seditioso, amō fieri caput anguli, vt qui primum Iudæos vocauerit pastores, nunc attrahat & gentes quasi magnes lapis. Et quidem Iudęi pastores de propinquo vocantur, apud quos religio: & Dei cultus vigebat. At gentes quę iuxta apostolum erant sine Deo (multa tamen colebant portenta) sine testamento sine promissionibus, sine spe: vtpote qui in regione longinqua porcos pascebant, hi de longe vocantur. Ad hos igitur loquitur Paulus: Qui eratis longe facti estis prope. Quo mediatore? sanguine Christi, qui ante dies. 5. effusus est sanguine enim pecudum aboleri peccata, & reconciliari Deo, impossibile. Salomon in dedicatione templi immolauit ouium centum viginti milia. Boum vero. 22. milia. Num tantus sanguis effusus attraxit vnum aliquem ex gentibus ad cultum Iudęorum? Bona verba. Ipsi Iudæorum primores circumeūtes mare & aridam vix vnum proselytum creabant: ipsi Iudæorum principes manus Mosi grauissimas (cū alioqui vir mitissimus esset, Nume. 12.) Portare non poterāt: quomodo ergo sanguis boum & ouium effusus multus licet, ad legem Mosi attraheret gentes? Facti ergo sumus prope in sanguine Christi, Cœpit enim

Augusti. / Galath. 4. / Daniel. 2. / Esai. 28. / ps. 117. / Luce. 15. / Ephes. 2. / 3 reg. 8. / Matth. 23. / Exo. 17. / Math. 23.

granum

granum illud sinapis vim suam paulatim diffundere, & cœperunt adolescentulæ in odorē eius currere. Matth. 13.
Canti. 1. Quo? Ad cubitū nempe illum in quo consūmatur arca, cuius longitudo. 300. cubitorū latitudo Genes. 6.
50. cubitorū altitudo vero. 30. Et in tam vasta arca in qua. 70. sunt reginæ, octoginta concubinæ, adole- Cantic. 6.
scentulæ sine numero, vna tm̄ est fenestra, & hæc in latere ex quo fluxit aqua cū sanguine. Ioan. 19. Per Genes. 6.
quem facti sumus prope. Longitudo ad credentes refertur: propter fidem trinitatis. & hi sunt trecentum.
Latitudo ad bene operantes propter iubilæum. i. peccatorum remissionē: & hi pauciores sunt videlicet.
50. altitudo ad perseuerantes, & hi sexta pars sunt de trecentis, multi enim facti sunt prope in sanguine
Christi, pauci vero electi. Verum arca in cubito consummatur, vnus est enim mediator Dei & hominū 1. Timo. 2.
de quo nunc dicitur: cū natus esset Iesus. August. In multis carnalibus hominibus (ipsi sunt arena nume-
A ro: & hæc sine calce) ecclesia lata est, quia lata est via quam terūt: recta enim pergere vno tantummodo
contingit, aberrare plurifariā, in paucis autē spiritualibus angusta. Et quia ad vnū hominem qui sine pec
cato est colligitur, quasi in vno cubito consummatur. Virum enim vnum de mille reperi, in quo serpens Ecclesi. 7.
nullum impressit vestigium. Videmus multos in ecclesia lasciuire: rixari: rapere: sed quia hos ecclesia tole
rat, vt conuertantur; quasi in arcæ latitudine bestiæ esse dicuntur. Videmus alios propriis contentos esse
humiliter viuere, sua largiri: sed quia pauci sunt, iam angustatur arca. Alios videmus possessa relinquere
inimicos diligere, per cœleste desiderium penna contemplationis volare, sed quia valde rari sunt (pusillus Ioan. 21.
grex: pisces. 153.) Iam arca iuxta cubitum est, vbi octo tantum animæ sunt: quod vere dolendū est. Et for-
te (quod nō asserimus) ex his octo septē (merito Noe seruantur in arca: quia vnus sine peccato concipitur
(de iure) in quo consūmatur arca. i. ecclesia. Quod cuncta animalium genera includuntur in arca; signifi
cat quod ex omnibus gētibus cōgregatur ecclesia: sicut in disco Petri præfiguratū est. Actu. 10. cap. Et ob-
B serua q̄ arca tēdebat a lato in angustū, lapillus aūt præcisus sine manibus, paulatim factus est mons: &
sinapis arbor excelsa. Daniel. cap. 4. Dicens autem in diebus Herodis regis: ostēdit venisse cū cui reposi-
tum erat. Genesi. 49. namq; Herodes Idumæus erat, ex semine Esau. In cōsummatiōe eū sæculi rursus ra
rescēte iustorū numero: implebit illud, cū venerit filius hoīs, nū inueniet fidē super terrā? Vere preciosior
erit vir auro, & hō mūdo obrizo. Rursus de hoc sacramēto scriptū est: Lapis quē reprobauerūt ædifican Luc. 18.
tes. hic cœpit esse caput anguli. Dauid tertio vnctus est in regē, & tertio re. probatus est. Primo. 1. re. 16. Se Esai. 13.
cūdo. 2. re. 2. Tertio. 2. re. quinto cap. Christus tertio reprobatus est a Iudæis. Primo. Lu. 19. Secūdo qñ di ps. 117.
xerūt, Nō habem⁹ regē preter Cæsarē. Tertio qñ dixerūt, noli scribere regē Iudæorū. In diebus Herodis. Abulēsis.
Abu. Eo tñ tēpore nō erat penit⁹ ablatū sceptrū a Iudæis, quia adhuc viuebat Hircan⁹ qui erat sūmus sa
cerdos & fuerat rex, licet in contentione cū fratre Aristobulo, & non erat sibi omnino ablatum regnū,
sed Herodes illud ministrabat de mandato Romanorum. Et erat superstes quidā adolescens nepos Hirca
ni: qui erat summus sacerdos: & in eo erant intenti oculi Iudæorum: quasi ipse regnaturus esset. Et ita He
C rodes videbatur quasi regere regnum pro illo, & duxerat sororem eius Mariannem. Ipsum vero adole-
scentem regaliter nutriebat, quasi aliquando regnaturus esset. Hūc tamen fecit dolose suffocari, inter nā-
dū. De hoc Iosephus. 15. antiquitatū. Hoc igitur vita functo, defecit sceptrum de tribu Iuda: & aruit om
nino spes Iudæorū. Et ex eo tēpore Herodes regnauit. Id aūt factum est pauco tēpore elapso a natiuitate Herodes.
Christi. Historia ita habet iuxta Hugonē. s. victoris. Mortuo Iuda Machabæo, frater eius Ionathas suc- Ricardus.
cessit, sanguine & virtute germanus: post hunc Simon: cui successit Ioannes hyrcanus, & huic Aristo-
bulus filius eius, deinde Alexander filius eius, post quē Alexandria vxor sua tenuit quidē principatū ge-
neris: hyrcano aūt filio pontificalē dignitatē tribuit. Huius Hircani tēpore quidā latrūculi ab Hierosoly
mis egressi: circa Ascalonē prædas egeruot, vbi inter cæteros captiuos Antipater quidam iuuenis cuius
dam Herodis genere idumæi (qui in Ascalone templi Apollinis sacerdos extitit) filius: Hierosolymā ca-
ptiuus ductus est. Hic itaq; antipater in domo Hircani sacerdotis aliquot annos seruiens, industria ac p-
D bitate spectabilis eidem hircano domino suo gratiosus extitit, in tantum vt ei vniuersam domū commit
teret. Circa hæc tēpora cōtigit vt Antigonus hircani pōtificis frater iunior eūdē Hircanū a pōtificatu p-
pellēs, in regē vi parthorū exaltaret, ipsumq; hircanū vinctū Antigono tradiderunt: qui propriis denti- Iosephus.
bus aures eius præcidit: vt si rebus inuersis contingeret eum elabi e manibus suis: saltem sacerdotio indi-
gnus haberetur: truncatis auribus. Cumq; Pompeius consul Romanorū tunc per Syriam duceret exerci-
tum: supradictus Antipater missus ab hircano domino suo (qui tamen Hircanus vinctus erat apud An- Antipat.
tigonum fratrem) ad Pompeium veniens, impetrauit, vt cum exercitu Hierosolymā descenderet, & de-
iecto Antigono, sacerdotium Hircano restitueret auribus truncato. Pompeius itaq; restituto hircano: tri
buta terræ soluenda indixit: atq; eundem Antipatrum vniuersæ regioni præfecit recedens. Antipater au-
tem antiquæ gratiæ non immemor: Erga Hircanum benignus extitit, tantaq; modestia iniunctum offi
cium exercuit, vt tam Iudæis q̄ Romanis placeret. Genuit aūt filiū Herodem nomine ex vxore Cypri
E sa ex Arabia, qui post mortem patris tum merito propriæ virtutis: tum etiam gratia paternæ deuotionis
a Romanis coronam accepit. His subscribit. M. Coccius dicens. Octauius Herodis calamitate permotus Sabellic⁹.
cuius regiā cū parte vrbis Parthi diripuerant, senatus autor fuit, vt regnū & potestas quæ in sacerdotio
erat Herodi tribueretur, eiq; senatusconsultū in eius sentētiā factū, ipseq; rex Iudæorū salutatus: medius
inter Antoniū & Octauiū in capitolio ascendit. Atq; ita Herodes antipatro Ascalonita patre ortus: & Herodes.
matre Cypride Arabica Iudææ regno potitus est, regiaq; potestas a Iudæis ad alienigenas translata
est, Hic est Herodes cuius regni anno trigesimo nascitur Christus: & qui terretur audito, natus est rex
Iudæorū. Hic post alias vxores nouissime duxit Mariannē hircani pontificis neptē, post susceptū videli-
cet sceptrū regni: de qua duos genuit filios Alexādrū & Aristobulū. Sed hæc cū postea, & ppter spectē &

propter generis nobilitatem insolesceret, animum mariti irritauit. Accessit huic molestiæ, quod ab alijs concubinis de stupro accusata est, in tantũ vt etiam Antonio consuli Romanorum qui tunc in partibus orientis erat imaginem sui pictam ad ipsius animum in amorem sui concitandum misisse dicatur. Qua suspitione tractus Herodes, Sororio suo quo cum consilium habebat secretũ aperuit, eamq; interfici iubet. Reliquit successores filios: Archelaum regem in Iudæa: Herodem tetrarcham (qui cũ Pilato amicitias fecit) in Galilea, Philippum tetrarchã in Iturea & Traconitidie regione: & Lisaniam in Abilina.

Archelaus.

Archelaus autem cum nouem annis regnaret, apud Romanos de insolentia accusatus, in exilium missus a Tiberio Cæsare: ibidem vita excessit: fratremq; eius Herodem successorem regni fecit idem Tiberius.

Luc. 3.

Romani ad procurandam Iudæam præsides posuerunt. Herodes autem tetrarcha Galileæ Philippo fratri suo vxorem nomine Herodiadem filiam Aretæ regis Arabum abstulit, eamq; sibi contra morem copulauit.

Hierony.

Hieronymus tamen dicit eundem Aretam orta simultate inter se & Philippum, filiam suam eidem abstulisse, & locasse Herodi. Hic igitur est Herodes tetrarcha filius magni Herodis. Porro Aristobolus filius Herodis magni & frater huius ex Marianne natus, filium habuit nomine Agrippam.

Agrippa.

Qui cum adultus esset: orbatum se & exheredatum cernens, Quanta potuit pecunia collecta, Romam perrexit, ibiq; cuidã C. Caligulæ nepoti Tiberij Cæsaris familiaritate coniunctus est. Qui Caius cum (mortuo Tiberio) Imperium accepisset, eundem Agrippam ob pristinam amicitiam in Phœnitia regem constituit. Herodias hoc audito, Herodem maritum de ignauia reprehẽdere cepit: quod ipse diuitijs maior & potentia: a Romano principe hanc sibi dignitatem non acquisisset (qui tamen vocatur rex *Marci. 6.*)

Herodes.

qua exprobatione irritatus Herodes, cum ipsa Herodiade pecunia multa collecta Romam proficiscitur. Cumq; apud. C. C. C. quæreretur, quod sibi hic honor collatus potius non fuisset, indignatus Caius inconcessa petenti, etiam concessa tollenda decreuit, sic Herodes pariter cum Herodiade ad Hispanias in exilium missus est: & hic eius finis.

Actu. 12.

Verum Agrippa qui Herodes cognominatus est, ipse est qui Iacobum fratrem Ioannis occidit, & apposuit vt apprehenderet Petrum, cuius finis infœlix habetur Actu. duodecimo. Huic successit filius Agrippa qui in actis cum Bernice matre sua ad Festũ præsidem descendisse legitur, qui & cum Paulo quædam iucunde colloquutus memoratur, huius tempore a Tito & Vespasiano Hierosolyma vastatur & regnum.

Actu. 26.

Herodes magnus.

In diebus igitur Herodis magni, patris videlicet Archelai, & Herodis, & Philippi: & Lisaniæ: & Alexandri & Aristoboli, anno. 30. regni sui, Ecce Magi. Magi dicũtur & Astrologi & Matematici vulgo, & qui ex Astrorum cursu lapsuq; siderum res humanas regi arbitrantur, vnde isti Magi de Oriente venerunt, domini stellam se vidisse dicentes, vel ex artis sciẽtia: vel ex vaticinio Balaam. Numeri vigesimoquarto. Isti sunt qui dies & annos mensesq; dinumerant, & horarum momenta librantes, futurorum scientiam pollicentur. Sane incantatores teste Hieronymo super Danielem, rem verbis peragunt: Magi autem de singulis philosophantur. Malefici sanguine vtuntur & victimis: & sæpe contingunt cadauera mortuorum.

Hierony.

Consuetudo autem & sermo communis Magos pro maleficis accipit, eo quod sint philosophi Chaldæorum, & ad artis huius scientiam Reges quoq; ac principes huius gentis omnia faciunt. Vnde & ipsi primi saluatoris nostri ortum intellexerunt, nam pastores vocati sunt.

Abulens.

Cæterũ Abulensis Magos vocat, quia illuserunt Herodi, dicitq; q erant ex Ammonitis, quorum prouintia coniuncta erat Iudæis, vnde vane inquit ponuntur Dromedarij. Non ergo ociose vel de Chaldæis qui peritiores in numeris sunt Abraam Deo credidit, vel Magi, qui licet magicis artibus conciliandæ sibi studium diuinitatis impendunt, ortum in terris domini crediderunt.

Chrysost.
Exod. 7

Historia autem quædam nos docet, quoniam a Balaam genus ducebant, a quo prophetatum est: Orietur stella ex Iacob Ita Magi qui sub Mose diuinis virtutibus resistere ausi sunt, debitas dederunt pœnas. Isti vero vno tantum viso cœlesti signo: Dei filio crediderunt: dum natum paruulum muneribus prosequuntur, quem Iudæi post signa multa crucifixerunt. Nato igitur domino in Bethleem Iudæe, est enim nomen regionis: & alioqui patui viculi nomen (quo magis agnosceretur) addito regionis vocabulo illustrauit. Dicit etiam Bethleem Iudęe, idest, tribus Iuda, eo quod est altera Bethleem in Galilea tribus Zabulon. Iosue decimonono. Veniunt igitur Magi Hierosolymam (ab oriente Græce dicitur ἀνατολῶν: Anatolõ, idest, ab orientibus partibus) Regni Iudæorum caput, siue quod illic deducebantur a stella, siue quod illic agebãt scribæ & pharisæi in lege exercitati, quibus vt par erat ignota non deberet esse & natiuitas Regis tot annis retro promissi: & locus natiuitatis eiusdem. Nam adesse iam tempus quo nasceretur: vel ipsis cæcis notum erat ex computatis hebdomadibus Danielis. Has Tertullianus sic computat a primo anno Darij in quo angelus loquitur Danieli. capitul. 9. Darius igitur regnauit annis decẽ & nouẽ, Artaxerxes annis quadraginta. Ochus qui & Cyrus anois quattuor & viginti. Argus regnauit anno vno. Darius Melas annis. 21. Alexander Macedo annis. 12. Sother qui ei successit translato imperio Mędorum & Persarum in Alexandriam ab Alexandro, annis. 35. Philadelphus annis. 38. Euergetes regnauit annis. 25. Philopater annis. 17. Epiphanes regno potitus est annis. 24. Alius euergetes annis. 29. Sother regnauit annis trigintaocto. Ptolemæus regnat annis. 37. Cleopatra annis. viginti, mensibus. 5. Eadem conregnat Augusto annis. 13. Augustus post Cleopatrã annis. 43. Quadragesimo autẽ primo anno Augusti nascitur Christus, & superuixit Augu. Chr̃o nato annis. 15. Ita a primo anno Darij vsq; ad. 41. Augusti. 1. vsq; ad natiuitatẽ Christi sunt anni 437. mẽses. 5. & fiũt. 62. hebdomadę cum dimidia vsq; ad ortum Christi, & manifestata est iustitia æterna, & vnctus est sanctus sanctorũ. Daniel. 9. ¶ Sequũtur septẽ hebdomadæ cũ dimidia. Anni. 15. de Augusto Cęsare, Tiberij. 2. mẽses. 7. dies. 28. Caligula Annos tres imperat menses octo, dies. 13. Nero annos. 9. menses. 9. dies. 13. Galba menses septem, dies. 28. Otto mensibus tribus, diebus 5. Vitellius mensibus octo diebus 8. Vespasiani anno primo debellantur Iudęi: & fiunt anni. 52. men-

fes

Menses autem sex. Atque ita a primo anno Darij usque in diem expugnationis suae Iudei impleuerunt septuaginta hebdomadas. Dicit tamen Hieronymus, quod iuxta diligentissimam supputationem, a primo anno Cyri in quo imperauit & Darius computantur anni sexcentum & triginta usque ad Titum & Vespasianum, superfluūt ergo anni 140. idest hebdomadę viginti. Dicit Abulensis hoc loco quod iuxta veram computationem, a creatione mundi usque ad ortum Christi numerantur anni 3963. Quod facile deprehendi potest, excepta 6. ętate, a captiuitate Babylonica usque ad Christum, in qua numerantur anni 601. Veniunt ergo gentium primitię inquisituri de natiuitatis loco Regis Iudaeorum, cum Iudaei interim sicut lapides non sint moti loco. Nam ad confusionem eorum dicitur, ubi est qui natus est, ut videlicet natiuitatē sui Messiae Iudaei a gentibus discerēt. Itaque deducuntur Magi stellę inditio in Iudaeam: ut (A) sacerdotes a Magis interrogati, ubi Christus esset nasciturus, inexcusabiles fierēt de aduentu eius. Chrysost. Quae nam eos ratio commouit, quae spes eos impulit premiorum, ut ad Regem adorandum venirent tam vasto praesertim a se terrarum spacio separatum? Quod & si super eos regnaturus esset: nec sic haberet peregrinatio tam longa rationem. Nam si fuisset in regali aula natus, ac patre regnante, videretur forte istos in honorem patris puerum adorare voluisse: & hoc sibi ad conciliandum regis animum suffragium comparasse. Nunc cum suum esse regem futurum non sperent, sed gentis alienae, & quibus cum non leuia intercesserant odia, adorant tamen puerum in matris gremio pauperis collocatum, & ubera eius lambentem offeruntque munera, maximo certe cum periculo ista facientes nempe neque sciebant, quod & si esset rex futurus: quod non obliuisceretur tam properatę adorationis iā maturus in regno. Arbitror autem ego, quod non stella erat quę illos praecedebat tam miro modo ab oriente in meridiem, & ad gressum illorum illa progrediens & stans (sicut olim columna filijs Israel, sed interest, quia Israelitae sublata (B) nube mouebant & ipsi tabernacula: hic stella cum euntibus ibat, stabat cum quiescentibus, obsequēs per omnia voluntati eorum, tantum eos praecedebat, pandens iter) sed quędam inuisibilis virtus in specie sideris figurata. Nec indignum opineris quod Magi per stellam vocantur: hoc enim modo omnes ceremonias ritus & sacrificia reprobabis: arcam & templum. Si quidem hęc omnia originem sui de gentilium occasione traxerunt. Sed Deus ob deceptorum salutem per ea se coli passus est, per quae illi dęmones ante coluerunt: aliquandiu illa in melius inflectens: ut eos paulatim & a consuetudine sua reduceret: & ad philosophiam perduceret altiorem. Vnde Ascalonitarū satrapę iubent vaccas iungi &c. Et imponi plaustro arcam & iubent speculari, num recta pergant an redeant ad vitulos, unde sciant verum ne mala illa casu acciderint, an Dei voluntate, cuius arcam ceperant. Quoniam igitur diuinis ista dicentibus, illarū tūc regionum populi crediderūt, eorumque impleuere praeceptum, Deus quoque cōdescensione solita diuinorum sententiam comprobauit. Nec maiestate sua putauit indignum: in effectum operis prophanorū dicta perducere: idque agere: ut illi viderentur ista fideliter sirasse. Ad maiorem siquidem Dei gloriam per- (C) tinebat, si potentia eius, etiam inimicorum testimonio panderetur, & si ipsi quoque gētilitatis magistri cōsonam ferrent de veri Dei potestate sententiam. Hęc Chrysosto. Ad haec Origenes cōtra celsum. Quod igitur stella Magis visa est: nouum quippiam & insuetum aestimandum est, nec quicquā habere illud similitudinis cum consuetis aliorum astrorum cursibus: sed id genus fuisse: cuius sunt per temporum interualla cometae siue pogoniae aut pithi. Atqui obseruatum est cum maximis in rebus, tum in ingenti terrarū idest terrenarum rerum varietate astra istius modi exoriri, portenderetque vel imperij mutationem vel belli originem, vel horum aliquid simile, quod & accidere mortalibus solet: & terrena ista concutere. Si igitur in supra dictis casibus id ortum astrum, quod nos cometen dicimus, quid mirum si cum is nasceretur: qui esset ad hominum genus noua quędam & insolita perlaturus, inducturusque non solum Iudęis verū & gentibus omnibus disciplinam cęlestem, stella sit perlucens exorta? Ipse vero affirmare ausim: nulla unquam extare de cometis his vaticinia, ut sub huiusillius ve Regis imperio futurum esset ut cometes sic exori- (D) retur, cum tamen de hac stella nato Iesu oborta, Balaam tanto ante praedixerit. Vbi autem hęc lux noua apparuit in terra, daemones ipsi defecerunt: & infirmiores sunt redditi, ubi eorum deprehensę sunt & conuictę prestigię & actiones omnes, non modo per angelos prorsus deiectę, quę ob Iesu natiuitatem ad terram hanc celitus commigrarunt, sed per Iesu animam ipsam & diuinitatem penitus sublatę. Cū igitur Magi in coelo spectarent signum quod diuina non humana prę ferret, coepit cupido animum quid illud portenderet peruidere. Et ut nobis videtur cum haberent & ij ex Balaam prophetias, quas Moses cōscripserat: & in his de stella: quod traditur compersissent: intellexerunt hominem demigrasse ad vitam & natum esse, quem prophetae cum stellae inditio iam pridem venturum denuntiassent. Et cum hūc ut potiorem dęmonibus pętulissent, qui suos auos proauosque soliti essent vanis rerum imaginibus ludificare: in Iudęam eundem adoratum se contulerunt: certiores iam redditi esse regem aliquem natum: ignari tamen quale hic esset imperium habiturus: aut ubi nam gentium nasceretur. Hęc Origenes. De hoc Pli- (E) nius libro secundo capitulo vigesimo quinto. Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo Romae admodum faustus diuo Augusto iudicatus ab ipso, qui incipiente eo, apparuit ludis quos faciebat veneris genitricis. Id his verbis ipse prodidit. Iis ipsis ludorum meorum diebus sidus crinitum per septem dies in regione caeli sub septemtrionibus est conspectum. Id oriebatur circa undecimā diei horā, clarumque & omnibus conspicuum fuit. Eo signo significari vulgus credidit: Caesaris animam inter Deorū immortalium numina receptā: quo nomine id insigne simulacro capitis eius quod mox in foro consecrauimus adiectum est. Et ut verum fatear, salutare id astrū terris fuit. Haec ille. Et ubi inquiunt est rex Iudaeorū? Et nonne. 20. Reges in Iudęa nati fuerāt & regnauerant annis fere quingētis? Verū unū tm̄ quaesitum venit regina Saba & muneribus prosequuta est, sed tamen quod verū est, non eum adorauit: & quando

Hieronymus. Abulensis. Chrysost. Num. 9. 1 Reg. 6. Origenes. Nume. 24. Plinius. 3 Reg. 10.

 eum

eum inuisit famosus erat quoquo versus sapientia, diuitijs & gloria, ita propositis quõnibus, admirata & extasim fere passa reuersa est tamen, dicẽs, vicisti famam virtutibus tuis. Nihil horum est hic reperire (imo omnia) non sapientiam, non diuitias non gloriam &c. Et tamen venimus vt adoremus. Quęrit vnde constat tres tantũ fuisse, & reges fuisse. Et si reges erant, quomodo conuenit inter eos, vt adorarent

Chryso.

Regem gentis alienæ? Ita tenet ecclesia. Ponit autem Chrysosto. Cum Theophyl. Opinionem dicentium, stellam Magis biennio ante natum puerum apparuisse, alios vero dicentes, quod biennio elapso peruenerunt Magi Hierosolymam, sicq; inuenerunt puerum iam bimum cum matre. Dicit idem Chrysost. De viris duodecim ex semine Balaam considentibus in monte victoriali, & operientibus ortũ stellæ, quorum vno vita functo, subrogabatur alius. Cæterum Faber anno reuoluto, dicit Magos peruenisse Hierusalem, nec vacuos, quoniam fides sine operibus mortua est.

Faber.
Iacobi. 2.

Audiẽs autem Herodes rex turbatus est, & tota Hierosolyma cum illo. Merito turbatur Herodes, aduentum enim Christi non diligunt, nisi qui in causa sua se habere iustitiæ meritũ confidunt. Quid ergo facient qui dicunt:

Gregor.
Luc. 19.
Iob. 41.

nolumus hunc regnare super nos, si terrorem tanti iudicij etiam qui diligunt expauescunt? Sicut dicitur: cum sublatus fuerit, timebunt angeli: & territi purgabuntur. Quia cum Leuiatham cum corpore suo in dito turbine ad tartara rapitur, hi qui in corporibus reperti fuerint: immenso terrore concussi etiam supernæ patriæ nuntij contremiscunt. Erit ergo in eis aliquo modo tremor lætus, & timor securus, quia & cælesti regno se remunerari certi sunt: & per tanti turbinis metum pro carnis infirmitate contremiscunt. Sed in sanctis Dei hoc pauore excoquitur, si qua eis inesse potuit leuium rubigo viciorũ. Morali. lib. 34. cap. 4. Turbatur igitur Tyrannus, verum non capit Christum domini regia Herodis, qui cælos palmo vnico metitur. Verisimile est Herodem opinatum, tales viros, non rumferare, sed vera referre / vel saltem

Esai. 40.
5. Re. 10.
Item. 12.
Esai. 50.

admodum vero similia, & inde turbatũ esse. O rerum vices in diuersum versas: Salomonis vultum omnis terra desiderabat, qui tamen populum flagellis cæsum expilauit, Iesus pax nostra qui pro populo suo positurus erat dorsum ad flagella & ad crucem, quãprimum auditur natus, Hierosolymam turbat, qui ipse est pax nostra. O nationem prauam perfidam, simul & stupidam, quæ in tanta re tanq; mirabili nihil curiositatis ostendunt, oportuerat enim eos sentire quantum sibi esset additum dignitatis: de tanti videlicet dignitate Regis, qui Persarum ad se reges ortu suo triumphante traxisset. At illi more ostrearum desides ac segnes nihil aliud quã timorem ostendunt, nec dant operam vt videant quod factum est. Herodes quidem merito turbatur, Tyrannus enim erat, verum & illi serui erant, ideo vtrique timent. Et quid erit tribunal iudicantis, quando infidelẽ Tyrannum cuna terret infantis? Huius figura præcessit in Saul quondam electo domini, mox reprobato, qui cum bona audisset ex ore Ionathæ de Dauid amico suo, Regis

1. Re. 20.

genero: inquit ad filium. O fili mulieris vltro virum rapientis &c. Sequitur / omnibus diebus quibus Dauid vixerit super terram, non stabilieris tu neq; regnum tuum. Ita dicere potuit Herodes ad filios quos superstites reliquit, quamdiu vixerit iste qui vocatur rex Iudęorum (mors autem illi iam non dominabitur) non stabilietur regnum vestrum. i. nunquam stabilietur. Creuit enim lapis, & percussit statuam, & comminuit aurum &c.

Rom. 6.
Daniel. 2.

Et cõgregans omnes principes sacerdotum & scribas populi sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In Bethleem Iudęę. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu Bethleem terra Iuda nequaquã minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet vel exibit dux, qui regat populum meũ Israel. Loquitur aũt propheta ad muros: fingendo nomen personæ. Principio annotandũ: quod. cum Herodes interrogat de loco natiuitatis Christi, Christum pro Messia accipit, id enim intellexit nomine Regis Iudæorum. Nam quod natus esset dominus Iesus nunquã audiuit Herodes, alioqui ad mortẽ vsq; persequeretur, etiam fugientem in Aegyptum. Nam id quã primum resciuit iussit occidi innocentes. Itaq; Herodes timens sibi, etiam timens periculum a Romanis, si quis inter Iudęos rex vocaretur quem Octauianus non constituisset: congregat doctores occidentis litteræ, qui & ipsi tanquã Simeę adulantes regi, dant operam vt vmbratiũ more per omnia cõformes fiãt imagini Herodis, gaudere & timere, licet omnia ficte faciant. Charisophus Dionysij parasitus cum videret eum separatim cum amicis ridentem, ipse procul etiam ridebat. Rogatusq; ab eo quid rideret, quod inquit existimẽ digna risu quę dicitis: alioqui vos

Abulens.

non solueremini risu. Qui sint autem isti principes sacerdotum vide supra cap. 2. Luc. 1. Item Luc. 3. Congregatis igitur in vnum, proponit Herodes intentum, vtrum nam de ortu Messiæ certum aliquid tradat scriptura. Et considera inquit Chrysost. Herodis vęcordiam singularẽ. Si enim prophetijs credebat: easq; inuictas putabat, quomodo aduersus impossibilia conabatur? Si vero non credebat prouentura esse quę tanto ante prædicta sunt, nec sibi timere debuit, nec puero insidiari. Sed & quod sperauit Magorũ scientiam posse falli, ad eandem insaniam pertinet. Cur enim clam vocat Magos, & simulat se velle adorare? Sed forsitan existimat, Iudęos de pueri salute esse sollicitos, nec in tantum illos furorem erumpere, vt Regem quem tanto ante pręstolabantur vellent tradere in manus persequentis. Illi ergo ad cætera interim tacentes, quod inquiunt attinet de loco natiuitatis nostri Regis, ita apud Michęam scriptum est capitul. 5. Et tu Bethleem &c. Quod si Herodes audita natiuitate Messiæ turbatur, quia cũ proprius quæritur, alienus reprobatur, nunc denuo audiens quod in Bethleem esset nasciturus, pene ad mortem exanimatus est: distat enim Bethleem ab Hierusalem circiter sex mille passus; Chryso. Primum quidem arguũtur sacerdotes de ignorantia, qui pro Bethleem Ephrata, dixerunt terrã Iuda. Sed adhuc ipsam prophetiã pręcidentes, interficiendorum paruulorum facti sunt causa. Nam si vsq; ibi dicerent, & egressus eius (numero plurali) a diebus ęternitatis, considerans Herodes quod veniret Rex terrenus: cuius dies dies æternitatis erãt, in tantũ furorẽ nõ exarsisset. Denique pro eo quod scriptũ est, minima es in milibus Iuda

Dionysi.
Chrysost.
Idem.

Volens

Volens ostendere paruitatem eius quantum ad populi multitudinem. Illi dixerunt, nequaquam minima es, volentes ostendere magnitudinem dignitatis prouenientem ex dignitate principis nascituri, quasi dicerent, magna es inter ciuitates ex quibus principes exierunt. Hierony. Tu Bethleem idest domus panis: (præsagio enim futurorum iam tunc ita vocabatur) quæ vocaris Ephrata, idest frugifera: minima quidẽ es in ciuitatibus Iuda: & tantis milibus comparata, vix paruus es viculus, sed ex hoc paruulo viculo egredietur Christus &c. Ac ne putes eũ de genere Dauid tantũ esse: cui dictum est, de fructu ventris tui &c. Carnis assumptio non impedit diuinã maiestatẽ. De me enim natus est ante omnia sæcula, & temporũ conditor temporũ lapsu non tenetur ipse qui in principio erat verbũ, quẽ ante luciferũ genui. ps. 109. Notat autem Hieronymus eandem ciuitatem Bethleem quæ ista est in regione Ephrata nunc vendicari sorti Iudæ, nunc Simeonis, nunc Beniamin. Abest autem Bethleem ab Hierusalem miliaribus sex: & inter Bethleem & Hierusalem transit linea diuidens sortẽ tribus Iuda a sorte tribus Beniamin / Hierusalem pertinet tribui Beniamin. Iosue. 18. Bethleem ad tribũ Iuda. Iosue. 15. Altera Bethleem est in tribu Zabulon. Iosue. 19. Dicit in Bethleem Iudææ, vt ostendat impletum vaticinium Michææ. Quod dicit: Qui reget: Græce est ὅστις ποιμανεῖ: hostis pimanei: qui recturus est. Nec significat simpliciter regere: sed pascere & regere: quomodo pastor gregem: Quomodo princeps populũ. Quanq̃ Græca vox nõ respõdet hebraice, quæ hoc loco magis dominatũ significat: vnde Hieronymus dixit: qui sit dominator. Cæterũ locus natiuitatis Christi ignotus erat & a loco & a tẽpore. Locũ ostẽdit Micheas: tẽpus vero & locũ stella. Grego. Hos profecto doctores legis (scriniarij potius) bene Isaac (cum filio suo benediceret) designauit qui & caligans oculis & prophetans: in præsenti filiũ suum Iacob non vidit, cui tamen postea in futurũ multa præuidit. Quia Iudaicus populus prophetiæ spiritu plenus & cæcus, eum de quo multa in futurum prædixit, in præsenti positũ non agnouit. (sed manus eius Esau sunt: cetera Iacob:) vel quod verius est & agnouit & negauit, dicens primum benedictus qui venit rex Israel, ac deinceps, non habemus regẽ præter Cæsarem Ioan. 19. August. Nunciastis Sacerdotes Herodi, vbi occidendus inueniretur Christus: sed ille filios vestros occidens pro filio Dei: & vos orbitatis pœna nesciẽs punit tanq̃ proditores: & filios vestros Dei fecit Heredes. Accelerauit igitur eorum mortem Herodes, ne cum suis parentibus occiderent veram vitam dicentes: sanguis eius super nos. Itaq; Iudæi cæcorum duces imo videntium, demõstrato viæ fonte: ipsi ariditate mortui sunt, similes lapidibus, qui vice miliarij in via figuntur, ostenduntq; viatoribus qua eundum sit: & quantum viæ confecerint, ipsi tamen immobiles permanent. Merito regina Austri resurget in iuditio cõtra istos, quæ venit audire sapientiam Salomonis: & ecce plusq̃ Salomon hic: & tamen isti nec miliaria quatuor cum Magis percurrere voluerũt. **Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ vel quo tẽpore stella apparuisset eis.** Diligenter: ἀκριβῶς acribos. i. exacte, quod absolutam quandam significat diligentiam. Inde verbum ἀκριβόω, quo mox vsus est: acriboo ἠκρίβωσεν παρ᾽ αὐτῶν ecribosen par afton. i. diligẽter didicit ab eis. Id significat accurate exacteq; diligentia quippiam agere, vbi quis omnibus neruis incumbit rei perficiẽdæ. Liuore enim & ira cæcus, nil aliud voluebat corde, q̃ puerum e medio tollere, replicans illud, quamdiu puer iste superstes fuerit, non stabilietur regnum meum. De hoc vide. 4. Re. cap. 11. Acclamante enim populo, viuat rex, accurrens Athalia visa sæuissima quæ omnem stirpem regiam occiderat, dempto vno infante anni vnius, & templum ingressa / audiens populum cum sacerdotibus lętantes: & dicentes viuat Rex, scidit vestimenta sua (Vides furorem fœmineum & inuerecundiam Tyrannæ) clamauitq;: coniuratio, coniuratio. Et tamen incidit in foueam quam fecit. Sequitur. **Et mittens illos in Bethleem dixit. Ite & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum.** Dixerat euangelista: diligenter didicit ab eis tempus stellæ: & nunc rursus, interrogate diligenter de puero: & putes eum serio ac summo religionis studio ista loqui, eo ipso videlicet magis impius: quo sub melota dentes & animum celaret lupinum. Ita Saul dicebat. Non est qui vicem meam doleat ex vobis &c. Denique cum Dauid non traderetur in manibus suis, in sacerdotes desæuit. Et iterum venerunt Ziphæi ad Saul dicentes. Virum quem quæris, apud nos latet &c. Et ille / benedicti vos a domino, qui doluistis vicem meam. Abite ergo, & curiosius agite (& putes loqui Herodem per os Saulis, sed per os vtriusq; loquebatur Satan) & considerate locum vbi sit pes eius, vel quis viderit eum. Nam recogitat de me, quod callide insidior ei (nihil verius) & reuertimini ad me ad rem certam (quod est, cum inueneritis, renuntiate mihi) vt vadam vobiscum: non adoraturus, sed occisurus. Veruntamen oportet impleri scripturam, non coques hædum in lacte matris suæ. Mors eius impie non est temporis tui. Ante condendum est euangelium, ante facienda miracula, instituenda sacramenta, prædicandum regnum cælorum. Dauid non tradetur in manus Saul: Ioas non incurret manus Athaliæ: qui volũtate sua natus est, arbitrij sui potestate morietur. Quid alienum facinus præoccupare moliris? Non est sapientia, non est consilium cõtra dominum. Nã si vere obsequiũ spõdis: quare occulte interrogas magos? Si vero vt fraudẽ specie cõsilij cõtegas, hoc ipso nõne caues q̃ clã interrogãs, dolũ tuũ a factis Magis deprehẽdi? Interrogate inquit de puero. Quẽ supra Christũ vocabat, & Magi regẽ: ipsum puerũ vocat, inuidet. n. ei nomen regis. Magi ergo de tẽpore stellæ quæ eis visa est veritatẽ omnẽ pandũt, nec. n. suspicari poterãt tã impium regem, vt infantem vix dũ natum tollere vellet e medio, neq; tam stultũ qui crederet, diuinæ prouidentiæ consilium anteuertere. Itaq; indicato tẽpore (secundũ triplicẽ opinionẽ superius tactam) ille vicissim indicat eis locum, quem ex relatu sacerdotum agnouerat, & mittit illos in Bethleem, vltro videlicet currentibus calcaria adhibens. Illi ergo triplici testimonio fulti, stellæ inditio: Michææ testimonio: Herodis præcepto (in ore. n. duorũ stat omne verbũ) iter adornãt. Et ego inquit

Marginal notes: A; ps. 131.; Hierony.; Abulens.; Gregori.; Gene. 27.; B; Augusti.; Math. 27.; Math. 12.; C; ps. 7.; D; 1. Re. 22.; 1. Re. 26.; Exod. 24.; Leo papa.; E; Prouer. 21.; Deute. 17.

veniens prius eum tollam e medio: quam populus Iudæorum natum audiat. Nam nisi Herodem vana hęc spes fefellisset, in Magos ipsos debachatus esset, vt qui nuntium tam infaustum attulissent, natum videlicet esse nescio quem Iudæorum Regem, cum Herodes rex Iudæorum Hierosolymis ageret. Sequit. **Qui cum audissent regē abierūt: & ecce stella quam viderant in oriente antecedebat eos vsq; dū veniens staret supra vbi erat puer, Videntes aūt stellam: gauisi sunt gaudio magno valde.** Antecedebat eos, προηγεν proegen, quod ita est præcedere, vt sit ceu dux viæ. Ingressi itaq; Iudęam, deseruntur stellæ inditio, vt cogantur ex lege inquirere. Vel certe diuino destituūtur auxilio, qui humano innituntur, maledictus enim homo qui cōfidit in homine. Sed tamen columna nubis nunq; deseruit populum Dei, donec deduxit eos recta ad terram quæ fluit lacte & melle, vnde sequitur. Et ecce stella quam viderant, præcedebat eos: nec ante a cursu destitit, donec stās super locum illū tuguriū satis humile, ac proinde inuentu difficile, puellum veluti digito ostenderet. Disparente ergo stella, coacti sunt interrogare, cū non sperarēt se eā amplius visuros, visa igitur præter omne spē, gauisi sunt gaudio magno valde. Nec tā indignū fuit Dei maiestati inter iumēta ad tēpus stabulari, qui inter latrones pependit, ipse est bonus ille Samaritanus qui hominem semineceē in stabulū meritorium iumento impositum perducturus erat, Qui iuxta prophetam quasi colonus & vir declinans ad manendū futurus erat super terram. Sane gaudiū de denuo visa stella vix tribus verbis expressit Matthæus. Gauisi sunt gaudio, magno, valde. Quod si de rursus conspecta stella sic gaudio effusi sunt, de inuenta puerpera & puello rege Iudæorū, Christo domino: quali gaudio putas exhilarati sunt? Diagoras referente Plinio, tres filios adolescentes habuit vnum pugilem, alterū pancratiastē: tertium luctatorem: eosq; omnes vidit vincere: coronariq; eodē die olympię. Et cū ibi tres adolescentes amplexi coronis suis in caput patris positis, suauiarentur: cumq; populus gratulabundus flores vndiq; in eū iaceret; ibi in stadio spectante populo in oculis atq; in manibus filiorum animā efflauit: & gaudiū mors abstulit ab eo. Verū isti viri beati qui quæsierunt: beatiores, quia inuenerunt, beatissimi quia tenuerunt & introierunt in gaudiū dni sui. Gauisi sunt certa videlicet spe concepta: quod non frustra tātum laboris insumpsissent: Quomodo Saul dixit ad Ziphęos: benedicti vos a dño, qui doluistis vicem meā. Siquidē & Tyrānus Saul iam certā conceperat spē ex verbis illorū; q; decideret prędа in casses suas, sed delusus est coruus hic hians. Ecce stella, August. Abrae innumerabilis fuerat promissa successio non carnis semine sed fidei fœcūditate generanda, ideo stellarum multitudini est comparata, vt cœlestis progenies speraretur. Et ideo gentes sideribus designat: ortu noui sideris excitantur, vt perueniant ad Christū, per quē inseruntur in bonam oliuā: & efficiuntur semen Abrae. Iudęi quidem colūna nubis & ignis perducuntur, longo tamē temporis tractu: & thesaurus inuentus carbones erant. Num. 9. Item Exo. 40. cap. **Et intrantes domū: inuenerūt puerū/ puellum Grece pędion cū Maria matre eius: & procidentes adorauerūt eū, & apertis thesauris suis obtulerūt ei munera, aurū thus & myrrhā.** De cōsec. dist. 2. c. Reuera. 35. q. 10. cap. 1. Regē inquirunt puerū inueniunt, non stellato considentem solio, non in throno de quo dicitur: non est factū tale opus in cunctis regnis: inuenerunt autē eū quantitate paruū, alienæ opis indigum, loquendi impotentē: & nisi sylenū propius intuearis: nulla in re ab humanæ infantiæ generalitate discretū, pręsepio pro cunis vtentē. nec tamē Salomon in omni gloria sua vestitus est sicut lilium hoc vallīū & cāpi (cui benedixit Deus) Flos, nec vel persarum Rex: cuius lectulus huiusmodi erat. Ad caput cubilis regij conclaue vnū erat, pariete vno intermedio obstructum, in quo semper essent condita ter centies centena milia aureorū. Idest quinq; milia auri talenta. E regione autē aliud erat conclaue versus eum locū quo pedes regis protendebātur: in quo argenti talenta numero tria milia condebantur. Primum conclaue ceruical regiū appellabatur, secundū aūt scamnū suppeditaneū regis: tanti Persarū Reges ceruicē suā inclinandā esse censuerūt. Verū in ipso cubiculo regio vitis erat aurea, gemmis insuper inclusis locupletata, eaq; velut pergula regio cubili obtendebatur. Hæc vitis (referente Amynta) racemos etiā pensiles habuit ex lapillis æstimatissimis aptatos. Hic est lectulus Darij, quē. 3. iam prelio victū amicorū iuratissimi aureis compedibus vinctū cū aliquando diu traxissent: ad extremū æquū cōscendere negantē, nefario scelere contrucidauerunt. Et hic finis regis & ceruicalis & scabelli & vitis illius infœcundę. Longe ab hoc cubili nostri paruuli thalamus, cui tamē angeli ad nutū obsequuntur: & stellæ vocatę, dicunt: adsumus. Inuenerunt Mariā non sole amictā, nō recūbentē thoro ostro contecto auroq; superbo, non circūmamictā varietatibus: sed vix tunicā habentē vnā, non ad ornatū corporis, sed ad tegumentū nuditatis, qualē habere potuit carpentarij vxor peregre constituta. Reuera ergo si regē terrenū quęsitū venissent, magis fuissent confusi, q; gaudio perfusi magno valde: vt qui tot lusissent operas cum impensis. Nunc vero inuēto thesauro, inuento vitæ fonte; amodo inquiunt dimitte seruos tuos in pace, sicut inquit exultant victores capta pręda. Procidentes ergo munera offerunt, vt quod corde credunt opere profiteantur. Procidunt autē tanti viri, sed ad pedes eius cui triplex monarchia famulatur mittentes coronas suas ante sedē agni: & dicentes. Dignus es dñe accipere gloriam & honorē & virtutē, quia tu creasti omnia: & ex donis nobis collatis attulimus ad te hanc paruam benedictionem. Dicit hoc loco Theophyl. Exponendo verbū illud, ingressi domū. Multa concurrēte multitudine vt censerentur, non habebant ad tempus domū sed in spelūca natus est dñs. Deinde inuēta domo, visus est ibi a Magis dominus. Quęres quomodo cognouerūt puerū? Stella forte radiabat solito luminosius super diuersorium. Forte autē apparuit maiestas quędam in puello supra humanam æstimationem, sicut quando nundinantes templo expulit, armatos deiecit. Quęritur, num immaculata timuerit, admirata rei nouitatem. Quod si dicatur; Timuit: ne mireris: insolita enim timorem gignunt: nam & ad ingressum angeli Dei turbatur

Marginalia: Hiere. 17. Exo. 40. F Luc. 10. Hiere. 17. Plinius. G Matth. 25. 1. Re. 26. Augusti. Genesi. 15. Rom 11. H 3. Re. 10. Matth. 6. Cantic. 2. Budæus. I Baruch. 3. Apoc. 12. Chrysost. Luc. 2. Esai. 9. Phil. 2. Apoca. 4. Theoph. K Ioan. 2. Ioan. 18. Luc. 1.

cui dictum est, ne timeas Maria. Credendum est saltem inquit Abulensis, quod subuerecundata est regibus coram qui reuera non incomitati aderant virgo hęc annorum.16.quę quorumlibet virorum aspectū fugeret, maxime cū paupercula esset, quod ipsum supellectile domus testabatur. Credēdum est tamen viros illos beatos fuisse illam bono animo esse quam Deus tanto donarat pignore, bono omnis boni. Procidentes ergo adorant in carne omnipotentem, in infantia æternitatem, in paupertate gloriam vnigeniti, in quo conditi sunt omnes thesauri sapientiæ diuinę, & osculantur pedes eius cui astra matutina perpetuo iubilant dicentes. S. S. S. dominus exercituum. Quod igitur angeli voce: isti muneribus protestantur: vni trino, tria munera deferentes: quæ tria singuli obtulerunt iuxta Abulensem, ne videlicet viaticum deesset mox fugituro in Aegyptum. Isti non legerāt: Non apparebis in conspectu Dei tui vacuus sed ipsi erant sibi lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Diximus alias de regina Saba: quæ multa attulit Salomoni sed multo plura secum detulit. fortassis autem hæc tria pro loco & tempore necessaria visa sunt: aurum quia pauperes: myrrha ob infantis teneritudinem/ thus ob sordidam illā propter iumentorum concursus habitationem. De thuris natura ita dicit Plinius lib. 12. capit. 14. Non alij quam Arabes thuris arborem vident, ac ne horum quidē omnes. Feruntque trecentas non amplius esse familias: quæ ius per successiones id sibi vendicet, sacros vocari ob id. Nec vllo congressu fœminarū funerūque cum incidant eas arbores aut metant pollui. Nec arboris ipsius quæ sit facies constat. Alij lentisco simile, subrutilo folio: Quidam terebintum esse. Cortice lauri esse constat, quidam & foliū simile dixere. Metitur bis in anno, prior atque naturalis circa canis ortum flagrantissimo ęstu incidentibus, qua maxime videatur esse prægnans, inde prosilit spuma pinguis, hæc concreta densatur. Quod in arbore hæsit, ferro depectitur, ideo corticosum. Quod ex arbore guttę rotunditate pependit, masculum vocamus, cū alias non fere mas vocetur, vbi non sit fœmina. Religioni tributum, ne sexus alter vsurparetur. Masculum aliqui putant a specie testium dictum. Quod vero non a casu thus obtulerint Magi, id argumento est, quod Alexandro in pueritia sine parsimonia thura ingerenti aris/pedagogus Leonides cum diceret, vt illo modo cum deuicisset thurificas gentes supplicaret, ille Arabia potitus, thure onustam nauem misit ei: large exhortatus, vt Deos adoraret. Porro aurum regium esse statua illa ostendit cuius caput aureum erat, & dictum est regi, tu es caput huius statuæ. Myrrha Arabiæ arbor, altitudinis. 5. cubitorum: similis spinę acantho, eius gutta viridis, & subamara. Quę sponte manat preciosior est, elicita corticis vulnere, vilior iudicatur. Sarmentis eius Arabes ignes fouent, vsum eius Plinius non tradit. In thure cōfunditur Arrius qui soli patri litandum dicit. In myrrha Manichæus, qui dominum christū mortuū fuisse non credit, cui tamen sepeliendo Nicodemus Myrrhæ & Aloes exhibuit libras. 100. Myrrha ergo mortem Christi testatur, aurum regnum eius, quod nō corrumpetur, thus quod soli Deo sacrificandum est iuxta legem. Exo. 22. qui solus habet immortalitatem. Nam thus frequenter imponebatur Dei sacrificijs: & perpetuo positum erat super mensam, super panes propositionis. Leui. 24. Offeramus ergo myrrham rationale obsequium in carnis mortificatione: Christo confixi. Gal. 2. Christo viuētes, mundo mortui. Thus vespertinę orationis: manus puras leuantes cum Mose in monte. Aurum charitatis non fictę: in qua lex impletur. Vnde illud, ad quem autē respiciam, nisi ad pauperculum? Ecce aurū, & contritum spiritu? ecce orationem: & trementem verba mea? Ecce myrrham. Sequitur in Esaia. Qui post hac immolat bouē: quasi qui interficiat virum. Qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem. Qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat. Qui recordatur thuris (id enim idolis adolebāt) quasi qui benedicat idolo. Sacrificium verum spiritus contribulatus, cor contritum & humile quale fuit istorum regum, qui procidentes &c. Deus non despiciet. Vnde id nosse possumus. Responso siue oraculo admoniti in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sūt in regionē suam. Credendum est Magos inter sese contulisse, Num tutum esset ad Herodem reuerti, an imponere impostori. Admonentur ergo inter dormiendum, nec sibi tutum fore nec puero, ad Tyrannum redire: qui nihil aliud sitiebat quam sanguinem domini Iesu. Chryso. Et intuere mecum Magorū solidā nec vacillante fidem. Quomodo. n. non sunt offensi dicentes apud se, si magnus est puer iste, quid necesse est fuga tueri nos & occulta recessione, qui media die accessimus ad Iudæorum metropolim, publice clamantes: vbi est rex Iudęorum recens natus. Verum hoc est verę fidei, non quęrere causas eorū quę precipiuntur (Abraam de nocte cō surgens) sed suaderi solum ab eis. In verbo inquit tuo laxabo rete: & si tota nocte lusirimus operas nostras. Reuersi sunt igitur (benedictione percepta) per aliam viam, futuri precones tanti mysterij, iuxta quod dicitur, renuntiate Ioanni quę auditis & videtis. Matth. 11. Et illud. Quod dico vobis in tenebris; dicite in lumine & quod in aure auditis: prędicate super tecta. Matth. 10. Reuersi igitur sunt in regionem suam in qua videtur Iesus sicuti est, hic enim quantum quis oculos lynceos intendat: & de prope intueatur, per speculum videt, vel per retia & cancellos &c.

Colloss. 2. Esai. 6. Idem. Exod. 23. 5. R. 10. Plinius. Alexāder. Daniel. Myrrha. Ioan. 19. Hęreti. trs. Rom. 12. Exod. 17. Esai. 66. ps. 50. Chrysost. Gene. 22. Luce. 5. Allegoric. Cantic. 2.

De purificatione beatę virginis secundum legem de Simeone & cantico nunc dimittis.

ET postquam impleti sunt dies purgatiōis eius iuxta legē Mosi: tulerūt illū in Hierusalem: vt sisterēt eū dn̄o: sicut scriptū est in lege dn̄i, quod omne masculinū adaperiens vuluam: sanctum domino vocabitur. Ne igitur tu quicunque es qui hæc legis cogitationibus discutieris, dicasque apud te, si mater de spiritu sancto concepit, si virgo cōcepit, si Deus est qui nascitur, quæ necessitas vt mater purificetur, redimatur, proles occurrit apostolus talia opināti, nō inquit quod aliqua lege teneretur vel parēs vel proles (absit: lex. n. non est imposita iustis) quādoquidē lex de purificatiōe puerperę ad illas tantum

Luc. 2. 1. Timo. 1.

Leui.12. Abulēsis. Augustin. Sapiē.9

tantum loquitur, quæ suscepto semine conceperunt: & cum sanguinis effusione pepererunt, quorū nullū est hic reperire: quicquid dicat Abulensis de hoc secundo. Purificatur igitur is qui solus facere potest mūdum de immundo conceptum semine, Iob.14. Vt eos qui sub lege erant redimeret: & a iugo grauissimo legis eximeret, Gala.4. August. Sicut autem ægrotus non debet reprehendere medicinæ artem: si aliud medicus hodie præcipit, aliud cras, sic enim se habebat seruandi eius corporis ratio: ita genus humanum ab Adam vsq; ad finem sæculi quādiu corpus corruptibile aggrauat animam ęgrum atq; sautium, non debet diuinam reprehendere medicinam, si in quibusdam idem, in quibusdā vero aliud prius, aliud posterius obseruandum esse præcepit, præsertim quia sic aliud se præcepturum esse promisit, de quo Hiere.31.

F

Vnde dominus humilitatis viam docens: sacramenta quæ hic inuenit præenuntiationis suæ suscipere dignatus est, non ad suæ purgationis adiutorium, qui peccatum non fecit, sed ad nostrę pietatis exemplū: vt ostenderet nobis quanta deuotione suscipere debemus ea: quę illum venisse testantur, quando ipse suscipere non dedignatus est, quę illum venturum præfigurabāt. Huiusmōi fuit circūcisio, redēptio in templo, & pascha quod cū suis celebrauit transiturus ad patrem. Cum ergo audis, dies purgationis eius, vide & quod sequitur, secundum legem Mou. Nam quia Iudæus erat (Ioannis.4.) Sub lege natus, quę ad huc viuebat, vigebat autem quam diu reuocata non est a dicente inter efflandam animam (testamentū enim in mortuis confirmatur) consummatum est, nec alia sacramenta id temporis condita erant, per quę vetera cassarentur, parendum fuit legi, quia & si omnia Christo licebant, non omnia expediebant credituris Iudęis & gentibus. Vnde illud. Filij liberi sunt a pendendo tributo, sed ne eos scandalizemus &c.

Ioan.13. Hebrę.9. Ioan.19. 1.corin.10. Matth.17.

Præterea vnde notum erat sacerdotibus, virginem de spiritu sancto concepisse, Deum & hominem esse qui natus est, virginalem verecundiam non violasse non magis q̄ ignis rubum? Quę omnia non solum sacerdotes & populum verum & principem sæculi huius latuerunt. Impletis igitur a partu diebus quadraginta ducitur in Hierusalem. Sciendum autē quod hy eius/ non refertur ad Mariam sed ad puerū, græce enim non est αὐτῆς, aftes generis fœminini, sed αὐτοῦ aftu generis masculini. Sed inuenitur & hic textus, dies purgationis eorum. Ita dicit glosula interlinealis super illo verbo/ eius/ eius inquit, vel Mariæ vel domini. Hoc diximus, nequid hic frustra cauilletur aliquis momos de purificatione Mariæ. Nā purificationem vocat eas ceremonias, quibus olim & puerpera & fœtus lustrabantur. Statuit autem lex. 40. dies in partu puerperę: vt interim siccetur a profluuio sanguinis. Hieronymus super Ezechiele. Per singulos menses grauia atq; torpentia mulierū corpora immundi sanguinis effusione releuantur. Quo tēpore si vir coierit cum muliere, dicuntur concepti fœtus seminis vitium trahere, ita vt leprosi: & elephātiaci ex hac conceptione nascantur. Sed pręstat audire Pliniū lib.7.capit.15. Nihil facile reperitur pro fluuio genitali magis monstrificum. Acescunt superuentu musta, sterilescunt tactæ fruges, moriuntur insita exuruntur hortorum germina, & fructus arborum quibus insidere: decidunt. Speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur. Aluet apum emoriuntur: ęs etiam ac ferrum rubigo protinus corripit, odorq; dirus aera, & in rabiem aguntur gustato eo canes, atq; insanabili veneno morsus inficitur. Etiam formicis (animali minimo) inesse sensum eius ferunt, abijciq; gustatas fruges, nec postea repeti. Et hoc tale tantumq; malum omnibus tricenis diebus in muliere existit, & trimestri spacio largius: quibusdam vero sæpius mense sicut aliquibus nunq̄, sed tales non gignunt, quando hæc est generando homini materia, semine maris coaguli modo hoc in sese glomerante, quod deinde corporatur, animaturq;. Quod si grauidis fluxit inualidi aut non vitales fœtus eduntur, aut saniosi, teste Nigidio. Illud mirabile, omnia animalia quę oleribus nocēt: culices: erucę vermiculi & id genus multa a cessu mulieris mēstrualis flauescere. Fila vestis contactæ menstruo: ne igne quidē vincitur: quo cuncta/ floribus colorem adimit, abortum facit illitus, De his latius vide Plinium lib.28.cap.7. Id dictū sit vt ostēdamus qua ratione lex fœminas ab ingressu templi prohibuerit. vel.40. vel.80. diebus. Patet autē litteralis ratio quare in partu fœminæ arcetur diebus.80. Siquidem fœmina cum sit frigidioris naturę q̄ masculus, fœminam edens, tardius purificatur. Cęterum lex de sistendis primogenitis domino habetur Leui.cap.12. Dicitur ibi inter Cętera, quod masculum pariens, per omnes.40. dies omne sanctum non tanget, quod iuxta litteram Maria obseruare non potuit: quę per totos.40 dies sanctum sanctorum tangebat: lactabat pannis exutum lacte irrorabat, cōplexabatur. Sequitur altera lex: hęc est vt in die.40. offerat agnum in holocaustum, & pullum columbę siue turturem pro peccato ad ostium tabernaculi. Quod si agnū offerre non potuerit: offerat duos turtures, vel duos pullos columbę. Hanc legem immaculata impleuit iuxta spiritum, impleuit eam & iuxta litterā. Iuxta spiritū obtulit agnum quē Ioānes populo ostēdit dicens: ecce agnū Dei. Iuxta litterā obtulit par turturum &c. Tertia lex est fœminę edentis masculum primogenitum. Et est primogenitus quadruplex, primogenitus. Tribus leuiticę: & iste non redimitur, est enim domini iure perpetuo. Numer.3. Est primogenitus cuiuslibet cęterarum tribuum, & hic sistebatur domino post.40. dies, & redimebatur a parētibus precio siclorum quinq;. Tertius primogenitus est asini, quia & de bobus cura est Deo, tamen primogenitus iste vel commutandus est oue, vel omnino occidendus. Quartus primogenitus est canis & hic omnino occidendus est. De canibus ita dicit Plinius lib.29.cap.4. Canes Romę eadem de causa qua anseres in honore sunt propter Gallorum in capitolium deprehensum ascensum, supplicia annua pēdūt nam viui in furcas sambucea arbore affiguntur. Cæterum catulos lactentes adeo puros existimabāt antiqui Romani ad cibum: vt etiā placandis numinibus hostiarum vice vterentur ijs. Genito mane catulo res diuina fit: & in cœnis Deorum etiam num ponitur. Et si mihi diuinare licet in re penitus abstrusa: propter id apud dominum canis omnino habetur immundus, quia apud gentium Deos erat in precio & in honore & in delitijs, sicut patet ex verbis Plinę. Canes soli dn̄m nouere, & ignotū quoq; si repēte veniat

G H I K

Hierony. Plinius. De cōsec. dist.5. ca. cū enixa. Ioan.1. 1.corin.9. Plinius.

te veniat intelligunt. Soli nomina sua. Soli vocem domesticam agnoscunt. Itinera quamuis longa meminere. Nec vlli præter hominem memoria maior. Impetus eorum & sæuitia mitigatur ab homine considente humi. In venatu solertia & sagacitas præcipua est. Scrutatur vestigia atque persequitur, Comitantem ad feram inquisitorem loro retrahens quamuis aquam transiliens se occultasset, quam significans demonstratio est cauda primum deinde rostro. Ergo iam senecta fessos cæcosque ac debiles in manu ferunt, ventos & odorem captantes, prodentesque rostro cubilia. Propter bella Collophonij cohortes canum habuere. Eæ primæ dimicabant
A in acie, nunquam detrectantes. De his multa Pli. lib. 8. cap. 40. De primogenitis capræ, bouis vide Exod. 13. Deut. 23. in glosa. Ad hæc sciendum quod redemptio primogeniti quæ fiebat. 5. siclis, non erat iure facienda expletis diebus. 40. sed lex & mos obtinuit, vt illo die fieret. De hoc vide Nume. cap. 3. Quomodo commutati sunt omnes primogeniti vndecim tribuum pro primogenitis & non primogenitis tribus Leuiticæ, & vnde lex obtinuit vt quilibet primogenitus vndecim tribuum. 5. siclis redimeretur, nam non redemptus: sacerdotum erat. i. templi ministerio deputatus. Ducitur igitur dominus ad templum sanctum suum, vt impleretur illud: magna erit gloria domus istius nouissimæ plusquam primæ. Siquidem olim quando visus est dominus ab Esaia sedere super solium excelsum, domus illa impleta est fumo, quia Iudæorum cordi velamen est impositum, quoties legitur Moses, imo quoties prædicatur Christus Iesus, & templum illud cito per Chaldæos igne supposito, conflagrauit, amo vero templum domini gloria repletur: sicut dicitur: & domum maiestatis meæ glorificabo. Alias autem cum flagellis venit, venturus aliquando cum scorpionibus. Quia omne masculinum, expositum est, sanctum enim domino vocatur quia iuris est diuini, nec commutari potest, si est tribus Leuiticæ, nec redimi &c. Sciendum iuxta Abulensem quod pars virginitatis quæ
[Aggei. 2. Esai. 6. 2. corin. 3. Esai. 60. Ioan. 2. Abulens.]

B est integritas carnis, bene potest in esse fœminæ a viro cognitæ, etiam prægnanti, idque probatum est inditijs certissimis, sed integritas hæc parienti necessario tollitur, & id propriæ est aperire vuluam. Igitur sicut dicit Augustin. Non requirit dominus primogenitum viri qui potuit generare ex corrupta fœmina. i. ex fœmina quæ alias peperit. licet vir nullam aliam cognouerit. Ambro. Quia omne masculinum. Verbis legis promittebatur virginis partus. Non enim virilis coitus vuluæ virginalis secreta reserauit (ascendet enim sicut virgultum de terra inuia, arida vel sitienti, vt virginitatis priuilegium demonstret, quod absque vllo humano semine de terra inuia sit formatus) sed immaculatum semen inuiolabili vtero spiritus sanctus infudit. Nam si litteram sequamur: quomodo sanctus omnis primogenitus masculus, cum multos legamus sceleratissimos, sicut Cain: Esau: Achab &c. Solus ergo ille sanctus est: qui aperuit sibi vuluam. Qui enim vuluam sanctificauit Hieremiæ: vt sanctus nasceretur propheta, hic est qui aperuit matris suæ vuluam, vt immaculatus exiret. Tu autem cum audis Ambrosium dicentem cum Theophyl. aperuit, memento illud, porta hæc non aperietur: erit clausa, clausa erit etiam principi. Nos tamen simplici expositione contenti simus, quod lex loquitur generaliter de conceptibus & fœtibus editis secundum communem
[Augusti. Ambrosi. Esai. 53. Hierem. 1. Ezech. 44]

C cursum naturæ. Quæ autem a iure communi deuiant, non sunt ad consequentiam pertrahenda. Quomodo itaque reseruauerit dominus vuluam vt nasceretur, ipse solus nouit, qui costam Adæ dormienti sic detraxit, vt nullum deinceps in carne appareret vestigium diuisæ carnis. Non enim viperarum more natus est, sicut omnes nascimur, disruptis parentum visceribus, sed tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Peperit enim antequam parturiret, & sub vna nocte germinauit nobis & flores & fructus, nec magis doluit pariendo, quam virga hæc flores germinando. **Et vt darent hostiam iuxta quod dictum est in lege domini par turturum aut duos pullos columbarum.** Lex vt prædicitur agnum iubet offerre: cæterum pauperibus concedit vt offerant par turturum &c. Faber. Virgini quæ cum Ioseph iam sesquimestri spacio vel amplius in Iudæa peregrina erat: procul existens a domo sua, in tanta profitentium turba quæ augebat regum precia, forte facultas non affuit vt agnum offerret: obtulit ergo duos turtures. Et inquit lex offerat vnum pro peccato. August. Inquiritur: pro quo peccato, vtrum matris peccato, an prolis. Nunquid peccatum est parere: vel nasci? Nam originale in puero circuncisio tollit. Matri vero suffice
[Gene. 2. ps. 17. Esai. 66. Nume. 17. Faber. August.]

D re debuerunt dolores exhausti inter enitendum: quæ concipere potest certe sine peccato, quando amore prolis tantum congreditur viro. Denique quomodo stabit quod sequitur orabit pro ea sacerdos? sed scriptura generaliter loquitur, vix enim concipitur aliquis sine peccato saltem veniali, iuxta illud, in peccatis concepit me mater mea. Licet enim sacramentum matrimonij a Deo institutum sit, adeo tamen lex membrorum de qua Paulus sui iuris effecta est (semel enim rubus arsit nec est combustus) & vim obtinuit in homine natura filio iræ, vt vix maritus aliquis vxori congrediatur, non titillatus aliqua passione desiderij explendi quod caro suggerit. Ideo lex generaliter loquitur, nullum excipiens, licet vere possit id fieri sine omni peccato, sed id in vna & altera Phœnice. Offeruntur igitur turtures cuiusuis aetatis pro parentibus, pulli columbarum teneri & vnius mensis pro nata prole. Abulen. Nec ego crediderim beatam virginem non habuisse vnde agnum emeret: quem offerret. Quod ergo oblationem pauperum elegit non pro paupertate fecit. sed paupertatis intuitu, quod etiam August. videtur astruere. Si dicas, quid factum est de auro oblato a Magis? Nempe pauperibus erogatum est. Cæterum infans qui modo. 5. redimi
[ps. 50. Abulen.]

E tur siclis, annorum. 33. triginta venundabitur argenteis. Et sciendum quod. 5. sicli centum obolos valent. Et in siclo decalogus intelligitur. Decalogus quia in duobus præceptis impletur, viginti habet obolos. At vero quoniam qui vnum transgreditur factus est omnium reus, omnes decem decies multiplicantur. Tunc ergo erimus vere redempti & liberi, si pro animæ nostræ redemptione Deo dederimus. 5 Siclos. i. obseruantiam decalogi: & hi vocantur in Matthæo decem millia talenta. Siclus idem est quod stater: & sunt drachmæ quatuor, quæ valent solidos turonenses. 14. Quid est autem quod coniungitur in hac oblatione turturis castitas cum fœcunditate columbæ: Hoc videlicet spiritus sanctus insinuat, quod de coniugio
[Iacobi. 2. Luce. 10. Math. 18. Siclus.]

virginali

virginali inter Ioseph & Ma iam nascitur fructus benedictus. Turtur enim castissima soliuaga, amisso compare, ea est cui dicitur, eo quod post virum tuum alterum nescieris (dicat illa virum non cognosco) ideo eris benedicta in æternum. Porro columbus Ioseph præfigurat, qui iuxta Theophyl. Filios habuit ex altera vxore, licet positioni huic refragetur Hieronymus. [Hierony.] Ad hæc Ambr. De viduitate. [Ambros.] Turtur digna hostia quę datetur pro partu virgineo. Videas turturem tempore viduitatis vbique singularem, vbique gemētem audies, neque vnquam in viridi ramo residere. De columbis Plinius lib. 10. cap. 34. [Plinius.] columbis pudicitia illis prima, & neutri nota adulteria cōiugij fidem non violant, communemque seruant domum, nisi celebs aut vidua domum non relinquit. Et imperiosos mares sub inde etiam iniquos ferunt. Plinius quærela gutturis rostro ictus, mox in satisfactione osculatio. Amor vtrique sobolis æqualis, sæpe & ex hac causa castigatio pigrius intrante fœmina ad pullos. [Colūba.] Parturienti solatia & ministeria ex mare. hæc illa de habent vides quam aptissime in partu virginis putificando coniunctæ sunt turturibus columbæ. Cum vtrique cognata sit castitas. At videas hisce temporibus multos non columbos non turtures sed cuculos, nec alterutri thori continentes, nec sui custodes. [Plinius.] Coccix sola omnium auis a suo genere interimitur. Absumitur enim ab accipitre (est autem nec aduncis vnguibus solus accipitrum nec capite similis illi nec alio quam colore ac rictu columbi potius. [Lib. 1. cap. 10. 15.] Mutat autem & vocem, semperque parit in alienis nidis maxime palumbium, id obseruat) vt plurimum singula oua, raro bina. Causa subiciendi pullos putatur quod sciat se inuisam cunctis auibus: nam minuta quoque infestant, Ita nō fore tutā generi suo stirpe opinatur, nisi fefellerit. Hieronymus. [Hierony.] Lucij syllę fœlicis (si nō habuisset vxorem) Metella coniunx palam erat impudica. Et quia nouissimi mala nostra discimus: id Athenis cantabatur & sylla ignorabat: secretaque domus suę primum hostium conuitio didicit. Et si licet terrenis miscere cœlestia, huic quam similis erat Moses, [Exod. 34.] cuius cum cornutam faciem videret populus: solus ipse ignorabat, sed his malis plenus est mundus nullusque videt cornua sua annorum licet. 10 Quę tamen ridet in alijs. Nimirum iuxta rempublicam Platonis vxores sicut & cætera communes sunt apud multos saltem de facto. [Plutarch.] Quæ causa tanti mali? Plutarchus. Olympias cum adolescens quidam formosam sed male audientem duxisset vxorem ille inquit demens est: non enim oculis vxorem accepisset. Oportet autem non oculis nec digitis vxorem accipere vt aliqui (ne nō omnes) facere solent, reputantes quam grandem dotem ferat, non quibus moribus sit cum ipsis victura, ac proinde non raro prouenit dignum patellæ operculum: sed hæc ipsis sint curæ. [Idem.] Et sciendum quod quoties in nuptijs immolabatur Iunoni, fel proiecto ex victima offerebatur auis, id significantes inter virum & vxorem nullum oportere interuenire dissidium, non magis quam inter Mariam & Ioseph. **Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon. Et homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel. & spiritus sanctus erat in eo. Et responsum accepit a spiritu sancto oraculo illi ꝓmissum erat, nō visurum se mortē: nisi prius videret Christum domini.** [ps. 91.] Homo erat Simeon, non reuera vnus e vulgo, de quibus dicitur, carnes sunt, & vos sicut homines moriemini: [Actu. 13.] namque hic prius vidit vitam quam mortē gustaret. Erat igitur homo simplex & rectus, & etiam in senectute sua permanens in innocentia, vir iuxta cor Dei: nempe timoratus. Græce εὐλαβὴς eulabes, i. pius & religiosus, [1. corin. 13.] vtpote qui non suam (charitas enim non quærit quæ sua sunt) sed populi salutē sitiebat, [Hierony.] & vt vno verbo concludam qualis esset homo iste, Spiritus sanctus erat in eo: & ibidē domicilium maiestatis suę præparatat. Qualis erat foris, talis & intus: & non sicut dixit Hieronymus de quodā, foris Cato erat: intus Nero, sed erat verus Israelita: in quo dolus non erat. Hic homo iuxta Theophyl. [Theoph.] non erat sacerdos, licet aliud opinetur Burgensis nulla fultus autoritate. Caiet. Simeon sacerdos erat, quod videtur, quia benedixit illis, nam Numeri. 6. Iubentur sacerdotes benedicere populo. Et hoc tanto magis, quod in templo benedixit, imo benedictio illa pars erat ceremoniarum puerperæ & puelli. Hic igitur homo annosus quidem erat & iam dextera computabat annos: verum matura licet senectute excluderetur: Ipse tamen mortem deprecabatur, quam adesse videbat in foribus, replicās interim illud Quis det te fratrem meum sugentem vbera matris meę (ipsa est Maria) vt inueniam te solum foris teneam, complectar: & deosculer: & iam nemo me despiciat. Canticor. 8. Veruntamen nubes & ventus dicit Salomon & pluuiæ non sequentes: vir gloriosus promissa non implens. Prouer. 25. Inde ille voces querelarum plene. Esai. 28. Manda, expecta: modicum: manda: expecta, modicum. Ad hęc dominus. Adhuc vnum modicum præstolamini, & ego commouebo cęlum me nascente, & aridam orbe descripto: commouebo & mare aridamque. Aggæi. 2. Tribus Magis venientibus cum muneribus, & veniet desideratus cunctis gentibus, impleboque domum istam gloria, quod hodie impletum est. Responsum inquit acceperat: homo hic Eusemus, nam & iste tacens clamabat sicut legimus de Mose. Exod. 14. Quid clamabat? Quare moratur filius meus? [Tobiæ. 10.] vtinam disrumperet cælos & descenderet. Esai. 64. O mucro domini vsque quo non quiesces? [Hiere. 47.] Ingredere in vaginam tuam, refrigerate & sile. Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ sicut iurasti Dauid in veritate tua? Nunquid enim vane constituisti omnes filios hominum? ps. 88. Attende de cęlo, & vide de habitaculo sancto tuo. Vbi est zelus tuus & fortitudo tua, & multitudo viscerum & miserationum tuarum? Esai. 63. Hę sunt voces & hi clamores quibus pulsabat homo iste iustus aures Dei, & tam improbus fuit pulsando, donec responsum accepit a spiritu sancto. Et quod illud oraculum? Non visurum se mortem &c. Legimus responsum amico Dei (qui videre Deum sicuti est exoptabat tantus vir) [Exod. 33.] non videbit me homo viuens. O mutationem dexteræ Dei. Ecce Simeon iustus non moritur, nisi prius videat. [Luc. 10.] Vidit enim quod multi voluerunt, nec potiti sunt. Hęc enim gratia noui testamenti est: [Exo. 34.] Alioqui Iudęis nec vultum Mosi licuit videre glorificatum, nisi oppanso velo. Acceperat ergo oraculum senex iste & tamen præ desiderio potiundi promissi non credebat, [Gene. 45.] sicut alter Iacob, cum

audiuit

audiuit quod viueret Ioseph: quem ante annos. 23. mortuum luxerat: & a bestia laceratum. Veruntamen cũ ex multis coniecturis ex scripturis: ex ablato sceptro a Iudeis, intelligeret adesse tempus in quo venturus erat desideratus cunctis gentibus, ac proinde feruentius solito pulsaret precibus eum, cuius cor semper vigilat, dormire licet videatur, vt mereretur particeps fieri consolationis promissæ Israeli, accepit responsum, futurum vt non frustraretur a desiderio suo, viueret licet vltra pẽsum iuxta prouerbiũ. Allusum est autẽ ad parcarum fusos, quibus æuum mortalium euolui fabulantur poetæ. Theologi periodum appellant, quam præter currere nulli fas sit. Itaq; suggerente spiritu sancto, a quo responsum acceperat. **Venit in spiritu in tẽplum. Et cũ inducerẽt puerũ Iesum parentes sui, vt facerent secundum consuetudinẽ legis pro eo, & ipse accepit eũ in vlnas suas, & benedixit Deũ**

Genesi. 57. Cantic. 5. Prouerb.

A **dicens.** Venit ergo senex iste corporis quidem presentia, sed motus a spiritu sancto: vt videret oculis, quod Abraam videns spiritu ante annos bis mille, exultauit & gauisus est. Consistens igitur in limine atrij templi: & perspicatiores lyncibus oculos intendens: prospicit a longe Mariam & Ioseph aduentantes. Verum puerum quẽ Ioseph inter ambulandum gestabat, in conscensu graduum templi Mariæ tradidit. Dicit hoc loco Abulensis: quod immaculata non erat in Bethleem: quando filiũ perrexit statuere in templo: sed a ciuitate Nazareth profecta est. De hoc alij viderint. Simeon igitur salutatis Maria & Ioseph, rogat eorum nomina. Maria inquit Ioseph nomen est vxori meæ, mihi Ioseph: puero nomen est Iesus. Vterq; de domo & familia Dauid: infans natus in ciuitate Bethleem. Hæc vbi attentissimus auribus audiuit annosus senex, instinctu spiritus sancti quo plenus erat, genua flectens, inquit ad Mariam, Cõple desideriũ meum o inter benedictas benedicta acceptumq; puerum in vlnis, inquit in oscula ruens. O

Ioan. 8. Abulensis

B desiderate cunctis gentibus: iam lætus moriar, qui hucusq; inconsolabiliter vixi, quia vidi faciem tuã & superstitem te relinquo. Vtraq; enim manu debemus domino famulari, sicut illi quorum altera manus erat in opere, in armis altera. 2. Esdrę. 4. Vide Matth. 25. Ibi: digito autem. Complexus est igitur eum cuius fimbriam mulier tangens sanata est, cuius Ioannes dignus non est calciamenta portare. Vt igitur vidit, vt tenuit, vt osculatus est: suis desiderijs per omnia videns satis factũ: renouata est velut aquilę iuuẽtus pręterita: nam more iuuenis (alioqui senibus non admodũ apta est musica: de quo vide. 2. Re. 19. nescio quid cygneum cantauit dicẽs. Tamdiu mors erat timori: desiderio vita; quandiu vita nõ veniebat induta morte. Nunc autem cum nihil sit quod me moretur in sęculo: lætus moriar: (Nã Iacob lugens moriar dixit) **Quia nunc dimittis seruum tuũ domine: secundũ verbum tuũ in pace.** Pax autẽ vera illa est quæ fecit vtraq; vnum: illa est quã inter vlnas teneo. Postq; igitur pacem natã & donatam hominibus angeli cecinerũt, dissolui & esse cum Christo melius est, nisi interim charitas aliud iubeat dicẽns, permanere tamen in carne necessarium est propter vos. Quomodo dixit. S. Martinus. Dñe si adhuc populo tuo sum necessarius &c. Cæterum Moses ita loquebatur. Non possum solus sustinere om-

Gene. 46. Matth. 9. Matth. 5. Genesi. 37 Ephesi. 2. Phil. 1.

C nem hunc populum duræ ceruicis, adamantini cordis, quia grauis est mihi. Sin aliter tibi videtur, obsecro vt interficias me, & inueniam hanc gratiã in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Non recusabat laborem Moses, timebat autem, ne iret sub onus. Senex quidã incisis in monte lignis ac in humerum eleuatis, onere pressus, defessus, deposito onere: mortem vt adesset inuocabat. At morte ilico astante (quę etiã non inuocata venit) & rogante causam qua se inuocasset: senex ait: vt onus hoc sublatũ imponeres mihi. Nemo enim tam senex est teste Hiero. Qui non se vnum annum victurum existimet. Sequitur in textu. **Quia viderunt oculi mei salutare tuũ. Quod parasti ante faciem omniũ populorum. Lumen ad reuelationem gentiũ & gloriã plębis tuę Israel.** Vide Ester. cap. 8. Ibi noua lux. Christus Iesus venit in hunc mundũ vt peccatores saluos faceret, quorum primus sum ego inquit doctor gentiũ: Qui fui blasphemus: & persequutor & contumeliosus, & tamen cũ talis essem, eo deploratior: quod cæcitatem meam non agnoscebam: putans zelum Dei esse: quod erat cõtumelia & blasphemia saluatoris mei: tamen misericordiã consecutus sum: vt sim cęteris blasphemis mei similibus exemplũ

Numer. 11. Mors. Hiero. 1. Timo. 1. Galat.

D ne aliquis magnitudine peccatorum pressus, animum despondeat. Quare Saule qui & Paule? quia Christus Iesus venit salus populi sui: deambulans & fugientes reuocans ad pœnitentiã: cum dicit. O homo vbi es! Vide q; nolo mortem peccatoris: absit: iterumq; absit: sed seruate mihi puerum Absalon. Ipse est igitur pax nostra: ipse salus & saluator, ipse medicus & medicina cuius liuore sanati sumus, ipse pellicanus cuius morte viuificamur. Ipse est lumen de quo dictum est in Cantico Zachariæ. Illuminauit enim Aegyptios qui tribus diebus tenebras palpabiles sustinuerũt: interim nec loco moti. Vnde Paulus. Si forte attrectent (id aũt cęcorũ est) Deũ: & inueniãt eũ in quo mouetur & sunt. Et tamẽ cũ hęc ita sint t eo cęcitatis ventũ est: vt vnaquęq; gẽs Deũ suũ fabricauerit. Quid dico Deũ suũ? Bruxilius Philo. dimisit Romę vita functus. 28.0000. Deos ad custodiã ciuitatis iuxta numerũ ciuiũ: qui tũc erãt Romę. Sapiẽtissimus pro inde, si id persuasit Romanis. Stultissimi mortaliũ si id persuasi sunt. Nã de Iudaico populo in quo notus erat Deus, scriptum est. Noui recentesq; venerunt, quos non coluerunt patres eorum. Immolauerunt dęmonijs & dijs quos ignorabant. Venit ergo Iesus salus populi sui: & lumen, sicut ipse dicit,

Gene. 3. Ezech. 18. 2. Re. 18. Esai. 53. Exo. 10. Actu. 17. 4. Re. 17. Bruxilius. Deuter. 32. Ioan. 10.

E Ego sum lux mundi qui illuminat omnem hominem qui illuminatur in hoc mundo, cui dicitur, Deus illumina tenebras meas. Est & Christus Iesus iuxta Grego. Nisenum gloria plębis suę: in eo quod carnem ex eis sibi in coronam assumpsit, in eo q; ad eos missus est: eis est promissus, & in medio eorum operatus est salutem æternam: Quoniam ipse dixit: non sum missus missus nisi ad oues. Et rursus. O si cognouisses & tu: de quo vide loco suo. Est tamen Christus etiam gloria gentium propter Raab & Ruth gentiles quidem, quę tamen propter probitatem suam cum essent oleastri insertæ sunt in bonam oliuam, ex quibus Iesus iuxta carnem. Illud annotandum quomodo gentes pręponuntur Iudęis: cum dicit: lumen gentium

Gregori. Matth. 15. Luc. 19. Roman. 11

Luc. 2. gentium:gloria Israel. Facti enim sumus caput ex cauda, illi autem e conuerso.

Caput vndecimum. De gladio penetrante animam virginis: & Christo posito in ruinam & resurre. multorum: & Anna prophetissa.

ET erāt pater eius & mater mirātes super his quę dicebātur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel: & in signum cui cōtradicetur. Quod superius dixit euangelista: Maria conseruabat omnia verba hæc, id nunc alijs repetit verbis dicens: Mirabantur parentes. Collatis ergo adinuicē (ferrum enim F
Prouer. 27 ferro acuitur) omnibus quæ de puero Iesu dicta sunt ab angelis ad pastores, a pastoribus ad conuiuinos, quæ dicta factaq; sunt a Magis illis beatis: & quæ nunc audiunt ex ore Simeonis, viri summa autoritate præditi, vt qui plenus esset spiritu sancto, quomodo puellum tenuit inter vlnas suas, & cecinit ei canticum nouum, verbis breue, mysterijs redundans, hæc inquam omnia conferentes, & trutinantes singula: non poterant non admirari, quando puer vnius diei vocatur saluator, Christus, dominus, dierū. 13. ado-
Luce. 2. ratur a gentibus: vocatur rex, Fabri filius iuxta vulgi opinionem, dierum. 40. vocatur salus, lumen, pax, & gloria Israel. Mirabat̄ aūt Maria interim quales & q̄ lynceos fides oculos habeat, qn̄ pastores rudes Magi gētiles Simeō annosus agnouerūt formā Dei latitantē in forma serui dicētes. Vere tu es Deus abscōditus. Esai. 45. Mirabatur & bonitatē Dei, qui sic sensim innotescere voluit mortalibus Primum baptistę, tum pastoribus, deinde Magis, ipsi Ioseph, Simeoni, & Annæ, de qua in consequētibus, deinceps populo Iudaico, & amodo vniuerso orbi, prędicabitur enim hoc euangeliū in vniuerso mundo. Et bene
Matth. 24 dixit illis Simeon, Reuera iuxta apostolum, sine vlla contradictione quod minus est a meliore benedici- G
Heb. 7. tur. Sed est genus benedictionis quo inferiores bona precantur maioribus, sicut habes Exod. cap. 12. Abite & immolate Deo vestro: & abeuntes benedicite mihi. Nec mirum si Simeon in quo erat spiritus sanctus bona precatur eis, quandoquidem non erāt comprehensores, id quod per se notum est. Quod si de infantulo intelligas, omnis creatura etiam quę sensu carent & motu: suum creatorem agnoscit, & si nō voce, re tamen ipsa benedicit: sol luna, ignis grando, nix glacies de quo Daniel. 3. & ps. 148. Et dixit ad Mariam matrem eius. Illud principio annotandum quod Simeon in quo erat Spiritus Dei, non alloquitur sanctum Ioseph quod ordo rationis postulabat si pater pueri esset, qui tamen nihil aliud q̄ nutritius erat
Esai. 8. vere autem coniunx immaculatæ. Ecce hic positus est. Vnde vocatur dominus Christus in Esaia lapis of-
Origenes. fensionis & petra scandali. Origenes. Christus dominus vel propter parentes pauperes, & conuersatio-
Matth. 13. nem humilem inter homines, qui cum peccatoribus manducabat, & quod ex humili loco prodijt videli-
Luc. 2. cet Nazareth, quiq; totos. 30. annos ab edendis miraculis abstinuit & populi doctrina, non mirū si quasi lapis esset offensionis multis Iudæorum: & maxime cū annorum. 12. inuentus fuerit in templo sedens in- H
ter doctores: audiens & interrogans. Vnde dixerunt multi. Reuera si superuixerit puer iste, doctor magnus legis euadet. Verum cū iam annorum. 20. vel. 25. nil aliud prę se ferret q̄ fabrilignariam artē, vel vnā ex cæteris quā & optime callebat, lapis erat offensionis multis dicentibus, ante maturitatē homo iste totus effloruit, Esai. 18. Et illud veteris prouerbij, odi puerulos præcoci sapientia. Vulgo enim inualuit opinio, vt credant puerulos maturius sapientes, aut nō fore vitales, aut dementes futuros, simul atq; ad ętatem
3. re. 11. maturam peruenerint, id quod propemodum accidit Salomoni. Dicitur autē scandalū iuxta Orige-
Origenes. nem, cum in via obex aliquis inuenitur, qui gressus incedentis vel scandentis impediat, & inde scandalū tractum est. Scandalū tamen verbum est Græcum σκανδαλον, Quia igitur hi qui erāt in Sion vias nō bonas incedentes, iter perditionis concito pede currebant quasi equus impetu vadēs in prælium. Hiere. 8
ps. 9. terentes viam latissimam, malis suis fauentes inuicem, iuxta illud, laudatur peccator in desiderijs animæ
Matth. 23. suæ, & iniquus benedicitur, veniens dominus, cœpit arguere vias eorum dicens: vę vobis Pharisęi, diui- I
Ioan. 2. tes vę tibi Hierusalem quę occidis prophetas, & illud, auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei forum nundinarum, & impedire cœpit vias perditionis eorum, & spinis sepirę iuxta Osee. cap. 2. Et per hoc effectus est eis lapis offensionis, si non omnibus/ multis tamen. Nam multi audientes veritatem ex ore veritatis/ dixerunt id quod sequitur in Osee. Reuertar ad virum meum priorem. Et ipsi sunt
Actu. 9. de quibus Simeon subiunxit, & in resurrectionem multorum. Exemplum ponamus Paulum olim Saulum, qui acceptis quondam epistolis a sacerdotum primoribus, Damascum pergebat. Cum autem ageret istud iter peccati (alter Balaam) occurrit ei dominus Iesus in via, & ad tempus eum cęcitate percussit,
Hiere. 2. & factus est illi (quantū ad ipsum propositū spectat quo ille pergebat) lapis offensionis (nihil inquit habebis prosperum) vt illud iter peccati quod tēdebat explere non possit, sed conuersus cogitauit vias suas & conuertit pedes qui festinabant vt effunderent sanguinem innocentem/ in viam quæ recta ducit ad vi-
Prouer. 1. tam. Hoc est ergo quod dicit, positus est hic in ruinam multorū, qui persisterunt in suo malo proposito
Matth. 27. dicentes, sanguis eius super nos, & in resurrectionem multorum, qui dixerunt vel sero, surgam & ibo ad K
patrem meum. Cū audis, surgam: intellige resurrectionem eius qui ceciderat. Et in signū cui a multis con-
Actu. 28. tradicetur. Ita dictum est Paulo Romę agenti. Rogamus a te audire quæ sentis, nam de secta hac, notū
Augusti. est nobis quod vbiq; ei contradicitur. Augustinus. Videmus signum crucis erectum esse, & contradictum
1. corin. 1. est ei, nempe ab ijs quibus crux scandalum est, Cōtra dictū est glorię crucis, in qua titulus erat, Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Nam Iudæi opponunt se dicentes: noli scribere Regem. Contradixerunt, sed nū quid pręualuerunt? Quod scripsi, scriptum esto. Ioan. 19. Contradicitur etiam Christo ab inimicis crucis:

quorum

quorum Deus venter est & gloria, Phil. 3. Origenes. Qui curiosius prospicit, dicit, nequaquam eum cadere qui ante non stetit. Da mihi igitur illum qui stetit, in cuius ruinam saluator aduenerit. Tu inquit fili semper mecum es. Hic igitur per id cecidit quod conuiuium ingredi detrectauit. Potest & sic intelligi, vt idem peccator sit qui corruat, & resurgat, sicut dicitur, Verte impios & non erunt, erunt tamen quod nō erāt: sicut legimus de Niniue ciuitate subuersa triduo nō in mœnibus sed in moribus. Hanc contradictionem figurauit Moses, quando baculum suum fugiebat, de quo alias. Contradicitur autē domino in doctrina ab hæreticis, qui agrum serunt diuerso semine, in fide ab infidelibus, quibus crux stultitia est, in moribus a falsis Christianis. ¶ Quotus enim quisque est, qui dicat cum Paulo, omnia velut stercora dedi pessum, vt Christum lucrer? Et illud, scio quod nec mors separabit me a charitate Dei. Omnes quæ sua sunt

A quærunt. **Et tuā ipsius aīam penetrabit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.** Primū annotandū, q ly ipsius nō potest referri nisi ad Mariam: cum Græce sit αὐτῆς, affes, quasi dicas & tuam met: vel tuam ipsam animam. Estque sensus. Futurum est vt huic infanti posito in ruinam & resu. multorū a multis reclametur, & super dolorem vulnerum eius adiiciant, sicut dictum est cuidam reclamanti, Saule Saule quid me persequeris? & huic non nullam doloris portionem ad virginem reddituram. Vnde illud Hiere. 15. Væ mihi mater mea, quare genuisti me virum rixæ: virum discordiæ in vniuersa terra? Itaque cum dicit, Et ruinā, coniunctio illa, &, sequentia superioribus annectit: illius contradicetur tum vitæ, tum miraculis, tum & doctrinæ, vitæ, quia amicus publicanorum vocatus est: miraculis, quia in Beelzebub dicebatur dæmones expellere, doctrinę, cum dicunt, dæmonium habet, quid eum auditis? Ioan. 7. Hęc igitur dicentes: doloris & mœstitiæ materiam domino subministrabant, ergo

B & consequenter matri suæ. Ita dicit Marcus. cap. 3. Circumspiciens eos in ira, contristatus est super cæcitate cordis eorum. Et illud Pauli: veritatem dico in Christo Iesu: quoniam tristitia est mihi magna, & cōtinuus dolor cordi, videlicet propter infidelitatem Iudaicam. Et illud, tristis est anima mea vsque ad mortem. Matth. 26. Quia in multis Iudęorum sanguis crucis Christi inutilis fuit. Vnde illud: Zelus domus tuæ comedit me, quando flagello negociantes expulit, quia a planta pedis vsque ad verticem non erat in populo Iudaico sanitas. Accessit medicus vt mederetur: & reclamatum est: Medice curate ipsum. Quod autem sequitur, vt reuelentur ex mul. Cor. Cogitationes, id quidem consecutum est, non tamen propterea contradictum Christo, nec anima virginis gladio transfixa est, vt cogitationes multorum reuelarentur. Cohæret igitur ly vt, cum superioribus hoc modo. Positus est hic in signum, cui multi reclamabunt, multi reuerebuntur, illi videlicet qui morsi a serpentibus, ad signum hoc confugerint, pro suorum remissione peccatorum, quæ sunt serpentum morsus, sic fiet vt reuelentur multorum cogitationes. Non latebūt lupi ouina pelle: quia & latro qui lupus putabatur, ouis erat, & reuelatæ sunt cogitationes eius quando dixit. Nos quidem iuste, hic autem cui a tam multis contradicitur, quid mali fecit? Et qui venerāt ad

C spectaculum illud dignum visu, sed fidelibus, reuertebantur percutientes pectora sua. Cęterum scribæ & sacerdotes qui apicem videbantur religionis tenere, stabāt mouentes capita more phanaticorum. Sepulto autem domino, adhuc instant insanientes, cum dicunt seductor ille dixit &c. Simile est illud. 2. re. cap. 15. Cum Absalon immolaret hostias, facta est coniuratio valida populusque concurrens augebatur cum Absalon &c. Leuato ergo signo illo an potius idolo, & exaltato in regē, reuelatę sunt cogitationes multorum, & scitum est, quis syncero quis duplici corde sequeretur verum regem Dauid. Hic est sensus literalis. Quod si exponas de peccatis in confessione retectis, non abhorret a vero, sed sensus iste mysticus est. Potest autem exponi aliter illud: & tuam ipsius animam, videlicet quod & si Christum dominū vtpote Dei filium sponte sua mori vidit: mortemque non dubitaret triduo deuicturum, ex sua tamen carne procreatū nō sine doloris affectu potuit videre cruci affigi. Nec minus huiusmodi gladio confixa est, quādo ex commonitione angelica in Aegyptum secessit, & rursus quando duodecim annorum puer parentibus inscijs, remansit in Hierusalem. Luc. 2. Sed hæc mystica sunt. Bernar. Postea enim q̄ dominus spiritum

D emisit: Ipsius plane non attigit animam crudelis lancea, quę ipsius (nec mortuo parcens, cui nocere non posset) aperuit latus, sed animam virginis vtique penetrauit, vt plusquam martyrem merito prędicemus, in qua nimirum corporeę sensum passionis excessit compassionis affectus. Hierony: Quia mente passa est plusque martyr fuit. Nec miteris si doluit morientem, quē sciebat resurrecturū, 3. die. Certe si ille potuit mori, potuit & illa dolere. Imo illud magis mirare q̄ hoc. Non enim quia mater Dei, exuerat affectum matris. Itaque & ibi reuelatę sunt cogitationes multorum, quia venit Nicodemus & Ioseph, vt seductorem illum seruatorem nostrum traderent sepulturę, & quem viuentem secreto secuti fuerant, morienti publice obsequuntur. Sacerdotes vt diximus, nec mortuo parcunt dicentes, seductor ille &c. **Et erat Anna prophetissa filia Phanuel: hęc processerat in diebus suis, & vixerat cū viro suo annis. 7. a virginitate sua, & hęc vidua vsque ad annos circiter. 84. Quę non discedebat de templo. ieiunijs & orationibus seruiens nocte ac die.** 3. q. 5. cap. Quod Deo, in fine. **Et hęc eadem hora assistens, cōfessione respondebat, & loquebatur de illo omnibus**

E **qui expectabant redemptionem Israel.** Lege precibus vel orationibus, obsecratio enim aliud significat videlicet per rem sacram obtestari. Non solum ergo ab angelis & prophetis & pastoribus, sed etiam a Magis, a senioribus & viduis generatio domini habet testimonium. Omnis ætas & vterque sexus agnouit eum qui cum in forma Dei esset, mutato habitu, campū pugnaturus intrauit. Virgo generat, sterilis parit, mutus prophetat, Ioānes saltat: Magus adorat, pastores mirātur, Simeon exultat inter prophetandū vidua nunc confitetur ætatis decrepitę venerabilis tamen, & non sicut dicitur, puer annorū centū maledictus. Anna vt nunc supponimus, annorum. 13. nupsit, Septem annis conuixit marito, octoginta quatuor

Luc. 15. Prouerb. Ionæ. 3. Exo. 4. Rom. 8. Ps. 68. Actu. 9. Matth. 11. Rom. 9. Ps. 68. Luc. 4. Nume. 21. Luc. 23. Matth. 27. Matth. 2. Bernard. Ioan. 19. Ioan. 19. Matth. 27. 3. q. 4. 22. Esa. 66.

quatuor vidua, & fiunt anni centum & sex. Ergo & ista cum Simeone expectabat cõsolationem Israel & venit in spiritu in templũ, & viso lumine illo: splendore patris, & gloria populi Israel, renouata est in ætate, quia plena erat pietate. Hæc igitur vere vidua, onus terræ rectius voces q̃ fœminã, mundo mortua, viuens Christo, non discedebat de templo. Non vacabat delitijs, sed cũ apostolo corpus in seruitutem spiritus redigebat: mentem orationibus semper præsentem Deo exhibere contendebat. Fuluia vxor Marcelli dũ cremabãtur ossa viri, tractabat de secũdo matrimonio, vni q̃ senatori qui eã manuducebat nupsit tunc per verba de præsenti antequã reuerteretur a rogo. Dixerat autem quidam Romanus cũ illa faciem vnguibus exararet, nec vellet cessare, dimittite ei manus, faciat quod libet, vult enim Fuluia hodie percurrere pensum totum viduitatis. Hoc est quod factura erat anno integro, perfecit horis sex. Nimirum viduæ Romanę claudebant ianuas, scindebant velum capitis, pręcidebant vestes, nudis pedibus incedebant stigmatizabant faciem, vescebantur solitariæ, lamentabantur interdiu in sepulchris: vngues dentibus pręcidebant, collum vngebant sanguine herinatij, ancillas tondebant, noctu pergebant ad triuia. Hos itaq; tot labores & curas Fuluia mox a rogo secundo nupta breui absoluit. Veruntamen iuxta apostolum melius est nubere q̃ vri. Dionysius Tyrannus matri suæ quæ licet iam consenuisset, viro tamen tradi vellet, ciuilia quidem iura inquit violari possunt, naturę non possunt. Tempus amplexãdi & tempus pudicitiæ. Seruiebat igitur vidua hęc beata Deo die ac nocte, vt opera eius lucerent ante Deum sed & ab ijs qui foris erant haberet testimoniũ. Quęsiuit enim lanam ecce exteriora: & linum, ecce interiora: & operata est consilio manuũ suarũ veste desuper contextam. Quod autẽ id lege cauetur, aliũ habet sensum, videlicet ne simus lupi in melota. Hęc igitur vidua digna erat quę tantorum mysteriorum particeps fieret, vnde & ipsa vrgente eam spiritu sancto, eadem hora qua Simeon, affuit. & respondebat verbis Simeonis, vt in ore duorum testium staret omne verbũ. Quod igitur noster textus dicit, confitebatur domino, Gręce est ἀνθωμολογεῖτο anthomologito, quod non est simpliciter, confitebatur, sed cõfessione respondebat, vt referatur ad confessionem Simeonis & aliorũ: quorum hęc beata fœmina confessionibus respondebat. Quodq; dicit: non discedebat de templo: hoc est dictu: frequenter terebat limina templi. Ibat curam habitura carnis in necessarijs, & reuertebatur in similitudinem fulguris. Quod dicit, die ac nocte, eundem habet sensum, licet possit sic intelligi, quod cursum vitæ eius immaculatę, nec prospera remorauerint nec aduersa, sed totos quattuor & octoginta annos percurrerit sine offensa lętalis criminis offerens Deo agnũ integrum cum cauda & testiculis, quia licet fœmina & annosa, virilem semper animũ prę se tulit, vim inferens regno cælorum. Vocabatur enim Anna, idest, gratia, filia Aser, id est, beatitudinis. cuius? Audi Paulum, Vidua cui vult nubat, tantum in dño nubat. Beatior tamen erit, si vidua permanserit secundum consilium meum. Hiero. Benedixit, consilium, quia contra immo vltra naturam est: non exercere quod nata sis, interficere in te radicem tuam, & quasi intra fornacem posita temporibus, rorem non flammas experiri cum tribus pueris, & in humano corpore angelicam conuersationem acquirere. Paulus macerat corpus suum: & tamen cernit naturalem carnis ardorem suę repugnare sentẽtię, vt quod non vult, hoc agere compellatur, & quasi vim patiens vociferatur & dicit: O me infœlicem: & tu te arbitraris absq; lapsu & vulnere posse transire: nisi omni custodia seruaueris cor tuum? Prouerb. 4. Vide quid dicat idem Paulus, vidua in delitijs, viuens mortua est. Anna igitur, non solum in templo Simeoni attestabatur, sed & in ciuitate Hierusalem pręco facta est, omnibus videlicet qui expectabant redemptionem Israel, natum videlicet esse, quem nasciturum expectabãt in gloriam plebis Israeliti. **Et vt perfecerunt omnia secundum legem domini reuersi sunt in Galilęam in ciuitatẽ suã Nazareth. Puer autem crescebat, & confortabatur plenus sapientia & gratia Dei erat in illo.** Hæc omnia patent ex pręedictis, quę sunt quę perfecerunt, oblatis turturibus pro purificatione puerperæ & infantis. Dictum est etiam de ciuitate Nazareth. Quod autem puer crescebat & confortabatur, exponetur in consequentibus videlicet Luce. 2. In fine, vbi ponuntur fere eadem verba. Et Ioan. 1. ibi, plenum gratię & veritatis. Itaq; reducto infantulo in Nazareth iuxta Lucam sequitur.

Gal. 2. 1. corin. 9. Hierony. Roman 8. 1. corin. 7. Dionysi? Ecclesia. 3. 1. Timo. 5. Prouer. 31. Deut. 22. Deute. 17. Ezech. 1. Leui. 22. 1. corin. 7. Hierony. Daniel. 3. 1. corint. 9. Rom. 7. 1. Timo. 5.

¶ Caput duodecimum. De angelo admonente Iosephum vt tollat puerum & matrem: & fugiat in Aegyptum: deq; occisione infantium ab Herode: & reuersione ab Aegypto in terram Israel post mortem Herodis.

ECce angelus domini in somnis apparuit Ioseph dicens. Surge & accipe puerum & matrẽ suam & fuge in Aegyptum, & esto ibi vsq; dum dicã tibi. Futurum est enim vt Herodes quęrat puerum, ad perdendum eum. Quod si ita se habent rerum vices, vt homo de muliere natus, nunq̃ in eodem statu permaneat, o immaculata mea, soror & sponsa: in die malorum ne immemor sis bonorum: & rursus in die bonorum ne obliuiscaris malorum: quia habet Deus calicẽ in manu sua mixtũ amaris & dulcibus, sicut atrestatur prophetę Homerus, & inclinat ex hoc in hoc modo læta modo tristia propinãs mortalibus, nunc humilians, nunc exaltans, & bibent inquit omnes peccatores terræ. Si enim is qui peccatũ non fecit: bibit ex eo vsq; ad feces, quomodo non bibent omnes peccatores terræ? Sed videamus interim quomodo hunc humi, & hunc exaltat. Humiliatum vides reclinatum in prę sępio, exaltatum, cum pastores adorant, angeli obsequuntur. Rursus humiliatur, circuncisus die octauo: in quo iuxta Paulum nihil differt a seruo: Rursus exaltatum vides, cum a Magis rex vocatur. Rursus humiliatur, redẽptus. 5. siclis quasi

Iob. 14. Ecclesi. 11. ps. 74. Esai. 51. Galath. 4.

quasi seruus, cum reuera solus esset filius liberæ. Ad hæc iterum exaltatur cum vocatur pax & gloria. Et nunc rursus humiliatum vide, cum iubetur puer cuius est terra & plenitudo eius, more ex legum patria excedere. Merito igitur dixit Salomon risum reputaui errorem: & gaudio dixi, quid frustra deciperis? Ecclesi. 2. Proprio & vnico filio non pepercit Deus nunquid parcet nobis? Rom. 8. Ille de torrente bibit & intrauerunt aquæ vsque ad animam suam: nos ducemus in bonis dies nostros, supra astra exaltabimus folia, præcipitandi tanquam fulgura. Arsit rubus in quo spina nulla nisi secundum similitudinem, verius arsuri, qui plaustra trahunt onusta lignis, fœno & stipulis. Fuge inquit cum puero: futurum est enim &c. Tu autem perpende interim in cogitantiam Tyranni, qui laborat, vt diuinam vincat voluntatem. De hoc vide in actis ca. 5. Et sunt verba Gamalielis. Sicut igitur Ioseph fuga sibi consulere iubetur, vt daret locum A iræ (mihi enim vindicta, & ego retribuam) ita Magi illi viri illustres per aliam viam iubentur abire. Poterat autẽ Ioseph dicere quod & illi, si non essent probatæ fidei: cur nos qui palam venimus, nec tãti Tyranni furorem patientes, quasi reos quosdam atque fugitiuos angelus a ciuitate propellit? Sed nihil tale vel ore vel corde concipiunt. Ita & Ioseph qui tantorum mysteriorum conscius erat, poterat & ipse dicere, Papæ, & hic est de quo Paulo ante dicebas, ipse saluũ faciet populũ suũ a peccatis? Et nunc nec semetipsum potest saluum facere. Aut si potest: quid opus est nobis quasi passeres transmigrare? Quid opus est fœminam hanc quæ nunquam domum fuerat egressa, vel quam raro: tam erumnosum conficere iter propter partum illũ mirabilem? Incerta res est hæc & prorsus ambigua. Idem dicere potuit Abraam, cui cum promisisset Deus tot filios quot sunt in cælo sidera, interim in vxore periclitabatur: & cum promissa sibi esset possessio regnorum vndecim, filium iubetur immolare, in quo promissa diuina erant implenda. Itaque & B iste nihil tale mente concepit, sed per omnia mandatis Dei obtemperans, pater fidei vocatur. Huius filius iste Ioseph iustus, reuelatione cõmunicata cum immaculata, eaque dicente, fiat voluntas tua o charissime fili, sicut in cælo & in terra, ipse **consurgens accepit puerum & matrem eius, & fugit in Aegyptum.** Abulẽsis. Potest dici congruenter quod reuersis Maria & Ioseph cum infantulo in Nazareth, ibi persisterint Biennio, quia Herodes non occidit pueros nisi biennio elapso a Christo nato, hoc est secundum tempus quod inuestigarat a Magis. Quod autem dicitur: noctu eũ recessisse, verũ est, sed non eadem nocte qua oraculo monitus est. Prius enim de rebus suis ordinarent, & commeatum pararẽt itineri necessarium. Et idem possumus intelligere de Abraam, cum iubetur patria excedere. Et sciendum, quod si recta pergas a palestina in Aegyptũ, breuis via est, miliaria videlicet. 140. (quattuor miliaria faciũt parasangã) Cõputando a ciuitate Gaza quæ est in terra Chanaã vsque ad Cairũ ciuitatem potentissimã Aegypti. Huius viæ. 4. Pars vel aliquid amplius fructifera est, & culta: tres reliquæ desertus incultus omnino: per mare breuior via est, videlicet a Hierusalẽ ad Iopẽ. i. mare occidẽtale parasãgæ. 9. In die Aegyptũ quasi parasãgæ. 80. Venit ergo Ioseph in Aegyptũ in ciuitatẽ Eliopolim. Faber dicit locũ, vbi Chri- C stus fuga delatus est: vocari Macaream, distareque a magno Cayro passuũ ferme decem milia teste Petro martyre. Cum igitur in ciuitate illa hospitio non exciperentur, ad templũ quoddã diuerterunt, in quo erant idola numero. 365. Iuxta numerũ dierũ anni, quibus ordine a sacerdotibus statuto singulis diebus immolabatur. Ad Christi autem & Mariæ ingressum omnia corruerunt, sicut Dagon ante arcam Dei. 1. Re. cap. 5. Ab Eliopoli ad miliaria. 14. est ciuitas Babylon, non illa de Chaldæa. Inter istas ciuitates est palma quædam antiquissima, quam ferunt ramos deflexisse cum fructu immaculatæ virgini prætereũti. Hæc propter miraculũ præcisa fertur ab idololatris, sed sequenti mane integra reperta est. Fuit ergo in Aegypto beata virgo annis septem, victitans ex laboribus manuum suarũ. Hæc Abulẽsis. Hoc est ergo quod Hieremias rogat dominum dicens, Quare futurus es sicut colonus super terrã? Nempe quod præcepturus erat suis vt fugerent in aliã ciuitatem, dantes locũ iræ, id ipse opere exhibuit. Dixit enim ipse quod pater suus Dauid, aduena sum & peregrinus sicut omnes patres mei. ps. 38. Sic Abraã qui annis centum peregrinatus est, nec interim accepit a Deo vel vestigium pedis, nec filius suus Isaac, nec Iacob nepos eiusdẽ D quia non habebant hic ciuitatem manentem. Heb. 13. Gentio cippo prætori paludato portam egredienti ciuitatis Romanæ, capiti eius subito veluti cornua emerserunt: responsumque est, regẽ fore, si vrbem repeteret, quod ne accideret, voluntarium ac perpetuũ sibi met indixit exilium. Dignũ opus & quod septẽ regibus præferatur. Cuius rei testandæ gratia, capitis effigies æreæ portæ qua excesserat inclusa est. Nos autem propter regnum cælorum dãna illata æquanimiter feramus: quia non sunt condignæ passiones ad futuram gloriã. Legimus Heliam fugientẽ feram illam Iezabel: Dauid a facie Saulis, prophetas Dei cẽtum speluncis inclusos, pane victitasse pastos & aqua, multos alios egentes, angustiatos, quibus reuera dignus non erat mundus, Heb. 11. Proinde iuxta Augustinũ, recusat esse in corpore, qui odiũ non vult sustinere cum capite de quo dicitur, Oportebat pati Christum &c. Luc. 24. Ibi igitur dominus conuersatus est cum hominibus iuxta quod prædixit Baruch. cap. 3. **Et erat ibi vsque ad mortem Herodis, vt adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam: ex Aegypto vocaui filiũ meum.** Id testimonium est Osee cap. 11. & loquitur propheta ad litteram de populo Iudaico educto de E Aegypto. Quo loco dicit Hieronymus, Dum esset Israel puer, & captiuus teneretur in Aegypto, in tantum dilexi eum, vt mitterem seruũ meum Mosen: & ex Aegypto vocarẽ filiũ meum primogenitũ. Hoc igitur testimonium Matthæus ad dominũ retulit, omnia enim in figura contingebant illis. Quare autem Iudaicus populus vocetur primogenitus: dicitur alias. **Videns autẽ Herodes quoniã illusus esset a Magis, iratus est valde, & missis carnificibus, occidit oẽs pueros qui erant in Bethleem & in omnibus finibus eius a bimatu & infra secundum tẽpus quod exquisierat a Magis.** Tyrannus igitur iste qui hucusque religionẽ melota contectus simularat, adorare

se velle

Ps. 68. Iob. 21. 1. Corin. 3. Rom. 12. Chrysost. Ps. 10. Genesi. 15. & 17. Gene. 22. Abulẽsis. Faber. Abulens. Hiere. 14. Matth. 10. Actu. 7. Val. max. Rom. 8. 3. Re. 19. Augusti. Hierony.

se velle dicens, iam nūc persona deposita: cultum pietatis fictæ vertit in verū odiū. Sic olim Saul pro do- [1.Re.18.] te petijt a Dauid centum præputia Philistinorum, dicens interim apud se, morietur manu inimicorum. ¶ Et quia hac non successit, alia aggressus est via, nisus configere cum lancea. Quæ tamen casso vulne- [1.Re.19.] re perlata est per parietem. Primū igitur secreto eū perdere voluit: deinde publice: Quod & ipsum legimus. Exod. 1. cum infantibus Iudæorum factitatum. Itaq; videns Herodes Magos iuxta condictum reuersos non fuisse, illusum se esse ratus est: iramq; suam in paruulos vertit innocuos: sicut diximus de Pha- [Exod. 1.] raone. Pharao quidem ne Christus nasceretur: Herodes vt natus occideretur. Verum Pharao iubens fœ- [Abulēsis.] minas reseruari, non id clementia motus fecit. Si enim vtriusq; sexus infantes iuberet occidi: pateret do lus: deinde fœminæ arma non tractant, vnde ab illis non erat præcauendum. Præterea Hebrææ feminæ pulchriores erant Aegyptijs fœminis: & obsequiosiores ad ministerium vxorum suarum, ideo eas reseruari permittit. Ad hæc Abulensis. Sciendum verisimile esse Herodem non ignorasse Magorum recessū: [F] paucis elapsis diebus ab eorum digressu: nec tamen ratus est illusum se: magis autem id, deceptos videlicet illos, vt qui tot lusissent operas: non inuento quod quærebant, & propterea verecundatos noluisse reuerti: fugisse q; in terram suā. Sed postq̄ referentibus aliquibus: proditum est: Id quod factum est in templo, presentibus Simeone & Anna, intellexit illos quidem inuenisse quod quærebant, & seipsum potius [Abulēsis.] delusum q̄ illos: & tunc iratus, sæuijt in pueros. Nam asserunt vix elapso bimestri ab ortu Christi, occisos esse. Si queras, quare ergo fecit occidi pueros bimos? Respondetur, quod stella apparuit Magis biēnio [Sabell. c7.] ante ortum Christi. Sed non est verū. Quod vero alij dicunt: agentibus filijs Aristobulo & Alexandro Herodem Romam perrexisse, nec reuersum ante biennium, tuncq; occidisse paruulos, similiter nō est verum, & hęc positio est. M. A. C. Sabellici, licet ipse nō dicat quot elapsis annis: Herodes redierit. Videtur dicendum iuxta Abulensem, q̄ Herodes occidit pueros a bimatu, quia quando in dubitato intellexit se illusum a Magis: iam transierant anni duo ab ortu stellę, credebat autem Herodes puerum simul ex oriē- [G] te astro natum. Potest autem dici quod fecit occidi omnes pueros bimos vsq; ad infantē vnius diei, propter abundantiorem cautelam, ne quoquo modo eum elabi cōtingeret. Potest dici quod strages hęc repente cœpta est: nec ministri tanti sceleris in hoc immorabantur inquirentes curiosius, vter paruulus esset bimus aut trimus, id enim si exacte fieret, maior pars eorum elaberetur, parentibus celantibus pignora sua: populus vero promiscuus in seditionem verteretur. Ita licet Herodes bimos tantū occidi iusserit: multi sunt trucidati. 30. mensiū, etiam & annorum trium. Alij asserunt Herodem anteq̄ ministros huius infandę tragediæ destinasset: fecisse describi omnes pueros bimos illius prouintiæ secreto, tum & parentes eorum. Hęc positio mitior quidem est, nescio tamen an vera. Mihi autē nec verisimilis. Ira enim Ty- [Daniel. 3.] ranni furori proxima imo superior, quid moderatum suadere potuit? Vide de Nabuchodonosor precipiē- [Augusti?] te succendi fornacem septuplum, quasi semel succensa non sufficeret. ¶ Dicit Augustinus: quod a bimatu fecit trucidari pueros: quia forte timebat, ne puer cui sidera famulantur: speciem suam paulo supra vel [H] infra ętatem transformaret. Verum prophanus hostis nunq̄ istis beatis paruulis tantum potuisset prodesse obsequio, quātum profuit odio. Nam quos ille eximit sęculo posito in maligno, Christus inserit cęlo. Hi iure dicuntur martyrum flores, quos in medio frigore infidelitatis exortos quædam persecutionis pruina decoxit. Omnes inquit occidi iussit: quod edictum funestum vsq; adeo ad vnguem seruatum est, vt inter infantes qui trucidabantur, etiam filius minimus ipsius Herodis sublatus sit. Ita enim dicebat. [Augu. C.] Augustus Cęsar, cum audisset inter pueros quos in Syria Herodes infra bimatum iussit occidi, filiū quoq; eius occisum, Melius est Herodis porcum esse q̄ filium. Saul sæpe sæuire voluit in generum suū Dauid, quod quia ei non est permissum, furore insano percitus, primum sacerdotes omnes Nobe ciuitatis tū senes, iuuenes, paruulos etiam lactētes omnes sine mora occidi pręcepit. Sed nec mulieribus pepercit, nec ipsis quidem iumentis, mirum si pepercit muris & hortis & segetibus. 1. Re. 22. Euasit autē vnus filius sa- [Luc. 18.] cerdotis, Abiatar nomine. Iste vnus quęrebatur: & is solus euasit, tempore oportuno tradendus genti- [Exo. 12.] bus vt illudatur & flagelletur, & crucifigatur. Origen. Sicut olim in Aegypto nulla erat domus in qua [I] [Origenes.] mortuus non iaceret, sed ibi diuina sententia sęuiebat: hic autem Herodis furor. Nulla hic misericordia, nulla apud carnifices pietas fuit. Diuitum vel pauperum, seruorum aut liberorū. Ciuium vel peregrinorum paruuli passim proijciebantur occisi. In singulis domibus bini vel terni inueniebantur occisi. Vndiq; fletus & vlulatus resonabat. Nec erat qui parentem consolaretur lugentem, quia omnibus par erat luctus & dolor, verisimile est autē, quod quos parentes celabant ne occiderentur, ipsi se vagitu proderent, [1. Re. 22.] vt in tam pia alias impijssima causa morerentur, cum quilibet eorum putaretur esse is quē Tyrannus quęrebat. Potuit autem dicere dominus Iesus (si res ferret si liceret) ad parentes paruulorum istorum, id quod dixit Dauid ad Abiathar filium Abimelech sacerdotis / qui ex tragœdia illa a Saul excitata solus euaserat, & confugerat ad se. Ego sum reus animarum filiorum vestrorū: sed mecum. i. morte mea seruabuntur. Habes impletum verbum vetus: canis sęuiens in lapidem. Tunc adimpletū est, quod dictum est per Hieremiā prophetam dicētem. Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus multus. Rahel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Ad- [K] monet hoc loco Hieronymus: Rachel hic positum non pro muliere sed pro loco ipso, quod Rachel enixa Beniamin, sepulta fuerit iuxta Bethleem. Itaq; propter copusculi hospitium locus nomen accepit sepultę. Cęterum Rama non est nomen loci: sed sonat excelsum, vt intelligas vocem claram longe lateq; sonantem. Pręterea sciendum quod textus hic Hiere cap. 31. Iuxta litteram loquitur de populo Iudæorum id est. 10. tribubus, qui captiui ducti sunt in Assyrios. Et rachel plorat filios sororis suę. Lię, vel viri sui Iacob. Diximus autem supra / ibi / Et tu Bethleem, quod Bethleem nunc dicitur esse in sorte Iudę, nunc Beniamin

samin, nunc Simeon. Quod si id est verum, non in congrue Rachel plorat filios suos tribus videlicet Beniamin. Et Herodes non solum iussit occidi infantes ipsius Bethleem, sed & prouintiarum conuicinarum. Huic igitur foloranti filios suos, respondet dominus Quiescat vox tua a ploratu, quia est merces operi tuo. Habent enim infantes isti mercedem sanguinis effusi pro Christo, qui pro vita temporali in perpetuum viuent. Ita dixit Faber. De fœlicitate puerorum vnde potius consolationem recipere debebat quam de morte lamentari & lugere, sequitur in propheta, quiescat vox tua &c. Vere enim viuunt in oculis Dei, ideo mater eorum consolatione non eget, imo exultat de victoria illorũ. Mirabile genus victoriæ: quando sine congressu palma donantur martyrij. Tu autem memento illius feminę quę septẽ filios ad subeundũ martyriũ verbis & animo vere christiano hortabat, dicẽs. Nescio o filij quomõ in Vtero meo apparuistis &c. Nõ.n. amittebat filios, sed præmittebat, post illos.n. & occisa est. Verum

A iuxta litteram decem tribus adhuc captiuæ tenentur in ciuitatibus Mædorum atq; Persarum, quarum captiuitas nunquam soluetur, dicente domino, voca nomen eius absq; misericordia: quia non addam vltra misereri domus Israel, sed obliuione obliuiscar eorum. Quod si aliquando memor erit ipse nouit. Merito ergo lamentatur filios quia non sunt: illi enim vere dicuntur non esse, quorum Deus non est memor, dicens: vbi nam sunt? Ad hæc Augustinus. Filij Rahel sunt tribus Beniamin, quæ olim fere tota deleta est a filijs Israel Propter commissum stuprum. Iudic, 19. Quapropter consolationem velle accipere negatur: sciens nullam spem esse eorum qui male perisse noscuntur. Nam malum quod curabile est spes recuperandi salutem (fili mi Absalon) solatur ægrotum. Homo vero cum mortuus fuerit, vbi quæso est? Porro filij Liæ in primæuis annis saluatoris causa occisi sunt, vnde eorum casui planctum nõ vult ascribi: quia & innocentes occisi sunt & propter Deum, a quo vita æterna donati sunt. Quapropter planctum/Rachel filijs dicit competere: quia in pręsenti & in futuro erãt sunt. Filij Liæ carnaliter plan-

B cti spiritualiter consolati sunt. Filij Rachel carnaliter conuersati, flammis gehenalibus exuruntur. Idcirco autem Liæ filijs occisis adimpletum planctum Rachelis euangelista testatur, quia tũc plangere filios suos cœpit, quando filios sororis in tali causa vidit occisos. Cum enim aliquid aduersum aduenerit, ex fœlicitate alterius (epulo apud inferos: viso lazaro) incommoda sua miserius luget. Philippo Macedoniæ rege superato: cum ad insigne spectaculum tota Græcia conuenisset, Quintius flaminius tubæ signo silentio facto, per præconem hæc verba recitari iussit. S. P. Q. Romanus & Quintius flamin. Imperator omnes Græciæ vrbes quæ sub ditione Philippi Regis fuerunt: liberas atq; immunes esse iubet. Quibus auditis, maximo & inopinato gaudio homines perculsi, primo veluti non audiuisse se quę audierunt credentes, obticuerunt. Iterata deinde pronuntiatione præconis, tanta cęlum clamoris alacritate compleuerunt, vt certe constet aues quæ superuolabant attonitas pauentesq; decidisse. Hęc si a contrario sensu intelligas, percipies vt cumq;, quare dictum sit: vox in excelso audita est, sed multum ab ista dis-

C similis: nam Gręcorum voces lætitię erant pro recuperata patriæ libertate, quo nihil charius, decem vero tribuum pro eadem in æternum ablata. Noluit consolari. Hilarius, quia inquit non sunt. Non enim non erãt, qui mortui putabantur. in ęternitatis enim profectum per martyrij gloriam efferebantur. Consolatio autem rei amissę erat pręstãda: non autem auctę, pręmiserat eos: non amiserat. Dicamus in conclusione huius pericopes/propter illud quod dictum est tribum Beniamin fere funditus deletam a fratribus suis videlicet cęteris tribubus Israel, Vitellius Imperator (cum multi suorum. 40: die postq; bellatum est ciuibus concurrentibus in ciues, locum lustrarent in quo commissum est bellum, cadauerumq; fetorẽ horrerent) occisorum imbelliam & segnitiem ac molliciem increpans, optime olere cęsum hostem dixit: sed multo suauius ciuem. Pari insolentia saxum intuitus memorię Ottonis inscriptum, tali inquit Otto mausolęo dignus fuit. Verum quoniam euentus bellorum varij sunt, huic cum inter moriendum insultaret tribunus enormẽ procerditatem, ventrem obesum ex vino, alterum crus subdebile, aliaq; in hunc Lurconẽ

D iactaret probra: & cum sim talis inquit, quandoq; tuus Imperator fui (menses videlicet octo) fuit sed iã non est. **Defuncto autem Herode, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto dicens. Surge & accipe puerum & matrem suam: & vade in terrã Israel. Defuncti sunt enim qui quęrebant animam pueri. Qui consurgens accepit puerũ & matrem eius, & venit in terram Israel.** Bene igitur actum est cum his qui viam terunt virtutis: vt & iter eorum præpediatur a Satana, aut iuxta Dauid: secus viam scandalum posuerunt mihi. p̃s 139. Malitia tamen non habeat tantas vires quantos conatus. Nam perierat innocentia, si semper nequitię iuncta esset potentia, & totum quicquid cupit malitia pręualeret. Vnde illud. Vtinam respublica Romana haberet vnam tantum ceruicem vt vno ictu simul tota concideret. Quid ergo? Ponam frenum in naribus tuis, & reducam te per viam qua venisti Esai. 37. Accepit autem iste frenũ in ore, vt disceret iuxta apostolum non blasphemare, quod prius effrenate fecerat. Item illud. Quomodo confractus est mal-

E leus vniuersę terę. Hiere. 50. Domus quondam ędificabatur nomini altissimi. vbi in laudem operis dicitur: quoniam malleus vel securis non sunt audita in domo Dei. Hic igitur conterimur malleo, (iustus tamen nõ collideatur) & cõquadramur, vt illic collocemur in pace in idipsum. Quis est igitur malleus iste, volens quantum in se est/Impedire lapides: vt contriti non conueniant fundamẽto? Ipse est cuius cor induratum est sicut lapis. Iob. 41. Ipse est malleus, ipse & incus: & illo percutiente & conterente se ipsum: nos formamur in vasa aurea & argentea: digna dilecto ad potandum. Ipse autem cum semper percutiatur (alter Pharao) in vas vtile nunquam formatur. Habet autem Faber iste fabros suos quattuor / iuxta Zachariam. Capitulo primo: Qui sicut ministri Pharaonis compellant seruos Dei ad opus terrenum luti & laterum, & malleis tundant vasa domus Dei, sicut dicitur, facies candelabrum

Hiere. 31.
Faber.
Deute. 32.
Augusti?
Iob. 14.
Luc. 16.
Val. maximus.
Hilarius.
Sabellicus
2. ℞. 11.
Rom. 1.
Hierony?
C. Calig.
1. Timo. 1.
Origenes.
5. ℞. 6.
p̃s. 4.
2. Timo. 2.
Exod. 5.


vnum ex auro purissimo, erit autem non fusile sed ductile. Isti igitur ministri eius qui operatur in filijs diffidentię cum iustis coronas fabricent, interdum franguntur, iuxta quod dicitur, Defuncto Herode.
Exod.25 Qui etiam dextera computent annos, dies tamen suos nunque dimidiant, cum interim existiment se præ
Ephes.2. superbia terram ad nauigandum, pelagus vero ad iter agendum deducturi propter mentis elationem. 2.
ps.54. Mach.5. Theophyl. Herodes ergo febre dysinteria, scabie, podagra, & putredine verendorum: genera-
Theophil. tione vermium & tremore & contractione membrorum malam absoluit animam. Hic est qui morti propinquus, fecit congregari dolo malo in oppido nomine hypodromo multos ex Iudæorum primoribus: quibus conclusis, sororem suam Salome ac virum ad se accersiens inquit. Scio quod Iudæi funus meũ nõ lachrymis sed gaudio prosequentur: (lætabitur enim iustus cum viderit vindictã) sed dabo operam vt &
Iosephus. ipsi lamententur velint nolint. Hoc igitur facite postque animam exhalauero (dignum testamentum tãto
Luc.16. rege): facite adesse milites armatos, qui omnes trucident. ¶ Non tamen consecutus est effectus: dicente.
Hierony. Salome ad exercitum: quod iam Herodes sanius sapuerat. In huius parentalibus liberti. 500. Thura adolebant: cuius anima sepulta est cum epulone. Quod autem dicit angelus defunctos qui quærebant animam pueri: videtur innuere iuxta Hieronymum: non vnum Herodem tantum sed & sacerdotes & scri-
ps. 20. bas necem domini fuisse meditatos: verum consilia sua non potuerunt stabilire. Quod dicit: vade in terram Israel, terram Israel intelligit vt distinguitur cõtra tribuum Iuda de qua Iosue.15. Et sic Galilæa erat de terra Israel: non autem de terra Iuda: cum dicatur infra, quod timuit ire in Iudæam & profectus est in Galilæam in ciuitatem Nazareth. Sane cum angelus nullam partem aut ciuitatem vel oppidum terræ Israel nominauerit ipsi Ioseph: ad quam cum puero & parente se conferret, visum est ibi non alubi talẽ puerum debere nutriri conuersarique quam in Hierusalem, in qua erat templum Dei: & celebratio festiuitatũ, & prophetarum oracula, erat enim ciuitas illa Iudęorum metropolis. Sed audiẽs quod arche
Abulẽsis. laus regnaret in Iudea, timuit illo ire. Intellige iuxta Abulensem de transitu per Iudæam, non enim forte ibi volebat habitare: sed in Galilæa, & tamen transeundum sibi erat per Iudæam vt iret in Nazareth. Recessit ergo in partes Galilæę, idest diuertit a via recta: conuertens se contra Galilæam, ne transiret per mediam Iudæam, vbi regnabat archelaus. Quod si dicatur voluisse eum ire in Iudæam ad inhabitandum: fortassis ibidem putabat commodius victurum se de artificio suo. Et admonitus in somnis, secessit in partes Galilęę, & veniens habitauit, in ciuitate quę vocatur Nazareth, vt adimpleretur quod dictum est per prophetas, quoniam Nazarȩus voca-
Idem. bitur. Nazareth erat in sorte Nepthalim. Iosue.19. Sub alio nomine. Ioseph tamen cum esset tribus Iudæ, habitabat in alia tribu. Abest Nazareth a mari occidentali miliaribus viginti. Hierusalem autem abest a mari, 27. miliaribus. Cum dicit, admonitus Ioseph: non intelligas angelum aliud nunc præcepisse ipsi Iosepho quã antea, sed exponit quid intellexerit per terrã Israel, nõ. n. pręcipiebat viro beato, quod iret in Hierusalem: quia & si Herodes cum cæteris defuncti essent, tamen Herodi vita functo successerat in regno filius non absimilis, alioqui & in Galilæa quo Ioseph iubetur diuertere principabatur Herodes filius huius, qui nunc perhibetur defunctus: cuius frater erat Archelaus. Sed hic Herodes mitior videbatur: nec putauit sua interesse patris acta tueri: a quo parte legitima Regni fuit priuatus. Nam regno in tres partes diuiso, duas dedit Archelao, tertiam vero diuisit inter Herodem & Philippum fratres eiusdem Archelai. Vide latius Matth.2. Ibi: Cum natus esset Iesus. Secessit igitur vir beatus in partes Galilæę iuxta pręceptum angeli &c. Quod si verum est id quod superius diximus de mente Hugonis, quod Herodes magnus qui hic refertur vita defunctus, quattuor reliquerit successores videlicet tres prædictos Archelaum, Herodem, Philippum, & quartum lisaniam quam positionem sequitur Beda Luc.5. Licet Nicolaus non probet: Et si totius regni duas partes pater Herodes tradidit filio suo Archelao, & partem tertiam regni, diuisit inter tres reliquos fratres, adhuc minor pars regni deuenit ad Herodem, sicut pater. Vt adimpleretur quod dictum est &c. Dicens autem prophetas numero multitudinis, ostendit se ex scripturis non litteram sed sensum accepisse, Nazarȩus sanctus interpretatur: sanctum fore dominum omnis scri-
ps.15. ptura testatur, sicut illud: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem: & illud: vngatur sanctus san-
Daniel.9. ctorum: & Luce.1. Quod nascetur ex te sanctum. Item illud, Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus.
Esai.6. Dicitur autem Hebraice Nazir, a verbo Nazar, hoc est separauit vel amouit, qui enim sanctus est & quasi religiosus ac monachus efficitur, is appellatur Nazir. Numer. cap. sexto. Quod si Nazarȩum interpræteris florem aut virgultum: aut consecrationem, hæc omnia aptissime congruunt Christo domino.
Esai.11. Verum est tamen quod Nazareth, & Nazarenus non eisdem litteris scribuntur apud Hebræos. De hoc
Esai.35. flore dixit Esaias, flos de radice eius ascender. Sed flos hic iuxta eundem in passione positus nullum ha-
Cantic.2. buit decorem, nullam pulchritudinem. Sed aduentente resurrectionis vere; hyeme transito; & caro eius
ps.27. refloruit, & cum hoc flore campi multi flores visi sunt in terra nostra.

¶ Caput decimumtertium. De puero Iesu inscijs parentibus remanente in Hierusalem, quem post triduum inuenerunt. Et quomodo puer Iesus proficiebat sapientia & ętate & gratia.

ET ibant parentes sui. Quot annis in Hierusalem in die solenni paschę. & cum factus esset annorum duodecim ascendentibus illis Hierosolymam secundum

secundum consuetudinem diei festi consummatisque diebus cum redirent, remansit puer Iesus in Hierusalem, & non cognouerunt parentes sui. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei & requirebant eum inter cognatos & notos. Quamdiu bona illa quæ oculus non vidit sub vmbra latebant (vmbram enim habuit lex futurorum bonorum) & Moses velato vultu alloquitur populũ, sedendũ fuit cum sponsa sub vmbra eius qui (obũbrante altissimi potẽtia virgine) de spiritu sancto cõceptus est: & deseruiẽdũ exẽplari & vmbræ cœlestium donec euanescentibus vmbris refulsit sol qui latebat sub nubilo: & candelabrum legis extinctum est. Nam orto vero sole cuius vox est, ego sum lux mundi, quis luminis vsus in meridie? Quid est quod dicimus? Audi vmbram. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrate. Et rursus. Ter in
A anno apparebit omne masculinum tuum coram domino Deo tuo. Et iterum Exod. 34. eadem verba penitus repetuntur: Caue vero ne vacuus appareas corã Deo tuo. Credẽdũ est quod quoties tẽplũ ascendebãt parẽtes tribus videlicet vicibus quot annis, puerũ secũ ducebãt. Quid est aũt quod eandẽ sententiã lex de apparẽdo ter in anno tertio replicat, & festa sibi tria celebrãda cõstituit, cũ alioqui Iudæorũ festa plura sint quam tria: videlicet sabbatũ, phase: petecostes: tubarum: expiationis: tabernaculorũ: cœtus vel collectæ: de quibus habes Leui. ca. 23. sed festa hæc vmbræ fuit. Est. n. Deus trinus & vnus: qui iubet festa sibi ter in anno celebrari a masculino sexu. nec vacuos venire in domum suam: quandoquidem ipse nõ vacuus ad nos venit, sed plenus gratia & veritate sed cum oleo & vino: & capilli eius pleni guttis noctium & manus eius plenæ hyacinthis. Cantic. 5. Hoc est ergo quod Lucas dicit. Quoniam adhuc lilium illud cõuallium (valles isti sunt Ioseph & Maria) adhuc clausu erat: nec ostenderat quis esset nẽpe mediator Dei & hominum, nam is est qui vocatur alias repandum liliũ, quando videlicet cœpit ostendere quis esset, quid
B nosset, quid & posset, parentes eius deseruientes vt diximus vmbræ, idest legis præcepto, quamuis apud se haberent ipsam veritatem ibant per singulos annos in Hierusalem in die solenni paschæ: & potest intelligi de quolibet trium videlicet phase: pentecostes: & scenopegiæ. sed primum proprie vocatur pascha, id est phase. Exod. 12. Et id festum primo institutum est, quando videlicet egressi sunt de Aegyptia seruitute, & viderunt inimicos submersos, vt nec vnus quidem superfuerit: qui tanti mali nuntius esset. Mare rubrum Græci erythreum vocant a rege Erythra, aut vt alij solis repercussu talem reddi colorem existimantes, alij ab harena terraque, alij tali aquæ ipsius natura. Et fuit numerus Hebræorum qui mare transierunt iuxta Abulensem: numeratis omnibus tam paruulis quam fœminis terdecies centum milia. Qui iuxta veritatem mare quidem ingressi sunt, sed nõ transierunt ab ora in alteram oppositam oram, sed scopulis transgressis, qui obstabant, quo minus Iudæi recta pergerent in palestinam, ad eandem ripam reuersi sunt, id quod euidenter ostenditur ex præsenti figu-

MARE RVBRVM.



C ra. Nam in tã breui tẽpore tãtus exercitus transire quomodo poterat tam vastum pelagus? Qui si ab ora in alteram oppositam se transferrent, in Aegyptum reuertebantur. Hæc autem figura presuponit mare ipsum diuisum fuisse in diuisiones duodecim. Quod si vna tantũ via omnes mare transierunt, non fuit necessarium ingredi profundum maris, sed pergere secus littus ad radices dorsi Arabici, & patet. Hæc diximus ex superabundanti, propter nomen paschę siue phase de quo dicit Lucas: Ascendebant parentes cum infantulo Iesu, quot annis in die solenni paschę. Itaque cum omnibus rite perfectis: quę ad diem festum attinebãt: parentes reuerterentur in
D sua: Remansit puer Iesus in Hierusalem. Sicut autem dicit Plato: Deus hominũ labores miseratus: sacra festaque instituit, quibus humana fragilitas recreetur. Erãtque apud gẽtes festa, quę cõsualia dicebãtur: in quibus equi & canes & asini exornabantur, ac in ocio esse permittebantur. Sed & apud Babylonios festa celebrabãtur: in quibus quinque diebus serui dominis imperabant. Athenis festa fiebant Cereri, quibus nemo sibi cõscius alicuius delicti, interesse præsumebat. Verum iuxta Xenophontem non supplicijs aut lachrymis muliebribus (Esaię. cap. 58.) auxilia Deorum parantur, vigilãdo agendo, bene consulendo gratia Dei comite, omnia prospere cedunt. Vbi te socordię atque ignauię tradi-
E deris, nequaquam Deos implores, irati infestique sunt. Neque enim si teipsum minime custodias, a Deo seruari. Hæc ille. Et putes loqui non Xenophontem sed Paulum. Vnde Homerus inquit, sacrificia Troianorum Dijs inuisa quanquam bona & nidorem suauem adferentia, cum Priamus Priamique populus odio sit. Quæ verba sint licet Homeri, ex Esaię primo capite in sententia sunt desumpta. Incensum vestrum abominor, Calendas & Neomenias odiuit anima mea. Sequitur causa sufficiens, Manus vestræ plenæ sunt sanguine. Sequitur ex Platone. Est itaque mercatura quędam inter Deos & homines, vt illi nobis bona honestaque tribuant, nos eis sacrificium (cordis contriti & humiliati) ac preces. Licet igitur iam instaret tempus in quo veri adoratores in spiritu patrem adorant, sicut Daniel cum esset in Babylone, tamen quamdiu templum illud stetit: de quo dicitur, non est hic aliud nisi porta cœli, & domus Dei do-

1. corint. 2. Heb. 10. Exod. 34. Cantic. 2. Exod. 25 Ioan. 10 Exod. 25 Ibidem. Ioan. 1. Luc. 2. Cantic. 5. 1. Timo. 2. 5. 8. 7. Abulensis Plato Xenophõ Plato. Daniel. 6.

mus orationis Esai.56. In domo sua puer Iesus triduum (hoc supponimus) permansit, nam parentes propter corpus quod gestabant corruptibile. Sap.9. necessitate molestias carnis tolerabant, famem sitim & his similia. Dñs Iesus hęc omnia quidē sustinuit: sed volens. Ideo illi tanq̃ fulgura ibant quidē, sed reuertebantur. Dominus Iesus tandiu perstitit in orationibus, tādiu ieiunauit: Quādiu voluit. Voluit aūt tm̃ quantum saluti nostrę cōmodū erat. Remāsit igitur, subterfugiēs oculos parentū, sicut alias abscōdit se & exiuit de tēplo, & rursus clusit oculos eorū qui eū pręcipitē agere volebāt. Nā aliquādo videbatur: & peregrinus putabatur. Lu.24. Maria aūt quæ ad holitorē dicebat, si tu sustulisti eum. Verū inquies. Quō immaculata lumen oculorum suorū vnius Dei spacio oblita est? Sed inquit Lucas, existimantes illum esse in comitatu venerunt iter diei. Quid est ergo quod dicitur in prouerbio ουκ ῴμην, vcomen, idest non cogitabam? Iterum inquit ad eundem lapidem offendere. Primus error veniam meretur. Quis est, in homo qui non peccet? At sapientis non est in eodem labi. Cæterum Scipio sapienti nec semel quidem errare permittit, vt dicat vcomen, idest non putabam, sed sit totus oculatus ante & retro sicut animalia illa non duarum facierum sicut Ianes, sed quattuor / oculorum autē centum, vniusquorum est vox illa: deuitantes hoc, ne quis nos carpat, & arguat furti, prouidemus enim bona ante, & retro: coram Deo: corā hominibus. Quod dicit: deuitantes: Sumptum videtur a nautis, qui flexo cursu declinant scopulum in mari præuisum a longe. Quod si Paulus prouidet ne furti arguatur, a quo magis aberat quam cælum a terra / Num hæc beatissima negligentiæ notabitur: aut dictura est in sui qualem qualem excusationem, non putabam: vel existimabam illum esse in comitatu? quod sapienti viro non permittit Scipio: vt dicat vcomen? Persuasi inquit erant illum non abesse a comitatu. Proinde ego arbitror (nisi tu melius aliquid sapis) dominum Iesum soporem aut obliuionem immisisse parentibus, sicut olim fecit in Adam, at p̃ hoc modo illam certo concepisse illum inter cognatos & concíues esse. Alias quomodo oblita est, vt nō misereatur filio vteri sui? Num die integro cibo & potu nō egebat? Num vel ad horam requiescere in ..ia? fasciculus myrrhæ erat inter vbera sua, non in manibus descriptum / sed in corde infixum gestabat, & sicut signaculum super brachia: & tamen existimantes illum esse in comitatu virorum, vel in matronarū societate, vterq; illius est, & vtriq; soporem quendam immisit dominus Iesus. Venerunt ergo iter vnius diei, donec in vespera vterq; alterum intuens incomitatum infantulo: inquit Maria ad Ioseph. Num & tibi atq; mihi pueri obrepsit obliuio? Num quem diligit anima mea vidisti? Puer non comparet, quo ibimus amātissime vir? Nū fera pessima Archelaus deuorauit Nazarenū meū Iosephinēpe in vnico baculo vitæ nostrę lumine oculorū nostrorū oīa habētes, a nobis ne p̃ pūcto quidē abesse permittere debuim? Merito hęc patimur vt quæramus, nec inueniamus: quia cū adesset / nō tenuimus. Orig. Nec tñ puto q̃ dolebāt parētes, rati puerū errasse: & maxime Maria quæ sciebat se de spiritu sancto concepisse. Quomodo enim tu si quando scripturas legis, quæris in eis sensum cum dolore quodam atq; tormento, non q̃ scripturā errasse aut perperam aliquid habere arbitreris: sed q̃ illæ intrinsecus habeant virtutis sermone: & tu nequeas inuenire quod verum est, ita & illi quærebant ne forte recessisset ab eis: & ad alia transmigrasset: & quod magis puto / ne reuertisset ad cælos: cum illi placuisset, iterum reuersurus. Quod autem illum requirunt inter cognatos: ideo est: quod omne animal diligit sibi simile, sed hanc dilectionē intendit etiam carnalis cognatio, si & mores conueniant & ætas similiter. Itaq; cum inter cognatos non inueniretur, rati sunt puerum in æqualium & cognatorum societate hæsisse, & propterea venire serius, nec enim puer annorum duodecim viros integræ ętatis consequi posset pedester. Id ergo arbitrati (nec enim quiescere poterant absente puero vita eorum & anima: quo cum erant, nec tamen vbi esset penitus sciebant) **Et non inuenientes eum, reuersi sunt in Hierusalem requirentes eum.** Vide aūt iuxta mysterium, quomodo quamdiu quæritur Iesus inter cognatos: non inuenitur. Nam & Abraam non apud suos sed apud gentes exaltatur: & pater vocatur stellarum. Sic Moses a parētibus expositus, apud Aegyptios in honore fuit. Exod.2. Itidem videre licet in Ioseph: qui a fratribus venundatus veluti seruus, apud Aegyptios honorem regium consequutus est. Quomodo apud suos reperiri potest, qui nec eū receperunt? Homicidæ ipsi homicidam illi prætulerunt, apud quos non habuit quod habent vulpes.

¶ Sic Iacob relicta domo: Iordane transito: Rachel excipitur amplexibus, Genesi.29. Quod si inter cognatos non inuenitur, num inueniet illum sponsa in lectulo suo? Qui mane vigilant ad me inuenient me. Prouerb.8. Nam sponsa quæ dormitabunda surrexit, vt aperiret dilecto, qui manum suam miserat per foramen vt excitaret eius torporem, pessulum inquit ostij mei aperui: sed quia sero sapui, ille iam alio declinarat atq; transierat. Sero sapiunt phryges. Veruntamen quoniam omnis qui quęrit inuenit: **Factū est post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum** (sed lyræ erant vel leguli) **audientem illos & interrogantem.** Cœpit igitur lilium illud vallium nostrorum Cantic. cap. 2. Explicare folia sua diffundere odorem suauitatis. Cœpit amygdalus quę arida videbatur pullulare folia & flores & fructus, quamprimum collocata est ante sanctum sanctorum, id est, in medio doctorum. Nam inter duos cherubim est propitiatorium locus & thronus diuinæ maiestatis. Inde enim Deus oracula dabat seruo suo Mosi, Ibi ergo sedebat iuxta mysterium paruulus qui datus est nobis. Requiret aūt quispiā: & quomō cesserunt ei loco doctores illi litterę occidētis, fastu turgidi sciētia, inflati, vel vacui: & id puero annorū duodecim? Sed id factū legimus in Danielepuero. Veni inquiūt senes populi ad eū: & sede in medio nostrū, & indica nobis, quia tibi dedit Deus honorem senectutis, viderūt doctores illi puerū incessu graui ē demisso ac pudico vultu: & aspectu & oculis oīs attrahētē q̃si magnes: verbis parcū, discēdi cupidū: docēdi volui dicere. Fortē aliquid p̃posuit libri illi? signati & ipsi & Ioāni: & omni intellectui hūano insolubile. Id illi cū absoluere nō posset (quō aūt absoluerēt

quod

Marginal references: Ioan.8. Luc.4. Prouerb. 5.17.2. Ezech.1 2.corint.8. Chrysost. Genesi.2. Esai.49 Cantic.1. Cantic.5. Cantic.5. Gene.37 Tobię.10. Origenes. Ecclesi.33. Genesi.15. Genesi.41 Matth.8. Cantic.5. Prouerb. Luc.11. 36. distin. cap.ecce Nume.17. Numer.7. Daniel.13. Apoc.5.

Margin letters: F G H I K

quod ille clauserat?)quod ille solus poterat aperire aperto latere suo, discendi audire eum/puerum licet in medio sedere fecerunt in pergula, inquiuntque id quod Danieli dictum est: sede in medio nostrum, Sapientia enim locum medium requirit: quo commodius radios luminis sui diffundat ad omnem circumferentiam æqualiter. Vnde illud Iob, cap. 29. Cum sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamē moerentium consolator, Qui me audiebant, expectabant sententiam: & intenti tacebant ad consilium meum. Verbis meis addere nihil audebant: & super illos stillabat eloquium meum. Videbatur autem hoc loco inquit eādū quas quęstiones interrogauerit dominus doctores illos typo graues, scientia legis insignes: num videlicet illas quæ hodie ventilātur apud nostrates: verbi gratia, vtrum materia possit esse sine forma, vtrum totum distinguatur a suis partibus, & quantitas A re quanta, vtrum Deus sit in prædicamento, vtrum personæ diuinæ constituantur per absoluta an per relationes: de relationibus rationis: de formalitatibus & hæcceitatibus, vltimis differētijs: vtrum plures angeli sint eiusdem speciei, de motulis angelorum: quando creati sunt, quot sunt numero, vtrum Deus potuerit assumere vtrunque sexum, vtrum potuerit assumere brutum vnum aliquod. Iam de cælorum numero, & essentia: non paruę mouentur quęstiones, alijs ponentibus vnū tantum, alijs septem, alijs octo, alijs ponentibus decem; imo tot quot dies sunt in Anno, similiter de stellarum quantitate. Iam de essentia peccati Originalis quot tragœdiæ excitantur cotidie in ecclesia Dei! Item de statu puerorum qui decesserūt sine baptismate. Has videlicet quęstiones & harum similes (labyrinthum enim hanc & meandros hos quis explicet) proposuit dominus doctoribus illis enodandas: (nihil tale suspiceris) ad quas illi profecto nihil aliud essent quā onos pros lyram. Non absimiles his videntur quæstiones propositæ ab Alexandro quibusdam Philosophis. Prima quęstio essent ne plures mortui an viuentes. secūda maiores ne terra beluās an mare nutriat. Tertia quod nam callidissimum existat animal. Quarta vtrum dies aut nox prius extiterit. Quinta vitā ne an mortem fortiorem opinentur. Sexta quousque viuendum est homini. Verum nos has aranearū telas alijs extricandas relinquamus, qui tempus non redimere se ludere instituerunt; & audiamus apostolum dicentem: stultas autem & sine disciplina quęstiones deuita, sciens quod generant lites, exhibe te autem operarium inconfusibilem: recte tractantem verbum Dei: multi enim docent, quæ nunquam didicerunt iuxta Hiero. & ne hoc quidē sciunt quod nesciūt. volētes esse legis doctores, non intelligentes neque quę loquuntur: neque de quibus affirmant: malum videlicet insanabile. 1. Timoth. 1. Reuera enim viciosissimū dicendi genus est, deprauare sententias: & ad voluntatem suam (notate verba) sacram scripturam trahere repugnantem. Verum ad rem: cum dicit: interrogantem illos: illud videtur innuere; nullam ætatē virtuti addiscendæ non esse aptam, sed tamdiu nobis discendum est, quamdiu videmus per speculum: & ex parte sumus. Quid est enim quod doctores isti senes non dedignantur doceri a puero, cum videamus multos (stultorum enim infinitus est numerus) iuuenum/ignorantia cęcos, malitia oculatos & insignes: nec a senibus velle doceri? Habentes illud in ore, qui addit scientiam, addit & laborem. Quod vero prius audiebat dominus: & tunc secundo loco interrogat, disciplinam seruat sapientis dicētis, qui prius respōdet quam audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum. Prouer. 18. Denique auscultabat illos: ne per omnia insipienter dicere viderentur. Demetrius rex cum palam edixisset omnes qui sese adirent benigne auditurum: confluentibus multis, petitionesque ad eum ferentibus, primum liberaliter eas omnes accepit: in chlamydeque proposuit, profectus deinde cum frequenti hominum copia, qui ingenti desiderio responsa suis petitionibus expectabant, vbi ad pontem Axij venit, aperiens chlamydem, omnes spectante multitudine proiecit in fluuium, dignus qui saxo ad collum alligato. & ipse ibidem submergeretur. Quod autem post triduum inuenitur, iuxta mysterium illud significat quod Ionas. 3. die euomitus: pœnitentiam erat prędicaturus gentibus, Pro arefacta enim cucurbita: lætabitur deserta: germinās germinabit sicut lilium. Quo autem sermone, quibus verbis explicem cursus illos ac recursus immaculatæ/quibus inter cognatos & notos requirebat vitam animę suę? Quibus curis ęstuabat, quibus lachrymis perfundebatur: quos gemitus imo a pectore eructabat dicens, adiuro vos filię Hierusalem, si inueneritis dilectum meum candidum rubicundum, electum ex milibus, vt annuntietis ei quod amore langueo. Rubē nescit quo vadat, sublato Ioseph. Genesi. 37. Iacob lugens descendit in sepulchrum. Ibidem. Petrus, quo inquit ibimus extra te? Ioan. 6. Maria nec a sepulchro vacuo potest discedere. Quæsiui illum inquit, nec inueni, reuera cum illa erat vnicus in tribulatione, sicut cum tribus pueris in fornace, ibi enim visus est quartus similis filio Dei, verum ad modicum & in puncto dereliqui te, de quo modico & puncto dixit: factum est post triduum. Nam & hypocritarum laus & gaudia licet anni videantur, punctum sunt & mera somnia. Interroga epulonem. Stupebant autem omnes qui eum audiebant super prudētia & responsis suis. Vidētes autē admirati sunt. Quod dicit: stupebāt: Græce est ἐξίσταντο existāto: quasi dicas extasim passi: nō erāt apud se prę stupore. Nēpe Paulus & Barnabas dij vocati sūt lycaoniæ propter sapientiam suam. Qui enim ad iusticiam erudiunt multos fulgebunt sicut stellę in perpetuas æternitates. Sācta autem rusticitas solum sibi prodest, & quantum ædificat ex vitæ merito ecclesiam, tantum nocet si destruenti non resistat. Non ergo ab re mirabantur: videntes in puero eam sapientiæ mensuram, quę vix ex mille vni senum contigit imo nulli vnquam continget. Salomon enim sapientissimus puer: senex insigniter desipuit, quia sapientiam inter dormiendum acceperat. Verum illud nemo ibit inficias, plures repertos senes stultos, quam sapientes annorum. 12. Merito ergo mirantur. Nec nos minus admiramur, quomodo cum iam ætatis esset perfectæ dixerunt ad illum vel de illo, quomodo hic litteras scit, quas non didicit, hic autem nihil tale obloquuntur, sed stupent in eo sapientiam diuinitus reuelatam. Nos autem non est quur miremur. Nam iuxta Origenem, quid in paruulo isto non fuit mirabile?

Apoca. 3.
Quæstio.
Prouerb.
2. Timo. 2
Hierony.
1. Timo. 1.
1. corin. 13.
Ecclesia. 1
Demetri?
Ionæ. 3.
Esai. 35.
Cantic. 3.
Ioan. 20.
Daniel. 3.
Esai. 49
Iob. 20.
Actuū. 14
Daniel. 12
Hierony.
3. Reg. 3.
Ioan. 7.
Origenes.

Conceptus partus, infantia, sapientia, vita, miracula, mors, resurrectio, & consessus ad dexteram maiestatis Dei in excelsis. Sed & parētes sui vidētes admirati sunt. Nam cum venit plenitudo temporis vt par uulus qui semetipsum exinanierat, vt loqueretur tanq̃ paruulus, saperet & balbutiret more paruulorũ [1.corin.13.] (simulans ad tempus nescio quam ignorantiam sicut pater suus Dauid.1. ℞ 21) pannos exueret infantię [Prouer. 9.] abiiceret nuces, edificauit sibi domum, posuit mensam, miscuit vinum: proferēs inter disputandum e the [Matth.13.] sauro suo noua & vetera, quæ in numerato habebat, vtpore qui conditor esset vtriusq; testamenti, quæ parentes cum audirent, rei nouitatem admirati sunt, conseruantes & hæc omnia in corde suo. Nec enim vnq̃ alias tale aliquid audierant ex ore eius: sed inter cognos suos vitam ducere simplicem & innocentē: tanq̃ vnus esset e populo. Sed cum cœpit explicare sylenum, admirati sunt. Sequitur. **Et dixit mater eius ad illum. Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos. Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quod in his quę patris mei sunt oportet me esse?** Vide mecum si potes profunditatem verborum pueri duodennis. [F] Quam profunditatem? Immaculata vnum parentem nominat qui præsto erat, qui reuera patens non erat: Ipse autem alterum nescio quem patrem (nescio dixi, serlusa fide) ingerit auribus circunstantiũ: qui pater naturalis erat: de quo alias dixit: pater meus reuelauit tibi. Matth.16. Et illud, ante Luciferũ genui [Ps.109.] te. Dicens igitur, in his quæ patris mei sunt, æternam in se a tēporali generationem discreuit. Et sciendũ quod cum dixit: Fili quid fecisti nobis sic, dolor & lachrymæ admixtæ / verba virginis interciderunt. Et [A. Gell.] mirabile est, quomodo viso puero, anima eius non euolauit a corpore. A. Gel. Legimus in bello apud cānas anum matrem nuntium de morte filii allatum maximis lachrymis suscepisse, luctu atq; mœrore. Sed is nuntius non verus fuit. Atq; is adolescens non diu post ex ea pugna in vrbem rediit. Anus repente viso filio, copia atq; turba & quasi ruina incidentis inopinati gaudii oppressa: exanimata est. Quid fecisti nobis sic? Vere sicut dixit amicus Dei Bernardus: amor nescit imperium, dilectus meus mihi & ego illi. [G] [Bernard.] Mirabile enim est quomodo Maria etiam fulta autoritate matris (qua nulla maior in terris: cũ ea sit lex naturæ, imperium parentum in filios) ausa est tamen expostulare cum filio æterni patris, voce quidē amoris plena, quia fili inquit, sed mixta vox illa querula / querela: quia dicit, quid fecisti nobis sic? Hoc videlicet est ferire malis argenteis vt dicitur. Ea sunt vulnera columbę huius (in qua nullum fel peccati aliquādo fuit) quę alis ferit non vnguibus, & statim in reconciliatione oscula porrigit, dicens: reuera dolentes (o dolentes) quærebamus te. Quod si parentibus non pepercit dominus Iesus: quin subducens se ab eis clanculum: materia eis fuerit per quam ingentis doloris: rei enim amissæ tantus est dolor, quanta vtilitas [Apoca. 3.] eiusdem possessæ: Tu quicunq; hæc legis (quando de capite tuo agũtur comitia) cautior esto: tene quod [Gene.32.] habes: vt nemo anteuertat coronam tuam. Dic angelo magni consilii, non dimittam te: nisi benedixeris mihi. Quid est ergo quod me quærebatis? Quid est hoc quod audiuimus? Num culpat parentes quod [Luc.11.] eum quæsierint, idq; non sine dolore eorũ non facile explicabili? Num non vox eius est: quęrite & inue- [H] [Esai.55.] nietis? Veruntamen non culpat requirentes: absit: illud autem culpat: quod inter cognatos quærebatur. [Faber.] Vnde dicens: quærite dominum, adiunxit, dum inueniri potest, & vbi inueniri possit, ne audiamus: viuētem quęritis inter mortuos, surrexit, non est hic Luc. 24. Quærebatis me per compita per diuersoria, in templo requirendus eram pauciore quidem sollicitudine & minore tristitia & anxietate, non enim post triduum sed eodem die inueniret a vobis. Nesciebatis quod in his quę patris mei &c. Increpatur immaculata, quasi quę humana tantum sapiebat, sed illa & si mater, creatura erat: ille creator, occulta autem [Ps.50.] sapientię suæ non omnia ei reuelauerat, quorũ hoc vnum erat, quando sapiētia incarnata inciperet ostēdere quis esset, & quid nosset: & ad quid assumpta serui forma descendisset. Dominus itaq; Iesus (si ita dicere liceat) matri suæ par pari referens inquit. Proquidem vt par est affectu reprehendis in me, q; mei pręsentiam furtim subtraxerim tibi (alter Iacob cum Laban) verum illud potius scire debueras: iam temporis rationem id exposcere: vt amodo in domo patris mei conuerser. Qui enim amat parentes plusquā [Eccles. 3.] me. &c. Oīa. n. tēpus habēt: quomodo alias dixit Paulus. 1. corin. 13. cũ factus sum vir, euacuaui quę erāt [I] paruuli. Habēt aũt & adyta sua filii huius sęculi, in quibus & ipsi tanq̃ in domo paterna frequēter versant. Erāt. n. Romæ (proh superi) quattuor &. 40 vici meretriciũ, in medio quorũ erat tēplũ Deæ Lau [Laurētia.] rentię: meretricis quondam. Hęc quoniam Romanos bonorum suorum Hæredes instituit, inter Deos est relata cunctis potentes. Meretrices Romæ numero. 32.000. Tempore Traiani. Claudius Imperator tam labilis erat memorię, vt occisa Messalina vxore, paulo postq̃ in triclinio recubuit cur domina non veniret requisierit, tam tenacis, vt tabernas Romę oēs memoriter teneret, nēpe tanq̃ p̃rnas domus: quas assiduę terebat. Trāsibũt aũt ad tabernas illas vbi nullus ordo in pœnis. Iob. 10. Sequitur. **Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hęc, conferēs in corde suo.** Non ignorabat immaculata de spiritu sancto se concepisse, virginem peperisse vnigenitũ suum altissimi filium vocitandum, verum mysterium æternę generationis, sicut nullus potest enarrare, [K] ita nullus potest scire nisi fide tantum, sciemus autem cum videbimus eum sicuti est. 1. Ioan. 3. Et licet su [Hierony.] xta Hieronymum Marię tota se infuderit gratię plenitudo, non tamen omnia sciuit, id qđ ex creaturis so [Colloss. 2.] li animæ Christi donatum est, dicente apostolo: in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei [Scotus.] &c. De hoc tamē vide doctorem nostrum in. 3. distinct. 14. & dicetur in cōsequētibus. ¶ Diximus aũt in superioribus q; Maria didicit aliquid a pastoribus. Neq; e. n. summa sanctitas & grę plenitudo quę fuit in [1. corin. 12.] virgine suo mō, arguit summā sapientiā, sed. S. sanctus diuidit singulis prout vult. Verũtamē Maria cōseruabat & verbum hoc / in his quę patris mei sunt oportet me esse, cum cæteris quę audierat ab Anna a

Zacharia

Zacharia, a Simeone & pastoribus, vt his omnibus adinuicem collatis, tanq̃ sagacissima architetrix ex vngue vnico molem totius leonis de tribu Iuda comprehenderet vtcunq;, si tamen comprehendi potest, cuius centrum est vbiq;. Itaq; quoniam suscepta serui forma: exinanierat semetipsum: vt pro nobis fieret maledictum in cruce, factus obediens vsque ad mortem: vt impleret omnem iustitiam, relicta paterna domo, in qua triduo diuersatus fuerat, conferens cum doctoribus illis de tẽpore aduentus Messię de qualitate eius, vtrum homo tantum: an Deus & homo futurus esset: de qualitate regni eius: & multa id genus descendit cũ eis &c. Videat ergo vnusquisq; quod sæpe melioribus pręposiṫus sit inferior (Saul & Dauid) rara autem auis sit illa de qua dicitur, videtis quẽ elegerit dominus, ab humero & supra eminet omni populo. Raro videas præpositos minare greges ad interiora deserti, sed relictis illis in deserto:

A vadunt cum Dauid vt videant quid geritur in prælio. 1. Re. 17. Hoc (inquit Origenes) cum præpositus intellexerit, non eleuabitur in superbia ex eo quod maior est, sed sciet ita se melioribus præpositum esse, quomodo Maria & Ioseph domino Christo. Sic subiecti non dedignabuntur subijci inferioribus, scientes dominũ Iesum principem pastorũ non solum Mariæ, sed ipsi Ioseph subditum fuisse. Sicut autem refert Dionys. Hali. Romulus non solũ occidere filios permisit patribus (sed suxerat lupæ vbera) verum vẽdere, & vsq; ad tertiam auctionẽ de filio pecuniã quęrere, maiore data patri in filium potestate q̃ domino in seruum, qui semel venditus, postea libertatẽ inueniens, sui deinceps est iuris. Filius semel venditus: si liber fiat, in potestatem iterũ redit patris. Idemq; Si. 2. fieret. manu missusq; esset seruus, tamen erat patris vt prius. Post tertiam autẽ auctionem liber erat a patre. Hanc legum optimam dicit iste, de qua alij viderint. Sũt aũt & pastores multi qui vulneribus ouiũ oleum semper / vinum nunq̃ infundant: idola potius: de quorũ numero Heli sacerdos erat, de quo alias. Refert Tranquillus de caligula principe Ro-

B mano. Omnium inquiens quæ pateretur iniurias tam incredibili dissimulatione transmittebat, vt non immerito de illo dictũ sit: nec seruum meliorẽ vllũ, nec deteriorẽ dominũ fuisse. Et iste erat de numero eorum, qui dicunt, sic volo, sic iubeo: esto pro ratione voluntas. Et hic tantus nebulo pius: & castorũ filius: & pater exercituũ: & optimus & Maximus & Cęsar vocabatur. Is cũ audiret forte reges qui officij causa in vrbẽ aduenerant concertantes apud se super cœnam de nobilitate generis, exclamauit, vnus dominus sit, vnus rex: & iste vnus ipse erat, dignum videlicet patella operculum populo Romano, qui tã horrenda monstra principari sustinebat. Tu igitur cum audis, erat subditus illis / dici de illo cuius sapiẽtiam ante mirabantur ac stupebant, mirare celsitudinem matris: humilitatem filij: imo quod verius est mirare celsitudinem filij, humilitatem matris, imo vtrumq; in vtroq; suscipe, & quia imitari non potes nisi quam longissime sicut Petrus, id tamen memento, creaturæ ac facturæ suæ subiectum plasten: quo nobis formam perfectæ humilitatis ostenderet, sicut dicitur ad Mosen; inspice & fac iuxta exemplar quod tibi & hodie in templo & alias in monte monstratum est. **Et Iesus proficiebat sapien-**

C **tia & ętate & gratia apud Deum & homines.** Si enim quam diu breui fuit statura, ostendisset omnem sapientiam, visus fuisset prodigiosus. ¶ Nunc autem iuxta rationem staturæ ostendit seipsum: excepto eo: quod annorum duodecim / par angelis visus est inter conferendum cum doctoribus. Proficiebat inquit sapientia & ætate. De hoc secũdo nullus ambigit, nam dierũ. 8. circunciditur: dierum. 40. in tẽplo sistitur, annorũ. 12. in tẽplo reperitur, annorũ fere. 30. baptismate consecratur. Vtrum autem in sapientia profecerit sapientia Dei iuxta formã serui, i. iuxta q̃ homo erat merito quæritur, & maxime quia Lucas bis eandẽ sententiã repetit vno & eodẽ capite videlicet quod profecerit sapientia: & nẽ exponamus: quod hoc erat iuxta hominum opinionem, qui putabant illũ vere proficere, apud Deum dixit, & homines, euangelista. Nihilominus tamen cõmunis est omniũ Theologorum sentẽtia dominum Iesum secũdũ veritatẽ non profecisse sapiẽtia, sed gratiosiorem factum populo commendatione virtutũ in eo se sensim proferentium, cæterũ ab instanti suæ creationis animam illam beatissimam plenam fuis-

D se gratia & veritate. Faber. Vt enim gemmę aut ferri nitor qui in ipsis præerat politura redditur eminentior sic & in fusa sapiẽtia & gratia ipso exercitio in dies quasi aucta apparet notior atq; manifestior, applicatio per se patet. Ad hęc Grægorius. Iuxta hominis naturam proficiebat sapientia, non quod ipse sapientior tempore, qui a prima conceptionis hora spiritu sapientię plenus permanebat, sed eandem qua plenus erat sapientiam ceteris ex tempore paulatim lilium clausum se pandens demonstrabat. Item Beda. Christus Iesus omni ornatu virtutum prẹclarus, non quem natus in carne per exercitium laboris accepit, sed quem in vtero Virginis incarnatus pręueniente gratia spiritus sancti totum simul habuit. Itaq; de hac conclusione alij viderint, modo meminerint dixisse euangelistam, Iesus proficiebat sapientia & gratia ante Deũ. Ego id sentio quod ecclesia. Origenes in de principijs. Naturam animę illius hãc fuisse quę omnium animarum non potest dubitari: alioqui nec dici anima potuit: si vere anima non fuit. Verumquoniam boni maliq; eligendi facultas pręsto est huic animæ, ita elegit bonum & reprobauit ma-

E lum, vt pro immensitate dilectionis boni inconuertibiliter inhęreret, ita vt propositi firmitas & dilectionis inextinguibilis calor omnẽ sensum conuersionis ad peccatum excluderet, & quod in arbitrio erat positu, gratia comite versum sit in naturam. Exẽplum. Ferrum capax est frigoris & caloris. Si ergo massa aliqua ferri semper in igne sit posita, omnibus suis poris omnibusq; venis ignem recipiens & tota ignis effecta, sic quod ignis non cesset ab ea aliquando, neq; ipsa ab igne separetur, nunquã dicimus hanc quę natura quidẽ massa est ferri in ignẽ positam & indesinenter ardentem, posse frigus aliquando recipere, quinimo (quod verius est) magis eã sicut in fornacibus sępe videmus, totã ignẽ dicimus: q̃m nec aliud in ea q̃ ignis cernitur. Sed & si quis contrectare tentauerit, nõ ferri sed ignis vim sentiet. Hoc igitur modo aïa illa beatissima quę quasi ferrũ in igne sit, sẽper in verbo: sẽper in sapiẽtia, semp in Deo posità est.

 omne

Proueib. Galath. 5. 1. Re. 10. Exod. 5. Origenes. Dionysi. Hali. Luc. 10. 1. Re. 2. Tranquil. Math. 27 Exod. 25. Demerito Chri scot. in. 3. dist. 18. q. vnica Ioan. 1. Faber. Gregori. Beda. Esai. 7.

Ahiasarim. Nam quos occidit Ioram posteros Nathan: quos pater in tribu Iuda præter decretum honorauerat filij Iosaphat, fratres Ioram dicti sunt, similiter infantes eorum quos Ioram liberos quidem sed reddit vacuos in tribu Iuda reliquerat, dicti sunt fratres & filij Ochoziæ, cum tamē Ochozias vnicus solus ex Iorā & Salomone superstes esset. Quo perempto ab Iehu, omnem stirpē Regiam Ahiasarim Athalia Ochoziæ mater conata est delere, nisi prouidentia Iosabeth sororis Ochoziæ, ex Ahiasarim saluatus esset minimus infans Elih. Cognominatus autem infans Elih fuit Ioas, primus ex domo Dauid & posteritate Nathan, pro quo cantatus est ps: confitebimur tibi Deus: & sub Ioiada sacerdote institutus, ne disperderet Deus funditus domum Dauid, vbi finierat proles Salomonis. Ab isto igitur Ioas & deinceps in rememorationem Reges ex Ahiasarim semper binomij & trinomij fuerunt. Nam iste primus dictus est Elih: Ioas: Simeon. A quarto autem anno Salomonis vsque ad finem posteritatis suæ computantur anni.138. Sciendum autem q. 2. re. cap. 5. & .1. para. 3. Filij Dauid distinguuntur per fœminas vxores vel concubinas. Vxorum filij erant iure communi Hebræorum & gentium naturales aptique ad succedendum honori atque hæreditati paternæ, concubinarum filij secus. Gene. 21. & cap. 25. De filijs tamē Iacob require. Filij igitur vxorum Dauid nominantur hoc modo. Nati sunt filij Dauid quidem Amnon primogenitus/ex Abigail Daniel, tertius Absalon ex Maaca, quartus Adonias ex Agith: quintus Saphatias ex Abithal, sextus Iethraam de Egla. In Hierusalem præter filios concubinarum nati sunt ei ex Bethsabee filij quattuor, Semmaa, Sobam, Nathan, Salomon. Hic ergo Nathan filius est naturalis Dauid non adoptiuus nec propheta. Et licet Salomon vocet se vnigenitum ex matre Prouerb. cap. 4. Non tamen dicit se esse vnigenitum respectu ipsius Dauid, quoniā tres habuit alios fratres vterinos vt dictū est, vocaturque puer & tenellus, quia vltimus est genitus ex Bethsabee. Vocatur tamen vnigenitus matris suæ, quod ea interueniente cum Sadoch sacerdote; Dauid instituit filium eius minimum successorem regni, ad quod non ipse sed primogenitus pertinebat. 3. re. 1. Nā & Isaac vocatur vnigenitus ipsi Abrahæ qui tamen iam genuerat Ismaelem ex Agar. Causa litis de successione regni hinc ortum habuit quia primogenitus Dauid videlicet Amnon occisus est a seruis Absalonis. Absalon periit pendens e quercu. 2. re. 18. Vnde Adonias eleuabatur: dicens/ego regnabo. Erat enim maior natu quattuor filijs qui nati fuerant ex Bethsabee. Quoniam aūt Dauid per spiritum præuidit filios Salomonis peccaturos Deo suo: instituit filios Nathan Ahiasarim vt prædiciur. Vnde. 3. re. 4. Sic habes. Azarias filius Nathan super eos qui assistebant regi, Cabul vero alter filius Nathan sacerdos & amicus Regis & Ahisa præpositus domus. Igitur tertius filius Nathan erat præpositus domus Regiæ. i. frater principis & quasi eius primogenitus, ad succedendum in regno: si ipse rex decederet sine semine: quod est vt diximus ius Ahiasar. Tria igitur erant in domo regia præcipua officia, videlicet præesse regni maioribus, præesse sacerdotum collegio & doctorum legis pene quos erat publica potestas occidendi & viuificandi. Tertium vero præsidere domui regiæ, quod erat proprium Achiasar. Sciendum vlterius quod sola tribus Iuda data est successoribus Salomonis. 3. re. 11. Sed tribus Beniamin data est filijs Nathan Ahiasarim Salomonis. Hanc positionem late prosequitur & tenet fultam firmissimis argumētis Dominus Faber cap. 7. ad Hebræos Sed audiamus Fabrum. Cum Lucas a sponso virginis in Dauid per Nathan deducat seriem; naturalē proculdubio magis tāgit Christi lineam q̄ legalem. Cū igitur Ioseph secundū carnē descēdat a Salomone: & Christus secundū carnē descendat a Nathan: quandoquidē & beatissima virgo secundum carnē a Nathan descendit: & fieri non possit: vt idem secundum carnem de Salomone, & de Nathan procedat, Christus igitur secundum legem solum processit a Salomone, & tota series generationum a Ioseph in Salomonem solum secundum legem ad Christum pertinens. Sed & Christus & beatissima virgo & Ioseph de Dauid secundum naturam & legem processerunt, & insuper Christus secundum promissionē coincidunt enim omnes in Dauid; & omnia in Christo. Sed insurgent. Nathā adoptiuus est filius Dauid. At vbi id compererunt? Quid est quod secundo Regum legitur? Accepit ergo Dauid adhuc concubinas & vxores de Hierusalem, postque venerat de Hebron: natique sunt Dauid & alij filij & filiæ, & hæc nomina eorum qui sunt nati ei in Hierusalem, Sammaa, & Sabab, & Nathan & Salomon & Iabaar & Elisua & Nephen cum cæteris. Ad quid scribitur, accepit Dauid adhuc cōcubinas & vxores, nisi vt genuisse significetur? Quid est: nati sunt ei in Hierusalem, nisi quos genuit sibi in Hierusalem? Quis nisi sensum torquens: dicet/qui nati sunt ei, idest adoptauit? Numquid & adoptauit Solomonem qui inter cæteros nominatur? Quid ei adoptione opus fuit: qui proprijs filijs abundauit? Non igitur adoptiuus sed proprius & secundum naturā Nathan est Dauid filius. Et ne credas Nathan filium Dauid ex cōcubina esse, sed ex legitima vxore, cauet diuinus sermo in primo parali. Cū ait. Porro in Hierusalē nati sunt ei filij Sammaa & Sobal Nathan & Solomon quattuor de Bethsabee. Ecce Nathan natus de Dauid & frater Salomonis. Sed dicent. Hi tres Sammaa Sobal & Nathan filij fuerunt Vriæ. Si filij Vriæ: quomodo nati ipsi Dauid? Nam enim Vriæ non Dauid fuerunt. Si filij Vriæ, cur deiparam virginē concedis secundum carnem de Nathan processisse, qui fuit Ethæus? & secundum carnem de Vria natus Ethæo. Numquid dices Christum secundum carnem ex Vria processisse & Ethæum fuisse? Quid hoc nisi Christum non descendisse de Dauid, imo Christum non esse Christum? Ideo nequispiam id asserere auderet, studiose cauit prouiditque scriptura, frequenter dicere: natique sunt ei idest Dauid. Imo quia Christus per Nathan descendit de Bethsabee & Dauid: arbitror Bethsabee honoratam, vt in genealogia Christi nomen eius circumloqueretur. Verum insurgent ex verbis Salomonis sie in Prouerbijs de se loquentes. Ego filius fui patris mei tenellus & vnigenitus coram matre mea, &c. Si vnigenitus coram matre sua, ergo Nathan non fuit filius Bethsabee & Dauid. Hæc Prouerbia sunt. Sed esto

G iiij proterbia

4. re. 11.

ps. 74.

A

B

Genesi. 22.
Gene. 16.
2. re. 13.
3. re. 1.

C

Faber.

D

E

Origenes. omne quod agit:quod sentit:quod intelligit/Deus est, ideo nec conuertibilis nec mutabilis dici potest,
quæ in conuertibiliter ex Dei & verbi vnitate indesinenter ignita perseuerat. Ad omnes denique sanctos
calor aliquis verbi Dei putandus est peruenisse.in hac autem anima ignis ipse diuinus substantialiter re-
quieuisse credendus est,ex quo ad ceteros calor aliquis venit, Dicente Luca proficiebat ante homines.
Cantic.1. 3.&.10. Denique aliter anima hæc oleo lætitiæ inungitur,aliter autem participes eius apostoli & prophetę. Illi.n.
in odorem vnguentorum eius cucurrisse dicunt:(sicut Regina Austri) ista autem anima vas admirabile
vnguenti huius fuit. Et sicut vas ipsum quod vnguenti substantiā continet, nullo modo potest recipere
aliquid mali odoris:ita Christus velut vas ipsum in quo erat vnguenti substantia: impossibile fuit vt re
ciperet contrarium odorem,participes vero eius quanto propinquiores fuerunt Christo: tāto magis odo
Daniel.2. ris huius erunt participes. Mons igitur erat christus,& lapillus factus est. Fons erat:& vocatur gutta pa
radisus erat,& lilium apparuit. Plenus erat in forma Dei:& proficere dicitur: audiens & interrogās do-
ctores,qui docet hominem scientiam. Facies inquit propitiatorium ex auro purissimo. Ipsum est anima F
Christi qui peccatum non fecit. Longitudo eius duorum cubitorum & dimidij: latitudo vnius & semis.
Exod. 25. Quod si audere in talibus fas est,quoniam iuxta apostolum Christus mediator Dei est & hominum,vi
1.Timo. 2 detur mihi inter deū & hominem media hæc esse anima,quæ inferior quidem sit Deo a Trinitatis natu
ra minus aliquid habens,nec tamen cum Inde infra sit, duali numero (qui in corpore positis deputatur)
Origenes. absque eximia & praecellenti virtutum suarum eminētia misceatur. Latitudo autem ad duos cubitos nō
peruenit,qui numerus interdū ꝓ immūdis ponit:iuxta illud,bina & bina ex immūdis. Quāuis.n. carnē
Gene.6 ex natura nostra susceperit,ex in cōtaminata tñ virgine est assumpta: & casta sancti spiritus operatio-
ne formata. Longitudo id significat,quod tendit ad Deum,trinitatique sociatur. Latitudo,quod inter ho
Matth. 7. mines qui latam viam incedere solent conuersatur. Arca autem super quam collocatur propitiatorium
Heb.9. caro eius est,super quam anima collocatur:habens in se testimonia Dei,virgam potentiæ,tabulas diui- G
næ sapientiæ, Manna æternæ fœlicitatis: & tamen dicitur profecisse ante Deum & homines gratia &
sapientia. Explicitur Liber primus.

LIBER SECVNDVS INCIPITVR.

Secundi libri Caput primum de principio predicationis. S. Ioannis baptistę sub Tiberio Imperatore, & regno Iudeę partito in quattuor tetrarchias.

INitium euangelij Iesu Christi filij Dei: sicut scriptum est in pro-
Marci.1 Malach.3. pheta, ecce mitto angelum meum ante faciē tuam:qui pręparabit H
viam tuam ante te. Quæ hucusque audiuimus ex ore Matthæi & Lucæ:omnia
ad infantiam paruuli qui datus est nobis vidētur pertinere,videlicet ex quibus pa-
tribus est iuxta formam serulem, quo ordine annunciatus, conceptus, natus, quo-
modo a Magis est adoratus,postque circuncisus est, vtpote Abrææ filius, quomo-
do in templo pręsentatus:& anno eodem in Aegyptū fuga delatus: quomodo de
functo Herode/reuersus secessit in Galilęam in ciuitatem Nazareth, Ibique conuer
satus est:quousque factus est annorum. 12 quando ascendentibus parentibus in die
solenni paschæ & domum regressis, ipse dominus templi in domo sua remansit &c. Sane cum iuuentu-
tis eius sacrę insignia omnes euangelistæ silētio pressernt,sic suggerente spiritu sancto:itidem ego factu
rus sum:ne videlicet si opinabilia pro certis tradidero:operas meas ludam & impensas: & eadem autho-
ritate contemnatur,qua probantur Secundum igitur huius operis librum ab exordio prędicationis domi I
nicæ auspicamur,de quo Marcus ita proloquitur. Initium Euangelij. Quod autem ponitur in textu
Hierony. nomen Esaiæ,delendum est iuxta Hieronymum. Testimonium enim hoc apud Malachiam est. cap. 3.
non apud Esaiam. Caeterum dicens initium euangelij,tacite finem legis adesse insinuat. Nec enim possi-
bile est legem cum euangelio currere,non magis q̄ tenebras cum sole. Denique legem aliquando pensum
suum absoluturam Moses præfigurauit,qui vix dum latas tabulas prius fregit/q̄ ad populum perueni-
Exod.32. rent:& tūc locū habuerūt tabulę posteriores.i.euāgeliū de quo Marcus nunc dicit,initium.&c. Ita præ-
cepit dominus per os Malachiæ dicens.capi.4. Mementote legis Mosi. Glosa. Memoriam habete,obser
Cantic.2. uantiam cauete: Postque sonuit vox turturis in terra nostra. Hoc est quod Moses dixit ad dominū, ex quo
Exod. 34. locutus es ad seruum tuum allalos factus sum. Exod.3. Taceat ergo seruus:loquente domino, & ponat
Hiere.31. velamen super faciem suā,radiante Luce euangelij. Feriam inquit domui Iuda testamentum nouum.
Hebr.8. Paulus. Dicendo/nouum:antiquauit vetus/hoc est abrogauit. Quod autem antiquatur & senescit:pro K
pe interitum est. Habuit igitur lex suā infantiā:pueritiā iuuentute:senectutē:mortē:sepulturā & paren-
talia:testamētū autem eius euacuatum est. Itaque vt summatim dicā,nata est lex Mosi sub eodem/ nacto
annos.80. Creuit sub Iosue:adoleuit sub Samuele:obtinuit vires sub Salomone,senuit sub Sedechia,mo
Zacha. 2. ritur anno.15. Tiberij Cęsaris,sepulta sub Vespasiano & Tito:subuerso tēplo & ciuitate:& Iudæis di-
spersis in quatuor ventos cęli. Quando igitur audis:quod dominus iusserit ipsi Aaron vt efflaret animā:
vteque vnes satius & robustius exuuijs sacerdotalibus exueretur:& indueretur filius eadem ornamēta:in-
telligē

telligo quomodo prgcepto Dei lex mortua est, & omnia ornamenta eius ecclesię sunt tradita, idem videre licet in Mose, præcepto Dei vita functo: & opera eius sepulto. Ille ergo solus poterit legem semel mortuam & sepultam excitare, & reuocare in pristinum statum: qui, S. Mosen & Aarō fratres prgcepto Dei vita defunctos ad vitam potuerit reuocare. Nam quomodo Iudæi legis sepulturam lachrymis sint prosecuti, qui legit Sophoniā intelliget. Hieronymus ibidem. Quid necesse est nūc describere quot & quantas in vtraq; captiuitate Iudæi sustinuerunt miserias? Et quomodo qui lucem domini respuerunt in tenebris & caligine versati sunt? Et qui noluerunt solennium dierum audire tubas, audierunt clamorem bellantium. Illud tantum dicamus. Vsq; in præsentem diem perfidi coloni post interfectionem seruorum & ad extremum filij Dei, excepto planctu, prohibentur ingredi Hierusalem: & vt ruinam suæ eis liceat flere ciuitatis precio redimere: vt qui quondam emerunt sanguinem Christi emant lachrymas suas: & ne fletus quidem eis gratus sit. Videas in die quo capta est a Romanis ac diruta Hierusalē, venire populum lugubrē, confluere decrepitarum mulierum multitudinē, & senes pānis annis obsitos: & in habitu suo iram domini demonstrantes. Congregatur turba miserorum, & euangelio coruscante, plangere ruinas templi miserū populum, & miles mercedē postulat, vt illi flere plus liceat, & dubitat aliquis legē sepultam? Est tamen illud mirabile sicut dicit Philon: duorum annorum milibus iam transactis, nec verbum vnum in lege Mosi esse immutatum, sed centies vnusquisq; Iudæorum moritur, priusq; legi Mosaicæ vel in apice deroget. De hoc vide Esai. 24. Verum enim hoc verum sit: ipsi viderint. Hoc vnū scio quod euangelium silentium indixerit legi. Chrysost. Euangelium sane lætum significat nuntium. Quid autem tam lætum q̄ audire Deū conuersantem in terris annos tres & 30. angelos cum pastoribus choros iungentes: dæmones confusos, mortem peremptā, cęlū apertū, peccatū e medio sublatum, expulsos errores, veritatem reuersam, & cęlestem conuersationem in terra plantatā, ex hisq; omnibus spem firmam ac indubitatam futurorum bonorum? Futurorum inquam quæ in corda hominum non ascenderunt. Si vero inquiras, quis tantorū bonorum nobis nuntius extitit, infert Marcus. Non homo, non angelus, sed Iesus Christus inquit, hoc est veritas ipsa quę mentiri aut fallere nō potest: tum & vir ille quo nullus maior inter natos mulierum, vt in ore duorum testium quorum quisq; pro decē milibus computatur, stet omne verbum. Absit autem dicto iniuria, non enim ęquamus præconem iudici. Sane sanctus Ioānes cuius autoritatis existat: dominus per os Malachiæ insinuat dicens. Ego mitto angelum meū. Denique de eodē S. Ioanne baptista, testificatur Esaias dicens: vox clamantis in deserto. Ita Christus cum Ioanne testificantur euangelio, Esaias & Malachias testificātur de Ioane: testificatur & Christus dominus, testificātur & omnes euangelistę: testificatur & Gabriel angelus, item & Zacharias propheta, vt videlicet tot testibus omni exceptione maioribus testimonium perhibentibus de Ioanne, idoneus fiat ipse testis, qui de Christo testificetur ad populum. Parate viam domini. Hæc exponentur infra. Ioan. 1. Ibi miserunt Iudęi. Quodq; dicit, fuit Ioannes in deserto prędicans &c. hoc dicit Matthęus cap. 3. Ad hunc modum. In diebus illis venit Ioannes baptista prędicās in deserto Iudęę, & dicens. Pœnitētiā agite, appropinquauit enim regnum cęlorum. Cum dicit, in diebus illis, intellige elapsis annis. 20. vel quinq; & 20. a reditu Christi ab Aegypto, ita enim dicit Augustinus. Aut certe elapsis. 18. annis a temporē quo repertus fuit in templo inter doctores: ad huc ipso domino Christo existente in Nazareth, venit Ioannes baptista &c. Verum adhuc hanc eandem missionē & aduentū Ioannis Lucas ca. 3. Magis explicat dicens. Anno. 15 Imperij Tiberij Cęsaris, procurante Pontio pilato Iudęam, tetrarcha autē Galilęę Herode: Philippo autē fratre eius tetrarcha iturę & Traconitidis regionis: & Lisania Abilinę tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caypha: factum est verbum domini super Ioannem Zacharię filiū in deserto. Desertum hoc erat in tribu Iuda: in alijs tribubus deserta non erant. In hoc deserto erant ciuitates sex. Iosu. 24. in quarum vna morabatur Zacharias. Luc. cap. 1. Et venit in omnem regionem Iordanis prędicans baptisma pœnitentię, in remissionē peccatorum: sicut scriptum est: vox clamātis &c. Omnis vallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur, & erūt praua in directa & aspera in vias planas: & videbit omnis caro salutare Dei. Remissio igitur peccatorū pœnitentiæ datur: non baptismati Ioannis. Et obserua quod ante Tiberium fuit Iul. C. & Pompeius: & Iulius contriuit Pompeiū dicente Daniele cap. 2. Reg. quartū videlicet Romanum ex parte erit solidum, ex parte debile, ideo erat tempus aduentus Christi: sicut ibi sequitur. Hoc igitur testimonio adiuncto superioribus (in quibus diximus resonante euangelio, legem conticuisse) liquet quod Iudęę regnum lex & sacerdotium ad finem peruenerant, quum in tot partes regnum diuisum esset. Omnis enim res tamdiu est, quandiu vna est: omne autem regnum in se diuisum, desolabitur. Quia vero illum Ioannes prędicare veniebat, qui ex Iudęis quosdam (feces videlicet Esai. 49. Et decimationē Esai. 6. & reliquias quasdam. Esai. cap. 10.) & multos ex gentibus redempturus erat, quarum multitudinē dinumerare nemo potest, nisi qui numerat multitudinem stellarum, per reges gentium & Iudæorū principes tempora prædicationis eius designantur. Iudæorum principes dixi, sed nullus eorum Iudęus erat natione, sed vel Romani vel Idumęi, excepto Pilato quę ponticus putatur. Quoniam ergo multi ex gētibus venturi erant a quattuor plagis orbis, vt recumberent in sinu Abrahę: filij autem regni eijciendi in tenebras exteriores, bene in Romano Imperio vnus pręfuisse dicitur, cum apud Iudęos vt dixi per quartā partem multi principarentur. ¶ Per quartā dixi, verum si Fabro credimus, non dicebatur tetrarchia, quia prouintia illa in quatuor esset partes distributa quarum quilibet principatus diceretur tetrarchia, & qui pręesset, vocaretur tetrarcha. Sed tetrarchia dicebatur q̄ esset tessaron lochon. i. quattuor agminum: & qui

Marginal notes: Nume. 20; Deute. 34; Hierony.; A; Philon.; Chrysost.; B; 1. corin. 2.; Matth. 11.; Esai. 40; Luc. 1.; C; Matth. 3.; Augusti⁹; 77 distinct. per totum; D; Luce. 11; Gregori⁹.; Apocal. 7; ps. 146.; E; Faber.

Appian?. qui quattuor præerat agminibus, hic tetrarcha dicebatur. Hæc ille. Dicit autem Appianus: Romanos regibus exactis propter Lucretiæ stuprū, vsq; ad septingētesimū annū sub statu populari & ciuili qui Politia Græce dicitur imperium suum propagasse, quo ad. C. I. Cæsar qui dictaturam in perpetuū suscepit: republica oppressa, & in potestatem suam redacta, reuera principē egit, licet nomen reipublicæ antiquari noluerit. A quo tempore vsq; ad annos ducentos Romanum Imperium vnius semper arbitrio rectum est, perinde atq; in regno fieri solitum est, hoc tantū interest, quod regio nomine principes abstinuerunt, Imperatores se dici contenti, quo nomine prisci duces Romani populi censebantur, sed annua potestate creati. Eo autem spacio ducentorum annorum rem Romanam mirum in modum Appianus creuisse dicit, cum tamen Romanis mentem fuisse, vt nominis sui famam propagare inter Barbaros, magis quam terminos prorogare Imperij sui cuperent. Vidisseq; se nonnullarum gentium legatos ad imperatorem cū potestate missos, vt gentem suam quisq; Romano Imperio dederent. Nec tamen admissos, quod Romanus Imperator sua interesse non arbitraretur feris & inopibus imperare populis. Itaq; diuiso Iudæorum regno in tot principatus, impletum videmus quod Daniel in expositione primæ visionis ipsi Nabuchodonosor prędixit, In diebus regnorum illorū suscitabit Deus cęli regnum, quod in æternum non dissipabitur: & regnum hoc alteri populo non tradetur. Vidisti inquit o rex statuam, præterit enim figura huius sæculi. Colosseum monstrum potius, siquidem capiti aureo pectus & brachia cohærebāt argētea: pectori venter & femora ærea: Tibiæ fert eæ prędū quędam pars ferrea, quædam lutea. Hoc totum somnium est, monstrum est, quandoquidem capiti aureo quo nihil preciosius, pedes subijciuntur & hi terrei, terra nihil vilius. Si caput re eleuat aureum, dimitte rotam (sis pauus licet) conspectis pedibus, vel time lapidē illum, qui si pedes attigerit cuncta moles, omnis pulchritudo ibit pessum, omnia in fauillam & in auras abibunt. Vbi enim nunc vel Romanorū Imperatores qui veluti ferrum omnia domabat? Vrbem enim Romam totius prope orbis spolijs locuplete fuisse: historica fide planum fieri potest, Budeus. Equidem quod ad me attinet, ea mihi species vrbis Romæ animo obuersatur, quasi arcem quandā expilatorū orbis terrarum viderem, & veluti commune gentiū omniū conditorium toto orbe eximiarū. Nam vt de cęteris interim taceam, quantū summā rapinarū vnius Lollij fuisse existimamus, cum decies centenis millibus aureorum ęstimarentur gemmę, quæ ad neptem eius peruenerunt, quibus illa operta, spectaretur ad lucernas? Pli. lib. 9. cap. 35. Lolliam paulinā quę fuit. C. principis matrona nec serio quidem aut solenni ceremoniarum aliquo apparatu sed mediocriū etiam sponsalium cœna vidi smaragdis margaritisq; opertam fulgentibus toto capite crinibus collo manibus digitisq;, quæ summa quadringenties sestertiū colligebat. Nec dona hęc prodigi Caij principis fuerant, sed auitæ opes prouinciarum scilicet spolijs partæ. Nero. 10. milia aureorum in singula puncta ludebat. De hoc satis. Pręciso igitur lapide, statua comminuta est, & lapis ipse creuit in montem, quo crescente. Regnum Iudæorum sublatum est sicut cætera quattuor regna aurea argentea: ærea & ferrea dicente synagoga vnum verbum, non vocetis me rā pulchram sed amaram, quia facies mea lepra tesperfa est. Nume. 12. Cum igitur dicit Lucas: Anno. 15. Imp. Tiberij: ostendit quod statuę illius terribilis iam transierat caput: brachia: pectus: femur & Tibiæ: solāq; pedum partem restare quę ferrea erat, quo nomine Romanum imperium figuratum est, quod in principio forte fuit, veluti ferrum omnia comminuens, (regnum Iudęorum in quattuor partes &c.) in fine autem debile & luteum, de quo vide supra illud: exijt edictum a Cęsare Augusto, bene ad propositum. Lapidem aūt pręcisum e monte reges illi tres intellexerunt, qui caput statuę illi regio munere obtulerunt. Crescit aūt paulatim granum sinapis, donec omnis lingua confiteatur quod dominus Iesus ipse est regū rex & dominus dominatium. Dictum est autem in vituperium Tiberij a quodam versificatore. Aurea mutasti Saturni secula Cęsar: incolumi nam te, ferrea semper erunt. Et tamen hic est qui dedicauit concordiæ ædem. Estq; illud mirabile in tam perdito principe reliquias tamen aliquas subsedisse boni principis. Siquidem pręsidibus onerandas tributo prouincias suadentibus: rescripsit boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere. Eo tamen moriente, populus terram matrem deosq; manes palam orabant, ne mortuo sedem vllam nisi inter impios darent, quidam vt in Tiberim cadauer iactaretur, & hic tantus ac talis cacodęmon qui cęlo terram miscebat, toti orbi pręerat, tēpore quo Ioannes venit prędicans &c. Quod dicit: procurante pontio Pilato Iudeam: Diximus supra, ibi cū natus esset Iesus: Archelaū Iudeę pręfuisse ex instituto patris sui Herodis magni, sed ob mores nimium paternos, in exilium relegatus fuerat, & Pontius pilatus substitutus. Herodes frater Archelai permansit tetrarcha Galilęę: similiter & Philippus eorum frater in Iturea & Traconitide regione ab asperitate montium sic dicta. Lysaniæ autē cessit Abilena, nomen sortita ab Abila pręcipua eius regionis ciuitate. Nam Augustus quo regni vires frangeret, in quatuor partes diduxerat, nomine regis abolito, vnde patet impletum quod Iacob filijs suis tanto ante prędixerat, necdum regnum sōniantibus: non auferetur sceptrum &c. Quando enim hęc dixit, in Aegypto erant: pauci numero, serui potius q̄ sui iuris, & tamen vere dixit Iacob, nō auferetur sceptrum, quod tenuerunt reges vnus & viginti, donec veniat &c̄. Nomen quidem regis multo ante cessauit in Iudęa: q̄ adesset qui mittendus erat, sed tamen sicut supra diximus: illuc produxit dominus cornu Dauid, vel nomine regis, vel ducis, vel principis. Ad idem pertinet quod sequitur sub sacerdotibus Anna & Caypha. Sacerdotem enim magnum lex vnicum tantum instituit, quo vita functo, filius natu maior ei succedebat. Romani autem cū regno sacerdotium etiam Iudęis ademerant, quod eis vendebant non in decem, sed in annos singulos. Illi autem iura sua redimere se putantes, emebant minori quo poterant, quomodo Iacob redemit primogenita quę sua erant diuina dispositione. Vide Nicolaum. Titus Imperator pontificatum maximum ideo se professus est accipere, vt puras seruaret manus, fidemq; præstitit,

nec autor

Margin notes: Iul. Cęsar. — Daniel. 2. — 1. corin. 7. Figura. — Budęus — Nero — Ruth. 1. — Matth. 2. — Matth. 13. — Apoc. 19. — Tiberius. — Gene. 49. — p̄s. 131 — C. Augu. — Genesi. 25.

Margin letters: F G H I K

nec author post hac cuiusquam necis: nec conscius, quamuis interdum vlciscendi causa non deesset: sed periturum se potius, quam perditurum aliquem adiurans. Vos igitur Anna & Caypha notate hæc verba, ex ore gentilis prolata, qui vestra tantum quærentes non quæ Iesu Christi, sacerdotium quot annis licemini. Consurget enim Titus iste & condemnabit generationem istam sacerdotum, quorum manus plenæ sunt sanguine teste Esaia cap. 1. Quin & Romulus non venalia nec sorte diuidenda fecit sacerdotia teste Dionysio Hali. Sed cuiusque curiæ ipse binos creauit, supra annos 50. natos (o mores Christianos) genere excellentes, simul & virtute præstantes, nec tamen inopes: aut corpore vlla ex parte trunco, & hos per omnem vitam sacerdotio fungi: militaribus solutos officiis per ætatem: atque ciuilibus molestiis ex lege. Amen amen sic fiat in diebus nostris. Tu tamen quicunque hæc legis, audi, vide & tace: & dic cum propheta, secretum meum mihi: væ enim mihi est, si non tacuero, imo væ mihi si tacuero. Ideo illud tantum dicam quod tanto ante predixit Esaias, erit sicut populus, sic & sacerdos, cum oppositum velit sacerdotum princeps. Sub his igitur sacerdotibus idolis potius, aut iuxta Danielem, cap. 9. abominationibus desolationum, aut Simonibus, qui oblata pecunia, spiritum sanctum licentur: factum est verbum domini ad Ioannem. Sunt. n. multi: qui non vocati: se ingerunt dicentes, ecce ego mitte me. Esa. 6. De vno tantum legimus: qui cum mitteret non semel aut bis detrectauerit imperium mittentis. Exod. 3. Vide textum. Quis sum ego? Non sum eloquens, non audient me: mitte quem missurus es. Vide Hiere. cap. 28. bonum textum, cum exemplo. Sed audi dominum. Ecce ergo ad prophetas, qui furantur verba mea, & dicunt: hæc dicit dominus, qui somniantes mendatium: seduxerunt populum meum. Hiere. 23. Hieronymus. Semper imitatur mendacium veritatem, & nisi habuerit aliquam similitudinem recti: decipere non potest innocentes. Hunc morem heretici a magistro suo acceperunt: dicentes, angelis suis Deus &c. ps. 90. Hi nimirum cum ad quæstum doceant (quæ pestis his nostris temporibus late vagatur, ac serpit, sed secretum meum mihi) scripturæ vim inferunt, mendatia videlicet sua testimonio scripturæ colorantes, aut iuxta Paulum, adulterantes verbum Dei. Factum est igitur verbum Dei ad Ioannem, de quo dicitur, etiam vas electionis est mihi iste vt portet nomen meum. Digne tamen tanto viro predicationis onus iniungitur: qui tamdiu silentium tenuerat: nam iuxta Anaxarchum, nemo stultus tacere potest. Et quia iuxta Gregorium cuius vita despicitur, super est vt audiat: medice cura teipsum. Luc. 4. eiusque predicatio contemnatur, audiamus de vita baptistæ quid Matthæus capi. 3. & Marcus cap. 1. dicant.

Phil. 2. — Dionysi. — Esai. 6. — Esai. 24 — Actu. 8. — Hierony. — 2. corint. 4 — Actu. 9. — Anaxarch — Gregori.

¶ Secundum caput de cibo & indumento Ioannis, & baptismate eius: & doctrina ad turbas, phariseos publicanos & milites.

HAbebat Ioannes vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem eius locustæ: & mel siluestre. Ad hæc Chrysost. Oportebat talem habere dominum Iesum precursorem, qui omnia vetera dissolueret. i. maledictionem, dolorem, laborem atque sudorem: ita quod non in sudore faciei suæ panem comedit, sed erat illi impreparata mensa & facilis amictus, non enim veste ex corio amiciebatur, sicut communiter depingitur, sed vestis ex pilis erat, cilitium videlicet: nec tamen Salomon in omni gloria sua sic gloriosus apparuit, sicut lilium hoc agreste licet, habitatio facilior amictu, nec enim vel tecto indiguit vel lecto vel mensa, sed in carne viuens: angelicam vitam vixit. Nempe meminerat, dominum parentes nostros non bysso, sed exuuiis animalium indutos, labori manuario destinasse: ideo huiusmodi sibi met aptauit indumentum. Mollibus autem indutos in domo Assueri reperire licet, vbi nulli sacco induto ingredi licet. Multi enim gladium plumbeum gestare noscuntur in eburnea vagina. Tu autem memento vestimentorum Pauli eremitæ. Ceterum de Nerone Suetonius tradit, vestem quam semel induit, secundo non induisse. Confer Neronem cum Hilarione, qui vestem quam induit nunquam mutauit, donec penitus scissa esset. Refert Heraclides de homine quodam nomine Artemon, in vita quidem mollem ac delicatum, metu autem stupidum, plurimum temporis domi vixisse, duobus seruis æreum scutum supra eius caput sublatum tenentibus, ne videlicet si cælum rueret, ipsum opprimeret. Quod si casu cogeretur egredi, lectica tecto ad operta circumlatum ferri solitum. Vides qualia monstra terra omnium parens interdum producat: tanta est quorundam effœminatorum mollicies, vt teste Seneca, nesciant vtrum ne sedeant, an stent, immo vtrum viuant. Quid enim? Num Ioannes homo non erat? Cibus eius locustæ, non syncerasta non crusta, vel mel coctile. De his Plinius, ne quis aliud interpretetur aut somniet, dicit lib. 6. capit. 30. est pars quædam Aethiopum, quæ locustis tantum victitat, fumo & sale duratis in annua alimenta. Ad hæc Hieronymus. Arabes & Sarraceni camelorum lacte & carnibus vescuntur, quia hoc animal facile apud eos inuenitur & nutritur. Hi nefas arbitrantur, porcorum vesci carnibus, qui glande, castaneis, radicibus filicum & hordeo ali solent, quæ raro apud eos inueniuntur. In ponto & Phrygia vermes albos & obesos qui nigello capite sunt & nascuntur in lignorum carie pro magnis redditibus pater familias exigit, ita apud illos ξυλοφαγον, xylofagon comedisse luxuriæ fit. Orientales populi quia per desertum & calidam eremi vastitatem locustarum nubes reperiuntur: locustis vesci moris est. Hoc verum esse, Ioannes quoque baptista probat, sequitur. In Aegypto & palestina propter boum raritatem nemo vaccam comedit. In nostra prouintia scelus putant vitulos deuorare. Nomades & scythæ & Hunni semicrudis vescuntur carnibus: Sarmatæ equorum & vulpium carnibus delectantur. Ipse vidi in Gallia Scottos gentem Britanicam humanis vesci carnibus, & cum per siluas porcorum greges & armentorum pecorumque reperiant, pastorum nates & fœminarum papillas solere abscindere; & has solas ciborum delitias arbitrari

Math. 3. — Chrysost. — Faber. — Math. 6. — Ester. 4. — S. traquil. — Heraclid. — Seneca. — Plinius. — Hierony.

arbitrari. Hæc Hieronymus, Pater ergo quid sit locusta de mente Hieronymi, quicquid somniet Calepinus, bonus alioqui author, qui tamen aliquando dormitat. Locustę longinqua Maria aliquoties transeunt continuata plurium dierum profectiõe, quod maxime miremur, famem quoq; quam propter externa pabula petere sciunt immunere. Cernũtur & grandiores, & tanto pennarum volant stridore: vt aliæ alites credantur, solemq; obũbrent, sollicite suspectantibus populis ne suas operiant terras. Sufficiunt quippe vires, & tanquam parum sit maria transire: immensos permeant tractus, diraq; messes contegunt nube, multa contactu adurentes, omnia vero morsu erodentes: & fores quoq; tectorum. In Cyrenaica regione lex est ter anno debellandi eas. Primo oua obterẽdo: deinde fœtum; postremo adultas. Desertoris pœna in eum qui cessauerit. Et in lenno insula certa mensura præfinita est, quam singuli enecatarum ad magistratus referant. Necari & in Syria militari Imperio coguntur. Tot orbis partibus vagatur id malum. Parthis & hæ in cibo gratæ. lib. 11. cap. 29. Dicamus autẽ de vnico Epicuri discipulo pro conclusione victus Ioannis. Apicus referente Seneca cum sestertium milies in culinam congessisset, cum tot congiaria principum & ingens capitolij vectigal singulis commessationibus hausisset, ære alieno oppressus, rationes suas tunc primũ coactus inspexit, super futurũ sibi sestertiũ centies cõputauit (ducenta quinquaginta milia sunt aureorum) & velut in vltima fame victurus in sestertio centies / si vixisset: veneno vitam finiuit. Hic itaq; quod alij voto petunt veneno fugit. Confer ganeonem hũc cui aureorũ restabãt. 250000 cum frugalitate Ioannis, locustis victitante, & intelliges quorum sit vox illa, comedamus & bibamus, cras enim moriendum est, & ieiunandum æternum ieiunium cum epulone. Vide Hiere. cap. 12. ibi, congrega eas. Cæterum iuxta Hieronymum, locustæ istę cucurbitæ illæ sunt, quę aliquando protexerũt caput Ionæ ab æstu. Ionę. 4. Nam & cucurbita illa cito surrexit, cito a sole percussa exaruit. Non enim altas habebat radices fixas in charitate. Vtinam autem vel timerent qui non amabant. De quo vide Hiere. cap. 5. Locustæ animal paruum, inquit Ambro. Infirmas habens & leues alas, de terra quidẽ consurgens more Struthronum, sed altius non valens nec diu volare, vt plus sit q̃ reptile, & tamen auibus nõ æquetur, ad tactum fugax, vagum saltu, ore stridulum, ad vsum laboris iners, porcorum potius q̃ hominum cibus, & hic tamen cibus est prophetarum, postq̃ dictum est Petro, quod Deus sanctificauit &c. Zona circa lũbos castitatis insigne est, iuxta illud, potẽtia & fortitudo Satanæ in lumbis suis, & in vmbilico ventris sui. Hieronymus super Hieremiã. Præcipitur prophetæ, vt possideat lumbare lineũ: & tandem abscondat in foramine petræ. Non est autem putandum, cinctorium abijcientem dominum, mansisse incinctum, sed statim vt proiecit Iudęos, pręcinxisse gentes. Sed nec nobis parsurus est, si non permanserimus in eo & in nobis verba sua. Igitur lumbare populus Iudæorum: qui in lini similitudine assumptus de terra illotus, nec mollitiem habuit nec candorem & tamen per illius misericordiam adhæsit Deo. Cumq; peccasset (rationale quippe est huiusmodi lumbare) ductus est ad Assyrios, & ibi absconditur, hoc est magnitudine magnarũ gentiũ & innumerabilium populorum quodammodo absortus & in nihilum reputatus est. Post multum tempus propheta in typo domini populum de captiuitate liberat. Qui reductus, ad extremum manus in heredem mittens, æterna maledictione contabuit. Caueat igitur qui potest dicere, mihi autem adhęrere Deo bonum est, ne forte per negligentiam a renibus Dei separetur: & in tantam putredinem veniat, vt in vsum & in cinctorium Dei redire non possit. Quantis autem quoq; tunsionibus linum tunditur: vt ad candorem perducatur nemo ignorat. Nigri sumus & Aethiopes, & iuxta Hieremiam vix exuemus varietates nostras & pellem prauę consuetudinis, quia de carnis corruptione geniti, in nobis ipsis gerimus vnde certamina toleremus; dicente Paulo: captiuum me pertrahit hominem infœlicem. Gremus vt lauemur super niuem, quo dignum efficiamur cinctorium lũbis Dei. Scire tamẽ debemus, quoniam si prioribus non pepercit Deus, nec nobis parcet. Et mel siluestre. De hac Plin. lib. 11. cap. 16. plenius differit. Colligitur inquit ab erica fructice, dum floret in siluis sola: est autem genus fructicis. Mel quidem in Dei sacrificio non offerebatur, Leuitic. capit. 2. Et tamen dicitur ad Mosen, educam populum meum; & perducam eum in terram fluentem lacte & melle. Terra hæc quãdiu fuit sub maledicto: spinas proferebat, postq̃ autem irrigatur fonte illo qui ascendebat de terra Gene. 2. (irriguum superius & inferius: Iosue. 15) riuos mellis & lactis cœpit eructare: id faciẽte eo qui producit mel de petra tum & oleum. Petræ istę & saxa gentes sunt, de quibus p̃s. 113. Similes fiãt illis omnis qui confidũt in eis, item & Ioannes, potens est Deus de lapidibus excitare filios Abrae. Qui ergo locustæ erant, hi sũt & mel cibus Ioannis, cibus christi, sicut dicitur, ego alium cibum habeo, & quis sit cibus hic, videte inquit quod messes albę sint. i. gentes, vt corpori Christi inserantur, & incorporentur. ¶ Bene autem siluestre, ad quos vnus tantum missus est propheta, qui tamen (si fas est dicere) forsan libẽtius incideret in vẽtrem ceti, q̃ iret ad Niniuitas, videns interim arescere cucurbitam, florere desertum. Immundi ergo iuxta legem, gratia saluantur, sicut dicit Apostolus. Ephes. 2. Dicente domino, occide & manduca. Ipsi igitur sunt cibus Dei, qui mortui sæculo viuunt Christo. Nec illud vacat a mysterio, quod amictus Ioãnis e pilis erat camelorum. Camelus (inquit Gregorius) populus gentium tortuosus moribus, & onustus idolorum cultibus. Eratis inquit Paulus cum gentes essetis, sicut idola, prout abducebamini euntes. Qui enim ex se inuenerunt Deos quos colerent, nouos & recentes, ab ipsis onus in dorso creuit quod portarent. Isti sunt igitur qui pilos carnis deponentes. i. veterem hominem, pręcursorem induerunt, ipsi seipsos. Induentes dominum Iesum Christum. De hoc ita legimus. Deute. cap. 21. Si in numero captiuorum videris mulierem pulchram: & adamaueris eam, volueris q; habere vxorem, introduces domum. Quę radet cæsariem: Circuncidet vngues, & deponet vestem in qua capta est, flebitq; parentes vno mense, hoc est: deponet gibbam & pillos & veterem hominem cum actibus suis iuxta apostolum. Collos. 3. Venit ergo in

enim

Plinius. Seneca. Apicus 1. corin. 15. Hierony. Ephes. 5. Ambrosi. Actu. 10. Hierony. Iob. 40. Hierony. Matth. 21. ps. 72. Hiere. 13 Roman. 7 Plinius. Exod. 3. Genesi. 3. Genesi. 2. Deut. 32 ps. 113. Ioan. 4 Ambrosi. Actu. 10 1. corin. 12. Deute. 32. Roma. 15.

F G H I K

omnem regionem Iordanis. 25. q. 4. Nabuchodonosor. & infra. Et de pœni. distinct. 4. Hic textus positus est capite primo huius secundi libri propter ordinem. Venit vt prędicaret pœnitentiam feris cicuribus iuxta quod homines erant, alias Scorpiones vocantur apud Ezechielem: increduli & subuersores: & insanientes iuxta. 70. frontis attritæ, & duri cordis. cap. 2. & 3. Ad has igitur feras cicurandas & domandas mittitur tantus baptista (in habitu pœnitentiæ quem prędicti sumus) ab eo qui non vult mortem peccatoris. Ezech. 18. **Prędicans baptisma pœnitentię, in remissionem peccatorum:** inchoatiue iuxta Hieronymum, vel significatiue, sicut sacramenta vetera, vel refertur ad ly pœnitentiæ. Alias si in remissionem peccatorum, quid est quod in consequentibus dicitur: Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi? Liquet autē quod Ioannes non solum prædicauit baptisma pœnitentiæ, sed & multis dedit. Foeminæ quidem & pueri non baptizabātur, sed homines doli capaces. Baptisma igitur donare potuit: peccata remittere non potuit, sicut ipse in consequentibus dicit: ego baptizo vos aqua qui autē post me venient: in spiritu sancto abluit non corpora tantum sed animas: iuxta illud Esai. 4. Abluet dominus sordes filiarum Sion & sanguinem Hierusalem lauabit de medio eius in spiritu iudicii & spiritu ardoris. Quid est ergo in remissionem peccatorum? Baptisma suum præparatio erat & catechismus quidam ad baptisma Christi. Nam sicut populus Hebręorum accepturus legem, iubetur lauare vestimenta, & triduo abstinere ab vxoribus: Ita isti iubentur lauare corpora, & confiteri peccata, & pœnitentia prętia præuenire aduentum iudicis. Nam quod Marcus & Lucas dicunt, in remissionem peccatorum Ioannem baptisma suum prędicasse: Matthęus dicit, pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum. Denique quomodo baptisma Ioannis fit in remissionē peccatorum: Matthęus explicat dicens. **Et exibat ad eum tota Hierosolyma: & omnis Iudęa & omnis regio finitima Iordani vndique, & baptizabantur ab eo, confitentes peccata sua.** De pœni. dist. prima. voluissent iniqui. 1. q. 1. c. Dedit. Quod dicit, tota Hierosolyma: sermo est hyperbolicus, familiaris in diuina scriptura. Chrysosto. Amplius enim resonabat conuersatio vitæ eius in Eremo, quam vox clamoris ipsius. Erat enim mirabile in humano corpore tantam patientiam videre, quod vtique & Iudæos magis attrahebat, magnum Heliā in eo videntes. Conferebat autē ad stuporem quod dereliquerat eos gratia prophetarum; & post longum tempus reuersa videbatur ad eos. Prędicationis etiam modus immutatus, ad id proderat. Nihil enim assuetorum apud alios prophetas audiebant, puta prælia & victorias Babylonias & Persas sed cælorū regnum & gehennam, quam iram venturā vocat. Qui ergo agnoscentes se egere medico, confitebātur peccata, hi abluebantur in nomine eius qui post Ioannem venturus erat. Hinc Paulus ad quosdam baptismate Ioannis tantum dilutos dixit. Num spiritum sanctū accepistis credentes? Et illi, baptismate Ioānes consecrati sumus, de spiritu sancto nunquam audiuimus. ¶ Et Paulus. Ioannes baptizauit bap. pœnitētiæ populum dicens: credite in eum qui post me venturus est, hoc est in Iesum. Duo igitur operabatur Ioannis lauacrum. Primum quidem profitebantur fidem domini Iesu: sine fide autē impossibile est placere Deo. 2. confitebantur peccata in genere, ac proinde egere medico, vt qui essent Aethiopes illi & pardi de quibus Hiere. capit. 13. Egebant ergo non simplici lauacro aquę, quale erat Ioannis: sed lauari septies in Iordane. i. Fonte illo duplici, qui e latere Christi effluxit &c. ¶ Prędicabat igitur pœnitentiam in remissionē peccatorū. Verū est, quod sacramentum baptismatis pœnitentiā nō prȩexigit exteriorē ad remissionem peccatorum. Est enim baptisma iuxta Basilium captiuorum & æris alieni remissio, peccati mors, submersis Aegyptijs. Exod. 14. Animæ regeneratio, ecclesię iter, flumen lętificans ciuitatem Dei. Theophyl. Ita dicit. vocatur baptisma pœnitentiæ, vt videlicet qui Christum susceperint, pœnitentiam agentes, remissionem peccatorum accipiant. Et obserua quod a tempore Esaiæ vsque ad prędicationem Ioannis computantur anni, 750. iuxta Abulensem: tanto ante propheta prænuntiauit de Ioanne. Cum ergo Ioannes baptizaret, opus nunquā visum superioribus sæculis, non ergo mirum si magnus fiebat concursus populi. ¶ Forma autem baptismatis Ioannis habet. Actu. 19. A prędicatione igitur a baptismate, ab habitu & victu, a loco & audatia prȩcursoris attrahebantur veluti a magnete ferrum. Et intuere metum pœnitentię vires. Ionas ingressus Niniuem, prędicabat ciuitatis euersionem. Huic prȩconi iungebatur alter (o profundum clementię Dei) qui nomine regis prędicaret pœnitentiam. Ita alter iram domini, alter misericordiam promittebat. Ionas dicebat: Niniue subuertetur post triduum iuxta. 70. Prȩco clamabat. Pœnitentiam agite, quis enim scit, si conuertatur dominus, nobis conuersis? Nec dixerunt: si fuga nusquam patet, & ciuitas omnino subuertetur, comedamus & bibamus, sed ieiunemus, & pœniteamus, hoc enim quocunque casu dato melius est. Nihil enim sic offendit Deum inquit Hieronymus: quam cor impœnitens: & desperatione prȩteritorum malorum, nolle conuerti, nolle pœnitere, hoc enim significat Metanoite, pœnitemini, ad mentem redite. ¶ Sed iuxta Esaiam, vocauit dominus ad planctum & ad fletum & ad cingulum sacci: & ecce gaudium & lętitia comedere carnes & bibere vinum, comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Et sciendū iuxta Alexandrum de hales, quod Christus & Ioannes dicentes, pœnitentiam agite, non vocant ad pœnitentiam quę est sacramentum & secunda tabula, quę tunc non videtur fuisse instituta, sed ad eam quę præcedit baptisma, quę est contritio de peccatis: de qua in actis cap. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in remissionem peccatorum. Dicit & idem doctor. 4. parte. q. 63. ¶ Sacramentum pœnitentię non totam efficatiam habet a passione Christi sicut baptisma (omne illud videlicet quod prȩcedit contritionem). Ideo baptisma non est iterabile sicut pœnitentia de qua dicitur, vsque septuagies septies, id est quoties frater vix peccare potest. Matth. 18. Agā inquit & ego pœnitentiam. Hiere. 18. Ergo dominus suū sibi retinuit forum. Nam si claue errante absoluitur peccator a cęco cęcorum duce (id quod non nunquam est in ecclesia Christi vel ante expletam pœnitentiam

Margin: A, B, C, D, E (section letters); Ezech. 18. — Foe Ioan. 1. — Hierony. — Matth. 3. — Chrysost. — Actu. 19. — Heb. 1. — 4 sen. 4. Basilius — Theoph. — Ionæ. 3. — Esai. 26. — Hierony. — Esai. 22. — Alexāder.

nitentiam disc.edit, extra manet sibi purgatorium, si eq rursus pœnam temporalē in purgatorium negligentia sua vertit. Dicit autem hic doctor q̄ pro peccato mortali meretur peccator anihilari, misericordia enim Dei non sumus consumpti. Trenorū.3. Dicit autem Abulensi.super cap.5. Matth.q.27. quod confessio est de iure diuino positiuo, Alexander autē dicit, quod confessio circunstantiarum peccati nullo iure cauetur. Lex tamen Leui.cap.4. Pro eodem genere peccati diuersas iubet offerri hostias. Itē Ioan.5. Tu es magister in Israel &c. quasi ignorantia in sapiente grauior sit. Item Marci. 9. Ex quo tempore patitur malum hoc puer iste? Dicit & illud, quod circunstantiæ diminuentes aliquando sunt confitendæ, idest explicandæ, ne sacerdos scandalizetur. Ad hæc Origenes super Nume.cap.14. Annus pro die imputabitur, &c. 40. annis recipietis iniquitates vestras iuxta numerum.40.dierum, quibus consideratis terram. Forte aliquis neget, bonitati Dei non conuenire, vt pro vnius diei peccato annum suppliciorū rependat. Quinimo dicet: etiam si diem pro die reddat, quis iustus, non tamen clemens esse videatur aut benignus. Audi ergo si forte possimus difficultatem rei exemplis lucidioribus explanare. Si vulnus corpori infligatur, aut os confringatur, aut neruorum iunctura soluatur, sub vnius horæ spacio huiusmodi vulnera solent corporibus accidere & plurimis post modum cruciatibus ac doloribus exactis, multo vix tempore sanari. Quanti enim tumores in loco generantur, quāta tormenta. Iam vero si accidat, vt in eodem vulnere & fractura iterum & sæpius quis vulneretur aut frangatur, quantis hoc pœnis curari, & quantis potest cruciatibus medicari? Quanto autē tempore si tamen potuerit, ad sanitatem perducetur, & vix aliquando ita curabitur, vt vel debilitatem corporis, vel fœditatem cicatricis effugiat. Num autem si peccator sum, eadem mihi pœna erit, si semel peccaui, quæ & si secundo, & tertio; & si frequentius peccem? Nō ita erit, sed pro modo & mensura & numero delictorum erit & plagarum modus. Nam & his quibus dictum est: pro die annus præfigitur, iam decem vicibus tentauerant dominum. Vnde iuxta Hieremiā quasi insanabilis facta fuerat fractura. & plaga eorum desperabilis. Hiere. 30. Toties reuersi canes ad vomitum. Quod autem diximus: secundum mensuram delicti erit plagarum modus. Deute.25. Sciendum quod hanc mensuram vnusquisq; sibi imponit, vel minus vel magis peccando. Est enim calix in manu domini, mixtus videlicet ex bonis & malis quæ gessimus, ex quo vnicuiq; nostrum propinat lachrymas, sed cum mensura. Nostrum autem sit ad emendationem festinare, & ad pœnitentiam sine simulatione conuerti, quia contritum cor & humile, quale erat latronis cum domino pendentis, Deus non despiciet, quin & attentissimis aspiciet oculis. Prędicabat igitur Ioannes pœnitentiam: & appropinquasse regnū cęlorum: vocem inauditam sæculo, vt præcursor domini hoc priuilegio honoretur. Regnum itaq; quod Iudæi somabant, hoc est eminus in figuris contuebantur, id iam instare: ac in ianuis esse Ioannes prędicat. Nam ante aduentum Christi vox illa omnium mortalium erat, quācūq; prædici essent prærogatiua meritorum, descendam in infernum vbi constituta est domus omni viuēti, donec dictum est vni, hodie mecū eris in paradiso. Luce.23. De hoc ergo ita prædixit Esaias. Vox clamātis in deserto. Huius autē vocis inmemores pharisęi & Iudęorum principes: miserunt ad Ioannem sacerdotes & Leuitas. Verum si requiras, cur ciuitate deserta: ad lapides Ioannes verba sua dirigit, doctori enim opus est multitudine, possumus dicere, idem fecisse Esaiam: qui ad cælos & terram loquitur quod os domini loquutum est. Eadem fere verba Moses dixit, audite cæli quę loquor. Iosue autem lapidem statuens sub quercu, en inquit ad populū, lapis iste testis erit, quod audieritis omnia verba domini, ne forte postea negare velitis, ac mentiri domino Deo vestro. Quia igitur illi negaturi erant, quem semel receperant: dicentes, non hunc, sed Barabban quasi ipsi duriores saxis essent, nempe adamantini iuxta Zachar. cap.7. ac proinde indigni quibus fieret verbum Dei, ne mortuis verba faceret, desertum petijt: & lapidibus loquitur, ex quibus suscitati sunt filij patri nostro Abrahæ. Hi sunt lapides.12. qui extracti de medio Iordanis, in testimonium sunt positi cōtra 12. alteros, qui quoniam ad pœnitentiam scindi noluerunt, ad Iordanis alueum transmissi sunt. Nam positus est Christus in ruinam & insurrectionem multorū. Si inquit hi tacuerint Iudæi videlicet, lapides clamabunt videlicet gentes, confitentes peccata sua. Matth.21. ¶ Hoc est quod Paulus dixit Iudæorum populo incredulo. ¶ Quia indignos vos iudicastis vitæ æternę, ecce transgredimur ad gentes, quę nomine deserti & solitudinis figurantur. Sed & vos parate viam domino, rectas facite semitas eius. Cum dicit: rectas facite, ostendit eos hucusq; more cancrorum, semper corde ad Aegyptum reuersos. Peruersi difficile corriguntur. Ecclesiast.1. Et multi viuunt præter propter vitam æternam. Nequitia iuxta Senecam cito subrepit, virtus sicut medium in circulo difficilis inuentu est, rectorem ducemq; desiderat, etiam sine magistro vitia addiscuntur. O q̄ multi sine proposito vagantur admodum formicarum per arbusta repētium, quę in summum cacumen, deinde in imum inanes aguntur, frequenter quidem terentes viam latissimam, sed tamen (quod ipsi consitentur) difficilem incessu. nempe semper texentes telam penelopes: cum reuera cursores illi cęlestes nec puncto quidem stare perhibeantur in scala. Gene.28. Sed facilis ac pronus est descensus Auerni. Sed vide difficultatem reuocandi pedem, propter Cerberum insonem, Vide de Balaam. Est autem via quę videtur homini recta verum via ipsa recta deducit hominem in flumen læthēū. Currebatis bene inquit Paulus: quis vos a recto traduxit in viam Balaā? Omnis vallis implebitur. Hoc iuxta illud potest exponi, deposuit potentes de sede. Valles enim gentes sunt, montes Iudęi. Gentes dicūtur valles, sine Deo, sine promissionibus: nullo patrum suorum sanguine insignes, & tamen ea quę non sunt elegit Deus. Chrysost. Omnis vallis. Difficultatem legis intelligit fidei facilitate mutandam; hoc est iugum legis ipsis etiam patriarchis importabile in iugum euangelij suaue, quod premens subleuat. Nēpe lex ipsa a sanguinis effusione incipit, dicens, anima cuius caro circuncisa non fuerit, peribit, ac proinde tabulæ illę lapideę ante sunt fractę q̄ ad populum latę: quod mihi videtur mirabile quid, Et erūt praua in

Marginal notes: Abulensi. Alexāder. Origenes. Analogia Deute.25. Nume.14 ps.74. ps.79. Luc.23. Gene.37. Iob.30. Esai.1. Deut.32. Iosue.24. Luc.3. Iosue.4 Luce.2. Actu.13 Hierony. Seneca. Matth. 7. Poeta. Prouer.14 Gal.5. Ephes.2 Actu.15 Matth.11. Genesi.17. Exod.32.

F G H I K

ua in directa Grece. τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, id est scolia is esthian, idest obliqua in rectam: vt sub audiamus viam. Nam interpres posuit praua non pro malis, sed pro distortis. Quod dicit: & aspera in plana: figura est Hebraica sicut erit mihi in filium, pro erit mihi filius, & erunt duo vna caro. Est autem eadem sententia cum superiore alijs licet verbis. Est autem mũdus hic non absimilis labyrintho illi celebratissimæ ad quẽ introitus multi patet post primũ ingressũ, exitus nullus. Nã semel ingressis desertũ sæculi huius, Edom nõ cõcedit transitũ populo Dei, sed occurrit armatus. Vide textũ. Num. 20. Has igitur vias sęculi huius (quod in maligno positũ est. 1. Ioã. 5.) Prauas & distortas ille securus incedit (prauũ n. est cor huius Minotauri principis labyrinthi huius), qui filũ lineũe tenẽs manu, oẽs labyrinthi huius vias currit & recurrit. Est aũt lineab. ... uelinũ ille qui dicit, ego sum via, qui sequit̃ me, nõ ambulat in tenebris. Et rursus. Erunt oculi tui videntes præceptorẽ tuũ, & aures tuæ audient vocẽ post tergũ monentis, hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis ad dexteram, non ad sinistram. Esaiæ. 30. Aspera igitur fient plana, quia in manibus tollent te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Quis est lapis iste vnicus, quem tantopere cauit dominus Deus, vt propterea angelis suis mandauerit nobis? Cor eius inquit indurabitur quasi lapis. Hic lapis cum circuierit terram, multis scandalo fuit, iuxta quod dicitur, Ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum. Huiusmodi lapis erat Saulus ecclesiæ, cum esset in flore. Hi lapides partim amoti sunt, partim molliti, verba enim mea sicut malleus conterens petram, vt via aspera, fieret plana & læuis. Et videbit omnis caro salutare Dei. Beati autem qui non viderunt & crediderunt. Oculis carnis pauci viderunt, oculis fidei multi viderũt, & videbunt, videbunt autem eum omnes venientẽ in nube cum potestate magna: quando malo suo multi eum videbunt, sicut dicitur videant & confundantur. Et iterum. Vę desiderantibus diem domini. Ad quid eam vobis? Dies domini ista tenebræ & nõ lux. De hoc & Iob. Et in carne mea videbo Deum saluatorẽ meũ. ca. 19. Nullus tam aperte (inquit Hieronymus) post Christum, quàm iste ante Christum passum de resurrectione loquitur. Vult verba sua in perpetuum durare, & vt nulla possint vetustate deleri, exarari ea vult in plumbi lamina: & sculpi in silice. Nec dum mortuus erat dominus, & athleta ecclesiæ redemptorem suum videt iam ad iuditium propinquare. Sequitur. Videns autem multos ex pharisęis & Sadducęis qui venerãt a Hierosolyma & Iudea ad baptisma suum, dixit eis. Progenies viperarum: quis ostẽdit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentię. Multæ quidem turbæ veniebant ad Ioannem, sed præcursor ad capita populorũ (sed sine cerebro) sua dirigit verba dicens. Progenies &c. Hoc loco Iudæa stricte accipitur, sequitur enim & Hierusalem. Nam Hierusalem non erat in sorte tribus Iudæ sed Beniamin, Iosue cap. 18. Linea tamen diuidens sortem Iudę a tribu Beniamin: transit per fontem Rogel, qui non longe est a muris Hierusalem. Iosue. 15. & sic transit inter Hierusalem & Bethleem estque Hierusalem in sorte Beniamin, & Bethleem in tribu Iuda. Accipiendo tamen large Iudęam, includitur in ea Hierusalem vnde Pilatus Iudęę procurator, erat similiter & Hierusalem. Quid ergo dicit Baptista? Progenies viperarum. Sed audi Ezechielem. Radix tua & generatio tua de terra chanaam. Pater tuus Amorręus: & mater tua Cethęa. Et hi sunt qui sibi tantopere placent de generis nobilitate, dicentes, patrem habemus Abraam: cum filij probentur esse eius qui verenda patris reuelans: æterna maledictione mulctatur. Grandis audatia prophetarum, vnum hominem totam vrbem ignobilitatis arguere. Mirabilis Daniel, qui ad presbiterum delinquentem & adulterio iungentem homicidium ausus est dicere, semen chanaam. Magnus Esaias qui dicit, audite principes Sodomorum. Nec minoris audatię est, qui Iudęis insanientibus dixit: Dura ceruice, vos semper spiritui sancto restitistis. Require de Helia & Achab. Certe non inferior est Ioannes his quos commemorauimus: cum non communem populum sed pharisęos & sadducęos, qui singulariter de iustitia sibi applaudebant, progenies viperarum vocat: idque non in angulo aliquo, sed in media populorum frequentia. Nimirum apud Esaiam aliquid nocentius vocantur videlicet viperę & reguli & Scorpiones. Basiliscus. 12. digitorum non amplius magnitudine, candida in capite macula, vt quoddam diademate insigni. Sibilo omnes fugat serpentes, nec flexu multiplici, nec vt reliquæ corpus impellit, sed celsus & erectus in medio incedens. Necat fructices nõ contactas modo, verum etiam afflatas exurit herbas, rumpit saxa. Talis vis malo est. Creditum est quõdam ex eo occiso quadã hasta, & per eam subeunte vi, non equitem modo, sed equum quoque absumptũ. Refert Strabo visam a se viperam cubitorũ. 9. Et visam ab alio, cubitorum sexdecim. Verum viperę istæ de quibus Ioannes loquitur, quantitate quidem paruę erant, cæterum plenę veneno mortifero. Ad hæc Chrysost. Sacra scriptura secundum stimulantes passiones plerumque ferarum nomina imponit hominibus interdum canes eos nominans, causa procacitatis, equos admissarios ob luxum, asinos propter dementiam, leones causa rapacitatis, aspides causa doli: serpentes & viperas causa doli: serpentes & viperas cauta veneni & calliditatis. O inquit mali corui ex malis prognati ouis. Namque iuxta prouerbium: E squilla non nascitur rosa: neque ex ancilla filius ingenuus. Ipsi aũt Agar filij sunt iuxta Paulum. Quomodo dixit & Horatius, neque imbellem feroces progenerant aquilæ columbam. O viperis nocentiores quis ostendit vobis pręparatam esse ab heri Tophet profundam & dilatatam, & fugere manus eius in quas incidisse horrendum est? Sed reuelatur ira Dei & cęlo super omnem impietatem huiusmodi viperarum. Cum igitur dicit, quis vobis subindicauit, ostenditur his Dei miseratione infusam prudentiam, vt gerant suorum pœnitentiam facinorum, futuri terrorem iuditij prouida cautela declinantes. Qui enim docet hominem scientiã, dedit eis significationem vt fugerent a facie arcus, in quo sagittarum vice fulmina parata sunt: Nam non solum de iumentis cura est Deo, qui nesciunt quid sit inter dextrum & sinistrum, sed & de viperis & omni reptili quod mouetur super terram. Actu. capit. 10. Eadem enim est quęstio de

viperis

Margin: A, B, C, D, E. Labyrin. Hiere. 17. Ioan. 10. ps. 90. Iob. 41. Luce. 22. Hiere. 23. Ioan. 20. Luce. 21. Esai. 26. Amos 5. Hierony. Matth. 3. Luce. 3. Abulensis. Cap. 16. Ioan. 8. Genesi. 9. Danie. 13. Actu. 7. Plinius. Esai. 30. Strabus. Chrysost. Galath. 4. Horatius. Esai. 30. Heb. 10. ps. 69. ps. 7. Ionę. 4. Plinius.

Plinius Vipera. viperis quæ de Niniuitis, qui ex verbis Ionæ (nescio quomodo: reuera nescio quomodo) sane intellectis
& catholice: & ipsi fugerunt ab ira ventura. Sane sciendum quod id proprium habet vipera: quod cum
cæteræ serpentes oua pariāt, hæc sola animal gignit. Postq̃ enim intra se oua pepererit, illico animal gi
gnit: vel tot animalia quot oua. Ita progenies hæc viperarum statim orei de malis parentibus, ætate qui-
Esai.66. dem pueri cum essent, erant tamen malitia famosi, hi pueri annorum centum. Quis ostendit. Illi gloria-
bantur de nobilitate sanguinis, ille frontes eorū pertritas percutit, dicens, viperarū progenies estis, & scor
piones. Quis subindicauit vobis vt fugeretis. Mirabile est enim viperas istas tam cito mutatas in colum
bas. Sadducæi quidem pœnas futuras non credebant, pharisæi iustiores erant ipsa iustitia. Merito ergo
Ioannes admirans ait, quis subindicauit vobis: fugere; Num in Tharsis cum Iona? Ad hęc Chrysost. Vi-
pera cum momorderit, aquam quærit, quam si non inuenerit: moritur. Ita isti ad aquam currebant post
peccata mortifera. Est autem tanta veneni vis, vt cor hominis veneno infectum, igni omnino resistat.
Prouerbi. Quia ergo satius est iuxta Prouerbium recurrere quam male currere, licet satius fuerat mederi principijs
Ouidius. q̃ fini: quia iuxta Ouidium sero medicina paratur, cum mala per longas inualuere moras, tamen vel se-
Hierony. ro pœnitentiam agite (satis enim cito, si satis bene) vel facite fructus dignos pœnitentia. Ad hæc Hiero-
nymus super. cap. 14. Leuitic. Quod si pauper est. Mirabiliter Deus condescendit, veniam tribuens pau-
pertati. Congrua pauperi sacrificia pręcepit, nec obstupescat, si maiora viribus suis exigantur sacrificia.
Non enim omnes peccatores habent vnde pedes domini vngant precioso vnguento, cum muliere pec-
Luce.7. catrice. Quid tamē si non habet panem aut pecuniam, vnde emat agnum vel columbam, aut turturem?
Ad spiritualia ergo horum occasiōe vocamur, vt lepram peccatum pœnitentiam vero emendationē in-
telligamus. Pœnitentiæ sunt opera necessaria: iuxta quod præcursor præcipit. Sunt autem plures qui nō
possunt soluere quod exigit districtio pœnitentiæ videlicet eleemosinam orationem & ieiunium. Igno-
Figura. scit ergo Deus his: qui volunt quidem facere, sed non possunt. Nam dicenti seruulo: omnia reddam tibi
Matth.18. (vnde autem redderet qui seruus erat & animam ipsam debebat?) remisit dicens, esto liber amodo. Ex-
quirit ergo lex a peccatore alia. i. alium modum pœnitentiæ. Vide textum Leuitici. Dicitur autē ad pec-
catricem Hierusalem, quę multa quidem peccauerat, nec plagis suis imponebat medicamenta iuxta pla-
garum quantitatem. Deute. 25. Si laueris te nitro & multiplicaueris herbam saponariam, maculata es co
Hieremi.2 ram me. Sacrificia enim legis nihil conferebant ad remissionem peccatorum; pœnitentia autē est nitrum
Hebr.7 verum, iuxta illud, laua a malicia cor tuum. Hiere. 4. Itaq; si vere vos pœnitet cum publicano illo Luce.
18. & vt præ vobis fertis, sic deinceps viuite: vt certum sit, vos ex animo resipuisse, i. pœnituisse, & ne sic
vitiatis, vt videamini totam spem collocasse in affinitate parentum. Nec enim Abraæ deerunt filij: etiā
Matth.5 si illi non sint nati. Et hoc est quod sequitur. Et ne cœperitis dicere intra vos, patrem habe-
Luce.3. mus Abraam. Dico enim vobis, quod potens est Deus de lapidibus istis suscitare
filios Abraę. De hoc Ezechiel expresse loquitur. Si misero famem pestem vel gladium in terrā quæ
peccauerit mihi, & fuerint in medio eius viri isti tres: Noe Iob & Daniel (adde tu & alios tres videlicet
Ezech.14. Abraam Isaac & Iacob) viri videlicet probatissimi, filium vel filiam non liberabunt, sed ipsi iustitia sua
liberabunt animas suas. Vobis igitur qui filij estis scelerati, semē vipereum, radice chananęa progeniti,
quid cum Abraam viro iuxta cor Dei? Quid cæcis cum his speculis? Quid paleę ad triticum? Hiere. 23.
Hilarius. Vere nisi pœnitentiam egeritis: peribitis. Luc. 13. Hilarius. Non enim successio carnis quęritur, sed fidei
hereditas, alioqui viperę erant non filij Abraæ. Quoniam igitur dicere poterant Iudęi: quod bona quæ
Deus largiebatur populo, & si non propter illos propter Abraam tamen ea largiebatur (sicut habes Deu
te. cap. 7. Non quia gentes cunctas numero vincebatis, vobis iunctus est dominus & elegit vos, cū om-
nibus sitis populis pauciores: sed quia dilexit vos dominus, & custodiuit iuramentum quod iurauit pa-
tribus vestris) dicit Ioannes: nolite fidere meritis Abraę, cuius non imitamini nec fidem nec opera. Legi-
mus item Exod. 32. Cum perdere vellet dominus populum propter peccatum vituli, dixisse Mosen dn̄o
inter alia, recordare Abraam & cætera: & sequitur, placatus est dominus. Itaq; a temporalibus malis sæ-
pe liberantur filij parentum merito: & affliguntur de merito, dicente domino, ego sum fortis zelotes: qui
reddo iniquitatem parentum in filios, &c. Exo. 20. Cęterum de pœnis ęternis dicitur, anima quę pecca-
uerit: ipsa morietur. Ezech. 18. Siue sit filius Chan, siue Abraam. Potens enim est Deus suscitare Abraæ
Hierony. tot filios quot sidera: & hoc de his. 12. lapidibus. Iosue. 4. De his lapidibus habes Iosue. cap. 4. & erāt nu-
mero. 12. Qui positi sunt a duodecim viris Hebræis in medio aluei Iordanis: & sunt ibi inquit textus vs-
q; in pręsentem diem, quod tamen sine speciali miraculo fieri non potest: cum videamus pontes fortissi-
mos sępe numero a vi fluminum dirui. Et tamen illi. 12. lapides nulla stabilitate subnixi, persistant firmi p
tot sęcula, nam illos ostendebat Ioannes dicens, potens est Deus, & de lapi. istis &c. Hierony. His autē
verbis Ioannes Dei indicat potentiam, quod qui de nihilo cuncta fecerit, possit & de saxis durissimis po
pulum procreare. Prima enim sunt rudimenta fidei, credere Deum posse quicquid voluerit. Ex lapidibus
Esai.51. autem generari homines, simile est ei, quod ex Sara processit Isaac. Vnde Esaias. Attendite ad Petrā vn
de excisi estis. Huius igitur prophetię eos memores faciens, monstrat quod possibile sit, etiam nunc simi-
le fieri. Iam enim securis ad radices posita est arboris. Omnis ergo arbor quę non fa-
cit fructum bonum, exciditur, & ignem mittitur. Exciditur ergo Iudęus incredulus, vt inse-
ratur gentilis fidelis. Dicens vero: Iam enim & securis, indicat cum Epitasi proximum instare periculum,
ps.51. propterea enim Deus destruet te, euellet sicut fœnum tectorum, & radicem tuam de terra viuentiū. Plā
Hiere.17 tasti eos eiectis septem gentibus, & radices miserunt, sed in terra, proficiunt & faciunt fructum: sapien-
ps.136. tiores enim sunt filijs lucis. Verum fructus hic viperinus est; beatus qui tenebit hoc paruulos, & allidet eos
ad petram

ad Petram antequam grandescant, peccatum enim consummatum generat mortē. Iacob. 1. Ad radices posita est securis vtrinque incidens. Neque enim de omnibus dicitur, succidite arborem: praecidite ramos, excutite folia, dispergite fructus germen tamen radicum eius in terra sinite, hoc est locum poenitentiæ ei relinquite, sed his tantum qui possunt dicere: ignorans feci. 1. Timoth. 1. Quod certe isti dicere non poterant, qui scientia legis tumebant. Ad hęc Gregorius. Securis hæc redemptor noster est, qui velut ex manubrio & ferro ex diuinitate constat & humanitate. Tenetur quia homo, incidit quia Deus. Hæc ad radicem posita est, quia & si per patientiam annis expectat tribus, sæpe autem & triginta: Videt tamē quod facturus sit cum dicit, sin autem excidetur & in ignem mittetur. Implete mensuram patrū vestrorum. Quid sit autem ad radices poni securim: verbo illo explicatur, non relinquam de domo Achab vel Hieroboam, vsque ad mingentem ad parietem. Et illud Delebo memoriam Amalech de sub cælo. Exo. 17. Item illud. 4. Reg. 21. Extendam super Hierusalem funiculum Samariæ, & pondus domus Achab: & delebo Hierusalem sicut deleri solent tabulæ: delens vertam & ducam crebrius stillum super faciem eius. Tamen & hoc loco misericordia comes est iustitiæ: cum infert. Dimittā vero reliquias hæreditatis meæ: sed tamen tradam eas in manus inimicorum eius annis. 70. Simile est huic illud Osee. 1. Ponam eā desertam & interficiam eam siti: & obliuione obliuiscar eorum, quod est ponere rhomphæam ad radices. Vide & cap. 2. Si igitur in viridi ligno hæc faciūt, in aridis: acarpis: venenatis in tribulis & vrticis & paliuris quid fiet? Luc. 23. Hucusque igitur fructum legis attulistis: circuncisionem: Sabbati obseruantiam: ciborum delectum: iustificationes carnis: A modo facite fructum Euāgelio dignum. Non igitur Ioannes falcem volantem illis minatur: Zach. 5. Non destructionem sepis Esaiæ. Sed malorum vltimum: securim illam quæ corpus & animam potest perdere in gehennam, biceps enim est vel ditomos. Imo si Ezechielem legas: sex machæræ sunt positæ ad radices. Sed si præcisura est, quare non incidit? Si non, ad quid posita est? Quia rationales sunt arbores: & ex oleastro possunt fieri oliuæ fructiferæ insitione: accedente cultura agricolæ, cuius vox est, ego plantaui. An forte ille est: qui atramentario ad renes pendente, sex viros illos præcedebat: consignans frontes gementium signo. T. Hoc est autem quod dicit Matthæus, venientes confitebantur peccata sua gementes: & accipiebant in fronte signum, credētes in eum qui venturus erat, sic ex oleastris fiebant oliuæ vberes & pulchræ. Donec igitur prędicatur poenitentia & regnum cælorum: & consignantur frontes poenitentium signo crucis memoria mortis Christi: prǣceptum est quatuor angelis quibus datum est nocere terrę & mari, vel illis sex viris, vt cessēt a percutiendo, ab incidendo, donec impleatur numerus fratrum: tamen iam securis posita est. Arbor igitur acarpa exciditur: de pręsenti ἐκκόπτεται, ecoptetæ, & in ignem mittitur, de pręsenti εἰς πῦρ βάλλεται, is pyr balletę. Non enim prędicit: qui futurum est, sed quid consuetum sit fieri. Ardet autem & ardebit, cum diabolo & angelis suis. **Et interrogabant eum turbę dicentes. Quid faciemus? Respondens autem dicebat illis. Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas, similiter faciat.** Quod dicit, det non habenti, Græce est μεταδότω metadoto, idest, communicet: siue impartiat, non enim iubet dari duas tunicas, sed e duabus vnam, nam idest Metadunę. Vtinam ex decem vnam daremus. Verum prǣceptum hoc apud nostrates iam diu indissuetudinem abijt, si tū aliquando in vsu fuit, nisi forte apud vnum Martinum & alterum Franciscum. Sed & de Paulino episcopo legimus, quod se tradiderit in seruum, vt vidua filium e captiuitate redimeret, imitatus eū qui triginta argenteis distractus est, vt nescio quem inutilem seruum redimeret. Cęterum Martinus legem hanc Ioannis non legerat, & tamē sine lege viuens, adhuc cathecumenos, pceptum Ioānis anteuertit. Sed iuxta Prouerbiū, hęc est sylosontis chlamis. Strabus. Syloson quidā cū sensisset Dariū hystapis filiū (cū adhuc priuatus ageret) chlamide sua bella admodum delectatum, eā vltro dono misit. Cuius tā tempestiuę liberalitatis memor Darius, cū iā rebus esset pfectus, totā & vrbē & insulā Samiorū Sylosonti in manus tradidit: vnius vestis munus tam opulento regno compensans. Dominus noster Iesus Christus pauper cum esset: & nihil tale donare potuisset non enim habebat quod vulpes & volucres: (esto mecum amice lector) dedit quod potuit. Nam postquam pauperem parte tunicę donauerat: & ipse reli qua indutus esset. nocte sequuta cum se sopori dedisset: vidit Christum Chlamydis suę qua pauperem texerat parte vestitum intueri diligentissime ipsum/ vestemque quam dederat iubetur agnoscere. Mox ad angelorum circunstantium multitudinem audiuit Iesum clara voce dicentem. En Martinus adhuc catechumenos quali me veste nempe talari & polymita contexit. Vidisti bonitatem Dei? Confer eam si licet cum regno Samiorum donato Sylosonti. Sed ad rem. Nemo arbitror præceptum hoc implere potuit melius quam Nero qui vestem nullam bis induit. ¶ Cæterū Dyonysius non solum vestes, sed & Barbam abstulit Apollini. Aurum inquit hyeme frigidum, vere autem ponderosum est. Reponebat ergo pro aurea veste laneam, quæ æstu quidem leuis est, hyeme calida: sic cauebat deos vtrunque incommodū. Deus aūt nō irridetur. Hodie tamē multi sunt: quorū vox est cū a pauperibus rogantur, nunc increuerūt serui, qui fugiūt dños suos. Tollā ergo panes aquas & carnes quas præparaui tōsoribus meis: & dabo viris: quos nescio vñ sint. Val. Max. lib. 4. cap. 8. Erat Gillias. Agrigētinus opibus excellens: quē cōstat propemodū ipsius liberalitatis præcordia induisse (ita dicit Paulus. Colloss. 3. c.): sed multo animo quam diuitijs locupletior: semperque in eroganda potius quam in contrahenda pecunia occupatus: adeo vt domus eius quasi quædā munificentiæ officina crederetur. Illinc enim publicis vsibus apta monimenta extruebātur: illinc grata populi oculis spectacula edebantur: illinc epularū magnifici apparatus, libētique animo annonæ subsidia tribuebantur. Et cū hæc vniuersis priuatim alimēta inopia laborātibus: dotes virginibus paupertate pressis subsidia erogabātur, Hospites quoque vndecunque aduentantes: benignissime excepit

Marginal notes: Daniel. 4. — Gregorius. — 3. Reg. 14. — Ezech. 9. — Rom. 11 — 1. corint. 5. — Ezechi. 9. — Hiere. 11 — Apoc. 7 — Luc. 3. — Prouerbi. — Martinus — Galat. 6

Margin letters: A — B — C — D — E

me excepti: varijs muneribus ornati dimittebantur. Quodam tempore quingentos simul Gelensiũ e partes vi tempestatis in possessiones suas cõpulsos aluit ac vestiuit. Quid multa? Non mortalem aliquem: sed propitiæ fortunæ benignũ esse diceres sinum. Itaq; quod Gillias possidebat, omniũ quasi commune patrimoniũ erat, pro cuius salute & incremẽtis (merito) Omnes vicinę regiones excubabãt. Et hic talis gẽtilis erat & ex lex hõ. Lõge ab huius instituto auaritia regis Decebali. Hic. n. max mã vini auri & argẽti subter vada sagetię annis nõ pcul a Regia occultauerat. Fluuiũ. n. rex iste captiuorũ ditauerat manibus & opera de pprio cursu auerterat: atq; effossis subinde vadis, in specũ pecuniã occuluit. Quibus cõfectis (odiosus Deo & hoibus) ne quispiã quę gessisset ploqui posset: oms qui facti cõscij erãt: occidi iussit. Quidã tñ captiuus repãdit Traiano. Is est, de quo refert Dio: q cũ in quoddã bello multi ex suis vulnerati essent: nec ligamẽta supperterẽt: proprię vesti nõ pepercit: quã in lacinias cõscissã saucietatis partitus est. Hunc si placet confer cum Dionysio. Nam & Nero impius non Deorũ vestes: sed ipsa Deorũ simulacra etiã & Penatiũ nõ semel cõflauit. Ad hæc Hiero. Quid si Scythię frigora sunt & alpinæ niues, quæ nõ duabus & tribus tunicis, sed vix pecudũ pellibus repellitur? Quicquid ergo corpori nõ sufficere potest, & humanæ succurrere imbecillitati, quæ nos nudos natura profudit, hęc vna est appellanda tunica, & quicquid in præsentibus alimentis necessarium est, hoc vnius diei victus appellatur. In reliquo autem sciamus nos debitores esse: & hunc sermonem qui potest capere capiat. Et qui habet escas similiter faciat. Nã cum dicitur, frange esurienti panem tuum: ibi panis pro substantia ex qua victus accipitur. Sed auaro tam deest quod habet, quam quod non habet. Esai. 58. Auarus quidam talentum auri quodam loco defodit. Locum autem frequentando: obseruatus a quodam agricola, eo absente thesaurum abstulit. Vacuum igitur diues locum reperiens, lugere cœpit & capillos vellere. Hunc quidam conspicatus & causam rogans: noli inquit sic animum despondere, nec enim habens aurum habebas. Lapidem igitur pergrandem pro auro reconde, & puta tibi aurum esse, eundem enim tibi vsum pstabit quod aurum illud. Tobię. 10 Hinc illud: O si nunquam fuisset ipsa pecunia pro qua te misimus peregrinantem lumen oculorum nostrum. Chrysost. Ergo & Tobię argentum in faustum lumen oculorum ademerat: dicant licet quidam: iuuari oculos, quoties aureus nũmus inspicitur. Sed periculose o homo in talibus ludis inquit os aureũ. Vtinam autem non & mentis oculos multis suffuretur auri sacra fames. Ad quid enim vitiorum nõ stimulat mortalium pectora lues hęc quæ vbiq; grassatur? Qui igitur habet escas similiter faciat, pauperes enim semper habetis vobiscum in quibus dominus pascitur, & vestitur. Matth. 26 Luc. 3. **Venerunt autem & publicani vt baptizarentur ab eo. Et dixerunt ad illum. Magister quid faciemus & nos? At ille dixit ad eos. Nihil amplius quam cõstitutum est vobis faciatis.** Obserua Ioannem qui sibi cum esset rigidissimus, onera satis leuia imponit humeris peccatorum. Grace pro faciatis est πράσσετε prassete, quod vertendum erat/non/faciatis: sed exigatis: cum loquatur de publicanis, idest publicorum vectigalium redemptoribus, quibus & hic hodie mos est, extorquere a plebe nõ quantum princeps iusserit, sed quantum omnino possunt. Vtrunq; enim significat verbum pratto, vnde prassete. Sciendum autem quod qui vectigalia redimebant: publicani sunt appellati, & mancipes publicanorum principes. Vectigal populi Romani inter alia fuit vigesima redituum omnium restrumentarię in Italis, pręterea Sal a singulis exigendum, salinatoris commentum. Nunc autem etiam a mortuis tributum exigitur, imo a lotio, sicut legimus de Vespasiano, quin & a Clibanis & ab hospitijs meritorijs, dicam & illud (occludite aures amici altissimi) a probroso commertio publicarum prostibulorum si Suetonio credimus in vita. C. C. Caligulæ. Cæterum publicani isti fauorum fucr ex publicis incommodis/suis consulunt commodis, nunquam dicentes, sufficit, non magis quam infernus susceptis cadaueribus: aut ignis iniectis lignis. Prouer. 30 Ad hęc Origenes. Cum ergo exierimus a sęculo, & hæc vita nostra non fuerit commutata, erunt quidam in finibus mundi sedentes velut publicanorum officio diligentissime perscrutantes: Nequid sui in nobis inueniant. Ioan. 14. Hic enim princeps sęculi huius quasi publicanus iuit ad Iesum in hora mortis, sed nihil in eo sui iuris inuenit. Iob. 39. De hoc enim solo dictum est, vocem exactoris non audiunt, tamen Petro dixerunt. Matth. 17. Num o Petre magister vester est insoluendo? Vnde & Iacob audacter loquebatur ad publicanum illum Laban, Genes. 31. cognosce si quid est tuarum rerum apud me. Reuera autem si publicanus hic qui a nobis tot cotidiana tributa exigit luti & laterum & palearum diligenter tabernaculum scrutaretur: alia Bacon alia asinus eius portaret, nam apud Iacob erant idola illa, ipso quidem ignorante, sed ignorantia non omnis excusat. Hoc dixi: quia multi nescientes: res alienas occupãt: qui si sua diligentius ad calculos vocarent, multa huiusmodi idola apud sese latere reperirent. Historia ita habet. Agricola quispiam nomine Leucon solitus est vetes melle plenos/storeis obuoluere. Rogatus autem ab exactoribus vectigalium quidnam portaret: Hordeum se portare respondebat: videlicet quo minus pecunię solueret. Sed cum euenisset aliquando, vt lapsus in terram asinus onus effudisset: accurrerunt exactores, in reponendis sarcinis auxilio futuri. Verum vbi interim cognouissent mel in vtribus esse non hordeum: Leucõnem obtorto collo abduxerunt, tãquam qui se debito vectigali fraudasset: atq; illud ridentes addiderunt, alia Leucon &c. Omnis diues inquit Hieronymus: aut iniquus est; aut hæres iniqui. Et hęc dicentes: surdis an potius mortuis verba facimus. Luc. 12. Nihilominus tamen velint nolint; audient boni isti ex ore nescio cuius (imo scio & bene scio:) hac nocte publicani repetent a vobis animas sunt enim sui iuris. Quę autem congregastis per nefas cuius erunt: id tu videto. **Interrogabant autẽ eum & milites dicẽtes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminẽ concutiatis: neq; calũniã faciatis: & cõtenti estote stipẽdijs vris.** Dicamus in principio: q Ioãnes nõ iuxta Prouerb. puerbiũ/eundẽ calceũ omni pedi inducebat: vel sicut quidam imperiti medici; qui nõ habita ratione

morborum

morborum, eadem remedia admouent omnibus, sed cum diuersa mala diuersam curationem desiderent ita Ioannes alia turbis: alia publicanis, alia militibus medicamēta apposuit. Milites autem violentum communiter & impiū hominum genus/legum negligens: ad vim præceps: venalē habens animam. Id ostendamus vnico exemplo Roma siue peccatis exigentibus: siue prauitate quadam qua solet fieri, vt diabolus ad pessima quoq; inflammet humanum genus, & nihil in terris diutius permaneat/a militibus cęsarianis (Num ipso iubente: num sciente? abfuit iterumq; absit) infœlicissime capta: direpta incensaq; est: vt in eiusmodi miserijs fere accidit, miles crudelissimus cum in omnes pro sua immanitate est debacchatus, tum vero in religionem resq; sacras, vt etiam sacras virgines (infandum) ad lupanaria per vim traxerint vbi omnes sacerdotes capti: & aut trucidati: aut pecunia redempti, correpti ab vberibus

Roma.

A matrum pueri, coramq; miserabiliter trucidati, cætera nefanda. Horresco referens, dicam tamen. Eo venerant malorum Christianę res per id temporis: vt omnia diuina instituta sanctorumpatrum decreta audacter a vilissimo quoq; carperentur, vt ea omnia ad quęstum excogitata vbiq; prædicarent. Passimque inueniebantur: qui ieiunium ineptias esse dicerent: confessionem quandam prophanam teni, recens inuentum: & ad coaceruandas pecunias excogitatum, omnes quoq; tollendas imagines, omnes ceremonias amouendas. Tantus denique furor in alios: vt grauissimos viros & de Christiana religione bene meritos ridere per contemptum ac subsanare auderent, eosq; hallucinatos fuisse contenderent. Hæc si solo auditu deterrent ita vt ambæ aures tinniant, ea visa: quomodo non gladio doloris affecerunt pręsentes? Imo quomodo non obriguerunt Romani? Vides ergo quam merito dixerit Ioānes/neminem concutiatis. Credit enim hoc hominum genus iure belli omnia sibi licere: quę libuerit. Gaius Manlio & Quintus cepio præconsules aduersus Cymbros Teutones Ambronas Gallorum gentes, missi, secus flumen Rodanum dissidētes a se: victi sunt/ octoginta milia Romanorum cæsa sexaginta

1. Reg. 3.

B ta calonum atq; lixarum interfecta. Ita ex omni exercitu decem tantummodo homines qui miserū nuntium reportarent superfuisse referuntur. Hostes binis castris atq; ingenti præda potiti, noua quadam atq; insolita execratione cuncta quæ cœperant: pessum dederunt. Vestis discissa & proiecta est: aurum argentumq; in flumen proiectum: loricæ virorum conscissę, phaleræ equorum disperditæ, equi gurgitibus immersi, homines laqueis appensi, ita vt nihil predæ victor, nihil misericordiæ victus agnosceret. Paulus Orosius. Contenti estote. Nemo suis stipendijs militat. Sed aliud est militare pro regno tuēdo: aliud cælo terram miscere. Ecce inquit bestia quarta terribilis atq; mirabilis: & fortis nimis: dentes ferreos habebat magnos &c. & ipsa est Romanum imperium: de quo ita dicit Tertullianus. Ni fallor: omne regnum bellis quæritur: & victorijs propagatur. Porro bella & victoriæ captis euersisq; plurium vrbibus constant. Id negotium sine iniuria Deorum non est. Cędes strages mœnium & templorum, ciuium & sacerdotum, nec dissimilis rapinæ sacrarum diuitiarum & prophanarum: virginum stupra, cō

Orosius.
2. Timo. 2.
Daniel. 7.
Tertullia.

C iugum adulteria, Viduarum iniuriæ, omnium fœminarum etiam vestaliū prostituta corpora. Tot igitur sacrilegia Romanorum quot trophęa: imo multo plura, tot de Dijs quot de gentibus triumphi, tot manubię, quot manent adhuc simulacra captiuorum Deorum. Et isti sunt qui vrbem aduersus Gallos tueri non potuerunt: neq; captam recipere, nisi auro redemissent, de quo alias. Bellum certe a furijs infernalibus immissum mortalibus, qui sextum Eneidos librum legerit/intelligit: id tamen dulce est inexpertis, qualis Alexander, qui sępe de vita periclitatus est: non vteueretur sua: sed vt aliena diriperet. Paratis enim commeatibus in triginta dies/exercitui, cętera quę iure paterno possidebat inter suos distribuit. Quærenti vero perdicæ duci exercitus: & quid inquiens tibi in posterum seruas: si fortunam comitem non habueris? Spes inquit me solatur: diripiendi regna integra principibus iuste imperantibus: Pro paruis agris quos meis diuisi militibus. Vide Iudith capitulo primo. Postq; enim Nabuchodonosor obtinuit in bello victoriā contra Regē Arphaxat: (facies hominum sicut pisces maris: inuicem vorantes)

Alexāder.

D habito consilio cum maioribus suis: dixit hanc cogitationem in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret Imperio. Et tamen cogitatio tam impia, insana & prophana: omnium suorum calculis est comprobata. Consilium autem eius vna fœmina dissipauit. Tamē si requiras, quo iure id statuerat, iure inquit belli, quo iure nescio si quid sit scelestius. Vide secundi paralipomenō vigesimo octauo. De hoc legimus apud Dionysiū Halicar. annis quatuordecim pugnatum pro vna violata castitate Lucretiæ. Lege & tu iudicum cap. 20. bella tria ciuilia, idest fratrum in fratres pro vna violata vxore Leuitæ. Non faciatis inquit calumniam: Grece verbum est συκοφαντήσητε: sycophantesate. Est autem sycophantia/falso deferre: & crimen data opera impingere, quo aliquid emolumenti extorquatur a reo. Duo igitur abesse vult a militibus: vim qua prouintiales opprimebant: nam cum stipendia scortis alea temulentiaq; prodigunt: rapto furtis rei iacturam faciunt & sycophantijs: & hoc est secundum. Legi apud virum probatæ autoritatis/dixisse Romanum militem quidam hospitę suę. Nunq; arbitreris terram temere nisi increpitam ab aliquo Romano duce. Et rursus. Nusq; dij omnipotentes fulgurant fulminantq; nisi si quan-

Raphael.

E do non paretur Romanę genti. Id si verum est. orandi sunt milites Romani: ne Deos suos irritēt contra insontes, ne ve fulminent aut fulgurent, quæ omnia dolenda sunt potius q̄ ridenda. Dauid prælia domini pręliatur: centurio militum dux voce domini laudatur, Martinus monachus potius erat q̄ miles. Sed aues istę faustæ raręque sunt. Quod igitur militibus præcipit: non vt faciant bona, sed tantum a malis desistant, ideo facit Ioannes, quia illi alicuius virtutis capaces non erant, sed sufficiebat eis vt non facerent malum, hoc est inciperent esse minus mali, vt quandoq; inciperent operari bonum. Alias quomodo poterat impetrare ab eis vt non militarent, sed aliud genus vitę apprehenderent honestius, quando nec dominus Christus a Iudęis extorsit ritus veteris legis? Imo assumpto iam domino in cęlis:

1. Reg. 25.
Math. 8.

iubentur gentes iudaizare: hoc est abstinere a suffocato & sanguine & immolatis simulacrorū, Actu. 15. Et hoc inquiunt visum est pro tempore spiritui sancto ac proinde & nobis. Sed si spiritui sancto visum est, quid est & nobis?

¶ Tertiū caput: quomodo Ioannes rogatur quis sit, an Helias an propheta, & quomodo dixit se esse vocem clamantem in deserto, & quomodo perhibuit testimonium de excellentia Christi domini nostri, in cuius manu dixit esse ventilabrum & securim.

Luc. 3.
Ioan. 1.

EXistimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus, miserunt Iudęi ab Hierosolymis sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum, Tu quis es? Et confessus est: & nō negauit. Et cōfessus est non sum ego Christus. Cū dicit existimāte populo: ostēdit Ioāne cogitationes eorū penetrasse. Est aūt Græce: προσδοκῶντος proſdocontos, idest expectante videlicet populo, velut ex euētu iudicaturus esset nū ipse esset Messias: interī miserūt Iudæi &c̄. Ita. n. cōmouerat eos Ioānis oratio, nouitas baptismatis: habit⁹ prophetalis & vita q̄ simillima angelis: vt hoc apud se cogitarent. De Christo. n. nulla memoria erat in populo si qui de eius ortu aliquid audierant relatu pastorum aut Magorū, vel Simeonis: putantes eum inter innocentes perijsse, quod satis erat verisimile. Cum aūt hanc opinionem concepissēt de Ioanne, & arbitrarentur eundem ob eximiam animi virtutem interim magnitudinem suam silentio premere: miserūt vt diximus sacerdotes: vt ipse de se testificaretur: quod neq; Catoni Romani concederent in causa controuersa, viro alioqui grauissimo & vndiquaq; integro. Reuera autem nisi Iudęorum principes voluntarie oculos clauderent: aut conniuerent quod verius est: Ioannis ortum & genus ignorare nō poterāt: in cuius natiuitate cōmota sunt omnia montana Iudęę. Nec illud poterant ignorare sacerdotes cum essent, patrem Ioannis Zachariam sacerdotem tanto tempore mutum fuisse, quanto Ioannes fuit in vtero. Sed quid mirum de Ioannis ortu nescisse sacerdotes: qui audiis ex ore Magorum rumoribus de nato Iudæorum rege: cum Herodi indicarent locum natiuitatis ex Michęa, ipsi tamen immobiles peristerūt quasi lapides. Sed ad rem. Nisi sacerdotes in perscrutandis scripturis desides essent & incuriosi: cum ex multis alijs, tum vero ex tribu: ex matre: ex ciuitate: ex nomine: ex miraculis nosse poterant Ioannem non esse Christum. Ioannes enim filius erat sacerdotis: ac proinde ex tribu Leuitica: Christus futurus erat ex tribu Iuda, sicut patet ex multis locis. Genesi. 49. Iuda te laudabunt fratres &c̄. Et illud quo nihil est manifestius, iurauit dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Ex matre: Ioannes enim filius erat sterilis & annosæ fœminę, Christus nasciturus erat ex virgine, eaq; iuuencula: opera spiritus sancti. Ex ciuitate, quandoquidem Ioannes in montanis Iudæę natus est: in ciuitate quadam quæ abest ab Hierusalem miliaribus circiter. 30. Locus natiuitatis Christi in Bethleem erat, Michęæ. 5. Ex nomine: quia baptista Ioannes vocabatur, Messiæ autem nomen illud est Emanuel: angelus magni consilij, Deus, fortis: princeps pacis. Cæterum Ioannes (quod legamus) nullum signum fecit, cum de tempore Christi nascituri scriptum sit, tunc aperientur oculi cæcorum, & saliet quasi ceruus claudus, & aures surdorum patebunt: & aperta erit lingua mutorum. Esai. 35. Veruntamen sicut dicit Origenes: tempus aduentus Christi populum recreabat, quodammodo iam præsens existens, legis peritis ex sacris scripturis Aggei, Iacob: Danielis illius tempus adesse colligentibus. Propter quod & Theodas non modicam multitudinem quasi esset Christus congregauit. Actu. 5. Cum ergo viderent (vt prædicitur) Ioannem natura hominem, vita angelum: remissionem peccatorum prędicare: mediante baptismate: (quod solius est Dei) quo vnico facto totam Mosi legem videbatur euacuare, & maxime sacrificia: quæ in id videbantur instituta: (sicut dicitur: qui peccauerit tale peccatum vel tale: offerat caprā vel agnum &c̄) videbant illum pharisęos tanta libertate viperas vocare &c̄. Inito consilio: mittunt ad eum sacerdotes vt interrogarent eum, num ipse esset Christus. Nam certe Ioannes non ad verba eorum respondit sed ad intentionem, alioqui dicerent (ait Os aureum) non hoc rogabamus te, num esses Christ⁹ nec hoc arbitrabamur. Erat sane tanti momenti opinio de Ioāne apud populum, vt vni licet testi, & de se testificanti: & in re tam ardua crederent: & calculo suo comprobarent verba eiusdem dicētis (absit autem vt tale quid vel cogitaret tantus vir) Ego sum Christus. Et tamen non crediderunt dicenti: ego sum Christus. Ego sum præcursor & vox Christi, ego non sum dignus qui portem calciamenta Christi. Interrogatus igitur quis esset, confessus est. Quid est confessus? se non esse Christum: sicut illi falsi arbitrabantur. Et non negauit. Quid non negauit? Veritatem. Nam si se Christum confiteretur, mentiretur & negaret veritatem, essetq; non præcursor Christi, non accensus Christi, sed antichristus, hoc est ex membro corporis Christi fieret caput peccati. Vides ex qua pręcipitij altitudine sacerdotes deturbare volebant Ioannem? Forte nollentes subdi Christo, tanq̄ Fabri filio. Sacerdotes ergo deprehensos se esse videntes a Ioanne in cogitationibus suis, instant secundo dicentes. Num Helias es tu? Et dixit non sum. Dixerat autem angelus ad Zachariam, ipse præcedet ante dominum in spiritu & virtute Heliæ. Dominus autem dixerat per Malachiam. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam: anteq̄ veniat dies domini magnus & horribilis, quod de secundo eius aduentu intelligitur. Ioānes igitur spiritu & virtute Helias erat: Re aūt Helias nō erat. Instant aūt tertio dicētes. Num propheta es tu? & dixit. Non. Addiderūt autem articulum, ho prophetes: quasi dicerent: ille propheta

Luc. 1. — Matth. 2. — Ps. 131. — Esai. 7. — Esai. 7. — Esai. 9. — Origenes. — In Leuiti. — Chrysost. — Luce. 1. — Osee. 12

F G H I K

eximius

eximius, quem nobis Moses promisit. Deute. capitul. 18. Propterea ille respondit magis ad eorum inten tionem quam ad verba: siquidem inquit veritas, vere dico vobis & plusq̃ propheta. Et tamen non erat Ioannes ille eximius propheta de quo dicitur, ego visiones multiplicaui, & in manu omnium prophetarum assimilatus sum. Falluntur tamen sacerdotes isti, qui rogant primum quidem: Num Ioãnes sit Christus: & secundo/num sit propheta ille eximius: quasi alter sit Christus alter autem propheta ille, cũ in veritate vnus & idem sit Christus & propheta de quo Moses loquitur: & de quo isti interrogãt. Sequitur.

Matth. 11.
Osee. 12.

Dixerunt ergo ei. Quis es? vt responsum demus his qui miserũt nos. Quid dicis de teipso? Ait. Ego sũ vox clamantis in deserto dirigite viam dñi: sicut dixit Esaias. Flexus enim viæ facit quo minus prospicias aduentantem. Cũ ergo dicit, dirigite, ostendit quod hucusq; exgrumabant. Itaq; cum sacerdotes defecisset percontandi materia, consumptis de Ioanne opinionibus

A vel suspicionibus, vrgent vt ipse de se profiteatur quis hominum heroumue sit. Neq; enim decorum sibi arbitrati sunt: cum trina negatione reuerti ad eos qui se miserant, non sum Christus, non sum, non. Hactenus inquit exposuisti: quid non sis. Et profecto nisi vt nos diuinamus aliquid magni esses, officium baptizandi nunq̃ præsumeres. Si ergo populus falsus est: opinando de te id quod non es: certe tu tibi notus is oportet. Quid ergo dicis de teipso? ibi Ioãnes: id quicquid ego sum inquit, (sum autem Dei merator) ex Esaiæ capitu. 40. Potestis agnoscere, deme enim ille tanto ante prædixit, vox clamantis. Sũ igitur præco iudicis: & lucifer solis ortum præueniens. Videtis desertum: auditis clamantem, vos autem ne imitemini aspides surdas vt ne exaudiatis vocem incantantis: vos sapienter, misceo enim amara iucundis, amara quia progenies viperarum: læta, quia appropinquauit regnum cælorum, sed parate viã domino, qui prope diem venturus est. Si nõ amore quod filiorũ est pœnitemini, saltẽ præstate quod est seruorũ. Fugite funiculum miniatum. Atheniensium magistratus varijs modis conati sunt efficere, vt populus quam maxime frequens ad contionem ventitaret. Obiectis enim repagulis quibusdam: vias reliquas occludebant

B quæ non ducerent ad forum. Tum merces tollebãt e mercatu, ne quid hac gratia ibi cessaretur. Denique funem pararant rubro colore oblitum. Hoc duo ministri publici populum cingentes agebant in concionẽ. Studebat quisq; funiculum effugere: propterea quod quisquis colore notatus appareret contagio funis: is mulctam pendere cogebatur, Hæc Suidas. Vos igitur fugite ab ira ventura: quia appropinquauit regnum cælorum. Chrysostomus. Omnia conati estis: primores misistis, responsum Ioannis audistis, postq̃ ante eum opiniones vestras in medio proposuerunt nuntij vestri. Audistis quod suũ baptisma nil præter aquam erat, Christum digito ostendit, & qualitatem eius baptismatis explicuit, vnde ad ignorantiam a toto crimine infidelitatis vos confugere non licet, dicat licet Petrus, scio quod per ignorantiam & cæter.

Chrysost.
Actu. 3.

Et qui missi fuerant. erant ex Pharisæis, & interrogauerunt eum dicentes. Quid ergo baptizas, si tu non es Christus. neq; Helias: neq; propheta? Dicens autem Euangelista: quod qui missi erant ad Ioannem, erant ex Pharisæorum opinione: id dicit vt ostendat eorum autoritatem: siquidem peritia legis, opinione virtutis: & autoritate præcellebant cæteris, nam credunt immortalitatem animarum, & vitam æternam: sed tamẽ ambitio, auaritia & inuidia iam eos fecerat sui iuris. Hi igitur omnium bonorum osores, qui hactenus Ioanni honorem detulerant, in calumniam versi: (stultus enim vt luna mutatur), quid inquiunt præripis tibi honorem hunc / populum abluendi in remissionem peccatorum, non vocatus a Deo tanq̃ Aaron? Si vt confessus es, neq; es Christus, neq; Helias, neq; propheta. Annotauit hoc loco Cyrillus: quod cum dicunt, Neq; propheta: propheta sine articulo positum esse, προφήτης prophetes, quasi sentire videantur Iudæi, Ioannem nullo modo esse prophetam. Ante enim sciscitabantur. inuidentes gloriæ Christi, nunc versi in iram: Ioannem terrent dicentes. Qua tandem fultus autoritate: id præsumis quod nullus veterum prophetarum: cum nec sis vel vnus de numero prophetarum: sicut confessus es, quanto minus nec Christus nobis promissus? **Respondit eis Ioannes dicens. Ego quidem baptizo vos aqua.** Mattheus. **In pœnitentiam, qui autem post me**

C

Actu. 23
Ecclesi. 27
Hebre. 5
Cyrillus.

D **venturus est: fortior me est:** Iuxta Matthæum. **Imo medius vestrum stetit.** Iuxta Ioannẽ. **Quẽ vos nescitis, qui ante me factus est.** Matthæus. **Cuius non sum dignus calciamẽta portare.** Ioannes. **Soluere corrigiam calciamenti.** Marcus & Lucas / **Calciamentorum eius.** Caieta. Ad literã Christus calceatus incedebat quia sicut induebatur more Iudaico & vescebatur: ita in cæteris similis erat. Augustin. Quod Ioanes dixit: non sum dignus corrigiam calciamenti soluere, & Matthæus portare, potest dici quod vtrunq; Ioãnes dixit: siue aliud alio tempore, aliud alio. Potest & illud dici/quod siue illud Ioannes dixerit siue istud/si humilitatem suam voluit exponere & Christi celsitudinem, vtraq; verba eandem sententiam indicant: & iuxta regulam iuris / frustra fit vis in verbis: cum de intentione constat. Quod Ioannis baptisma esset præparatio quædam ad Christi baptisma/ dictum est supra, & quomodo intelligatur esse in remissionem peccatorum. Nam si impossibile est sanguine pecorũ auferri peccata, idem dicendum de aqua Iordanis, nisi in figura & typo, sicut legimus de

Ioã. 1. Marci. 1. Math & Luc. 3.
Hebr. 7.

E Naaman. Et patet quod Typus erat. nam alioqui etiam si centies lauaretur Naaman in Iordane, qualis prima ingrederetur vice, talis egrederetur in vltima. Qui autem post me vẽturus est, p̃dicando & baptizãdo, & curãdo cuiuis infirmitatẽ, fortior me est, potestatẽ habẽs ponẽdi animã suã, & resumẽdi. Cui si aliquãdo mors visa est dñari, volẽti dñata est, sicut sanctus Iacob angelo, ibi tamẽ abscõdita erat fortitudo eius, qm̃ qui occubuit vt agnus, surrexit sicut Leo: deuicto mortis principe & expoliato. Fortior me est. Nõ cõparationẽ facit Ioãns, vt ipo se tm̃ fortiorẽ dixerit Chr̃m. Neq; .n. inter Dei filiũ & hominẽ vlla poterat esse collatio. Sed quia multi fortes, nã diabolus fortis est: sed fortior nemo nisi Christus dominus. Ego inquit fortis sum/ad pœnitentiã inuitãdo viperas, quæ deuoratis parẽtibus: exortę sunt: regnũ

4. Re. 5.
Ioan. 10
Gene. 32.
Habac. 3.

 cælorum

Matth. 5. celorum prędicando Christus fortior peccata donando. paradisum referando, in spiritu sancto baptizan
Matth. 11. do Fortior me est. Quare non dixit: sanctior me est? Quia cum Iudæi in austeritate vitæ sanctitatem
constituant; dicerent Ioannem mentitum fuisse: nam ore veritatis dictum est: venit Ioannes, non man-
ducans &c. Et rursus Ioannes mollibus non induebatur Christus autem dominus in cibo & vestitu
Abulēs. communē vitā ducebat sicut patet ex multis locis euangelij. Non igitur dixit: sanctior me est: sed fortior
vtpote qui tot miranda operabatur solo verbo; aliquando autem solo nutu: Ioannes autem nullum si-
gnum fecit. Tamen dicens fortior me: nullam comparationem facit: quandoquidem nec calciamenta sol
uere dignus est. Verum quod dixi/post me venturus est modo exposito iam medi? vestrū stetit: sed quia
adhuc paruus lapis est in oculis vestris, ne offenderetis ad hunc lapidem preciosum & honorabilem pe-
Esai. 28. des vestros, putantes id totum esse quod videtur (nondum enim dominus populo per miracula innotu
erat) præcessi ego baptizans in aqua. Nam & si post me veniet modo exposito: certe ante me factus est
quia prior me erat (Ioannes infra cap. 1.) Et quod ad meritorum attinet prærogatiuas anteuertit me plus-
Prouerbi. ꝗ bis diapason. Verum si erat prior quomodo factus est prior? Sed quod erat, notum nō erat, cœpit au-
tem agnosci. Rursus cum per id temporis notior Christo esset Ioannes, quomodo iam prior factus dici-
Chrysost. tur? Chrysostomus putat more prophetarum præteritum vice futuri positum, hoc est/factus est: pro futu
rus est. Illud autem/prior me erat/videtur Augustinus referre ad tempus, cum ait, prior me erat, quia in
principio erat verbum, potest & ad dignitatem referri, quia Christus etiam secundum quod homo maior
Augusti? erat Ioāne cuius autoritatem sua maiestate obscurauit. Potest hic legi textus, Qui cum post me veniet
ante me factus est, vt intelligas Christum & serius natum fuisse: & serius prędicare cœpisse: sed tamen
2. Re. 2. autoritate anteuertisse: id quod solet accidere grauis cursoribus (qualis Asael) vt serius digressi a linea:
assequantur ac præcurrant eum qui multo ante discesserat. Cæterum post me venit ad natiuitatem refert
Chrysost. Augusti. Chrysostomus ad tempus prædicandi. Neq; enim magnopere referebat ad autoritatem, si Ioā-
Theoph. nes mensibus sex grandior esset domino Christo Cuius non sum dignus. Theophyl. Descensum Christi
ad terram & inde ad inferos Ioannes nescit intelligere quomodo facta sunt. Duo calcei corpus & ani-
ma. Altero ergo calceo deposito in sepulchro, cum altero descendit. Possumus intelligere mysterium ver-
Gregori? bi incarnati (nam iuxta Gregorium venit ad nos calciata diuinitas) vinculum esse indissolubile, quia
quod Christus semel assumpsit nunꝗ; dimisit: licet homo in triduo non fuerit. Verum iuxta sensum litte-
ræ nihil aliud significat Ioannes, ꝗ quod omnis creatura Dei maiestati cōparata: est quasi nō sit. Vnde
illud Esaiæ 40. Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentū stateræ, insulæ quasi puluis exiguus gen
tes quasi non sint: & quasi nihilum & inane. Hierony. Tribus igitur negationibus videlicet nō sint, ni-
Hierony. hil, inane, explicat quid sit homo Dei cōparatione. Pro puluere symachus ipsū Hebræū nomē posuit vi-
delicet Dac. Aiunt Hebræi hoc verbo significari tenuissimum puluerem, qui vento raptante, sæpe in ocu
los mittitur: & sentitur potius quam videtur. Forsan hi pulueres a Democrito Atomi vocantur. Multa
que sunt nomina, quæ ita leguntur in Græco vt in Hebræo posita sunt propter interpretandi difficulta
tem/& ad comparationem linguæ Hebræę tam Græci quam Latini sermonis paupertatem. Considera er
Exod. 3. go Dei maiestatem: cui comparata omnis creatura nil aliud est (si tamen aliquid est ad eum qui semper
erit quod est) ꝗ stilla aquæ, momentum stateræ, puluis exiguus, nihil & inane. Quod si Ioānes quo nul
lus maior &c. Indignus est qui corrigiam soluat &c. Hoc enim vilissimi serui officium est: nos ipsos quo
Alexāder. loco ponemus: tantorum scelerum autores? Cum Alexander ad matrem ita scripsisset: rex Alexander Io-
Aul. Gell. uis Hāmonis filius Olympiadi matri salutem: Olympias ita ei rescripsit. Amabo te inquit fili mi, quies
cas: neq; deferas me neq; crimineris aduersus Iunonem. Malum mihi prorsus illa magnum dabit, cum tu
Interis tuis pellicem illi esse confiteris. Ea igitur comitas prudentis fœminæ erga ferocem filium: sensim
& comiter admonuisse visa est eum, deponendam esse opinionem, quam ille in gētibus victorijs & adu
lantium blandimentis (pestem eo nocentiorem quo sub specie amicitiæ fallit) & rebus supra fidem pro
speris imbiberat, genitum esse sese a Ioue. Tales sunt mores superborum, vt semper habeant in corde,
Luc. 18. non sum sicut cęteri. Veruntamen manus quę indigna fuit soluere corrigiam calciamentorū Christi, ido-
nea inuenta est, quæ tangeret verticem Christi: illo iubente qui superbis resistit: humilibus autem dat gra
Esai. 14. tiam: qui dicentem ascendam in cælum &c. E regno depositum in bouem transformauit. Daniel. 4. Ip-
Matth. 3. se vos baptizabit in spiritu sancto & igni, cuius ventilabrum in manu sua. Et per-
Luc. 3. mundabit aream suam, Et congregabit triticum in horreum suum, paleas autem cō
buret igni inextinguibili. 2. quęst. pri. ma, cap. multi. Tāta ergo est differētia inter baptisma Chri
sti & Ioannis quanta inter ignem & aquam. Ignis calidus & siccus, aqua frigida & humida: imo quan-
Ezech. 36. ta est inter aquam & spiritum sanctum. Verum & baptisma Christi in aqua consecratur: & spiritus san-
ctus nomine aquę prefiguratur apud Ezechielem. Effundam inquit super vos aquam mundam (quo ver-
bo excluditur brodium nescio quod, in quo in casu dato potest consecrari tantū sacramentum) & mun-
dabimini ab omnibus iniquitatibus vestris. Vnde tanta virtus aquæ; vt corpus tangat: & peccata om-
4. Re. 5. nia abluat? Sic creditur. Præcessit tamen figura huius mysterij in Naaman: & Petrus inquit octo animę
1. Per. 3. Saluę factę sunt in arca per aquam: quod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma, quasi arca il-
la figuram gesserit huius sacramenti. Quicunq; enim extra arcam inuenti sunt: absorti sunt ab aquis ve-
Chrysost. hementibus Cæterum intra arcam etiam iumenta conseruata sunt. Multa autem complexus est Ioan-
nes dicēs, Spiritu sancto & igni, ipsa trāslatione sermonis exprimēs gratię largitatē. Non. n. dixit, dabit
vobis spiritū sanctū, sed abluet & perfundet vos spū sācto. Cōmemoratione vero ignis adiūcta, rursus
ipsius gratię vehemens atq; incōprehensibile signauit donū. Vnde Paulus, Per lauacrum regenerationis
& reno-

& renouationis quod effudit in nos abunde. Aqua igitur regeneramur, super quam olim spiritus domini ferebatur, conferens ei vim regeneratiuam, id quod exprimitur melius verbo hebraico videlicet Merachephet, quod potest significare incubationē auiū super oua. Ita dicit. S. Basilius. Super ferebatur / exponūt doctores hebræi, pro eo quod est confouebat: & viuificabat aquarum naturam, quemadmodum solet auis ouis incumbare: & vitalem quandam vim eis infundere. Idem dicit Diodorus. Innuit hæc vox / super ferebatur / apud Hebræos: q̄ quemadmodū auis oua confouet alis, vt ea quasi animet, sic spiritus superferebatur aquis, vt eas procreabiles efficeret. Et forte Paulus dicens / per lauacrum regenerationis: ad hoc allusit: spiritus domini super ferebatur aquis. Quod autem dicit apostolus, & renouationis: ad vim ignis refertur, qui renouat metalla consumpta rubigine. Verum domus Israel coniecta in igne vt renouaretur per pœnitentiam: in scoriam versa est, non enim tunc spiritus sanctus erat datus, quia dominus Iesus nō erat incarnatus. Ipse autē seruū assumpta forma instituit sacramentū baptismatis, quo purificamur, regeneramur, renouamur spiritu sancto & igni. Deus aūt nr̄ ignis cōsumens est. Vnde Hieron. Abluet dn̄s sordes filiarum Sion & sanguinē Hierusalē in spiritu iudicij & spū ardoris, sordes lauātur spū iudicij & sanguis spiritu cōbustionis. Quod .n. leue est, lauatur: q̄ graue exurit. Quid aūt tā graue: q̄ sanguis eius sup nos. Quid tā graue q̄ tremēte terra, & natura cōcussa: Iudæos eū subsanare, qui in cruce p eis orabat dicens, pater dimitte illis? Abluet igitur peccata eorum qui reuertentes: percutiebant pectora: agnoscentes peccata sua. Lauit vero peccata spiritu iudicij, iustitia & æquitate, non potentia de hoste triūphans, dum omnipotēs dominus non in sua maiestate, sed mutato habitu in nostra humilitate congreditur cum hoste sæuissimo, obijciens ei eandem formam eandemq̄ naturam, de qua in Adam triumphauerat mortalitatis quidem nostræ participem, sed peccati totius expertem. Chrysost. Spiritus reprimit concupiscentias & præualere non sinit, Ignis ipsas concupiscentiarum radices comburit. Lauat sordes, inflāmat corda. Lauit item peccata nostra in spiritū ardoris: quia propter charitatem qua dilexit nos, (charitas autem ignis est. Canti. 8.) Ipse arsit in rubo, idest in passione, in qua aries verus superstruem lignorū holocaustum pro nobis factus est, sed non dabis sanctum tuū videre corruptionē. Quodq̄ dicit, sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius: ad illud refertur, quod Deus operatus est salutem in medio terræ. ps. 73. Quodq̄ peccatum Iuda non alibi q̄ super latitudine cordis eorum exaratum est. Sed & in medio erat, quia non in recessu aliquo; sed in die solenni paschæ, media feruente die clamauerūt idq̄ non semel aut bis, tolle tolle crucifige eum. Et tamen multi ex istis audierunt ex ore Petri. Scio fratres quod per ignorantiam fecistis. Agite igitur pœnitentiam, & baptizetur vnusquisq̄ vestrū in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum spiritus sancti. Actu. 2. Hoc est igitur quod dixit Ioannes baptizabit vos in spiritu sancto. Cuius ventilabrum &c. Hilarius per ventilabrum intelligit arbitrium potestatis. Patet enim omne iudicium dedit filio. Solius aūt Dei est separare stellas ab arena, triticum a palea, pisces bonos a malis, hædos ab ouibus: intentiones a cogitationibus / nā iuxta Paulum solius Dei iudicium est secundum veritatē, non enim raro iudices vel volentes vel inuiti vel falsi: errant: & dicunt bonū malum & econtra. Tu igitur si frumentum es, ne timeas ventilabrum, oculum illū insopitum, qui vel vnicam paleam vidit inter immensos tritici aceruos, quando dixit: Amice quomodo huc intrasti? De hoc vide Ezech. cap. 9. Nouit enim dominus qui sunt sui. 2. Tim. 2. Et si grana latent in palea agricolæ tamen nota sunt. Nam dicente Helia, relictus sum solus: imo reliqui mihi septem milia in area quam vacuam existimas. 3. Re. 19. Non ergo falluntur oculi ventilatoris nostri inquit Augusti. Noli timere ne tempestas illa valida quæ erit in circuitu eius, concernat te cū palea. Nullus ibi satan iam aderit, qui te sicut triticum cribret. Valida erit tempestas, quando dicent impij, o montes cadite super nos. Luce. 23. Nullum tamen granum tollet a parte tritici ad paleā, quia non quilibet rusticus cum tridente; sed Deus trinitas iudex est. Si igitur triticum es, cur formidas tribulam? Quę reuera paleam & conterit, & a te separat, vt videaris id quod es, videlicet frumentum. Si aurum es, quid times ignem? Si adamas es: ne formides malleum vniuersę terrę, ipse enim conteretur, tu probaberis. Si ferrum es: quid limam deprecaris? Si oleum; nisi accedat preli pressura, non separabitur a te amurca. Appendatur amor mundi cum amore Dei, & videbitis quemadmodū prępon deret in nobis amor mundi. Traditur autem ventilabrum hoc per manus Dei sacerdotibus, quibus dicitur, quęcunq̄ solueritis vel ligaueritis &c. Sed quia non raro ad gubernaculum sedent qui nunq̄ sederunt ad scalmum, ac proinde multi qui vel sūt zizania vel paleæ commixti sunt granis, veniet areæ dominus, & repurgabit siue permundabit aream suam, & cōgregabit triticum suum in horreis de quibus dicitur: Mirata est regina Austri habitacula seruorum Salomonis. Permundabit igitur aream, multis enim flatibus concuti necesse est domum Iob: vt iuxta Gregoriū: nec vna palea resideat cum granis vel e conuerso. Et considera quomodo Sathan occidere quidem potuit filios Iob, (diuidere minime): sed intra domum hoc est intra aream ecclesiasticæ vnitatis. Paleam autem comburet igni qui nunq̄ extinguitur semel accensus. Quare? quia nunq̄ deficiet materia qua ignis nutriatur, peccata videlicet, flatu autem domini succēdente Tophet. Esai. trigesimo primo. Et vermis eorum non morietur propter eandem causam. ¶ De his ventis quattuor videlicet vide in Daniele. Primū quidē Iudæi perflauerunt ecclesię aream, incipiente Saulo. Secundo gentiles, de quo plenę sunt historiæ. Tertio Hæretici, qui vocāt filij matris ecclesiæ, sed nō patris, quia iuxta carnē tātū Christiani, alias pseuda delphi. Nouissime soluetur is qui habet potestatē auferēdi pacē de terra, antichristus videlicet: cuius sternutatio feruere facit mare. His quattuor vētis area p mūdabit, adeo vt vel electi si fieri posset trāseāt ad cumulos palearū, quę exurēt igni inextinguibili. Multa quidē & alia exhortās euāgelizabat populo. Hęc in Bethania facta sūt trās Iordanē, vbi Ioānes erat baptizans.

[Margin: A, B, C, D, E — Genesis. 1. — Basilium. — Diodorus — Ezech. 22. — Ioan. 7. — Deuter. 4. — Esai. 4. — Matth. 27. — Luce. 23 — 3. re. vlt. — Exod. 3. — Genesi. 22 — ps. 15. — Hiere. 17. — Ioan. 19. — Hilarius. — Ioan. 5. — Roma. 2. — Esai. 5 — Matth. 20 — August. — Luc. 22. — Hierony. — 3. Re. 10. — Gregori. — Esai. 66. — Daniel. 2. — Cantic. 1. — Iob. 4. — Matth. 24 — Luce. 3.]

Quod dicit, multa quidem & alia, sensus est quod sicut acta Christi tam in doctrina quam in miraculis, quam in vitæ synceritate non omnia scripta sunt: imo vix tempus trium annorum vitæ suæ historia euangelica comprehendit, ita de gestis Ioannis & doctrina intelligendum est. In multis enim euangelistæ compendio vsi sunt. [Chrysost.] Hæc in Bethania &c. Admonet Chrysost. Legendum Bethauaran, eo quod Bethania non [Hierony.] sit trans Iordanem, nec in deserto: sed citra Iordanem proximam Hierusalem. Hieronymus tamen meminit Bethaniæ quæ abest ab Hierusalem bis mille passus, in latere montis oliueti, vbi Christus Lazarū reuocauit ad vitam, ac mox subijcit Bethabaram quæ fuerit trans Iordanem, vbi Ioannes baptizauit in pœnitentiam. Vnde Hieronymi quoque tempore durabat consuetudo, vt qui cuperent in Christo renasci, eo in loco vitali lauacro abluerentur: & puto hunc esse locum quem designat Ioannes: nō tamē magni refert si vocetur Bethania: siue Bethauara: vel Bethabara, cum de fide constet Historiæ.

¶ Caput quartum. Quomō cæli aperti sunt super Christo baptizato, & vox patris audita est: & columba est visa super ipsum manere.

F

ALtera die vidit Ioānes Iesū veniētē ad se, & ait. Ecce agn⁹ Dei, ecce qui tollit pctā mundi. Hic est de quo dixi, post me venit vir qui an̄ me fact⁹ est, quia prior me erat, & ego nesciebā eum. Sed vt manifestetur in Israel: propterea veni ego in aqua baptizans. Distinct. 3. cap. sextam. Et, 36. dis. cap. 6. in fine. Hactenus præcursor testimonium perhibuerat Christo domino ita tamen vt interim nec nominaret: nec digito ostēderet, ne irritaret in eum pharisæorum animos: inuidia iam tum & liuore infectos, vtque populi animum magis per hoc excitaret desiderio cognoscendi eum, de quo ipse tam magnifica prædicarat. Itaque dominus Christus redit eodem (nam in medio illorum steterat incognitus prorsus) non quidem turbæ admixtus, sed seorsim a turba adijtque Ioannem: partim officij gratia, vt cognatum salutaret: vtque suum baptistam agnosceret: id est recognosceret: & illi præberet occasionem testificandi de se populo manifestius quam ante: & ne adhuc ignotus faciē: eodem modo videretur adire Ioannem quo cæteri innitum baptizandus, aut confitendi peccata. Nam quod baptizatus est, vt alia prætermittam my- [Math. 3.] steria, id humilitatis exemplo datum est: vt impleret omnem iustitiam. Semotus igitur a turba: ad Ioannem se contulit. Is vero intuitus eum a longe venientē, ad multitudinem conuersus: digito illis ostendit dn̄m Iesum: dicēs. Ecce illum agnum Dei qui tollit peccatum mundi. Hic est agnus qui visus est Abrahæ: [Gene. 22.] sed post tergum suum, Ioannes autem ostendit illum coram: ille enim Typus erat rei futuræ, ideo post [Figura.] tergum videtur. Requirēti. n. Isaac: vbi esset victima: cum iam in manu esset ignis item & ligna, respondit pater fidei nostræ: dominus prouidebit sibi victimam. Quid est prouidebit: nisi porro videbit? Bene a lōge prouidit sibi agnū: quia typus. f. agnus hærēs, inter vepres bis mille, n. annos fere præcessit veritatē. Agnus qui corā tōdente obmutuit, pro peccatoribus orauit. Quā? Ecce agnus Dei. Prouidit aūt sibi De⁹ agnum immaculatū. Exod. 12. Quia homo non habebat quid offerret Deo: vnde Deus placaretur. Audi H [Ps. 50.] David. Siquidem domine voluisses sacrificium, dedissem vtique: verum holocaustis non delectaris. Nun- [Ps. 49.] quid inquit manducabo carnes taurorum aut sanguinem hircorū potabo? Quid ergo? Indica nobis qui- [Esai. 66] bus sacrificijs placeris: si qui immolat bouem, perinde sit quasi qui interficiat virū: qui mactat pecus, qua- [August.] si qui excerebret canem vel offerat sanguinem suillum. Dominus sibi prouidebit ouem. August. Magnū præsagium promittentis: magna innocentia inquirentis. Abraam igitur promisit: pater misit: Ioannes di- [Apoca. 13] gito ostendit. Hic est agnus qui occisus est ab origine mundi: & iuxta legem cotidie immolabatur semel mane, semel vesperi. Num. cap. 28. Hic est ergo de quo dixi vobis, post me venit vir &c. ¶ Quem igitur virum vocaui me fortiorem: nunc eundem agnum voco. Vir perfectus, quia plenus gratia & veritate: [Esai. 53.] agnus quia pro peccatoribus tanquam agnus ad occisionem ducetur, aut quomodo dixit Esaias, ductus est. [Thomas.] Quid autem est, ego nesciebam eum? S. Thomas dicit. 4. scrip. distinctio. 3. quod Ioannes ante ingres- I sum Eremi cognouit Christum personaliter: quo cum cōuersatus est: sanctitatem vero & dignitatē Christi ex prophetica reuelatione. Verum si Ioannes teneris sub annis petijt antra deserti iuxta quod canit ecclesia: quo tempore Christus in Aegypto fuit: nescio quomodo possit stare hæc positio: nisi forte quando [Chrysost.] primum Christus dominus redijt de Aegypto annorum octo vel circiter: tunc visus est a Ioanne. Chrysosto. Simpliciter fatetur Christum diu ignotum fuisse Ioanni: quod probabile sit eum qui nullis adhuc pene miraculis vulgo innotuisset: Ioanni qui plæramque ætatem in deserto exegerat notum non fuisse. Explicat ergo hunc locum hac ratione, vt dicat id quod dictum est, ego nesciebam eum: non esse referendum ad proximum tempus quo Christus venit ad baptisma: sed ad longinquius, quo non dum dominus miraculis claruerat: vnde melius diceretur: ego non noueram: quam nesciebam, potest dici diuino consilio actum esse, vt Ioanni gradibus quibusdam Christus innotuisset: quo exploratius illius de Christo testimonium esset, & certius. Sic enim passus est & apostolos cunctantes credere: quo nobis certius fidem facerent (iuxta Gregorium) eorum quæ ipsi non temere credidissent, sed fide Græca, qualis fuit fides Thomæ. K [Ioan. 20.] [Gregori⁹.] Cum ergo diceret, ego a te debeo baptizari &c. Magnum quēdam & eximium virum agnoscebat: qui suo lauacro non egeret: forte nondum certus hunc esse filium Dei. Sciebat autem venisse aut iam venturum: an is esset nondum certo nouerat. Vnde infra eadem verba repetit: & ego nesciebā eum Ioan. 3. Partim vt ipse tandem certissimo argumento intelligatur agnouisse quem prius non nouerat, partim ne minus ponderis haberet Ioannis testimonium: si cognato & familiari redditum videretur. Nunc vero datur [Cyrillus.] ne de facie quidem noto, nec aliter agnito quam indicio columbæ. Cyrillus exponit, non nouissem vel no-

geram:nisi pater admonuisset & afflatu spiritus sancti. Nam & iuxta Hieronymum & Gregorium/ du- Gregori⁹
bitauit Ioannes, num Christus moriturus esset, idem dicit & Ambro. Ignorauit & illud Ioannes, quod
Christus erat qui baptizabat in spiritu sancto. Si dicas. Quomodo ergo ioannes in vtero exultauit? Ex-
pone mihi, quomodo saxa Christo moriente scissa sunt. Matth. 27. Ad hęc August. Ego nesciebā eū &c. Augusti⁹.
Sed qui misit me baptizare dixit mihi. Super quem videris spiritum descendentem & manentem, ipse
est qui baptizat in spiritu sancto. Non ait: ipse est dominus, ipse est Christus Iesus, ipse enim est qui na-
tus est de Maria virgine, iam enim hoc nouerat Ioannes. Sed quid non nouerat? Tantam potesta-
A tem baptismatis ipsum dominum habiturum: & sibi retenturum, siue pręsentem in terra, siue sedentem in
cælo: ne Paulus diceret baptisma meum, ne vel Petrus: dicat licet apostolus/euangelium meum. Hoc igi- 1. corin. 15.
tur Ioannes agnouit per columbam/potestatem dominici baptismi in nullum hominem a domino tran-
siturum, sed ministerium tantū. Idem dicam ego de omnibus sacramentis. Sed vt manifestetur in Israel:
propterea veni ego in aqua baptizans. Quando igitur plene eum non nouerat, testimonium perhibuit
in genere/ dicens, qui post me venturus est. Cum aūt signo cælesti eū plene agnouit (iuxta expositiones
pręditas) tunc protenso digito eum ostendit: dicens. Ecce agnus Dei: & hic est filius Dei. Venit ergo Matth. 3.
Iesus a Galilęa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Ioannes autē pro-
hibebat eum dicens. Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens aūt
Iesus dixit ei. Sine modo sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimi-
B sit eum. 75. distinct. cap. presbyter. Huc vsq; lapis ille qui positurus erat statuam illam horrendam visu Daniel. 3.
scabellum pedum suorum: latuerat apud suos in Nazareth, excepto eo, quod annorum. 12. remāsit inscijs
parentibus in Hierusalem: factus autē annorum circiter. 30. aptum videlicet tempus auspicandæ doctrinę
cælestis cuius gratia venerat in nostra: vt leges videlicet nouas inscriberet cordibus credentium; & non Hierem. 31
tam in lapideis tabulis populo durę ceruicis: venit ad Iordanem, vt mysterijs prius consecraretur cælesti- Exod. 32
bus. Nam qui venerat legem implere, forma serui assumpta: congruum fuit vt baptisma a suo præcurso- Matth. 5.
re susciperet, qui circuncisionem susceperat (quam mandauerat patribus suis) iuxta quod verbū caro fa- Genes. 17.
ctum est, licet iuxta veritatem neq; circuncisio neq; baptisma aliquid ei contulerit gratiæ, aliquid abstu-
lerit maculæ, cum ipse sit agnus qui abluit peccatum mundi. Vide super illud Luc. 2. Tulerunt illū in Hie-
rusalem. Sciendum tamen quod dominus Iesus non venit ad Iordanem vt baptizaretur, venit autem vt
notior fieret Ioanni: & agnitus ostenderetur populo, sed interim baptizatus est. Matth. 3. Dicitur quod
venit vt ablueretur sed ly ut, tenetur consecutiue, Ioannes autem prohibebat eum dicens (tu mihi lauas
pedes) Ego a te debeo baptizari. Græce non est debeo, sed χρείαν ἔχω, chrian echo/ idest opus habeo vt Ioan. 13.
C abs te baptizer. Nimirum nemo mundus a crimine nascitur nec infans vnius diei, de lege communi. Ve- Iob. 14.
runtamen Ioannes repletus spiritu sancto adhuc ex vtero, desertum petens a teneris annis: ne saltem leui
maculare vitam famine possit, non video quam necessitatem habuerit vt baptizaretur, nisi forte quia iu-
stitia nostra ante Dei oculos perinde est quasi pannus menstruatæ &c. Quia iuxta Iob nunquid iustifi- Esai. 64.
cabitur ante Deum homo. i. Dei comparatione, aut factore suo purior erit vir? Ecce qui seruiunt ei non Iob. 4
sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem. Dicit aūt Faber hic, quod hæc dicens Ioannes, non co-
gnoscebat Christum, nec sciebat quid diceret, sicut quando Petrus dixit: faciamus tria tabernacula, & si Faber
videretur ei dominus Iesus vir reuerendus admodum, & admirabilis quidam sanctus: & hoc per spiritū
sanctum qui erat in eo. Quod si Ioannnes causa humilitatis baptizatus est sicut tenent quidam/ fieri qui-
dem potuit, sed nescio vnde probetur. Quin si Christus eum tunc baptizaret, certe non spiritu sancto: si-
cut dicetur. Dicit ergo, Ego a te potius deberem baptizari, alioqui in me diceretur currum agere boues: Prouerbi.
ebur atramento candefacere, sicut fœminę cuidam naturali forma pęditæ, tamen cerusam ad oblinēdas
D malas postulanti, responsum est: vna opera ebur atramento candefacere postula. Sed sine inquit Chri-
stus &c. Per quod ostendit dominus/ quod Ioannis baptisma expletio erat veterum / non inchoatio no-
uorum sacramentorum. Chrysost. Sine ergo modo. Vt qui formam serui accepi, expleam & humilitatem Chrysost.
eius/ nam & inter peccatores pendebo in cruce. Sic inquit nos decet implere &c. Vt quemadmodum ba- Esai. 53.
ptismatis iustitiam prius factis impleuit, postea prędicauit/ sic & omnem aliam iustitiam, cœpit enim Ie-
sus facere &c. Ad hæc Hieronymus. Triplicem ob causam saluator a Ioanne accepit baptisma. Primum Hierony.
vt quia homo erat omnem humilitatem impleret Secūdo vt baptisma Ioannis comprobaret. Tertio vt
Iordanis aquas sanctificans per descensionem columbę/ spiritus sancti in lauacro credentium monstraret
aduentum. Quod si Deus ab homine accepit baptisma, nullus a conseruo dedignetur accipere correctio-
nem disciplinæ. Omnem inquit iustitiam. Ea est humilitas, cuius triplex est gradus. Primus subijci maio-
ribus. Rom. 13. Omnis anima. &c. Secundus subijci ęquali: honore inuicem pręuenientes. Roma. 12. Ter-
tius subijci inferiori. Luce. 2. Erat subditus illis. Faber. Omnem iustitiam. ¶ Principium iustificatiōis le-
E gis/ circuncisio: Christus circunciditur. Finis baptisma pœnitentię Ioannis, quod ipse dominus tinctione Faber.
aquæ perfecit, sanctificauit & adimpleuit. Cęterum iuxta Abulensem, cum dicit Ioānes/ Ego a te debeo. Abulensis
&c. Non petit dilui a Christo, neutrum enim volebat, nec volebat Christum diluere: nec baptizari ab
eo, sicut Petrus nec volebat ablui pedes suos a Christo, nec tamen volebat carere portione Christi, Itaq; Ioan. 13.
sicut Petrus audito, si non lauero te &c. Transiuit ad alteram, idest, diuersam sententiam: ita & Ioannes
audito/ sine modo, fecit quod iubebatur. Et reuera si conferas Ioannem Petro, videbis vtriq; rem difficil-
limam esse præceptam. Nam consentaneum est: Ioannem iniecta manu, vetare conatum dominum Ie-
sum, dicens, ego potius a te deberem dilui. Lauabis enim me: & super niuem dealbabor. Baptizato au- Ps. 50.
tē Iesu, confestim ascendit de aqua iuxta Matheum. Et cum baptizatur omnis popu-
lus: &

lus: & Iesu baptizato & orante: apertum est cęlum: iuxta Lucam: vel aperti sunt ei cęli, iuxta Matthęum. Et vidit spiritum Dei descendentē sicut columbā, & venientē super se: iuxta eundem Matthęū. Vel descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, iuxta Lucam. Et ecce vox de cęlis dicens, hic est filius meus dilect⁹ in quo mihi complacui. iuxta Matthęum, Lucas ita. Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi. Ioannes ita. Vidi spiritum descendentē quasi columbā de cęlo: & mansit super eum. De consecra. dist. 3. cap. finali. Ex hoc loco ait Augustin. Intelligimus non tam verborum

Augusti⁹

ꝙ rerū quærendā esse veritatē: qn̄ eos qui non eadē loquutione vtūtur cū rebus sentētijsq̨ non discrepāt in eadē veritate cōstantissime approbamus. Nec. n. refert vtrum dicas Tu es filius meus, an hic est filius meus, in te complacuit mihi, an in quo mihi complacui, hoc est placuit mihi per te gerere quod mihi placet. Non enim arbitrandum est eos mentiri, qui rem quam audierunt vel viderunt, nō eodem modo atq̨ eisdem verbis: eandem rem tamen indicant. Imo si multi in genere verborum & ordine & numero concordarent in referendo aliquid, suspecta mihi esset horum relatio: tanq̨ ex omnimoda concordia in verbis suspitionem generans. Hæc illę. Marcus aūt ita refert hoc mysterium. Venit Iesus a Nazareth, & baptizatus est a Ioanne, & statim ascendens de aqua, vidit cęlos apertos, & spiritum sanctum tanq̨ columbam descendentem & manentem in ipso. Nisi Ioannes rem explicaret prout gesta est: ex cæteris euangelistis non intelligeremus vtrum spiritus sanctus descēderit super Ioannem ipsum an super Christum baptizatum. Factum est igitur vt cum multi e populo confiten-

Galath. 3.

tes peccata sua baptizarentur a Ioanne: affuit inter eos sed in forma serui qui dominus est omnium, qui tamen propter nos maledictum factus est: vt nos efficeremur iustitia Dei in illo. 2. corin. 5. Affuit autē propter rationes præfatas. Ita q̨ baptizato eo & orante, apertum est cælum, sicut fit in coruscatione non re-

Hierony.

seratione elementorum inquit Hieronymus, sed spiritualibus oculis. Deniq̨ mysterium trinitatis euidenter ostenditur: spiritu sancto descendente, patre alloquēte vnigenitum suum, filio baptizato: & super eū

Chrysost.

columba residente. Arbitrabantur Iudæi inquit Chrysost. quod dominus Iesus vnus esset e populo, nec putabant quod si ille singulare aliquid ac magnum obtineret, ad baptisma inter cęteros venire potuisset, ex seipsis alios metientes. Vnde videbatur Ioannes illo multo mirabilior multoq̨ prestantior. Ne igitur opinio ista apud multos firmaretur, eo baptizato, cæli referantur, & spiritus sanctus descēdit, & vox patris vnigeniti sui predicat dignitatem. Sic Aaron primū iubetur lauari, functurus sacerdotio illo carna-

Augusti⁹
4. R. 2.

lium victimarum. Leuiti. 8. ¶ Impletum est & illud, sal missum est in vas nouum & effusum in aquas, aquæ sanatæ sunt. Vas nouum corpus Christi, vnde vocatur Creatio/faciet enim dominus nouum super

Hiere. 31.

terram. Sal in vase, Deus in homine. Sal in aqua, Christus in Iordane. Apertis igitur cælis, descendit spiri-

Esai. 11.

tus sanctus super virgam & florem Iesse, sicut dicit Esaias: requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus, consilij, fortitudinis scientię & pietatis & timoris. Requiescit autem non sicut in cęteris sanctis partitus (qui tamen diuisionem non capit) sed iuxta euangeliū quod Nazarei legunt, ipse fons spiritus sancti. Ita enim ibi scriptum est, Factum est cum ascendisset dominus de aqua: descendit omnis fons spiritus sancti: & requieuit super eum & dixit illi. Fili mi in omnibus prophetis expectabā te vt venires & requiescerem in te. Hi aūt septem spiritus, septem oculi sūt super lapidem vnum Zachariæ tertio. Et septem lucernæ in candelabro purissimi auri, pondere talenti. Itaq̨ absq̨ Christo nec sapiens quis esse po-

Exod. 25
Augusti⁹

test, neq̨ intelligens: nec consiliarius/nec fortis nec eruditus &c. Hic est filius meus. Augusti. Quia omnipotens pater sicut intelligi ab hominibus poterat, humano modo de peccatoribus hominibus loquutus est dicens, pœnitet me fecisse hominem, qui sibi displicuit in quos creauit: in solo redemptore sibi complacuit, quia in solo non inuenit culpam, in qua se reprehendat quasi per pœniten-

Genesi. 6.
Esai. 4.

tiam. Quasi enim emendando quod fecit prius: hunc sine peccato genuit, in quo nihil esset: de quo pœniteret possset. De hoc Esaias. Apprehendent septem mulieres virum vnum: dominū Iesum, quem multo ante tempore desiderauerunt, quia nullum alium poterant inuenire, in quo æterna statione quiescerent: de hoc dictum est in fine libri primi. Et sciendum iuxta Abulensem q̨ hanc cæli secundum apparentiam di-

Abulensis

uisionem (sicut fit in coruscatione) omnes pręsentes viderunt. Quod enim realiter factum est in aere proximo astantibus: ab omnibus videri potuit. Dicit autem hic doctor, quod aliquis angelus assumpsit illā speciem columbę formatam ex aere, mouitq̨ eam versus Christum. Neq̨ enim spiritus sanctus illam formauit, neq̨ mouit, nec in illa descēdit: sed id totum angelico ministerio factum est. Similiter vox illa/ hic est filius meus, ab angelo formata est. Nam hęc omnia cum fiāt successiue, Deo cōpetere nō possunt: qui nihil operatur cum successione temporis. Hęc ille. Nos autem oportunum tempus rati locumq̨ / que de ęterna verbi generatione aliquid dicamus, audiamus Ioannem filium tonitru.

¶ Cap. 5 In principio erat verbum, vsq̨ ibi. Deum nemo vidit vnquam. &c.

IN principio erat verbum: & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Stultissimus sum virorum inquit sapiēs ille, cui dedit Deus cor docile sapiens & intelligens: (in tātum vt nullus ante eum, nec post illum ex regibus sapientior futurus sit) & sapientia hominum non est mecum: noui tamen scientiam sanctorum. Illud autem interim inquiro: quis ascēdit in cęlum atq̨ descēdit, quo referente discamus, quoniam in principio erat verbum? Nam Paulus raptus in cęlum audiuit quidem arcana quædam verba, sed non licet inquit eloqui. Veruntamē inquit propheta: facies aquile desuper

Prouer. 30
3. R. 3.

ię desuper ipsorũ quattuor. Sed si aquilæ facies vna erat ex quattuor, quomodo facies aquilæ super quattuor? Sedebit solitarius: quia eleuauit se super se. Treno. 3. ¶ Quid dicimus, desuper ipsorum quattuor? Ascendit super cherubin & super pennas vẽtorum: & in arduis posuit nidũ suum Iob. 39. Quibus suffultus alis? Nẽpe virginitatis iuxta Hierony. Sequitur secũda quæstio Salomonis. Quod nomẽ eius, & nomẽ filij eius si nosti? Si difficile æstimamus quę in terra sũt & quę in prospectu inuenimus cũ labore, quę in cælis sunt quis inuestigabit? Nisi tu dederis sapientiã, & miseris spiritũ sanctũ tuũ de altissimis? Aliter nemo nouit patrẽ nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, vel pater: qui hoc tñ mysteriũ reuelauit Petro, Matth. 16. Reuelauit itẽ & Ioãni filius, forte dũ Ioãnes requiesceret in sinu eius. Quod igitur nomen

Ezech. 1. Hierony. Sapi. 9. Matth. 11. Ioan. 13

A eius & filij eius o Ioannes? Nomen patris principiũ est sine principio: nomen est processus in infinitũ. Quod nomen filij? Verbum: & ne transitorium putes, per ipsum omnia facta sunt. Dixit Deus; fiat lux, & facta est lux. Si dixit per verbum dixit; ergo iam erat verbum: si per verbum pater dixit. i. creauit & lucem & omnia. Et tñ si quod sentio dicam, fatendum est, quod verba hæc quæ audiuimus de principio sine principio, deq; verbo illo: quod iam tunc erat, quando nulla subsistebant, aut non sunt dicta ab homine, sed Deus per os Ioãnis locutus est sicut locutus est per os prophetarũ qui sunt a sæculo, aut si ab homine dicta sunt: nescio si ab homine in corpore posito an in paradisum Dei rapto. Et nescio an Ioannes ipse scient. Si enim Paulus de se dicit, cum audirem verba quędam arcana in tertio cælo, fateor nescire me: vtrum viuens audierim, an vita functus, idest extasim fortissimam passus, qualis fuit Adę patris nostri, Et si Moisi moriendum fuit, vt videre posset inuisibilem, cur non idem sentiamus de Ioãne audituro ver-

Genesis. 1. Hugo. S. V. Gene. 2. Exod. 33

B bum illud quod Deus pater semel loquitur, & secundo idipsum non repetit? Iob. 33. Quid ergo dicit Ioannes piscator? In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & hęc tria vnum sunt. Hoc enim erat in principio apud Deum. Quę tria? Principium, verbum, erat vel erit, vel est: vel esse, quod idem est. Nam Deus est principium, Deus est verbum, Deus est esse: ipse enim dicit, ego sũ qui sum: & hæc tria vnum sunt, & conuertuntur. Et tamen inquirendum est, num & ipse Ioãnes erat in principio ante omnia, vt dicere possit: quod scimus loquimur: & quod vidimus testamur? Reuera autẽ Ioannes vt credit loquitur, & vt vidit testatur: non vt est. Nam dicere vt est inquit Augustinus, quis potest? Audeo dicere fratres, forsitan nec ipse Ioannes dixit vt est: sed & ipse vt potuit, quia de Deo vt homo dixit, nisi quod facies aquilę desuper ipsorum quattuor. Nam & Paulus dicens, qui cũ sit splendor & & character substantiæ paternę vt potuit dixit. Nec enim filius est splendor, i. accidẽs, sed Deus de Deo: nec figura vel character, sed filius consubstantialis patri. Nec est verbum quod mente concipitur, sed ratio & ars patris plena atq; plenissima rationibus siue ideis omnium quæ fuerunt, sunt: futura sunt: vel

Exod. 3. Augusti. Ezech. 1. Hebræ. 1 Gregori.

C possibilia fieri, verum iuxta Gregorium, cui non sufficit obstupescens conscientia, quando sufficiet balbutiens lingua, imo angelorum lingua? Et enim beati illi seraphici spiritus qui e vicino maiestatem Dei contuentur: nihil aliud replicant: quam sanctus. S. sanctus. Quomodo autẽ verbũ erat in principio omnino tacent, & propterea velant facies suas vel faciem Dei, cui silet omnis laus. Sed ad rem. Cum dicit Ioãnes: in principio erat verbũ: Cherintum & Martionem redarguit dicentes: nos Deos nouos adorare atq; recentes, & quos non coluerũt patris nostri. Sed nos verbum adoramus quod erat in principio apud Deum Deus, quod & caro factum est. Hoc dixit Ioannes filius Salome, filius Tonitrui, nec tamen dixit: erat verbum: sed illud verbum: nempe quod caro factũ est. A principio inquit erat; hoc est semper erat, semper erit. Verbum hoc non est mentale: sed subsistens. Nam inquit pater, ego qui alios parere facio: nũ ipse sterilis ero? Generabo & ego. Sed cum in diuinis non differat esse & posse: si potuit generare, semper genuit, ergo a principio genuit, igitur a principio erat verbum quod pater genuit. Et si quęras inquit Chrysost. Cur patre prætermisso, nobis de filio loquitur. quoniam ille quidem manifestus omnibus erat & si non vt pater: saltem vt Deus: qui si filium habet, pater est. Verbum vero dicitur, quia impassibiliter

Esai. 6. Ps. 64. Esai. 66.

D genitum, natum: quia est generãtis imago, forma non formata: genita non facta. forma omnium formarum, semper ens quod est: imo erat inquit. Sicut quis cum stat in naui secus littus: videt ciuitates & portus, cum vero eum quis in medium pelagi duxerit: a prioribus quidem desistere facit; non tamen alicubi defigit ei oculum: ita Ioannes super omnem nos deducens creaturam suspensum dimittit oculum dicens: erat, quod verbum quater replicat, Hoc enim in principio erat, semper & infinite essẽdi indicatiuum est. Dicens autem, Apud distinctionem hypostasis dicit: nemo enim dicitur esse apud semetipsum. Et tamen cum apud Deum dicatur esse, non tamen duo Dij, sed vnus est Deus. Plato in epistola ad Dyonysium: Multi me rogant o Dionysi, vt ad te aliquid scribam, quos haud facile est vacuos a me prorsus repellere. Symbolum itaq; hoc tibi esto, vt illius epistolæ quam vt serio a me scriptam velim accipias, dictio hęc Theos singulari numero sit principiũ, lusoris autẽ epistolę thei, numero multitudinis. Sequitur ex platone eodem. Hęc aũt omnia quę loquentes vsurpamus videlicet erat, erit ve, minutię sunt temporis, quę imprudentes non recte diuinę a ęternę substantię accommodamus. Dicimus enim: & fuisse: & esse, &


Plato.

E fore, æternę. n. substantiæ ipsum, est, dũtaxat verissima congruit ratione. Quę verba Plato ex Exod. capit. 3. desumpsisse videtur. Item in alia epistola. Haud pium est mysteria philosophiæ cum ijs communia facere, qui nec somniare quidem purificationem animi potuerunt. Sed audiamus Augustinum. Summa cum modestia & timore agendum est, & attentissimis auribus atq; deuotis audiendum, vbi queritur de vnitate trinitatis, quia nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur: nec fructuosius aliquid inuenitur. Sed quomodo inuenietur quod est super omnem intellectum? Sunt enim non nulla mysteria theologorum circa Deum inquit Plato, quę non vulgum modo verum etiam elegantes plerosq; fatigent, e quibus id vnum est, nihil ex his quæ intelliguntur absolute de Deo affirmari debere.

Augusti.

Quicquid

Quicquid enim intelligentia diffinitum est: infra infinitum Deum extare compellitur. Non ergo iniuria *Lysis* Lysis hypparcum sic admonuit. Opere precium est recensere, quantum temporis in abstergendis maculis quæ nostris inustæ pectoribus erant consumpserimus, anteq̃ præcepta Pythagoræ percipere digne possemus. De Deo autē nos nec diffinitionem nec scientiam, nec nomen (Prouer. 30.) habere in confesso *Diony.* habemus. Deus aūt cum iuxta Dionysium ens & intelligibile non sit, sed super vtrunq; nemo vlla intelligentiæ actione diuinam substantiam potest consequi, potest tamen quandoq; passione, iuxta illud, & *Matth. 11.* cui voluerit filius reuelare. Vnde Proculus. His qui ad summum bonum venire cupiunt, non scientia & *Proculus.* exercitatione ingenij opus est, sed quiete & tranquillitate, quę quidem diuina fides est: quæ nos summo *Exod. 3.* bono coniungit. Tu igitur ne afferas fidem Gręcam cum Mose: properans vt videas hanc visionem imo *Cantic. 6.* auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt. Quanto enim magis accesseris ad cor altum, tan- F *Ps. 74.* to magis exaltabitur Deus. Leo papa. Cum enim ad intelligendum sacramentum verbi accedimus, abi- *Prouer. 25.* gatur procul terrenarum caligo rationum, (ea sunt calciamenta Mosi, quæ deponere iubetur) & ab illu- *Phil.* minatæ fidei oculis mundanę sapientiæ fumus abscedat. Namq; scrutator maiestatis opprimetur a gloria. *Augusti.* Noctua si oculos defigat in solari orbe, opprimetur a claritate solis. Si omnis nostra cognitio ortū habet a sensibus quo sensu eum comprehēdemus: cum iuxta Augustinum Deus sit, quod nulla attingit opinio & quo magis aliquid cogitari non potest? Vnaquæq; autē natura pro sua capacitate suspicatur de Deo, vt quantū natura distat a natura, tm̄ distet sentētia a sentētia in iudicando quid Deus sit. Neq; sensus est ei⁹ nec phantasia: nec opinio: nec ratio: nec sciētia. Est. n. Deus rerum vniuersitas, ita quod nulla singularum, & ideo motibus rationis non subiacet, quia ratio nō est nisi de re aliqua. Et quia supra omnia est *Esai. 66.* (habet enim cęlum pro throno: & rursus cælos palmo ponderat) necesse est vt omnium mentes excedat: *Esai. 40* quia autē intra omnia est: vnusquisq; de illo opinatur: nullus diffinit. Est ergo omnia per similitudinem, G quia nihil eorum est per proprietatem. Vocatur tamē mens immortalis, insopitus oculus, lux bonum: qui est: natura simplex, in contemplabilis celsitudo, forma multiplex mens vniuersi, actus purus, omnia con- *2. corin. 12.* tinens. Quę omnia opinando loquimur fide preuia, Nam & animalia illa pennata, & oculata: si quando sequuntur impetū spiritus, & in tertium cęlum rapiuntur (quod raro fit) non tamen diu ibi consistunt: *Ezech. 17.* sed acie reuerberata, reuertuntur tanq̃ fulgura. Sed nos audiamus vnū ex illis quattuor quid de cælo vel cedro altissimo attulerit ad nos pullos suos. In principio inquit erat verbum. Quo manifestius fiat quod loquimur/ponamus vnū Triangulū. Ponit ergo noster piscator tres propositiones consequēter se habētes, compositas ex tribus terminis: copula existente vna & eadem trium: Ita quod predicatum primę, est subiectum secundæ: & predicatum secundę est subiectum tertiæ, & subiectum secundę est predicatum tertiæ. Ita ex tribus tantum terminis, subiecto variato & pręedicato, tres propositiones proponit noster orator, tria explicantes mysteria verbi quod erat a principio & in principio Prima æternitatem eius, quia in principio erat. Secunda distinctionem personalem a patre, quia erat apud Deum. Tertia consubstantialitatem cum patre, quia Deus erat verbum. Et hoc totum inquit Ioānes erat in principio, idest in ęternitate: apud Deū apud quem non est trāsmutatio, semper ens quod *Iacobi. 1* est. Ita inquit Plato de vno rerum principio. Ne- *Plato* cessario videtur quodlibet eorum quę in tempore fiunt, atq; hoc tali participans, eandem se cum ipso ętatem agere, ac senius seipso & iuni⁹ fieri. Ipsi



H

I

vero vni nulla prorsus ex ijs passionibus accidit. Quid igitur ipsum erat: fuit fiebat? Nonne participationem temporis preteriti significare videntur? At vero erit: fiet: factum fuerit, an non futurorum nobis tēpus designāt? Est/aut: fit, pręsentis sunt temporis notæ. Si ergo ipsum vnū nullo prorsus participat tēpore: neq; fuit vnq̃ neq; fit: neq; est: neq; fiet: neq; erit: neq; factum erit/vni igitur huic non est nomen non sermo: non scientia: non opinio: quapropter nec nominatur nec dicitur, nec opinione cogitatur, nec cognoscitur, tamen (quod non dixit Plato) creditur. Diximus vt potuimus, quia & Ioannes non aliud dixit q̃ quod sibi datum est. Dixit aūt iuxta Hieronymum, quod cuncta secula nesciebant: imo quod forsitan *Hierony.* angeli nesciebant. Verba eius hęc sunt super Esaię cap. 56. Petro tardius ambulante Ioannes elatus vir- *Ioan. 20.* ginitatis alis cucurrit ad dominum. Qui in secreta se diuinę natiuitatis immergens, ausus est dicere quod cuncta sæcula nesciebant. Et Zach. cap. 14. dicit, quod Ioannes ausus est dicere quod forsitan angeli ne- K sciebant: videlicet in principio erat verbum: & verbum erat &c. **Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.** Sine ipso factum est nec vnum quod factū est, hoc est omnia quę quoquomodo habent esse post non esse a verbo hoc habent quod sint, licet non omnia æqualiter participēt esse Dei: quia tunc non essent omnia. Et sine ipso factum est nihil, hoc est, sine ipso nihil faciunt causę se- *Exod. 3.* cundariæ, quod patet in igne super rubum & in fornace Babylonia. De communi autē cursu iuxta Au- *Augusti.* gustinum, Deus sic res quas condidit administrat, vt eas proprias actiones facere sinat. Vel intelligit Ioānes de prima rerum creatione in qua nihil fecerunt secundę causę: cum non essent productæ, nunc autem

bene

bene agunt proprios motus, sed non sine ipso, quia sine me nihil potestis facere. Potest & sic intelligi, Ioan. 14.
q sine verbo suo pater nil creauit, nil conseruat, sed omnia per ipsum & cum ipso, Ad hæc S. Bonauē- Bonauēt.
tura. Vide autem quomodo ab æterno producuntur omnia temporalia iuxta quod infert. Quod fa-
ctum est: in ipso vita erat. Quæ enim a patre procedunt: ordinate procedunt, & vnū est causa al-
terius ordine naturæ & temporis. Ergo verbum sic representat res, sicut producuntur messe; quia in pro-
uidentia mea possunt esse multa futura: quorum vnum distantius est altero, & in memoria mea multa
præterita, quorum alterum remotius q̄ alterum: nec tamen sequitur quod cum eueniunt: sit mutatio in
A memoria vel prouidentia. Ponamus velle nostrum/esse posse/si vellem modo rē ctas fieri: non esset mu-
tatio in me: si fieret. esset autem, si de non volente: fierem volens. Verbum ergo ab æterno dicit: sed ex tē
pore creat, quia quod factum est in tempore volubilitatis: in ipso vita erat ante tempora æternitatis.
Omne autē quod a Deo manat, aut est a natura; aut a gratia: aut a gloria. Ad hæc Dionysius. Sicut Dyonysi.
enim in centro omnes circuli lineæ in vnione præextiterunt, habetq; punctus omnes in seipso rectas
lineas vniformiter iunctas ad inuicem, & ad vnum initiū ex quo processerunt, atq; in ipso quidem cen-
tro perfecte coniunctæ sunt, modice vero ab ipso discedentes: modice discernuntur ad inuicem, ex ipso ta
men procedunt. Ita intellige de creaturis creatoris respectu, cuius centrum est vbiq;. Quod enim vnitas
in numero, punctus in magnitudine, hoc est Deus in vniuerso. Est enim vnitas numerus complicatus,
punctus cōplicata linea, Deus complicatum vniuersum. Sed nec vnitas est numerus: nec linea punctus
nec vniuersum Deus. Si enim visibilis sol sensibilium species & qualitates per multas licet atq; differen
tes ipse tamen vnus cum sit: & vniformem infundendo lucem renouat, nutrit, seruat, perficit, discri-
minat, coniungit, refouet, fœcundat, auget, immutat, firmat, implet, sustollit, viuificatq;, & quodlibet
B ex omnibus modo sibi congruo vnius eiusdemq; solis est particeps, plurimumq; participantium sol vnus
in seipso causas ante vniformiter cœpit: multo magis omniū exemplaria rerum, idest ideas vna super-
substantiali vnitate in solis & omnium causa ante subsistere est credendū, sint & Philosophus attesta- Phys.
tur, cum dicit, a domo intra, fit domus extra/forma videlicet domus. Et arca quidem in mente artificis
vita est, quia ibi habet esse æternum ideale videlicet, vnde dicit, quod factum est extra vita erat ante-
quam produceretur in esse reali. Vnde illud, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem no- Genesi. 1.
stram. In ipso ergo erat homo vita, idest in eius præscientia viuebat. Sicut igitur natura musicæ in ani-
ma musici vita est, quam instrumento ars imitata est, sic totius mundi compositio, qui diuinæ laudis in
strumentum est (delectasti enim me in factura tua. ps. 91.) priusq; fieret: in hoc verbo vita erat, in se autē
non habet vitam, nisi quādiu portatur verbo potentiæ verbi quod erat in principio. Cyrillus sic inter-
C pretatur, vt intelligamus omnia per filium fuisse condita: visib. & inuisibilia: & quicquid conditum sunt
in eo/verbum illud est vita, vt non solum sit omnibus autor originis cum patre: verum etiam idem ad
mixtum omnibus veluti vita tueatur & conseruet omnia quæ condita sunt, in ipso enim viuimus mo-
uemur & sumus. Actu. 17. Chrysostomus & Faber ita legunt istum textum. Sine ipso factum est nihil, Chrysost.
quod factum est, auferes enim spiritum eorum, & in puluerem suum reuertentur. Ad hęc Plato in Ti- Plato.
męo. Cogitabis in architecto quodam sapientissimo vim primum bonitatemq; naturalem, deinde geo-
metricum contemplatoremq; intellectum communes rationes mensuratum habentem. Tum tertio ra-
tionem vt aiunt practicam iam per rationes ipsas de artificio consultantem. Quarto imaginationem fi-
guras iam & modos conducētes operi effingentem. In ipsa inquit vita Idęę sunt: quas cum quidam no
minari audiret, negabat eas esse alicubi: videlicet quia inuisibiles essent. Sed non habes (inquit Plato)
oculos illos quibus illę videntur. Mundus inquit diuina prouidentia constitutus est, quod est proprium
artificis sapientis/cum sapientia omnia disponentis. Dicit ergo Plato: intelligibilem mundum inter visi
bilem atq; ipsum bonum esse medium, imaginem quidem boni: exēplar vero corporei mundi: ita a bo
D no pendentem sicut lumen extra solem. Triplicem igitur ponit mundum Plato, æternum, idęalem, arti-
ficialē, de hoc tertio dicit Ioannes, sine ipso factum est nihil quod factum est, & rursus, omnia per ipsum
facta sunt. Et vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet: & tenebrę eam non cō
prehenderunt. Est ergo verbum illud omnis boni bonum vita omnium viuentium sicut dixit Cy-
rilus. ¶ Vitę autē quattuor sunt gradus videlicet vegetatiua in plantis: sensitiua in brutis, intellectiua
in homine, beata in angelis & comprehensoribus, Vnde illud: Ego sum via veritas & vita: & in ipso
viuimus &c. Est & lux hominum pie viuentium: cuius vox est: Ego sum lux mundi: hic autem mūdus Ioan. 14.
homo est. Hanc autē lucē quę habitat lucem inaccessibilem, quomodo comprehenderent tenebrę: no-
ctuę: talpę: vespertiliones & lebérides! Quid enim his cęcis cum speculo illo, qui candor est lucis ęternę? 1. Timo. 6
Cuius claritatem seraphim ipsi contueri non valent, sed velant oculos. Esai. 6. Tamen lux hæc lucet in Sap. 7.
tenebris: cum seipsum creator insinuat creaturę rationali; (qui vocatur hic tenebræ) aut per creaturam:
E aut per scripturam: aut per miracula contra cursum naturę facta. De primo dicit Paulus. Sēpiterna po-
tentia Dei & diuinitas eius per ea quæ facta sunt intelliguntur. Et illud: a magnitudine creaturę potest
agnosci creator: adde tu & a pulchritudine: & a diuersitate, & ab ordine vniuersi. Verum quod horum
omnium creator sit Deus & gubernator ex diuina scriptura scimus: ex ea enim scim⁹ quod in principio
fecit Deus cęlum & terram: & omnia per ipsum facta sunt. Miraculis plena sunt euangelia. Hanc ergo
lucem quę miris & multis modis insinuat se cordibus hominum: tenebrę non comprehenderunt: non q
sit illa comprehensibilis a creatura: sed comprehenderunt positum est: pro cognouerunt, dixerunt quip-
pe ad hāc lucem quę illuminat omnē hominē. ¶ Recede a nobis, & quasi nihil possit facere omnipotēs
ęstimabant eū cū ille impleſſet domos eorum bonis, Quorum sententia procul sit a me. Iob. 22. In tan-

tas enim

tas enim ignorantiæ tenebras de lapsum fuerat humanum genus: vt nec humana philosophia, nec Mosaicæ legis religio: nec prophetarum lucerna eam discutere quiuerit, nisi quod interdum stellæ quædã cęteris illustriores apparebant in cęlo sicut Abraam, Moses, Dauid &c. Sed rarę admodum phoenices isti:
Exod.10 nempe tribus diebus densis tenebris occupantibus Aegyptum. ¶ Cum ergo dicit: lux in tenebris lucet: de illis intelligit, qui luci venienti occurrerunt dicentes, apud te est fons vitæ: & in lumine tuo vide
Ps.35. bimus te, Et illud, Deus meus illumina tenebras meas. Quod vero dicit, tenebræ eam non comprehenderunt, de illis loquitur qui dixerunt, recede a nobis, scientiam enim viarum tuarum nolumus. De hoc ita habes, Ezech. 8. Certe vides fili hominis: quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, vnusquisque in abscondito cubilis sui. Dicunt enim, Non videt nos dominus: dereliquit dominus terram. Vides tenebrarum voraginem, dicunt non videt nos dominus, reliquit terram. Nunquid non cęlum & terram implen F
Hiere. 23. ego? His igitur tenebris lux non lucet. Reuera autem & his lucet: & nemo est qui se abscondat a calore a claritate lucis huius, sed tenebræ hæ clauserunt oculos, ne lux ingrederetur ad eos. ¶ Et iuxta Augu-
Augusti. stinum, quidam quærunt & inueniunt: nam audiunt: in proximo curaberis o bone cęce Tobia. Qui-
1.corint.14 dam opinantur se scire quod nesciunt. ¶ Quidam sentiunt se nescire, sed non ita quærunt, vt inuenire possint. Quidam nec scire se existimant: neque quęrere volunt, de his dicitur: ignorans ignoret, audict. n. amen nescio vos. Matth. cap. 25. **Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium: vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederēt per il-**
Luc.3. **lum.** Dictum est in superioribus quo tempore venerit Ioannes anno videlicet. 15. Imperij Tiberij Cæsaris: dictum est quo venerit, quia in omnem regionem Iordanis, quomodo perhibuerit testimonium de Christo primum in genere dicens: veniet fortior post me: & deinceps ostenderit Christum populis protenso digito. Verum quod nunc dicit euangelista, ad hoc missum Ioannem vt testificaretur populis ad esse lumen illud de quo Esaias cap. 62. Propter Sion non tacebo nec quiescam, donec egrediatur vt splen G
dor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur, ostendit manifeste humanum genus vna & eadē cæcitate teneri: de qua idem Esaias, palpauimus sicut cæci parietē. ca. 59. Quia occiderat eis sol in me-
Iudic.16 ridie Amos. 8. Ablegauerant enim a se ducem cæcitatis suæ (sicut dictum est supra, recede a nobis) sicut
Tobig.11. fecit Samson: proinde quocunque se vertebant: cespitabāt cum Tobia, Audi Esaiam. Cognouit bos possessorem suū: & asinus: turtur & hirundo & ciconia cognouerunt tempus aduentus sui. Hiere. 8. Israel autem me non cognouit. Quod si Israel non cognouit possessorem suum: cui tot prophetę missi sunt, & qui ad manus habebat oracula diuina ex loco propitiatorij. Nume. cap. 7. Quid sentiendum sit de reliquis gen-
Actu.19 tibus, quę nec si spiritus sanctus sit audierant videto. ¶ Venit ergo Ioannes vt testificaretur cæcis adesse
Luce.2. iam lumen illud quod parauerat pater Deus ad illumi. gentium, vt omnes crederent per illū: qui vult omnes illuminari: & ad agnitionem veritatis. i. lucis huius peruenire. Ne igitur cęci causentur ignoran-
Sap.5. tiam dicentes: non illuxit nobis lumen illud: & sol intelligentiæ non est ortus nobis, pręmittitur lucerna H
ante solem: vt testificetur ei, & vt omnes credant in lumen. Quod lumen? In principio erat verbū. **Nō erat ille lux: sed missus est, vt testimonium perhiberet de lumine.** Verum si Ioannes nō erat
Matth. 5. lux: num apostoli lux erant: quibus dicitur: vos estis lux mundi? Et Paulus Philippensibus, lucetis inter
Phil.2. impios, sicut luminaria, & sicut stellæ in perpetuas æternitates. Daniel. 12. Vna omnium istorum est so-
Ioan.5. lutio: Ioannes lucerna erat ardens & lucens, & nulla maior lucerna in natis mulierum, tamen lucerna
Matth.11. hęc a sole illo illuminatur: qui a nullo illuminatur: & illuminat omnem hominem. ¶ Sicut igitur aer iste per semetipsum non lucet: sed tenebrarum vocabulo nuncupatur: iuxta illud, tenebrę erant super faciem abyssi, capax tamen solaris luminis est. ita aīa nr̄a dū per se ipsā cōsideratr̄, quędā vere tenebrosa, substātia est, capax tamen & particeps lucis ęternę. ¶ Sol. n. iste a se lucet luna a sole illuminatur: sic
Apoca.12 Christus a se lucet, ecclesia sole amicta videtur. Ita Ioannes non erat lux vera, erat tamen tam probatæ autoritatis: vt ei iuxta Grecos etiam vel iniurato fides merito habēda sit sicut refert Val. Max. de Xenocrate lib. 2. in fine, & iuxta Prouerbium, dignus qui cum in tenebris micare possis tuto. Est aūt micare lusus genus quoddā, vt repēte porrectis digitis, vterque numerū diuinet, nū parē vel imparē protulerit. Porro qui cū mices in tenebris, ei liberū est, si velit fallere, proinde dignus qui cū in tenebris mices dicitur: qui sit vsque a Deo certa fide: vt nec si tuto possit: velit quępiā mēdatio fallere. ¶ Talis erat Ioānes qui missus est vt testificaretur de lumine: de quo sequitur, nā lumē hoc de quo loquor: **Erat lux vera quę illuminat omnē hominē venientē in hunc mundum.** ¶ Principio sciendum quod pro luce & lumine in textu Græco eadem est vox videlicet phos, φῶς: ne quis hic somniet mysterium: quia textus dicit: testificaretur de lumine: & erat lux vera. Pręterea sciendum quod cū dicit, erat lux vera: Christus non magis est lux quam agnus, quam lapis angularis: sed in genere lucis lux solis est magis vera lux quam dominus Iesus. ¶ Vnde Paulus Christū non lucem: non lumen sed splendorem vocat. Vnde Origenes.
Origenes. Libenter complector illam sententiam sapientis cuiusdam dicentis, de Deo etiā quę vera sunt loqui pe-
1.Timo.6 riculum est. Omnis homo qui de Deo loquitur: aut videns est aut cæcus. Si cæcus, sciat quod Deus ha- K
Chrysost. bitat lucem inaccessibilem: hoc est iuxta os aureum, non solum ipse Deus est nobis cæcis incomprehen
Esai.6. sibilis, quin & locus ipse vbi habitat est inaccessibilis. ¶ Sin vero videns: audiat, quod Deus posuit in
Origenes. tenebris latibulum suum. ¶ Vnde seraphim velant facies suas & faciem Dei, vt vtroque modo ostendatur lux hęc inuisibilis. Et tamē vocatur lux vera: sine lumine autē nihil videtur. Propterea igitur Christus lux vera vocatur: quia est nobis causa videndi, idest cognoscendi omnia; sicut lux corporea videndi omnia. Sicut autem si videamus aliquem vix posse scintillam alicuius breuissimę lucernæ aspicere, & eum velimus de claritate ac solis splēdore edocere, nonne oportebit nos ei dicere, quia omni hoc lu

mine

omne quod vides ineffabiliter & inæstimabiliter melior ac præstantior est, his splendor? Ita mens nostra licet pro comparatione naturæ corporeæ longe præcellens habeatur: tamen cum ad lumen vel lucẽ vel splendorem de quo loquimur nititur: oculos tam putes habere talpæ, vt ne dicā statuæ: & vix scintillæ alicuius lucernæ obtinere locū. ¶ Quod si vniuersa quæ conspiciuntur vix scintilla vna sunt operum Dei, lucem illam veram quibus poterimus oculis intueri, etiam si simus lynceis doreades? Angeli oculati ante & retro? Non ergo putes euangelistam potuisse exprimere quod voluit, nec enim verbum patris lux est aut splendor, sed ipsum verbum dixit: & facta est lux. Et quid mirum? Nec enim angelo proprium nomen inuenies, quod eius essentiam explicet. Arbitror autem quod nec animę reperta est apta denominatio: nam eandem rem nunc animam: nunc cor: nunc spiritum: nunc mentem reperies nominari.

A In mundo erat, & mundus per ipsum factus est & mundus illud non cognouit. In propria venit, & proprij eum non receperunt. Quod esset in mundo Dei filius postquā mundum cōdidit, latens in opere suo, sicut dicitur de Apelle, iam centies audiuimus: quippe cælū & terram ego impleo, & in ipso mouemur & sumus. Et illud Amos. 9. Non erit eis fuga, & qui fugerit ex eis non saluabitur, siue descendant ad infernum, siue ascendant in cælum &c. Vide textum. Illud potius inquirendum: anteq̄ mundum condidisset, vbi erat, quia dicit primo loco. in mundo erat, & secundo, mūdus per ipsum factus est. Si igitur requiras vbi erat vel in quo mundo anteq̄ hunc mundum conderet, iam audisti: quod in principio erat verbum, idest in mundo ingenito erat verbum. ¶ Dictum est supra de mente Platonis tres esse vel triplicem mundum, nunc subijciamus quartum. Mundus ingenitus Deus est pater. Mundus exemplaris, rationes & Ideę omnium subsistentium per creationem, mundus corporalis cæli ambitu continetur, Mundus minor homo. ¶ De primo dicit, quod factū est: in ipso vita erat. De secundo dicit, in mundo erat. De tertio: mundus per ipsum factus est. De quarto: mundus eum non

B cognouit, & sui, idest sui eum non receperunt: qui sui vel qui proprij nomine mundi significantur. Ad hęc Plato primo de republica. Deos quidem nec latere nec cogere possumus. Verum si non sunt: vel humana non curant, haud nobis curandum est: vt eos lateamus. Sin autem sunt & curant humana, nos nō aliunde id nouimus vel audiuimus: quam ex multorum sermonibus & ex poetis, genealogiam eorum recensentibus. Ipsi & illud dicunt: Deos posse precibus & donis flecti. ¶ Quibus vel vtrinq; credendum est: vel neutrum. Hæc ille. Habemus & nos de ęterna filij Dei generatione Ioannem disserentem, item & illud: quod reuera humana curet: & propterea est in mundo, quem Paulus trifariam partitur. In cælo igitur princeps mundi huius victores coronat, in hoc mundo dimicantes adiuuat: quia spectaculū facti sumus mūdo angelis & hominibus: adde tu & ipsi Deo, cuius verba sunt, per me met ipsū iuraui,

C quia fecisti hanc &c. Gene. 22. ¶ In inferno adest: puniendo desides ac desertores, qui ducem suum non receperunt, dicentes: nolumus hunc regnare super nos. Luc. 19. Cum igitur dicit supra, tenebrę eam non comprehenderunt: & rursus mundus eum non cognouit, qui prius vocati sunt tenebrę, nunc vocantur mundus, & harum tenebrarum mundiq; huius pars quædam erant Iudęi, qui singulariter notantur ab euangelista de incredulitate. Quos alloquitur suus Moses quem hucusq; prędicāt in synagogis satanę. Hęccine reddis domino Deo tuo popule stulte & insipiens? Firmasti enim tibi sermonem neq; dicendo: non hunc: sed Barrabam, non habemus regem prętet Cęsarem: sanguis eius super nos, crucifigatur: tolle tolle eum. Matth. 27. Isti sunt sermones quos firmauerunt populus peculiaris & proprius: & primogenitus. Nō igitur receperūt eum sui. Ad hęc Plato in Timęo. Dicamus quam ob causam ille rerū autor hoc vniuersum constituit. Bonus erat. Bonus autem nulla vnq̄ alia de re inuidia tangitur. Ergo cū liuor ab eo quam alienissimus esset, omnia sibi quantum fieri poterant simillima fieri voluit. Vt igitur hic mundus esset animali absoluto simillimus, ex eo quod solus ac vnus esset, idcirco neq; duo neq; innumerabiles procreatisunt, sed vnus mundus (& vnus homo quod Plato non dixit) vnigenitusq; fa-

D ctus est & erit. Cum igitur hoc a se factum, sempiternorum Deorum simulacrum moueri & viuere, pater ille qui genuit animaduerteret, delectatus est opere, & hac ductus lætitia, opus suū etiam magis primo illi exemplari simile reddere cogitauit, tempus ei æternum affigens. Hæc ille. Hęc si de homine mūdo minori intelligas verissime dixit Plato, fecit eum q̄ similem sibi, quia ad imag. & simili. suam: Deniq; & ipse qui hominem formauit, homo factus est. ¶ Animam aūt ęternā fore, fide tenemus. Quod dicit delectatum autorem in opere suo Idem dicit Moses alijs licet verbis, vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. Cæterum mundus hic ęternus quidem erit quo ad partes principales, verū cessante motu, cessabunt generationes &c̄. De hoc quęre doctores. Dicitur autem homo mundus minor quia iuxta corpus constat ex quatuor elementis: sed terra maxime apparet in carne & ossibus, aqua in humoribus, aer in pulmone, idcirco semper in motu est, quia ventilabrum cordis est, ne nimio calore consummatur cor & dissoluatur. Sedes ignis in corde, vnde inferius est latū: acutum superius, quam formā ignis retinet. Irrigatur humoribus quatuor, sicut terra fluminibus. ¶ Sunt autem oculi luminaria cęli.

E ¶ Habet vires quibus omnia apprehendit & inuestigat, omniumq; rerum similitudinem gerit. Cū hominis anima vna tantum sit, Similis lapidibus per essentiam, plantis per vitā, brutis per sensum & imaginationem, memoriam, & sine ratione prouidentiam: angelis per intellectum; Deo per imaginem: materiæ per capacitatem: & Dei capax est: & quicquid minus est a Deo: eā non faciat, sed ipse solus replet in bonis desiderium eius. Et tamen mundus iste qui imago est & gloria Dei iuxta apostolum: qui tot & tanta adeo accepit, & si parua sunt hęc, adijciet multo maiora: hic inquam est de quo dicitur: Mundus eum non cognouit. Quomodo autē agnoscerent venientem, qui faciem verterant soli orienti, & dorsa ad sanctuarium? Isti sunt qui innituntur super baculo arundineo Aegypti. Esai. 36. Et ponunt carnē bra-

chium

Iob. 26.
Ezech. 1
Chrysost.
Hiere. 23.
Actu. 17.
Plato.
Phil. 2.
1. corint. 4
Deute. 32.
pa. 63.
Ioan. 19
Plato.
Mundus.
Genesi. 1.
Homo.
Augusti.
ps. 102.
1. corin. 11.
2. re. 12.
Ezech. 8.

chium suum, Hiere, 17. Proinde maledicti. Tamen singulariter (vt prædicitur) Iudæi notantur de ingratitudine. ¶ Sed dominus par pari reponens, peccauerunt ei inquit Moses: & iam non filij eius. Deute. 32. Sed Nabuchodonosor infidelis, vocatur seruus Dei, Hieremi. 27. Vide igitur quantæ in fœlicitatis est

Chrysost. Israel, quando comparatione eius Nabucho. vocatur seruus Dei. Chrysost. Cum Iudæi antiquius quàm gentes legem Dei & eius cognitionem accepissent &c. quæ Paulus dicit ad Rom. 3. Et post Christi aduentum eodem honore & hos & illos ex fide vocatos viderent, stultitia sua in inuidiam exarserunt: videntes quod circuncisio nihil illis contulisset. Sed num o stultissimi mortalium vestra bona aliorum com-

Matth. 20 municatione minuebantur? O amici amici non facio vobis iniuriam, de meo. n. mihi licet facere quod volo. Quod si neque proximi damno aliquid tibi lucri, neque fœlicitate detrimenti prouenit: quamobrem torqueris: si quis gratis salutem consequitur? Hominibus quibus necessaria est opera seruorum, possessionis iure seruos coercent: Deus aũt cũ sibi ipsi sufficiat: qui bonorũ nostrorum non indiget, nostræ dun-

De pœni. dist. 4. hãc societatẽ. taxat salutis causa omnia operatur: nosque ipsos nostri esse arbitrij & iuris libere permittit: ideirco cogit neminem. Vnde sequitur. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios Dei fieri. Qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis: neque ex voluntate viri: sed ex Deo nati sunt. Theophyl. Voluntas carnis naturalis calor ad coitum est, volũtas viri intẽ-

Gene. 18. perantia cibi, vnde fit appetitus coeundi violentior. Cæterum quando Isaac genitus est: iam desierant Saræ muliebria. Dicens autẽ: quotquot, non distinguit iam inter præputiatos & circuncisos, sed om-

Genesi. 15. Iacobi. 2. nis qui Dei filium crediderit Iesum Christum accipit potestatem vt sit de numero stellarũ: quas Abraã iubetur numerare: verum fides sine operibus mortua est. Oportet coniungere tintinabulis malo granata Exod. 28. Chrysost. Et cur o Ioannes non explicas nobis etiam, eorum supplicium qui eum non receperunt? Sed tantum quod proprij erant: & in propria veniẽs: minime est receptus? Sed quod nã maius supplicium esse posset: quàm si in eorum ponatur arbitrio filios Dei fieri: & nolint: sed sponte tanta nobilitate & honore (o prauum abusum liberi arbitrij) se indignos efficiant? Nec dixit: fecit eos fieri: vt ostenderet multa nobis opus esse diligentia, vt adoptionis nobis per baptisma impressam imaginem seruemus intactam. Quod enim per mysticam generationem omni priori crimine abluamur: per baptisma largitus est. Quod autem in puritate mentis in posterum perstemus, nostræ virtutis & diligentiæ est. Nam licet

Rom. 8. Paulus dicat, quis nos separabit a charitate Christi: & enumeratis tot siue spiritualibus siue corporalib9 creaturis, inferat: scio quod nec mors nec alia creatura poterit nos separare, nõ tñ adiecit, nec nos ipsi. Nimi-

Galath. 4 rũ hæc est libertas qua Chrs nos liberauit, vt nulla nobis creatura vi inferre possit. Verũ est quod multi a ppria cõcupiscẽtia allecti: abstrahũtur volẽtes: nolẽtes, ad sequendũ eũ cui nomẽ mors. Sed quibus de-

Ioan. 1. 1. corin. 15. dit hanc potestatem & ius adoptionis vt filij Dei nominentur & sint? Qui non ex sanguinibus &c. Caro enim & sanguis regnum Dei non possidebunt. Et illud. Non est meum dare vobis. Hoc igitur verbo: qui non ex sanguinibus: Iudæi videntur excludi, qui iuxta quod filij Abrahæ erãt, Christo domino propinqui erant. De istis qui iuxta carnem nati sunt ex Agar imo ex ipsa Sara dicit Osee. 1. capitu. Erit numerus filiorum Israel quasi arena maris: quæ sine mensura est, & non numerabitur. Quare non numerabitur? quia deleti sunt de libro viuentium eorum qui receperunt verbum caro factum. & horum non tantum nomina verum & capilli sunt in numerato ante Deũ. Matth. 10. Et de istis sequitur in Osee capit. 1. Et erit in loco vbi dicetur eis: non populus meus vos (multorũ. n. Deorum erant serui.) dicetur eis, filij Dei viuentis. Gentes enim non populus Dei erant, sicut dicit Moses: ego prouocabo eum in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo eos. Iuxta Originem populus Christi dicitur non populus, quia ex omni natione congregatur quæ sub cælo est: ideo quod non est populus, nec est gens vna sicut sunt Aethiopes Aegyptij: palestini: Iudæi Cretes Græci & Arabes, sed sunt populi populorum & gens gentium. Isti igitur qui olim non erant populi nec gens: acceperunt potestatem vt vocentur filij Dei viuentis, non quia iam sunt Abrahæ, sed quia receperunt eum, quem Iudæi reprobauerunt &c. Quod aũt dicit: nec ex voluntate carnis & voluntate viri: eadem est sententia: cum illo, qui non ex sanguinibus. Verum autem fœmina quæ hic vocatur voluntas carnis, se habeat in generatione passiue tãtum: alij vi-

Abulẽsis. derint. Abulensis ita dicit. Formatur autem homo non de menstruis, sed de sanguine purissimo, mẽstrua autem sunt velut stercus ex sanguine puro, in generatione enim menstrui ita se habet res: quod natura

Homo. accipit multas partes cibi: quæ non sunt necessariæ nutritioni, & illas digerit & conuertit in sanguinem menstrualẽ. Et quia illud quod natura accipit de hoc: habet multas partes impuras: necesse est, quod natura separet & emittat illas. Et sicut præsumpto alimento, necesse est secerni stercora: ita generato sanguine menstruali: necesse est manere ibi quasdam partes impuras loco stercorum: & illas expellit natura singulis mensibus. Et ista est ratio, quare vocatur hic sanguis menstrualis: quia singulis mensibus profluit: nisi propter ægritudinem vel ex alia causa cesset. Aliæ autẽ partes puræ huius sanguinis manent in corpore vnde formatur fœtus, & illæ purissimæ sunt, ideo corpus de substantia purissima & preciosa formatur. Dicimus tamen, idest vocamus sanguinem de quo fœtus formatur menstruum: ad differentiam eius san-

Damasce. guinis qui est in venis, qui non pertinet ad generationem: sed ad membrorum vegetationem. Cum autem dicit Damascenus: quod corpus Christi formatum est de purissimis sanguinibus matris: verum est: quia sanguis ille quem natura reseruat ad formationem fœtus: purior est & preciosior quàm is qui est in venis. Est igitur materia ex qua formantur humana corpora sanguis, per virtutem generatiuam matris præparatus: & ille sanguis est in fœminis: sicut semen in viris. Ideo eodem tempore semẽ in viris & sanguis in fœminis profluit: vt de hoc quando in virisque pili germinant. Ezech. 16. Quia tamen calor in muliere deseruiens potentiæ generatiuæ: est minus intensior quàm calor viri, non potest in fœmina superfluum ali-

menti

menti eatenus digeri sicut in viro ideo viris relinquitur sub forma seminis: in fœmina autem manet sub forma sanguinis, deficiens a completa digestione seminis. Sanguis tamen & semen propinqua sunt: ideo accidit in hominibus multũ congredientibus: q̃ sanguinẽ emittunt; deficiente semine. 15. de animalibus. Sãguis tñ mẽstruus magis digestus est & crassus, q̃ is qui est in venis. patet. puella. n. & vetula q̃ diu viuunt: nutriuntur vnde generare possunt & generant sanguinem, qui venis continetur, sanguinem tamen ad generationẽ prolis nec puella gignit nec vetula: propter defectum caloris. Patet igitur quare dictum est, qui non ex sanguinibus. Versus. Sex in lacte dies: ter sunt in sanguine terni: Bisseni carnẽ: ter seni membra figurant. Hęc in Christi conceptu non fuerunt. Pythagoras Democritus & Epicurus fœminam quoq; semen emittere aiunt; fœmin ales enim meatus auersos habere, propter quod abusu inquiunt appetentiam coitus habet. Aristoteles quidem materiam vuidam emittere inquit, tanq̃ sudorem a colluctatione, sed haud quaq̃ seminalem. Hyppo emittere quidem fœminas semen non minus marib⁹ sed quod ad generationem nõ cõferat, vt quod citra vuluam excidat, quod sæpe viduis contingit. Sunt qui a mare ossa, carnes vero a fœmina esse contendant: hæc Plutarchus de placitis philosophorũ. Stoici in plerisq; membra simul omnia absolui putãt. Aristoteles lumbos primum absolui carinæ nauis instar Alcmeon caput, vt in quo principatus est. Medici cor, vt in quo venarum arteriarumq; principiũ. Sunt qui maximũ digitũ pedis, non desunt qui vmbilicũ dicant. Et si requiras quomodo hi qui ex sanguinib⁹ nati sunt, qui carnes vocantur in scriptura, possunt per fidem adoptari in filios Dei viuentis (sunt enim Dij multi qui nunq̃ vixerunt, nec viuent) iuxta Osee. cap. 1. respondet Ioãnes sicut sequitur. Quia verbum illud caro factũ est: & habitauit inter nos: quasi in tabernaculo, iuxta illud, ponã tabernaculum meum in medio vestri, ad eum modum quem tenebat arca in Eremo inter. 12. tribus. Quod diximus habitauit quasi in tabernaculo, ex voce Græca ostenditur videlicet ἐσκήνωσεν escenosen. Namq; iuxta prophetam futurus erat quasi colonus & vir Vagus: sicut pater suus Abraam, qui nec vestigium pedis accepit in terra, nec vbi caput reclinaret. Quia igitur Deus anteq̃ homo fieret Abraam patrem fidei nostræ patrem vocauit dicens; Abraam Abraam: misit ipsemet verbum caro spiritum suũ in corda nostra qui nos doceat clamare tanq̃ filios adoptionis, Abba pater. Ille ergo ex sanguine non ex sanguinibus, non ex voluntate viri vel carnis natus est, nos ex sanguinibus & voluntate viri & fœminæ generamur. Ille natura Dei filius, nos gratia, quia cõplacuit patri nostro dare nobis ius regni. Ne igitur desperet humana natura: posse fieri vt homo in peccato conceptus: adoptione possit fieri filius Dei: exciderada oleastri, oliua: ex arena; stella: inquit Ioannes: si id quod difficilius videbatur factũ est, ergo & id quod facilius. Quid est difficilius? Quod verbum fiat caro, per quod omnia facta sũt. De hoc Ezechiel. Visus est dominus totus splendidus & perlucens, sed differẽter: qm̃ a lumbis & desuper visus est in similitudine electri, velut aspectus ignis intrinsecus per circuitũ eius, a lũbis aũt & deorsum quasi species ignis splendẽtis, velut aspectus arcus: cũ fuerit in nube in die pluuię. Greg. Per hoc enim q̃ humana natura ex diuinitatis copula clarior facta est (accepimus enim potestatem vt filij Dei simus) quasi per aurum creuit argentũ: & qm̃ diuinitas a fulgore suo nostris aspectibus temperata est; (verbum enim caro factũ est) quasi aurũ nobis palluit per argentũ. Si. n. natura illa quæ omnia innouat: in se immutabilis permanens, ita vt est nobis apparuisset, fulgore suo nos potius incenderet, q̃ renouaret. Sed temperata oculis quasi velo carnis suæ, sicut dicit Paulus. nostra infirmitas in ei⁹ luce clarescit: qm̃ vt ita dicã, ipse suę habitudinis lucẽ mutauit, quia habitũ mutauit ingressus certamẽ. Electũ igit̃ in igne est De⁹ in carne. Hęc Gregorij expositio pręsuponit illud, q̃ est quędã electri species facticia: quę constat ex. 5. parte argẽti & quatuor partibus auri qualis est massa vnde aurei Ioannini cuduntur: quos Hispani duplas appellant. Aliud est electrum naturale. Est autem lachryma fluens ex arbore glessaria in insulis Germaniæ septentrionalibus, quas electridas appellant, siue glessarias, quæ deinde cõgelascẽs, ad lapidis duritiã peruenit Ab Hispanis vocatur Ambar. Succinũ aũt succũ arborũ esse intelliges: quia terrena quędã atq; etiã volucria aĩalia plerũq; interlucẽt: quę implicita humore, mox durescẽte materia includũtur. Si aũt naturã succini admoto igne tentes, in modũ tedę accẽditur: alitq; flammã pinguẽ & olentẽ: mox in picẽ resinãue lẽtescit. Cor. Tacitus. Obserua aũt q̃ aurũ. 24. caractarũ difficile inuenitur: nisi forte tot caractarum erat aurũ illud ex quo cãdelabrũ fabrefactũ est, talẽti põdere, a quo illuminat̃ oĩs homo, si accedat. Hoc enim videt innuere. S. S. Cũ iubet fieri candelabrũ de auro mũdissimo & purissimo: nullã inq̃s mixturã alterius cuiuscũq; metalli, quippe Christus dñs peccare non potuit, ideo mundissimũ aurũ, plenus gratia fuit: ideo aurum purissimum. Exod. 25. Nec illud vacat a mysterio: quod vidit dominum Ezechiel velut aspectum arcus in die pluuiæ. Quando enim verbum caro factum est, pluuia descendit in vellus. Quattuor autem iridis colores figuram tenent quattuor elementorũ ex quibus constat argentum, illud, idest corpus Christi, quod sine omni mixtura auro mixtum est, vt ex homine vel humanitate & Deo cõflaretur electrum hoc, quod habitauit inter nos. Augustinus. Quid enim humana natura in Christo meruit homine vt in vnitatem personæ vnici filij Dei singulariter esset assumpta? Quæ bona voluntas, cuius boni propositi studium, quæ bona opera præcessere, quibus mereretur iste homo vt fieret vna persona cum Deo? Nempe ex quo homo esse cœpit: non aliud esse cœpit quam filius Dei. Vnde naturę humanæ tanta gloria nullis præcedentibus meritis sine dubitatione gratuita? nisi quod euidenter ostenditur magna & sola Dei gratia: vt intelligant homines, per eandem gratiam se iustificari a peccatis: & adoptionẽ filiorũ Dei se accepturos, per quã factũ est, vt hõ chrs nullũ haberet peccatũ. Oñditur & q̃ lõge hõ per peccatũ recesserat a Deo, videlicet quãtũ distat Deus ab hoĩe, quãtum α. i. principiũ ab ω. i. fine. Quando enim verbum caro factum est, circulus ille perfectus est, vt factura recurreret ad autorem

Phil. — Ioan. 1. — Gene. 6. — Leui. 26. — Nume. 2 — Hiere. 14. — Matth. 8. — Rom. 8. — Luc. 12. — Rom. 11 — cap. 1. — Gregori⁹. — Hebr. 10 — 5. 19. vlt. — Nebrisses. — ps. 71. — Augusti⁹

Hiere.31 Augustin.

suum, dicente propheta, fœmina circundabit virum. Idem. Ipsa ergo natura suscipienda erat, quę liberanda. Et nequis forte sexus a suo creatore se contemptum putaret, virum suscepit, natus de fœmina. Ita enim demonstrauit carnalibus: q̃ excelsum locum inter creaturas habeat humana natura, quod non solum visibiliter (nam & id poterat in aliquo æthereo corpore ad nostrorum aspectum tolerantiam temperato: sed etiam hominibus in vero homine apparuit. De vera religi. cap.16. Et vide interim iuxta Hilarium, quo amentiæ ab hæreticis ventum est, Constantius hæreticus dicit. Erat Deus quod est. Pater nõ erat, quia neq; ei filius, nam si filius, necesse est vt fœmina sit, & colloquium: & sermonis compunctio coniugalis verbi, & blandimentum, & postremo (quod auditu quoq; scelus est) ad generandum machinula. Et hęc dicendo hæreticus iste, veramq; negat filiationem in verbo incarnato, quasi nequierit Christus secundum quod homo sine semine viri generari de virgine opera spiritus sancti: nec pater eundẽ coęternum sibi & consubstantialem producere ex vtero ante luciferum sine fœminæ adiutorio. Ad hęc Augustinus super p̃s.29. Forte putat quispiam vestrum quod homo ille susceptus a sapientia Dei æqualis F erat cæteris hominibus. Si in tuis membris multum distat inter caput & cætera membra, & certe omnia membra faciunt corpus vnum, multum tamen interest inter caput & cętera membra. Et enim in cæteris non sentis nisi in tactu: in capite autem & vides & audis. & olfacis: & gustas & tangis. Si tanta excellentia est capitis ad cętera membra, quanta excellentia est capitis vniuersę ecclesię, idest illius hominis, de quo dicitur: in terris visus est & cum hominibus conuersatus est? Et obserua quod non semel aut bis Augustinus humanitatem a verbo assumptam hominem vocat in concreto: nec hoc tantum sed homo inquit, & iste homo: & iste cœpit esse filius Dei, ex quo cœpit esse homo. Tamen cum de veritate constat: vide ne insistendo verbis: impensam ludas & operas. Vnus est enim mediator Dei & hominum homo Christus Iesus Eodem enim instanti temporis tria conuenerũt in vnum, verbum anima & caro, & hęc tria vnum sunt, idest vna persona: sicut scriptum est: commisce tria sata similę o bona Sara G Gene.18. Sequitur. **Et vidimus gloriam eius gloriam velut vnigeniti a patre: plenũ gratię & veritatis.** Plenum ad verbum refertur secundum communiter exponentes, verum est nominatiui casus videlicet πλήρης, pleres: & reuera male cohæret cum præcedẽtibus ita enim sonat Græce, vidimus gloriam eius velut vnigeniti a patre, plenus gratię & veritatis. Caieta. Plenus gratię & veritatis Ioannes. Veritate plenus: vt testificaretur de veritate verbi incarnati. Gratia plenus, vt esset testis omni exceptione maior. Potestq̃ sic intelligi & connecti textus, Verbum caro factum est, plenum gratię & veritatis, cętera autem legantur per parenthesin. Namq; Grecis verbum idest logos, generis est masculini, sicut pleres, idest plenus. Vidimus inquit gloriam eius: cuius confusionem sol non sustinens, noctem profundam terris induxit, quando & petrę scissę sunt. Matth.27. Quanta tamen gloria eius, vt quasi maledictum pendens in cruce paradisum donaret. Quanta gloria vt titulum trilinguẽ pro corona acciperet, vt moriens triumpharet de principe mortis. Vidimus eum cõscensa asina, ramis circundatũ nõ armis/induci in sancta. Vidimus eũ imperantem dęmonibus, ambulantem super aquas: naturas rerum conuertere. Ioan.2. De nouo creare, Ioan.6. peccata donare Luc.7. Matth.9. corda rimari. Ibidem. Angelos aduentantes ad obsequium eius. Luc.2. Matth.4. Vidimus eum mortuos excitare, Ioã.11. Luc.7. Matth.9. Vidimus cęlos reseratos: patrem & spiritum sanctum de filio Dei testimonium perhibẽtibus. Vidimus eum docentem tanq̃ potestatem haberet abrogandi legem: condendi Euangelium, & sacramenta noua instituendi. Vidimus eum a Magis adorari, oblatis muneribus, sedentem inter doctores. Luc.2. Zelantem munditiem domus suæ. Ioan.2. Vidimus eum deuicta morte: expleto quadraginta dierum numero eleuatum virtute sua supra omnem principatum & potestatem: iudicem vniuersorum, confidentem ad dextram maiestatis paternę in excelsis. Et tamen hanc vnigeniti gloriam apostolus exinanitionẽ vocat. Nam gloriam quam habet apud patrem priusq̃ mundus esset, nemo hominum vidit nemo angelorum, sed nec videre potest dicat licet Ioannes, videbimus eum sicuti est: dicat licet Paulus: tunc facie ad faciem. 1. corin. 13. Quia Ioannes idem rursus ait: Deum nemo vidit vnq̃: & Paulus: quem nemo hominum vidit. 1. Tim. 6. Dixit autem & Esaias de hac gloria exinanita Christi. Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & plena erat domus a maiestate sua. Thronus hic opus videlicet cui simile factum non est nec fiet, caro eius est & seruilis forma, alias diadema veri Salomonis.

Gloria Christi. Luc.23. Matth.21. H Luc.24 Ioan.17. I Esai.6. 3.Reg.10 Prouerb.9

¶ Domus ista ecclesia est: de qua dicitur: sapientia ędificauit sibi domum. Sedet igitur Christus in ecclesia tanq̃ in propria domo, & habet terram scabellum pedum suorum, terra autem infideles sunt, qui velint nolint vel erunt thronus Christi vel scabellum pedum Christi. 1. corin. 15. Itaq; a gloria formę seruilis, impletur gloria ecclesia militans, gloriam tñ quam habet apud patrẽ nemo vidit. Ad hęc Chryso. Vidimus gloriam eius: sed non nisi per socium corpus. Nam si Iudęi gloriosam Mosi (cũ nostrę esset naturę particeps) faciem conspicari non potuerunt, sed homini etiam iusto opus fuit velamento, quod eius glorię magnitudinem obumbraret, vt illis se spectabilem redderet, quonam pacto & ipsis supernis virtutibus in accessibilem diuinitatem nos ex luto & terra facti ferre possemus? Sed idcirco in assũpta forma serui habitauit inter nos, vt ad ipsum accedere, cum ipso conuersari liceret. Ait ergo, vidimus gloriã eius, qualem deceat & credibile sit habere vnigenitum & dilectissimum omnium regis filium: qui tamẽ in regno alieno diuersatur/non suo, quia ipse dixit: Regnum meum non est de hoc mũdo. sicut siquis cõspecto rege in cultu regio & diademate coronato: inter milia ministrantium, sicut visus est Salomon a Regina Austri & alijs gloriam hanc a se conspectam enarrare velit, cum videat verbis exprimere non posse quæ velit: addit. Quid opus est mihi plura recẽsere, vndas enim videbor dinumerare, aut stellas, dicam vno verbo quomodo potero: vidimus eum in eo habitu, qualis (si tamen id explicari potest)

Exod. 34. Chrysost. K Ioan.18.

decebat

decebat verum Regem Salomonem, quando fulgebat in omni gloria sua, & omnes reges desiderabant videre eum. Vidimus autem eum plenum gratia & veritate. De gratiæ plenitudine dictum est in fine primi libri & ibi: descendit spiritus sanctus. Plenum autem veritate dicit: quoniam legalium omnium symbolorum veritates vel in ipso vel per ipsum sunt impletæ vsque adeo: vt nec iota vnum vel apex præteereat, quin ad vnguem impleatur. De hac plenitudine Paulus Colloss. secundo. In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Dicit autem corporaliter: quia in lege quasi in vmbra habitauit iuxta illud in vmbra eius viuemus inter gentes. Et illud. Sub vmbra illius sedi, cuius corpus dei desiderabam. Fecit sibi Ionas vmbram, sed in plenitudine temporum ædificauit sibi domum: in qua corporaliter inhabitaret plenitudo diuinitatis &c. Dicamus igitur recapitulando verba Ioannis de verbo quod

Cantic. 2. Recapitu.

A erat in principio apud patrem & caro factum est. Dicit ergo Ioannes de verbo Dei: quomodo erat. & quando erat, & quid egerat; quid agebat: & vbi erat: & quo venerit, & quomodo venerit, quo tempore venerit, & qua causa venerit. In principio inquit erat verbum, habes quando erat. Et verbum erat apud Deum; habes quomodo erat. Habes etiam quid erat, quia Deus erat verbum. quid egerat: quoniam per ipsum facta sunt omnia. Quid agebat: quoniam illuminat omnem hominem. Et vbi erat, quia in mundo per potentiam, in mundo æterno per essentiam, in mundo minori per gratiam vnionis personalis: quia maior nulla in rebus per tempus ortis: in Iudæa per realem præsentiam: in sanctis suis per gratiam. Quo venit, quia in sua. quomodo venerit: quia verbum caro factum est. Venit autem in temporum plenitudine: qua causa. vt credentibus daret potestatem consequendi adoptionem filiorum. Habes quibus donis perfectus venit ad nos: quia plenus gratia & veritate: gratia in remissionem peccatorum: veritate ad redargutionem incredulorum: ad impletionem promissorum: hoc est attulit secum vinum & oleum. De hoc igitur verbo tanto ac tali testificati sunt omnes prophetæ: qui de futura hoc est exhiben-

Galath. 4

Luc. 10. 1. Pet. 1

B da ecclesiæ gratia prophetauerunt: alij veniet, alij cito veniet, alij adhuc modicum, alij si moram fecerit. Habac. 2. Alij mane videbitis gloriam eius. 1. Reg. 11. Siquidem iuxta Augustinum / multa turba præconum debuit præcedere aduentum eius, quia magnus est qui prænuntiabatur venturus: sed tamen Ioannes hunc eundem digito ostendit iuxta quod sequitur. **Ioannes de ipso testimonium perhibet dicens & clamans. Hic erat de quo dicebam: qui post me venturus est: prior me cœpit esse, quia prior me erat, & de plenitudine eius omnes accepimus.** Quod Ioannes Euangelista dicit in principio erat verbum id baptista dicit, prior me erat: & eundem seraphim illi beatissimi incessabili trisagio collaudant dicentes hagios: hagios: hagios Kirios theos sabbaoth. Hæc verba post me venturus est / exposita sunt supra. Cæterum dominus Iesus ipse est fons ille qui ascendebat de terra quæ fluit lacte & melle, & diuiditur in quattuor flumina, quia filij Dei in quattuor partes orbis dispersi sunt: & venient vt recumbant in sinu Abrahæ, sicut venerunt Magi illi beati / & gentiles illi qui apud Ioannem vo-

Augusti.

Esai. 6.

Gene. 2. Matth. 8. Ioan. 12. Luce. 15

C lunt videre Iesum. Omnes igitur tam ex lege naturæ, scripturæ quam gratiæ siue præteriti qui nos præcesserunt: siue præsentes: siue qui nos sequentur, siue oues illæ. 99. quæ relictæ sunt in deserto, omnes in ipso de plenitudine huius fontis accepimus. Quid accepimus? gratiam adoptionis pro spiritu timoris, gratiam remissionis peccatorum: & pro hac gratia gratiam visionis beatę. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron, & in oram vestimentorum suorum. Caput Christus est iuxta quod homo: ipsum enim dedit caput ecclesiæ in omnibus, caput autem Christi Deus. Ex capite igitur Christo barba corporis mystici idest ecclesiæ irrotatur: est autem barba apostolorum chorus, angeli & prophetæ, & horum similes, qui viri iuxta cor Dei vocantur in ecclesia. Cæterum vestimenta Christi omnes sunt credentes: de quibus Petrus. 1. 2. Vos gens sancta regale sacerdotium. Quo nomine ostendit Petrus omnes credentes duplicis vnctionis esse participes, & quia regia proles, & quia sacerdotes. ℭ Christus enim rex est & sacerdos. Hanc duplicem vnctionem accipit baptizandus, inungitur enim in fronte, idest in pectore &

Ps. 132. Ephes. 1 Actu. 13

D in scapulis, tum & in capite. Non tamen delires cum Lutero asserente: quod omnis homo est sacerdos. Quia enim tyro Christi est, ex quo militię cælesti ascribitur, vngitur in pectore & inter scapulas, quia genus sacerdotale: in capite. Omnes igitur de plenitudine eius accipiunt, qui quoquo modo pertinet ad vestimenta eius, idest corpus eius quod est ecclesia in prædestinatis: vocatis: iustificatis, & glorificatis sanctis. ℭ Vnde pręcipitur in lege sacerdoti Aaron. Cum mactauerit hircum pro peccato populi: inferet sanguinem eius intra velum: & aspergens eregione oraculi, expiet sanctuarium ab immunditijs filiorum Israel cunctisque peccatis. Hoc de prima parte tabernaculi: ipsum est cęlum, idest cęlicolę qui iam vocantur comprehensores. Sequitur de altera parte tabernaculi communi omnibus sacerdotibus. Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonij quod fixum est inter eos in medio sordium habitationis eorum. Se-

Leui. 16. Figura.

E quitur de atrio quod circundat tabernaculum. Cum exierit ad altare quod coram domino est, oret pro se & sumptum sanguinem vituli & hirci (Deus homo) fundat super cornua eius per gyrum, aspergensque digito septies, expiet & sanctificet illud ab immunditijs filiorum Israel. Habes eodem sanguine sanctificatum sanctum sanctorum, idest angelos: habes sanctificatum templum, idest credentes ex Iudęis: habes sanctificatum atrium exterius eodem sanguine vituli & hirci, idest fideles credentes ex gentibus. Omnes enim de plenitudine eius accepimus, & gratiam pro gratia. **Et gratiam pro gratia. Quia lex per Mosen data est: gratia & veritas per Iesum Christum facta est.** Augustinus. Pro bonis operibus factis gratia largitoris, (domine quinque talenta, ecce alia quinque) vita ęterna donamur: gratia enim consummata est vita ęterna. Rom. 6. Hęc sententia est Augustin. & Hieronymi. Prima gratia est hęc, quod cum essemus in foro ocio (durus labor ocium huiusmodi) hora vndecima vocamur. Sequitur gratia pro hac prima gratia. post vnam fere horam vocamur ad requiem, donamur enim denario vno, idest

Augusti. Math. 24.

Math. 20.

vita æterna. Nec enim omnes accipiunt illam primam gratiam, vt vocentur ad vineæ culturam, quia si in Tyro & Sydone &c. Matth.11. Nam Ionas ad vnam tantum ciuitatem missus est, cum totus fere orbis Dianam coleret. Actu.19. Audi Paulum. Qui fui blasphemus, sed misericordiam cõsequutus sum.
Actu.9. Quam? Vocor gentium apostolus, & vas electionis gratia eius qui me prostrauit, excęcauit: illuminauit, regenerauitq;. Et nunc quid reliquum est? Gratia, vt reponat pro hac gratia. Reposita est mihi
2.Tim.4. corona iustitię, quam reddet mihi iustus iudex. Primam gratiam donauit misericors pater: & pro hac gratiam secundam donauit iustus iudex, conuentione facta. Matth.20. ¶ Dona igitur sua coronat Deus: non merita nostra. Accepimus autem nos pro pecude oue vel capra vel vitula rufa agnũ qui tollit peccatum mundi. Quando autem dicit/ Accepimus de plenitudine inquit Augustinus, accepimus nescio
1.corin.4. quid inquit, & insuper gratiam pro gratia. Sed quid habemus quod non accepimus? Accepimus esse:
2.ps.12 & bene esse: & bene sperare, & si parua sunt ista, adiiciet multo maiora. Quę maiora? Quia lex per Mo
Chrysost. sen data est: imo lata, minister enim tantum erat domus alienæ iuxta Paulum. Hęc autem nihil perfe-
Exod.17. cit, Hebręo.7. Mamilla erat puero uni iuxta os aureum: manus graues adeo, vt vix a duobus sustenta- F
3.ps.10. rentur: & iste duæ manus quę sustinent thronum Salomonis sunt gratia & veritas. Per gratiam: ample
Luc.15 xu donamur & stola & osculo & calciamentis: per veritatem sedemus ad mensam cuncti potentis. Lu-
Prouer.31. ce.22. Per gratiam donamur vnica stola, idest charitate: secunda autem, idest veritas differtur (omnes e-
Heb.11. nim domestici eius vestiti sunt duplicibus) donec impleatur numerus fratrum: Deo pro nobis melius prouidente: ne sine nobis coronarentur veritate. Moses igitur ferre legem potuit, absoluere a iugo legis nõ
Heb.9. potuit. Venit ergo mediator Dei & hominum & abrogauit legem, quę iuxta Paulum vsq; ad tempus
Matth.11. correctionis imposita erat: ac pro ea imposuit euãgelicum iugum suaue & leue. Denique Mosi scapulas
Exo.32. ostendit Deus. & illas per foramen: iniecta ad hæc manu ob oculos eius, nos autẽ pro hac gratia: acce-
1.Ioan.2 pimus gratiam videndi eum, sicuti est. Illi denique Mosen loquentem audierunt, nos ipsum verbũ quod erat in principio apud patrem. Vocatur igitur Euangelium veritas, quia quod lex promisit Christus ex- G hibuit. Ita dicit Michæas capitulo septimo, Dabis veritatem Iacob: misericordiam Abraam: quæ iurasti patribus nostris a diebus antiquis. Veritatem inquit da Iacob: Abraæ vero misericordiam: hoc est imple quę promisisti, & quorum te debitorem per misericordiam constituisti: idq; iureiurando. Imple igitur in filiis quę promisisti patribus. Quę enim procedunt de labiis tuis (tu autem veritas es, & veritas per te facta est) non licet irritare: non enim est Deus vt homo: qui mentiri possit: etiam
ps.88. si velit. Numeri vigesimo tertio. Cæterum iuxta Augustinum idem pręceptum timentibus lex est,
Augusti. amantibus gratia est: quia multi in lege Mosi vere, Impleuerũt euangeliũ, legẽ spiritualiter intelligẽtes: & multi mõ nec iustitiam implent legis, qua pręcipitur: diliges amicum tuum. Si enim discernimus duo
Leui.19 testamenta inquit Augustinus: verus & nouum, non sunt eadem sacramenta neq; eadem promissa, eadem tamen pleraq; pręcepta. Nam decalogus nobis quoq; pręceptus est, & quisquis decem illa verba non impleuerit, extra viam est quę ducit ad vitam. Discussa ergo pręcepta, aut omnia eadem inueniuntur: aut vix aliqua sunt in Euangelio, quę non dicta sunt a prophetis: multa tamen prenũtiata sunt quę H in Christo & per Christum implenda erant. Accepimus igitur nos de plenitudine Christi / quasi dicas/
Nume.11. stellę illuminantur a sole, sicut & septuaginta illi senes acceperunt de spiritu qui erat in Mose, nec tamen inde minor facta est plenitudo Christi, non magis quam sol illuminans mundum. Habes ex lege quo-
4.ps.4. modo ex parua stilla olei quæ erat in lenticula impleta sunt plura vasa, nec tamen defecit vel gutta ex oleo lechyti. Lumen & scientia & spiritualia charismata (est omnino cum non suscipiũt diuisionẽ: id quod palam est. Deum nemo vidit vnq;. Vnigenitus filius qui est in sinu patris: ipse enarrauit. Quod dixit legem latam per Mosen, idest a Deo mediatore Mose, gratiam vero nõ datam sed factam per Iesum, factam esse autoritatem significat, datam vero ministerium tãtum indicat: & sequi-
Chrysost. tur: Deũ nemo vidit. Chryso. Quã cõsequentiã habet cum superioribus hoc quod dicitur. Deũ nemo vidit vnq;? Vt ostendat Ioãnes beneficiorum Dei magnitudinem, & horum eorumq; quę per Mosen data sunt incomparabilem differentiam, probabilem causam, personę adducit dignitatem, quę maiora ef- I fecerit. Ille enim cum seruus esset, merito inferiorum factus est minister, hic autem dominus & Rex longe maiora nobis contulit, qui cum patre semper est, & semper eum intuetur. Propterea inquit, Deum vero vidit nemo, sed vnigenitus filius. Vnde non dixit, filius qui vidit, narrauit: sed qui est in sinu patris: ipse narrauit. Nam in sinu patris esse, maius quiddam est: quam videre. Qui enim tantum videt, non certam habet rei visę cognitionem. Qui vero in sinu immoratur: omnia ei perspicua sunt & certa. Hac ergo gratia Ioannes sinus meminit, quo vno verbo multam substantiæ cognationem/ propinquitatem: parem patri cognitionem potestatem ostendit. Non enim diuersam substantiam in sinu haberet pater: sed neq; ipse auderet si seruus, si ex multitudine vnus esset: in sinu dñi versari. Hoc namq; dilectissimi filii tantum est, qui multum genitori suo fidit: neq; ipso vlla ex parte sit inferior: ęquia hoc cognitio significat. Constat igitur nomine sinus nihil aliud quam summã vnigeniti dilectionem & patri coęternitatẽ significari. Ille inquit narrauit. Quid narrauit? Quod Deum nemo vidit vnq;: an quod vnus est Deus? K
Deuter.6. Verum hoc & reliqui prophetę & ipse Moses iampridem exclamat: dominus Deus tuus vnus est. Itẽ
Esai.45 Esaias. Ante me non est for. Deus. Quid igitur amplius a filio didicimus? Quod in sinu sit patris. Quid ab vnigenito? Longe ab eo expressiorem & magis perspicuam doctrinam accepimus, quod spiri-
Ioan.4. tus est Deus, & qui adorant eum, in spũ oportet adorare. Quod Deũ videre est impossibile, quod enim nemo
Matth.11. vidit nisi filius: quod pater est dilecti vnigeniti & alia multa quę de eo enarrata sunt. Verbũ autem/ narrauit: expressiorem certioremq; doctrinã demõstrat: sparsam nõ apud Iudęos tm̃, sed & apud oẽs gentes.

Quomodo-

Quoniam ergo dixerat, quod gratia per Iesum facta est: sicuc ipsum volens astruere (inquit Theophylactus) dicit, nihil incredibile dixi. Nã Moses quidẽ nec Deũ vidit, sicut neq; alius quispiã: nec potuit vobis manifestã & liquidã rationem de illo reddere, seruus enim tantũ erat legalis literæ. Christus aũt qui filius est, & in sinu paterno est, nõ solũ illũ videt, sed etiã omnibus hominibus de illo anuntiat, atq; ita quia filius est: & patrem videt, merito nobis gratiam & veritatem dedit. Faber. Hæc verba: lex per Mosen vsq; ibi, ipse enarrauit: euangelistæ sunt testãtis: q; de plenitudine verbi exinaniti omnes acceperunt gratiam nouã & copiosam pro vetere & exigua. Sed forte diceret. Moses qui dedit legẽ veterẽ, Deũ vidit, quare nõ potuit veritatẽ dare? Nequaquã ita est inquit Ioannes, Deũ enim nemo vidit. Vnde solus Vnigenitus ipse enarrauit. Et esto Moses vidisset Deũ, tamẽ cũ seruus esset & minister quid poterat dare nisi quod accepisset? Etiã si centies Deũ vidisset, nõ daret nisi quod accepisset, quia minister tm̃ erat: & nõ legislator nõ dñs, nõ filius, non iudex: sed præco &c. Ceterũ q; Deũ nemo vidit vnq̃/ nec potest videre Paulus dicit. 1. Tim. 6. & idipsum alias diximus: seraphim velantibus faciem Dei: & item & pedes: cæterum pectus tantum reuelabant maiestatis Dei. Hoc exponitur per illud Esaiæ. cap. 41. Quæ priora fuerũt anuntiate, anuntiate etiã quæ ventura sunt in futurũ. & sciemus quod Dij estis. Vtrũq; aũt horũ nos latet, seraphim velantibus faciem (ecce priora) & pedes Dei (ecce posteriora) ea autem tantum scimus quæ in tempore condita sunt sex videlicet diebus: quomodo autem in principio erat verbum idest priora: quomõ æternus pater filius & spiritus. S. a posteriori sicut a priori: quod est posteriora, idest quæ futura sunt, omnino nos latet. ¶ Potest intelligi hic textus iste, quod consilium de reparãdo homine quod erat in pectore paterno, suo tẽpore exequẽdum, sicut solus filius Dei qui est in sinu patris sciebat (quod hic vocat gratiam & veritatem) solus enarrare potuit, & exequi. Cæterum Moses & si aliquorum arcanorum Dei particeps fuit: sicut dicitur ostendam tibi omne bonum: item & prophetæ de quibus dicitur, non faciet dominus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas: id tamen fuit in Typis: in somnijs, in visionibus. Christus autem dominus nobis id quod alijs in vmbris reuelauerat: remotis vmbris, totum luce clarius docuit quatenus nostra referebat ad æternam salutem. Sicut igitur Deum nemo vidit vnq̃: ita consilium eius de reparando homine: deq; modo reparationis quod mente celatum tenebat (Ephe. 3.) nemo nouerat, nisi vt diximus per vmbras quasdam. Qui igitur Deum vidit ipse potuit explicare. Vidit autẽ vnigenitus qui est in sinu patris: ergo ille potuit enarrare, non vni genti tm̃ sicut Moses: sed toti mundo, quia lex vni genti tantum lata est: gratia Christi & veritas omnibus gentibus prædicatur. Matth. cap. vltimo. Dicamus ad illud Deum nemo vidit vnq̃: & hæc quæ sequuntur. Chrysost. Quid est ergo q; Esaias vidit dñm sedentẽ. cap. 6. Et Iacob scalæ innixũ. Gene. 28. Et idẽ dicit, Gene. 32. Vidi dominum facie ad faciẽ. Itẽ Ezechiel vidit eũ cap. 1. ¶ Breuiter dicimus, omnia illa permissiones fuisse: scapulæ vmbræ: non facies non corpus. Nam si puram Dei substantiam vidissent vt est, nulla ex parte differentem vidissent. Ea enim non iacet, non stat, non sedet non ambulat, hæc enim omnia officia corporea sunt. Vnde illud, Ego visiones multiplicaui: & in manu prophetarum assimilatus sum: hoc est/ permisi: non quod sum ostendi. Hæc si ita se habent, mirabile est, si hoc ignorabat Moses: quod si non ignorabat: quomodo dicit: ostende mihi faciem tuam? Sancta præsumptio inquit Ambrosius: mensuram votorum ignorat: & nescit quid petit Augusti. Neq; enim tanto carnis nubilo debemus inuolui, vt putemus/ faciem quidem Dei esse inuisibilem, dorsum vero visibile. Ipsa enim natura vel substantia vel essentia vel quolibet alio nomine appellandum est: idipsum quod Deus est, corporaliter videri non potest. Dicit autem Iacob: Vidi dominum facie diuinitatis ad faciem humanitatis conuertendum, idest incarnandum: ad quam faciem aspirabat Moses, quam & Salomon latitare dicit post parietem carnis nostræ. eminuit tamen per retia, quia sempiterna omnipotentia eius & diuinitas per ea quæ in homine & per hominem inter homines gessit: credentibus innotuit, Rom. 1. Itaq; Moses cum esset minister, dedit quod accepit legem videlicet iugum ferreum. Christus dominus dedit quod voluit: & quod dare decebat filium eius qui solus est bonus, gratiam & veritatem.

Theoph. | Faber | Exod. 33 | Amos. 3 | Chrysost. | Osee. 12 | Ambro. | August. | Genesi. 32. | Cantic. 2.

¶ Sextum caput. Texitur genealogia Christi iuxta Lucam a Christo vsq; ad Adam parentem omnium.

ET ipse Iesus erat ferme annorum. 30. vt putabatur filius Ioseph: qui fuit Helih. Ad hæc Eusebius. Si enim approbante Matthæo: Ioseph esse filium Iacob: Lucas similiter approbaret Ioseph esse filium Heli: esset aliqua controuersia. Cæterum cum approbante Matthæo: Lucas plurium opinionem declararet, non propriam: dicens/ vt putabatur/ nõ arbitror aliquod relinqui dubium. Cum enim essent in populo plures opiniones de Christo: & omnes reducerent ipsum ad Dauid propter promissiones ei factas: plurimi autem dicerent/ Christum a Dauid per Salomonem futurum & per alios Reges, quidam hanc opinionem vitabant, eo quod plurima de regibus dicuntur enormia. Et quia de Iechonia Hieremias dixerat. cap. 22. Nõ orietur semen ex eo, qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltra in Iudæa, quorum opinionem commemorat Lucas, sentiens enarrate Matthæũ qualis esset veritas generationis. Lucas deinde idea ascendendo generationes retexit, & peccatorum quos enarrauit Matthæus memoriam abdicat: aliam generum successionem exponens, eo quod quicunq; in Deum renascitur, fit alienus a criminosis patribus, Dei filius factus, & eorũ qui secundũ Deũ vitã duxerũt honestã. Vñ cõcludit Lucas Catalogũ generationũ. 72. dicẽs: qui fuit Dei. Theoph. Difficile creditu est natiuitas Christi, q; sine semine viri fit: de

Luc. 3. | Eusebius. | Theoph.

Hiere, 31 — spiritu sancto, nouum opus sub cęlo. Vnde Lucas ab inferioribus ascendit ad Adam & Deum: quasi dicens. Si non credis quod secundus Adam sine semine cõceptus sit, & formatus ex terra virgine & nũquam maledicto subiecta (neq; per instans) ascende precor memoria ad priorem Adam, & inuenies etiam illum sine semine factum a Deo, & post hac ne sis incredulus. Sed primus Adam ministerio an-
Genesi, 1. gelorum formatur, secundus Adam opera Spiritus sancti. ¶ Verum vt manifestior sit differentia inter Matthęum & Lucam, in enarrandis generationibus, subiecimus oculis pręsentem figuram, in qua seorsum ponũtur genealogię Dauid per Nathan, & itẽ per Salomonẽ, a Dauid ipso vsq; ad Christum: nam a Dauid vsq; ad Abraam in nullo discrepant, ab Abraam vsq; ad Adam solus Lucas narrat.

Ex praesenti figura ostenditur patenter in quo concordant euangelistę, & in quibus non conueniunt. Siquidem vt praedicitur, ab Adã vsq; ad Abraã solus Lucas refert. In quo tamen illud videtur requirendum iuxta Hieronymũq; Matusalem filius Enoch inuenitur vixisse annis.14, post diluuium. Is enim annorũ,167. genuit Lamech. Hic annorum,188. genuit Noe: & fiũt vsq; ad diem natiuitatis Noe anni vitae Matusalem,355. Sexcentesimo autẽ anno vitae Noe diluuium factum est. Ita habita supputatiõe,955. anno Matusalem diluuium fuisse conuincitur. Cum autẽ dicatur Gene,5. ipsum vixisse annis.969. Patet ipsum.14. Annis vixisse post diluuium. Quomodo ergo octo tantum animae saluae factę sunt? 1.Pe.3. Solutio, quod error est in numeris. Ab Abraam vsq; ad Dauid rursus in nullo discrepant euãgelistę. A Dauid vsq; ad Simeõ (qui & Ioas) per lineam Nathan sunt generatiões decem, per lineam Salomõis vsq; ad Ioas (qui & Simeon) numerantur generationes nouẽ. Itaq; hic quasi nulla est differentia, nomina autem penitus diuersa. Est autẽ Ioas vnus ex tribus quos Matthaeus pretermisit, sicut suo loco dictum est. Item a Simeone vsq; ad Neri (qui & Iechonias) per lineam Nathan sunt generationes vndecim. Per lineam Salomonis vsq; ad Iechoniam (qui & Neri) numerantur generationes decem. Itaq; & hic fere nulla est differentia, in vna videlicet tantum generatione. Est igitur tota differentia, quoniam a Neri ad Christum vsq; per lineam Nathan sunt generationes duae & viginti, per lineam autem Salomonis tres & decem tantum. Ambro. Potuit enim fieri vt alij
Ambrosi. serius, alij maturius generarent. ¶ Ponee enim (verbi gratia) quod viginti duo illi generarent cum essent annorum.23. vel circiter, isti autẽ tredecim ex linea Salomonis, procrearent liberos cum essent annorum.42. vel circiter. Si terdecim multiplicẽtur per.42. fiunt anni,546. Porro si duo & viginti multiplicentur per 23, fiunt anni. 550. & quasi iisdem concurrunt. Quod autem Lucas describat Christi generationem naturalem per lineam Nathan, Matthęus autem generationem legalem, sic persuadetur ex dictis philonis.
Philon — Orta lite inter filios Dauid quos ex Bethsabee genuerat, quis regno praecederet, Dauid edicto statuit a senioribus inchoari: & vt alteri succederet vbi posteritas naturalis deficeret. Itaq; a Salomone minimo exorsum est: & a Nathan illo natu proximo filio: dicti Ahasar & Mathat & posteris eius Ahasarim & Mathatim, id est vt omnes dicerentur & essent fratres principis, & donati tempore ad succedendum. Hinc vsq; ad Iosaphat & Ochoziam posteritas Nathan semper dicta est apud maiores Hebraeorũ Ahasarim

IESVS CHRISTVS.

Per Nathan			Per Salomonem
Ioseph			Ioseph
Heli			Iacob
Matath			Mathan
Leui			Eleazar
Melchi	¶ Duę & viginti generationes.	¶ Tres & decẽ generatiões.	Eliud
Iane			Achim
Ioseph			Sadoch
Matathias			Azor
Amos			Eliachim
Naum			Abiud
Hesthi			Zorobabel
Nage			Salathiel
Maath			
Matathias			
Seme			
Ioseph			
Iuda			
Ioanna			
Resa			
Zorobabel			
Salathiel			
Neri	¶ Neri & Iechonias idem sunt. Id autẽ cognominis accepit Iechonias a populo: postq; ereptus de carcere in õcio est habitus apud Eulmarodach. Neri.n. lucerna domini interpretatur. Ex eo.n. redasẽsa videtur lucerna Dauid.		Iechonias
Melchi			Ioachim
Addi			Iosias
Chosan			Amon
Helmadan			Manasses
Her.			Ezechias
Iesu			Achaz
Eliezer	¶ Vndecim generationes	¶ Decem generationes.	Ioathan
Iorim			Ochozias
Mathan			Amasias
Leui			
Simeon	¶ Simeon idem est qui & Ioas.		Ioas
Iudas			Ozias
Ioseph	¶ Decem generationes	¶ Nouem generationes.	Ioram
Iona			Iosaphat
Heliachim			Asa
Melcha			Abias
Mena			
Matatha			Roboam
Nathan.	tunc	DAVID REX genuit	Salomon

Ahiasarim. Nam quos occidit Ioran posteros Nathan: quos pater in tribu Iuda præter decretum honorauerat filij Iosaphat, fratres Ioram dicti sunt, similiter infantes eorum quos Ioram liberos quidem sed reddituu vacuos in tribu Iuda reliquerat, dicti sunt fratres & filij Ochoziæ, cum tamẽ Ochozias vnicus solus ex Iorã & Salomone superstes esset. Quo perẽpto ab Iehu, omnem stirpẽ Regiam Ahiasarim Athalia Ochoziæ mater conata est delere, nisi prouidentia Iosabeth sororis Ochoziæ, ex Ahiasarim saluatus esset minimus infans Elih. Cognominatus autem infans Elih fuit Ioas, primus ex domo Dauid & posteritate Nathan, pro quo cantatus est ps: confitebimur tibi Deus: & sub Ioiada sacerdote institutus, ne disperderet Deus funditus domum Dauid, vbi finierat proles Salomonis. Ab isto igitur Ioas & deinceps in rememorationem Reges ex Ahiasarim semper binomij & trinomij fuerunt. Nam iste primus

A dictus est Elih: Ioas: Simeon. A quarto autem anno Salomonis vsque ad finem posteritatis suæ computantur anni, 138. Sciendum autem q. 2. re. cap. 5. & 1. para. 3. Filij Dauid distinguuntur per fœminas vxores vel concubinas. Vxorum filij erant iure communi Hebræorum & gentium naturales aptique ad succedendum honori atque hæreditati paternæ, concubinarum filij secus. Gene. 21. & cap. 25. De filijs tamẽ Iacob require. Filij igitur vxorum Dauid nominantur hoc modo. Nati sunt filij Dauid quidem Amnon primogenitus, ex Abigail Daniel, tertius Absalon ex Maaca, quartus Adonias ex Agith: quintus Saphatias ex Abithal, sextus Iethraam de Egla. In Hierusalem præter filios concubinarum nati sunt ei ex Bethsabee filij quattuor, Semmaa, Sobam, Nathan, Salomon. Hic ergo Nathan filius est naturalis Dauid non adoptiuus nec propheta. Et licet Salomon vocet se vnigenitum ex matre Prouerb. cap. 4. Non tamen dicit se esse vnigenitum respectu ipsius Dauid, quoniã tres habuit alios fratres vterinos vt dictũ est, vocaturque puer & tenellus, quia vltimus est genitus ex Bethsabee. Vocatur tamen vnigenitus matris suæ, quod ea interueniente cum Sadoch sacerdote: Dauid instituit filium eius minimum successorem

B regni, ad quod non ipse sed primogenitus pertinebat. 3. re. 1. Nã & Isaac vocatur vnigenitus ipsi Abrahæ qui tamen iam genuerat Ismaelem ex Agar. Causa litis de successione regni hinc ortum habuit quia primogenitus Dauid videlicet Amnon occisus est a seruis Absalonis. Absalon perijt pendens e quercu. 2. re. 18. Vnde Adonias eleuabatur: dicens, ego regnabo. Erat enim maior natu quattuor filijs qui nati fuerant ex Bethsabee. Quoniam aũt Dauid per spiritum præuidit filios Salomonis peccaturos Deo suo: instituit filios Nathan Ahiasarim vt prædicitur. Vnde. 3. re. 4. Sic habes. Azarias filius Nathan super eos qui assistebant regi, Cabul vero alter filius Nathan sacerdos & amicus Regis & Ahisa præpositus domus. Igitur tertius filius Nathan erat præpositus domus Regiæ. i. frater principis & quasi eius primogenitus, ad succedendum in regno: si ipse rex decederet sine semine: quod est vt diximus ius Ahiasar. Tria igitur erant in domo regia præcipua officia, videlicet præesse regni maioribus, præesse sacerdotum collegio & doctorum legis penes quos erat publica potestas occidendi & viuificandi. Tertium vero præsi-

C dere domui regiæ, quod erat proprium Achiasat. Sciendum vlterius quod sola tribus Iuda data est successoribus Salomonis. 3. re. 11. Sed tribus Beniamin data est filijs Nathan Ahiasarim Salomonis. Hanc positionem late prosequitur & tenet fulcam firmissimis argumẽtis Dominus Faber cap. 7. ad Hebræos. Sed audiamus Fabrum. Cum Lucas a sponso virginis in Dauid per Nathan deducat seriem: naturalẽ proculdubio magis tãgit Christi lineam quam legalem. Cũ igitur Ioseph secundũ carnẽ descẽdat a Salomone: & Christus secundũ carnẽ descendat a Nathan: quandoquidẽ & beatissima virgo secundum carnẽ a Nathan descendit: & fieri non possit: vt idem secundum carnem de Salomone, & de Nathan procedat, Christus igitur secundum legem solum processit a Salomone, & tota series generationum a Ioseph in Salomonem solum secundum legem ad Christum pertineos. Sed & Christus & beatissima virgo & Ioseph de Dauid secundum naturam & legem processerunt, & insuper Christus secundum promissionẽ coincidunt enim omnes in Dauid; & omnia in Christo. Sed insurgent. Nathã adoptiuus est filius Da-

D uid. At vbi id compererunt? Quid est quod secundo Regum legitur? Accepit ergo Dauid adhuc concubinas & vxores de Hierusalem, postquam venerat de Hebron: natique sunt Dauid & alij filij & filiæ, & hæc nomina eorum qui sunt nati ei in Hierusalem, Sammaa, & Sabab, & Nathan & Salomon & Iabaar & Elisua & Nephen cum cæteris. Ad quid scribitur, accepit Dauid adhuc cõcubinas & vxores, nisi vt genuisse significetur? Quid est: nati sunt ei in Hierusalem, nisi quos genuit sibi in Hierusalem? Quis nisi sensum torquens: dicet, qui nati sunt ei, idest adoptauit? Nunquid & adoptauit Solomonem qui inter cæteros nominatur? Quid ei adoptione opus fuit: qui proprijs filijs abundauit? Non igitur adoptiuus sed proprius & secundum naturã Nathan est Dauid filius. Et ne credas Nathan filium Dauid ex cõcubina esse, sed ex legitima vxore, cauet diuinus sermo in primo parali. Cũ ait. Porro in Hierusalẽ nati sunt ei filij Sammaa & Sobal Nathan & Solomon quattuor de Bethsabee. Ecce Nathan natus de Dauid & frater Salomonis. Sed dicent. Hi tres Sammaa Sobal & Nathan filij fuerunt Vriæ. Si filij Vriæ: quomodo nati ipsi Dauid? Nati enim Vriæ non Dauid fuerunt. Si filij Vriæ, cur deiparam virginẽ

E concedis secundum carnem de Nathan processisse, qui fuit Ethæus? & secundum carnem de Vria natus Ethæo. Nunquid dices Christum secundum carnem ex Vria processisse & Ethæum fuisse? Quid hoc nisi Christum non descendisse de Dauid, imo Christum non esse Christum? Ideo ne quispiam id asserere auderet, studiose cauit prouiditque scriptura, frequenter dicere: natique sunt ei idest Dauid. Imo quia Christus per Nathan descendit de Bethsabee & Dauid: arbitror Bethsabee honoratam, vt in genealogia Christi nomen eius circumloqueretur. Verum insurgent ex verbis Salomonis sic in Prouerbijs de se loquentes. Ego filius fui patris mei tenellus & vnigenitus coram matre mea, &c. Si vnigenitus coram matre sua, ergo Nathan non fuit filius Bethsabee & Dauid. Hæc Prouerbia sunt. Sed esto

G iiij proverbia

4. re. 11.

ps. 74.

Genesi. 22.
Gene. 16.
2. re. 13.
3. re. 1.

Faber.

Prouerbia non sint nec parabola: sed historię reiꝗ gestæ continentia veritatem: hoc argumentum inualidū est. Nam & Nathā & duos prænominatos aiunt (qui sic argumentantur) filios Vriæ & Bethsabee fuisse. At quomodo stat, Nathan est filius Bethsabee, etiam Salomone natu maior, quomodo inquam stat, quod tunc Salomon dixit: ego fui vnigenitus coram matre mea? Si plures cū eo habebat filios: quomodo ergo ei vnigenitus erat? Quid igitur dicemus? Certe Solomonem filiū Dauid & Bethsabee fuisse: & Nathan vtriusꝗ similiter filium & reliquos duos pariter: & omnes quattuor naturales secundum carnem vtriusꝗ fuisse filios, sed Solomonem omnium natu maximum. Cū enim sic nominantur: Sammaa, Sobal, Nathan, Solomon, a minimo hęc incipit nuncupatio, gradatim a minimo procedendo ad maximum. Et id quoꝗ non ab re adijciendum est, cum Salomon nunc a patre nunc a matre institueretur doctrinas quas in Prouerbijs ad memoriam reuocat, tenellum tunc fuisse, & tantillę ætatis: & vnigenitū fuisse matri suæ Bethsabee, quia neꝗ Nathā nec alij adhuc nati erāt: & id prętendere verba hæc ego filius fui patris mei tenellus: & vnigenitus corā matre mea: & docebat me: quia tūc modicę ętatis erat & tūc vnigenitus matri suę, cū eū tā solerter & Dauid & Bethsabee docebāt. At rursus quęres. Nunquid Nathan vnde virgo processit, fuit Nathan propheta? At quomodo Nathan propheta filius Dauid, quem non crediderim minorem ætate ipso Dauid fuisse. Quomodo filius Bethsabee, qui missus est

2.Re.12. ad Dauid iudicium Dei nuntiare de morte Vrię & raptu Bethsabee? Si filius fuisset Bethsabee, vetula fuisset illa: tam grandęuum filium habens, quæ & adolescentula fuisse cognoscitur, cū eam concupiuit Dauid & rapuit, quæ & ipsi Dauid superuixit. Alius ergo Nathan propheta, qui erat de familia prophetarum, & alius Nathan filius & de familia Dauid: cui iurauit dominus dicens, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam, non de fructu ventris Vrię. Verum rursus inquies. Quid est quod Beda scribit:

Io.15. quam Matthęus per Solomonem, Lucas per Nathan texit generationem, ille regalem, iste vt vitulus sacerdotalem ostendit familiam. Et subdit, secundum carnem ex Regali & sacerdotali familia. Arbitror id dixisse Bedam publica opinione ductum: Ambrosium sequutum, quia de Nathan propheta arbitratus sit descendisse Christum: & eundem Nathan sacerdotem fuisse: & de Tribu Leui. Verum aduerteret verba Pauli dicentis imo reclamantis: vbi de Christo loquens, ait. De quo enim hęc dicūtur, alia tribu par-

Hebr.7. ticipauit: ex qua nullus altari intendit. Perspicuum enim est, quod ex Iuda ortus sit dominus. Quomodo etiā fieri posset: vt ex tribu Regia & ex tribu sacerdotali quę Leuitica est dñs exortus esset familia? De eo qui patrē & matrē secūdū carnē haberet, vt patrē de tribu Iuda, & matrē Leuiticā, nihil id forsan prohiberet asserere, sed de Christo qui solū secundū carnē matrē habuit & de Iuda descendit, imo de Iesse & Dauid quomodo id dicetur? Sed quid est inquies quod Lucas Elizabet dicit fuisse de filiabus Aaron, & huius Elisabet Mariam vocat cognatam. Luc.1. Quomodo ergo virgo beatissima erat eius cognata & cōsanguinea, quę erat de sacerdotali familia, nisi etiam ipsa fuisset de sacerdotali familia? Sed non ita est. Nam Ioachim pater virginis de Dauid secundum carnem descendit per Nathan filium Dauid, & Anna virginis mater vt testatur historia, Bethleemitica fuit, vbi erat Dauidica tribus regia. Dauidica igitur fuit eius mater & Dauidicus eius pater: & vterꝗ secundum carnem de Iuda. At quomodo igitur Leuiticæ Elisabeth cognata? Id ex historia a maioribus nostris seruata cognoscitur. Nam memoria seruatum est, Annam & Esmeriam sorores Bethleemiticas fuisse & Dauidicas regiasꝗ soboles. Annam autem de familia Dauid accepisse Ioachim virum, sed Esmeriam virum accepisse Leuiticū de familia Leui & Aaron. Licebat enim Tribum Iuda: Leuiticę tribui misceri: dum modo eam non sequeretur familiæ hęreditas, & eo patre, id est Leuitico nata est Elisabeth, quę ideo recte de filiabus Aaron dicitur, vtpote patre genita viro Aaronita, & si matre Bethleemitica. Virgo autem ex Anna sorore matris Elisabet nata est, sed ex viro vt dictum est Iuda. Ecce quomodo virgo Dauidica ex familia Iudę cognata fuit, filius matris consobrina ipsi Elisabet: Aaronitidi: & de sacerdotali familia. Natham igitur a quo virgo descendit, non fuit de sacerdotali familia: neꝗ Lucas sacerdotalem describit seriem sed Da-

Faber. uidicam. Neꝗ Matthęus sed Dauidicam, verum hic Regiam: ille non Regiam. Hæc Faber stapul. super caput septimum. Epistolę Pauli ad Hebręos. Cęterum Philo Solomonem filium Dauid & Bethsabee: minimum vocat non maximum quattuor videlicet illorum quos Dauid sustulit ex Bethsabee: cuius tamen positio obstare videtur textui qui habetur. 2.Re.12. Ibi enim immediate post mortem infantis ex adultero concubitu geniti a Dauid ex Bethsabee, sequitur, & consolatus est Dauid Bethsabee vxorem suam: ingressusꝗ ad eam, dormiuit cum ea, quę genuit filium & vocauit nomen eius Solomon. Ecce quomodo Salomon videtur maior natu ꝙ cæteri tres fratres sui vterini iuxta positionem domini Fabri, dicat licet Philo, quod Salomon fuerit minimus inter fratres suos videlicet Simmaa, Sobal & Nathan. Forsan in hoc falsus, quia 1. paral. cap. 3. Sic computantur. In Hierusalem nati sunt ipsi Dauid filij Simmaa & Sobab & Nathan & Salomon, quattuor de Bethsabee filia Amihel. Existimauit enim eodem ordine natos, quo & hic enumerantur, cum iuxta hunc doctorem: Salomon primus fuerit sicut dicit textus. 2.Re.12. Sequens Nathan; tertius Sobab, quartus Simmaa. Siue autem Salomon maior natu sit iuxta veritatem & iuxta Fabrum: siue minimus iuxta Philonem, vtroꝗ modo Nathan habuit ius Achiasar sicut patet intuenti. Ad hęc sciendum quod Matthaeus descendens a patre fidei nostrę retexit generationum seriem. Lucas ordine conuerso. Item Matthaeus ab Abraam ad Christum vsꝗ, Lucas vero

Ioan.1. a Christo vsꝗ ad Deum. Nam per hoc quod dominus Christus descendit ab Abraam iuxta carnem, dedit nobis potestatem filios Dei fieri secundum spiritum: Et quia hæc gratia incipitur in nobis in baptismate; a baptismo cœpit Lucas. Quę quidem gratia quia communis est omnibus qui credunt in nomine Iesu Christi, idcirco tam gentes ante legem ꝙ sub lege in generatione Christi describuntur. Nec illud

vacat

vacat a mysterio iuxta Hieronymum: quod in descriptione Lucæ. 77. generationes reperiuntur. [Hieronym.] Scriptum est enim Genesi. 4. De Lamech septuagies septies. Sicut ergo septima generatione peccatū Cain solutum est, siue dissolutum, non enim vindicabit dominus bis in idipsum. Naum 1. iuxta. 70. Et qui semel recipit mala in vita sua, nō eosdem cruciatus patietur in morte, quos passus est in vita: ita & Lamech peccatum, idest totius mundi atq; sanguis qui effusus est, Christi soluentur aduentu, qui lauit vestimentum suum in sanguine vuę, & torcular calcauit solus, & de eodem rubicundus cælum ascendens: [Esai. 63.] [ps. 23.] iubet tolli portas, quæ a baptismo aperiuntur credentibus, sicut Christo domino baptizato in Iordane. [Matth. 18.] A Denique dictum est Petro, vsq; septu. septies. Nam & quidam putant mortem atq; peccatum in septima generatione sabbatizasse, quando Enoch septimus ab Adam raptus est, & non apparuit. Sicut ergo in Enoch videtur mors reuocata, ita in aduentu Christi, idest in 77. generatione mortis atq; peccati aculeū [Genesi. 5.] dicunt esse confractum. Nam ex eo primum prædicata est pœnitentia in remissionem peccatorum: tum & resurrectio mortuorum, quæ præfiguratur in baptismate, in quo homo cum mergitur, sepelitur: resurgit, cum emergit de fonte. Quod autem numerus septenarius sacratus sit: ex multis locis legis licet colligere. Quod q; dicit euangelista. Iesum agere cœpisse annum trigesimū: cum venit ad baptisma, nō ideo dicit, quod ætas æstimetur apud Deum, Cani enim sunt sensus hominum & ætas matura vita syncera: [Sap. 4.] sed ætas matura electa est aggressuro prædicationis munus, quod adolescentiæ desit autoritas dicente Hieremia. A, A, A. Dñe nescio loqui, quia puer sum, cum mitteretur vt euelleret & plantaret. Reuera autem vir erat, sed sapientia paruulus, vnde dominus missa manu tetigit os eius, & dedit verba quæ loqueretur. Sic Esaię labia mundantur calculo ignito: vt recta possit docere populum: & Ezechiel cibatur volumine legis manu Dei. De quo vide Apoc. cap. 10. senectus autem minus habet ponderis ob [Esai. 6.] [Ezech. 2.] B virium ingenij defectus, ac suspitionem delirationis, quia & iuxta legem sacerdotes ab anno. 50. & deinceps emeriti sunt & feriati a sacerdotali ministerio. Nume. 8. Et vacca rufa quę iubetur immolari: ætatis integræ eligitur, omnis enim Christi actio perfecta fuit, nihilq; in eo puerile, etiam cum esset annorum. 12. [Nume. 19.] Et cum annorum. 15. vel. 20. auspicari potuisset prædicationis officiū: noluit tamen: ne quicq; esset in eo: quod posset probabiliter calumniari. Et ea ætate mittitur Ioannes, similiter & Ezechiel, tempus enim tacendi &c. Eccle. 3. Sequitur. Vt putabatur filius Ioseph. Tandiu autem id creditū est, quamdiu partus virginis gentes latuit. Vnde dominus Iesus semper & vbiq; non filium virginis vocat se (videretur enim insanire) sed filium hominis genere masculino, cū reuera patrem in terra non haberet, nō magis q̄ in cælo matrem: quando sic loquebatur, filius hominis tradetur &c. Luc. 18.

C ¶Septimum caput. De ieiunio Christi quadragenario, & trina tentatione: & recessu diaboli vsq; ad tempus.

IEsus autē plenus spiritu sancto, regressus est a Iordane, & agebatur in spiritu: iuxta Lucam. vel spiritus expulit eum: iuxta Marcum: vel ductus est in desertum: iuxta Matthęum: a spiritu nempe, vt tentaretur a diabolo: iuxta Matthęum: & cum ieiunasset. 40. diebus & noctibus totidem, postea esuriit. Marcus ita. Erat in deserto. 40. diebus & 40. noctibus, & tentabatur a Satana, eratq; cum bestijs. Lucas ita. Agebatur in spiritu in deserto dieb⁹ 40. & tētabatur a diabolo, & nihil manducauit diebus illis. Et consummatis illis, esuriit. Sequitur iuxta Lucam. Dixit autem illi diabolus. Si filius Dei es, dic lapidi huic vt panis fiat. Matthęus ita. Et accedens tētator, dixit ei. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiāt. [Matth. 4.] [Marci. 1.] [Luc. 4.] De con. dis. 5. ca. quadragesima. Marcus ergo nō meminit de ieiunio, nec de trina tētatione. D Matthęus lapides dicit propositos Christo, Lucas vnicū ponit lapidem: & is erat: cuius cor induratum est super adamātem. Iob. 41. Itē Lucas dicit illud, nihil manducauit Christus diebus illis. Matthęus noctium meminit, quod pręterinisit Lucas. Siue autē dicas ductus est a spiritu, siue expulsus est: siue agebatur in spiritu: eadem est sententia: vt a spiritu suo sancto quo plenus erat ageretur in desertū, locum aptum ac congruum certaminis, quandoquidē militia est vita nostra super terrā. Illud igitur principio omnium velim vobis persuadeatis, quod is qui terram momento circumit & perambulat, nullū intentatum relinquit: nullum non mouet lapidem. semper sibi pendet hamus in mari hoc magno, in quo facies hominum sicut pisces maris. Iuxta iter ponit muscipulas suas, id sibi maximum emolumentum captus, si plures charactere suo consignet, si multos in suam nassam concludat. ¶Infernus autem nunquā dicturus est, sufficit, sed escę quas potissimum cetus iste auidissime vorat, electę sunt iuxta prophetam. [Iob. 7.] [Iob. 1.] [ps. 139.] [Prouer. 30.] Quis ergo pręsumat non concussum iri: quando dominus tentatur, siue tentabatur a Satana, forte per omnes. 40. dies iuxta Marcum? Sed nos necessitate tentamur, ille volens. Nos a concupiscentia quę re- [Roman. 7.] E gnat in carne nostra: ille foris tantum tentatus est. Ambro. Frequens nobis sermo est de fugiendo sæculo isto: atq; vtinam q̄ facilis sermo tam cautus & sollicitus effectus. Sępe enim quod studemus euitare: hoc animo cogitamus & volumus, quod cauere difficile est homini, exuere autem impossibile. Denique voti magis eam esse rem q̄ effectus, testatur propheta dicens. Declina cor meum in testi. tua, & non in auaritiam. Sępe enim cogitationes nostrę Protheo mutabiliores alio cor trahunt q̄ tu proposueris. [Ambrosi.] Verum est quod iuxta prouerbium, exercitatio omnia potest. Destinauerat Nero, qui Apollinem cantu, so- [Prouer.] lem aurigando equi parare existimaretur, imitari & Herculis facta, preparatumq; leonem aiunt, quem vel claua vel brachiorum nexibus in amphiteatro spectante populo: nudus elideret. Nam & Imperator Sergius

tor Sergius Galba elephantos funambulos (nouum reuera genus spectaculi) populo in festo Deæ floræ exhibuit: referente Suetonio. Sed adhuc aliquid mirabilius tradit Mucianus ter consul: vnum quendam elephātum & litterarum ductus Græcarum didicisse, solitumq; præscribere eius linguæ verbis, ipse ego hæc scripsi: & spolia celtica dicaui. Picæ adamant verba quæ loquuntur. Nec discunt tantum: sed diligunt meditanteſq; intra semet: Cura atq; cogitatione intention em non occultant. Constat emori victas difficultate verbi: ac nisi subinde eadem audiant: memoria falli, quęrenteſq; mirum in modū exhilarari, si interim audierint id verbum. Quorsum hæc? Dominus Iesus a baptismate, statim in desertum agitur a spiritu sancto: omnes enim qui in Christo pie viuere volunt, persequutiones patientur. 2. Timo. 3. Nam quos fortis armatus quasi sui iuris possidet in pace (vt ipsa videtur) permittuntur viuere: ducere in bonis dies suos, tamen ad diē perditionis seruantur. De quo vide in Daniele capit. 7. ibi. Vidi quod interfecta esset bestia. Ambro. Hic mundus palestra est: locus videlicet pugnæ, adhuc athletæ in stemmate sunt, & tu iam otium petis? In labore inquit hominum impij quare non sunt? Quoniam qui non subscripserint ad coronam, non tenentur ad laborem certaminis. Qui in stadium non descendunt, nō se perfundunt oleo, non oblinunt puluere, vnguentarij spectare solent, non decertare. Item Hieronymus. Delicatus es frater, si & hic vis gaudere cum sæculo, & post regnare cum Christo. Et quādo inquit edidimus nomina nostra Christo? quando subscripsimus ad coronam? Num non meministi quando baptizandus, pollicitus es etiam cum execrationibus abiurare te Satanam & opera eius: & pompas eius? Nec semel aut bis rogatus es de nomine. Quæ videlicet forma & ceremoniæ baptismatis tracta sunt a veteribus militibus. Nulli enim pugnare fas erat, nisi sacramento adactis: nec licebat exauctoratis in aciem descendere. Signabantur punctis; dabant nomina: iurabant se ad omnia ducis imperata presto futuros: & ne mortem pro republica recusaturos. Nam pœna fugientium e prælio decimatio erat vel eorum qui imperium principis detrectarent. Item iuxta Tullium exauctoratio circa munera meritorum premiorumq; ignominia/cum ex ordine mouebantur, aut hordeo pascebantur milites: vel equiti equus adimebatur: vel sanguine minuebantur. Decimationis sane metus ad omnes: pœna ad paucos perueniebat. Premia militantium/coronæ diuersæ, ordinum promotio: cognomentorum insignia: quando pstatuę; torques; pterea es donatiuū militiæ vacatio post annos. 50. insuper & bene meritis ager. Nos aūt oēs euocati militia sumus, velimus: nolim⁹. Quanta igitur quorundam ignauia est, vt dux exercitus Dei viuentis in campo sit, sit in armis, & miles in purpura & in cotidianis epulis. Sed tamen audi vnū militem fidelem domino suo/dolo tamen occisum malo domini sui. Arca Dei & israel & Iuda habitant in papilionibus; & dominus meus Ioab dux exercitus; & serui domini mei super faciem terræ manēt & ego ingrediar domum meam, vt manducem & bibam & dormiam cum vxore mea? Per salutem animę tuę non faciā hanc rē. Vade & tu & fac similiter. Vñ illud Catonis. Vita hūana prope vti ferrū est. Ferrum si exerceas: conteritur; sed elucidatur, si non exerceas, tamen rubigo interficit. Item homines exercendo videmus conteri: oēm n. agēs: repatitur: si nihil exerceas, inertia atq; torpedo plus detrimenti facit q̄ exercitatio. Cum igitur dux præcesserit nos in stadio, state & vos præcincti lumbos mentis vræ/ & accipite panopliam Dei, vt possitis stare aduersus assultus dia boli. Ad hęc Origenes super Exodum. Statim vt renatus fueris, bella tibi ingruere videbis, nam videns Pharao, q̄ per obstetrices perdere non poterat infantes Hebręos, pręcepit publice omne masculinum submergi in flumine. Hoc est quod supra diximus, Satanam nulli parcere ætati vel sexui vel conditioni, lętatur enim cum male fecerit, sciēs quod modicum tempus habet. Venisti inquit ante tempus torquere nos. Attamen iuxta Hilarium in sanctificatis maxime diaboli tentamenta grassantur, quia victoria ei est magis optata de sanctis. Aduertendū autem quod nisi ieiunare cœpisset dominus, tentandi occasio non fuisset diabolo. Fili igitur accedēs ad seruitutem Dei, prępara animam tuam ad tentationem. Quomodo pręparabo? Bene viue, pauidus esto: sta in iustitia & in timore. Ecclesi. 2. Hilarius. Itaq; spiritus sanctus hominem suum iam satanę offert & permittit tentari: & assumendi occasionem dat, quam non nisi datam tentator habuisset. Erat autē diabolo de metu suspicio, non de suspiciōe cognitio. Mouebatur enim. 40. dierum ieiunio, sciebat enim totidem diebus aquas effusas abyssi, exploratam repromissionis terram: Mosi legem a Deo semel & secundo scriptam: annorum quoq; quibus plebs in Eremo vita angelorum habituq; permansit, hunc numerum expletum fuisse. Inter hęc igitur ancipiti animo dubius: talem quæstionem domino proponit, per quam & in Deo ex demutatione lapidum in panes virtutem potestatis agnosceret, & in homine ablectamento cibi patientiam esurientis illuderet. Cum igitur ieiunasset dominus diebus. 40. & c. nullo interim sumpto cibo iuxta Lucam; tandem esuriit. Iudęi ieiunantes, nil comedūt vsq; post solis occasum, aliquo apparente astro. Similiter & Agareni. Christus ieiunus perseuerauit &c. Et requirendum est quid agebat per illos. 40. dies. Annotandum interim quomodo alios satanas aperto Marte: alios ex occultis aggreditur insidijs, alios facie nota, alios assumpta angeli lucis persona. Vnde illud. Ecce ego creaui Fabrum (cuius mille artes) sufflantem in igne: cuius flatus feruere faciet quasi ollam profūdum maris, ita vt Paulus exclamare cogatur, o me infœlicem. Roman. 7. De numero autem quadragenario illud tantum subijciamus: quod est numerus Iubilęi. Siquidem omnes partes eius aliquotę simul sumptę, quinquagenarium constituunt numerum. Eę sunt vnum: duo: quatuor; quinq; octo: decem: viginti: & hę simul sumptę sunt. 50. Accedens igitur tentator &c. Dic vt lapides isti, vel dic lapidi huic vt panis fiat. Si enim iuxta verbum Ioannis Deus potest ex lapidibus excitare filios Abrać: facilius tu qui filius diceris Dei vel agnus Dei: panes ex lapidibus procreabis. Et reuera si id Christus dixisset, lapides obedirent voci eius, at ipse qui lapides serebat, nequaq; dicto Christi paruisset, vt adamantinum

[Margin: Iob. 11. / Ambrosi. / ps. 72 / Here. 12. / Hierony⁹ / 2. Re. 11. / Cato. / Ephesi. 6. / Exod. 1 / Origenes. / Prouerb. 2 / Apoca. 12. / Matth. 8. / Hilarius. / Genesi. 7. / Nume. 13. / Exod. 32 / 2. corin. 11. / Esai. 54. / Iob. 32. / Luc. 3.]

[Margin letters: F / G / H / I / K]

cor

cor deponeret. Si filius Dei es. Ergo diabolus sciebat filium Dei esse venturum, sed quia mutato habitu ingressus fuerat theatrum, voces emittit ambiguas. Accessit tẽtator. Propter hoc enim accepimus arma: non vt desidia torpeamus concharum more. Vnusquisque ensis supra femur. Cantic. cap. 3. Sicut autem dicit Chrysost. tunc maxime nos hostis aggreditur cum solos inuenerit, sicut aggressus est & Euam. Audierat vocem de cęlo allatam, hic est filius meus, audierat Ioannem dicentem, ecce agnũ Dei, videt deinde ipsum esurientem, vnde magno cœpit teneri ambiguo. Cum ergo nec hominem nudum, nec Deum purũ credere potuisset, propter rationes probabiles ad alterutrũ: voces emittit ancipites more pugnãtiũ alibi minãs, alibi vulnus infligens. Et sicut in paradiso finxit quæ nõ erãt, vt quę erant disceret: ita hic nesciens manifeste suscepti hominis ineffabile sacramentum: alia retia tendit, per quę se opinatur absconditum illud secretum posse addiscere. Ambrosi. Fames domini pia fraus est: ne caueat tentare diabolus, & impediatur triumphus. Sequitur. Dic vt lapis panis fiat, quod si fiat, omnipotens agnoscaris. Et vide quod non dixit, si esuris: quod consequens erat, si volebat quod panes faceret ex lapidibus. Ait autẽ si filius Dei es: hoc enim est quod volebat summopere scire. Non clam me est omnes doctores ita exponere verba satanę: vt videatur tentator dominum de gula tentasse: quod mihi certe non probatur: nisi sapere contra omnes desipere sit. Aut enim Satanas credebat dominum Christum esse filium Dei per essentiam, quo posito illud consequens erat: illum peccare non posse vllo peccati genere. Aut putabat hominem tantum: & hoc dato, panes ex lapidibus creare non poterat, idque homo existens quomodo attẽtaret? Quomodo ergo tentatur de gula Deus? Aut si homo est tantum: quomodo tentatur panes non habens: quibus ventrem rugientem placet? Si dicas tertium, quod videlicet dubius iuxta hilarium & Chrysost. imo iuxta veritatem: voces emittit dubias: demus hoc: tamẽ eadem difficultas & idem scrupulus manet. Nam si Deus, scrutatur cor satanæ. Sin homo, lapides non conuertet in panes: sicque de excessu gulæ non offenderet dominũ Deũ. Verum est ergo quod illud summopere inquirebat, vtrum esset homo tantum: vel Deus homo: nam Deum hominem futurum ex verbis Esaiæ sciebat, vocabitur nomen eius Emanuel. Certe si esurienti domino pauum aut gallinam & bellaria panesque ex simila confectos obtulisset & quadragenarium vinum, merito diceretur tentatum fuisse dominum de vicio & excessu gulæ: nunc autem lapides offerens, quomodo tentauerit non video. Illud autem mirandũ, cum ieiunãtem videt, hominem credidit, cum esurit: Deum suspicatur: cum oppositum debuerit arbitrari. Nam esurire hominis est: tot autẽ diebus a cibo & potu abstinere: potestatis Dei est, natura enim hominum id non fert. Iuxta Plinium septem diebus potest homo viuere ieiunus omnino: nec amplius. Milites Iulij Cæsaris famem & cæteras necessitates tantopere tolerabant: vt Pompeius viso genere panis ex herba (quo sustentabantur) cum feris sibi rem esse dixit, amouerique ocyus, nec cuiquam ostendi iussit: ne patientia & pertinatia hostis animi suorum frangerentur. Legimus & in Daniele tres illos beatos pueros simul cum ipso propheta quibus constitutus erat cibus de mensa regia: dixisse ad Malassar cui curam eorum demandauerat Rex, Tenta nos diebus decem, & dentur nobis legumina ad vescendum & aqua ad bibendum, & contemplare vultus nostros: & puerorum qui vescuntur cibo regio: & sicut videris facies cũ seruis tuis. Sequitur. His pueris dedit Deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia decuplũ super omnes ariolos & magos, qui erant in vniuerso regno eius. Venter enim pinguis non gignit intellectum subtilem. Verum si lapides sitibetæ vel oleta insipida sunt, immisso desuper in olla farinæ pugillo, dulcia fient. Et si aqua insulsa est & pessima ad potum, immisso sale sanabitur: immisso ligno crucis indulcabitur. Exod. 15. ¶ Lignum autem illud quod aquas sanauit iuxta Hebræos, herum erat dumus alioqui pestifer. Cæterum iuxta Senecam venter bene moratus & inediæ patiens, æstimari non potest. Sed quis hic venter? Nempe omnes auribus carent, & maxime vacui. Ad hæc Origenes. Sollicite prouidendum est, ne diaboli lapidem comedentes, putemus pane vesci Dei. Alioqui quę erat tentatio, de lapide panem fieri, & a saluatore comedi? Fingamus enim quod diabolo proponente: dominus lapidẽ in panem verterit: & id quod virtute sua ipse fecerat comederit, & saciauerit esuriem, quę nam esset ista tẽtatio? Quę victoria? verum quoniam scriptum est, ipsum videlicet semen mulieris conteret caput suum: caput autem serpentis suggestio est ad malum: sequitur. Respondens autem Iesus dixit ei. Nõ in solo pane viuet homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Græce victurus est, ζήσεται. Hebraice ichie, si quis ergo non vescitur verbo Dei, mortuus est: nomẽ licet habeat viuentis. Vnde vox illa cadauerum potius aut porcorum quam hominum ratione vtentium, Sedebamus super super ollas carnium, & porrorum more pedes interdum immittebamus in cacabum: & rostrum simul. Et tamen cur interim silentio premunt flagella quibus cædebantur: & fornacem ferream & paleas & lateres & seruitutem durissimam: & pensum quod soluebant cotidie? Istę enim sunt lactucę agrestes & amarę, quibus cum iubentur suum pascha celebrare. Exod. 12. Verum iuxta S. Augustinum, Eua non propter gallinam egerat de loco delitiarum, nec Esau pro bellarijs aut placentis: sed pro lentibus primogenita vendidit. Illudque mirabile de Iudæis, nauseabant mannam suspirabant cepe & allia scarabæi enim erant, qui pastillis e stercore confectis summe saginantur: & iuxta Prouerbiũ, similes habent labra lactucas. Quidam Epicuri discipulus optabat dari sibi collum ciconiæ lõgiorem, quo diutius saporibus delectaretur. Verum non ex solo pane victurus est homo. August. Num impossibile erat dño de lapidibus panes facere, qui feminam in statuam salis conuerterit? quare non fecit? vt te doceret respõdere tẽtatori. Vt si satan dicat tibi: si Christianus esses & ad Christum pertineres, desereret te modo, & non mitteret tibi panem [illegible]. Quomõ ergo tu derelictus es? Verum inquit scriptura: Sed non in solo de pane victurus est homo. Forte erant panes quinque in manibus domini: & qui potuit illos multipli-

cat

Marginal notes: 3. Re. vlt. — Genesi. 3. — Luc. 3. — Ioan. 1. — Genesi. 3. — Chrysost. — Esai. 7. — Plinius. — S. Tranq. — 4. Re. 4. & secundo — Seneca. — Origenes. — Genesi. 3. — Ichete. — Apoc. 3. — Nume. 11. — Exod. 5. — Augusti. — Gene. 3. & — Nume. 11. — Prouerb. — Augusti. — Gene. 19. — 3. Re. 17.

Side letters: A — B — C — D — E

care potuit lapides in panes vertere. Verum non in solo pane. Loquitur autẽ Moses. Deuter. 8. ad literam de mannate. Afflixit te dominus penuria, & dedit tibi cibũ quod ignorabas tu & patres tui vt ostẽderet tibi, quod non in solo pane viuit Adam, sed in omni verbo, quod progreditur de ore domini. Estq; sensus iuxta Abulensem, quod non est necessarius panis ad tuendam vitam, quasi nõ possit dominus aliunde pascere pullos coruorum ad se clamantes (ps. 146) Panem nostrum da nobis hodie, imo de omni verbo Dei, hoc est de quacunq; re quam ei administret Deus, etiam si sint lapides, manu tamen Dei oblati: pascetur ex eis homo sicut ex mannate, sicut ex simila, vel ex tragematibus, & frumenti adipe. Mãna panis non erat, sed per verbum Dei fiebat quæcunq; comedere voluissent, siue ouis siue piscem. &c. Cæterum Moses ex colloquio angelico pastus semel & secundo, ieiunus perstitit totos. 40. dies. Exo. 32. Si id potest verbum vnius angeli: facilius poterit idem sermo Dei. Nec enim Moses nisi ieiunus legẽ accipere meruit, quam populus ructans anteq; acciperet fregit dicens. Isti sunt Dij tui Israel. Exod. 32. Mose enim conscendente montem, mora illius ab initio fuit suspecta. Inde desiderium ingens absentis ducis animos Iudæorum incessit, qui cum nusq; appareret: varia de eo orta est suspitio. Montem conscendere non licebat impune. Multi eum cælo assumptum crediderunt (Enoch memores), alij feræ alicuius incursu laniatum. Sed in varia suspitione nemo erat: qui non eum pro extincto haberet. Vnde dicunt: fac nobis Deos &c. Et iuxta Hieronymum, paradisus sine ieiunio non potuit consecrari. quamprimum enim comederunt parentes nostri, eiecti sunt: imo statim operuerunt pudenda sua. Obserua autem quod Christus per illos quadraginta dies afflictus est quidem, sed non tantũ quantũ consequens erat affligi ex quadragenario ieiunio. Suspendit autem appetitũ naturalem ab effectu esuriendi, sicut ignem in fornace Babylonio. Nec est intelligendum quod tentator illa tantum verba dixerit, si filius Dei es, sed quod multis verbis compositis, necessitate panis ad vtriusq; sustentationem allegata; suadendo intulerit, tu igitur si filius Dei es &c. Tunc assumpsit illum diabolus in sanctam ciuitatem Hierusalem: iuxta Matthæum: Lucas autem duxit illum dicit & statuit eum supra pinnam vel pinnaculũ templi: & dixit ei. si filius Dei es: mitte te deorsum. scriptum est enim quod angelis suis mandauit de te: Lucas: vt conseruent te: Matthæus & Lucas: & in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Hanc secũdam tentationem Lucas tertio loco ponit, ex quo manifeste patet euangelistas non semper seruare ordinem historiæ. Verum iuxta Fabrum venerabilem, in peruetustis exemplaribus inuenitur idem ordo in Matthæo & Luca harum trium tentationum. Quod dicit: assumpsit eũ: & Lucas: duxit illũ: Græce est παραλαμβάνει paralãbanei: assumit: hoc est comitẽ abducit dñm Christũ: vel tenens manum eius, vel imponens in humeris: sed primum verius. Augustin. Quæritur propter hunc locum, quomodo licuerit maligno spiritui, excitare animã Samuelis: & tanq; de abditis mortuorum receptaculis reuocare. Quod si hoc ex Matthæo nõ ideo nos perturbaret: quia dominus voluit, aut permisit nulla diminutione suæ potestatis id fieri, sicut ab ipsis diaboli membris vinciri & crucifigi, non est absurdum credere, ex aliqua dispensatione diuinæ voluntatis permissum fuisse, vt non inuitus, nec dominante aut subiugante magica potentia, sed volens atq; obtemperans occultæ dispensationi Dei, quæ Pythonissam illam & Saulem latebat, consentiret spiritus prophetæ sancti se ostendi aspectui regis, diuina cum sententia percussurus. Nam & viui plerũq; boni ad malos veniunt & agunt cum eis: quod officium postulat æquitatis. Quanq; in hoc facto potest esse facilior exitus: vt non vere spiritum Samuelis excitatum a requie sua credamus: sed aliquod phantasma & imaginariam visionem, diaboli machinationibus factam, quã propterea scriptura nomine Samuelis appellat: quia solẽt imagines rerum earum nominibus appellari: quarum imagines sunt: sicut videre est in depictis vel fusis imaginibus, vel inter dormiendum visis. Quod si illud mouet quomodo dæmones potuerunt vera dicere hic: illud magis mirandum, quomodo dæmones agnouerunt Christum, quem Iudæi non agnouerunt. Tamen id anunciant hominibus quod audiunt ab angelis. Nisi forte Deus iudex iustus & ipsis dæmonibus aliquid diuinitatis impartiatur. Vide in actis cap. 16. Miscent tamen isti fallacias suas, & verum quod nosse potuerunt: non docendi magis q; decipiendi fine prænuntiant. Et forte hoc est: quod cum illa imago Samuelis Saulem prædiceret moriturum: dixit etiam secum futurum: quod vtiq; falsum est. Magno quippe interuallo separari bonos a malis, in Luca legimus cap. 16. Hanc posteriorem expositionem tenet Augustinus. Dicit autem hoc loco Abulensis, quod si satanas cognouisset Christum, ipsum viribus & posse tueretur: & multo melius q; Antichristum & patet quamobrem. Et infert: quod autem satanas dominum assumpsit vel duxit: id non necessitate fecit, quippe qui vno digito tangens portare poterat, sicut angelus prophetam Habacuc. Nec tentaret Christum portare, nisi multos alios ante sustulisset. Dicit de fœminis strigis vel lamijs quæ noctu portantur, quod verum est, nec oportet inquit de hoc controuersiam facere. Assumpsit eum diabolus. Vere ergo & non imaginarie homines & fœminæ sæpe sæpius volentes vel etiam inuiti (sed hoc rarius) portantur a dæmonibus per diuersa loca. Nec in hoc obstat illud. 26. q. 5. episcopi. Decretum tamen illud prohibet Credere: quod Diana sit Dea vel Herodias, cum sint dæmones. Similiter falsum est quod portantur per aera in iumentis, quia iumenta non possunt volare: sed sunt spiritus nequam. Similiter falsum est dicere: quod fœminæ hæ vocarentur singulis noctibus ad obsequium Dianæ Deæ gentium: & quod obsequerentur ei tanq; dominæ, quia hoc non est in potestate dæmonum: homines ad ista trahere: nisi ipsi sponte cum dæmonibus pacta & fœdera ineant. Quod si homines aliquoties inuiti trahantur a dæmonibus: id rarum est, & propter speciales causas ignotas nobis. Malefica quædam sepulta in Anglia a dæmonibus exhumatur: & equo imposita abducitur quo nolebat reuera: cantantibus sacerdotibus Requiem æternam, sed voces dæmonum per quatuor ferme miliaria

Marginal notes: Abulẽs. — M. Sabel. — Exod. 19 — Gene. 5. — Hierony. — Caietan. — L. q. 23. Augustin. — Math. 4. — Dæmones — Abulensis

Side letters: F — G — H — I — K

me milliaria audiebantur. Historia est vera. Statuit igitur eum supra pinaculum tẽpli. Ideo enim Amã procurante satana/exaltatus est apud Artaxerxem, vt altius exaltatus profundius rueret. E ligno videlicet. 50. cubitorum. Et qui exaltauit Absalonem idolum abominationis in regali solio, deiecto parente viro iuxta cor Dei: ipse eum imposuit mulo, vt appẽderet e quercu. Diabolus Christum conspicuum facere volebat omnibus: Christus autem Satana nesciente: sic agebat: vt a nemine videretur. Chrysosto. Sciendum aũt quod templi altitudo. 120. cubitorum erat, 2. para. 3. Hęc altitudo in tres partes diuisa erat hoc est tristega erat intus, & tribus tabulatis circundabatur foris, quę vocantur hic pinnacula. in quo au

A tem horũ trium collocauerit vel statuerit dominum Christum mihi diuinare non licet. Verisimile est q̃ in altissimo: quo magis conspicuus fieret populo. Imo vt de altiori praecepš ruens, insanabili ruina corrueret/ imo pinaculum nil aliud est q̃ summa aedificij altitudo. Et inquit, Si filius Dei es. ¶ Quam procax impudentia: & caeca ignorantia. Si Dei filius est: quomodo corruere potest, qui omnia portat verbo potentiae suae. Aut quomodo doces filium Dei de testimonio scripturae, quam ipse dictauit, quo autore propheta eam cecinit? Sed quid tam proprium satanę: q̃ inuitare ad ruinam? Nimirum ipse non e pinna templi, sed e sublimi caelorum praeceps corruit. Chrysost. Sed quomodo poterat per hanc propositionem agnoscere vtrum esset filius Dei/an non? Volare per aera non est proprie opus Dei: quia nulli vtile: alio qui & angeli non raro in assumptis corporibus volasse leguntur. Esto autem quod mãdauerit Deus angelis de nobis vt seruent nos, Num & illud mandauit, vt praecipitemus nos/hac videlicet fiducia: quod angelis de nobis mandatum est, petauristarum fungentes officio? Aut quomodo mandauit Deus pater de filio suo angelis: qui sedet super cherubim: currus Dei multiplex millia laetantiũ? Nec tamen pro hoc in ius vocandus est Satan: quod praue scripturas interpretetur, quas nec a limine salutauit: sed quod praua & peruersa intentione. Bene ergo dicit Paulus, quod satanas transfigurat se in angelum lucis: proferens testimonia ex lege. Caeterum serpens iste sapientior cunctis bestijs: tacuit ex testimonio scripturę id quod illum signanter notabat, super aspidem & basiliscum ambulabis &c. Huius doctoris discipuli erãt quorum vox est, secundum legem nostram debet mori quia filium Dei se fecit. Sed nos Goliath istũ spiritu suo (vt dicitur) gladio iugulemus, & ostendamus quod reuera angelis suis Deus de nobis mandauit &c. Nam Tobię requirenti ducem itineris filio suo: Raphael se obtulit paratum, qui filium duxit & reduxit, cumq; a pisce qui eum inuasit custodiuit. Piscis autem iste de quo Iob cap. 41. Ipse est Leo, ipse & Draco, ipse Basiliscus, ipse & aspis, ipse cetus & Behemoth: ipse est lapis: qui vbiq; scãdalo nobis est. Deniq; angelus daemonem alligauit: ne occideret Tobiam qui vxorem duxerat: sicut fecerat septem viris eiusdem puellae. Aptauit vxorem Tobiae iuniori: argentum recepit: patrem huius illuminauit: felle illitis oculis senis. Deniq; orationes eorum obtulit in conspectu Dei: quoniã angelis suis (qui cotidie terunt scalam Iacob) mandauit Deus de nobis vt seruent nos. Caeterum quod dicit: Mitte te: ostendit q̃ neminem compellit vel impellit, nisi forte aliquem Iudam vel Achitopelem. **Ait illi Iesus rursus. Scriptum est. Non tentabis dominum Deum tuum.** 2. q. 5. In summa & cap. Monomia. 22. q. 2. quaeritur. Hinc est quod Paulus vas electissimum fugit, submissus in sporta. Et Abraam iuxta Augustinum/dixit de vxore, quod soror sua esset, nam si diceret vxor est: vitam suam & vxoris castitatem exponeret. Quia & si omnia possibilia sint Deo, nihil tamen in tentationem eius audendum est. Falsas igitur de scripturis diaboli sagittas veris scripturarum frangit clypeis inquit Hieronymus. Ad haec Augustinus. Contra faustum. pertinet autem ad sanam doctrinam: quando habet homo quid faciat, nõ tẽtare dominum: sed cum Mineruа ipse quoq; manum admoueat. Idem. Requiritur satie a multis, quare Deus tentari permisit parentes nostros: quos praeuidebat victũ iri? Imo quare non vicit Adã: persuasus ab vxore in paradiso, sicut Iob vicit in stercore? Cuius verba sunt, quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Sed Ioseph vicit in seruitute/ Dauid vincitur rex & in purpura: & quod magis mireris a nullo persuasus: sed foemina etiam nesciens: de illo triumphat, qui triumphauerat de Goliath spurio: qui leonem occiderat item & vrsum: & octingentos impetu vno. Ioseph aũt seruus: sed animo liber: non semel aut bis suasus est: sed per singulos dies Leena molesta erat adolescenti: nec tamen persuasus est seruus hic fidelis & prudens: dicens cum Susanna. Dan. 13. Angustię sunt mihi vndiq;. Sed pręponenda est bonae famę conscientia honesta. Et Petrus negat in atrio, latro confitetur in cruce. Dicit ergo Augustin. Non esset laudabile: si propterea homo bene viueret: nulli iniurius esset, quia nullus ei male viuere suaderet, cum & in natura posse: & in potestate haberet velle non consentire, gratia Dei comite. Dices. Si Deus vellet, isti boni essent. Esto. Sed melius voluit vt quod vellent essent. Sed quoniam iuxta apostolum diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum (peccatori autem dicitur: nihil habebis prosperum) permisit vt tentaretur: quia iuxta eundem Augustinum/nemo sibi innotescit, nisi tentatus. Homo quidam illudere volẽs prę scientię Dei: ingressus Iouis templum, passerem sub pallio viuum portabat: & inquit. O Iupiter num viuum porto an mortuum? Vt si quidem oraculum responderet/mortuũ

E viuum ostenderet passerculum. Sin responsum esset: viuum portas: ille contorto capite: mortuum ostenderet. Responsum est autem. apportas quod vis, sic imponere volens: apprehensus est in astutia sua. Itidem & nos. Si vincere voluerimus, dominus conteret satanam sub pedibus nostris: sin secus: qui facit peccatum seruus est peccati. Vnde illud. Commouisti me aduersus Iob: vt affligerem eum frustra. Quid est commouisti me? Quid & frustra? Nũ dominus persuasus est verbis satanae, vt traderet S. Iob potestati suę? Non igitur tradidit eum dominus ad libitum istius malleatoris, sed ad probationem adamantis sui permissus est percuti semel atq; iterum & tertio: donec indomabilis repertus est. Et inquit dominus: iam contumeli exhaustum est, & meus athleta inuulnerabilis apparuit. Frustra igitur Iob afflictus est/videlicet

Marginal notes: Heb. 1. — ps. 90. — Luc. 10. — Chrysost. — ps. 90. — ps. 67 — 2. corin. 11. — Gene. 3. — ps. 90 — Ioan. 19 — Tobię. 5. — Tobię. 8. — totum. — Genes. 28. — 2. Reg. 17. — Actu. 9. — Gene. 12 — Augusti. — Iob. 2. — Genes. 39. — 2. Re. 11. — 1. Re. 17. — 2. Re. 23. — Genes. 39. — Augusti. — Roman. 8 — Idem. — Rom. 16 — Ioan. 8. — Iob. 2. — Iob.

delicet quantum ad intentionem satanæ, non enim consecutus est quod votis exoptabat. Quid illud? vt in faciem benediceret Deum, vel iuxta quod dixit ei vxor sua, benedic Deo & morere: hoc est abnega Dei prouidentiam in hoc mundo. Non tamen frustra percussus est ad intentionem Dei, nam postquam probatus est, & inuentus est fidelis athleta: omnia ablata induplo aucta recepit. Sic Abraam postquam tentatus est: vnicum secum reduxit. Genes. 22. Accepit autem & arietem qui iuxta mysterium tollit peccatum mundi. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: iuxta Matthæum nam Lucas non meminit de monte. Et ostendit ei omnia regna orbis terre, & gloriam eorum Lucas. in momento temporis & ait illi. Lucas. Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam eorum: quia mihi tradita sunt: & cui volo: do illa. Tu ergo prostratus, si adoraueris coram me. vel si cadens adoraueris me: iuxta Matthæum: erunt tua omnia: iuxta Lucam, In momento. De quo vide Esai. 40. Ibi omnes gentes. Ambr. Bene igitur in momento omnia ei ostendit, quia diu stare non possunt: & qui ea sequuntur, in monte sibi stare videtur sed non sunt perpetui. Vidi impiũ eleuatũ sicut cedros Dei: & transiui rursus & non erat. ps. 36. Quare nõ erat? Detracta erat momẽto ad inferos superbia sua &c. Esa. 14. Dicit autem August. 11. de ciuitat. Dei cap. 5. quod Lucifer fuit qui dixit, omnia tibi dabo, & eundẽ dicit esse principẽ ciuitatis terrenæ: quã Lucifer ostendit dicens, omnia mihi tradita sunt. Ad hæc Ambro. Omnis ergo honor qui sæpe prius abijt quam veniat (accipe exemplum Adoniæ, 3. Reg. 1.) diaboli negotium est. Ipse enim iubet congregari omnes gentes ad dedicationem statuæ aureæ in campo dura. Et qui aurum non adorauerit imo qui satanam non adorauerit, non accipiet, hac enim conditione donat omnibus: qua donat & Christum honore sæculi. Imo quicunque non adorauerit, mittetur in fornacem: quę septuplum solito accensa est. Vixque reperiuntur tres vel quattuor qui dicant/Deos tuos non colimus: nec aurum tuum adoramus. Porro Satanas iam ex multis expertus fuerat, nihil esse tam impium ac nefarium quod principatus causa homines non auderent, (memento Abimelech & Absalon) nullum esse inexpugnabile castrum, si illo conscendere posset asinus auro onustus. Roganti enim cuidam oraculum: quomodo pugnaret vt expugnaret: lanceis responsum est argenteis. Itaque assumptum dominum a pinaculo: in montem editiorem statuit: vnde late patebant (confuse tamen) regna mundi: digito ob oculos illi ponens chaldęorum regnum: Mędorũ: Persarum: Syrorum: Scytharum: Aethiopum: Aegyptiorum: Rumanum imperium: Hispanũ: Gallias Indiam superiorem & inferiorem &c. Hæc autem omnia quoniam ipse habet innumerato; quippe qui cotidie ea circuniit & perambulat: in momento temporis ostendit domino, subijciẽs illud impietatis plenum & blasphemiæ. Tibi dabo (o impudentissimum mendatium) potestatem hanc & gloriam fugacẽ (Vide Dani. cap. 11. Ibi terram gratuito. Et Apoc. cap. 13.) & veluti lanugo quę a vento tollitur. Sap. 5. De quo vide Dani. cap. 2. Et ea est potestas eius: qui nec porcos ingredi potest, nisi permissus. Math. 8. Verum hic est qui parentibus nostris montes promisit aureos; eritis sicut Dij scientis bonum & malum. At non raro princeps iste dat suis verba similia cupresso, & tandem laqueum mandat. ¶ Non tamẽ miseris, pater est mendatij. Ioan. 8. Hieronymus. Arrogans igitur & superbus de iactantia loquitur: non quod in toto mundo habeat potestatem/vocetur licet princeps mundi: cum sciamus plerosque sanctos viros a Deo Reges factos sicut Dauid, Iosaphat, Ezechiam, Iosiam. Chrysost. Diabolus igitur non omnia sed ea quæ per furtum aut per periuria acquiruntur, vsuramue aut rapinam, vel simoniam & fraudes mille hęc dat, Nec omnibus dat, sed ijs qui volunt ab illo recipere. Porro qui accipiunt, simul & in terra proni adorant eum, & accipiunt characterem eius in manu vel in fronte vel saltem in corde. Itaque si qua ei tradita sunt, non cui vult dat, quia semper ea improbis/rapacibus / tyrannis & huiusmodi pestibus daret, nam si bonis daret, luderet operas suas, Ita si semper malis daret, sublata erat de terra omnis prouidẽtia. de quo vide Danie. 7. Hęc inquit omnia. Theophyl. In sensibili forma ei apparens. Sensibiliter ei mõstrauit in monte omnia regna, ante oculos ea apparere faciens, mundum quasi suus proprius esset proponens præ superbia. Sed vide stultitiam sycophantę huius. Si omnia vni daturus est, ergo vt vnum ditet, omnes dimittas esurientes & inanes Verum inquit, sed vnus hic pro decies centenis millibus computatur. Illud tamen ex hoc loco colligimus: Satanam nisi vni auferat, non habet vnde alterius inopiam faciet. Non ergo mireris si Paulus de carnis incentiuo tentatur iuxta Athanasium, & Petrus de fide: Ezechias de iactantia. Esa. 39. Dauid de superbia, quando populum numerari iussit. 2. Reg. 24. Quandoquidẽ dominus de omniũ grauissima tentatione pulsatur, videlicet idololatria. Origenes. Ostendit igitur ei omnia regna in puncto (est autẽ horæ pars. 4. momentum vero quadragesima) quomodo videlicet alij regnantur a superbia, alij a concupiscentia oculorum, alij a concupiscentia carnis, alij populari rapiantur cura. Et reuera si infœlicitatem nostram volumus confiteri, pene totius mundi rex diabolus est, grex aũt eius o Christe perpusillus admodum: & vix habes in quolibet regno duos vel tres vbi caput reclines, duos dixi respectu eorum qui sequuntur enim qui habet potestatem tollendi pacem de terra, Ostendit autem omnia in momento. Sicut enim terra ad cęlum punctus est, & sicut punctus ad circulum, ita gloria sæculi huius ad æternitatem relata punctum est, cuius pars non est, & in hoc puncto ducunt ciues sæculi in bonis dies suos, in æternitate autem apud inferos victuri sunt, nec tamen descendet cum eis gloria domus suę ps. 48. ¶ Verum satanas qui terram iubetur manducare totam vitam, quid aliud quam terrena dare potest? Si tamen potest. Intellige autem illud, quod annotauit Origenes, quomodo propositum satanę est, a minoribus incipere, & ad deteriora pertrahere. Primum de gula tentat, nouissime de idololatria. Ita habes & in Iob, sublato peculio, filijs: & sanitate, quod reliquum est inquit, blasphema Deum, & morere. Verum non vxor erat quæ loquebatur; sed is qui locutus est per os Cayphæ dicens; blasphemauit

Marginal notes: Iob. 42. — Ambrosi. — Augusti. — Daniel. 3. — Iudi. 9. — Hierony. — Ioan. 14 — Chrysost. — Apoca. 13. — Theoph. — 2. corin. 12. — Origenes. — 1. Ioan. 2 — Luc. 12. — Matth. 8. — Apoc. 6 — Iob. 21. — Genesi. 3. — Origenes. — Iob. 2.

Section letters: F — G — H — I — K

mauit, audistis blasphemiam? Sicut enim nemo potest dicere dominum Iesum nisi in spiritu sancto: sic nemo potest blasphemare nisi in spiritu satanæ, qui operatur in filijs incredulitatis & diffidentiæ. ¶ Prostratus igitur/agnosce habere te superiorem/me qui sum princeps sæculi: & tua sint hæc omnia. **Respõdit Iesus. Abi Satana. Scriptum est enim. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.** Quod dixit vade: Græce est ὕπαγε hypage, idest abi: non enim mittit eum alíquo: sed iubet: vt discedat: sicut fluit cera a facie ignis. Quod Græce additum est/soli, idest μόνῳ monos: Hebræi expressere per articulum/& dicens: & iehoua eloheca tira. Ve oto thahabo. Vt intelligamus: nullum præterea adorandum: ac nulli præterea seruiendum. Verum Hieronymus pro adorabis/ timebis transtulit. Deut. cap. 6. Quoniam qui adorat: reueretur ac timet quem adorat. Quæ autem hoc loco disputantur a multis de latria & dulia: quæq; iam vbiq; terrarum pro oraculis habentur Apollinis alij viderint. Illud tamen persuasum sibi velim, non esse verum vsq; quaq;: vt quoties seruitus Dei dicitur: ponatur verbũ latreuo. Nã vt de multis tria loca ponã/in ps. 99. iubilate Deo omnis terra, vbi dicitur, seruite domino in lętitia: Gręce est δουλεύσατε, i. duleusate. Itẽ in ps. 101. vbi legimus: & reges vt seruiant domino, Gręce est: βασιλεῖς δουλεύειν τῷ κυρίῳ idest basilis duleuin to Kyrio. Itẽ ad Rom. ca. 12. Domino seruientes: Gręce est δουλεύοντες, idest duleuontes. Verum est tamen quod in explicanda seruitute hominum semper ponitur verbum duleuo: nunq; aũt latreuo/nisi vno aut altero loco. vide. 70. Interpretes cap. 29 Nume. Ibi: omne opus seruile. Et notate illum textum. In seruitute autem Dei vtrunq; verbum ponitur licet frequentius latreuo q̃ duleuo. Verum nos alio properamus: & sufficit nobis præbuisse alijs ansam inquirendi: cuius ponderis sint & an in scriptura fundentur. quæ dicũtur de latria: dulia: hyperdulia. Deminua itaq; Iesus qui hactenus contumeliam suam moderate tulit: (nimirum qui crucifigẽdus erat a mẽbris: permiserat se circumferri huc atq; illuc a capite) patris iniuriam non tulit: sed abi inquit o aduersarie: abi in abyssum qui paratus est tibi & angelis tuis, vbi est regnum tuum, vbi videlicet nullus ordo: sed æternus horror & nox profunda: & tenebræ palpabiles. Scriptum est enim: dominum Deum tuum adorabis &c. Ita impletum est illud: ipsum conteret caput tuum: tu autẽ calcaneo eius insidiaberis. Calcaneus extrema pars pedis est. Et dominus post quadraginta dierum ieiunium tentatus est: sed tertio illi? iam victor dolositatis, exclamat: abi in abyssum Satan. Sed quod Lucas infert: **Consummata omni tentatione: recessit diabolus ab eo vsq; ad tempus,** duo nobis insinuat: primum illud est quod quando secundo reuertetur, non verbis aggredietur tantum sed subijciet vtrunq; humerum vt funditus euertat domum Iob (expugnabam illam inquit Saulus): suadebit enim & persuadebit principib? sacerdotum, summe id expedire: vt q̃ primum Iesus tollatur e medio, & tunc ipse eijcietur foras: hoc est alligabitur per annos mille. Datur autem & illud intelligi, quod hydra hæc quantumcunq; amputatis capitibus mutilemus: immortalis est, semper suppullulat, noua contra nos excitando bella, sed tu esto vigilans: quia illa semper ad fores animę excubias agit. Omni inquit Lucas tentatione consummata: q̃ scriptura non diceret inquit Amb./nisi in his tribus esset seminarium omnium viciorum. Vides & illud: diabolum non esse instando pertinacem, cedere veræ solere virtuti. Et si inuidere non desinat, tamen instare formidat, quia frequentius refugit triumphari. Recessit igitur ad tempus. Augusti. super ps. 50. Recessit tanq̃ rediturus & tentaturus ianuam timoris in morte eius, quia clausam inuenerat ianuam cupiditatis in trina tentatione. Terret ergo passione hominem, quem per concupiscentiam nõ potest deijcere vel a ieiunio in gulam vel e pina in desperationem, vel de paupertate in superbiam spiritus. Chrysost. Quod reliquit eum diabolus: ad nostram proficit consolationem, quia non tam diu homines Dei diabolus tentat, quamdiu vult: sed quamdiu Christus permittit, permittit autem vsq; percutere carnem Iob vlcere pessimo quattuor quinq; vel sex menses. Exaltauit Artaxerxes Aman (sed malo suo) & posuit solium eius super omnes principes quos habebat, vt videlicet ruina eius notior esset: quod rei exitus docuit. Cunctiq; serui Regis qui in foribus palatij versabantur flectebant genua & adorabant Aman, præter vnum Mardochęum, etiam si non semel suasus est a conseruis. Verum ille scriptum norat dominum Deum tuum adorabis, nullumque posse duobus dominis seruire. ¶ Id q̃ primũ resciuit Aman & experimento didicit, iratus est valde: & pro nihilo duxit in vnum Mardochæum manum mittere: magisq; voluit (sciebat enim Iudęum esse natione) omnem gentem Iudæorum funditus extirpare de regno Artaxerxis. Et infra. Cum vidisset Mardochęum sedentem ad fores palatij, & non solum non assurrexisse sibi, sed nec motum quidem loco: indignatus est valde: & dissimulata ira, reuersus domum, conuocatis amicis & vxore: exposuit illis magnitudinem diuitiarum (hęc inquit omnia mihi tradita sunt) filiorumq; turbam, & quanta cum gloria super omnes principes Rex exaltasset: & quomodo eum Regina ad prandium inuitasset. Et cum hęc omnia habeam, nihil me habere puto: quãdiu videro dominum Iesum nec adorantem, nec mihi assurgentem: nec saltem respicientem. Ad hęc amici, Ex quo iste solus detrectat Imperium tuum, dona tua dat pessum: iube parari excelsam crucem, in qua pendebis malo toti? posteritatis tuę. Et hic finis Aman, qui pro nihilo ducebat in vnum Iudęum mittere manum: sed detracta est ad inferos tanta superbia. Quid est autem quod dicit Marcus/ **Erat cum bestijs per hos. 40. dies?** Erat in deserto inter bestias, sicut Noe intra arcam, sicut pater inter filios, dans eis demensum cibum in tempore. Per facile est autem ostendere homines quosdam virulentiores esse multis bestijs, habent enim triplicem ordinem dentium, sicut nouacula acuta facientes dolum. Nam Daniel securior erat inter leones septem, diebus sex: quã inter homines quorum dentes sagittæ sunt & gladius acutus. ps. 56. Has igitur viperas & aspides surdas fugiens dominus: interim cum bestijs versabatur, quia & de bobus cura est Deo. **Et ecce angeli accesserunt & ministrabant ei.** Vt in altero misericordiæ insigne

in altero

Margin: Matth. 26. | 1 corin. 12. | Ephes. 2 | Hierony. | Gene. 3. | Galata. 1. | Ioan. 12. | Apoca. 12. | Gene. 3. | Ambro | Augusti?. | Chrysost. | Iob. 1. 2. | Ester. 3. | Historia. | Matth. 6. | Esai. 14. | Gene. 6 | Matth. 24 | Daniel. 7. | ps. 51. | Dani. 15 | Marc. 1

12.q.1.cap. Exemplū. 1.pꝫ.17.

in altero diuinę inditium potestatis agnoscamus. Quęritur autē in quibus ministrabant ei angeli? vtrū ad sanationes infirmorum, an ad correctiones animarum, an ad effugatiões dęmonum, quę omnia per angelos facit, omnes enim sunt administratores salutis nostræ. Fuerant enim spectatores pugnæ, sicut olim Iudæi hinc: palestini inde, cum iniret duellum Dauid cum Goliath spurio: tandem䷀ fugato aduersario: accesserunt ad gratulatur: eidē de adepta victoria, & ministrabant duci suo in cibo & potu. Dicit hoc loco Abulen, quod cum toto hoc tempore tentationum triū esuriret dominus. infra.6. horarum spacium conclusum est. quod si hora sexta dominus esurire cœpit: hora vndecima potuerunt angeli attulisse ei bonum prandium e ciuitate Galilęę, a domo videlicet paterna, sicut olim angelus attulit Danieli qui erat in Babylone intra lacum: a Iudæa momento temporis. Dominus autem Iesus postq̄ venit a Nazareth ad Iordanem: non repetijt patriam suam: vnde totos hos quadraginta dies parentes latuit: cum esset in deserto secus Hierusalem: illi autem in ciuitate Galilęæ Nazareth videlicet. Allato igitur prandio ab vno aliquo angelorum: Cæteri accesserunt: vt victoris dignitas comprobetur. Illud in calce annotandum, tria testimonia quibus dominus suum aduersarium confodit, ex veteri lege desumpta, vt ostenderetur eundem esse vtriusq; legis conditorem. Sciendum pro consequentia textus: quod anteq̄ dominus veniret ad baptisma: semper mansit cum parentibus in Nazareth. Eodem autem die vel sequenti post baptisma ducitur in desertum a spiritu sancto. Ieiunio expleto reuersus est in Iudęam vbi Ioannes baptizabat: nec interim vocauerat aliquem discipulum, sed solus gradiebatur, Hoc est igitur quod nunc dicit Ioannes euangelista.

Abulensis

Hierony9

F

¶Caput octauum. De Ioanne dicente: Ecce agnus Dei: de Andrea & altero discipulo inquirente hospitium Christi. De Andrea adducente fratrem suum Simonem Petrum ad Iesum. De Christo vocante Philippum: & de Nathanaele adducto ad Christum opera Philippi.

G

Nume.19.

Q Vadam die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo & respiciẽs Iesum ambulantem dixit: ecce agnus Dei. distinct.5.cap.sextā.35. distin.ca.4.in fine.Ibi annuntiauit. Poterat quidem dicere Ioannes ostendens digito suo dominum: ecce vaccam illam rufam, quæ immolabatur pro peccatis populi: vel ecce caprum illū, qui peccata populi super se ferebat in desertum, Leui.16. Ecce passerem illum: qui immolabatur in purificatiõe leprosi: & si omnia hæc diceret, vel horum singulum, verum diceret. Ioannes autem spiritu sancto afflatus, non caprum non vaccam non hircum qui immolabatur, super quem sors ceciderat: non passerem sed agnum vocat: memor videlicet agni illius, qui ab vniuerso populo quot annis immolabatur in phase. De hoc Paulus ad Heb.10. Vna oblatione corporis sui sanctificati sumus. Quomodo sanctificati? vnguntur superliminaria domorum nostrarum sanguine agni immolati: qua vnctione factum est, vt liberaremur ab ira angeli percutientis, quia sanctificati, & signo T. consignati in fronte. Quid est ergo quod dicitur, a sanctis meis incipite? Sed Iudæi sanguinę agni.i.pecudis signabant frontes ideo mortem non euadebant, regnauit enim mors ab Adam vsq; ad Mosen. i. toto tempore legis Mosaicæ, etiam in eos qui non peccauerunt &c. Postq̄ autem agnus qui tollit peccatum mundi immolatus est: & eius sanguine signamur: diuertit a nobis tanq̄ a sanctificatis domibus, & percutit domos qui sanguinem agni non habent pro signo. Audi legem. Nume.29. Iubentur sacerdotes in festo tabernaculorum de quo Leui. 23. offerre sacrificia ad hunc modum. Quinta decima die mensis offerre vitulos, 13. arietes duos, agnos quattuordecim/14. die vitulos.12. arietes duos. agnos.14. Die. 15. vitulos.11. arietes duos. agnos.14. Die duodecima vitulos decē, arietes duos, agnos vero. 14. Die vndecima, vitulos, 9. arietes duos, agnos, 14. Die decima vitulos, 8. arietes duos, agnos. 14. Die octaua, vitulum vnum: arietē vnū: agnos immaculatos septem. Ita iuxta legem, vitulorum quidem numerus paulatim decrescebat: agnorum vero & arietū semper idem numerus diebus septem, qui numerus ad legem pertinet, donec in octauo euangelij per hostiam suā apparuit agnus Dei, qui & ipse est vitulus: ipse & aries. Verum quoniam duo iubentur immolari arietes & duo hirci, id præfigurat quod Christus homo Deus, pro abluēdis peccatis duorum populorū mortuus est. Vituli simul sumpti sunt, 72. Iuxta Hebręos aūt offerebātur pro peccatis totius mundi, qui in.72. Linguas diuisus est. ¶Quod aūt immolabantur continuis septem diebus vno dempto cotidie/Id significari opinantur, quod gentes illę omnes ponendæ sunt scabellum pedum Messiæ: Illorum potestate decrescente: illius dominio semper crescēte iuxta Dani. cap.2. ¶Agni qui in summa sunt.98. (vt illi somniant) pro illis immolabantur, vt excluderentur a populo illo.98. maledictiones, quæ continentur in lege. Nos illud dicimus quod omnia in figura & vmbris contingebant illis. Erātq; vituli illi arietes & agni exemplaria veri agni: de quo nobis est sermo. Sequitur. Et audierunt eū duo discipuli loquentem: & sequuti sunt eum: conuersus autē Iesus: & videns eos sequentes se: dicit eis. Quid quęritis? Qui dixerūt ei. Rabi vbi habitas? Dicit eis. Venite, & videte. Fortasse duo isti/electionis vasa aurea iam alias audierant Ioannem magistrum suū testimonium perhibentem Christo domino, verum quia non volentis, non currentis: sed miserentis est Dei salus credentium, nondū autem tetigerat Deus corda eorum. 1. ꝑ. cap.10. Ideo hucusq; non fuerant eum secuti. Nemo enim potest venire ad me: nisi pater meus attraxerit eum, Vnde illud. Trahe nos post te, curremus. Tractus hic amoris est: nam alioqui, non rogaret trahi quisquis est qui loquitur per os Salomonis. potest dici quod fortes trahuntur: quia exercentur laboribus, frigore: caumate; ieiunijs insidijs

Ezod.12 — Ezech.9 — Figura. — Rom.5. — Figura. — 1.corin.10. — Rom.9. — Joan.6. — Cantic. 1.

H — I — K

fratrum

fratrum nomine tenus tantum: sed qui huiusmodi sunt, dicũt cũ Paulo. Scio quod nulla creatura/aduersitas nulla poterit nos separare a charitate quæ est in Christo Iesu. Cæterum qui adolescentularum nomine significatur: vix sustinent portari in humeris boni pastoris. an potius iuxta Osee cap. 4. quasi infantuli portantur in brachijs Christi, vel iuxta Esaiam in vtero & in vulua, idq; non vno mense aut anno: sed vsq; ad canos inquit, ego vos gestabo. Quomodo autem adolescentulæ vnguentis delibutæ attrahantur/audi. Conuersus Iesus, & videns eos &c. Hoc est videntibus eũ a tergo, ostendit faciem, quã suspirabat Moses. Illi vero quamprimũ viderunt: cœpisti nos inquiunt ab vno oculorum tuorum. Cantic. 4. Chrysost. Quid quæritis? Per quod admoneri possumus: Deum suis in nos beneficijs nostras non præuenire volũtates, sed a nobis incipiendum esse. Sed cum nos prompto paratoq; animo ad suscipiendam

A gratiam exhibemus, tunc multas nobis offert occasiones salutis. Hæc verba Chrysost. caste & syncere intelligenda sunt. Vnde Paulus. Poteram tibi imperare quod ad rem pertinet, propter charitatem autem magis obsecro. Et infra. Sine tuo consilio nihil volui facere, ne velut ex necessitate bonũ tuum esset, sed voluntarium. Hieronymus. Sæpissime tractatur, quare Deus hominem faciens: non eum bonum, idest impeccabilem rectumq; condiderit. Quod de præsenti loco solui potest. ¶ Si enim Deus voluntarie & non ex necessitate bonus est, debuit hominem faciens ad suam imaginem & similitudinem facere/ hoc est, vt ipse voluntarie & non ex necessitate, bonus esset. ¶ Qui aut asserunt, ita debuisse fieri: vt malum recipere non posset, hoc dicunt: talis debuit fieri, qui necessitate bonus esset, non voluntate. ¶ Quod si talis fuisset effectus: qui bonum non voluntate sed necessitate perficeret, non esset Deo similis, qui ideo bonus est, quia vult, non quia cogitur. Ex quo manifestum est nos rem inter se postulare contrariam. Nam ex eo quod dicunt, debuit Deo similis fieri, illud petunt, vt liberi sit arbitrij/ sicut Deus est. Ex eo autem quod inferunt: talis debuit fieri, qui malum recipere non posset, dũ ne

B cessitatem ei boni imponant, illud volunt: vt homo Deo similis non fieret. Igitur potuit Deus hominẽ, sine voluntate eius facere bonũ. Porro si hoc fecisset, non erat bonũ voluntarium sed necessitatis, ideo nec bonum erat. Quod enim necessitate fit, bonũ non est, sicut nec malũ est, quod voluntarium nõ est. Quod autem bonum non est, malũ est. Igitur proprio arbitrio nos relinquens/ magis ad suã imaginẽ & similitudinẽ fecit. Similem aũt Deo esse, absolute bonum est. Vbi inquiunt habitas? Sequebantur eũ taciti, nolentes interpellare eum, quo cũ nulla intercesserat amicitia. Verũ ille cui secreta cordis peruia sunt & vidit sequentes: & quo animo sequeretur, quos ipse attrahebat tanq; lapis magnes, vnde affabili interrogatione inuitat eorum verecundiã. Illi vero vocantes eum magistrũ (quem nunq; docentem audierant) ostendunt: quod altioris doctrinę tenerentur desiderio. Nam reuera doctrina Mosaica prout per id temporis legebatur in synagogis Iudæorum, quid aliud erat q; statuta hominum: thesaurus (iuxta Prouerbium) carbones erant. Siquidem iuxta prophetam argentum diuinæ scripturæ in scoriam versum erat

C & vinum mixtum aqua. De regno cælorum nec per somnium audierant, sed omnia peruertebãt doctores ad sensum suũ: quæ carnis sunt tm̃ sapiẽtes, id aũt mors est. Vbi inquiunt habitas? Lucẽ quidẽ habito quę adiri nõ potest ab aliquo mortaliũ: tñ quia delicię meę sũt versari cũ filijs hominũ, Venite & videte hospitiũ/ quo/ q̃diu hospes sum mundi vtor. nam domum qui habeam propriam, cum nec illud habeã quod vulpes; Væ autẽ illis, qui coniungunt domum ad domum, quasi soli habitaturi sint super terram.

Venerunt & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo. Hora aũt erat quasi decima. Visa autem Regia speciosi forma præ filijs hominum, quã sapientia Dei excisis columnis. 7. sibi ædificauerat, nimirum si sicut Reginę Austri/ omnis eis post modũ creatura angusta & inops visa est. O q; beatã duxerunt illius diei particulam, erat enim dies iam vergens ad solis occasum, duæ. n. tantum horæ supererant. Et bonus ac Vrbanus hospes, manete inquit mecum hac nocte, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et illi quo inquiunt ibimus extra te, cũ verba habeas vitę æternę? Ita q; dominus Iesus proprium nihil habuit, quod ei satanas posset auferre iuxta Ambrosium: (sicut ipse

D dixit: princeps mundi huius in me non habet quicq;, cuius omnia mihi promitteret mendatiũ patet:) tamen ad vsum habuit necessaria. **Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierunt a Ioanne: & secuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem suũ Simonem: & dicit ei. Inuenimus Messiam: quod est interpretatum Christus & adduxit eum ad Iesum.** Frater inquit sapiens, qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Andreas igitur cum esset vnus e numero eorum, qui cum Simeone expectabat consolationem Israel, quia pulsauit: responsum accepit: quid quæritis? quia quæsiuit: inuenit, quem inuenisse: peruenisse est. Verũ quia charitas non quærit sua, probrosum enim nomen est Philautia cæcus amor sui: inuentum fratrẽ (vę. n. soli) adduxit ad fontem omnis boni dominum Iesum, inquiens: hic dies admodum dilecte boni omnis est, eum memento signare insigni margarito: siquidem inuenimus (ne diu te fraudem tanto bono) thesaurum absconditum in agro, & qui me inuenerit, inueniet vitam, viam & veritatem, pacem & gloriam.

E In somnis hæc audio inquit Simon, an in veritate tu mihi ista loqueris? Vere inquit Andreas inuenimus diu quæsitum Messiam, Messias Syriace vnctus dicitur latinæ Græce autem Christus. Cum enim indiga nobis natura ab opifice Deo tributa sit, neque sibi ipsi sufficiens, vtilitati nostræ prospectum est, vt videlicet indigentiam nostram mutua consuetudine iuuaremus, sicut dicit Paulus, necessitatibus sanctorum communicantes. Interest autem, quoniam qui prior beneficijs est, maximum præ se fert bonitatis inditium. Qui autem beneficium accipit quandocunq; reddit, non gratiam init, ac proinde inquit apostolus: beatius esse de alijs bene mereri, quam accipere. Itaq; Andreas cõmunicato cum fratre tanto

H thesauro

2. corin. 11. Roman. 8. Luc. 15. Esai. 46. Exod. 33. Chrysost. Ad philem. Hierony. Matth. 15. Esai. 1. Roman. 8. 1. Timo. 6. Prouerb. 8. Matth. 8. Ps. 44. Prouerb. 9. 3. Reg. 10. Luce. 24. Ioan. 6. Ioan. 14. Prouer. 18. Luc. 11. Eccles. 4. 4. Reg. 7. Matth. 13. Prouer. 8. Roman. 12. Ambros. Actu. 20.

thesauro, qui & ipse erat de numero quęrentium, adduxit illum ad dominum Iesum Christum. Sequit.
Ioan. 1. **Intuitus autem illum Iesus: dixit. Tu es Simon filius Ioanna: tu vocaberis cephas quod interpretatur Petrus.** Respectus iste magnę bonitatis inditium est: iuxta quod dicit spiritus sanctus. In via hac qua gradiens firmabo super te oculos meos. ps. 31. Qua iusti vtilitate? Respiciā vos
Leui. 26 & crescere faciam: & multiplicabimini. Quo conera de impijs dicitur. Cum extenderitis manus vestras
Esaię. 1. in oratione, imitantes Mosen: auertam oculos meos a vobis. Et alibi. Ambulabo ex aduerso cōtra vos. Et rursus. Abscondā faciē meam ab eo: & erit in deuorationem. Deut. 31. Tu es inquit Simon: nā & te
Exod. 33 ipsum nouit ex nomine: sicut seruum meum: quem constitui Deum Pharaonis: & populi mei principem. Tu igitur vocaris Simon: vocaberis autem Cephas, quando primum constitueris pastor super gregem
Chrysost. meum. Chrysost. Mos antiquis fuit: seruis nouiter acquisitis nomina immutare, sicut patet Daniel. 1. Pa
Genesi. 17. tet in Abraam. Sed & Pharao in Aegypto appellauit Ioseph saluatorem mundi. i. Sapha natphanec:
Gene. 41. nolentes eos in terra captiuitatis vocabula habere Iudęorum. Et iuxta Plutarchum / a rebus gestis aut
Plutarch. forma, aut virtute aut fortuna cognomina multis indita sunt. Antigonus rex vocatus est cognomento Doson, quod multa promitteret: daret paucissima. Scipio a rebus gestis vocatus est Aphricanus, Traianus vocatus est Dathicus parthicus, quod has gētes deuicit. Marcus Tul. vocatus est Cicero: a ciceribus quorū cōmercio parentes sui victitabant. Alij rufi: alij clodij, quia claudi nati sunt, sic Scipiones: Fabij & multa id genus, sicut apud nostrates: Girones: Osorij: Cueua: Pōces: Pachi Equi, Figueroę: Aquilares, & cæteri quorū nomina famosa sunt in terra. Hi igitur ex euentu præteritæ rei nomina vel cognomina
Matth. 16. sortiti sunt. ¶ Petrus igitur ad eundem modum / quoniam futurus erat fundamentum ecclesiastici ædificij, hoc est ponet fundamentum ecclesiastici ædificij, ponet aūt quando noie ecclesiæ totius dicet: Tu es Christus filius Dei viui: prænunciat ei dominus quomō vocandus sit, nā quia ad vocem ancillæ vnius
Matth. 26 negabit vsq3 tertio quod confessus est: non inquit modo te voco Petrum vel Cepham, vocaberis tamē,
Luc. 22. ego enim rogaui pro te vt non deficiat fides tua. Ceph dictio Hebræa saxum sonat. Quando igitur pri-
Matth. 16. mum vocatus est Petrus vel Cephas? Quando dominus dixit ei: tu es Petrus: & super hanc petram ędificabo ecclesiam meā. Verū est q Petrus ex tunc nomen tātum retinuit, non rem nominis, donec post re
Ioan. 21. surrectionem leonis de tribu Iuda / rogatus tertio a bono pastore: an diligeret Deū super omnes qui aderant, tu in quit scis quod reuera diligā te: hoc est q sim Petrus re & nomine. Cephas igitur Syre: petros Græce: petra latine idem est. Tu ergo tunc vocaberis cephas: cum re exhibueris quod nomen sonat: dicēs
Actu. 5. obedire oportet Deo magis q̄ hominibus, magis q̄ vni ancillæ. Sic patriarcha Iacob post luctam no-
Genesi. 32. ctis vnius: quando victor apparuit: Israel vocatus est. Interest autem quod Iacob in nocte vicit: Petrus noctu victus est vsq3 tertio, sed Iacob nudus cum nudo luctabatur: solus cum solo, Petrus autem circūfusus erat a turba ministrorum satanæ, apud quos veritas ligata tenebatur: vita: dulcedo: & fortitudo Petri. Veruntamen o Petre veniet tempus quando voceris Petrus, cū trāsierit tempestas illa valida, qua
Matth. 24 si fieri posset / etiam electi eradicarentur funditus e paradiso ecclesię. Ex quibus verbis patet quod nomē Simonis Petri conscriptum erat in albo cęli: cum dicit, vocaberis: verba autem mea non transibunt. **Postero die voluit exire in Galilęam. & inuenit Philippum. Et dicit Iesus: sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaida ciuitate Andreę & Petri.** Galilęa vbi dominus nutritus fuerat: prouintia per omnia contēptibilis, quod ex ea nemo alicuius pretij vnq3 exortus fuerat. Et ta
Esai. 9. men iuxta vaticinium Esaiæ, ea primum videre meruit lucē illā magnam, quę sedētibus in regione vm
Ioan. 2. bræ mortis exorta est. Primum n. signū dominus Iesus in chana Galilęæ fecit: quando mutauit aquam in
1. corinth. 1 vinum. Ita aūt visum sapiētię Dei, vt ab humilibus rudibusq3 viris: & qui iuxta apostolū videbantur nō esse: & iuxta prouerbiū terrę filij: e sterili cōtemptaq3 regione mundi: suā a fundamētis ędificare inciperet ecclesiā. Abiturus igitur in Galilęā princeps pacis, comitatus iā duabus ecclesię basibus, quo ornatior aliquāto abiret: adiungere sibi parat alteros duos Catones / eiusdē gentis ac nobilitatis ingenitæ scientia legis insignes. Inuenit igitur Philippū, quē & ipsum ab ęterno prędordinauerat ducem vnum ex
Nume. 13. duodecim, qui missi sunt pręcepto Dei vt cōsiderarent terrā chanaam, quę fluit lac & mel: qui & sessurus erat ad mensam maiestatis diuinę in regno Dei. Hunc ergo vocauit: & ille respondit: ecce ego quia
1. Re. 3. vocasti me. Ipse est puer Samuel: quem vocauit dominus: abiecto Heli. Nouit. n. dominus qui sunt sui:
2. Timo. 2 qui sunt lapides illi. 12. quos gestat in pectore, qui ponendi sunt in fundamento ecclesię. **Inuenit autē**
Exod. 28. **Philippus Nathanelē & dixit ei. Quem scripsit Moses in lege, & prophetę, inuenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth.** Quęret aliquis: cum scriptū sit. Eccle. 19. Qui cito credit, leuis est corde, quandoquidē vni testi nec Catoni credendū est, quomodo Philippus vocatus semel
Psa. 67. a Christo: nullo viso signo, statim secutus est vocantē? poterā dicere, dedit dns virtutē hanc voci suę: vt
Gene. 12. semel vocati (sicut pater eorū Abraam) sequerent tanq̄ oues suū pastorē. Dicimus tñ q Philippus non semel audierat Ioannē testimoniū perhibentē Christo, q ipse esset agnus ille &c. Ipse esset filius Dei: ad quem vox de cælo facta est: & multus rumor de hoc diffundebatur in populo: cælum apertum: & colūbam super eundem resedisse. Sed & sermo loquentis vt diximus, valde efficax erat, animus autem Phi-
Luc. 3. lippi nequaq̄ morosus, vt qui sortitus fuerat animam bonam. Nam si vox Helię tantum virtutis ob-
Sapien. 8. tinuit: vt Heliseus continuo ad vocem eius aratrum relinqueret: & curreret post eum dicēs, osculor oro
3. Re. 19 te parentes meos, & sic sequar te, cur non idem & dominus, cuius vocem audientes stellę, responderunt adsumus? Denique Philippus etiam ex lege firmauerat fidem suam, sicut sequitur. **Inuenit Philippus Nathanaelem & dixit ei. Iesum Nazarenū filiū Ioseph a Nazareth Galilęę inuenimus ipsū esse, quē scripsit Moses in lege & pphetę.** Intelligēdū q Philipp9 diligēter

instru-

instructus a Christo, diuertit vt quæreret fratrem suum, quem certo nouerat eodem teneri desyderio quo & ipse: videlicet de aduentu Messiæ, quem ex prophetarum oraculis prope diem affuturum putabant, quinimo iam in ianuis esse. Hunc igitur inuentum fratrem Philippus ita alloquitur. Tandem miseratus dominus populum suum, misit quem missurus erat, redemptorem videlicet populi sui, de quo Moses & prophetæ. [Exod. 4] Sciendum interim, quod tres isti viri beati Philippus Andreas & Petrus a ciuitate Bethsaida vocantur, quæ tamen ciuitas perditis moribus fuit, quod illud est argumento, quod ad Bethsaidam dicitur, væ tibi, & væ ipsi corozaim &c. Matth. 11. cap. [Matth. 11.] Quocunque ergo terrarum iusti sunt, siue Abraam in Chaldæa: siue Loth in Sodomis, siue Vidua in Sarepta, seu Naamā in Syria. 4. Re. 5. [Gene. 19. 3. Re. 17.] Nouit dominus qui sint sui. 2. Tim. 2. Quid est aūt quod Moses in lege scripsit de Messia Christo domini? Prophetam de gēte tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus, Ipsum audies, vt petisti a domino Deo tuo in Oreb. Deuter. 18. Actu. 7.

A Et sequitur ex ore Dei, Ponam verba mea in ore eius. Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo audire noluerit: Ego vltor existam, quod reuera rei exitus palam ostendit. Nam multi ad illos prophetæ missi sunt, ad quorū verba cor suum posuerunt quasi adamantem, & auerterunt scapulam recedentes, & aures suas aggrauauerunt more aspidū: ne audirent legem & verba quæ misit dominus in spiritu suo sancto per manum prophetarū priorum. Zach. 7. Attamē Iudæi interim parum mali sunt passi, captiuitatem videlicet annorum. 70. Hunc autē quia non audierunt, vagātur erratici fugitiui: extorres a patria, nutabundi & mendici: exclusi a ciuitate & paternis legibus, sine lege, sine Rege. &c. Osee. 3. Inde vox illa prophetæ lamentantis mala populi sui, Vt quid domine auertis manum dexteram tuam de medio sinu tuo in finem? [ps. 73.] Manus Mosi in sinu sana, extra sinum leprosa, populus est Iudaicus, hi quādiu sinu Dei fouebantur, cantabatur illud: Non fecit taliter omni nationi. [ps. 147.] Nunc postq̄ prophetam illum non audierunt, nec illi exaudiuntur a Deo, & ex capite versi sunt in caudam, ex filijs [Deute. 28.]

B facti sunt serui, & corniculæ: qui erant pauones iuxta Hieremiam. [Hiere. 12] Et dixit Nathanael. A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus. Veni & vide. Græci hunc textum pronuntiatiue legunt, tamen id quod sequitur, veni & vide, videtur exigere vt per interrogationem legatur quod videatur velut interroganti responsum: veni & vide: sciens, q̄ si gustaret de verbis Christi, nunq̄ diceret, aīa nr̄a arida est: & nauseat super cibo isto. [Nu. 11 & 12] Ex Bethleē ephrata inquit nasciturū qui populi Israel dux esset legimus: ex Nazareth non legimus. Reuera dn̄s Iesus bethleemites vocandus erat: sicut prædixit Michæas, [Capitu. 5.] sed Nazaræi nomen vel cognomen per errorem impositum a Iudęis: magis placuit spiritui sancto: & ita titulus crucis inscriptus est. Non tamen ab re dominus Iesus Nazaręus vocatur, qui omnem fere ætatem cum parentibus inter Nazaręos exegit. Nunquid igitur præter omnem spem a Nazareth potest tantum bonum exoriri: de quo nullus prophetarum meminit? Hunc nodum alioqui Herculeum cum Philippus rudis adhuc in euoluendis sacris libris explicare non posset: inuitat fratrem ad vi-

C sionem illam magnam rubi ardentis, dicens. [Exod. 3. 3. Re. 10.] Esto & tu fidei tuæ oculatus testis: & fide Græca crede. Veni & vide cum Regina Austri, forte dices quod illa dixit: vicisti famam virtutibus tuis, media pars mihi nunciata non fuit. Sequitur. Vidit Iesus, Nathanaelem venientem ad se: & ait de illo. Ecce verum Israelitem, in quo dolus non est. Id autem dominus Iesus non ex physionomia diuinauit, vt ferunt de Socrate, sed quia is est cui omnia nuda sunt. Heb. 4. Et quia opposita iuxta se posita, magis elucescunt: ponamus alterum Israelitā iuxta quod caro erat, & nomē eius Nabal hoc est stultus: eratq̄ vir ille (monstrum potius) sesquiulixes, homo durus: & pessimus & maliciosus, [1. Re. 25] & sicut dixit. M. Tullius de Roscio, nonne ipsum caput & supercilia illa penitus abrasa olere maliciam & calliditatem videntur? [Tullius] Ab imis vnguibus vsq̄ ad verticem summum (si quam coniecturā adfert mortalibus tacita corporis figura) ex fraude & fallacijs totus constare videtur. Quam sententiam propheta alijs verbis expressit dicens, a planta pedis vsq̄ ad verticem non est in eo sanitas. [Esa. 1. 2. Re. 14.] In quo inquit dolus non est, non

D magis q̄ ruga in corpore Absalonis, de quo dicitur: sicut Absalon vir non erat in Israel. ¶ A vestigio pedis vsq̄ ad verticem nō erat in eo vlla macula. Sed hic foris erat Cato, intus aūt alter Nero. Refert autem Plutarchus rem non indignam scitu. [Plutarch.] Erat Tubero quidam Romanus vir optimus: magneq̄ in republica autoritatis, sed ita tenui patrimonio, vt sex & decem viri ex Tuberonum familia omnes simul in vnis ædibus & quidem modicis cum coniugibus & liberis habitarent: quod certe sine syncera omnium fide ac virtute fieri non potuit. I tu modo & gloriare de titulo Christianitatis, cum hos gentiles qui natura tantum duce viuebant, vel a longe imitari non possis. Aetatis & sęculi nostri fratres & cognati nisi clausuris & muris communia diuidant, litigare inuicem non cessāt, & nec bestias possunt imitari, quę licet diuersi generis essent, & ab ipsa natura inimicę, tamen intra vnam arcam in summa quiete vixerūt anno integro. [Genesi. 8.] Ecce inquit verum Hebręum in quo Adam videtur non peccasse. Virum de mille vnum reperit dominus Iesus, [Ecclesi. 7.] cui tale testimonium perhiberet, in quo dolus non est. Et tamē hic tantus vir numero duodecim non est ascriptus, iudicia enim Dei incomprehensibilia sunt. [Roman. 11] Legi tamen apud virum

E non contemnendę autoritatis, quod forte Nathanael ipse est qui & Bartholomæus. Dicit ei Nathanael. Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei. Prius q̄ te Philippus vocaret: cū esses sub ficu: vidi te. Poterat quidem dicere dominus Christus: Priusquā te formarē in vtero: noui te: [Hieremi. 1] & illud, putas ne quod ego sim Deus e vicino tantū, & nō de lōge? Hiere. 23. Verum qm̄ Nathanael indigna & humilia de Christo dn̄o adhuc sentiebat: alioqui nō diceret, vnde me nosti: Ita attemperat responsum suum, vt celans interim quis esset, sensum eius ad altiora proueheret. Cū esses inquit sub ficu noui te: corporeis .n. oculis nō vidit eū. Prauum est quidē ac profundū cor hoīs, sed nō mihi, qui cęlū & terrā impleo. [Hie. 23. & 17. cap.] Colloquiū certe duorū fratrū nullus audierat, ficū sub qua collocuti sūt Chr̄s oculis corpo-

H ij reis non

rėis non viderat, ex quibus palam erat, totius colloquij argumentū nō ignotum Christo: illud videlicet, num a Nazareth potest aliquid boni esse, quod tamen dominus silentio premit, ne homini iusto simpliciter interroganti, inurere videatur incredulitatis notam. Hęc igitur vt audiuit Nathanael: cui iā lege versato persuasum erat: soli Deo peruia esse mortalium corda, nihil iā offensus de nomine Nazareth, de quo prius dixerat secundum vnā expositionē, num credendum est a Nazareth aliquod bonum nobis exoriturum? Respondit dicens. Rabbi tu es filius Dei: tu es rex Israel. Ergo iā inceperat Christū docere. Vtrum autem Nathanael hæc dicens: crediderit incarnationis dominicæ sacramentum, sicut quādo Petrus dixit fere eadem verba, dubiū est, tā si agnouit, non caro nō sanguis reuelauit sibi, sed vox patris secus Iordanem: quando cęli Christo reserati sunt, & prima vox audita est &c. Quando igitur dicit Tu es ille filius Dei, generationis æternæ cōfitetur sacramentum, cum aūt infert ille Rex Israel: filium Dauid confitetur: cui dictum est: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Cæterum regnū Christi non transfertur de gente in gentem: de quo videtur loqui Nathanael quandoquidem regni Iudæorū per id temporis nec vestigiū erat reperire: nomine regni penitus abolito: Regno diuiso in quattuor Tetrarchias. Respondit Iesus & dixit ei. Quia dixit tibi, vidi te sub ficu: credis? Maius his videbis. Et dicit ei. Amen amen dico vobis: videbitis cęlum apertum: & angelos Dei ascēdētes & descendētes supra filiū hoīs. Sed qn viderint vel quoties vel vbi, scriptura nō refert. Rogabit quis si secreta cordis nosse solius est trinitatis, sicut scriptū est: prauū licet profundum: & desperabile sit cor: ego dominus scrutor, quæ sunt illa maiora quæ visuri sunt qui credunt in dominum Iesum Christū? Angelos inquit ascen. & descēdētes, & frequētantes scalā illam cui innititur dominus. Nā & si corda rimari solius Dei sit: cuius sermo pertingit vsq; ad diuisionē intentionū a cogitationibus, concessum est tamen nec raro est angelis tum & prophetis. Vnde illud. Noli timere accipere coniugem tuā. Et Daniel suggerit Nabuchodonosor somniū quod oblitus fuerat, & quid cœperit cogitare, quādo primum lecto decubuit. Itē. 1. Re. ca. 9. Ascende ante me vt comedas mecū inquit vidēs ad Saul, & omnia quæ sunt in corde tuo indicabo tibi. Et inde prophetę vocabantur videntes, quia nō tantum videbāt secreta cordiū, sed videbāt, quæ futura erant multis post sæculis, quasi præsentia sicut scriptum est: pater vester desiderauit videre diē meum: vidit bis mille annos anteq; adesset, & gauisus est. Videbant inquā secreta nō tantū humani cordis, sed secreta & incerta & occulta sapientiæ Dei: Deo illis reuelante, iuxta illud Amos. 3. Non faciet dominus verbū, nisi secretū suū reuelauerit prophetis suis. Ex his euidenter ostenditur id quod præmisimus. Cæterum angelos ad ministerium destinatos aliquius: non vnum tantum, sed exercitum integrum, aut iuxta Math. capit. 26. duodecim legiones angelorū, vnt tantū factū est, de quo dicitur, milia miliū ministrabant ei. Vide tamen. 4. Re. cap. 6. Nec obstat quod Paulus dicit, omnes sunt administratorij spiritus, quia nobis ministrant tanq; conserui, domino obsequūtur tanq; serui. Ascendebant autē angeli: stupentes maiestatem Christi: & descendebant fouentes infirmitatem eius, qui in agonia positus, angelo indiguit cōfortatore, licet iuxta apostolū, quod infirmū est Dei fortius sit ipsis angelicis virtutibus. Verum angelus iste magni consilij cessit aliquando (sed volens) viribus Iacob. Ascendūt autē vel descendunt, quia stare impossibile, in pendulo fragilis scalæ, & vbi homo nunq; in eodē statu permanet: Ascēdunt angeli: vt erigāt magnos, descendūt, vt nutriant paruos. Et quare maiora videbis? Quia cū patre tuo Iacob iā ad caput tuum lapidē supposuisti: dicens: tu es filius Dei. Nec tamen vir hic iuxta cor Dei electus est in apostolū inquit Augustinus, quia melius est, vt Romam cum venerit Imperator, deposito diademate, ploret ad memoriam piscatoris, q; vt piscator ploret ante tumulum Imperatoris. super ps. 65.

Matth. 16. Luc. 3. ps. 131. Danie. 2. Luce. 3. Hiere. 17. Gene. 28. Hebr. 4. Matth. 1. Danie. 2. Ioan. 8. ps. 50. Daniel. 7. Hebr. 1. Luc. 22. 1. corint. 1. Gene. 32. Iob. 14. Gene. 28. Augusti.

F G H

¶ Caput nonum. De nuptijs celebratis in chana Galilęę: & Vino facto ex aqua potentia domini nostri Iesu Christi.

Ioān. 2. Exod. 25.

ET die tertia nuptię factę sunt in chana Galilęę gentium: & erat mater Iesu ibi, vocatus aūt Iesus & discipuli eius ad nuptias. Et die. 3. a die quo venit Nathanael. Dies hic nuptiarum anniuersarius est baptismatis Christi. Intelligimus ergo Christum mansisse in Iudęa vsq; ad calcem anni post baptisma, & conuersatum cū Ioanne. Circa finem vero anni cœpisse congregare discipulos, venisseq; in Galilæam ad manifestandum quis esset, quid posset & nosset. Hucusq; ergo candelabrū illud aureum talenti pondere, quod illuminat omnem hominē venientē in hunc mundū: (stat. n. in medio. 7. candelabrorum aureorū. i. ecclesiarū septem, sicut sol in medio planetarū) quasi sub modio positum ardebat quidē sed lucē suā minime spargebat, nisi tenuem admodū. Nā lux noua quę visa est oriri, tenebras quidem depulit, sed vnius noctis tantū, sicut scriptum est, claritas Dei circumfulsit illos, & cū esset mediū noctis conticinium: nox illa sicut dies illuminata est. Rursusq; in modū fulguris micantis radios suos contraxit: quādo octaua die sol in tenebras versus est. Rursus die 13. Magos stella perduxit ad puerum: iterūq; sol nube obductus, templo sistitur & redimitur more cęterorum puerorum, licet & ibi vocetur lumen. Sed lumē hoc iterum reclusum sub modio, sexennium apud Aegyptios delituit. Denique annorū. 12. iterū sol refulsit qui erat sub nubilo, quādo sedit in medio doctorū sapiētia in mysterio abscondita. Iterū ergo cōtractis radijs: nō minus annis duodeuiginti, quasi colonus versabatur in terra. Venit ad Iordanis flueta: & cęli aperti sunt super eum: & voce patris: colūbę symbolo: Ioānis digito & voce lux vera ostēdit populo. Quia nemo accēdit lucernā: & ponit eā sub modio, sed in editissimo loco, vt vel cæci lumen videāt.

Ester. 8. Luc. 2. ps. 138. Matth. 20. Luce. 2. Luc. 3. Luc. 11.

I K

Nam

Nã cũ dicat Ioãnes: illuminat omnẽ hominem, duo nobis insinuat, & quod omnes cæci sumus a natura & q̄ omnibus illuminandis candelabrum hoc lucernariũ septẽ accensum est. Dicit ergo Ioannes. Tertia die nuptię celebrabantur in chana Galilęę. Tertia die dicit ab adita Galilęa. Ad has igitur vt verisimile est ob affinitatem vocata fuerat mater Iesu: qua etiã occasione vocatus est & dominus Iesus, & quatuor illi ecclesiasticæ disciplinæ cẽsores. Quadrigæ siue currus. S. C. Maiestatis vectores, boues siue cherubim/Andream dico/Petrum, & Philippũ & Nathanaelẽ. De nuptijs igitur habituri sermonem: nescio si quid maius in laudem earum afferre possimus: q̄ id quod compendio dicit Ioannes: erat ibi mater Iesu quæ & ipsa virgo licet: virum habebat. Erat & ibi dominus Iesus: cuius verba sunt, quod Deus coniũxit, homo non separet. Quo gemino testimonio eliduntur positiones hæreticorum prohibentium nubere. 1. Tim. 4. Reuera aũt sanctã quandã rem coniugium videri necesse est, quod violatũ humano sanguine iuxta leges imperatorias sit expiãdum, cuius pœna nec leges nec iudicem expectare cogitur: quod ius nec in parricidio est. Quod si matrimonij quęrimus autorem, non a Lycurgo non a Mose non a Solonẽ sed ab ipso summo rerum opifice conditũ & institutũ est, ab eodẽ & laudatũ, ab eodẽ præsenti loco honestatum & consecratũ. Siquidẽ initio cũ hominẽ e limo finxisset, miserã prorsus & inamœnam vt pote solitariam (vę aũt soli, duo autem mutuo fouebuntur) eius vitam fore intellexit: nisi sociam Euam adiungeret. Et quare vxorem non e luto illo quo virum, sed ex Adæ costibus eduxit & fabricauit? Quo videlicet prorsus intelligamus, nihil homini vxore charius esse debere, nihil tenacius agglutinatum. Dicam & illud. Cætera sacramenta in terris instituta sunt, hoc in paradiso. Cætera post lapsum, in remedium, hoc vnum naturæ conditæ datum est: vt merito dicat apostolus/sacramentum hoc magnum est siue mysterium in Christo & in ecclesia. Et si dici licet, si qua fuisset in rerum natura sanctior ac honestior copula, si quod fœdus religiosius quam thorus immaculatus: honorandum connubium, profecto ab eo sumpta fuisset imago mysterij incarnati verbi: de quo Paulus, sacramentũ hoc magnũ est &c. ¶ Non est inquit bonũ hominẽ esse solũ, quandoquidẽ ipse qui dicit/videte quod ego sim solus, solus nõ est, est n. cũ patre filius & spiritus sanctus. Habet denique milia milium ministrantiũ. Et nouissime ne solus esset, verbũ caro factũ est, vt habitaret inter nos, sacramẽtũ ineffabile & magnũ, quod propter vxorẽ suã ecclesiã reliquerit patrẽ. &. 99. illas oues, de quo alias. In tantum autẽ verũ est: nõ esse bonũ hominẽ esse solũ, vt Romani Dijs suis deas socias & quasi cõiuges dederint, misera quidẽ superstitione Deorum (qui dæmones erãt) affectiones ex suis metiẽtes: Nullã societatẽ lætam sine muliebri sexu putãtes: sicut dicit & Seruius. ¶ Vnde Cęsar conuiuio instructo: sex Deos accũbere fecit, totidẽ Deas, sua cuique Deo coniuncta dea: inter quos idẽ Cæsar personã Apollinis induit. Erat igitur mũdus sine fœmina tãq̃ cãpus quidã latissimus ad laborẽ aptus, si coleretur, sed homo non erat qui operaretur, dicamus & nos, sed ager non erat in quo seminaretur. Væ igitur soli: duo aũt mutuo fouebũtur. Nã q̄ de viro formatã fœmina, q̄ repletur carne locus costæ, vt nullum penitus vestigium rupturæ appareret in carne, quod dormienti, q̄ vna tantũ fœmina formatur: quod vocata est vita, vel issa, q̄ ipse eam sibi adiunxit similem sibi per omnia: excepto sexu: hęc inquã omnia plena sunt mysterijs, vt non ab re Paulus dixerit, sacramentum hoc magnũ est. Et vt cætera taceã: propter vnitatẽ cõmendandã iuxta Augustinũ super Genesim, ex vno parente procreatur mater omniũ viuentiũ. quod certe vinculũ in cęteris animantibus non reperies, multa enim simul de qualibet specie creata sunt: etiã angeli ipsi simul cõditi sunt. etiã astra, sol tñ solus. i. homo: & luna solis ęmula, i. fœmina: quæ illuminatur a sole. Quod repletur locus costę/iuxta os aureũ illud significauit, nullũ inter virũ & vxorẽ discordiæ seminariũ exoriri debere. Ne inquit experge factus homo, & vidẽs in carne sua signũ aliquod vulneris: in odiũ surgeret vxoris, sed dormienti & in tertiũ cęlũ rapto sicut dicit amicus Dei Bernardus, & a sensib⁹ corporis alieno. ¶ Adã autẽ adducta ad se vxore futura, hęc inquit os est de ossibus meis, & de carne caro, imo iã nõ duo, sed vna caro, sicut verbũ & caro iã nõ duo, sed vnus mediator Dei & hominũ, nõ q̄ diuinitas caro sit facta (absit) vel caro in diuinitatẽ cõuersa, (absit) ignis. n. ignis permanet, & rubus/rubus, sed Deus, & homo. i. humanitas assumpta vnus est Christus: sicut suo modo anima rationalis & caro vnus est homo: sed homo cõponitur ex suis partibus, in Christo cõpositio nõ est, quia Deus nõ est pars: est autẽ assumptio humanitatis ad personalẽ vnionẽ verbi. ¶ De his quęre doctiores. Cęterũ iuxta Hieronymũ, Deus vnum tñ hominẽ creauit & vnicã tñ ei vxorẽ dedit. Proinde inquit/maledictus Lamech, qui vnã costã in duas diuisit. Hic. n. primus digamiã induxit, quod malũ sensim ita succreuit, vt Iacob quattuor simul haberet, Dauid decẽ, Salomõ mille fere. Stultissimus Imperatorũ Heliogabalus iuxta Volaterranũ, eandẽ fœminã nunq̃ iterauit. Iuxta Chrysost. autẽ vir imitari debet parentẽ suum Adam, vt nullã aliam putet esse in orbe fœminã pręter vxorẽ suã: idem dicendum de vxore. Verum hæc dicens: in aqua scribo. Dicit autẽ Tertullianus. Nuptię partim sunt de iure diuino videlicet quantum ad inuentionẽ, partim de iure naturali quantum ad copulã, quod tamen ius (o scelestum scelus infandum) Nero violasse legitur. Nam puerũ Sporum exectis testibus: etiã in muliebrẽ naturã trãsfigurare conatus est, cum dote & flãmeo per solenni nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se, pro vxore habuit. Vnde dixit quidam, bene agi potuisse cum rebus humanis, si pater eius talem habuisset vxorẽ. Cætera taceo, pudore rubẽte. Sunt & nuptię partim de iure gentium, quantum ad ritus quibus peraguntur. Nam verba illa sufficiunt imo signa/quæ consensum mutuum exprimãt. Sunt & nuptiæ partim & iuris canonici; quantum videlicet ad gradus intra quos contrahi prohibitum est, cum naturalis lex ascendentes recta linea & descendentes eadem/tantum excluserit, nam filij Adam sorores ducebant & cætera. Iuxta Herodotum. Persæ hoc modo filias maritis locant. Vbi virgines effectę sunt nubiles, congregatas in vnum locum ducunt,

Marginal notes: A, B, C, D, E (section letters); Esai. 59. Ezech. 10. Matth. 19. Matrimonij encomia. Eccles. 4. Ephes. 5. Hebr. 13. Genes. 2. Deuter. 32. Luc. 15. Plinius. S. Tranq. Eccles. 4. Ephes. 5. August. Chrysost. Bernard. 1. Timo. 2. Exod. 3. Hierony. Genes. 4. Volaterra. Chrysost. Tertullia. Tranquil. Nero. Herodot.

quas circunstante virorum frequentia præco sigillatim licetur, sed primum pulcherrimam omnium carius ementi, secundo secundam, prima empta: & sic cæteræ. Pulcherrimis venditis, de formes licêt: & hi accipiunt, qui minimo auri contenti sunt. Ita aurum ex speciosis virginibus conflatur, & per aurũ idem cuicunq; volenti deformes ac debiles collocantur. Hæc ille.
1.corint.7. Verum iuxta apostolũ / tribulationem carnis non effugient qui vxores duxerint, & maxime id, si pulchras duxerũt.
Phoroneꝰ Vnde Phoronæus nobilis græcorum Rex, referente Hieronymo, die qua viam vniuersorũ ingressus est: ait Leontio fratri. Ad summã fœlicitatem nihil mihi deesset, si vxor semper defuisset. Cui Leõtius, & quomodo inquit vxor obstat?
Cato. Mariti inquit optime nouerunt. Dixit & Cato Vticensis. Si absq; fœmina posset esse mundus, conuer-
2.reg.11 satio nostra non esset absq; Diis. Nam fœminæ etiam nolentes, & nescientes triumphant de leonibus, sicut patet in Dauid. Romanus quidam cum haberet vxorẽ iuuenculã, pulchram: pudicam: diuitem: san-
Vxor. guine ingenuam repudiauit tamen. Rogatus causam protenso pede: & hic inquit soccus quem videtis: pulcher est, nec tamen videtis: qua me parte pedis premat. Erat enĩ vxor illa sui iuris, & dicto male obsecundans. Rursus cũ filia Marci Catonis mortuo priore viro, quæreretur ab ea, cur nollet secundo nubere, respondit. non se inuenire virum, qui se magis vellet q̃ sua. Ac proinde recte dixit sapiens quidam:
Philoso. coniuges duos tantum habere dies lætos. Priorẽ cũ vxorẽ ducunt, posteriorem cum eas efferunt, bonorumq; dotalium ex asse instituuntur hæredes. De his satis: circa sacramentum enim nuptiarum, nihil ve-
Hebr.13. rius potest dici / q̃ prouerbiũ illud, mores & regio. Reuertamur ergo ad apostolum dicentem, honorabiles nuptiæ. nescio enim vtrũ facile inueniri possint nuptiæ his præsentibus honorabiliores, vbi p̃sto fuit Maria pronuba forte: & dominus Iesus: Petrus: Andreas: Philippus & Nathanael: forte autẽ & Ioannes. **Et deficiente vino: dicit mater Iesu ad eum. Vinum non habẽt. Et dicit ei Iesus.**
Genesi. 2. **Quid mihi & tibi mulier? Nondũ venit hora mea.** Præsente fonte aquæ viuentis, qui ascẽ-
Esa. 40 debat de terra, incalescente conuiuio: humanæ consolationis vana lætitia (quæ nil aliud est q̃ matutinꝰ
Ione. 4. quidã ros, aut iuxta prophetam fœnũ quod exorto sole exaruit) defecit, æstuante interim iona. Sed me-
Danie. 3 mento q̃ præterit figura huius sæculi. 60. licet cubitorũ altitudinis. Nec id tantũ, sed & spõsus spõsæ: vo-
Genesi. 29. catus est. n. Ioannes a nuptiis iuxta Hieronymum. Huiusmodi sunt mundana solatia, cito nos deserunt nisi ea nos citius deseramus. Quod bene figurauit fraus illa qua Laban imposuit genero suo Iacob, quãdo pro tam diu desideratis castis Rachelis amplexibus / Liam accepit nolens volens: imo volens nolens. Illud potius dicamus: quod in abundantia vini vinum defecit in conuiuio quod instruxerat Adonias. 3.
Prouer.14 re. 1. Extrema. n. conuiuii luctus occupauit. De hoc Tobiæ. 2. Cũ esset dies festus domini: & factum esset prandium bonum in domo Tobiæ: epulantibus illis: nuntius venit qui diceret / vnũ ex filiis Israel iacere iugulatum in platea. Vnde Tobias relicto prandio: ieiunus peruenit ad corpus: & domum occulte portauit, vt sepeliret opportuno tẽpore, manducauitq; panẽ cũ luctu, memor verborũ Amos. cap. 8. Dies fe-
Iob.1. sti vestri conuertẽtur in lamentationẽ & luctũ. Epulãtibus. n. filiis & filiabus Iob: & bibentibus vinũ in domo fratris primogeniti: ventus irruens concussit domum, quæ corruens oppressit omnes. Ita conuiuiũ hoc sobriũ licet, & charitatis plenum, quia fratrũ & sororum / in lamentũ versum est. Defecit igitur H
vinum in conuiuio: Vbi dominus Iesus aderat, quia sobrietatis erat, nõ ebrietatis: alioqui cõuiuis ebriis dominus Iesus non ministraret vinum illud, habens omnem saporem suauitatis: hoc. n. esset oleũ adiicere flãmæ. Vinũ enim & mulieres apostatare faciunt sapientes. Sit nobis documẽto vir ille iustus, qui an-
Eccle.19 gelos suscepit hospitio. Eum. n. vinum vicit inquit Ambro. quẽ Sodomitica incẽdia nõ vicerũt. Nec ab-
Gene.19 te sapiens vinũ coniunxit cũ fœminis. Scriptũ est. n. dixit soror maior ad minorẽ. Inebriemus patrẽ nr̃m
Ambrosi. Ita ebrius pater vtramq; filiã impraegnauit, quẽ illæ sopitũ vino, quasi mẽte alienatũ / apostatare fecerũt a Deo. Deniq; fornicatus est Israel cum filiabus Moab, quæ vocauerũt eos ad sacrificia sua, qui comederunt & biberũt. ¶ Sequitur apostasia: & adorauerũt Deos earũ. Nume. 25. ¶ Refert A. Gel. Romulũ
A. Gellius ad cœnam vocatum: ibi nõ multum bibisse, quia postridie negotiũ haberet: cui dixerunt cõuiuæ. Romu-
Romulus. le si istuc omnes homines faciãt, vinũ vilius sit. Is respondit, imo vero carum, si quantũ quisq; volet bi-
Lacedæm. bat. Nam & ego bibi: quantum volui. Vnde Lacedæmones rogati, quare parcissimo vino vterentur: ne I
Gene. 9. inquiunt alii pro nobis consultent. Dicit autem spiritus sanctus. Prouer. 31. Noli Lamuel regibꝰ dare vi-
Seneca. nũ, quia nullũ secretũ est, vbi regnat ebrietas. Exẽplo sit nobis magnus ille patriarcha Noe, qui bibẽs vltra mensurã, nudatus iacuit in tabernaculo suo. Refert Seneca de Cambyse, cui cũ vnus ex charissimis nimis deditũ vino moneret, vt parcius biberet, turpe esse dicẽs in Rege ebrietatẽ quẽ oĩum oculi auresq; sequũtur (sed veritas odiũ parit) rex vt scias inquit / oculos post vinum esse in officio: manu approbabo. Deinde bibit liberaliꝰ q̃ alias: & iussit filiũ amici monẽtis stare in opposito, & intẽdẽs arcũ: cor adolescẽtis trãsfixit. Stabat aũt puer sinistra manu eleuata super caput. Dixerat aũt rex / cor adolescẽtis se petere. Itaq; rescisso pectore: hærẽs in corde spiculũ ostẽdit. Ac respitiẽs p̃rem rex violẽtus & vinolẽtus: an satis certꝰ haberet manũ interrogauit. At ille negauit Apollinẽ potuisse certius demittere. Ascle. Vtilitatẽ
Asclepius vini æquari vix Deorũ potẽtia posse, p̃nũtiauit. In diutina tussi sorberẽ vtiliter a ieiunis: itẽ in quartanis. K
Dulce minus inebriat: sed stomacho innatat. Austerũ facilius cõcoquit. Itaq; cũ inter epulandũ vinum deficeret, aut certe breui defecturũ erat, non casu vt opinor sed prouidẽtia Christi, vt manifestaret potentiam suã, inquit ad dñm Iesum mater miæ (cõmora sunt quippe viscera sua super necessitate suorũ affinium iamiam impendente) en dilectissime conuiuantium calices vacuos, vix dimidiato conuiuio. Sine
Ester.1. Cerere autem & Bacho frigent epulæ. Ita enim habes. Vinũ quoq; vt magnificẽtia regis dignũ erat, abundans & præcipuũ ponebatur. Hinc cura illa sollicitior apud Romanos, quæ omnẽ fidem excedit vina cõ-
Plinius. diendi, vt vinũ annorum, 200. reperirẽ. Ita. n. dicit Plinius lib. 14. cap. 4. ¶ Durant adhuc vina ducẽtis fere annis

fere annis, iam in speciem redacta mellis asperi. Et enim hæc natura vinis in vetustate est.: ne potari per se queant: si non peruincantur aqua: vsq; in amaritudinem carie indomita: sed cæteris vinis commendãdis minima aliqua mixtura medicamenta sunt. Nam referente Budæo/amphora huius vini medicamentarij. 268. aureis venit. Scripsit Andronides sapientia clarus Alexandro/ intemperantiam eius cohibens. Vinum potaturus rex, memento te bibere sanguinem terræ. Sicuti venenum est homini cicuta sic & vinum, vt iure dici possit, neq; viribus corporis vtilius aliud, neq; aliud voluptatibus perniciosius: si modus abest, vinum inquit non habent. O q̃ breuiter q̃ reuerenter suggessit vnico, vnde pie fuit sollicita. Sic autem dixit, vt discamus in huiusmodi magis pie gemere, q̃ petere præsumptuose, cum iuxta apostolum/nisi spiritus adiuuet infirmitatem nostram, & suggerat petenda: sæpe nociua petamus. Non. n. frontose accessit, non palam loquuta est: vt audacter omnibus coram diceret: obsecro fili defecit vinum, tristantur conuiuæ: confunditur sponsus: ostende quid possis. Sed licet hæc aut multo plura pectus æstuans, feruens loqueretur affectus, seorsum tamen mater filium adit: non potentiam eius tentans, sed volũtatem explorans. Vinum non habent. Quid modestius? Quid fidelius? Ecce quem amas infirmatur. Nõ enim amas & deseris. Non dicunt, veni, & sana: sed ecce quem amas. Sic enim non petentes: petimus: & efficatius tanq̃ diffidentes confidimus. Sufficit igitur Mariæ potentiæ locum/ pietati dedisse occasionem: malens patienter expectare quid velit: quam intempestiue quærere quod forsitan nolit. Adiuro inquit vos: si inueneritis dilectum: vt anuntieris ei, quod amore langueo. Adiuratio hæc vehementiam precandi subindicat. Anxia enim vota suis nesciunt contenta esse meritis, vnde alienæ precis mendicant suffragia. Certe anuntiatio hæc præcationis tenet locum. Humanum enim recogita morem in rogãdo. Nam apud miseratorem alicuius commemorare miseriam, ipsum rogare est. Cum beneficis enim & ad liberalitatem propensis ita agendum est. Gratia enim non violenter est exprimenda (propter improbitatem dabit non tantum tres panes &c.) sed proponenda occasio. Vinum non habent, oculi autem omnium in te sperant domine, cuius verba sunt, ego sum vitis vera. Ioan. 15. ¶ Sed audi quod sequitur, Quid mihi tecum est mulier? τι εμοι/και σοι Ti emi kæ si? Augustinus. Quid est hoc? ideo ne venit ad nuptias vt doceret matres contemni? Veniat vt inhonoraret matrem; cum & propter filios habendos: quibus reddere honorem parentibus imperat Deus ipse: nuptiæ celebrantur & ducuntur vxores? Latet ergo mysterium. Nam & ex hoc loco hæretici quidam negabant Christum de fœmina natum/ dicentes. Quomodo erat mater eius: cui dictum est: quid mihi tecum est? sed si non erat mater eius: quomodo dicit Ioãnes: erat ibi mater Iesu? Si non erat mater, quomodo dicit rursus euangelista: dicit mater Iesu ad eũ? Sed hanc hæresim persequi ociosum est. Quid mihi inquit & tibi, si vinum non habent? Ipsi quorum interest accedant & rogent: sic enim res omni suspitione caret: quod non fit/ quando a domesticis suadetur iuxta Theophyl. Ita dicit os aureum. Et enim si optimus medicus qui multos ægrotos curauerit, neq; ab ipsis neq; ab eorum familiaribus laudaretur, sed a sua tantum matre, suspecta esset laus illa sane & molesta, nec præsentium quispiam magnum de eo aliquid vel egregium opinaretur: & propterea asperius locutus est dicens: quid mihi tecum est mulier? vinum enim ab indigentibus erat quærendum nõ a matre. Curæ enim erat ipsi maternus honor, sed longe maius animarum salus. Ea enim quæ familiariũ precibus impetrantur: q̃uis magna, raro tamen eorum prædicationibus augentur: indigentium autẽ laudes cũ quid impetrauerint: omni vacant suspitione. Quid mihi. Non sunt verba obiurgantis aut repellentis matrẽ: sed instruentis, quod nullius interērat pro tũc. Estq; sensus. Quid nostra interest defectus vini? Tu enim es mulier, ac per hoc non tibi imputabitur defectus vini. Spõsi interest prouidere, ad te nil pertinet quæ es mulier: ego priuatus homo. Sed quare non simpliciter negauit matri quod petebat, sed per interrogationem? In promptu est ratio filialis reuerentiæ. Modestius. n. negationem damus interrogando (tanquã relinquendo iuditium illi quem alloquimur) q̃ formali negatione. Ita illud, quid est quod me quærebatis? Ideo & mulierem appellat: cuius non est prouidere in nuptijs de vino. Quid est autem, Nondum venit hora mea? Dat Deus etiam omnibus viuentibus: sed oportuno tempore: nec præpostere festinandũ Chrysost. Nulli certe temporum necessitati subiectus est Christus: nec ob temporis obseruationem, nondum horam suam venisse dicebat. An ne temporum conditor & autor seculorum tempora obseruaret? Ostendit aũt omnia debito tẽpore nõ simul operari: quoniam inordinata quædam confusio esset, nisi oportune omnia transegisset: simulq; generationem resurrectionem & iuditium miscuisset. Creatæ sunt creaturæ: sed non simul: & homo & mulier non simul: dari legẽ & gratiam & non simul, sed vtrunq; debitis dispensari temporibus. Hæc ille. Augustinus alium sensum ponit litteralem, nescio autem an verus sit. Nondum venit &c. ¶ Ex eo inquit quod genuisti/ non operor hoc, agnoscam aũt te pendens in cruce, cum vt filius curam tui discipulo committam. Verum dominus & pendens in cruce: & annorum. 12. 15. 20. 25. & 30. agnouit matrem, & curam illius gessit. Docuit igitur matrem cui subditum semper se præstitit, non in hoc se miracula facere, vt suorum affinium affectibus morem gereret, sed vt apud Iudæos gentem incredulam signis visibilibus fidem præstrueret. Sic enim Mosi dicenti, non credent mihi nec audient duplex signum datur baculi & manus. Vocat autẽ matrem nomine mulieris iuxta morem scripturæ. Gene. 3. Item. 1. corin. 7. Matrem aũt qui vocaret, cum id notissimum esset. Porro si virginem vocaret: insanire putaretur, nimirũ probrosum nomẽ illo tẽpore fœminã annorũ. 45. vt nunc supponimus, virginem vocari. Deus itaq; qui temporibus leges præfinit: vt nocti dies, hyemi ver succedat. ipse legetẽporũ nõ tenet, sed quicquid agit, q̃ñ docũq; agit: sẽper id operatᷣ in tẽpore suo, de quo sequit. Dicit mẽ ei⁹ ministris. Quodcũq; dixerit vobis facite. Sic itaq; pientissima mr aliud audit: & aliud intelligit. Nam prima quidem fronte; verbis illis deterrere videbatur matrem; ne similia auderet iterum:

Budæus. Vinum. Hilarius. Romano. 8. Ioan. 11. Cantic. 5. Luc. 11. ps. 144. Augusti⁹. Theoph. Chrysost. Caietan⁹. Chrysost. Augusti⁹. Exod. 4.

tamē illa ex verbis illis plenam concepit fiduciam impetrandi quod flagitabat, vnde dicit: facite quodcūque dixerit vobis, quæ verba clam accitis ministris/in aurem dixisse creditur. Procurabat enim prouidentia huius fœminæ, altera Martha ipsa sollicitudo. ne ministrorum cunctabunda fides, obstaret quo minus conuiuio subueniretur iuxta illud non poterat ibi virtutem aliquam facere paucis infirmis dēptis, quos

Marc. 6 — impositis manibus curauit: & mirabatur propter incredulitatem illorum. Fecit igitur immaculata quod potuit: cæterum temporis ac tergetendæ arbitrium filio reliquit tacita, qui reuera bonitatem suam non

Matth. 20. — negauit: (cur enim matrem confunderet, quod nec in Salome fecit?) qui exaudit coruorum pullos clamā-

Ps. 146. — tes: ista oportunitatem nāciscebatur. Vnde sequitur textus. **Erant autem ibi lapideę hydrię sex positę secundum purificationē Iudęorū. Capientes singulę metretas binas vel ternas. Dicit eis Iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum.**

Quod dicit hydrias positas iuxta purifi. Iudæorum: ideo dicit: quia pharisęi & omnes Iudæi nisi crebro lauerint manus: non manducant. De hoc vide Marci cap. 7. De hac autem purificatione habes Nume. cap. 19. Qui tetigerit cadauer &c. aspergetur ex aqua commixta cineribus vaccę rufę die tertio & 7., & sic mundabitur. ℭ De hoc dicetur late Ioan. 18. ibi/vt non contaminarentur. Et si requiras, quomodo vnius vaccæ cineres toti Iudæorum genti sufficerent anno integro, cum toties lauandi essent iuxta legē: dicit Abulensis, quod tot vaccæ immolabantur quot essent necessariæ idque non alibi quam in loco sanctuarii: & inde cineres deferebantur vicatim aut oppidatim, sicut nunc fit de chrysmate & oleo sacro, quod semel in vno consecratur loco: & inde prouidetur toti diœcesi. Ad has igitur purificationes quæ cum ci-

Abulēsis. — neribus vitulæ huius fiebant, positæ erant sex hydriæ istæ. Illud annotandum iuxta Abulen. quod si immunditia realis contrahebatur, fiebat purificatio in aquis fluuialibus, & vestium fricatio. Si autem immunditia erat nomine tenus tantum vt puta ingredi domum defuncti, vel tāgere ossa cadaueris, fiebat purificatio in aqua commixta cineribus vitulæ rufæ. Vnde & vir surgens a cōgressu vxoris: in aurora lauabat corpus (quod Sarraceni vocant aguadoc) si vellet adire sanctuarium. Et hæ quidem purificatio-

Iosephus. — nes variæ erant iuxta Apo. Heb. 9. & tam multæ: vt iuxta Iosephum/vix vnus ex milibus centum reperiretur, qui rite suum phase celebraret, nec tamen aliquem iuxta conscientiam perfectum facere potetāt.

Metreta — Quod dicit Metretas, Metreta cadus est teste Plinio, vtrunque autem nomen est Græcum. Est autem cadus iuxta Budæum amphora & quadrans. Nebrisensis metretam id vocat quod Hispani aroba, ita capacitas cuiuslibet hidriæ vel aqualis erat quasi vnius vtris communis. Hydria autem ab aqua dicitur. Siquidem ὕδωρ. ὕδατος/hydor hydatos: aqua est. Faciebat autem & hoc ad miraculi fidem, quod illarū hydriarum notissimus esset vsus, nec vnquam alium liquorem acceperant quam aqueum. Faciebat & materia ad miraculum, non enim facile moueri poterant a loco suo. Has igitur quæ forte semiplenæ erant: forte va-

Sex hidriæ — cuæ impleri iussit dominus ad summum vsque. Primum igitur miraculum in aqua factū est, quando ama-

Exod. 15 — ritudo aquæ immisso ligno, in dulcedinem versa est. Secundum/aquę diuisę transitum præbuerūt popu-

Nume. 20. — lo Dei. Tertium aqua e petra percussa manauit. Quartum aqua immisso sale sanatur. 4. Re. 2. Quintū aqua in vinum conuertitur: sextum aqua e latere Christi dormiētis cum sanguine fluxit. Hæ sunt hydriæ sex aqua plenæ iuxta literam, quę tamen iuxta mysterium optimum continent vinum: & quod merito

Exod. 14. — mirari possit Architriclinus. In diuisione aquę maris rubri baptismus prefigurabatur, vbi ad vnū Aegyptij oēs qui populū Dei psequebant submersi sunt. ℭ Quod aqua amara vertit in dulcē legis amaritu-

Exod. 17 — do in dulcedinē Euāgelij cōmutat, idest manus Mosi grauissime in iugū Chri suaue & leue. ℭ In aqua e petra manante pœnitentia gentium prefigurabatur. Hi enim semel & secundo percussi videlicet amore cęlestium, gehennæ timore/ad lachrymas confugerunt dicentes. Quis scit si conuertatur dominus, &

Ione. 3. — relinquat post se benedictionem? In aquæ sterilitate immissione salis sanata/mysterium incarnati verbi

Augusti. — prefigurabatur, aquę enim nomine natura humana significatur iuxta Augustinū, vas nouū caro Chri-

1. corin. 2 — sti, sal verbum quod erat in principio apud patrem. Aqua in vinū versa illud significat, quod terrę fluenti lac & mel succedent bona illa quę in corda hominum non ascenderūt. ℭ Quod autem in sexto signo aqua e latere Christi mortui cum sanguine fluxit, id euidenter significat sacramenta legis euangelicę a morte Christi fluxisse, & accepisse virtutem: vt per ea remittantur peccata: quod maxime verum est de sacramento baptismatis & pœnitentię, quę duo vel maxime significantur in aqua & sanguine, nam facilior est remissio & vniuersalior quę fit in baptismate, quam ea quę fit in pœnitētia, quę non fit sine ie-

Math. 5. — iunio fletu & multa id genus: & cum rubore inter confitendum, vnde nomine sanguinis figuratur. Sed ad rem: vinum fecit dominus ex aqua: quando impleuit quod deerat legi, & exposuit quę videbant pharisęi legis doctores alio detorsisse: quam legislator statuerat. De quo Matthęi cap. 5. & dicetur ibidem. Sequitur. **Dicit eis Iesus. Haurite nunc, & ferte architriclino, & tulerunt. Vt autem gustauit Architriclinus aquam vinum factum: & non sciebat vnde esset (ministri autem sciebant, qui hauserunt aquam) vocat sponsum architriclinus: & dicit ei. Omnis homo primum vinum bonum ponit, & cum inebriati fuerint: tunc id quod deterius est.** Architriclinus prepositus in conuiuio, vox est Gręca: conflata ex tribus Gręcis: videlicet ex arche, quod est principium: tris quod est tres: cline/quod est inclino ἀρχή/τρεῖς/κλίνω. Ita triclinium locus est tribus constractus lectis vel ordinibus lectorum ad discumbendum. Ita legimus in Ester. cap. 1. quod singulis mensis Asuerus preposuerit singulos de principibus, vt omnia ordinate fierent, & ne conuiuium verteretur in temulentiam. Liuia Augusta. 82. annos vitę punico vino retulit acceptos nō aquoso. Dicimus tamen neque viribus corporis vtilius aliquid, neque aliud voluptatibus perniciosius, si modus

Val. M. — absit. Domitius Iudex pronuntiauit, mulierem videri plus vini bibisse quam valitudinis causa, viro inscio, ac dote

acdote mulctatur. Diu itaq; eius rei magna parsimonia fuit. L. papirius Imperator aduersus Sãnites dimicaturus: votum fecit, si vicisset Ioui pocillum vini (pocillum autem vas paruum est) ad potandum/ quasi vouisset lagenas. ℞. Sedit aliquando populus manducare & bibere, & quia præpositus aberat Moses videlicet, surrexerunt ludere prophanum & infandum lusum. Iussit autem præposito primũ ferre, partim quia sobrius (forsan sacerdos erat) partim saporum peritus, & palati iuditio acer: maiore fide pronunciare poterat de vini bonitate (quæ omnem fidem excedit) q̃ cæteri conuiuæ: quorum palatum iam forte nauseabat etiam ad Ambrosiam. Vt autem gustauit præpositus vinum illud e cella vinaria Dei allatum, destitit tantisper a pitissando, & vtraq; manu resumpto calice totum mira suauitate festina celeritate hausit exclamauitq;: (nesciens tamen quid diceret ebrius spiritu) o q̃ bonum est nos hic esse: faciamus o boni conuiuæ hic tria tabernacula. Vinum hoc expressum ex botro illo allato e terra promissionis, virgines germinat. Zach. 9. homines sobrios ex ebrijs constituit. Vt igitur gustauit præpositus vinum illud primę notę habens omnem saporis suauitatem, sicut dicitur de Mannate. (& attende q̃ vocatur gustus: etiam si bibit & exhausit calicem totum) suspicans errore ministrorum factum esse (nõ enim sciebat vnde esset haustum) quod probatissimum vinum distulissent in extremum conuiuij contra omnium morem, vocat sponsum vt rei gestæ veritatem requirat, eius enim intererat, vt meliora in principio ministrarentur idq; vel maxime in vino verum est, sicut sequitur. Omnis homo vel mediocriter peritus initio conuiuij optimum firmum, ac vetus vinum apponit, quãdo videlicet sensus vigent, & fraudem (si qua sit) facile deprehendunt. Verum vbi iam incaluerint cibo & potu nec longius absunt ab ebrietate, nec discernunt inter amarum & dulce: nouum & vetus (Bernardus aliquando pro oleo butyrum hausit) tunc si libet, si licet id quod aceto proximum est. Tu autem captus ab vno oculorũ Rachelis: & suspirans ad amplexus eius, pluribus intentus, presens, videris abfuisse, quandoquidem vt videtur, seruasti bonum vinum vsq; adhuc. Primum inquit, huius respectu lorea erat: esset licet quadragenarium, Vappa erat. Hæc dicebat Architriclinus ignorans rei gestæ mysterium. Allatum est igitur vinum & biberunt cæteri conuiuę, & inebriati sunt ab vbertate domus Dei, & eructauerunt verbum bonum dicentes. Torrente voluptatis tuæ potasti nos: quoniam apud te est fons vitæ. Lex igitur aqua est & vinum est, quod primum est ministratum, quod reuera cum bonum esset, nescio quomodo occidebat conuiuas, nam littera occidit 2. corin. 3. ℂ Anima cuius caro &c. peribit. Gen. 17. Anima tangens cadauer, si lustrata non fuerit peribit, Nume. 19. ℂ Ligna sabbato colligens, peribit. Nume. 15. Lex ad mortuũ ingredi vetat, lex leprosos ejcit, legem Zelotypiæ concedit. Nu. cap. 5. ℂ Lex impune occidere permittit Deut. 19. Nume. 35. Tu autem seruasti bonum vinum hucusq;, de quo dicitur, omne debitum dimisi tibi vsq; septuagies septies ℂ Quibus sacrificijs placatus? quia rogasti me dilationem, dedi tibi omnium remissionem talentorum videlicet. 10. milium. Augusti. hic. Quis est qui considerat opera Dei, quibus totus hic regitur mundus, & non obstupescit obruiturq; miraculis? Si cõsideret vim vnius grani vel cuiuslibet seminis, magna quidem res est consideranti: sed quia homines in aliud intenti, perdiderunt considerationem operum Dei, in qua darent laudẽ cotidie creatori, tanq̃ seruauit sibi Deus inusitata quædam quæ faceret, vt tanq̃ dormientes homines ad se colendum mirabilius excitaret. Aquam conuertit in vinũ, cũ id quot annis in vitibus fieri nemo ignoret, nemo miretur. Omnia quę fecit erãt valde bona, & tamen calix hodiernus q̃ pręclarus est, quem haurientes conuiuę dicunt: Renuit consolari anima mea, hoc est renuit conuiua esse huius sęculi, memor fui Dei, & delectata est. Psal. 76. Quid ergo faciet potus vsq; ad satietatem (Canti 5.) Quando gustus sic eructat? Sed aqua ista in vinum versa: gustus vel memoria Dei in mensura nobis datur: sicut & lachrymę ipsę. ps. septuage. nono. Nam hydrię istę singulę capiũt metretas binas vel ternas. Si igitur verus Hebrę⁹ es, sex annis seruies, in sex hydrijs purificaberis, sex diebus operaberis: in septimo anno egredieris liber, dicente domino, requiescant a laboribus suis: clamor filiorum Israel venit ad me, propter duritiam eorum qui præsunt operibus. Morem igitur contrarium sæculo huic tenet dominus Iesus. Quandoquidem omnis homo more Scorpionis facie blãditur: cauda percutit, & iuxta Prouerbium altera manu ostendit panem: altera lapidem fert. Dauid baculum pręse ferebat, sed lapidem infixit fronti. 1. reg. 17. Iahel lac propinauit, clauum cerebro adegit. Sic Aioth munera pręse ferebat, quando adijt Eglon Regem Moab, manu autem sinistra exempto gladio, in ventre eius infixit tam valide, vt capulus sequeretur ferrum in vulnere. Munera obtulit. mortem intulit. Erat enim iste ambidexter: quem difficile erat pręcauere. Nec tamen nunc requirimus vtrum liceat Tyrannum occidere, quod fecit Aioth, sed illud astruimus, quod princeps mundi huius conuiuis suis, principio vinum bonum ponit (imo lętale mulsum) & cum ebrios viderit: facit cum eis quod fecit Iudith cum Holopherne. Christus autem dominus, ego inquit dispono vobis regnum &c. ℂ Transiuimus per aquam & ignem & eduxisti nos in refrigerium. Cęterum epulo a refrigerio transijt ad aquam & ignem. Luc. 16. Hoc fecit initium signorum Iesus in chana Galilęę: & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli sui. Ergo cętera signa quæ de infantia Christi referuntur apocrypha sunt, Hucusq; igitur pater testificatus fuerat de filio suo, quando in ortu misit exercitum angelorum: pastores vocauit: Magos adduxit/ Simeonem & Annam misit ad templum &c. & cęlum reserauit: &c. Ioannes deniq; ipsum digito populis ostendit. A modo filius ipse ostendere cœpit, quis esset, quid nosset quid posset: Nam post q̃ relatu ministrorum res comperta est: itum est ad hydrias & inuentum eiusdem generositatis vino plenas esse: cum interim sponsus negaret tale vinum a se vnq̃ visum vel apparatum fuisse, sed & si ipse non diceret: res ipsa loquebatur: cętera enim vina etiam quadragenaria ipsi collata, acetum erant an potius aqua. Omnes igitur comperto miraculo; biberunt & benedixerunt Deum qui talem

Margin: Canti. 5. — Matth. 17. — A — Nume. 13. — Sap. 16. — Genes. 19. — Bernard⁹. — B — ps. 35. — Matth. 18. — Augusti⁹. — C — Genesi. 1. — ps. 76. — Exo. 21. — Apoc. 14. — D — 1. reg. 17. — Iudi. 4. — Iudic. 3. — Iudith. 13. — Luc. 22. — E — ps. 65. — Matth. 3. — Luc. 3. — Matth. 3.

Ioā. 6. & 9.
Matth. 9. 15

talem potestatem dedit hominibus: vt sola voluntate naturam aquæ conuerteret in vinum: quod forte alias non legimus. Nam panes benedixit: cæcum luto imposito illuminauit. Leproso/volo dixit: & tetigit eũ. Cananææ fiat tibi sicut vis: Emorroyssę: fides tua te saluam fecit, seruum centurionis/dicens ego veniam. Matth. 9. Vade & sicut credidisti &c. Filium reguli dicens, filius tuus viuit. Ioan. 4. Lazarũ lachrymatus excitat. Ioan. 11. Filiam Iairi tenens manu. Matth. 9. Ventis imperauit: similiter dęmones verbo expulit. Matth. 8. Hic nihil aliud ꝙ implete hydrias aqua, quæ quamprimum impletæ sunt, ex tempore vino sunt repletæ. Manifestauit igitur potentiam suam: & discipuli eius si qui eum sequebantur/firmius ei adhæserunt. ¶ Qui sint isti discipuli textus non dicit nisi forte erant Petrus & Andreas (qui tamen in consequentibus vocantur a domino) Philippus & Nathanael. Et hic est finis operum Christi mirabiliũ innotescere creaturæ suæ quis sit, qui licet bonorum nostrorum non egeat: quia tamen bonus est: gloriæ suæ participes facit eos qui credunt in nomine eius. Post hęc descendit Capharnaum ipse & mater sua: & fratres sui: & discipuli sui: & ibi manserunt non multis diebus. Capharnaum ciuitas est in eadem Galilęa gentium: iuxta lacum Genezareth: finitima Zabulon & Nephthalim: propter diuitiarum copiam vitijs scatens: & superbia tumens. Quod igitur illo dominus descendit: cum ibidem nullum miraculũ ediderit: matri super benedictę & cognatorum affectibus donatũ est (nemo enim carnem suam odio habet) quos amodo secum circumferre nolebat aggressurus cęlestis doctrinę sationem. Mugijt igitur & ipse pro reclusis vitulis: nec tamē pro cura eorum declinauit ad dexteram vel sinistram. 1. Re. 6. Sed cognatis Capharnaum relictis (quos hic Ioannes fratres vocat, non quidem Ioseph filios ex alia vxore sicut Augustinus opinatur & Theophylactus: sed iuxta morem Hebręum: quo cognati vocantur fratres Gene. 13. & cap. 31.) Dominus Iesus tempus captat locumq; idoneum, quo potentiam suam ostendat, non quidem priuatim sicut in nuptijs factum est: (id quod propemodum datum videtur matri pijssimę & cognatis) sed toti mundo: vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam ęternam, Ioan. 3.

Ps. 13.
Ioan. 1.
Ephes. 5
Theoph.

F G

¶ Decimum caput. De Christo domino ascendente in templũ & expellente nundinatores flagello/euertēte pecunias &c. Deq; verbo illo: soluite templũ hoc: & per triduum excitabo illud. Et ꝙ dominus nō se credebat omnibus.

Erat ergo prope pascha Iudęorum: & ascēdit Iesus Hierosolymam. Et inuenit in templo vendētes oues & boues & colũbas: & nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellũ de funiculis, omnes eiecit de tēplo: oues quoq; & boues & nũmulariorum effudit ęs, & mēsas subuertit. 45. distin. capit. Salomon. Item. 88. distinct. cap. 2. 1. q. 1. Qui studet. q. 3. c. Saluator. De hoc Phase vide Exod. 12. Ibi/cum dixerint vobis filij vestri, quæ est ista religio &c. Hunc ergo diem Iudęi solēni ritu quotānis celebrabāt: agnũ immolātes: ob huius historię memoriā, qua sepultis in mari Aegyptijs eo trāsito, victricē manũ Dei laudauerũt: & maxime fœminę assũptis tympanis/ducentes choros, quibus pręcinebat Maria soror Aaron & Mosi dicens: cantemus domino. Exod. 15. Et libet interim mirari: quomodo in tanta pressura egressionis Iudęorum de Aegypto/ fœminæ Hebræę non sunt oblitę tympanorum suorum. Cum igitur per id temporis iuxta quod lex cauebat/ ingens esset populi cōcursus ad templum quod erat Hierosolymis ex omni prouintia Iudęorum: dominus Iesus eo se contulit: ꝙ diu cucurbita siue hędera Ionæ virebat: & pręstabat refrigerium quale quale prophetę. Templum igitur ingressus, non templi sed fori speciem offendit dominus. Ad hæc sciendum ꝙ templi forma talis erat sicut hic patet. Sanctorum sanctum vni tantum patebat sacerdoti magno. Prima pars templi quę vocatur sanctum, solis sacerdotibus peruia erat leuitis atq; cantoribus. Atrium primum interius Iudæis viris purificatis. Atrium secundum Iudęis viris & fœminis purificatis. Tertium atrium exterius tam Iudæis quam forensibus vtriusq; sexus: fœminis menstruatis duntaxat exclusis, siue Iudæę essent, siue gentiles. In primo atrio interiori erat altare holocaustorum, in quo leuitæ ministrabant. Quodlibet atrium habebat tres portas, ad orientem tres: tres meridianę, & aquilonares totidem, occidentalis nulla erat. Cum ergo dicitur/Ingressus templum dominus, nō accipitur pro prima parte templi, in qua erat arca testamēti vel fuerat, nec pro secunda parte templi in qua erat candelabrum, altare aureum, mensa panum propositionis. Accipitur igitur templum pro quolibet trium atriorum Ad hæc Hieronymus. Sciēdum quod iuxta mandatum legis augustissimo in toto orbe templo domini, & de cunctis pene regionibus Iudęorum illic populo confluente: innumerabiles immolabantur hostię: idq; maxime in diebus festis: arietum: hircorum: taurorum: pauperibus columbas & turtures offerentibus. Accidebat quoq; vt qui de longe venerant non haberent victimas. Excogitauerunt igitur sacerdotes quomodo pręḋam de populo facerent & omnia animantia quibus opus erat ad sacrificia vendebant: & ipsi rursus empta recipiebāt. Hāc strophanı eorum crebra venientium inopia dissipabat: qui indigebant sumptibus: & non solum hostias nō habebant: sed nec vnde emerent quidem aues & turtures. Posuerunt itaq; & nummularios, qui mutuā sub cautione darent pecuniam. Sed quia lege vsura prohibita erat. Exod. 22. Leui. 25. Deut. 23. Cogitauerunt aliam technam, vt pro nummularijs Colybistas facerent, cuius verbi proprietatem latina lingua non exprimit. Colyba dicuntur apud eos, quod apud nos tragemata vel vilia munuscula videlicet frixi ciceris, vuarum passarum: & poma diuersi generis. Igitur quia vsuras accipere non poterant: Coly-

Ioan. 4.
Pręteremittitur figura.
Templũ.
Hierony.
Colybistę

H I K

byste

bistæ qui pecuniam fœnerati fuerant, pro pecunia accipiebant varias species, vt quod in nummo non licebat, in his rebus exigerent quæ pecunia coemuntur, quasi non hoc ipum Ezechiel prædicauerit dicens. Vsuram & superabundantiam accepisti, capitu. 22. ¶ Istius modi igitur latrones dominus eiecit de tẽplo. Latro enim est, qui lucra de religione sectatur. Et sciendum ꝙ isti qui pulsi sunt quando vendebant hospitibus oues & columbas &c. Paciscebantur cum sacerdotibus & leuitis, vt eadem animantia accepta ab ijs qui obtulerunt: rursus ipsis venditoribus reuenderent: sed minoris: vt iterum cum lucro possent alijs hospitibus vendere, ita fiebat vt spoliatis hospitibus, turpe lucrum subinde ex eodem animante rediens: inter mercatores & Leuitas diuideretur. Nummularij autem suos qui minutiori moneta mutant maiorem, aut aurum argento, aut peregrinam pecuniam in Regiam: non sine sordido quæstu.

A Isti sunt sacerdotes Belis, de quibus Daniel. 14. Quorum fraudes & imposturę proditæ sunt a Daniele, cribrante cinerem super pauimento Templi, quod fecerant sacerdotes speluncam latronum, imo & antrum cyclopum. ¶ Hos igitur sacerdotes rex comprehensos occidit: Bel destruxit: templum subuertit: Mitius autem se habuit dominus cum collibistis/nũmularijs & templi ministris in presenti facto: quos flagellis cęsos, facta scutica templo expulit: in quo non vnum Bel sed innumera potenta posuerant: supra portam enim quæ respiciebat ad aquilonem erat statutum idolum Zeli videlicet Baal, ad prouocandam ęmulationem, idest iram Dei, quando hodie facto flagello ex funiculis latrones expulit. Sed lapides verberabat dominus, quorum corda lapidea erant. ¶ Dictum est autẽ Ezechieli, Fili hominis putas ne vides quid isti faciunt? vt procul recedam a sanctuario meo. Si tam prophana sunt quę vides: quã eo maiora existimanda sunt quæ humanam fugiunt conscientiam? Magnum erat templum fieri forum vel mercatum, at quanto grauius in ipso templi introitu idolum Zeli statuere quasi dominus esset domus & princeps. Sed tu conuersus, maiora videbis & quæ omnem fidem excedunt. En foramen in pariete vnum: fode illud, & ingredere sensim & suspenso anhelitu. Ingressus igitur, ecce omnis similitudo

Ezech. 8

B reptilium & animalium abominatio: & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum: & hęc vocantur a Ioanne, oues, boues, columbę, turtures, & cętera animalia immolaticia, quę in atrijs templi vendebantur, vt stabulum mentorium potius videretur quam domus maiestatis diuinę. Sequitur, Et. 70. Viri de senioribus domus Israel, & Iechonias filius Saphã stabat in medio eorum videlicet princeps sacrilegij eorum, qui omissa religione Dei: idolorum seruiebant seruitutem quæ depicta erant in parietibus. Isti enim sunt nummularij, quorũ quisqꝫ thuribulum tenebat manu sua: vaporqꝫ nebulę consurgens offerentium sacrilegia demonstrabat, siquidem sacerdotes cum essent, quorum erat thura adolere (memento Ozię, 2. para. 26.) offerebant ignem alienum: & thus abominabile, quia videlicet dijs alienis imo reptilibus. Hæc faciebant seniores, non iuuenes, nõ vnus sed septuaginta in ab-

Figura.

Leuit. 10.

C scondito, hoc est non tãtum in atrio domus Dei, sed etiam intra ædes suas, & quod detestabilius est: putantes interim id latere Deum. Nec tamen putemus hic finem esse scelerum. In secundo atrio templi erat multitudo matronarũ sedentes & plangentes (non peccata sua/absit) non dominũ eum filiabus Hierusalem, sed Adonidem, quem gentiles veneris riualem existimant/de quo Augusti. lib. 6. de ciuitate Dei. cap. 7. Huius anniuersarium Athenienses fœminæ ita celebrant multis videlicet in partibus ciuitatis cadauerum simulacris & sepulchrorum imaginibus dispositis: circa quæ plangentium mulierũ greges versabantur. Hoc igitur fœminæ hebrææ quia palam non licebat: in atrio domus Dei visæ sunt imitari, sicut prædixit Moses, noui recentesqꝫ venerunt Dij, quos non coluerunt patres eorum. Nec tamen o propheta finem malorum vidisti, Ingressus atrium tertium interiꝰ: ecce in ostio templi (quod vnicum erat) inter vestibulum & altare, vbi iuxta prophetam sacerdotes iubentur fletibus iram Dei placare, ibi viginti quinqꝫ viri erant (quadratus numerꝰ, & perfectus, ęquilaterus, vt intelligas in hoc numero perseuerantiam in malis suis) dorsa habentes contra sanctum sanctorum, & facies ad orientem, adorantes ad ortum solis. Denique ramos applicãt primum quidem idolis. & deinde ad nares suas, Et hic est Catalogus

Augustin.

Deuter. 32

Ioel. 2.

Ezech. 9

D malorum domus Israel. Propter quę omnia (habet enim patientia Dei mensuras suas iuxta Origenem) sex viri veniunt (atqꝫ vtinã cum flagellis factis ex funiculis) & vnius cuiusqꝫ securis in manu sua, & inquit dominus templi. Signatis primum in fronte gementibus (non mortem Adonidis) templum Dei factum speluncam latronum, & forum Simonum Simoniacorum, Iudarum & Greziorum, transite per mediam ciuitatem: non parcatis ętati: non sexui/non religioni: imo a sanctuario meo incipite. i. a sacerdotibus: ipsi enim fecerunt domum meam πανθέωptheatron, idest omnium Deorum forum, imo omnium reptilium & simulacrorum. Ex horum copia erat Simõ ille, qui spiritum sanctum emere volebat ab apostolis, non vt possideret (absit) sed vt maioris venderet: cuicunqꝫ emere volenti, sicut dictũ est de pecudibus immolaticijs. Huic dictum est a Petro. Pecuniam tuam Simon tecum fer in perditiõe, qui pu-

Origenes.

Actu. 8.

E tas dona Dei pecunia æstimari posse. In felle amaritudinis video te esse, qui columbas vendere vis/symbola spiritus sancti: columba enim felle caret. Ita Simon iste malignus apostolorum collegium Simoniaca ac Gieziaca lepra perfundere volebat. Cæterum admirabilis clementia Christi: qui quos fulmine detrudere posset in tartara, aut lepra respergere sicut Oziam, flagello expulit, dicens cum apostolo. 1. cor. 4. In virga vultis veniam ad vos, an in spiritu mansuetudinis? Qui igitur sacramenta ex pacto vendunt (inquit Alex. Ales) ipsi sunt qui eijciuntur flagellis ab eo qui non venit animas perdere sed saluare. Dixit aliquando Antonius Imperator cognomento pius. ¶ Malo Scipionis exemplo vnum ciuem seruare ꝙ mille hostes occidere. Alioqui quando potestatem iræ suę voluit ostendere, aperta est terra & deglutiuit Dathan & Abiron. Alias non in homine sed in ficu ostendit quid posset, vnico enim verbo prolato: ficus radicitus exaruit, Matth. 21. Nam sicut dicit Seneca, fulmen est vbi cum potestate ira inhabitat, &

Alex Ales

Luce, 9.

Nume. 16.


Antonius

Seneca.

tat: & amica potestati pene semper impatientia est, quantũcunq; præualent tantum sibi in subditis ex[i]
stimantes licere. Sed vide quod non baculus suscitauit puerum, sed prophetę inclinatio: complexus & os
culum. 4.ꝛ.4. ¶ Et iuxta eundem Senecam/ Nihil æquę gloriosum est principe impune læso, sicut ex-
celsi animi est: iniurias in summa potẽtia pati. Iram enim natura/ inermem regi apum reliquit. Et vtinã
eadem lex homini esset, & ita cum suo telo frangeretur, nec sæpius liceret nocere q̃ semel. Nec alienis vi
ribus exerceret odia, reliquias dissensionum transmittens ad posteros, Amos. 1. Non enim minus turpia
Hebræ. 9. sunt principi multa supplicia, q̃ medico multa funera. Erat tamẽ in arca testamenti virga simul cũ Mã
Luc. 10. nate, vinum & oleum boni Samaritani. Flagellis sæuit gallina euangelica: non scorpionibus terga lace
ps. 1. rauit. 7. ꝛ. 12. Flagello eiciuntur pecora, nundinantes verbo monentur. Effudit igitur male acquisitũ æs:
mensas euertit idest altaria sacerdotum leprosorum subruit: & cathedras pestilentiæ. Et his qui colũ F
bas vendebant dixit. Auferte ista hinc: & nolite facere domum patris mei domum
negociationis. Columbæ inclusæ tenebantur in caueis: ideo flagello non eiciuntur. Dicamus inte-
rim iuxta Fabrum, quia quod dominus primum secundo nundinantes eiecit de templo illud significat:
Genesi. 29. quod pestis hæc auaritiæ difficile eradicabitur a corde sacerdotum. Auferte inquit ista hinc. Nõ enim est
hic aliud nisi domus Dei & porta cæli. Erat olim, sed nunc domus negotiationis est apud multos (vę. n.
Matth. 26 mihi, si tacuero) quorum vox est, quid vultis mihi dare: & ego eum vobis tradam? Vę autẽ illi, per quẽ
Augusti. filius hominis tradetur. Ad hęc Augustin. Nostis quod sacrificia illi populo pro eius carnalitate & cor-
de lapideo talia data sunt, quibus teneretur, ne in idola deflueret. Non ergo magnum peccatum erat, si
hoc vendebant in templo, quod ibidem offerendũ erat. Quę enim honeste emuntur, non illicite vendũ
tur, & tamen eiecit eos, non enim quæ Dei sunt, sed sua sectabantur lucra, & propterea flagellauit: ipse
post modum ab eis flagellandus, & crucifigendus. Recordati sunt vero discipuli eius: q̃ scri- G
ptum est, Zelus domus tuę comedit me. Post Christi resurrectionem & acceptum spiritũ san
Ioan. 1. ctum: conferentes factum hoc cum verbis. ps. 68. Qui fuerint isti discipuli non liquet: sicut dictum est ca-
pite præcedenti, quicunq; tamen fuerint qui dominũ Iesum sequebantur: cum eum viderent alias mitem
& placidum, quem Ioannes agnum vocabat, nunc vero tanta seueritate tanta autoritate expellentem
eos qui domum Dei sordido quęstu prophanabant, principio quidem admirati sunt rei nouitatem, non
enim audierant eundem dominum dicentem: in domo patris mei oportet me esse, secundo autẽ recorda-
Luc. 2. ti sunt scripturę dicentis, quoniam zelus domus tuæ comedit me. ps 68. Est aũt inquit Hilarius hęc amo
Hilarius. ris pij indignatio, vt eorũ quos diligamus contumelijs tanq; Zelo efferuescente moueamur. Vnde illud.
Galath. 3. O insensati Galatę qui vos dementauit non obedire veritati? Hoc domus Dei Zelo accensus erat He-
lias: cui cum diceret Achab, tu ne es ille qui conturbas Israel? Respondit. Non ego o Rex impie turbaui
domum Israel: sed tu: & domus patris tui, qui relicto domino Deo Israel, sequuti estis Baalim. De hoc
vide late. 3. ꝛe. 18. Zelum Heliæ: quo ad vnum interfecit omnes sacerdotes Baal. 850. Estq; obseruandum H
quomodo sacerdotes Baal non detrectauerunt subire tam anceps certamẽ cũ Helia. Sed intellige quod
sicut illi non pręsumebant de Dijs suis, quod facerent ignem descendere super holocaustum, idipsum cre
debant de Deo Heliæ, quod videlicet ignem nõ mitteret super sacrificium Helię: sicq; nil erat illis timen-
dum Sed falsi sunt. Et obserua prophetam fugientem ex timore Iezabelis, & dicentem domino: domine
tolle animam meam. Sic mortem fugit, & mortem petit. Quousq; inquit o popule insipiens tali peda-
tis, nunc dominum nunc Baal colendo. Vter istorũ sit Deus verus, ignis luce clarius ostendet &c. 3 ꝛe. 18
Item obserua sacerdotes Baal orãtes, & rudentes: & Deum suum inuocantes, qui nunq; fuit: nusq; est
vel erit, vel poterit esse. Hunc Zelum quia non habuit Saul: quando missus est perdere memoriã Ama
lech de sub cęlo, sed pepercit cum regi tum & optimis gregibus ouium: audiuit: pœnitet me, quod consti
1. ꝛe. 14. tuerim Saulẽ Regem. Cum autem Saul diceret: seruasse se oues vt immolaret domino, huic pręposteræ
religioni non subscripsit Samuel dicens, quod melior sit obediẽtia Zelus domus Dei quã victimę. Hoc I
est enim quod fecit dominus, pecudes eiecit: Zelans potius honorem Dei: q̃ sacerdotum emolumenta.
Quo enim multitudinem victimarum vestrarum immolatis mihi? Vestras inquit: quæ in lucra vestra cę
Esai. 1. duntur & cedunt. Ego autem plenus cum sim: vos corui semper hiantes. Responderunt ergo Iu-
dęi & dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis: quod hęc facis? O vęsanorum singula
rem phrenesim & amentiam cruce dignam. Et quo nam signo opus erat, cum male facta corriperet, &
Dei domum tãta purgaret ignominia? Zelus ille pro domus Dei honore maximum fuit virtutis signũ.
¶ Verum dicamus/ quod oculis cæcis non signa obijcienda erant, non flagella sed Scorpiones quibus cę
1. corin. 1 si: resipiscerent a tanta stultitia. Si inquiunt filius Dei es: ac proinde domũ patris tui Zelas: ostende vnũ
aliquod signum (Iudæi. n. signa quęrunt) quo fidem factis tuis concilies. Sin homo: quo iure sęuis in eos
qui rem sacerdotum & religionis prouehunt. ¶ Illud autem nemo non obstupescet, quomodo nebulo-
nes illi ac sycophantę ad lapides non conuolarunt, vidẽtes lucra sua ire pessum. Ego aũt illud mecũ re-
Exod. 15 puto, quomodo ad vocem illam: auferte ista hinc, non obriguerunt sicut lapides, aut quomodo non ce- K
1. ꝛe. 4. ciderunt retrorsum cum Heli: vel exhalarunt animas suas cum Anania & Sapphyra, Actu. 5. Non igi-
tur requiras quomodo non sustulerunt lapides: illud potius mirare, quomodo non fluxerunt sicut cera: a
ps. 105. facie eius: qui respicit terram, & facit eam tremere: tangit montes: & fumigant. Respondit Iesus &
dixit eis. Soluite templum hoc: & in tribus diebus excitabo illud? Dixerunt ergo
Iudęi. Quadraginta & sex annis ędificatum est templum hoc: & tu in tribus dieb⁹
excitabis illud: ille autem dicebat de templo corporis sui. Soluite: pro soluitote & ego
excitabo illud & tũc habebitis signum quod hęc facio. Misit enim spiritum sanctum signum potestatis

sug

thæ insigne. Sciens ergo dominus Iesus etiam si ignem de cælo deponeret cũ Helia, 4.Re.1. aut solis cursum sisteret cum Iosue.cap.10. id etiam calumniaturos, cum corda haberent adamantina, ipse autem signum nunq̃ ediderit nisi ad subleuandam necessitatem miserorum, & pro gloria Dei patris, & ad corroborandam fidem credentium: promisit quidem eis signum, sed sub ænigmate, quod ne tunc crediderunt quando re exhibitum est, sed occluso ore custodum, magna pecuniæ summa: furatum prædicauerunt. 1. templum quidem dirutum: excitatum nunq̃, nec excitandum. Hæc est fides eorum inuiolata. Quanto igitur minus id credituri erant: quando prænunciabatur futurum. Id autẽ signũ in Iona præcessit, de quo suo loco. Sermonis occasionem præstitit templũ in quo versabantur. De hoc templo habes Amos.9. In die illa suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit (septies in die) & reędificabo aperturas murorũ eius A (manuum, pedum & lateris) & ea quę corruerant instaurabo, Cęsariem, sanguinẽ sudorem sanguineũ: quę omnia comprehenduntur in verbis illis: si in viridi ligno hæc faciunt. Luc.23. ¶ Id factum est, quando noster Nazareus eductus de carcere sepulchri: attonsus: veste mutata: linteaminibus relictis in sepulchro Regi oblatus est post horas.40. cui rex anulum induit, quia ecclesiæ est sponsus Ephes.5. Stola byssina circundedit, quia immortalis surrexit, & collo torquem auream circumposuit: insigne regiæ potestatis, fecitq; eum ascendere super currũ suum secundum, quia sedet dexter patri in corpore immortali, impassibili, incorruptibili, & sole clariore. Vocatur saluator mũdi, præpositus regni, quia data est illi omnis potestas in cęlo & in terra. Pręco autẽ Paulus est, qui clamat pręcepto Regis; in nomine Iesu omne genu flectatur, Audi & Iacob, Ad prędam fili mi ascendisti: requiescens accubuisti vt Leo. Quis suscitabit eum? Ego in tribus diebus excitabo ionam de ventre ceti. Ad hęc Iudęi pistillo retusiores insanis inquiunt: quadraginta & sex annis tam insigne opus vix dum absolutum, tu tribus diebus dirutum excitabis? Absurdum igitur videbatur prima fronte verbum domini: imo & impium. Impiũ erat iubere demoliri templum Deo sacrum, toto orbe famosum, absurdum vero tam sumptuosam fabricam intra tri-B duum erigere. ¶ His verbis Iudęorum videtur obuiare Iosephus.15. antiquit. lib. cap.11. dicens, Herodes cum omnem apparatum ad templi reædificationem præparasset, & aggregasset, antiquis fundamẽtis solutis, noua imposuit, super quę templum erexit longitudine centum cubitorum, altitudine 120. Ergo deposuit templum secundum Zorobabelis: & soluta sunt antiqua fundamenta, & hoc opus absolutũ est annis.10. ante Christum natum Dicimus: quod si Herodes Ascalonita templum deposuit & antiqua soluit fundamenta, id de eo quod superfuerat de templo Salomonis diuendum & antiquis illius fundamentis intelligendum est. Et ita totum id quod adiecit, fuit exterius templum ad magnitudinem iuxta antiqua fundamenta templi Salomonis extructum. Secundum autem templum de quo hic dicitur, 46. annis ædificatum est &c. integrum mansisse inclusum, id quod & Egessippus asseuerat lib.1. bel-C li Iudaici his verbis. Herodes Ascalonita.15. sui regni anno tanto rerum secundarum successu leuatus: ad pietatem animum intendit. Et vt se gratum cęlestibus in se supra modum fluentibus beneficijs demonstraret, templum ornauit, omnem illum locum circa templi ambitum circũuallauit muro: geminatisq; spatijs inclusit, immenso ędificandi sumptu & exquisito decore. Templum Zorobabelis habebat. 50. cubitos longitudinis, altitudo. 60. Longitudo ambitus huius templi cubito. 100. altitudo. 120. ¶ Sciendum ergo quod a primo anno Cyri Regis Persarum in quo concessũ est populo Iudęorum reuerti in propria (sicut patet. 1. Esdrę 1. & ędificare templum Deo suo, vsq; ad sextum annum Darij, sub quo consummatum est illud: fluxerunt anni sex & 40 ¶ Iudęi enim arcebantur ab absoluendo opere nationibus circumadiacẽtibus eos seditionibus & bellis turbantibus, ita vt sicut scriptum est, alteram manum haberent in opere, alteram in armis. Vide. 1. Esdræ.3. Fundato igitur a cœmentarijs templo domini anno. 2. ab aduẽtu suo in Hierusalem, mense secũdo / steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis, & Leuitæ cum cymbalis, vt laudarent Deum per manus Dauid Regis Israel. Omnisq; populus vociferabatur clamore magno, eo quod fũdatum esset templum. Sequitur. Plurimi etiam de sacerdotibus & Leuitis & principes patrum & seniores qui viderant templum prius cum fundatum esset, & hoc templum in oculis suis: flebant voce magna, & multi vociferantes in lætitia eleuabant vocem, nec poterat quis agnoscere vocẽ clamoris & lætantium, & vocem fletus populi. Causa huius discriminis per se patet, nã templi Salomonis fabrica duplex, idest dupla erat ad hoc secũdum templum / quod annis sex & quadraginta ædificatum est, sicut patet ex pręcedenti figura. Et sicut duplum erat in ędificijs: ita in diuitijs, ornamentis: pulchritudine & gloria. Idem videndum est nunc in nobis, in quos fines sęculorũ deuenerunt. Nam de principio ecclesię quã fundauit dominus Iesus super Petram quam Petrus cõfessus est; dicitur: erat illis cor vnũ & anima vna. Nunc autem nõ vocem me Noemi; sed amaram. Vna tantum manu operamur, altera semper in armis. Melius fuerat ecclesiæ non concepisse: si semper cauendum est a falsis fratribus. Sed ad rem. Audierunt hostes Iudę & Beniamin, quod filij captiuitatis ædificarent templum domino, & voluerunt eos in opere adiuuare. Id non permittente Zorobabel, factum est vt populus terræ impediret manus populi Iudę & turbaret



Matth. 28. | Prouer. 24 | Figura. | Gene. 41. | Matth. 28 | Genes. 49 | Iosephus. | Egessipp. | 1. Esdræ. 3. | Templũ. | 1. corint. 10 | Matth. 16. | Actu. 4 | Ruth. 1. | Gene. 29 | 1. Esdrę. 4.

& turbaret eos in ædificando. Sequitur. Conduxeruntq; aduersus eos consiliatores vt destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri Regis Persarum, & vsq; ad regnum Darij Regis Persarum, idq; tempus fuit isti anni. 46. Vide vlterius. 1. Esdræ cap. 4. Quomodo Artaxerxes alias Cyrus per epistolā mādauit quibusdam ex seruis suis, vt abirent festini in Hierusalem ad Iudæos: & prohiberent eos ne perficerent templum quod cœperant, intermissumq; est ex tunc opus domus domini: & nō fiebat vsq; ad annum secundum regni Darij regis Persarum. Et tamen scriptum est. Magna erit gloria domus istius nouissimæ, idest maior q̄ primæ. Maius enim miraculum fuit, quod paucæ captiuorum reliquiæ hostib⁹ quoquo versus perstrepentibus, tam ingens opus absoluerint, q̄ q̄ rex opulentissimus profundissima pace/ acceptis a patre suo Dauid expensis, fecit in annis septem. De hoc vide. 1. paral. 22. Quod autem Dauid præparauit in ædificium templi, aurum, argentum, æs, & ferrum: id figuratū est apud Danielem in statua illa, cuius caput aureum, pectus argen. & brachia, venter & femora ærea, crura ferrea, pedum quædam pars terrea. Vos estis templum Dei inquit Paulus. Verum huius templi qui sint aurum, qui argentum, qui vero æs aut ferrum aut terra/ ipse templi dominus: fabricator & inhabitator nouit figmentum nostrū. Ad hoc pertinet quod August. dicit hoc loco. Videtur inquit hic numerus. 46. Perfectioni dominici corporis apte congruere. Quadragesies enim sexies seni fiūt. 276. qui numerus complet nouem menses & dies sex. Ipsa autem perfectio corporis domini tot diebus ad partum producta comperitur. Octauo enim calendas Aprilis conceptus creditur: (quo & passus, licet hoc dubium) natus octauo calendas Ianuarij. Ab illo ergo die vsq; ad istum computatur dies. 276. qui senarium numerum quadragesies sexies habent. Qui videlicet numerus continetur in nomine Adam, si Græce computas. A. vnum valet. δ. quattuor/ rursus. A. vnum. μ. valet. 40. Porro quattuor orbis climata ab eisdē litteris incipiūt Græce videlicet Anatole. i. oriens. Disis, idest occidens. Arcton. i. Septemtrio. Messembrio, idest meridies. Quando ergo dicitur sex & 40. annis ædificatum templū, iuxta litteram expositum est: iuxta sensū mysticum ad corpus humanum refertur, nam corpus Christi momento absolutum est, quantitate licet per pusillum. Iuxta sensum spiritualem ad ecclesiam refertur: cuius corpus per quattuor orbis partes dispersum: colligendum est & reædificandum iuxta Ezechielem capite trigesimo septimo: qui de campo pleno ossibus prophetauit, & hoc diebus quadraginta & sex. Ita. s. vt ex auro fiat caput, pectus & brachia ex argento, ex ære venter & femora &c. iuxta quod dixit Ezechiel, accesserūt ossa singula ad iuncturam suam. Intellige autem quomodo ea quæ sunt viliora sustinent pondus totius ecclesiasticæ fabricæ ferrum videlicet & terra, vt confundat Deus sapientia turgentes, opulentia insolentes: fortitudine tyrannos sicut Nembrot: sanguine generosos, qui forte ex capite vertentur in caudam, nisi dicāt cū Abraā loquar ad dominum & si me nouerim puluerem. Ad hec sciendum iuxta Eusebium/ quod templum Salomonis stetit annis. 437. Templum aūt quod Zorobabel fundauit annis. 592. Demptis. 47. in quibus fūdatum est: restant anni. 545. A natiuitate Mosi vsq; ad primam ædificationem templi fluxerūt anni. 5603. 92. 6. Verum dominus non de templo Salomonis quod exustum est: non de templo Zorobabel loquebatur: sed de templo corporis sui. Non quod nō posset in triduo templum illud dirutum excitare: qui sex dierum spacio orbem cum ornatu suo solo verbo condidit: sed quod illi de templo Zorobabel interpretabantur: quod ille dicebat de templo corporis sui. Loquebatur enim eis in parabolis: vt audientes non intelligerent: qui lucem præsentem non videbant: imo exosam habebant. Illud autem interim mirandū quomodo effuso ere euersis mensis: flagellatis nundinatoribus: isti tigres petito signo: nec accepto: imo nec intellectis verbis Christi, tanq̄ canes non audent mutire, sed subtrahunt se sensim: exibantq; vnus post vnum: timentes ne duriora paterentur: si adhuc instarent: in petēdo signo. Cum ergo surrexisset a mortuis: recordati sunt discipuli eius quod hoc dicebat vel dixisset & crediderunt scripturę & sermoni quem dixit Iesus. Vnde merito dicit Paulus: alij sumus odor vitæ ad vitam, alijs autem odor mortis ad mortem. Quid est quod dicimus? Hunc sermonem/ soluite Templum hoc/ audierunt Iudęi, audierunt & Christi discipuli, vtriq; audierunt, neutri intellexerunt: nam & Petrus audito: filium hominis oportet multa pati: inquit/ Domine nolo te mori: imo iuxta Lucam nullus apostolorum intellexit verbum illud, tradetur enim gentibus, sed erat verbum illud de morte Christi penitus absconditum ab intellectu eorum, opinātes illum loqui in parabolis. Verum licet ad pręsens nō intelligerent: non glutiebant & mittebant in secessum, sed conseruabant in corde suo, hęsitq; velut semen quoddam mentibus eorum, admirantes interim quid sibi vellet: donec suscitato templo in quo corporaliter inhabitat plenitudo diuinitatis, idq; in triduo: per spiritum sanctum edocti sunt mysterij veritatem, & de quo templo dominus dixisset, soluite templum hoc. Iudęi autem memores & ipsi verborū Christi: videlicet soluite templum: eundem sermonem veluti crimen lęsę maiestatis illi obiecerunt ante prophanum sacerdotem: verbis quidem fere eisdem: sensu penitus inuerso. Alijs ergo fuit odor vitę domini: alijs odor ad mortem. Re enim vera si dominus Iesus ęnigma explicuisset, pręter id quód hoc esset suscitare octipedem: & irritare crabones: nil aliud esset q̄ mittere margaritas ante porcos. Ideo ad eā obiectionem videlicet. 46. annis fundatum est templum, nihil respondit. Dicunt Iudęi, insanit: quid eū auditis? Dicunt apostoli: verba habes vitę ęternæ. Vtris credendum sit: insanis: an sobrijs videto. Sequitur.

Cum autem esset Hierosolymis in pascha/ in die festo: multi crediderunt in nomine eius: videntes signa sua quę faciebat. De his signis nihil legimus, nec enim omnia scripta sunt, Dicit autem Hieronymus super Mattheum. Plurimi arbitrantur maximum esse signorum, quod Lazarus excitatus est, quod in monte gloriam ostendit in qua venturus est. Matth. 17. ¶ Mihi autem inter omnia quę fecit dominus/ hoc videtur esse mirabilius, quod vnus homo & illo tempore contemptibilis

& in

Aggei. 2.
Daniel. 2.
1. corin. 6.
ps. 102.
August⁹.
Adam.
Genesi. 10.
Gene. 18
Eusebius.
2. corint. 2.
Math. 16.
Luc. 19.
Luc. 2.
Collo. 2
Math. 26.
2. corint. 2.
Math. 7.
Ioan. 10.
Ioan. 6.
Hierony⁹
Ioan. 11.

& in tantum vilis iuxta populi ęstimationem, vt postea crucifigeretur, scribis & pharisęis contra se fremitentibus, & videntibus sua lucra destrui, potuerit ad vnius flagelli verbera tantam ejcere multitudinē mensasq; subuertere, & cætera quæ vix vnus efficeret exercitus: illis interim vix mussitantibus, & dicentibus: quod signū ostendis? Igneum enim quoddam atq; sidereum radiabat ex oculis eius: & diuinitatis maiestas lucebat in facie. Alioqui cum de eorum numero essent qui adorant statuam auream, & auaritiæ idolum colunt: aut iuxta Hiere. cap. 6. Auaritiæ student, sæuitum erant in eum vel dentibus, si gladius non adesset, sed quia potestatem desuper non acceperant, quam Pilatus: dispersi sunt in sua. Et hic rursus repetenda sunt nobis apostoli verba, alijs sumus odor vitæ alijs odor ad mortem. Quibus ad vitam? His qui videntes signa: crediderunt. Quibus ad mortem? His qui visis signis: dicunt: in potestate principis dæmoniorum hæc signa facit. Quia & venenum vita est viperę, homini autem exitiale est. Et ferula cibus gratissimus asinis: cæteris iumentis exitiale est. Sic & ignis omnium condimentorū est suauissimum vt inquit Euenus: sed nisi caute accedas, discedes propere. Nam & vultures ad extincta cadauera etiam triduo ante feruntur odore, aut etiam biduo, autore Plinio: sana non sentiunt. Reuera isti ad modum dissimiles apibus, quę ex amarissimo thymo suauissimum mel colligunt. Multi igitur visis signis gustatis verbis, mel enim & lac sub lingua eius. Cantic. 5. crediderunt in eum. Sed & beati qui non viderunt & crediderunt in eo qui est veritas & vita. Ioan. 20. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis eo quod ipse nosset omnia: τα παντα ta panta: & quia opus ei nō erat vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine. De conse. d. 2. c. propter gloriam. De pœnitētia. distin. 4. c. si ex bono ante finem. Quid est credebant in eum: ipse autem nō se credebat eis? Homines qui nec præsentia nec futura intelligunt (prauū est. n. cor hominis & speluosum nimis, nec multum dissimile Labyrintho &c. Hiere. 17.) cum fraudulentis sæpe res suas sine suspitione communicant (Samson cū Dalila) vnde non raro attonsi & ligati, traduntur hostibus illudendi, amissis oculis. Vnde illud: ab ea quę in sinu tuo dormit custodi claustra oris tui. Michęę. 7

Danie. 3 | 1. corint. 2. | Luc 11. | Ignis. | Vultures.

¶ Hanc igitur sententiam Ioannes alijs verbis dicit: Iesus non se credebat eis, quia homines quidem vident quę videri possunt, solus ipse intuetur cor: nouit omnia. Ergo non se credebat promiscuę multitudini, quę leui ex causa vertitur studia in contraria, id quod rei exitus comprobauit, quando eum quē ante sex dies vestimentis iumento eius substratis honorarunt, ad mortem petierunt, & donari sibi ad vitā homicidam sedit iosum. Hinc illud memorabile Themistoclis dictum. Ferunt enim dicere solitum: se neq; honoribus ab Atheniensibus affici: neq; apud eos in admiratione esse, sed procella vexatos imminēte periculo: ad se velut platanum subter fugere, reddita autem serenitate/euellere: atq; deijcere. Alcibiades item nolens sese iudicum permittere censurę, qui non raro calculo mordere solent sicuti & populus. Ait, ne matri quidem confidere velle, sed etiam hanc in huiusmodi periculo suspectam habiturum, ne nigrum calculum pro albo subijceret. Matrem autem patriam suam, idest vulgus promiscuum intellexit: magis mutabile quam Euripum mare, & hydrargiron ipsum. Non igitur credebat se dominus eis. Erant enim in populo multi qui gloriæ Christi inuidere cœperant, timentes lucro: & autoritati suę. Sed hanc malitiam conceptam animo celabant, pepererunt autem, cū primum opportunitatem nacti sunt/venena sua effundendi. Non confidebat de vita propria in eis: non quia timebat: sed ad excludendā falsam cōfidentiam. Subducit se igitur a frequentia populi, ne volēs prodesse irritaret crabones, vt eum morti traderent: cuius nondum venerat hora. Ipse enim sciebat quid esset in homine: & nomine istius hominis intelligit dominus Iesus, omnes qui glorię eius inuidebant. Cum igitur ipse scrutetur renes & corda. ps. 7. opus non habebat consiliario qui de hominibus huiusmodi fescule fidibus apud eum testificaretur. Petrus dixit non semel, non te negabo: sed qui sciebat idq; explorato/quid esset in homine, dixit: ter me negabis. Alium sensum ponit Augustinus, sed mihi non probatur. Nec tamen hæc dicentes: monetam cudimus. ¶ Dicit enim Paulus, vnusquisq; in suo sensu abundet, amicus Plato, veritas amicior.

1. Re. 16. | Matth. 21. | Themist. | Alcibiad. | Prouerbi. | Matth. 26.

¶ Vndecimum caput. De Nicodemo doctore veniente ad Iesum nocte: & multis sermonibus vltro citroq; collatis, de sacramento baptismatis de serpente exaltato: & exaltando in cruce.

ERat autem homo ex phariseis Nicodemus nomine, princeps Iudeorū. Hic venit ad Iesum nocte & dixit ei. Rabbi scimus quod a Deo venisti magister. Nemo. n. potest hęc signa facere quę tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Quoniam iuxta comicum/quę pulchra sunt decies repetita placebunt, replicemus iam tertio illud. Christi bonus odor sumus in omni loco, alijs odor ad vitam, alijs autem ad mortem. Positus est dominus iuxta verbum Simeonis in resur. & in ruinam multorum, quia Moses baculum suum tenuę, eandem serpentem fugit. Ex illis igitur qui serpentem, fugerūt erant illi qui dicebant: num & vos seducti estis? Num aliquis ex principibus (capita sine cerebro) in eum credidit? Erat autē Nicodemus de numero eorū qui baculū tenuerūt, licet ad tēpus videret serpēs/signum videlicet illud quod Moses exaltauit ad ruinam & resurre. multorum. Qui enim non intuetur: iam iudicatus est. Iste igitur Nicodemus apprehendit caudam serpentis & versa est in caput. Quomodo? Venit ad Iesum. Caput Christi Deus: caro eius pes eius vel cauda eius. Ad Iesum venit tanq; ad aliquem eximium doctorē hominem tantum ratus non item Deum, ideo noctu venisse dicitur. Tamen cum infert, scimus quod a Deo venisti, quia signa quę facis: plusq; hominem testantur, iam cauda in manu eius cœpit in caput cōuer-

Ioan. 3. | 2. corint. 2. | Exod. 4 | Ioan. 7. | Nume. 21. | 1. corin. 11.

uerti. Erat autem Nicodemus secta quidem pharisæus sicut Paulus. Pharisæorum autem & Sadducæorum sectæ erant quasi primo diuersæ. Sadducæi negant resurrectionem mortuorum: angelos itidem, & omnem spiritum: pharisæi vtrunque credunt. Actu. cap. 23. Hic igitur doctor quia non erat totus caro: nec totus aries, erat autem veluti camelus, qui ruminat quidem: sed vngulam non habet bifidam, venit quidem ad lucem: sed noctu. Adhuc volitabat circa terram more struthionis, imbecillus erat in amore Christi, & neque feruidus nec calidus. Admirabatur doctrinam cælestem, signa quæ Deum testabantur, & tamen metuebat sibi ipsi: ne apud Iudæos iacturam faceret honoris sui. Quicunque autem voluerit amicus esse huius mundi, inimicus Dei constituitur. Iacobi. 4. venit igitur noctu/quia ignorans, & quia timebat. Ita Petrus sequebatur, sed a longe. Ad hæc. A. Gellius. Nauigantibus nobis mare Ionium, ventus a latere sæuiens nauim vndis compleuerat. Tum postea complorantibus nostris omnibus, atque in sentina satis agentibus, dies quidem illuxit: sed nihil de periculo atque sæuitia remissum. In eadem naui fuit philosophus quem ego bene noui. Eum tunc in tantis periculis inque illo tumultu cæli marisque requirebam oculis: scire cupiens, quo nam statu animi: & an intrepidus interritusque esset. At ibi hominem conspicimus impauidum & extrilluidum, vlulatus quidem nullos sicut cæteri omnes scientem, sed coloris & vultus turbatione non multum a cæteris differentem. At vbi cælum enituit & deferbuit mare, accedit ad philosophum Græcus quidam ex Asia: magno (vti videbamus) cultu & apparatu rerum & familiæ: atque ipse erat multis corporis animique delitijs diffluens, is quasi illudens: quid hoc est inquit o philosophe quod cum in periculis essemus: timuisti tu & palluisti: ego neque timui: neque pallui. Ad hæc philosophus non respondit, sed inquit: Aristippus ille pro me responderit: qui cum in simili tempore a simillimo tui homine interrogatus, quare philosophus timeret, cum ille contra nihil metueret, non eandem causam sibi: atque illi respondet, quoniam is quidem esset non magnopere sollicitus pro anima nequissimi nebulonis: ipsum autem pro Aristippi anima timere. Itaque Nicodemi metus: timor erat potius quam impietas. Sed terror iste cadere non debuit in virum sapientem & probum. Verum & illud subijciendum, pudebat mendicare ad pedes Iesu, & fieri ex magistro discipulum. Tamen necessitate cogente, cum Paulo omnia legis rudimenta velut stercora ratus: accessit & ipse noctu/vt Christum lucrifaceret, & captata hac ceu præfatiuncula beneuolentia domini Iesu, scimus inquit adeo te missum populi magistrum & doctorem, quandoquidem doctrinam tuam confirmas eiusmodi signis, quæ nemo potest facere: nisi in potentia Dei. Prophetam ergo aliquem credebat, cui tamen virtus diuina comes esset in edendis miraculis sicut cum Helisæo vel Helia. Dominus autem qui calamum cassatum non conteret nec extinguet linum fumigans: sed sicut aquila pullos prouocat ad volandum, nõ exprobrat ei suam tarditatem: non timorem seruilem notat in tanto doctore, & qui princeps erat Iudæorum sed mentem eius ad altiora prouehens. Respõdit ei. Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo ἄνωθεν anothen. i. denuo vel desuperioribus, non potest videre regnum Dei. Respondit Nicodemus. Quomodo potest homo renasci: cum sit senex? Nunquid potest in ventrem matris suæ iterato introire: & renasci? Theophyl. Videntur verba domini nihil alludere ad verba Nicodemi: congruunt tamen valde. Nam Nicodemus nihil magnum sentiebat de Christo: sed quod magister esset & Deus cum eo. Dicit igitur dominus. Merito ita de me sentis: nondũ enim natus es superne: hoc est a Deo spirituali natiuitate. Caro autẽ & sanguis nõ reuelat quis sim. Nisi igitur renatus fueris: vel quis alius superne/piam ac dignã de me opinione nõ habetis, ac proinde extra regnũ cælorũ estis. Quid est igitur denuo vel superne renasci? Vera & catholica imbui doctrina. Huius doctrinæ fundamentũ illud est: tu es Christus filius Dei viui: Mat. 16. Qui in hunc mundũ venisti. Ioan. 11. Venisti autem tanquam magister populi Israelitici, tanquam lumen ad reuelationem gentium; tanquam redemptor: qui animam tuam dares redẽptionem pro multis. Matth. 20. Oportet ergo participem te spiritus esse per lauacrum regenerationis, vt de me veram fidem concipias. Cæterum cum dicit, non potest videre regnum Dei: intuendum est quod Nicodemus nullam quæstionem proposuerat de regno Dei. Verum si Nicodemus erat de numero eorum qui crediderunt in dominum in die festo: quid aliud crediderunt, nisi ipsum esse Messiam, & regem eum de quo Zacha. 9. Ecce rex tuus? Si ergo hic doctor volebat scire de restitutiõe regni Israel: recte audiuit id nemo potest videre, nisi denuo renascatur. Nam natiuitatis primæ diei cum Iob tum & Hieremias maledicunt. Iob. 3. Hiere. 20. ¶ Sicut autem Iudæi per circuncisionem renascebantur ad vitam: vt non perirent de populis suis, sed viderent & ipsi regnum Dei: ita & nos per baptisma regeneramur &c. Gregor. 4. moral. cap. 2. Quod apud nos valet aqua baptismatis: hoc egit apud veteres, vel pro paruulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificij, vel pro filijs Abrahæ mysterium circuncisionis. Quisquis autem regenerationis vnda non soluitur: reatu primi vinculi ligatus tenetur. Eramus enim natura filij iræ. Quia sub diuina districtione iustum est vt propago mortalis velut sterilis arbor & in ramis seruet amaritudinem, quam traxit ex radice. Dicit ergo. Nouam a me vis doctrinam imbibere: ea nouum hominem requirit. Nam Iudæi nihil aliud nouerant quam aquam doctrinæ Mosaicæ, baptisma Ioannis, nec dũ per spiritum sanctum & ignem in nouam translati fuerant creaturam, præter carnem nihil sapiebant. Tu igitur renascaris oportet: vt videas regnum Dei. Ad hæc Nicodemus. Quomodo potest homo senex renasci? Vides tarditatem doctoris literæ occidentis: nihil sapientis nisi carnem. Num vel puer vel infans vnius diei potest iterato ventre/renasci post menses nouem? Tam & si id aliquando factum est: referente Plinio, vt infans recens natus, vterum matris repetens, secundo nasceretur. Et id Sagunti factum est: Eodem anno quo ab Hanibale deleta est. Actum est inquit de nobis: si renasci oportet omnes denuo: & maxime

Leuit. 11 — Apocal. 3 — A. Gellius — Aristipp. — Philip. 3. — Matth. 12. — Deut. 32. — Theophy — Matth. 16. — Luce. 2. — Actu. 1. — Gregori. — Ephesi. 2. — plinius.

F — G — H — I — K

maxime mei similes, qui grãdeuus sum. Itaq; Nicodemus renasci denuo intellexit, non autẽ de superne. Quid autem si filio edito in lucem: mater diem obijt? Quem vterum repetet iste, vt renascatur? Nõ iuxta Prouerbium erimus bis pueri: repetemus nuces, rursus redeundum est ad infantiæ pannos & deliramenta & balbutiem. Num pueri annorum centum dentiemus rursus: sed huiusmodi pueri maledicti sunt. Nec tamen bonus & Vrbanus magister tam crasso responso offensus est, sed id quod velamẽto verborum obscure dixerat de secunda regeneratione, nunc euidentius explicat dicens. **Amen amẽ dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.** Duo quidem Nicodemum fallebant per plexum, natiuitas Anothen, & regnum Dei: de quibus nunquam audierat, nunquam vel somniauerat: sed ventris meminit tantum vtpote qui nec dũ ablactatus fuerat a lacte mamillarum synagogæ, quæ lapideæ erant. Exod. trigesimo secundo. Reijce igitur communem consuetudinem, alium partum induco, quo homines renasci volo. Formauit ex terra & aqua, non vtile vas euasit: non amplius terra & aqua fingẽdum est; sicut dicit Chrysostomus, sed aqua imo igne & spiritu iuxta quod promisit Ioannes. Luce tertio.

A — Chrysost.

¶ Prima igitur formatio ex terra, secunda ex osse: tertia ex sanguinibus, vel semine, & natũ nullam quomodo vel quo pacto fiat assequi possumus, quanquam crassiora sint, quanto minus generationem aquæ & spiritus? Quæ igitur aquæ necessitas? ego aperiam vobis mysterium. In aqua tanquam in sepulchro caput immergentibus: vetus homo sepelitur, emergentibus, nouus resurgit. Inde vt facile nobis est immergi, & emersos respirare, ita Deo veterem sepelire hominem (Saulum verbi gratia) & nouum induere Paulum. Hoc est autẽ quod Paulus dicit. Romanorum sexto. Consepulti sumus cum illo per baptisma: & noster homo vetus simul crucifixus est. Et primum quidem dictum est: producant aquæ reptilæ animæ viuentis, ex quo autem Iordanis alueum ingressus est dominus, non reptilia animarum viuentium, sed animas rationales & spirituales aqua producit, de quibus Ioannes primo. Qui nõ ex sanguinibus sed ex Deo, ex aqua ex igne ex spiritu nati sunt. Sicut autem vterus repeti non potest: sic nec sacramentum regenerationis. Quoniam licet omnia sacramenta efficaciam habeant a passione Christi, id proprium est ac peculiare huic sacramento. Nam in cęteris quodam modo cooperatur qui sacramentum recipit ad gratiam quæ ibi infunditur, hic autem totum operatur sacramentum, & maxime in paruulo, sitq; baptizetur ab infideli, in fide tamen ecclesiæ. **Quod enim natum est ex carne: caro est: & quod natum est spiritu spiritus est. Nõ mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus quo vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat, sic est omnis qui natus est ex spiritu.** Confirmat dominus similitudine duplici id quod dixerat de duplici generatione. Simile nascitur e simili. Sicut enim primus homo de terra terrenus: (Adam enim ab Adama dictus est, idest humo, quanquã Iosephus ab Edom hoc est rubro id nomen duci putat, fictum enim esse hominem in agro Damasceno, eamque terram e qua compactus fuerit, rubram extitisse) terrenos genuit filios, & mortales mortalis. Ita secundus Adã dominus Iesus cælestis homo, qui non ex sanguinibus sed opera spiritus sancti conceptus est, cælestes item regenerat filios in aqua, inuocato nomine beatissime trinitatis. Nam in sacramento regenerationis ęqualiter operatur beata trinitas, licet hæc regeneratio approprietur spiritusancto. Quod autem regeneratis pateat regnum Dei, dictum est Luce. capitulo tertio. Nam alioqui carnis locus terra est; sicut dictũ est parenti nostro: terra es & in terram ibis. Ita dicit Hieronymus super Ezechielem. Antequam flammeam illam rotam & igneam Rhomphęam ad Paradisi fores Christus cum latione reserasset, clausa erant cælestia, & non corpus modo: sed & spiritum hominis pecorisque ęqualis vilitas coarctabat. Et licet aliud videretur dissolui, aliud reseruari: tamen non multum intererat perire cum corpore, vel inferni tenebris detineri. Reserato autem arcæ latere dextro, & aqua fluente cum sanguine, hoc est morte Christi intercedente donata est vis aquis (quæ in illa aqua præfigurabantur) regenerandi & producendi

Actu. 9. — Luce. 3.

B

Adam. — Io sephus.

C

Genesi. 3. — Hierony.

D

Lucæ.23. filios spirituales, quibus dicitur, hodie mecum eris in paradiso. De his igitur per spiritũ regeneratis dicitur Esaiæ. sexagesimo. ¶ Qui sunt isti qui vt nubes volant, & sicut columbæ ad fenestras? Nubes vocantur) regenerandi item columbe, quasi dicat, qui sunt isti qui aqua regenerati per spiritum sanctum (in nube enim aqua in columba spiritus sanctus præfiguratur) ex carnalibus & terrenis, ad celestia properant, idest ad regnum Dei? Fenestræ autem istæ mansiones sunt de quibus Ioan. 14. Cæterum de carnalibus Hierony. filijs habes Ezechi. decimo sexto. ¶ Quando nata es, non est præcisus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis. Per vmbilicum quo fœtus aluntur in ventre instar arborum & virgultorum, quæ per radices humore terræ nutriuntur occulte carnalis & terrena generatio designatur. Nam quomodo virorum seminarium significatur in lumbis eius, ita genitalia fœminarum honesto sermone vmbilicum vocantur. Vnde illud Iob. quadragesimo. Virtus eius in lumbis eius contra viros: & fortitudo in vmbilico contra fœminas. Significat autem hoc de Hierusalem (vel de qualibet anima) quæ non statim legem acceperit, nec ei pudendæ natiuitatis exordia sint abcisa, sed gentilem primum ac carnalem vixerit vitam in Aegypto. Vnde sequitur, & aqua non es lota in salutem. Cruenta infantium corpora statim vt emittuntur ex vtero, lauari solent: ita generatio spiritualis lauacro indiget aquæ & spiritus, vt possit videre regnum spiritus sancti: quod solis Galath. 4. contingit, qui acceperunt a spiritu sancto eam libertatem vt possint clamare Abba pater. Sequitur. Sale non es salita. Tenera infantium corpora dum adhuc vteri calorem tenent & primo vagitu laboriosæ vitæ testantur exordia, solent ab obstetricibus sale contingi: vt sicciora sint & restringuantur. Qui igitur ex carnalibus parentibus nati sunt, quia nihil saporis nihil diligentiæ consequuti sunt: nihil aliud audient quam illud, quod natum est ex carne caro est: caro autẽ & sanguis regnũ Dei non possidebunt. 1. corint. 15. Quod ex spiritu nascitur, Dei filius est. Vnde sequitur de carnali generatione, nec inuoluta pannis. Galath. 3. Quotquot autem in Christo baptizati estis: Christum induistis. Oportet inquit vos nasci denuo. Quid ita? Augustinus. Vt enim quod dimissum est in parente scilicet peccatum originale trahatur in prolem, miris quidem modis fit: sed tamen fit. Hæc inuisibilia & infidelibus incredibilia, sed tamen vera: vt haberent aliquod visibile exemplum, hoc in quibusdam arbustis diuina prouidẽtia procurauit. Cur enim non credamus, propter hoc esse institutum, vt ex oliua nascatur Oleaster? Mirum est quemadmodum a peccati vinculo per gratiam liberati, gignant tamen eodem vinculo obstrictos, quos eodem modo oporteat liberari. Fatemur mirum est, sed quod lateat fœtus oleastrorum etiam in seminibus olearum, quando & hoc crederetur, nisi experientia probaretur? Proinde sicut gignitur ex oleastri semine oleaster, & ex oleæ semine oliua & oleaster, cum inter oliuam & oleastrum plurimũ differat gignitur & de carne peccatoris & de carne iusti vtrinque peccator quamuis inter peccatorẽ & iustũ plurimũ differt. Sed si iuxta Basiliũ sacramentũ regenerationis mors est peccati quare semper perstat sententia illa, morte morieris? Augustinus. Si regenerationis sacramentum sequeretur continuo immortalitas corporis, ipsa fides eneruaretur, quæ tunc est fides: quando expectatur in spe, quod in re nõ videtur. Alias quæ esset gloria martyrum, si lauacrum nos immortales faceret? Vbi enim nulla pugna: nulla victoria, nulla certe corona. Cum paruulis autem baptizandis quis non ad Christi fidem propterea potius curreret, ne a corpore potius soluerentur. Atque ita non in inuisibili premio probaretur fides, sed iam nec fides esset: confestim sui operis sumendo mercedem. De hoc Ezech. capitulo quadragesimo septimo. Aquæ multæ egredientes a dextero latere templi (Ioannes secundo. Ioannes decimo nono.) quo magis elongabantur a templo, eo profundiores fiebant secundũ quatuor differentias, aquæ istæ vim habent regenerandi sicut sequitur: intrabunt mare mortuum & sanabuntur aquæ: & erunt pisces multi satis: postquam venerint illuc aquæ istæ. Qui igitur pro solo originali diluitur: aquæ sunt ei vsque ad talos, qui pro originali & venialibus: aquas habet vsque ad genua. Qui pro multis mortalibus baptizatur: aquas habet vsque ad renes. Solus Angelus magni Cõsilii de iure torrentem profundum licet per transiuit quia solus sine peccato. Vos igitur qui de peccato geniti estis, omnino oportet nasci denuo: vt ex serpẽtibus & anguilis trãsformemini iuxta prophetam in pisces bonos, de quibus Ioannis. Capit. 21. Hanc secundam regenerationem per aquã præstolantur omnes Saraceni vel Agareni. Venturus est enim suus Mahomad in die iudicij & omnes illos ad vnum abluet in Iordane, sicut ipsi satis insulsis & impie fabulantur: & abluti super niuẽ dealbabuntur, etiam si Aethiopes ante nigredine vixissent. Non igitur mireris o Nicodeme quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo: a vento disce maior. Accipe tibi familias exemplum ab his rebus quæ cũ spiritu habẽt quodammodo Symbolum: & tamen corporis sensu percipiuntur. Aer iste vel ventus quo viuimus inspirando ad respirando: & cuius tantam vtilitatem sentimus: non cohibetur hominum arbi- Poeta. trio: id quod & Cæcis palam est, sed flat ad reflat. nunc vnus tantum: nunc duo simul: aliquando autẽ & tres: iuxta illud poetæ, hæc vbi dicta Cauum conuersa cuspidem mõtẽ. impulit in latus. ac venti velut agmine facto qua data porta ruũt & terras turbine perfluãt, hi igitur venti oculis quid non percipiũtur effectu autem omnibus sunt notissimi quod ostendit domus Iob concussa 4. angulis: & tum vocem Iob. 1. venti audiamus: effectum videamus (alioqui quo autore purgatur area) nullum tamen corpus interim videmus quod apprehendere possimus. Tale igitur quiddam habet hæc spiritualis regeneratio hunc locum præterquam quod ita exponit Chrysost. Et Theophyl. Cyrillus & Abulensis: ad eandem modum ex- Augustin. ponit August. inquiens: sic est omnis qui nascitur ex spiritu: vt quoniam vox venientis spiritus id est venti auditur quid non autem videtur: sic & ratio baptismi auditur quod dicatur: tamen quomodo per per spiritum fit: non videtur. Cum autem nec per hoc exemplum venti Nicodemus duceretur ad fidem; audiuit: si terrena dixi vobis, & cæt. Sequitur ex verbis Augustini. Quoniam ergo quibusdam

videtur

videtur, de spiritu sancto saluatorem dixisse: spiritus quo vult spirat, cum constet exempli causa loquutum saluatorem? Denique subiecit. Sic est omnis qui natus est de spiritu sancto. Quid tam apertum quod spiritum ventum significauit; hunc nescimus vnde veniat, quia ex multis partibus perflat sex & .30. videlicet, si philosophis credimus, spiritus sanctus autem scimus quod de cęlo descēdit / quando veniat nescimus. Sed ideo putant non ventum significatum quia ait, vbi vult spirat, (vbi aduerbium est loci nō temporis) quasi nō omnis creatura lege sibi posita, remissa sit arbitrio proprio, sed effectus volēs spiritus sancti significare, hoc vsus est exēplo. Questio nū veteris & noui testa. questio. 59. Respōdit Nicodemus & dixit ei. Quō possūt hęc fieri? Respōdit Iesus. Tu es magister in Israel & hęc ignoras? Quia iuxta sapiētē ferrū ferro acuit: Tuque o Nicodeme noie magistri cęteris in populo Israelitico, illud verbi gratia requiro abs te: nū legisti Ezech. cap. 36.? Legi sępe sæpius. Si igit legisti (neque enim id clā me est) Quomō intelligis locū illū: effundā super vos aquā mundā, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris? Quomodo & id quod sequitur, dabo vobis spiritum nouum? quomodo rursus quod est tertio loco, auferam a vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneū? Quomodo & hoc quartum spiritum meum ponā in medio vestri. Hęc doctor istius populi si legisti, quomodo intelligis? quomodo alios docuisti? Si cæcus existens, factus es cæcorum dux: præsumptio insolens est, docere quod nescias, cum opus habeas manum ferulæ iterum subiicere. Ecce audis aquam mundam, spiritum nouum: cor lapideum, cor carneum, spiritum diuinæ maiestatis, audis inquinamenta mūdanda non sanguine vitulorum aut hircorum, sed aqua munda, quam foecundauit spiritus meus. Quomodo intelligis auferendum a populo cor lapideum & insensibile, & reponendum carneum? Quis vnquam homo inuentus est cū lapideo corde? Quomodo autē potest auferri cor: & cor reponi? Nisi forte quomodo costa detracta est protoplasto, & reposita est caro pro crate. Et vt tecum paucis agam: quomodo caro Naaman leprosi, hominis integræ ætatis restitura est sicut caro pueri, postquam septies Iordanem est ingressus? Quid si non plures quam sexies immergeretur? Num mundus egrederetur? Si aqua est quæ purificat & spiritu nō est opus: num non meliores sunt Abana & pharphar fluuii Damasci omnibus aquis Israel? Non ergo mūdat aqua quia aqua, sed quia effusa manu Dei. Et iubetur Naaman, id est peccator quilibet etiam Aethiops: & qui peccatorum consuetudinem in alteram naturam conuertit, lauari septies, ad significandā remissionem peccatorum plenissimam quę fit in eo sacramento regenerationis. De fonte autem illo de quo egisti apud Zachariam cap. 13. Quod erit aliquando patens (nam quando propheta hæc dicebat, clausus erat, quia nondum vnus militum lancea illum aperuerat) domui Dauid in ablutionem peccatoris & menstruatæ, superfluum fuerit rogare te? Ibi Nicodemus sui similis semper vtpote qui de spiritu sancti essentia, potentia & efficatia eo vsque non audierat, nec homines posse renasci, nec esse modos alios dimittendi peccata, quam ii qui in lege sanciuntur, non quidem obsistens verbis domini Iesu, sed sermonis non assequens vim & intelligentiam: suam confitetur ignorantiam, planius interim exponi sibi cupiens, qua ratione possit fieri: vt homo carneus aquis immersus baptismatis, mutetur in alium virū. Ibi dominus. Tu es magister in Israel, & hęc videris ignorare, cum teipsum prius docere debueris, quā alios doceres. Roman. 2. ¶ Verum scias: quod ea quę sunt cælestis doctrinæ rationibus humanis nō comprehenduntur, sed fide ea assequi possumus. Vnde illud Esai. cap. 7. iuxta. 70. Si non credideritis, non intelligetis. Amen amen dico tibi quod quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo si dixero cęlestia credetis? Dicendo enim Nicodemus, quomodo possunt hæc fieri? volebat fide Græca comprehendere ita certa esse quæ dicta sunt de spirituali regeneratione, sicut certus erat quod vnum duo tria, sunt partes aliquotæ senarii numeri. Et eadem ignorantia tenebatur, qui dicebat, domine ostende nobis patrem sed hæc cum sint omnino spiritualia, etiam si oculos adhibeas lynceos, nihil ominus nil aliud eris quam talpa, Sicut autem dicit Augustinus, qui negat ea quę sunt fidei, quia non videntur, perinde est vt si cęcus natus neget solem esse quem nunquam vidit. Nos enim Nicodeme quod scimus loquimur, & visa testamur, spiritualia autem non oculis cernuntur, quandoquidem ventus ipse cum quid corporeum sit (patet in vtre inflato) sensu tamen oculorum non percipitur: quanto minus hæc cęlestia. Non enim tu ex numero eorum qui negant animam, quia non videtur. Aristoxenus enim negauit animam esse, sed sicut in fidibus ex intentione neruorum effici concordem sonum, quem Gręci Harmoniam vocant, ita in corporibus ex compage membrorum ac viscerum & vigore, vim sentiendi esse. Hęc stultissimus stultorum sapientium dixit. Si igitur ventus ipse inuisibilis est omnino, quanto magis fidei mysteria quę plus distant a terrenis quam cælum a terra? Ego autem o Nicodeme cum ea quę explorato noui loquar tibi, & non quemadmodum prophetę, qui propterea appellātur vidētes, quia sibi reuelata a Deo populis annūtiabant, nihilominus tū testimoniū nostrū non accipis, quasi vni testi credendū non sit: etiā Catoni etiā Salomoni, sed vis earū rerū certior fieri sicut Thomas. Si ergo terrena dicenti, & differenti de natura venti deque regenerando homine per aquam & spiritum: fidem non adhibetis: quomodo si dixero sublimiora & diuiniora, laxando in abyssum rete doctrinæ meę credetis? Dicitur autem regeneratio per aquam & spiritum terrena (cum reuera spiritualis sit) quia fit in aqua, & verbis sensibilibus, & fit in terra, id est in hoc sęculo. Memento igitur quomodo Adam formatur de terra, Eua de crate: virga vertitur in colubrum: & aqua de petra affluxit. Nume. vigesimo. Facies Mosi ex colloquio diuino splendida facta est, virga germinauit sub vna nocte, (sed vndas numero) Numero decimo septimo. Vt per has visibiles generationes (cęcus licet) intelligas id quod de regeneratione veteris hominis pręloquutus sum. Hęc enim nullus me certius agnouit: quandoquidem.

[Margin: Prouer. 14. — Matth. 14. — Gene. 2. — 4 re. 5. Figura. — Ioan. 19. — Ioan. 14. — Augusti. — Aristoxe. — 1 re. 9. — Ioan. 20. — Luce. 5. — Exod. 4. — Nume. 17.]

Nemo

[Esai. 40] Nemo ascendit in cęlũ: nisi qui descendit de cęlo: filius hominis qui est in cęlo. Qui [Hierem. 23] ergo cęlorum est inhabitator & conditor, & cęlos mensus est palmo, & cęlum replet terramq; : & cui [Gregori?] cęlum sedes est, ipse testis est oculatus omnium quę dicta sunt, sed si nos quoq; qui in terra editi sumus: cęlum conscendimus, vbi est, nemo in cælum ascendit? Vbi illud: Volo pater vt vbi ego sum, illi sint mecum? Ioan. decimo septimo. Sed vide, quoniam omnes qui in eius fide renati sumus, proculdubio corpus eius sumus. Bene ergo dicit, Nemo ascendit, quia dum nos vnum cum illo iam sumus: Vnde solus venit in se, illuc solus redit etiam in nobis. Et is qui in cælo semper est, ad cælum cotidie ascendit, quia qui in diuinitate sua super omnia manet, humanitatis suæ compage sese cotidie ad cælos trahit. libro, moral. 27. capitu. vndecimo. Nemo inquit ascendit &c. Et tamen hæc dicens, videlicet filius hois qui est in cęlo, in terra erat iuxta formã serui, nõ aũt in cęlo. Tamẽ quia filius hominis filius Dei est, qui cælum replet & terram, vbicunq; est: in cęlo est: & in terra. Nec iuxta quod in forma Dei est [Malach. 3.] ascendere potest, aut descendere. Ego enim Deus & non mutor. Sicut igitur nemo cælum conscēdit virtute propria præter vnum filium hominis & eundem filium Dei, ita nemo ex mortalibus ascendit ad regnum Dei, nisi qui regeneratus aqua & spiritu sancto, incipit esse mẽbrorum corpus Christi. Ipsum autẽ [Ephes. 1.] filium hominis dedit Deus caput ecclesiæ, in omnibus. Sed quomodo erit caput, si non subsit corpus? Caput influit corpori vitam, alimentum & motum: & confert ornatum, sed nec caput viuit sine corpore: sicut nec corpus sine capite. Scriptum est autem: propter hanc relinquet homo patrem &c. Hoc est ca[Genesi. 2.]put cohærebit corpori, sicut vir vxori: quia & iuxta Paulum vir caput est vxoris. I corinth. 11. Et erunt duo in carnem vnam, idest ex vno capite & vno corpore fiet vnica ecclesia: cuius caput iam est in cælo & ecclesia per hanc vnionem iam sedet cum capite: dicente apostolo: consedere nos fecit in cęlestibus, [Ephes. 2] sed in Christo, & cum illo nos conresuscitauit inquit, cum nec dum mortui simus, imo nec concepti, quã do hæc dicebat Paulus Ephesi. capite. 2. Et sicut Moses exaltauit serpẽtem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in illum, nõ pereat: sed habeat [G] vitam ęternam. Dicens itaq; dominus Iesus nemo ascendit in cælum &c. Tacite subindicat inesse sibi diuinam naturam quanquam corpus mortale circumferret, ac per hoc testimonium quod illi tribuerat Nicodemus velut præcellens quoddam, quod videlicet esset missus a Deo. & faceret signa quę nullus fecit; longe esse infra ipsius dignitatem. Siquidẽ filius hominis ita missus est a Deo: vt fratres suos visitaret, quod terrena visitans, cælestia non reliquit. Verum si quis requirat, quæ necessitas compulit [Ione. 1.] Dei filium (propter me orta est hæc tempestas) descendere de cęlis, & in assumpta forma serui (cum esset dominus omnium) velut peregrinus & vnus e vulgo conuersari inter peccatores, & tandem inter [Galat. 4.] probrosos pendere velut maledictum? Nihil aliud audiet quam illud Hieremi. capitul trigesimo primo [Galat. 3] In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans. Quia ergo dilexit Deus mundum: misit vnicũ suum in terris, qui nos attraheret ad cælestia: id quod orabat olim synagoga dicens: trahe me post te. [Cantic. 1.] Vnde illud: si exaltatus fuero a terra omnes traham ad me. Ioan. 12. Verum Nicodeme hoc tantum sacramentum non subitum aut nunc primum excogitatum opineris a sapientia Dei. Hoc ipsum est enim [H] quod futurum præfigurauit Moses: cum periclitante populo, serpentium morsibus, præcepto Dei serpẽtem æneum suspendit in ligno: vt intuentes in eum sanarentur. Ergo in figura serpens mordebat, & serpens sanabat. Sed qui mordebant veri serpentes erant, qui autem intuentes se sanabat, non serpens erat [Genesi. 27] sed quædam similitudo: non magis erat serpens quam Iacob erat Esau: etiam si ita videretur Isaac cæco, sed fallebatur, tangens hædorum pellitulas. Nam & Iesus sacerdos indutus videtur vestimentis sordidis apud Zacha. capit. tertio. ¶ Serpens igitur hic qui inter duos nequam pependit: non plus habuit de veneno, idest de peccato, quam serpens ille ęneus, sed vtrobiq; erat similitudo. Estq; notandum quo modo eadem res primo diuersa significet. Quid enim tam diuersum quam serpẽs, & verbum caro? Itaque serpens videbatur, agnus autem erat qui tollit peccatum mundi, & moriens triumphauit de morte, & tanto clarior facta est victoria, quanto hostis in cruce triumphatus: altior erat: & nominatus in ter[Augusti?]ra. Quia enim a serpente mors, per serpentis effigiem figurata est mors. Attenditur serpens confictus, vt [I] nihil valeat serpens antiquus. Attenditur mors, vt nihil valeat mors. Sed cuius mors? Mors vitę: si dici potest mors vitę, imo quia dici potest, mirabiliter dicitur. Nam vita viuente regnabat mors: etiã in eos [Roman. 5.] qui non peccauerunt eatenus sicut Adam. Sed vita mortua triduo, mors mortua est, perpetuo. Interim tamen & nobis cum vita moriendum est, donec cantemus: vbi est victoria tua? primo corinth. decimo quinto. Obserua tamen quod serpens ille æneus ab vno serpente vel vno genere serpentis morsos sanabat, & ad vitam tantum temporalem, & Iudæos tantum vnam videlicet gentem. Christus omnes credentes: percussos a quouis serpentum genere: & ad vitam ęternam. Ille enim figura erat, Christus res ipsa. Ille vmbra Christus veritas. De hoc serpente vide Deuteronomio capitu. octauo. Ad morsum eius totum corpus horribiliter incenditur, aqua desideratur, aqua clamatur, fit quodcunq; vis licet impedimento. Augustinus. Steuchus. Dicamus & illud. Cum vita nostra non aliunde perenda sit quam a ser[Exod. 4.]pente isto: Moses fugit serpentem, putans totum id esse quod cernebatur, quod non erat. Nam si cruci[K] [2. corint. 13.] fixus est in infirmitate, viuit tamen ex potentia Dei. Nã & propterea æneus iussus est fieri, vt memoria mortis Christi perpetua esset apud fideles Christi, sicut dicit serpens hic qui peccatum non fecit cuidam amiculæ suę, pone me sicut signaculum super cor tuum & brachia tua, fortiter enim pro dilectione tua [Cantic. 8.] ad mortem vsq; certaui, & confusione mortis contempta, nudus pependi, quo te vestirem. Hebræorũ. duodecimo. Hoc igitur mortis meę exuuium (serpens enim eram) depinge ante oculos, signa super cor. Hinc lege cauetur, ne immolaturus turturem: caput pręcidat, sed conregat sub alis. Leuitici primo.

Quod

Quod est quasi dicat Ioannes, cum dilexisset dominus suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Ioan. 13. Vnde sequitur.

ℂ Caput duodecimum. Quomodo Deus pater pro dilectione qua ferebatur in mundum filium suum vnigenitum dedit, non vt mundum iudicaret sed vt seruaret, tamen multi magis dilexerunt tenebras, quam venire ad lucem.

A Sic enim Deus dilexit mũdum, vt filium suum vnigenitũ daret vel dederit vt omnis qui credit in illum nõ pereat: sed habeat vitam æternam. Si ergo qui credit in serpentem exaltatum (ipse est vnigenitus Dei patris) hunc fructũ consequitur vt peccatis remissis: habeat vitam æternam, vbi circuncisionis iniuria, vbi sacrificia tot legalia ad peccati remissionem? Vides fidem vnicum esse remedium, quæ tamen in adultis mortua est, nisi adiunctis operibus. Cæterum si bene consideres singula verba hæc, magnam habent vim. Nam & illud verbum, sic dilexit: & illud, Deus mundum: & illud: vt filium suum daret vnigenitum, immensam amoris significat vehementiam. Nam prior dedit, & totum dedit quod potuit, & amore dedit, non necessitate, & mundo dedit, qui eum non cognouit, quique totus positus erat in maligno, aut iuxta aliam scripturam. Gene. 6. Carnes erant: & omnis homo corruperat viam suam. Vnde illud apostoli ad Roman. 5. ℂ Commendat autem nobis charitatem suam Deus, quoniam cum inimici essemus, pro nobis mortuus est, vt nos reconciliaret patri. Donaturus igitur nobis pater filium suũ vnigenitum, ita loquitur Abrahæ patri nostro. Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Isaac: & offer B mihi illum super vnum montium quem dixero tibi. Origenes. Accenderat Deus animum Abrahæ in amorem filij, non solum posteritatis gratia, sed & promissionum spe, & hunc iubetur domino holocaustum offerre, nec sufficit dicere filium: adiecit charissimum, subiecit & quem diligis Isaac: vt vertatur risus in mœrorem. Sic his omnibus repetitis: paterni excitantur affectus. Adhuc autem ad immolandum vnicum paterna dextera retardatur triduo, vt aduersus fidẽ animi tota carnis militia repugnaret. Omitto quid sacramenti contineat dies tertia, sic in proximo non erat mons aliquis cum totum ageretur in montibus, sed per triduum pater cibum cum eo sumeret, tot noctibus penderet in amplexibus patris, per triduum recursantibus curis, paterna viscera cruciantur. interim autem & spacium certaminis accipit fides & amor, amor Dei & affectus carnis. Accipe inquit baculum senectutis tuæ, lumen oculorum tuorum. Et quomodo non dixit: vnde ergo pullulabunt rami radice auulsa? Vnde numerabo pro filijs stellas, vtroque lumine priuatus? Dixerat enim ei Deus: Non in Ismael, sed in Isaac vocabitur tibi semen. C At nihil tale cogitauit, sed quasi factus a natura humana alienus: surrexit noctu: vxore inconsulta, festinatque implere præceptum: ipso etiam ignorante qui futurus erat hostia. Tenuit, ligauit, vnigenito interim obstupescente ad tam nouam tragœdiam, nihilominus tamen obmutescente: sicut agnus qui portatur ad victimam. Denique gladium exemit: sustulit brachium. Huc vsque tentatio. Ecce autem angelus domini de cælo clamauit dicens. Per me metipsum iuraui (iurauit igitur dominus de iurium, quia per semet ipsum) quia fecisti hanc rem. Chrysostomus. Vide mihi triumphum omni humana gloria maiorem, nam de natura ipsa triumphum egit. Quid huic trophæo conferri potest? Et enim si postquam vicit athleta, non præco ex humili loco, sed imperator ipse surgens, e sublimi olimpiaci certaminis pronunciaret victorem, an non hoc victori videatur multis coronis magnificentius? Totumque theatrum ad se conuerterit. Proinde cum hic non Cæsar sed Deus, non in theatro sed in orbe, non in frequentia hominum, sed in spectaculo angelorum clamauerit dicens, quia fecisti hanc rem: age nunc vbi ponemus hunc virum? Igitur Abraam propter obstantiam vnigenitum suum morti destinauit: sed tamen Deo obtulit D quo inferante, illum centenarius acceperat. ℂ Deus autem sic mudum dilexit: vt vnicum daret, quasi per hoc obsequentissimam patris nostri Abrahæ obedientiam renumerans. Vt omnis qui credit in illum serpentem pro nobis immolatum (alias Aries erat qui volens hæsit vepribus, qui ligna super se tulit in quibus imolaretur) non pereat sed habeat vitam æternam. Est autem hæc eadem sententia cum præcedenti de serpente exaltato, vt intelligas eundem esse serpentem illum in mysterio, qui & vnigenitus Dei patris. Annotandum interim quomodo euangelista non prosequitur quomodo discesserit Nicodemus, aut qua clausula finitus fuerit dialogus inter eum & dominum Iesum, aut quid ad hæc tam profũda mysteria respõderit. Simile est illud Ioã. 1. De plenitudine eius. Itẽ illud Gala. 2. Nos natura Iudæi. Sequitur. Non. n. misit Deus filium suum in mundum, vt iudicit mundũ, sed vt salue tur mundus per ipsum. Qui credit in eum: non iudicatur. De commissis ante peccatis: quorum remissionem consequitur credendo. Qui autem non credit iam iudicatus est, quia non E credit in nomine vnigeniti filij Dei. Quod venerit vnigenitus salutem operari in medio terræ: non damnationem, parabola centum ouium luce clarius ostendit, item parabola drachmarum decem, & ea quæ has consequitur de adolescentiore filio. Item illud: nõ veni vocare iustos sed peccatores: quia misericordiam volo plus quam sacrificium. Denique id videre licet (etiam cæcis) in muliere deprehensa in adulterio. Ioan. 8. ℂ Item illud, nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit vt animas perderet sed saluaret. Et hoc vsque adeo verum est, vt iuxta propheram. Esai. cap. quinquagesimo tertio. & Paulum Hebr. 5. in cruce pendes pro transgressoribus preces cũ clamore valido & cũ lachrymis patri obtulerit, vt non perirẽt: quibus factum est, vt perfidis colonis. 40. anni concessi fuerint ad pœnitentiam,

Iacobi. 2.
Chrysost.
Ioan. 5.
Genesi. 22.
Origenes.
Tobiæ 10.
Gene. 17
Hierem. 18
Chrysost.
Genesi. 22.
Ps. 73.
Luce 15.
Matth. 9.
Luce. 9.

Gene.22 cum Ninfulte vixtres dies accepissent. Et iuxta mysterii (vt aliquid ex veteribus dicamus) gladius im-
pendens ceruici sancti Isaac, super arietem decidit, & reuocata sententia Dei/dicentis: offer mihi vnige-
Ioan.19. nitum in holocaustum: sententia Pilati confirmata est, dicentis, quod scripsi, ratum esto. Immolatur igi-
tur aries: vt saluetur peccator Isaac. Quid est autem, qui credit in eum non iudicatur? Quorum ergo erit
Origenes. iudicium, si credentium non erit? Impij enim idest infideles iam iudicati sunt. Origenes. Sciendum:
quod sicut salua fide & integra permanente, si quis peccauerit, iudicium sibi manet, ita & non credenti,
si quid boni operis gesserit: excepta infidelitate, renumeratio non peribit. Recipiet enim sed in hac
vita. Qui enim credit, non iudicatur videlicet tanquam infidelis, de actibus suis iudicandus, imo de
verbis & cogitationibus, quæ apud multos viluerunt, dicente Iob. capitu. decimoquarto. Tu quidem
gressus meos dinumerasti, sed parce gressibus meis, idest peccatis meis. Sic & qui non credit: iam
iudicatus est, nempe de eo quod non credit. Dicit autem Abulen. Paradoxa. 5. ¶ Rationabiliter potest
teneri de anima Socratis & Platonis: Aristotelis & similium, quod descenderunt ad limbum, & cum F
Abulēs. Christo resurgente: ascenderunt in cælum. Præsupponit tamen Abulensis quod philosophi illi &c. ser-
uauerint legem naturalem de qua ad Rom. cap. 2. & cum hoc habuerint fidem saltem implicitā de me-
diatore, De quo ad Hebr. capit. 11. Oportet accedentem &c. Ad hæc Theophyl. Iam iudi. est. Nam &
Theoph. Adam die quo comedit de ligno, mortuus est. Et q̄uis viueret (Apoc. 3.) sententia tamen & natura rei
mortuus est. Sic increduli non resurgent in iudicio, indigni enim habentur vt dent rationē, sicut & dia-
Matth.25. bolus. Resurgent igitur, & statuentur inter hædos, sed in condemnationem, nō in discussionem. ¶ Hi-
Hilarius. larius. Sunt quidam in ecclesia nec inter impios nec inter pios computandi: qui quia credunt, orant, ti-
ment enim iudicium: peccant autem quia volunt, horum proprie iudicium erit. Nam pij sedebunt super
Matth.19. sedes: vel rapientur obuiam Christo. 1. Thes. 4. ¶ Impij cum foris sint, ad iudicium non pertinent: tamē
Matth.25. & illi audient: ite maledicti. & de his dicit dominus. iam iudicatus est. Chrysosto. Sicut enim homicida
Exod.20. etiam ante iudicis sententiam damnatur a lege dicente: non occides: ita incredulus damnatur ab euange G
Matth.vl. lij conditore: dicente: qui non crediderit, iam damnatus est: condemnabitur. Hoc est/sententia iudicis ex
equi: soni traderur tradito illo tortoribus. Matth. 18. Qui igitur non credit, iā iudicatus est occulto iudi-
tio. iudicandus cum falsis fratribus iuditio manifesto. Hoc autē est iuditiū: quod lux venit in
mundū, & dilexerunt homines magis tenebras quā lucem. Erant enim eorū mala
opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem vt non arguan
tur opera eius. Qui autē facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera sua:
quia in Deo sunt facta. Dati. n. in reprobrum sensum multi quibus lux inuisa erat (quid enim cæcis
cum speculis?) verterunt ad lucem terga (adorantes interim solem orientem, dicētes se esse sapientes. Ro
Ezech.8 man. 1.) dicentes. Quomodo eorum quæ in terra geruntur scientiam habet Deus: (ps. 72.) qui super car
dines cæli ambulat? Nubes latibulum suum, nec nostra considerat: quorum sententia longe sit a me.
Iob. 22. Qui quasi de industria recesserunt a Deo. Iob. 34. Quare recesserunt? Quia dilexerunt tenebras
Non enim cæci erant a natura: sed a voluntate, & hoc est, de industria recedere, scientes & volentes mā H
Chrysost. num in ignē mittere Chrysost. Quod si qui sunt gentiles recte viuentes, hoc manifeste nō nouit. Non/
Sap.8 enim mihi dicas/eos qui a natura mites sunt & honesti, sortiti animam bonam, non enim est hoc virt?
sed eum dic, qui a passionibus sustinet violentiam & sapienter viuit: sed nō vtiq; habes, nisi forte vnā
vel alterā phœnicem. Si enim regni enuntiatio & gehennæ minæ, & alia tot documenta vix detinent
homines in virtute, nullo horum persuasi, pertransibunt virtutem. Si vero hypocrisim fingunt, gloriæ
gratia hoc faciunt, vnde cum potuerint latere, non omittent vti malis desiderijs. Denique si quis gentiliū
Val. Max. bene viuat, rara auis est hæc, & vix duos Catones Roma ostendere potuit, quorum Vticensis sui impo
tens: mortem arripuit, de quo tamen ita dicit Val. M. lib. 3. Tui quoque clarissimi excessus Cato/Vtica
monimentum est: in qua ex fortissimis vulneribus tuis plus gloriæ (o fugacem gloriam) q̄ sanguinis ma
nauit. Siquidem constantissime (ignauiam constantiam vocat) in gladium incumbendo, magnum ho-
minibus liquet documentum dedisti (pestiferum dicam ego) quanto potior debeat esse probis dignitas si- I
ps. 8. ne vita, q̄ vita sine dignitate. Verum & horū & multorum his similium perijt memoria cum sonitu.
Alioqui multos habuit Roma Deorū vsque nimis cultores, disciplina militari apprime instructos, moti
populi acerrimos censores: trutina iustiores, triumphis clarissimos, fortitudine nulli cedentes: patientia
adamantes probatissimos: constantes, pacatissimo animo, abstinentes: pauperes: pudicos, veritatis cul-
Phil.2. tores, verecundos: liberales: clementia præditos: amicorum amicos, pios erga patriam & parentes. Cæte
Matth.5. rum da mihi vnum, qui quæ sua sunt non quærat: da vnum humilem corde, & qui pro inimicis suis oret
qui alteram maxillam paret, & breuiter veritatem sectetur propter bonam alendam conscientiam: pro-
pter Deum: & propter ipsam virtutem, Nempe si qui fuerunt: lacerat gallinaceum, dilexerūt enim ma
gis tenebras q̄ lucem. Lux venit ad illos, num illi occurrerunt? Num eam quæsierunt? Qui autem quæ-
rerent talpis cæciores? & eo miserabiliores quod cæcitatem suam non agnoscebant, dicentes se esse sa-
Roman.1. pientes, vnde obscuratum est cor eorum. Vnde obscuratum? Dilexerunt magis tenebras quam lucem. K
Quare dilexerunt tenebras, cum Argos se apud populum venditarent? Erant inquit opera eorum ne-
fanda. Et tamen vt videtur, isti nondum posuerant omnem frontem: sicut illi de quibus dicitur, pecca-
Esai.3. tum suum prędicauerūt sicut Sodoma. Refertur de Clearcho ponti Tyranno, q arculæ inclusus, serpen
Clearchus tis in morē dormire solitus sit, timebat. n. sonitū volitantiū foliorum. Sic & Aristodemus in cœnaculo
Aristode? domicilium habebat ostio pēsili, cui impositis lectica dormire consueuit vna cum amica. Puellæ mater
scalas detrahebat, easque rursus apponebat orta luce. Hic ergo e thalamo carcerem sibi fecerat, erant
enim

enim opera eius mala. Bion philosophus cum aliquando scelerosis nescio quibus cum nauigaret, incidit in prędones. Illis aūt dicētibus, actum est de nobis: si agnoscamur: & de me inquit: nisi agnoscar. Bonis ergo in⁻otuisse: salus est: quoniam qui facit veritatem: venit ad lucem, sicut dicitur quibusdam e tenebris iā factis lux, sic luceant opera vestra bona, vt glorificent patrem vestrum, vos enim estis lux mūdi. Qui autē male agit, fugit nemine persequente. Prouer. 18. Tenebrę enim est vel tenebrę, quarū tenebrarū rectores sūt, qui nō raro se mētiūtur angelos lucis. 2. co. 11. Dilexerūt inquit tenebras. Hiero. Grāde autem malum est, non solum facere malū, sed & diligere. Qui enim odit lucē: profecto tenebras diligit. Refert Tranquillus de Nerone rem non indignam viro illo nefario. Ex nonnullis inquit comperi, persuasissimum habuisse eum, neminem hominem pudicū, aut vl a corporis parte purum esse: verum plerosq; dissimulare vitium & calliditate obtegere: ideoq; professis apud se obscœnitatem, cætera quoq; concessisse delicta: nimirum ita scriptū est (angeli boni auertite tales pestes) dic tu prior iniquitates tuas vt iustificeris. ¶ Habebat igitur & iste in terra potestatē dimittendi peccata. Qui & ipse qui alias duxit puerū sporum, nunc si superis placet Doryphoro liberto nupsit tantus Imperator. Nā & C. C. C. Lupanar publicum in regia sua constituit, & prębebat aduenientibus pecuniam fœnebrem: appositiq; sūt qui nomina ingredientium sub notarent: quiq; nutarent iuuenes senesq; vagantes per fora & plateas ad opus nefarium (quis talia fando temperet a lachrymis?) quasi adiuuantium Cæsaris redditus. Quæ omnia licet inuitus, ideo tamen refero, vt ex parte excusem eos: qui cū male agunt: fugiunt ad vmbras. Genesi. 3. Vt non arguantur opera eius. Non dicit: vt non arguatur ipse, multi enim exempti sunt ab hoc timore, quia quando Esaias dicit, ve mihi quia tacui: mittitur manus contra Baltasar & Nathan ad Regem Dauid. Qui aūt facit veritatem: venit ad lucē. Omne ergo peccatū mendatium est, sicut omnis virtus veritas est. ¶ Vitia enim aliud promittunt, aliud exhibent. Quē enim fructū habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis? Rom 6. Nullū, quia vitia in se finiūtur, sacietatē promittunt, irritant autē potius appetitū satiāt nunq;. De hoc Luc. 15. ibi: cupiebat implere ventrem. De virtutibus autē secus est. ¶ Fructus inquit spiritus sunt gaudiū: pax: patientia &c. Gal 5 Et illud. Charitas patiens est: benigna est. 1. corin. 13. ¶ Qui ergo facit veritatem, venit ad lucē Christū dominū cū operibus in luce factis, dicens. Domine quinq; talēta tradidisti mihi &c. Matth. 24. Verū quę lāpadibus extinctis venerūt. i. cum operibus tenebrarū, quid audierūt? Nescio vos Amen. Matth. 25. Esto igitur vigilans: sin minus mouebo caude, tuum de loco suo. Apoc 2. **Post hęc venit Iesus & discipuli eius in terrā Iudęam & illic morabatur cum eis: & baptizabat. Erat autē & Ioannes baptizans in Ennon iuxta Salim, quia aquę multę erant illic: & veniebant & baptizabantur.** De consecra. di. 4. c. qū ab Hierololymis. His ergo gestis in Galilęa & Hierosolymis: quo magis bonus agricola (quem Deus pater posuerat in paradiso vt operaretur & custodiret illum) semen verbi cęlestis quoquo versus spargeret, abijt in Iudęam: nō quod Galilæa & Hierusalem pars prouintiæ & regni Iudęorum non esset, sed regni huius pars quędam peculiariter Iudęa dicta est: hoc sortita nomen a tribu Iudæ: sicut dictum est. Luc. 5. in principio. ¶ Ibi ergo constitutus dominus, isde auspicijs prędicationem suā exorsus est, quibus & Ioannes præcursor suus. Quodq; dicit, erat & Ioannes baptizans in Ennō &c. Sciendū iuxta Hieronymum, quod salim eadem est cū salem: de qua Gene. 14. Melchizedec rex Salem. Est autem oppidum iuxta Scytopolim, quod vsq; hodie appellatur, & ostenditur ibi palatium Melchizedech ex magnitudine ruinarum, veteris operis ostendēs magnificentiā. De quo item. Gene. 33. Ibi venit Iacob, & transiuit in Salē ciuitatē regionis Sichen. Quæ siue vocetur salem vel salim, non refert, cū vocalibus in medio litteris perraro vtantur Hebræi, & pro voluntate lectorum ac varietate regionum eadem verba diuersis sonis atq; accentibus proferantur. Ibi ergo Ioannes (relicto Iordane) baptizabat confluentes ad se. Baptizabat autem & dominus Iesus vel discipuli eius nomine eius sicut dicitur Ioā. 4. in principio. Potest autem dici, quod dominus Iesus diluerit primum discipulos suos (sed non in spiritu sancto, quia ita habes Actu. 1. Baptizabimini spū sancto non post multos hos dies) ac deinde tradiderit eis officium baptizandi. Sed num apostoli in hoc baptismo cōferebant remissionem peccatorum? Respondet quidam doctor negatiue, quoniam quando hoc loco discipuli baptizabant, non erat Ioannes traditus carceri. Baptizabant ergo iuxta morem quem a Ioāne acceperant. Eo autem tradito, nō leguntur baptizasse ante mortem Christi. Hanc positionem tenet Chrysostomus. Nicolaus tenet oppositū adducēs pro se Augustinum in epistola ad Celantiam dicentem. Credibile est apostolos fuisse baptizatos baptismo Christi. Nec enim ministerio baptizandi defuit, vt haberet baptizatos seruos: per quos cęteros baptizaret, qui non defuit humilitatis ministerio, quando eis pedes lauit. Hanc positionem tenet. S. Thomas. 4. sen distinct. 2. q 2. Id vero cum Augustinus opinetur: Chrysostomus oppositum absolute affirmet, cuius sententiæ standum sit, videto. Quęrerem enim ego quibus verbis vsus fuerit Christus si ipse suos aqua diluit, num dixerit, baptizo vos in nomine meo, vel in nomine patris & filij & spiritus sancti vel in nomine Iesu Christi venturi, cum tamen iam adesset. Verum hæc alijs relinquamus. Certe scriptum est, non erat spiritus datus: quia Iesus nondum erat clarificatus. Et præcessit: hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Credentes accepturi erant, sed nondum acceperāt. Quare? Quia Iesus nondum fuerat glorificatus Ioan. 7. Materia quidem sacramenti huius Christo domino baptizato designata est, vsus sacramenti, quando dictum est. Matth. 28. Euntes in mundum vniuersum &c. ¶ Potest dici quod Christus suos aqua diluerit ascensurus ad patrem: vt haberet iuxta Augustinum baptizatos seruos per quos cæteros dilueret. Ante mortem autem Christi neminem opinor spiritum sanctum accepisse in baptismate.

Bion. Matth. 5. Ephes. 6. Hierony. Tranquil. Esai. 43. Matth. 9. Caligula. Ioan. 3. Gene. 2. Hierony. Chrysost. Augusti. Ioan. 15. Problema. Ioan. 7.

¶ Caput tredecimũ. De Ioanne rursus testimoniũ perhibente Christo, quod videlicet Christus sit ecclesię sponsus: Ioannes autẽ amicus eius & minister: & quod eatenus pater dilexerit filium suum, vt omnia dederit in manu sua: & qui in illum credit habet vitam ęternam.

Facta est autẽ quęstio & discipulis Ioannis cum Iudęis de purificatione & venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei. Rabbi qui erat tecum trans Iordanẽ, cui testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat & omnes veniunt ad eum. Quæstio hæc ex inuidia nata est (de qua Augustinus: diabolus inuidia diabolus est) sicut patebit, scindebatur enim incertum studia in contraria vulgus, cum discipuli Ioannis viderent sensim lucernulam Ioannis sole exoriente obscurari. Nos inquiebant deserimur: hic raritas est, ad illum turba concurrit. Sed cum inter Ioannem & Christum tanta intercesserit amicitia, vt amicus eius vocetur in consequentibus, vane conantur seminare inter eos discordiam. De hoc ita habes. Exod. capit. 27. ¶ Præcipe filijs Israel vt afferant tibi oleum de oliuis purissimum: vt ardeat lucerna semper in tabernaculo extra velum. Lux enim vera quæ illuminat omnem hominem, adhuc latebat sub velamento carnis suę. Hebr. 10. Ideo lucebat lucerna legis. Quousq; Collocabunt eam Aaron & filij sui, & vsq; mane luceat coram domino. Luxit ergo Ioannes vsq; mane: sed exoriẽte sole: cœpit sub obscurari. Nam teste Iosepho noctu septem lucernę ardebant: interdiu tres tantum. Quod autem candelabrum templi extra velum erat, id significat iuxta cyrillum: quod Ioannis baptisma aquæ tantum erat, ac proinde nullum in sancta sanctorum induxit. Iuxta mysticum sensum illud intelligimus: quod cum venerit quod perfectum est, idest visio eorum quæ sunt intra sanctum sanctorum, lucerna sanctæ scripturæ omnino cessabit, nec docebit quisque vltra fratrem suum: dicens cognosce dominum, omnes enim cognoscent me a minimo vsq; ad maximum. Hiere. 31. ¶ Ponitur autem candelabrũ in fine tabernaculi. i. ex opposito sancti sanctorum: quia Ioãnes in fine noctis legis Mosaicæ venit: quasi Lucifer præcedens solem. Lex enim & prophetæ vsq; ad Ioannem. Dicebant ergo ad Ioannem quidam ex discipulis suis certe non in spiritu Dei, illud ex. 1. Re. ca. 20. Omnibus diebus quibus filius Iesse vixerit super terram, non stabilieris tu nec baptisma tuum: toto enim corde vniuersus Israel sequitur eum quem tu populis protenso digito demonstrasti. Volebant igitur cõsiliarij subdoli & maliuoli tenebras offundere oculis sancti Tobiæ veluti hirundines garrulę: atq; incitare vt negaret quem toties agnũ vocarat tollentem peccatum mundi. Sed non erat Ioannes arundo quę vento quaqua versum fertur. Ad hęc Chrysost. Existimo aũt & propterhoc permissam esse mortem Ioannis, ne vlterius altera pars populi sequeretur Dauid: altera filium Saul. Ioanne sublato e medio: qui cursum suum ad Christum vsq; perduxerat: ei interim lampada tradens. ¶ Plato interrogatus a quodam: quatenus præceptis suis parendum foret: respondit. Quo ad in terris appareat sacratior aliquis, qui fontem omnibus veritatis aperiat. Hęc verba audisse te puta ex ore Ioannis. Mamillę meę iam minus sunt necessariæ: ex quo venit panis de cælo, caro factus, & inhabitauit nos. Regnante Amase in Aegypto: eum inter initia contemnere: nec vllius sane momenti ducere Aegyptij cœperũt: vt qui plebeius esset (alter Saul) nec insigni familia ortus. ¶ Hos ad se Amasis non asperitate sed solertia perduxit. Erant ei cum alia bona infinita tum vero peluis aurea, in qua tam ipse q; omnes conuiuæ semper abluebant. Ex hac ille simulacrum statuarij arte fudit, & in appositissimo vrbis loco statuit. Aegyptij simulacrum adeuntes magnopere venerabant. Id resciẽs rex: cõuocato populo aperit ex illa pelui in qua primũ lauari cõsueuetãt: factũ esse simulacrũ, quod tũc tãtopere venerabãt. Itaq; se dicebat perinde ac peluim esse factũ, qui si ante hac fuisset nullius momẽti, in præsentiarũ tamẽ fuisset rex eoq; iubere: vt sibi honor haberetur ac reuerẽtia. ¶ Peluis hæc Ioannes est baptista qui populũ pœnitentiæ baptismate abluebat: eo confracto: successit imago bonitatis Dei dominus Iesus Christus: qui cum filius diceretur fabri: ipse tamen est qui tollit peccatum mundi: & baptizat in spiritu sancto. Orta est igitur inuidia aduersus Iesum: quod cũ ipse nuper baptizatus esset a Ioanne: seq; veluti vnus esset e populo ad eum cõtulisset: ac illius testimonio fuisset populo commendatus: nunc vice versa ille fieret caput & magister ex discipulo, ita vt non tantum illi se ęquaret, sed etiam præponeret: cuius discipuli etiam id attentarent, quod soli Ioãni vix permissũ est a principibus sacerdotum, videlicet baptizare. Dicit igitur. Facta est quęstio &c. Primum igitur discipuli Ioannis persuadere voluerunt populo, baptismum Ioannis efficatiorem esse baptismate Christi peccatis abluendis. Id autem cum persuadere non possent: nullum non mouentes lapidem: vt obscurarent gloriam Christi, Ioannem adeunt dicentes: Rabbi &c. Verum res in diuersum abijt, quandoquidẽ hęc discipulorum Ioannis æmula sollicitudo: gloriam Christi illustrauit. Verum hi Scorpiones facie quidem blandiebantur Ioanni: profundum autẽ vulnus inferre volebant vel volentes, vel inscij. ¶ Plutarchus. Amator sui (probrosum nomen) nihil non adesse sibi nõ solum cupit, sed etiam arbitratur. Quod si diuina quędam res est veritas: ex qua ceu fonte dijs pariter atq; hominibus omnia bona pariter proficiscuntur autore Platone: videndum est, ne adulator cum dijs omnibus sit hostis: tum vero maxime Apollini pythio. Semper enim illi repugnat oraculo: nosce teipsum: id inferens in animos mortalium, vt vnusquisq; fallat seipsum: ignoretq; sua ipsius bona vel mala, hoc est suam quantitatem. ¶ His igitur blandis adulatoribus: quorum sermones molliores erant oleo: cum ipsi iacula essent, qui lucernam soli pręponere volebant, Ita respondit Ioãnes. Non potest homo accipere quicq; nisi fuerit ei datum de cęlo. Ipsi vos mihi testimoniũ perhibetis quod dixerim: non sũ ego Christus

Augusti.
Iosephus.
Cyrillus.
1. corin. 13.
Matth. 11.
Ioan. 1.
Tobię. 2.
Matth. 11.
2. Re. 2.
Chrysost.
Plato.
Ioan. 6.
Amasis
Luce. 3.
Plutarch.
Plato.
ps. 54.

F G H I K

Christus, sed quod missus sum ante illum. Astipulatur & huic sententię Paulus: non est inquiens potestas nisi a Deo. Roma. 13. Vnde cuidam impio glorianti de potestate quam acceperat a Tiberio iudiciaria (sed num perdendi iustos: absoluendi homicidas?) vt liceret quod libitum esset, responsum est. Quid tumet contra fas spiritus tuus? O satelles leonis: iudex iniquitatis, qui nec Deum times: nec vereris hoīes. Non haberes in me potestatē, nisi de cælo tibi permissa esset. Ioā. 19. ¶ Proinde occide & manduca: reliqua autē pedibus conculca. Dani. 7. Nam & ego cum accepero tempus iudiciū prę sumam & verius & iustius quo & certius. Scimus enim quod solius Dei iudicium sit secundum veritatem. Si ergo vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim: non sum ego Christus. num suadetis mihi: vt palinodiam canam? iuxta prouerbiū. Est autem palinodiam canere: diuersum ab ijs quæ prius dixeris dicere, atq; in contrarium vertere sententiam. Translatum est autem a Stesichori poetæ facto. Is cū Helenam carmine vituperasset: oculis orbatus est. Intelligens autem Achille (Helenę iussu) nunciante: cæcitatis suæ causam, protinus palinodiam cecinit, sicq; visum recepit. In modico inquit suadetis me: vt ex Christi amico: præcursore & membro Christi, fiam antichristus. famulus sum non dominus. Mensura mea vix pedum septem est: quanto maior est qui appendit tribus digitis molem terrę. **Qui habet sponsam, sponsus est. Amicus aūt sponsi qui stat & audit eum: gaudio gaudet propter vocem sponsi.** Ioannes alias autē dixerat non sum idoneus &c. Officio tamē & affectu amicum se modo vocat, quia respexit Christus humilitatem serui sui. **Hoc ergo gaudium meum impletum est.** Ponamus enim (verbi gratia) Eliezer seruum Abraæ, creditæ fidei suæ Rebeccæ intulisse vim, vel commaculasse thorum virginis: mentitus interim se esse Isaac primogenitum Abraæ: cum seruus esset non filius. Hic in. ꝗ seruus talia audens, nōne multis crucibus dignus existeret? Ioānes igitur paranymphus est, pro nubus est: Eliezer est seruus est non sponsus: sed amicus sponsi. Qui autē habet sponsam Christus est: dicente altero pro nubo probatę fidei, despōdi vos vni viro Christo. Alioqui num Paulus pro vobis crucifixus est: Num Ioannes baptista pro vobis animam posuit. Isti amici sunt sponsi, neq; nimis honorati quia assistunt sponso ecclesiæ, & gaudent, quia fruuntur colloquio eius. ¶ Eumenes a Perseo insidijs petitus: periisse visus est. Ea vero fama pergamū perlata: Attalus eius frater sumpto diademate, ac eiusdem accepta vxore, cœpit regnare, sed cum fratrem aduentare audisset: deposito diademate: sumpto. ꝑ iaculo cum alijs militibus obuiam illi vt solebat processit. Eum vero Eumenes iucunde amplexus: in aurem illi dixit. Ne properes ante meā vxorem ducere: ꝗ me mortuum videas. Videas inquit me mortuum. Ioannes igitur sciens sponsum viuere speciosum forma prę filijs hominum, ad quem sponsa vtinam me inquit dignetur Aethiopissam licet osculari osculo oris sui: quomodo tanti principis sponsam sibi ipsi adiungeret? Gaudet tamen quod pręsente sponso: iubetur ipse calciamentum deponere, vt alter illo propinquior vxorem accipiat: quam non centum præputijs sibi desponsauerat, non annis. 7. pro illa seruiera. in caumate & gelu. Gene. 29. Sed iuxta Paulum Ephes. 5. Semetipsum distraxit precio admodum decoro denariorum. 30. Ad hęc Augustinus. Humanum loquor. Multi habetis coniuges: multi habere vultis multi habuistis multi qui omnino eas habere non vultis, de coniugibus patrum vestrorum nati estis. Nullum cor est quod iste non tangat affectus. Nullus tam deuius a rebus humanis, qui ista quę dico non sentiat. Pone aliquem peregre profectum, commendasse amico suo sponsam suam. Vide quęso tu charus meus es ne forte me absente, pro me aliquis ametur. Qualis ergo ille qui custodiens sponsam, vel vxorem amici sui: dat quidem operā vt nullus alius ametur, sed si se amari pro amico voluerit: & vti voluerit commendata sibi, ꝗ detestandus humano generi apparet? Videat illam aliquanto petulantius per fenestram attendere, aut iocari cum aliquo, prohibet tanꝗ zelet. Video zelantem, sed non video cuiusnam amico absenti, an sibi pręsenti. Putate hoc dominum Iesum fecisse. Commendauit amico suo sponsam suam, quamdiu sponsus ecclesię non veniebat ad nuptias, vbi ex aqua vinum factum est. Ioan. 2. Eo autem pręsente: gaudet summopere Ioannes quod eo profecerit testimonium suum: & famulatus eius, vt se deserto, quippe qui pedagogus erat: spōsum adiret populus, idest sponsa, dicens. Indica nobis vbi cubes in meridie: ne tandiu vagemur post greges pronuborum & pedagogorum Mosen Iosue. Dauid &c. Vox sponsi ergo pręedicatio Christi est, qui quamprimum cœpit proferre noua & vetera de thesauro suo: cœpit in admirationem esse apud omnes, & de hoc cum primis gaudet Ioannes. Sequitur enim. **Illum oportet crescere: me autem minui. Qui desursum venit, super omnes est. Qui de terra est, de terra est: & de terra loquitur, qui de cęlo venit super omnes est.** Iuxta quod verbum caro factum est. Christus & Ioannes coęui erant, & si diutius vixerent, vterq; in senium crescendo vergeret. Creuit autem dominus Iesus iuxta opinionem vulgi signis & prodigijs, & doctrinę celsitudine, ita vt qui prius dicebatur Fabri filius, vincens famam suam suis virtutibus: vocaretur verus propheta qui venturus erat in mundum. Ioan. 6. ¶ Deniq; quęsitus est, vt exaltaretur in regem etiam contra decretum Cęsaris. Iuxta veritatem autē quomodo cresceret: qui gratiam non accepit ad mensuram? E conuerso dicendū est de Ioanne, qui coruscante miraculis doctrina Christi, longe inferior apparere visus est apud populum, qui tamen maior videbatur, quando Christum dominum in Iordane tinxit. Veruntamen Ioannes etiā decrescendo apud vulgum, meritis & prærogatiuis apud Deum creuit: quo nullus maior surrexit in natis mulierū, idq; dictum est de Ioanne quando erat in vinculis, & videbatur celsitudo eius fere oblitterata apud populum. Siquidem & sol cum est (verbi gratia) in tropico cancri, minor apparet, iuxta veritatem tamen, sol nec decrescit nec augetur. Vnde illud. Iustus permanet sicut sol. Eccle. 27. Sicut dictū est de iusto Iob nudato peculio; filijs: & percusso vlcere pessimo: adhuc permanet in innocentia sua. Sic deniq; videmus

Marginal notes: Luc. 18. Ioan. 19. ps. 74. Roman. 2. Prouerbi. A Esai. 40. Genes. 24. B 2. corin. 11. 1. corint. 1. ps. 15. Eumenus. ps. 44. Cantic. 1. Deute. 25. 1. reg. 18. C Augusti. Zacha. 11. D Ioan. 3. Matth. 13. 3. reg. 10. B Matth. 11. Iob. 2.

nisi videmus stellas sole exoriente, quasi obrui magnitudine globi solaris, tamen stellæ ipsę reuera lucent die noctuque in firmamento. ¶ Verum vox ista Ioannis, illum oportet crescere, vox est synagogæ, quæ quondam Noemi erat, idest pulchra, & vsque adeo pulchra, vt nisi opposito vultui eius velamine,

Exod. 34.

filij Israel non possent gloriam eius intueri, sed iam rugæ eius dicunt testimonium contra illam. Iob. 16. Quæ quamdiu vixit, nec caligauerunt oculi sui, nec moti sunt dentes, sed illam oportet sepeliri. Deut. 34. Illum sponsam sibi ex gentibus coaptare. Ioannem capite minui: Christum crescere in cruce: exaltatus enim omnia traxit ad se. Ioan. 12. Idest multos ex omni natione quæ sub cælo est. Qui de terra est. licet inquit amicus vocer sponsi, tantum tamen absum ab illo, quantum cælum a terra: quantum terra a Deo. Deoque qui de sursum venit, super omnes est. Hæc sententia eadem est illi, nemo ascendit in cęlũ verum qui de terra est (& loquitur Ioannes de seipso) de terra cum sit: terrena loquitur: imme omnis ho- F mo mendax. ps. 116. Nisi cibetur manu Dei vno aliquo capite legis: vt doctus a Deo, docere possit populum. Nam si difficile æstimamus quæ in terra sunt: quæ supra tertium cælum sunt, quis inuestigabit?

Sap. 9.

Nullus alius quam is qui de cælo venit, & est super omnes. Quod si meum apud vos testimonium fidẽ habet: qui tantum absum ab eius maiestate quantum vmbra a corpore: lucerna a sole (si tamen omnis creatura aliquid est respectu eius qui semper est) quare testimonium eius non accipitis: Qui quod vidit & audiuit, hoc testatur: & tamen testimoniũ eius nemo accipit. Nemo accipit. Loquitur hyperbolice, propter raritatem credentium, vel quia nullus adhuc perfecte accipiebat testimonium Ioannis de Christo, vt crederet Deum verum esse. Si homini qui (omnis enim homo mendax) mẽtiri potest, vel certe fallere / falsus ipse: fides adhibetur, etiam non interposito iureiurando, propter probitatem quæ in eo syncera cernitur, quanto magis veritati credendum est: quæ mentiri nescit, mentiri nõ potest etiam si velit: fallere nescit: falli non potest? Qui igitur veritatis testimonium non accipit, is facit G (quantum in se est) patrem mendacem, qui de cælo testimonium perhibuit vnigenito suo / cum baptizaretur in Iordane. Sed quæ sunt illa requires, quæ dominus Iesus vidit & audiuit apud patrem: de quibus testificatus est apud homines? ea sunt quæ continentur in toto euangelio quod prædicauit apud Iudęos ad quos missus est: videlicet quid credendum sit, quid diligendum: quid operãdum: quid timendũ quid sperandum. Qui autem acceperit eius testimonium, is obsignauit quod Deus verax est. Quid est obsignauit? ἐσφράγισεν esphragisen: hoc est confirmauit. Nã sigillum additum: rem certã

Matth. 27

facit, & inuiolabilem: sic enim lapis aduolutus sepulchro Christi: & testes adhibiti: certiorem fecerũt resurrectionem: ne calumniari possent furatum corpus. Quod si Iudęi malo totius gentis suæ id confixerunt mendatium sibi mentita est iniquitas. non nobis, qui testes sumus apud populum eorum quæ dixit quæ gessit postque resurrexit: hoc est calculo nostro approbamus ita esse, sicut testificatus est pater de filio, & sicut filius docuit & sigillum apponimus, licet veritas ipsa per se fortior sit vino: Rege: & fœmina.

ps. 26.
Actu. 3.
3. Esdræ. 3.
Hiere. 23

Quem enim misit Deus: verba Dei loquitur. Verba Dei loquitur: idque semper. quare? quia H Christus non accepit gratiam ad mensuram. Quęre scotum. Fuit etiam homo missus a Deo cui nomen Ioannes. Sed & Deus pater non semel de nocte consurgens: & mane / misit populo suo multos ex suis propheris: & iuxta Paulum multifariam locutus est nobis per ora eorum: nouissime autem locutus est nobis per filium suum dicens, ipsum audite. Matth. 17. Qui autem non audierit: ego vltor existã. Deut. 18. Et nonne prophetę omnes spiritu sancto inspirati loquuti sunt ad nos verba Dei. 2. Petri. 1. Affetior. Verum locuti sunt quod acceperunt, erant enim (absit dicto iniuria) organa sed rationalia, quę spiritus sanctus pulsabat Actu. capit. 4. ¶ Vnigenitus autem Dei filius verba sua loquebatur: dicens. Ego autẽ dico vobis. Matth. 5. Prophetę nihil tale (absit: serui enim erant) sed hæc dicit dominus. Vnde de prærogatiua filij Dei super cæteros prophetas: iuxta quod formam serui accepit: sequitur. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Pater diligit filium: & omnia dedit in manu eius. De consec. dist. 4. c. nequaquam circa medium. Cum autem dicit, dat Deus spiritum. supplendum est αὐτῷ, auto, filio videlicet. Alex. Ales. Facta comparatione ad cæteros homines vel angelos quibus datur in põ- I dere & mensura donum vel dona: Eph. 4. Et. 1 cor. 12. intelligitur, & nõ absolute. Quia enim in Chri-

Nume. 11.

sto erat gratia vniuersaliter ad omnia quę dabantur cęteris particulariter (sicut de spiritu Mosi datum est senibus. 70.) dictum est accepisse spiritum non ad mensuram. Sicut sol accepit lumen: vt illuminet, non tot homines quin & plures, si accedant & velint illuminari. Figura ergo prouerbiali dictum est: nõ dat ad mensuram, pro eo quod est, non dat parce. Alioqui gratia collata Christo, cum creata sit: finita dici potest. De hoc dictum est libro primo in fine, latius. ¶ Est tamen dominus Iesus fons ille qui diuiditur in quattuor flumina: de cuius plenitudine omnes accepimus: nec propterea mare hoc exhauritur. Verum autem animę Christi collata fuerit summa gratia possibilis creari, doctor noster tenet partem affirmatiuam. De his autem. 4. fluminibus dicit Paulus. 1. corin. 1. ¶ Factus est nobis dominus Iesus sapientia in prędicatione iustitia in peccatorum remissione, sanctificatio in conuersatione, redemptio in sua morte, quando cum sceleratis reputatus est, vt nos annumeraremur inter astra cęli / de quibus tob. cap.

Gene. 2
Scotus.

Esai. 53.

53. Sequitur. Qui credit in filium: habet vitam ęternam. Qui autẽ incredulus est filio: K non videbit vitam: sed ira Dei manet super eum. Non vide. Vitam, ecce pœna damni. ira Dei manet super eum: ecce pœnam sensus. Esai. 66. Sępe si bene meministi in sacris litteris salus credentium fidei attribuitur, iuxta illud: credidit Abraam Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, quasi videlicet si fidei opera adiunxisset, reputa est illi fides. Gene. 15. Roman. 4. Galath. 3. iacobi. 2. Est enim fides

Hebr. 11.
Roman. 4

Basis fidei Christianę, sine qua impossibile est placere Deo. Et verum est quod ad iustificationem peccatoris de nouo conuersi ad fidem, fides sola prærequiritur: dicente apostolo. Ei qui nõ operatur, credẽti autem

autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratię Dei Ex hac fide iustificatus est latro in cruce, nulla enim opera super posuit fundamento fidei: item & paralyticus ille cui dictum est, confide fili remittuntur tibi peccata tua. Tu tamen memento, quod perinde est fides sine operibus, sicut corpus absente anima, cadauer enim dicetur non corpus. Imo fides cum linguis angelorum, cum omnium bonorum distributione in pauperes, cum martyrio, mortua est: fides dæmonum est, qui & ipsi credunt & contremiscunt. ¶ Sciendum autē quod hæ duæ voces, credit: & incredulus est, diuersæ sunt apud Græcos πιστεύων & ἀπειθῶν, pisteuon: & apithon: quarum posterior magis sonat inobedientem q̃ incredulum. ¶ Hic igitur qui credit quidem: cæterum diuinis præceptis inobediens est (qui enim non credit iam iudicatus est, quidē enim expectat? cum fides sit substantia rerū nō apparentium, quæ tamen reuelanda sunt in tempore suo) is inq̃ qui daca opera, non vult intelligere, vt benefaciat: non videbit vitam, vnde viuens mortuus est. Struatur tamen interim ad victimam tanquā porcus incrassatus. Hiere. 12. Qui in sordibus enim est, volutetur adhuc in uolutabro luti, donec fodiatur peccatori fouea. Verum iuxta apostolum, reuelatur aliquando ira Dei de cælo Rom. 1. Vt viam faciat iræ suæ, vt si conuersi fuerimus, ferire non cogatur. Altero item modo exponitur: facit viam semitę iræ suæ, quando quos diu tolerauit: nolens mortem peccatium, plaga inimici percutit, Hiere. 30. Vnde Paulus. Thesaurizas tibi iram iuxta cor tuum impœnitens & lapideum, Ira inquit Dei manet super eum. Fides enim tollit peccatum, fide purificans corde eorum. Actu. 15. Infidelitas relinquit peccatum. Manet autem quod non tollitur, sicut dicitur quibusdam Argis: peccatum vestrum manet. Ioan. 9. capite, quare manet? quia cęci nō estis, sicut opinamini.

Luc. 23. Matth. 9. 1. corin. 13. Iacobi. 2. Heb. 11. ps. 35. Apoc. vlt. ps. 57. ps. 77. Ezech. 18. Theophi.

¶ Caput decimumquartū. Quomodo Herodes tenuit Ioannem & misit in carcerem: & propter quam causam, & quod metuebat eū: & in multis ei morem gerebat, hoc audito Iesus recessit a Iudea: & venit in ciuitatem Sammarię, quia illac iter erat in Galileam.

INterea Herodes misit: ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerē propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui: quia duxerat eā. Dicebat enim Ioannes Herodi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias iuxta Iosephum filia fuit Aristobuli fratris Archelai Herodis & Philippi. Idem dicit Herodiadem vxorem fuisse nō Philippi sed alterius Herodis fratris quoq; Herodis tetrarchę: sed ex altera matre, vnde videtur fuisse binomius. Diximus in superioribus, quomodo orta simultate inter Aretam Arabię regem & generum suum Philippum tetrarcham fratrem huius Herodis: abstulit ei filiam suam Herodiadem quam dederat ei vxorē, & huic Herodi locauit. ¶ Timens autem fœmina hęc adultera ne ad prędicationem Ioannis Herodes resipisceret: & ipsa redderetur viro priori, vnde illa periclitaretur de vita: id persuasit Herodi, vt Ioannem in vincula truderet. ¶ Hęc de mente Hieronymi. Sed cum vterq; istorum gentiles essent, quare Ioānes Herodis arguit illicitas nuptias? Nimirum puer a patre Herode magno circuncisus est, & cum tetrarcha esset Galilęę: proselytus factus: legem Iudęorum ad vnguem seruabat: alioqui auis proauisq; idumęis genitus. Misit igitur Herodes, & tenuit Ioannem. Qui peccatoribus pœnitētiam prædicauerat, peccatorum vinculis alligatur. ¶ Herodes adulteratur, & Ioannes carceri mancipatur. Ioannes maior homine, par angelis: legis summa euangelij præco, vox Dei: amicus sponsi: lucerna ardens & lucens: silentium prophetarum: præcursor iudicis: fama super ęthera notus: beatę trinitatis angelus: Helias spiritu, & quo nullus maior inter natos mulierum: & hic tantus ac talis, consilio adulterę detruditur in vinculis. ¶ At barrabas latro, homicida, seditiosus, liber emittitur e carcere: celebraturus pascha cum satanę ministris. Grego. 3. mora. ca. 4. O vere terribilem in consilijs Deum super filios hominū. Ecce enim dum inter cæteros beati Iob vulnera aspirio, repente mentis oculos ad Ioannem reduco, & non sine grauissima admiratione perpendo: quod ille prophetię spiritu intra matris vterum replet, atq; vt ita dixerim, priusq̃ nasceretur renatus: ab iniquis in carcerem mittitur: & pro petulantis puellę saltu capite truncatur, & vir tantę seueritatis pro risu turpiū moritē. Nūquid nā credimus aliquid fuisse: q in illius vita illa sic despecta mors detergeret? Nūquid nō cibū eius & vestitū ex euāgelio nouim? Sed veritas odiū peperit: imo mortē peperit. Bñ ergo dixit sapiēs. Nō est caput nequius sup caput colubri, & nō est ira sup irā mulieris. Cōmorari Leoni & draconi placebit potius, q̃ habitare cum muliere neq̃. Ecclesi. 25. Refert Dionysius Halic. De Tullia filia regis Tullij hostilij: quod suaserit cognato suo vt occideret vxorē: quę soror erat huius Tullię, & ego inquit occidam virum meum: qui frater erat cognati (nupserant enim sorores duę duob9 fratribus:) idq; vbi factum est: cognatus iste hanc Tulliam duxit. ¶ Deinde Tarquinius scelestus qui vxorem sustulerat: vt duceret cognatam: conscia vxore Tullia quę virum occiderat, insidias parat Tullio regi huius Tulliæ patri, & regno deijcit. ¶ Deinde cum plagis multis acceptis: Rex fugeret satellites Tarquinij generi sui, tandem occisus est Tarquinij iussu, id suadente filia eius, vxore eiusdem Tarquinij. Itaq; vehiculo vecta Tullia nefanda vxor Tarquinij: in forum venit: & prima omnium maritum Regem salutat. Palpitante autem adhuc corpore Regis Tullij, pręsto affuit filia curru vecta. ¶ Et cū arctum esset compitum, per quod vehiculo transeundum erat, videntes stragem illius, exturbatæ sunt mulæ, ducensq; eas auriga, misericors quiddam patiens ex hoc aspectu: substitit: dominamq; respexit. Interrogante vero illa: vt quid mulas non ageret; an non vides inquit o Tullia patrem suum iacentē

Marci. 6. Matth. 14. Luc. 9. Ioan. 5. Matth. 11. ps. 65. Gregorius. Dionysius.

exanimem

exanimem? nec alium esse transitum mulis; nisi per hanc stragem? Illa excandescens ira in morem vrsę, raptis catulis, at ꝑ scabellum comprensum aurigā iecit dicens. Annon ducis ignauissime etiam per mortuum? ille ex hoc affectu magis ꝙ ob plagam illam gemens: iussa expleuit: vt adigens per corpus Regis occisi mulas. ¶ Bene ergo dicit sapiens: non est ira super irā mulieris. ¶ Hęc.n. occidit maritum: & sororem: & parentem: Regum inuasit, & super cadauer parentis, curru vecta est. ¶ Fuluia Antonij

Fuluia.

vxor caput. M. T. Ciceronis manu tenens (quod Herennius iussu Antonij amputauerat) & digitis duobus extractam linguam: quæ veritatem dixerat, bis aut ter acu pupugit. ¶ Hæc est fœmina quę accipiens in potestate sua quendam seruum Quinti fratris ipsius M. T. Ciceronis, qui Ciceronem prodiderat: ipsum coegit: carnes crurum suorum abscindere, torrere ad ignem: & eis vesci ad satietatem vsq̃.

Herodot?

Subijciamus & illud: referente Herodoto. Amestris vxor Xerxis vxorem Masistiæ quod male filiā instituisset (nam comperta est euidentioribus indicijs rem habere cum Xerxe Rege) absente viro ad se vocatam: satellitibus Xerxis præcepit, vt mamillas præciderent: easque canibus obiecit, præcidit nates: aures: labra: linguam: atque ita excarnificatam: remisit domi. Confer hanc fœminam cum Herodiade. Et licet in vtraq; ira non impar sit: causa tamen multum diuersa est. Hæc enim tuetur virum suum, quē sibi agglutinabat filia vxoris Masistię: Herodias tuetur adulteriū: quæ proprium relinquerat virū. ¶ Historiam Herodis & Herodiadis posuimus de mente Hieronymi: verum Iosephus libro antiquitatum.

Iosephus.

decimo octauo capitulo, decimotertio, decimoquarto, decimosexto multo diuersius eā refert. Dicit. n. ¶ Herodes cum Romam proficisceretur: hospitio fratris susceptus est: vbi Herodiadis vxoris fratris sui Philippi amore captus: ausus est cum ea de nuptijs miscere sermonem. Qui firmatis pactis: postꝙ Roma reuersus esset, suscepit connubij iura. Pacta aūt erant: vt filiam Arethę Regis quam sibi cōiugio sociauerat Herodes/excluderet a thoro Herodias legem paternam transgrediens: Herodi coniungitur ista tri viri sui: viuum deserens virū. Sed & filia Regis Arethæ hæc præsentiens, confugit ad patrem. ¶ Vnde inter Aretham Regem & Herodem tetrarcham magnum subortum est dissidium: exercitu Herodis misere afflicto. Sequitur in eodem Iosepho de morte Ioannis. Cum Ioannes populum ad omnimodam

Baptista.

virtutem hortaretur: atq; ad audiendum eum ꝙ plurima multitudo concurreret, veritus Herodes ne forte doctrinę eius persuasione populi a suo regno discederent (videbat enim quod præceptis eius ac monitis parata esset plebs in omnibus obedire) melius credidit: priusꝙ noui aliquid fieret: præuenire hominē necē, ꝙ postmodū turbatis rebus: serā pœnitētiā agere. Ex sola hac suspitiōe Herodis/vinct? in castellū Macheruntā abducit Ioānes, ibiq; capite obtrūcatur. Hęc ille. Potest quidē hæc esse vna causa mortis

Marci.6

Ioānis, verū nos negare nō possim?, qđ dicit euāgelista, Herodias insidiabat ei, & volebat occidere eū nec poterat. Marci.6. Dicebat igit Ioānis Herodi, qui vxorē fratris apud se habebat, siue apartē ei tradita siue iuxta Iosephū a se ꝑsuasā: expulsa vxore. Nō licet tibi &c. Nisi legi diuinæ deroges: nisi forte re

Rex.

gibus quicquid libitum est licet. ¶ Persarum Rex omnes pro seruis habebat præter vxorem, quę caput erat viri, sicut & hic, non enim Herodes Ioannem coniecit in vinculis sed adultera nefaria. Vide de Dauid ducente quam polluerat, sed viro iam vita functo, 2. Re. 12. ¶ Anaxarchus cum Alexandrum de cli-

Anaxar.

ti cæde discrutiantem sese consolaretur, dixit ad hunc modum. Clio iustitiam contigisse quæ Dijs assideat: vt quicquid a Rege fieret fas, iusq; videretur. Vidisti famosum mendacium ex ore tāti philosophi. Bene ergo dixit Seneca. Ostendam tibi cuius inopia laborent, qui omnia videntur habere: non habent

Seneca.

qui veritatem eis dicat. Sed audi statutum Atheniensium. Isti enim quo magis sibi voluntatem Demetrij Regis demererentur, huiusmodi statutum sanxerunt: visum esse populo Atheniensi, vt quodcunq; rex iuberet Demetrius: hoc & apud Deos sanctum & apud homines iustum haberetur, ac si alijs ver-

Matth.16.

bis dicerent. Quodcunq; Demetrius ligauerit super terram, ratum sit apud superos. Annuit, & nutu to-

Demetri?

tum treme fecit olympum. ¶ Id si Herodi concessum est a superis ducat sororem Iunonem: vt sit eadē & soror & coniunx, quod fecit & Osiris. Lex erat apud lacedæmones, vt vna mulier duobus nuberet

Lacedem.

viris vt vno profecto in bellum. alter domi resideret vt daret operam filijs hominum procreandis. Dicit

Iulius. C.

& Iulius. C. olim apud Inglos morem fuisse, vti vna fœmina quinq; viris nuberet. Nam & aliquādo Romanæ matronæ persuasæ a puero quodam: id pertractari in senatu a multis retro diebus, vtrum nā vni viro binæ nuberent fœminę, an viri duo vnam & eandem vxorem ducerent: facto cōcursu amplius ꝙ ducentarum, ad fores senatus properant: acclamantes: non vni viro duę vxores, sed viri duo (vel decem) rogamus vnam ducant vxorem. Hac igitur lege vel lacedæmonum vel Inglorum poterat tueri innocentiam suam hæc noua nupta, vt alterum super inducat viuente priore maritum. Sed non tulit Ioānes hanc nefandam copulam Herodis Antipæ & Herodiadis: sed non licet tibi inquit vnam costam diuidere in duas. Et quoniam veritas vt in multis semper odium parit: Herodias insidiabatur ei,

Gene.39.

& volebat imo cupiebat occidere eum, nec poterat. Hæc est fera illa sæuissima quę deuorare volebat sanctum Nazaręum Ioseph, fecissetq;: nisi relicto pallio, fuga sibi consuluisset. Itaq; voluntas non deerat perpetrandi homicidium sed concluserat Deus rictus leenę huius, sicut legimus Da-

3 Re.19.

niel. 6. Hęc inquit altera Leena (ipsa est Iezabel) faciant mihi Dij: nisi hac hora cras posuero animā Helię, sicut animam vnius ex sacerdotibus Baal, Et hic ergo fuga sibi consuluit. Verum Ioannes mori pręelegit, potius ꝙ tacere, cum crimen publicum esset, & notius quam negari posset, Herodes autem metuebat Ioannem: sciens eum virum iustum & sanctum, & custodiebat eū: & au-

Gene.4

dito eo: multa faciebat: & libenter eum audiebat. Reuera si Ioannes diceret: num custos fra-

Esai.24

tris me ego sum? Si Palpare vitia & non curare voluisset: si placere hominibus: infundere oleum sine

Esai.6.

vino, si tacuisset dicens, secretum meū (imo vę mihi: quia tacui) diutius viueret: delitijs afflueret. Verū

vir

vir sanctus cum esset & iustus, & zelo alter Helias, nõ licet tibi inquit o rex, quod iure diuino cauetur. Verum timor Herodis seruilis erat: Tyrãnus enim erat, insuper enim volebat placere vxori, imo vt morem gereret adulteræ, vxorem domo expulit. Metuebat igitur non Deum: sed populi seditionem sequuturam, qui Ioannem velut virum sanctum & prope diuinum suscipiebant. Est autẽ cũ primis Tyrannorum proprium timere, quoniam qui a multis timetur: multos necesse est timeat. Refert Trãquillus de cla. Cæsare, quod conuiuia inire nunquam ausus sit: nisi speculatores cum lanceis circunstarent, milites que vice ministrorum fungerentur. Neque ægrotum quenquam visitauit: nisi explorato prius cubiculo, culcitis que & stragulis prætentatis & excussis. Reliquo autem tempore salutatoribus scrutatores semper apposuit & quidem omnibus & acerbissimos. Sero enim ac vix remisit vt ne fœminæ prætextati que pueri & puel

A læ contrectarentur, & ne cuius librario calamariæ aut graphiariæ thecæ adimerentur. Quodam cũ ferro circa sacrificantem se deprehenso, senatum per præcones propere conuocauit: lachrymis que & vociferatione miseratus est conditionem suam (merito quidem) cui nihil tuti vsque esset. Nam semper infœliciter cadunt (vt prouerbium inuertam) Tyrannorum taxilli. Timebat ergo rex iste Ioannem. Sicut enim dicit Seneca: male de nobis actum erat, quod multa scelera legem & iudicem effugiunt (sed nõ Deũ) & præscripta supplicia, nisi illa naturalia & grauia de præsentibus soluerent. Maxima enim pœna peccantium peccasse est. Multos fortuna liberat pœna, metu neminem. Quare? quia infixa nobis eius rei auersatio est quam natura damnauit, ideo nunquam fides latendi etiam latentibus, quia coarguit illos conscientia (quæ in foribus præsto est) & ipsos sibi ostendit vt dicat, omnis qui inuenerit me occidet me. Et qui hæc dicebat solus erat in terra, exceptis Adamo & Eua. Seruus igitur iste peccati seruus adulteræ & regalia indumentã portaret, metuebat Ioannem, sed custodiebat: hoc est: aure tenebat lupum. Retinere in carcere virum iustum & sanctum, nefas ducebat. Absoluere vxor vetabat, dabit inquiens contra nos latratus canis hic generosus, qui cum Deum timeat: hominem quacunque fulgeat dignitate non vere-

B tur, non formidat. Traducit nos per ora populi. Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam admodum dissimilis est nostræ vita sua. Custodiebat igitur eum: & audito eo, multa faciebat, vt per hoc se teneret in gratia populi, sed omnia hæc simulata erant: sicut legimus. 1. Reg. 18. De Saul dicente seruis suis. ¶ Loquimini ad Dauid clam me dicentes. Ecce places Regi (id falsum) & omnes serui eius diligunt te: nunc ergo acquiesce vt fias gener Regis: cum reuera aliud Saul volueret animo suo. Ita & Herodes: sicut res exitus docuit. Occidere volebat: operiebatur autem oportunum tẽpus, vt fraus lateret. Vnde vocatur vulpes a dño. Imo si Luciano credimus principes sæculi huius similes sunt colossis Praxitelis & Myronis: quod foris multo nitent ebore, multo fulgent auro, variis que coloribus arrident, præterea Iouis aut Neptuni repræsentabant imaginem: fulmen aut tridentem dextra tenentes, vt plane Numen aliquod

C (Dant ?) esse viderentur: cum tamen intus nihil appareret præter picem: clauos arachneas mures atque id genus sordes alias: haud quaquam ad exteriorem illam pulchritudinem respondẽtes. Atque huiusce principum esse vitam affirmat: quorum si strepitum & apparatum inspicias: nihil fœlicius, nihil Deorum vitæ similius: sin curas: timores, suspitiones: odia: quibus intus discruciantur: nihil calamitosius. ¶ Herodes igitur libenter audiebat Ioannem, sed vt res docuit, cum seruus esset adulteræ, & nemo potest duobus dominis seruire, Matth. 6. Præposuit adulteram Ioanni, qua hanc telam ordiente, ille occisus est. Metuebat ergo Herodes Ioannem. Quomodo igitur occidit quem prius timebat & reuerebatur? Dicendum quod ira præualet amori. Exemplum Medeæ occidentis proprios filios suos & Iasonis mariti sui: vt quoquo modo de viro vindictam sumeret, qui se relicta legitima vxore, aliã duxerat. Sic Herodes, prius quidẽ timebat iram populi, quam ne incurreret, Ioannem seruabat, sed blanditiis delinitus adulteræ, exclusit timorẽ amor adulteræ. In Medea igitur odiũ mariti præualuit amori filiorũ, in Herode amor adulteræ exclusit timore populi. Quod autem Ioannes tam impie occiditur pro saltu puellæ vnius: in exemplum factum est iudicium Dei Si. n. primũ a nobis inquit Petrus &c. 1. Petr. 4. Sciendũ quod dñs noster anno ætatis

D suæ. 31. Fecit miraculũ in nuptiis, totoque hoc anno erat cũ parẽtibus & fratribus, nec prædicauit nisi raro donec videlicet Ioannes traditus est. Ioannes autem capite truncatur. 4. calendas Septembris anno vitæ Christi secundo & trigesimo sicque fuit in carcere circiter mensibus octo: in quibus facta sunt quæ Matthæus refert a capite. 4. Vsque ad vndecimum vbi dicit: cum audisset Ioannes opera Christi. **Cum ergo audisset Iesus quod Ioãnes traditus esset,** iuxta Matth. 4. **& vt cognouit** (Ioãnes. cap. 4.) **Quod audierũt Pharisæi: quod Iesus plures discipulos facit & baptizat quam Ioannes, quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli sui: reliquit Iudeã, & abiit iterum in Galilæam:** Luca, **Regressus in virtute spiritus.** Ioannes, **sed oportebat eũ trãsire per mediam Samariam.** Sicut dicit Hieronymus, difficile factu est, gloriam virtute superare (vicisti famam virtutibus tuis) & ab his diligi quos præcedas. Sequitur enim inuidia gloriam (Dauid occiso Philisteo) sicut vmbra corpus. Themistocles cum adhuc adolescens esset, nihil splendidi a se fieri dicebat, neminem enim adhuc se inuidum habere. Et enim quemadmodum cantarides lectioribus fru-

E mentis & viridioribus rosis maxime innascuntur, ita inuidia eos præcipue tangit qui boni sunt (adulteris enim quis inuideat aut tyrannis?) qui per ad virtutem gloriam pergrassantur. Rursus magnitudo vitiorum odium auget. Ideirco calumniatores Socratis vt qui ad vitiorum culmen peruenerant, adeo oderunt Athenienses, vt ne per eis ignem accenderent: nec quærentibus respondere, nec qua se illi abluissent aqua vti voluerunt, donec illi eum perpeti odium amplius non possent, suspendio obierunt. ¶ Cæterum inuidi perire eos quibus inuident, nollent: fœlicitatem tantum eorũ graui animo ferunt, prohibent que si possunt, extremam vero calamitatem non optant, sed perinde ac ex altissimis ædibus eam partem quæ

suas

Tráquil.

Claudius

Seneca.

Genesi. 4.
Ibidem.
Prouerbi.
Prouerb.

Sapi. 2.

Luce. 13.
Lucianus.

Medæa.

1. Thes. 1.

Matth. 4.
Ioan. 4.
Luce. 4.
Ioan. 4.
1. Reg. 10.
1. Reg. 18.
Themistocles.

Inuidia.

suas obicuriores reddit depofuerit:bene fecum agi exiftimant. ¶ Hoc eft igitur quod dicit Ioannes: cognouit dominus Iefus; fibi quoq; inter homines verfanti:id contigiffe quod hominibus:vt gloriam quasi folare corpus comitetur inuidia quafi vmbra:iã enim molefte ferre pharifæos;quod deferto Ioãne(fed iam is erat in vinculis)omnis populus ad baptifma Chrifti confluerет:licet dominus nõ baptizaret:fed verbo Dei nauaret operam,hanc enim exornandam prouinciam a patre accepetat:ficut ipfe dicit:quãdiu fuum in mundo lux fum mundi. Et rurfus:exijt qui feminat feminare verbum fuum. Baptizabãt autem difcipuli Chrifti:quo magis vrebantur Pharifæi:quod id præfumerent;quod vix ferebant in Ioanne,forte quod filius effet facerdotis. Ceffit igitur dominus iftis octipodibus: ne magis irritaret inuidiam illorum;quæ tandem & illi peperit mortem:tefte etiam Pilato:(referente euangelifta Marco cap.15.)Sicut Ioanni veritas. Ad hæc Theophylactus. Licet ipfe non baptizaret. Quare? Dixerat euangelifta. Luc.3. Ipfe vos baptizabit fpiritu fancto. Spiritus fanctus autem non erat datus Iefu nondum glorificato,nondum erat tempus:nondum recõciliatis nobis patri morte fua. Igitur fi baptizaffet,vel abfq; fpiritu baptizaffet,& quid ergo præftabat Ioanne?vel dediffet fpiritum:idq; ante tempus: fed id indignũ Deo,qui in tempore facit omnia. Baptizabant igitur difcipuli chrifti Ioannis baptifmate, id eft baptifmate:quod nihil habebat amplius q̃ baptifma Ioannis. Si quis aliter fapiat, abundet quifq; in fuo fenfu,vtraq; enim pofitio teneri poteft. Vtrum apoftoli baptizati funt a Chrifto, Scotus in.4. diftin.q.4. 6.in fine vide. Regreffus eft igitur dominus in potentia fpiritus a Iudæa in Galilæam: exultauit enim vt gigas ad currendam viam:quia homo licet/cum plenus effet fpiritu fancto, fequebatur impetum fpiritus:nec dormitabat cũ Helia. Oportebat autẽ eũ (fi recta pergeret) tranfire per mediã Samariam. Relicta ergo ciuitate Nazareth, Venit in ciuitatem Samarię, quę dicitur Sichar: iuxta prędium quod dedit Iacob Iofeph filio fuo. Sciendum quod anno.31. Afa regis Iuda nepotis Roboam fub quo regnum Ifrael diuifum eft,regnauit fuper decem tribus Amri annis.12. Emitq; montem a Somer duobus talentis argenti,& ædificauit eum,& vocauit nomen ciuitatis quam extruerat nomine Somer(domini montis)Samariam. Ab illo ergo tempore Regnum.10.tribuum Samaria vocatum eft. ¶ Tranflato autem Ifrael in Affyrios tempore Ofee regis,anno.6.regni eius: adduxit Rex Affyriorum viros de Babylone,& collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filijs Ifrael. Qui cum ibi habitare cœpiffent;non timebant dominum, & exte minabantur a leonibus:id q̃ primum refciuit Salmanafar. præcepit dicens Ducite illuc vnum de facerdotibus quos inde adduxiftis,& habitet cũ eis & doceat eos legitima terræ. Id vbi factum eft,vna quæq; gens fabricata eft Deũ fuum. Erant autem gentes iftæ numero quinq;.4.reg.17. ¶ Hi igitur cum dominum colerent, edocti a facerdote Iudaicę gẽtis:Dijs quoq; fuis feruiebant iuxta confuetudinem gentium de quibus tranflati fuerant in Samariam. Nam filij eorum & nepotes ficut fecerunt patres fui ita faciunt hucvfq;. Hęc igitur eft prima caufa diffidij inter Iudęos & famaritas,quod Samaritę occuparent terram quam ipfi Iudæi acceperant a Deo incolendam. ¶ Secunda caufa eft,quod Samaritani.5.tantum libros Mofi recipiunt: prophetas omnino reijciunt. ¶ Tertia quod Iudęi affeuerabant in Hierufalem tantũ, id eft in templo adorandum Deum cum Samaritæ dicerent patrem fuum Iacob(qui pater eft etiam Iudæorum)in monte Samariæ non femel adoraffe dominum Deum fuum. Quod autem Samaritani referunt genus fuum ad Iacob, ex eo eft quod Iacob habitauit in Chaldęa apud Laban annis.20, & inde duxit vxorem Chaldęam natione. Propter has igitur caufas atrox ac publicum odium erat inter vtrofq;, adeo vt nec colloquio dignarẽtur,ficut dicetur. Venit ergo dominus in ciuitatem huius prouincię Samarię, quę vocatur Sichar/fichen vel fichem:abeft autem ab Hierufalem parafangis tredecim: a Samaria autem duabus. De prædio ifto habes. Genefi.48. Do tibi partem vnam extra fratres tuos,quam tuli de manu Amorręi in gladio & arcu meo. Abulenfis, Et tamen emit eam centum agnis. Chaldaice ita. Quam poffedi in precibus & oratione. Occifis enim Sichimitis a Simeone & Leui,timuit Iacob irruituros fuper fe populos conuicinarũ vrbium,& orauit dominum,nullufq; cõtra eum aufus eft mutire. ¶ Oratio igitur Iacob vocatur arcus & gladium fecundum iftum doctorem. Ordinaria ita dicit. De populata vrbi per fratres Dinę: conuenere vicini quoquo verfus contra Iacob & domum eius, ipfe vero armis & adiutorio Dei indemnẽ fe feruauit. item quoniam propter vim illatam Dinæ digni fuerunt locum amittere, ideo eum dicit poffidere iure belli. De illa autem terra quam emit.100.agnis vt habes Gene.33. Non facit mentionem, quia modica pars erat. Sed vnde id probatur? Teneo igitur cum Abulenfi primam pofitionem, quod de illa loquitur quam emit.100.agnis. Theoph.ita dicit. Prædium quidẽ qđ dedit Iacob, Sycima vocabatur. Ciuitatem enim Sichen filij Iacob defolauerant. Eam igitur vtpote defolatam pater filio fuo in hæreditatem tradidit. Tamen fi multitudini & Iofepho credimus, vrbs in qua perpetratũ eft illud crudele homicidium Hierufalem eft,quę Gene.capit.33.appellatur Shechem. Erat ibi fons Iacob. Iefus autem fatigatus ex itinere:fedebat fic fupra fontem: hora autem erat quafi fexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Venit mulier Samaritana,in Samaria enim erat. Vere ergo dixit apoftolus, Teneamus fpei noftræ confeffionem, non enim habemus pontificem, qui non poffit aut nefciat compati infirmitatibus noftris:prędonum enim non paftorum funt voces illę:ego vos cędam Scorpionibus. Didicit enim bonus paftor ex his quę paffus eft. Didicit experientia, quod fciebat certa fcientia. Tentatum inquit per omnia. ¶ Eftq; fenfus,dominum Chriftum paffum omnes neceffitates quę naturam humanam confequuntur:famem/fitim: laffitudinem,tędium:dolorem:triftitiam: irã fomnum & mortem. Vere enim dolores noftros tulit:ficut veram carnem fufcepit,& vere circũcifus eft ficut vera erant illa de quibus dicitur;fi in viridi ligno hæc faciunt. Luc.23. Nam & in hodierna lectione vere

Ioan. 8. Luc. 8

Luc. 3.

ps. 18.

3.reg.19.

3.reg.16.

3.reg.16.

Samaritæ

Abulenf.

Ordinari.

Theoph.

Heb. 4.

3.reg.12.

Heb. 5.

F G H I K

ne vere oppido quam fatigatus erat ex itinere, vnde sedebat. solus, & hora sexta, & sedebat sic. Quid est autem sic? Vt gestus exprimeret hominis lassi, adiunxit, sic. Sedebat velut fonti imminẽs: ac velut ex aura fontis refocillationem captans: qui dat escam iumentis, & pullis coruorum inuocantibus eũ. ps. 146. ¶ Sedebat igitur, cuius currum decies centena milia angelorum subeunt lætantium: & dominus in eis. ps. 67. Sedet igitur supra fontem: cui dicitur: aperi eis domine thesaurum aquæ viuentis. Et rursus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuentis. Vbi? Quando? In cruce: hora sexta: cum clamaret, sitio. Ibi enim fons vitus est sitire: sicut & hic. Et reuera sitiebat. Sed hic denegata est sibi aqua: ibi fel accepit aceto mixtum & myrrha. Omnes igitur sitientes venite ad aquas fontis sitientes. Esai. 55. Ad vinum & lac. Et enim iuxta Paulum 1. corin. 1. Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Sitis eius satietas nostra est, fatigatio eius requies nostra: paupertas eius nostræ diuitiæ, obprobria ei? & crux gloria nostra, mors eius vita nostra. Quid est quod dixi? Dormiente Adam: costa detracta: formatur Eua. Detrahitur ei costa: & pro crate reponitur caro. Eua ecclesia est: nos sumus. Hoc ergo est quod dixi vt nos viuificaremur ille mortuus est. Infirmitas capitis fortitudo est corporis Siquidem ille accepit a nobis carnem, & dedit os. Potuit Deus carnem detrahere homini: vnde formaret fœminam: & magis congruere potuisset: fiebat, enim sexus infirmior, & magis de carne infirmitas fieri debuit quam de osse. Detraxit os: & ex osse formauit vxorem: & pro osse carnem posuit: ¶ Poterat pro osse detracto: os reponere. Poterat ad formandam fœminam non os sed carnem detrahere. Quid igitur significat? Facta est mulier in costa tanquam fortis: factus est in carne Adam tanquam infirmus. Ita infirmitas Christi fortitudo est ecclesiæ. ¶ Hora sexta mundi ætas sexta. Puteus profunditatem nostræ habitationis, sicut dicitur: infixus sum in limo profundi ps. 68. Quid est autẽ quod vnde Eua formatur: inde aqua fluxit cum sanguine? Gregorius. Vt vnde mors oriebatur: inde fons vitæ procederet in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Zachar. 13. Mors enim a fœmina cœpit: fœmina de latere formatur. E latere igitur fluxit aqua, qua Eua reformatur. Nec illud prætereundum, quod homo sexta die ad hora sexta plasmatur, qua die & hora Christus felle potatur: & latus vita functo aperitur: vnde Eua sanctificetur: vt iuxta Apostolum: vbi abundauit delictum super abundaret gratia. Sed audi sequentia. Venit mulier Samaritana vt hauriat aquã, & vnũ quidẽ fontem requirebat quem foderat patriarcha Iacob, alterũ autem inuenit, quem sitiebat Dauid dicens. O si quis daret mihi de aqua cisternæ Bethleemiticæ. & rursus, apud te est fons vitæ. ¶ Nec illud vacat a mysterio: quod sex fœminæ ad fontem reperiuntur, & septima quæ est ecclesia. Angelus Agar ancillam Saræ errantem inuenit circa puteum videntis & viuentis. Gene. 21. Errabat autem circa puteum quia os eius nondum apertum fuerat hora sexta in cruce ab vno militum Ioannis. 19. ¶ Sic Eliezer sanctam Rebeccam iuxta fontem reperit: quæ vxor futura erat eius: qui supra fontẽ sedet. Gene. 24. Et pro aqua quam dedit Camelis serui Isaac: accipit ipsa aquam fontis vitæ æternæ, ipsa est ecclesia quæ propinat seruo Abrææ: cum credit in eum qui cum in forma Dei esset: habitu inuentus est homo. Quid enim est: da mihi bibere iuxta Augustinũ, nisi desidero fidem tuam: propinat & Camelis: quia fidem quam credit, Gentibus prædicat. ¶ Ita Iacob pulchram Rachelem quam duxit ad fontem reperit Genesis. 29. Et agnitam osculatur Cuilibet enim renato ex aqua & spiritu sancto dicit pater cælestis, hic est filius meus dilectus. Luc. 3. ¶ Moses septem fœminas ad fontem reperit & vnam earum duxit. Sacramentum hoc magnum est. Exo. 2. Septem reperit: vnam duxit. Vna est ecclesia, quæ sub nomine ecclesiarum septem describitur a Ioanne. Apoc. 1. Quam duxit dominus Iesus, vt exhiberet eam sibi sine macula & sine ruga. ¶ Sic Isaac cum deambularet per viam putei viuentis: & videntis: vidit Rebeccam venientem: idest vxorem suam: quæ camelo vectabatur. Sed quam primum vidit nostrum Isaac deambulantem: & supra fontem sedentem fessum ex deambulatione, qua crucem suis tulit humeris: descendit ipsa de camelo: & operuit vultum suum præ confusione vitæ preteritæ, ne audiret ex ore sponsi, ego nudus inter probrosos & nequam pendeo. vt tuam ignominiam operirem. Ezech. 16. Tibi autem frons meretricis perfrictæ facta est, noluisti erubescere. ¶ Sexta fœmina hæc Samaritana est, quæ & ipsa typum tenet ecclesiæ: quæ quinque viros habuit. Imo sex, imo nullum habuit. sicut dicit Paulus: eratis sine Deo vero videlicet: alioqui gentium portenta quis numeret? dictum est in superioribus quod vnaquæque prouintia Samaritanorum fabricata est Deum suum. 4. re. 17. ¶ Multos igitur viros lenones potius habuit hæc mulier, verum nullus erat verus vir, verus Deus, preter hunc quem hodie nacta est beata hæc meretrix, quæ typum tenet ecclesiæ, cui dicitur, o mulier si scires domum Dei &c. Quod donum? quod cum sis meretrix & Aethiopissa cupio decorem tuum: vt sim vir tuus, iuxta quod sequitur **Dicit ei Iesus. Da mihi bibere.** Hora sexta erat quando sol iam ad meridiem vergens, suo æstu conduplicat sitim. Verum sitis hæc prepostera videtur: nondum enim ieiunium soluerat dominus, sed simulauit dominus sitim, vt ansam haberet ex ordiendi Dialogum cum fœmina illa, cuius salutem sitiebat dominus. Quod sitiuit, id permisit carni quam gestabat alioqui totos. 40 dies quos exegit in deserto: nec esuriit, nec sitiuit quantum consequens erat, post dies tot elapsos. ¶ Cõmodum autem. **Discipuli eius abierãt in ciuitatem, vt cibos emerent.** Non ergo ibat Iesus & sui mendicando. Vide igitur mecũ, quam procul a faustu fuerit dominus Iesus, quando solus in via relinquitur, vt impleturum liceat videre ad litteram illud, futurus es quasi colonus super terram, & quasi vir vagus. Refert Tranquillus de Cæsare, quod edicto grauissime cauerit, ne dominus vocaretur, idque neque ioco nec serio, nec a filijs nec a nepotibus. Promiscuis salutationibus admittebat plebem: tanta comitate adeuntium desideria excipiens, vt quendam ioco corripuerit, quod sic sibi libellũ porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem. Senatores in curia sedentes salutabat, ac nominatim singulos & discedens, eo modo sedentibus singulis valedicebat. Vidisti mansuetudinem

Numer. 20. Hierony. Ioan. 19. Genes. 2. Augustin. Figura. Gregori?. Roman. 5. 2. reg. 23. ps. 35. Agar. Rebecca. Rachel. Sephora Ephes. 5. Rebecca. Gene. 24. Hiere. 3. Samarita. Ephes. 2. Ecclesia. Hiere. 14. Cæsar.

A B C D E

tudinem comitatum ac modestiam tanti principis? At nunc videre est multos atlantes in oculis suis met, qui cælum ne ruat humeris sustinent: quorum præsentiam adire difficilius sit, quam semel ingressos labyrinthum: eadem via regredi: id quod & nos experti sumus. ¶ Dominus Iesus omnib⁹ obuius erat & publicanis & peccatoribus, & meretricibus, & nulli vnq̃ sui copiam denegauit, de quo Matth. ca. 20 Ibi: vos autem non sic. Abierant igitur discipuli vt sibi de commeatu prouiderent. Dominus autem ciuitatem non est ingressus, ne fenestram aperiret Iudæis calumniandi eum, quod Iudæa relicta: gentes adiret idolorum cultui addictas. Nam nihilominus eum post modum Samaritanum vocauerunt, & pos sessum a dæmone. Remansit aũt solus: quia quędã arcana mysteria fœminæ illi dicturus erat, quę apud alios dixisse videri poterat (per id tẽporis) arrogãtię. Deniq; pudori impudicę fœminę & nõ vni ꝓstitutę viro etiam solitudine consuluit bonus pastor. Nullus enim discipulorum sciuit quę & qualis fuerit o- F lim mulier illa, donec Ioannes scripsit euangelium: dixerit licet illa, venite videte hominem qui dixit mihi, quęcunq; feci. **Dicit ergo ei mulier illa Samaritana. Quomodo Iudęus tu cum sis: a me poscis bibere, quę sum mulier Samaritana? Non enim commertium habent Iudęi cum Samaritanis.** Iudęum esse dominum mulier ex fimbria nosse potuit, tũ & ex loquela. Ve- Gene. 24. rum quanto officiosior Rebecca, quę virgo & puella & pulcherrima & incognita viro cum esset: hospiti quem nec de facie quidem nouerat: petenti humanissime de posita hydria aquã prębuit, quin & camelis eius, tantum interest quibus parentibus ortus sis. Nam Iudęis iuxta carnem Abrahę filijs dicitur. Væ genti peccatrici: semini nequã, filijs sceleratis. Esaię. 1. ¶ Pater tuus Amorrhęus &c. Ezech. 16 ¶ Mores in- Theoph. quit vestri non Abraam referunt; sed cham aut dæmonem quendam malignum. Quomodo inquit tu Iudæus. Theoph. Vide aũt quomõ circunspecta fuit mulier Hæc. Nã si cauere oportebat dñm oportebat nõ illam. Non enim dixit quod Samaritani non habent Cõsuetudinẽ cũ Iudæis, sed Iudæi non habent G commertium cum Samaritanis. Attamen mulier nec sic tacet: sed existimans dominum rem illicitam facere: Corrigit quod præter legem fiebat. A me inquit poscis aquam, quæ sum mulier. Et num exuisti fœminæ clementiam, & induisti Leenæ vel hydræ? Mulier igitur natura prona ad clementiam aquam abnegat nullius precij: negat iuxta fontem, & hora sexta, & homini fatigato ex itinere: (immo omniũ bonorum autori) quod ex ipso gestu corporis cognoscere potuit, quia ille Iudæus: illa Samaritana: Samaritanos autem vos Iudæi nec colloquio dignamini. Conferamus ergo rursus hanc beatam fœmi- 3. Re. 17. nam cum vidua illa Sarepeana. Da mihi inquit Helias paululum aquę. Et infra. Da mihi bucellam panis. Nam hæc si panem postularetur: lapidem porrigeret. Et infra. Affer mihi prius: deinde facies tibi & filio tuo. Potuit enim & ista dicere. Quomodo tu Iudęus cum sis: a me poscis panẽ & aquam (in tanta rerum penuria) quę sum & vidua & Sareptana? Sum ex lex: iuxta opinionem vestrã o Iudęi: sum omni humano auxilio destituta: quippe quę vix farinę pugillum habeo domi: Tu autem homo tressis petis panem: & tibi primum; deinde mihi & filio meo. Per salutem animę tuę non faciam: vt vitam tuã/ H meę pręponam, sed primum mihi & filio meo: si quid superfuerit: dabo tibi. Nihil tale dixit: vel cogitauit. Hęc autem Samaritana aquam abnegat homini Iudæo, mirum quod & colloquio illum digna- Ephesi. 2. tus est. Non enim venerat pax vera, quę fecit vtraq; vnum, inimicitias soluens in carne sua. De hoc Roma. 2. Zach. cap. 11. Assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui decorem: alteram funiculũ. Duas virgas vtrũ- Figura. que dicimus populum Iudęorum & gentium. Pulchritudo refertur ad gentes: quę legem naturalem acceperunt scriptam in cordibus suis, qua virga nihil pulchrius est, vt omnis creatura æqualiter vocetur ad cultum creatoris sui. Altera refertur ad Iudam, idest Iudęos: qui post offensam gentium vocantur funiculus hæreditatis dominicę. Deniq; postq̃ in Abraam vocatus est Israel dicit dominus. Tuli virgam meam quę vocatur decus: & abscidi eam: vt irritum facerem fœdus meum quod percussi cum gentibus. Roma. 11. Sicut ergo ad modicum derelicti sunt Iudęi vt gentium multitudo intraret, ita ad punctũ gentilitas in sua adolescentia est derelicta. (Lu. 15.) vt intrante Iudęorum gente: gentilitas in sua senectute misericor Exod. 12. diam consequatur. In vocatione enim populi Israel nunq̃ exclusa est turba gentiliũ: sed semper eis per I proselytos patuit ianua ingrediendi: dicente lege. Si quis in vestram voluerit transire coloniam ex peregrinis: & facere phase domini, circuncidetur omne masculinum eius: & tunc rite celebrabit: eritq; sicut indigena terrę. Nos autem nõ circuncisione carnis: sed sanguine Christi facti sumus ex peregrinis ciues Ephes. 2 sanctorum & domestici Dei: dicente Paulo: qui eratis longe, quos Iudęi nec alloquio dignabantur: facti estis prope in sanguine Christi. Ephe 2. ¶ Hic enim sanguis effundendus vt faceret vtraq; vnum: fe 1. Timo. 2 cit vt Samaritana appropinquaret mediatori Dei & hominũ homini Christo: & acciperet ab eo aquã Matth. 10. illam viuam, alioqui dictum est apostolis ante crucis dispensationem, in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed ite ad oues &c. Effuso autem sanguine: cœperunt comertium habere Iudęi cum gentibus, pręostensa Petro illa beata visione. Actu. cap. 10.

¶ Capite decimo quinto. De multis sermonibus collatis secus puteũ inter dominũ Iesum & fœminam quandam Samaritanam, vsq; ibi, venite & videte hominem &c. Nunquid ipse est Christus. K

Tu vsq; Deuter. 32 **RESpondit Iesus & dicit ei. O mulier si scires donum Dei: & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquã viuam.** Dominus Iesus qui tanq̃ aquila ad volandum prouocat filios suos: quiq; reuera & si iuxta naturam carnis assumptæ sitiebat, plus tamen exoptabat salutem animarum: sicut

sicut ipse dicit: baptismo habeo baptizari, & coarctor donec perficiatur, Luc. 12. Sensim paulatimq; fœminã hanc allicit in cognitionẽ gratiæ Euãgelicæ, subiecto ęnigmate nescio cuius aquæ, quæ haurientes vere satiat, & perducit in vitã ęternã. O inquit mulier si scires donũ quod tibi nunc offert, nihil minus expectãti donũ Dei, quo factũ est vt pater filiũ mitteret in similitudinẽ carnis peccati. Est aũt donũ hoc & id quod sequit: Si scires quis est qui dicit tibi: da mihi animã tuã: quã huc vsq; possederũt adulteri sex: hunc si scires, scires & patrẽ & spiritũ sanctũ, scires vitã ęternã quę erat apud patrẽ & nunc apud te est, scires quod multi reges, prophetæ & iusti scire voluerũt, & scierunt, sed fide tñ. Quid enim nescires, si sciente oĩa scires? Reuera si hunc scires, siue forsitã petisses ab eo, & ipse daret tibi aquã viuam. Vnde illud. Ego sitiẽti dabo bibere de fonte aquę viuę gratis. Gratis donat, vnde dicit: Si scires donũ Dei, quia grã non esset gratia, inquit, apostolus: si meritis daret: quod maxime verũ est de remissione peccatorũ in baptismo, iuxta illud Rom. 11. sine pœnitentia sunt dona Dei. Ita em̃ exponit Ambrosius: videlicet ad remissionẽ peccatorũ in baptismo pœnitentiã nõ requiri. Contritio tamẽ semp fuit necessaria iuxta Abulensem. Cum aũt dicit: Ego sitienti dabo: perinde est ac si dicat, petenti dabo, gratia em̃ nõ est gratia si inuito dat. Si tu igit petisses, petisses aũt reuera, si me nosses: darẽ tibi aquã viuã, fluentẽ e latere vita functi, sed in vita functo hoĩe latebat ille qui dicit: viuo ego. Nu. 14. Quid aũt dicimus, si petisses daret? Ego sto ad ostiũ & pulso, & caput meũ plenũ est rore. Pulsabat igitur Dñs ad ostiũ Samaritanę offerẽs ei hoc donũ oĩm donorũ maximũ: verũ mulier perinde erat ad verba Dñi, quasi mortuo aut dormiẽti fabula narraret. Nec tamẽ mirandũ est: cũ Nicodemus & Iudęus & populi doctor nõ potuerit capere quod aliquãto manifestius dixerat Dñs de renascendo anothen. Sed crassius respõdit q̃ Samaritana, cum ait: Nunquid potest homo iterũ. &c. De ista igitur aqua viua dicit Psal. Quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ. &c. Chrysost. Video cœlũ & terrã & omnẽ ornatũ eorũ, & ex horũ contemplatione aliquãto quiesco, sed desidero ipsum fontẽ, nõ lacunas ab eo repletas: ipsum Deũ meũ nõ ornatũ (vt ita dicã) corporis eius. Vide Ezech. 47. Bene ergo dixit aquã viuã: in hac em̃ merguntur ad vnum Aegyptij, renascunt veri Hebręi. Sunt autẽ & aquæ maris mortui, sunt amare, sunt salsę, sunt steriles, sunt pessimæ. 4. Re. 2. Sunt aquę Lœthęi fluminis, de quibus per singula nõ est dicendũ. Habes & in Gen. cap. 26. puteos quatuor, calumnię, inimicitiarum, latitudinis & sacietatis. De hoc vltimo dicit Augustinus. Qui biberit de aqua fluminis Paradisi (Apoc. 22.) cuius vna gutta maior est Oceano, restat vt in eo omnis mundi sitis extincta sit, quomodo extincta erat in eo qui dixit, hausta vna gutta: bonũ est nos hic esse. De puteis autẽ calumnię & inimicitiarũ dicit idẽ Augustinus. Aquæ huius sęculi quasi prono & euerso vase colliguntur. Nam qui nõ prę miserit & immerserit in huius mundi sceno suã cupiditatem tanquam vasculum: non hauriet voluptatem. Sed aquam hanc qui biberit, iterum sitiet, semper sitiet, calumnias bibet, inimicitias conferet, denique bibet de calice iræ Dei. Lysimachus princeps aliquando cogente siti Scythis seipsum cum exercitu tradidit. Deinde cum frigidam bibisset aquam: dij boni, inquit, (sero sapuit) quam breuis voluptatis causa: quantum deposui fœlicitatem. Libertas enim non venditur, quia precium non habet. Si igitur o mulier scires quis sim (scies autem postea) scires & donum quod præ manibus habes: arriperes occasionem per capillos: ne forte illa auolante: remaneat apud te comes eius pœnitentia. **Dicit ei mulier, Domine neq; in quo haurias habes, & puteus profundus est: vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filii sui, & pecora sua?** O mutationem dextræ excelsi: hominem quem vix alloquio dignabatur: iam posita humi hydria: Dominum vocat, & pendet ab ore ignoti hominis in æstu diei, sola cum solo. Nec dubium quin aliquid magnum cœpit de eo sentire, quem videtur conferre cum tanto viro & patriarcha Iacob. Oblita em̃ eius rei cuius gratia venerat, non irridens (ait sibi) tam magnificum promissum hospitis ignoti & Iudęi, quem vtrum albus esset an pullus antea penitus ignorabat: discere autem cupiens quę esset aqua quam promittebat, propius accedens, dominum appellat dicens. Domine neq; in quo haurias habes, nam manu haurire vetat profunditas fontis. Longe a ciuitate huius fœminæ supercilium Iudęorũ, qui nec doceri voluerunt dicentes: Dęmonium cum habeat, quid cum auditis? Et tot visis mirabilibus, filium fabri vocabant. Surget igitur & Samaritana hæc simul cum Regina Austri, & condemnabant generationem amarulẽtam Iudęorum. Et puteus inquit profundus est. Verum est de fonte isto Iacob. Verum fons aquę viuentis habet duplex irriguum: est em̃ deus est & homo. Et huius fontis ipse solus habet clauẽ: Nemo em̃ nouit filiũ. &c. Itaq; de altera aqua loquitur dñs Iesus, de altera intelligit Samaritana: sicut diximus de Nicodemo. Vnde ergo habes aquã viuã, quãdo nec vel vas habes quo haurias, fons autẽ alter nusq; cõparet. Num tu maior es patre nostro, patre itẽ vestro Iacob qui dedit nobis hũc puteũ tã affluẽtis venę ac diuitis: vt ex eo ceu ex fonte perenni biberint cum pecora tum & filij & oẽs eius familia, quin & ciues huius ciuitatis Sichar. **Respondit Iesus, & dixit ei. Oĩs qui biberit ex hac aqua sitiet iterũ.** Videns igit Dñs animũ fœminę paratũ doceri, & quę dñm nõ aliquẽ impostorẽ suspicata est, sed magnum aliquẽ virũ ignotũ sibi licet: nõ dedignat illã paulatim allicere in sui cognitionẽ, ostendẽs aliud esse genus aquę de qua ipse loquebatur, quę reficit mẽtes nõ vẽtres. Oĩs inquit qui biberit ex hac aqua: sitiet iterũ. Pater em̃ vester Iacob dedit quod habuit, bibit ipse, biberũt filij, & hi oẽs mortui sunt: sicut qui comederunt panẽ illũ angelorũ. 40. annis. Itaq; quicunq; ex hac aqua biberit, iterũ sitiet, & si frequẽter biberit, cito dicturus est (crede mihi, crede expertis) anima nostra nauseat super aqua ista insulsa. Huiusmodi sunt vitæ huius solatia: irritant appetitum, saciant nunquam, sicut patet in prodigo filio. Luc. cap. 15. Nam si manna habens in se omnem saporem, fastidium generat; de alijs & cœpis quæ non sine lachrymis edun-

1. Cor. 13. / Luc. 10. / Apoc. 21. / Rom. 4. / Ambrosius / Abulensem / Apoc. 3. / Can. 5. / Ioan. 3. / Psal. 41. / Chrysostomus. / Matth. 17. / Augustinus. / Apoc. 16. / Lysimachus. / Occasio dea. / Psal. 76. / Ioan. 10. / Matth. 13. / Matth. 12. / Iosue. 15. / Matth. 11. / Ioan. 6. / Num. 21. / Sapien. 16.

Rom. 7. mis eduntur: quid sentiendũ sit, videto: & tũ finis illorũ mors est iuxta apostolũ. Et enĩ iuxta Ambro.
Ambros? voluptas semp sui famẽ patit: cupiẽs implere ventrẽ de siliquis porcorũ: quę cũ inanes & ipse sint: ven-
Prouer. 30 trẽ quomodo impleãt nõ video: dicat licet peccator cẽties, Affer, affer, affer. Non enim sangui sugę sunt,
sed plaudicanes. Vnde Cerberus ille infernalis trifaux fingitur; & bestia quędã apud Danielem cap. 7.
Cum triplici ordine dentiũ **Qui aũt biberit ex aqua quã ego dabo ei: nõ sitiet in ęternũ,**
sed aqua quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquę salientis in vitã ęternã. Aqua igit quã ego
polliceor huius naturę est: vt semel hausta, sitim faciet ea facietate quę habet per fidẽ, plena aũt facietas
Psal. 15. tũc dabit, cũ apparuerit gloria Dei. Est igit aqua ista fides catholica: qua imbuti fideles: accipiũt spiritũ
Apoc. 3. sanctũ, qui est arrabo vitæ ęternę, sicut dicit: tene quod habes, quod accepisti in baptismate: vt nemo an
Ioan. 3. teuertat coronã tuã. Est aũt hæc sentẽtia eadẽ cũ illa, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto:
5. q. 1. 19. nõ potest videre regnũ Dei: vtrobiq; enĩ noie aquę intelligit spũs sanctus, qui semel accept? (tene quod **F**
habes) nõ deserit Heliã, perpetuus vię comes, donec pducat eum ad montẽ vsq; Dei Oreb. Nam & ibi
noie panis subcinericij, id est, secreti, intelligit fides, quę de rebus abditissimis est, & noĩe aquę spũs san
ctus, qui dat renatis. 5. q. 1. 19. Vnde illud. 2. Pet. 1. Magna & preciosa dona donauit vobis Dñs: vt per hęc
efficiamini diuinę cõsortes naturę. De hac aqua pecora nõ bibũt, sed tm̃ filij Iacob iuxta spm̃, qui in ve
Gal. 4. ritate possunt clamare: Abba pater. De his dicit Paulus. 1. Cor. 10. Patres nři oẽs eundẽ potũ spiritualẽ
Num. 13. biberũt: hoc est eundẽ mediatorẽ Dei & hoim crediderũt: quia eadẽ est fides illorũ & nostra: qui enĩ prę
Matth. 21. cedebãt botrũ illũ allatũ e terra promissionis & qui eũ cõmitabant, sicut mulier ista & apostoli, & qui
sequebãtur: de quorũ numero sumus nos, oẽs clamãt: O rex Israel Osiãna in excelsis. **Dicit ad eũ mu**
lier. Dñe da mihi hãc aquã, vt nõ sitiã, nec veniã huc haurire. Mulier hęc nesciẽs quid di-
ceret, ita respõdit: vt videri possit, iã ebriã esse ante gustũ huius aquę: quę semel hausta extinguit omnẽ
sitim. Dñe inquit videor mihi videre: te in parabolis mecũ colloqui: sit aqua ista quęcunq; illa, si potens **G**
est sitim extinguere: da mihi illã, vt nõ sitiã, nec subinde recurrẽre sitit; repetã puteũ istũ. Et tamẽ inqui-
rendũ est: quo iure bona hęc Samaritana aquã viuã petit, quę mortuã, tam vrbano ac comi hospiti de-
negauit? Sed inquit, petẽtis negligẽtia reprehendit: qñ dedantis mia nõ dubitat. Ipse dixit: si petisses, da-
Luc. 11. ret, peto: vt accipiã, pulso vt aperiat mihi. Hæc mulier ista (crassa vt aiũt Minerua) respõdit: simplici ta
mẽ animo, & ad fidẽ propẽso: proinde Dñs ad huc prouocãs eã ad volandũ altius, & quasi nõ cõmuni-
caturus aquã istã quã fuerat pollicitus, nisi pręsente cõiuge. **Dicit ei. Vade voca virũ tuũ: & ve**
ni huc. Respõdit mulier: Nõ habeo virũ. Dixit ei Iesus: Bene dixisti: te virũ nõ ha-
bere: quinq; enĩ viros habuisti, & nũc quẽ habes, nõ est tuus vir. Hoc vere dixisti.
31. q. 1. cap. Quõ. Nec tñ dñs Iesus hęc dicẽs, volebat vt vocaret virũ: qui sciebat illã virũ nõ habere: sed
vt cõmodũ ex respõso eius oportunitatẽ captaret, reuelãdi secreta vitę suę nõ sine culpa transactæ: ac
proinde intelligeret q̃ is quo cũ colloquebat maior hoie esset. Voca virũ, moralis honestas habet: vt fœ **H**
minæ vxoratę nil donet, nisi præsente vel cõscio viro. Itaq; mulier audito hoc: voca virũ tuũ: rata est se
cũ hoie tm̃ cõferre sermonẽ, & dissimulatione prouida celãs cõmertium turpe: Dñe inquit virũ non ha-
beo: inficians cõiugium, subticens fornicationẽ. Verũ quod Dñs dixit: Voca virũ: opinione vulgi pro vi-
ro habebat: qui tamẽ leno erat. Dñs igit oportunitatẽ nactus: & suã aperit sapientiam, & Samaritanæ
huius (vrbane tamẽ) vitã redarguẽs. Bene inquit ac vere dixisti, te nõ habere virũ: habuisti enĩ quinq;
viros, sextus autẽ nõ est vir, id est, nõ est maritus sicut neq; quinq; pręcedẽtes. Nicola? & Faber quinq;
Chrysost. viros legitimos exponũt, sextũ riualẽ. Hoc bene dixisti, quia verũ dixisti. Ad hæc Chrysost. Ferũt quen
dã externorũ philosophorũ, cũ malã haberet vxorẽ, & interrogaret qua gratia eius mores toleraret: vt
gymnasiũ inqt & palestrã philosophię domi habeã. Ero. n. inqt cũ alijs mãsuetior: cũ in ea cotidie tole
randa erudiat. Multum acclamastis. Verum multũ ego doleo: q̃ Gentiles nobis sint sapientiores, qui an
gelos imo ipsum deum imitari iubemur per mansuetudinẽ. Ille hac gratia dicit nõ eiecisse vxorẽ, sed & **I**
quidã propter hoc duxisse referũt. Ego tamẽ id moneo inquit: vt vxorẽ quis bonã accipiat ante omnia:
Prouer. 31. (longe tamẽ & de vltimis finibus precium eius) quod si falli cõtingeret (bona verba sancte Chrysosto
Genes. 14. me, & quãdo nõ cõtigit?) imitari hunc philosophũ. Dicit autẽ os aureũ de obedientia vxoris ad virũ/
quomodo Sara nõ auertit Abrahã a persequutione quatuor regũ: cũ tam exiguo seruorũ numero. Idq;
pro tuendo vnico cõsobrino Loth videlicet. Potuit enim Abrahã periclitari (varius est enim belli euen
tus. 2. R. 11.) & Sarai sterilitatẽ cum viduitate succurrere in terra aliena: sed nihil tale dixit: vir enim est ca
put vxoris. 1. Cor. 11. Vnde iubetur caput velare, in signum subiectionis, & ita habet velamina duo: nã
& capilli et pro velamine dati sunt: quia & ipsa primũ peccauit pręsumẽdo de arbore, & secũdo suasit
Chrysost. & persuasit virũ suo. Et infert Chrysost. Si habeat vir vxorẽ (multi enĩ habẽtur fiuntq; ex capite cauda:
impleto illo Genes. 21. Omnia quę dixerit tibi vxor tua, audi vocẽ eius) quõ cognoscit vxoris plena di-
lectio. Vxor neminẽ debet putare sapiẽtiorẽ nec fortiorẽ nec formosiorẽ viro suo. Quid si vir ei? est Na **K**
bal. i. stult?, dur? & maliciosus: adde & pessim?. 1. R. 25. Et si alter sit formosior, tñ in oculis ei? alter for
mosior nõ debet videri. Perfect?. n. amor & pfectũ odiũ. i. cõsummatũ odiũ verũ iudiciũ nõ nouit. Ve-
rũ tu o scte os aureũ quã nobis Lucretiã depingis: Phœnicẽ poti?: vł quẽ Abramũ: Quę enĩ est illa fœmi
na, q̃ vnũ tm̃ hoiem arbitrat esse in mũdo sicut Eua: Samaritana sex habuit, quia nullũ habuit: imo a
Cyrene. nullo est habita. Taceo de Agrippina Augusta, taceo de Cyrene nobili scorto, q̃ duodecim figuris vsa
Luc. 7. fuisse dicitur in probroso sui corporis cõmertio: peccatrix nulli sui copiam negauerit. Narrat Herodo-
Herodot? tus rem scitu dignam. Cambyses cum vellet cum sorore contrahere: interrogat regni sui Consiliarios:
Num qua lex sit, quę sinat volentem cum sorore contrahere. Iudices & scite & ingenue respondentes:

Negant

Negãt se vllã inuenire legẽ quę sinat fratri nubere sororẽ: quandã tñ inuenire legẽ, qua liceat regi Persarũ facere quicquid libeat. Ita nec legẽ abrogarũt metu Cambysis, & ne legẽ tuentes ipsi perirẽt, aliã inuenerũt ad iutricem eius qui sororẽ in matrimoniũ ducere velit. Rex rñ & illã quã deperibat duxit: & aliquãto post alterã. Hoc tñ nemo miretur: siquidẽ Semiramis filio suo nupsit: lege prius sancita, vt hoc ipsum oibus liceret. Nec hoc tamẽ mirandũ: siquidẽ Nero nupsit servo suo. Itaq; Samaritana vbi se deprehensam intellexit ab eo qui scrutatur corda quãuis desperabilia: qui quod referebat (vitã videlicet eius a prima iuuẽtute: cũ iã .5. viros habuisti) & qđ narrabat, nõ relatu hoĩm nouerat: cũ Iudęus esset & peregrinus, nõ est irritata: nec dixit: Demoniũ habes: abi in malã rẽ: Iudęus es: sed **Dñe vt video: propheta es tu, patres nostri in monte hoc adorauerũt, & vos dicitis q Hierosolymis est locus vbi adorare oportet.** Vidisti q̃ profecerit mulieris huius & si infamis (sed nõ est psonę

Semiramis. Hiere. 17. Ioan. 10.

A respect⁹ ante deũ. Actu. 10. qui quę stulta sunt elegit) simplex credulitas? Quẽ enim primũ vocauit Iudęũ, secũdo dñm. nunc tertio vocat prophetã: licet scrutari secreta cordiũ solius Dei sit: de quo dictũ est supra. ibi. Quia dixi tibi, vidi te sub ficu. Omisso igitur de rebus nõ pinde sublimionib⁹ sermone: vt illa opinabat (quia qualis esset aqua illa penitus ignorabat) cupiẽs e tãto viro aliquid sublimius audire & doceri: quęstionẽ proponit ac nõdum fere inexplicabilẽ: de loco in quo adorãdus est deus (qđ est mirabile in foemina nõ admodũ honesta reliquias supsedisse timoris Dei) q hic Iudęis & Samaritanis nõ conueniret. Iudęi. n. Hierosolymis adorandũ Deũ oino cõtendebãt. Eo. n. in loco Abrahã obtulit filiũ: immolauit arietẽ: & tẽplum fundatũ est a Salomone: qui locus demõstratus fuerat sancto Dauid: sicut habes. 2. Paralip. cap. 3. in principio. Obserua aũt q tẽplum Salomonis triplex erat, lapideũ, cedrinũ, aureũ. De quo vide. 3. Reg. cap. 6. Samaritani aũt qui eundẽ deũ venerabãtur: in mõte Garizim cõtendebãt deũ esse adorandũ: q is locus a Mose pcepto dñi decretus esset: vbi patriarchę sex benedicerẽt populo. Deut. 27.

1. Cor. 1. Hiere. 17. Ioan. 1. Genes. 22.

B Quod aũt nõ vane aut temere quęstio hęc a Iudęorũ magistris tractata sit: ille perpẽdere põt: qui legerit Deut. cap. 12. in principio. Subuertite inquit oia loca in quibus coluerũt gẽtes quas possessuri estis, deos suos sup mõtes excelsos & colles: & subter oẽm lignũ frõdosum. &c. Verũ hęc quęstio iã tũc nulla erat: sicuti & mõ nulla est. Nam & ante erectũ templũ, & eo fundato: Iudęi viri religiosi alibi legunt coluisse dñm: sicut habes Iudi. 13. de patre Samsonis De Helia. 3. Reg. 18. De Dauid Rege. Nã qñ obtulit sacrificium dño in area Hornan. Altare dñi quod fuerat Moses erat in excelso Gabaon. 1. Paral. 21. Helias post fundatũ templũ immolauit in mõte Carmeli. 3. Reg. 18. vnde illud vbũ toties repetitũ: excelsa nõ abstulit: adhuc populus immolabat in excelsis. 4. reg. 12. & 14. Primus ex Regib⁹ qui dissipauit excelsa Ezechias fuit. 4. Reg. 18. Quę tñ instaurauit filius ei⁹ Manasses. 2. Paral. 33. Veruntamẽ qm̃ mulieris interrogatio ad verũ cultũ dei ptinere videbat; dñs Iesus paucis eã absoluit dicẽs: **Mulier crede mihi, quia veniet hora, qñ nec in mõte hoc neq; in Hierosolymis adorabi-**

C **tis patrẽ. Vos adoratis quod nescitis, nos adoram⁹ quod scim⁹:** (de cognitione fidei loquit dñs) **quia sal⁹ ex Iudęis est. Sed venit hora & nũc est, qñ veri adoratores adorabũt patrẽ in spũ & veritate. Nã & pater tales quęrit, qui adorẽt eũ. Spũs est de⁹: & eos qui adorãt eũ, in spũ & veritate oportet adorare.** 24. q. 3. cap. quidã. vso, anthropomorphitę. De hora ista vr̃ tpe ita dicit Paulus. Obsecro vos fratres: quãdoquidẽ hora est iã de somno surgere: vt exhibeatis corpora vr̃a hostiã sanctã & viuentẽ, Rom. 12. quod est mortificatos quidẽ carne, viuificatos aũt spũ. 1. Pet. 3. Nã pecus si offeras, vnũ quõ offeret? Sequit. Rationabilis cult⁹ vester, & is est qui mẽte deo offert. Nã cultus dei apud Iudęos ouib⁹ & capris & vaccis & passerib⁹ & mulris id gen⁹ pficiebat: Nõ. n. hõ immolabat, id est, cor cõtritum, sed aries aut capra: & hic cultus irrationabilis est. Qñ ergo dicit: venit hora, tẽpus illud significat: qñ abolita illa solẽni põpa sacrificãdi pecudes in altari quod erat añ fores tẽpli: ad interiora hõ cõuertit. Tamẽ Maria sororẽ habet Marthã, & hę duę sorores sunt

Psal. 50. Luc. 10.

D mẽs & caro: sed in lege vigebãt corporalia: in Euãgelio ea quę per spiritũ gerunt. Vide Exo. 17. de Mose orãte: comitãtibus eum Aarõ & Hur, ipso sedẽte, & virgę Dei innixo. Venit qñ hora, qñ qui immolat bouẽ: perinde sit quasi qui occidat virũ. Vide textum Esaię. 66. Malachię primo ita habes. In oi loco sacrificatur noi meo oblatio munda. Ab ortu eñ solis vsq; ad occasum magnum est nomẽ meũ in Gentibus. Ex his duob⁹ locis patet manifeste quid sit quod dictum est. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu Subijciam⁹ tertium testẽ, quo nihil manifestius, Sophonię. 2. Adorabunt eũ viri de loco suo oẽs insulæ gẽtium. Glosa Hieronymi. De loco suo. i. de Ecclesia: in qua dñs adorat in spũ non in vno loco sed in toto orbe terrarum: vt nequaq; more Iudaico, tribus p annũ vicibus veniãt in Hierusalẽ, Exo. 23 sed in loco suo adorãtes dñm: sciãt scriptũ esse: Quo ibo a spũ tuo? Esaias itaq; re pbat carnales hostias: Malachias cũ Sophonia locũ vnũ determinatũ ad cultũ vnius dei: Cum deus sit vbiq;. Ita vbicunq; adores exaudiet: nisi forte putãdus est dormire, aut esse in diuersorio aut in itinere. De q̃ vide. 3. Reg. 18.

Hieronymus. Psal. 138.

E Theophilact⁹. In spũ & vitate, id est, practice & theorice. Qui eñ spũ agunt, opa carnis mortificant. Gal. 5. Ro. 6. Vel quia Samaritani deũ loco includebãt: apd' Iudęos aũt oĩa in figura fiebãt & vmbra: spm̃ opposuit adorationi locali Samaritanorũ: veritatẽ aũt cultui Iudęorũ, qui vmbrã tñ habebãt futurorũ bonorũ. Spũ igit adoret, quia de⁹ spũs est: vitate adoret: vt intelligat deus sicut est: nec putet corpore⁹. Vñ illud Deu. 4. Vocẽ vborũ ei⁹ audistis, formã penitus nõ vidistis. Et hoc est qđ dicit. Adoratis qđ nescitis, qui corporeũ deũ putatis. Nos adoram⁹ qđ scim⁹: p legẽ. n. Iudęi notitiã habebãt de mõ colẽdi deũ. Et quia hoc eis pmissũ est: p hoc q Xp̃s ex eis erat nasciturus, infert: quia salus ex Iudęis est. Item adoratis quod nescitis: deũ putãtes nõ esse deum nisi Iudęorũ & vestrũ tantũ, & talẽ: vt multorũ aliorũ deorũ admittat cõsortium. Nos adoramus quod scimus. Scimus vnũ esse deũ, & hunc gen-

Theophylactus. 1. Cor. 10. Heb. 10.

tiũ oim deum:habemus templũ noi eius dicatũ:ritus quo ei sacrificatur:hostias ab eo institutas & sacerdotes, &c. Hilarius. 4. de trinitate. Aut em̃ more gentiliũ negandus est deus:si testimonia eius improbãtur:aut sicut & deus creditur .nõ potest aliter de deo q̃ ipse testatus est intelligi. Ipse autẽ dixit: Deus spũs est. Veruntamẽ in tẽplo Salomonis, vel in tabernaculo Mosi duo erãt altaria:alterũ sub diuo vbi cremabãtur carnes, alterũ in prima parte tẽpli, in quo thimiama tantũ incẽdebatur. Altare prius Iudęorum est:quorũ cultus quia totus carneus reprobatur Esa. 66. Item Hiere. cap. 7. Ibi. Holocaustomata vestra (vestra nõ mea) addite victimis vestris. &c. Eas idolis ad quod proni erant edocti ab Aegyptijs: quibus cũ tandiu cõuixerant. Altare posterius ecclesię est, in qua oratio munda offertur deo quoquo versum orbis terrarũ, sicut dixit Malachias cap. 1. Note autẽ incensi orationẽ significari, Psal, testatur. 140. Dirigatur dñe oratio mea ante te sicut incẽsum. Verũ sicut dictũ est vtrumq; altare inuenitur in ecclesia Dei. In qua & offertur deo spũs cõtribulatus & cor cõtritum in altari incẽsi, & caro crucifigitur in altare holocaustorũ. Et iuxta Plutarchũ sapientię ad memoriã nostrã nulla dũ ędes sacrata est, nõ magis q̃ prudẽtię aut cõtinentię. At fortunę delubra eximia & antiqua & multa & prope dixerim cui primis vrbis fundamẽtis cõiecta sunt. Ita vere dicitur de Romanis: adoratis quod nescitis. Colebãt enim inter cętera portenta deũ terminũ, qui nil aliud erat q̃ lapis vnus. Cęterum originẽ idoli fabricãdi Diophãtus tribuit Syropheni Aegyptio. Is cum vnicũ genuisset, quẽ hęredẽ habebat multarũ opum, fato pręripitur superstite patre. Angustię igitur suę solatiũ quęrẽs dum tristitię leuamẽ quęrit: seminarium potius doloris inuenit, nesciẽs q̃ sit vnica medicina miseriarũ obliuio. Fecit igitur pater idolũ filio, vnde luctus resurrectionẽ indies acquireret, nõ in quo mœroris remissionẽ inueniret. Vnde idolum, id est, idos doli dicitur:hoc est species doloris. Familia enim in huius idoli adulatione, aut coronas plectere, aut odoramẽta simulachro solebat adolere. Deniq; culpabiles serui furiã cauẽtes, ad simulacrũ profugi: veniã consequebãtur. Hęc Abulensis super Deuteronomiũ. Vide Sap. 14. Ibi. Acerbo enim luctu dolẽs pater, & per totum caput. Alij referunt ad Belum patrẽ Nini. De vitulis aureis Hieroboam require alibi. Sequitur.

Hilarius.

Exo. cap. 27. & 30.

Psal. 50.

Plutarch⁹

Abulensis

Idolum.

Dicit ei mulier: Scio quod Messias venit: qui dicitur Christus (verba sunt Ioãnis) Cũ ergo venerit ille nobis nunciabit oia. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecũ. Mulier exclusa a quęstione adorationis nec capax doctrinę nouę, recusansq; instrui a propheta Hebręo: remittit se ad Messiã, quẽ Samaritani sciebãt fore venturũ certo, vnde dicit: scio. &c. Ergo & ista Samaritana licet & peccatrix de numero erat eorũ qui expectabãt consolationẽ populi sui. Et forte ipsa etiã venit in spiritu ad puteũ viuẽtis & vidẽtis: aut sicut scriptũ est: Nemo potest venire ad me, nisi attractus a patre meo: attracta venit, & inuenit eũ de quo ipsa dicit: Scio q̃ veniet cito desideratus cunctis Gentibus. De quo nobis promisit Moses Deuter. cap. 18. Samaritani enim quinq; libros Mosi recipiebãt. Sed vnde mulier hęc nouerat de tẽpore Messię? Dicitur, q̃ iam in populo Iudaico rumores quidã spargebantur, ad esse tẽpus vel affuturũ cito: quo impleretur illud Deut. cap. 18. Et in lib. Genes cap. 49. legerant: Nõ auferetur sceptrũ de Iuda. &c. Scio inquit, hoc est fide teneo Messiã cito affuturũ (qui tamẽ iam aderat, sed oculi eius tenebãtur ne agnosceret, quẽ pręstolabatur) & ipse poterit nobis explicare meli⁹ hęc quę de vero dei cultu & adoratione in spiritu, dixisti: Quę tamẽ iam paucis Messias verus absoluerat. Et o profundũ iudiciorũ Dei: Cognouit bos possessorẽ suũ, & asinus præsepe dñi sui, Israel aũt agnitũ: (ecce hęres) ad crucẽ adegerunt. Mulier hęc infamis licet, vnico audito verbo de cultu spirituali, edoceri cupit plenius veritatẽ, Iudęi pistillo retusiores, de cultu & adoratione Dei in spiritu, nunq̃ vel somniare aliquid potuerũt, vñ audierũt multo id quod supra: Comedite carnes, Hiere. 8. Non. n. has victimas veneratione mei: sed epularũ desiderio immolabatis. Nõ inquit sum loquut⁹ prib⁹ vrĩs. &c. Ex q̃ manifeste itelligit iuxta Hiero. q̃ primũ decalogũ dederit in tabulis scriptũ digito dei, & post fusum caput vituli iusserit sibi magis fieri q̃ dęmonib⁹, auferẽs purã religionẽ mãdatorũ dei, & cõcedẽs sanguinẽ victimarũ carniumq; desideriũ. Et has hostias vsq; hodie immolãt, sed sibi, nõ mihi. Ego. n. plen⁹ sum. Esa. 1. Olim deus carniũ nidorẽ odorabat, nũc incẽsum abominat qd' obserua. Leui. 5. Esa. 1. Qm̃ aũt oi habẽti dabit, Luc. 19. Dicit huic beatę Samaritanę q̃ prima oim̃ fœminarũ Christũ p̃dicauit gẽtib⁹, & sola (qd' legam⁹) Ego sum Messias. Desiderio teneris Messię. Ego sum qui loqr tecũ. Vere terribilis deus in cõsilijs sup filios hoim: abscõdisti hęc a sapiẽtib⁹, & reuelasti ea paruulis: qm̃ sic fuit placitũ ante. Nũc igit repetam⁹ v̾ba illa: O mulier si scires donũ dei. Patrib⁹ p̃ prophetas loquut⁹ est pater multifariã, tibi aũt p̃ filiũ loquut⁹ est pater. Quid? quis sit ille q̃ dicit tibi da mihi bibere: & quis est ille? Ipse est Messias. Tu aũt nesciẽs tñ aquã negasti: nõ vni ex p̃phetis, nõ vni ex angelis: sed ei cui⁹ vox est. Ego sum. Exo. 3. Sum Messias qui loquebar prib⁹: En adsum. Ego sum qui replere possũ in bonis desideriũ tuũ: p̃inde relicta hydria, aperi os tuũ, & ego implebo illud. Et hęc est aqua (ego sum qui sum) q̃ extinguit omnẽ sitim: p̃misi, impleui: sequit. **Et cõtinuo inter loquẽdũ venerũt discipuli ei⁹: & mirabãtur, q̃ cũ muliere loquebat: nemo tñ dixit: q̃d quęris, aut quid loqueris cũ ea?** Ad hęc Cyrill⁹. Nõ. n. vt nõnulli simulatiõe sctitatis collocutiones cũ mulierib⁹ cauabat, nisi forte putãdũ est solẽ cũ irãsit sup stercora cõtrahere maculas aliq̃s: quõ dictũ est alias: si esset p̃pheta (id qd' iste dubitat, Samaritana affirmat dicẽs vt video p̃pheta es tu) sciret q̃ & q̃lis est mulier q̃ tãgit eũ, est. n. se uera peccatrix. Mirabãtur igit tãtã affluẽtiã bonitatis in eo qui speciosus est forma p̃ filijs hoim: q̃ canicula vnã dignã indicauerit tã magnifico colloquio multo ampli⁹ admiraturi, si scirẽt quę & qualis esset fœmina illa. Quod aũt huic peccatrici reuelauerit mysteriũ illud a sęculis abscõditũ, nõ admirationẽ sed stuporẽ habet: sed extasim: cui alias beatę illi Cananeę nec verbũ vnũ impartierit: Quę illũ primo cõgressu adorauit, hic autẽ nihil tale legimus, sed colloquebatur Christum, sicut amicus amicum: & forte vterq;

Esa. 1.

Hierony.

Exo. 32.

Psal. 65.

Matth. 11.

Psal. 102

Psal. 80

Cyrillus.

Luc. 7.

Psal. 44.

Matth. 15

Num. 12.

te vterq; stabat, vel sedebant ambo. Hoc igitur mirabantur discipuli: cum legerint in Esaia, cap.6. Seraphim stabant, & audierant Ioannem dicentem: Non sum dignus soluere corrigiā calciamentorū eius. Verum quod dicit, nemo dixit: Cur loqueris cum illa, ideo dicit, q̄ Iudęi Samaritanos nec colloquio dignabantur. Videntur enim discipuli dirimere voluisse colloquium Christi cum muliere, verum nō ausos fuisse facere. Itaq; fœmina hæc ebria spiritu gustata stilla aquę viuentis, oblita sui, admodum illorum qui hauriūt de flumine Lethęo. Reliquit hydriam suam, & abiit in ciuitatem. & dicit illis hominibus. Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quęcunq; feci: Nunquid ipse est Christus? Historia de flumine Lethęo ita habet. Cum Galli & Turduli ad flumen Linum peruenirent, vt bellum inferrent Hispanis, eo traiecto, seditione oborta dissidentes, eorumq; duce occiso, obliti quod in Hispanos mouerant bellum: iuxta flumen resedere linum, inde flumē illud vocatum est Lethęum, id est, obliuionis. Fœmina igitur hæc mutatione dextræ excelsi: ex peccatrice Euangelista facta (siquidem hic dies boni nuncij est inquit) igni diuino succēsa: ad nihil eorū quę erāt in mundo de reliquo respiciens, nec ad gloriam, nec ad verecundiā. Venite inquit & videte: accedite & illuminamini. Et nunquid ipse est Christus? Non loquitur affirmatiue, volens etiā illos (ita enim dixit Andreas veni & vide) calculum addere. Nam si id ipsa affirmasset: fortasse quia mulier erat, non iissent in eius sententiā. Quod aūt dicit: dixit mihi oīa, hyperbolice loquitur: sed ex hoc vno quod dixit: quinq; viros habuisti, argumētatur sapiēs mulier, Christū dūm cętera oīa potuisse presagire. Exierūt ergo de ciuitate, & veniebant ad eū. Siquidem & ipsis fœmina hæc mirabilis sitim accenderat aquę viuentis & videndi: vnde ciuitate relicta, properāt: vt cū gaudio hauriant aquā de fontibus Saluatoris. Hoc autem prenidens Dominus, quod videlicet Samaritana post se ad Christum magnā vim populi attraheret, dixit id quod sequitur.

Ioan.1. Raphael. 4. Reg.7. Psal.33. Ioan.1. Esa.12.

Caput. XVI. De discipulis offerentibus Christo cibum vt manducaret, deq; Samaritanis credentibus, & rogantibus dnm Christum vt diuersaretur apud illos, & q̄ mansit ibi biduo. Et q̄ exceptus sit a Galilæis.

INterea rogabāt eū discipuli dicentes: Rabbi, manduca. Ille autē dixit eis. Ego cibum habeo māducare, quē vos nescitis. Quod hortabātur eū vt cibū sumeret: ideo est, quia hora erat circiter sexta, hoc est, meridiana. Præterea sciendum, q̄ sicut ex aduētu mulieris quę venerat aquā haustū oblata est sacri huius dialogi incipiēdi occasio, ex q; affectu recedentis (hydria relicta) item occasio intermittendi: ita discipulis ad corporis refectionē dūm adhortātibus: fame se dicit alia maiore premi q̄ ea quę est corporis & ea est salus hominū, quibus cū versari delitię suę sunt: vnde dicit. Cibū habeo māducare quem vos nescitis. Cibus hic fides erat Samaritanorū, qui iā fermētabatur, dicēte Samaritana per vicos & angulos ac deflexus ciuitatis: venite & videbitis hominē admirandū, & occultarū rerū cognitorē, scrutatorē cogitationū ac intentionū cordis. Veruntamē hūc sermonē de cibo Christi, nō magis intelligebāt discipuli, q̄ Samaritana aquā illā viuam, q̄ Nicodemus natiuitatē de supernis. Vn̄, Dixerūt ad inuicē. Nunquid aliquis attulit ei māducare? Pro reuerētia enī tātę celsitudinis: illū de cibo allato aliūde nō rogabāt: sed mutuo cōferebāt. Non enī succurrebat eis illud, nō in solo pane viuet homo. Quod igit̄ Dn̄s sub ęnigmate dixerat, nūc euidētius exponit dicēs: Meus cibus est, vt faciā voluntatē ei⁹ qui misit me: vt perficiā opus ei⁹. Si requiras quæ sit voluntas hęc, & qd' opus, (qd' idē est) audi Paulū. Venit dn̄s Iesus in hūc mūdū peccatores saluos facere: quorū prim⁹ ego sum. Nō enī eū de cęlo merita nr̄a sed pc̄tā traxerūt: vt sanguine suo intercedēte, qui melius clamat q̄ sanguis Abel, adeamus cū fiducia thronum gratię suę, miam consequamur. Heb.4. Et sciendū q̄ Hieremias prophetauit sub.5. regibus, annis. 40. Cum et. itaq; cū iam diffinisset Deus etiā Iudā auferre a facie sua: cū hoim sit amator, nullumq; velit perire: iam captiuitas imminebat, & adhuc ad pœnitentiā eos adhortabatur propheta, etiā ante vnā diē vt ita dicā, & Babylonio exercitu vallātē Hierusalē, mallens saluare cōuersos, q̄ perdere delinquētes: cū tamē interim virga Dei vigilaret: cōsiderās pc̄tā populi. Nā & multi hodie perpetrāt talia qualia Dathā & Abirō, nec tn̄ dehiscit terra sub eis. Nec videmus maledicos a serpētibus morderi, nec simoniacos lepra respergi cū Giezi. 4. Reg.5. nec suspēdi per crines parētibus inobediētes, quia dn̄s Iesus venit quæsiturus ouem illam centenariam, Luc.15. Et hic est cibus eius. Adducite inquit vitulum saginatum & instruite epulas & lętemur quia qui perierat, inuentus est, Luc.15. Ita dictum ad serpentem qui vult omnes homines secum pertrahere in interitum: terram comedes cunctis diebus: verum iuxta prophetam cibi aut escæ eius ex electissimis sunt. Hoc est igitur opus Dei saluare quod perierat, reparare quod ceciderat: patriæ suæ restituere exules. Opus autem satanæ trahere secum, id est, cauda sua tertiam partē stellarū. Apoc.12. sequitur. Nonne vos dicitis: quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis. Leuate oculos vestros, & videte regiōes, quia albę sunt iā ad messē. Vos quib⁹ curę aliqū fuit incūbere aratro, seminare, & metere, scitis q̄ elapso semestri a satione frumēti vl' hordei, vel quadrimestri, si hoc dixit Dn̄s mēse Marcio: iā imminet tēpus metēdi: vnde paratis vobis necessaria vt messes domi cōgregetis. Nec nobis igitur paruipēdenda est messis spūalis oblata oportunitas. Nā leuate oculos mentis: & videbitis amodo regnum cœlorum vim pati: Incipiente impleri iere Petri, ex illis animantibus o[i]genis ostēsis in visione apostolo Petro: Quādo dictum est ei: occide & manduca. Ergo & cibus Petri salus est credentium. Nam & ipse esuriebat; quando dictum est ad eum: occide Petre & māduca.

Prouer.9. Heb.4. Deut.8. 1. Timo.1. Heb.12. Origenes. Num.16. Num.21. 2. Reg.18. Habac.1. Num.58. Matth.11. Actu.10.

 Et quia

Et quia iam albę erant ad messem Cornelius cum tota familia: missi sunt ad Petrum vt baptizati & re
nati. apposita falce: conderentur in horrea Dei. Quod autem tertio vas illud ostēsum est Petro: signifi-
cabat Gentes baptizandas in fide beatissimę Trinitatis. Actu.10. Et qui metit mercedem acci-
Psal.127. pit: & congregat fructum in vitam ęternam: vt & qui seminat simul gaudeat: & qui
metit. Si, inquit, fructus spes licet incerta (non enim raro ludit operam & impensam) prouocat agri-
colam ad laborem. Cui dicitur: Labores manuū tuarum manducabis: quanto magis accingi nos opor
tet ad hanc messem animarum domino metendam: in qua certissima est merces reposita vnicuiq; se-
1.Cor.3. cundum proprium laborem Ita enim dicit Paulus. Scio, & certus sum: q potēs sit Deus depositum me
2.Tim.1. um seruare. Quousq; in illum diem. Quem diem quando venient messores cum exultatione portātes ma
Psal.125 nipulos suos. Sicq; fiet: vt vterq; gaudeat: & qui seminauit, & qui messuit. Nā in messe corporali vt di- F
ctum est non raro lamentatur messor: qui non falce demetit frumenta: sed euellit radicitus: vnam & al-
teram spicam: & qui semen sparsit, lusit operam & semen quod seminauit. Hic secus est: quia qui semi-
Hier.1. nat, ipsi sunt patriarchę & prophetę mercedem accipit, non iuxta fructus collectos ex satione: sed iuxta
mensuram impensi laboris sicut dicit Paulus. 1. Corin 3. Item & qui metit: vos autem estis messores.
Matth.20 Interest autem. Nam illi quidem portauerunt pondus diei & ęstum: nam semini faciendo proscindenda
fuit tellus. rastro comminuendę glebę: stercore impinguandus ager: reuellēda zizania, spargendum se
Matth. 20 men. At vbi seges maturitati proxima est: non magnopere laborandū est in metendo: sed ab hora vnde
cima & deinceps Quid est autem quod sequitur? In hoc enim est verbum verum: quia alius
est qui seminat: & alius est qui metit. Sensus est. Vsu vobis venit quod vulgato prouerbio dici
solet: alium esse qui serit: alium qui metit. Quomō inquies? Nam illic quoties iuxta vulgi prouerbiū
(prouerbium infortunatorum hominū: vide Deut.28.) ad alium deuenit fructus messis: q ad eum qui
sementē fecerat: gaudet quidem messor: sed lamentatur seminator. Hic secus est: Nam & gaudet qui se G
mentē fecit. Item & qui messem colligit: neuter enim caret fructu impensi laboris. vnde sequitur. Ego
vos misi metere: quod vos non laborastis. Interim Ioannes baptizabat in Ennon hic autem
missio a solo Ioanne refertur: alii laborauerunt: & vos in labores eorum introistis. Sedta-
Ioan.16. men vtriq; accipietis denarium in fine laboris: & vterq; exultabitis: & gaudium vestrum nemo tollet:
& in hoc vt dictum est prouerbium non est verum. Sicut autem labor seminātis triplus est ad laborem
Ioan.5. metentis: ita intellige in pręsenti spiritualis messione. Verbi gratia. Angelus descendens in piscinam se-
Matth.29 cundum tempus vnum tantum sanabat. Iudęi circumeuntes mare & terram: vix vnum proselytū crea-
Iudith.15 bant: & hi sunt quę portauerunt pondus diei in labore vineę. At in pręsenti lectione vnius fœminę nō
Bernard9. admodum probę sermo totam post se traxit ciuitatem. Id autem vice omnis erat: apostolos non perin-
de laboraturos in conuersione Gentium quę iam albę erant ad messem: hoc est ad messionem. Nisi q
Iob.20. iuxta Oseę cap.8. Culmus in multis segetibus stabat: in quo germen nō erat: quod posset facere farinā. H
Hmōi messes inquit amicus dei: non sunt albae ad messem: sed siccę ad ignem: ex his enim noster Sam
Luc.15. son tercentum colliget manipulos. quibus colligatis vulpium caudis: ignem supponet: qui nūquam ex-
tinguitur: occupat enim terrā hmōi segetes cū detrimento agricolę. De his vide Genes. capite 41. de septē
spicis. &c. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum: propter
verbum mulieris perhibentis: dixit mihi omnia quę feci. Cum venissent ergo ad il-
lum Samaritani: rogauerunt eum vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo
plures crediderunt in eum propter sermonem eius αὐτοῦ astu: & mulieri dice-
bant. Non propter loquellam tuā credimus. Ipsi enim audiuimus & scimus: quod
hic est vere saluator mundi. 23. q. 4. cap. quod Christus. Vere ergo dixit Dñs: Leuate oculos & vi
Psal.17. dete messis quod albę sint vt metantur: quomodo dixit propheta: populus quem non cognoui: seruiuit I
mihi: in auditu auris obediuit mihi. Et de populo Iudaico filijs primogenitis: gente inclyta & pecu
liari dei: quę habebat deos appropinquantes sibi. Deut. 4. quid vel quomodo legis: vos semper spiritui
Deut.34 sancto restitistis, Actu. 7. Adhuc me viuēte: quanto magis cum mortuus fuero? Deut. 31. Estq; hoc mira
bile in oculis nostris: quod Moses quidem iam diu diem suum obijt: & nemo nouit sepulchrum eius &
tamen adhuc viuit & viuit in corde adamantino eorum qui semper fuerunt rebelles contra Dñm. Deu
tero. 31. Cum alias dixerint: oīa quęcunq; dixerit nobis dñs faciemus & erimus obedientes. Exo. 24. quā
Prouer- do igitur huic genti durę ceruicis hęc mulier persuaderet, quibus nec Pythius Apollo persuasit? At gens
bium. ista quam Israel nec congressu dignabatur: vides quam promptam se prębuit vt susciperet semē cęle-
stis doctrinę, nullo viso signo, sed partim propter vnum verbū mulieris, vni aūt testi nec si sit Cato ad-
hibetur fides hęc aūt vnica erat: & fœmina, & forte famę nō admodū laudabilis. Partim autē: persuasi
Syleni. ab ijs quę ipsi audierūt ex ore veritatis: Nec tamē interim offendūtur hois ignoti cōmuni & humili cul
tu: & qui prima frōte nil aliud videbatur q vnus e Sylenis Alchibiadis Qualis autē ornatus in magi- K
stro, talis & in discipulis. Sed isti nō ab ornatu corporis capti sunt, sed a verbis quę procedebāt ex ore
eius: quę sic vngebāt vt pungerēt, sic pungebāt vt vngerēt. Vnde illud. Verba mea sicut ignis. Ecce vn-
ctio: & sicut malleus cōterens petras. Ecce pūctio. Hiere. 23. Mansit igitur dñs apud illos diebus duo-
bus: sic cōsilio suo disponēs suauiter oīa: vt nec pietati Samaritanorū deesset: nec faceret cōtra id qđ ipse
Matth. 10 pceptum erat apostolis in ciuitates Samaritanorū ne introieritis, ne populo olim dilecto a deo (nūc. n.
dorsum & nō faciā ostēdit eis. Hier. 18. & absinthio eos cibat: & potū dat fellē. Hier. 9.) occasionē daret
calumniandi: q ipsis relictis quibus missus fuerat, quibus & promissus, ad gētes trāsiret, quas ipse do-
Matth.15. minus alias canes vocat. Quod ergo transiit Samariam necessitatis erat: si recta pergendū erat. Quod

mãsit biduo:humanitatis:Quod nõ plus q̃ biduo:prouidẽtiæ. Dicebat igitur mulieri. Quæ nobis retulisti de verbo vitæ vera quidẽ sunt, sed vix scintillã operũ eius ex ore tuo audiuimus, vicit enim famam virtutibus suis. 3. re. 10. ¶ Vetus fuit sermo tuus sed infra veritatẽ. Tu quasi dubia dixisti: videte ne forte ipse sit Christus: ne tantus thesaurus excidat nobis. Nos autẽ vere scimus (fides vocatur hic scientia) quod hic sit verus saluator mundi. Christi igitur bonus odor fuit hæc mulier populo suo: & quod fecit: dicetur in toto mundo in laudem eius. Ad hæc Alex Alas. Infideles innituntur rationibus: fides autoritati scripturæ. Vnde quidã dixerunt: quod aliter se habet fides in logicis, aliter in theologicis. In logicis ratio erat fidẽ. Vñ argumẽtũ est ratio rei dubię faciẽs fidẽ. In Theologia fides creat rationẽ. Isti igit̃ ex his quę audierũt (nã caro & sanguis eos mysteriũ incarnati verbi nõ docuit) cognouerũt eũ esse fontẽ vitę de quo mulier dixerat: sed illa dixit: num ipe est: illi aũt: vere est. Vnde Paulus, fides ex auditu est. Nos igitur audiuimus & scimus, sed ex parte. 1. corin. 13. ¶ Scimus in quã q̃ est saluator mũdi. Nã angelus vnũ populũ. Esai. 37. Ioseph vnũ regnũ. Gene. 41. Iosue & Gedeon vnã gentem saluam fecerunt. Iste illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ioã. 1. Post duos autem dies exijt inde & abijt in Galileam, Cum ergo venisset in Galileam: exceperunt eum Galilei: cũ omnia vidissent quę fecerat Hierosolymis in die festo. Et ipsi enim venerant ad diem festi. Valedicens igitur Samaritanis: institutum iter prosequitur: illis forte dicentibus: o tã tarde notus: & q̃ cito recedis. Mane domine nobiscũ quoniã aduesperascit. Magnus aũt fletus fact⁹ est omniũ (Actu. 20) & procũbentes super collũ domini Iesu: osculabãtur eum, dolentes maxime quoniã nesciebãt vtrũ faciem eius in quẽ desiderãt angeli intẽdere amplius essent visuri. Et cum obuiã haberet patriam suam Nazareth, nõ tamen ad eam declinauit. Non q̃ patriã nõ deligeret, quãdoquidẽ nemo carnẽ suã odio habuit, & iuxta Prouerbium, patriæ fumus igne alieno luculentior est: sed q̃ ob incredulitatẽ illorum, quos intus & incute nouerat & quibus cum annis fere. 25. versatus fuerat, nõ speraret alium fructũ prę ter laborem, & ludere operam suã: & ipsos facere duplo filios gehennę. Matth. 13. ¶ Vnde rogatus dominus quare patriã suam nõ inuiseret: ostẽsurus quis esset: & quid posset: respõdit illud ex triuio, quod nullus prophetarum acceptus fuerit in patria sua. Familiaritas siquidem parit contẽptum. Cum igitur venisset in Galilæam vbi aquas in vinum demutauerat (Galilęam põnit, nomen videlicet regionis, contra nomen patrię, Nazareth videlicet, quæ ciuitas in Galilęa erat) Exceptus est cum honore, & maxime quod viderant quanta libertate quanta autoritate eiecerat nundinantes e templi atrijs non sine plagis verberum. Et hi igitur sicut & Samaritani coarguunt Iudęorum cor incredulũ in credendo. Galilęorum gens crassa & imperita: apud quos nullus vnq̃ propheta surrexit: dicente Nathanaele, num a Nazareth potest aliquid boni exoriri? [illegible] visis duobus: exceperunt dominum Iesum cum honore. ¶ Hierosolymitani semper vno tenore incedentes, semper sui similes, quanto præstabant cæteris autoritate, & scientia legis: tanto anteuertebãt eos pertinacia & malignitate: omnia capita languida, omne cor mœrens. sanitas nulla. Esa. 1.

Iob. 36. 2. corint. 3. Alex. Ales. Matth. 16. Roman. 10. Iosue. 10. Iudi. 7. Luc. 24. 1. Pet. 1. Luc. 4.

A B C

¶ Caput. 17. De regulo rogante dominũ Christũ vt descenderet a chana in Capharnaũ vt sanitati restitueret filiũ eius, qui iãiam vita fungebatur: & quomodo sola voluntate illum sanauit, & credidit regulus Christo. & cetera.

VEnit igitur dñs iterum in chana Galilęę, vbi fecit aquã vinum. Et erat quidã regulus siue Palatinus iuxta Hieronymũ: cuius filius infirmabatur Capharnaũ. Hic cum audisset quod Iesus veniret a Iudęa in Galilęam abijt ad eum: & rogabat eum: vt descenderet & sanaret filium eius: erat. n. moritur⁹. Meliora sunt vbera tua vino inquit ecclesia congregata ex gẽtibus: fragrãtiora vnguẽtis optimis. Vbera synagogæ lapidea erant. Vbera ergo sponsi ecclesię comparãtur & vino & vnguentis: nutriunt & confortant. Sunt aũt duo miraculorũ genera, vnum quo pascebat egẽtes: alterum quo sanabat languentes & ægrotos. Ad prius genus mirabilium pertinet quod aquas conuertit in vinum. Ioan. 2. Panes multiplicauit, Ioan. 6. Item Marci. 8. quod piscatoribus affuit Luc. 5. Ioan. 21. Ecce primum vber. Ad posterius genus pertines, quod sanabat quem vis langorem, nullus enim morbus inueteratus licet & desperabilis, excedebat potentiam eius, non sapientiam, sed omnia quęcũq̃ voluit fecit: in cęlo & in terra. Igitur primi miraculi facti (volũtate licet factũ sit) in chana: iã cœperat diffundi quoque versus: & ex parte contigerat huius palatini nares, nam tandẽ domus eius impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo Regulus apud semetipsum. Nunquid vnam tantũ benedictionẽ habet: homo iste potens opere & sermone? Vbera duo habet: alterũ vinũ sapit, alterũ vnguẽtis optimis perq̃ simile. Ego vnguentis indigeo, biberint alij vinum. Medicus cum sit: vacuus nõ venit, vinum attulit medicãdis mentibus, oleum sanandis corporibus. Ad hunc igitur bonum Samaritanum qui heri apud Samaritas vim artis suę ostenderat (nẽpe ex fœmina fornicaria euangelistã fecerat) se contulit regulus hic Christo dño manẽte in chana, magistratũ aliquẽ Cęsaris noĩe apud Capharnaitas gerẽs, nõ Iudęus: nõ Samarita, sed gẽtilis & exlex, cuius filius grauiter ægrotabat. Potest dici q̃ erat de familia Cęsaris, vel regali stirpe, vel sic vocabatur. Rogat igitur cęlestẽ archiatrũ, vt descẽdat de cęlis, etucẽ ascẽdat: pro peccatoribus cũ clamore valido preces cũ lachrymis patri offerat: vt dimittat eis: siquidẽ nesciunt quid faciũt. Quomõ. n. miseret̃ pr̃ filiorũ miseret̃ dñs timẽtibus se: qm̃ ipse qui primũ hoiem e terra plasmauit: cognoscit figmẽtũ nr̃m. ps. 102. ¶ Cũ in regno pr̃is Seleuci Antioch⁹ fili⁹ versaret̃, forte Stratonices nouerca

Cantic. 1. ps. 118. Ioan. 12. Gene. 27. Luce. 10. Hebr. 5. Luc. 23. ps. 102.

D E

Plutarch. uercæ pulchritudine captus, puellam cœpit vehementer ardere. Et crescēte in dies amore, eousq̃ processit, vt die noctuq; ingenti perturbatione augeretur. Erat autem durior ex eo adolescentis cōditio, quod intus alebat ægritudinem suam, nec cuiq; communicare audebat: rubore quodam & metu patris detentus. Cum igitur tanti mali nullum remedium inueniret: magis necessarium (vt sibi visum est) q̃ salutare cōsilium cœpit. Simulans enim se corporis morbo vehementer vrgeri: operam dedit: vt abstinentia cibi sensim sibi vitam eriperet. At verō Erasistratus medicus solus inter plerosq; quos Seleucus propositis magnis præmijs ad curandum filium vndiq; conuocauerat: percipere potuit, hanc animi ardentis amorem non male affecti corporis esse ægritudinem. Sed ignarus cuius amore adolescentis animus præcipue deperiret, ad hoc inueniendum in eo maximum studium adhibuit, vt tum vultum & eas partes quæ mutari facile solent obseruaret Antiochi cum adolescentes puellæq; formosæ eum visitatum venirēt. Multis igitur vt par erat ad eū cotidie venientibus: nullū cernebatur mutationis iudiciū. Accedēte vero Stra-
Medicus. tonice: (frequēter enim ad eum visendū cum Seleuco veniebat) tanta repente perturbatio Antiochum F occupabat, vt defectum vocis ruborem vultus, sub intuitum oculorū, sudores acutos, motum incredibilem venæ cunctaq; alia quæ a Sappho de amatoribus referuntur intueri in adolescente liceret: statimque post hæc deficiente pedetentim sensu, ingens pallor toto corpore diffundebatur. Vnde manifeste deprehendit Erosistratus, nullius amore nisi Stratonices: captum esse Antiochum. Primū igitur medicus Seleucum metuens, magis sui (vt æquum erat) q̃ adolescentis periculi memor, hanc rē perpetuo tacere decreuerat. deinde reputans q̃ ingenti amore pater filium, Prosequeretur: regem adire cōstituit his verbis. Egritudinis inquit o Rex quæ filium tuum ad mortem perducit cum causam ingenti cura perquererem: tandem non valetudinem malam vt a plerisq; falso creditum est: sed incredibile amoris incendium causam esse inueni. Neq; me profecto mea opinio fallit. Sed satius fortasse erat minusq; molestum vel eius causam non esse repertam vel tibi patri non manifestam esse cum nullum possit huic malo remedium G reperiri. Et rex. Qualis amor amice filium corripuit, qui omnes nobis deliberādi rationes excludat? Post multos igitur sermones vtrinq; habitos, tandem precibus Seleuci fatigatus, scias inquit o Rex, meā coniugem esse quam adolescens Antiochus ardet. Ibi rex multis cum lachrymis medicum complexus obsecrare cœpit, vt per fidem per amicitiam suam adolescentis saluti consulere velit. Hunc sibi esse filium, in quo esset & status & regnum: & vitæ suæ spiritus constitutus: quo amisso: nihil testare præter mortem. Hæc inquit medicus facile tamen pater nobis enarras; verum forte aliter sentias, si Stratonicem tuam amaret Antiochus. Vtinam amice inquit Seleucus, aut dij aut homines facul-
Seleucus. tatem darent, vt hunc permutare meo arbitratu possem. Deos testor, quod si ea quæ mihi charissima sūt in vnum conferrētur: omnia libenter abijcerem pro tuenda filij mei vita. Hæc multis cum lachrymis dicente Rege: medicus apprehensa Regis dextra: nihil est inquit o rex cur medico amplius indigeas: nā pater: & vir & rex cum sis: medicus optimus tuæ familiæ eris. Non enim coniugem meam, sed tuam Antiochus deperit. His cognitis Seleucus, rei nouitate turbatus: rei seriem ab integro audire rogauit. Postea H vero q̃ voluntariam mortem proposuisse animo suo filium cognouit: & Regis patris esse detentum: quo minus causam suæ ægritudinis aperiret: non deserendam tam egregium adolescentem putauit. Celebratæ sunt enim Stratonices & Antiochi nuptiæ ingenti apparatu & incredibili magnificentia rerū. Dicit ergo Dauid. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se. Non enim cessit vxorem filio verecundanti, sed animam suam dedit redemptionem pro multis (Matth. 20.) quib⁹
Hieremi. 3 frons meretricis facta fuerat: quiq; peccata sua prædicabant sicut Sodoma & Gomorra. ¶ Parum est
Esaię. 3. autem quod vitam dedit, & quasi maledictum pependit: nisi genas daret vellentibus, corpus percutientibus: faciem conspuentibus: Esai. 50. cap. ¶ Sed pater erat: pastor: gallina: ouis & medicus. Incipiebat inquit mori. Vnde illud Gene. 20. In quacunq; hora comederis morte morieris: incipies ingredi viam om-
3. Re. 1. nis carnis, quam ille solus non ingreditur, qui conceptus non est. Multis enim vterus parētis fuit vice se-
Iob. 10. pulchri, quod optabat & Iob. **Dixit ergo Iesus ad eum. Nisi signa & prodigia videritis: non creditis. Dicit ad eū regulus. Domine descende: prius q̃ moriatur filius meus.**
Chrysost. Homo inquit Chrysost. In fide tepidus: aut omnino nullius fidei: sed tentare cupiens quid possit Chri- I stus. Quod si non credens, venit & rogauit: nihil mirabile. Consueuerunt enim patres ex multo amore non solum medicos consulere: de quibus confidunt: sed omnem mouent lapidem (consulendo etiā Beelzebub Deum Acharon. 4. Re. 1.) Nihil volentes prætermittere eorum quæ ad salutem pertinent filiorū. Sunt autem signa quæ naturæ ordine possunt quidem fieri, sed temporis discursu, sicut sanare ægrotum aquam conuertere in vinum. Prodigia sunt quæ præter naturam fiunt, sicut illuminare cæcum natū, excitare mortuum. Quod autem dicit: descende: ideo est, quia ægrotus adire non poterat medicum, & tanta erat morbi vis: q̃ vt deferri comode posset etiam a quatuor, sicut paralyticus Matth. 9. Incipiebat enim iam efflare animam. Dominus autem Iesus in vno regulo coarguens Iudæorum incredulitatem, qui vix
Matth. 27. signis adhibitis credunt: (vtinam tot visis credidissent, & non potius profundis tenebris occupantibus terram, ipsi more phreneticorum mouerent capita sua) simul & notans reguli fidem imperfectum, qui perinde vocabat dominū primū & secundū, quasi aduerteret vnum parabolanum, quasiq; dominus nisi patris, sanare non posset ęgrotum: ait regulo. Fides illa sola probatur mihi, quæ nudo credit sermoni: si- K
Gene. 12 cut fuit fides Abrahæ patriarchæ. Qualis centurionis: qualis & Samaritanæ & multorum similium. Vos
Matth. 8. aūt fide Græca: sicut dixit Thomas: si videro: credam. Et reuera Thomas portentum videre volebat: videlicet dnm Iesum viuentē quidē, sed latere tā profunde patēte: vt manū caperet. Veruntamē homo iste aliquid credidit illud videlicet ad pręsentiam eius effugandum omnem morbū, & mortē etiā ipsam que

iam in ianuis erat. Verum quod dicit: priusq̃ moriatur, infidelitatem eius expresse denotat: quasi vita functum excitare non posset, sed bene reuocare a faucibus mortis, & hoc si adesset. De hoc descensu ita legimus. 4. Re. cap. 20. Egrotauit Ezechias vsq; ad mortem: &c. Scotus. 3. dist. 21. quõne vnica A. Et responsum est lachrymę eius. Audiui orationem tuam, & vidi lachrymam tuam. Ego adijciam super dies tuos. 15. annos. Et quia nisi signa & prodigia videritis, non creditis: inquit Esaias ad regem. Hoc erit signum a domino, quod facturus sit sermonem quem locutus est. Vide: vt ascendat vmbra decem lineis, aut vt reuertatur totidem gradibus. Si primum vis: signo eris contentus, si secundum: prodigium expetis siue portentum, quod idem est. 2 para. 32. ¶ Ezechias autem posterius elegit, videlicet quod sol retrocederet. A Quod rex vocetur sol: qui scripturas legerunt non ignorant. Ezech. 32. Regressus ergo sol ad ortum suum, signum erat Regem restituendum vitę, sed contra consuetum cursum naturae. Sicut autem sole regrediente ad ortum: vmbra in solario horario simul regressa est, ita domino ad ortum in sua resurrectione reuertente, homo vitę restitutus est. Paulus. ¶ Si enim credimus quod Iesus mortuus est: ecce descensus graduum. 10. Et resurrexit/ecce regressus, ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. 1. Thes. cap. 4. Gradus decem isti sunt: angelorum nouum: nam iuxta quod formam serui accepit, paulominus infra angelos minoratus est: decimus autem q; descendit vsq; ad mortem: mortem autẽ crucis, propter quod Deus super exaltauit illum. Phil. 2. Possũt computari gradus isti hoc modo. Nã dominus descendit in angelis, sicut patet Gene. cap. 18. & multis alijs locis. Loquutus est in patriarchis: sicut ipsi Abrae Isaac & Iacob, & quando legẽ dedit in monte sina. Et ad Iosue: Gedeon Samson: & cęteris iudicibus. Descendit in Aaron & Samuel & caeteris sacerdotibus. Et in Dauid & Ezechia & Iosia & caeteris Regibus. Et in Esaia Hieremia & caeteris prophetis. Et rursus post captiuitatem Babylonicam in multis viris religiosis, quos Lucas enumerat. Descendit vltimo in homine quem assumsit. Ho B minem dixi pro humanitate. Descendit ad inferos. Actu. 2. A summo igitur cęlo egressio eius: & occursus eius vsq; ad summum cęli: oritur enim sol: & occidit: & ad locum suum reuertitur, & nos cum illo: idest post solem vmbra. Sed ille vix elapsis diebus tribus adescẽsu, nos in nouissimo die de terra surrecturi sumus. Iob cap. 19. Caeterum iuxta Hieronymum, fleuit Ezechias fletu magno: quia eo tempore quo audiuit: morieris: filium non habebat: & videbat promissionem factam ad Dauid sua morte perituram, sicq; desperabat Christum de suo semine nasciturum. Alij dicunt ꝗ ijs sanctos viros morte terreri propter incertum iuditij. & ignorationem sententiae Dei qua in sedem habituri sunt. Simulq; facti questio soluitur ac necessitatis vincula atq; causarum (dñs. educit ad inferos & reducit, patet in Mose in Aarõ in Ezechia) quod nequaq; dies singulis praestituta sit: sed voluntate Dei & ignotis mortalibus causis, C vel viuat aliquis: vel moriatur: praesertim cum statuta nunc mortis necessitas differatur in Ezechia: & post mortem resuscitatos plurimos legimus plures etiam vita functos in tẽpore non suo. Nume. cap. 16. Vnde dicit textus, quod egrotus iste iam agebat animam: vel erat moriturus: & tamen mortuus nõ est. Ad haec Augustinus. Sed dum propheta duas prophetias sibi met inuicem contrarias eadem hora protulisset, necesse erat vt alteram earũ quae facienda esset, signi ostensione firmaret. Sciendum vero quod Deus res ipsas duobus modis considerat, secundum merita & secundum rei naturã: quae dicuntur causae inferiores esse, & secundum suum consilium. Vnde Ezechiam dominus moriturum preuiderat secundũ meritum, vel secundũ physicam, licet non futurum & non moriturum secundum consilium suum. Vtrũq; igitur scriptum erat in libro vitę sed alterum suo prophetę permisit legendum: alterum vero non est permissus. Verum ergo dixit propheta dicendo, quia morieris (simile est illud adhuc. 40. dies & Niniue subuertetur) nec est deceptus quia sic legit: nec est mentitus, quia sic credidit: loquutus est enim secundũ inferiores causas. Dñs aũt sententiã mutat: sed nõ consiliũ sententiã intellige sensũ verborum: consilium vero ab ęterna dispositione est. Sententiam dominus prophetae reuelauit: non consilium: vt pro D phetarum comminationibus qualis: Ionae poenitentiam incuteret populis: & Ezechias fletis fletu magno, mereretur annos 15. tum & filium regni successorẽ. Sequitur. **Dicit ei Iesus. Vade: filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autẽ eo descendente: serui eius occurrerunt ei: & nuntiauerunt dicentes: quod filius eius viueret.** Si iuxta Paulum. Ephes. 6. & actu cap. 10. non est personae respectus ante Deum (absit) queritur: quamobcausam non rogatus vt adiret seruum centurionis: ipse se obtulit: dicens: ego veniam, hic autẽ semel & bis requisitus: ire detrectauit. Primum quidẽ dicendũ iuxta literam: quod vt fidem huius palatini corrigeret: qui non credebat eandem dominum potestatem habere absentem quam cum aderat. Si igitur dominus descendisset, sicq; praesens sanaret filium eius: confirmaretur palatinus in suo errore. Nunc autem cum absens medetur solo verbo: intellexit regulus: nullum esse locum vbi non esset dominus. Secundo iuxta Gregorium, superbia nostra retunditur: qui in hominibus non naturam quia ad imaginem Dei cõditi sunt: sed honores & diuitias veneramur. Nimirum fecit Nabuchodonosor staturam cubitorum. 60. E cũ statura eius vix esset pedum septem, Et quia in se adorari non poterat. Idolum sui adorari constituit. Tu autẽ si explices hos Sylenos: qui manibus portantur rectorum tenebratum harum: inuenies nil aliud esse q; mortuorum Sarcophagos. De Sesostre rege proditum est: quot annis sorte Reges binos vel quattuor e subiectis iungere ad currum quo vectabatur solicum, sicq; triumphare. Quantũ (inquit sermo vulgaris) habebis tantus eris. Ita dicit Augustinus: citans hoc Prouerbium. Dixit autem Heliseus ad Iorã Regem Israel: qui cum Iosaphat rege Iuda inter faciendum iter, siti periclitabatur, ipsi & exercitus. Viuit dominus in cuius conspectu sto, quod si non vultum Iosaphat regis Iudae erubescerem, non attendissem te quidem neq; respexissem. Vterq; istorum rex erat; sed alter prophanus; alter pius. Respexit ergo in

Iosaphat

Figura.
Psal. 8.
Phil. 2.
Angeli.
Patriarchę
Lex.
Iudices.
Sacerdotes
Reges.
Prophetę
Iusti.
Homo.
Mors.
Ps. 18.
Ecclesi. 1
Hierony.
Ios. 2.
Augustinus.
Matth. 8.
Gregorius
Dan. 3.
Sesostre
Prouerbi.
Augustin.

Iosaphat virtutem:despexit in Ioram principatum:quem indignus administrabat. Orauit autem dñs & impetrauit aquam:benefaciens multis impijs:propter vnum qui rectus erat. 4. R. 3. ¶ Dicit ei dominus. Non est cur me conferam Capharnaum:qui cælum & terram impleo, & nemo est qui se abscõdat a calore meo. Tu autem perge:valet enim filius tuus:& optime valet:& nũq̃ melius. Credidit homo sermoni domini Iesu:habet enim fides gradus suos:præstitit enim fidem verbo:qui ante orabat obnixe præsentiam. Occurrerunt autem ei serui sui:bonum ac bene ominatum apportantes euangelium. Suspicantes enim casu puerum conualuisse, & ignorantes colloquium domini sui cum filio altissimi:ed forte suadere volebant, ne molestus esset domino (est enim alioqui grauissimum præpotentibus: inclinato capite rogare alios) cuius opera minus necessaria esset:puero iam incolumi. Interrogabant ergo horam in qua meliorem transisset valetudinem. Et dixerũt ei: quod heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quod illa hora erat in qua dixit ei Iesus: filius tuus viuit, & credidit ipse & domus eius tota. Hoc iterũ signum secundum fecit Iesus, cum venisset a Iudæa in Galilæam. Erat ergo fides huius admixta diffidentiæ, & neq; calidus erat neq; frigidus: & non absimilis Petro, quãdo admixtus erat ministris summi sacerdotis: calefaciens se. Namq; teste Hieronymo: indubitata ad Deum fides ardue reperitur. Verbi gratia. Ad orationẽ assisto: nõ orarẽ si non crederẽ: sed si vere crederẽ: illud cor quo Deus videtur mundarẽ manibus tunderẽ pectus: genas lachrymis rigarẽ: corpore inhorrescerẽ: ore pallerẽ: iacerẽ ad domini pedes: eosq; fletu rigarem: crine tergerem, hærerem certe trunco crucis nec prius amitterem: q̃ misericordiã impetrarem. Nunc vero in oratione mea aut de fœnare computo: aut abductus turpi cogitatione, etiã quæ dictu erubescenda sunt gero. Vbi est fides? Siccine putamus orasse Ionam in ventre ceti? cap. 2. Sic tres pueros in camino? Dani. 3. Sic Danielem inter leones? Dani. 6. Sic certe latronem in cruce? Luc. 23. G

Hierem. 23.
ps. 18.
Apoc. 3.
Matth. 26.
Hierony.

¶ Quis non orat: & frequenter orat ostio aperto patiẽ? Vicina sunt vicia virtutibus. Difficile est Deo tantum iudice esse contentũ. Quãdo igitur regulus seruos interrogat: qua hora filius vegetius se habuisset, & in meliorem transisset valetudinem: ea diffidentia facit: certum scire cupiens, vtrum nam sic deducta fuerint fila parcarum, casu fortuna ve recurrente rota: an verbo potentiæ domini Iesu filius vita fuerit donatus. Nam Eraclitus (teste Plutarcho) omnia ex fati præscripto putat euadere. Hanc autẽ eãdem & necessitatem esse: quæ naturæ præualet vniuersæ iuxta Talerem. Plato fatum quidẽ admittit in humanis animis degendaq; hominũ vita, sed adhibet & causam a nobis proficiscentem. Chrysippus ita dicit. Fatum est mundi ratio vel lex eorum quæ in mũdo prouidẽtia constituuntur, aut ratio ad quem omnia quæ fuere facta sunt, quæq; sunt fiunt fientq; quæ futura sunt. Stoici factũ dicunt causatum seriẽ hoc est ordinem & veluti cestis ductum in transgressibilem. ¶ Possidonius. Primum Iouem: secũdum naturam: tertium fatum dicit. Aristoteles fortunam causam per accidens dicit in ijs quæ ex animi appetentia propter quid fiunt: obscuram illam quidem & instabilem. Epicurus. Causam non sibi constantẽ H personis temporibus modis. Anaxagoras. In deprehensam humano captui causam. Siquidem euentorũ quædam e necessitate, quædam e fato, quædam ex libero & constituto, non nulla e suæ spontis casu eueniunt. Iob ita dicit. Breues dies hominis sunt: & numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius: qui præteriri nõ poterunt. Et tamen sic Ezechias illos præteriuit & puer iste multis licet parcis. & maxime atropo illa inexorabili: ita viri sanguinum non dimidiant dies suos. ps. 54. ¶ Verum tamen etiam apud gentiles qui vitam nostram a tribus parcis putant in fila deduci: & penso absoluto præcedi inueniuntur parcæ istæ inexorabiles semel exoratas fuisse. Nam Apollo Cælo deturbatus: quia quosdam ex mortuis vitæ restituerat: ne pro deo haberetur/apud aduentum regem anno vno feruisse mercede: pascens regis armenta. Apud quem cum perhumaniter esset habitus: vt patrono gratiã officij referret, a parcis impetrauit vt cum in illarum fusis Admeti fatalis dies volueretur: liceret hac lege mortem effugere: si quem aliũ reperisset qui vellet, sui capitis dispendio illius vitam redimere. Inuẽta est autem vna Alcestis vxor mariti vitam suã chariorem habuit. Verum nos iuxta apostolum dies vitæ breues & malos redimamus Ephe. 5. Hoc est emendemus fatum fortunamue, quæcunq; illa sit. Zeno cum eam quæ sibi adhuc reliqua esset nauim cum mercibus vel oneribus mari demersam accepisset: bene inquit agis o fortuna: quæ nos ad pallium vitamq; philosophicam copellis. Addas & illud Diogenis. Prãdet Aristotiles: cum videbitur Philippo/Diogenes quandocunq; Diogeni. Et licet plantis quædam regio alijs alia commodior est, vbi melius alatur & germinet: homini fœlicitatem locus nullus, sicut nec virtutem nec animi prudentiam aufert. Sapiens enim dominabitur astris, etiam inuito Ioue, Socrates Anaxagoras in custodia philosophabantur: Tantalum vero & Phaetonta: quanq̃ in cœlum ascendissent: poetæ aiunt sua stultitia in magnas calamitates incidisse. Plutar. de exilio. ¶ Responderunt ergo serui, quod heri prima hora post meridiem reliquit puerum febris. Et ea est hora qua dominus Iesus dixit: vade filius tuus viuit. Circa horam enim nonam Dei filius clamans heli heli, efflauit animam suã (oblatus quia ipse voluit) & descendit ad inferos, & eadem hora puer oscitauit septies, & vita donatus K est. 4. R. 4. ¶ Persuasus igitur regulus plenissime, non fato sed potentia domini sanatum puerum, (reliquerat enim illum subito febris illa acutissima, quæ mortem minabatur medicorum iuditio) credidit ipse: & ex Regulo factus est prædicator Christi, nam credidit & familia eius tota, vt dicatur huic: quod audiuit Zacchæus, hodie domui huic salus æterna facta est, quia & ipse est filius Abrahæ non carne sed fide. Luce. 19. Hoc est, est de numero stellarum quas dominus nominat & numerat. Psal. centum & quadragesimo sexto. Cætera patent.

Matth. 6.
Eraclitus.
Chrysip.
Stoici.
Possidon.
Epicurus.
Anaxago.
Aristotel.
Fabula.
Gene. 47.
Zeno.
Plutarch.
Matth. 27.
Esai. 53.

¶ Capit.

Caput. xviii. Quomodo existẽs in ciuitate Nazareth ingressus synagogam explicuit librum: & exposuit locum vnum ex Esaia, deq; vidua Sareptana ad quam missus est Helias pascendus: Et Naaman leproso misso ad Heliseum. Et quomodo Nazarei voluerunt precipitem eum agere: De supercilio montis. &c.

ET fama exiit per vniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum: & magnificabatur ab omnibus. Et venit Nazareth vbi erat nutritus: & intrauit secundum cõsuetudinẽ suam die sabbati in synagogam: & surrexit legere. [Luc. 4.] Candelabrum illud illuminans omnem hominem, Ioan. 1. quod diu velut sub modio latuerat: [A] paulatim cœpit nubila caliginosæ noctis a Iudęa depellere: de Siõ enim exibit lex & verbum Domini. [Esai. 2.] Melius est autem nomen bonum, q̃ diuitiæ multæ, [Matth. 5.] Prouerb. 22. Et licet prędicatori Euãgelico nõ sit captanda sęculi aura: tamen [Luc. 4.] certum est illud Gregorij: Cuius vita despicitur, (si sal euanuerit) reliquum est [Origines.] vt eius prædicatio contemnatur: sed medice inquient: teipsum cura. Ad hęc Origines super Iosue. Notãdum quod super omnia tormentorum genera & super omnes pœnas, in nullo magis dæmones torquentur, q̃ si quem videant verbo dei operam dare: scientiam diuinæ legis & mysteria scripturarum intentis studijs perquirentem. In hoc eorum omnis flamma est, in isto vruntur incendio: quoniam quidem ignorantiæ tenebris humanas obscurarunt mentes: & per hoc obtinuerũt vt deus ignoraretur: ad ipsos vero diuini cultus studia transferrentur. Neq; enim sine ipsis consumatur omnem peccatum. Christus autem venit vt dissolueret opera diaboli: ignorantiam sęculi sua doctrina depellens. [B] [1. Ioan. 3.] Ipse igitur qui prius populum docebat per ora omnium prophetarum qui a sęculo sunt: seposita dei forma non dimissa (absit) sed abscondita. & assumpta persona magistri: nũc docebat in synagogis Iudæorum: apud quos per id temporis (nec alibi) notus erat deus: dicente rectore tenebrarum duci exercitus sui, Iudith. 1. (siquidem mors & infernus sequebatur eum, Apocaly. 6.) non parcet oculus tuus vlli regno: oẽs deos terræ extermina: vt ego solus vocer Deus ab his nationibus quas potueris sub iugum mittere. [Psal. 75.] Omnibus ergo vel vi vel metu vel voluntate sibi subiectis: ad Hierusalem non peruenit: quia in Bethulia caput amisit. Venit igitur Dominus in Nazareth in qua nutritus fuerat: & ingressus est synagogam ibidem constitutam. [Iudith. 5.] Templum vnum erat in tota prouincia Iudęorum, sicut dicitur vnica est columba mea: cæterum synagogæ multæ erant in toto regno iuxta illud, 70. sunt reginæ. &c. Cant. 6. Et cui vsui deseruiebant synagogæ istæ? Non enim ibi licebat immolare: nõ incensum non carnes non panes. &c. [C] Audi, Moses a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum pędicent in synagogis: vbi per omne sabbatum legitur. [Actu. 15.] Conueniebat ergo populus Iudęorum diebus sabbatis: ibiq; lecto vno capite ex lege Moii: conferebant vltro citroq; qui conuenerãt: vnoquoq; eorum in medium afferente quod poterat. Quem morem fuisse in primitiua Ecclesia Paulus videtur insinuare. 1. Cor. 14. Nisi quod mulieribus imponit ori digitum. Qui igitur inter sic congregatos bonum aliquod spiritualis doctrinæ afferebat: huic tradebatur liber legis. De hoc Actu. 13. Paulus & qui cum eo erant ingressi synagogam die sabbatorum sederunt. &c. Surgens autem Paulus & manu silentiũ indicẽs: fari cœpit. Hoc est ergo quod dicit textus. Intrauit iuxta consuetudinem Dominus Iesus: & impetrata a principe synagogæ dicendi licentia: accepto codice (quoniam eius est legem interpretari qui cõdidit: ipse vero legem primum exarauit in tabulis lapideis digito suo: Exo 32.) surrexit legere. Liber autem qui illi traditus est Esaias erat. de quo Hieronymus. [Hieronymus.] Magis inquit videtur Euangelium describere, id est, rem præteritam, q̃ prophetiam de futuris: Ita limpido intuitu in spiritu vidit mysteria Christi & Ecclesiæ. Dicit ergo. [D] Et traditus est illi liber Esaię prophetę. Et explicito libro: inuenit locũ vbi scriptum erat. Spiritus domini super me: propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me: sanare contritis corde, prędicare captiuis remissionem, & cęcis visum, dimittere confractos in remissionem, prędicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Requirendum interim num & Dñs egebat codice, qui puer annorum. 12. sedebat inter doctores, interrogans & docens, qui & ipse est arca testamenti in qua tabulæ testamenti & virga & manna: qui os asinæ aperuit: vt increparet prophetæ vesaniam: Num. 22. Qui dedit gallo intelligentiam, hirundini & ciconiæ Hiere. 8. [Luc. 2.] [Heb. 9.] [Iob. 39.] Accepit igitur librum: vt nobis commendaret studium scripturæ: vt sermo noster semper sit sale & gratia conditus: vt tanq; boni dispensatores pecuniæ dominicæ proferamus de thesauro nostro cum noua tum & vetera, & hæc sunt duo gladij quos ostẽdit Petrus, sacerdotibusq; reliquit: vt sciant soluere & ligare. [Colloss. 4] [Matth. 5.] [Luc. 22.] [E] Sed hęc dicens fabulã mortuis narro. Locus igitur hic est Esaiæ cap. 61. Paucis immutatis. Sunt autẽ verba verbi quod erat apud patrem, iuxta quod caro factum est: Ad quẽ Dauid. Vnxit te Deus tuus prę participibus tuis. [Psal. 44.] Quando consortes nominãtur: naturam humanam intellige: quia deus consortes substãtię suæ nõ habet. De hac autem vnctione dictum est in fine libri præcedentis. Quia enim Rex regum erat, id quod ostendit titulus crucis: & propheta magnus, Luc. 7. Et sacerdos iuxta ordinem Melchisedec: triplici vnctione vnctus est: a patre oleo exultationis. Psal. 44. In pedibus a sorore Lazari Ioan. 12. In capite ab altera fœmina Matth. 26. [Psal. 109.] [Luc. 10.] Quia igitur vnctus venit bonus ille Samaritanus: (nã vino semel visus est: quãdo videlicet flagellis expulit nũmularios, Ioan 2) nõ terrores & minas & subuertendam ante expletum triduum Niniuem: Non præparatam ab heri topher: profundam

profundam, &c. Esa. 30. Quid ergo prædicabat bonus & moralis magister? Regnũ cœlorũ pauperũ spiritu esse: iustareq; iam in ianuis. Matth. 5. Dicere iustis quoniam bene, & væ impijs in malum. Hoc aũt prophetarum officium est. Missus est & vt sanaret contritos corde: qualis erat mulier illa famosa, Luc. 7. Hęc enim sanitate donata est dicente sacerdote: dimittuntur ei peccata multa, quia dilexit multũ, quia multum contrita est. Idem dicit de publicano. (Luc. 18.) Quod aũt sequitur: prædicare captiuis remissionem: hoc regium est, donare libertate eos qui iugo legis premebantur, de quo in Actis cap. 15. Quid tentatis deũ? (prædicata iam semel per vnicum suum vera libertate, Gal. 4.) Imponere iugum super ceruices discipulorum. &c. sed per gratiam domini Iesu (ecce remissio captiuorum, qui debitores erãt decem millium talentorum, id est, legis Mosaicę, quam tamen nullus seruabat sicut dicit Petrus) (Matth. 18.) Credimus saluari quem admodum & illi. De hoc vide Leuit. 26. Ibi: Ego confregi catenas ceruicum vestrarum: vt ambularetis recti: nam pressi sub iugo legis id impossibile erat. De hac remissiõe habes Matth. 18. Non dico septies. &c. Cęterũ quod sequitur. Cęcis donare visum, hoc solius Dei est. Verũ Gręce nõ est visum: sed ἀνάβλεψιν anablepsin: quasi dicas reuidẽtiam: vt intelligas omnem hominem visum accepisse in parente primo: & tunc cęcitatem incurrisse, quando aperti sunt oculi eius vel eorum. Genes. 3. Confracti autem Iudęi erant qui portauerũt (idq; non vno die sed annis multis) pondus diei & æstum. (Matth. 20) Pondus autẽ Mosaicę legis bene manus Mosi expresserunt quæ vix a duobus sustentabuntur: id est, vix duo eam impleuerũt: quia duo tantum ex numeratis in egressu de Aegypto terram promissionis ingressi sunt. Vide Exo. 17. (Exo. 17.) & Numeri cap. 14. sequitur. Prædicare annum Dñi acceptum, & diem retributionis, hoc est, misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. (Psal. 100.) Hunc annum iubileum Ioannes primum cœpit prædicare, dicẽs pœnitentiam agite, veniet enim post me qui vos in spiritu baptizabit in remissionem peccatorum. (Ioan. 1.) Et rursus. Descendit hic iustificatus in domum suam, Luc. 18. Et illud: Pater ignosce illis, Luc. 23. Annus igitur iste acceptus in quo dies pro anno computatur nobis conuersis, (Nu. 14.) tota vita hęc præsens est: quandiu enim homo superstes est, si dixerit prior iniquitates suas: remittentur ei etiam vsq; septuagies septies, (Esa. 43.) Matth. 18. Diem autem retributionis illum intelligimus: quando statuet oues a dextris, hędos autem a sinistris, Matth. 25. (Hierony. Matth. 32) Secundum autem Hieronymum, de Iudaico populo sentiendum est: in quem post passionem Domini statim Dei ira peruenit, iuxta illud. Ecce relinquetur domus vestra deserta, collectis fructibus, Esa. 1. Nec tamen opineris casu fortunave in hunc locum prophetæ incidisse dominũ. Factũ est autem diuina prouidentia, vt is locus occurreret qui expresse loquebatur de aduentu Messię in carne, quiq; causam aduentus sui explicaret quę septuplex est, sicut patet in textu: vide Daniel. cap. 12. Hæc igitur vbi stãs legisset dominus Christus. **Et cum plicuisset librum, reddit ministro & sedit.** (Apoc. 5.) Per quod ostendit quod idem est Deus legis & Euangelij: quod Manichæus negabat. (2. Cor. 3.) Quod autem librum primum euoluit, & nouissime plicuit, ostendit, quod ipse solus aperit septẽ libri signacula & ipso (3. Reg. 10.) nolente, nemo potest aperire, aperitur autem illis qui pulsant. (Esa. 48.) Iudæi autem quoties legitur Moses (legitur autem apud illos frequentissime) velamen est positum super cor eorum, quia velauerunt vultũ eius, (Hieronymus.) quem omnes reges terræ desiderabant. Audiuimus Dominum legentem, audiamus docentem postq; sedit. Vtinam attendisses mandata mea: facta fuisset quasi flumen pax tua. Glosa. Non fuisset Hierusalẽ in aceruos lapidum redacta per Romanos. Et fuisset quasi arena semen tuum. Hierony. Videtur quidẽ permanere repromissio hæc in populo Iudęorum, qui vsq; in præsentem diem instar vermiculorum pullulant filios & nepotes Sed quomodo hoc in repromissione accipiendũ est: cũ pacem iustitiamq; nõ habeant? Aut enim iratus est eis, aut placatus. Si placatus, quomodo seruiunt, pacem iustitiamq; non habent? Igitur de tempore Christi intelligitur, in quo cum multis qui stellæ sunt, sunt & arenarum cumuli, sed ex lapillis sunt stellæ, potestate eius qui de lapidibus sæpe excitat filios ipsi Abrahæ. (Luc. 3. Matth. 3.) Sequitur. **Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cępit autem dicere ad illos. Hodie impleta est hęc scriptura in auribus vestris.** Iota enim vel vnum nõ præteribit a lege, quin omnia debitum sortiantur effectum. Est enim Christus anima legis, item Euãgelium est anima legis, quia est rota in rota. Vnde illud Ezech. 2. Manus missa est ad me: in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me. Expansio hęc vel explicatio interpretatio est mysteriorum legis, quę in Christo & per Christum impletę sunt, sicut ipse dicit: (Matth. 5.) Legem veni ad implere, signacula soluere, Apoc. 5. Quandiu autem non venit agnus qui occisus est, & moriens reuelauit velum quod positum erat in facie Mosi, Exo. 34. (Esa. 29.) Id est in lege Mosi & prophetis & psalmis: dicebatur doctoribus legis. Erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, qui sapientibus quidem signatus erat: idiotis autem & signatus est, & ipsi alias cęci. Nobis igitur iam apertus est fere in omnibus, postq; Dominus aperuit codicem legis & sensum discipulorum, vt intelligerent scripturas. (Luc. 24.) Cęteris Iudęis clausus est. Vnde clausus? Plicuit cum Dominus & clausum reddidit ministro. Cum autem conuersi fuerint ad Dominum, auferetur a cordibus eorum velamen. 2. Corin. 3. Cum igitur omnium oculi essent in capite legis, id est, in Christo: sapientis enim oculi in capite suo. Eccles. 2. Quos auribus quasi suspensos tenebat sicut magnes acum: effusa enim erat gratia in labris eius, (Psal. 44) & omnis eius sermo sale conditus: (Collos. 4.) quia reuera sermo eius gladius erat melle litus, cœpit dicere ad illos, qui perinde expectabant & suscipiebant verba eius sicut terra imbrem matutinum & serotinum. (Ioel. 2.) Hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Nam (verbi gracia) quod lex promisit in typo de sabbati obseruantia, de terra non colenda septimo quoq; anno, de seruis manu mittendis septimo anno, (Exo. 21.) de hęreditatibus restituendis anno. 50. & debitis dimittendis, (Leui. 25.) de exulibus qui in vna ciuitatum refugij prestolabantur mortem magni sacerdotis, vt in sua reuerterentur: hæc inquam omnia (Num. 35.) & multa id genus ad requiem corporum tantũ pertinent. Sed nunquid de bobus cura est Deo? 1. Cor. 9.

& non

& non magis de homine ad imaginem Dei facto. Cui hæc omnia subiecta sunt? Vera igitur requies est peccatorum remissio, sicut dicitur: qui onerati estis, venite ad me, & ego reficiam vos. Vera libertas est non seruire peccatis, vera hæreditas vita æterna, de qua Dauid. Dñs pars hæreditatis meę: Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. Vera inquam manumissio illa est: Nunc dimitte seruum tuum in pace, Luc. 2. Verum lumen oculorum nosse eum qui est via veritas & vita: vera sanitas: mulier dimissa es ab infirmitate tua tam animæ q̃ corporis. Id ergo quod lex in vmbra promisit, ego in veritate exhibeo. Qui cęcus est, accedat, credat, & illuminabitur. Qui seruus est peccati, pœniteat, & remittetur in pace. Et hæc dicens dominus Iesus, modeste significabat, se esse illum de q̃ propheta loquebatur: licet cōmunis doctorum literæ interfectricis opinio ad eundem prophetam hunc locum referret. Sed tam distortā intelligentiam refellere ociosum esset; & maxime domino Christo hunc locum de seipso interpretante.

Matth. 11. Psal. 5. Luc. 13. Ioan. 8.

A Nam Esaias quando illuminauit cęcos? Quos cōtritos sanauit? Quibus captiuis prædicauit? &c. Et oēs testimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratię eius, quę procedebāt de ore suo. Et dicebant. Nonne hic est filius Ioseph? O quam profunda cęcitas, cui opera clament Dei filium. Erant igitur verba eius non inania nec risu digna, sed sicut dicit propheta & verum dicit: erant quasi ignis & velut malleus conterens petram. Hieronymus. Vt corda peccatorum dura & instar silicis indomabilia, sermonis Dei malleo conterantur. Dicit S. Thomas. 4. scrip. dist. 9. q. 2. Conclusionem malleo ad similem. Prælatus existens in mortali, corripiendo vel aliquid officij exercendo, peccat mortaliter. Verum hoc quod dicit propheta: licet durum sonare videatur, aliter est. Conterit enim Dominus cor lapideum, id est, aufert: vt ponat pro eo molle: & quod possit Dei suscipere ac sentire præcepta. Dicit autem Plato. Est rhetorica artis incantandi particula: paulo illa inferior. Sicut enim per incantationem vipere & scorpiones & morbi mitigantur: sicut legimus de Saul percutiente Dauid Cytharam suam. 1. Reg. 16. ita oratorio sermone populi aures demulcentur.

Luc. 4. Hierony. Thomas. Plato.

B Non autem omnes sunt enim aspides terra surdiores, quæ non exaudient vocē incantatoris sapientissimi licet, qualis erat dominus Iesus, homo omnium literatum. De numero horum erant qui dicebant. Cum reuera demonium eū possideat: quid eum auditis? Ioan. 10. Cæterum dominus Christus quandoquidē veritatis simplex est oratio: verba sua non verborum lenocinijs fucabat: licet non raro in parabolis loqueretur vt animos accenderet audientium ad inquirendum quod prima fronte obscurum videbatur. Ardebant igitur verba sua: quia in spiritu venerat non Helíæ (absit) venerat autem in spiritu sancto, qui fluuius igneus & rapidus dicitur apud Danielem. Vnde illud. Nonne cor nostrum ardens erat cum loqueretur nobis Iesus de Iesu Nazareno? Verba sapientium inquit Salomon, sicut stimuli: & quasi claui in altum defixi: quæ per magistrorum consilium data sunt a pastore vno. Quod si audito sermone Petri, compuncti sunt qui aderāt: dicentes. quid faciemus fratres? Imo Ananias cū vxore spiritū exhalarunt: ferre non valentes acrimoniā

Psal. 57. Matth. 15. Luc. 24. Daniel. 7. Eccl. 12. Actu. 2. Actu. 5.

C verborum Petri: Quid si ipsam veritatem verba sua resonantem audissetis? Mirabantur igitur omnes: imo stupebant. Vnde: Nonne inquiunt hic est filius fabri? Vnde ergo tanta mutatio prius mirabantur: mox filium fabri vocant. Forte aliqua verba dixit reprehensiua, vel superuenerūt sycophantę aliqui: dicentes Christum esse hominem tressem fabrum: calumniantes miracula eius. Vel si vera sunt inquiunt: fac similia in patria tua. Vnde inquiunt tanta sapientia in homine plebeio & fabro, & a musis penitus alieno? Num & Saul, num & Iesus inter doctores legis, qui scholas magistrorum nec a limine salutauit: Tertius nobis Cato descendit de cœlo imo Mercurius alter, qui iuxta Aristidem fingitur de cœlo missus a Ioue vt homines doceret rhetoricam. Verum cum dominus Iesus longe pauciora miracula patraret apud Nazarços quibus cum diu fuerat versatus q̃ in cæteris Iudeæ ciuitatibus: succensebant ei quidam ex affinibus iuxta quod homo erat, quasi vel gloriæ suorum inuideret. vel potentiam non quoquo versus eandem haberet. Horum igitur tacitam mordacitatem, (ipse enim sciebat quid esset in homine, Ioan. 2.) his verbis eludit.

D Omnino diceus mihi hāc similitudinē. Medice cura te ipsum. Quanta audiuimus facta in Capharnaum: Fac & hic in patria tua. Quandoquidē inquiunt nemo patriam suam odio habuit: qui prouincias cæteras bono odore respersisti miraculorum insignium, multa enim nos audiuimus: & fortasse non pauciora nos latent: qui ergo apud exteros medicū egisti: esto & in tuis beneficus: hoc est iuxta prouerbium, Medice cura te ipsum. Quisquid habes vnde patriam accuses: imitare Themistoclem: qui cum exul a patria merito sibi inuisa, apud regem Persarū in multo honore haberetur. Et interim nuncium accepisset, vt bellum inferret patriæ suæ: hic illum nec ira concitauit in ciues: nec tanti honores ac opes oblatæ ad bello patriam lacessendam impulerunt; sed consilium cœpit (non quidem iuxta prudentiam tanti viri) vitæ honestum finem imponere. Itaq; peractis sacrificijs, Epoto taurino sanguine veneno infuso: mortem oppetijt: Tu igitur bone Iesu hic parētes habes: velis nolis: habes & fratres & affines: quod in illis collocaueris beneficium: in te collatum puta:

Luc. 4. Ephe. 5. Themistocles.

E cura teipsum. Patria enim vna iuxta Tullium omne genus amicitiæ continet. Ait autem. Amē dico vobis quod nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis, quod multę viduę erant in diebus Helię, in Israel: quando clausum est cęlum annis tribus & mensibus sex: cum facta esset fames magna in omni terra, & ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sareptam Sidonię, ad mulierem viduam. Cum ait, Amen dico vobis: aduersatur hæc pars superiori, quæ de contemptu meminit: cum dicunt nonne hic est filius Ioseph? Estq; sensus. Contemnitis me, quia præsentem habetis: verum non omnibus datum est: habere talem qualis ego sum. Verum nemo propheta. &c. Est autem hic mos vulgarium hominum: vt medicum hoc pluris existiment, quod a remotis regionibus venerit ignotus, & illic plus inuenit fiduciæ,

Tullius.

vbi non

Medicus.

vbi non alijs ex rebus æstimatur, quàm ex arte sua. Quid enim refert, si medicus sapientissimus alias, terræ sit filius? Et arte quidem quam secum circumfert, semper & quouis loco idem est, verum vbi reperit multos dicentes. num nos ceci sumus? recede a nobis scientiam tuam nolumus experiri: non perinde potest multis prodesse, non quod apud illos minus velit, aut minus possit: sed quod hi qui sanandi erant medicum reijciunt, dicentes: Cura teipsum, & cecus cum sis, noli fieri videntium dux. Quod medicis accidit: hoc idem & multo verius prophetis, qui vitia curabant animarum non corporum: de quibus Stephanus in Actis cap. 7. Quem inquit prophetarum non persequuti sunt patres vestri? Hic est igitur honor quo affecti sunt prophetæ, quos mittebat ad vos Deus de mane consurgens. Hiere. 7. 11. & cap. 25. & nõ audistis. Vnus autem ex prophetis ad alienos missus (taceo enim de Daniele apud Persas) Ionas videlicet, quem fructum reportauerit omnibus palam est. Nam & Ioseph quia vnicum somnium exposuit regis honore Regio affectus est, & præpositus toti regno Aegypti. Genes. 41. Verum iuxta Hieronymũ.

Ioan. 9. Iob. 22.

Hieronymus.

F

Non viluerat Domino patria sua, qui amator est omnium, sed ciues sui, qui non considerabant præsentia Christi opera, sed fragilis recordabantur infantię: dicentes filius est fabri: quasi non ipsi per eosdem ętatum gradus ad maturam ætatem venerint. Ipsi igitur ligabant manus medico iuxta Marci cap. 6. Ideo ibi virtutes multas non fecit, videlicet propter incredulitatem illorum. Cæterum corporalis medicus non raro opitulatur ægroto etiam nolenti, vel etiam adhibita cautela, & mẽte sensuq; capti nolentes ligantur vt curētur. Aiunt enim medicum, cum regis filiam curare deberet: nec siue ferro posset dum tumentem mammam leuiter fouet, scapellum spongia tectum induxisse. Repugnasset puella, remedio palam admoto: eadem quia non expectauit dolorem tulit. Quædam enim non nisi decepta sanatur: Exemplo sit nobis Dauid, 2. Reg. cap. 12. Verum in morbis spiritualibus vt diximus non perinde est, quia sine fide impossibile est curari, atqui fides sit licet donum Dei, voluntaria tamen est, & ad eam persuaderi potest homo: cogi non potest quouis modo. Munera autem Dei non dantur carni & sanguini: vt dicat Salome: dic vt sedeant hi duo. &c. Matth. 20. Sic & hic. Fac inquiunt in patria tua. Sed dona Dei fidei dantur, non genti. Nonne multæ viduæ erant. &c. Chrysost. Videns Helias gentem suam contempta Dei misericordia: cultui deditos idolorum in delitijs viuere, & patiẽtia dei ad maiorẽ in pœnitudinem abuti, volens eos punire, iureiurando astringit Dominum dicens (solet enim clementia Dei paruulis lachrymis moueri vt iram deponat) viuit Dominus, si erit annis his ros aut pluuia super terram, nisi iuxta sermonem meum. 3. Reg. 17. Et cum dominus responderet. Quid si pœnitentes illi lachrymis postulẽt veniam? Nunquid nam pluuiam dabo? Non inquit, nisi iuxta verbum meum: Non, viuit Dominus. Sed quando ego pro eis orauero. Itaq; sententiam prophetæ approbans Dominus. Cum hoc tamen populi miseretur: punitur & ipse fame, sed per coruos pascitur: mirabili quidem sapientia sua, vt eum per illas aues pascat, quibus sui fœtus inuisi sunt, quandiu plumescunt, quasi ad eum dicat. Ne tanto filiorũ tuorũ odio tenearis, quanto erga pullos suos corui. Et ecce illi nunc conuersi sunt, & qui natura suis pullis sunt crudeles: illi ipsi tibi in hospites deseruiunt. Helia tamen non cedente, reuocatur coruorum beneficium, & compellitur adire fœminam ethnicam quo mox vt audiret Gentilis nomen, ab alimento ab ea sumendo, abhorreret. Vidua igitur audito: Affer buccellam panis: pepercerit inquit Domine mi, quia non est in domo mea farinæ modius: est autem vix pugillus vnus. Et ille in maiore inquit angustia vidua hæc est, quàm ego. Ego solus fame laboro; hęc cum filio de vita periclitatur. Non sim hospiti mortis baiulus. Incipit autem mitescere dicens. Nihilominus affer mihi de ipsa farina subcineritium panẽ paruulum tibi autem & filio facies postea. Quo iure, primum tibi? hæc dicit Dominus. Farina non deficiet nec oleum ex lenticula, donec det Deus pluuiam super terram. Fecit igitur vidua quod iussa erat, & credidit nudis verbis prophetæ: quem nec de facie quidem nouerat, & quia credidit: consequutum est quod propheta prædixerat. Non enim missus est Helias ad viduam hanc vere viduam & fidelem: vt id modicum farinæ quod habebat domi consumeret, sed vt multiplicaret. Fides ergo syncera in hac bona Sarephthana, trium fere annorum victum sibi obtinuit, quia vitam prophetæ suæ prætulit & filij sui. Et multi leprosi erant in Israel: sub Heliseo propheta: & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. Naaman homo Gentilis, salutem tamen quęsiuit a propheta Iudęo. Non enim dormientibus diuina beneficia, sed obseruantibus & credentibus dantur. Hic igitur cum audiret: abi & lauare septies in Iordane, & mundaberis: primum quidem velut incredulus abibat indignãs: quod mitteretur abluendum in Iordane: cum meliores opinaretur aquas fluminum Damasci, quàm erant aquæ Israelis. Persuasus tamen a famulis: (fides enim persuaderi potest, imperari non potest,) abijt, & lauit, & mundatus est. Tales philosophus interrogatus quidnam esset difficillimum: nosse inquit seipsum. Quid facile? Alteri consilium dare. In admonendo enim sapimus oẽs: vbi peccamus, non videmus trabem. &c. Matth. 7. Quare mundatur Naaman & non quatuor illi leprosi de quibus. 4. Reg. 7. Cum illi Iudęi essent, hic autem alienigena? quia isti medicum non requisierunt quia non credebant. Naaman, primum infidelis, demum quando credidit mundatus est. Hoc est ergo quod Dominus dixit: sicut nemo prophetarum acceptus fuit in patria sua: ita nec ego fuero vobis acceptus. Naaman homo gentilis prophetã exterum adiuit audiuit, obediuit, & sanatus est: Ego apud vos nihil audio nisi illud: Nonne hic est filius fabri, quomodo scit literas? Proinde auferetur a vobis regnum, & dabitur credentibus siue sint Sidonij, siue Syri, siue etiam Samaritani. Sed vide quid sequitur. Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes: & surrexerunt & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerũt illum vsq; ad supercilium montis super quem ciuitas illorum erat ędificata: vt precipitarent eum. Ipse autem transiens: per medium illorum ibat. Quod igitur Dominus verbis propheta-

Seneca.

G

Chrysostomus.

Figura.

3. Reg. 17.

H

Corui.

I

Luc. 4.

4. Reg. 5.

Prouerb. Quàm facile cum valemus.

K

Matth. 21.

prophetauerat: ipsi re & opere ostenderunt: quod propheta in patria sua honorem non habet. Veritas enim quæ odium peperit prophetis: hæc eadem odium peperit ei, qui est veritas. Et vnde? Quia Sidoniam viduam & hominem Syrum ex legem & leprosum illis præferebat. Qui tamen in consequentibus auditu ri sunt. viri Niniuitæ & regina Austri publicani & meretricem præcedunt vos sicut in fide: sic & in regno Dei. Repleti inquit sunt ira: ira autem nescit modum. Est enim bestia quæ deuotabit sanctum Ioseph. Et iuxta Plutarch. Martius Coriolanus Roma pulsus: ad Tullium Volscorum principem Romanæ gentis hostem se contulit. Quo facto certissimum nobis reliquit testimonium quod aduersus iram reluctari difficile sit: quæ per sæpe id quod vult emptum morte persequitur. Vnde illud Eneidos. 2. Ecce manus Iuuenem interea post terga reuinctum pastores magno ad regem clamore trahebant. &c. Habes ad hoc Genes. cap. 34. De Dinæ fratrum ira contra Sichimitas. Ita ergo & Nazareni isti iræ suæ modum non imponentes: sicut dicit propheta. Si irascimini, nolite peccare: mortem æternã mercati sunt: autorẽ vitæ volentes præcipitem agere cuius non dum venerat hora. Et isti sunt de quibus dixerat Lucas, quod ante horam fere dimidiam intentissimis auribus audiebant verba eius, & stupebant tantam sapientiã & gratiæ affluentiam in homine Fabri filio, & nunc subito versi in tigres eum (si superis placet) Præcipitẽ agere festinant. Quapropter merito dixit Solon: Difficile est in magnis rebus administrandis omnibus posse placere: Dicat licet Paulus 1. Cor. 10. Placere omnibus per omnia, & nescio vtrumne Paulus ipse omnibus placuerit: cuius verba sunt: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Et rursus Galatis. Num inimicus factus sum vobis: veritatem dicens vobis cap. 4. Num placuisse putandus est sacerdoti, quem parietem incrustatum vocat? Hæc est igitur præpostera gentis Iudaicæ religio. Ignẽ sabbato accendere ne fas ducunt, iter agere, lignari, crimen inueniabile, & hominem cuius doctrinam ante mirabantur, præcipitare sabbato adoriuntur. O deterior magistro discipulorum hæreditas. Diabolus dicit: Mitte te deorsum: isti mali corui venenata oua adoriuntur vt præcipitent. Dicitur Abrahæ: Non pepercisti filio tuo propter me. ego ei parco, Genes. 22. Vos non pepercistis conciui vestro de vobis bene merito: sed voluntatem vestiam Deus pro facto reputauit, & vnico suo nunc parcit: exaltando in cruce cum venerit hora sua. Ipse autem transiens cedens illorum furori (mihi autem vindictam, Deut. 32.) Per medium illorum ibat: quasi constipatus nec duodecim legionibus angelorum, qui eius vtrumque clauderent latus, ostendens palam, id quod potuerunt videlicet eum extra ciuitatem educere, permissos fuisse: alioqui qui potrat eos omnes præcipites date in mare: sicut Satanas gregem porcorum, noluit, nõ enim est opus eius perdere, sed saluare. Quo facto id apostolos docuit, omnibus omnia fieri: qui nec amplectẽtes abijcit, nec eijcientibus reluctatur, nec rogantibus deest. Ita quando voluit tentus est: dicentibus satanæ ministris: Iesum Nazarenum quærimus. 1. & 2. Ioan. 18. Ibat igitur Dominus per mediũ illorum, descendens a cacumine montis sensim pedetentimque, quasi deambularet ad auram post meridiem, mutata subito, vel obstupefacta furentiũ mente: vt in efficaci furoris exitu prophani & scelerati desinerẽt velle, quod implere non poterant, etiam si vellent. Vide. 1. Reg. cap. 26. de Saulis ira aduersus Dauid.

Ioan. 14. — Matth. 12. — Plutarch. — A — Solon. — Gala. 1. — Actu. 23. — Exo. 16. — Num. 15. — B — Matth. 4. — Ambrosi. — Matth. 8. — Genes. 3. — C

Caput. xix. De principio prędicationis Domini nostri Iesu Christi, & de Petro & alijs tribus qui laborem & impensam luserãt piscantes tota nocte: in verbo autem Domini laxatis retibus, comprehenderũt magnam piscium multitudinem.

ET relicta Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Nepthalim: vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam. Terra Zabulon & terra Nepthalim via maris trans Iordanem Galilęę gentium, populus qui ambulabat in tenebris: vidit lucem magnam, & sedẽtibus in regione vmbrę mortis lux orta est eis. Hieronymus. Nazareth est in Galilæa, vicus iuxta montem Thabor. Capharnaum est oppidum in Galilæa gentium iuxta stagnum Genezareth, & ideo dicit maritima. Suntque duę Galilęæ, vna Iudæorum, altera Gentium, quam Salomon dedit inter. 20. oppida Regi Hiram: & omnis illa regio viginti ciuitatum dicta est Galilęa Gentium, quæ ante fuerãt Iudæorum. Dicit ergo. Terra Zabulon. Sensus est, quod terra hæc quæ est contigua finibus Zabulon & Nephthalim, estque partim de vtraque sorte, audiuit primum prædicationem Christi, & illuminata est a claritate doctrinæ suæ, cum prius sederet in tenebris & vmbra mortis. Et hæc est Galilæa in qua Christus primum cœpit tendere siue laxare rete prædicationis suæ. Via maris, id est, iuxta mare. Est enim hęc via, per quam venitur de Syria & Mesopotamia ad mare Mediterraneum, quod est in parte occidentali Iudęæ: & via hæc transit per littus maris Galilęæ iuxta Capharnaum tribus fere parasangis. In huius littore est Capharnaum, Tiberias, Bethsaida, & Chorozaim. Sic ergo tota hęc terra vocatur via maris, quia per eam transit via ab oriente ad mare occidentale, & quia est secus mare Galilææ, quod tamẽ proprie non est mare. Dicitur esse terra hæc trans Iordanem, videlicet ad occidentalem partem Iordanis: Nam Iordanis transit per terram Israelis, & ad orientem eius erat terra duarum tribuum & dimidiæ. Num. 32. Reliqua terra nouem tribuum ad occidentem Iordanis. Sequitur. Galilææ Gentium populus, id est, hæc terra Zabulon & Nephthalim erat populus Galilçæ Gentium. Galilæa tota erat vna prouincia: quæ tempore Salomonis diuisa est. 3. Reg. 9. Et hęc pars quæ cessit Regi Hiram vt prædictũ est: vocatus

Matth. 4. — D — Esa. 9. — E — Abulensis

Esa. 9. Hieronymus.

volatur a Iudęis Galilęa Gentium, & de hac erat Capharnaum. Altera pars est Iudæorum vel fuit. Et sciendum ꝙ pro vmbra mortis Hebraice vna est dictio, composita ex vmbra & morte, videlicet, Calmaneth, vt intelligas altissimam caliginem, qualis est apud inferos. Hunc textum ita posuit Hieronymus. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon. &c. ab onere peccatorum credendo, & nouissime aggrauata est eadem terra: a fide discedendo, cui vel quibus pręstabat veritatem non agnouisse, ꝙ agnitā deserere. 2. Pet. 2. Porro. 70. ita dixerunt, hoc primum bibe: velociter fac: Regio Zabulon & reliqui qui iuxta mare estis trans Iordanem Galilęę Gentium. Primum signum iuxta Ioannem Dominus fecit in Chana Galilęę. Hoc ergo primum bibe, quia terra Zabulon & Nephthalim prima Christi videre miracula, vt prima fidei biberet potionem, quæ prima viderat Dominum signa facientem. Inter mortem autem & vmbram mortis hoc inter esse puto, inquit Hieronymus: ꝙ mors eorum est, qui cum operibꝰ mortis descenderunt ad inferos, de quibus Ezech. cap. 32. Descenderunt ad inferos cum armis suis, & posuerunt gladios suos sub capitibus suis. &c. Vmbra autem mortis eorum est: qui cum peccāt, nec dum de vita ista egressi sunt: possunt enim si voluerint agere pœnitentiam, sicꝙ de vmbra reuertentur ad solē: id est, vmbra eorum quæ iam erat prope occidentem mortis (Ezechias) reuertatur ad orientem, id est, ad eum cuius nomen est oriens.

Zach. 6. Matth. 3. & 4.

Exinde cœpit Iesus prędicare & dicere, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cęlorum. Quo verbo Dominus Iesus doctrinam sui præcursoris confirmat. Nec dedignatur cœlestis magister doctrinam eandem inculcare quam prædicauit præco eius. Ioanne itaqꝫ tradito, recte ipse incepit prædicare desinente enim lege consequenter exoritur Euangelium. Si autem eadem prædicat Christus, quæ & Ioannes ante prædicauit, ostendit se eiusdē Dei esse filium, cuius ille propheta fuit. Si vos inquit non terrent mala, vt pœnitentiam agatis saltem bona delectent, sublata enim statura, appropinquauit regnum cœlorum. Vim pœnitentiæ verbū illud vel maxime ostendit. 2. Re. 12. Peccaui Domino grande peccatum imo non vnum sed quatuor simul. Dominus transtulit peccatum tuum. Transtulit partim, partim penes ipsum Dauid remansit. Nam & Dauid regno pulsus est, vim passus in vxoribus: (per quę enim quis peccat, per hæc & torquetur,) & quem ex adulterio susceperat, infans obijt, tamen pœna æterna in temporalem ei commutata est, & mors quæ Dauid ligabat iuxta legem, ad puerū deuoluta est. 2. Re. 12. Vide & illud. 2. Re. cap. 24. quod satis arridet huic sacramento. Peccaui valde in hoc facto, & quæ sequūtur. Sequitur. Trium tibi datur optio. Intellige ꝙ non elegit famem, non hostes fugere: elegit autem illud quod commune est & populo & Principi: videlicet oppetere pestem. Item illud. Si gens illa egerit pœnitentiam de peccatis suis: Agam & ego pœnitentiam de malo quod cogitaueram vt facerem ei. Inde & illud. Memento mei Domine. Hodie mecum eris. Luc. 23. Hæc est enim mutatio dextræ excelsi: qui heri & nudiustertius in sepulchro iacebat ligatus, superposito lapide: iam olens, ad vocem Domini excitatus: vnus ex conuiuis erat qui sedebāt ad mensam Domini Iesu. Ioan. 12. Qui autem sero sapuit quia diu desipuit, e mensa regis Artaxerxis sublatus est in patibulum. Esther. 7. Dicit autem Alexan. Ales: ꝙ Iudas pœnitentia ductus, non habuit respectum ad premium, sed ad pœnam: nec ad Dei bonitatem, sed ad suam iniquitatem: ideo pœnitentia sua non fuit possibilis ad contritionem, sed pœnitentia ductus cucurrit ad laqueum. Pugnant autē ex diametro hæc duo pœnitere & mortem arripere. Nam cum pœnitentia iuxta Hieronymum sit secunda tabula post naufragium: qui submergit se voluntarie quomodo dicetur tabulam arripere, in qua vel nudus possit mortem effugere? proinde mihi videtur pœnitentia hæc eadem esse quæ & tristitia sęculi: quę mortem operatur iuxta Paulum 2. Cor. 7. Dicit autem hic doctor ꝙ peccatum expellitur a deo effectiue: a sacramento dispositiue: a gratia formaliter. Dicit autem Eccles. 7. virum de mille vnum reperi, de fœminis nullam, Per virum ratio intelligitur, per fœminam sensualitas: cui dictū est: sub potestate viri eris o Agar: ancilla enim es, non domina. Genes. 16. Quid est quod dicimus vix ex mille vnū repertus est: qui ducem sequatur rationem: cui aliquando caro non persuadeat, vt gustet de ligno scientiæ, a concupiscentia sua abstractus & illectus: quę molesta reuera fuit Nazaręo Ioseph. Genē. 39 Fortissimo Samsoni, Iudi. 16. Organo electissimo & tubæ cœlesti Paulo apostolo, Rom. 7. Nam de viro iuxta cor Dei primo cōgressu triumphauit. 2. Re. 11. Si qs igitū de carne triūphauerit, saltē illud nemo ibit inficias: ꝙ oēs titillamur, & sollicitamur a carne: sicut dicit Salomō: de fœis nullā. Importuna est caro, procax, & adeo proaxꝫ vt etiā inter dormiendū pulset ad fores aīę: quę ipsū Paulū q secreta tertij cœli penetrauerat, audet colaphizare, 2. Cor. 12. Vnde Loth primū quidē quasi per vim educitur de Sodomis. Secūdo iubetur nō respicere. Tertio non stare in omnem circa regionem. Quarto in montem confugere. Nec tamen ibi securus erit: ibi enim inebriandus est a carne sua, & captiuus traducendus, nec est nobis reliqua spes, ꝙ pœnitere. Hieronymus. Nulla res tam facilis est, quin difficilis fit, si inuitus facias. Terra sumus, & vermium cibi futuri, & cotidie per omnia momenta de nostra salute suspensi, (dicente apostolo: timeo ne reprober: dū aliis viam commostro) quid retractamus virtutem facere? Angeli in scala dei des deturbant, laborantes adiuuant, & eos qui vim inferunt regno cœlorum: cuius aditum Cherubin obseruant, cū gladio, igneo, & versatili & distomo. Marcus cap. 1.

Hiere. 18. Ioan. 11. Alexand. Matth. 27. Hieronymus. Alex. Ales. Genes. 3. Iaco. 1. Loth. Genes. 19. Hieronymus. 1. Cor. 9. Genes. 28.

Quoniam impletum est tempus pœnitentiam agite, credite Euangelio, appropinquauit enim regnum Dei. Habete fidem de mediatore, deqꝫ illis quæ Iesus prædicat. Cum dicit ergo: Credite Euangelio: ostendit legem iam soluisse pensum suum: dicente Domino, Lex & Prophetæ vsqꝫ ad Ioannem: quod dicit impletum est tempus: ostendit ꝙ Euāgelium exhibet quod lex promisit vsqꝫ videlicet ad minimum apicem legis. Matth. 5. Quod autem Ioannes dixit: pœnitentiam agite: docuit populum vt resipisceret a peccatis. Christus autem dicens, pœnitentiam agite. vel resipiscite: docet iuxta Theophyl, Vt a legalis litera fugerent; vnde subiecit: credite Euangelio.

Thephyl.

gelio. Dicit: Impletum est tempus: lex enim iuxta Apostolum, Heb. 9. Vsque ad tempus correctionis posita erat. Euangelium enim Christi correxit legem: implens quod ei deerat, exhibens quod promiserat. Sequitur textus. Factum est autem cum turbę irruerent in eum, vt audirent verbum Dei: & ipse stabat secus stagnum Genezareth, & vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant & lauabant retia. Lacus Generet vel Genesareth. 16. millibus passuum longitudinis, sex millium latitudinis: ab occidente habet Tiberiadem, ab oriente Iuliadem aquis calidis salubris. Lacus hic asphaltidem lacum dirum natura petit: a quo postremo ebibitur, aquasque laudatas perdit: pestilentibus mixtas. Plinius. Conferamus si licet doctrinam cœlestis philosophiæ cum forensi eloquentia (quæ iuxta Paulum inflat) eorum qui reges fori dicti sunt: sicut Tullius de seipso testatur, prudentiores reuera filijs lucis. Luc. 16. Dicebatur autem Tullius rex fori idque inuidiose, quod nemo vinceret, nisi ille volente: tanta erat vis eloquentiæ eius. Dicit & Plato in de virtute. Noui vnum virum Protagoram, qui plures ob rhetoricam pecunias cumulauit, quam aut Phidias ille: cuius tam perspicua pulchraque opera extant, aut decem alij sculptores lucrati fuerint. Et notum est: si hi qui calceos veteres consuunt vestesque resarciunt, si deteriora redderent quam acceperunt, breui eos fame perituros. Protagoras autem vniuersam Græciam annos plusquam. 40. decepit: dum familiares perueniret, deterioresque redderet quam accepisset: nihil enim aliud docebat, quam malam fouere causam. Proh Deum immortalem, huius mali corui, quot indies mala oua vbique terrarum excuduntur. Homines igitur erant sapientes illi barba tenus docti. Nam nemo errat in illis quæ nescit: inquit Plato: si nescire se nouit. Siquidem errores in actionibus ob hanc ignorantiam fiunt, quod qui nescit, scire se putat (Rom. 1. dicentes se esse sapientes. &c.) Nam qui nescire se sciunt, alijs committunt gubernacula nauis: sicque sine culpa vitam agunt. Quanta ergo ignorantia nescire quod nescias: & doctores officiū præsumere qui nunquam ferulæ manum subiecisti, vel ea edoctus es, quæ maiore cum labore dediscenda sunt. Habes de sapientibus seculi, quorum omne studium erat de congregandis pecunijs, de tuendis scelerosis, de vindicandis iniurijs. Christus Dominus qui iuxta Petrum verba vitæ æternę habebat, Ioā. 6. De cœlo cum esset, nihil aliud prędicabat quam regnum cœlorum instare, nulli non fas esse illo ingredi, si vellet pœnitentia emendare vitam in pascendis porcis exactam. Ad hanc igitur tam cœlestem doctrinam tantus erat populorum concursus irruentium, pertæsi iam diu allia cepas & cucumeres (adde & manna) legis Mosaicæ: vt iam non caperent eos synagogæ, non vici, non oppida, sed quocunque pergeret Dominus eo simul accurrebat vtriusque sexus promiscua multitudo: inuitati miraculorum nouitate & doctrinæ suauitate, quæ biduo & triduo tenebat populos ieiunos apud Dominum. Denique ventum est ad mare Genesareth, ibique irrumpebant & vrgebant. Erant enim locus in decliui a terra in stagnum. Turba igitur irruente vt audirent verbum Dei: necessarium duxit: subducere se in locum quietiorem. Stabant autem forte fortuna nauiculæ duæ piscatoriæ secus littus: Secus stagnum stabant nauiculæ: hoc est, secus littus stagni: in stagno enim stabant. Piscatores autem qui operas suas luserant nocte tota: lauabant retia. Sicut enim dicit Propheta: Facies hominum sicut pisces maris: nisi spiritu Dei attrahantur ad rete Euangelicū, nihil concludent piscatores, etiam si fuerint qualis Petrus. Sumus tamen Dei cooperatores: dicente Domino ad vnum ex electissimis piscatoribus suis. Noli timere, sed loquere & ne taceas: quoniam populus est mihi (pisces multi magni & boni) multus in hac ciuitate. Actu. 18. Tu igitur Paule laxa rete verbi Dei: Ego attraham pisces sed volentes ad Euangelicam nassam, cuius porta angusta licet, Matth. 7. Habet tamen latitudinem in progressu. Ascendens autem in vnum nauim quę erat Simonis, rogauit eum a terra reducere pusillum: & sedēs docebat de nauicula turbas. Hoc dicit Paulus alijs verbis iuxta sensum spiritualem. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi paruulis in Christo lacte vos paui. Quo lacte sancte Paule? Nihil iudicaui me scire cum essem apud vos: nisi Dominum Iesum, sed hunc crucifixum. Quasi dicat de libro illo tradito Ezechieli, scripto intus & foris, scripturam exteriorem tantum vos docui: cū ego mediocriter vtranque edoctus essem, quando raptus in paradisum audiui arcana verba quædam, quæ mihi quidem loqui non licet, quia vos cum deberetis esse magistri secundum tempus adeo infantes adhuc estis: vt lacte indigeatis: non solido cibo. Heb. 5. Reduxit igitur Paulus nauiculam paululum a terra vt caperetur. Nam pullis aquilarum adhuc implumibus & vix potentibus sanguinem lambere, Iob. 39. Quomodo Paulus sermonem faceret de eo qui habitat lucem inaccessibilem, quem nullus hominum vidit: &c. 1. Tim. 6. Quid ergo? sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, factus sum inquit in medio vestri, tanquam si nutrix foueat pullos suos. 1. Thessal. 2. Augustinus super Ioannem. Videmus enim nutrices & matres descendere ad paruulos suos, & decurtare verba sua, & quodammodo linguam quassare: vt possint de lingua diserta fieri blandimenta puerilia: quia si sic dicant, non audit infans, non proficit. Et si pater sit tantus orator: vt lingua illius fora concrepent: si habeat paruulum: cum ad domum redierit, se ponit forensem eloquentiam, qua ascenderat, & in lingua descendit ad paruulum paululum reducens nauim, dicens: filij nihil scio: scio tamen A, b, c, darium Euangelicum: illud est, Iesus cruci affixus. Sedebat igitur Dominus Iesus in nauicula. Grex enim eius perpusillus est, videlicet. 153. pisces, Ioann. 21. capite. Docebat autem eos terrena despicere, amare cœlestia, cum lex Mosi nil aliud suis professoribus promitteret quam illud: bona terræ comedetis. Et illud Leuit. 26. Si mandata mea custodieritis: & cætera quæ sequuntur: nam de regno cœlorum vulgus nec somniauerat quidem. Erant tamen in populo illo quibus Deus incerta & occulta sapientiæ suæ manifestabat: Sed sicut Paulo: cui non licuit omnia fari quæ audiuit. Prædicatio enim regni cœlorum plenitudini temporum seruabatur, vinum

Margin notes: Luc. 5. — Tullius. — Protagoras. — Plato. — Marci. 8. Matth. 4. — 1. Cor. 3. — 1. Cor. 2. — Ezech. 2. — 2. Cor. 12. — Heb. 5. — Deut. 32. — Augustinus. — Luc. 12. — Esa. 1. — Psal. 50. — 2. Cor. 12.

videlicet illud de quo Ioan. 2. Vbi autem Dominus dimissa turba : benedictione præcepta. Cessauit loqui: dixit ad Simonem. Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. 24. q. 1. cap. Non turbatur. Iuxta literalem sensum: ideo nauis moderatori dicitur: duc longius a terra scalmum: quia in profundo aquarum solent maiores pisces versari: cum commodius tum & tutius. Verum

Ionæ. 2.

qui præcepit ceto vt euomeret Ionam post triduum, poterat iubere, vt laxante Petro rete in littore; ibi repleretur piscibus. Iuxta mysticum autem sensum: quid tam profundum, quam de diuina æternaque generatione differere? Et licet non liceat doctoribus scire quemadmodum natus sit: nō licet tamen nescire quod natus sit. Non interfuimus cum ex patre filius nasceretur, sed interfuimus: cum a patre Dei filius diceretur.

Luc. 3.

1. Pet. 3.

Gregorius

Quare autem Petro qui futurus erat Ecclesiæ pastor dicitur inter cæteros qui aderant: laxa rete: ipse aperit dicens. Parati semper ad satisfactionem omni petenti vos rationem, de ea quæ in vobis est spe: iuxta quod in lege præcipitur, Exo. 25. Vectes semper sint circulis arcæ immissi: vt cum arca portanda fuerit: de intromittendis vectibus nulla mora fiat. Quia cum spirituale aliquid a pastore quæritur (ipse est enim arca in qua tabulæ legis continentur & Euangelii) ignominiosum est, si tunc quærat discere, cum quæstionem debeat enodare. Porro sacerdos si prædicationis est nescius, quam ouibus clamoris vocem dabit: vt

F

Ezech. 3.

Hieronymus.

fugiant a facie arcus, præco mutus? Vide quid dicat Ecclesiæ tonitru. Væ mihi est, si non euangelizauero. 1. Corin. 9. Sancta autem rusticitas iuxta Hieronymum, solum sibi prodest, & quantum ædificat ex vitæ merito Ecclesiam Christi, tantum nocet, si destruentibus non resistit. Et quidē rusticitatis & ignorantiæ (vt ne dicam stultæ simplicitatis) multum superque satis facile est repetire hoc nostro sæculo: vbique

Sacerdotes.

enim obuii sunt greges sacerdotum: quorum nares aut paruæ sunt aut grandes aut contortæ; ipsi alias aut cæci, aut lippi, aut albuginem habentes in oculis. Leui. 21. capite: verum hæc duo simul, rusticitatem sanctam, nunquam inuenis: & si alicubi reperiatur, rara est hæc auis: nec tamen proinde multi precii: cum tamen iuxta prouerbium: omne rarum sit preciosum. Vos igitur laxate retia vestra, non ad corradendas

G

Ionæ. 1.

Plinius.

decimas (dignus est tamen bonus piscator mercede sua, Luc. 10.) sed ad capiendas animas. Habet enim & cete illud quod vorauit Ionam piscatores suos, qui reti piscantur aurato, purpura coccoque funibus nexis: sicut alter Nero dicente propheta, totum in hamo subleuauit: Refert Plinius de astu quorundam piscium rem non indignam scitu, lib. 9. cap. 43. Scolopendra piscis si casu hamo captus fuerit, omnia intestina euomit & hamum simul: tunc autem omnia viscera resumit. Piscis vulpes ore prehensus, deuorat partem lineæ: donec dentibus atterat. Glaucus piscis escam cautissime arrodit a latere, nudum relinquens hamum: nimirum pisces hi si capiātur ad mortē capiuntur, quod non est in piscatione Euangelica. Qui enim non fuerit ingressus rete Petri, iam iudicatus est. Isti igitur & huiusmodi pisces hamo quidem non capiuntur Euangelico, sed libere perambulant semitas maris vorantes inuicem iuxta Habac. cap. 1. Non

Math. 13.

effugient tamen verriculum illud, quod congregabit ex omni genere piscium: imo nullus vel bonus vel malus piscis sagenam illam effugiet. Dicendum tamen quod non raro isti magni pisces qui alios vorare cupiunt: fiunt aliorum prædæ: sicut habes Tobiæ cap. 6. Et respondens Simon dixit illi. Præceptor per totam noctem laborantes, nihil cœpimus, in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecisset, concluserūt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt sociis qui erant in altera nauicula, vt venirent & adiuuarent sese. Et venerunt & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pene mergerentur.

H

Petrus ergo qui & Simon hoc est obediens, non potuit quidem detrectare præceptum eius, cuius nutui parentes pisces totius laci illius, rete (si daretur) ingredi sumegestiebant: (& inde rumpebatur rete, quia maiores & fortiores præoccupabant & auertebant aditum minoribus) verum ne si res pro voto non

Prouerbiū

succederet: audiret illud veteris prouerbii, sapientis haud est bis in eodem labi, ad eundem offendere lapidem: Præceptor inquit iam lusimus satis superque operas nostras, nec aliud messuimus quam laborem, tamen ad præceptum tuum iterum laxabo rete. Meum erit obsequi, & iussa capessere fas, tuus autem euentus, omne quod cœperit tuum esto. Abducta est igitur nauis in interius mare, laxatum est rete, cui mox inuoluta est tanta piscium copia: vt rete impar ponderi & multitudini rumperetur, nec vna nauicula sufficeret prædæ capiendæ. Veruntamē arbitror si centum locis rete scissum esset, nec vel vnum piscem egressurum e sagena. Non enim cœperat eos Petrus, sed is cui dicitur tu dominaris potestati maris. Annuerunt

I

Psal. 88.

Gal. 2.

ergo sociis: de quibus dicitur: qui operatus est Petro in apostolatum Iudæorum: Ecce vna nauicula, operatus est mihi inter Gentes: Ecce altera nauicula, sed non æqualis piscium copia ex vtroque populo ingressa est rete apostolicum: de quo alias. Hoc est ergo quod supra dixit: Impletum est tempus. Siquidē

Math. 23.

Iudæi per totā nocte laborantes, circumeuntes mare & aridam: vix vnū proselytū creabant: quē tamen duplo faciebant gehennæ filiū. Nam cancrorū more, multi ad Iudaismū cōuersi, & pertæsi iugum ferreū & onus importabile etiam ceruicibus taurorum. Actu. 15. Excusso iugo, reuertebantur ad idola vana &

K

2. Petr. 2.

muta. Vnde illud: Nonne melius est reuerti in Aegyptum? Constituamus nobis ducem & reuertamur. Nu. 14. Et rursus. Vtinam mortui essemus per manum Domini cū primogenitis Aegyptiorum, quando sedebamus super ollas carnium. Exo. 16. Isti sunt igitur duplo filii gehennæ, qui mare quod semel prætergressi sunt, repetere volunt, sub prætextu saturitatis & abundantiæ carniū. Nihil tale legimus de his piscibus quos cœpit Petrus: omnis enim ad vnum qui rete Petri ingressi sunt: fusi sunt in scalmis duobus: quorum alter innocentium est, pœnitentium alter. Hoc iuxta mysticum sensum dictum sit; nam multi

Titum. 1.

1. Ioan. 2.

confitentur se nosse Deum: factis autem negant. Dicit Ioannes in epistola. Ex nobis exierunt, sed non erant nostri. Et rursus Ioan. 6. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro: deseruerunt rete, & iam non cum illo ambulabant; de quorum numero erant. 72. si Ambrosio credimus & Abulensi. Isti igitur

qui rete

qui rete rumpunt & dis. erpunt viscera Ecclesiæ: sicut Esau, sicut Phares, sicut Dathan, sicut Absalon, non sunt de numero.153. arena sunt, & virgines fatuæ: & si pisces sunt scamas non habent: vnde iuxta legẽ immundi sunt. Vnde dicebat Dño beata illa fœmina. Si sic futurũ erat, præstabat non cõcepisse. Si duo rete rumpãt, quid erit quando ex duobus duæ gentes procreabuntur qui intra maternos locos pugnãt & recalcitrant. Imo quãdo funda Ecclesiæ cõprehenderit pisces ex omni natione quæ sub cœlo est? Apoc.7. De hoc Paulus.2. Timo.3. Scito ꝙ in nouissimis tẽporibus instabũt tẽpora periculosa: & maxime in hoc mari magno in quo reptilia quorũ nõ est numerus. Psal.103. Quorũ inquit non est numerus. Magnum mysteriũ. Isti pisces hodierni nõ numerantur, nõ enim quia credũt, transeunt ad numerũ eorũ quorũ capillos numerat Christus. Quare? Quia cũ sint liberi arbitrij, possunt rete deserere, mare repetere, esca ceti fieri. Pisces aũt boni.153. tantũ sunt. Duæ igitur naues in duobus illis populis qui erãt in vtero Rebeccæ præfigurabãtur: quia & in arca Noe animalia erãt tam immunda ꝙ̃ munda iuxta legẽ: Verunramẽ de mundis obtulit Noe sacrificiũ Dño. Cætera immunda illos pisces præfigurãt qui nõ hamũ verbi Dei in ore gerũt quo cõpungantur ad pœnitentiã, sed didrachmũ in quo est imago Cæsaris. Audiẽt ergo. Amen nescio vos. Timidi in fœminas, stulti in pecudes, stolidi in colubros, carnales in ostreas vertendi sunt, iuxta Platonẽ in secunda generatione. Hęc si Plato serio dixit, deliramenta sunt & metasomnia. Sin figurate & tropologice, nihil sublimius, siquidẽ hoies vocantur in scriptura carnes. Genes.6 Et quadrupedes, serpẽtes & aues: & hęc oia generis. Actu.cap.10. Sunt ergo pisces quidã qui nauim replẽt numero, nõ merito. Sunt ceti qui eam fluctibus submergere satagũt. Sunt remoræ q cursum eius sistunt. Sunt qui rete, id est, vestẽ Christi inconsutilẽ dirumpũt: quod nec milites Romani fecerũt. Tamẽ ego pro te rogaui vt nõ deficiat fides tua. Sequitur. Quod cũ videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu dicẽs. Exi a me dñe, quia homo peccator sum. Stupor enim circũdederat eũ, & oẽs qui cũ illo erãt, in captura pisciũ quam cœperãt. Similiter autẽ Iacobũ & Ioannẽ filios Zebedæi, qui erãt socii Simonis. Admiratur igitur Simon dona Dei: & quomodo pisces muti: sparsi per pelagus submersi in profundo audierũt vocẽ dicentis. Laxate rete vestrũ. Ministerio tamẽ eius qui pecora adduxit ad Adam vt noia imponeret singulis, pisces detrusi sunt intra sagenã Petri. Dñs enim præcepit ceto, & euomuit Ionã, præcepit vermi & arrosit hęderã. Hanc igitur obedientiã in piscibus stupet beata illa quadriga Petrus Andreas, Ioannes & Iacobus. Solus homo detrectat imperium Dei cui oia subiecit Deus: volucres cœli & pisces maris, Psal.8. Petrus igitur viso tãto miraculo, genibus obuolutus Dñi. Exi inquit a me, qui peccator sum Rete Petri erat, nauicula Petri erat, rete ipse sparsit in lacu, ipse attraxit, & tamẽ gloriã Christo attribuit. Nisi eñ Dñs attraxerit nos: nemo venit ad patrẽ. Nec tamẽ dicẽs. Exi a me, discedere volebat a Christo (absit absit) quẽ vnice diligebat, sed admirãs potentiã Christi, suã humilitatẽ qui nihil aliud erat ꝙ̃ cinis (Genes.18.) his verbis ostẽdit. Sic & beata illa sterilis: vnde hoc mihi inquit: vt veniat mater Dñi mei ad me? Et Centurio: nõ sum dignus vt intres sub tectũ meũ, Matth.8. Verũ Zachęus festinãs descendit, & obuijs manibus excepit Christũ in interioribus ędiũ suarũ. Dauid aũt audiẽs, ꝙ Dñs benedixerit domui Obededõ propter arcã: reducã inquit arcã in domũ meã. Ad templũ tamẽ Dagon delata.1.Re.5. Malo dũ domus intromissa est. Homo inquit peccator sum. Bene igit Petre habes tecũ qui solus peccata mũdi dimittit, solus põt facere mundũ de im.con.semine. Iob.14. Gregori⁹. Pensandũ est, quomodo in electis suis humilitatis virtus & mœror amaritudinis placeat, qui amittere timẽt dñm: si sic ei humilis pœnitẽtia placuit Achab reprobi, qui timebat perdere præsens sęculũ.3.Re.21. Ego (inquit vas illud electissimũ) sum minimus apostolorũ. Sciendũ ꝙ sicut electi hoc semp in alijs attendũt, quod adeo melius acceperũt ꝙ̃ ipsi, vt eos sibi in cogitatione pręferãt: ita reprobi nunꝙ̃ cõsiderãt, quid alter boni amplius ꝙ̃ ipsi, sed quid boni ipsi ampli⁹ ꝙ̃ cęteri habeãt, illud semp haberes in corde: (vtinã nõ & in ore) nõ sum sicut cęteri. Et cũ Deus virtutes ad hoc singulas diuidat, vt alterũ alteri in cogitatione humiliet: ad hoc reprobi pertrahũt bonũ quod acceperũt: vt ex eo in elatione: sicut testudines perdãtur. Nullũ inquit aliũ inuitauit Regina semel & secundo præter me. Esther.5. Agit enim Deus in cordibus hoim, quod facit in regionibus terrarum, quia si oẽs oibus abundarẽt: cõmunicatio inter Gẽtes nõ esset. Sequitur. Et ait ad Simonẽ Iesus. Noli timere, ex hoc, id est, post hac, iam eris hoies capiẽs. Eris homines capiens, ζωγρῶν, zogron. Est aũt zogrin ꝓprie capere viuũ: quemadmodũ fit in bello: vox cõposita ex zo, quod est viuo, & agreuo quod est venor, siue venatu capio. Capies hoies, sed ad vitã æternã. Habet & satanas suos piscatores de quib⁹ habes cap.1. Et subductis ad terrã nauiculis, relictis oibus, sequuti sunt eũ. Vide ergo summã bonitatis Christi, qui tm̃ tribuit hoibus, vt viuificãdi habeãt potestatẽ. Capies inquit hoies, sed ad vitã ęternã. De hoc habes in Actis cap 2. ꝙ semel laxante Petro rete suũ: circiter tria milia pisces cœpit. Item Actu. cap.4. Vide. Et subductis ad terrã nauiculis. &c. Hunc locũ ita explicat, Matth.cap.4 Et Mar.1. si tamẽ idẽ locus est: de quo inquit Abulẽsis. Vidit inquit Matthęus duos fratres. Isti Ioannis primo discipuli, sequuti sunt dñm, perrexerũtꝙ cũ eo, & interfuerũt nuptijs & miraculo ibidẽ facto cũ alijs quibusdã discipulis, & a Chana comitati sunt dnm Capharnaũ vsꝙ. Isti tamẽ nõ permanserunt cũ Dño ex hac prima vocatione, sed reuersi sunt ad officiũ suũ piscandi, sicꝙ potuerũt nunc a Christo vocari.2. Sed vtrum de eadem vocatione loquatur Lucas Matthæus & Marcus potest dici hoc modo: ꝙ Petrus & Andreas vocati sunt tertio: Iacobus autẽ & Ioannes bis Ita Matthęus & Marcus scribũt tertiam vocationem: Lucas vero duas tantum: implicite tamen videlicet secundam & tertiam. Et tunc dicendum quod Christus vocauit semel Petrum & Andream: quando retia lauabant apud Lucam: tunc autem sequuti sunt eum, sed nõ reliquerunt sua. Iterum vocantur apud Matthæum, & tunc relictis omnibus,

[Margin: Genes.25. Leui.11. Matth.10. A Genes.8. Matth.17. Plato. Ioan.19. Luc.22. B Genes.2. Ionæ.2. Ionæ.4. Ioan.6. C Luc.1. Luc.19. 2.Re.6. Gregori⁹. 1.Cor.15. Luc.18. D Prouerbiũ E Ioan.2.]

nibus, sequuti sunt eum. Primam autem vocationem Ioannes ponit, cap. 1. Quomodo autem persuaderi potuerunt: vt omnia darent pessum: & nec vel vxoribus valedicerent: dicendum q filij erant Abrahæ: qui ad nuda verba Dei dicentis egredere de terra tua, & faciam te magnum in aliena: nullas triuit moras sed continuo accinctus est, & adornauit necessaria ad viam. Genes. 12. Et cœpit ire, nesciens tamen quo. Isti autem eum sequi iubentur quem qui sequitur, recta tendit ad vitam. Peccatum autē inobedientiæ quasi scelus idolatriæ est. 1. Reg. 15.

[Genes. 12.]

Caput. xx. De vocatione apostolorum quatuor ad sequellam Christi. Et de homine possesso a dęmone, quem Dominus sanauit cū esset Capharnaum in synagoga ciuitatis. Deq; socru Simonis curata a febri opera Domini. Et quomodo Dominus iubebat dęmones tacere: q sciebant illum esse Christum.

[F]

[Matth. 4. Mar. 1.]

AMbulās ergo Iesus iuxta mare Galilęę: vidit duos fratres: Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius mittentes rete in mare: (erant enim piscatores:) & ait illis. Venite post me: & faciam vos piscatores hominū. At illi continuo relictis retibus, sequuti sunt eum. Et procedens inde vidit alteros duos fratres Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem suum in mari cum Zebedæo patre eorum: resarcientes retia sua: vel componentes: & vocauit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, sequuti sunt eum. 23. q. 4. cap. Quis nos. & q. 6. cap. 1. & 86. distin. cap. Esau. Videtis vocationē vestrā inquit Paulus: hoc est, videtis per quos vocati estis: Videtis quales lapides verus Salomon iecit in fundamento domus suæ: id est, domo quam ædificauit vxori suæ: de lapidibus preciosis magnis: decem siue octo cubitorum: de quorum numero isti duo fratres erant: iuxta seculum quidem piscatores erant: sed preciosi lapides in oculis artificis. Augustinus. Non enim elegit Dominus senatores, non oratores aut philosophos, sed plebeios pauperes & indoctos & qui possint merito dicere: gratia dei sumus id quod sumus: sumus autem fundamenta Ecclesiæ. Tales inquam elegit, qui dicerent merito: manus tuæ fecerūt me totum in circuitu. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Vnde tantus honor in his hominibus, qui iuxta sæculum filij terræ dicebantur? Audi. Exaltauit Assuerus Aman filium Amadathi: qui erat de stirpe Agag, & posuit solium eius, super omnes principes quos habebat. Esther. 3. Si ratio quæritur: quoniam sic placitum fuit ante te. Ad hæc Chrysost. Futuræ etiam dignitatis gratiam artificij opere prophetabant. Nam sicut qui retia iactat in aquā aut hamum; nescit quos pisces comprehensurus est: sic & doctor quidiuini sermonis retia super populum iactat contexta ex lineis vtriusq; testamenti, nescit qui sunt accessuri, qui hamum voraturi: sed quorum Deus tangit corda. Non quod omnes qui tanguntur accedunt vt capiantur ad vitam: quia multi ponunt cor suum veiut adamantem Zach. 7. Sed quod nullus accedit, qui non fuerit tactus a Deo. Exemplum esto Helias. 4. Reg. 19. Et intellige quomodo super charitatem fraternitatis fundamentum Ecclesiæ positum est. Non est enim bonum hominem esse solum: & frater qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma Prouerb. 18. vt non solum per gratiam sed etiam per naturam charitas firmior habeatur. Sicut enim fecit & in veteri testamento: super Mosen & Aaron fratres ponens ædificij initiū. Quoniam autem abundantior est gratia noui testamenti q̄ veteris: ideo primum populum ædificauit super vnam fraternitatem: Ecclesiam autem super duas: imo super tres: Nam vocati sunt Philippus & Nathanael, Petrus & Andreas, Iacobus & Ioannes: funiculus autem triplex, difficile rumpitur. Eccl. 4. Et maxime is quem amor patris & filij & spiritus sancti contorsit. Vidit ergo fratres istos, & vocauit: multos enim alios vidit, nec tamen vocauit: figulus enim est, & habet potestatem ex eodem luto facere aliud quidem vas in honorē. &c. Si queras, cur alicui ita suadeatur vt persuadeatur: alij autē nō ita: duo sola occurrunt interim inquit Augustinus, quæ respondere mihi placeat, incomprehensibilia sunt iuditia eius: Et illud Num iniquitas est apud Deum? Vidit igitur fratres istos, & vocauit eos dicens. Paruuli relinquite infantiam, & passerem quę manu teneris, & faciam vt pro pisciculis piscemini cete grandia: Reges & Principes, & omnis generis reptilia: quę cū primum rete vestrum ingressa fuerint: in hoīes trāsformabuntur, qui ad imaginem Dei conditi sunt. Alexāder quoties a Philippo patre suo nobile aliquid captū oppidū, aut memorabili pręlio parta victoria nunciabatur: haud magnopere lętabatur. Cæterū ad suos aiebat ęquales. Omnia pueri genitor occupabit: ita vt ne vobiscum grande vllum ac insigne facinus ostentare mihi sit reliquū. Non enim ipsum vlla illecebrarū aut pecunię, sed sola virtutis ac glorię cupido tenebat, quoq; maiores a patre facultates acciperet eo se minora gesturum existimabat: vnde nō opes, nō delitias, sed certamina ardebat. Deniq; profecturus in pręliū: prius bona quę paterno iure possidebat inter suos diuisit. Absumptis ergo & ferme distributis regijs opibus: quid tibi superest: perdica dicēte o Rex? Spes inquit Alexander. Tum perdicas, hęc nobis cōmilitonibus tuis futura cōmunis est spes. Vides Alexandrū solo intuitu glorię fugacis terrena parui facere, sua impartiri, nihil aliud q̄ pugnas ardere: vt corruptibilē coronā accipiāt. Inquit Paulus: Vos autem vt incorruptibilem accipiatis venite post me. 1. Cor. 9. Sicut aūt dicit idē Plutarchus: Beatiores mihi videntur multo qui ab Alexandro subacti sunt, q̄ qui eum fugerūt. Quippe hos nullus perditissime vitam agentes arcuit: illos ad honestiorem vitam vel inuitos victor traduxit. Hyrcanos connubia docuit: agriculturam Arachosios, Sogdianos parentes alere perpulit, nec in posterum interimere: Persas matres reuereri: earumq; connubijs abstinere Scythas vero mer-

[Margin: 1. Corin. 1. 3. Reg. 7. August. 1. Cor. 15. Psal. 118. Iob. 10. Chrysost. 1. Reg. 10. Genes. 2. Exo. 4. Hiere. 18. Rom. 11. Augusti. Rom. 9. Prouerb. 1 Plutarch? Alexāder. Plutarch? — G, H, I, K]

vero mortuos suos sepelire. Demus autem hæc vera esse de Alexandro: verum quæso te amice lector quot interim hominum strages: quot desolatas vrbes, quot exustos agros, quot infœlices animas transmisit ad tartara? Vos autem venite post me. Bellum enim vestrum verbis geretur non armis. Venite post me: facite quod me videritis facere. Qua mercede? Qua spe? Faciam vos magnos oratores qualis Mar. Tul. Cic. qualis Protagoras vel Demosthenes. Sed isti & horum similes pecunias expiscabantur: receperunt mercedem suam, Amen. Vos autem constituam principes super omnem terram. Tradam vobis rete meum tradam & claues, tradam & potestatem ligandi atque soluendi: Faciam vt sedeatis ad mensam meam in regno meo: peccatores licet olim & piscatores fueritis. Pro his igitur omnibus venite post me. At illi continuo relictis retibus, quorum vsu arteque viuebant: æternæ vitæ sequuti sunt premia largientem. Nulla eum viderant miracula facientem, quod Euangelistæ referant: nihil de regno cœlorum promittentem: & tamen ad vnum domini præceptum, hoc quicquid erat quod possidere videbantur obliti sunt. Dicentes interim apud semetipsos: Domine deus quid dabis nobis? Genes. 15. Ego merces vestra. Ipse est qui restituet vobis pro retibus & scalmo & vxore hæreditatem vestram sit illa quæcunque sit terra videlicet quę lacte exuberat & melle. Exod. 3. Gregorius. Quot nos eius miracula vidimus, quot flagellis cędimus, sed polypi sumus: vtinam non & Pharaones, quot minis deterremur, & tamen vocantem contemnimus. Quid ergo in eius iudicio dicturi sumus, qui ab amore seculi nec præceptis flectimur, nec promissis allicimur, nec verberibus emendamur? Relictis igitur retibus sequuti sunt eum. Et quarum non secum retia tulerunt, si piscatores eos facere constituerat? Sed vide quod retia ista & forte adamantina sicut illa quæ fabricauit Vulcanus, qui semel ingressus fuerit, non aliud quam labyrinthum Dędali se putet ingressum, ad quam aditus procliuis, exitus difficillimus, vbi nullus ordo semel ingressis. Da enim mihi vnum qui non sperauerit in pecunia & thesauris, & laudabimus eum: fecit enim quisquis ille sit, mirabilia in vita sua. Quæ mirabilia? ingressus labyrinthum semel: caute & pedetentim apprehensa manu linea, regressus est qua descenderat. Tros Anchisiade facilis descensus auerni: sed reuocare pedem hic labor est, hic reuera labor est: ac proinde deferenda sunt retia ista: quæ sunt artes fraudulentæ & exquisitæ acquirendi per nefas: licet non raro male parta male pereant. Dicendum tamen quod arma Saulis Saulem protegebant: Dauid autem onerabant. Sic arma Achillis Ticio cesserunt ab hasta tamen abstinuit, quia grauior erat quam vt regere posset. sic Dauid tulit gladium Goliath: & eo vsus est: cætera arma reposuit in tabernaculo suo, nec tamen eis vsus est. Erat enim hasta quasi liciatorium texentium, ipse autem puer satis. Horatius Cocles armatus pertransiuit Tiberim: cum multi ab algis vlnis, sve pedibus obuolutis suffocentur. Sicut enim dicit Ambrosius, diuitiæ, id est, retia sicut improbis sunt impedimento. sunt viuæ, sunt compedes aureę licet: ita bonis sunt adiumento: qui habent eas ad vsum, non habentur ab eis, hoc est, domini sunt earum, non serui. Ita relictis omnibus, tanquam nihil habentes: omnia possidebant in Domino Iesu. 2. Cor. 6. Cæterum Iacobus & Ioannes cum reti etiam parentem reliquerunt. Ante Euangelium, Euangelium implentes: qui amat parentes plusquam me non est me dignus. Matth. 10. Sane sicut dicit Chrysostomus, non parua hæc sunt dogmata virtutis: facile tolerare paupertem: de iustis laboribus viuere, mutua sibi charitate connecti, secum habere inopem parentem iuxta prouerbium: Antipelargein. Nostis autem officium ipsum piscandi, quam auidum sit: & tamen in medio ipsius operis constituti, nullas moras traxerunt: Nec dixerunt, oro te osculo parentes sicut Helisæus, qui tamen incuruus aratro incumbebat. 3. Reg. 19. Hac igitur beata quadriga (qua nomen Dei ineffabile scribitur, non litera sed spiritu) comitatus Iesus. Circuibat totam Galilęã: docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & sanans quemuis langorem & infirmitatem in populo. Et abiit opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habentes: variis langoribus & tormentis comprehensos: & qui dęmonia habebant, & lunaticos, & curauit eos. Et sequutę sunt eum turbę multę de Galilęa & Decapoli, & de Hierosolymis, & de Iudęa, & a regionibus vltra Iordanem sitis. Chrysostomus. Quia omnes oues quas quæsitum veneiat: vt debiles, & morbidæ ad medium venire non poterant: multæ enim vix a quatuor portarentur, Matth. 9. Ipse circuibat & perambulabat prouinciam, docendo & sanando: hoc est medendo corporibus, & animarum affectibus: qui non pauciores erant corporalibus morbis, dicente vno ex medicis Israeliti populi, qui ęgrum ipsum intus nouerat & in cute. Omne caput languidum: langor autem is erat: quod erant capita sine cerebro: omne cor mœrens, quia non habebat charitatis oleum, sed merebat tristitia sæculi: a planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Hieronymus. Animi lætitia interdum dolorẽ capitis mitigat. Quod si ad ægrotationem corporis accedat ægritudo animi, duplicatur infirmitas. Inter ipsos quoque sensus & membra corporis, principalem locum obtinet caput, in quo sunt omnes sensus. Cum igitur caput doluerit: omnia membra debilia sunt. Docet autem propheta per metaphoram: quod a principibus vsque ad extremam plebem, & a doctoribus vsque ad imperitum vulgus in nullo sit sanitas: sed omnes in impietate pari ardore consentiant. Caput sunt principes, cor sacerdotes: planta pedum populus. Igitur per principium medium & corporis extrema totum intelligit populum langore tabescentem. Vnde dicit: vulnus & liuor. Aut enim verberibus liuent corpora: aut plagis tument: aut hiant vulneribus: quæ omnia illi populo congruebant. Taliter igitur confossus & contrucidatus iacebat Israeliticus populus: & proinde cœlestis Samaritanus circuibat totam Galilæam: docens & prædicans, & sanans quemuis langorem. Dicente Zacharia ad hunc bonum pastorem. Domine vsquequo tu non misereberis Hierusalem & vrbibus Iuda: quibus iratus es? Reuertar inquit in misericordiis & mittam fabros

L iij quatuor,

Marginal notes: A, B, C, D, E (section letters); Rom. 4. Psal. 5. Iudi. 9. Matth. 6. Psal. 40. Luc. 22. Gregori⁹. Gregori⁹. Eccles. 31. Labyrinthus. 1. Reg. 17. Ambrosi⁹ Chrysostomus. Exod. 28. Matth. 4. Chrysostomus. Esa. 1. 2. Cor. 7. Hieronymus. Zacha. 1.

quatuor, & domus mea ædificabitur. Domum igitur volens ædificare sibi sapientia Dei, Prouerb. 9. totam cum his fabris quatuor: Petro, Andrea, Ioannem, Iacobo, circumibat prouinciam, quærens fundamenta congrua tanto ædificio. Ita dictum est in visione Paulo: Transiens Macedoniam: adiuua nos. Actu. 16. Transiuit igitur medicus ad ægros: quia ipsi eum adire non poterant. Est autem langor leuis ac lentus morbus, qui non affigit quidem lecto, sed tamen facit quo minus homo firma sit valetudine. Opinio autem pro fama posita est. Miracula enim quæ cotidie edebat: fama vulgante: totius Syriæ angulos perculerunt. Vnde afferebant ei e longinco omnis generis morbo cruciatos; dæmoniacos, lunaticos, & paralyticos: omni humano destitutos auxilio: quos videlicet medici aut curandos non suscipiunt aut frustra curare solent: laborem & impensam lusuri; nimirum artem eorum superante malo. Confluxit igitur ad hæc ingens hominum turba: non solum e Galilęa Gentium in qua nunc versabatur Dominus, verum etiam ex altera Galilęa quæ erat vltra Iordanem, & e regione quæ decem ciuitates complectitur eæ sunt Tiberias, Saphet, Cades, Nephthalim, Assor, Cęsarea, Capharnaum, Iotapata, Bethsaida, Corozaim & Bethsan. Et vocatur tota ista regio Decapolis: Galilęa Gentium. Confluxerunt & de Iudęa & ab Hierosolymis: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Origenes super Leuiticum. Medicum dici in scripturis Dominum Iesum, etiā ipsius Domini sententia edocemur: Non egent qui sani sunt medico. &c. Matth. 9. Omnis autem medicus ex herbarum succis, vel arborum vel metallorum venis, vel animantium naturis profutura corporibus medicamenta componit. Sed herbas istas siquis forte antequam pro ratione artis componatur aspiciat: siquidem in agris velut fœnum vile conculcat & præterit. Si vero ea intra medici scholam dispositas per ordinem viderit, licet odorem tristem forte & austerum reddant, tamen suspicabitur eas curę, vel remedij aliquid continere, etiam si non dum quæ vel qualis sit sanitatis ac remedij virtus agnouerit. Veni nunc ad Dominum Iesum: intra in stationem Ecclesiæ: vide ibi languentium iacere multitudinem: lunaticos, paralyticos, mulieres ex partu immundas, leprosos separatos lege, & contactu mortuorum pollutos. Sed quia hic medicus e cœlo venit: nouum genus medicamentorum secum tulit: non enim herbis, sed verbis & sacramentis medicamenta conquirit. Verum tu verba ista ne paruiducas tanq̃ herbas per agrum dispersas, quia sine illis nec sacra cōficiuntur, nec peccata donantur ęgris de iure cōi. Id dicimus, quia Deus potentiā suā nō alligauit sacris. Math. 9. de paralytico. Act. 9. de Saulo q̃ & Paulo. Luc. 1. de Ioāne Bap. Luc. 23. de latrone.

Mar. 1. Matth. 7. Et ingrediuntur Capharnaum, & sabbatis ingressus in synagogam: docebat eos: & stupebant super doctrina eius erat enim docens eos, quasi potestatem habens, & non sicut scribæ. Synagoga locus aptus ad docendum: sabbatum aūt idoneum tempus designat. Requieuit enim Deus die septimo: docens Ecclesiā per hoc quid ei oporteat facere. Vnde dicit lex, Exo. 16 Maneat vnusquisq; apud semetipsum, & nullus egrediatur de loco suo die septimo. Verum quando ista præcepit lex tabernaculum erectum non erat nec templum, nec synagoga, sed in tabernaculis habitabat populus in deserto: lex vero non dum lata fuerat, sed erant sicut populus ita & sacerdotes: imo nulli erāt sacerdotes. Quia ergo lex lata non erat, nec erat qui exponeret, nec locus diuino cultui dedicatus: die sabbati inquit lex maneat vnusquisq; apud semetipsum. Et hęc est vera sabbati obseruatio. At postq̃ ingressi sunt filij Israelis terram promissam & templum fundatum est, institutæ sunt & synagogæ per singulas ciuitates in quibus lex Mosi exponeretur populo ibidem adunato. De hoc in Actis cap. 15. Quod autem stupebant super doctrina sua: Expositum est supra: Luc. cap. 4. Docebat autem cum potestate, dicens: Ego autem dico vobis. Matth. 5. Item Matth. 23. Væ vobis Pharisæi, quod verbum replicat Dominus eodem capite octies. Docebat item cum potestate, quia id quod docebat, opere exhibebat: hoc est coniungebat tintinabulis malogranata, & rationale doctrinæ cum super humerali vitæ. Exod. 28. Vnde Paulus. 1. Timoth 4. Nemo contemnat adolescentiam tuam. Seneca. Quid enim peius potest esse in republica Ecclesiæ quam q̃ autoritatem habemus senum & Pharisęorum in docendo, vitia vero puerorum annorum centum? Esa. 66. Est autem Indię gens dicta Pandora, quæ in pueritia cana fit capillitio, in senectute nigrescunt capilli. Huiusmodi fuit Salomon: in iuuentute sapientissimus, annorum enim. 13. fecit iuditium illud de duabus meretricibus. 3. Reg 3. In senectute autem: in stultitia nulli secundus. 3. Reg. 11. cap. Docebat igitur Dominus sicut potestatem habens, & non sicut Pharisæi, qui alligabant onera importabilia super humeros populi miserabilis, digito autem suo nolunt ea mouere. Matth. 23. Dicunt, inquit, & non faciunt. Curabant cæteros: ipsi vulneribus scatentes.

Luc. 4. Marci. 4. Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo, & exclamauit dicens: Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti perdere nos, sine: scio quod sis sanctus Dei. Et increpauit illum Iesus: Iuxta Lucam: vel Comminatus est ei: iuxta Marcum: dicens: Obmutesce, & exi ab homine. Marcus. Et discrepens eum spiritus immundus. Lucas. Et cum proiecisset in medium. Marcus. Exclamans voce magna exiit ab eo. Lucas: & nihil illi nocuit. Non sinuntur loqui, quia nugantur, dicentes se scire, quod nesciebant. Esse enim Christum reuelatione patris agnouit Petrus. Item quia Christus nolebat testimonium ab illis. Item quia ad explorandum hanc veritatem vtrum nam Christus esset Dei filius, vt dicebant. Vide infra. & factus est pauor in omnibus: vel iuxta Marcum: mirati sunt omnes: ita vt conquirerent inter se dicentes. Quidnam est hoc? Quæ nam doctrina hæc noua, quia in potestate, & virtute imperat immundis spiritibus, & obediunt ei, & exeunt. Quod idem est suum genus imperij est imperare dæmonijs: ideo cum emphasi legendum est; & spiritibus immundis. Non ergo putemus casu hominem hunc miserum synagogam ingressum: sed sicut

sed sicut scriptum est in Actis cap 13. Sergius accersitis Barnaba & Paulo, desiderabat audire verbum Dei. Resistit autem illi angelus satanæ Elymas magus quidam: volens auertere Proconsulem a fide. Ibi Paulus. O plene omni dolo fili diaboli: Non desinis subuertere vias Domini rectas? Ita & hic venit homo iste in spiritu fallaciæ in synagogam: non vt audiret verbum Dei, sed vt concionanti Domino voce obstreperet querula dicens. Quid tibi nobiscum? et est Iesu Nazarene? Quod luci ad tenebras, quod vitæ ad mortem. Et tamen dicit Paulus: q nemo potest dicere, id est, confiteri dominum Iesum nisi in spiritu sancto. 1. Corin. 12. Theophylac. Dæmones quia omnis misericordiæ expertes sunt: malum quiddam sustinere se putant, nisi permittatur eis affligere homines. Insuper quoniam carnem amant, & pasci solent materialibus vaporibus: magnam ferunt inediam, nisi in corpore inhabitent. Idcirco & Dominus dicit: Ieiunio expelli dæmoniorum genus. Matth. 17. Est autem huius impudentiæ dæmon inquit Ambrosius: vt noui aliquid inter homines primus vsurpet, quo terrorem suæ potestatis incutiat. Noui te inquit quod sis ille sanctus ille Dei. Ita est enim Græce: ὁ ἅγιος, τοῦ θεοῦ: ho hagios, tu theu. Ille sanctus de quo Daniel. cap. 9. Quod tamen magis opinando dixerunt, q notitia certa. Si enim eum cognouissent, nunquam persuasissent Iudæis vt ad crucem obstinatissimis animis flagrarēt. Quādo enim sero licet sapuerunt phryges isti oculatissimi, aliud persuadere tentauerunt Pilato auctrice vxore: sicut dicit Ambrosius. Quod autem dicit: venisti perdere nos: exponetur Matth. 8. Sciendum tamen q præsentia Christi tormentum est dæmonum: sicut scriptum est: Montes cadite super nos, Luc. 23. Et illud. Videant gloriam Dei: & confundantur. Esa. 26. Sic Adam fugit a conspectu Dei. Quod autem dicitur Iob, cap. 2. Venerunt filij Dei vt assisterent ante Dominum: & affuit inter eos Satan: vocatus affuit qui permissus, fugeret & liquesceret sicut cera a facie ignis. Denique Cleopatra ne in triumpho duceretur a Cæsare traducta in populis: sibi ipsi aspidis morsu mortem intulit. Venisti inquit ante tempus.

Theophylactus. | Ambrosius | 1. Cor. 2. | Matth. 27. | Genes. 3. | Psal. 67. | Cleopatra

B Scimusque supplicia nos manent in extremo die, nunc tua nos vrit præsentia. Salutem nolumus, nec pœnam deprecamur sed dilationem tantum. Hanc autem confessionem prædonis huius non tulit Dominus Christus: quam non spiritus patris, sed timor extorquebat: vnde audiuit: obmutesce & exi ab eo: abi autem in porcos: aut in terram quam iussus es manducare: quandiu versaris in terra. Genes. 3. Obmutesce o pater mendacij: qui si quando verum dicis: ideo dicis, vt fallas: obmutesce qui serpentem docuisti loqui mendacium, & exi ab homine isto, qui imago & gloria Dei est. 1. Cor. 11. Et sic clarius apparebit quis nam sim, & an sim sanctus ille de quo Daniel. cap. 9. Luc. cap. 1. Exclamans itaque voce magna (inuictus enim reliquit atriū suū) & quasi discerpturo similis: in medium proiecit. Non enim possunt aliud facere: nisi quatenus permittuntur. Permissus est conturbare & deijcere: qui Paulum iussus est collaphis cędere. Corpori tamen non est permissus nocere: sicut alias dictum est ei: Ecce Iob in manu tua est: animam tamen obserua: non enim propterea dicetur dete illud: ouem lupo commisisti. Lupus igitur iste nō

Genes. 3. | 2. Cor. 12. | Iob. 2.

G vnum Simonem aut duos expetit, vt cribret, vt collaphis cędat, vt torqueat & volutet: nihil tamen potest, nisi quod permittitur. Mirati sunt igitur qui aderant, & pauore concussi sunt: dicentes. Quæ nam doctrina hæc noua est. Quis vnquam imperauit spiritui in mundo? Cuius potestas maior est quacunque potestate quæ sub cœlo est. Iob. 41. Qui factus est vt nullum timeret. Legimus, quod cum spiritus neque arriperet Saulem: Dauid percutiebat Cythara sua: sicque refocillabatur Saul, & leuius ferebat. Recedebat ab eo enim spiritus malus. Sed num potestate musicæ aut virtute psallentis? neutrum: sed aut iubente Domino, aut quod magis crediderim id simulante dæmone, quasi inuitus abscederet. Verum vt diximus nulla super terram potestas est, quæ illum e corporibus expellat. Super terram diximus: quia alias, Luc. 10. Apostoli acceperunt potestatem super omnia dæmonia. Et multi alij, Marci vltimo. Ad hæc Gregorius. Diabolus licet afflictionem iustorum semper appetat, tamen si a Deo potestatem non accepit, ad tentationis articulum non conualescit. Vnde omnis voluntas eius iniusta ex se tentare appetit

1. Reg. 16. | Gregorius.

D sed eos qui tentandi sunt, & prout tentandi: Deus iuste tentari permittit. Ideo idem spiritus & domini appellatur & malus: domini per licentiam iustæ potestatis: malus per desiderium malę voluntatis. Formidari ergo non debet, qui nihil nisi permissus valet. Quod autem Dauid in Cythara malignum spiritum compescuit, non erat quia tanta vis esset in Cythara, sed in figura crucis Christi, quæ de ligno & chordarum extensione gerebatur: quæ iam tum dæmones effugabat. Potest & per hoc significari: quod compatiendum est proximo. Quia sæpe dura vulnera per læuia fomenta mollescunt, & furor insanientium, ad salutem medico blandiente reducitur: (pater & si rem grandem) & hoc est quod dicit Dauid apprehensa Cythara, Saulis insania sanabatur. Bene ergo doctrina Christi noua dicitur: quam nouis signis confirmabat. Dæmones e corporibus non prolixa oratione, non magicis prestigijs, sed vnico verbo expellens siue nolentes, seu voluntarios. Qui tamen si quando vel verbis: vel precibus siue suffitibus vel alijs huiusmodi ceremonijs non dissimilibus magicis exire coguntur: semper suæ

4. Reg. 6.

E maliciæ vestigia quædam relinquunt: vel læso vel amputato membro aliquo, vel relicto morbo immedicabili: quod tamen hic factum non est, sed ad verbum Christi perfecta sanitas est consequuta. Obediunt igitur ei dæmones: sicut & angeli: quia & ipsi sicut & angeli sunt administratores (qui me collaphizēt) salutis humanæ iuxta illud: immissiones per angelos malos. Augustinus super Psalmum, 77. Malos quidem ipse Dominus non fecit: vtitur tamen eis qui bonus est / bene, id est, conuenienter & iuste: sicut econtra iniusti creaturis eius bonis vtuntur male. Vtitur ergo Deus angelis malis: non solum ad puniendos malos: sicut in istis omnibus de quibus loquitur Propheta in Psalmo isto. 77. Sicut in Rege Achab. Quem fallaciæ spiritus ex Dei voluntate seduxit: vt caderet in bello: verum etiam ad probandos & manifestandos bonos; sicut fecit in Iob & in Paulo. In filios autem dis-

2. Cor. 12. | Augustinus. | 3. Reg. 22.

tem dis-

Ephe. 2.

tem diffidentiæ tanquam in suis mancipijs operatur: quemadmodum homines in pecoribus suis: & illic tamen quantum Dei iusto iuditio sinitur. Sed aliud est, quando potestas eius etiam suis sicut ei placet tractandis maiore potestate prohibetur: aliud quando ei potestas etiam in eos qui ab illo alieni sunt datur. Sicut homo de pecore suo pro humano captu facit quod vult nec sane facit: si prohibeatur a potestate maiore de alieno autem pecore vt faciat: expectat sibi potestatem dari ab eo cuius est. Quæ

Demones

cum ita sint, si per angelos malos Deus illas decem plagas inflixit Aegyptijs: nunquid audebimus dicere, & aquam in sanguinem per eosdem angelos versum, & ranas factas: quorum similia etiã magi Pharaonis veneficijs suis etiam facere potuerunt: vt angeli mali ex vtraque parte consisterent: hinc illos affligentes, inde fallentes secundum dispensationem Dei iuste vtentis etiam iniquorum malicia? Nõ audeo

Exo. 8.

dicere. Vnde enim syniphes magi Pharaonis facere nequierũt? An quia hoc permissi ipsi angeli mali nõ sunt? An quod verius est, occulta causa est, quę vires nostras excedit. Nam si propterea per malos angelos illa deum fecisse putamus, quia pœnæ infligebantur, non beneficia pręstabantur, tanquam nemini deus

F

Genes. 19.
Genes. 18.

pœnas irroget per angelos bonos, sed per illud velit cœlestis militiæ carnifices: consequens erit vt etiam Sodomam per malos angelos euersam esse credamus: & malos angelos Abrahamum & Loth hospicio suscepisse: quod non est verum. Claret igitur ista hominibus fieri per bonos & malos angelos posse. Quid autem quando fieri oporteat, me latet, illum vero qui facit non latet, & cui voluerit reuelare. Veruntamẽ quantum nostrę intentioni scriptura diuina moderatur: malis pœnas irrogari & per bonos angelos sicut Sodomitis, & per malos angelos sicut Aegyptijs: legimus. Iustos vero corporalibus pœnis per bonos angelos tentari & probari, non mihi occurrit. Quod si ea quæ mirabiliter de creaturis in Exodo facta sunt malis angelis tribuere non audemus: habemus quod eis tribuere sine dubitatione possumus: mortes pecorum, mortes primogenitorum, & illud maxime vnde religata sunt omnia, obdurationẽ cordis illorum: vt populum Dei nollent dimittere. Hanc enim obdurationem deus cum facere dicitur, non

G

Ephe. 2.

instigando & inspirando, sed deserendo facit: vt illi operentur in filijs diffidentię, quod deus iuste permittit. Sic intelligitur & illud Psal. 104. Conuertit cor eorum vt odirent populum eius, & dolum facerẽt in sanctos, vt videlicet per eos angelos quibus eadem amica sunt vitia: excitarentur in odium populi Dei: atque ad terrendos & corrigendos bonos illa mirabilia sequerentur. Quod autem pertinet ad istam materiam corporalẽ visibilium elementorum, puto quod ea possunt vti angeli vel boni vel mali quantũ cuique potestas est: quemadmodũ & homines pro modulo infirmitatis humanæ. Nam & terra vtimur & aqua & igne & aere non solum in necessarijs rebus sustentationis nostrę: verũ etiam in multis superfluis & ludicris & mirabiliter artificiosis operibus. Nam innumera quæ appellantur mechanemata, id est, machinamenta: his elementis arte tractatis modificantur. Sed in his angelis longe amplior est potestas &

Iob. 1.

bonis & malis: sed quantum Dei ordine iubetur aut sinitur sicut & nobis. Denique diabolum ignem deposuisse de cœlo, qui greges Iob consumeret ibidem legimus. Hæc ille. Super Psal. 77. Sequitur. Et diuulgabatur fama eius in omnem locum regionis. Surgens autem de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autẽ Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam, imperauit febri, & dimisit illam, & continuo surrexit & ministrabat illis. Quod dicit: diuulgabatur fama Gręce est, ἐξεπορεύετο ἦχος αὐτοῦ: exeporeueto echos autu. Echos autem nomen est a verbo echin, quod est resonare: vnde echo dicta est quę vocem acceptam reddit, quod fama tinniat, & pro vna voce plurimas reddat. Quod dicit: stans super illam: sermo hic perinde sonat: quasi Dominus pede calcauerit mulierem: sed probabilius est astitisse: & inflexo corpore incubuisse in illam: velut appellantem dormientẽ. Rogatus igitur a discipulis astitit ei: & increpauit siue imperauit febri. Nec hoc mireris, quod febrem alloquitur Dominus, quando & Romani inter cętera portenta deam Febrem colebant. Fuerit igitur siue dea siue febris (a sermone

H

Matth. 21.

dicta) quæ primum audiuit vocem iubentis (sicut alias dicetur de ficu) abscessit, & fœminam sanam reliquit: sicque sanam vt febrium quæ precesserant nullum vestigium remaneret: nam continuo surgens ministrabat illis. Exhibuit igitur fœmina hæc arma sua, id est, membra, vt seruirent iustitię, quæ prius lan-

I

Ambrosi9

guida ministrabant iniquitati. Rom. 6. Ambro. Socrus ista Simonis caro nostra est: de qua dictum est: spinas germinabit tibi. Genes. 3. Nec minorem febrem amoris esse dixerim, quam caloris. Illa enim animum febris: hęc corpus inflammat. Febris nostra auaritia est, libido est: eo quod ignitę sunt cupiditates. Vnde illud.

1. Cor. 7.
Daniel. 3.

Si non se continet nubat: melius est enim nubere quam vri. Febris nostra ira est: quę fornacem accendi iubet septuplum quam accendi consueuerat. Hęc licet corporis vitia sint: ignem tamen ossibus implicant, mentẽ animum sensumque pertentant. Hęc prior diaboli sollicitatur arte. Neque enim formam mulieris animus priusquam corporis oculus concupiscit. Quod enim non videris non amabis. Sed vbi caro concupierit, compatientis quoque animi constantia mollescit: & mens consortio amoris inflectitur, a concupiscentia illectus. Duo enim in carne vna sunt. Genes. 2. Atque ita mors irrepit sceleris, effectu tentante dęmone, carne

K

suadente. Vehemẽtior enim est animi quam corporis febris: & ideo pro animi voluntate corporis salus plerumque cõtemnitur, nec a periculis abstinetur. Exemplum. Theotinus cum graui oculorum incommodo

Exemplũ ex Ambrosio.

laboraret, & arderet vxorem: interdicta sibi a medico facultate congrediendi: cupiditatis impatiẽs: atque impetu libidinis raptus, se moderare nequiuit. Sciens enim & prudens quod esset oculos amissurus, priusquam conueniret vxori: in ipso ęstu libidinis: vale inquit amicum lumen. Sic febre libido flagrantior est, grauiusque præcipitat, & inflammat. Sed vbi quis resipuerit a furore, tunc conscientię interioris visus aperitur, factique succedit pœnitentia. Tunc Deus timetur, & peccator cupit se celare vmbra folijs & verbis excusationis, sed non potest: dicitque O montes cadite super me. Luc. 23. Amnon filius Dauid deperibat

sororem

sororem suam Thamar. 2. Re. 13. Ita vt febre correptus ægrotaret, quia cum esset virgo, difficile ei videbatur, vt quicpiam inhoneste ageret cum ea. Difficultatem videbat: deum tamē non verebatur, id est, nō timebat: non enim timore Dei casto abstinebat a crimine, sed rei difficultate. Dixit autem ad eum Ionadab consobrinus eius vir prudens valde: prudentia tamen carnis, mors est. Rom. 8. Quare attenuaris macie o fili Regis per singulos dies? Intelligebat eum q; arderet æstu libidinis, sed quam deperibat, ignorabat. Huius ergo consilio communicata febre, langore simulato, sororem oppressit, & febre commutata in alteram deteriorē, oppressam sororem a se abiecit: exosam habens odio magno nimis: ita vt maius esset odium quo oderat eam amore quo ante dilexerat. Ecce duas febres. Cæterum cum esset ebrius, inter conuiuandum occisus est præcepto Absalon fratris sui, & hæc est febris tertia. Prima febris amor secunda: ira, tertia ebrietas, iuxta illud, oē quod est in mundo aut est concupiscentia carnis, &c. 1. Ioan. 2.

Figura.

2. Reg. 13.

A Febrisque quartis diebus recurrit: difficillime curatur. Quo circa dū cæteræ ægritudines Aesculapio prætereunti assurgerent: ea medium vnguem ac podicem illi osteodisse fingitur. Cæterum accepi inquit Ascensius a M. N. Michaele Crelio doctore egregio: eum qui ea curatus fuerit: postea morbo comitiali, hydropisi, lepraq; ne vtiq; infectum iri. Sequitur. Cum autem sol occubuisset, omnes qui habebant infirmos Variis langoribus, ducebāt illos ad Iesum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Theophyla. Non absq; causa addidit Euāgelista, cum sol occidisset: sed quia putabant non licere quippiam sanare die sabbati, & eius gratia expectabant vsq; ad solis occasum: & tunc afferebant curandos. Est & consentaneum, eos tunc magis accelerasse, q; nox immineret: quæ grauior esse solet ægrotis. Et intuendum est diuinæ bonitatis argumentum euidens, qui nutu poterat aut verbo sanare, manus singulis imponebat. eadem manu opus reformans quod a principio ex limo terræ plasmauerat. Sicut enim lutum in manu figuli, ita vos in manu mea. Item quod dicit. Cum sol occidis-

Plato.
Febris.
Marci. 1.
Luc. 9.
Theophy

B set, ostendit nullo non tempore paratum Dominum ad benefaciendum, quandoquidem ipse est amicus ille quem nocte intempesta amicus alter adijt, & accepit propter improbitatem, quod alias non accipere. Sicut igitur vicit in hominibus sanitatis desiderium pudorem: vt occidente sole medium importune oportune pulsarent: itidem nobis faciendū est: dicente Paulo: Ecce nunc tempus acceptabile. 2. Cor. 6. Non enim Dominus Iesus dormit aut loquitur, sicut Baal. 3. Reg. 17. Exibant autem dæmonia a multis: clamantia & dicentia: Tu es filius Dei. Dæmones omnem lapidem mouent, adorāt, clamant, tu es filius Dei, si forte possint his reuerentijs certi aliquid expiscari. Et increpans, non sinebat ea loqui, quia sciebant illum esse Christum. Non sinebat dæmones dicere, q; scirent eū esse Christum. Itaq; verba hæc: Non sinebat, non sunt Euangelistæ reddentis rationem quare non sinebat ei loqui: vt textus noster sonare videtur. Augustinus. 9. de Ciuitate Dei. cap. 21. Tantum Deus dæmonijs innotuit, quantum voluit, tantum voluit, quantum oportuit. Innotuit vero, non sicut angelis

Hiere. 18.
Luc. 11.
2. Time. 4.

C sanctis, id est, non per id quod est vita æterna, sed per quædam opera suæ virtutis & effecta, & occultissimæ signa præsentiæ: quæ angelicis sensibus etiam malignorum spirituum potius q; infirmitati hominum possunt esse conspicua. Maxime vero cum scripturas non ignorarent: quæ pleraq; multa de Christo prædixerunt: quibus instructi, in eam ire sententiam facile potuerunt, q; is esset, qui prophetarū oraculis promissus erat. Non igitur sinebat eos loqui: quandoquidē & apostoli iubentur tacere de hoc ante crucem. A pueris igitur Hebræorum (Matth. 21.) & a piscatoribus, prædicari sustinuit Dominus: a dæmonibus non sustinuit: veritas enim non opus habet mendatio: imo patre mendatij ad testimonium sui: cum dæmonijs enim nullum sibi commertium, qui perditionem suam putant, cum iubentur exire de homine: quorum superbia ascendit semper. Psal. 73. Olim Satanas cum Dominum ieiunantē vidisset: Dei filium suspicatus, tertio tentauit. Nunc autem miracula eius fama vulgante, quibus omnibus ipse aderat dæmon, adhuc fortiora argumenta diuinitatis eius colligens, nec tamen plene persuasus, has voces

Matth. 16.
Matth. [illegible]
Matth. 4.

D ambiguas replicat: Tu es filius Dei, cum prius diceret: si filius Dei es. Quod igitur dicit. Non sinebat ea loqui. &c. Si id plene agnouerunt, illud certe eos latuit: Christum dominum filium Dei esse per essentiam: dicente Paulo. Nemo principum huius seculi eum cognouit. 1. Cor. 2. Latuit autem eos illud: eum qui habebat mortis imperium per eum eijciendum foras. Item prohibuit dæmones loqui tam necessariā veritatem, ne vni veritati mendatia centum assuerent. Sequitur. Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & venerunt vsq; ad ipsum & detinebātillum, ne discederet ab eis. Quibus ille ait: quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Et erat prędicans in synagogis Galilęę. Marcus dicit cap. 1. Et diluculo valde surgens, abijt in desertum locum, ibiq; orabat. Nam quia isti sua tantum quęrebant: hoc est corporum sanitatem, non item animarum: (dicit autem scriptura: da mihi animas, cætera tolle tibi) cum non raro Dominus infirmitates immittat corpori, quo animus

Heb. 2.
Ioan. 12.
Luc. 4.

E beat valeat: (cum fortior sum) sequenti die velut orandi quærens oportunitatem: fefellit turbam & diluculo valde desertum petijt: & ne premiū ab ijs de quibus bene meritus fuerat captare videret. Quod autem dicit Marcus, & prosequutus est eum Simon & qui cum illo erant: innuere videtur: q; & ipsos clā secesserat. Inuenerunt ergo eum, quia omnis qui quęrit, inuenit. Luc. 11. Inuento autē, dixerunt. Magister omnes quærunt te: imo detinebant eum dicentes. Nobis autem adhęrere Deo bonum est. Psal. 72. Væ autem eis, cum recessero ab eis. Osee. cap. 9. Omnes te quærunt: sed inquit cœlestis medicus subtrahenda est eis copia cibi, ne incrassati, recalcitrent (Deut. 32.) & dicant: anima nostra iam nauseat super cibo isto: potius autem irritemus appetitum eorum: iuxta quod dicitur: dicite ei: q; amore langueo. Cant. 2. Ideo enim dicitur stare post parietem, & prospicere per cancellos; vt absens requiratur: & inuenco.

Genes. 14.
2. Cor. 12.
Num. 11.

dicamus;tenui eũ,nec dimittam,Canti.3. Multi enim dicũt nobis dormientibus,tuleũt illũ. Matth.28. Ait autem Dominus. Et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei. Volebãt enim Capharnaitæ donare eum ciuitate sua;& vt apud eos regiam a fundamentis erigeret,qui nec vbi caput reclinaret habuit. Sed lux mundi in vno angulo latere non debuit:nam & Petrus nesciens dicebat:Bonum est nos hic esse. Sed vos tenete quod habetis:beneficia in vobis collata boni consulite; oportet autem me & alijs ciuitatibus prædicare;q̃ appropinquauit regnum cœlorum.

Math.8. Matth.17. Matth.5.

LIBER TERTIVS INCIPITVR.

Caput primum. De sermone Domini in monte, deq; septem beatitudinibus, & q̃ gaudendum est in persequutionibus.

F

Matth.5.

VIdens autem Iesus turbas ascendit in montem, & cum sedisset:accesserunt ad eum discipuli sui. Et aperiens os suum docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. De hac beatitudine Iudęi nunq̃ audierãt,sed illud tm̃ bona terræ.&c. Mons iste iuxta Abulensem abest a Capharnao bis mille passibus:a Hierusalẽ vero passibus.80.mille,longitudine vnius stadij:in latitudine iactum lapidis habet. Ibi ostenditur lapis in quo sedit Dominus. Chrysostomus. Oĩs artifex iuxta professionem suam oportunitatẽ operis videns gaudet. Faber lignarius si viderit arborem bonam,concupiscit eam pręcidere ad opus artificij sui. Et sacerdos cum viderit Ecclesiam plenam,oportunum tempus gaudet se nactum ad docendum,nisi cęcus est cęcorum dux. Vnde illud. Sta in porta domus Domini,& prædica ibi verbum istud. Bonas facite vias vestras, Hiere.7. Hieronymus. Iubetur propheta stare in porta per quam ad adorandũ Dominũ multitudo ingreditur:vt per hanc occasionẽ possint audire,quæ Dominus præcepit. Per quod intelligimus duritiam illius populi, q̃ quasi mendaces atq; vesanos habuerint prophetas:dum per occasionem ac celebritatem loci audire coguntur verba Domini,& nõ propter hoc q̃ verba sunt Domini. Id certe hoc loco nõ est:quin imo turba illa,famem sustinens verbi Dei,adeo indies magis ac magis densabatur:vt facturus populo Dominus cõcionem hanc cœlesti refertam Ambrosia:necessarium duxerit montẽ conscendere:quo commodius ab omnibus audiri posset. Daturus sane Dominus legem populo suo,solus Moses iubetur montẽ conscendere. Exo.19. Vt in altum secum moratus:intelligat & audiat liberius quę ad inferiora rediens doceat,& ex altitudine loci intelligat,q̃ excelsa q̃ vs ab humanis doctrinis secreta sit lex:quam accipit. Verum quia hæc vni populo tantum,Euangelium vero toti mundo pręedicandũ erat,in monte Sinai solus Moses ascendit,ad doctrinam Euangelicam: tam discipuli q̃ turbæ admissæ sunt:quæ huc vsq; ad radices montis cõstiterant:vt qui eam legem acceperant,quę nihil de cęlestibus promittebat. Qui enim de terra est (Moses videlicet) qui promitteret nisi terrena? Ideo ad radices montis consistebat populus. Quam primũ autẽ cœlestis homo montẽ conscendit & post eum turbæ:audi quibus verbis concionem auspicetur suam:cui enim non dico hominum sed angelorũ fides pręstaretur:dicẽti:Beati pauperes,&c. Aperuit ergo Dominus os suum;pauperum spiritu ergo est terra melle fluens & lacte:terra riuorum aquarum & fontium:frumenti hordei ac vinearum:in qua ficus & malagranata & olueta nascuntur, &c. Nil tale dicit Euangelista noster Dominus Iesus:hæ enim promissiones Iudęis dictę sunt:qui tot erant carnes. Genes.6.cap. Pauperum autem spiritu est regnum cœlorum. Quibus autem terroribus (monte fumigante:tuba perstrepente,angelo contestante ne populus vllo pacto contingeret montem; idq; primum. 2. & .3.) lex lata sit populo illi duræ ceruicis in lapideis tabulis qui velit scire: legat Exod. caput.19. Verum lex Domini immaculata: iugum suaue & onus leue (Matth.11.) non cum terroribus,non vni Mosi,non monte fumante,sed luce meridiana: Domino omnibus conspicuo & sedente: (vnde lex iubet iudicem sedendo sententiam ferre,ne videatur in consulte data,) circunstantibus turbis, viuæ vocis oraculo. De hoc in mysterio dictum est Leuitis a Mose Deut.cap.31. Tollite librum istum, videlicet Euangelij,quem ego scripsi non iam in tabulis lapideis,sed in tabulis cordis carneis.2.Cor.3. & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri. Arca hæc dominus Iesus est mediator Dei & hominum qui primum tulit legem Iudęis,& secundũ eandẽ deformauit in alteris tabulis,vt in ore duorum testium staret omne verbum:& demum ipse veniens,qui Mosen præmiserat; Clausa lege in arca, quam primum Moses confregerat:librum Euangelij conscripsit:quem poni iubet in latere arcæ,quasi legis appendicem:Euangelium enim suppleuit legem,impleuit & perfecit,sicut dictum est Marci.1. Bene igitur liber Euangelij cum lege ponitur:sed post legem scribitur,quia idem Deus qui per Mosen & Prophetas minora præcepta dederat populo:quem timore adhuc alligari oportebat, ipse idem maiora & sublimiora dedit pręcepta populo,quem morte sua charitate perpetua desponsare sibi constituerat: sed legem per seruum,Euangelium per seipsum:aperiens enim os suum,docebat eos. Et hęc sunt oscula quę sponsus Ecclesię porrexit dicenti:vtinam iam tandem ipse nos oscularetur osculis,non Mosi,non Iosue, non Dauid,non Esaiæ,vel cæterorum Prophetarum,sed osculis oris sui. Quod autem Dominus sedet: illud significat,q̃ attemperauit doctrinam suam:ita vt caperetur ab omnibus. Non enim velato vultu loquebatur:id enim proprium erat Mosaicæ legis,quæ omnia vmbris obumbrabat,sed iuxta Esa,cap.53.

Chrysost. Matth.15. Hieronymus. Deut.8. Psal.16. 1.Timo.2. Deut.31. Hiere.31. Canti.1. Exo.34. — G H I K

adeo

adeo perspicue exposuit populis viam, quæ recta tendit ad vitam: vt nec stulti errēt per eam. Potest in Hebræ. intelligi illud: aperiens os suum &c: vt intelligamus iuxta os aureum, q etiam tacens Dominus: docebat, nedum loquens, sed nunc quidem aperiens os: nunc autem ex operibus emittens vocem. Seneca. Omnia honestarum rerum semina animi gerunt, quæ admonitione excitātur, nō aliter q̄ scintilla flatu leui adiuta, ignem suum explicat. Erigitur virtus cum tacta est & impulsa. Nulla autem res magis animos honesta induit, dubiosq; & in prauū declinabiles reuocat ad rectū, q̄ bonorū virorū cōuersatio. Et em̄ paulatim descendit in pectora, & vim pceptorū obtinet frequēter audiri, aspici frequēter. Occursus ipse sapiētis me iuuat, & est aliquid quod ex magno viro vel iacente proficias. Nec tibi facile dixerim quomodo profit: sicut id intelligam profuisse. Minuta quædam (vt ait Phedion) animalia, cum mordent vix sentiuntur: adeo tenuis illis & fallens in periculo vis est. Tumor indicat morsum: & in ipso tumore nullum vulnus apparet. Idem tibi in conuersatione virorum optimorum eueniet, nō deprehendes quando & quomodo tibi prosint, profuisse deprehendes. Pythagoras ait alium animum fieri intrantibus templum, deorumq; simulacra ex vicino cernentibus. Sedebat igitur Dominus Iesus, quod pertinet ad dignitatem magistri: vocatis me magistrum & bene dicitis: sum & enim. Dictum fuerat Danieli (cap. 12.) sciscitanti de futuris temporibus: Daniel vir desideriorum, sermones de futuris clausi signatiq; sunt vsq; ad præfinitū tempus. Impletum est tempus, & Dominus conscenso monte sedit, & aperuit os suum. De hoc dicit Lucas cap. 6. Factum est in diebus illis exiit Dominus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Præmisit orationem Dominus, laturus populis cœlestes leges, vt intelligamus, q omne donum perfectum & sursum est. Oratio autem eius qui humiliauit se vsq; ad mortem crucis nubes penetrauit. Eccles. 35. Verum vt de nobis dicamus, qui oraturus pergit, inquit Dominus ne vacuus appareat in cōspectu meo, Exo. 23. Sed date, & dabitur vobis, Luc. 6. De hoc vide Eccle. 35. Fusius. Et cap. 34. Dicamus illud de mente Plinii, lib. 28. cap. 2. Quod oratio apud Romanos in precio erat: quę reueta fiebat in peccatum. Extat inquit huc usq; Romæ Tusciæ vestalis incestę pręcatio, qua vsa, aquā tulit in cribro. Et verum est q satanas non raro audiebat orantes ad se: verum q verum est: frequenter dormitat malo cultorum suorum. 3. Reg. 17. Sed & approbantibus. 830. annorum euentibus: Vestales nostras hodie inquit credimus, nō dum egressa vrbe mancipia fugitiua retinere in loco pręcationis. Quod si inquit recipiatur hoc: deos pręces aliquas exaudire, aut vllis moueri verbis: confitendum est vera esse quæ diximus. Non igitur illotis vt aiunt manibus, oratio ineunda est: ne audiamus, non exaudiam. Manus enim vestræ sanguine & rapinis plenę sunt. Esa. 1. Ambrosius. Non igitur satis est dies ad depręcandum, surgendum media nocte, quando ipse Dominus pernoctabat in oratione: vt suo nos prouocaret exemplo: qui non suis sed nostris ille peccatis indulgentiam postulabat. Media enim nocte feruet carnis illecebra, tunc tentator illudit. Cognitur cibus, stomachus ęger: mens somnolenta, animus occupatus est. Tunc ergo tenebrarum rectores omne nefas persuadere contendunt, quando nullus arbiter culpę, nullus potest esse erroris testis. Eccles. 25. vide. Nemo enim potest expers esse tentationis. Nec enim ociose Dominus cum posset quicunq; momento primitiua Aegyptiorum extinguere, hoc tamen tempus doloris & luctui peccatoris opportunius iudicauit. Exo. 12. Ideo Moses vt hoc præueniret tempus, ac sine Hebręorum fraude transiret: agnum vesperi immolauit: vt Pascha Domini celebrantes, non occuparentur exterminatoriis insidiis, nec inermes & vacuos spiritualis alimenti nocturna spicula hostis opprimerent. Vnde Paulo orante in carcere (Actu. 16. cum Sila: cum in neruo pedes haberent, media tamen nocte surgentibus, subito terremotus factus est, mota sunt fundamenta carceris: valuæ apertę omnium vincula soluta. Audis quemadmodum si ligatus fueris, quibus manibus, quibus operibus ipse te soluas, custodes timere non possis. Super beati immaculati. Et cū dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis: quos & apostolos nominauit. Simonem quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum & Ioannem: & imposuit eis nomina Bene reem quod est, filii tonitrui, iuxta Marcum, cap 3. Philippum & Bartholomeum, Matthęum publicanum vel Leui, & Thomam: Iacobum Alphei, & Simonem qui vocatur Zelotes vel Charanæus, Iudam Iacobi qui & Thadeus, & Iudam Scarioth, qui fuit proditor. Hieronymus super Danielem, dicit legendum vt nos posuimus Bene reem, non boanerges. Sequitur. Non solum pręposítus Eunuchorum sanctis mutat nomina, sed & Pharao in Aegypto appellauit Ioseph Sapha natphaneh. nolentes eos in terra captiuitatis vocabula habere Iudæorum. Ita isti vocantur Bene reem, id est, filii tonitrui audierunt enim tonitru illud e cœlo: Hic est filius meus. Matth. 17. Intonuit autem Ioannes secretum illud secretorum. In principio erat verbum, Deus erat verbum. Quid substantialius ac essentialius Deo? Quid leuius & mobilius verbo? Et tamen Deus erat verbum. Dixit autem sapiens quidam apud Au. Gel. lib. 9. cap. 2 Maiores mei Athenienses, Nomina iuuenum fortissimorum Harmodii & Aristogitonis, qui libertatis recuperandę gratia Hyppiam tyrannum interficere adorsi erant: ne vnq; seruis indere liceret. decreto publico sanxerunt. Simili autem exemplo ex contraria specie antiquos Romanorum audio pręnomina patritiorum quorundam male de republica meritorum, & ob eam causam capite damnatorum censuisse: ne cui eiusdem gētis patritio inderentur: vt & vocabula quoq; eorum de famata atq; de mortua cum ipsis viderentur, deleta de libro viuentiū, & cū iustis. &c. Psal. 68. Omnes autem isti duodecim apostoli iuxta Abulensem Iudęi fuerunt. Nam si Dominus eisdem pręcepit, ne ante crucis dispensationem Gentibus Euangelium prædicarent: multo id magis verisimile est, nullum eum ex Gentibus ad apostolicū munus vocasse. De hoc argumento alii viderint. Verum hi duodecim adeo non profecerant in doctrina Christi: vt eo iam

abituro

Marginal notes: Hebræ. — Chrysost. — Seneca. — A — Pythagoras. — Ioan. 13. — Iaco 1. — B — Plinius. — Ambros. — Luc. 6. — C — Exo. 12. — Luc. 6. — D — Hieronymus. — Genes. 41 — A. Gellius — E — Matth. 10 — Abulensem.

Actu.1. Ambro.l.9.

abituro in cœlum Rogarent, Num ipse reducturus esset in pristinam libertatem decem tribus, quæ capti uæ tenentur, Osee cap.1. Et restituturus regnũ Israel: sicut in diebus Salomonis. Ad hæc Ambro. Aduerte cœleste consilium. non sapientes aliquos, non diuites, non nobiles: sed piscatores & publicanos, & pelliones quos dirigeret elegit: ne traduxisse prudentia, ne redemisse pecunijs, ne potentiæ nobilitatisq; autoritate traxisse aliquos ad suam gratiam videretur: vt veritatis oratio vel ratio, non disputationis

Matth.26.

gratia præualeret. Eligitur & Iudas non per imprudentiam, sed per prouidentiam. Nam & voluit Dominus deseri a suis, a Iuda prodi, vt tu si a socio desertus aut proditus fueris, moderare feras, tuum errasse

Lactan.l.9.

iudicium, perijsse beneficium. Videamus tamen iuxta Lactantium, qui fuerint Romanorum maiores aut proauiq; a quorum autoritate discedi nefas sit. Romulus vrbem condirurus pastores inter quos adoleuerat conuocauit. Cumq; is numerus condendæ vrbi parum idoneus videretur, quia pauci, constituit asylum Eo passim confugerunt ex finitimis locis pessimi quiq;, sine vllo conditionis discrimine. Ita conflauit ex his omnibus populum, legitq; in senatu eos qui ætate antecibant, & patres vocauit: quorum consilio gereret omnia numero centum si Propertio credimus. Hi sunt patres quorum decretis eruditi ac prudentes viri deuotissime seruiebant. Idq; verum atq; immortale omnis posteritas iudicet: quod centũ pelliti senes senatum esse voluerũt: quos nemo cui viuerent neq; summus neq; infimus affinitate dignos iudicauerit. Isti vocabantur patricij iuxta Dionys. Halicar. q; soli illi patrem ostendere poterant: quasi alij fugitiui essent; nec patres nominare possent suos liberos. Vocabantur autem patres isti in senatum per præcones propter honorem: plebs vero per buccinas propter celeritatem: non enim paruo tempore multi-

Psal.44.

tudo nominatim euocari poterat. Pro patribus igitur istis conscriptis in terra nati sunt Ecclesiæ filij.12. quos Dominus non per buccinas, non per præcones: sed ipsemet nominatim elegit, & principes consti-

Apoca.17. Iosue.4.

tuit super omnem terram isti sunt.12. filij Iacob, Genes.49. Duodecim fontes, Exo.15. Sunt duodecim stellæ in corona Ecclesiæ, quorum doctrina fulget Ecclesia vt Sol & Luna. Cum his igitur lapidibus.12. electis ex omnibus lapidibus Iordanis, montem conscendit, sicut dictum est: & sedit, quem isti propius circundãt nequid illius sacræ doctrinæ per negligentiam periret. Ibi ergo sedens: non in cathedra pestilentiæ, non ad quæstum docens: Non in largo throno aureo: totum sermonem discipulis prædicauit submisse iuxta quod refert Matthæus. Sequitur iuxta Lucam. **Et descendens cum illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis, ab omni Iudæa & Hierusalem & maritima & Tyri & Sidonis: qui venerant vt audirent eum & sanarentur a langoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.** Hoc est quod superius præloquuti sumus, Exo.19. Dixisse Mosen ad Dominum. Non poterit vulgus conscendere montem: imo nec sacerdotes: Aegyptiaca enim grauati conuersatione quam secum in mo-

Exo.17.

ribus circumferebant, montis cacumen conscendere non poterant, quando etiam Moses ipse non diu stetit in monte, sed sedit supposito lapide descendit igitur Dominus a culmine montis in decliuum & planiciem multitudinis capacem: vt ab omnibus caperetur. Quod autem dicit affuisse ibi turbam ex Tyro & Sidone ciuitatibus exteris: consulte hæ ciuitates ponuntur vt quanta sit virtus Christi insinuetur:

Cant.1. Matth.23.

quæ etiam exterarum Gentium multitudinem in odorem vnguentorum suorum attraxit: cum doctores Hebræorum circumeuntes mare & aridam (sed piscabantur nudo hamo) vix vnum miserum crearẽt proselytum. De Christo autem tanta virtus exibat vt sanaret omnes quicunq; eum quomodocunq; contingerent. Vide in Actis de Paulo, cap.19 Omnes igitur sanabat: & gratis, & a quacunq; detenti essent

Darius. 3.Reg.12.

infirmitate. Darius Xerxis pater cum subditis populis tributa statuisset, principes prouinciarũ ad se accersiuit, & an grauia essent tributa: percontatus est. Dicentibus illis, mediocriter se habere, dimidium vnicuiq; remitti iussit. Quam dissimilis princeps iste nostro Roboam: a quo non sanitas in populũ, sed

Plutarch. 2.Reg.18.

scorpionum verbera manabant. Et iuxta Plutarchum Aegyptiorum reges ex sua ipsorum lege iudices adiurabant, nequid iniuste etiamsi rex imperaret iudicarent. O mores temporis huius. Olim vnus bonus pastor pro decem millibus computabatur: ad quem tanq; ad asylum tanq; ad sacram anchoram confugerent oues. Sed nunc quem tu mihi Athlantem ostendis; qui cœlum seruat & populum opprimat su-

Exo.32. Num.11.

stineat dicens: Duorum tibi datur optio o pastor pastorum, aut dimitte peccatum hoc grande populo meo: aut dele me de libro tuo. Si neutrum vis: & aliter tibi videtur; subijciam tertium hoc obsecro vt interficias me. Hæc sunt verba veri pastoris; de quo virtus tanta manauit feruentis orationis; vt diceret Dominus. Ego quidem de præsenti parco populo tuo: veruntamen visitabo illud in die vltionis, nisi in-

Psal.94.

terim ante vertant iram meam, & præoccupent faciem meam confitendo peccata sua. **Et ipse eleuatis oculis in discipulis dicebat. Beati pauperes**, &c.25 q.4. Ex his omnibus. Pauper spiritu ille merito vocatur: in quo princeps sæculi huius (cuius potestati omnia tradita sunt. Si inuentori mendacij credendum est, Ioan.8.) nihil inuenit, Ioan.14. Audi vnum interim Quid enim mihi est in cœlo, & a te quid volui super terram? Psal.72. Pauper spiritu est pauper voluntate, qui sua reliquit, vt pauper viuat, timens sibi non a penuria, sed ab affluentia rerũ. & qui in hac paupertate vult viuere & mori Subijciamus alterum. Propter Iesum Christum omnium detrimentum feci, & arbitror vt stercora vt Christum lucrifaciam, Philip.3. Sed audi apostolum sapientia sibi data de cœlo transformantem opulentos & inflatos diuites in pauperes spiritu. Diuitibus huius sæculi O Timothee præcipe non sapere superbe non sublime: (bona verba Paule: montes me iubes transferre) hoc est pauperes esse spiritu. Si diuitiæ affluant, ne inflentur tanq; vtres propter diuitias, non enim desierunt esse homines qui si caput habent aureum, terrenum tamen habent fundamentum. Daniel.2. Ne sperent in incerto (nil certius hoc incerto)

diuitiarum

diuitiarum suarum, hac nocte forsan audituri. Redde rationem villicationis tuæ. Ad hæc Plinius. Si verum facere iuditium volumus ac repudiata omni fortunæ ambitione decernere, mortalium nemo est fœlix. Abunde igitur atq; indulgenter fortuna decidit cum eo qui iure dici non infœlix potest. Quippe vt alia non sint: certe ne lacessat fortuna metus est. Quo semel recepto, solida fœlicitas non est. Quid q; nemo mortalium omnibus horis sapit. Vana mortalitas computat more Thraciæ gentis: quę Calculos colore distinctos pro experimento cuiusq; diei in vrnas condit: ac supremo die separatos dinumerat, atq; ita de vnoquoq; pronunciat. Sed cum supremus calculus de omnibus iudicet, nullis credendū est. Quid q; bona malis paria non sunt: etiam pari numero, nec lætitia vllo minimo mœrore pensanda. Vane igitur numerus dierum computatur: vbi quæritur pondus. lib. 7. cap. 40. Cum Gorgias percontaretur Socratem, an Persarum regem fœlicem esse putaret: Nescio inquit quantum habeat virtutis ac disciplinæ,

A perinde videlicet atq; in hisce non autem fortunæ bonis cōsistat beatitudo, dicente Domino: Beati pauperes spiritu. &c. Est igitur pauper spiritu, qui omnē malitiam exuit: fitq; inops malorum, & inter multas diuitias profundissima hac paupertate fruatur dicens cū propheta: a te quid volui super terram? Et fortasse nullus regum Iuda opulentior ipso Dauid inuentus est: si Budęo credimus. Ad hęc Chrysosto. Quia enim mala maxima & quę toti fere orbi intulere pernitiem de superbia mentis exorta sunt: quandoquidem diabolus qui talis ante non fuerat: per hoc talis effectus est, humilitate supposita, tutissime alia superponit ædificans. Hac autem subtracta: etiam si vsq; ad cœlum conuersationis sublimitate peruenias, omnia subtrahuntur, quod videre est in Pharisæo. Bene ergo dicitur: Beati pauperes spiritu: hac etiam paupertate sanctus Iob pauper fuit etiam & ante q; magnas illas opes amisisset. id quod eius verba ostendunt. cum dicit: Dominus quod dederat abstulit: suum recepit quod mihi crediderat: Sit nomen eius benedictum: potest enim Deus iterum rerum suarum me villicum constituere. Et sciendū iuxta Am-

B brosium: q; ibi incipit beatitudo Euangelica, vbi miseria existimatur humano iuditio. Ita dicit Plutar. de virtute morum. paupertatem alij malum, alij magnum malum, alij summum malum iudicant: vt eius etiam vitandi gratia, in scopulos mariaq; ruant non semel. Cæterum id magnum malum nescio quomodo Diogenes non vidit: baculo & pera contentus & cuba. Hieronymus. Ne quis autem paupertatem quæ nonnunquam necessitate portatur, putet a dño prędicari, adiunxit, spiritu, vt humilitatem intelligeres, non penuriam. Refert Seneca de Alexandro, qui cum de partibus Orientis rediens: animos supra humana tolleret: Corinthij per Legatos gratulati sunt: & ciuitate sua illum donauerunt more Romanorum. Cum risisset Alexander hoc officij genus: (mirum si non irrisit & subsanauit, qui orbis videbatur domitor) vnus ex Legatis nulli inquit ciuitatem dedimus alij q; tibi & Herculi. Qui libens accepit delatum honorem: aspexit enim ad socium honoris sui, tanq; cœlum quod mente vanissima complectebatur teneret, quia Herculi inter deos translato æquabatur. Ad hæc Basilius. Nihil inuoluntarium bea-

C tificabile est: oīs ēm virtus libero designat̄ arbitrio. Non ēm oīs pauper pauper est: sicut nec oīs diues diues est. Alexander diues erat spiritu superbię: alioqui miser, pauper, cęcus & nudus. Nudus enim regressus est in vterum matris suæ. Ipsum interroga. Sicut aūt refert M. A. C. Sabel. Auditum est sæpe ex ore Alexandri quinti: qui ex Minoritana professione assumptus fuerat: cum non infacete diceret: fuisse se pauperem cum in ordine adhuc esset, sed post pontificatum adeptum multo pauperiorem factum. Ita enim in pauperes erat munificus vt nihil propemodum sibi reliquum fecerit, alter videlicet Martinus: quo nemo opulentior meo quidem iuditio: si Christum vestire potuit parte tunicæ suæ. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Id si verum est q; mites possidebunt terram: Ecce Moses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra, Nu. cap. 12. audiuit ex ore Dei. Ascēde in mōtem istam Abarim, & vide terram Chanaam, quam ego tradam filijs Israel obtinendam, & morere in monte. Deut. 32. Quæ est igitur terra hæc quam mites possidebunt, quando terram promissam non Mo-

D ses mitissimus, sed Israelitæ rebelles & terrogradi & ceruicis adamantinæ possederunt? Videbis inquit eam & non possidebis. Quæ igitur vtilitas ex tali visione? Non alia ab illa quam cōsequutus est Adā, pulsus e paradiso, & collocatus ante delitias, quas peccato suo amiserat: iuxta septuaginta interpretes. Idē dicendum de epulone, qui Lazarum vidit a longe. Luc. 16. Terra igitur ista terra est viuentium: sicut dicit Dauid: Credo videre bona Domini in terra viuentium. Porro terra quam Moses vidit terra est morientium. Quis est enim homo qui non videbit mortem? Psal. 88. Sed & iuxta Hieronymum hoc quod dicitur: Mites possidebūt terrā: iuxta literam stare non potest (dicente lege: omnis locus quem calcauerit pes vester, vester esto. Deut. 11.) non enim terræ possessio mansuetorum est, qui sæpe etiam a parentibus derelicta perdūt propter mansuetudinem, sed virorum fortium & violentorum, qualis Nembrot, qualis Romulus, Iulius Cæsar, Pompeius, Alexander: quorum nomina sunt famosa apud inferos. Verū possumus iuxta literam dicere illud: q; si Roboam mitius se habuisset ad populum, & non pro clemen-

E tia reponeret scorpiones: vere possideret terram regni Iudęorum, quia autem superbe respondit, ex partibus 12. decem amisit. Quod autem Dominus non loquatur de terra ista in qua homo breui viuit tempore: interim repletus multis miserijs patet per hoc, q; Abraham terrę istius nec vestigium pedis accepit. Actu. 7. Vir alioqui mitissimus, id quod manifeste ex vnico eius sermone coniectare licet: ait enim ad consobrinum suum. Ne quęso sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos: fratres enim sumus. &c. Reuera iuxta veritatem tantum pręstabat Abraham consobrino suo, quantū Sol pręcedit Lunam: verum intuitu pacis cessit iuri suo. Sed vide quid sequatur. Dixit Dominus Abrahę postq; diuisus est ab eo Loth. Leua oculos tuos in directum. &c. Cum autem dicat Dominus: Dabo eam semini tuo in sempiternum: patet q; non de terra promissionis loquatur, a qua Iudæi semen neq; a multis re

tro annis

Plinius. Thraces. Socrates. Psal. 72. Budæo. Chrysost. Luc. 18. Iob. 1. Ambros. Plutarch. Hieronymus. Diogenes. Alexāder. Basilius. Apo. ca. 3. Sabellicus Genes. 3. Psal. 26. Hieronymus. 3. Reg. 12. Iob. 1. Genes. 13. Abrahæ.

tro a nis & sęculis pulsi sunt. Verum & hic dicendum q; quia Abraham cessit iuri suo, pro modica terrę portione quam consobrino suo reliquit: accepit & si non in se in illis tamen suis terrã a fluuio Aegypti vsq; ad fluuium magnum Eufratem Gentium videlicet vndecim, de quo vide Genes. cap. 15. In fine. Ergo & mites possident vtramq; terrã: quod ostendimus duobus exemplis. De hoc vide ad Hebræ. cap. 11. Quomodo patres veteris testamenti viderunt quidem terram promissionis a longe sicut Moses, nec tamen illam possederunt, dicente propheta Rex alioqui opulentissimus Aduena ego sum & peregrinus, sicut omnes patres mei. Aliud enim videbant, & aliud intelligebant. Obserua autem q; duo tantum circuncisi ingressi sunt terram promissionis, cęteri prępputiati erant. Sunt autem mites iuxta Theophyl. nõ qui omnino non irascuntur, tales enim insipientes sunt & insensati; (Ne respic as sacrificia corũ. Nu. 16.) Sed qui iræ vim habent, continent tamen, & quando oportet irascuntur. Nam & mansuetudo Domini armauit se flagello contra negociatores. Habet autem & columba iniue telle nam suam, percutit em alis imo & rostro, sed columbino non coruino, dicens: Non vt confundam vos hęc scribo (absit a me) sed vt filios charissimos moneo. 1. Cor. 4. Nam premit & aliquando gallina pullos suos, sed nolens volens: cum dicit Ego occidam, percutiam, tamen & sanabo. Dicit autem Plutarch. de Catone Censorio, q; seruos debilitatos quem admodum mulos animantes eijcere ac vendere consueuerit (institutum seuerarsanimis rigidum, & indignum tanto viro) quasi commoditate e medio sublata, nihil humanitatis ipsis hominibus debeamus, quanq; latiorem benignitati q; iustitiæ locum concedi videamus. Natura nanq; nobis datum est; vt in homines duntaxat iustitia legitima vtamur. In eos autem quibus aut gratia, aut beneficio deuincti sumus etiam si rationis vsu priuati sunt mansuetudo velut ex abundanti quodã fonte plerumq; defluat. Equis enim & canibus cum confractæ labore vires fuerint non modo pabula, sed etiam quædam senectutis indulgentia a bono viro debentur. Quid quod canes familiares vel domesticos & alij multi & Xantippus ille priscus diligentissime humandos curauerũt. Indecorum enim est nos amantibus velut calceis aut vasis vti quæ vbi vsu fracta & attrita sunt abijcimus. Quod si nulla alia ratione saltem exercendæ humanitatis causa nosmetipsos consuefaciamus oportet: vt in hoc genere mansueti & faciles iocundiq; simus, id quod lex ipsa alioqui dura & timoris plena his verbis instituit. Si in arbore vel in terra nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis desuper incubantem, nõ tenebis eam cum filijs, sed abire patieris, captos tenens filios, vt bene sit tibi, & longo viuas tempore, hoc est, longo tempore possideas terram quam promisit patri tuo Abrahæ. Deut cap. 22. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Consolor, verbum est deponens, &c. Augustinus. Nec enim paruus est ad beatitudinem accessus, cognitio infœlicitatis suę: vt dicat quisq; quoties lacessitur a carne: O me infœlicem qui captiuus pertrahor nolens volens. quis me liberabit? Rom. 7. Hæc enim vox est lugentis ægritudinem suam. Ambrosius. Bene autem tertia benedictio est peccata deflentis, quia trinitas est, quę peccata condonat. Ablue te igitur lachrymis tuis, nam si tu ipse te fleueris (Absalon fili mi, fili mi Absolõ) alius te nõ flebit. Nam si Saul fleuisset peccata sua, Samuel eum non fleuisset. cui dictum est: vsquequo tu luges Saulem, quem ego abieci? Flebat ergo Samuel peccata Saulis qui propria non habebat quę deflenda essent. 1. Reg. 16. Sic Paulus deflet inimicos crucis Christi. Phil 3. Flet & fratres suos iuxta carnis cognationem, quia nemo vnq; carnem suam odio habuit. Ephes. 5. De his inimicis crucis Iesu Christi dicit Esaias cap. 22. Vocauit Dominus populum suum ad fletum & planctum, & ecce gaudiũ & lętitia, &c. Veruntamen gaudium impiorum ad instar puncti est ibi autem erit fletus & stridor dentium æternus: Matth. 8. Quia vermis eorum æternus & immortalis erit. Esa. 66. Hieronymus. Nihil autem sic offendit deum q; post peccata erecta ceruix, & ex desperatione contemptus. Sicut autem dicit Chrysost. Hæc beatitudo pugnare videtur contra totius mundi sententiam. Cum enim omnes putent gaudentibus inuidendum: eos vero qui in mœrore versantur miseros existiment: hos ipsos pro illis appellat beatos. Siquis de excelso alicuius editi montis conuersationẽ populi Christianã intus & in cute videret, contemptumq; præceptorum Christi, & quomodo indies augetur stultorum copia, qui dicunt: Coronemus nos rosis: nullum sit pratum quod non pertranseat luxuria nostra, fletu reuera solueretur dicens: fuissem quasi non essem de vtero translatus ad tumulum. Nos autem interdum ronco nare cum Iona stertimus, aut cõtempto Deo: in bonos vituli choros ducimus (magnum malum) Exo. 32. Non tam Democrito proinde spectatore, q; Heraclito indigentes. alijs prioris templi statum lugentibus, alijs præsentis gloriam boni cõsulentibus (1 Esdræ. 3.) cum reuera vix vmbram illius pulchritudo huius attingeret, capiti enim aureo terreni pedes successerunt. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Egrotus enim cum in graui morbo est, nõ esurit, quia ægrotationis dolor excludit famẽ. Ecce exemplo tibi esto Pharisęus ille meritis castitate & iustitia ipsi Abrahę facile conferendus, si non & præferẽdus. Hic igitur quia graui morbo tumebat: iustitiam qui esuriret, ipse iustitię oculus: Non enim erat sicut cęteri. Vnde illud (sed Paulus ironice loquitur) ad Corinthios primo, cap. 4. Iam saturi estis, iam opulenti, sine nobis regnatis, ac proinde iustitia cum sitis indignes, & vos non estis sicut cęteri homines. Beati autem qui esuriunt. Ad hæc Hieronymus. Ve nunquam nos satis iustos, sed semper esurire opera iustitię intelligamus: sicut dicit Paulus: Non q; comprehenderim: grandis enim mihi restat via. 3. Reg. 19. Verum vnum id ago, quæ retro sunt oblitus, ad priora extendor, donec apprehendam scalę cacumen cui innititur via veritas & vita. Ipsi ergo saturabuntur ibi qui hic esuriunt: imo inebriabuntur. Psal. 35. Augustinus. Quæsiuit Propheta verbum vnde loqueretur de rebus humanis quod diceret. Cum inquit accepta fuerit illa ineffabilis lętitia & saturitas, & repleuerit Dominus in bonis vel de bonis quæ oculus non vidit desiderium nostrum. 1. Cor. 2. Perit quodammodo mens humana, & fit diuina, & inebriatur ab vbertate do-

Marginalia: Psal. 38. Theophylactus. Ioan. 2. Deut. 32. De pœni. dist. 1. Flent pro ec. August. Ambrosius. 2. Reg. 18. Rom. 9. Iob. 20. Hieronymus. Chrysost. Sap. 2. Iob. 10. Democritus. Daniel. 2. Luc. 18. Hieronymus. Philip. 3. Genes. 28. August. Psal. 102.

F G H I K

tate domus Dei. Ergo in hoc sæculo inquit, non debemus amare saginam, & dicere, velut hic publicani? (Luc. 18.) sed hic esuriendum est, alibi saginandi sumus. Modo autem vt ne deficiamus in isto deserto, singuli Gomor mannæ accipimus, saturabimur cum apparuerit gloria Dei. Psal. 16. Ad hæc Plato. Difficile est hominem iuste viuere, qui in potestate magna constitutus, impune queat esse iniustus: pauci enim tales inueniuntur. Legimus autem de Alexandro, qui Olimpiadi matri plurimum vrgenti vt insontem quendam occideret, poscentique id per menses. 9. quibus in vtero eum gestauerat, alia inquit parens optima de me quam vis mercedem postula: hominis enim vita nullo beneficio compensatur. Et Sabacus Aegyptiorum rex (referente Diodoro) adeo sanguinis animaduersionem refugiebat, vt reos capite damnatos, catenis vinctos, operas vulgo per ciuitates præstare iuberet, ne occiderentur. Grachus cum ex Sardinia Consul aut iudex rediret: in oratione habita ad populum: hæc inter cætera dixit. Nulla apud me fuit

A popina, neque pueri eximia facie stabant, sed in conuiuio liberi vestri modestius erant quam apud Principē. Versatus sum in prouintia, vt nemo posset vere dicere assem aut eo plus in muneribus me accepisse. Biennium fui in prouintia, si vlla meretrix in domum meam introiuit, omnium nationum postremissimum nequissimumque existimatote. Alij amphoras quas vini plenas tulerunt, eas argento plenas reportauerunt: Ego zonas quas plenas argenti extuli, ex prouintia inanes retuli. Et iste igitur esuriebat iustitiam, sed quia vt gloriam venaretur apud homines, recepit mercedem suam. Vide. 1. Reg. cap. 12. De Samuele eisdem fere verbis alloquente populum, sed admodum diuersa intentione: vnde & ipse est de numero eorum qui saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. 23. q. 4. Q. præcepta: ibi misericordes esse monemur. Hanc consequuta est mulier illa famosa Raab dico, quæ quoniam misericordiam fecit cum exploratoribus quos misit Iosue: ipsa cum omni familia misericordiam consequuta est, vt fieret conciuis populi Dei: inserta in bonam oliuam. Idem dicit scriptura de

B Ruth paupercula, quæ priorem misericordiam posteriore superauit. Alexander Pheræorum tyrannus tragœdum quendam cum spectaret, supra modum in misericordiam versus est: ita afficiente eum aurium voluptate. Prosiliens igitur ex theatro, accelerato gradu abibat, indignum esse fremens, si qui tot ciues excarnificari iussit: is Hecubæ Polixenæque casibus illachrymasse videretur. Nec multum abfuit quin Tragœdum male mulctaret: videlicet quod animum eius æneum tanquam ceram mollierit: cuius viscera adamantina erant, nec dum ferrea. Ad hoc pertinet parabola illa de homine incidente in manus latronum: quam conclusit Dominus dicens: Vade tu & fac similiter: fac misericordiam vt misericordiam consequaris. Hanc quia non fecerunt filij Iacob cum fratre suo Ioseph: cum viderent angustias animæ eius, positi in carcere ita colloquebantur dicentes. Merito hęc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Hæc eadem verba dicturus est homo ille qui contortum fratrem pertrahebat in carcerem, quia non erat in soluendo denarios centum. Merito hæc patior, merito talione mulctor, quia peccaui in fratrem. Et illis quidem inter

C malleum constitutis & incudem: frater eorum videns angustias animarum eorum, lachrymis soluebatur, reponens dilectionem pro odio, ideo & ipse misericordiam consequutus est. Genes. 43. Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Cor fons omnium malorum. Math. 15. cap. Prouerb. cap. 20. Hęc sententia Pilatum percutit, qui manus lauit coram populo dicens: Innocens ego sum a sanguine iusti huius. Quomodo autem iustus erat & innocens, qui habens potestatem dimittendi eum, Ioan. 19. Barrabam dimisit. Manibus innocens, concedatur: sed audi prophetam. Quis ascendet in montem Domini? Innocens manibus & mundo corde. Cæterum iuxta Augustinum: illi possunt vtcunque hic Deum videre, qui huic sęculo moriuntur: Non enim videbit me homo & viuet. Exo. 33. Vnde illud. Raptus est quidam homo in paradisum Dei & in tertium cœlum: verum nescio vtrum homo ille viuens raptus fuerit, an vita functus. Est autem raptus hic siue extasis: cuiusmodi fuit sopor quem misit Dominus in Adam, Genes. 2. Quod autem dictum est Mosi: Ego ostendam tibi omne bonū, sciendum iuxta

D Abulensem, quod visio illa sensitiua fuit. Formauit enim Deus quoddam corpus ex aere tam intensiue pulchrum, quale nunquam fuit erit ve: in quo poterat esse plena quietatio potentiæ visiuæ tanquam in perfectissimo obiecto suo. Huius corporis pars anterior omnino erat humanis oculis improportionata, ita vt si forte eam fixa acie intueretur quis: non tantum ab excellenti visibili potentia visibilis corrumperetur, sed homo ipse vel stupore vel terrore concussus moreretur. Huius corporis luminosi faciem Deus Mosi non ostendit, ne vita defungeretur. Huius autem imaginis scapulas vt posset Moses contueri, positus est intra concauum cuiusdam saxi, & transeunte Domino: obiecta est manus eius, id est, nubecula quędam densa foramini rupis ne Moses videns radios micantes a facie illius corporis luminosi, moreretur. Eo igitur transeunte ablata nube: vidit Moses posteriora corporis illius pulcherrimi: de cuius contuitu facta est facies Mosi cornuta. Exo. 34. Et concludit hic doctor dicens. Quod dicitur: Non videbit me homo viuens, non refertur ad visionem essentiæ diuinæ, quia Paulus viuens eam vidit. Hæc enim cum vi

E deatur per intellectum, non causat aliquam passionem in corpore, sicut patet in Domino nostro Iesu Christo: cuius anima quam primum condita est vidit Deum sicuti est. Refertur ergo ad illam visionem corporis luminosi. Hæc ille. Hieronymus. Beati mundo corde, quos non arguit conscientia vlla peccati, vt dicant: omnis qui inuenerit me, occidet. Genes. 4. Nec fecerunt templum Dei speluncam latronum vbi habeant foueas suas vulpes, syrenæ, vlulæ, & multa id genus portenta. Mundis cordibus autem dicitur, Ioan. 14. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Beati pacifici, quoniā filii Dei vocabantur. Græce, μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί (Macarij hi irenopœi. quasi dicas: Beati qui faciunt & conciliant pacem: vt intelligamus non satis esse Christianos ipsos esse pacatos, nisi accesserit & inter alios pacis conciliandæ studium hodie tamen facile reperies susurrulas decem pro vno pacificante. Hieronymus.

Psal. 35. Exo. 16. Plato. Alexāder. Sabacus. Diodorus. Grachus. Matth. 6. Iosue. 2. Genes. 42. Matth. 18. Psal. 23. August. 2. Corin. 12 Abulens. Hieronymus. Matth. 21. Esa. 35. 25. q. 1. cap. Noli.

Hierony. ronymus. Beati pacifici; qui primum in se, deinde & inter fratres dissidentes pacem faciunt. Hinc verbū

Martiano. illud memorabile, sæpius repetitū a Martiano Imperatore: dum in pace esse possumus: arma nō induamus. Nam q; non semper possimus, Apostolus insinuat dicens. Si fieri potest: cum omnibus pacem habentes, Rom. 12. Quod si id assequi non valemus, id saltem obtinere possumus: vt apud nos pacati si-

August. mus. Augustinus. Sicut nemo est qui gaudere nolit, ita nemo est qui pacem habere nolit. Quandoquidē

Rom. 7. ipsi qui bella volunt, nihil aliud q; ad gloriosam pacem cupiunt bellando peruenire. Non tamen cuiq; prouenire potest in hac vita: vt lex repugnans legi mentis, omnino non sit in membris, sed hoc nunc pacifici agunt domando concupiscentias carnis: vt ad pacem plenissimam quandoq; veniatur. Q. Fabius

A. Gellio Imperat. Rom. referente Aul. Gellio: dedit ad Carthaginenses epistolam. vbi scriptum erat: populū Romanum misisse ad eos hastam & caducum signa duo. alterum belli, pacis alterum exq; ijs vtrum vellent eligerent, quod elegissent: id vnum vt esset missum existimarent. Carthaginenses responderunt, se neutrum eligere, sed posse qui attulissent vtrum mallent relinquerent: quod reliquissent id sibi pro electo futurum. Est autem caduceus insigne pacis virga Mercurij, ab Apolline tamen inuenta, q; ille oratorum, hic ingeniorum & musarum præses & autor habeteur. Verum phryges isti quoniā sero sapuerunt, oblatam pacem dantes pessum, tertio bello erasi sunt desuper terram. Verum q; non omnis pax bona sit: verba illa ostendunt: quid tibi & paci: transi & sequerere me. Et infra. Quę pax o Rex Ioram? Adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ & veneficia eius vigent? 4. Reg. 9. vide totam historiam cum capite sequēti, quia congruit. **Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.** 45. dist. cap. scimus. Item. 23. q. 4. Si Ecclesia. Est autem iustitia in præ-

Hieronymus. senti eiusmodi iuxta Hieronymum: vt absq; multa persequutione esse non poterit: etiam cum vnum tantum habuerit inimicum: & is frater erat non extraneus. Quid ergo nunc censendum est, quando om-

Matth. 7. nis caro viam terit latam? Quo autem affectu possideamus aliquid: docemur cum id amittimus, & cupi-

Abel. ditatem fruendi carendi dolor perdit: quem qui in carendo non habuit, in possidendo quo nam modo

Iob. 1. habuit? Certe Iob dicens: Dominus dedit, Dominus abstulit: quid omnes possimus ostendit; docuitq; quantus sit ille thesaurus animæ, quem nos sine vsu possidemus: imo nec habere nos credimus, quando

August. vix tacti a persequutione, non lucemus sed fumigamus. Augustinus super Psal. 34. Intende in causam

Daniel. 3. meam, non in pœnam meam. Non in id quod habet mecum latro commune sed in illud quo beati qui persequutionem patiuntur propter tuendam iustitiam: sicut Susanna, sicut Isaac, qui tamen erepti sunt de laqueo venantium, sicut & beati illi tres pueri, & impij pro eis traditi sunt. Prouerb. 11. Pendebant latrones duo, pendebat & Dominus Christus; & si fas est dicere, & illi & Dominus noster propter iustitiam patiebantur; illi quia iustitiæ iura transgressi sunt: hic quia tuebatur. Itaq; martyres non facit pœna, sed causa. Nam si pœna martyres faceret, omnia metalla martyribus plena essent. Non q; diabolus

Iob. 20. non habeat martyres suos: quorum vox est: Ambulauimus vias difficiles, Sap. 5. Duximus in malis dies

Nu. 16. nostros, & in puncto ad inferos terra dehiscente pertracti sumus. Et potest esse vox ista sacerdotum illorum Baal: quos iustitiæ diuinæ exequutor Zelotes Helias ad vnum occidit numero. 850. 3. Reg. 17. Sed & ipsi prius inuocantes nomen dei sui (sed Halam inuocabant) quia non respondebat, lanceolis se ipsos more arrepticiorū incidebant, donec perfunderētur sanguine, Baal interim dormiente. Causa igitur martyres facit non pœna: Iuxta quod & Paulus astipulatur dicens: Laboro in vinculis quasi male operans, hoc est, quasi malam habeam causam. 2. Timoth. 2. Sed rogo te Paule patienter me audi. Si bona est causa tua propter quam tuendam labores in vinculis, quam causam fouebant illi quos tu nudiustertius Ecclesiam deuastans intrans per domos, cum viros tum & mulieres tradebas in custodiam? Actu. 8. Taceo

Paulus. enim de epistolis quas impetrasti a Principe sacerdotum. Actu. 9. Vt non dissimilem tragœdiam excitares Ecclesiæ Damasci. Respondit Paulus. Sapientis est mutare consilium in melius. Tunc inquit insaniebam, nunc sanus sum postq; ceciderunt squamę ab oculis meis. Saulus eram, nunc Paulus. Saulus

2. Timo. 2. Mosen prædicabam, Paulus Christum. Laboro ergo quasi malam habeam causam, sed non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Quid est legitime certare? Causam iustam vsq; ad mortem tueri: dicente Principe cœlestis militiæ: esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Apoc. 2. Expone pro me hanc vitam, & dabo tibi vitam æternam, quę nomine coronę figuratur; quæ sphericę est figuræ. Nam est & persequutio bona de qua Psal. 100. Detrahentem secreto proximo hunc persequebar. Medicus nonne plerumq; ferro armatur? sed contra vulnus, non contra hominem. Secat vt sanet. Et tamen

Augustinus. cum secat ægrotum dolet: iuxta illud, heu vindicabor. Esa. 1. Aegrotus clamat, resistit, & si forte mētem febre perdiderit, etiam medicum cędit. Nonne excitantur cuncti lethargici, ne somno graui præmātur ad mortem? Et hoc patiuntur a filijs suis quos charissimos genuerunt: & non est charus filius (Noe ebrius) nisi fuerit dormienti patri molestus. Causam igitur tuam euentila si iusta est: nam illorū iniusta erat quorum alter dicebat: Nos quidem iuste patimur. Est autem martyrium multiplex. Martyrum caput Christus pro veritate tuenda mortuus est. Sap. 2. Ioan. 18. Require de Stephano, de Ioanne Euangelista, de sanctis Innocentibus, de S. Thoma episcopo Cantuariensi, de S. Ioanne Bap. In quibus singulis singulæ martyrij species effulserunt. Adde nouum martyrij genus in seraphico patre nostro beato Francis-

Francisco. co: in cuius corpore priuilegio singlari stigmata illa super beata manu Dei impressa fuit: vt dicat pauperculus iste: diues supercœlesti munere: suppleo ego cum Paulo in corpore meo ea quæ desunt passionū Christi, Colloss. 1. Videbatur autem deesse sacrificio illi vespertino in cruce pro nobis oblato, q; iam vita functo, lancea latus eius apertum fuerat. Supplet igitur beatus hic pater in corpore suo dolorem quē Dn̄s Iesus pertulisset: si viuenti latus pungeretur. Nec enim sine cruciatu ingenti sanguis ille sacer e latere suo

te suo fluebat toto biennio quo superuixit ab impressione sacrorũ stigmatum, supra naturam fere tum viuens, nescio quomodo aperto latere. Sicut autẽ dicit Hieronymus sua fœlicitate miser est, qui cum in fœlicitatibus quibus gloria gignitur nunquam meruit habere conflictum. Suã enim virtutem sicquã habet non didicit, quem calamitas non vsit noctu geiu pet diem æstu. Amatori præliorum ornamenta sunt vulnera vasa figuli probat fornax. Eccles.27. Qui deducendus est in sinũ Abrahæ ab angelis. Luc.16. Transire oportet per ignem & aquam, homo enim cum probatus fuerit a malleo vniuersæ terræ: si adamas inuentus fuerit: accipiet coronam vitæ, Iacobi.1. Hoc est, ponetur in corona Ecclesię inter duodecim stellas illas: de quibus Apocal.cap.12. Ipsorum est igitur regnum cœlorum, quæ illi vim intulerunt. Beati estis, cum maledixerint vobis homines. & persequuti vos fuerint, & dixerũt omne malum verbum aduersus vos mentientes, propter me. Lucas. Cum vos oderint homines, cum separauerint & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrũ tanquam malũ propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces vestra multa & copiosa est in cœlis. Quid quæso hac doctrina sublimius: inter probra esse securum, imo & beatum? Quid enim nobis nocere potest: si boni illius æmulatores fuerimus vel a lõge: qui cum malediceretur non reponebat mala pro malis? Imo sicut agnus coram tondente sic obmutuit: cum nudaretur vellere suo, & carnifices super eo sortes mitterent. Illud ergo maledictum contemnendũ est, quod beatitudinem creat (sed id minime gentium) quod falso maledicentis ore profertur. Contemnendum dixi, amplectendum dicturus eram. Nisi nos melius sapimus quam sapientissimus Dauid: cuius verba sunt. Dimitte vt maledicat, dimitte, dimitte si forte respiciat Dominus afflictionem meam: & reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna. Et esto inquit Dominus nõ retribuat mihi (absit autẽ hoc a tam iusto iudice qui potui aquæ frigidæ mercedem promittit) Si Dominus præcepit vt malediceret: iussa Domini facit, tacere nõ potest: dimittete vt maledicat. Vidisti philosophiam viri istius iuxta cor Dei? Probra & ea non vulgaria audiebat: vir sanguinum, vir Belial, & tyrannus vocatur: vt qui regnũ inuaserit. Denique non contentus verbis exprobrasse Christo Domini, mittebat & lapides contra regẽ. 2.Reg.16. Quem adamantem tot maledicta non irritarent in vnius canis oblatrantis vindictam? Deuotiones igitur & certæ erant & atroces erant: in quam populi totius facie: premium pro tot toleratis maledictis in certum: dicit enim si forte respiciat Dominus. Et tamen vir Deo plenus ante Euangelium Euãgelium virtute anteuertit. Dixit enim, Quid mihi vobiscum est o filij Zaruię? Cur coronam paratam præripitis e manibus? Cur glorię meæ inuidetis, cum tam forti animo aduersa sustineo? Regium est audire iniurias, & eas obliuisci. Illa est ergo beata maledictio; quæ mentitur contra vos propter me. Refert Suetonius de Tiberio Imperatore viro alias perditissimis moribus: quod erat supra humanam æstimationem patiens. Aduersus enim conuitia & probra de sese ac suis carmina, firmus & patiens: subinde iactans, in ciuitate libera: linguam mentemque liberas esse debere. Et quondam senatu cognitionem de huiusmodi criminibus acreis flagitante, non tantum inquit ocij habemus: vt implicare nos pluribus negocijs debeamus. Si hanc fenestram aperueritis, nihil aliud agi sinetis. Omnium inimicitiæ hoc prætextu ad vos deferentur. Hæc Nebulo ille sapienter dixit & vere. Idem fere videre licet in vita sæuissimæ feræ illius (Neronem dico) Notabile enim fuit hoc in gestis suis: nihil enim patientius quam maledicta & conuitia hominum pertulisse: neque in vllos leuiorem quam qui se dictis aut carminibus lacessissent: vel contemptu omnis infamiæ, vel ne fatendo dolorem, irritaret ingenia. Verum quam infamiam timere potuit efœminatus iste Imperator, qui vxor erat serui sui? Vos tamen beati estis si inter maledicta & probra & falsa testimonia vobis illata id animo versemini: propter me pati quicquid patimini. Cum vos inquam tanquam morbidum ac leprosum pecus: e consortio expulerint: dicentes tolle tolle de terra huiusmodi: non enim fas est eos viuere? Et nomina vestra velle tradere de terra viuentium: Hierem.11. vel abominalia posteris reddere studuerint, idque non pro peccatis vestris, sed odio filij hominis. Nec est cur ob hoc despondeatis animos: quin potius gaudete, quod interim qui hæc faciunt coronas vobis fabricant inæstimabilis precij & pulchritudinis: census vester augetur. Ego protector vester inter has procellas, & merces vestra magna nimis. Genes.15. Ad hæc Hieronymus. Nescio quis nostrum hoc potest implere: vt lacereturi opprobrijs fama nostra: (res admodum chara) & nos exultemus in Domino. idcirco autem non possumus, quia carnales sumus, mundo viuimus: adhuc in zelo & contentione versamur: honorem vndecunque venantes. Chrysostomus. Nescio enim quomodo omnibus pene rebus amarius solent mordere maledicta. In periculis quippe multa sunt quæ laborem ipsum faciunt leuiorem: vt multorum exhortatione succendi: habere plurimos applaudentes: dignique passionem ipsam pręconijs coronantes. In maledictionibus vero non creditur quod magna sit virtus: fortiter sustinere probra. Multi enim conuolarunt ad laqueum: famæ ob probria non ferentes: de quorum numero fuit. Lucretia. Et quid miramur in cæteris? Cum proditorem illum impudentissimum pariter & crudelissimum, atque contra omnia flagitia nequitiæ fronte duratum: hoc præcipue ire ad laqueum compulerit. Et Iob ipse adamante fortior: qui omni ablata substantia: Dominus dedit, Dominus abstulit dixit. Et cum quasi quendam fontem vermium videret toto corpore bullientem; supra quæ omnia audiret vxorem grauius & molestius pungentem, per facile cuncta superauit: cum autem audiuit ab amicis: quod pro peccatis suis ista patiebatur, ac malitiæ suæ solueret vltionem: tunc demum turbari visus est vir ille maximus atque fortissimus. Nos autem per infamiam & bonam famam: vt seductores & veraces: syrenarum maledicta surda debemus aure transire: illud scientes, quoniam merces nostra magna est, copiosa est, in cor hominis non ascendit. 1. Corinth.2.

Margin: Hieronymus. — Psal.65. — Hiere.10. — Matth.11. — Matth.5. — Luc.6. — Esa.53. — Matth.27. — 2.Reg.16. — Matth.10. — Suetonius — Nero. — Actu.22. — Psal.12. — Hieronym. — Chrysost. — Iob.19.

Marginal letters: A, B, C, D, E

Caput. ii. De multiplici væ consequuturo diuites, saturos, ridentes. De sale terræ insulso. Quod Apostoli sunt lux mundi: ciuitas supra montem sita. Quod Christus non venit vt legem solueret: sed vt impleret. &c.

Luc. 6.

SIc enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos. Quid inquit nostro æuo prophetarum memoria sanctius? in quorum Deus manibus multifariam assimulatus est. Osee. 12. Et tamen multi eorum verba sunt experti vincula & carceres, egentes afflicti: quibus dignus nõ erat mundus. Inuitamur enim ad malorum tolerantiam sanctorum exemplo. Gaudet enim homo, quando in aliquo se videt similem viris excellentibus. Dicitur autem ad Ezechielẽ: fili hominis in medio scorpionum versaris, & nescis. cap. 2. Scorpius nisi conculces: dormientare videtur: quietus iacet, aculeum non exerit, cui tamen non venenum, sed occasio deest: vt virus infundat. Hunc si vel leuiter tangas, septem pro vna voces reddet. Hæc est igitur tota & vera causa persequutionis illatæ prophetis, quoniam prędicabant veritatem dicentes. Dura ceruice, & incircuncisi cordibus & auribus Quem prophetarum non sunt persequuti patres vestri? Sicut igitur illos persequuti sunt: ita persequentur & vos. Minus autem iacula feriunt quæ prævidentur. Durate igitur vos met, rebusq; seruate secundis. Per varios casus per tot discriminina rerũ tenditis in mansiones illas quæ sunt in domo patris. Ioan. 14. Veruntamẽ vę vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Consolatio hęc momentanea & fugax: ros est matutinus: Ionę cucurbita, cap. 4. Interim autem plus habet aloes quam mellis. At dicturus es. Illud nemo ibit inficias: quod pecuniæ obediunt omnia. Eccles. 10. Esto. Fatere autem & tu illud, quod radix omnium malorum est cupiditas. Nec seruire possumus simul Deo & Mãmonæ. Matth. 6. Ergo diuites serui sunt? Sunt vere etiam Salomon ille quo nullus opulẽtior. Sed audi eum confitentẽ ingenue genus seruitutis suæ. Detestatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissime laboraui: desudaui & sollicitus fui. Cum ergo audis Salomonem laborasse, desudasse & fuisse sollicitum: intellige quod seruus erat non Rex, nõ Dominus. Sudare enim sollicitumq; esse circa multa, Marthę officium est non Mariæ. Est autem C. Augustus ob multa quę gessit tam fœlix existimatus: vt in nouorum principum gratulatione sit longo deinceps tempore acclamatum: Augusto fœlicior, Traiano melior. Nec tamen hunc quisquam vere fœlicem dixerit: qui ciues aliquando proscripsit suos: tot ciuilia obijt bella, qui acie victus, triduum egit in paludibus latitans. Quid salutis desperatio: vrgente hostium manu, mors que a comitibus implorata? Filię & nepotis adulteria? Filiorum acerba funera, vrbis pestilentia, fames Italiæ, & legiones tres in Germania cæsæ: vt quęlibet vna tantarum cladium fœdarumq; sugillationum ad omnes fœlicitatis opinionem tollendam satis esse potuerit. Et tamen iste est de numero eorum qui hic habuerunt consolationẽ suam: sicut & epulo ille. Luc. 16. Subijciamus & illud. Pytheus tyrannus cum multam summam auri eruisset ex aurifodinis: Xerxi in Greciam transfretanti egregie instructum exercitum mittens, petebat a Rege, vt ex pluribus quos habebat filijs vni saltem vacationem militiæ concederet: qui eius sustentaret senectutem, & quę domui agenda essent administrare posset. Verum ira percitus Xerxes, filium quem domi remanere petierat Pytheus, interfectum & membratim concisum: per castra iussit circumferri: & reliquos secum proficisci coegit. Vnde dolore confectus Pytheus: cum & mortem formidaret, & vitæ odio teneretur: vt neque iam vltra viuere vellet: nec tamen vitam auderet abijcere, miseram faue viuendi elegit rationem. Monumentum quoddam ædificat cuius radices fluuij cursus attingebat. Eum ingressus: curaque omnium & gubernatione ciuitatis penes vxorem relicta: eidem ne quis monumentum ingrederetur cauere præcepit: vtque singulis diebus paratam cęnam (o inferias epulas) ad monumenti ostium poni curaret: quo ad priorem intra monumentum partem protractam conspexisset. Quod si illam eodem loco positam offenderet: tunc se iam diem clausisse arbitrarentur. Habes seruitutem in acquirendo: habes consolationem in vtendo: habes quantum aloes quantum fellis admixtum habeant diuitem sæculi huius consolationes: voraciores purpura: polypo tenatiores: Mida rapaciores, quem poetæ finxerunt, vt eius explicarent inexplebilem in acquirendo studium: contactu corporis omnia vertentem in aurum. Væ tamen illis, qui hic vitam viuunt cyclopicam, & hic habent consolationem suam: Famem patientur vt canes. Idque in perpetuum de quo sequitur. Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis: vę vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Vę vobis, cum benedixerint vobis omnes homines. Secundum enim hęc faciebant pseudoprophetis patres eorum. Sit nobis diues ille purpuratus exemplo, qui ventrem suum perinde colebat quasi Deum suum, eumque ex asse omnium bonorum suorum hęredem instituerat, & nunc mendicat apud inferos aquę stillam: ibi enim quadragenaria vina non inueniuntur. Sed recordare (o durum verbum, quid enim est recordare: nisi quod præteritarum delitiarum memoria epulonibus duplicat famem? Imo nulla ibi delitiarum memoria. Cum absorti sint in pœnis, & exesi a vermibus qui nõ dormiũt) quia recepisti bona tua. Digerit igitur nũc apud inferos lagenas quas auide hausit. Sed audi Iob sanctum, cap. 20. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. Diuitias quas vorauit euomet, & de ventre illius extrahet illas Deus. Et infra. Nec est satiatus venter eius: id quod patenter ostendit fabula illa famosa de puellis Danaidibus quę cribris aquam hauriunt e flumine Lœthęo: & infundunt in dolijs pertusis, donec impleantur. Et tamen iuxta opinionem vulgi loquitur Dominus dicens: qui saturati estis: verum Iob constanter asseuerat: non est

Prouerbiũ. Poeta. Ecclesi. 2. Luc. 10. Sabellicus C. Augustus. Pytheus. Midas. Luc. 16. Philip. 3. Iob. 20.

F G H I K

Non est faciatus venter eius: quia iuxta Aggæum congregabant mercedes in sacculum pertusum, cap. 1.
Quodq; sequitur. Væ vobis qui ridetis: hoc alijs verbis explicat Iob dicēs. Egrediuntur quasi greges par- Iob. 21.
uuli eorum. Tenent tympanum & cytharam & gaudent ducentes in bonis dies suos. Ecce risum. Et in
puncto (& hic est punctus in quo satanas omnem gloriam sæculi Domino ostendit) ad inferos descen- Luc. 4.
dunt: hinc voces illæ plenæ lamentis nescio quorum sero sapientium: Sap. cap. 5. Transierunt omnia tan
quam vmbra, tanquam nuncius præcurrens, tanquam nauis quæ pertransit aquam: cuius cum præterierit, nul-
lum est inuenire vestigium & cætera quæ sequuntur. Ergo bona temporalia quæ a sapiente vocātur va- Eccles. 1.
nitas vanitatum & merito, vmbræ sunt, non veræ imagines: non res veræ subsistentes: omnia sunt in trā-
situ & velocius transeunt, quam a texente tela texitur, quam nauis plena velis: ventis quatuor insflantibus a ter- Iob. 7.
go, quam fulgur cum fulget ab oriente, quam fulmen cum decidit e nube: verum euanescentibus vmbris, verus
A planctus succedet & verus fletus, & vera esuries: & hæc omnia perpetuo, quia ibi nullus transitus, nul-
lus ordo, nulla requies, sed sempiternus horror: verum si libet audiamus vnum cachinonem ridentem. Iob. 10.
C. C. Caligula lautiore conuiuio effusus subito in cachinos: Consulibus qui iuxta cubabant quidnam Caligula.
rideret blande quærentibus: Quid inquit nisi vno meo nutu iugulari vtrumque vestrum statim posse?
Huius tamen phreneticus risus in verum fletum versus est. Triginta enim vulneribus confossus: occu-
buit, qui reuera reliquit multa eaque euidentiora signa stultitiæ suæ. Sed & væ vobis inquit cum benedixe
rint vobis omnes homines. Chrysost. Nec immerito. Nam si ad singularum artium discrimen inter nos- Chrysost.
cendum opifices ipsos in iudices mallis: quo pacto permiseris virtutem multitudini probandam? Certe
nil aliud magis admirantur mortales, quam eum qui gloriam aspernatur. Qui autem laudem quærit: similis est mulieri prostitutæ, quæ in alto fastigio sedens, se cunctis videndam præbet. Certe si effigiandi pe-
ritus esses, & discipulum haberes, qui quod a te perdoctus esset, alijs te inuito proderet, vel opus quod fe-
F cisset: non tibi, sed alijs probandum traderet in tui contemptum, moleste id ferres. Mihi pro minimo est, 1. Corin. 4
inquit Paulus, a vobis probari vel improbari. Non enim qui seipsum cōmendat ille probatus est: Non 2. Corin. 10
quem commendat vulgi multitudo, sed quem Deus commendat dicens. Inueni Dauid seruum meum
iuxta cor meum. Actu. 13. Ecce verum Israelitam. Ioan. 1. Et rursus. Vas electionis est mihi iste. Actu. 9.
Nec tamen dixit Dominus, homines sed omnes homines. Impossibile enim est: vt is qui virtutem dili-
genter exercet, & mandata sequitur Christi: ab omnibus laudetur: non enim desunt qui dicant malum Esa. 5.
bonum lucem tenebras. Nec raro laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Se- Seneca.
neca. Ostendam tibi quid desit habentibus omnia: illud reuera, qui veritatem dicat. Omnes id summope
re student: vt quam blandissime fallant, iuxta prouerbium, polypi mentem obtinentes. Sunt enim multi ver
satili ingenio, qui talem vbique personam induunt, quales sunt ij: quibus cum cōtingit agere. Porro prin-
cipes & magnates vt in plurimum veritatem oderunt: ideo parasitis opus habent, qui loquantur eis ad
C placitum, & more polyporum colorem mutent: cum peruersis peruersi & ipsi. Psal. 9. Tu autem ad sum-
mam sapiens eris si syrenis huiusmodi clauseris aures: quibus ceram parum est obdere: firmiore spissamē
to opus est, quam in socijs Vlixem vsum ferunt. Illa vox quæ audiebatur erat blanda: sed in voragines per-
ducens recto cursu. Surdum te proinde syrenis istis præsta: bono enim animo tibi male præcantur. Si in- Prouerb. 1.
quit te lactauerint peccatores, time malleum Iaelis. Iudic. 4. Vide historiam. Hæc enim lac propinauit
Sisaræ: sed lac illud lœthale fuit cito lactato. Ad hunc inquit modum faciebant pseudoprophetis. Ma-
gnum enim malum est: quod non pudiut vos o diuites sæculi huius impiorum facinorum vestrorum, ve
rum & huic malo coronidem imposuistis, aut iuxta prouerbium: Colophonem apicem aut fastigium:
ex male factis laudem quærentes. Qui enim vos laudabant ob impia facinora: vngentes & lingentes
vlcera vestra: horum maiores itidem applaudebant olim falsis & mendacibus prophetis aduersus Do-
mini prophetas rebellantibus: & in horum persequutionem principes ac populum armantibus. Foue- 3. Reg. 17.
D bat enim fera illa immanis Iezabel prophetas pseudo, numero quadringentos: a quibus vicissim & ipsa
ipsa in sua infidelitate fouebatur. iuxta prouerbium Mutuo muli scabunt. Fouebat & alios pseudo pro-
phetas lucorum numero. 450. qui vescebantur de mensa Iezabel. Quomodo ergo canes isti impuden-
tissimi latrare auderent: vt ne dicam mutire contra hanc feram cuius mensa cotidiana vescebantur? Di-
gnum videlicet nacta est olla hæc operculum. Cæterum Michęas semel veritatem dicens alapa mulcta
tur & in vincula coniectus: pane & aqua iubetur pasci. 3. Reg. cap. 22. Vos estis sal terrę. Quod
si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra: nisi vt mittatur foras, & con
culcetur ab hominibus. Marcus dixit, cap. 9. Si sal insulsum fuerit. 2. quęst. 7. cap. Non om
nes. 3. quęst. 7. cap. finali. Lucas cap. 14. ita. Si sal euanuerit in quo condietur? Neque in terram
neque in sterquilinium vtile est. &c. Græce μωρανθῇ, moranthe: quod est euanuerit, infatua-
tus fuerit, insulsus siue insipidus factus fuerit, aut desipuerit, in quo salietur? Res insulsæ sale condiun-
E tur: sal insulsum insanabile est: malum tamen non infrequens apud nostrates: quorum multi beta insul
siores sunt. duces cæci cæcorum. Videt Dñs hoc sermone ad apostolos apostrophā facere cæterosque qui pa
storū noīe cēsentur, in quibus vel maxime eminere debent vita tū & doctrina: quę duo in veste talari
summi sacerdotis pfigurabant, in cuius ora simul cū tintinabulis. 72. intertexta erāt mala punica totide,
Exo 28. Vt sacerdotes sint populo sal exēplo: sint lux in doctrina. Hieron. Sal in cōdimentū ciborū & ad Hierony-
siccādas carnes necessarius est, aliū vsum nō habet. Legimus (Iudi. 9.) Vrbes quasdā a victoribus sale seminatas: vt nullū in ipsis germē oriret. Et nūc de apl'cis viris dicit Dñs. Estis sal terrę. Patet igit duplex esse ge- mus. Sal.
nus salis, & duplicē terrā: terra rōnalis, & terra q terra tm est. Est sal q salit oē sacrificiū dei dicēte Aplo:
Sis sermo vester in gra sale cōdit?. Collos. 4. Et lex in oi inquit sacrificio offeres mihi sal fœderis dei Leuit. 2.

Dei tui. Sal virtutē habet mordicatiuā. Si igitur alios mordentes, male audiatis, gaudete, nil vobis nocebit aliorū sycophantia, sed testimoniū est nostræ virtutis. Est autē & alterū genus salis de quo rursus dicit Dñs, Math. 18. Suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Sal enim ex aquis marinis communiter fit. Assumptus fuerat doctor de mari huius sęculi, vt esset sal sapientiæ & lux doctrinę populo Dei: qui magis cum illis fit scandalo pastor idolum potius, expedit ei vt ad mare reuertatur oculus eius dexter siccetur, quia pro luce tenebras effundit, brachium præcidatur, quia exemplis non profuit. Zachar. 11. cap. Nimirum ad nihilum valet pastor & cæcus & mancus: imo multum obest: Si enim cęcus ipse cæcos ducat: vterque in præcipitium ibunt: ideo melius est vt mittatur foras, & vel ipse solus intereat. Sal igitur insulsus, sal non est, sicut vinum acidum in aceti transit naturam contrariam vino: & huiusmodi sal iuxta Marci cap. 9. Igne salietur, & saluus erit per ignem, sed

August. malo suo perpetuo enim in igne manebit. Augustinus. Si doctor errauerit: a quo iterum doctore emendabitur? Quis medebitur incantatori a serpente percusso? Ecclef. 12. Nam & Salomon dum sapientiam in senectute perdidit: exempla mortifera populo suo reliquit. Vnde illud Ecclef. 47. Potestatem habuisti in corpore tuo: dedisti maculam in gloria tua, & prophanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & in cæteris stultitiam tuam; vt faceres imperium bipartitum. Vide 3. Reg. cap. 11. Vnde tanta F

Tullius mutatio in viro sapientissimo? Habuit inquit potestatem in corpore suo. Impedit enim iuxta Tullium consilium voluptas rationi inimica: ac mentis vt ita dicam perstringit oculos, nec vllum habet cum vir-

Archita. tute commercium. Vnde dicebat Archita Tarentinus, nullam capitaliorem pestem quam corporis voluptatem hominibus a natura esse datam, per quod intelligimus, si ad nihil aliud senectus esset vtilis, vel in hoc magnam esse habendam senectuti gratiam, quia efficit vt non libeat, quod non decet. Cæterum in

Salomon. Salomone homine mulierolo, contrario modo se habuit sapientia & senectus. Sapuit enim iuuenis, quia

3. Reg. 11. castus, desipuit senex, quia ardebant in eo iuuenilia desideria, & auerterunt mulieres cor eius: vt sequeretur G

Psal. 50. deos earum. Si enim vna a longe visa auertit cor Dauid, cui Deus occulta sapientię suę reuelauerat: noli mirari si vxores tot, & cōcubinę auerterunt cor eius. Stultorum tamen ipsum stultissimum dixerim si omnibus placere voluit. Itaque si sal ipse desipuerit, in quo, id est, cum quo cętera saliuntur cibaria? Si Sol lucem perdiderit, qua luce cætera accendentur luminaria? Vel cum qua alia re sal virtutem saliendi recuperabit? Nam cæteræ res si insulsæ fiant: super infuso sale saporem recuperant sal ipse insulsus factus:

Theophylactus. sal non est. Ergo neque in terram neque in sterquilinium vtile est. Theophylactus. Insinuat per terram quod vtilitatem capiat (alioqui terra sale sparso sterelescit potius) per stercus autem, quod prosit. Quoniam er-

3. Reg. 2. go nec prodesse, nec vtilitatem capere potest: omnino inutilis est, vnde abijciendus. Dauid sedens in ca-

2. Reg. 12. thedra sapientissimus Princeps inter tres, quia tulit vxorem viro: virum occidit: blasphemare fecit inimicos nomen Dei: (non enim solus Vrias occidit: sed alij forte triginta cum eo) filius suus regno eum expulit tanquam infatuatum Salem, & sex mensibus conculcatus est ab hominibus. Ita Roboam infatuatus, obsequendo consilijs iuuenum, relicta senum sapientia, regno pulsus est. De quo 3. Reg. cap. 12. Dictum est autem ad Dauid infatuatum: Tu fecisti illud in occulto, ego manifestabo illud in medio popu- H

Genes. 19. li tui: vt sis populo statua illa, vxor videlicet Loth: quo exemplo tuo omnes saliantur. Vos igitur estis

4. Reg. 2. sal terræ rationalis: imo estis vasa illa testacea quidem noua tamen: in quibus verus Heliseus sal misit:

Genes. 6. vt sanaretur sterilitas aquæ: quod rursus est mirabile. Sal enim aquas potius perdit quam sanat. Sal autem

Actu. 19. hic sapientia Dei est: de qua parum aut nihil audierant Gentes de quibus dicitur, carnes sunt. Et illi, sed nec si spiritus sancti sit audiuimus. Dicens autem terræ, non huius aut illius: ostendit quod prophetę quidē priores vnius tantum Gentis sal fuere: Sicut Ionas apud Niniuitas, Heliseus apud decem tribus, Apostoli autem omnis terrę sal esse dicuntur. Sane in condiendis cibarijs discretio vel maxime necessaria est: ne aut parce mixtus sal, insulsa: aut abundantius aspersa sale, minus apta gustui reddantur. Ita dicit Paulus

Roma. 12. Non plus sapere quam oportet, sed sapere ad sobrietatem. Et ad hæc quis tam idoneus? Nisi I

Genes. 7. forte vnus aliquis Noe qui tot iumentorum specie distinctorum palato, anno integro pastum submini-

Plato. strabat. Et alter Paulus, qui omnibus omnia factus est: vt omnes lucrifaceret. Cęterum Plato & Homerus salem diuinū appellant. Id enim facit sal in carne, quod anima in corpore. Præseruat enim eam ab omni corruptione. Et sicut sal est omnium condimentorum obsoniūtia gratia omnia opera nostra facit

Colloss. 4. acceptabilia ante Deū. Vnde & paruulis regenerādis sal imponitur labijs, vt sapere incipiāt quę sursum

Origenes. sunt. De hoc ita habes, Nu. 25. Assume omnes principes populi, & ostēta eos cōtra solem. Origenes. Populus peccat & principes ostentantur cōtra solē. Vides quę sit cōditio populi principū, nō solū arguuntur pro suis delictis, sed & pro peccatis populi cogūtur reddere rationē: Ne ipsorū sit culpa, quod populus delinquit, ne forte nō docuerint, nō monuerint: neque solliciti fuerint arguere eos: qui initiū culpę dederunt, vti ne cōtagio dispergeret in plures. Hęc si cogitarēt hoīes: nunquam cuperent, nec ambirent ad populi principa- K

tū. Sufficit mihi pro me ipso rationē reddere, quid necesse est pro peccatis populi de pompari: idque cōtra

12. q. 2. cap. solē, ante quē nil pōt abscōdi. Vos estis lux mūdi. Non potest ciuitas abscōdi supra mon-

Quattuor tē posita, neque accendūt lucernā, & ponūt ea sub modio, sed super cādelabrū, & lucet oībus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra corā hoībus vt videāt opera vra bona, & glorificēt patrē vestrū qui in cœlis est. Quib⁹ verbis suggerit apostolis fiduciā exal-

Esa. 58. tādi in pdicatione regni cœlorū vocē suā, quasi cœlestes sint tubę, ne abscōdantur ob metu: quandoqui-

Luc 21. dem non illi sunt qui loquuntur, sed spūs sanctus pulsat & replet organa sua. Neue similes sint lucernę sub modio conditę vt fugiant cum Helia (3. Reg. cap. 19.) iram mulierculæ vnius: ne taceant cum Esaia viro pollutorum labiorum, cap. 6. Sed tota libertate se prodant, nec dicant: Sum labijs incircumcisus:

Quis sum

Quis sum ego: non credent mihi, mitte alium: A, A, A, nescio loqui: sed potius dicant: Ecce ego: mitte me. Cur enim timeant, quibus datur os & sapientia, cui non poterunt aduersarij, & si multi & si sapientissimi resistere? Chrysost. Intellige autem ꝙ magna eis promittit: vt qui in regione propria cogniti non erant, ad fines vsq; orbis terræ perueniret fama eorum. Fiuntq; imperatores clauicularij pellionum & piscatorum. Et sicut ex oriente sole, fugantur tenebræ, bestiæ ingrediuntur latibula: exit homo ad opus suum: qui ante ortum lucis sedebat in tenebris: ita intellige de luce Euangelij a qua illuminatur omnis homo si velit: nec enim sub modio latet, sed in candelabro Ecclesiæ. Est enim Ecclesia iam supra montem posita, quę olim lapis paruus erat: Daniel. 2. Vbera non habebat, Can. 8. Imo vt cum propheta loquar, mons domus Domini in vertice montium consistit, & fluent ad eum omnes Gentes tanto impetu vt rete Petri pene rumperetur: nauicula vero iam iam submergi videretur. Hæc igitur luminaria Ecclesiæ, stellæ coronæ sponsi: qui lux mundi vocantur vocantur a Zacharia pupilla vnica oculorū Christi, cap. 2. Vt qui eos tetigerit, perinde faciat quasi Deum sua velit luce priuare. Quæ est autem domus hæc in qua luminaria hæc lucent? Domus ista talis esse debet: vt in cunctis nationibus nominetur. Quid est, In cunctis nationibus nominetur? Ecclesia quæ est domus Dei viuentis (nō enim in manu factis habitat templis cui cœlum vice sedis est) Esa. 66. Ex omni natione congregatur iuxta Apoc. cap. 7. Et sicut dictum est Abrahæ in visione: Leua oculos tuos in aquilonem, meridiem, orientem, & occidentem: omnem terram quam conspicis tibi dabo & semini tuo. Semen verum Abrahæ apostoli sunt. De hac domo scriptum est Prouerb. 9. Sapientia ædificauit sibi domum, &c. Vos igitur estis lux mundi, estis & ciuitates refugij. Num. 3. &c. 5. Item Deut. 19. Iosue. 20. Estis & fundamenta illius ciuitatis quæ de cœlo descendit: in qua turris quædam eminet, & ex qua mille clypei pendent, & omnis armatura fortium. Canti. 4. Chrysost. Ego quidem lumen accendi, vt vero perseueret ardens: vestri profecto sit studij & laboris. Cęterum coram hominibus lucere potest, quia corā me lux vestra tenebræ sunt. Sed tamen Deus non iubet nos ad ostentationem viuere, sed ꝙ lux & vita nostra crescat, & multiplicetur & ardeat. Cū autem talis vita nostra fuerit, latere nullatenus poterit. Quod si ego latens in cauerna & quasi sub modio, ventorum tamen impetus nec sic declinare potens sum, quin continuis tentationum agitatus impulsibus: huc illuc instar arundinis circumferor: quid passuros putas eos qui supra montem constituti sunt, an potius supra pinaculum templi? Quis pastorum æui nostri dicere potest: oculus fui cęco, & pes claudo? Iob. 29. Quando ipsi cęcutiunt cum Heli, & cum Iacob claudicant, Genes. 32. Cum igitur in cacumine montis collocati sitis: vbi latendi locus non est: perpendite illud, vos in totius orbis Amphitheatrum fabulam quandam (vt ita dicam) agere. Imo apostolus dicit Non ego, spectaculum facti sumus (Grece theatrum) mundo, angelis & hominibus. 1. Cor. 4. Vos igitur glorificate vel portate Deum in moribus vestris. 1. Cor. 6. Vt in eo quod detractant de vobis tanq̃ de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerātes, glorificent Deum. 1. Pet. 2. Plutarchus. In Cneium Pompeium inimicos cauillatos accepimus: vnico digito caput scalpere deprehensum. Quemadmodum enim indignius ferri, maiorisq; haberi solent dedecori verrucę ficusve in facie, ꝙ notæ neuiq; atq; mutilationes in reliquo corpore, sic etiam ob eam quę plerosq; omnes de principatu tenet opinionem vtpote de re magna atq; dignissima, quæ omni facinore atq; temeritate vacare debeat: minima quæq; principum errata notantur, & pro magnis habentur. Vulgus igitur mores, vitam, actiones consilia omnia eorum qui reipublicæ præsunt curiosissime rimari, atq; introspicere solet etiam si hoc alte admodum obtegas: & tanquam velamentis obnubas & abdas (Sicut Midas auriculas suas,) Nihil enim opertum, quod non reueletur. Vestra igitur referet lumē accendere & fouere lucernas. Leui. 24. Interest autem populi oleum subministrare: vt glorificetur pater vester cœlestis. Nolite putare ꝙ venerim soluere legem aut prophetas. Non veni soluere legem, sed adimplere. Soluit Dominus anteq̃ sibi obijciatur, quod sibi obijciendum præsciebat a Iudęis. 15. distin. cap. final. vers. Item opuscula. Amen quippe dico vobis, donec transeat cœlum & terram: Iota vnum aut vnus apex non præteribit a lege donec omnia fiant. Quod dicit soluere: Gręce est, καταλύσαι, catalysæ: quod magis significat destruere ac demoliri, quam soluere. Lex & prophetę vsq; ad Ioannem. Tamen viuente Christo, Apostoli legem seruabant. Actu. 10. Item Luc. 24. item vide Ioan. 13. &c. Dixit tamē Christus Samaritanæ: Venit tēpus. &c. Potest autem hic esse sensus. Pharisęi & legis doctores docentes mandata hominū: legem Dei in multis abrogabant; sicut patet in præcepto de honore parentum, & in multis quę habentur Mat. cap. 23. Scotus. In. 4. dist. 3. q. 4. In solutione. Hoc est ergo quod dicit Dñs. Nolite opinari me more Pharisęorū ea lege tradere pręcepta mea: vt per ea abrogare videar ea quę cōtinentur in lege & prophetis. Quin potius ad hoc veni vt legem perficiam: Nam circuncisus est, & purificatus in templo: & ter in anno templū ascendit, & Phase cum suis immolauit, & fimbriam in veste portabat. Luc. 8. Cęterum siquid legi deerat ipse suppleuit. Dictū est autē alias ꝙ Christus est aīa legis, Euangeliū est item spūs legis: siquidē litera legis occidit duobus conuictū testibus: Euāgeliū aūt remittit peccatori pœnitēti tamē vsq; septuagies septies. Matth. 18. Euangeliū ergo vmbras legis illuminauit & veros colores induxit: Regnū donauit, sacra instituit faciliora, fœliciora, efficatiora, cōmuniora, pauciora. Singulę hę particulę patent: pro ferreo enim vel lapideo cultro aqua diluimur Puer, siue iuuenis, siue etiā senex annorū centum si post baptisma immediate moriatur, recta tendit in cœlum. Et hęc est vera impletio legis: videlicet iustificare hominē. Gratiam sacramēta Euāgelica copiosiorē cōferunt. Cōmuniora, quia circuncisio solis masculis Iudęorū imposita erat. Nā ꝙ sint pauciora patet: sacrm̄ eīm baptismatis tm̄ est simpliciter necessariū. Sacro eīm pœnitētię multi nō indigēt, & ꝑ cōsequēs nec sacro extremę vnctiōis & patet de cęteris. Itē Dñs pręcepta moralia

Marginal notes: Exo. 3. 4. — Esa. 6. — Chrysost. — Psal. 103. — Esa. 2. — Luc. 5. — Apoc. 12. — 1. Paral. 22 — Actu. 17. — Genes. 13. — Apoc. 21. — Chrysost. — Matth. 4. 1. 4. 5. — Plutarch. — Matth. 10.

Margin letters: A, B, C, D, E

moralia exposuit sicut dicetur in consequentibus. Nam lex & si prohibebat manum, & in quibusdam
Luc.5. etiam animum: tamen peccata omnino occulta non puniebat. Cæterum Euangelium ad radices secu-
Matth.18. rim opponit dicens: Si non remiseritis fratribus ex toto corde. Et illud: iam mœchiam commisit in corde
suo. Vnde Dominus: dedi eis inquit præcepta non bona: in quibus non viuent Ezech. cap 20. Quę enim
consequentia est: vt peccante homine, immoletur pecus? Venit ergo Dominus plenus gratia & veritate:
Ioan.1. vt gratia sua comite impleantur præcepta legis moralia quæ bona sunt etiam & fuerunt. de quibus idē
Propheta eodem capite dicit. Dedi eis præcepta mea, quæ faciens homo viuet in eis. Præcepta autem
nō bona quę in sacramētis legis cōtinentur, non ad literā amodo seruētur sed iuxta spiritū, dicente Pau
Rom.12. lo rationabilis cultus vester, vt qui hactenus pro peccatis oues vel aues immolabatis: iam nunc corpo-
Psal.50. ra vestra immoletis in hostiā sanctā & viuentē: mortificati quidē carne, spiritu viuentes, cor contritū &
humile. Vnde Abrahā arietē quidē immolat in veritate: Isaac autem iuxta spiritum. Id quod nota, Ge- F
nes. 22. Nam de pręceptis non bonis vide quid dicat propheta Esaias cap. 66. Qui immolat bouem, quā-
si qui interficiat virum: & cętera quę sequuntur, quæ satis congruunt. Ad hęc August. Sed adimplere. Vt
nō quasi semi plena istis verbis integrarentur: Ego autē dico vobis: sed vt quod litera iubente propter su
perborū præsumptionē nō poterat: suadente gratia propter humiliū confessionē impleretur opere facto-
Augustinus. rum, nō adiectione verborū: sicut dicebat Faustus hęreticus. Vide Augustinum lib. 17. cōtra eum. Om-
nia enim vel pene omnia quę monuit Dominus vel præcepit vbi adiunxit. Ego autem dico vobis: in-
ueniuntur in veteribus libris. Contra iram, Psal. 4. Irascimini & nolite peccare. Item Prouerb. 16. Melior
est sapiens viro forti, & qui dnatur animo suo expugnatore vrbiū. Contra mœchiam cordis, Exo. 20. De
non resistendo: Tren. 3. Dabit percutienti se maxillam. De dilectione inimicorū, Prouerb. 25. Si esurierit
inimicus tuus ciba illū. &c. Quod imitemur Deū parcendo inimicis: Qui vindicari vult: a Domino in-
ueniet vindictā, & peccata illius seruans seruabit. De vxore non dimittenda: Malachiæ. 2. cap. Ad hæc G
Hieronymus. Hieronym. Legem venit implere: siue quod de se per alios prophetata compleuerit, siue quod ea quæ antea
propter imbecillitatē audientiū rudia & imperfecta erāt sua prædicatione cōpleuerit: iram tollens, & vi
cem talionis excludēs, & occultā in mente concupiscentiā. Pictor enim nō corrumpit lineamēta prima,
Hebr.7. sed magis illustrat & adimplet. Lex enim nihil duxit ad perfectā imaginē, sed proplastice quoddam erat
Origenes. iuxta Originē fundendæ imagini, qua fusa: proplastice illud solutū est, nulli vsui deinceps futurū. Ad hęc
Chrysost. Chrysost. Et si Iudęi legē Dei nec cogitationibus nec operibus implerent, quippe quam cotidiana præ-
uaricatione dissoluerent: ipsas tamē literas volebāt autoritate permanere, nihilque aliud illis adiungi, imo
addentes quidē illis supra antiqua præcepta, principes suos æquo animo sustinebant: Verumtamē cū non
in melius, sed cū in deterius eorū additamēta proiicerēt. Cæterū qui diligens est in scripturis, multa inue
niet Dnm de se humilia dixisse: sicut illud Ioan. 8. Antequā Abrahā esset: ego sum: maiora autē aliis dicen
Ioan.1. da reliquit. Proinde Ioānes nō ante ipsum Abraā, sed In principio erat verbū, inquit. Rursus quod ipse esset H
creator omniū: nō legimus vbi dixerit: Licet creauerit panes & vinū, Ioan. 6. & cap. 2. Ioannes tamen
ait: Oia per ipsum facta sunt. Si ergo cū vnū tantū pręceptū solueret: videlicet sabbati obseruantiā, tan-
ta vtitur excusatione verborū & dispensatione ne interim vulneret audientes (de quo Ioan. cap. 7. vide)
quāto magis cū legi integrę integrā adderet legē, grandi satisfactione opus habuit, ne auditorū animos
vulneraret: Hoc est ergo quod dicit: Nō veni soluere legē: est enim impossibile (subiungēs) vnū vel apicē
legis pręterire. Quod si de vno apice Dns asseuerat, quod nec vel vnū trāsgredi et, sed oia opere cōplecturus
est: quāto minus totā legē abrogabit? Ne igit puteris me venisse, vt destruerē legē: facilius est enim cęlū &
terrā trāsire in alterā speciē vel omnino desinere esse, quam vel vnū iota ex legis pceptis, quin oia impleantur.
Qui tamē sermo hyperbolicus videtur. Nec enim laboratur de literis, vel literarū apicibus; cū palā sit etiā
nō pauca volumina veteris testamēti intercidisse quorū nomenclaturā adhuc videmus in Canonicis li-
bris. Vnde illud. 2. Parali. 20. Scripta sunt hęc in verbis Iehu filii Anani. Item. 2. Paral. 33. Hęc scripta sunt I
in sermonibus Ozai. Item sermo ille toties repetitus hęc scripta sunt in libro sermonū dierū Regū Iuda,
vel Israel: quę tamē vel facta vel dicta nusquā reperiūtur. Itē prophetia, Addo videntis &c. Sed asseuera
tur: nihil omnino promissum aut proditū in lege Mosaica, quod Euangeliū nō absoluat vt dictū est. Augu
stinus. Impleuit lex dupliciter. Primo faciēdo quod lex iubet: secundo, exhibēdo quod promittit. Cœlum
quidē & terra trāsire nō possunt vt nō sint, & tamē vt facilius fieret, quam quod nō impleretur quicquid in lege
scriptū est. Quę sit aūt differētia inter iota & apicē, qui norūt Hebraice, sciūt. Iota enim vnū est ex elemē
tis alphabeti. Apices vero puncta sunt supposita literis vel etiam imposita, aut inclusa: quibus Hebręi
vtūtur pro vocalib9: sicut patha, camec, holen, suror. &c. Iota aūt apud nos vnū valet, apud Hebręos au
Hieronymus. tē decē. Iota ergo figurā tenet legis propter decalogū: apex ad Euāgeliū referē, quod Euāgeliū excellit. Sed
& ex figura literę iota quod oim minima est apud Hebręos, Gręcos & Latinos: ostēditur quod etiā minima quę
putātur in lege: sacris spūalib9 plena sunt, & oia recapitulant in Euāgelio. Cui9 ergo eruditiōis est: etiā K
diuersa sacrificia, & quę supersticiosa videtur in victimis; cotidie demōstrare impleri: hoc est, proferre de
thesauro noua & vetera. Matth. 13. Qui ergo soluerit vnū de mādatis istis minimis, & do
cuerit sic hoies: minim9 vocabitur in regno cœlorū: qui aūt fecerit & docuerit: hic
magn9 vocabitur in regno cœlorū. Abulen. Quicunque prædicauerit cōtra aliquod mandatū le-
gis vel Euāgelii: vtrobique enim sunt mādata minima sunt & magna: hic talis hęretic9 est: minimus. i. nul-
lus erit in regno cœlorum. Minima præcepta vocat: ea quæ ipse hoc capite addit præceptis legalibus.
Sunt enim minima in transgressione, maxima vero in remuneratione: de legis autem præceptis per op-
positum intellige. Hæret autem sententia cum præcedentibus; vbi dicit: Iota vnum. &c. Suggillat ergo
Pharisęos,

Pharisæos, qui contemptis mandatis Dei, statuebant suas neuias arachneorum telas, q non eis profit doctrina in populis, si vel vnum paruum præceptũ in lege destruant. Vel sic. Quod perfecta beatitudo sit: si quod verbo doces, opere compleueris (sis sal: sis & lux) alioqui non prodest magistro (medice cura teipsum) docere iustitiam, quam minima culpa destruit, qui etiam propter minimã culpam doctor de maximo eficitur gradu: vt vocetur minimus, qui maximus est in docendo. Nam dicit. Quomodo alium inducam in viam quam nunquam transiui, nunq̃ triui? Cuius igitur vita despicitur superest vt eius prædicatio contemnatur. Vocabitur minimus inquit Chrysost. Id est, ad regnum non ingredietur. Si enim soluerit, erit quidem de numero gregis Christi tamen minimus Christianus, merito enim membrum est satanæ. Cum igitur audieris minimum in regno, nil aliud suspiceris, q̃ supplicium & gehennam, & hoc erit in die iudicij. Tunc enim minimus vocabitur ab ijs qui sunt in cœlo, quia minimus gradus boni dabi-

Chrysost.

A tur ei: pœnæ autem maximus. Cæterum qui praua docet, & male viuit, vbi locandum putamus? Cum igitur dicit: In regno cœlorum vocabitur minimus, in resurrectione intellige. Non enim in regnum illud ingredietur, apage eis. Qui ergo fecerit, & docuerit, potens opere & sermone, qui nunq̃ dicit ite; sed venite post me; hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

Caput. iii. Exponitur præceptũ de non occidendo, de reconciliatione preponenda omni sacrificio: de expositione precepti de non adulterando, de eruendo oculo dextro. &c.

B DIco autem vobis, q nisi abundauerit iusticia vestra plus q̃ Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum celorum. Ad hæc Augustinus. Iustitia Pharisæorum illa est, q dicunt & non faciunt: alligãt onera, que nec digito tãgere volũt. Math. 23. Itẽ alio modo. Principes sacerdotũ mittunt consilium vt Iesum dolo tenerent & occiderent: verum timebant plebem, ne forte tumultus ob oriretur in populo, qua occasione predam perderent, Matth. 26. Hæc est igitur tota eorum iustitia: nutu deterreri a perpetrandis criminibus. Et rursus Ostia pomarij clausa sunt & nemo nos videt: (nugantur) & in concupiscentia tui ardemus. Danie. 13. Denique iustitia Scribarum exteriora tantum curat in cibis & lectis & vasis, & omnis eorum mundicies a foris est. Sed age quo magis perspicuũ fiat, q̃ Euangelica non pugnent cum legis Mosaicæ præceptis, sed ea potius adiuuent, rem oculis subijciamus: opposita enim iuxta se posita clarius elucescunt. Audistis quod dictum est antiquis: non occides: qui autem occiderit, reus erit iuditio. Ego autem dico vobis, quod

Augustin.

De cõse. distin. 4. cap. Non dubito.

C omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iuditio. Qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehennæ ignis. 55. distinctione capite final. in glosa. Non frustra creditum est inquit Aul. Gel. libro. 12. cap. 1. Sicuti valeat ad fingendas animi atq; corporis similitudines vis & natura seminis, nõ secus ad eandẽ rem lactis quoq; ingenia & proprietates valere. Neq; in hoĩbus id solũ, sed in pecudibus quoq; aiaduersum. Nam si ouiũ lacte hedi, aut caprarũ agni alerẽtur: cõstat ferme in his lanã duriorẽ, in illis capillũ gigni teneriorẽ. In arborib⁹ etiã & frugib⁹ maior plerũq; vis & potestas est ad eorũ in dolẽ vel detractandã vel agẽdã aquatũ atq; terrarũ que alãt, q̃ ipsius quod iacitur seminis. Ac sepe videas arborẽ letã & nitentẽ, in locũ aliũ traspositã: deterioris terre succu deperisse. Id dicebat Phauorinus philosophus suadens nobili cuidam fœminæ, vt liberos quos peperisset nõ nutricũ adhibitarũ, sed suo sibi lacte aleret. Filius primogenit⁹ dei iuxta carnẽ iudaicus populus est. Luc. 15. Exo. 4. Hunc Deus infantẽ ad huc, & qui Aegyptũ in moribus circũferebat: Mosi vberib⁹ alendũ tradidit. Manus aũt Mosi grauissime, facies cornuta, Exo. 34. Vbera la-

Aul. Gell.

Phauorinus.

D pidea, an potius hydrie sex aque insipides litere interfectricis: de qua aqua nunc dicitur, audistis q dictũ est antiquis. Nos aũt tanq; liberi e filios nõ alienis sed proprijs vberibus pascit bonus magister, dicẽs: Ego autem dico vobis. Illis ergo tanquam hedis & carnalibus Moses timorem incutit dicens: Ego scio contentionem tuam & ceruicem tuã durissimã, quãto magis cũ mortu⁹ fuero? Deut. 31. Vnde ceruix dura populo illi electo adeo, & adamantinũ cor. Zach. 7. Et fides dubia, resistẽs semp spũi sancto? Ex lacte materno reuera, quia lex illa lex erat timoris, & nihil spirabat cœleste: sicut alias dictũ est. Nunc aũt in plenitudine temporũ, suo nos pauit lacte mulier illa Euãgelica (Luc. 15.) cuius verba sunt apud Esaiã. ca. 49. Num obliuisci potest mulier vnicũ suũ? Vnde dicit: Ego aũt dico vobis. Chryso. Tale est hoc: vt si quispiã doctor discipulũ ad superiora pgredi cunctantẽ, talib⁹ verbis acrius incitare dicẽs. Nescis iã quantũ tẽporis in syllabarũ meditatione cõsumpseris? Admonitione ergo antiquorũ facta, ad doctrinã illos cel-

Exo. 17.
Ioan. 2.
Gal. 4.

Actu. 7.

Chrysost.

E siorẽ euocat, quasi diceret. Habuistis sufficiẽs tẽpus ista cogitãdi, que incheãt hoĩes, nõ perficiũt: iã oporet vos ad subliniora progredi: iuxta illud: minauit Moses oues ad interiora deserti. Exo. 3. Vnde Paul⁹ nõ semel precepta legis elemẽta vocat. Vnde Hierony. sup ad Colloss. 2. Elemẽta mũdi a quib⁹ sumus mortui, lex Mosi & oẽ vetus testamentũ est: quibus quasi elemẽtis & religiõis exordijs Deũ discimus. Quẽ eñ elemẽta appellant litere, p quas syllabas ac vba cõiungim⁹, & ad texendã orationẽ lõga meditatiõe pcedim⁹: Ars quoq; musice habet elemẽta sua & geometria ab elemẽtis incipit linearũ, sic elemẽtis veteris testamẽti vt ad Euangelicã plenitudinẽ veniãt sancti viri, eraditur infantia. Vñ illud Heb. 5. Cum deberetis esse magri: rursus indigetis doceri que sint elemẽta exordij sermonẽ Dei. Hugo S. Victo tis distinguenda sunt hec tria; Elementum, exordium, sermo. In elementis sonus est, sed sensus non est.

Hierony.

Hugo. S. Victo.

Dictiones exordia sermonum sunt, id est, sensuũ: sed nõ sunt completi sermones. In sermone sensus perfectus est. A. elementum est: anima, exordium sermonis. Anima mea turbata est, sermo est. Vide hęc tria in scriptura. Carnem cum sanguine non comederis (Genes. 9.) elementum est. Nõ occides: exordium est: qui dixerit Racha ex odio, hic sermo est. Item illud, non fœnerabis fratri. Deut. 23. Non erit egenus inter vos, Deut. 15. Vendite quæ possidetis. Luc. 12. Item illud: Diliges amicum (Leuit. 19.) elementum est: Diligite inimicos, exordium est: para alteram maxillam, sermo est. Et sciendum iuxta Hieronymum: ꝙ si alicubi legatur: qui irascitur sine causa: ly sine causa tollendum est. Si enim iubemur maxillam alteram præbere, & cętera: omnis iræ occasio tollitur. Nos autem, inquit Chrysost. plusq̃ increduli & infideles calcamus hanc legem: quotidie innumeris iniurijs fratres nostros lacessentes. Quodq; magis ridiculum sit: nomen ipsum fatuum dicere obseruantes: multo acerbiora in eos iactamus. Quod si pro ocioso sermone reddituri sumus rationem: quanto magis de contumelia? Cum frater sit, & similiter credat in Deum; & Christum nouerit Dei sapientiam: qua ratione stultitiæ elogio denotari potest? Ad hæc Augustinus. Illud etiam considerandum, quid sit irasci fratri suo: quoniam non fratri irascitur, qui peccato fratris irascitur. Nam si ira non fuerit nec doctrina proficit, nec iuditia stant, nec crimina compescuntur. Patientia enim irrationabilis vicia seminat, negligentia nutrit, & non solum malos, sed etiam bonos inuitat ad malum: inquit Chrysosto. Dicit autem Augustinus: ꝙ Racha est interiectio indignantis, animi motum exprimens. Iuxta Chrysost. Est verbum contemptus & parui pensionis: sicut nos dicimus famulis vade tu. Iuxta Theophylact. Idem quod tu ssare. Iuxta Hieronymum, vacuum sonat. Nam RiK Hebraice, vanum sonat, siue sensu vacuum. Græce autem Rachos pannosus dicitur. Abulensis ita dicit: & forte ipse solus rem (vt dicunt) acu tetigit. Dictum est: Non occides. Vtrum peccet: qui sese defendendo, occidit alterum: vide Augustinum lib. 1. de libero arbitrio. Nam inquit: vt non perdas corpus tuum, id est, vt tuearis vitam corporalem: perdis animam proximi quem occidis existentem in mortali. Sed hæc positio durior est, quia iura concedunt tueri sese: cum moderamine inculpatæ tutelæ. Vide in clemẽtina de homicidijs: Si furiosus. Sequitur. Qui irascitur fratri, id est, qui ex ira desiderat ei mortem vel aliquid nocumentũ exterius: & qui dicit Racha vel fatue: id est, qui ex ira per quam aliq; malum optat, prorumpit etiam in verba amaro animo dicta. Itaq; Dominus de ea ira loquitur. Per quam quis desiderat mortẽ alterius: alias enim non loqueretur ad propositum, ad excludendum errorem Iudæorum. Sic in tribus his gradibus voluit Dominus assignare peccatum mortale. Voluit tamen Dominus ostendere inæqualitatem peccatorum in ira, ex ipsa pœna. Alias plerumq; grauius peccat qui tacitus irascitur, q̃ qui conuitijs debachatur in fratrem. Ita sub audiendum est in quolibet: Si quis iratus dixerit fratri Racha: siquis iratus, dixerit fatue. Nam Paulus emendandi causa dixit: O insensati Galatæ. Et Dominus, o stulti & tardi corde. Lu. 24. Et quia tres isti gradus ab eo assignati continent peccatum mortale: proq; quolibet debetur pœna æterna: quæ nobis ignota est quantum ad suam acerbitatem, cum nemo illam experiatur: ostendit Dominus differentia pœnarum in esse malum & deterius per tres status quos potest homo habere contra quẽ de illata iniuria agitur. Primus ꝙ causa discutiatur. Secundus ꝙ iudex pronunciet. Tertius ꝙ sententia exequutione firmetur: hęc sunt iuditium, consilium, gehenna. Nec est intelligendum ꝙ pro horum aliquo tradatur homo gehennæ, & pro aliquo non: sed pro quolibet horum tradetur homo gehennæ, si in quolibet eorum decedat. Ita gehenna non significat pœnam æternam, vel ignem æternũ: sed pro vt dicit sententiæ executionem: quę fiebat apud Iudęos in valle filiorum Ennon, id est, Gehenno: vbi cremabãtur cadauera sicut Rabanus dicit. Itaq; dicens: reus erit gehennæ: idem est ac si diceret: reus erit patibuli. Peccatum igitur vel est in corde, vel in verbis, vel in facto: quod si animus deest, peccatum non est, malũ nõ est. Ita Euangelium latius in se continet legem. Tolle enim iram, & homicidium non fiet. Aut nunquid Saul homicida non fuit, qui semel & secundo conatus est lancea configere sanctum Dauid? 1. Re. 19. Item. 1. Reg. cap. 25. Nunquid Esau homicida non erat: qui dicebat in corde suo: Venient dies luctus patris mei, & interficiam fratrem meum? Et (o insignem vęsaniam:) si se putauit supernicturum patri suo. Quomodo sol huic super iram non occiderat (Ephes. 4.) qui tot annos conceptum odium contra fratrẽ tenuit, dicens: Veniens dies luctus patris mei & c. Credibile est votis exoptasse: patrem suum breui vita defungi, vt fratrem occideret. Qui ergo vel voluntate sola fratrem occiderit: reus erit gehennæ ignis: Sicut autem refert Sabellicus: apud Tartaros hominem occidere, nullius noxæ est. Si frenum non ademerit is qui quadrupedem misit in pascua: piaculum est. Denique Regi quicquid libitum est, licet, & cuicũq; velit, lege permissum est vxorem & omnia quæ velit adimere, ne putes soli Deo congruere verba illa: aut non licet mihi quod volo facere? Matth. 20. Nec mirabere si Absalon patrem regno expulit, quando Nero matrem sustulit. Legimus item Federicum Regem in Apulia post grauis morbi conflictationem a Manfredo filio quem ex concubina extulerat compressis faucibus strangulatum. Erat is a patre rege Tarentinus princeps declaratus: verum non contentus præsenti sorte: patrem primo, inde Conradum fratrẽ Regni & omnium fortunarum hæredem relictum veneno sustulit. Quid autem dicendum de eo qui semetipsum occidit? Quod de Iuda, quod de Achitophele. Cato (inquit Plutarchus) Vticensis videlicet cũ Cæsarem accepisset vicisse contra rempublicam accepto ense, occluso ostio, se sub pectus percussit. Sed cum ægrota manus minus alte vulnus imprimeret: non confestim exanimatus est, sed moribundus ex lecto prolapsus: abacum quendam Geometriæ qui forte iuxta lectum stetit non sine magno strepitu in terram deiecit. Quod cum a seruis auditum esset: subito acclamatum atq; concursum est, ingressiq; serui, inuenerunt Catonem sanguine fœdatum, intestina eius magna ex parte effusa: ipsum tamen adhuc viuentem. Medicus igitur accedens tentabat & viscera remittere, quę illesa erant. & vulnus ligare: sed ipse statim atq;

Marginal notes: Exo. 20. — Matth. 5. — Hierony-mus. — Chrysost. — Matth. 12. — August. — F — Chrysost. — Theophy lactus. — Hierony-mus. — Abulẽsis. — August. — G — Gal. 5. — H — Hierony. — Rabanus. — Genes. 27. — I — Sabellicus — 2. Reg. 16. — Federicus. — K — Cato Vticensis.

tim atque ad se rediit, medicum repulit, & viscera manu lacerauit: sic martyr iste diaboli & bis martyr vita defunctus est. Et tamen huius morti pessimæ inuidisse dicitur Cæsar August. dicens. Morti tuæ inuideo Cato, nam & tu gloriæ meæ pro salute tua inuidisti. Hic Cato quem Romani vita functum inter funeralia solum benefactorem, liberatorem solum liberum & inuictum vocitabant: triplici peccato peccauit. Primum, quia hominem occidit. Secundo, quod seipsum hominem. Tertio, quod hominem bonum secundum iustitiam politicam. De hoc Valer. Max. lib. 3. cap. 2. Qui autem occiderit, reus erit gehennæ. Ad hæc (Sabellico referente) Adrianus quos priuatus habuit inimicos, princeps electus: incolumes præstitit, atque in his vnum in quem in festiore fuit animo. Huic iam princeps factus: cum sibi timentem esset intuitus: sis inquit bono animo: iam periculum euasisti. Vox reuera digna principe Romano atque vtinam Christiano: videtur enim significare voluisse, fore vt se principe incolumis esset, quem priuatus perditurus erat.

Adrianus.

A Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris: quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo: & tunc veniens, offer munus tuum. 86. distin. cap. quoniam in glosa Hieronymus. Si igitur munera nostra absque pace offerre non possumus: quanto magis corpus Christi accipere? Iudicium enim æternæ damnationis sibi consciscit, qui cum Iuda accedit ad sacrum summæ pacis. 1. Corinth. 11. Tu autem si sanctus sapis, audi quid dicat angelus ad Gedeonem. Vade para sacrificium tuum: Ego præstolabor aduentum tuum. Scriptum est enim quod respexit Dominus ad Abel primum, deinde ad munera eius. Munera autem Cain quomodo aspiceret: cuius manus plenæ erant sanguine, etiam antequam sanguinem fraternum effunderet? Esa. 1. Si inquit recte offeras, non autem recte diuidas: nonne peccasti? Recte quidem offerebat Cain, quia Domino offerebat, dicente lege: qui immolat diis, occidetur: præterquam Domino soli. Exo. 22. Verum nõ recte diuidebat, quia Deo fruges: Satanæ autem animam immolabat.

Hieronymus.
Iudi. 6.
Genes. 4.

B Vnde illud. Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, & votum faciens, immolat deo debile. Debile est, truncum est, & cæcum, & scabiosum (Leui. 22.) quicquid obtuleris: si teipsum principio omnium non offeras. Vade igitur, reconciliare, & tunc si libet offer munus tuum. Dicit hoc loco Abulensis, quod interdum reconciliatio commodius fit per tertiam personam, ne videlicet irritetur offensus præsentia lacessentis. Denique non semper licet statim ab iniuria illata reconciliationem petere: nam qui hæc agit, videtur contemnere quem offendit. Petrus illico reconciliationem. Chrysosto. Nouit Dominus talẽ esse huiusmodi passionem, quæ satis velocis curationis indigeat, idcirco præueniens Apostolus, vult etiam reconciliatum nocti tradere (Ephe. 4.) ne saltem vnam occasionem de solitudine diabolus inueniat, per quam iracundiæ fornacem septuplum possit accendere, eamque efficere seuiorem. Sic & Christus non concedit nec paululum quidem omnino differre, ne huiusmodi anima impleto absque reconciliationis sacrificio, desidia maiore capiatur: & cotidie dissimulet in pacem reuerti. Neque enim irasci peccatum est, si leuiter, si oportune irascamur. Qui enim sine causa irascitur: cõmuniter modum excedit: sed si irascendum est, sit iuxta prouerbium: Odi tanquam amaturus. Verbum aureum re vera. Herodes multa millia puerorũ occidi iussit, ob vnius innocentis vitam perdendam. Sic Nabuchodonosor furore repletus: fornacẽ iubet septuplum succendi, quasi non posset simplex ac solitus ignis trium puerorum consumere corpora. Sed ignis deseuiens in ministros Regis, pueros illos beatos vltus est. Parcebat autem interim Regi misericordia Dei, ad pœnitentiam eum adducens, vt ex insania ad sobrietatem rediens, mutaret edictum dicens. Pereat, qui Deum trium puerorum non adorauerit. Hieronymus. Dupliciter apud nos & philosophos iræ nomen accipitur. Vel cum iniuria lacessiti, naturalibus stimulis concitamur: vel cum requiescente impetu & furore restincto, potest mens habere iudicium, & nihilominus super eo qui putatur læsisse desiderat vltionem. Arbitror itaque de priore ita ab Apostolo dictum. Irascimini & nolite peccare, & nobis quasi hominibus esse concessum, vt ad indignæ alicuius rei aspectum (vide Ester. 2. cap.) moueamur, tranquillitatemque mentis leuis quædam aura perturbet nequaquam tamen tumẽtis gurgitis furoris impetu sublimur. Ne igitur occidat nobis sol super iram, ne forte quæ erat festuca aut palea, trabes fiat, & ita vertatur in furorem, & scintilla vna in flammam. 49. cubitorum. Et sic manente amicitia (inquit Os aureum) etiam grauia leuia videntur, ita econuerso manentibus inimicitiis, leuiora quæque pro grauissimis audiũtur. Vade ergo, & reconciliare. Verum est tamen, quod iuxta prouerbium: ira omnium tardissime senescit. Philosophus quidam rogatus, quæ res quam ocissime senesceret, respondit: Beneficium. Vtrumque complexus est Tullius: Cui placet inquiens obliuiscitur, cui dolet meminit. Id solius est Dei: sicut scriptum est Ro. 9. Cui vult miseretur, & quem vult indurat. Ita dixit & Sophocles: Senecta nulla obtingit iracundiæ, nisi mors, sepultos nullus attigit dolor: nisi quod & sunt quidam ita efferorum morum, vt & terram surdam vexent, hoc est mortuos, qui mordere nõ possunt. Hoc igitur innuit poeta Homerus lepidissimo reuera figmento de diis Litis & Ate. Hanc Aten deam facit, quæ noxas ac iras soleat immittere rebus mortalium. (Apoc. 12.) atque ipsam quidem acribus esse oculis, pedibus prævelocibus: cæterum post eam multo interuallo consequi Litas deas, quæ quod Ate turbauerit, sarcire moliantur. Has & strabis oculis fingit, & pedibus claudis: illud nimirum innuens, offensas esse citas, reconciliationes tardas: propterea quod iniuriæ diu meminisse solent homines: at benefactorum quam facillime obliuisci. Ita Saul pro vnica cancione cantata in honore Dauid. 1. Re. 18. Obliuio repentine irrepsit in animum Regis, omnium bonorum sibi & populo collatorum per manus Dauid, & non rectis oculis deinceps eũ intuebatur. Nam & Dauid ipse si non adeo iniuriæ tenax fuisset in filium, qui iusta causa commotus videbatur contra fratrem, quẽ occidi iussit, non incidisset in tot miseriarum voragines 2. Re. 14. Pro Christo inquit Apostolus, legatione fungimur, tanquam Deo per nos exhortante: reconciliamini Deo. 2. Cor. 5. ne vel sero obsecundemus Nouercæ, qui parenti

Malach. 1.
Abulensi.
Chrysost.
Daniel. 3.
Prouerbiũ
Matth. 2.
Rom. 2.
Daniel. 3.
Hieronymus.
Ephes. 4.
Chrysost.
Ita.
Prouerbiũ
Tullius.

qui patenti optimo non paruimus. Homo quidam percussus in capite cum hortaretur vt iudicem adiret, imo adibo inquit Chyrurgum. Alias quod remedium est, malum malo medicari, camino oleum infundere: cuius oppositum præcipit Paulus: Rom. 12. Vince inquiens in bono malum. Duo adinuicem discordes in eadem naui ferebantur, quorum alter in puppi alter in prora sedebat. Qui erat in puppi tempestate oborta cum nauis submergenda esset: rogat gubernatorem (o curam superfluam) vtra pars nauis prius obruenda esset. cum ille subiecisset, prora, sed mihi non erit graue ait ille, mors, si visurus sum ante me inimicum morientem. Ad hæc Hieronymus. Meæ est potestatis, vt non habeam aliquid contra fratrem: vt autem ille aduersum me habeat vel non habeat, in illius voluntate consistit. Quid ergo faciam, si ille reconciliari non vult? Obsecrem? Flectam genua? sed audire contemnit. An obtorto collo in tua amicitiæ traham? Et quæ maior inimicitia, quam amicitias necessitate copulare? Neque enim dixit Dominus: Roga eum vt tibi reconcilietur, sed reconciliare fratri. Non quod impossibilia Deus præceperit, sed in tantum patientiæ culmen ascendit, vt prope impossibilia pro difficultate nimia præcepisse videatur: licet alias iugum suum leue dixerit & suaue. Vade igitur, & reconciliare, & ne scindas interulam Christi & Ecclesiæ quod nec milites fecerunt, quia reuera diuidi non potest, sed vni tantum sorte cessit: vna vni. Noli dicere: nec mihi, nec tibi sed diuidatur. Namque vox ista non virilis animi est, sed effœminati & meretricis. F

Abulensis. Vade reconciliare. Offerens munus ante reconciliationem, non peccat peccato nouo, perdit tamen vtilitatem muneris vel cuiuscunque boni operis facti interim: operam videlicet & impensam. Prælatus tamen quando excedit modum in corrigendo: ita quod bono animo mouebatur: ira tamen coegit eum mensuram excedere (vide Deut. 25. in principio) ira illa est peccatum veniale, nec tenetur petere veniam. Secus si moueretur interdum animo iniquo: tenetur enim veniam petere: siue excedat in verbis, siue in factis. Vide. 86. distin. cap. Necessitas. Et sciendum propter multa quæ Dominus dicit in hoc capite, velut corrigens falsum intellectum doctorum Iudaicorum circa multa quæ continentur in lege, quod ratio quare lex humana non prohibet animum sed manum tantum, est, quia illum nō nouit: id enim solius Dei est, qui solus nouit corda filiorum hominum. 3. Reg. 8. Idem dicendum de lege veteri. Lex autem Christi pœnā æternam comminatur transgressoribus, quæ per Deum infligitur, qui animum nouit. Iudæi autem aut saltem maxima pars eorum tempore Christi putabant, quod peccatum consisteret in solo actu exteriori, & ipsa præcepta Dei de solo actu exteriore intelligebant: quod patet ex omnibus adiectionibus quas Christus hic facit, dicens: Ego autem dico vobis, de ira: Ego autem dico vobis de fornicatione, ostendens quod non homicidum tantum condemnatur a Deo, sed etiam animus homicida: Idem de cæteris: velle enim peccare mortaliter, est peccatum mortale. Et hanc positionem refert Augustinus super Exodum, nō tamen tanquam suam. Hanc dico quod peccatum sit in solo actu exteriore: vnde Iosephus. 12. antiquitatum increpat Polibium Historiographum asserentem voluntatem peccati esse peccatum, dicens. Vnde miror Polibium, quod vir bonus existēs, dicit: Ideo periisse Antiochum, quia voluit templum Dianæ in Perside deuastare. Et subdit causam dicens. Nam qui nullatenus egit peccatum, sed tantum cogitauit, nullo reatu tenetur. Verum est, quod cogitatio simplex, non est mortale; absit, non est enim in voluntate nostra quin visis titillemur: tamen qui cogitauit, & animo statuit, quam primum oportunitatem nancisceretur: iam peccauit in corde, quia paruulo, non allisit ad petram conclusio. Si inimicus qui nos verbo vel facto offendit, nec petit veniam, nec se ingerit ad familiaritatem. nō tenemur ei dicere: Aue, nec ostendere aliquod signum familiaritatis. Si autem non petit expresse, & tamen ingerit se ad communicationem, recipiendus est, sed si non duplici animo & irrisorie, atque vt nocere possit, accedat. Et tamen si conuersationem eius nobis arbitremur fore nociuam, repellendus est. Vnde Deus prohibuit Iudæis, ne contraherent amicitias cum quibusdam Gentibus. &c. Ad hæc Gregorius. Relinque munus. Ex quo præcepto præsenti relinquendi libum pensandum est, quorum hostia repellitur, quam intollerabilis culpa monstratur. Nam cum mala cuncta, bonis sequentibus diluantur: pensemus quanta sint mala discordiæ, quæ nisi extincta funditus, bonum subsequi non permittunt. Dicamus igitur cum Seneca. Dissensio ab alijs, reconciliatio a te incipiat. Cum autem ignoscis, ita beneficium tuum tempera: vt non ignoscere videaris, sed absoluere. Quoniam grauissimum pœnæ genus est: contumeliosa venia. Dominus enim nos ad pacem inuitat, non imputans peccata preteritæ adolescentiæ. 2. Cor. 5. Sed cito inquit proferte stolam priorem. Tunc autem maxime reconciliari oportet iuxta philosophum: cum sumus fœlices. De hoc Val. Max. ita refert. Magone Canensis pugnæ exitum senatui pœnorum nunciante, inque tanti successus fidem anulos aureos trium modiorum mensuram explentes fundentis, qui interfectis Romanis, detracti fuerunt quæsiuit Hanno: an aliquis sociorum post tantam cladem a Romanis defecisset. Atque vt audiuit necessarium ad Hanibalem transisse, suasit vt protinus legati Romam per quos de pace ageretur, mitterentur. Cuius sententia si valuisset: nec secundo punico bello victa Cartago, nec tertio deleta foret. Sic & Samnites Romanos nec interficere voluerunt, sed nec libertate donare: magis autem sub iugum mittere, sed malo suo, hostibus acrius irritatis: Vnde & ipsi fortuna aduersa non sub iugum missi sunt, sed multos eorum Lucius Papirius loris ligatos iugo, stimulis vrgebat, binos & binos arare cōpellens. Ac proinde ne sero sapias amice: dicens cum Hanibale: cum potui, nolui: nunc volens, non possum. Esto consentiens aduersario tuo cito: dum es cum eo in via, ne tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exies inde: donec reddas extremum quadrantem. Si tu offendisti: relinque munus: si offensus es, esto consentiens. &c. Græce ita dicit, ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ: Isthi eunoon antidico: esto beneuolus aduersario. Verum antidicus non simpliciter sonat aduersarium, sed aduersarium causæ aut litis: sentit enim actorem qui reum in ius trahit.

Marginal notes: G, Iosephus., H, Psal. 136., Deut. 25., Gregorius., I, Seneca., Luc. 15., Philosophus., Val. Max., Samnites., K, Hanibal.

ius trahit. Minister autem hoc loco is est, qui exequitur iudicis sententiam. Quid inquit aliquis, si adeo insolens & agrestis moribus sit frater meus: vt post illatam iniuriam, etiam in ius vel trahere me: quem lacessiuit: negotium etiam exhibiturus, nisi etiam depredetur in quem debacharus est? Sicque commotis vtrinque animis, si non itur ad arma, saltem paratur causa vt adeantur iudices? Ita enim refert Val. Max. lib. 9. cap. 11. C. Fimbria egerat vt Sceuola in funere C. Marij iugularetur. Quem postque ex vulnere recreatum comperit, accusare apud populum instituit. Interrogatus deinde quid de eo secus dicturus esset: cum pro sanctitate morum satis digna laudatio reddi non posset. Respondit se obiecturum illi: quod parcius corpore telum recepisset. Hoc igitur casu quid me facere iubes? Num par pari rependam? Num ius meum prosequar, & vim vi repellam? Certe si me audies (Flamma enim fumo proxima est fuge mature periculum) imo si Dominum audis: Dum adhuc es in via properabis componere causam cum tuo vitilitigatore vel æquis vel certe iniquis conditionibus: nam nullum maius dispendium quam pax fraterna tranquillitas mentis, quæ pecunia non potest emi. Memento scriptum esse: Mentiris, non est ita: vere enim altera nugabatur. Et tamen in hunc modum gallinæ ille adrianæ glociebant atque gracillabant: idque coram Rege Salomone. Et tandem postque diu delitigatum est, gladio sed inuento (magnum mysterium) lis finita est. Quod si ita stultus es: vt causam iudici committas, prætermitto quod varius est euentus belli huius, nec raro iudices isti Argi sunt quando pecunia omnium potentissima fores pulsat. Eccle. 10. Et patiuntur argentinam alias synanchem, adiudicantque fieri petitionem eius, dicente: Pete mater mea (3. Reg. 2) Hæc inquam omnia vt prætermittam, tamen interim seruiendum est aduocatis & notarijs: subornandi testes, qui non raro & ipsi pecunia delibuti stertunt cum Iona: omnisque mouendus est lapis, & multa huiusmodi subeunda incōmoda indigna certe viro Christiano: & in conclusione: inuenies certe quod nō quærebas, lusisse te videlicet operas tuas & impensas: Barraba victore discedente e lite: Ioanne conie-cto in vinculis, vbi iam adempta facultate componendi cum aduersario: solues quæ non rapuisti, cum minoris licuerit cum eo rem componere. Legimus. 4. Reg. 3. Cum vidisset rex Moab præualuisse Israel cōtra eum: arripiens in desperatione filium suum primogenitum: obtulit holocaustum super murum (talibus enim hostijs placantur dæmones) & facta est indignatio magna in Israel statimque Israelitæ recesserunt ab eo. Glosa. Id enim spectaculum intuiti Reges Israel & Iuda: miseratione commoti, admonitique insuper vnius nuper potentissimi Regis exemplo, quam incerta sit omnis humanarum rerum conditio, confestim obsidionem soluerunt. Credibile est Iosaphatum & alios animaduersa hostis desperatione: satius duxisse, mitioribus conditionibus pace illi reddita, bellum componere, quam labore & periculo hostem ad mortem compellere, sed dulce bellum inexpertis, in quo non raro plorat qui vicit iuxta prouerbium, qui succubuere perempti: id quod olim vsu venit Troianis & Græcis post insanissimum bellum, pro mala muliercula tot annos gestum. Nam Troia funditus euersa est: Græci victores aut in reditu periérūt, aut domi offenderunt pernitiem. Quis ergo ita demēs est, vt aureo piscetur hamo? Nam etiam si fœliciter cadant omnia, nonne præstat aliquid de suo iure concedere, quam paululum commodi innumeris mercari malis. Qui si semel ingressus fueris carcerem: inde non exibis donec soluas extremum quadrantē. Quadrans quarta pars assis est: Plinius terunt ium vocat: nummulus videlicet minutus & contemptissimus. Abulen. Esto consentiens aduersario quem læsisti, nisi ille velit aliquid de suo iure remittere quem offendisti. Vel esto consentiens aduersario, petisti veniam: iniuriatus petit & satisfactionem: tu hanc non præstas, putans id sufficere quod veniam rogasti: & inquit Dominus: Esto consentiens, id est, præsta & satisfactionē. Vel potest referri ad eum qui læsus est: vt petenti veniam se præstet beneuolum. Id si non feceris, traderis tortoribus trisaucibus, qui nunquam dormiunt, nunquam faciantur malis nostris, semper replicātes illud: Affer, affer. Quando autem dicit: solues vltimum quadrantem: intellige quod sunt peccata tenuia, sunt crassiora: quæ prodeunt quasi ex adipe. Psal. 72. Sunt & peccata pondere talenti Zach. 5. Sunt & peccata quæ stridere faciunt currum, & exululare longissime. Amos. 2. & ea sunt de quibus dicitur: peccata sua prædicauerunt. Iuditia apud Lacedemonas (referente Plutarcho) hoc pacto peragebantur. Concione coacta, viri electi in proximam domum concludebantur, neque videntes quenque ex concione, neque a quoque visi, sed clamorē duntaxat audientes concionantium: clamore vt cætera competitores iudicabant, non vna omnibus, sed singulis pro sorte admissis, ac silentio per contionem euntibus. Hoc modo causas non facies peccatorum, iudicabant: ideo communiter iuste iudicabant. Amen amen: sic fiat apud nostrates. Deus enim personam hominis non accipit. Gal. 2. Philippus rex quandam Machetę causam cum iudicaret, ac dormitans, contra ius pronunciasset: Macheta reclamante se prouocare: indignatus Rex ait: Ad quem? Et ille ad teipsum o Rex inquit: si vigilans attendensque audieris. Ita Rex intelligens quod iniuria affecisset Macheram: iudicium quidem non recidit: (id enim nefas) sed litis æstimationem ipsi persoluit. Amen ita fiat apud nostros iudices & principes. Non enim raro bonus dormitat Homerus. Nam Agis princeps quibusdam laudatoribus Eleos, quod in Olympiorum certamine iustissimi forent: Aliquid magni inquit aut mirandum faciunt: si per. 5. annos vno duntaxat die iustitia vtantur? Quia ergo iudex vndiquaque integer, ac iustitiæ oculus, æquitatis tenax, & alter Ianus rarus inuenitur: Esto beneuolus. &c. **Audistis quod dictum est antiquis: non mechaberis: Ego autem dico vobis, quod omnes qui viderit mulierem ad concupiscendum eam: iam adulterium aut mechiam cum illa commisit.** 32. q. 5. cap. Sicut enim. c. Paulus. c. qui viderit. Et q. 7. cap. Non solum. Bene ergo inquit Iob: pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Ergo Iob virtute anteuertit Euangeliū. Euangelium enim non prohibet cogitationem, non contuitum, sed oculum adulterum: qualis Dauid 2. Reg. 11. Bethsabe. Iste autem ipsi cogitationi frenū posuit. Ad hæc Gregorius. Anima nostra per corporis sensus; velut per

Margin: Val. Max. — A — 2. Reg. 11. — Prouerbiū — B — Matth. 27. — Sabellicus — Prouerbiū — C — Prouerbiū — Abulensis — Prouerbiū — D — Esa. 5. — Lacedemones. — Psal. 81. — Philippus — E — Elei. — Iob. 31. — Gregorius

velut per fenestras quasdam exter ora quæq; respicit:respiciens concupiscit:& cæca post incipit deside-
rare quod vidit. Sanctus igitur Iob vt cogitationes cordis caste seruare posset:fœdus cum oculis pepigit,
ne prius incaute aspiceret, quod postmodum ad mortem amaret. Nam semel species formæ cordi per ocu-
los illecta:vix magna luctaminis manu soluitur. Mors inquit propheta per fenestras nostras ingreditur,
Hiere. 9. Quisquis ergo per has fenestras incaute exterius prospicit sicut Dina, Genes. 34. Sicut Dauid 2.
Reg. 11. Plerumq; in delectationem peccati etiam nolens cadit, atq; a cõcupiscentia illectus, incipit velle
Genes. 3. quod noluit. Prouidendum igitur nobis est, q intueri non decet quod non licet concupisci. Neq; enim
Eua lignum vetitum contigisset, nisi prius incaute aspiceret. Pensandum ergo est quãto debeamus mo
deramine erga illicita visum restringere; nos qui mortaliter viuimus, si mater viuentium per oculos ad
mortem venit. Lex igitur Ramos præcidit dicens: Non mechaberis: Euangelium securim ad radicem po
Hieronymus. nit. Vnde Hieronymus. Inter pathos & propathian, id est, passionem & propassionem hoc interest, q F
passio reputatur in vitium: propassio licet culpæ vitium habeat: tamen nõ tenetur in crimine. Ergo qui
Luc. 5. vident mulierem, & anima eius fuerit titillata: hic propassione percussus est. Si vero consenserit, & de
cogitatione affectum fecerit; de propassione transiuit ad passionem. & huic non voluntas deest sed oc-
casio. Sciendum iuxta Scotum in. 1 dist. 17. q virtus moralis nõ moderatur actiue passionem, quasi eam
factam ab obiecto faciat esse minorem. Obiectum enim delectabile præsens naturaliter mouet secundũ
vltimũ sui. Sed habitus potest facere obiectũ minus cõueniens potentiæ habituatæ q nõ habituatæ. Ha
bitus igitur nil facit: sicut nec humiditas in ligno: licet ipsa moderetur & remoret, ne ignis ita vehemen-
ter calefaciat: sicut si lignum esset aridum. Et obserua q cogitatio de obiecto illicito ex cõplacentia vo-
Daniel. 13. luntatis in illo post deliberationem, est peccatum mortale. Scotus in. 2. dist. 42. Statuerunt inquit Daniel
2. Reg. 11. in cõmuni & captabant tempus, quando possent eam inuenire solam, exceperuntq; illam, sed malo eo-
rum: & cum iam eam arderent in corde: oportunitas deerat operi. Dauid quando primum vidit lauan- G
tem se Bethsabe & misit vt sciret quæ esset, propassione titillatus est. Quando vero misit qui adduce-
rent, peccatum consummatum est: iam enim mechatus fuerat in corde: illa adhuc absente. Legimus au-
tem de Sara q fuerit apud Abimelech fere anno integro: cuius pulchritudinẽ Rex admirari potuit, vio-
Sabellicus late non potuit. Genes. 12. Non enim oculo aspexit eam adultero sed vxorio. Dicit tamen hoc loco Sa-
Genes. 39. bellicus. Cœperat Regem mala libido Saræ in stuprum rapiendæ, & iam illi totus imminebat cum sa-
cerdotes regi nunciant: diram adesse pestilentiam; quæ cœlesti ira orta esse videbatur: q in aĩo habuis-
Ioseph. set alienigenæ mulieri stuprum inferre. Dicamus de Nazaræo Ioseph: in quem post multos dies domina
sua oculos iniecit, & mechiam commisit centies in corde suo. Ex verbis igitur sancti viri fœmina adhuc
magis accensa (constitutum enim erat ipsi Iosepho: prius omnia extrema pati, q in Putipharis optime
de se meriti contumeliam, muliebrem libidinem explere) vt est muliebris natura contumax, & in vetitã
libidinem maiore quoddam studio præceps: Cum solemne forte spectaculum in regia ederetur; subitam H
ægritudinem causata, negat se eo die in publicum exituram, haud dubie futurum rata: vt viro cũ omni
Historia. familia foris occupato per ocium, adolescentis pudicitiam domi expugnaret. Sola igitur solum appel-
lat, & interpellat ad adulterium ac nunc blanda nunc minax adolescentis animum varie oppugnat. Po
stremo cum nec precibus nec minis flecteret, impetum in eum facit. Grauis hic molestaq; colluctatio in
ter duos orta hinc libido vi vrget, inde pudicitia resistit. Impellit illa, hic repellit. Vult hic vincere, vult
illa. Pudicitia ratione ducitur, illa furore & amentia. Stetit demum victoria vnde debuit. Tum fœmina
duobus amarissimis stimulis, libidine & ira accensa, viro domum se recipienti cum flebili lamentatione
occurrit. Nequissimus seruus ille quem prima charitate fouisti, & vt filium a pueris liberaliter instituisti
tui beneficij suæq; fortunæ immemor: me graui valetudine affectam scelerata libidine qua solus solam
domi viderat conatus est ad adulterium compellere. Confuso deinceps clamoreq; & minis territo: atq; I
domum se recipienti, ne ire posset inficias: pallium ademit. Hæc illa fœminarum impudentissima, & me-
retricum perditissima. Obserua autem quomodo amor (sed carnalis erat) heræ Ioseph in mortiferũ odium
momento conuersus est. Quæ tamen si vim fuerat perpessa, suas non Iosephi vestes laceras ostendere
debuit: & exaratum vultum. Illud admiratione dignum, quomodo nec in carcere, nec totius Aegypti
rex factus, huius procacis fœminæ meminit, sed sepultum apud se tenuit (Memento S. Bernardi) charita
te enim erat deuinctus: quæ dicit: & proximum sicut te. In hoc signo agnoscitur asseclа Christi. Hæc est
Chrysost. gallina illa quæ nec in cruce oblita est officij sui (est enim mater pientissima) sed pater ignosce illis, ingra
tis licet. Charitas itaq; vita est cœlestis, nisi moriendum interim esset. Ad hæc Chrysosto. Quid opus est
nobis ipsis frustra exhibere negotium, & manus cum hoste conserere: cum liceat palmam sine certamine
Aul. Gell. comparare? Neq; enim adeo laboriosum est, a mulierum aspectu continere oculos, q visis & circumspe
ctatis abstinere. Aul. Gel. lib. 6. Lepida quæstio agitari potest: vtrum videri cõtinentiorẽ par sit Sc. Af- K
ricanum, qui Carthagine expugnata virginem forma egregia nobilis viri Hispani filiam captam per-
ductamq; ad se patri inuiolatam reddidit: an regem Alexandrum qui Darij regis vxorem eandem eius-
demq; sororem prælio magno captam, quam esse audiebat exuperãti forma, videre noluit, perduciq; ad
se prohibuit. Quæstio hæc solui potest ex verbis Chrysostomi hic positis, quia præfertur Alexander Sci-
pioni. 28. q. 1. cap. Vxor. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te: erue eum, & proiice
abs te. Expedit enim tibi magis vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum
corpus tuum mittatur in gehennam ignis. Et si dextera manus tua scandalizat te:
abscide eam, & proiice abs te. Expedit enim tibi magis vt pereat vnum membro-
rum tuorum: quam totum corpus tuũ eat in gehennam, Hieronymus. Dixerat Dominus:

Qui vide-

Qui viderit mulierem.&c. Igitur cogitationem & sensum in diuersa volitantem oculum nuncupauit. Per dexteram autem & cæteras corporis partes voluntatis & affectus initia demonstrantur: vt quod mente concipimus, opere compleamus. Quod si id quod in nobis optimum est: vt dexter oculus & manus scandalizant: quanto magis ea quæ in nobis sinistra sunt? Si enim anima labitur, quanto magis corpus, in quo iuxta Apostolum, Rom.7. non habitat bonum? Aliter in dextro oculo & manu fratrum, vxorum & liberorum atque affinium & propinquorum monstratur affectus. Quos si ad contemplandam veram lucem nobis impedimento esse cernimus: debemus truncare istiusmodi portiones, ne dum volumus luci ceteros facere, ipsi in æternum pereamus. Vnde dicitur de sacerdote magno, Leui.21. Super patre & matre non contaminabitur, id est, nullum affectum sciet, nisi eius cuius cultui dedicatus est. Eadem fere orat Hilarius. Eruere inquit propinquitates charissimorum admonemur: si in illis aliquid tale cernamus: ne in consortium criminis eorum de familiaritate veniamus. Vnde illud Vade post me Sathana: scandalo mihi es. Esset autem abscisio membrorum vtilis, si & cordis posset esse exectio. Cum enim concupiscentia efficientiæ comparetur: damnum corporis ociosum est, relicto voluntatis instinctu. Non enim omnia quæ licent: expediunt inquit Paulus, neque omnia ædificant. 1. Cor.10. Si enim frater meus scandalizetur: carnes non manducabo in æternum. Ad hæc Plato. Quemadmodum non est mirandum inter eos qui pestifera loca incolunt languescere quam plurimos paucissimos vero naturalem valetudinem conseruare: sic & animas in corpore positas plurimas quidem obnoxias passionibus mirari non debes atque prauas esse. Contra vero stupendum esset, si animæ his nodis astrictæ tantis circumfusæ tenebris: aliquando sobriæ puræque imperturbatæ reperiantur. Sicut enim lilium inter spinas, sic anima nostra inter carnis concupiscentias, cui tamen dicitur voce Dei: Obliuiscere populum tuum & domum patris tui Psal.44. Et rursus, Egredere de terra tua & de cognatione tua & de domo patris tui. Stupendum est igitur animam immaterialiter in rebus materialibus viuere, atque cum iam eiusmodi pocula hauserit, non esse his Pharmacis (calice aureo epotis) consopitam. Nam & beatus Loth propter quem Dominus parcebat ciuitati, vix & quasi per vim auulsus est cum filiabus & vxore: & præcisa manu dextra & oculo dextro eruto affinium suorum, in montem iubetur animam saluam facere, & nec vel ibi effugere potuit fœmineos laqueos dextræ. Quis enim fraudem timeret a filiabus suis?

Hieronymus. Hilarius. Matth.16. Plato. Canti.2. Genes.12. Genes.19.

Caput.iiii. De libello repudii: de non iurando: de lege talionis. de paranda altera maxilla: de eo quod non est contendendum in iudicio: de lege illa famigerata, omnia quę vultis & faciant vobis homines.&c.

Dictum est autem, quicunque dimiserit vxorem suam: det illi libellum repudii. Ego autem dico vobis, quod omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa: facit eam mechari: & qui dimissam duxerit, adulterat. De hoc dicendum latius, Matth.cap.18. De hoc ita dicit lex, Deut.24. Si acceperit homo vxorem, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem: scribet libellum repudii, & dabit in manu illius: & dimittet eam de domo sua.&c. Ex hoc loco exque lege Zelotypiæ: de qua Nu.cap.5. habetur: aliisque scripturæ locis palam est vxores apud Iudæos, seruilis fuisse conditionis. Audi enim legem, Deut.cap.22. Si duxerit homo vxorem, & postea odio habuerit eam: quæsierit que occasiones quibus dimittat eam: obiiciens ei nomen pessimum, & dixerit hanc vxorem accepi, & ingressus ad eam, non inueni virginem: tollent eam parentes, & ferent secum signa virginitatis (quę autem sint illa ipsi sunt requirendi) eius ad seniores vrbis qui in porta sunt, habent enim in synagogis (iuxta Hieronymum) sapientissimos quosque fœdo operi delegatos: vt sanguinum virginis vel menstruatæ mundum vel immundum, si oculis discernere non poterant, gustu prælibent. & dicent eis. Filiam meam dedi huic vxorem (loquitur pater) quam quia odit: imponit ei nomen pessimum: Et ecce hæc sunt signa virginitatis filiæ meæ: expandentque vestimentum coram senioribus, apprehendentque virum illum & verberabunt, condemnantes insuper centum siclis argenti, quos dabit patri puellæ: habebitque eam vxorem, & nõ poterit dimittere omnibus diebus vitæ suæ. Quis si probaret illatum crimen, illa lapidibus obruebatur: ille autem non talione sed verberibus & pecunia mulctatur. Parthi vendebant vxores, postquam sex vel octo suscepissent filios: vel pro aliis iunioribus commutabant. Apud Garamantas lex erat: ne fœmina viueret vltra.40. annos. Sane apud Hungaros viri occurrentes fœminæ pręgnanti, domum vsque commitantur. Apud Carthaginenses homicida tenens pręgnantis pallium, liber est a iustitię ministris, & Achaici viri obtemperabant vxoribus. Lex tamen vxores ancillas fere fecit virorum: ab initio autem non sic, donec Eua audiuit: sub potestate viri eris, & ipse dominabitur tui: non enim in ancillã sed in sociam & adiutricem data fuerat ipsi Adæ. Sed ad rem dictum est ore Mosi ad populum Iudæorum: Quicunque dimiserit vxorẽ. De hoc.1. Esdræ, cap.9. scriptum est: quod multi ex filiis Iuda deque sacerdotibus Domini duxerunt vxores alienigenas: tenentes interim domi vxores priores, & abutentes eis quasi ancillis. Ad hęc Hieronymus super Malach.cap.2. Derelictæ vxores Israelitæ, & in thoris maritorum alienarum Gentium fœminas contemplantes, ad Dei se ius auxilium confugiebant, diebus ac noctibus ante altare Domini prouolutæ: lachrymis & gemitu mundiam faciebant eius prouidentiæ, quod non respiceret humana, & miseras non iuuaret. Vnde dicit Dominus. Sacrificium de manibus sacerdotum qui ista commiserunt se accipere non posse: vxorum fletu impeditũ & planctibus.&c.

Matth.18. Hieronymus. Parthi. Garamantes. Hungari. Achaici. Genes.3. Deut.24. Hieronymus.

bus. Et quęrentibus horum causam: statim infert. Quia Dominus testificatus est inter te & vxorem pu-
Genes. 2. bertatis tuæ dicens propter hanc relinquet homo patrem & matrem. &c. Et ideirco particeps tua dici-
tur, quia de costa viri facta est: et & reliquię spiritus tui iuxta. 70, quia videlicet propter affectum quo-
dāmodo vna anima in duobus esse videatur: coniunctas spiritu, mente sociatis. Cum ergo vnus vterque
fecerit & virum & mulierem, propterea a Deo facta est vtriusque coniunctio, vt liberi nascerentur. Sequi-
tur. Vnus enim Deus quid quærit nisi semen Dei? Hoc est filios de Israelitica stirpe generatos? Cum er-
go habeatis fœcundas coniuges & liberis gaudeatis: quid pulchritudinem vxorum quęritis, quæ mere-
tricibus apta est, non vxoribus? Sequitur. Custodite ergo spiritum vestrum, ne abducamini libidine: ne
alienigenarum amore vincamini. Sequitur. Et vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere: vt quæ tibi vir-
ginali primum iuncta est matrimonio, perseueret vsque ad senectutem. Sed poterat fieri vt populus & sa-
cerdotes responderent: quod Moses permisit libellum diuortij siue apostasiæ: ad quod respondet Dominus. F
Hoc quidem in lege permissum est: sed propter cordis vestri duritiam. Hæc Hieronymus super Malachiæ
August. cap. 2. Augustinus ita dicit lib. 9. contra Faustum. Sciendum quod lex non dicit: qui voluerit vxorem dimit-
tere: dimittat, quia hoc esset contrarium ei quod Dominus dicit: Ego autem dico vobis: quod omnis qui di-
miserit vxorem. &c. Nam reuera lex nolebat vxorem dimitti a viro, quæ hanc interposuit moram de li-
bello dando: vt in dissidium animus praeceps: libelli conscriptione refractus: absisteret, & quid mali esset
vxorem dimittere cogitarent: præsertim quia vt perhibent, apud Hebręos scribere huiusmodi literas nul-
li fas erat, nisi scribis solis sapientibus videlicet & ęquitate ac pietate præditis. Ad hos igitur quos opor-
teret esse prudentes legis interpretes & iustos dissidij dissuasores lex mittere voluit eum: qui vxorē vel-
let dimittere. Non enim poterat scribi libellus nisi ab ipsis. Hi ergo priusquā conscriberent concordiam
suadebant: adducentes hunc Malachiæ locum: saltem postquam ipse prophetizauit. Quod si tantum inter-
cederet odium: vt extingui emendarique non posset, tunc vtique libellus tradebatur. Itaque scriba bonus & G
prudens: libellum nunquam scriberet, nisi in animo nimis auerso & peruerso consilium concordiæ non vale-
ret. Qui ergo vxorem dimittit excepta causa adulterij: ipse quātum in se est, facit eam fornicari. Qui enī
Hierony-mus. causam damni dat: damnum dedisse videtur. Hieronymus. Non ergo concessit Dominus dissidium, sed
abstulit homicidium. Multo enim melius est licet lugubrem euenire discordiam, quam per odium sanguinē
fundi. Alioqui quomodo ipse disiungeret quos tanto fœdere coaptauerat vt costam detractam formaret
Genes. 2. in vxorem, daretque in adiutorium viro? Si enim propter illam relinquis patrem & matrem ad quos natu-
rali ducimur amore: sicut etiam euidenter patet in ciconijs, camelis, gallinis atque perdicibus, quomodo
propter fœditatem nescio quam (iuxta legem, Deut. cap. 24.) vxorem dimittis cuius dilectionem paren-
tum affectibus prętulistis? Sed & qui dimissam duxerit, mechatur. Quantum ad thorū enim dimitti po-
test: Cęterum quod Deus coniunxit, homo non separabit: non magis quam costa ex qua formata est Eua:
Chrysost. separari potest ab ipsa eadem Eua. Ad hęc Chrysostomus. Considera, quod cū viris semper loquitur: sexus H
enim fœmineus fragilis est. Sed ne ipsi vxori pateat ianua discedendi addidit: qui autem dimissam duxe-
Charillus. rit, adulterat. Charillus quodam rogante cur virgines aperta quidem facie, vxores autem velata in
publicum prodirent (iuxta morem patriæ) quia virgines inquit maritos quidē sibi inuenire oportet sed
qui habent vxores seruare. Nunc autem oppositum fit, ne videlicet cum ducuntur, ante incipiant displi-
Euripidis. cere quam domi introducantur: nisi quod iuxta sententiam Euripidis: vbi est lucrum ducenda est omnis vxor, si-
ue anus sit, siue fœda, seu moribus insulsis, & male dicto parens: lucro enim hęc omnia & multo plura
Philemon sarciuntur. Est autem vxor iuxta Philemonem malum necessarium. Theodoctes vero quid senectuti si-
Theodo-ctes. mile, vtrumque siquidem cupimus assequi, tandem assequuti, dolemus atque angimur. Simonides ait vxo-
rem esse viri naufragium: vitæ captiuitatem, asellam ornatam, quę funiculum arrodit apud inferos He-
Simonides siodus autem fœlicem vocat coniugij expertem, sed & beata vbera quæ non lactauerunt. Luc. 23. Cęte-
Hesiodus. rum nuptias non pauci commendant. Nam philosophus ducendam vxorem dixit, non solum liberorū I
Philoso-phus. sed & victus gratia & auxilij. Ita enim dicit Athenęus, mulierem esse genus sociale, & domum non se-
re perfectam sine ea. Et Theognes scribit nihil dulcius muliere proba, sicubi talis Phœnix reperiatur: Sa-
Athenæus lomō enim nullam reperit. Eccles. 7. Apud Lacedęmonas tres de matrimonio leges latę sunt. Prima quæ
Theognes eum damnabat, qui vxorem non duceret. Secunda, qui sero. Tertiam tulerunt, contra eos qui non bene.
Lacedæ-mones. Hęc lex tertia nullum mortalium non comprehendit, quem sermonem hyperbolice dictum accipiat pru-
dens lector. Dixit tamen Petrus: Si ita est causa hominis cū vxore, non expedit nubere. De hoc & Aul.
Aul. Gell. Gell. lib. 1. cap. 6. Et sunt verba Metelli in senatu. Si sine vxore possemus quirites esse, omnes ea mole-
Prouerbiū stia careremus: sed quoniam ita natura tradidit: vt nec cum illis satis cōmode (lupum auribus tenemus)
nec sine illis vllo modo viui possit: saluti Reipublicæ potius quam breui voluptati censeo consulendū. Hęc
dixit iste adhortans populum vt vxores ducerent, quoniam ciuitas salua esse nō potest sine matrimonio-
rum frequentia: pars autem, id est, homo, seruatur in toto, id est, in republica. Rursus audistis (nec K
enim iterationem significat, sed ordinem) quod dictum est antiquis: Non periurabis: reddes au-
tem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis: nō iurare omnino: Neque per
cęlum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque
per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis. Neque per caput tuum iuraueris,
quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. 22. q. 1. per totum. 23. q. 1. cap. si-
nal. Sit autem sermo vester: Est, est: Non, non. Quod autem his abundantius est, a
malo est. Prohibet iurare, & omnino: prohibet enim iurare omnimodo. Hęc quę tam exacte inculcat
Matth. 24 nobis Dominus Iesus de cauendo omni iureiurando, his nostris temporibus in quibus abundante iniqui-
tate &

tate & frigescente apud multos charitate, & vincẽte mendatio: impius conculcat iustiorem se (Habacuch capite primo) minus necessaria videntur: quod cum bona venia eiusdem Domini nostri dictum esse velim. Quandoquidem iuxta Apostolum eo res humanæ prolapsæ sunt, vt nisi interposito iuramento, nec ipsi Catoni credatur, nec Pytheus Apollo persuadeat, nisi interposito iureiurando. Quandoquidem omnis controuersiæ humanæ finis iuramentum est. Denique Deus ipse quasi hominum imitatus morem, quibus cum fœdus inibat: iusiurandum interposuit, quem tamen impossibile erat mentiri etiam si mentiri vellet. Sed & in causa fidei apostoli & ipse Dominus Iesus, non semel reperiuntur iurasse. Vnde illud verbum frequens in Euangelio Amen amen: quod iurantis est: quod verbum solus Ioannes Euangelista geminat, dicens: Amen amen. Dixit & Paulus ad Rom. 9. Veritatẽ dico in Christo, nõ mentior. Hęc verba plane iurantis sunt: interponentisque testes veritatis suæ tres omni exceptione

Heb. 6.

A maiores: videlicet Dñm Iesum, Spiritũ sanctũ, & conscientiã suã. Vide ergo magnitudinẽ pectoris Paulina Dei charitate nõ põt separari, Rom. 8. Quod loquit, in Christo loquit. 2. Cor. 13. Quod in cõscientia habet: in spũ sctõ cõtinet. Dixit & Petrus: in veritate cõperi, quod nõ est personarũ acceptor Deus: & hæc verba iurantis sunt. Sensit igitur Christus quod viris apostolicis non licet iurare pro his rebus: pro quibus in tribunalibus Gentium, id est, iudicum gentilium non raro iuratur, & peieratur: dicente Euangelista de Petro: Cœpit deierare & detestari, quod non nouisset veritatem: homo enim ille quem Petrus negabat, veritas erat. Iurare iuramentum vestitum circunstantijs non prohibetur, sicut nec occidere, & cætera. Est autem iusiurandum iuxta Aulum Gellium: emplastrum æris alieni. Dicebat mihi aliquando iudex quidam bonus & timoratus, & quantum mihi licuit explicare silenum, amans Deum & recedens a malo. Ausim iurare, omnes vitilitigatores qui inter ventilandum causas quas fouent, quattum trinundinum vel comperendinationem petunt a iudice, eos semper mentiri: licet inter postulandũ,

Actu. 10.

Matth. 26

B iuramentum interponant, quod non dolo malo sed bona fide id quadrinundinum perant. Sed quorsum attinet iurare, si nemo sit qui quemque velit circũuenire aut fallere: etiã si id possit impune, sed e suo quisque alterum animo æstimans: nemini diffidat: omnes huiusmodi ratus, qui digni sint, quibus cum in tenebris mices? Sic igitur Dominus vetuit irasci: sic salutare quemque in via, sic prohibuit thesaurizare, & resistere malo: & appellari magistros, & vocare patrem in terris. Videlicet eo modo hæc prohibuit fieri, quo populi hominum more fiebant: alias Paulus seipsum vocat doctorem Gentium, 1. Timo. 2. Vocat se item patrem, 1. Cor. 4. Item inter Paulum & Barnabam non leuis dissensio facta est, ita vt discederent adinuicem sicut habes in Actis. Cæterum iuxta Theophyl. Nulli minus creditur, quam ei qui frequenter iurat. Hieronymus. Considera quod hic Saluator non per Deum iurare prohibuerit, sed per cœlum & cætera: quia Iudæi hanc consuetudinem habebant, ex consequenti venerantes creaturas honore & obsequio Dei. Vide Theophyla. Neque per terram inquit: vt ne sit locus idololatriæ. Forte enim in deorum numerum relata

Prouerbiũ

Matth. 23.

Actu. 15.

Theophy.

Hieronymus.

Theophy

C fuissent elementa a iurantibus per ea: id quod & antea factum est. Terram enim Gentes matrem deorũ vocabant. De hoc vide. 4. Reg. cap. 23. per totum. Præceptum est populo Iudaico Deut. cap. 6. Et septimo vt iurarent per Dominum, & hoc quasi paruulis in lege fuerat cõcessum: vt quomodo victimas immolabant Deo: ne eas idolis immolarent, sic & iurare permitteretur in Deum, non quod recte hoc facerent: sed quod melius esset Deo id exhibere quam dæmonibus. Euangelica autem veritas non recipit iuramentum inquit Hieronymus: Cum omnis sermo fidelis pro iureiurãdo sit. Nam & flamini Diali apud Romanos iurare non licebat: teste Plutarcho, forte inquiens: quia tormenti genus est homini libero, iusiurandum. Flaminis autem corpus & animum intactum inuiolatumque esse oportet. An quod parua in se eidem fidem nõ habere absurdum est, cui diuina ac summa credita sunt. De hoc Plato in decimo de Repub. ita dicit. Qui vendit in foro aliquid, nunquam suæ rei venalis duo precia ponat: sed cum simplex imposuerit preciũ: si non vendiderit: referat iterum, & eadem die, nec maius precium nec minus petat. Laus autem rei ve-

Hieronymus.

Plutarch.

Plato.

D nalis & iuramentum absit. Siquis iurantem audierit (dicas & tu siquis vitilitigatorem iurantem audierit) impune cędat verberibus, quod si non fecerit, legum proditor habetur. Hæc Plato. Hæc quicunque mecã legis, intelliges quomodo qui Christi nomine censemur, toto erramus (ab scopo Euangelico) cœlo, quãdo proditor legum censetur: nõ tantum qui iurat, sed & qui iurantem audiens, non cędit verberibus. Sit autem sermo vester, est ne hoc verum? Est. Non fecisti hoc? Non. Conduplicatio enim ista, est, est: Non, non. Non pertinet ad eundem, sed prior pars ad interrogantem pertinet: posterior ad respondentem. Cęterum quod præter hęc accesserit τὸ, de perisson touton, a malo est. Id est, siue a malo culpę sit siue a malo penę, siue a malo diffidentis non a malo iurantis: nihil tamen aliud Dominus significare voluit, quam quod ita simus veritatis tenaces cultores: vt inter iusiurandum nostrum & simplex verbum nihil intersit, nihil temere affirmantes; veritatem non obnubentes falsa significatione verborum: sicut Iacob falsa simulatione pellium: quod est mendatium in re, imo & verbis mentitus est dicens: Ego sum Esau primogenitus.

22. q. 1. ca. 1 & 2. & capit. Ita ergo.

Genes. 27.

E Augustinus. Neque per cœlum. Credo enim Iudæos putantes, nõ se teneri seruare iuramentum quod iurarent vel per cœlum vel per caput: solitos sic iurare. Nihil autẽ tam vile est in creaturis Dei: vt per hoc quisque periurandum arbitretur: quando a summis vsque ad infima diuina prouidentia creata reguntur. Cœlum enim mihi sedes est. Esa. 66. Bene igitur prohibetur homo iurare: ne consuetudine iurandi (quia potest homo falli) etiam in periuriũ prolabatur. Scotus in 3. dist. 29. Si periurium fiat indeliberate; quantumcunque frequenter fiat. Cum actus meritorius requirat quod sit plene humanus & actus demeritorius nõ minus requirat illud: non enim est Deus pronior ad vindicandum quam ad remittendum, potest dici quod illud periurium indeliberatum etiam sæpe iteratum: non est peccatum mortale; itaque habitus vel consuetudo nil facit ad propositum, sed deliberatio vel indeliberatio. Tamen quia sicut virtuosus habet breuem deliberationẽ

August.

liberationem, quę non videtur deliberatio, quia ex habitu prudentię quasi in tempore imperceptibili de liberat: ita per oppositum posset dici de periurāte. Ne igitur iures per caput tuum, siquidem caput tuū nō creasti: patet, quia nec vnum capillum, non dico non potes producere: sed nec ex albo facere nigrum, nisi q̄ feminę non raro capillos tinctionibus inficiunt, quæ extermināt facies suas, Matth. 6. Cætera patet.

25 q. 4. cap. Qui peccāt. Et ca. Si te.

Audistis q̄ dictum est: oculum pro oculo, dentem pro dente: Ego autem dico vobis, non resistere malo. Hoc non sic Helias: non Paulus: non Heliseus, 4. Reg. 2. Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam: prębe illi & alteram. Et ei qui vult tecum in iuditio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicunq; te angariauerit mille passus: vade cum illo bis mille. Qui autem petit a te, da ei: & volenti mutuare a te, ne auertaris. Ne auerseris: hoc est, ne sencias vacuum. De lege talionis vide

Abulensis.

Exod. cap. 21. Deut. 19. in fine. Illud principio annotandum de mente Abulens. super Exodum: q̄ hęc talionis lex nunq̄ fiebat, alioqui non diceret lex: flagellandus non recipiat vltra. 40. ictus. Et alibi dicitur: Si percusserit quis proximum, & surrexerit & ambulauerit foras, & post aliquot dies mortuus fuerit: percussor non occidetur, sed impensas in medicos soluet. Exo. cap. 21. Ergo non iubet eum similia pati: alioqui excederet pœna culpam: si talionem erat soliturus; & cum hoc expensas in medicos. Et obserua q̄ inuenitur in legibus Regni Castellæ pœna dupli, quadrupli, septena, decupla, vndecupla. Cæterum

Hieronymus.

iuxta Hieronymum, qui dicit oculum pro oculo, non alterum vult eruere, sed vtrumq; seruare. Dominus autem noster vicissitudinem tollens, truncat initia peccatorum: & in lege retributio est, in Euangelio gratia vsq; septuagies septies. Ibi culpa emendatur: hic peccatorum auferuntur exordia. Chrysosto-

Chrysost.

mus. Certe nunq̄ ignis extinguitur igni: hoc enim esset malum malo medicari. Oleo ignis nō extinguitur, quod esset malum malo medicari. Alias responde stulto. &c. Prouerb. cap. 26. Sed diligenter attēde, q̄ qui prior noxias manus in fratrem intulit: ipse vtrumq; & fratris videlicet & suum effodit oculum, propter quod iure omnibus odiosus est. At vero Iesus cum se talione vltus est: nihil fecit immane: & idcirco iste plurimos inuenit condolentes, & ille nullum. Nam calamitas in vtroq; existit par, sed dispar est meritum: & apud Deum & apud homines. Dicendum vero est aliquid in excusationem literæ occidentis. Chrysostomus. Non ergo tibi videatur lex dura, quæ talionem statuit: Nam Dominus hoc præcipiens, non vt nobis oculos inuicem effoderemus instituit, sed vt vel metu, ne similia pateremur: ipsi tale quid in alios caueremus admittere. Nam fingamus legem non latam, sed vnicuiq; licere quod velit; nonne sub hac licentia terram cœlo miscerent homines? & se inuicem vorarent & conculcarent? Sicut dicit Habac. cap. 1. Si enim vix legibus cohibemur: quid si cuilibet liceret quod libitum esset? Si quis enim feros homines in vnum colligens, gladijs armatos, ciuitatem circuire iuberet, atq; obuios sibi trucidare, quid tandem hoc esset immanius? At si alius armatos ligaret, & eos qui occidendi essent, de manibus eorum erueret: quid posset esse misericordius? Igitur lex homines armatos & paratos ad iniurias proxi-

Heb. 10.

morum lege talionis compescuit. Sed sicut in lege timoris dicitur: Oculum pro oculo: ita hic: si te percusserit in maxilla dextera præbe ei alteram. Ibi lędentem terrent metu, ne similia patiatur: hic Iesum exci-

August.

tat ad similia patiendum: vt hinc qui iniuriam intulit: maiore concutiatur terrore: dum primę iniurię secundam copulat; & vtriusq; manet vindex Deus: in cuius manus incidere horrendum est. Quid autem tam mitius q̄ percutienti maxillam, præbere alteram? Nonne omnis indignatio frangitur, & iræ impetus quiescit? Dicit autem & philosophus, q̄ qui oculum eruerit libero, ipse seruus existens: non est iustū, contra erui illi suum, sed plura pati: vt per hoc clementior videatur litera legis. Denique & ad hoc lex hæc lata est; vt ostenderetur quæ vindicta maneret ei qui fecit iniuriam: aliter enim nesciretur, quid veniæ relaxaret. vt diceremus: Dimitte nobis debita nostra. &c. Debitores ergo lege monstrantur. Quia enim

Iosephus.

quandoq; in plus semper ira vindictam exigit, q̄ iniuriam accepit; dum dicunt mala non cum fœnore reddere, quandoq; discerent ea multiplicata etiam sponte tolerare. Sciendum pręterea iuxta Iosephum, q̄ exoculatus (verbi gratia) poterat ex toto iniuriam remittere: poterat & pecuniam pro satisfactione iustam poscere, q̄ si oculum pro oculo peteret, omnino lex erat implenda. Erat & inter leges duodecim

Aul. Gell.

tabularum huiusmodi lex. Si iniuriam alteri facit. 25. æris pœnæ sunto. Quis autem erit tam inops quem ab iniuria facienda quinq; & viginti asses deterreant? L. Neratius fuit egregie homo improbus atq; immani vecordia. Is pro delectamento habebat os hominis liberi manus suę palma verberare. Eum seruus sequebatur, crumenam plenam assium portitans, & quemcunq; depalmauerat, numerari statim secundū duodecim tabulas quinq; & viginti asses iubebat. Hic enim vere locum habebat talio: vt ille repercuteretur septies pro vna alapa, & 25. asses reciperet, quibus ipse mulctatus fuerat. De hoc Solon ita statuit apud Athenienses. Omnibus enim ex æquo licebat: de iniuria alteri illata supplicium sumere. De hac le-

Aul. Gell.

ge talionis ita dicit Phauorinus: referente Aul. Gell. lib. 20. cap. 1. Nonnulla in istis legibus duodecim tabularū nec cōsistere quidem videntur: velut illa lex talionis, cuius verba sunt. Si membrum rupit meū,

Talio.

e pacto talio esto. Præter enim vlciscendi acerbitatem, ne procedere quoq; executio ista talionis potest. Nam cum membrum ab alio ruptum est, si ipsi itidem rumpere per talionem velit, quæro an efficere possit rumpendi pariter membri æquilibrium? Est autem prima difficultas, q̄ dicit lex. Si membrum alter imprudens ruperit. Quod enim per imprudentiam factum est retaliari per imprudentiam debet. Sed & si prudens ruperit, nequaq̄ patietur, aut altius se lędi aut lętius: quod cuiusmodi libra atq; mensura caueri possit, non reperio. Quin etiam si quid plus erit alterve commissum: res fiet ridiculæ atrocitatis vt contraria actio mutuæ talionis oriatur, & adolescat infinita quædam reciprocatio talionum. Nam de immanitate illa secādi partiendiq; humani corporis: si quis in soluendo non sit multis debitoribus: nō libet

meminisse:

meminisse, & piget dicere Quid enim videri potest efferatius, quam quod membra & artus inopis debitoris breuissimo laniatu distrahantur, sicut nunc bona venum distrahuntur? Hæc differente Phauorino, inquit Sextus Cecilius. Et si ea quæ a te tam luculenter atque diserte perorata sunt, vera sint, nō ideo contemnas legum istarum antiquitates, quod plerisque ipsis iam populus Romanus desueuit. Non enim profecto ignoras legum oportunitates & medelas pro temporum moribus, & pro rerum publicarum generibus, ac pro vtilitatem præsentium rationibus, proque vitiorum quibus medendum est feruoribus, mutari atque flecti, neque vno statu consistere: quin vt facies cœli & maris, ita rerum atque fortunæ tempestatibus varientur. Hæc ille. Quæ omnia satis nostro proposito congruunt. Nam Iudæis dura ceruice, dura item lex data est: & hæc primum, secundo, & tertio in lapide exarata. Exod. 32. & 34. Iosue. 8. cap. Nobis autem quibus regnum cœlorum promittitur: Siquis, inquit, te percusserit maxillam: obuerte ei alteram: Ne resistas malo. Chrysostomus. Sine hoc enim mandato legis mandatum stare non potest. Quia si secundum legis mandatum, omnibus reddere mala pro malis cœperimus, omnes efficiemur mali: eo quod persequentes abundant. Si autem secundum Christi præceptum non resistitur malo, & vincimus iuxta Apostolum in bono malum: & si mali non leniuntur, tamen boni permanebunt boni. Ille ergo non resistit, qui non tantum non rependit tantundem, sed non resistit, quin aliud irrogetur. Augustinus. Cum autem sancti nonnulla peccata morte punierunt sicut Helias. 4. Reg. 1. Et Petrus: ideo fecerunt, quo & viuentibus vtilis metus incuteretur, & illis qui morte plectebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatum quod augere possent si viuerent. De quo cum exemplum cœpissent discipuli, reprehenduntur a Domino: non quidem exemplum prophetæ, sed appetitum vindicandi: qui non amore correctionis sed odio desiderabant vindictam: hoc est, non carbones iuxta Paulum congerebant super capita eorum, quis inflammaretur frigens charitas eorum, sed ignem qui perderet vitam eorum. Solon accepta potestate in republica Atheniensi, omnes draconis leges præter quam quæ de cæde erant propter asperitatē abrogandas curauit. Vna enim fere omnibus mors pœna definita erat: vt etiam qui ociosi dam nati essent, capite mulctarentur, & eis qui holera aut fructus subripuissent: idem supplicium quod poculatoribus aut homicidis constitutum esset. Ob quam causam illud Demadis laudatur in primis, qui Draconem non atramento sed sanguine leges descripsisse dixit. Ipse autem Dracon rogatus, quam ob rem plurimas iniuriarum capite plectendas statuisset, respondisse dicitur, se parua quidem delicta morte digna censere: magnis autem maiorem pœnam inuenire non posse. Dominus autem qui olim in lapide scripsit: oculum pro oculo, nunc inclinatus ad terram, caro factus (Ioan. 8. scripsit dicens: Si quis te percusserit & cetera. Est autem sermo hic hyperbolicus: Nihilque aliud docet, quam summam patientiam animique moderationem, vtque tantum absimus a cupiditate vindictæ: vt vltro parati simus alteram potius iniuriam admittere, quam acceptam vindicare. Alioqui sicut dicit Augustinus in epistola ad Marcellam. 5. Siquis tropum sermonis requirat, magis conuenit vt in sinistram primus ictus dicatur acceptus, quia in hac magis quam in dexteram fertur impetus ferientis. Vnde admonet: In Luca nullam dextræ vel sinistræ fieri mentionem: vt intelligas hoc loco dexteram & sinistram nihil aliud esse, quam vnam & alteram. Et animaduertendum quod dicens: Ego autem dico vobis: subito mutauit numerum, dicens: Si quis te percusserit. Non ob aliud, nisi quia hic numerus accomodatior est ad infigendum animo quod dicitur (sicut illud considerans teipsum ne & tu tenteris) dum quisque sibi dici putat: quod dicitur. Hieronymus. Nec iubemur parare sinistram sed alteram. Iustus enim sinistram non habet: sed est ambi dexter sicut Aioth: Iudic. 3. Aut iuxta Paulum a dextris & a sinistris inuincibilis est. Et tamen Paulus iste iuxta Augustinum palma percussus coram pontifice: non præbuit alteram maxillam: imo percutiet te Deus o sepulchrum incrustatum. Item Actu. 22. Si hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare? Vide & cap. 6. In Actis. Sed nunquid Paulus ignorabat Ananiam principem esse sacerdotum, in cuius conspectu stabat omnis sacerdotum frequentia: vt diceret in excusationem sui, nesciebam fratres quod summus pontifex esset? Reuera id non ignorabat Paulus, illum esse sacerdotum principem qualem qualem: hoc est, qualis Annas, qualis & Cayphas. Sed tamen Paulus etiam raptus in tertium cœlum & in paradisum Dei: non destitit esse homo, id quod stimulus ille satanę euidenter arguit: Vnde sese infœlicem vocat Rom. 7. Vtpote qui captiuus pertrahatur a lege peccati quæ erat in membris suis. Nam & Dominus percussus in facie, non alteram obuertit maxillam, sed cur inquit me cædis? Itaque videtur consilium hoc ad reprimendas flammas odiorum impositum. Quis enim facile tandem contentus est, tantum reponere vindictæ quantum accepit iniurię? Nonne videmus vel leuiter læsos, molíri cædem, sitire sanguinem, vixque inuenire in malis inimici vnde facientur? Tu igitur si Euangelii filius es: para (si res ferat) alteram maxillam: vt possis libera Domino fronte dicere: dimitte nobis debita nostra & cætera. Ferunt quendam gestantem longam trabem: cum per imprudentiam percussisset Diogenem: mox ex more dixisse: caue. At Diogenes num (inquit) me vis iterum percutere? Alii sic narrant: Dicenti, caue: baculum impegit in caput, & post ictum subiecit, caue & tu, par pari referens. Nam ante læsionem dicendum erat, caue. Et ei qui vult tecum iuditio contendere, & tunicam tollere. &c. Si aliquid esset iudi tium quod nullo modo cum charitate agi posset, quilibet homo tenetur non contendere, etiam si omnium suorum detrimentum patiatur. Augustinus. Quod si pro pace animi etiam necessaria dimittenda sunt: videlicet tunica interior, quanto magis superflua. Hæc autem de pallio, de angariante: deque maxilla paranda, ad animi preparationem refert August. Concede igitur illi tollenti interulam: etiam siquid habes exteriorum potius quam contendas, pellem enim & cuncta quę habet homo dabit pro anima sua. Nam nisi sic intelligas, prępostervs erit sermo. Palliū enim quę summa vestis est, primū detrahitur: deinde tunica.

Cecilius. Chrysost. Rom. 12. August. Actu. 5. Luc. 9. Rom 12. Solon. Demades. Dracon. August. Luc. 6. Gal. 6. Hieronymus. 2. Cor. 6. Actu. 23. August. 2. Cor. 12. Ioan. 18. Matth. 6. Diogenes Abulensis August.

Hęc tamen oĩa, sicut patet ad sensum nostro quo de facto vacant, quãdo plus leges Iustiniani q̃ lex Dñi immaculata personant in theatris & tribunalibus & in domo Annæ & Cayphæ pontificum: in quibus scriptum est: vim vi repellere licet, & frangenti fidem, frangatur caput, & tollenti pallium tollatur pellis ab humeris. Subijcerem aliud, nisi & mihi canerem, ne pro vnico verbo alapam reciperem. Videmus enim (non enim hæc in angulis fiunt) singulis Dominicis diebus in Ecclesijs Dei, in quibus cantantur quotannis verba ista: Tollenti tunicam, dimitte pallium, pro rebus ad modum frigidis & nihili personare anathemata, quibus iam nec muscæ ipsæ deterrentur, tam crebro leguntur apud nostrates. De

23.q.1.cap. quinto.

hoc alij viderint, secretum meum mihi. Et quicunq; te angariauerit miliarium vnum, perge cum illo duo miliaria, vt intelligamus duplum concedi oportere simplum extorquenti, quemadmodũ docuit de maxilla & vestimento. Grece enim ita dicit ὕπαγε μετ᾽ αὐτοῦ δύο: hypage met aftu dyo: abi cum illo duo.

Esa.24 Abulensis

Dicit hoc loco Abulensis: q̃ angariare non est conducere sed adigere & compellere: Et sic exponit illud:

Matth.27.

Angariauerunt Simonem, id est, compulerunt crucem subire post Iesum: Domino deficiente viribus, vel ob pondus crucis, vel præ acerbitate tormentorum Domino corruente sub onere. Ita dicit Nebrissensis in suo lexico: angareno verbum, interpretatur cogo cogis. Nam si acciperetur pro conducere, non esset ad propositum patientiæ, quam Christus vult hic persuadere. Et volenti mutuare, ne auertas, & petenti da.

Hieronymus.

Hieronymus. Si de eleemosynis tantum intelligamus, quod dicitur, omni petenti te tribue, in pluribus pauperibus, hoc stare non potest. Sed & diuites si semper dederint, semper dare non poterunt. Sed

Matth.10. Rom.13.

est alia eleemosyna multo vberior: de qua dictum est: gratis accepistis, gratis date. Hic fons nunq; ariditate siccatur, de quo Paulus: Nihil debeatis, nisi q̃ inuicem diligatis. Videtur autẽ hæc sententia de prompta & Tobię cap. 4. Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet vt non auertatur a te facies Domini. Quomodo potueris: ita esto misericors. Si multum tibi fuerit abundanter tribue & cætera quæ sequuntur. Hilaris enim & iucundus homo qui miseretur &

Psal.111. 1.Paral.20

commodat: dilectus est Deus & hominibus: cuius memoria in benedictione erit. Eccles. 45. Et volenti

Vsurarij. Hiere.2.

mutuare a te, ne auertaris. Dicendum erat hic aliquid de istis gigantibus Polypis, qui senos habent digitos: id est, viginti quatuor in manibus & pedibus: vtroq; enim modo corradunt, videlicet per fas & nefas pecuniam a miseris, & in alis suis inuenitur sanguis animarum pauperum, quem Lestrigones isti lamiarum more exugunt ex istis (vt verbis eorum vtar) Emphitiosibus apertis, implentes verbum Christi, volenti mutuare, ne auertaris: sed quia pro explorato habeo, nos lusuros operas nostra. Cum mortuis verba faciamus: imo Briarçis manuum centum, ventrium quinquaginta, quibus nulla alia cura est q̃ cribro aquam haurire: vt dolia impleant perforata, quorum deus venter est: imo quorum deus pecu-

Philip.3. Luc.6.

nia est, transeamus ad cætera: Sapient eñi isti sero licet. Sequitur Luc. 6. **Et qui aufert quæ tua sunt ne repetas, & pro vt vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.** Eadem est sententia cum illa de dimittendo pallio, & paranda altera maxilla. Hinc illud: Dominus dedit, Dominus abstulit: abstulit autem per manus satanæ, & satanas manu prædonum Sabęorum Chaldęorumq;, sed nihil refert, quibus ministris abstulerit, cum sua abstulerit (quid enim habemus quod non

1.Cor.4.

acceperimus?) ac proinde sit nomen Domini benedictum. Ne repetas: imo iuxta prouerbium cum licet fugere, ne quære litem. Ab Alcibiadis apophthegmate natum. Is cum a Sicilia citaretur ab Atheniensibus: vt criminibus responderet abdidit sese, negans litigandum esse: si quo modo liceret effugere. Subijcientibus amicis: Non igitur confidis patriæ de te iudicaturæ? Imo inquit ne matri quidem crediderim. Me tuerem enim ne fors imprudens albi calculi loco nigrum immitteret. Huius sententię subscribit: quisquis litis ex-

Luc.6. Stillo.

pertus est. Ne igitur repetas ablata: vt in duplo recipias cum sancto viro Iob. Stillo exusta patria, vxore cum filijs vel captis vel occisis: cum rogaretur, num in tanta clade aliquid suorum amisisset. Absit inquit, bona mea mecũ porto. Nam bona quæ fortunæ subiecta sunt, quæq; fortuna ex cornu nescio quo omnibus impartiri fingitur, bona non sunt, nisi illis quibus dicitur, Luc. 16. Fili recordare q̃ recepisti iam

Seneca.

bona tua. Vnde Seneca. Egregie mihi videtur M. Antonius cum fortunam suam alio videret transeuntem, & sibi nihil relictum præter ius mortis: idq; si cito occuparet, exclamare, hoc habeo quodcunq; dedi.

Sardanapalus.

O quantum habere potuit si voluisset. Cęterum Sardanapalus humanæ naturæ portentum: ita sepulchro suo inscribi fecit; Ea sola se habere mortuum, quæ libido sua viuens consumpserat. Consule ergo rebus tuis, & fac donando tua, quæ in deposito accepisti a fortuna, anteq; dicatur tibi, iam non poteris villi-

Seneca.

care. Luc. 16. Et prout vultis &c. De hoc dicetur infra. Matth. cap. 7. Ibi. Omnia ergo. Seneca. Sicut autem in beneficijs honestum est merita meritis repensare: ita turpe est iniuriam iniuria retaliare. Marcum Catonem in balneo quidam percussit imprudens. Quis enim illi sciens faceret iniuriam? Postea satisfa-

Cato.

cienti, Cato non memini inquit percussum me. Melius putauit non agnoscere q̃ vindicare. Nihil inquis illi post tantam petulantiam mali factum est? Imo multum boni. Cœpit enim Catonem nosse. Magni animi est iniurias despicere: vltionis contumeliosum genus est: non esse visum dignum, ex quo peteretur vltio. Omnia ergo quæ vultis accipere cum petitis (honesta tamen) rogati concedite. Hæc est enim lex & prophetæ. Matth. cap. 7.

Caput. v. De dilectione amici & odio inimici: & quod mutuandum est libenter sine spe lucri: & quod simus perfecti sicut Pater noster cœlestis.

Audistis

AVdistis quod dictum est: diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuũ. Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros: benefacite iis qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filii patris vestri, qui in cœlis est: qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Augustinus sic refert hunc locum, quasi sic ad literam reperiatur in sacris literis. Dicit enim. Neque quod in lege dictum est: Oderis inimicum tuum: vox iubentis iusto accipienda est: sed permittentis infirmo. Vide tamen Deut. cap 23. ad hoc. Dicitur enim ibi de Ammonitis & Moabitis: in æternum non intrabunt in Ecclesiam Domini: Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vi-

A tę tuæ in sempiternum. Idumæorum autem filii tertia generatione admittuntur ad officia populi sicut cęteri Iudæi. Itaque verba ista odio habebis inimicum, non inueniuntur in canone scripturę, sed doctores Iudæorum sicut dicit doctor noster arguebant a contrario sensu, amicos iubemur diligere, Leui. 19. Diliges amicum tuum sicut teipsum, fratrem non odire in corde: Ibidem. Ergo inimicos possumus odio prosequi. Verum iuxta Originem. Sicut illa alia præcepta data eis fuerant in lege: sic & hoc. Sicut enim ad dimittendas vxores iussum fuit, ne eas interficerent: sic & ad odiendum inimicum, mandatum fuit vt & amicum non odissent, vt aliquando inciperent diligere & amicum & inimicum: nemo enim repente fit summus. Siquidem scala illa cui innititur Dominus habet initium, habet medium, habet & fastigium. Primus gradus est, nullum odire. Secundus amicum diligere, de quo Paulus. Qui proximum diligit, legem implet. Cæterum fastigium ille apprehendit, qui inimicum diligit. Itaque vox ista: diligite inimicos, incognita fuit sęculis quę aduentum Christi pręcesserunt. Præclare autem Antisthenes hostibus optanda omnia ad iis bona esse dicebat, præter fortitudinem. Et enim illa tandem armis pręstantium fore, non

B illa possidentium. Quapropter naturam inquit ceruo animali ignauissimo cornua magnitudine vitenda asperitateque in generasse: nimirum specimen dantem, qui audere ipsi imperareque sibi nequeunt: nullũ iis armorum apparatum bellique instrumentum vsui esse. Hoc sæpe modo fortuna socordibus stolidisque opes & imperia asciscens: quibus ipsi demum degeneres arguuntur. Ad hęc Augustinus. Nec enim tu habes inimicos & Deus non habet. Qui sunt inimici Dei? illi reuera pro quibus in cruce orauit cum clamore valido & cum lachrymis. Hos Paulus inimicos crucis Christi appellat, & ventres, de quorum numero ipse Saulus erat qui & Paulus: qui oratione protomartyris Stephani conuersus est, & ex lupo factus pastor, etiam ipse fleuit pro inimicis Christi. Phil. 3. Fleuit & Dauid mortem inimici sui Saul, qui toties eundem Dauid ad mortem, nullum non mouens lapidem, quęsierat, vt filius diceretur eius qui pro transgressoribus orauit vt non perirent. Esa 53 De hoc Paulus. Commendat nobis Deus charitatem suam.

C Quam? Pro bono inquit & iusto forsitan quis sustineat mori. Dominus autem Iesus pro impiis & sceleratis mortuus est. ideo inter illos pependit. Quod igitur ille opere pręstitit, vos exhibete affectu. hanc enim eleemosinam nemo non facere potest: dum eam non de cellario sed corde iubemur elargiri. Qua mercede? vt sitis filii: quod si filii, & heredes. Gal. 4. Et arbitror ego: inde sanctum Dauid fortitum nomẽ illud famosum: vir iuxta cor Dei. Actu. 13. Quod toties pepercerit inimico suo. Philosophus quidẽ in tres partes diuisit philosophiam, id est, iustitiam, videlicet in Deum, & vocatur pietas, in parẽtes & reliquũ humanum genus: tertiam in vita defunctos vt iis exequiarum iusta soluantur. Ad hæc Dominus Iesus legis oraculum & philosophię fastigium supergressus, in eos quoque qui lęserint, pietatis porrexit officiũ, dicens: Diligite inimicos. Ad hęc Plinius lib 8. cap. 6. Leoni tantum ex feris clementia in supplices. prostratis parcit, & vbi sęuit, in viros prius quam in fœminas fremit, infantes nõ nisi in magna fame. Credit Lybia intellectum peruenire ad eos precum. Captiuam certe Getulię reducem audiui ex ore multorum in

D siluis impetum a se leonis mitigatum alloquio: ausæ se dicere fœminam profugam, infirmam supplicem, animalis omnium generosissimi, cæterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Si igitur oratio fœminę sęuitiam bruti inclinare potuit ad clementiam: venite filii audire me, & estote filii patris vestri, qui solem suum &c. Diligite inimicos vestros inquit. Charitas enim iuxta Apostolum nõ cogitat super iniquitate, tantum abest, vt machinetur ad malum, vt malum opere perpetretur: quandoquide nec cogitat quidem. Quando autem charitas irritetur, quę nec suspicari de proximo malũ potest? Charitas non excedit Ecce coronidem. Quid est, non excidit? Non dissoluitur, non frangitur, ferendo, amat enim omnia: & amans, odisse non potest. Sic Ezechiel mactari Iudęos videns (dignos licet talia pati) Heu inquit, adeo ne perdis reliquos Israel? Deus olim præceperat, cum Amorręis amicitias omnino rescindendas inimicos odisse: ne daret cõiunctio occasionẽ trãsgrediendi. Itaque & affinitates & cõmixtiones penitus tollit. Nunc aũt postquam ipse pax nostra in se fecit vtraque vnũ: diligite inquit inimicos. Dicit aũt Alex. Hales, quod

E tenemur dimittere odiũ erga fratrẽ ex appetitu vindictę: Non aũt Talionẽ ex zelo iustitię, & verum est hoc. Cęterũ quomodo hęc duo ab inuicẽ separẽtur in corde hoĩs nõ video: videt aũt qui discretor est cogitationũ & intentationũ cordis. Nõ dico, quod nõ possunt separari, quia scriptũ est. 3. re. 2. Habes apud te Semei: qui maledixit mihi maledictiõe pessima: de qua Hiero. dicit. Pro pessima in Hebręo est, Nimrezeth in qua sunt. 5. literę, videlicet, nun, men, res, zade, tau. In nun, noeph, i. adulterũ. In men, Moabitã. In res, rasa, i. impium. In zade, zara, id est, leprosum. In tau, thoba, id est, abominatum. Maledixit ergo mihi: vocãs me adulterũ, Moabitã, impiũ, leprosum & abominabilẽ. Sed quia descẽdit mihi in occursum, cũ trãsire Iordanẽ: iuraui ei per dñm, vt nõ interficerẽ gladio. Tu aũt noli pati eũ esse innoxiũ, sed deduces canos eius cũ sanguine ad inferos. Hęc ibi. Num igit credibile est, virũ iuxta cor Dei zelo vindictę hęc pręcepisse Sa-

Matth. 5. — August. — Scotus. — Origenes — Deut. 24. — Genes. 27. — Rom. 13. — Antisthenes. — August. — Heb. 5. — Philip. 3. — Actu. 9. — Rom. 5. — Esa. 53. — Philosophus. — Matth. 5. — 1. Cor. 13. — Ezech. 9. — Deut. 23. — Ephe. 2. — Heb. 4. — Hieronymus.

pisseSalomoni: vt iā ipso Dauid ingresso viā vniuersę carnis: Semei occideret? Absit: sed zelo iustitię. Ve-
2. Reg. 18.
rū nos nō multos habem⁹ viros qualis Dauid, qui cū alias amaris sime fleuerit mortē filij sui Absalō acer
bissimi hostis: hic etiā vita functus vindictā expetit de inimico, qui eum verbis tantum laesserat. Alexā-
August.
dri tamen positio vera est. Ad hęc Augustinus. Si diligis inimicum vt sanus sit in hac vita: forasse illi
non expedit. Si vt diues sit, quid si diuitijs male vtetur & excęcabitur. Si vt vxorem ducat: quid si inde
amaram vitam ducat? Opta ergo illi vt habeat tecum vitam æternam & hoc est bonum certum. Non
enim amas in illo quod est, sed quod vis vt fiat: & hoc est perfectum odium de quo Dauid Psal. 138. Hoc
Magnum odium.
perfecto odio oderat Moses populum suum, quando dixit: Siquis est Domini iungatur mihi, & congre-
gatis Leuitis. ponat inquit vnusquisq; gladium super femur suum, & occidat vnusquisq; obuios sibi, fra
Exo. 32.
tres amicos & proximos, & occisis multis, ascendam inquit ad Dominum si quomodo quiuero eum de-
precari pro scelere vestro. Orauit autem, aut dimitte eis noxam hanc, aut dele me de libro tuo. Quod igi
F
tur. 23. milia occidit (aut tria milia tantum secundum veritatem) in mysterio factū est, q vitia sunt per-
menda & odienda. Quod pro populo reliquo tam obnixe deprecatus est, illud signat, q fouēda est na-
Photio.
tura, quę opus Dei est, Exo. 32. Photio Atheniensium princeps cum calculis ciuium suorū esset ad mortē
damnatus. Rogatus ab amicis: Si quid Photio filio nomine suo dici vellet: Volo equidē inquit, ne scili-
cet illatæ mihi ab Atheniensibus iniuriæ reminiscatur. Hic ille homo videlicet Gentilis, & qui nihil
de premio diligētium inimicos (nō dico audierat) sed nec somniauerat quide. Fortassis autē legerat illud
Leui. 19. Non eris memor iniurię ciuium tuorū. Si ergo Deus habet homine inimicū: cui tot bona prę[stat]
[praest]it, solē & pluuiā & oīa bona quę terra parēs producit: tu qui nec solē potes producere, nec pluere: vnū
aliquod vel serua inimico vt diligas, quia tu si amicus es, si bonus es, ex malo factus es bonus. Non ergo
cū transieris, intercludenda est via pietatis. Quod si hac molestia subleuari vis, ne habeas inimicos: dili-
G
ge inimicos, & omnes habebis amicos. Dicit autē Plinius lib. 5. cap. 8. Sunt gentes quædā, quę Atlan-
Plinius.
tes vocantur: degeneres humani ritus: si credimus inquit. Nam neq; nominū vllorū apud eos appellatio
Sap. 5.
est: & solē orientē, occidentemq; dira imprecatione cōtuentur: vt exitialē ipsis agrisq;. Isti sunt quibus
Habac. 1.
iustitię sol nunq̄ illuxit: clauserūt enim aures huic pręcepto sicut aspides surdę, & oculos ne videāt solē:
Genes. 3.
cuius pręcepta dāt pessum. Quid enī istis Atlantibus cū amore inimicorū, qui nec amicos diligūt? Sed fa-
Matth. 13.
cies eorū sicut pisces maris nō habentes ducē. Inimicitias posuit Deus inter serpentē & foeminā: at inter
Matth. 27.
Cain & Abel quis primū posuit simultates? Inimic⁹ homo fecit hoc. Nos autē damus operā vt semē hoc
Plutarch⁹
neq̄ indies augescat, dicētes: Sanguis eius super nos, & super liberos nostros. Plutar. Pręclarū autē reue-
Lex mirabile.
ta illud Thrasibuli statutū. postq̄ ciuitas Atheniensis liberata est opera sua a tyrānide triginta tyranno
rū. Recōciliata enī pace in ciuitate, cū plurimū in ea posset, legē tulit, ne quis ante actorū rerū accusare-
tur, neve mulctaretur: eamq; illi legē obliuionis appellauerūt. Nec vero hanc tantū ferendā curauit, sed
H
etiā vt valeret effecit. Huic pro tantis meritis honoris corona a populo data est: facta duobus virgulis
oleaginis: dignus certe qui aureis septē donaretur. Hanc eandē obliuionis legē etiam nostrates cū primis
Hierony.
prosequūtur, obliuionis dico huius pręcepti. Diligite inimicos vestros. De hoc Hiero. sup Amos. 1 cap.
Ortę sunt simulates inter Esau & Iacob ex prę erepta benedictione, & vendita primogenitura: ita vt
Num. 20.
odium fraternū seruaretur in posteros. Et gens Idumęa in tantū persequeretur fratres suos: vt egredien
tibus de Aegypto, nec transitū quidē in terrā sanctā cōcederet: Nec hoc tantū, sed violauit misericordiā,
oblitus germanitatis, & obdurauit viscera sicut struthio ad oua sua, fratrēq; se esse nesciret, & cōtemne-
Genes. 25.
rat vuluā Rebeccę, quę vno partu geminos edidisset infantes. Quodq; dicit prophera, & tenuit vltra fu-
rorē, odiū mōstrat antiquū, q nunq̄ sibi pace iuncti sint. Qui ergo fratrē odit, quādo de inimicorū ami-
citia philosophabitur? Nisi forte sunt quidā, qui peruertēres iura naturę, odio habēt amicos, & inimicos
2. Reg. 18.
amore prosequūtur sicut dictū est ad Dauid ab vno ex ducibus suis, q replicabat verba illa: Absalon fi-
&. 19. cap.
li mi, fili mi Absolon, quis & cętera. Illud interim annotandū, q perfidus parricida Absalon, notabat
I
infidelitatis Chusi Arachiten, q quasi transfuga reliquisset amicū suū sanctū Dauid, regno pulsum di-
2. Reg. 16.
cens: Hęc est enim gratia ad amicū tuū? Quare nō iuisti cū eo? Cum ipse impius & falso vocatus Absa-
lon, eundē patrē regno extorrem, ad mortē, nullū nō mouēs lapidē inquireret. Et nūc. hęc est inquit gra
tia ad amicū tuū. O rerū mutationē, & ordinē naturæ peruersum: Filius mortē meditatur parentis: cuius
vxores polluerat: parens mortē lamentatur parricidæ, qui eū regno expulerat. Cæterū concedendū est si
August.
cut dicit Augustinus, q in mandatis Dei nihil inuenitur mirabilius, q̄ id quod dicitur: Diligite inimicos
2. Reg. 18.
vestros: benefacite eis, hoc est diligite affectu & efectu. Quomodo ergo animę subaltari Dei vindictam
Apoc. 6.
expetunt? Regnum peccati orant auerti inquit Hierony. vt adueniat regnū Christi. Vos autē orate pro
Hieronymus.
persequētibus vos, vt sitis filij patris vestri. Aquila pullū vt probet vtrumnam ingenuus sit, an adulte-
rinus, vngue contra solem suspendit, qui si subinde coniuiuet ad solem, demissum collidit in terram. Aqui
K
Aquila.
la hæc Deus est sicut Moses dicit in cantico suo. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, &
Deut. 32.
super eos volitans. Primum igitur audierunt Iudæi, expoliate Aegyptios. Exod. 12. Secundo, diligite
Exo. 20.
amicos, non furabimini. Tertio, diligite inimicos: vestra largimini. Primum illud dicitur seruis: secun-
dum amicis: tertium filijs ingenuis ac legitimis, qui patrem suum imitantur. hoc est, solem intuentur
Augustus
irreuerberatis oculis. Fertur de Cæsar Augusto illud memorabile, qui cum alias esset tenacis memo-
riæ: iniurias tamen cum primis obliuiscebatur. cum nos simultates æternas alamus dicentes semper sal-
tem in corde verbum illud, quo nullum pestilentius: Num quid custos ego sum fratris mei? Ge-
Seneca.
nes. 4. Tu autem audi Senecam. Regium est male audire: cum benefeceris. Si enim magnanimus es,
nunquā iudicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dicito: Non nocuit mihi, sed animum nocendi ha-
buit: &

buit: & cum illum in tua potestate videris (Vide. 4. Reg. cap. 6.) vindictam putabis vindicari potuisse. Siquis pro alio orat, vere eum diligit: cum enim id fiat in corde, vere fit ex animo, quod nō est semper verum quando aliquem beneficium prosequimur corporali: diligere minus est benefacere, maius est orare, maximum est. Ad hæc Chrysost. Vide mecum gradus in Euangelio positos ad apprehendendum scalæ cœlestis culmen. Primus est nequaq; priorem ad lędendum venire. Vnde dixit Tullius: optimus vir nisi lacessitus, nulli malum inferet. Hæc est tota iustitia Gentium. Vnde illud. 4 Reg. 14. Contentus esto o rex gloria tua, & sede in domo tua. Quare prouocas malum: vt cadas tu & Iudas tecum? Et non acquieuit Amasias rex, sed malo suo: ictus enim sapuit. Secundus gradus est Talionis lex: hęc est iustitia iniustorum. Quidam enim cum calce muli cuiusdam percussus esset: ipse vice versa calcem impegit iumento, ratione contentus. Tertius gradus, ne qui lęsus est, lęsionem retaliet, seddicat: amplius noli peccare. Si bene locutus sum cur me cędis? Ioan. 18. Quartus gradus, vt alteram maxillam obuertas, dicens: Paratum cor meum Deus; paratum cor meum. Quintus: vt ad maiora sustinenda semper sit paratus: quomodo dixit Iob: etiā si occiderit me, in ipso sperabo. Sextus est non odisse eum a quo læsus est, quia forte ignorans fecit: sicut Paulus de seipso loquitur. 1. Timot. 1. Reuera autem iuxta philosophum omnis peccans inquantum talis, ignorans est. Septimus gradus est diligere inimicum tam affectu q; effectu. Vide. 2. Reg. cap. 1. Ibi. Montes Gelboe, &c. Nonus gradus est orare pro persequutoribus, quem Stephanus impleuit & Moses, Act. 7. Exo. 32. Et Nu. cap. 16. satis bene. Diligite inimicos vestros, sicut Deus vult omnes saluos fieri: ita nos omnes diligamus in genere, cupientes q; omnes salui fiant. Et si ab hac dilectione generali nō excludamus inimicos, dicimur eos diligere ex charitate. Sane decimus & vltimus gradus eius est, qui scalæ fastigio innitebatur. Genes. 27. Qui pro inimicis mortuus est: id quod optabat Dauid. 2. Reg. 18 Impleuit Dñs Iesus: Non enim Isaac immolatus est: sed agnus Dei. Genes. 22. Vos igitur diligite inimicos vestros: benefacite his qui vos oderūt, & orate pro persequētibus & calūniantibus vos: hodie si vocē Christi audieritis clamantis in cruce (cuius tante factæ sunt fauces a clamore illo valido) Pater ignosce illis: reuera enim nesciunt quid faciunt. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam gratiam habetis? Nam & peccatores & publicani diligentes se diligunt. Et si salutaueritis fratres vestros tantum: Lucas: & si benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? Iuxta Matthæum: quid amplius facitis? Nonne & ethnici hoc faciunt vel peccatores. Iuxta Lucam cap. 6. 23. q. 4. cap. Cum in lege. Et cap. Ea vindicta. q. 5. cap. Si audieris. Sunt autē publicani Telones, qui vectigalia redimunt: genus hominum olim infame apud Iudęos: nunc cōmunitatis vicibus in primis honestū: ipsi enim sunt (quod pace omniū dico) prora nauis & puppis, Regina pecunia id statuente iure suo. Si ergo diligentes diligitis, gratiā nullā expecteris a bonorū omniū largitore, quandoquidē nō peccatores tantū implent hunc gradū amoris quin omne animal ad suū genus aggregatur, & iuxta prouerbiū: Mutuo muli scabunt. Salutare autem quod Grǣce dicitur ἀσπάζεσθαι, aspasesthe, non est simpliciter salutare, sed osculo & cōplexu salutare, quod olim ex more fiebat inter amicos, nō solū apud Iudęos: verū etiā apud Grǣcos & Romanos. Vnde illud: Aue Rabbi, & osculatus est eū. Quodq; Matthęus dicit, quid amplius facitis. Grǣce, τί περισσόν, ti perisson. i. quid eximiū, aut quid inquit vltra cęteros facitis? Quādo idē faciūt & Gentiles, sola ducti naturali lege. Gētiles vocātur, quia sicut in peccatis nati sunt: ita permanerēt, nil a deo speciale acceperūt, sicut Iudęi vel Christiani. Chrysost. Gentiles igitur & publicanos producit in mediū: vt talibus discipulos cōparando personis etiā pudore ad virtutē accendat. Reuera autē sicut dicit Tullius, nulla de virtutibus plurimis admirabilior nec gratior est beneficētia. Hoīes eīn ad deos nulla re propius accedūt, q; salutē hoībus dādo. Nec aliquid habet maius fortuna, quod possit, nec natura melius q̄ vt velit seruare. Regia crede mihi res est, succurrere lapsis, pulchrūq; vitā donare petenti. His autē maxime laudis est benefacere, quos nemo sperauit esse facturus, & vbi ad benefaciendū, necessitatis vinculū nullū est. Cum aliquādo inter pugnandū milites Cęsaris Brutū hostē, acie iam inclinata, requirerēt summo studio, erāt enim contrarius Cęsari, & dux Medię partis exercitus. Lucilius quidā amicus Bruti, quo hostes abinsequēdo Brutū auerteret: statuit periculo suo q; primū se illis obijcere, dicēs se esse Brutū. Crediderе illi, & tāta prędа lęti: deduxerūt illū ad Antoniū, qui Cęsaris partes fouebat, præmittētes e suis quosdā, qui hęc Antonio nunciarēt. His lętatus Antonius obuiā fit adducētibus Brutū fictū. Lucilius igitur adductus: Antonio per nimiū fidēs: Marcū inquit Brutū o Antoni nemo cœpit, nemo capiet, ne fortuna tantę virtutis victrix sit. Ego milites decipiēs ad te veni, ob hoc nihil pati abnuens intolerabile hęc loquuto Lucilio exterritis oībus: Antonius ad eos qui ipsum adduxerāt versus: nēpe o cōmilitones hunc errorē grauiter fertis eludi existimātes, sed scitote vos meliorē venationē adeptos: dū eīn hostē quæritis, amicū nobis adducitis. Viuo quidē Bruto, per deos ignoro qua in te vterer. His amicis verū magis q; hostibus potiat, & Luciliū amplexus: illū cuidā ex familiarib? cōmendauit. Confer hunc locū cū verbis Tullij, & intelliges quid est illud: Ethnici hoc faciūt. Iste eīn etiā hostē ad se confugientē cōplexum, in gratiā recepit. Deniq; sicut dixit Epicurus: nulla res perinde parit gaudiū: vt beneficentia. Sapiebat autē qui gratijs indidit nomina videlicet Aglaię, id est, alacritati: Euphrosinę, id est, gaudio: Thalię, id est, florulentię. Siquidem hilarem esse & gaudere in conferendo beneficium: id & maius est & purius: qua propter multi sæpe pudore suffundūtur: cū beneficiū accipiūt, semp autē gaudēt: cū beneficiū præstāt, nisi sunt quidā cumini sectores: quorū beneficia panē lapidosum dixeris. Et si mutuum dederitis his a quibus speratis recipere, quę gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus fœnerātur: vt recipiāt æqualia. Vos autē mutuū date, nihil inde sperātes, & erit merces vestra multa.

[Marginal notes:] A · B · C · D · E — Chrysost. — Tullius. — Ioan. 3. — Psal 107. — Iob. 13. — Philosophus. — Ecclesi. 10. — Prouerbiū — Eccles. 13. — Matth. 26 — Chrysost. — Tullius. — Seneca. — Brutus. — Epicurus. — Origenes. De vsuris cap. 3. & 4 ca. cōsuluit — Luc. 6. — Vide Deut. cap. 23.

Pro fœnerantur Græce est, δανείζουσι id est, mutuum dant: Et idem est verbum ibi: Mutuum date, sed
intelligens translator, verbum fœnerari vitio datum: noluit vti eodem verbo, de probis verba faciens.
Est autem verbum danizesthe apud Græcos anceps. Nam & qui citra vsuram dat mutuum: danisi, &
qui ad vsuram dat: danizi. Verum hic semper vertendum erat: date mutuum. Agit enim non de quæstu
fœneratorum satis turpi lucro, sed de mutuis officijs amicorum, quorum iuxta prouerbium; omnia sunt
communia si qui tamen huiusmodi reperiuntur, in quibus verificetur prouerbium. Vnde dicebat Plato:
[Prouerbiū] Fœlicem ac beatam fore ciuitatem: in qua non audirentur hęc verba: meum & tuum. Martialis iocatur
in quendam candidum, cui semper in ore fuerit hoc prouerbium: Amicorum omnia communia: cum alio
[Plato.] qui tenacior esset Polypo, Briareus in congregando, Tantalus in cōseruando, dicebatq; Candide Kina
[Martialis.] philon sint hęctua candide panta. Quæ tu magniloquus nocte dieq; sonas: das nihil, & dicis, candide Ki
[Theophrastus.] na philon. Ad hæc Theophrastus. Si res amicorum communes esse ius est, vt amicorum item amici sint [F]
communes maxime conuenit. Et inde dictum est hoc verbum κοινόβιον, cœnobium: nimirū a vitę for-
[Cato.] tunarumq; societate. Interrogatus aliquando M. Cato: quid sibi fœnerari videretur: quid hominem in-
quit occidere? De hoc vide Exod. cap. 22. Si pecuniam mutuum dederis populo meo. &c. Quo loco dicit
[Abulensis] Abulensis: q; Iudęi non fœnerantur Iudæis omnino: fœnerantur autem Christianis, quos veluti Genti-
[Plato.] les arbitrātur. Plato lib. de legibus. 5. Ita dicit: Nemini liceat fœnerari. Liceatq; siquis in fœnus accipiat:
[Apoc. 17.] nec vsuram nec sortem reddere. Quæ lex si apud nostrates seruaretur, non tot esurirent, & tot ebrij essent
[Ambrosi⁹] de sanguine sanctorum. Refert Ambrosius de fœneratore quodam rem dignam scitu. Hominis cuius-
dam vita functi, cum insoluendo non esset. Cadauer fœnerator sepulturæ tradi non sinebat. Iussit igi-
tur Ambrosius: vt cadauer cum solenni pompa: & lamentantium copiosa frequentia ad domum fœna-
toris transferretur. Ibi ergo cum probris & execrationibus astantium tum & lachrymis charissimorum
[Absinthes] pulsatus, vel volens vel coactus iuri suo cessit. Asinthes Aegypti rex cum vehementer laboraretur ex [G]
ære alieno, legem hanc Aegyptijs promulgauit; vt ita demum quis pecuniam mutuo acciperet: si cada-
uer patris pignore traderet (habebant enim ea asseruata in domibus, aromatibus medicata) idq; ad hāc
legem adiecisse: vt penes creditorem esset omnis potestas sepulchri debitoris: vtq; hæc irrogaretur mul-
cta pignus deponenti, cui si dissoluere ęs alienum recusaret: fas non esset sepeliri, aut in paterno aut alio
in sepulchro: ac ne alium quidem ex seipso progenitori sepulturæ mandare. Hæc diximus explicare vo-
lentes pestis huius venenata lues quomodo quoquo versus & per omne æuum virus suum diffuderit:
Fœneratoribus quidem quę sua sunt quęrentibus, debitoribus vero prę ociositate, vel quia sua non sunt
[Prouerbiū] forte contenti: vorsuram soluentibus: hoc est, æs alienum ex ære alieno dissoluentibus: sicq; ex pręsenti-
bus malis se explicare, vt alijs grauioribus implicētur, donec ipsam quoq; animā debeant: vt iuxta quod
[Plato.] Rex Aegypti statuit: careant ecclesiastica sepultura. Proinde Plato vetabat aquam a vicinis petere, nisi
prius domi foderis vsq; ad terram, quam ceramitidem vocant repererisq; non esse spem venæ. Ita prius [H]
mouendus est omnis lapis, excutiendum est, vtrum parsimonia aut alia via suppeditare nobis possi-
mus, prius q; ab istis Cyclopibus, Cerberis, Lestrigonibus, Plutonibus, sanguisugis pecunias mutuo ac
[Vsura.] cipiamus. Nec propositi nostri est ingredi labyrinthum inextricabilem vsurarum: alij enim multo fortio
res & sapientiores hanc hydram expugnandam acceperunt. Et tamen quod pace eorum dico: vires mihi
videtur acquirere eundo, & vno capite truncato, non duo sed septem emergunt. Tractatus contra vsu-
rarios multi ediderunt viri insigni literatura leges diuinæ, canonicæ, Imperatoriæ, Gentilium tam Græ
corum q; Romanorum vsuras vetant; hanc hydram impugnant, expugnat nullus, sed viuet adhuc in
finem. Tamen vos mutuum date, nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa. Vide. 1. Reg. 2. de An-
na fœnerante Domino bonum fœnus. Fœneratur autem Domino: qui miseretur pauperis. Prouerb. 19.
[Luc. 10.] Quæ sententia explicatur similitudine illa vel hystoria hominis incurrentis manus latronum. Curam
illius habe inquit. hoc est fœnerare Domino, & ego cum rediero reddam tibi. Sequitur. Estote ergo [I]
perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est. Ipse enim re uera donat nobis & multa
& bona: nil inde sperans, nisi forte tenebrę mutuare possunt lumen soli. Sicut autem dicit Hieronymus:
[Hierony.] nullus magis illicita vitare debet, q; qui respuit quę licebant. Non enim a lege soluitur, qui supra legem
[Genes. 17.] facere proponit. Dicit autē sermo Dei ad Abrahā: Ambula corā me, & esto irreprehensibilis. Sed alia est
[2. Cor. 12.] perfectio quę habetur in via ab eo qui postq; audiuit in paradiso Dei arcana verba ducebatur vel vo-
[Matth. 22.] lens vel nolens a lege peccati nescio quo alia qua in cœlo erimus sicut angeli Dei, quādo minimus eorū
qui vident faciē patris sicuti est: maior est Ioanne Baptista: quādo viator erat, & poterat cum Paulo di-
cere: timeo ne cum alijs pręDicauero. &c. Quomodo autē perfectus erat Paulus: cui datus est pedagog⁹
angelus satanę: qui eū depalmaret, ne magnitudine reuelationū extolleret. Et tn dicit alias Phil. 3. Quot
quot pfecti sumus; hoc sentiamus, sed quatenus vmbra imitari pōt solē. Estote vos pfecti sicut & pater
vester cœlestis pfectus est: in his tib⁹ vel maxime: vt diligatis inimicos, oretis p eis, & vt mutuū dātes, [K]
[Luc. 6.] nihil inde speretis. Vnde adhuc sequit in Luca cap. 6. Estote misericordes, sicut & pater vester
[Psal. 102.] misericors est. Quō em miseret pr filiorū, misert⁹ est Dns timētibus se, qm ipse cognouit figmentū
[August.] nostrū, qm puluis sumus, flos agri, fœnū, & fumi vmbrę: spūs vadens & nō rediens. Ad hęc August. in
his vbis multi sibi iniquitatis impietatē de diuina mia pollicētur: etiā si tales esse pstiterint: qualis gene
ratio Iudęorū describitur: praua & amaricās. Psal. 77. Quib⁹ cōsentire nō expedit. Si em vt fcēm ipsos
loquat, De⁹ fortasse nō pdet nec malos, sine dubio nō perdet bonos. Cur ergo nō poti⁹ id eligim⁹: vbi
dubitatio nulla est? Deus tñ ita alloquitur Mosen seruū suū. Dimitte me, & delebo populū istū. Exo. 32.
[Hierony.] Hieronymus. Dicens dimitte me, ostendit q; teneri possit, q; teneri velit, ne faciat quod cōminatus est.

Dei poten-

Dei patentiam serui preces impediebant, manus ligabãt. Quis putas ille sub cœlo est: qui nunc irę Dei posset occurrere, obuiare flammis? Nu. 16 Pereunt cum pastoribus greges, quia sicut populus, sic & sacerdotes. [Esa. 24.] Moses cõpassionis loquebatur affectu, & vult perire cum pereuntibus, nec propria salute contentus est, quia multi sunt, imo stultorum infinitus est numerus, qui sua perditione contenti non sunt, nisi post se trahant multos in profundum sicut Dathan & Abiron. [Eccles, 1.] Vnde inuitatorium illud: Venite, vino precioso nos impleamus: coronemus nos rosis ante q̃ marcescant: Nulla sint tempe quę non pertranseat luxuria nostra. [Num. 16.] [Sap. 2.] Estote igitur vos misericordes sicut pater vester: qui solem suum exoriri facit super omnes, qui omnis vult saluos fieri: nullum perire, quoniam diligit omnia. [Sap. 11.] Misereris omniũ, quia omnia potes, nec tamen teipsum negare potes: sed in quacunq; die peccator dixerit: Peccaui Domino: responsum accipiet: Dominus transtulit peccatum tuum, no morieris. [2. Timo. 2.] [2. Reg. 12.] Hæc regula nullã patitur exceptionem, quia Deus seipsum negare non potest: non potest retractare quod dixit per Ezechielem, cap. 1·. Interim autẽ q̃ peccator implet ventrem suum de siliquis porcorum (Luc. 15.) Quid facit misericors pater? Sequitur ex Sapientiæ cap. 11. Dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam. &c. Estote igitur & vos misericordes.

Caput. vi. Quod opera nostra secreto facienda sunt, videlicet orationes & eleemosynæ: vt accepta sint ante oculos Dei.

Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus: vt videamini ab eis: alioqui mercedem non habebitis apud patrẽ vestrum qui in cœlis est. [Matth. 6.] Cum ergo facis eleemosynam: noli tuba canere ante te, sicut hypocritę faciunt in synagogis & vicis: vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis receperũt mercedem suam. Te autẽ faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi manifesto. Sic dicit Augustinus. [August.] Non recte viuere, perniciosum est: recte autem viuere & nolle laudari: quid est aliud q̃ inimicum esse rebus humanis: quæ vtiq; tanto sunt miseriores, quanto minus placet recta vita hominum. Et tamen si te recte viuentem hi inter quos viuis non laudant: illi in errore sunt. [De pœni. dist. 5. cap. Canendũ.] Si autem laudauerint: tu es in periculo. In quo periculo? Iuxta iter inquit scandalum posuerunt mihi. [Psal. 139.] Spiritu cœpistis inquit Apostolus, & nunc carne perficitis opus vestrum. Galat. 3. Hoc est offerre ouem cauda truncata. [Leui. 22.] Opus tuum pro honore Dei cœpisti: videns autem q̃ places hominibus: pergis & ab hominibus gloriam venari. Quod si de bono opere gloriam captare peccatum est, vel vanitas est: ludis enim operas tuas: (nouum naufragij genus,) ex prauis operibus laudem mendicare, magnũ reuera malum & insaniæ proximum. Occidit inquit Iacobum Herodes: videns autem q̃ placuisset Iudęis, apposuit vt apprehenderet & Petrum. Actu. 12. Ergo vt morem geramus Iudęis, peribit iustus & iustitia de terra. Attende igitur ne iustitiam tuam facias pro humana laude: quæ non appeti a recte viuente, sed sequi debet, sicut vmbra corpus. Et esto non sequatur, reposita est in sinu tuo spes certa mercedis, quam oculus non vidit. 1. Cor. 2. [Iob. 19.] [Arcesilaus] Arcesilaus cum Apellem Chium ægrotantem egere cognouisset: reuisit homines, & decem drachmas afferens, & assidens proxime: hic inquit nihil est præter Empedoclis elementa videlicet ignem aquam terram & sphęras ętheris alti: ac ne cubas quidem optime, simulq; mouens illius ceruical: clam pecuniam subiecit. Quam simul atq; repetisset anicula quæ inseruiebat ægrotanti: & admirans quid esset, Apelli retulisset, ridens ille: Arcesilai inquit hoc furtum est: furtum vocans eleemosynam furtim & ignorãte sinistra collatam. Iste igitur nihil audierat de Euangelio, Gentilis enim erat: & tamen exposuit nobis quid sit noli tuba canere, &c. Simile quid legis in vita S. Nicolai. Intelliges & illud: Ne faciatis iustitiam vestram coram hominibus: quomodo intelligendum sit. Namq; Martinus catechumenus in multorum frequentia parte tunicæ suæ pauperem vestiuit, & tamen iustitia eius manet in sæculum sæculi. Psal. 111. [Martinus.] Refert Plutarchus, q̃ cum Alexander Thebanorum mœnia diruisset: Phrine meretrix pollicita est, suis impendijs reposituram, modo ciues pateretur: hoc sculpi elogium: Alexander quidem subuertit, sed Phrine restituit: tanta cupido famæ in tam infami fœmina. [Plutarch.] At omnis gloria Ecclesiæ abintus. [Cant. 4.] Et illud: absq; occultis rugis & silentio. Ad hæc Gregorius. [Gregorius] Gloriam suam Paulus testimonium conscientiæ memorat. 2. Corinth. 1. Quia fauores oris alieni non appetens: vitæ suæ gaudia extra semetipsum ponere ignorat. De prædari enim desiderat, qui thesaurum publice portat. Opus ergo nostrum cum hominibus ostenditur, in cordis prius examinatione pensandum est, quid in eo quęratur. Si enim dantis gloriam quærimus: etiam publica nostra opera in conspectu illius occulta seruamus. Si vero per hæc nostram laudem concupiscimus: foras ab eius conspectu iam fusa sunt: etiam si a multis ignorantur. Sed valde perfectorum est, sic ostenso opere Dei gloriam quærere: vt de illata laude priuata nesciat exultatione gaudere. Sufficit tibi vox illa Dei. 2. Regum. 12. Tu quidem fecisti illud in abscondito: Ego fuero præco tuus & prædicabo illud super tecta. Matth. 10. Exemplo nobis sit pater fidei nostræ Abraham qui nullo vel sciente vel vidente filium immolare parabat, & cætera. Genes. 22. Ad hæc Augustinus. [August.] Romani enim priuatas res suas pro re communi & pro eius ærario contempserunt: Auaritiæ restiterunt: consuluerunt patriæ, neque delicto secundum suas leges, neque libidini obnoxij. [Romani.] Sed his omnibus artibus tanquam vera via nisi sunt ad honores Imperium & gloriam:

honorati sunt in omnibus fere Gentibus, imperij sui leges imposuerant multis Gentibus: hodieq; literis & historia gloriosi sunt pene in omnibus Gentibus. Non est quod de summi & veri Dei iustitia côquerantur, receperunt mercedem suam, perijt memoria eorum cũ sonitu. Sicut autem dicit Augustinus. Luna quę soli fit propior, eo minus lucet in terra: quo enĩ homo Deo magis appropinquat, illi soli placere volens: tanto magis gloriam suam nõ in ore hominum ponit: sed ecce inquit in cœlo testis meus. Iob. 16. Habes vnum testem in cœlo qui pro decem milibus computatur. Habes & conscientiã, quæ iuxta Prouerbium mille testibus æquatur. Conscientia inquit mille testes. Quis enim nescit côscientiam rem esse vnam omnium efficacissimam? adeo vt nulla tormenta melius prodant maleficum q̃ illa: nullus carnifex seuerius puniat. Vnde illud Iuuenalis. Surdo verbere cędit. Hanc sensere Poetę cum de diris & vltricibus furijs fabulantur. 6. Eneidos. Vnde illud. Heu q̃ difficile est crimen non prodere vultu. Noli tuba alios conuocare, omnis enim homo mendax: Deus autem & conscientia mentiri nesciunt, adulari nesciunt: his esto contentus, quoniam Deus dissipabit ossa eorũ qui hominibus placent: deserto Deo. Cum ergo facis eleemosynam. &c. Sicut dicit Seneca: Nulla res carius constat, q̃ quæ precibus empta est. Vota homines parcius facerent si palam facienda essent: Adeo etiam deos quibus honeste supplicamus, tacite malumus & intra nos supplicare. Ideo diuinanda est cuiusq; voluntas (beatus qui intelligit super egenum & pauperem) & cum intellecta est: necessitate grauissima rogandi liberanda est. Lacerat autẽ animum & premit frequens meritorum commemoratio. Libet exclamare, quod ille triumvirali proscriptione damnatus, seruatus a quodam Cęsaris amico exclamauit: cum superbiam eius ferre non posset. Redde me Cęsari. Quousq; dices: Ego te seruaui, ego te eripui morti. Istud si meo arbitrio memini: vita est: si tuo, mors est. Nihil tibi debeo, si me seruasti vt haberes quem circumduceres. Quo vsq; obliuisci fortunæ meæ non finis? Semel in triumpho ductus essem Coruus cantor prædam perdidit. Qui ergo dedit beneficiũ taceat: includat illud in corde pauperis: qui accepit, ipse narret. Dicetur enĩ quod illi vbiq; iactanti beneficium suum: Non negabis inquit te recepisse, aut recepisti mercedem tuam. Et cũ respondisset. Quando recepi? Sępe quidẽ inquit & multis locis: id est, quoties & vbicunq; narrasti. Quid opus est alienum præoccupare officium? Est qui narret & honestius quidem: videlicet qui accepit. Narrabit autem in theatro totius mundi dicens: Esuriui. &c. Matth. 25. Tu igitur noli tuba canere sicut hypocritę. Fœmina quædam sæpe inter confitendum dicebat se esse peccatricem: intulit sacerdos (tentãs illam) ego idipsum sæpe alias audiui, ibi mulier hypocrita vociferabat, nugatur, nugatur. &c. Sciendum q̃ Græci ὑποκριτὴς, hypocrites, histrionem significat: hoc est, qui ficta persona fabulam agit apud populum, quos eosdem actores vocamus. Vnde quam nos pronunciationem aut actionem dicimus, illi hypocrisin appellant. Quanq; quisquis quouis modo simulat ac fingit: hypocrites vocari potest. Vnde illud: Charitas non ficta: agape anypocritos. Cæterum quod ad hystrionicam gestitulationem attinet: optime congruit quod dixit: Vt videamini: pros to theathene, quod actorum est, & hinc dicitur theatron. Sicut autẽ dicit Apostolus theatrũ facti sumus mundi angelis & hominibus. Sed interest, q̃ hypocritę omne quod agunt: vt in se hominum oculos conuertant, agunt, optimi autem viri si qui sunt (sunt septem milia vbi tu nullos putas) illud tantum dicunt: Placebo Domino in regione viuorum. Psal. 114. Alias pro minimo mihi est vt a vobis iudicer. Sunt autem vici, in quibus diuiditur vrbs ipsa: Synagogas autem accipit pro quibuscunq; conuenticulis quę fieri solent in plateis ac triuijs ciuitatis. Hieronymus. Videtur autem mihi & illum hypocritam esse, qui dicit fratri: Dimitte vt ejiciam festucam de oculo tuo: Nam propter gloriam hoc facere videtur: vt ipse iustus videatur. Non itaq; virtus sed causa virtutis apud Deum mercedem habet. Et si a recta via paululum declinaueris, non interest vtrum ad dexteram vel sinistram vadas: cum verum iter amiseris. Scriptum est autem, iuste quod iustum est exequętis. Deut. 16. Nam nisi esset inquit Ambros. vt iustum iniuste faceres, nunq; dictum esset: cum facies eleemosynam noli tuba canere. Siquidem & iuxta philosophum, rectum contingit vno modo: obliquum multifariam. 2. Ethicorum. Et vix opus bonum ex integro reperitur, quia multę circunstantię requiruntur; vt sit moraliter bonum. Prima autem & præcipua finis est. Prouidemus enim bona non tantum coram Deo, id quod in primis est necessarium, sed etiam coram hominibus. 2. Cor. 8. Vnde illud: vnumquodq; animalium: corã facie sua ambulabat, semper sibi pręsens: prouidens Dominum semper in oculis suis, & non sicut hypocritę, qui tanq; Simeę placere quærunt hominibus, ac veluti vmbrę configuratę characteri corporum præcedentium. Interest autem q̃ corpora semper eadem permanẽt: vmbrę autem, crescunt & discrescũt; omnia enim hypocritarum opera conficta sunt: si silenos istos inuertas: tamẽ receperunt mercedẽ suam. Te autem faciente eleemosynam. &c. Sic Abraham de nocte consurgens, nec vel vxori communicauit sacramentum Dei, imo nec filio, donec ventum est ad cacumen montis qui vocatur: Dominus videbit; quo testimonio nihil manifestius. Vnde & iuuenes illi duo & asina ad radicem montis iubentur consistere. Et hę sunt aues, quas abigebat Abraham a sacrificio Dei. Genes. 15. Ita dicit Os aureum: Non solum vxorem latuit res, latuit iuuenes, latuit ipsum Isaac: imo & latuit ipsummet Abraham, quandoquidem ipse: de ariete ignorabat penitus, filium credebat se immolaturum. Et quare vel filio rem nõ aperuit? ne videlicet audita morte langueret, & indignus inueniretur esse holocaustum Dei. Poterat autem Abrahã rusticitatis notari, q̃ vxorem celauerit mysterium: vt neq; supremã vocẽ filij audire digna habita esset; aut saltem videre abeuntem, sed nesciat sinistra tua. Iuxta literam ideo res eam penitus latuit: ne multa tristitia absorberetur, de morte vnigeniti, qui vere immolandus non erat. Ambrosius. Affectus tuus nomen imponit operi tuo. Te consulit Deus, quomodo opus tuum suscipiat: mentẽ tuam interrogat. Nam qui tuba canũt, receperunt, &c. Hieronymus. Non solum autem eleemosyna, sed quodcunq; feceris boni operi

Marginalia: Psal. 9. — Psal. 52. — Seneca. — Psal. 40. — Apuleius. — Eccles. 29. — hypocrita — 2. Cor. 6. — 1. Cor. 4. — 3. Re. 9. — 1. Cor. 4. — Hierony. — Matth. 7. — Ambrosi? — Philosophus. — Ezech. 1. — Psal. 15. — Genes. 22. — Figura. — Chrysost. — Scot. in. 3. distin. 38. q. vnica. b. — Ambrosi? — Hierony. — R — G — H — I — K

ni operis debet sinistra nescire: si enim illa scierit: statim dextera opera commaculantur. Iuxta Chrysost. autem non absque figura dictum est: nesciat sinistra: sed hyperbolicos, quasi dicas: ipse nescias quod facis, si fieri potest, tantum abest ut alijs ostentes. Memento illius Pharisæi. Neque id tantum vult Deus, quod nõ studeas apparere, sed cũ hoc vult ut studeas & latere, ex quo ipse spectator assistit. Dicit hoc loco Abulens. Sciendum quod non semper gloriam ex bono opere captans: peccat mortaliter, semper tamẽ ludit meritum & operam boni operis: receperunt enim mercedem suam. Est autem mortale gloriari in rebus pessimis. Secundo, quando vult credi qualis non est. Tertio, si glorietur habere a se, quod habet a Deo: sed meritis suis: vel si glorietur de eo quod non habet. Ezech. 29. Itaque vana gloria nunquã nocitura est, nisi quando præcedit opus ipsum, & ea est causa finalis operis ipsius: ut videantur inquit: ut honorificentur. Nam si bestiola hæc inter operandum insurgit, & insidias tendit calcaneo, perimenda est & opprimen-

A da. Et fortassis nullum consilium magis accedit ad naturam præcepti quam hoc, quo violato, labor noster & impensa perit. Hæc ille. Dicit quod ad literam hypocritæ isti iubebant canere in triuijs: ut ad sonitũ buccinę pauperes conuenirent ad eleemosynam. Concludit Augustinus super Psal. 120. Per dexteram vita æterna, per sinistram temporalis vita significata est. Quid est ergo nesciat sinistra? Quando bonum facis, propter vitam æternam fac, & ignorasse existima sinistram id quod dextera facit: iuxta quod scriptũ est: Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Sunt tamen multi ambidextri, qui cum Paulo placent Deo, placent & hominibus. 1. Cor. 10. Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ: qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare: ut videãtur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito: reddet tibi. Orantes autem, nolite multum loqui,

B sicut ethnici faciunt: putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater vester: quid, id est, quibus, opus sit vobis, priusquam petatis ab eo. Synagogæ vocant hic conuenticula quæ solent fieri in plateis ac foro seu triuijs. De angulis vide. 2. Paral. 28. 4. Reg. 23. Hiere. 44. quomodo Iudæi adorabant idola & orabant orationem pessimã, &c. De oratione dictũ est Ioan. cap. 4. Ibi: In spũ adorabunt. Cõis orantiũ situs erat per id tẽporis stando. Vide Luc. cap. 18. Septem horas canonicas Pelagius pontifex statuit cotidie a clero celebrari. Vide ad hęc. 15. q. 1. pro obeuntibus. Et. 23. q. 5. cap. Placuit. Ad hæc sciendum (refert autem scire) quod sæuiente pestilentia Romæ, populo ad concionem vocato, Gregorius constituit ut ab vniuersa ciuitate supplicaretur, sed discretis ordinibus. Vt clerus vniuersus a Ioannis Baptistæ templo, profana virorum multitudo e diuo Marcello, Monachi a Ioanne & Paulo, sorores a Cosma & Damiano: Matronę quæ in matrimonio erant a Protomartyre, viduæ a Vitale, puerorum & puellarum chori a Cecilia suppliciter proce-

C derent, atque vbi omnibus esset templis supplicatum, ad ædem virginis Nouę omnes reuerterentur. Ferũt cum hęc pararentur, adeo pestilentiam atrociter incubuisse: ut populo in cõcione stante octoginta exanimati sint. Ad rem. Ex superius dictis patet qui sint hypocritę, qui anguli ac flexus viarum. Transeamus igitur ad reliqua. Vidit Daniel bestiam similem urso, & tres ordines erant in ore suo & in dentibus suis: & sic dicebant ei. Surge comede carnes plurimas. Bestia hæc vana gloria est, quæ triplices insidias iuxta tres tendit hominibus, videlicet in eleemosynis largiendis: inter orandum & abstinentię tempore, & vix vnum e mille reperies, qui effugiat dentes eius, nisi peruigili sollicitudine cum Abraham abigat eam a sacrificio Dei. Ita dicit Chrysost. Huius bestiæ nemo vires nouit, nisi qui eam prouocauerit ad singulare duellum. Quoniam si cuique facile est: laudem non aucupari dum negatur: difficile est tamen non delectari & vtraque manu complecti cum offertur. Quis ergo poterit huius vulpis subterfugere insidias: quando inter colloquendum Deo hominem supplantare nititur? Amant inquit orare in triuijs. Ergo rece-

D perunt mercedem suam. Hieronymus super illud. 1. Cor. 13. Si tradidero corpus meum ita ut glorior apud Gręcos. Quid tam Dei opus quam scripturas Dei legere: in Ecclesia prædicare, & ante altare Domino ministrare? & quod dudum timeo dicere: martyrium ipsum si ideo fiat ut hominibus placeamus, nihil nobis proderit. Intra igitur in cubiculum tuum. Augustinus. Cubile nostrum, cor nostrum est: ibi tumultũ patimur malæ conscientię: non est enim pax impijs, sed cor eorum quasi mare feruens, & ibi requiescimus; quando bona conscientia est. Sunt enim multorum cauterizatę, in quibus habitant pilosi & hericij, & multa huiusmodi portenta. Esa. cap. 13. Attende ergo quomodo nolunt intrare domos suas: qui habent malas vxores: quomodo exeunt ad forũ & gaudent. Cœpit hora esse qua intraturi sunt, sed quia ad murmura, ad tędia, ad amaritudines, tristantur. Non est enim domus composita, vbi inter virum & vxorẽ pax nulla est. Vos autem legis præuaricatores redite ad cor. Esa. 46. Sed non omnibus datum est intrare cubiculum hoc, quia non omnes inueniunt cor suum cum Dauid. 2. Reg. 7. (Corde autem nihil fugatius)

E ut orent patrem, corpore aggrauante spiritum: iuxta quod dicitur: Reuertebantur in similitudinem fulgurum. Quod autem dicit: clauso ostio ora illud significat, quod non clamorem sed desiderium pauperũ exaudit Dominus. Psal. 9. Ad hęc Gregor. lib. Mora. 22. cap. 18. Valentiores nãque voces apud secretissimas aures Dei non faciunt verba nostra sed desideria. Aeternam enim vitam si ore petimus, nec tamen corde desideramus, clamantes tacemus: Iuxta illud. Populus hic labijs me honorat, cor autem longe abest. Si vero desideramus ex corde; etiam tacentes clamamus. Vnde illud: Quid clamas ad me? Qui certe clamasse non legitur, sed alloquebatur populum dicens. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Augustinus. Non clamor sed amor clamat in aures Dei. Amici inquit auscultant te (de quibus Thobiæ cap. 12.) fac me audire vocem tuam. Glosa. Quandiu non datur dextram coniungere dextra: saltẽ sonet

Chrysost. Luc. 18. Abulensis. Genes. 4. August. Canti. 2. De reliquijs, cap Vulgo. 11. q. 7. cap. Andito. Sabellicus. Gregorius. Daniel. 7. Genes. 15. Chrysost. Hieronymus. August. Esa. 57. 1. Tim. 4. Sap. 9. Gregorius. Esa. 29. Exo. 14. Canti. 8. August. Glo. a.

 vox tua

vox tua in auribus meis: meis inquam, has autem voces vel hanc vocem non lingua sed lachrymæ insonant: dicente David Auribus percipe lachrymas meas. Psal. 38. Hoc modo credimus orasse publicanum
Luc. 18. illum (clauso ostio) patrem suum: qui nihil aliud dicebat, quàm, Deus propitius mihi esto: vnde & ipse recepit mercedem suam. Quam? Descendit iustificatus in domum suam domus sua & cubiculum suum: con
Matth. 21. scientia sua erat, olim spelunca latronum: amodo trinitatis habitaculum. Idem videre est in latrone ora-
Luc. 23. tenam & ipse recepit mercedem suam: cum audiuit: Hodie mecũ eris in Paradiso. Hæc est merces eius: latro ascendit, martyr descendit. Vim autem orationis Helias ostendit, qui verbo suo cœlum clausit, & reserauit. Iacob. 5. cap. Et inter feras, carceres, flammas, intra lupanaria, de profundo maris, e ventre ceti exaudita est. Patet in Daniele, in Paulo, in tribus pueris, in Agnete virgine, in Iona propheta. Obserua Iosue sistentem solem qui tamen eques orauit inter bellandum, & sanguinem fundendo quod est mira-
Chrysost. bile. Ad hęc Chrysost. Orans ergo, nihil nouũ faciat, quod aspiciãt hoĩes, vel clamando, vel pectus tun-
August. dẽdo, vel manus extendẽdo. Nõ quòd videri ab hoĩbus ne fas sit (inquit August.) sed velle videri: imo nec velle videri, si gloria patris quęritur. Orantes autem, nolite multum loqui. Gręce: μὴ βαττολογήσητε:
Battus. Me battologesete, Dictio composita est prouerbialis, a Batto quodam poeta, qui conscripsit hymnos, in quibus eadem subinde inculcauit. Vnde quod hic docet Christus, non solum pertinet ad nunquã finien-
1. Thess. 5. das preces (cum alioqui Paulus iubeat nos sine intermissione orare: & ipse Christus legatur orasse pro-
Theophy. lixius. Luc. 22.) verum etiam ad illos qui supersticiose preces suas easdem sine fine iterant. Theophylac. Est enim Battarismus inarticulata vox: qualis est puerorum, qui nesciunt quid petunt: sicut videre est in multis sacerdotibus sæculi nostri: qui bonas literas nec a limine salutauerunt; hoc est, nesciunt Gręce, nesciunt Latine, nesciunt Hebraice: vtinam scirent linguam in qua nati sunt: hęc tamen miseranda sunt potius quàm referenda: Episcopis istis qui de anulo vocitantur consulentibus zonæ suæ alias marsupio. Secre-
Hieronymus. tum meum mihi. Nolite igitur multum loqui. Erit enim cultus iustitiæ silentium: (Hieronymus) vt non multiloquio Iudęorum, sed breuitate fidei adoremus Dominũ. Quid breuius illa oratione: Peccaui Do- G
Esa. 32. mino? Responsum est. Dominus transtulit peccatum tuum. Nos enim cum oramus, non sumus narrato-
2. Reg. 12. res scienti omnia, sed rogatores, sicut dicit Hieronymus. Sed audiamus Plutarchum de sedulitate cultus
Plutarch. deorum tempore Numę Pompilij. In sacerdotum festis per vrbem pręcones præcedebant: qui vt quiescerent & ab operibus desisterent iubebant. Et quemadmodum Pythagoricos dicunt; non sinere homi-
Numa rex nes per transitum adorare deos immortales, illosque orare, sed continuo ex ipsa domo mente ad id paratos pergere (rem nostro sæculo ignotam) ita & Numa decere ciues existimauit, neque audire quicquã rerum diuinarum, neque aspicere per desidiam, ac denique crepitibus strepitibusque & quęcunque eiusmodi necessarios vulgariumque artium labores consequuntur vias vacuas ceremonijs pręstare. Et huc vsque cum Imperator circa sacrificia versatur clamant: hoc age: Quæ vox quotquot rei interfuerint & conuertit & parat.
Exo. 17. Hæc illo. Vade & tu, & semotus a turbis: ascende montis cacumen, & duobus assumptis comitibus ie- H iunio videlicet & eleemosyna: sede cum Mose, tenens virgam Dei in manibus tuis, fiduciam scilicet im-
Psal. 56. petrandi, & ora perseuerans, quia a mane vsque ad solis occasum, donec perfectam reportes victoriam de
Luc. 11. Amalech. Sequitur ex Matth. cap. sexto.

Caput. vii. De oratione Dominica, & de ieiunio & capite vngendo: & quòd non est thesaurizandum in terra sed in cœlo.

August. **S**Ic ergo vos orabitis. Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Augustinus. Quanta cura animũ tangit: vt qui dicit Pater noster, tanto patre non sit indignus. Cum ergo dicit; Sic orabitis vos: suos a Gentibus secernit, qui quia adorabant quod nesciebant: lon- I go ambitu precum putabant sibi orandum, tanquã apud iudices causæ alicuius es-
Hieronymus. sent actores Sicut autem dicit Hieronymus: Hinc nata est hæresis quorundam, qui Christianorum preces veluti superuacaneas ex toto aspernabantur, quia videlicet dixit Dominus: Nolite multum loqui. Fuit ijs diuersa hęresis Psallianorum, siue Euchitarum, nomen inditum ab orando: qui totos dies ociosi, tantum
August. precum e murmurabant, intra linguę volubilitate vt Augustinus id scripserit incredibile. Hi monachos
Luc. 10. vetabant sustentandæ vitæ causa manibus operari, ne quando cogerentur cum Martha ministrare, reli-
Eccles. 3. cta quiete Mariæ. Verum omnia tempus habent. Et sciendum quòd cum dicit sic orandũ: Pater noster qui
De pœni. es in cœlis: ad eum patrem nos mittit de quo dixerat: Clauso ostio, ora patrem tuũ: πρόσευξαι τῷ πα-
dist. 5. de co τρί σου, τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ. Proseuxe to patri suto ento cripto: Id est, ora patri tuo: illi patri qui est in
tidianis. abscondito: vt certum intelligamus patrem, & secretum certum, atque singulare arcanum, quo pater oc- K cultatur cœlestis, qui cum nusquam desit In ipso enim mouemur & sumus, Actu. 17. Nobis tamen occultus est, nec tamen quia occultus, surdum se pręstat precibus suorum sicut illi de quibus dicitur: Cla-
Psal. 90. mate voce maiore. 3. Reg. 18. Nec tamen audiebatur vox nec aliquis respondebat: sed clamabit ad me: & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: licet interim consulens saluti ægri vel ægrotantis: di-
2. Cor. 12. cam: Paule sustine quod pateris, sufficit tibi gratia mea, nũc tempus est belli: Erit quãdo cantabis, Deo
Rom. 8. gratia, qui dedit nobis victoriam. 1. Cor. 15. Qui igitur dedit nobis filium: quomodo non cum illo omnia
Num. 12. nobis donabit? Quando cum seruo suo loquebatur ore ad os: veluti amicum amicus: loquebatur cum
Genes. 4. perfido patricida Cain, dicens. Vbi est Abel frater tuus? Quomodo ergo non exaudiet nos clamantes ad se: qui

se:qui pullos coruorum audit clamantes? Psal.146. Quomodo non audiet orationem quam ipse edidit, qui orare ipse nos docuit? Est pater noster in cœlis, quia pater carnalis in terra est. Item propter simplices. Pater noster vbiq; est. Pater inquit noster. Audite me domus Iacob, qui portamini a meo vtero, qui gestamini a mea vulua, vsq; ad senectam ego ipse, & vsq; ad canos ego portabo. Ergo non tantum patris, sed & matris & gerulæ pater noster officijs fungitur. Ad hæc Hieronymus. Non quo ineffabilis Dei incomprehensibilisq; maiestas aut vterum habeat aut vuluam & cætera corporis membra, sed quo nos affectum Dei per nostra verba discamus. Ex meo inquit vtero, & ex mea vulua. Estq; sensus. Qui vos genui ab infantia (ecce patrem) & meo vtero vuluaq; gestaui: (ecce matrem) ipse vsq; ad senectam protegam, non meam sed vestram quo verbo docet eos misericordia patris esse saluandos. Creator enim omnium & pater parcit creaturæ suæ, & pastor bonus animam suam dat pro ouibus suis. O q̃ mirabiliter

A q̃ misericorditer nobiscum operatur Deus: qui vt nos ad amplexus sacri amoris accendat, vbera se dicit habere quibus alamur, Cant.1. Vterum & vuluam in quibus gestemur: sed vnde se loquendo humiliat: inde nos ad fiduciam exaltat: vt dicamus sicut edocti sumus: Pater noster qui es in cœlis: sanctificetur nomen tuum. Augustinus. Declaretur sanctum: quamq; apud Ezechielem queritur patientia Dei nomen suum pollui (non magis q̃ solis radij cum stercus attingunt) inter Gentes: culpa filiorum suorum. Vnde illud: Blasphemare fecisti inimicos nomen Domini propter verbum hoc. Reuera autem nullum contumeliæ genus intolerabilius generosis animis, q̃ parentum ignominia. Rursus nulla res æque exhilarat filiorum animos vt parentum gloria. Nam hos affectus quos homines communiter habent erga parentes transfert Christus Dominus in Deum patrem. Quod genus est & id quod sequitur: Adueniat regnum tuum. Nam ij parentes ad regni gloriam prouehantur sicut legis de Aman superbo, Ester.5: Sub eorum gloria regnant & filij: sicut Bethsabee regnabat cum filio suo Salomone. Si igitur pater est, & cognoscit

B figmentum nostrum: quot videlicet & quantis indigeamus, quid oramus? Chrysost. Non vt doceas, sed vt flectas. Non q̃ diuina dispositio mutetur, sed q̃ aliter non concedet quod rogatur. Prædestinatio enim precibus adimpletur. Vtrum vero sancti pro nobis orent in patria quæstio hæc soluitur ex verbis Ioannis 1.cap.2. Aduocatum habemus apud patrem Dominum nostrum Iesum Christum. Cur ergo non & omnes sanctos? Si enim in terra positi, carne aggrauante spiritum. Sap.9. Pro nobis orabant, & manus potuerunt ligare omnipotentis: quod ne faceret propheta, audiuit: Tu noli orare pro populo isto: multo magis nunc inquit Hieronymus: Cum præsentem habeant quem super omnia dilexerunt. Quanto magis post coronas & triumphos? Hoc enim meruerunt dum viuerent. Sanctificetur nomen tuum. Nomen illud ineffabile: quod a fronte pendet pontificis. Ponit Hieronymus cap.26. Esaiæ decem nomina Dei. Primũ El, id est, Deus: secundum Eloim: tertium Eloe. Hęc tria sinonima sunt. Quartum Sabaoth, id est, exercituum: Quintum Elion: quod nos excelsum dicimus. Sextum Ehere, id est, qui est: Septimum Adonai,

C id est, Dominus: Octauum Ia, quod in Deo tantum ponitur, & in alleluia extrema quoq; syllaba sonat. Nonum quatuor literarum. Decimum est Saddai, quod robustum sonat: omnipotentem, & sufficientem. Cætera igitur nomina Dei aliquid significant videlicet vel Deum, vel Dominum, vel fortem: nomen autem quatuor literarum nihil significat. Videtur autem & hoc nomen quatuor literarum dici ineffabile, quia congrue legi non potest propter geminã aspirationẽ, & vocales duas quarum quælibet cõsonantis officio fungitur: ita in noĩe hoc sunt duæ aspirationes, & duę cõsonantes, nulla vocalis. Et tamen alias diximus, in hoc nomine esse quinq; vocales, nullam consonantem, nullam vocalem. Ad hæc Augustinus. Non optamus vt sanctificetur in se, sed in nobis: vt qui in baptismate sanctificati sumus: in eo quod esse cœpimus perseueremus: aut sicut scriptum est: qui sanctus est, sanctificetur adhuc. Si autẽ quæras cur Deus perseuerantiam non dedit omnibus, qui eam qua Christiane viuerent dilectionem dedit: me ignorare fateor respondet idem Augustinus. Ex nobis exierunt inquit Ioannes, sed non erant ex

D nobis. 1.Ioan.2. Multi enim pisces comprehensi sunt a Petro intra rete illud quod rumpebatur: veri piscatores secus littus sedentes, elegerunt bonos. &c. Matth.13. Non enim vocati sunt ad rete vt illud scinderent, sed imitarentur arcam illam Noe: congregantem intra se ex omni genere animantium, quę tamẽ profunda quiete solutis inimicitijs (quod est mirabile) anno integro in arca vixerunt. Et quare non dixit Dominus: sic orate: Pater meus qui es in cœlis? Sed hoc proprie conuenit vnigenito: cui non rapina erat esse æqualem patri, quia natura erat ei æqualis. Cum ergo dicit, noster: fraternitatis admonemur: communis est enim omnibus adoptio. Monetur ergo diues & nobilis non superbire contra minores. Non enim vere possunt dicere Pater noster, si fratres non sunt. Patrem itaq; dicendo, statim ereast auditorem & veniam peccatorum, & adoptionem & hæreditatem & fraternitatem eum vnigenito copulatam, & sancti spiritus dona largissima vno sermone signauit. Impossibile est enim Deum patrem vocari ab eo: qui non bona hęc omnia fuerit consequutus. Sed & dicendo, noster. mimicitias interimit, explodit inui-

E diam, & humanarum rerum inęqualitatem penitus excludit: quando omnes ex ęquo accipiunt hanc potestatem, vt filij Dei nominentur & sint. 1. Ioan.3. Sanctificetur ergo nomen tuum: sicut in morte Petri clarificatus est Deus, Ioan.21. Imo sicut legimus alibi: in morte peccatorum sanctificetur nomen Dei. Vide item Exo.14. Ibi Ego autem glorificabor in Pharaone. Quid est autem quod dicit. Qui es in cœlis? Augustinus. Fatendum est q̃ vbiq; Deus inhabitet per diuinitatis præsentiam, sed non vbiq; per diuinitatis gratiam. Propter hãc enim inhabitationem vbi gratia dilectionis eius agnoscitur: non dicimus. Pater noster qui es vbiq;: cum & hoc verum sit: sed qui es in cœlis. Illud quoq; mirabile est, q̃ Deus est inhabitator quorundam non cognoscentium Deum, & non quorundam cognoscentium. Illi enim ad templum Dei non pertinent: qui Deum cognitum non glorificauerunt: ad templum autẽ Dei pertinent: regenerati

Esa.46.
Ioan.10.
Gregorius
August.
Ezech.36.
2.Reg.12.
3.Reg.2.
Chrysost.
Hier.11.
Hieronymus.
11.q.3.cap. nequit.
Apoc.vlt.
Luc.5.
Genes.6.
Chrysost.
Leuit.10.
August.
Rom.1.

regenerati paruuli sacramento baptismatis, qui non dum possunt cognoscere Deum. Igitur quem potne-

23.q.5.cap. Omnium.

runt illi nosse: nec habere, nisi potuerunt habere, antequam nosse. Beatissimi autem sunt illi, quibus hoc est Deum habere, quod nosse. Adueniat regnum tuum. Regnum hoc Christi sanguis acquisitum est nobis, qui hic septem annis seruiuimus pro Rachele. De quo regno vide. 1. Cor. 15. cap. Regnum Christi nō est hinc: dicente satana, hæc omnia mihi tradita sunt. Luc. 4. Nec enim habuit hic quod vulpes, quod aues. Dicit autem, adueniat: quoniam passiones huius temporis momentaneum quid sunt, nec sunt cōdignæ (Rom. 8.) ad bona quæ oculi nunquam viderunt, 1. Cor. 2. Tamen quia ex denario pactus es mecum: intra in gaudium Domini tui. Sicut autem dicit Hieronymus, grandis audatiæ est, & puræ conscientiæ, postulare regnum Dei, iudicium non timere: cupere in pace dimitti, Luc. 2. Dicere cum Dauid: Educ de custodia animam meam. Et cum Paulo, O me infœlicem. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: adueniat regnum tuum: corona iustitiæ: quam reddet mihi iudex iustus. Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Vt quomodo angeli ministeria sibi delegata sic exequūtur, vt ne puncto quidem recedant a facie tua, id est, a voluntate tua: ita in terra deseruiant tibi homines: sicut dicitur de quodam terrestri angelo. Actu. 13. Dauid filius Isai faciet omnes volūtates meas. Quia docuit Dominus concupiscere cœlestia per hoc quod dictum est: adueniat regnum tuum: antequam cœlū ascendat, ipsam terra, iubet fieri cœlum, per hoc quod dicit: Sicut in cœlo & in terra. Est autem voluntas Dei triplex, videlicet bona, beneplacitus & perfecta, bona potest dici, quando prohibet mala: iuxta illud: seruaui te, ne peccares in me. Genes. 20. Beneplacens, quia bona præcipit. Perfecta quia merita nostra vltra condignum remunerat, etiam murmurante nescio quo ex suis seruis ac dicente: Pares illos vti videtur nobis fecisti, quasi non & ipse acceperit quod oculus non vidit pro labore diei vnius. 1. Cor. 2. Simpliciter autem loquendo, omnis voluntas Dei est perfecta & beneplacens & bona, quoniam bona omnia ipso cooperante fiunt; mala autem, non fiunt per voluntatem Dei: non tamen fiunt sine eius prouidentia iuxta Origenē, qui scit producere oleum de saxo durissimo. Vnde illud. Quare errare nos fecisti, ne sequeremur te? Indurasti cor nostrum. Esa. 63. Igitur ne homo impleat Dei voluntatem dupliciter impeditur, videlicet aut ignorantia: vnde dicit: Errare nos fecisti. Vel quia gratiam non apponit: Vnde dicit: Indurasti cor nostrum. Ad hæc Origenes. Nos & si inuisibilem Deum dicimus ita eū curare mortalia, & nihil absque eius prouidentia geri, nec in cœlo nec in terris certo & immobili dogmate profitemur. Memento quod nihil sine prouidentia eius geri diximus, non sine voluntate. Multa enim sine voluntate eius geruntur, nihil sine prouidentia. Prouidentia est, qua procurat & dispensat & prouidet quæ geruntur. Voluntas vero est qua vult aliquid vel non vult. Secundum hoc ergo quod prouisorem omnium & dispensatorem cōfitemur Deum: consequens est vt quid velit, vel quid hominibus expediet indicet. Si enī non indicet, non erit prouisor hominis, nec credetur curare mortalia, indicat autem cum dicit: sic orabitis patrem, fiat pater voluntas tua: & non sicut ego volo, sed sicut tu. Fiat autem a nobis, vt non fiat de nobis: sicut de illis quorum vox est: Nos quidem iuste, nam digna factis recipimus. Cæterum quoniam velle adiacet nobis, perficere non possumus: da vt possimus: qui dedisti vt vellemus. Ad hæc Chrysost. Sicut angeli non quidem alia audiunt, alia vero contemnūt, sed voluntati diuinæ in omnibus obsequuntur: sic nos effice dignos, qui non ex dimidio sed ex integro ea quæ sunt in tua voluntate faciamus. De hoc vide Daniel. cap. 10. Quomodo angeli repugnant angelis, quandiu ignorant voluntatem Dei. Sicut in cœlo inquit. Mente seruio legi Dei. Ecce sicut in cœlo. Video autem aliam legem repugnantem spiritum meo. Hoc ergo oramus: vt ne caro repugnet spiritui. Rom. 7. Vt sicut Sara subiecta est viro suo Abrahæ, ita & Agar agnoscat se ancillam esse non domina. Videns enim quod concepit, recalcitrat, & derelinquit factorem suum: fugitque si subijciatur virgæ. & lege sua ducitur præceps. Oramus ergo inquit Augustinus: nō vt deus faciat quod vult, sed vt nos facere possimus quod Deus vult. Nam Deo quis obsistet, quo minus faciat quod vult? Sed quia nobis a satana obsistitur dicente: Non transibis per me, alioqui armatus occurram tibi, obsistitur & a carne, quæ molesta est adolescentiæ per singulos dies, Genes. 39. Quo minus per omnia animus Deo obsequatur: petimus vt fiat in nobis, sed a nobis voluntas Dei. Cœlum autem & terra nos sumus: nam corpus e terra, animam ex diuina inspiratione habemus. Cæterum quantalibet homines sanctitate polleant: non sunt æquales angeli Dei, id est, non faciunt voluntatem Dei in terra, sicut angeli in cœlo. Hoc est igitur quod veritas orare nos docet: vt quando natura sympathiam esse inter mentem & frontem eius indicem censuisset, summopere id videremus: ne homo qui in fronte eminet, & toto se promit aspectu: simul is sermo qui ore versatur & in aures se insinuat, ab eo homine eoque sermone dissiderent, qui extra præcordia caput non exercentes, interiores vocantur: vt videlicet corpus cum animo cōgruat, materia a forma non discrepet: homo ipse interior & exterior idem sit. Fiat inquit voluntas tua. Sic Martinus cui viuere Christus erat & mori lucrum: Domine inquit si adhuc populo sum necessarius: forte eum hoc eum latebat: Nam Paulus: permanere inquit mihi in carne necessarium est propter vos: non recuso laborem: Fiat voluntas tua. Christus iuxta quod homo erat, mortem deprecabatur dicens: Transeat a me calix iste: tamen fiat voluntas tua: Paulus autem & Martinus vitam quidem deprecantur, quia dissolui & esse cum Christo melius est: tamen si adhuc ouibus sunt necessarij: fiat voluntas Dei. Itaque Christus nolebat mori: Martinus recusabat viuere: vterque tamē subijcit: fiat voluntas tua. Namque & in Christo Domino erat cœlum erat & terra. Cœlum dicit: fiat voluntas tua: Terra dicit: Pater si est possibile, transeat a me hora, & calix. Idem videre licet in Isaac, non enim oblatus est, quia ipse voluit, tamen ligari sustinuit, quia voluit. Imo Abraham ipse nolens volens filium immolabat, nam si Deus vellet, reuera oppositum vellet Abraham; verum sicut Petrus ductus est quo nolebat iuxta quod homo erat: ita Abraham

Marginal notes: Hierony-mus. Psal. 141. 13. q. 2. § pōsterum. F. Origenes. G. Origenes. H. Luc. 23. Gregorius. Rom. 7. Genes. 16. August. Num. 20. I. Hilarius. Philip. 3. K. Matth. 26. Marci. 14. Genes. 22. Ioan. 21.

Abraham dixit & immolaret, quem nollet: iuxta quod pater erat, sed tamen fiat voluntas tua. Habebat igitur Isaac duos patres, alterum iuxta carnem, alterum iuxta spiritum: pater carnis dicit: transeat a filio meo Isaac calix iste, pater iuxta spiritum: offer eum mihi inquit super vnum mõtium: ad hæc Isaac: Fiat voluntas patris qui in cœlis est. Panem nostrum cotidianum Iuxta Lucam: cuius nomine diarium intelligendum est: supersubstantialem: Iuxta Matthæum: da nobis hodie. De consec. dist.2.cap. In calice. Hodie inquit, ne Manna apud nos putrescat. Quod si vt prima fronte verba videntur sonare accipiamus: vt ne habeamus in crastino præparatum sicut Iudæi Manna hoc paucis potest conuenire: sicut Apostolis, qui docendi gratia omni tempore vagabantur, aut forsitan vni tantum Heliæ cui corui carnes ministrabant & panẽ mane & vesperi, aut alteri Mosi pasto diebus octoginta verbo Dei. Sed quę a iure communi exorbitant, & alicui gratiose sunt concessa, non sunt ad cõsequentiam

Exo.6. 3.Reg.17. Exo.24.

A afferenda. Nam doctrinam Christi ita debemus aptare: vt omnes in ea proficiant. Erit igitur panis cotidianus sicut superius diximus de vna tunica. Considera autem quemadmodum carnalibus rebus plurimum spirituale sociatur, non enim propter diuitias nec pro ornatu, sed pro cibo tantum cotidiano, non quidem splendido sed satis parco iussit orare dicens: Panem nostrum. Ita Paulus habentes alimenta & quibus tegamur: his inquit simus contenti. O verbum vere Paulinum & apostolicum referens spiritum: his contenti simus. Quomodo dixit & Tobias: Sufficiebat nobis paupertas nostra: si hanc pro diuitiis cõputaremus. Sed sanguisugæ istæ quæ inferno cõparantur, nunquam dicẽt, sufficit. O sacrilegã famem, ad quid perpetrandũ, & patiendũ sustinendũque nõ cogis mortalia pectora? Da hodie inquit. Cuius enĩ diei spacium vsurum esse te nescis inquit Ambrosius: quam ob causam illius sollicitudine torquearis? Anima mea inquit habes multa bona reposita in annos triginta, nõ est cur crucieris de postridiano & perendie, requiesce & epulare. Non pugillus farinæ est in penu nostro, sed chori centũ. Sed bona reponere po-

Chrysost. 1.Timo.6. Tob.6. Prouer.30. Ambrosi? Luc.12. 3.Reg.17.

B tuit homo hic caro & non spiritus, annos reponere non potuit, non menses, non dies, quia dum adhuc orditetur telam suam, præcisa est a nescio qua inexorabili Athropo. Si igitur aliquando terra sterilis est & herba siccatur, scito quod a malitia istorum qui talpæ vocantur vertitur in terram salsuginis, ita vt et natabilia & volatilia consummãtur, quia in vsus hominum creata sunt omnia. Vide Hiere.cap.12. Ibi: Vsquequo lugebit terra. Quid est autem quod dicit Matthæus: Panem supersubstantialem? Pro supersubstantiali Græce scriptum est: ἐπιούσιον, epiusion, quod aduerbium sonat super essentialẽ: pro quo. 70. dixerunt alias, περιούσιον, periusion, pro quo apud Hebręos legitur Segulah, quod symmachus, ἐξαίρετον, exereton, id est, eximium, siue egregium vertit. In Euangelio quod appellatur Hebræorum pro supersubstantiali reperit Hieronymus: Mahar, id est, crastinum. Dicendo ergo supersubstantialem vel superessentialem: id innuere videtur, quod non in solo pane viuet homo, sed est alius panis qui cor hominis confirmat, quo confirmatus Helias: ambulauit diebus.40. & noctibus totidem. Pluam vobis panes de

Esa 58. Psal.106. Matth. 4. 3.Reg.19. Exo.16.

C cœlo. Ergo erat supersubstantialis. Colligãt quę sufficiunt per singulos dies: ergo erat cotidianus. Quod sexta die colligebant duplum. Id præfigurabat, quod sexta mundi ætate verbum caro factum est: & Ecclesia duplum colligit, id est, Deum & hominem: panem superessentialem, supersubstantialem, cotidianum, quia est in sacramento altaris. Quodque dicit nostrum, & da: Panis quidem iste iuxta Gregorium & Augustinum noster non est, sed petendo: fit noster. Quid enim habemus, quod nõ accepimus? 1.Cor.4. Dante te illis, colligent: & manuum aperiente: omnia implebuntur bonitate. Quomodo ergo nostrũ & quomodo da? Ab illo petendo, non eris vacuus: nam petes panem mercenariorum, & accipies anonam de mensa Regis, & vitulum saginatum. Luc.15. Tum autem confitendo nõ eris ingratus. Hoc autẽ interest inter filios regni & perditionis, quod illi vix ventrem dimidiant de siliquis porcorum: Isti autem saginantur ex adipe frumenti. Psal.147. Cæterum iuxta Cyrillum, ex eo quod cotidianum alimentum iubemur mendicare videtur quod nihil nobis concedat Deus præter vsum rerum, magis autem ex colere honestum pauper-

Gregorius August. Psal.105. Daniel. 1. Luc.15. Cyrillus.

D tatem. Nec enim opulentorum est panem petere, sed filiorum eius cui dictum est: In sudore vesceris pane tuo. Et sicut dicit Tullius: Auaritia senilis quid velit, non intelligo. Potest enim esse quicquam absurdius, quam quo minus viæ restat, eo plus viatici quærere? Ita dicit Hieronymus. Cum cætera vitia senes vel nolentes deserant, & cum illis senescant: sola auaritia iuuenescit & vires acquirit eundo. Igitur est enĩ qui nunquam dicet: sufficit cum dicat Dominus: de crastino nolite discruciari. Matth.6. Sed surdis canimus. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Lucas dixit, peccata nostra, siquidem & nos, & cætera. Augustinus super Beati immaculati, sermone tertio. Quoniam enim tentatio est vita humana super terram: etiam si a criminibus longe simus, non tamen deest vbi desideriis peccati vel facto vel dicto, vel cogitatu obediamus, quando aduersus maiora vigilãtibus (hæ sunt gentes quas reliquit Dominus) quædam in cautis minuta subrepunt: quæ si aduersus nos colligantur, & si non singula suis motibus conterunt: omnia tamen aceruo nos obruunt. Excepta sancta

Gene.3. Tullius. Hieronymus. Prouer.30. Iob.7. Iudi.3.

E virgine: cuius cum de peccatis agitur nullam volo fieri mentionem, cæteri si dicant peccatum non habemus, seipsos seducunt. 1.Ioan.1. Qui telo Pelagiani confodiuntur heretici, qui asseuerant hominem iustũ in hac vita nullum habere peccatum, & in talibus hominibus esse iam in præsenti Ecclesiam sine macula & ruga. Ephe.5.cap. Nouatiani autem sunt in altero extremo: dicentes prolapsos in mortali post batisma: pœnæ locũ nõ habere. Heb.16. Sed qui dicit quodcunque ligaueris: & dimitte nobis debita: vtrosque conuincit hereticos. Itaque peccamus hodie: idem facturi cras, idem perendie, idem faciemus & indies. Dicamus ergo: dimitte nobis. &c. Hoc enim dicit Paulus: Inuicem onera vestra baiulate. Gal.6. Qui onus fratris nõ portauerit, onus suum solus baiulabit, & amphoræ inclusus: deportabitur in campum Babel. Zach.5. Quomodo (inquit Augustinus) diceret Dauid; Dimitte mihi debita mea: si ingressum inimicũ Saul vt

August.

Saul vt purgaret ventrem, obsequutus consilio suorum: vt inimico molestissimo careret (erat enim rex)
1.Reg. 24. in eum manum mitteret? Nam & iuxta Hebræos ideo David vestibus non calefiebat, quia fimbriam
præciderat ipsi Saul. Vide autem quàm diligentissime, quod non dixit: vt prius nobis Deus dimittat, & postea
Chrysost. nos debitoribus nostris. Scit enim Dominus (inquit os aureum) homines esse mendaces, quoniam & si
acceperint remissionem peccati sui: ipsi suis debitoribus non dimittunt sicut patet in debitore decem mil
Matth.18. lium talentorum: ideo sic dicit: vt prius dimittamus, postmodum petamus nostrorum debitorũ remissio-
nẽ. Habet enim nos Deus vt exemplar, & quod facio alijs, facit & mihi. Si enim debitori illi diceret rex:
ecce debitorem teneo te tanti alieni æris: vt si venum mittam cum domo & filijs & vxore, nec vel cente
simam sis in soluendo partem: dimitte tamen debitori tuo denarios centum, & mitto te liberum ab omni
debito, nunquid non ambabus manibus cõplecteretur verbum hoc? At vbi debito liberum se vidit suo,
August. fratrem & conseruum suffocabat dicens: Redde quod debes. Augustinus. Non igitur negligenter præter
eundem est, quod ex omnibus his sententijs quibus nos orare Dominus præcepit, eam potissimum cõmen-
datam iudicauit, quę pertinet ad dimissionem peccatorum, in qua nos misericordes esse voluit, quod vni
cũ est consiliũ miserias euadẽdi. Nulla enĩ alia sentẽtia sic oramus, vt quasi paciscamur cũ Dño: dicimus
enim Dimitte nobis, sicut & nos? quidẽ & nos dimittimus debitoribus nostris. In qua pactione si men
timur, totius orationis nullus erit fructus, sed locum habet & vere habet hic regula iuris non humani sed
diuini (vide Genes. 31.) frangenti fidem fides frangatur. Sequitur enim post pauca, si non dimiseritis & c.
Iob.14. Cum igitur dicis: Dimitte nobis debita: optime dicis, siquidem solus Deus potest facere mundum de
immundo conceptum semine. Sed venturus es ad sequentem versiculum. Sicut & nos dimittimus debi-
toribus nostris. Sed quare hoc non dicis? Quia videlicet cito tibi respondebitur: sic dimitto, quomodo tu
remittis. Ergo quia hoc non potes dicere, tenens odiũ in corde: declinabis ab hoc versu, & dices, & ne nos
patiaris induci in tentationem. Ibi te capiet creditor tuus, cuius faciẽ quasi deuitabas. Quomodo quisque
in vico cum occurrerit ei cui aliquid debet, si ad manũ est diuerticulum: dimittit quo ibat, & it per aliã
partem, ne faciem videat creditoris. Sed quo a facie Dei fugies? Cum sit nemo qui de manu tua possit
eruere. Nam & in inferno adest creditor iste. Psal. 138. Dimitte ergo & dimitteris, ne forte pro debito tuo
Matth. 18. etiam si proximo non dimittas, tradatis carceri donec soluas extremum quadrantem. Itaque iuxta Grego-
Gregorius rium aduocatus noster pręcem nobis in causa nostra composuit: cuius ipse est iudex & aduocatus. Aut
ergo non faciendo dicimus: Dimitte nobis & cætera: & hoc dicendo, nosmet amplius implicamus. Aut
fortasse hanc conditionem in oratione prætermittimus: & aduocatus noster pręcem quam composuit
Hierony- non cognoscit, atque protinus dicet, non est ista oratio quam composui. Hieronymus. Quid igitur actu-
mus. ri sumus in die iudicij, super quorum ita nõ vnius diei, sed tantorum annorum sol testis est, qui ortus est,
Ephes. 4. & occubuit? Quomodo dicemus: Dimitte nobis, animo discordante a verbis? Aristippo posteaque cum
Aristipp? Eschine nescio quid iræ intercidisset, & quidam illi diceret: O Aristippe vbi nunc amicitia vestra? Dor-
mit inquit: sed ego eam excitabo. Adijtque Eschinem, adeo ne inquiens tibi videor modis omnibus infœ-
lix & insanabilis: vt ne moneri quidem merear abs te? Ad Eschines non mirum inquit: si cum in omni-
bus me pcellas ingenio, hic quoque prior videris, quid facto opus sit. Hoc est quod in mysterio lex adum-
3.Reg. 6. brabat in duobus Cherubinis, vnius quorum ala alam tangebat alterius. Canente enim gallo excitatur
Petrus. Matth. 26. Quia difficile est forte & impossibile quod quis accuset inimicũ capitaliter, & seruet cha-
ritatem erga eum ideo tutius est supersedere, si charitas perdenda est, imo necessarium est. Qui potest
Chrysost. capere capiat Abulensis. Chrysost. Cum Imperator audisset statuas suas deiectas vi & impulsu quo-
rundam, & lapidibus petitas, subridens ille, caputque demulcens, barbam & faciem: Ego inquit vultum
& caput illesum habeo. At inquit qui referebat, insuper & contumelijs affecerunt te. Sufficit inquit ille
Seneca. quod nobis nocere non possunt. Verum iuxta Senecam, iumenta cum vlceribus scatent, horum vlcera
vel ad leuem tactum: deinde etiam ad suspitionem tactus condolescunt: adeo vt salutatio vel occursus
ipse, vel etiam nomen offendat aures inimicorum: quomodo dixit Ananias de Saulo: Domine ouem lu
Rom.12. po committis? Audiui de viro hoc infanda. Actu. 9. Speciosius certe aliquando iniuriæ beneficijs vincun
Hierony- tur (vince in bono malum) quàm mutui odij pertinacia compensantur. Concludit Hieronymus. Multi pręe
mus. cepta Dei sua imbecillitate non sanctorum viribus æstimantes: putant impossibilia esse quæ præcepta
sunt, videlicet vt inimicos diligamus, vt inuicem onera baiulemus, Gal. 6. Sed qui dixerit Deum impos-
Nero. sibilia præcepisse, anathema sit. Nisi forsan talis es, qualis Nero, qui moriturus, desertus ab omnibus:
Ergo inquit nec habeo amicum, nec inimicum. Quod si ita est, non est cur dicas dimitte nobis, sicut &
22. q. 1. Ita nos dimittimus. Monstrum grande & horrendum. Et ne nos inducas in tentationem: sed libe
ergo. ra nos a malo, amen. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet & vo-
bis pater vester cœlestis peccata vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec
pater dimittet peccata vestra. Caiet. Crediderim ego, hominem qui amore Dei remittit ex corde
offensam inimico, etiam si in fornicatione perseueret (verbi gratia) tandẽ ad Deum conuerti, ita quod Deus
remittet ei peccata omnia. Dicam vnum quod sæpe audistis, nihilominus autem est mirabile in oculis
Exo.32. nostris: hac eadem lege conuenit Moses Dominum dicens: si non dimittis populo huic peccatum suum
grande hoc: dimitto te, dele me de libro tuo. Si autem dimittis: habe me in numero amicorum tuorum,
Genes. 32. sicut hucusque. Legem tulisti, legem subi. Dimitte, alioqui, dimittam te. Exod. 32. Imo non dimittam te,
priusquam benedicas seruo tuo. Sed ad rem. Et ne nos inducas in tentationem. At inquit Paulus. Non
Ambrosi? coronabitur nisi qui legitime certauerit. 2. Timo. 2. Igitur quando tentaris inquit Ambrosius. Cognosce
Genes. 39. quod corona paratur. Tolle martyrum certamina, tulisti coronas. Nonne tentatio Ioseph, virtutis est con-
secratio?

secratio? Nonne iniuria carceris corona est castitatis? Audi orationem Aristidis Themistoclem, volentẽ rebus desperatis, nauali prælio hostes aggredi, & eam rem maturandam omnino. Quod si inquit contraria sociorum deliberatio nobis est: hostes vt augurari coniectura possumus, quodammodo nobis adiumento sunt, quorum nauibus vicinum mare a latere a fronte ac denique omni parte tenetur: vt etiam qui sua sponte dimicaturi non sunt, rebus desperatis, strenue ac fortiter manum conserere necessitas cogat. Eum enim in locum deducta res est: vt nulla fugæ via reliqua sit. Hæc sententia etiã Pauli est. 2. Cor. 11. Periculis in terra, in mari, in falsis fratribus. &c. Certandum est igitur velimus nolimus, sed ne nos inducas in talem tentationem: cui succumbere cogamur, homo tamen cogi non potest. Erat inquit Dionys. Halicar. hoc circulare vrbi & consuetum, vt bellum gerens, concors esset, pacem agens, seditiosa. Scientes autem hoc omnes consulatum suscipientes, cupiebant ad votum, si bellum aliquod extrinsecus insurgeret. Omnis enim victima sale salietur. Marci. 9. Sicut enim nulla victima iuxta legem legitima est, nisi vel igne saliatur vel sale vel vtroque: ita qui seipsum offerre vult Deo hostiam rationalem: igne est purgandus, & sale condiendus, ne possit corrumpi malorum cõtagio, sed tentatus, fiat sicut vter in pruina. Seneca. Quoniam nõ potest agricola omnem arborem facere frugiferam, exuereque naturam siluestrem, ratio quæsita est: vt ad alios vsus vtiles essent. Aqua marina ad potum inutilis est: verum alit pisces, cõmodeque transmittit quocunque velis. At vero satyrus cum primum ignem vidisset; eumque complecti vellet & osculari, Prometheus heus inquit, nisi caues hirce, profecto dolebit tibi mentum: vrit enim siquis attingat, sed lucem & calorem exhibet; tum artium omnium instrumentum est, siquis vti norit. Huiusmodi hostem & inimicum puta. Non ergo debemus in tentationibus animum despondere, sed magis rogare contemplatione conditionis humanæ, vt eas tentationes subeamus: quas ferre possimus: dicentes cũ Dauid. Proba me Domine, & tenta me. Psal. 25. Fidelis autem Deus qui non permittit vos tentari vltra vires, sed id dabit vt possitis sustinere: vestrum autem erit pugnare legitime. Et sciendum quod certaturi in Olimpiaco certamine: ad hunc modum eligebantur. Vrna argentea sacra Apollini in medio erat: in qua mittebantur sortes scriptæ magnitudine fabæ: in duabus, A, in duabus, B, in duabus, C, & sic de cæteris: donec impleretur numerus Athletarum. Veniebantque certaturi, Ioui vouentes: vt idoneum & facile comparem sortirentur. Deinde quisque suam educebat literam. Minister Iouis vel Apollinis antequam legerentur sortes accipiebat deinde eos conferebat ad ludum: vt eos quibus, A, vtriusque venerat, simul pugnarent, & sic de cæteris. Cursu pugnaturus: prius in arena cum ocreis aliquot dies currebat. Carne vescebantur bubula, quo fortiores redderentur, a cæteris abstinebant delitijs, & maxime a coitu. Hæc diximus: vt explicaremus verbum Pauli dicentis. 1. Cor. 9. Omnis qui in agone contendit siue cursu, siue pugnis, siue pugilem agat: ab omnibus se abstinent. Et illi quidem pro corona oleagina aut laurea: nos autem pro vita æterna. Apoc. 2. Non ergo oramus ne tentemur, quia in foribus peccatum nostrum habitat. Genes. 4. Rom. 7. Imo quod tentamur, misericordiæ Dei est. dicente præside certaminis: Nunc cognoui quod timeas Dominum. O clementię profunditatem ex nostris tentationibus accrescit scientia in Deo: imo nos scientia eius digni habiti sumus: cum tentamur. Non inquit eijciam simul omnes habitatores terræ huius a facie tua, ne multiplicentur bestiæ contra te. Deut. 7. Bestiæ istæ (inquit Augustinus) bestiales motus sunt: qui solent de repentino successu terrenæ fœlicitatis existere. Non enim Deus homines, septem videlicet gentes exterminare poterat, & bestias non poterat. Et vtique poterat Deus paulatim eijcere inimicos eorum de terra, qui simul eiecti non sunt, ne bestiæ multiplicarentur: sed dimissi sunt, etiam filijs Israel in multitudine & numero crescentibus, si ipsi eius præceptis fuissent obedientes. Sed habitantes inter Chananęos & cęteros. Iudi. 3. duxerunt filias eorum. Isti autem ideo permissi sunt inter Iudęos habitare, vt in illis experiretur, vtrum in lege Dei ambularent, an non: id est, vt in eis exercerentur: non autẽ vincerentur, nisi ipsi manibus suis se hostibus traderent, de quo habes in Num. cap. 25. Vide Iudith cap. 5. Ibi. Perquire Domine si est aliqua. &c. Ad hæc Origenes. In luctaminibus nõ indifferenter qui præsunt, eos qui ad certamen veniunt inter se siniunt inire certamina (2. Reg. 2. vide) sed diligenti examinatione prout corpora viderint vel ætates æquissima comparatione iungentes ęqualem suo æquali. Ita ergo intelligendum est de diuina prouidentia, quod omnes qui in hos vitæ humanæ descendunt agones, iustissima moderatione dispenset, secundum rationem vniuscuiusque virtutis, quam ipse solus nouit, qui solus nouit corda hominum: vt alter quidem pugnet aduersus carnem talem, & alius quidem in tantũ tempus, alius vero in tantum, donec dicat spiritus sanctus, requiescant a laboribus suis. Apoc. 14. Et vt alter instiget carnem in hoc vel in illud, alius vero in illud peccatum, tum vero vt alius resistat vni aduersario, alius vero duobus vel pluribus: & hoc est quod dicit Apostolus: Deus non patietur vos tentari supra id quod possimus vel potestis. Feci iudicium & iusti. Psal. 118. Castigaui corpus, & in seruitutem redegi. 1. Cor. 9. Tentaui arma Saul: elegi aptiora mihi. (1. Reg. 17.) Illis abiectis, sed quia homo sum, nec vires meę pares ad eum qui nullum timet: Iob. 41. Oris aggreditur, per multos deijcit, raros inuenit qui equo Marte secum conferant manus. Noe inebriatum lego, incestatum Loth: Sacerdotem primum cum sorore tentatum, Mosen de vita periclitantem, nisi circuncisione filij vxor eius omne ab eo periculum depulisset, Iob traditum aduersario, Paulum vt colaphizaretur. 2. Cor. 12. Petrum expetitum vt cribraretur cum cæteris Apostolis. Luc. 22. Tu Domine non tradas me nudum & inermem calumniantibus me superbis. Fidelis est inquit Deus, qui id nunquam patietur. Deus ergo librat vires nostras, vt vero hoc quo posse nobis dedit vel strenue vel segniter impleamus, in nobis est. Permittit igitur nos tentari, non tamen supra id quod possumus: pro viribus enim nostris tentamur. Nisi enim equalis fuerit certantium virtus, non erit iusta palma victoris, nec iuste culpatur victus. Non enim idem est habere virtutem certandi & vincere (sicut

pater in

Margin: Aristides. Dionysius. A. Rom. 12. Seneca. Satyrus. Ignis. 1. Cor. 10. B. 2. Timo. 2. Athleta. C. Genes. 22. August. D. Origenes. Hiere. 17. 1. Cor. 10. Ambrosius. E. Genes. 9. Genes. 19. Num. 12.

Genes. 32. patet in lucta Iacob) sicut Apostolus cautissimo sermone signauit dicens: dabit Deus exitum: vt possitis
sustinere, non vt sustineatis. Multi enim sustinent primum (verbi gratia) congressum cum hoste, sed ta-
men in progressu vincuntur. Alij id quod legimus de Mitridate, eodem in bello septies in fugam hostem
vertunt, & septies ei terga vertunt, septies enim in die cadet iustus, & resurget totidem. Prouerb. 24. Va-
2. Reg. 11. rius est enim euentus belli inquit bellator ille strenuus qui prælia Domini præliabatur. 1. Reg. 25. Ipse enim
2. Reg. 23. qui turrim illam carneam vno deiecit ictu, 1. Reg. 17. & alias octingentos impetu vno, vno intuitu fœmi-
1. Reg. 11. næ deiectus est, nec leuiter vulneratus, sed ad mortem vsque: adiuuit autem eum Dominus mittendo ei
medicum cautissimum, qui sapientia sua, saniem vulneris in superficie attraxit vt diceret vulneratus,
peccaui Domino fere anno elapso a suscepto vulnere: vnde audiuit: Non morieris. 2. Reg. 12. Adeo igi-
tur accepimus, non vt sustineamus, alioqui nullum videretur iam esse certamen, sed vt sustinere possi- F
Esa. 38. mus, dicente Ezechia: Domine vim patior. Sed vide quod regnum cœlorum vim patitur. Nam si hoc totum
Matth. 11. nobis detur, vt omni genere superemus, quæ iam superest causa certandi. Ei qui vinci non potest? Quan-
Rom. 8. doquidem & Paulus quem nulla creatura poterit separare a charitate Christi: reprobari tamen timet, di-
1. Cor. 9. cens. Ne forte cum alijs prædicem: ipse tanquam ignauus miles, succumbam hosti, & excludar a corona. Ne
August. ergo Domine nos inducas in tentationem. Augustinus. Tunc igitur inducimur, si tales acciderint, qua-
Apoc. 2. les ferre non possimus. Vobis inquit dico, & cæteris qui non cognouerunt altitudinem satanæ, non mit-
1. Pet. 2. tam super vos aliud pondus, ne tentemini, supra vires, tamen id quod habetis tenete donec veniam. Et
qui vicerit, dabo illi potestatem super Gentes de quibus Iudi. 3. Quæ militant aduersus animam, quæ
aliquando occupabant terram nostram, sed desidia nostra: sicut scriptum est: Quousque ignauia marcetis,
& non intratis ad possidendum terram, quam Dominus dedit vobis? Iosue. 18. cap. Sequitur, sed libera
nos a malo, ἀπὸ τοῦ πονηροῦ: a po tu poneru. Potest autem ly malo referri vel ad malum culpæ, vel G
Genes. 3. pœnæ, vel etiam ad malum illum serpentem, qui terram manducare iubetur, propter articulum apposi-
Bernard. tum videlicet τοῦ. Non est autem id quod præstolamur præmium certaminum nostrorum, liberari ab hoc
Psal. 114. triplici malo, nisi quod dura nos necessitatis nostræ experientia cogit, absentiam mali, bonorum cumulos
opinari & copiæ cornu quoddam: quemadmodum conscientia maiorum immunitatem criminum, api-
cem reputat sanctitudinis, dicente Dauid. Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus bene
fecit tibi. Et sequitur bonorum mare, vel copiæ cornu: eripuit animam meam de morte, oculos a lachry-
mis, pedes a lapsu. Hæc omnia ad illud referuntur, libera nos a malo. Bona autem quæ legitime certan-
Abulensis tibus parata sunt in cor hominis non ascenderunt. 1. Cor. 2. Abulensis. Nulla pestis efficatior est ad no-
cendum quam familiaris inimicus Dalila cum Samson. Iudi. 16. cap. Vnde nõ videtur homo tentari ab alio
quam a seipso. Ea propter tentatio hæc tam improba est, quod non tantum videtur suadere, sed & cogere (pal-
lium tollens per vim ab humeris sancti Ioseph. Genes. 39.) impellere & præcipitare, quod certe satanas H
non facit, a concupiscentia sua illectus abstractusque. Nam Dalila blanditijs molliuit & illexit animum
fortissimi Samsonis: Domina Ioseph blanditijs cœpit, & violentior abstraxit, sed pallium non animũ.
Fit tamen abstractio, quando tentatio inciderit in eum qui est mente infirmus, & qui quando potuit no-
Prouer. 30. luit: tunc enim sanguisuga hæc dominabitur, toties replicando: Affer, affer, vt iam non tentatio, sed ve-
Rom. 7. ra vel interpretatiua dicatur coactio, sicut & Paulus astipulatur dicens: Captiuum me ducit: imo pertra-
Genes. 3. hit nolentem, cui volenti persuasit, sicut serpens Euæ, & viro suo Eua. Sed tamen Domine libera nos a
Satanas. malo. Tentatio vero diaboli grauissima est omnium, non quidẽ per se, hoc est quod in se sit violẽtior, quia
durior est tentatio carnis, sed quia sagatior, cum satanas agat secundum rationem: vnde potest procedere
decipiendo. Caro cum sit naturale agens, ad vnum determinatur, & id quid sit nullus ignorat, nisi forte
Iob. 1. vnus de mille. Satanas vero circumit terram: id est, facit circuitus, nec raro se columbam mentitur, &
angelum lucis: & apud Martianum crucifixus apparuit, & Margaritæ velut draco, & Antonio visus
est magnitudine Collossi: nam formam fœmineam non raro assumit, modo incubus, modo succubi per- I
sonam indutus Huius si vnum trunces caput, septem emergunt, & vt breui concludam: nec igne nec fer-
Luc. 4. ro, nec quouis alio armorum genere occidi potest, quia est immortalis, & si videtur recedere, ad tempus
Chrysost. est donec impleatur illud, nouissimus mors destruetur. 1. Cor. 15. Chrysostomus. Malum hic dicit diabolũ,
propter redundantiam malignitatis, & quia cum nihil sit læsus a nobis, infœderabilis aduersum nos certa-
mine præliatur: vnde non dixit, a malis, sed a malo, quasi qui cunctorum ipse sit autor malorum & ca-
Scotus. put, quo cum non vnicum habemus certamen sed multa & multas luctas: (cum filijs Adam patre non
1. Cor. 15. præuaricante præceptum Dei: vna tantum lucta subeunda esset) quæ sola morte sunt dirimendæ, quan-
Amen. do cantabitur illud, vbi est mors victoria tua? Amen autem fideliter significat: estque signaculum oratio-
nis Dominicæ. Estque Hebraicum id quod vel cæcis notum est. Nam Græcum esse quis vnquam somniauit,
cum nusquam inueniatur apud autores Græcos: excepto canone scripturæ nouo videlicet. nam in vete-
ri. 70. pro Amen, genito posuerunt, id est, fiat. Ita in Psal. Deus iuditium tuum: & in Psal. Misericordias K
Domini: qui Hebraice sic concluduntur: Amen amen. 70. posuerunt, genito, & Iustinus martyr posuit:
fiat fiat. Tres enim voces sunt quibus præcantur rebus suis fœlicitatem ac successum: Sela, id est, semper:
shalom, id est, pax: & Amen, id est, fiat. Igitur Amen vox est deducta ab haamin, quod est firmauit as-
Thomas. seruit, & credidit, qua voce optatur omnium quæ dicuntur successus ac perfectio. Si igitur beatus Tho-
mas aliud dixit super Esai. cap. 25. Noli mirari: nemo omnia vidit, omnia nouit: amicus Plato, amicior
veritas: quæ Hebraicæ loquens dixit: Veal tebienu, benissaion, ella hazilienu mera amen: quod est, Et
ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo Amẽ. Si ergo demiseritis hominibus peccata eorũ:
id quod solius Dei est naturali iure: dimittet vobis pater peccata vestra. Quæ patent ex dictis ibi: Sicut
& nos

& nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Cum aũt ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritę tristes. Extermināt em̄ facies suas, vt appareāt hoibus ieiunātes. Amē dico vobis, receperũt mercedē suā. Tu aũt cũ ieiunas: vnge caput tuũ, & faciē tuā laua, ne videaris hominibus ieiunās, sed patri tuo qui est in abscōdito. Et pater tuus qui videt in abscōdito reddet tibi. Sicut dicit August. Manifestũ est his præceptis omnē nostrā intentionē in interiora gaudia dirigi, ne foris quęrētes mercedē, huic sęculo cōformemur, & amittamus promissionē tāto solidioris atq; firmioris quāto interioris beatitudinis, qua nos elegit De⁹ vt efficeremur cōformes imagini filij sui. Ro. 8. Vir potest irritare votũ vxoris de ieiunio, si hoc facit q̄ primũ id rescĩuit, etiā si id fecerit fœmina, anteq̄ venīret in potestatē viri. Nu. 30. Abulē. Ex his aũt verbis Christi id vel maxime nobis animaduertendũ est, nō in solo corporearũ rerũ nitore atq; pōpa sed etiā in ipsis sordibus lutosis esse posse A iactantiam, & eo perniciosiore quo sub noīe seruitutis Dei decipit, quia & sub melota cauendos lupos graues & rapaces (iuxta Paulũ) Dn̄s præcepit. Matth. 7. Sed ex fructib⁹ eorũ cognoscetis eos. Requiramus aũt si iouenire possimus formā huius præcepti etiā apud eos qui vmbrę & exēplari cœlestiũ deseruiebāt. Heb. 8. Iudith vidua annis tribus & semestri, in superiorib⁹ domus suę fecit sibi secretũ cubiculũ in q̄ cũ puellis suis clausa morabāt, habēs sup lumbos suos cilitiũ, & ieiunabat oibus diebus vitę suę prēter sabbata & Neomenias, & festa domus Israel. Habes ieiuniũ, habes secretũ, habes pœnitētię habitũ, habes testimoniũ castitatis, ancillas. Habes capitis vnctionē, sicut sequit: Erat fœmina hæc in oibus famosissima, oleũ effusum nomē eius, Cāt. 1 Quasi myrrha electa dabat suauitatē odoris. Eccles. 24. Quia nō erat qui loquereť de illa verbũ malũ. Hęc aũt ante Deum gerebātur qui solus nouit secreta cordiũ. Hiere. 17. Tenet Innocentius q̄ nō frangit ieiuniũ anticipādo horā prādij. Vide aũt eā etiā iuxta literam vngentē caput & faciē lauantē, (aut sicut faciũt nr̄i sęculi viduę q̄ caput lauāt, vngũt maxillas) egressura. n. ad populũ: abstulit a se cilitiũ exuit se vestimētis viduitatis, lauit corp⁹, vnxit se myrto optimo. &c. B Iudith cap. 10. Verũ fœminę apud nr̄ates in ijs vnctionib⁹ & lotionibus & mũdi muliebri sesquipede superāt sanctā Iudith: cęterũ de cilitio & ieiunio nō meminerũt. Veruntamē ipsę velint nolint Aethiopē lauāt: quidā em̄ mercatus Aethiopē, & ratus eũ colorē nō natura, sed superioris Dn̄i neglig ētia accidisse, nihil nō adhibuit eorũ quibus vestes candefieri solent: adeoq; perpetuis lotionibus miserũ diu exausit (prudētes matronę estote mecũ) vt illũ in morbũ impulerit, colore qui fuerat manēte. Nēpe Aethiopē lauabat, id quod faciũt & fœminę vt placeāt nō certe Deo, cui aũt ipsæ viderint. Extermināt facies suas. Moraliter exponam⁹ hũc locũ. Dubitat Plato, vtro in genere ponat mulierē, rationabiliũ animātiũ an brutorũ: q̄ verbo nihil aliud ostēdere vult, q̄ insignē ei⁹ sex⁹ stultitiā. Et nō iuxta canonicas sanctiones mulier potest esse iudex. 12. q. 2. Cũ deuotissimā. Tamē quod veritas habet, quid aliud optāt fœminę in hac vita, q̄ vt viris placeāt? De multis loquor, nō de oibus, quia multę sunt de quib⁹ dicit & vere di- C cit: Maria optimā partē elegit. Nōne hũc spectāt multarũ tot cult⁹, tot fuci, tot cōponēdi, pingēdi, fingēdiq; vultus oculos & cutē artes? Vn̄ q̄ nasi stultis nihil est quod illis nō pmittāt viri, etiā tōderi & alligari ab illis pro solatio ducũt. Hinc videre est anus lōgo iā senio mortuas (terrę onus) adeo q̄ cadauerosas: vt ab inferis redisse videri possint, nunq̄ a speculo discedere, putres ostētare mām as, misceri puellarũ choris. Deniq; extermināt, hoc est, demoliũtur facies suas, vt videātur quod nō sunt. Inuēta est fœmina quædā Romana, quę ortis simultatib⁹ inter se & virũ suũ: hac lege in amicitiā redijt cũ viro, vt sibi liceret semel in hebdomada vbi vbi vellet pnoctare. Altera fœmina eiusdē honestatis inuēta est habere domi fœmineũ quidē vestitũ vnicũ tantũ, viriles autē quinq;, nec licet dicere quibus vsibus. Dandũ est enim aliquid pudori. Subijciam⁹ p corōnide tertiā Fabritiā probatę castitatis. Hanc vir suus Metellus corā prętore cōuenit vt bona fide partiret secũ lucra quęstus meretricij. O superi tales auertite pestes. Hę & harũ similes cũ sint cōmunes multis, tñ quia demoliũtur facies suas, plusq; Penelopes aut Lucretię videntur D maritis suis, quia cutē erugāt & medicāt &c. Refert Sabellicus rē scitu dignā. Bonifaci⁹ Papa. 8. cũ in capite ieiunij ex more frōtes fideliũ cinere cōsignaret, episcopũ quendā accedentē vt cinerē acciperet: ita alloquut⁹ est summus pontifex: Memēto epe, q̄ Gebellinus es (factio erat cōtraria pōtifici) & cũ Gebellinis in cinerē reuerteris. Ita & vos cũ Eua matre vr̄a annorũ nongentorũ, in cinerē reuertemini, etiā si septies lauemini in Iordane nō renouabit caro vr̄a quasi caro pueri paruli. Q d' itaq; dicit tristes, grę. e est, σκυθρωποὶ, scythropi. i. tetrici, & mm⁹ ala. res, ac vultu seuero & toruo & in amœno. Isti igit sunt qui demoliunť facies, hoc est tristitiā religiosam simulāt, ac aio forsan lętāte sed in reb⁹ pessimis luctũ gestāt in vultu. Verbũ aũt exterminare scd'm Hieroñ. im pprie dicit. Exterminanť em̄ exules, q̄ mittunt extra terminos. Grece aũt est ἀφανίζουσι, aphanezusi. i. demoliunť. Hilarius aphanazin, interpretat cōficere. Est em̄ aphanizin obscurare, ac velut e cōspectu tollere: velut qui fucis vtunť, celant suā faciē, ac velut psona tegũt. Isti vocanť iuxta pu erbiũ irrisibiles lapides, q̄s vocāt grece ἀγέλαστοι, agelast⁹, quorũ in E numero Socratē ponit Plini⁹: Periclē Aristides. Habet aũt & religio Christiana suā seueritatē, sed ĩ qua Xp̄i eluceat alacritas, dicēte Paulo, sicut tristes: semp aũt gaudētes, quasi morietes, & ecce viuim⁹. Q d' dicit: vt appareāt hoibus ieiunātes: sciendũ q̄ nō in hoc reprehēduntur q̄ studerēt videri ieiunare, cũ nō ieiunarēt: qd' videť sonare vbũ, appareāt, sed in hoc notanť, q̄ ieiuniũ suũ oibus cōspicuũ esse vellet, qd' maxime erat dissimulandũ: etiā ad id lota facie, & capite vncto: idē dixim⁹ de eleemosyna & orone. Ad hęc Hieroñ. Helias. 40. dierũ ieiunio pparatus: Deũ vidit in mōte Oreb. Et audiuit dñm dicētē. quid hic agis Helia? multo familiarior hęc vox q̄ illa Adā vbi es? Geñ. 3. Illa em̄ paltũ terrebat. Hęc ieiunāti blādiebať. Mittitur ad ieiuniũ Danielē Habacuc prādiũ ferēs: talē em̄ discophorũ inedia meruerat hebdomadis. Fuit autē ea res admirationi, q̄ Daniel versatus inter leones, diuina prouidentia saluatus fuerit. Ca

Matth. 6. — August. — Prouerbiũ — Plato. — Fœmina. — Luc. 10. — Iudi. 16. — Ezech. 8. — Lucretia — Fuluia. — Egna Cinia. — Fabricia. — Sabellicus. — Genes. 3. — 4. Reg. 5. — Sap. 2. — Hierony. — Hilarius. — Plinius. — 2. Cor. 6. — 3. Reg. 19. — Hierony. — Daniel. 14. — Sabellicus

uillati enim interim ꝗmulti creperunt, nec prouidẽtia id fieri dictitabant, sed ꝙ leones sagina expleti hominem fastidiant, poscebant proinde vt ieiunis iterũ obijceretur. Tum rex & hoc quidẽ periclitari iuuat, modo vos prius experiamini, an illorum facietas sit vobis similiter parsura. Tum leonibus affatim exaturatis, eorum quosdam in caueam obtrudi imperat, quibus nihilo propterea fuit mitior leonum feritas, sed fœde laniati, palam omnibus fecere, Danielem miraculo seruatum. Samson & Samuel vinũ & siceră nõ bibunt: erat enim filij repromissionis, & per abstinentiã ieiuniumq; cõcepti. Aaron & cęteri sacerdotes, ingressuri templũ, vinũ & omne quod inebriare potest nõ bibũt, ne moriãtur. Leui. 10. Quod si ieiuniũ nõ vult Dñs: quid est illud: Decima die mensis huius &c. Quare sepulchra cõcupiscentię vbi carnibus deditus populus corruit, vsq; hodie perseuerãt? Et crassus populus origo metrã scribit ad cholerã vsq; ructasse. Sicut aute refert Aul. Gell. Cuidã venter suus solariũ erat: multo inquit omniũ istorũ optimum & verissimum quę arte fiunt, quod solatium & hodie maxima pars Christiani populi suscipit, si quidem venter famelicus: iuxta Ambros. Vale virtutibus dicit. Quod quia dicit: vnge caput, iuxta ritum terræ Palestinæ loquitur, vbi diebus festis solent vngere capita. Hoc præceptum ad literam impleuit mulier illa religiosissima: de qua Matth. 26. Chrysost. Si faciei corruptio est: propter inanem gloriam pallidum apparere, quid dicendum de fucis atq; picturis corruptis corrumpentibus facies fœminarum in perditionem iuuenum lasciuorum? Qui enim seipsos demoliũtur, sibi ipsis tantum nocent: quæ autẽ seipsas pingunt, & seipsas & intuẽtes perdũt. Sed meminerint Iezabelis reginæ. Alexan. Hales. 4. p. q. 48. Membro. 9. Dicendũ ꝙ siue solutę siue coniugatę peccant mortaliter, huiusmodi vtentes abusionibus videlicet cerusã, stibio, capillis alienis munditijs. Non tamẽ eo inficias quin permissum sit fœminis coniugatis ornare se mundo muliebri honesto ac decenti vestium propter maritos, dum tamẽ nil supposititiũ aut adulterinæ picturæ aut capillaturæ vsurpent. Hæc ille. Isti igitur qui facies demoliũtur (Martyres: Baal. 3. Re. 18.) sunt iuxta Gregorium, qui crucem portant in angaria cum Simone, non tamen moriuntur cum Iesu: Sunt enim mundo viuentes, mortui Christo. Paulus autem & mundo crucifixus erat, & mundus ipsi. Sunt & nonnulli quos mundus velut mortuos dat pessum: ipsi autem viuunt mundo. Ex horũ numero sunt fœminæ, contra quas & si rugę testificentur, illę nihilominus coloribus mortuis viuas linunt facies, ne rugę appareant, aut iuxta Originem, quasi sapientiores plasmatore suo, tanꝗ nõ bene fecerit illum vultum: vt imprudentium faciant euolare corda: vt multam perditionem sibimet parent. Scio quidẽ & bene scio ꝙ mortuis verba facio, tamen dicam honestius quo potero: amen amen & ipsę receperunt mercedem suam. Quam si ipsę norunt, multi mariti norunt, sed malo suo sciunt. Multi quidem sciunt, & ignorantiam simulant. Secretum meum mihi. Tu autem cum ieiunas, vnge caput: da pauperibus quod ventri tuo subtrahis: Ne audias illud: Cum ieiunaretis in quinto & septimo, num mihi ieiunastis? Ieiunabant Iudęi. 5. mense per annos. 70. captiuitatis, videlicet Iulio: quia eo mense Hierusalẽ incensa est a Nabuchodonosor. Mense septimo ieiunabãt, quia eodẽ mense interfectus est Godolias ab Ismael. Hier. 41. Hoc igitur rogãt. Propter desolatum templũ hucusq; nos qui habitamus Babylonem transmigrati ieiunauimus. Nunc ex quo templũ secundo a Zorobabel fundatũ est, cessante causa luctus: respõdere quęsumus, vtrũ hoc facere debeamus; an mœrorẽ gaudio cõmutare? Ibi Dñs. Nunquid prodeat mihi ꝙ ieiunabatis? Caput meũ nõ vnxistis. panẽ vestiũ esurienti nõ fregistis. Esa. 58. Siquid ventri subtraxistis crastino reseruastis: Nunquid hoc est ieiuniũ quod elegi? Sed vnge caput tuũ. Hoc quia nõ vngebat Pharisęus: vacuus reuertitur domũ. Chrysost. de capite ieiunij. Nusꝗ hodie tumultus vel carniũ cõcisiones, sed oĩa illa abierũt. Quñ em̃ cogito tantã mutationẽ quę hodie facta est, & repeto memoria hesterni diei de ordinationẽ, admiror ieiunij vires & potentiam, quomodo in singulorum ingressum conscientias, & transformauit cogitationes, non tantum seruorum, sed & dominorum & Regum. Sed & iuxta Abulensem peritissimi medicorum fatentur, abstinentiam esse summam medicinam. Vnde & Plato improbat hominem bis in die saturum, quiq; nescit solus iacere. Et cum in Siciliam nauigasset, mensas Siracusanas voluptati comparatas damnauit, & suis scripsit, se vidisse portentum in Sicilia: homines videlicet bis in die comedentes. Et sequitur. Male ac turpis disciplinę ciuitatis nullam maiorẽ potest quis coniecturã capere, ꝙ iudicibus ac medicis indigere. Dicit Abulens. hic. Tunc aliquis ieiuniũ soluens, nõ peccat mortaliter, quãdo ea causa subest, qualẽ legislator si adesset, rationabilẽ iudicaret. Vnge igit̃ caput tuũ: hilarẽ em̃ datorẽ diligit Deus. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, Vbi erugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiũt & furãtur. Thesaurizate aũt vobis thesauros in cęlo, vbi nec erugo nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiũt nec furantur. Vbi em̃ est thesaurus tu⁹, ibi & cor tuũ. Nisi me mea fallit opinio, quãtũ sapio quãtũ capio, opinor nos in cõsequentibus, mortuis verba facturos. Tamẽ iuxta Ismeniã mihimetipsi canã, si aures surdę sunt cæterorũ. Ad hęc Chrysost. Quæ tandẽ stultitia est: illic coaceruare thesauros: vbi diu consistere non potes, vnde exiturus es vacuus & nudus: sicut egressus es de vtero matris tuæ: & illic non præmittere quo iturus es? Hic exilium est, illuc patria. Nisi forte cum Enforbio in huac mundum rediturus es. Id autem nobis posses persuadere, nisi Cerberus ille insomnis aditum obseruaret. Quod si dicas, dies atq; noctes semper patet ianua huius Plutonis, vel ditis aut diuitis: verum ais, patet more nassæ. vt ingredi volentes rictu patentissimo excipiat, infernus enim id est diues vel Pluto nunꝗ dictus est, satis est, attamen non est agnitus, qui reuersus sit ab inferis. De diuitiarum contemptu apud Lacedęmonas, ita refert Plutarch. In vita Lycurgi. Is postquam agros ex æquo omnibus diuisit: ex peregrinatione per regionem ipsam nuperrime demessam iter faciens: cum vidisset aceruos similes & æquales, subridens adastantes dixit. Quam omnis Laconica multorũ fratrũ videtur esse, qui eam modo diuiserint. Cętera vide lib. 4. cap. 10.

Verum

[Marginal notes: Iudi. 13. / Actu. 10. / Leui. 23. / Num. 11. / Aul. Gell. / Ambros. / Chrysost. / 4. Reg. 9. / Alexand. Hales. / Matth. 27. / Gal. 6. / Iob. 16. / Origines. / Esa 24. / Zach. 7. / Hieronymus. / Chrysost. / Abulensis / Plato. / Abulensis / 1. Cor. 9. / Matth. 6. / Chrysost. / Poeta. / Sap. 2. / Plutarch. — Margin letters: F, G, H, I, K]

Seneca.

Verum iuxta Senecam totus populus in alia discors, hoc suscipiunt, hoc suis oprant (aurum dico) & hoc diis velut rerum humanarum summam, cum grati esse volunt, conferant. Pecunia ex quo in honore esse cœpit, verus rerum honor cecidit. Certe omnium istorum quos incedere altos vides, pedes habent luteos, Daniel.3. Domos habitant luteas, terrenum habent fundamentum, consumentur velut a tinea, bracteata eorum fœlicitas est, intus omnia fulgent auro sicut in templo Salomonis: sed sub ista tenui membrana fœlicitatis aut dignitatis si proprius inspicias & silenum explices, scies quantum mali iaceat. Eoque mores nostri redacti sunt vt paupertas maledicto probroque sit, dicentibus omnibus, sine me vocari pessimum, vt diues vocer. Dicebat autem Epicurus referente Seneca. Nemo aliter, quam quomodo natus est, exit de vita. Falsum est inquit Seneca: peiores morimur quam nascimur. Nostrum istud, non naturæ vitium est. Illa de nobis conqueri debet & dicere. Quid est hoc? sine cupiditatibus vos genui, sine timore, sine superstitione, cæterisque pestibus, vel quales intrastis exite. Multum est non corrumpi diuitiarum contubernio. Sed quis est hic? Magnus qui in diuitijs pauper est. Sed quem tu mihi ostendis Dauid, qui dicat: a te quid volui super terram? Aut ex vita ista exeundem est aut e vita. Sed aureis licet cum compedibus; nemo enatat, id est, cum sarcinis. Tu autem o homo Dei hanc pestem fuge. Emerge ad libertatem propitijs dijs, sed non sicut istis (qui pecuniæ obediunt) propitij sunt, quibus bono ac benigno vultu mala magnifica tribuerunt, ad hoc vnum excusati, quod ista quæ vrunt, quæ excrutiant, quæ latrones effodiunt & furantur perfosso scrinio, tinea demolitur, exhauriunt meretrices, acquiruntur multis curis, fraude, rapinis, mendacijs, periurijs, lusu, vsura & id genus artibus mille, optantibus data sunt. Tamen non raro cõgregantur pecuniæ malo Domini sui. Eccles.7 Hanc tamen infirmitatem omnes votis omnibus exoptant, sed dij vni tantum Midæ propitij fuere cum orasset vt quicquid tangeret, aurum fieret. Dicit autem sapiens verbum aureum Nihil iniquius quam amare pecuniam: hic enim animam suam venalem habet. Ad hæc Ambros. super Beati immaculati, serm. octauo Quantumlibet fines suos extendant: hi qui domum domui copulant & agrum agro, maiora pendunt tributa quam fructus sunt. Nisi forte falsus est ille qui dixit: Coaceruaui mihi argentum & aurum. &c. quæ habes Eccles. cap.2. Et sequitur: Cumque me conuertissem ad labores in quibus frustra sudaueram (satius enim vel sero recurrere quam male currere) vidi in omnibus vanitatem, & ibi me congregasse, vbi nihil permansurum est. Ad hæc Hugo. S. Victoris. Quomodo nunc iste conuersum se dicit ad videndum opera sua, cum nil hactenus fecisse videatus, quam his rebus adhibuisse intentionem & studium? Nunquid non videbat quod faciebat? sed vidit speciem, non prævidit fures & tineas. Amor enim præsentium dum in se totam animi intentionem conuerteret cordis quoque oculos occuparet, simul & præteritorum memoriam abstulit, & futurorum prouidentiam abscondit. Fit autem nonnunquam vt terrena bona tunc citius vana esse deprehendantur, cum magis abundare cœperint, quæ sæpe cum absunt, prodesse potuisse existimantur, si affuerint. Cum vero habita, mentis inopiam non expellunt, potius autem famem irritant: tum primum experienti quam exiguum pro tot laboribus exhaustis fructum conferant manifestant. Cum inquit me conuertissem inspiciens (ad rationem vocatis calculis) quãtus fructus tãtos labores sequi potuisset (sunt enim pisces maris qui omnẽ deterũt vitã in nundinis, emporijs, in importãdis & exportãdis mercibus) tũc (ait) inueni nõ æqua lãce recõpensari mihi fructũ laborũ meorũ. Bene ergo dixit Ambros. maiora pendũt tributa, quam fructus sunt. Siquide vbi multæ opes multi inopes, multi fures, vbi multi cõuiuæ, multi canes: vbi apiaria ibi & fauis immeri fuci, vbi messes, ibi & formicæ. Nã defuncta corpora vermiculi deserũt. Nolite ergo thesaurizare. Sed hãc vocẽ inquit Ambro. diuites audire nõ possunt, clausas aures habẽt, nummus magis illis resonat quam verba diuina. Siquidẽ cũ omni genere musicorũ iubent adorare idolũ illud famosum, cui oĩa obediũt: ad verba autẽ Christi tanquam Midas sunt ad musicã Orphei vel Apollinis. C.C. Caligula cupiditate cõtrectãdæ pecuniæ accesus, sæpe super immensos aureorũ aceruos patẽtissimo diffusos loco, & nudis pedibus spaciarus (rarus Cæsar) & toto corpore voluptatus est. Dign? qui voluptaret in fluuio Phlegetõte: cui corui torrẽtis oculos eruerẽt, & iecur sicut Titio subinde erroderẽt. Habebãt aũt Romani gẽs togata generosior Codro ædẽ deæ monetæ in arce Capitolij, quã euersa domo Mãlij, extruxerãt. Si igitur moneta siue pecunia dea est, nec inferior cæteris, imo cui oĩa obediũt teste Salomone (Eccles.10. Cur ne eã adorem? psuademur: Verũ Salomõ nõ dixit pecuniæ obediũt oẽs, sed oĩa, quia pecunia oĩa cõmurãtur. Verũ & inuẽti sunt viri tres, Dani.3. Aut septẽ millia. 3.Re.19. qui nõ curuauerũt genua sua ante Baal. Thesaurizate igit vobis in cœlo: loco videlicet imperuio furibus & miluis & vppupis, & lestrigonib?, & fucis quoniam vbi thesaur? ibi & cor. Nẽpe præsentior est aĩa vbi amat, quam vbi viuificat. Ita dicit August. Amor meus põdus meũ. Vo illud. a te quid volui sup terrã? Cui? enim cõuersatio cœlestis erat, vbi & cor erat, quando rerũ transeuntiũ teneret desiderio? sed quid mihi est in cœlo? quid Dauid? oculi nõ viderũt quæ pparauit De? his qui thesauros suos in cœlo collocauerũt. Requirendũ aũt vnde poetæ diuitias aut thesaurũ orcũ noĩabãt aut plutõ. Plutõ græce, latine dicit, Dis, eo quod plyteo & plytiso idẽ est quod dito vel ditesco. Aut quia diuitiæ quas possidemus e visceribus terræ quæ Plutoni obtigit eruũtur: sicut patet: aut quod tũc Ethnici nos demũ beatos fore putabãt, cũ in Elysios cãpos qui apud inferos sunt migrauerim?. Reuera aũt cũ Salomõ dixit: Infern? nunquam dicit sufficit, nihil aliud significauit quam quod sicut infernus cadauerib? mortuorũ nunquam expler, terra enim sunt ita diues nunquam dictur? est; sufficit. Et enim iuxta poetã semp auarus eget, sicut patet in Tantalo. Vide mihi igitur quali elogio insigniuntur diuites, qui infernus vocãtur. Et enim diues nescio quis in inferno sepultus perhibetur, quia ipse alias infirmus erat, & vbi erat thesaurus suus, ibi sepultus est cum corde suo. Quibus autem custodibus muniatur diuitum sepulchrum, id est, thesaurus audi. Mandauit Alexander Parmenioni duci; vt pecuniam qui ex Persis de exportata fuerat, Ecbatanis in arce conderes: idque ad

Margin notes: Iob.4. — 3.Reg.6. — Epicurus. — Psal.72. — 1.Timo.6. — Seneca. — Midas. — Eccles.10. — Ambros. — Esa.5. — Prouerbiũ — Hugo. — Eccles.5. — Ambros. — Daniel.3. — Eccles.10. — Caligula. — Moneta. — August. — Psal.72. — Pluto. — Prouer.30. — Luc.16.

custodiam sex millia Macedonum cum amicis relinqueret. Vere ergo dixit Salomon: vbi multæ diuitiæ, multi qui eas arrodunt: quandoquidem sex mille isti Macedones bonam aliquam partem necessarium est arroderent cotidie thesauri illius. Subijciamus autem exempli gratia finem vnius istorum qui inferni nomine beatificantur. Ctesias de Sardanapalo scripsit, qui. 200. circiter annis Salomonis ætatem sequutus, morte sua regnum Assyriorum finiuit. Ait enim cum regem ab Arbace Mœdo obsessum, fractis iam aduersa pugna viribus, & victoriæ spe abiecta: pyram in regia extruxisse altitudine pedum quadringentorum: in qua cubilia posuit. 150. aurea, totidemque ex auro mensas. In medio autem pyræ contabulationem extruxit pedum quoquo versus centenum, in quo lecticas consternandas cum curasset, superiorem contabulationis partem trabali materia contexit, & lat[era] crebris validisque tignis cinxit: ita vt exitus non pateret. Quo facto, ipse & vxor & pallacæ varijs in lecticis iacuerunt in eo ædificio conclusi, in quod etiam ipsum auri centies centena millia, argenti vero decies tantundem concessit, id est, millies centena mil[l]ia talentum. Super his opibus cum instrumento regio multiplici ac copiosa varietate distincto cum ipse ita cum vxore & pellicibus recubuisset, pyram illi ædificio circundatam accendi per amicorum iuratissimos iussit. Eos enim solos conscios consiliorum extremorum fecerat. Quo facto: ipse cum illis opibus diebus. 15. conflagrauit, stupentibus alijs præter conscios. Fumus enim in sublime conuolutus, ingentis cuiusdam sacrificij opinionem faciebat. Nec fallebantur, immolabantur enim Plutoni rex & alias pellices plusque ducentæ, qui talibus hostijs saginatus, nunquam tamen dicet sufficit his exitus huius. Epitaphium sepulchri hoc est: referente Strabone. Anchialem & Tarsiam vno die condidi. Ede, bibe & lude: & quando te mortalem noris, præsentibus exple delitijs animum, post mortem nulla voluptas. Namque ego sum puluis, qui super tanta tenebam. Hæc habeo quæ edi, quæque exatutata libido hausit. At illa iacent multa & præclara relicta. Habet Orchus opimam prædam, qui secum centies centena millia auri, argenti vero decies tantũ conuehebat, nec tamen dicturus est: sufficit. Sed crescit sitis & amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

[Margin: Eccles. 5. — Ctesias. — Sardanapalus. — Prouer. 30 — Strabus.]

[Margin letters: F, G]

Caput. viii. Quod lucerna corporis nostri est oculus noster, quod nemo potest duobus dominis seruire, de coruis & lilijs quæ Dei prouidentia pascuntur & induuntur de obijcienda cura diei sequentis, quod regnum Dei ante omnia est quærendum. &c.

[Margin: Matth. 6.]

LVcerna corporis tui est oculus tuus: cum igitur oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuũ lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ erunt? Conclusio est illata ex præcedentibus, in quibus ostensum est, quomodo sola intentio condecorat vel vitiat opera nostra videlicet eleemosynã, ieiunium & orationem, quæ si intuitu hominum fiant, eum hoc posito, oculũ habeamus tenebrosum lippum, strabum, luciosum, peruersum & versutum, id est, intentionẽ prauam, opera ipsa tenebrarum sunt, etiam si apud hominem admiranda videantur, nec sine fiunt cæteri hominum qui talia operati sunt. Luc. 18. Sin vero vt glorificetur pater qui in occulto est, siue occulte siue palã fiant: cũ oculus nulla sit re vitiatus, nõ lemis, nõ pituita, nõ albugine, opera sunt lucis. Itaque quod est in domo lucerna, id oculus in corpore, id & intẽtio in opere. Qui ergo placere hoibus quærit, sit Argus licet, sit Ianus, nihilominus totũ corpus eius tenebrosum est, hoc est, totum opus. Seruat enĩ arbor amaritudinem in fructu quã cõtraxit in radice. Radix in opere intentio est operantis. Sane quia serpens initio operis nõ semper obuiare potest, vt ne fiat propter Deũ: insidiatur vel fini, vt qui spiritu cœperũt, carne perficiãt, sicut dicitur, cõteret caput tuũ, quæ intentioni insidias parabas: tu autẽ vel calcaneo eius insidiaberis. i. fini operis. Ita dicit August. Bonũ opus intẽtione praua: lux est quæ in tenebras vertitur. Gregorius in fine moraliũ. Ad me intrinsecus rediens, postpositis verborũ folijs: dum ipsam subtiliter radicẽ meæ intentionis inspicio: Deũ quidẽ me piæ oculis semp habuisse, eique me summopere placere voluisse cognosco. Sed eidẽ intentioni qua Deo placere studeo, furtim se nescio quõ intẽtio humanæ laudis interserit, quæ quasi albugo quædã, oculũ quidẽ nõ ex toto excæcat, obnubilat tamen, iuxta illud, secus viã scandalũ posuerũt mihi. Iuxta viã, nõ in via, quia opus bonũ est, intẽtio recta. Sed intentionẽ nostrã dũ ante Dei oculos recte incipit, occulte subiuncta, & eã velut in itinere cõprehendens intentio humanæ laudis assequitur, aliquoties & anteuertit, sicut pro necessitate quidem cibus sumitur, sed inter vescendũ, dũ furtim gula subrepit, edẽdi delectatio permiscet. Hecque quod causa salutis cœpim⁹, causa voluptatis explem⁹. Quod si opa q̃ ex genere bona sunt: sola intẽtione tenebræ sũt sicut patet in Pharisæo: ipse tenebræ quantæ? Cæc⁹ enĩ oia facit extra ordinẽ. Tenebræ sunt opa tenebrarũ, de quib⁹ Paulus Rom. 13. Abijciam⁹ opa tenebrarũ: & a theologis vocant opa mortifera. peccatũ enĩ cõsummatũ, generat mortẽ. Si igit bonũ põt fieri male: imo malũ id qđ per se est malũ: quãtũ malũ est? Quid aũt dices de his qui lętanĩ cũ male fecerint, Prouer. 2. Quid de illis qui peccata sua pdicant? Esa. 3. Quid denique de illis, qui dicũt malũ bonũ, lucẽ tenebras? Horũ tenebræ quãtæ? Ad hæc Chryso. Quęna est illa bene cõpositi corporis pulchritudo, cũ facies oculos amisit? Quale nobis est gaudiũ, si lumẽ cœli nõ videm⁹? Si enĩ ratio hois obscuret, in q̃ de cętero differt a pecudib⁹? Cõparabit iumẽtis, Psal. 48. Imo abit post greges sodaliũ suorũ. Cãt. 1. Nã reuera scluso intellectu, quo iumẽtis pstam⁹, in multis excedimur a iumẽtis: de q̃ alias. Ne

[Margin: Ezech. 1. — Gal. 3. — Genes. 3. — August. — Gregorius — Psal. 139. — Luc. 18. — Iacobi. 1. — Esa. 5. — Tobię. 5. — Chrysost.]

[Margin letters: H, I, K]

alias. Ne autẽ apostoli existimarẽt vtrunq; posse fieri, vt & placerẽt Deo, placerẽt & hoibus, sicut Apostolus. 1. Cor. 10. Aut ꝙ possent amare cũ terrenis cœlestia, quod esset duas insequendo lepores: nullam apprehendere esset inq̃ patrẽ habere cœlestẽ, & matrẽ aut Azotidam aut Moabitidam, 2. Esdrę. 13. Sicq; vtramq; linguam loquẽtes, nullã callere: infert Dominus in cõsequentibus. **Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut huic adhærebit, & alterum negliget. Non potestis Deo seruire & Mammonæ.** Ergo vnde gloriantur qui diuitiis affluunt, qui argentum thesaurizant & aurũ in quo cõfidunt? Nonne scriptũ est, ꝙ pecuniæ obediunt omnia? Eccles. 10. Per eam reges regnant & iudices decernunt iustitiã. Siquis autẽ eam nõ adorauerit, mittetur in fornacẽ: Daniel. 3. Septuaginta Reges sedent sub mensa eius. O durã seruiturem, seruire: & Mammonæ & iniquæ, nec interim posse seruire Dño Christo. Hos igitur tu serues negabis,

Baruch. 3. Iudi. 1.

A qui nihil aliud facere probantur, q̃ lutũ aggregare, & inde sibi torquẽ cõponere? Ita enim dicit Habac. Vsquequo aggrauat cõtra se densum lutũ? Aut iuxta. 70. torquem suam grauiter. Hieronymus. Vę ei qui nõ satiatur rapinis, & ad hoc tantũ sæuit vt deuoret, & iniquitatis & prædarũ onere quasi grauissima torque se deprimit, quem densum lutũ appellat. Vacatis ocio inquit regina Mammona: ite colligite paleas, & cõiicite consuetũ numerũ laterũ: soluite pensum vestrũ: sin secus cędemini scorpionibus. Dominus eos ad libertatẽ vocabat per manũ Mosi, Mammona ad laborẽ, ad cõgregandas paleas ad coquendos lateres: verũ nemo potest duobus dominis seruire. Quemadmodũ enim fieri nõ potest: vt quis eodẽ in tempore sorbeat hausto spiritu, & flet emisso halitu: hæc em̃ cõtraria sunt: ita famulatus Christi, & auaritia, id est, idolorum seruitus: quandoquidẽ Christus iubet sua relinquere, Mammona rapere aliena. Verũ sunt multi ceti grandes qui dũ insequuntur minores pisces ad littus vsq;: ipsi dantur in escã populis Aethiopũ. Psal. 73. Psal. 103. Manlius Attilius legatus Romanus cõflati cuiusdã belli causa contra Mithridatẽ captus & asino vinctus sedẽs circũuehitur præcedente tibicine, inde liquefactũ aurũ eius fau-

Habac. Hieronymus. Exo. 5.

Attilius.

B cibus infusum est: Rex per hoc auaritiã Romanis exprobrans. Hæc igitur auaritia siue Mammona siue idolorũ seruitus: est mulier illa quę aliquãdo visa est ferri in aera a duabus mulieribus, quæ alas habebãt milui auis rapacissimę, vppupæ quæ stercore humano pascitur, vel erodij auis sęuissimę iuxta Hieronymum. licet Nebrissensis ardeã interpretetur. Sunt autẽ duę istę mulieres studiũ acquirendi: cura cõseruandi. Bene autẽ habent alas milui, semper enim insidiãtur pullis, pascũtur malis alienis, sęuissimi & qui nullo humano affectu tãguntur: id quod videre licet in epulone. Ipsa autẽ auaritia ferebatur intra amphoram, quę vocatur Aggei. 1. Doliũ siue sacculũ pertusum. Hęc igitur iniquitas cũ caput exereret extra amphoram, angelus accepto talento plumbi, intra amphorã cõclusit, vt ne de cętero videri possit. Delata est autẽ in terrã Sennaar, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, Iob. 10. Denique cũ Zacharias rogaret angelũ vt exponeret ei mysteriũ mulieris sedẽtis intra amphorã, hic est inquit oculus eorũ in

Zachar. 5. Figura.

Luc. 16.

C vniuersa terra. Quis oculus? Auari ad diuina talpæ sunt, ad terrena Argi. Amphora igitur in qua ferebatur mulier idololatria est, quę duplex est: seruire Mãmonę, seruire idolis. Duę mulieres quę eã portabãt, duę tribus sunt, quę captiuę ductę sunt in Babylonẽ, & post annos. 70. reuertẽtes idololatriã ibidẽ reliquerũt, quia post captiuitatẽ Babylonicã, nõ legũtur idololatrasse. Verũ enim vero idolorũ seruitutẽ, id est auaritiã nõ minus seruiebãt post captiuitatẽ q̃ antea. Sed nemo potest, &c. Dicam? & illud. Si Martha reprehenditur quam ministeriũ tãti hospitis occupabat, audiuit em̃: Turbaris erga multa: vnde sibi blandiũtur qui totos annos ministerio Mãmonę cõsecrarũt? Ducẽtes interim in malis dies suos: noctu gelu interdiu ęstu vrũtur: recedẽte somno ab oculis eorũ. August. Cauendũ est tñ hoc loco, ne forte cũ videtimus aliquẽ seruũ Dei prouidere ne ista necessaria desint vel sibi: vel his quorũ cura sibi cõmissa est, iudicemus eũ cõtra pręceptũ Dñi facere, & duobus dñis velle seruire: Nam & ipse dñs cui ministrabãt angeli, tñ propter exemplũ, nequis postea scandalũ pateretur: cũ aliquẽ seruorũ suorũ aĩaduertisset ista neces-

Literalis sensus.

Luc. 10.

Genes. 31. August.

D saria procurare, loculos habere dignat⁹ est cũ pecunia. Sed aliud est seruire Deo cũ Mãmona, quod multi fecerũt, & fit cotidie, aliud seruire & Deo & Mãmonæ: quod nullus vnq̃ faciet: dicẽte Dño: Non potestis. Cęterũ si Deo seruieris, odiẽdus est tibi Mãmon. Sin Mãmonæ obsequendũ putas: Dñm Christum nõ quidẽ odio habebis (absit) cõtemnes autẽ, vertens ei terga. Qui tibi faciẽ ostẽdit in cruce. Antonius vnus e tribus quibus cessit Imperiũ Romanũ, ferus erat & immanis. Multis pterea viuentiũ bona quasi mortuorũ hereditatẽ concessit. Domũ magni æris cuiusdã largitus est coquo suo, ꝙ cœnã bene parasset. Secunda tandẽ vectigalia cũ Asiaticis imperaret, Hyberas quidã qui ciuitatẽ causam susceperat: ita cum Antonio agere ausus est. Si potes o Antoni eodẽ anno bis vectigal exigere, illud etiã efficere posse te decet: vt bis æstatẽ habeamus bisq; autumnũ festinũ. Hæc ille. Hac oratione flexit Antonium: ignorante enim illo, plurimæ extorsiones fiebant a suis. Est autẽ Mammona vox nec Greca nec Hebraica, sed Syriaca teste Hieronymo: idem apud eos significans, quod apud Grecos Pluros, quem ipsi deum inferni fa-

Ioan. 12.

Antonius.

E ciunt. Iuxta Augustinũ lingua Pœnorũ Mãmon lucrũ vocatur. Vox tamẽ Syra est licet aliud opinetur August. De hac igitur Mammona cũ cęca tum clauda & iniqua maxime cũ mittitur ad domos iustorũ (nã cũ ad impios mittit̃ oculata est & pernix) ita dicit Eccles. 5. Est alia infirmitas quã vidi sub sole, eaq; pessima, diuitiæ cõseruatæ in malũ dñi sui. Verũ si licet inuertere verba Salomonis: tunc maxime ægrotãt hoies cum absunt diuitiæ, paupertas enim infirmitas pessima est, & quã omnes deprecantur: diuitias omnes votis exoptãt, etiã si diuitiæ ferant secum malorum omnium seminaria. Nam ꝙ diuitiæ sint infirmitas, nec Pythius Apollo id persuadebit: quanto minus Salomon, qui contrariæ fecit doctrinæ suæ: sicut dictum est supra. Namq; vxorem Helenam cũ dote, fidemq; & amicos, & genus & formã Regina pecunia donat: imo & omnia bona (mala volui dicere) veniunt pariter cum illa, quam tu infirmitatem

August.

1. Timo. 6.

Pecunia.

Chrysost. pessimam vocas. Sed audi Chrysost. calculo suo approbantem sententiam Salomonis. Dimisso alia plura incommoda quæ diuitibus ex diuitijs mali videlicet malorum sequuntur: hoc vnum est miranduꝫ, idq; nemo ibit inficias, ꝙ cum ante illas essent robusti, inediæ laborum ac frigoris patientissimi, cum illis, ad omnia prorsus molles & infirmi redduntur, & segnes & superbi, & lasciui & dormitabundi, suntq; per omnia muliebres & effœminati, nisi ꝙ fortes indiuitiarum seruitio perseuerant. Et tamen qui dixit, aut vnum diliget, & alterum contemnet. &c. ostendit, ꝙ infirmitas eorum pessima licet, sanabilis est. Hæc

Semiramis igitur est sententia Christi, Salomonis, Chrysostomi, ꝙ diuitię nil aliud sunt ꝗ perpetua seruitus. Semiramis cum ipsa sibi sepulchrũ strueret inscripsit sepulchro. Quisquis regum pecunijs eguerit (& quis non eget) demoliens monumentum hoc, quotquot volet sumito. Darius igitur cum sepulchrum reserasset (nec enim vel mortuis parcunt milui isti aues mali ominis) pecunias quidem nullas inuenit, sed in alias incidit literas: hoc indicantes. Nisi malus & pecuniarum inexplebilis esses, mortuorum loculos nunꝗ reserasses.

Matth. 6. Luc. 12. Ideo dico vobis ne solliciti sitis animæ vestrę, quid manducetis, nec corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est ꝗ esca, & corpus plus ꝗ vestimentum? Aspicite volatilia cœli, ꝙ non serunt: neq; metunt, neq; congregant in horrea & pater vester cœlestis pascit illa. Nonne vos longe pręcellitis illa? Quis autẽ vestrum cogitans, potest adijcere ad staturam suam cubitũ vnum? Lucas. Si ergo neq; quod minimũ est potestis, quid de cęteris solliciti estis? Pro volatilibus, quod dixit Matthęus, Lucas coruos dixit. Quod dicit aiæ vestræ, animã pro vita posuit. Rursus aia ꝗ esca dicendũ est,

Luc. 10. Eccles. 39. vita ꝗ esca vel alimonia. Quod dicit, ne solliciti sitis, sollicitudinẽ anxiã excludit, qua Martha turbatur circa multa, cũ natura paucis cõtenta sit. Vnde illud. Initiũ necessariæ rei vitę hominũ aqua, ignis, ferrũ, sal, lac & panis. &c. Hęc vt habere possimus, non sunt sulcanda maria, non adeundi antipodæ: quia

Hieronymus. Ambrosi9 iuxta Hieronymum si ad naturam viuis, nunꝗ eris pauper, si ad opinionem nunꝗ eris diues. Ambrosius. Comperi de quodam auaro homine, si quando ei esset ouum appositum, conqueri ꝙ pullus esset occisus. Nec mirum si iuxta prouerbium ficos diuidere solitus erat: coquere lenticulam, secare cuminũ. Hoc ideo scribo inquit Ambrosius: vt cognoscatis o miseri diuites, vindicem esse Dei iustitiam, quæ lachrymas pauperum vestro vlciscatur ieiunio. Vnde monstrum videtur, ꝙ homo ille esset diues, & epularetur cotidie dię impendio splẽdide & opipare cum hic de quo refert Ambrosius, anteq; comederet suspiraret, ꝙ pullus esset occisus. Quid si non pullus erat, sed gallina, quę multa erat editura oua, exq; eum multi excludendi galli gallinæq;? Est autem hęc sententia nolite solliciti esse: eadem cum illa, curam car-

Luc. 16. Diues. Rom. 13. nis ne feceritis, sed in desiderijs. Alioqui canis hic trifaux nisi congruenti cibo, somno & potu pascatur, finem nunꝗ faciet replicandi. Affer, affer, affer. Prouerb. 30. Tamen ad maiora sumus nati, ꝗ vt simus mancipia corporis nostri. Verum quoniam perdiscendis auaritię legibus omnes a minore vsq; ad maiorem student. Hiere. 6. Id quod argumento euidentissimo est terenti limina studiorum generalium, ꝙ plures nauant operas suas legibus Cęsarum addiscendis proportione decupla, ꝗ diuinis scripturis scrutandis, huic malo Dominus mederi volens (si tamen infirmitas hęc pessima curam admittit) multis exemplis vtitur: vt nos auocet a superflua diuitiarũ cura: a volucribus, a lilijs argumentum sumẽs: & a corporis statura & a capillis & fœno. Nisi quod vti dicitur & ipse Dominus Iesus surdis narrabat fabulam:

Luc. 16. Nam iuxta Lucam, cum hęc populo ingereret, aderãt & inter populares Pharisęi quidã: Midæ, Crassi, Tantali, Epulones, Heliogabali, & horum similes, qui rapacissimi erant, & irridebãt eum. Sed ad rem.

Psal. 146. Rom. 8. Cum inquit habeatis patrẽ in cœlis, qui dat escã iumentis & pullis coruorũ, vos qui sesquipede illa præcellitis, non est cur de cibo aut vestimento discrutiemini. Nam qui proprio & vnico suo nõ pepercit, sed pro nobis oibus tradidit illũ, quomodo nõ cũ illo nobis oia donabit? Qui dedit corpus: dabit & vesti-

Iob. 10. Genes. 1. mentũ qui dedit vitã dabit & alimoniã: aut iuxta Iob: Pelle & carnibus vestisti me. &c. Item illud, formauit Deus hominẽ e limo terræ: Ecce animæ indumentũ. Sequitur de alimento Ecce dedi vobis herbã virentẽ: vt sit vobis in cibũ. Genes. 1. Si igitur ad creatoris beneficia pręterita obsorduistis, vel nũc Leuate oculos vestros ad volatilia & coruos: aspicite galbulas alciones & hirundines, quibus nulla cura est seminandi, metendi aut terendi segetes, & cõgregandi in horreis nihilominus tamẽ pater vester abundãter pascit illa. Formicę em̃ cõgregant. Prouerb. 6. Vulpes seruãt in dies multos: ideo Dño caute loquut9

Deut. 25. est. Quod si de bobus cura est Deo: dicit em̃, nõ infrenabis os bouis triturãtis: si de aue fouẽte pullos cura est Deo. Deut. 22. Quanto magis curã vestri gerit Deus, quos ne obliuisceref, in suis depinxit manibus? Esa. 49. Quõ gallina Euãgelica obliuiscet pullos suos, qui coruos, alienos videlicet foet9 pascit? Sicut aũt

Philosophus. Plinius. dicit Philosop. 6. de hystorijs aialiũ, oẽs fere aues quibus vngues sunt adunci, pullos cum primũ prouolandi facultas fuerit, nido expellunt, percutienteséq; cogunt discedere de quarum numero coruus est. Eiectos igitur e nido fugant longius: ita vt paruis in vicis non plus ꝗ bina coniugia sint teste Plinio libro 10. cap. 12. Genitores Soboli loco cedunt. Aegrescunt sexagenis diebus siti maxime anteꝗ fici coquantur autumno. Pariunt cum plurimum quinos Quod vulgus opinatur ore eos parere aut coire: id abnegat philosophus. Nam illã ex osculationẽ quæ sæpe cernitur: eandem esse quæ videtur in columbis. Pariunt autem difficulter. Quod autẽ dicuntur corui inuisos habere pullos anteꝗ plumescãt. Plinius quidẽ nõ re-

Chrysost. fert, sed nec Philosophus. Legi tamẽ in homilia quadã Chrysostomi titulo sup. Luc. ca. 17. Adhũc modiũ. Dñs per coruũ pascit Heliam: animal videlicet cui fœtus sui sunt inuisi donec plumescant. Interim autẽ quædã animalia parua quę circa nidos eorũ circũuolitãt fiũt nutrimenta eorũ. Ordinaria ita dicit. Quã-

Cassiodorus. diu corui nõ nigrescũt, nõ pascunt eos parentes, sed rore cœlesti pas. uiuit implumes. Cassiodorus. Pulli coruorũ beneficio ætatis ignorãt paternas escas, i. carnes cadauerũ: nõ enim sola carne vescuntur. Vndecunq;

cunctę igitur sumpta est similitudo, siue a difficultate partus siue quod minus firmi nido excluduntur, siue quod deseruntur in plumes, siue quod egrescunt siti: inuocantes exaudiuntur: idque metaphorice intelligendum est. Cęterum coruorum pulli nos sumus, qui parentes habuimus idolorum cultores. Sed & de Iudęis scriptū est Iosue cap. 24. Transfluuium habitauerunt patres vestri ab initio Thare pater Abraham & Nachor, seruieruntque dijs alienis. Exauditi sunt autem pulli coruini filij horum patrum: cum autem in Aegypto. Vnde illud. Clamor filiorum Israel venit ad me, propter duritiam eorum qui præsunt operibus. Vos igitur coruorum filij, filij tanti patris qui est in cœlis aspicite coruos illos quibus Deus manna suppeditauit annis. 40. Chrysosto. Primum non dixit, aspicite quod volant aues, quod nobis certe impossibile est imitari, sed quod absque sollicitudinis suæ præparatione pascuntur. Et certe hominum exempla proponere poterat: sicut Mosen, Heliam, Ioannem & horum similes, qui de victu non fuerunt solliciti, sed vt magis cōscien-

Exo. 3. Exo. 16. Iob. 5. Chrysost.

A tias eorum verberaret, de irrationabilium eos securitate cōmouit. Si enim iustos illos commemorasset, dicturi erant audientes, nec dum ad eorum virtutem ascendimus. Nunc illos reticens, volatilia proponens, omnem eis prorsus occasionē contradictionis incidit. Nonne inquit vos longe præcellitis eas? Multam continet sermo iste vim. Quod enim dixit, vos, nihil aliud agit quam vt ostenderet, quanto genus humanum Deus honore cumulauerit. Quantam eorum gerat curā salutis, ac si dicat. Vos quibus dedit animam rationalem, quorum pedibus omnia subiecit: vos quibus ministrant angeli, quibus vnicum misit. Augustinus. Ipsa autem documenta non sic allegorice discutienda sunt vt quęramus anxie, quid significent aues aut lilia: posita enim sunt, vt de rebus minoribus maiora persuadeantur. Nam si de bobus cura est Deo, &c. Quod nō serunt. Idipsum vult nos Christus intueri, quod cum viuant more nostro, semente non faciunt. Ambrosius. Considerate lilia, & vnum ex gariophylaris floribus: Rex opulentissimus & sapientissimus inferior iudicatur, quam huius floris pulchritudo est. Magnum sane & aptū quod fide sequamur exemplum. Et enim idcirco auibus in elaborati pabuli vsus exuberat quod fructus tibi communes speciali quodam nesciunt vendicare dominatu. Nos communia amisimus, cum propria vendicamus. Cur

Psal. 8. August. Ambros.

B enim diuitias tuas existimas, cum tibi Deus etiam victum cum cæteris animalibus voluerit esse communem? Sunt & alterius speciei lilia quæ exoriuntur inter spinas amariorum sæculi huius, & conculcantur ab eis, dicente propheta, quare taces Domine, impio (ecce spinam) conculcante iustiorem se: ecce lilium. Horum tamen multam curam gerit Deus: licet aliud opinetur propheta: dicit enim agricola (pater enī meus agricola est) qui tangit hæc lilia, quanto magis quę calcat, tangit pupillam oculi mei. Zach. 2. Surrexerat autem floribus immixta teneris sine spinis rosa (inquit Ambros.) & pulcherrimus flos sine vlla fraude vernabat. Postea spina sepsit gratiam floris, tanquam humanæ speculum præferens vitæ: quæ suauitatem conuersationis suæ finitimis curarū stimulis sæpe compingat: dicente vno ex lilijs istis, quod redolet in omni loco. 2. Cor. 2. Datus est mihi stimulus carni meę angelus satanæ. Itrutiles igitur o homo

Canti. 2. Habac. 1. Ioan. 15. Ambros. 2. Cor. 12.

C licet aut splendore nobilitatis, aut fastigio potestatis, aut fulgore virtutis: memento tamen quoniā semper tibi spina proxima est. Semper inferiora tua respice: inter spinas germinas iuxta Dei præceptum ad parentem omnium. Nec prolixa gratia manet florum tuorum. Exorietur enim sol cum ardore, & flos decidit fœni: & cucurbita lassescit intra diem vnam, & arescet. Quis vero vestrum cogitans. potest adijcere cubitum vnum ad staturam suam? Nabuc. quidem fere quinque & 50. adiecit staturæ suæ, sed lignum adiecit vel aurum, non carnem non ossa. Quod dicit cogitans: Græce est μεριμνῶν: merimnon: quod plus est quam cogitans, anxie videlicet ac sollicite cogitans. Sed si vel vnum capillum canum non potes facere pullum, quod quiddam leuiculum est vti videtur: quandoquidem imaginatio huiusmodi actionum causa non est, si id quod minimum est, non potestis: quid de maiorum sollicitudine desruciamini? Sed iacta curam tuam in Domino & ipse te enutriet, eo quod iure præsumpseris de fauore diuino. Et de vestimentis inquit quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt, non la-

Genes. 3. Ionæ. 4. Daniel. 3. Psal. 54.

D borant neque nent. Non laborant propter homines: Non nent propter fœminas. Dico autem vobis quod nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum quodlibet horum. Si enim fœnū agri quod hodie est & cras in clibanum mittitur Deus sic vestit, quanto magis vos modicę fidei? Quę omnia ex parte patent. Dixit tamen lilia agri, eo quod hortensia nō nihil debere videri poterant curę humanę, sicut dixerat volucres cœli vt distingueret ab altilibus. Quod vero dicit: Nec Salomon in omni gloria sua. Idem est ac si dicat: Non semel superatus est a candore liliorum & rosarum rubore, sed per totam vitam suā nunquam æquauit pulchritudo indumentorū suorū pulchritudinem & venustatem vnius floris. Nam Salomonis gloria artificialis erat, liliorū naturalis, ars autem imitatur quidē naturā: cōsequitur autē nunquam. Chrysost. Quantū enim veritas ad mendatiū, tantū vestimentorū & florū differentia est. Plinius. Cętera oia parēs terra vsus alimentique gratia gignit: ideo sæcula annosque tribuit eis. Flores vero odoresque de die in diem gignit magna vt palā est admonitione, hoim quæ

Chrysost.

E spectatissime floreant, celerrime marcescere. Tamē nunquam fuit cupido vitę maior nec minor cura. Quid ergo solliciti estis? &c. Sicut autē nō potuit Salomō staturę suę adijcere cubitū vnū: ita nō potuit ad id peruenire: vt amicireē sicut vnū ex lilijs. Vos igitē quorū capilli numerati sunt: quid de vestimentis solliciti estis? An nō multo magis induet vos o oligopisti? Quibus angeli oēs ministrare iubent. Quo verbo diuitē illū prudentissimū impetere videē, qui quum se multis curis & cotidianis eximeret, multis frumētis horreis inclusis, aię suę iustitiā indixit dicēs, Nō est quod torquearis cotidiana sollicitudine, iacta cogitat... tuū in horreis & cellis vinarijs; pone omnē curā, habes bona reposita in annos centū. Si enī fœnū quod hodie est. Oīs aiīt caro fœnū. Fœnū illi sunt qui supra fundamēto fidei fœnū superędificāt. 1. Cor. 3. Qui in eo igne quē succenderūt ardebūt. Esa 50. Vnde illud. Ecce ego stridebo subter vos quasi plaustrū onustum fœno.

Matth. 10. Lucæ. 12. Esa 40. Amos.

 Hierony-

[Hieronymus.] Hieronymus. Cum tanta vobis fecerim bona, & vos econtra, Mihi tantis & tot malis respondeatis: idcirco sicut plaustrum fœni onere prægrauatum stridore longe exululat, sic ego peccata vestra vltra non sustinens, stipulam tradam incendio. Interim tamen quod implent mensuram peccatorum suorũ: pluit [Genes. 15.] Deus super fœnum hoc vt floreat mane, vespere decidat, induret & arescat, & mittatur in ignem. Hæc [Psal. 89.] Deus largitur fœno ignis pabulo, quid igitur præstabit lilijs? Tamen labores manuum tuarum mandu- [Psal. 127.] ca; & quando hi non suppetant, per coruos pascit te Deus sicut Heliam. 3. Reg. 17. Ita Paulus pellio si- [Chrysost.] cut dicit Os aureum, iuxta Originem sutor. Actu. 18. Labores manuum suarum manducabat, ne cui es- set oneri. 2. Thessa. cap. 3. Erat inquit Lucas sceno factoriæ artis. Scenos vmbra est, pignus figo dicitur [2. Timo. 4] inde scenopegia. Erat igitur tabernaculorum artifex, quæ ex corio elaborantur. Paulus igitur sollicitus erat de victu, erat & de vestitu: vnde Timotheo scribit, penulam quam reliqui Troade (est autem ve- [Luc. 10.] stis ex corio ad vitandas pluuias quicquid alij somnient) veniens affer tecum, sic tamen sollicitus erat: vt [2. q. 1. cap.] non recederet ab officio Mariæ. Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus [habebat.] aut quid bibemus, aut quo operiemur. Hæc enim omnia gẽtes inquirunt. Scit enim pater vester, quod his omnibus indigetis. Nolite igitur solliciti esse in crastinum, cra stinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malicia sua. Cras hoc loco nihil aliud significat quam tempus futurum. Vide Genes. 30. Ibi. Respondebit mihi cras iustitia mea Item. 1. Re. 28. Vbique ergo anxiam Dominus excludit curam, non autem necessariam prouidentiam, dicens μὴ οὖν μεριμνήσητε: Me vn merimnesete: Nolite anxij esse de victu postridiano, quod est prope Gentium ac infide- [Chrysost.] lium. Chrysostomus. Certe Dominus herbas ipsas nec in superfluo despexit ornatu, tu autem quæ ad ve stimentum & cibum opus habes: sint necessaria. Quam ergo tu opinatis causam tibi esse curandi, hanc ego idoneam esse dico, quæ te ab omni liberet intẽtione curarum. Si enim dixeris: propterea oportet me esse sollicitum, quia necessaria sunt: ego e regione respondeo: propterea non oportere te esse sollicitum, quia sunt necessaria. Si enim essent superflua, non ita deberes confidere, quod Deus illa tibi donaret. Nunc vero quando necessaria sunt: prorsus non oportet ambigere. Gentes autem si hæc curiose perquirunt, est [Matth. 26.] quod studium eorum omne erga præsentem vitam consumitur. Horum igitur quorum fœlicitas cum vita finitur, atque vtinam & ipsi finerentur: quibus melius fuerat non fuisse natos: qui cum essent peccatores, ob- [Psal. 72.] tinuerunt tamen diuitias multas: velut somnium surgentium imaginem in ciuitate tua ad nihilum redi- ges. Non quod raro etiam cum sidera videntur attingere fortuna eis scapulas ostendat. Crasso enim pecu- [Crassus.] niæ vis locupletis nomen dedit. Sed eidem postea inopia turpis decoctionis superlationem induxit. Si- quidem bona eius a creditoribus, quia solidum præstare non poterat venierunt. Itaque amara suggillatio- [Seneca.] ne non caruit: cum egens ambularet: diues ab occurrentibus salutabatur. Ad hæc Seneca. Quid igitur in ter me stultum & te sapientem interest: si vtrique volumus habere plurimum? Diuitiæ apud sapientem in seruitute sunt: apud stultum in imperio. Sapiens diuitijs nihil permittit: vobis diuitiæ omnia. Sapiens tũc præcipue paupertatem meditatur, cum in medijs diuitijs consistit. Nunquam Imperator ita paci credit: vt [Psal. 75.] non se præparet bello, quod etiam si non geritur, indictum est. Vos dormietis somnum vestrum, & nihil inuenietis manibus vestris, quia nihil posuistis in manibus Dei. Quærite ergo primum regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Et quomodo inquies non sunt sup- [Rom. 15.] peditata Paulo: qui ab Hierusalem Illiricum vsque mare omnia repleuit Euangelio Christi: qui abundan [2. Cor. 11.] tius omnibus laborauit Apostolis: qui tamen in fame & siti laborat? Sic Lazaro nec micæ suppetebant, [Luc. 16.] ructante interim epulone, epulante & vomente, & nauseante ad lac gallinaceum. Sed medicus noster sa piens est, cui nos curandos commisimus, siue secet, siue vrat, siue excoquat nos in fornace tribulationis: hoc vnum scimus pro certo, quod omnis qui colit te, id est, quærit in primis regnum Dei: vita eius si in pro- [Tobiæ. 3.] batione fuerit coronabitur, si in tribulatione, liberabitur: & ad misericordiam tuam venire licebit. Quæ- [August.] rite ergo primum Dei regnum: (Augustinus) non tempore sed dignitate. Non est enim æquum dereli- [Actu. 6.] quere verbum Dei, & ministrare mensis. Nec tamen Maria potest vacare ocio, nisi Martha ministret: ve- [Luc. 10.] rum Maria optimam partem elegit. Nos autem inquit Os aureum, ordinẽ peruertimus, & petimus ter- [Matth. 20.] ram irriguam licet Iosu e. 15. & sedere ad dexteram & sinistram nescio in quo regno, tanquam bonis illis cœ- [1. Cor. 2.] lestibus quæ in cor hominis non ascenderunt in additionis partem tribuendis: idcirco nec illa nec ista ha [Ephe. 3.] bemus. Faciamus ergo pro amore cœlestium, quæ pro terrenis satagimus, & hæc omnia adijcientur no- [Exo. 8.] bis promantissa ab eo, qui potest & vult abundantius dare quam petimus aut intelligimus. Eamus inquit populus Dei viam trium dierũ vt sacrificemus Domino, & manna cœleste ministrabitur nobis. Exo. 16. Nolite ergo solliciti esse in crastinum, crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Cu ram habebit sui ipsius. Et tamen iuxta quod superius prætulimus: Dominus Iesus loculos habebat. De [Exo. 16.] hoc ita dicit lex. Colligat vnusquisque ex mannate quantum sufficit ad vescendum: Nullus relinquat ex eo in mane: hoc est, ne cogitetis de crastino. Qui non audierunt eum, sed dimiserunt ex eo vsque mane, & scatere cœpit vermibus. Si seruatum in diem alterum vermes generat manna panis angelorum, diuitiæ congregatæ per fas nefasque in annos multos, nonne viperas regulos & aspides generabunt? qui comedũt [Figura.] nec dormiunt iuxta Iob. 30. Nec moriuntur iuxta Esa. 66. Annotandum quod feria sexta duplices iubentur colligere cibos, id est, duplicem mannatis mensuram videlicet pro eadem feria. 6. & pro sabbato: Sabba- tum sane figuram tenet requiei æternæ, quando iuxta Apoc. 14. Requiescet homo a laboribus suis, & re- stituentur ei hæreditates suæ, & panem comedet super mensam Dauid in æternum. 2. Re. 9. Manna igitur [Esa. 58.] quod colligimus pro Sabbato, id est, pro vita æterna: vt frãgamus esurienti panem nostrum, hoc inquã manna non vermes generat, sed vitam, qui enim vos recipit, me recipit, & eum qui me misit. Matth. 10.

Sufficit

Sufficit enim diei malicia sua. Pro malicia Græce est ἡ κακία, he Kakia reuera maliciam significat: pro vt opponitur vitio: Kacosis autem afflictionem & improbitatem. Igitur hic abusus est Kakia pro Kacosi. Ita dicit Hieronymus super Amos: Satis malorum adfert ipsum tempus, vt non affligamus nosmetipsos sollicitudine futurorum malorum. Chrysostomus. Sollicitudinem legit. Non igitur negat sollicitudinem: sed sufficit diei afflictio sua. Quid onus oneri imponimus: de victu cupientes fieri certiores, cum vita nostra semper in pendulo pendeat e filis parcarum vt dicitur. Quæ semper nobis incõsultis telam præcidunt, quam nos vix orditi fueramus. Esa. 38. Estote ergo misericordes sicut & pater vester misericors est. Hæc sententia pendet ex illa superiore videlicet benefacite his qui vos oderunt: sicut pater vester cœlestis, qui solem suum oriri facit. &c. Etiam super illos qui vertentes terga vero lumini, solem adorant orientem, Ezech. 8. Et sacrificant Reginæ cœli, id est, Dianę vel Lunę. De misericordia Dei

A vide Matth. cap. 18. Vide Luc. cap. 15. per totum. Item illud ex Psalmo. 102. Noli obliuisci omnes retributiones eius: cuius expositionem inuenies Marci cap. 8. in principio. De septem pãnibus. &c. Vide hystoriam de Niniuitis. Et nota verba Ionæ in principio cap. 4. & vltima verba.

Hieronymus. Chrysost. Luc. 6. Matth. 5. Hiere. 44.

Caput. ix. Quod simus clementes in proximos: q non simus iudices & censores vitæ alienę, q dimittamus & dimittetur nobis, &c. Quod non demus quę sancta sunt canibus aut suibus: de amico petente tres panes, de lapide, serpente, & ouo: quod omnis qui petit, accipit: De lege illa naturali in qua sumatur lex & prophetæ: Omnia quęcunq; vultis vt faciant vobis homines.

B NOlite iudicare, & non iudicabimini: Nolite condemnare, & nõ condemnabimini. In quo enim iuditio iudicaueritis iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, alii metientur vobis. 2. q. 1. Deus omnipotens. Sicut hoc loco dicit Augustinus: Curiosum est genus hominum ad cognoscendum vitam alienam; cæterum desidiosum valde ad corrigendum suam. Contra hos clamat propheta. Redite præuaricatores ad cor, vobiscum habitate, & in vosmetipsos descendite, manum vestram si momi estis, non in alienum sed in vestrum mittite sinum. Hoc quia non faciebat Simon ille leprosus, audiuit: huic peccatrici quæ pro aqua vnguentum primum obtulit: & pro oratio capillos, remittuntur peccata multa: imo omnia, quoniam dilexit multum, Luc. 7. Quomodo peccatrix est, quæ tantum dilexit? Ad idem pertinet sententia illa præceps prolata contra Thamar a iudice

C incompetenti, & qui socius erat in crimine. Vterus inquiunt nurus tuæ intumescere videtur, nec fallimur. Et ille producite eam inquit & comburatur. Ad hęc illa intrepide respondit. Agnosco crimen, tamen ite ad socerum meum, & dicite ei: mittat manum in sinum suum, num & ipse pollutus sit eodem crimine: Nam iuxta sententiam veritatis: Qui sine peccato est, primum debet mittere lapidem. Agnoscat pignora, quæ apud me deposuit. Ita Iudas conscius peccati sui, palynodiã inuitus licet recantauit. De hoc diximus, Matth. cap. 1. Verum est q Dominus hoc loco non loquitur de iuditiis quæ exercentur in foris a iudicibus competentibus, qui iuxta Paulum non sine causa gladium portant. Vos autem nolite iudicare. Cum enim vnusquisq; suorum sit conscius peccatorum (sunt tamen multi lamiæ) quomodo potest de alterius iudicare peccato? Ambrosius super Beati immaculati: iudicat de alterius errore: qui ipse totus est oculatus sibi ipsi, qui non agat eadem quæ in alio putauerit punienda, ne cum de alio iudicat, in se ferat ipse sententiam: sicut de Iuda diximus. Et vide. 2. Reg. 12. Non dissimilem sententiam prolatam a sancto

D Dauid. Ibi. Dignus est morte qui hoc fecit. Iudicet igitur ille qui ad pronunciandum nullo odio nulla offensione, nulla leuitate ducatur. Iudex veritatis dicit: sicut audio, sic & iudico. Iudex iniquitatis dicit: potestatem habeo dimittere te, & cruci suffigere. Ioan. 19. Pro potestate ergo non pro æquitate Dominum cruci adiudicasti, & absoluisti latronem. Bonus autem iudex nihil ex arbitrio facit suo, sed iuxta leges & iura pronunciat: examinat causæ merita, non mutat. Ad hęc Augustinus. In qua mensura. Sensus est in qua voluntate benefeceritis, in ipsa liberabimini, siue bona siue mala. Veluti si quispiam ad turpem concupiscentiam oculis vtens, excęcari iuberetur, recte vtiq; audiret, in quibus oculis peccasti, in eis supplicium meruisti. Ex qualitatibus quippe voluntatum, non ex temporũ spatiis siue recta facta, siue peccata metimur. Alioqui maius peccatum haberetur arborem deiicere, q̃ hominem occidere illud enim fit longa mora, multi ictibus, hoc vno ictu, breuissimo tempore, pro quo tamen exigui temporis tam grandi peccato, si perpetuo de portatione homo puniretur: etiam mitius cum eo q̃ dignus fuerat actum dice-

E retur, quamuis in spacio temporali longitudo pœnæ cum breuitate facinoris nullo modo sit cõparanda. In eadem igitur mensura q̃uis non æternorum malefactorum æterna supplicia remetientur. vt qui æternam voluit habere perfruitionem peccati, æternam vindictæ inueniat seueritatem. Hæc ille. Atq; vtinã vnus tantum Iudas esset, qui errore percepto, reuocaret quod male pronunciauerat. Multi enim dicunt cum Dauid: quod scripsi, scriptum esto & ratum: fixum est quod loquutus sum: verum quia veritas præualet & vino & Regibus: Rex licet esset, palynodiam cecinit dicens. Credidi. Cur Sibæ testificanti contra dominum suum. Vnde loquutus sum. Quid illud? Tua sint omnia quæ fuerunt domini tui Miphiboseth. Et quomodo tantus Rex voi seruo credidit: vni, & seruo, & contra dominum suum? Nec locũ præstitit reo (qui tamen innocens erat) tuendi ius suum? Quanto iustior Alexander, qui cum in causis capi-

Matth. 7. August. Esa. 46. Exo. 4. Genes. 38. Figura. Ioan. 8. Rom. 13. Ambrosi? August. Genes. 38. Ioan. 19. 3. Esdræ. 4. Psal. 115. Alexãder.

talibus iis diceret: dicente accusatore alteram manu aurem solebat occludere, vt ipsa reo perinde ac vt omnis expers calumniæ conseruaretur. Tamen posteriore tempore ad calumnias quanquam falsas ac verisimiles vehementer excandescebat, præcipue cum de se male audiebat: ita vt desæuiens inexorabilis desipseret: adeo vitæ ac imperio gloriam anteponebat. Id ipsum videre est in rege Dauid: sicut sequitur in Psalmo. 115. Ego autem humiliatus sum nimis. Vnde o Rex postquam enim veritatem resciuit Sibam videlicet falsum testimonium dixisse contra dominum suum Miphiboseth, tanti amicus sui filium: vix dimidiā palynodiam recantauit dicens. Tu Miphiboseth & seruus tuus (verbum certe indignum tāto viro Dei) diuidite possessiones. Quo iure? quia sic pronuntiatum est. Cum reuera seruus ille peccati qui dominum suum detulit: apud regem multis crucibus dignus esset. Hæc igitur sententia male necseruato iuris ordine pronunciata, & iniquius confirmata in parte, parcialis causa fuit: vt regnum ipsius Dauid diuideretur in duo Regna in manu nepotis sui Roboam. 3. Reg. 12. cap. Vnde Dauid sero licet cecinit quod sequitur: Ego dixi in extasi mea: omnis homo mendax. Verum iudex tantus Dauid forte non meminerat illud ex lege: Non accipies munera, quæ excæcant prudentes, qualis erat Dauid, & subuertunt verba iustorum, sicut hic factum est. Eadem sententia repetitur Deut. cap. 16. & sequitur ibidem. Iuste quod iustum est exequeris: Dauid autem quod iniuste pronunciauit: iniustius prosequutus est, quia munera excæcant oculos sapientium, de quibus muneribus vide. 2. Reg. cap. 19. Vos igitur nolite fieri iudices. Si vero iudicij tribunal ascendisti, cathedram vt in multis pestilentiæ, audi sanctorum & oculatorum ante & retro vocem, loquentium ore sancti viri Iob. Causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Id quod reuera Dauid non fecit. Gregorius. Qua in re obseruandum video, ne ad proferendam sententiam vnquam præcipites simus, ne temere indiscussa iudicemus, ne quælibet mala audita nos moueant, ne passim dicta sine probatione credamus. Quod profecto perpetrare pertimescimus, si autores nostri subtilius facta pensamus. Ipse quippe vt nos a præcipitata sententiæ prolatione compesceret: cui omnia nuda & aperta sunt: mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, sed descendam inquit, & videbo. Dominus ergo oīa sciens quur ante probationem quasi dubitat, nisi vt grauitatis nobis exemplum proponat, ne mala hominum ante præsumamus credere, quam probare. Postquam autem descendit: vidit & rem acu tetigit, hoc est, misit manum in latus cum Thoma, & palpauit vlcera quæ putruerant, nec alio medicamine sanari poterant quam cauterio ignis, quia desperabilis facta fuerat plaga eorū, Hiere. 30. In tāto crimine inuolutos inueniens, quasi patientiam prætermisit, & diem extremum iudicij expectare ad vindictam noluit, sed eos igne ante iudicij diem inuoluit. Ecce malum quasi cum difficultate credidit, cum audiuit, & tamen sine mora vltus est, vt nobis daret exemplum quod maiora crimina & cunctantes credenda sunt, & citius punienda cū agnoscuntur: hoc est, festinandum lente iuxta prouerbium: namque Dauid festinauit sed præceps. Id quia seruatum non extitit: impius de angustia liberatus est Barrabas, & traditus est iustus pro eo Dominus Iesus Christus. Verum quia causa eius velut impij iudicata est: causam iuditiumque recipiet: Iob. 36. Abulensis. Falsi iuditij tres sunt radices. Prima quia aliquis prauus est: vnde sui similes arbitratur & cæteros. Secunda quando quis praue affectus est ad alterum, quandoquidem ex odio vel inuidia festucam & verucam trabem arbitratur & gibbam in proximo. Tertia est experientia longa sicut dicit Philosophus. 2. Rhetoricæ: senes inquit sunt suspitiosi, quia sæpe experti sunt fratrum defectus. Vide Eccles. cap. 10. & Prouerb. cap. 14. Non igitur prohibet Dominus iudicare quorum interest ex officio, quibus dicitur, sedebitis super sedes iudicantes. 12. Tribus Israel, sed docet quomodo iudicandum sit. Nam Paulus anathemate percussit adulterum. 1. Cor. 5. Et Petrus morte perculit Ananiam. Actu. 5. Vnde Epictetus. Si rectū vis facere iuditium, neutram cupies partem cognoscere, sed causam ipsam. Meminerit autem iudex utrumque: quod hominibus præsidet ipse etiam mortalis homo: quod secundum leges præsidet: quod non semper præsidet: sed cum acceperit verus iudex tempus, ipse iustitias iudicabit, non iuxta allegata & probata, quicquid dicant doctores, sed secundum veritatem. Quando autem dicit Dominus: Nolite iudicate, & nolite condemnare: eandem sententiam alijs verbis replicauit, quia iuxta Augustinum iuditijs temeratijs plena sunt omnia. Vnde quem Ananias lupum opinabatur, ouis erat: mutauerat enim pilos cum moribus, Actu. 9. Nolite ergo iudicare ante tempus inquit Paulus. 1. Cor. 4. Quare? Augustinus. De quo fere desperauimus subito conuertitur sicut Saulus Paulus, & idem Augustinus: de quo multum præsumpsimus subito deficit & fit pessimus, sicut Iudas & Nicolaus Antiochenus: nec timor noster certus est nec amor. Quid sit hodie ipse homo, vix nouit ipse homo. Sicut enim dicit Basilius: Videtur reuera cognitio sui solius grauissimum omnium. Neque solus oculus cætera videns, seipsum non videt, sed & ipse noster intellectus cum alienum velociter coniectet peccatum lentus est erga sui ipsius consideratione. Vnde illud: Sed neque meipsum iudico. Quanta igitur profunditas credenda est esse in corda hominis profundo & desperabili, quæ ipsum hominem in quo est latet: vt in Petro profunditas infirmitatis latebat: cum se Domino commoriturum promittebat, nec tamen id opere præstitit: & hic est qui scit, & bene scit, quod diligat Dominum Christum: [illegible] eum autem plus quam cæteri temerarium fuerit præcipitare sententiam: cui cor alienum peruium non erat. Cum ergo quisque de se aut non omnino aut vix possit veram proferre sententiam: quomodo potest de alio iudicare? Quod si suspiciones vitare non possumus, quoniā homines sumus, difinitiuas firmasque sententias non præcipitemus. Si ergo suspicamur quod est humana tentatio, saltem non iudicemus, quando non erratur in rebus vt recta sit in probatione vitiorū virtutumque approbatio, illud interim nobiscum voluentes, semel atque sæpius, solius Dei iuditium esse secundum veritatem. Quodque sequitur: In quo iuditio & mensura, &c. ita exponit Augustinus. Tu in eius es proximo plumbum vel ferrum: tibi metietur ignis in eadem mensura videlicet in eadē voluntate. Qui enim praue iudica-

Margin notes: 1. Reg. 18. & cap. 20. — Exod. 23. — Psal. 1. — Iob. 20. — Gregorius — Genes. 18. — Ioan. 20. — Prouerbiū — Prouer. 11. — Abulensis — Matth. 7. — Philosophus. — Matth. 19. — Epictetus. — Psal. 74. — August. — August. — Apoc. 2. — Basilius. — 1. Cor. 4. — Hiere. 17. — Ioan. 21. — Rom. 2. — August.

F G H I K

ut iudicauerit, praua patietur. Secundum enim mensuram delicti, erit & plagarum modus. Deut. 25. Nec obstat si sic intelligatur: qui iudicauerit fratrem iniuste: ipse iudicabitur, & quidem iuste. Quid est iuste? Culpæ temporali remetietur pœna æterna, & imitabitur iustus iudex fœcundum agrum, qui sementem depositam multo cum fœnore reddere consueuit dicente Paulo. Quæ seminauerit homo, hæc & metit, sed centuplicata. Dicit enim. Nonne iuste iudicatur homo caro & non spiritus, qui cum ad crimina sua sit lebetide cęcior, sibi ignoscens etiam in magnis ruberibus, quę proximi recta sunt vel perperam interpretatur, vel dubia in deteriorem partem: vel leuia exaggerat faciens e musca elephantum: ex acu vomerem, cum interim non in vitia sed in fratres sęuiat? Isti ergo qui momos egerunt in censenda vita aliena, & ipsi patientur suos Censores & Argos cursores videlicet Midæ, aut iuxta prouerbium, Corycæus auricularius, qui & ipsi terunt non quidem scalam Iacob: sed fora & mercatus, & lupanaria, & tabernas:

Gal. 6.

Genes. 13.

A vt testes sint oculati omnium quæ geruntur: quorum vox est: Circumiui terram, & perambulaui eam. In qua mensura. Si dicas: Quomodo ergo datur pœna æterna pro peccato temporali? Dico q nō est ita, sed pro peccato æterno datur pœna æterna: quia qui peccauit mortaliter, & decessit in illo peccato, in æternum manebit in illo: quia licet transierit actus, manet reatus, macula, offensa, & tenebræ interiores in anima. Si dicas, adhuc punit Deus vltra condignum, quia peccatum breui mora perpetratum: punit (verbi gratia) vno anno purgatorij. Nec hoc est verum: pœna enim & peccatum æqualia sunt, sed peccatum non mensuratur quantitate temporis. Peccata enim grauiora fiunt in tempore breuiore, sicut patet ad sensum, & iudex punit homicidam pœna æterna, nisi resurrectio esset sequutura. item exilio perpetuo. item priuat manu vel auribus hominem perpetuo. Item non debet fieri commensuratio pœnæ magnitudinis delectationis, quia pœna grauissima infertur blasphemo vel hæretico: ibi autem nulla est delectatio. Item qui agit iratus, agit ex tristitia. 7. Ethico. cap. 8. Ita inuidia & odium peccata sunt grauia,

Iob. 1.
Abulensis
Peccatum

Philosophus.

B & tamen nullam habent dilectationem, sed anxietatem potius. In gula autem & venereis est delectatio, & tamen sunt minora peccata. Sic intelligitur illud Apoc. 17. Quantum glorificauit se. &c. Id est, quantum offendit Deum, glorificando se in delitijs: tantum date. &c. Et illud Deut. 25. Pro mensura delicti. &c. Et quia magnitudo offensæ non accipitur ex ipso tātum nocumento quod exterius infertur, sed præcipue ex habitudine personæ cui irrogatur: sicut dicitur. 5. Ethicorum: q percutiens Regem, nō debet repercuti, sed occidi, & princeps percutiens rusticum iniuste, non est æquum q repercutiatur: (quia summum ius summa est iniuria) contingit interdum q nocumento exteriori paruo existente: fiat offensa valde magna, & quia omne peccatum est contra Deum: hinc vel maxime sumitur peccati intensio. Non est tamen verum, q quia Deus est infinitus: ideo peccatum & offensa est infinita, quæ satis breui contritione deletur: Peccaui Domino. 2. Reg. 12. Dimitte & dimittemini: date & dabitur vobis. Mensuram bonam & confertam, & cogitatum & super effluentem dabunt in sinum vestrum.

Philosophus.

Luc. 6.

C Eadem est sententia cum illa: Dimitte nobis debita nostra, si quidem & nos remisimus debitoribus nostris. Fecimus misericordiam cum fratribus nostris id quicquid est quod in nos commiserunt, centum videlicet denarios: da nobis remissionem. 10. millium talentorum. Augustinus. In eo quod dimittis vt dimittatur tibi: misereris, in eo q das vt detur tibi: commodas, iuxta quod canit propheta: Iucundus homo, qui miseretur & commodat. Sed quid das, aut cui, & quanto id tempore impleturus es præceptū? Das terrena nec multa, & fratri tuo das, & dum viuis das. At qui inquit Dominus: Mensuram bonam, sine mensura: & pondus sine pondere dabunt in sinum vestrum. Cuius autem boni erit hæc mensura. in corda hominum non ascendit, oculus non vidit Deus absq te. Esa 64. Quod enim est momentaneum laboris nostri qui vix vnam horam expendimus in cultu vineę, q fratri. 100. denarios remittimus id immensum pondus glorię. &c. Mensurā confertā gaudet enim Christus harū rerū collationibus vti, quæ sensibus omnium notissimæ sunt. Mensuram bonam. &c. Ita enim præcepit Ioseph seruis suis: imple

Matth. 18.
Psal. 111.

1. Cor. 2.
Matth. 20.

D saccos horum Hebręorum frumento: Ecce mensuram bonam, & repone pecuniam singulorū in ore saccorum: ecce mensuram cōfertam da eis cibaria pro expedienda tota via: ecce mensuram coagitatam. Verum quoniā abundantius potest dare q nos promereri, q nos petere, q vel intelligere: additum est, & super effluentem. Et qui sunt isti qui remetientur nobis mensuram bonam? Augustinus. Illi quos fecistis vobis amicos de Mammona iniquitatis: vel etiam de remissione peccatorū. Ad hæc Gregorius. 22. Moral. cap. 12. Dare nostrum ad res pertinet quas possidemus, dimittere autem ad relaxandum dolorem, quē interius ex aliena culpa contraximus. Sed sciendum, q qui dimittit & non dat, & si non plene operatus est, meliorem tamen partem misericordiæ tenuit. Qui autem dat & non dimittit, omnino misericordiam nullam facit, quia a Domino munus ex manu non accipitur, quod corde obligato in malitia profertur. Vnde respexit Dominus ad Abel & ad munera sua. &c. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: frater

Genes. 42.
Ephe. 5.
Luc. 16.
August.
Gregorius

Genes. 4.
Matth. 7.

E sine eiiciam festucam de oculo tuo: & ecce trabes in oculo tuo? Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo & tunc despicies vteiicias festucam de oculo fratris tui. 1. q. 1. Multi. 3. q. 7. Qui sine peccato. O humanam inquit cæcitatem, o præposterum iuditium, medicum velle esse aliorum, qui & ipse a planta pedis vsq ad verticem vulneribus scates. Quis te cōstituit deum Pharaonis? Quis te constituit censorem super nos? Exo. 2. Quomodo camelum integrum glutis, excolas autem tam anxie aliorū culices? Horū figurā gessit Isaac, qui filiū suū Iacob palpās, non agnoscebat prophetabat autem multa de futuris contingentibus, quæ tamen ipse reuera videbat oculis mentis, fide certa. Hos pulchre depinxit comicus dicens: Vnumquemq nostrum gestare manticam aut folliculum, & ut parte quidem anteriore portare aliorum crimina, id est, sub oculis, nostra vero in parte posteriori.

Esa. 1.
Exo. 7.
Genes. 27.

Persius.

Abulensis. Abulensis. Reuera mirabile est in oculis nostris, imo in oculis Domini Iesu, quod habens quis trabẽ in oculo suo, aut tres albugines in vtroque oculo vt ne dicam in singulis, videat festucam in alieno. Verum si diuinare licet in re tam mirabili: forte sicut bestia illa mirabilis habebat in ore tres ordines dentiũ Daniel. 7. Ita homines isti (monstra potius) habent tria oculorum vel specillorum paria. Et vnis quidem seipsos intuentur, & sibi placent: altero oculorum pari amicos intuentur: dicentes malo bonus es, & bono malus es. Esa. 5. Tertio specillorum pari omnis contuentur: & istis cuilibet faciunt e cœpe cœlum, & ex musca bouem.

Deut. 16. Chrysost. Iudex esse vis inquit Chrysost. Non obsto, serua ordinem iuris: iuste quod iustum est exequere: Eijce primum trabem de oculo tuo, quo luce recepta, peruidere possis festucam in alieno. nec enim vel lippientibus oculis, eam videbis: quanto minus si trabem in oculis gestas. Non enim dixit: noli prohibere peccantem, sed noli fieri iudex amarus de illis criminibus intelligens, quæ videntur crimina esse & nõ sunt. Nam de illis quæ vere crimina sunt: præceptum habemus, si peccauerit in te frater: vade & corripe eum. Matth. 18. F

Chrysost. Sed cotidie videmus inquit Os aureum, quod si aliqui viderint Monachum superfluo indutum: vel cibo largiori ventrem, continuo iudices amari in eum seculares insurgunt, non videntes trabes existentes in oculis suis: qui aliena & furto, & rapina & vsura retinent, quorum Deus venter est & gloria. Et hi tales muadunt locum magistrorum, propter quod & hypocritæ nominantur hic.

Philip. 3. Latro. Luc. 23. Hanc legem ad amussim seruauit latro ille famosus bonæ vtique famæ. Neque tu inquit times Deum, qui in eadẽ damnatione es. Tu inquit non vides trabem in oculo, & conares eijcere festucã nescio, quam & vere nescio, de oculo illius qui peccatum non fecit.

1. Pet. 2. Theophylactus. Tanquam si aliquis hydropicus immedicabili tumore laborans, vellet verrucam digituli alterius sanare. Videris inquit festucam. Theophylact. Hoc autẽ omnibus dici potest, & maxime principibus qui subditorum peccata quamuis parua ad viuum resecant, & nonnunquam renedia bipenni, sua autem etiam maxima impunita sinunt, sibi talpæ, cæteris Argi.

Prouerbiũ. Olim rex Tenedi securim gestans lites audire consueuit, causaque iudicata protinus eum qui fecisset iniuriam securi percutiebat. Conuenit itaque prouerbium aut in eos qui nimium seuere iudicant ac puniunt, aut qui celeriter expediunt controuersias & litium ambiguitates. Tu autem festina, sed lente. G

Bizantius. Celebratur illud leonis Bizantii, cui cum maledicus quispiam opprobrasset vitium oculorum, ipse gibbo deformatus, humanum inquit conuitium in me iecisti, cum ipse nemesin in dorso portes. Nemesis ita iusta interpretatur: oportet enim eum quam maxime vacare culpa, qui in alium paratus est dicere. Et stultissimum est in alium iacere, quod in ipsum possit retorqueri. Quis enim tulerit Gracchos de seditione querentes. Si fur displiceat verri furi famoso si homicida miloni, si meretrices lenonibus? Hoc est ergo quod præcipitur, non vt alium in charitate non corrigas, sed dissimulare propria negligenter, & oculos inserere in domos alienas. Eijce ergo trabem tuam. Nisi enim fallor, nihil aliud apperis, quam apparere iustus; dum me corrigis, te neglecto. Aut si me & te corripis quare a me incipis & non a te? Mihi autem pro minimo est vt a nobis iudicer. H

Chrysost. 1. Cor. 4. Chrysostomus. Nemo tamen Paulum vt stultum reprehendat, quia non propter se dicit tantum, sed & propter alios. Cum enim multi trabes in oculis ferant; festucas quam curiosissime perquirunt in oculis alienis. Cum cæteris enim malis & morbus hic naturam hominum aggressus est: dicente Domino: Nolite iudicare, quod voluptatem quidem nullam habet, quemadmodum cætera vitia, sed pœnam tantum atque supplicium. Quod si in quibus ipse peccaui inquit, nihil certo mihi conscius sum, quo pacto dignus fuero, qui de aliis feram sententiam? Quod si Paulo hæc contingebant, longe magis & nobis. Et enim ita loquebatur non vt seipsum irreprehensibilem diceret, sed si quispiam apud eos reperiretur, qui nihil peccasset, nec hunc dignum fore, qui cæterorum vitam exploraret. Triplici autem ex causa incertum est nostrum iudicium. Primum, quod & si nihil nobis conscij simus, eo tamen iudice egemus, qui peccata nostra certa ratione corripiat. Secunda, quod multa nostra nos latent. Tertia, quod multa aliorum opera nobis bona

Chrysost. videntur, quæ non recta sunt intentione, & econuerso. Vnde concludit Os aureum: Videre festucam & eijcere non est omnium, sed doctorum, nec omnium sed iustorum.

Alexander Hales. Ponit autem Alexander Hales hanc conclusionem. 2. p. q. 115. Dubia semper sunt interpretanda in meliorem partem, excepto inter confitendum. Et patet quare. I

Luc. 18. Psal. 50. 2. q. 2. Figura. Dicamus igitur omnes cum Dauid. Iniquitatem meam ego cognosco: & peccatũ meum coram me est semper. Psal. 50. Absit autem ab illo iusto Pharisæo talis oratio: peccatum meum coram me est semper. Siquidem ille inter execrandum (orandum volui dicere) peccatorum non meminit, quæ non habebat: sed merita & multa neque vulgaria. Verum reuertamur ad Dauid: qui certe peccatum suum non coram sed in dorso habebat. (imo oblitus fuerat sicut Nabuchodonosor somnium suum Daniel. 2.) quando introiuit ad eum Nathan, & ipse protulit sententiam iustitiæ plenam: sed contra nescio quem diuitem, dicens: Dignus est morte qui hoc fecit. viuit Dominus. Et quare inexorabilem sententiã mortis tulit contra diuitem illum: dicens viuit Dominus: Dignus est morte? Quare inquam non pepercit peccato alieno? quia suum habebat in dorso. Itaque propheta missus, abstulit peccatum a dorso, & posuit ob oculos, dicens: Tu es diues ille. Quem vero alium putabas? Hypocrita eijce primum trabem. Nam K reuera trabes erat ingens admodum tulisse vxorem, occidisse virum, duxisse quam polluerat: festuca autem erat quod fecerat diues ille, qui rapuerat ouem alienam. Id quod nota. Ideo igitur Dauid non potuit intelligere similitudinem esse quæ a propheta proponebatur, non hystoriæ veritatem, quia cæcus erat, & trabem longissimam gestabat in oculis. Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos: ne quando conculcent eas pedibus suis, & canes conuersi in vos, disrumpant vos. 43. dist. cap. 2. 24. q. 1. Quia ex sola. Bona temporalia omnibus sunt communicanda, spiritualia secus. Potest autem vtrumque ad canes & sues referri, videlicet conculcare & disrumpere. Et si inquit paratos vos esse velim, ad optime promerendum de omnibus: vt sitis imitatores

eius qui

eius qui vult omnes ad agnitionem veritatis venire: aliud est tamen ignorantia peccare sicut illi de quibus dicitur Ionæ. 4. Sunt in Niniue plusquam. 120. millia, qui nesciunt differentiam dextri & sinistri. Istis & huiusmodi date sanctum & Euangelicas margaritas: amplectentur enim eas vtraque manu: dicentes: Licet nobis excidium minetur propheta & vrbis subuersionem; nos tamen humiliemus in ieiunio animas nostras: quis enim scit si conuertatur, & relinquat post se benedictionem? Aliud autem est destinata malitia delinquere: sicut illi de quibus scriptum est. Videntes autem turbas Iudæi repleti sunt zelo, & contra dicebant his quæ a Paulo dicebantur, blasphemantes. Canes enim erant. Et infra. Iudæi concitauerunt mulieres religiosas & honestas & primos ciuitatis & excitauerunt persequutionem in Paulum & Barnabam, & eiecerunt eos de finibus suis: porci enim erant: isti qui gentiles erant, sicut Iudæi canes. At Paulus cum Barnaba excusso puluere pedum in eos: venerunt Iconium. His igitur canibus filijs Cham qui A æterna maledictione mulctatus est, si sanctum Euangelium prædicetis, & e contextu veteris instrumenti tanquam e conchis margaritas eruatis, & ante eos ponatis: illi cum nihil aliud sapiant quam cœpas & allia, & id genus bellaria, dicturi sunt blasphemantes, dæmonium habent, quid eos auditis? Canibus his carnes aliorum & putrida cadauera iucundius sapiunt quam Manna illud cœleste. Sues vero non margaritis sed cœno saginantur. Vnde illud: sedebamus super ollas carnium: immittentes rostrum in cacabo porcorum more. Exo. 16. Augustinus. Canes sunt, qui malunt pertinaciter latrare, quam studiose quærere, sed sicut porci in suarum voluptatem cœno volutari. Canes inquam sunt qui veritatem impugnant: sues qui contemnunt & dant pessum. Plinius lib. 8. cap. 51. Suibus partus bis in anno, tempus vtero trium mensium, numerus fœcunditatis ad vicenos. Comesse fœtus his non est prodigium. In luto volutatio generi grata, intorta cauda. Iuxta legem immundi. Romanis suis fœtus sacrificio die. 5. puri. Animalium hoc maxime brutum. Compertum agnita voce suarum, furto abactos, merso nauigio inclinatione lateris vnius, re B measse. Quinquaginta prope sapores ex vno sue conficiuntur. Nullum est animal magis brutum, vel magis sordidum, vel ob iecoris magnitudinem, quod sedes est libidinis, vel ob narium crassitudinem & olfactum heberem: fugitat enim sus vnguenta suaue olentia: quomodo scarabæo vnguentum pro stercore est vnde fit vt non offendatur fetore: tum adeo pronum ciboque deditum vt si forte sursum aspicere cogatur, protinus stupore sileat ob insolentiam. Primi geniti in quaque parte sues, primas præmunt mammas, & si aliæ sunt faucibus proximæ, tamen suam nouit quisque in fœtu, quo genitus est ordine, eaque alitur nec alia. Detracta illa alumno suo, sterilescit illico acresilis. Vno vero ex omni turba relicto sola munifex quæ genito fuerat attributa descendit. Ex quibus omnibus liquere potest, qui sunt isti sues qui margaritas proculcant, & summe appetunt siliquas, fugiunt rosaria, volutantur in cœno, in terram semper proni, a musis penitus alieni. Vnde prouerbium illud: sus Mineruam, videlicet docet, dictum de re neutiquam verisimili, cum nullum sit animal magis brutum. Ita dicit Alexander Hales. Liber sacræ scripturæ signatus est C sigillis septem: primum quidem vt relinquatur fidei locus meriti. 2. signatur propter exercitium studij, sicut dicitur Daniel. 12. Vade Daniel, quia clausi sunt signatique sermones vsque ad præfinitum tempus. Vnde illud. Erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cum dederint doctori vt legat, respondebit, quomodo possum legere signatum librum? Verum Iudæorum doctores bene legebant, & sæpe sæpius relegebant librum legis, sed exteriora tantum libri, id est, literam occidentem: interiora autem clausa sunt eis, dicente Domino, nolite sanctum dare canibus. Et esto detis, velamen est super cor eorum. De hoc vide in Numer. cap. 4. Bene. Canibus igitur & suibus clausi sunt sermones legis: verum pulsantibus aperietur, sicut sequitur. Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Si sitis clementes in fratres, non iudicando temere. Quæ tria verba in consequentibus exponuntur sed ponunt hic propter ordinem textus. Quis enim vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: amice accommoda mihi tres panes, quoniam D amicus meus venit ad me de via, & non habeo quod ponam ante illum. Et ille de intus respondens dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili. Non possum surgere, & dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans: dico vobis: & si non dabit illi surgens, eo quod amicus suus sit: propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. De pœnitentia, cap. Importuna. dist. 1. Ex præsenti parabola ostenditur, quam exorabilis sit diuina clementia, quæ cum natura beneficus Deus in omnes qui inuocant illum, etiam si sint corui, qui nostram improbitatem perquam oportunam & gratissimam habet: ex quo euidenter concluditur: quod si petimus & non accipimus: ideo est quod mala petamus, vel male petamus. Et quod iuxta Os auream: Si non petimus, nec accipimus, nostra id negligentia fit: cum de dantis misericordia nullus fidelis dubitare possit. Quod autem Paulus tertio rogat, id est, sæpe rogat pro tribus panibus, nec accipit: non obstat huic nostræ sententiæ: sed ostenditur iuxta Am E brosium, quod frequenter Deus non concedat oratus, quod inutilia iudicet, quæ nos pro futura credamus. Nec tamen erubuit Paulus idem tertio vel septies postulare, ne vel diffidere de Domini misericordia videretur, vel arroganter dolere: quod non prima prece aliquid impetrauerit. Nec enim vacuus redire potuit a conspectu Domini (absit) quando & Mosi corusca facta est facies ex colloquio diuino: nec tres tantum panes impetrauit: sed victum. 40. dierum, & oratio Pauli in sinum suum reuersa est (Psal. 34.) nec tamen ieiuna. Quid igitur impetrauit? panem petebat, argentum flagitabat, bellum deprecabatur: accipit autem pro pane Manna, pro argento aurum, pro pace gratiam: cui redditur corona iustitiæ. 2. Timoth. 4. Sufficit tibi inquit quod concuti poteris, non tamen deijceris, de victoria esto securus dum modo cum Mineruia bellona, tu quoque manus admoueas. Et vide clementiam Domini. Tres panes petit amicus, & tamen

si improbus

Actu. 13. Genes. 9. Num. 11. Ioan. 10. August. Plinius. Alex. Ales Apoc. 5. Esa. 29. Ezech. 2. 2. Cor. 3. Math. 7. Luc. 11. Rom. 10. Iacobi. 4. Chrysost. 2. Cor. 12. Ambros. Exo. 34. Exo. 24. 2. Cor. 12.

si improbus fuerit & impudens (vt ita dicam) in pulsando: id enim sonat διά γε τὴν ἀναίδειαν diage
ten anedian: id est, propter impudentiam, non tantum micas accipiet, sed panes quotquot habet neces-
Genes. 7. sarios, e mensa Regis. Vnde Abraham vnicum filium flagitabat ex vxore, vel superstitem eum quē sus-
ceperat ex ancilla dicens: vtinam Domine viuat Ismael in conspectu tuo, & tamen audiuit, pro Ismaele
quidem exaudiui te. &c. Sed tamen ex vxore non vnicum accipies, imo quod omnem fidem excedit, nu
merum stellarum quæ sunt in firmamento vincet multitudo filiorum quos ex Sara suscipies. Et vide q
non dixit; petite hoc vel illud. (Sicut & Abraham Domine inquit quid dabis mihi? Genes. 15.) Sed peti-
Hierony- te & accipietis, quoniam iuxta Hieronymum, nos plerunq; id votis exoptamus quod non impetrasse me
mus. lius foret, sicut scriptum est: adhuc escæ erant in ore ipsorum, & ira Dei venit super illos. Id dicebat So-
Psal. 77. crates: Nos adeo nihil aliud debere petere vel orare, q̄ vt bona largiretur, quæ autem bona ipsius arbi-
Socrates. trio relinquere, qui nouit figmentum nostrum. Ita & Plato: Non est precandum conandumq; vt volun
Psal. 102. tatem nostram oprata sequantur, sed vt prudentiam voluntas nostra, aut sicut scriptum est: fiat volutas
Plato. tua. Nam nos quid oremus nescimus inquit Paulus: nisi doceamur a spiritu sancto. Ro. 8. Vnde dicit. Quis
Matth. 26. vestrum habebit amicum. Ambros. Quis vero nobis amicior, q̄ is qui proprio & vnico & charissimo fi
Ambros. lio suo non pepercit, vt parceret nobis? Quis nobis charior, q̄ is qui nobis suggerit orationem qua cum
Rom. 8. oremus, & pro nobis postulat gemitibus qui explicari nequeunt? Quos tamen pater Caleb plene intel-
Iosue. 15. ligit, etiam suspirantem filiam, id est, Ecclesiam: quæ asinæ insedebat, id est, corpori quod aggrauat ani-
Matth. 20. mam, Sap. 9. Hic igitur est amicus noster, pater qui filio non pepercit: filius qui animā suam redemptio-
nē dedit pro multis: spiritus sanctus qui docet nos orare. Vnde ab vno & trino Deo ties panes petimus,
dicentes: Panem nostrum cotidianum da nobis hodie: Ecce primus panis. Dimitte nobis debita nostra:
ecce secūdus panis. Non inducas nos in tentationē, sed libera nos a malo: ecce tertium panē. Hoc quod G
Cant. 2. dicit Apostolus: postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, qui experti sunt sciunt, q̄ hi gemitus co-
Ioan. 20. lumbæ, quæ nidificat in cauerna maceriæ (in quā Thomas manum misit, & nescio vtrū volens retraxit
an coactus) sunt inexplicabiles. Quomodo enim enarrabitur, quando desideratur quod nescitur: quando
1. Cor. 2. desideratur quod nemo scit nisi qui accipit? Apoc. 2. Quando petitur id, quod in cor hominis nō ascen-
dit? Nos quoniam coruisumus nihilq; vel admodum parum de his gemitibus intelligimus (quid enim eg
cis cum speculis?) Hæc aliis explicanda relinquamus, nisi q̄ & corui exaudiuntur a bono omnium pa-
rente. Psal. 146. Licet pro gemitu crocitum edant. Ibit inquit media nocte ad amicum, qui ostio occluso
quieti vacabat. Verum orationi, sed si importuna fuerit & peruicax nullus locus imperuius est. Scriptum
Iosue. 6. est enim q̄ vrbs Hiericho clausa erat muris fortissimis. Sed inquit Dominus. Circuite bellatores vrbē
Figura. semel per diem diebus sex; septimo autem die sacerdotes tollant buccinas. 7. quarum vsus est in iubilęo,
& præcedent Archam fœderis, septiesq; circumibitis ciuitatem, & sacerdotes clangent buccinis: cumq; H
insonuerit vox tubæ longior, conclamabit omnis populus vociferatione maxima & muri funditus cor-
Eccles. 35. ruent. &c. Hoc est ergo quod astruere volumus, nullum locum adeo clausum esse, quo oratio humilian
tis se, id est, improbi importuni oportune non penetret. Improbitatem hanc innuit textus iste cum dicit:
sex diebus circumierunt vrbem, & septimo septies. Et intuere quomodo populus voce, sacerdotes tubis
Cant. 1. sacris inter orandum excitant eum, qui clauso ostio quiescit cum pueris suis, aut cubat in meridie. Orat
ergo populus, orant & sacerdotes, sed oratio sacerdotum clarius debet resonare in auribus Dei, quia po
pulus vocibus, sacerdotes tubis concrepant. Denique populus semel circumibat ciuitatem per diem, sacer
dotes autem septies vna die. Pugna igitur hæc vnanimiter aggressa a sacerdotibus & populo: præeunte
arca, quam illi præcedunt illi enim debent esse in hac spirituali pugna priores, & subsequente populo,
corruent muri Hiericho, & surgit amicus, & dabit nobis abundantius q̄ petimus Ephes. 3. Ad hæc Hie
Hierony- ronymus. Debemus ergo ianuā amici nostri tam diu pulsare, donec importuni iudicemur, sed nō huius
mus importunitatis vereamur notam, quia hæc apud Dominum importunitas oportuna est. Sic enim Dalila I
Iudi. 16. cum molesta esset Samsoni, & per multos dies iugiter adhæreret, spacium amico suo ad quietem non tri
buens, defecit anima eius, & ad mortem fere lassata, obtinuit tandem quod petebat, quæ verba singula
annotanda sunt. Ita acceptior est Deo importuna deprecatio, q̄ secura præsumptio. Perseuerantia enim
sola meretur accipere, quæ licet sit importuna, est tamen magis amica q̄ amicus: cū Deus aliquando ne-
August. get petentibus amicis, nunq̄ autem perseuerantibus etiam si amici non sint. Augustinus. Mendicas an-
Cant. 5. te ianuam sto, non dormit neq; dormit quem inuoco, & si dormit, cor eius vigilat, det mihi tres panes.
Extorsit inquit tædio, quod non potuit merito. Deus autem dare vult, sed non dat nisi petenti, ne det nō
capienti. Non tædio igitur tuo vult excitari; Non enim cum oras, tanq̄ dormienti molestus est. Ex quo
3. Reg. 18. igitur ipse non dormit, non est in diuersorio, aut alias occupatus, vide ne fides tua dormitet, sed es mole-
stus, & si res ferat, impudēs, donec accipias. Est enim impudentia oportuna qualis fuit peccatricis, Lu. 7.
Chrysost. Et cæci Barthimei. Luc. 18. Ad hæc Chrysosto. Propterea diabolus desperationē subijcit impetrandi: vt K
spem nobis bonitatis Dei abscidat, quę est salutis nostræ anchora, & dux itineris quo ad Deum post di
gressionem regredimur. Verum Deus importunos præcatores & peccatores non ingratos sibi fore, præ-
senti similitudine ostendit. Cæterum si literæ corticem tantū intuearis, incongruum videtur: vt vni ami
co (nisi Cyclops erat aut Hercules) tres panes apponantur. Nisi forte hospes ille est qui dicit, ad eum ve-
Matth. 12. niemus, & mansionem apud eum faciemus. Pulsa igitur donec aperiatur tibi, & memento quinque stul-
Prouerbiū tarum virginum, Matth. 25. Item & veteris prouerbij qui arat oliuetum, Columella. Qui arat oliuetū,
fructum rogat, qui stercorat, exorat, qui cædit & putat, cogit. Significatur igitur fieri non posse, quin op
tatis potiatur, is qui curam extremam impenderit. Vnde sequitur. Et ego dico vobis: petite & da
bitur

bitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Augustinus. Ad instantissimam orationem ista tria referuntur, quia hæc tria idem significant, & tamen triplicatur sententia, ad significandum quod instanter est orandum. Quærite Dominum dum inueniri potest, Esa. 55. Petite, & pulsate antequam claudatur ianua (id in morte fit) quia virgines illæ stultæ & quæsierunt, & pulsauerunt, & petierunt, & nil aliud tulerunt secum quam verbum desperationis plenum, nescio vos: saltabant enim extra chorum, remanserunt cum coruo super cadauera, Genes. 8. Pro ramo enim oliuæ cum fructu crocitum portabant, dicentes: Domine, domine. Augustinus. Si amicus dormiens quia petitor instantissimus & molestissimus erat: dedit quod postulabatur, magis vitando tedium, quam cogitando beneuolentiam: quanto magis amicus noster qui non dormit, imo dormientes excitat vt petamus? Vide. 3. Reg. cap. 3. textum bonum ibi. Apparuit Dominus Salomoni per somnium dicens: Postula quod vis. Nam quod vidua il-

August.

A la ex importunitate flexit iudicem iniquum: hoc ipsum planius ostendit. Ostendit autem quam certius nos Dominus exaudiet orantes assidue, quando nec illa ab iniquo & impio iudice potuit assidua interpellatione contemni, & quam libens atque placatus bona desideria impleat eorum a quibus aliena peccata nouit ignosci: si quo cupiebat illa peruenit, quæ voluit vindicari. Hieronymus super Esa. cap. 58. Me etenim de die in diem quærunt. Hoc Iudæis conuenit (vtinam non & nobis) qui per singulos dies currunt ad synagogas, & Dei legem meditantur, scire cupientes quid Abraham quid Isaac & Iacob, quidque cæteri sancti fecerint. Et libros prophetarum & Mosi memoriter reuoluentes, decantant diuina mandata, quibus rectissime illud aptabitur, Prouerb. 1. Quærent me & non inuenient. Omnis enim qui quærit inuenit: vnde qui non inuenerit, male quæsisse conuincitur. Athanasius super illud: Obsecrans si quo modo. Quo circa & nos cum nihil præcando consequimur (quod tamen est impossibile) haud quaquam id ægre feramus. Neque enim nos sumus Paulo potiores, qui pro carnis stimulo & libidinum incendijs, cum tertio iam Do-

Luc. 18.
August.
Hieronymus.
Athanasi9

B mino supplicasset, nequaquam sui voti compos effectus est: licet spiritus sanctus impleat organa sua, & tanquam fila chordarum digitus Dei pulset corda sanctorum dicens: Petite. &c. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autem est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei? Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum mali sitis, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester cœlestis de cœlo dabit spiritum bonum & bona petentibus se? Ambrosius. Siquis procacius pulset, accipiet: (licet alij pauperiores sint in populo) siue iustus sit siue peccator. Non enim credibile est, vt opus pietatis quod exhibetur benefaciendo inimicis Deus iniungat hominibus: ipse autem non faciat cum sit bonus. Tu inquit qui homo licet, malus tamen es comparatione bonitatis Dei, num petenti filio panem (imitatus satanam) pro pane lapidem porriges? Nunquid

Ambrosi9
Matth. 4.

C cor tuum indurabitur quasi lapis ad pignora tua vt imitatus struthionem, oua tua relinquas conculcanda transeuntibus? Iob. 39. Num pro pisce dabis colubrum: aut pro ouo scorpionem? Quæ omnia ad literam intelliguntur, quod videlicet talia Hebræorum pueri peterent a parentibus suis. Vide fructum improbitatis. Petierat tres panes eosque mutuo, & accepit dono, & non tantum tres, sed quotquot habet necessarios. In pane omnia vegetabilia intellige, in pisce omnia marina: in ouo omnem carnem. Paulus ter Dominum rogat pro pane, & tamen lapis esset illi, si acciperet quod petebat. Caietanus. Refert Petrarcha de quodam Rege, quod genuerit filios sexcentum, nunquid quia tot genuit, vel vni eorum pro pane porrigeret lapidem? Agesilaus princeps Lacedæmoniorum cum aliquando inter colludendum filijs, arundinem velum equum ascendisset, & a quodam amicorum visus esset, rogauit, ne cui id prius diceret, quam ipse quoque puerorum esset pater: illud sub iudicare volens, affectum parentum in filios quantus sit, nisi parentes explicare non posse. Sed & ætate nostra (inquit Raphael:) Cosmas medices iam senex ac patriæ princeps, nepotibus

Iob. 41.
Petrarcha
Agesilaus
Raphael.

D paruulis colludebat, instantique vni auenam aptauit in foro, mirantibusque cunctis, bene inquit successit, quod a me non contendit, vt eam inflarem, facturus periculum, si puer instaret. Abraham pater noster iuxta fidem grande instruxit conuiuium in appulsione Isaac ab vberibus. Nec mireris parentes affectu tangi filiorum: Lucius enim Crassus murenam aliquando mortuam, multis luxit diebus. Id cum ei daretur probro a Domitiano collega: fateor inquit ita me pium esse: vt minima de causa plorem. At tu qui tres extulisti vxores: minime ploras. Refert autem Diodorus consuetudinem hanc fuisse in insulis Mallorcæ & Minorcæ, quod pueris panem petentibus, matres non quidem negabant ponebant autem eo loci, vt filij possent quidem videre, non tamen facile capere nisi vel funda vel lapide deiecissent, vnde euadebant pueri sicut illi de tribu Beniamin, Iudi. 20. Non ergo dabit pater qui solus est bonus, quique affectum filiorum inseruit parentum visceribus pro pane lapidem: & si lapidem daret, ex eo sugeremus mel, & lapides verterentur nobis in Manna: verum non dabit panem, ouum, piscemve, nisi petamus. Et hæc tria gratia exem-

Crassus.
Diodorus.
Deut. 32.

E pli posita sunt. Ad hæc Augustinus. Nonne videtis vaccas cum lactis abundantia vbera earum turgent, mugitu vitulos prouocare? Sapientia Dei ædificauit domum, posuit mensam, nec vacuam, posuit enim panes duodecim. Lac de quo Paulus. 1. Cor. 3. Oua & pisces & Manna, & victimas, miscuit vinum, misit ancillas qui pueros inuitarent: imo si res ferret, vt compellerent nolentes. Luc. 14. Cur ita? Si vos inquit cum mali sitis, nostis bona data dare filijs, quanto magis pater vester cœlestis dabit panem charitatis, piscem fidei, & ouum spei petentibus se? Dabit spiritum bonum & bona cœlestia petentibus se? Hieronymus. Si vos cum mali sitis. Apostolorum ergo positione omne hominum genus damnatur. Cuius ab infantia cor ad malum appositum est. Nam si in angelis reperit prauitatem, quanto magis in his qui habitant domos luteas? Si igitur vos cum toti carnes sitis, inter bonum & malum discernitis, nec vultis

August.
Prouer. 9.
Hieronymus.
Genei. 6.
Iob. 4.

vt quis

Vt quis de manu vestra malum pro bono accipiat, quanto magis Deus, qui cuncta condidit, homini quẽ ad imaginem suam creauit, fideliter sibi petenti tribuet bona? Comparatio qualis qualis est, sed quę comparatio lucis ad tenebras, boni ad malũ? Vos patres estis. Deus pater est, vterq; patres estis. Sed vos duorum vel trium filiorum: esto & sexcentorum, ille autem diues in omnes qui inuocant illum, siue sint filij, siue serui, seu etiam corui. Ad hæc Augustinus. Multa quidem volunt sancti fieri ab illo illis, inspirata sancta voluntate, nec fiunt, sicut orant pro quibusdam pie santeq;, & quod orant non facit, cum ipse in eis hanc orandi voluntatem sancto suo spiritu fecerit, & tunc dicimus: vult Deus & non facit. De illis autem quæ voluntate suaq; prę scientia æterna voluit fieri, anteq̃ fiant dicimus, fiet quando Deus voluerit. Si autem non solum tempus quo futurum est, verum etiam verum futurum sit ignoramus, dicimus, fiet si Deus voluerit: Non q̃ Deus nouam voluntatem quam non habuit, tunc habebit, sed quia id quod ex æternitate sua immutabili præparatum est voluntate, tunc erit. Ita semper est orandum pro peccatoribus & pro nobis & pro omni Ecclesia: etiam si audiamus cum propheta: Noli orare pro populo isto, quia non exaudiam te. Sed simus importuni, nec cõtenti simus rogare Deum. 3. cum Paulo, & cum Domino nostro secundum quod homo erat, Matth. 26. Sed tandiu pulsemus, donec vel volens vel nolẽs det nobis panem, ouum & piscem. Veruntamen annotanda sunt verba Hieronymi dicentis super Hiere. cap. 11. Cum iubetur Hieremias, ne oret pro populo, id euidenter ostenditur, frustra aliquem orare pro alio, cum ille non mereatur accipere pro quo rogatur Deus. Si autem pro nobis oremus, quod alias indigni eramus accipere, propter improbitatem accipiemus.

Rom. 10. Psal. 146. August. Hiere. 11. Hieronymus.

Capit. x. De porta & via lata si sunt pauci qui seruantur: de falsis prophetis melotis contentis, de arbore fructifera & a carpa.

Matth. 7. Luc. 6. 1. Timo. 1.

OMnia ergo quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex & prophetę. 1. dist. in principio. 11. distin. cap. Omnia Intrate per angustam portam: quia lata est porta & spaciosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui ingrediuntur per eam. Quam angusta porta & arcta via est, quę ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Hæc sententia omnia ergo quæ vultis, eadem est cum illa Pauli: plenitudo legis est dilectio, Rom. 13. Et rursus finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta: hæc est charitas qui continet in se quicquid lex præcepit & prophetæ, videlicet vt faciamus cum hominibus, id quod nobiscum fieri vellemus positis in eodem articulo necessitatis, sicut dictum est cuidam doctori legis: Vade tu, & fac similiter. Luc. cap. 10. Hoc est enim lex & prophetæ. Omnia ergo quę vultis: homo vult dupliciter aliquod bonum sibi ab alijs impendi, vno modo vt licitum; altero vt debitũ. Bona quę primo modo vult quis impendi sibi ab alijs, nõ tenetur alijs impendere. Bona tamen quę secundo modo vult recipere, tenetur & ipse conferre. Tu putas debitum esse, q̃ nullus tibi noceat: prosit tibi indigenti, hoc tu teneris alteri facere. Multa autem licite possum collocare in proximum beneficia, ad quę tamen non teneor. Chrysost. Non dixit: quæcunq; vis vt faciat tibi Deus fac tu proximo, quod erat ad pręcedentia consequens. Diceres enim, quo nam modo hoc effici potest: cum ille sit Deus, & ego homo: sed quæ velles tibi fieri a conseruo (patientiam habe in me & omnia reddam tibi) ea tu erga proximum ostende. Quid vnq̃ hoc præcepto aut leuius inueniatur aut iustius? Hoc enim est lex, & prophetę. Ex quo patet secundum naturam nobis esse virtutem. Domestico siquidem magistro omnes quę facere debemus agnoscimus, & impossibile omnino nobis est ad ignorantiæ præsidium aliquando confugere. Id alijs verbis apud Tobiam cęcum legimus: (sed oculatissimum cęcum) quod ab alio tibi odis fieri, vide ne tu alteri facias. Ex his igitur duobus locis scripturæ sicut dicit Gregorius super Iob libro 10. cap. 6. Quid agere & quid cauere debeamus docemur. Et hæc duo præcepta sunt lex & prophetę: videlicet discedere a malo, & hoc dicit Tobias: minus est autem mala non agere, nisi quisq; studeat & bonis operibus operam suam nauare Et hoc dicit Euangelium: Omnia quę vultis. &c. Obserua q̃ non dicit: facite prout volunt homines, sed prout vultis: tum quia voluntas nostra notior est nobis: tum quia magis nos mouet consideratio nostri, tum quia loquitur ad eos qui voluntatem habent ordinatam, & secundũ illam est operandum. August. super Psal. 57. Si vere vtiq; iustitiam loquimini. Cui enim iniquo non facile est, loqui iustitiam? Aut quis de iustitia rogatus, quãdo non habet causam, non facile respondet quid sit iustum? Quandoquidẽ manu formatoris nostri in ipsis cordibus nostris veritas scripsit, quod tibi nõ vis fieri, ne facias alteri. Hoc & anteq̃ lex daretur, nemo ignorare permissus est: vt esset, vt esset vnde iudicarentur & quibus lex non esset lata. Sed ne sibi homines aliquid defuisse quærerentur: scriptum est in tabulis, quod in cordibus non legebant. Non enim scriptum non habebant, sed legere nolebant. Oppositum est oculis quod in conscientia videre cogerentur (quid inquit a vobis ipsis nõ iudicatis quod iustum est? Luc. 12.) & quasi forinsecus admota voce Dei: ad interiora sua homo compulsus est: dicente scriptura: redite præuaricatores ad cor. Quia igitur homines appetẽtes ea quę foris sunt: etiam a seipsis exules facti sunt: data est etiam conscripta lex non quia in cordibus conscripta non erat: sed quia tu fugitiuus eras cordis tui: ab illo qui vbiq; est comprehenderis, & ad te ipsum intro reuocaris, dicente propheta: redite præuaricatores legis scriptæ ad cor: lex enim naturalis nulli deest, & tabulis fractis: integra atq; inuiolabilis manet scriptura. Quis enim te docuit: nolle accedi ab altero ad vxorẽ tuã?

Abulensis. Luc. 10. Chrysost. Matth. 18. Scot. in 4. d. 21. q. 2. D Tob. 4. Gregorius. August. Esa. 46. Exo. 32.

Nolle in-

Nolle iniuriam pati? Age si non vis pati ista & multa id genus: nunquid solus es homo? Qui tecum factus est, socius tuus est, eadem vult, si recte vult, quæ tu vis si recte vis. Quod igitur pati nolis, noli alteri facere: hoc est enim lex & prophetæ. Si igitur o filij hominum vere iustitiam loquimini, nam interrogati vtrum malum sit furtum, adulterium, &c. respondetis, acclamatis, mala sunt hæc, nullus nostrum vellet hæc pati: si vere ergo hæc loquimini, recte iudicate, eadem & vos fratribus vestris præstate, ab omni specie iniuriæ proximi abstinete, hoc est, enim compendium & summa omnium quæ docet lex & prophetæ, quos si aut non vacat, aut per ignorantiam literarum non potest aliquis euoluere, nihil obsto, habet domi regulam, quam sæpius euoluat, descendat in sinum suum, & quod sibi velit, vel nolit, eadem & proximo. Vnde Paulus eandem sententiam rursus alijs verbis explicuit, dicens: Gaudere cũ gaudentibus, & flere cũ flentibus. Omnia ergo quę vultis. &c. Augustinus. Nemo enim est qui velit quęque A secum duplici agere corde. Cum autem dicit, vultis, de honestis intelligit: nam malarum rerum non est voluntas sed cupiditas. De hoc iterum Paulus: Excellentem viam vobis doceã, quam si recta pergatis, est enim via regia, Num. 20. Via trium dierum, legis, prophetarum & Euangelij, breui vos introducet in terram quę fluit lacte & melle: Exo. 3. Ita dicit Ciprianus: Ecce legia Euangelicæ grande & breue compendium. Siquidem arca illa famosa quæ typum gessit Ecclesiæ, fabricatæ ex Gentibus & omni natione quę sub coelo est, vnam tantũ fenestram habebat, & hanc obliquam & a latere. Sed nisi qua data porta ingrediaris: si nistimus pergis: toto coelo erras. Hęc est enim lex & prophetæ. Intrate igitur per angustã hanc portam: habet enim progressum latissimum. Contendite intrare. Lex enim Euangelica data est de rebus arduis & vere arduis: ideo conandum est ad ingressum, & pellis exuenda, si ita res ferat. Lata est via, quia ad infernũ mille sunt modi eundi. Peccare enim contingit multifariam. 2. Ethicorum. Illudque mirabile, quantumcunque quis velit declinare ad leuam dextramve: tanto magis recta incedit per viam B latam, & peccatur magis, quia magis receditur a medio, id est, a virtute. Iugum autem Domini (via ardua) leue dicitur propter considerationem premij, propter adiutorium ad operandum, & consideratione præcedentium, quos Paulus nubem vocat testium, quorum fuerunt paruuli & foeminæ (fragilis sexus) magna copia. Licet autem via in pendulo sit, eaque arcta, nõ tamen talis est ciuitas ad quam festinamus, propterea nec hic oportet sperare requiem, nec ibi triste aliquid iam timere, ciuitas enim illa in quadro posita est: Apoc. 21. Hoc est firma stabilitate consistit. Cum ergo dixerit, quod per latam multi pergunt, euidenter ostendit, quod non ad multitudinem sit respiciendum: Nam in fine viæ latissimę & a moenę insidiatores quidam atque corycei sedent, qui transitum nostrum præoccupant, inquirentes, vtrum nam Ephratei simus an non, dicentes: Dic ergo schebboleth. Arcta est igitur via, sed hanc nisi prudentiam imitati serpentis, ingrediamur, veterem hominem exuentes cum actibus suis, sacco indutos regia coelestis non capit (Ester. 4.) nec pellibus animalium mortuorum. Genes. 3. Augustinus. Reformidas ingredi hoc foramen? Ibi ponenda est vetus tunica, & alibi poni non potest. Memento igitur, quod huiusmodi pelle circum C amictos parentes, paradisi delitiæ non sustinuerunt. Hieronymus. Nec tamen dixit Dominus: pauci gradiuntur per eam, sed pauci eam inueniunt. nam per eam gradi difficillimum est. Pauci ergo eam inueniũt ex quærentibus: nec enim omnes quęrunt, multi enim sua tantum quęrunt Phil. 2. Pauciores ingrediuntur, vix autem duo obliti Aegyptiarum ollarum: attingunt terram promissionis, Num. 26. Vnus terram vidit quidem, non tamen est ingressus. ita perseuerantia paucissimis contigit. Theophylactus. Lata est via: Ostendens, quod & angustia temporaria sit, & latitudo compendiosa, portam & viam nominat. Per afflictionem enim qui affligitur quasi per portam transit, & delicatus quasi per viam ingreditur, & quia vtraque temporaria: eligatur quæ melior. Quid? Angusta est porta, & stricta via quæ ducit ad vitam. Admiratiua dictio est: Quid, vel quam. Admiratur enim pape quam angusta est? Quomodo igitur dicit alibi: onus leue? Matth. 11. Propter retributionẽ. Itaque illud dictum est propter naturã afflictionũ, hoc propter spon- D taneam voluntatẽ adamantiũ. Nam fieri potest, vt quod natura est intolerabile, sit leue, si cum alacritate suscipiamus. Ibant enim apostoli gaudentes. Actu. 5. Itaque animus promptus coram qui flagellabantur, rerũ naturã mutauit: vt inter verbera & flagra exultarent, sicut habes item de Iacob, cui anni septẽ caumatum & frigoris dierũ paucorũ videbantur labores. Cæterum de via latissima quam fere omnes terunt: habes Sap. 2. Venite fruamur bonis, &c. Quę eo tendunt: vt videãtur filij sęculi huius paradisum sibi in terra constituisse, sed in puncto ad inferna pręcipites corruent cum Dathan & vt ingressus nulla fiat mora: dies atque noctes late patet ianua Plutonis: Nam rursus ad paradisum deliciarũ multitudo Cherubinorũ seruat cum gladio distomo: Genes. 3. Et esto aliqui perueniant ad portam vsque sicut Moses qui vidit e vertice terram promissam, & sicut virgines illę stultę, quę hucusque pulsant, ianua tamẽ clausa permanent. Via regia a Sardis (in Persarum regno) Susa tendentibus mansionibus centum vndecim ac diuersorijs distincta erat. Ita dicit Strabus. Sic inquit res se habet circa viam illam, mansiones vbique sunt re- E giæ & diuersoria elegantissima, per habitatam regionem tutamque. In Susa autem, Regia erat. Esther cap. 1. Vide fusius in Budæo. Refert Herodotus de Micerino Rege Aegypti rem scitu dignam. Allatum est enim tale oraculum ad eum, fore vt sex omnino annos viueret, septimo vita functurus. Id vbi intellexit Rex: fertur lucernas fecisse per multas: quibus (cum noctesceret) accensis potaret, ac sa oblectaret, nec diu nec noctu intermittens, quin per paludes ac nemora vagaretur: Nimirum redimens tempus, iuxta præceptum Apostoli (diaboli volui dicere:) quoniam dies eius breues erant. Hæc idcirco cogitauit Rex iste: quod vellet oraculum mendatij conuincere, vt duodecim pro sex fierent anni: diebus factis ex noctibus. Verum & iste qui duxit in bonis dies suos, paucos & malos: in puncto perambulauit viam latissimam, & descendit ad inferos. Est enim via quæ videtur homi-

P ni recta,

1. Pet. 5.
Rom. 12.
August.
1. Cor. 13.
Exo. 3.
Ciprianus
Genes. 6.
Lucas. 13.
Matth. 7.
Via.
Heb. 12.
Symbolũ bellicum.
Iudic. 12.
Collosi. 3.
Augustinus
Hieronymus.
Theophy.
Daut. 32.
Chrysost.
Genes. 29.
Num. 16.
Deut. 32.
Matth. 25.
Herodot.
Collosi. 4.
Iob. 21.

ni recta, nouissima autem eius ducunt ad mortem, Prouerb. 14. Lucas ita ponit hunc textum, cap. 13. Ait ad Dominum Iesum quidam. Domine si pauci sunt qui saluantur? ipse autem dixit ad illos, Contendite intrare per angustam portam, quia multi dico vobis quęrent intrare & non poterūt. Cum autem intrauerit pater familias & clauserit ostiū, incipietis foris stare, & pulsare ad ostium dicentes. Domine aperi nobis. Et respondens dicet vobis: Nescio vos vnde sitis. Matth. 7. Confitebor illis, ꝙ nunꝗ noui vos. Augustinus. Non solum in tempore iudicij, sed ne tum cum mira operabamini. Quæstio hæc ex his quæ dicta sunt soluta est quoniam quidem numerus eorum qui egressi sunt de Aegypto: (exceptis paruulis & mulieribus & vulgi innumerabili multitudine. Exo. 12.) sexcenta fere milia virorum fuerunt. Legimus autē Num. cap. 26 ꝙ iussit Dominus vt numeraretur populus Israel, & summa eorum qui recensiti sunt fuit sexcenta milia &c. 1730. Et sequitur in fine capitis. Hic est numerus filiorū Israel qui descripti sunt a Mo- F

[Num. 1.] se & Eleazaro: inter quos nullus fuit eorum qui ante numerati sunt prædixerat enim Deus, Nu. cap. 14. ꝙ omnes morerentur in solitudine. Nullusq; remansit ex eis duobus exceptis. Annotandū igitur ꝙ multi veniunt ad baptisma quod est sacramentum cæterorum ianua, sed terram promissionis duo tantum intrant de circuncisis: multi enim sunt vocati. &c. Matth. 20. Cæteri autem qui intrauerunt transito Iordane, omnes erant in præputio, vt ostendatur Gentilitatem anteuersum ire promissionem Hebręis factā

[Genes. 27.] iuxta illud: Venit frater tuus fraudulenter & accepit benedictionem tuam. Cæterum sicut dicit Orige-

[Origenes.] nes super Numeros: Diuinis numeris non omnes digni sunt, sed certis quibusq; prerogatiuis designantur, qui intra numerum Dei debent comprehendi. Neq; enim mulieres deducuntur ad numerum, neq; seruorum quisq;, illę propter fragilitatem: isti quasi moribus vitaq; degeneres. Sed neq; Aegyptiorum quisq; ex ijs qui erant populo Dei admixti numerantur, quasi alienigenę & barbari. Sed soli numerantur Israelitæ, & isti non omnes, sed a viginti annis & supra, nec sola ętatis habetur obseruatio, sed quæritur, si & G aptum bello robur ostendat. Donec ergo inest alicui nostrum vel puerilis sensus, vel fœminea & resoluta segnities, vel barbaros gerimus mores seu seruiles, haberi apud Deum in sacro numero eorum qui portā intrat arctam, non possumus. Denique non statim vt egressi sunt de mari numerantur, sed Aegyptijs submersis. Exo. 15. Debellatis Amalechitis: Exo. 17. Accepto mannate: Exo. 16. Erecto tabernaculo: Exo. 40. Accepta lege. Exo. 34. Post condita sacramenta, post hæc inquam omnia populus præcepto Dei numeratur. Vide quanta tibi transeunda sunt, quanta toleranda, quot tentationibus quot prælijs pugnandum

[Origenis.] est, & vincendum: vt possis in computo aliquo haberi apud Deum. Ex his verbis Origenis intelliges, quod dictum est: Contendite intrare per angustam portam, quia multi quærent intrare sed quia sero, si-

[Psal. 94.] cut virgines illæ stultæ, & ego iuraui eis in ira mea, si introibunt in requiem meam. Quare non introi-

[Prouerb. 1.] bunt? Quia vocaui & renuistis. Ego igitur par pari referēs, ridebo in interitu vestro. Et nonne dictum est in superioribus, ꝙ si simus importuni & impudentes in pulsando, tædio victus Dominus domus, surget & dabit nobis postulata? ita est, sed oportuit mature resipiscere. & non sicut scriptum est. Parati su- H mus ascendere ad locum de quo loquutus est Dominus: quia peccauimus. Quibus Moses, sero inquit sa-

[Num. 14.] piunt Phryges isti. Cur transgredimini mandatum Dei, quod vobis non cedet in prosperum? Non enim est Dominus vobiscum. At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis, sed malo suo. Quādiu ergo patet ianua: contendite intrare, postq; autem Dominus pronunciauit dicens: Viuo ego, sicut loquuti

[Num. 1.] estis, audiente me, sic faciam vobis. Ne ascendatis, ne pulsetis ad ostium, tempus luditis, nihil aliud audi-

[Matth. 7.] turi estis, ꝗ illud: Nescio vos. Et o insignem populi istius væsaniam: Mandat Deus promissis suis crede-

[Vide Hiere. 45] re, itaq; terram intrare, & illi corde peruerso reuertuntur in Aegyptum (cancri enim erant) deficiente eis cōmeatu. Econtra autem, suum eis denegat auxilium, illi contra Dei voluntatem, terrā inuadere conantur. Quibus iuraui nunꝗ fore vt ingrediantur. Surrexi vt aperirem dilecto, at ille declinauerat alio (ad

[Cant. 1.] gentes videlicet) atq; transierat. Respondebit inquit: Nescio vos vnde sitis. Hoc est scientia mea digni I non estis: deleti estis de libro viuentium, Psal. 65. Erasi de numero stellarū, Genes. 15. In terra scripti estis,

[Luc. 13.] Hiere. 17. Nam ex ouibus meis non estis, Ioan. 10. Tunc incipietis dicere. Manducauimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis. Nescio vos vnde sitis. Esto inquit omnia vere loquuti sitis: Et Iudas manducauit coram me, & qui edebat panes meos

[Deut. 32.] leuauit contra me calcaneum. Ioan. 13. Itidem & vos, incrassati, recalcitrastis dicentes: Non habemus re-

[Ioan. 19.] gem præter Cæsarem. Id autem quod dicunt, docuisti in synagogis nostris, duplo illos facit filios gehennæ, Matth. 23. Quippe nullam possunt prætendere vel vmbrā excusationis: cuiusmodi fuerunt Caphar-

[Luc. 11.] naitæ & Corozaitæ. Etenim iuxta legem animalia illa immunda sunt, quæ non ruminant, & vngulā non habent bifidam. Vos audistis quidem verbum Dei: beati autem qui audiunt: Ecce vngulam fissam, & custodiunt: ecce ruminationem. Vos quidem audistis me docentem: verum quoniam non ruminastis: K imo anima nostra nauseat dixistis super verbo isto leuissimo, Nu. 21. Nō estis oues, porci estis, nescio vos

[Cato.] vnde sitis. Dixit aliquādo Cato Censorius seni cuidā morū perditorū, te magnopere rogo: vt cum plerasq; turpia senectutē circumueniāt: des operam, ne te autore malignitatis accessio fiat: sis senex sicut ętate ita & moribus. Dixit idem Cato ad adolescentem quendam, qui in senatu longam & importunā de modestia & parcitate orationē perorabat. Tacebis ne hodie, dites vt Crassus, viuēs vt Lucullus (alter pręparatus epulo) loquēs vt Cato? Sed his sylenis plenus est mūdus: qui foris sunt Catones & Baptistę,

[Matth. 7.] intus Sardanapali, & Nerones. De quibus nūc sequitur in Matthęo. Attēdite a falsis prophetis,

[Scot. in. 2. dist. 57.] qui veniūt ad vos in vestimētis ouiū, intrinsecus autē sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligūt de spinis vuas, aut de tribulis ficus?

Sic omnis

Sic omnis arbor bona, bonus fructus facit: mala autem arbor malos fructus facit: Non potest arbor mala bonus fructus facere, neq; arbor bona malos fructus facere. Diabolus rex mundi dicitur. Ioan.12. Et licet ipse nondum apparuerit in antichristo: iam tamen mysterium operatur: quia iã antichristi multi sunt, & hi sunt quinq; digiti manus zaræ cocco tinctæ, id est, sanguine martyrum. Quandiu igitur caput non exerit, manum mittit: cuius digiti sunt Chan, Cain, Nero, Pharao, Herodes, Antiochus, & isti qui veniunt in vestimentis ouium. Nescio inquit Hieronymus,
Hieronymus.
quomodo turpiora sunt vitia, quę virtutis larua celantur. Lupus in sua pelle non fallit: vnde cauetur, ac proinde vnico suspendio dignus est, quia inuadit gregem alienum: At si sub ouina pelle dentes celet lupinos, hanc feram quis ferat! Duplici conentione inquit contere eos. Ita dixit Iudas de Thamar, iustior
Hiere.17.
me est, Genes.38. Reuera vterq; peccator, nullus iustus. Sed tamen Thamar prostitutura pudicitiam, me

A retricios induit pannos, habitum operi consimilem. Iudas in habitu honesti viri opus turpe perpetrauit. Veruntamen hęc ratio inuerti potest: Thamar enim quo crimẽ lateret meretricem simulauit, sicq; intus
Thamar.
& in cute lupa erat: ideoq; grauius peccauit q̃ Iudas, quia illa scienter congressa est Iudę, socero, ille meretricem ratus est: namq; nurum nunq̃ cognosceret. Peccauit tamen Iudas grauius, quia Thamar amore prolis fecit opus nefarium: ille passione ductus. Ad hęc Hieronymus. Aut loquendum est nobis sicut in-
Hieronymus.
duimur, aut induamur sicut & viuimus. Lingua nostra personat castitatem: habitus ipse præ se fert impudicitiam. Tu vero homo qui mecum dulces capiebas cibos. Psal. 54. Factus es dux eorum qui me comprehensum venerunt, & qui velut ouis osculum porrexisti dicens: Aue, quasi vere lupus morsum dente
Matth.26.
genuino infixisti dicens: quem osculabor, ipse est, tenete eum. Isti sunt iam bifrontes, qui iuxta prouerbium, altera quidem manu panem, altera lapidesquinq; in sua pera repositos in funda ponunt. 1.Reg.17.
Prouerbium
Sed tamen cauda de vulpe testatur. A fructibus cognoscentur. Si oues sunt, lac ministrabunt, vellus &

B agnum. A lupo si vellus velis, id erit vtrem vellicare, sanguine pascitur, non pastu, balatum ignorat, vlu-
Lupus.
latu oues terret, homini vocem adimit, si prior eum conspexerit: sicut testatur Seruius & Plinius. Et sequitur ex Plinio, lib.8. cap.22. Homines in lupos verti, rursusq; restitui sibi, falsum est, & tamen nullum
Plinius.
est tam impudens mendacium: vt teste careat. Chrysost. Est autem illud peculiare impostoribus, veri-
Chrysost.
similia quædam egregia & quæ vix internosci queant, componere, perquæ simplices decipiunt. Sicut piscatores & aucupes non nudis retibus, sed circumcirca diligenter in escatis vtuntur, ita alia alijs venando. Enim vero si retia detegantur, ita vt auibus piscibusve conspicua sint: tota licet nocte assideant, ludent operas suas. Sed vtrum lupi sint an oues, non e pelle (imposuit enim Iacob parenti pellibus) sed a fructi-
Genes. 27.
bus cognoscuntur. Nos quidem homines in feras verti figmentum dicimus, quod dicunt factitasse Circẽ lamiam poetis celeberrimam: Nihilominus illud asseueramus q̃ sicut Nabuchodonosor sub bouis effigie animum gestabat humanum, teste Daniele cap.4. Idq; spacio annorum septem: ita iuxta tropolo-

C giam multi sub humana effigie mentẽ gestant brutalẽ. Ex his sunt quidã qui ceruarij lupi vocãtur. Huic animali quis in fame mandenti, si respexerit, obliuionem cibi surrepere aiũt digressumq; quærere aliud. Ita semper famelici, nunq̃ cessant ab effundendo sanguine. De his Micheę.3. Hæc dicit Dominus super prophetas: qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus: Ecce lupos, & pacem prædicant: Ecce
Esa.4.
oues. Sed a fructibus eorum. &c. Vnde illud. Apprehendent septem mulieres vnum vnum dicentes. Panem nostrum comedemus &c. Aufer opprobrium nostrum. Origenes. Hęc vox septem virtutum est ad
Origenes.
Dominum virtutum, conquerentium vt opprobrium earum auferat, quo sub earum specie non raro vitia latitant. Quomodo igitur patrantur opprobrium consideremus. Vide sapientiam sæculi huius quomodo exprobrat sapientiæ Dei: sic de consilio, timore pietate & fortitudine. Auarus enim prudens vocatur, quasi porro videns, sicut ille de quo Lucas, cap.12. Prodigus vocatur liberalis: sicut villicus ille de quo idem Lucas cap.16. Ferox vocatur fortis, & qui scurra est, vrbanus putatur. Morosus, grauis, ambi-

D tiosus magnanimus: suspiciosus zelotypus. Deniq; eo ventum est malorũ vt ouis putetur qui lupus est. Si enim iuxta Paulum satanas transfigurat se in angelum lucis, non mireris de membris suis, de angelis
2.Cor.11.
suis: quorum vnus crucifixi similitudinem induit apud sanctum Martinum. Cum aliquando vulpes de variegata maculis pelle cum pantera certaret (nam hæc corpus summa cute floculentum varijsq; picturarum notis ostentabat, vulpi contra flauum quidam erat squalidus minimeq; iucundus aspectu) atqui in-
Vulpes.
quit, si me introspexeris iudex: videbis me teipsa magis versicolorem, significans morum dexteritatem ad complures versus respondere. Peram inquit plenam veho artibus mille. Ita dicit Paulus. Omnibus om-
1.Cor.9.
nia factus sum: hoc est, protheus factus sum: sed vt oẽs lucrifaciam, tondeam & mulgeam, & terram concutiã anathematibus. Hoc est, ergo q̃ cauit lex Deut.22. Ne homo induatur veste muliebri, nec fœmina virili habitu. At Paulus more docti aucupis vt omnis Dño lucraretur, nunc ceruorũ tergora obuoluebat, venaturus ceruos istos qui cornibus ventilant omnẽ terrã: nunc plumata tunicula amiciebatur: sicut
Zach.1.

E qui aues aucupãtur, vt aues .i. superbos ad vitã venaret. Namq; tauri irritãtur conspectis, puniceis vestibus: sicut elephanti cõspectis cãdidis. Tamẽ lupi & oues ex fructib9 dignoscũtur. Dicamus de lupo vno in melota, & hãc fogrã Rebecca ordita est. Perge inquit fili & affer mihi duos hœdos. Et carnes quidem
Figura.
p̃parat cęcutiẽti viro, pellib9 aũt man9 & colli ipsi9 Iacob nuda p̃texit: indutũ p̃ri9 Esau vestib9 valde bonis. Nã dixit aliq̃ sapiẽs quidã, assuendã pellẽ vulpinã: vbi leonina nõ sufficeret: leo enim viribus pręstat, ante se vulpes tuet. Iacob itaq; lupus erat, sed quo patrẽ falleret: veste tegitur fratris, & pellibus hœ-
Genes. 27.
dorũ: tamẽ quia pro balatu vlulatũ edidit, fallere patrẽ nõ potuit, fefellit aũt ex altera parte, propter fructum quem manu ferebat parenti cęco. Ego inquit sum Esau. Et pater cęcus licet. O monstrũ inquiẽs horrendum: Lupus cum sit vocem emisit ouinam, illud tamen mirabile, q̃ dicendo: ego sum Esau: prodidis

seipsum, quia reuera nõ columba sed cornicula æsopica erat. Itaq; ad horæ fere quartam partẽ imo vix quadragesimã latuit res. Hæc iuxta mysticum sensum: Alioqui Iacob vir sanctus Esau personam induit:

Philip. 2.

vt benedictionem suffuraretur diuino sibi iure debitam. Et Dominus Iesus forma serui assumpta princi-

Hierony-mus.

pem huius sęculi fefellit. Nunquid colligunt de spinis vuas. &c. Hieronymus. Sicastum me simulo, & aliud est in conscientia mea: habeo nõ gloriam mercenarij, sed supplicia peccatoris. Et cõparatione duorum malorum, leuius malum est aperte peccare, q̃ simulare & fingere sanctitatem. Sed fode inquit parietem, Ezech. 8. Vt aperto foramine, latius possit intrare & videre, quæ foris positus propheta videre non poterat. Per quod ostenditur tam in Ecclesijs q̃ in nobis per parua vitia maiora monstrari. Ex fructu eñ

Matth. 12.

arbor dignoscitur, & ex abundantia cordis os loquitur, & pro signo sunt interioris hominis verba erumpentia. Quomodo libidinosum qui sua callide celat vitia interdum turpis sermo demonstrat, & auaritiam latentem intrinsecus paruulæ rei cupido significat. Minoribus enim maiora monstrantur: vultuq; & oculis dissimulari nõ potest cõscientia: dum luxuriosa & lasciua mens lucet in facie, & secreta cordis motu corporis & gestibus indicantur. Ex fructibus igitur nõ ex folijs autem floribus cognoscitur homo. De his vide ad Gal. cap. 5. Nunquid inquit colligũt de spinis vuas? Hoc spinę natura nõ fert, etsi quatenus arbor inseritur arbori: nam vitẽ genistæ insertã vidimus vuas producentẽ felle amariores. Dicit & Paulus. Cum esses oleaster, insertus es in bonam oliuam. Rom. 11. Et pro vaccis profers oleas pinguedinis plenas. Verum quis ita desipiat vt e spinis vuas expectet? De his autem spinis dicit Micheas, cap. 7. Periit sanctus de terra, & rectus in omnibus nõ est. Princeps postulat, & iudex in reddendo est, qui optimus

G

Hierony-mus.

est in eis quasi paliurus & quasi spina de sepe. Hieronymus. Vbiq; insidiæ vbiq; fraudes, prę auaritia & libidine germanitas ignoratur, & nõ solum faciũt sed defendunt quoq; mala, & nominibus cõmutatis: bonum dicunt quod malũ est. Ipsi principes nõ ab offerentibus accipiunt munera, sed cogũt dare subiectos, & postulant, & iudex vel mutui eorum paret; sic alium iudicans, quomodo ab alio iudicatur: vt prestent sceleribus suis mutuum fauorem, & in alterius cruore se defendant. Qui optimus est in eis spina est acrius pungens, vt ibi inueniatur dolor, vbi putabatur auxilium. Quod si optimi tales sunt, cuiusmodi putamus pessimos? De huiusmodi vrticis quæ vrunt simul & pungunt vuas quis expectet? Tamen quia arbores istæ siue spinæ rationales sunt, & si inserantur & colantur, ex spinis possunt fieri vites, exq;

Matth. 13.

oleastris oliuæ vberes & pulchrę, & afferre fructum. Eradicandę non sunt, quia omnis malus ideo viuit vt cõuertatur, vel si spina est perseuerans, per eum lilia ecclesiastici paradisi exerceantur: de quibus spi-

Ezech. 2.

nis scriptum est. Fili hominis inter scorpiones habitas. Siue enim vocentur locustæ, siue scorpij vel spinæ

Ioan. 19.

non refert, quia impij pungunt verbis, & operibus, & impia conuersatione, lacerantq; quantum in se est

August.

vestem Christi desuper contextam per totum, & si id non datur, intingunt eam sanguine hœdorũ. Ge-

1. Thess. 5.

nes. 37. Accidit tamen raro licet q; botrus aliquis pendeat super spinam densam. Tu igitur accedens cau-

Iudi. 15.

te: omnia proba, carpe vuam, caue spinam, quia latet anguis in herba. Idq; his nostris sęculis maxime ve

H

Canti. 2.

rum est, quando tercentum vulpes illę quę vineam Dñi demoliri conatur, quoquo versum discurrunt, fa

Philoso-phus.

cie quidẽ diuersæ, vnitæ in caudis, quas ignis æternus expectat. Sicut ergo de spinis botrum nemo colligit, sic omnis arbor bona, fructus bonos facit. Verũ homo qui iuxta Philosophũ est arbor euersa vtrũq;

Hæresis.

facit: alioqui confirmaretur positio Luteri hęresiarchę dicentis, post lapsum primi parentis liberum arbi-

Psal. 1.

trium res est de solo nomine. Non potest igitur dixit, quãdiu mala est. Potest tamen fieri vt accedente cultura: iactis ad radices cophinis stercoris tribus, Luc. 13. Fructum bonum proferat in tempore suo. Et rursus

Matth. 19.

nõ potest dicit, quia difficilia quę pulchra. Nam & camelum intrare per foramẽ acus est impossibile, diuitem autem ingredi cœlum est possibile: cuius oppositũ Dñs dixit, sed Deo nihil impossibile. Et quod supra diximus: Ex lupis factos agnos, id nunc dicimus de arboribus sterilibus, quę si inserantur, contra

Apoc. 22.

naturam licet: (arbor enim alias sterilis etiam septies inserta, sterilis manet) fructus. 12. afferent per singulos annos. De hoc ita legimus, Iosue cap. 24. Cum proponeret Iosue populo, qui iam possidebat terram

I

fluentem lacte & melle: vt eligerent vtrum nam ei seruire vellent, qui de gente tam ingrato tam optime meritus esset, an potius dijs Amorręorum, in quorum terra habitabant, vel dijs aui tis quibus seruierant Nachor & Thare patres Abrahę, responderunt. Absit a nobis vt relinquamus Dñm, & seruiamus dijs

Hiere. 24.

alienis. Quod igitur eis optionẽ dat: idẽ est quasi eos permittat libertati suę, vt vel sint ficus malæ malæ

August.

valde, vel sint ligna vitæ in medio paradisi. Genes. 2. August. Mala in potestate quidẽ nostra sunt, quę

Herodot.

tamen in voluntate esse nõ debent. Idq; esse plurimum & solum in libero arbitrio, plenissime velle omne quod recte agere possis, sed si quod recte vis agere nõ potes: fac velis agere quod recte possis. Ad hæc Herodotus. Hidanes Persarum præposito suadente Lacedęmonijs, vt amici fierent Xerxis, offerentes ei aquam & terram in signum seruitutis, subijciens illud, cernite ex me & meo statu, q̃ sit honore prosequi rex viros egregios, vos itidẽ honoraturus, si vos ipsos ei dederitis, illi responderunt. Hidanes non ex ęquo cõsilium tuũ ad nos spectat atq; ad te, qui cõditionis quam suades expertus es, nostrę in expertus.

K

Nam quidẽ seruitutẽ nosti, libertatẽ autẽ nondũ expertus es, verũ sit dulcis an nõ, quę si tibi experto foret, nõ vt hastis, sed vt securibus pro ea dimicaremus nobis suaderes. Cum igitur populus per liberã ele-

Iosue. 24.

ctionẽ diceret. Dño seruiemus: Replicauit Iosue, nõ poteritis inquiẽs seruire Dño: Deus enim sanctus &

August.

fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris. August. Nõ poteritis inquit. An quia illius sanctitati pfectã seruitutẽ quodãmodo cõtẽperari humanę fragilitati impossibile est: cęterũ dicẽs nõ poteritis: nõ

Sap. 9.

id voluit dicere, nõ posse populũ obsequiũ pstare deo, qualis pôt ei exhiberi ab hoie: cui? aĩam aggrauat corp? corruptibile: alioq; vana erat electio quã obtulit eis dicẽs: optio vobis dat. Quę .n. optio est, vbi necessitas est? Sed dixit: Nõ potestis, vt illi vice versa replicarẽt secũdo. Nequaq; ita vt loqueris, sed dño seruiemus.

semiemus. Ex quibus verbis euidenter ostenditur liberum esse arbitriũ in homine, iuxta quod sequitur: Testes vos estis, ꝙ elegeritis Dominum vt seruiatis illi. Responderunt: Testes. Denicꝫ lapis prægrandis statutus est in testẽ, ꝙ audierint omnia verba Domini, ne postea negare vellent atcꝫ mentiri. Quid? Amplexati sunt seruitutem Dei semel secundo & tertio. Id si negare velint & conqueri, Quod nolentibus impositum sit iugum leges: primum quidem percussum est fœdus, secundo scripta sunt omnia verba, & redacta in publicum instrumentum, tertio statuitur testis lapis prægrandis, qui factus est in caput anguli. Psal. 117. Hunc igitur quia reprobauerant dati in reprobum sensum, ex lignis fructiferis versi sunt in spinas & vepres, quas ignis asbestus expectat, iuxta quod sequitur. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum exciditur, & in ignẽ mittitur & ardet. Ideo ex fructibus eorũ cognoscetis eos. Græce igitur non dicit de futuro, excidetur & mittetur, sed de præsenti exciditur ἐκκόπτεται: eccoptete, & mittitur: βάλλεται, ballete, non enim Dominus Iesus predicit quid futurũ est carie viciatis arboribus, sed quod vulgo fit huiusmodi lignis putribus & tabidis, idem ostendit euenturum in frugiferis hominibus, nisi ꝙ interim misericordia Dei parcit & si non toti plantæ saltem radici dicens: radicem eius in terra sinite. Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei. Tu cum esses oleaster cuius radicis securis apposita erat, Luc. 3. Vt excisus, in ignem mitteris qui non succenditur, bonitate eius qui nõ vult mortem peccatoris, Ezech. 18. insertus es in bonam oliuam: vnde Iudæi exciderunt, seuere cum illis agente Deo. Tu igitur quandiu locum habet insitio, quandiu non dicitur, succide hãc arborem, vt quid vel terram occupat, conuertere ad meliorem frugem, ora vt inseraris ab illo agricola, qui sicut potest ex lapidibus excitare filios Abrahæ: ita ex arboribus putribus potest nouellas producere, quæ fructũ suum producant in tempore suo. Psal. 1. Qualis fuit virga illa Aaronica, Num. cap. 17. Quod textus dicit arbor mala: Græce est σαπρὸν, sapron: non autem poneron; quod malam significat, sapron autem magis significat putrem & carie viciatam, ꝙ̃ malam. Homo enim natura bonus est: dicat licet Paulus, eramus natura filij iræ Ephes. 2. Sed vitijs nostris rabuimus, & tabescimus, quod & ipsum miratur cœlestis agricola dicens. Quomodo conuersi estis in amaritudinem vitis alienæ? Hiere. 2. 70. dixerunt. Ego te plantaui vineam frugiferam omnem veram. Quomodo conuersa es. &c. Hieronymus. Nullus itacꝫ securus sit: si & plantatio Domini & semen verum intantum suo vitio commutatur: vt per amaritudinem recedat a Domino & fiat aliena & putris, sicꝫ in ignem mittatur perpetuo. In maxima admiratione pinus est. Habet fructum maturescentem, habet proximo anno ad maturitatem venturum, ac deinde tertio. Necꝫ vlla arbor auidius se promittit. Quo mense ex ea nux decerpitur, eodem maturescit alia, & sic dispensatur; vt nullo non mense maturescant.

[Margin: A; Rom. 1.; Daniel. 4.; Rom. 11.; Iob. 20.; Luc. 13.; Luc. 5.; B; 70.; Hierony.]

Caput. xi. De multis apud quos diu miracula fecit & ipsi miracula fecerunt de Viro ędificante domũ super arenã vel supra petram quodcꝫ Dominus Christus docebat velut potestatem habens, & non sicut Pharisæi.

[Margin: C]

Non ergo omnis qui dicit mihi: Domine domine intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum, 11. q. 3. cap. Qui omnipotentem. Esto inquit habeas omnem fidem ita vt montes loco moueas: ignem e cœlo deponas: cœlicꝫ cursum sistas, aut etiam retro cedere facias Esa. 38. Habeas omnem scientiam ita vt cum Paulo raptus in tertium cœlum: audieris arcana de trinitate ineffabili mysteria: loquaris angelorum linguis, loquatur Deus tecum sicut amicus amicum: & omnes facultates visceribus pauperum incluseris: si vnum illud summe necessarium desit, Luc. 10. Non ingredieris regnum cœlorum. Et hoc vnum defuit quincꝫ virginibus, oleum videlicet charitatis. Nam illæ iam pluscꝫ̃ centies replicant Domine dñe, & nihilominus foris stant. Quid est enim dicere Dñe dñe? Nunquid Dominus non erit, nisi dictum fuerit a nobis? Dæmones credunt, & dicunt: Quid nobis tecum Iesu? Fides ista mortua est, iuxta quod virgines illæ dixerunt, Matth. 25. Lampades nostræ extinctæ sunt. Sequitur. Multi dicent mihi in illa die: Dñe dñe, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, ꝙ nuncꝫ noui vos: discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Quod dicit: virtutes multas, Gręce est δυνάμεις, dynamis: vt intelligas potenter facta, quę vim diuinam pręse ferũt. Chrysost. Vult igitur Dominus his verbis persuadere id quod præmisimus videlicet fidem sine operũ cõdimẽto lucernã vel lampadẽ esse sine oleo ac proinde mortuã, & cito loco suo mouendã (Apoc. 2.) Nisi infundas oleũ. Peruenire poterit qui eam gestat lampadẽ, ingredi non poterit, labor & impensa perijt. Multos huiusmodi salutatores habet domi Cęsar coruos nõ columbas, qui dicãt, salue victor Imperator Cęsar: imo vt cum Euangelista loquar: multos habet qui dicant flexo genu: salue rex, & interim depalmant faciem eius & arundine percutiunt caput tremendum angelicis spiritibus. Confitentur enim se nosse Deum, factis autem blasphemant. Titum 1. Macrobius. Sublimis actica victoria reuertebatur, Cæs. August. Occurrit ei inter gratulãtes coruum tenens, quem instituerat hoc dicere: Aue Cæsar victor Imperator. Miratus Cęsar officiosam auem, 20. millibus nummum emit. Exemplum hoc pauperem sutorem sollicitauit: vt coruum institueret ad parem salutationem: qui impendio exhaustus, sæpe ad auem nõ respondentẽ dicere solebat; opera & impensa perijt. Aliquãdo tñ coruus cœpit dicere prędictam

[Margin: Matth. 7.; 4. Reg. 1.; Iosue. 10.; Num. 12.; D; Matth. 2.; Iacobi. 2.; Chrysost.; E; Prouerbiũ; Matth. 27.]

ctam salutationem. Hac audita, dum transit Augustus respōdit: Satis domi salutatorum talium habeo. Superfuit coruo memoria vt & illa quibus Dominum quærentem solebat audire subtexeret: opera & impensa perijt ad quod Cæsar risit, emitq; auem iussit, quanti nullam adhuc emerat. Hæc ille. Si autem hi qui dicunt. Domine in nomine tuo virtutes multas fecimus: nō eas fecerunt, quomodo audent coram iudice statuti mentiri? Sed ipsorum interrogatorie sermo prolatus, & deinde sequuta responsio dicentis: nescio vos: ostendit eos audacter mentitos fuisse: quod est mirabile ante eum mentiri cuius sermo gladius est pertingens vsq; ad intentiones cordis. Heb. 4. Vide Hiere. cap. 28. Vide item. 3. Reg. cap. 22. Copiam magnam prophetarum, qui omnes vno ore de plano nugabantur & id duobus coram regibus: vt intelligas: si vno eodemq; tempore tot prophetæ mendaces reperiri potuerunt apud Iudęos, quot alias extiterunt toto tempore quo stetit regnum Iudæorum: qui eadem eadem temeritate factitarūt. Isti sunt qui apud Hieremiam somniasse perhibentur, cap. 23. Verum illi non in somnis torquebuntur, nec dormient **F** vermes qui eos arrodent, Iob. 30. Sicut autem dicit Hieronymus: prophetare, dæmones pellere & similia

Hieronymus.

interdum non eius meriti est qui operatur, sed vel inuocatione nominis Christi hoc agitur: vel ad condemnationem eorum qui inuocant, & vtilitatem eorum qui vident & audiunt conceditur: vt licet homines despiciant signa facientes, tamen Deum honorent, ad cuius inuocationem fiunt tanta miracula. Vnde sacerdotibus Baal inuocantibus Deum suum: illoq; non respondente: Helias inuocato Deo vero: ignis de cœlo descendit, qui inflammauit sacrificium: vnde sequuta est Dei glorificatio: dicente populo: Dominus ipse est Deus. 3. Reg. 18. Prophetarunt siquidem & Balaam & Saul & Cayphas, sed more asinæ Balaam. Possumus illud asseuerare probabiliter, q; & Iudas cum animo proditoris multa signa patrauerit. Augustinus. Quale est inquit donum Dei, nosse sacramenta omnia? Quale donum est martyrium & distributio rerum suarum? Quale donum est in nomine Christi dęmonia ab obsessis corporibus expulisse? Veruntamen in hoc nolite gaudere. Luc. 10. Istis ergo qui bene loquuti sunt: multa signa **G** fecerunt in nomine Christi, non dicetur, mentimini: quod certe multis veraciter dici poterit, sed non noui vos vtrum atri sitis an albi, discedite a me. Quod autem dicit: Tunc confitebor illis, id signanter dicit, quia multo ante tempore dicere dissimularat, sicut scriptū est. Tacui semper silui. Num semper tacebo? Vt parturiens loquar. Hieronymus. Diū vos delinqoentes sæpe portaui, sed non vltra tacebo, sed admodum parturientis dolorem meum ostendam, & dissimulationem meam quam diū celaui, quasi non videns, & contuiens ad delicta vestra. Et vide quid dixit: Qui operamini iniquitatem, non dixit, qui operati estis: ne videretur tollere pœnitentiam, sed qui operamini: hoc est, qui vsq; in præsentem horam iudicij licet non adsit facultas peccandi, tamen adhuc habetis effectum. Ita dicit Hierony. Subijcit Chrysost. Quia licet mors animam a carne solueret animæ tamen propositum non immutat: sicut scriptum est: descenderunt ad inferos cum armis suis, de quibus armis Paulus dicit ad Rom. cap. 6. Igitur & apud inferos habent arma sua, qui hic cum Achab venundati sunt vt facerent malū, tamen armis suis vti non **H** licet ligatis manibus & pedibus. Matth. 18. Ne eis vltra abutantur. Omnis ergo qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapiēti, qui ædificauit domum suam supra petrā: & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat supra petrā. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea: similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenā: & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domū illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. Vide hunc textum, Luc. cap. 6. in fine: qui fere idē est, excepto hoc vno verbo. Sapiens vir fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram. Inquirendum ergo videtur de viro illo probatissimo athleta & adamante Iob: vtrum nam domum suam super arenam fundauerit: Nam sicut scriptum est: flauerunt venti a quatuor partibus orbis, & terras turbine perflantes, concussis quatuor angulis domus: cecidit, & oppressit conuiuantes filios: venit & pluuia & **I** abegit pecora, irruerunt flumina, & percusserunt eum plaga pessima. Sed audi athletam, qui altissimum iecerat fundamentum. Hæc quidem bona quæ multis in precio sunt, qui dederas, reuocauit, cæterum bona quæ vere bona sunt: ea mecum ipse porto, quæ nemo me inuito auferre potest. Non ergo cecidit domus Iob, quia ad hanc non est permissus ingredi satan: pulsauerit licet, non vnico sed multis bombardis. Sed & sibilum licet auræ tenuis insusurrauit serpens per os vxoris auribus viri sapientissimi: tamen qui domum fundauerit supra firmam petram, & hanc catapultam excussit dicens: Quasi vna de stultissimis mulieribus loquuta es. Siquidem in patientia nostra possidebimus animas nostras: anima autem nostra domus nostra est. Murum igitur perfodit satan multis arietibus concussum: sicut idem Iob testatur dicens: Quasi rupto muro & aperta ianua irruerunt super me, tamen domus eius fundata erat supra firmam petram. De hoc M. A. Sabellicus. Administrabat iam decimū annum rem Atheniensium Demetrius Phalereus Cassandri permissu. Nulla vnq; ciuitas maiores cuiq; honores tribuit, trecentę ęneę statuę atq; earum equestris plurimę ab Atheniensibus illi erectę dicuntur. Cum autem classe Demetriana portus esset occupatus: cum hoste egit, vt liceret sibi in pacatum abire cum amicis. Post cuius digressum Athenienses omnes eius statuas euerterunt: pręter vnam quę in arce fuit. Quę subita animorum mutatio arguit, quam incerta sit popularis aura. Ipse de statuarum euersione certior factus: dixisse fertur: At illi virtutem euertere non potuerunt. Idem dixit & Iob. Sit nomen Domini benedictum. Possunt autem intelligi nomine ventorum & pluuię & fluminum etia illa cornua quæ fecerunt Chaldæi. Et Ioannes: Omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis: concupiscentia oculorum, & superbia vitę: superbiæ vento inflati tument homines, & erigunt sibi fornices victoriarum, & statuas cubitorum. 60.

Apelles

Marginal notes: Num. 22. August. — Esa. 42. Hieronymus. — Hierony. Chrysost. Ezech. 32. 3. Reg. 21. — Iob. 1. — Iob. 2. Luc. 21. Iob. 3. Sabellicus — Iob. 1. 1. Ioan. 2. Daniel. 3.

Apelles Alexandrum pinxit fulminiferum: eo vsq; expresse ac concinne: vulgo vt dicerent, duorum Alexandrorum illum quidem Philippi nulla vi superabilem: hunc vero Apellis nulla arte imitabilem. Hic est igitur turbo qui perflat a quatuor orbis partibus, & nunc capita, nunc pectora, nunc femora tibiasq; nunc pedes concutit, & omnia radicitus conuellit. Obtinuit enim lex hęc apud omnes iuxta philosophum: vt æqualem nolint, sed aut subesse aut præesse. Ita dicit Augustinus super Psal.130. Neq; ambulaui in magnis. Et vere si consideres tempora hæc in quibus viuitur præter propter vitam: contra omnes militat hęc sententia. Nullus inuenitur, qui sua sit sorte contentus: Rusticus induitur vt miles: hic vt nobilis, nobilis velut princeps, princeps vt rex. Et vt verbis vtar Augustini, tātum malum est superbia: vt Paulus vas electionis collaphizetur & hoc a satana: ne magnitudine reuelationum extollatur. Cęterum q; auarorum crumena dolium pertusum nunq; impleatur, sed more vermiculi omnia secum vehat, di-

Alexander. Philosophus. August.

A ctum est alias Vnde illud: Absorbebit fluuium & non mirabitur. In alis tuis inquit inuentus est sanguis animarum pauperum. Hiere.2. Vnde enim tot pauperes pręssi ęre alieno, expilati, & deplumati & excocti: vt vix consumptis carnibus ossa cohæreant pelli: vnde tot exornatę corniculę, & pingues, ebrię de sanctorum sanguine: de quarum lateribus aruina dependet (Iob.15.) nisi de rapina & nefandis commercijs. Veruntamen diuitias quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet illas Deus. Iob.20. De pluuia autem quę sensim descendit, id est, concupiscentia carnis ita dicit Plutarch. Amor neq; nos statim inquit neq; vehementer ab initio, quemadmodum ira inuadit, neq; facile ingressus quis alatus discedit, sed sensim ingreditur ac molliter, manetq; diu etiam in senibus, qui quamq; discedit, aut tempore aut ratione victus, non penitus liberam relinquit animam, remanetq; in ea vestigium veluti siluę exustæ aut fumantis, nec penitus ex ossibus ejicitur. Ignoratur quis sit: vnde venerit, quomodo ingressus. Ita & Hieronymus Amor in multis insuperabilis est, extinctus accenditur, & post copiam rursus est inops, & ob perturbationem quam sustinet, aliquid cogitare non sinit. Hæc est pluuia quæ sensim incidens: Dauid

Plutarch. Amor. Hierony.

B deiecit domum.2.Reg.12. Nam passus est & ipse vim in vxoribus decem, magna videlicet tanti viri ruina. Hæc pluuia Salomonem infatuauit, & initium dedit vt domus eius, id est, imperium eius in duo regna secaretur. Hęc pluuia sanctum Dei Nazaręum exoculatum, ad molam alligauit vt moleret more iumenti. Iudi.16. Nec nunc dico iuxta Hebræos quam farinam fecit, vel quam traxit molam. Dicamus cōpendio, si quis hanc officinam semel ingressus fuerit, dicet velit, nolit, vt vidi vt perij. Id pręcauens beatus Iob: pepigi inquit fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem (cogitarē inquit) de virgine. Hi sunt igitur venti, hęc flumina, hę pluuiæ, quæ impetu feruntur in domos cum sapientum tum & stultorum: Beatus autem qui domum suam fundauit supra petram. Ex quo perspicuum est inquit Os aureum, q; non tentationem inflictus, non ventorum afflatus, sed ædificantium stultitia ruinam fecit, quia hic super arenam fundamenta iecit tanq; stultus, ille supra petram, tanq; in multis expertus. Qui enim non est ten-

3.Reg.11. Iob.31. Chrysost.

C tatus, quid scit? Eccles.34. Dicit autem & Paulus Colloss.3. Super omnia charitatem habete, quæ imponit tectum vestro ædificio. Multi tamen turrim Babel ædificamus. Hæc in angustum semper tendebat (sicut pyramides Aegyptiæ,) quam ædificabant homines numero.214000. Hanc iuxta Abulensem ideo construebant homines; vt quis longissime a patria discederent quaqua versus, turrim hanc velut speculam in nubes attingentem visu semper discernerent, quandoquidem turris propter celsitudinem vndecunq; videbatur, & montem putares potius q; turrim, nam fundamenta in ea latitudine & profunditate iecerant: vt posset cœlum pertingere. Nec tamen in hoc peccabant inquit hic doctor, sed quoniam voluerūt celebrare nomina sua in terris, ideo deleti sunt de libro viuentium: Abraham autem pater noster, fide demoratus est in terra promissionis tanq; in aliena, in casulis habitando, cum Isaac & Iacob. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem cuius artifex & conditor Deus. Hanc expectebat, hanc consequutus est: vt esset cœli ciuis, qui hospes fuit mundi. Alij autem multa summa ciuitatem mundi huius

Abulensis. Psal.61. Heb.11. Actu.23.

D mercantur, quorum memoria iam perijt. **Et factum est cum consummasset Iesus verba hæc, rupit sermonem & admirabantur turbę super doctrina eius. Erat autē docens tanquam autoritatem habens, & non sicut scribæ eorum & pharisæi.** 25.q.1.c. Sunt quidam. Græce pro potestate ἐξουσία, est, exusia, quod magis sonat autoritatem, hoc est potestatē & ius aliquid faciendi, & nō vt scribæ, qui sibi ius vendicabāt & autoritatē docendi, cū alias essent cęci cæcorū duces. Quod dicit admirabantur: Græce est, ἐξεπλήσσοντο: explesonto, id est, obstupuerūt, siue attoniti facti sunt. Hieronymus. Pharisęi ea docebant quæ scripta erant in lege & prophetis, atq; vtinam non assuerent suas nenias, Iesus autem quasi ipsius legis conditor pro beneplacito voluntatis suæ vel ea quæ minus videbantur addebat, vel exponebat obscura de quo latius dictum est Matth.cap.5. Pharisęi (inquit Hieronymus) nec vnguem transuersum discedebant a litera legis interfectrice, crimen inuexiabile putabant: alium sensum inquirere præter eum qui literalis vocatur. Sed dices: quomodo ergo exponebant il-

Math.15. Hierony.

E lud: caput tuum vt Carmelus & omnia fere quæ habentur in Cantico canticorum? Sed hæc longum requirunt tractatum. Sufficiat nobis sententia apostoli: Quoties legitur Moses, velamen est super cor Iudęorum.2.Cor.cap.3. Docebat item tanq; potestatem habens iuxta Augustinum, quia multa dixit Pharisęis in facie, de quibus Matth.cap.23. Nullumq; veritus est, sed Deus victorum libere egit. Egit ergo libere, nulli parcens verbo: imo nec flagello, vt essent postea quibus parceret in iudicio sicut scriptum est: Flagello castigaberis Hierusalem, ne forte recedat anima mea a te. Quandiu ergo flagellamur, Deum habemus nobiscum. Quod si obdurati: dicamus cum Pharaone: recede a me, audies ex ore Mosi: si obsorduisti & ad verba & ad tot flagella: Innocens ego sum a sanguine tuo, fiat vt loquutus es: non videbo vltra faciem tuam: scias te breui a ceto comprehensum iri.

Cant.7. Psal.95. August. Hiere.6. Exo.10.

Caput. xii. De leproso manus Christi sanato tactu sanctissimo, & misso ad sacerdotes, iusso tacere miraculum cuiusmodi oppositum le prosus fecit.

[Matth.8. Mar.1. Luc.5.]

Cum autem descendisset Iesus de monte, sequutæ sunt eum turbę multæ. Et ecce leprosus, Lucas: plenus lepra, Marcus: genuflexo: Lucas: & procidens in faciem suam: Matthæus: adorabat eũ: Lucas & Marcus/rogans & dicens. Domine si Velis, potes me mundare. Iesus autem/iuxta Marcum/misertus eius: Omnes tres/& extẽdens manum tetigit eum, dicens: Volo. Mundare. Et statim discessit ab eo lepra, & mundatus est. Marcus. Et comminatus est ei: statimq; eiecit illum. Omnes tres. Et ait illi. Vide nemini dixeris: sed vade, & ostende te sacerdoti, & offer munus tuum quod pręcepit Moses: Marcus/pro emundatione tua in testimonium illis. 95.distin. Dns.distin.5. [F]

[Hieronymus.] Adhuc persi.25.q.1. ℣. His ita. Hieronymus. Commodum post Euangelij doctrinam signi offertur occasio: vt per virtutem miracula prætetitus apud audientes sermo confirmaretur. Qui enim fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur. [Psal.67.] Matth.5. Beatus autem qui dat voci suæ vocem virtutis: vt doctrinam suam non tam verbis, non tam miraculis q̃ moribus exornet: ne audiat: [Luc.4.] Medice cura teipsum. Sicut enim dicit [August.] Augustinus (sed littori loquimur) nunq̃ alieni peccati obiurgandi suscipiendum est negocium: nisi cum internis cogitationibus examinantes nostram conscientiam: liquido nobis coram Deo responderimus, dilectione nos facere, quod tunc fit: quando tam sanum animum curando vitio alterius adhibemus, q̃ sanis manibus medici sapientes aliena membra pertractant, siue curanda siue secanda, siue etiam vrenda. [G]

Cum igitur descendisset Dominus de monte, sequutæ sunt eum turbę multæ: nam ad cacumen vsq; eum sequi vix possunt animalia illa pennata, quę tamen & ipsa corpore aggrauante spiritum: Sap.9. Ibant: [Ezech.1.] sed reuertebantur in similitudinem fulgurum, quanto magis nos qui struthiones sumus: aut ad multum Icari quidam, an potius testudines. Nam cuidam implumi pullo, & alas extendenti nido maiores, & dicenti, quare te non possum sequi modo, dictum est: In montis conscensu ter retrocedes, ter me negabis. Sit [Ioan.13.] ecce leprosus, & non vtcunq; sed plenus lepra, qualemq; eum Esaias breui sermone posuit ob oculos dicens. Caput languidum: sicut patet in Ozia rege. 2. Paralip.26. Cor eius mœrens: sicut habes de Achab. [Esa.1.] 3.Reg.cap.21. Tristitia sæculi ægrotante, & non capiente cibum, a planta pedis vsq; ad verticem non est in eo sanitas. De quo vide. 2. Parali. cap.16. Non est inquit in eo sanitas. Irremediabilium igitur descriptio vulnerum æternam captiuitatem exprimit Iudęorum, & maxime dicente Domino, super quo aut in quo percutiam vos, vltra addentes præuaricationem? Videtur enim prima vt aiunt fronte tanta esse [H] [Hieronymus.] putredo vulnerum; vt vires excedat & artem medici sapientissimi licet atq; potentissimi: cum ait: In quo percutiam vos; estq; sensus. Non inuenio quam plagis vestris possim adhibere medicinam. Omnia membra vestra plena sunt vulnerum, nullam partem corporis quæ non sit ante percussa reperio: vel nullas inuenio plagas (Pharaones ergo erant) quibus vestram frangam duritiã. Quanto enim tormenta maiora sunt: tanto magis crescit impietas. [Hiere.6.] Sine causa, id est, frustra percussi filios vestros, disciplinam non acceperunt. Hiere.2. Frustra conflauit conflator malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. Plaga leprę eorum desperabilis facta est Hiere.30. Insanabilis fractura tua, insanabilis dolor tuus. Vnde tanta exaggeratio verborum? Hoc est vnde lepra Iudaici populi desperabilis est, insanabilis & incurabilis est: Audi. propter multitudinem iniquitatis tuæ: dura facta sunt peccata tua. Peccatum enim quod pœnitentia nõ [Prouer.18.] deletur, suo pondere in aliud trahit. Et tamen vide quid sequitur, ne peccator etiam cum in profundũ malorum descẽderit, desperet. Obducam cicatricem tuam, & a vulneribus tuis sanabo te. Hiere.30. Quibus [I] medicamentis quibusve pharmacis bone medice? Audi. Vidimus medicum non habentem speciem neq; [Esa.53.] decorem. Vbi vidisti? Inter duos latrones crucifixum. Quando? In Paschate, quando illi donati sunt liber[Exo.12.]tate. Quibus eum oculis vidisti? Nam eo tempore longe aberas. Atqui Abraham aberat longius, & tamen vidit eum, Ioan.8. Sed ille arietem conspicatus est: medicum ego vidi, speciosum quidem forma prę filijs hominum: sed iam non erat ei species neq; decor, sed leprosi speciem prę se ferebat, quia viri illi leprosi velauerunt faciem eius depalmatam, & genuflexo adorabant eum, & caput eius percutiebant. & eo itum est contumeliarum vt nec reputaremus eum, cuius liuore sanandi eramus, quique vere langores nostros tulit, & portauit dolores, & nos putauimus quasi leprosum & percussum a Deo pro peccatis suis: ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus propter scelera nostra, ita atritus vt a planta pedis vsq; ad verticem non esset in eo sanitas, lingua excepta: qua cum pro transgressoribus [Heb.5.] oraret ne perirent. Ad hunc igitur medicum qui didicit (experientia) misereri ex his quæ passus est: Acces- [K] sit leprosus iste: lex enim iustitia tenax, miæ nescia: leprosos quia mundare non poterat, ciuitatibus expellebat. Sed quos lex expulit, Euangelium inuitat & suscipit dicens: Qui laboratis & onerati estis: ve- [Matth.11.] nite ad me. Hæc autem lex de eijciendis leprosis. Num.5. adeo ad vnguem seruabatur: vt nec regibus par- [Chrysost.] ceret. De quo vide. 2. Paralip. cap.26. late, de Ozia rege volente thus adolere Domino: qui statim sensit [Num.6.] vindictam Dei, lepra in fronte exorta. Chrysost. Vide humanitatem vltionis diuinę, non fulmen amisit [Ozias.] (Nota de Oza. 2. R.6. Vel terra dehiscens il um absorbuit, sed ceu lex posita est velut in loco sublimi, dicens. Nolite facere talia, ne patiamini talia. Extat lex viua, & frons vocem edit tuba clariorem. Literæ erant inscriptæ fronti non atramento, sed digito Dei. Ille lepra percussus est, vt cæteri mundarentur. Et

Vide mecum

videmecum quomodo ibi lepra percussus est, vbi [illegible] nobis fieret peccatum: qu[illegible] Domini portare iubetur. Ita Lex iste p[illegible] o corona sacerdotali (ita enim vocatur [illegible] [illegible]bat vacuus corã D[illegible] plagam accepit in fronte: quam gestaret non semel in anno, aut tribus, vel quatuor die[illegible] [illegible] 3. Hoc dixit C[illegible]no, sed leprosus permansit vsque in diem mortis suæ. Itaque sacerdotes, visa lepra, festinato [illegible] eum: volentẽ tamen, quia ipse vel sero sapuit, eo quod sensisset ilico plagam Domini. Adde illud, quod vita defunctus, non est sepultus in sepulchris regum, sed in agro in quo erant sepulchra regia: eo quod extiterit leprosus. Hęc est lepra quæ vocatur Regia, id est, Simoniaca. Simon enim emere voluit spiritum sanctum, id est, sacerdotium. Actu. ca. 8. De hoc habes. 4. Reg. 5. Quomodo Naaman lotus septies in Iordane, & mundatus: reuersus est ad virũ Dei cum gratiarum actione (quod certe. 9. leprosi non fecerunt: Luc. 17.) & obnixe rogauit Helisęum vt acciperet aliquam pecuniæ summam, qui penitus non acquieuit, dicens: Viuit Dominus qui nihil contuli, nil accipiam, gratis accepi, gratis impartiam. Matth. 10. Cumque vim faceret, (notate verba) penitus nõ acquieuit. Vnde de Ephron qui sepulchrum maiorum suorum vendidit Abrahæ, ita dicit Hieronymus. Sciendum quod iste Ephron ita vocatur Genes. 23. Et idem vir eodem capite parum infra vocatur Ephram. Postquam enim precio victus est, vt venderet sepulchrum & acciperet argentum, etiam cogente Abraham, Vau litera, quæ apud Hebręos per, o, legitur: ablata est de nomine eius & pro Ephron, dictus est Ephrã. In quo significatur, non fuisse perfectæ virtutis, qui potuit vendere memorias mortuorum. Hodie tamẽ non infrequens est illa vox apud multos: (quod cum venia dico: dico tamen quod noui & vere noui) Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam: Id quod maxime audiui de sacramento summę ac veræ pacis. Secretum meum mihi. Nisi forte ad excusandas excusationes in peccatis, blasphemando dicat aliquis Simon vel Giezi: ille vmbram ministrauit sacramenti nos autem veritatem: ille corpus lauit vel lauari iussit, nos peccata donamus. Qui altario ministrat, de oblatis altario debet participare. 1. Cor. 9.

Exo. 28.
Hieronymus.
Sacerdotes
Matth. 26.
Matth. 16.

B Huic Pauli sententiæ & ego subscribo, in eam manibus & pedibus descendo. De oblatis participa nõ de vi & pactis extortis, sicut fecit Iudas. Nam reuera nec de oblatis libera penitus voluntate, Helisæus voluit participare. Audi Paulum: Oportet sacerdotem non esse turpis lucri cupidum. Titum. 1. Audi Petrum: Pecunia tua tecum sit in perditione, Actu. 8. Sacerdos inquis sum, tenuis adeo: vt vix habeam demi quod vidua illa Sareptana. 3. Re. 17. fodere nõ valeo, mendicare erubesco, nec video vnde aliunde mihi vitæ necessaria suppeditem. Scio quid faciam. Distraham Christum precio denariorum. 30 Vtinã hoc velim vobis persuadeatis, quod in casu dato furari licet etiam de altari & rebus Domino dedicatis, sacramenta vendere nunquam licuit, non licet, nunquam licebit, sed gratis accepistis gratis date. Matth. 10. Sed adhuc instabunt isti filij Annæ & Cayphæ. Nos non gratis accepimus sacerdotiũ, sed numerata pecunia istis Episcopis qui de annulo nuncupantur. Pecunia illorum secum erit in perditione. Hi igitur legant in Decretis. 1. q. 7. in cap. Patet: vbi dicitur quod omnia crimina ad cõparationem simoniacæ hæreseos, quasi pro

Luc. 16.
Simoniaci.

C nihilo reputantur. Et. 1. q. 1. Gregorius communionem Arrianorum vocat execrationem, & Innocentius vocat Bonosi ordinationem damnationem: nõ quod ita in se sint, sed quia male dantibus & accipientibus, id efficiunt: sicut dicit Hieronymus in Osee cap. 9 Sacrificia horum Dominus panem luctus vocat nõ quantum ad se sed quantum ad effectum, quia sibi iudicium sumunt. 1. q. 1. quod quidam. Sed audi verba Giezi. Ex quo Dominus meus pepercit isti Naaman & nihil voluit ab eo accipere: Curram ego viuit Dominus (o malum cursum, o turpem & nefandum regressum vt isti dicunt, qui iure hæreditario possident sanctuarium Dei) & accipiam aliquid ab eo. Et infra. Accepisti o serue neque argentum & vestimenta, accipies & quæ non petisti namque & lepra Naaman adhærebit tibi & semini tuo in æternum: vt quicunque Dei sacramenta precio æstimauerit: semen vocare iure possit huius Giezi. Alioqui quis te constituit sacerdotum, aut compulit vt ordinareris: si aliunde non habebas vnde vitam transigeres. Sacerdotium Christi non est hæreditarium, sicut legale sacerdotium. Et esto esset, nunquid constitutus es a Deo:

Gregorius
Hieronymus.
4. Re. 5.
Heb. 5.

D hoc est, vocatus sicut Aarõ signo virgæ florentis! Nu. 17. De his plura dicere timor prohibet, quia Esaias tantus vates, non est ausus increpare Oziam regem, quando vsurpare voluit ius sacerdotum sicut dictũ est: vnde dixit. Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum. Tacebo igitur ego donec vnus ex Seraphin volet ad me, & calculo ignito mundet labia mea. Accessit igitur leprosus iste, & procidens in faciem, genu flexo, adorabat viuentem in sæcula sæculorum: deinde captata beneuolentia: rogat eum dicens: Domine si velis: ἐὰν θέλῃς, ean theles: potes me mundare. Posse tuum tantum est quantum velle. Potentiam agnosco, voluntatem inuestigo. Idem est velle tuum quod & fieri: sicut scriptũ est: fiat lux, & fuit lux. Hieronymus. Igitur qui voluntatem rogat: Certum est quod de potentia non dubitat. Ita Chrysost. Non dubitat de potestate Christi parata ad omne opus bonum: sed quia non omnibus expedit corporalis integritas, nesciebat vtrum illi expediret curatio illa. Credo inquit quod quod bonum est vis: ignoro autem (nam & Paulus ignorans orabat) si est mihi quod desidero bonum. Cæterum ideo lex vetuit

Esa. 6.
Apoc.
Hieronymus.
Chrysost.
2. Cor. 12.

E tangere leprosum, non vt leprosi non sanarentur, sed vt tangentes, nõ inquinarentur. Et intuere, quod cum nunc leprosum tangit, nemo illũ incusat, quia non dum ab inuidia detenti fuerant auditores. Postquam autem gloria eius cœpit circumquaque diffundi: etiam in lance nodum quærebant. Et vide quam humilẽ quamque sine iactantia responsum: duobus verbis leprosi totidem respondit dicens. Volo: mundus esto. Chrysost. Quod autem tangit eum qui plenus erat lepra, clementiæ fuit: cum solo verbo mundare posset. Simulque ostendit, se supra legem esse, hoc est, lege non teneri, aliamque esse lepram quam lex iuxta spiritum tangere prohibet: de qua Paulus. 1. Cor. 5. Et Esa. cap. 52. Recedite, recedite, exite inde: pollutum nolite tangere, exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa Domini. Ad hæc Origenes super Leuit. cap. 5. Anima quæ tetigerit omne immundum hoc quidem apud Iudęos indecenter satis inutiliterque seruatur. Vt quid

Chrysost.
Origenes.

 enim im-

enim immundus habeat [illegible] uum, siue cadauer vita functi? Quid si prophetę cor-
Ioan.19. pus sit, vel ipsius Abrah [illegible] Quid si ipsius Domini Iesu? Numquid immundi facti
4.Reg.13. sunt iuxta legem occidentes [illegible] odemus, qui sanctum illud templum Dei sindone obuolutũ
sepulchro condiderunt? Quid [illegible] elisęi contingat, quæ mortuum excitarunt contacta, eodem
anno quo ille sepultus est? Quando cadauera scatere solent vermibus. Hæc puerilia sunt. Sed bonum est
Matth.5. (inquit Paulus) mulierem non tangere. Iste tactus est immundus, 1. Cor. 7. Qui enim viderit fœminam
ad concupiscendum eam, iam mechatus est in corde suo, tetigit enim coreius concupiscentiæ flamma.
Matth.9. Tetigerat peccatũ mulier sanguine fluens, & idcirco flagellum carnis acceperat. Per immunditiam enim
peccati in hoc deuoluta est. Sed postq̃ fide plena tetigit fimbriam Iesu: stetit fluxus sanguis, & repente
Lu.6. &.8 facta est mũda. Sicut ergo de Christo virtus sanatiua exiuit, sic intelligendũ puto, q̃ si quis tetigerit pecca-
tum, ex ipso exeat virtus maligna, quæ coinquinat. Qui em̃ tetigerit picẽ, inquinabitur ab ea, & qui cõ-
municauerit superbo, induet superbiam. Eccles. 13. Item illud Prouerb. 6. Qui ingreditur ad mulierẽ proxi-
mi sui, non erit mundus cum tetigerit eam. Hic igitur tactus & hęc lepra cauetur in lege. Cæterum siue
Christum Dominum tangas sicut mulier peccatrix. Luc. 7. Et mulier Emorroysa Matth. 9. Siue cõtingat
te manus eius: vtrobiq̃ sanitas consequetur, & vitæ restitueris, quia manus eius potestate plenæ sunt.
Tetigit ergo eũ, & statim discessit lepra, & mundatus est. Non enim minoris virtutis erat manus Chri-
4.R. 5. sti, q̃ aqua Iordanis, imo amplioris: Namq̃ Naaman septies tactus est ab aquis fluuialibus, leprosus se-
Matth.6. mel. Denique comminatus est ei: vt secretum teneret quod factum fuerat, qui in superioribus dixerat. At-
Hierony- tendite ne iustitiam vestram faciatis. &c. Tamen vade, & ostende te sacerdoti. Hieronymus. Quid em̃
mus. necesse erat vt sermone iactaret quod corpore pre se ferebat? Mittens autẽ eum principi sacerdotum, ho-
norem deferet sacerdotio legis. Deinde vt sacerdotes mundatum videntes solo tactu & vnico verbo, cre-
derent, vel non credentes, excusationem de peccato suo non haberent. Et simul ne (quod in eo sępissime
Abulensis calumniabantur) videretur legem infringere. Abulens. Nemini dixeris, q̃ te mundauerim: donec ostẽdas
te sacerdotibus. Vetuit enim Christus hoc propter calumniam sacerdotum. Nam leprosus nisi calculo eo-
rum comprobatus mundus nõ auderet miscere se populo. Forte enim sacerdotes huiusmodi leprosis iam
purificatis literas dabant testimonij, quibus constaret mundos esse & iuxta praescriptum legis obtulisse
Ioan.11. Domino sacrificium, de quo infra. Item quod dicit: Ostende te sacerdoti: simile est illud. soluite eum, &
sinite abire. Et offer munus tuum. De hoc Leuit. 13. Et fortassis propius intuenti nulla lex reperitur in ve-
Leuit.13. teri testamento difficilior explicatu q̃ ea quæ est de purificatione leprosi. Sed modum cognoscendi le-
pram hominis, vestis vel domus ad præsens dimittentes, de leproso ita statuit lex. Qui maculatus fuerit
lepra, & separatus ad arbitrium sacerdotis: habebit vestimenta dissuta, caput retectum: os veste conte-
ctum, contaminatum se clamabit, solus habitabit extra castra. Quod dicit clamabit, non intelligitur vo-
ce, sed signis euidentibus videlicet veste conscissa. &c. Hic ergo leprosus postq̃ a sacerdote mundus iudi-
cabatur (nam si denunciaretur de aliquo tanq̃ de leproso coram sacerdote, tenebatur comparere) iube-
batur offerre pro se duos passeres viuos, quibus vesci licitum est. Quorum vnus immolabatur in vase
fictili super aquas viuentes: alterum viuentem tingebat sacerdos in sanguine passeris immolati, simul cũ
Leui.14. ligno Cedrino cocco & sparto, exq̃ his omnibus vno facto hysopo asperget eum qui purificandus est
septies vt iure purgetur: & dimittet passerem viuum, vt in agrum auolet. Cumq̃ lauerit homo vesti-
menta, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua, purificatusq̃ ingredietur castra. Ita dumtaxat vt
maneat extra tabernaculum suum diebus septem. Et die septima radet capillos capitis barbamq̃ & su-
percilia ac totius corporis pilos: & lotis rursus vestibus & corpore: die. 8. sumet duos agnos &c. Quis
enim explicet mysteriorum tantorum & tot siluam? quæ tamen nihil conferebant ad purificationem le-
prosi: omnia enim hæc fiebant eo iam purificato casu fortunave aut aere medicorum. Et his oibus præ-
termissis: vnũ illud iniunxit Dñs leproso videlicet vt ostenderet se sacerdoti, & offerret duos agnos. &c.
Nos autem ab hac ceremoniarum labyrintho ad pręsens pedem referentes (vix enim tempus sufficiet sin-
Origenes. gulis, quanto minus sufficiet omnibus) vnum vel attingamus ex verbis Origenis super Leuiticum. Vi-
de ergo quomodo assumitur viuus passer aut gallina illa quæ sæpius voluit congregare filios Israel pro
fuges sub alis suis, Matth. 23. Et lignum Cedrinum, quia sine ligno crucis peccati lepra non purificatur,
Esa.63. & coccum tantum dum expressus videlicet sanguis de botro terræ promissæ. Num. 13. in crucis torcula-
ri, quod Christus solus calcauit, & hysopus humilitas videlicet eius qui cum in forma Dei esset (Phil. 2.)
pter iniquos pependit. Esa. 53. Ex his autem omnibus simul sumptis hysopum fit hoc est ex cauda galli-
næ vel passeris viui exq̃ cocco & cedro & hysopo, & intingitur hysopum hoc in sanguine passeris alte-
Ioan.19. rius immolati qui sanguis aquæ viuæ commixtus est: vtrunq̃ enim fluxit e latere passeris immolati in
Figura. cruce teste Ioanne, sed interest, q̃ aqua hæc viua manauit de latere vita functi: tamen in corpore vita
functi diuinitas vigilabat & viuebat. Quod autem leprosus septies aspergitur ex hac cõmixtione aquæ
cum sanguine, illud præfigurabat q̃ Dominus Iesus septies sanguinem erat effusurus pro nobis. Signifi-
cat item perfectam purificationem, quæ figuratur in numero septenario. Et idem significat q̃ tinguntur
auris leprosi pollices manus dextræ & pedis dextri sanguine hostię immolatę: hoc est principium, mediũ
Ioan.13. & finis: iuxta quod dixit Petrus: Non tantũ pedes meos, sed & manus & caput. Quod vero passer vi-
uus in agrum dimittitur, iuxta mysterium illud significat: q̃ Christo homine moriente in cruce, Deus im-
passibilis permansit, qui mori non potest. Iuxta literam significat: q̃ homo mundatus permittitur ingre-
Colloss. 3. di domum suam. Quod pilos radit primum & 2. & vestem lauat: significat depositionem veteris homi-
nis cũ actibus suis. Quod oleum aspergitur septies, de quo tingitur auris leprosi & pollices caput leprosi:
illud præ-

illud præfigurat, q̃ ex misericordia Dei factus est: vt pro nobis fieret peccatum: qui peccatum non fecit. 2. Cor. 5. Et offer inquit munus tuum. Nec enim apparere debebat vacuus corã Domino exemptus iam a legis tam grauissimo iugo. In testimonium inquit illis Chrysost. Hoc dixit Christus: præuidens sacerdotes ex tanto miraculo nihil profecturos: ideo non dixit in emendationem eorum, sed in accusationem & attestationem: quoniam quæ a me fienda erant omnia facta sunt. Theophylac. In testimonium illis. Hoc est, quando me Iudæi arguunt vt destructorem legis, tu mihi testis eris qui nunc iussus es a me: vt offeras ea quæ in lege perficiuntur. Cæterum iuxta ordinariam ridiculum est leprosum e castris eijcere, qui magis solatio indiget, & misericordia, quia miser. Idem dicendum de eo q̃ iubetur vestes conscindere, os contegere, caput retegere. Habet autem peccator dissuta vestimenta, qui vestem fratris sui tingit in sanguine hœdi. Genes. 37. De hoc vide. 2. Reg. 1. Is enim qui Saulem regem occiderat, veste cõscissa venit ad Dauid regem. Iubetur autem os contegere ne alios doceat, qui seipsum nõ docuit, sed medice qui prædicas non furandum & furaris (Rom. 2.) cura teipsum. Peccatori enim dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas? Psal. 49. Eijcitur autem peccator extra castra, ne virus eius serpat in populum. De quo vide. 1. Cor. 5. Clamet se leprosum: dicens prior iniquitates suas vt iustificetur, ab eo qui non vult mortem peccatoris. Vnde probas? Clamante leproso: Domine si vis potes, respondit medicus: volo, mundus esto. Augustinus. Quid est autem q̃ lucescente iam Euangelio leprosus iuxta legem purificari iubetur? Non oportebat auferri significantia sacrificia, prius q̃ illud quod significabatur confirmatum esset attestatione apostolorum prædicantium & fide credentium populorum. Ex quo patet q̃ legalia non cessauerunt immediate post passionem Christi: de quo alias. Sequitur ea Marci cap. 1. Et egressus cœpit prædicare & diffamare sermonem, ita vt iam nõ posset manifeste introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esse, & conueniebat ad eum vndiq̃. Egressus itaq̃ leprosus iste, cuius iam caro restituta fuerat sicut caro paruuli, ne ingratitudinis notam subiret: (malum cunctis detestandum) cœpit & ipse bonus Christi odor esse in omni loco, & diffamare famosum miraculum ei vnquaq̃, qui tamen iussus fuerat illud tacere. Sed perspicuum est, q̃ is committit in legem, qui legis verba tenens mordicus, contra legis nititur voluntatem. Intentio quippe cordis humani, quo expectet intuendum est. Namq̃ si leprosus iste taceret: Cœli enarrarẽt gloriam Dei, Psal. 18. Imo & lapides clamabunt. Nobis autem datur doctrina vt sufficiat nobis sacerdoti magno notos esse, qui videt in abscondito. Diximus autem in superioribus, q̃ non simpliciter imposuit Dominus leproso silentium, sed donec ostenderet se summo sacerdoti vel vni ex cæteris. At diffamatio miraculi apud populum, eo profecit vt iam non posset Dominus manifeste ingredi ciuitatem: propter concursum populorum vim regno cœlo rum inferentium: interim desertis synagogis, sicut tuguria in cucumetarijs. Vnde necesse erat Dominum in desertis versari, de quibus Esa. cap. 35. Lętabitur deserta. &c. Hieronymus. Quoniam Hierusalem conuersa est in picem, in aceruos lapidum redacta, & in synagogam satanæ, & habitant in ea omnium animalium portenta, & Dñs super eam sententia impleta est, relinquetur domus vestra deserta (Matth. 23) propterea quæ prius deserta fuerat, mutabitur in rerum omnium abundantiam, & Libano commutaro in Carmel, Carmel in saltum reputabitur: dicente Domino vnum verbum: Constituet te Dominus in caudam & nõ in caput. Vnde & Moses iubetur caudam apprehendere: vt sic cauda verteretur in caput. Ex tunc enim & deinceps id quod erat acumen baculi, id est, cauda colubri versum est in caput, & in eã partem baculi (spiram videlicet) quæ semper manu gestatur, nimirum confluentibus ad cõuiuium quod pater instruxerat filio perdito vndiq̃ Gentibus (Luc. 15.) chorosq̃ post epulum ducentibus: frater senior ætate, moribus plusq̃ puerilibus huiusmodi conuiuium sicut prophanum detrectat vsq̃ hodie. Tamẽ & ipse licet sero sapiet tamen, & conuertetur ad vesperam, & hoc, quia & ipse famem patietur vt canis: Psal. 58. Cui dicitur ore Osee, cap. 3. Dies multos expectabis me. Non fornicaberis, & non eris viro, sed ego expectabo te. Expectat igitur vt bonus adulterę pœnitentiam, interim autẽ intrat gentium plenitudo, quę olim deserta erat. Gloria tibi Christe, qui omnes vis ad agnitionem veritatis venire. 1. Tim. 2.

[Margin: A, B, C, D; Exo. 34. Chrysost. Theophy. Ordinaria. Luc. 4. Esa. 45. August. 4. Reg. 5. 2. Cor. 2. Matth. 21. Matth. 6. Matth. 11. Hieronymus. Esa. 35. Esa. 19. Deut. 28. Exo. 4. Iudæi.]

FINIS.

LIBER QVARTVS INCIPITVR.

Caput primum. De Centurione & seruo eius sanitate donato, & cuiusmodi meriti fuerit fides eius apud Dominum.

Cum autem introisset Capharnaum: accessit ad eum Centurio, rogans eum & dicens: Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Pugnat hoc loco narratio Matthæi cum ea quæ est Lucę: siquidem Matthæus dicit: accessit ad eum Centurio: Lucas vero, misit ad eum seniores. Vtrumq̃ autem est verum sicut patebit. Augustinus de concordia Euangelistarũ. Quod per alium quis facit, per se facere videtur. Itaq̃ narratio est vera iuxta Lucam: iuxta Matthæum vero mystica. Accessit ergo iuxta Matthæum credendo, & adeo accessit: vt diceret Dominus: Neq̃ in Israel inueni tantam fidem. Sicut & tetigit Dominum Emorroysa: quomodo multi non tetigerunt. De hoc infra subijcietur altera expositio magis congrua iuxta sensum literæ. Dicit ergo Lucas. Cum implesset omnia verba sua in aures plebis intrauit Capharnaum. Centurionis

[Margin: E; August. Matth. 8. Luc. 7.]

turionis autem cuiusdam seruus male habens, agebat animam: qui illi erat preciosus. Et cum audisset de Iesu: misit ad eum seniores Iudæorum: rogans eum vt veniret, & saluaret seruum eius. At illi cum venissent ad Iesum: rogabant eum sollicite, dicentes ei. Dignus est, vt hoc illi pręstes: diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Prima quæstio hæc est, quare ad Centurionem dicitur: Ego veniam, & Regulo dicitur: nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Ioan. 4. Cum vterq; Gentilis esset, & vterq; fere eadem verba dixerit, Centurio vt veniret, Regulus vt descenderet. Imo Regulus aliquid plus pręstitit qui ipse magnus existens, in persona propria affuit: Centurio autem seniores misit. Vterq; igitur præsentiam Domini flagitat, alter adest, alter seniores misit, & tamen Regulus audit: nisi signa. &c. Centurioni dicitur: Ego veniam. Respondemus, q; iuxta textum Matthæi Centurio præsentiam Domini non requisiuit, sed tantum dixit: Puer meus iacet in domo paralyticus. Quod autem apud Lucam seniores præsentiam Domini exorant, forte id præter mentem Centurionis fuit, videlicet vt essent in commisso sibi negocio fideles, & vt gratiam inirent apud eundem Centurionem, qui ædificauerat eis synagogam. Cæterum q; missis nuntijs ipse non affuit, ad oppositum est. Nam quia indignum se iudicauit præsentię Dominicæ, seniores misit. Nec enim misit quoscunq;, sed Iudęos, & hos seniores, & forte sacerdotes, quod ex eo videtur q; meminerunt synagogæ ædificatæ. Id autem liquido apparet, ex his quæ apud Lucam sequuntur. Et cum iam non longe esset a domo: Non sustinuit id Centurio, sed misit ad eum amicos, dicens. Domine noli vexari. 25. q. 1. cap. Noli. de conse. dist. 2. Cotidie. Ecce q; non requirebat præsentiam Dominicam. Non enim sum dignus, vt sub tectum meum intres. Et sequitur ad secundum: quare seniores misit, & non ipse affuit. Propter quod & meipsum non sum arbitratus dignum, vt venirem ad te. Sed dic verbo, & sanabitur puer meus.

G

Ergo & iste secundum veritatem eandem fidem præstitit, quam & leprosus. Dixit enim, si vis, potes. Domine inquit puer meus iacet. &c. Si velis sanare potes. Erat autem seruus hic, non vnus ex vulgaribus seruis, & iuxta prouerbium, vnus ex ciuitate seruorum, sed qui illi erat charus, ἔντιμος, entimos, id est, charus, siue in precio habitus, de quo sapiens. Si est tibi seruus fidelis & prudens (rara auis) sit tibi

Eccles. 33.

quasi anima tua. Quasi fratrem tuum sic eum tracta. Si læseris eum iniuste, in fugam conuertetur (quan-

Genes. 16.

doquidem Agar ancilla iuste etiam læsa dominam suam fugit) & si discesserit, quem requiras, & in qua via, nescis. Ita Paulus de quodam seruo fugitiuo ad hæc compilatore, sed iam facto fideli, suscipe inquit

Matth. 20.

illum o Philemon vt me alterum Paulum: velut viscera mea. Hunc seruum fidelem qui ministrare venit: (ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat, Luc. 22. Vnde pedes suorum lauit, Ioan. 13.) & animã suam dare pro multis qui apud se habuerit, teneat quod habet, sit ei quasi anima sua, ne si eum læserit

Plutarch.

iniuste, aufugiat, & nesciat vbi eum requirat. De seruorum cura apud Romanos ita dicit Plutarch. in vita Luculi, siquidem apud nostrates non maior cura q̃ pecudum. Cum signati argenti Lucullus maximã copiam, & agros mirifice cultos, in q́sq; cultorũ ingentem numerum possideret, minimi tamen hęc omnia facienda videbantur, præ maxima turba seruorum, quos varijs artibus instructos habebat, lectores, scribas, pictores, argentarios, procuratores, mensarios, quos ipsemet summa diligentia curare, dicentibus assistere, plerosq; etiam docere consueuerant. Aiebat enim, præcipuam domini curam circa seruos esse oportere, cum sint rei familiaris animata instrumenta. Hæc nostris temporibus neniæ putarentur, & sine capite fabulæ, quandoquidem seruis non aliter q̃ asinis multi abutantur: imo vtinam sicut iumentis, sed videas multos ferro onustos, seminudos & semisaturos cogi vt pensum soluant, cœli interim flagris & scorpionibus, nisi q; interim permittuntur procreare paruulorum greges, qui non paruum quæstum præstant dominis suis: distracta tanq̃ bruta, videntibus parentibus, & singultientibus interim, ac corda sua commanducantibus præ dolore, sed præmentibus lachrymas suas, ne ipsi similia patiantur.

I

Forte ex horum numero erat seruus hic, qui in precio & honore erat apud dominum suum: an potius ex illis qui dixerunt domino suo. Pater (ergo filiorum nomine & loco erant apud dominum suum) & si

4. Reg. 5.

rem grandem dixisset tibi propheta, facere debuisti. Hic ergo seruus qui iuxta Prouerbium erat domino anima & vita, agebat animam, erat moriturus. Quod si non est mortuus, non tamen Euangelista fefel-

Esa. 38.

lit, sicut nec Esaias quando dixit: Dispone domum, quia morieris: nam moriturus erat & hic Ezechias, si non sanaretur a Christo. Male inquit torquetur. Male torquetur, δεινῶς βασανιζόμενος, grauiter & acerbe discruciatus. Vnusquisq; enim quem diligit, & si modice fuerit ægrotatus, grauius eam putat habere q̃ habet. Sollicitus igitur Centurio de salute serui: audito miraculo insigni de leproso, vnico tactu & vnico verbo integre sanato, misit ad eum seniores. Annotandum autem quomodo Lucas diligenter expressit sedulam orationem seniorum pro Centurione, dicentem: Dignus est vt hoc illi præstes triplici nomine. Primum q; Centurio est Romanus videlicet nobilis & vir insignis. Secundo q; studiosus est gentis nostræ, imo & tuæ: nam & synagogam nobis erexit a fundamentis, id certe non facturus, nisi amans cultus diuini esset. Tertio nobis negare non debes Iudæis & senibus & sacerdotibus. Noli ergo

K

rationem habere q; Centurio sit Gentilis homo non est enim apud te personæ respectus Actu. 10. Et canes vescuntur de micis quæ cadunt e mensa dominorum suorum, Matth. 15. Noli dicere, Seruus est, apud te enim omnes sunt serui, omnes liberi, Gal. 4. Aut quomodo dedignabere seruum verbo sanare, qui leprosum manu tetigisti? Præteritarum rerum exhibitio est futurarum certitudo. Ego inquit veniam. Am-

Ambrosius

brosius. O quantum diuinæ bonitatis, diuinæ humilitatis insigne: vt cœli Dominus nequaq̃ dedignaretur Centurionis seruulum visitare. Quod vtiq; non ideo faciebat, quia absens curare non poterat, sed vt formam tibi daret humilitatis imitandæ. Nam filio Reguli sanato, dixit ad patrem: Vade. Ibi noluit

pergere, ne

pergere, ne in Reguli filio videretur magis diuitijs detulisse. Hic ipse perrexit, ne videretur in Centurionis famulo conditionem despexisse seruilem. Chrysost. Quod nunquam fecit Dominus, hoc loco fecit. Vbique enim sequitur voluntatem supplicantium: hic autem præsilit, & non solum curare promittit, sed exhibere præsentiam paralytico. Nimirum tanta erat fides eius: vt ad eius comparationem omnium Iudæorum fides infidelitas sit inuenta, qui nec Christum audiuit docentem, nec leprosum curatum vidit, sed audito tantum ex fama quod eum curauerit, plus credidit quam audiuit. Hieronymus. Non debemus iactantiæ arguere Dominum, quod statim se iturum & sanaturum esse promittit: (qui enim cito dat, bis dat) videns Centurionis fidem, humilitatem & prudentiam. Fidem, in eo quod credidit ex Gentibus, paralyticum a Saluatore posse sanari. Humilitatem, quod se iudicauit indignum, cuius tectum Dominus intraret. Prudentiam quod intra corporis tegmen diuinitatem latentem videret, sciens non id sibi profuturum, quod etiam ab incredulis

A videbatur, sed id quod latebat intrinsecus. Vnde dixit: Nam & ego homo sum. &c. Volēs ostendere, Dominum quoque non per aduentum tantum corporis, sed per angelorum ministeria posse implere quod vellet. Iesus autem ibat cum illis. Et cum iam non longe esset a domo, misit ad eum Centurio amicos dicens. Domine noli vexari. Bene autem Lucas in occursum amicos dicit esse a Centurione transmissos, ne præsentia sua grauare Domini verecundiam videretur, sicut dixit Dauid: nesciens tamen ad præsens quid diceret: Noli fili rogare vt veniamus omnes, & grauemus te. Grauaret enim te vera Absalonem præsentia Dauid, quem tamen ficte inuitabat, nec enim in præsentia patris filius parricidium perpetraret. Sed & ne videretur Centurio officium officio prouocasse. Noli inquit me tot bonis onerare: qui anteuertis vota supplicantium, & plus præstas, quam rogaris. Non enim sum dignus vt intres sub tectū meum, & hac de causa factum est: vt me non arbitrarer dignum, qui venirem ad te, sed tantum dic verbo. &c. Propter conscientiam enim vitæ Gentilis grauari se magis dignatione putauit quam iuuari: sicut

B Elisabet. Vnde hoc mihi: vt mater Domini mei veniat ad me? Nam & Dauid videns Ozam contactu arcæ mortem incurrisse: eam ad domum Obededon declinauit. 2. Reg. 6. De hoc tamen vide. 1. Paralipo. cap. 15. Causam quare Oza percussus est: ibi: Vos qui estis principes. Dicunt autem Hebræi quod aruit brachium Ozæ & humerus in quo portare debebat arcam, & non imponere eam plaustro. Legimus apud Suet. Tranquil. de Nerone: quod in peregrinatione Græciæ sacris Eleusinis quorum initiatione impij & scelerati voce præconis submouebantur, interesse non sit ausus. Et is est qui parricidio matris amitæ necem iunxit. Hanc cum ille visitaret ægrotantem, & illa tractans lanuginem eius vt assolet iam grandis natu per blanditias forte dixisset: simul hanc accepero, mori volo, conuersus ad proximos, confestim se positurum velut irridens ait, præcepitque medicis: vt largius purgarent ægrotam. Nam nec dum defunctæ bona inuasit, suppresso testamento, nequid abscederet. Et hic talis abstinet a sacris Deorum. Chrysosto. Non sum inquit dignus. Vide Iudæorum singularem dementiam. Dicit Centurio: Non sum dignus: Dicunt

C illi Domino: dignus est, non solum vt sub tectum eius intres: sed & vt ei præstes quod postulat per nos: sanitate videlicet seruo suo. Inconsuetum autem erat Christum vocari ad sanandum ægrotum, sed ægroti adducebantur ad illum. Hic autem oppositum factum est. Verum vocatus est ad filium Reguli, & ad Lazarum fratrem Mariæ & Marthæ, quia ægrotantes commode adduci non poterant. Nulli autem dubium, quod quanto acutius viderimus: tanto magis discimus, quam longe a cœli regione distamus. Sic etiam quanto superius ascendimus ad virtutis cacumen, tanto amplius docemur, quam sit inter nos & Deum grāde discrimen. Nec sane minima pars est philosophiæ, meritū suum posse quemque cognoscere. Et ille profecto est maxime sciens, qui se esse nihil existimat: dicens cum Abraham: loquar Domino & si me nouerim cinerem breui futurum. Nam & ego homo sum, sub potestate cōstitutus: habens sub me milites: & dico huic vade, & vadit: & alteri veni, & venit: & seruo meo, fac hoc & facit. Oratio est incompleta, sicut patet legenti. Chrysost. Patris & filij mysterium spiritu sancto

D suggerente cognouit, ac si diceret. Et si ego sum sub potestate alterius: tamen habeo potestatem iubendi eis qui sub me sunt. Sic & tu quamuis propter formam serui assumptam minor sis patre: habens tamen potestatem iubendi angelis: tibi enim præsto sunt milia milium & decies totidem. Nam quod Lucas dicit, quod misit Centurio: vt adiret eum Dominus Iesus, blanditias Iudæorum insinuauit vt dictum est. Conueniens enim est credere, Centurionem volentem abire ad Christum, prohibitum esse a Iudæis blandientibus & dicentibus, quoniam nos adimus, & conducemus. Sed quando ab eorum immunitate erutus est: Tunc misit dicens. Ne existimes quod propter inuidiam non veni, sed quia me indignum existimaui: vt te in domum meam susciperem. Conueniens est & hoc opinari, & ipsum Centurionem postquam misit amicos, ad venientem, per se dixisse, quod refert Matthæus: Domine non sum dignus. &c. Arduum autem erat hominem extra legem conuersatum, tam magna de Iesu cogitasse. Imaginatus enim mihi fuisse videtur cœlestem militiam: cuius Christum ducem ac Dominum esse credidit: cui etiam mortem ipsam &

E morbos cæteraque omnia ita subiecta esse non dubitauit, vt nonnulli milites sibi: imo multo magis, qui vocat ea quæ non sunt. Vnde dixit: Ego sum homo: tu Deus: substantia quidem absconditus, manifestus operatione. Ego sub potestate, tibi flectitur omne genu. Esa. 45. Dic igitur verbo, & sanabitur puer meus: nam vt in domum meam intres non sum dignus. Proditum est de Marco Imperatore, quod tam charus fuerit ciuitati, vt maiores natu filium appellarent, fratrem æquales, iuniores patrem. Mortuo diuini honores ab omni sexu, ordine & ætate habiti, populus senatusque propitium deum dixit, eoque processit vana persuasio: vt pro sacrilegio haberetur, qui defuncti imaginem non domi coleret. Templum publice constitutum: flamines sodalesque dati. Sit hic princeps omnium optimus filium omnium pessimum hæredem reliquit Comodum. 18. Romani igitur sacrilegium ducebant, imaginem principis huius apud se non habere,

Chrysost. Hieronymus. 2. Reg. 15. Luc. 1. S. Tranq. Nero. Chrysost. Ioan. 11. Genes. 18. Matth. 8. Luc. 7. Chrysost. Daniel. 7. Rom. 4. Marcus. Sabellicus.

habere, qui de omnibus optime meritus fuerat. Centurio Romanus sacrilegium opinabatur imo credebat illum domi suæ excipere cui cœlum sedes est. Dicebant Iudæi filius est fabri, dicit Centurio: Exi a me Domine: homo enim peccator sum, Luc. 5. Cæterum Zachæus libens, & gaudens excepit illum, quē inuitare nunq̄ ausus esset. Luc. 19. Audiēs aūt Iesus miratus est, & cōuersus, sequentibus se turbis dixit. Amen dico vobis, nec in Israel quidem tantam fidem inueni. Inter eos videlicet quibus prædicaui: vel ad quorum vel cuius petitionem miraculum feci. Ex quo intelligimus Centurionem non fuisse Israelitam. Gestum autē Dominus admirātis præ se tulit, quia vidit Centurionem hominem a musis sacris alienum suam intelligere maiestatem. Quomodo autem admirari potuit, qui seipsum reuelauerat Centurioni quęre alias. Quod vero dicit: Non inueni tantam fidem: iuxta Hieronymum de præsentibus loquitur, non de omnibus retro patriarchis & prophetis, nisi forte in Centurione fides Gentium præponitur Israeli: vnde sequitur. Multi venient. &c. Non solum inquit inter Gentiles qui venerunt ad me, sed nec in toto Israel tantam fidem inueni. Potest sic intelligi: non inueni tantam fidem, a tempore quo Christus cœpit prædicare, & miracula facere. Baptista enim ante credidit, item beata virgo, item Simeon & Elisabeth. &c. Miratus est inquit. Cum admiratio sit de his quę nō comprehendimus oportet ponere aliquid Christo esse incognitum secundum q̄ homo: illud autem est scientia experimentalis, sicut medici quæ sciunt theorice, experiunt̄ practice. Hebr. 5. Luc. 2. Sic miratur astrologus præsentem eclypsim, quam tamen prædixerat futuram: licet minus miretur q̄ cæteri. &c. Faber. Non q̄ in Deipara, in Ioseph per angelos diuinitum conscio, in Baptista, in Simeone, & in similibus non fuerit tāta imo maior fides. Nam quod hic dictum est, de populo Iudaico intelligitur, & his qui sanandorum langorum gratia ad Dominum veniebant. Mirabilis igitur erat fides huius Centurionis, reuera autem admirabilior infidelitas Iudæorum & adeo admiratione digna, vt ipsi qui erant filij regni & hęredes, ob illam suā apistian eiciendi essent in tenebras. &c. Ad hæc Chrysost. Credidit Andreas, sed dicente Ioanne Ecce illum agnum Dei, Ioan. 1. Credidit Petrus, duce Andrea. Sic Nathanael, sic Philippus. Iairus dicit. descende in domū. itidem & Regulus. Nicodemus, quomodo possunt hæc fieri? Ioā. 3. Martha, Domine si fuisses hic Aut si volumus fideliorem istum existimare q̄ apostolos: ita intelligendum est verbum Christi, q̄ vnumquodq̄ bonum hominis secundum qualitatem personæ illius laudatur. Rusticum enim dicere aliquid sapienter, magnum est, quod de philosopho non est mirum. Tanto tempore inquit vobiscum sum, & non cognouistis me? Non æquatis fidem vestram fidei huius Centurionis aut Tribuni iuxta Hilarium. Vnde Origenes dicit, q̄ Iesus fidem huius miratus est, tanq̄ rem preciosiorem cunctis regnis. Videtur autem sermo iste hyperbolem sapere sicut illud Relicto eo omnes fugerunt, & tamen Ioannes subsequutus est Dominum & cum eo Petrus. Matth. 26. Ioan. 18. capite. Sequitur. Dico autem vobis, q̄ multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cū Abraham Isaac & Iacob in regno cęlorū, filii autē regni eiicientur in tenebras extremas. ἐξωτέρας, in regno autem lumen est, a quo quis ho. longe abest, quo magis versatur in tenebris. Ibi erit fletus & stridor dentium. 35. distin. cap. Ecclesiæ. Harū qui venturi erant ab oriente ad cubitum illum in quo consummabatur arca illa (Genes. 6.) Primitiæ fuerunt Magi illi beati, qui venerunt ab Oriente ad lapidem illum, qui fecit vtraq̄ vnum. Ephes. 2. De hoc ita dicit Zacharias. Hæc dicit Dominus, In diebus illis in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis Gentium, & apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicentes. Ibimus vobiscum: audiuimus enim quoniam Dominus vobiscum est. &c. Hierony. Quas Esaias septem mulieres vocat, & in Apoc. 1. Septem Ecclesiæ vocātur: hic decem viri nominantur. Iota autē ex qua nomen Domini incipit, & apud Græcos & Hebręos denarium numerum denotat, & hoc mystico sermone monstratur, q̄ omnes qui censentur vocabulo Christiano, quos & Dominus septem milia Heliæ reliquisse se dicit. 3. Reg. 19 Ex omnibus linguis & nationibus apprehendent fimbriam viri Iudæi, id est, Christi, de quo dicitur Iuda te laudabunt fratres tui, & cupient illius hęrere vestigijs, vt recumbant cum Abraham in regno cœlorum. Multi inquit venient ex omni natione: pro quibus vix reliquiæ venient ex Israel. Nam cæteri qui filij regni vocantur, ex q̄ stellis in arenam degenerant, & ex sorek in labruscas amarissimas, in quibus olim Deus regnabat, donec obstinato animo dixerunt, non habemus regem nisi Tiberium Cæsarem: eijcientur cum suo Cæsare in tenebras exteriores Hieronymus. Tenebræ semper interiores non exteriores sunt, sed quoniam qui a Domino foras expellitur, lumen relinquit idcirco tenebræ exteriores nominatæ sunt. Ibi erit fletus, sed inutilis penitus. Et stridor dentium. Peccator enim videbit multos cum paupere quondam Lazaro recumbentes in sinu Abrahę, ipso interim irascente & linguā cōmanducāte prę dolore, tamē omne desideriū peccatorū peribit, quod est malorū omniū maximū. Quibus melius esset, si nati nō fuissent. Ibi erit fletus. Potest dici, q̄ per hęc duo nobis nota significentur omnes pœnæ inferni, & q̄ ista non sint ibi, sed est metaphora ad significandum pœnas. Quia enim existentes in inferno, pœnitentiam agunt, Sap. 5. dicuntur flere & stridere dentibus. Rabanus. Stridor dentium prodit indignantis affectum, eo q̄ sero vnumquodq̄ pœniteat, & sibi irascatur, q̄ tanta improbitate deliquerit. Potest etiam dici, q̄ turbabunt oculi & cerebrum in damnatis propter summum, non tamen erit resolutio lachrymarum de cerebro, vt quidam dicunt, quia cessante motu cœli, cessabit omnis generatio & corruptio. Sicut autem dicit Hieronymus: vera erit corporum resurrectio: vbi sunt ossa, id est, dentes, & caro, id est, oculi. Possunt autem per tenebras exteriores intelligi loca extra regnum Iudæorum, vbi pertrahendi erant captiui. Nam Aethiopia calidissima est, Hircania frigora intolerabilia. Et apud Ezechielem legimus, cap. 37. Educam vos de tumulis vestris. Augustinus. Multi venient. Ecce iam oleaster in manu est insertoris: Et postq̄ ubi inserti sunt,

naturales

Marginal notes: Esa. 66. — Hierony-mus. — Faber. — Chrysost. — Matth. 9. — Ioan. 11. — Ioan. 14. — Origenes. — Zacha. 8. — Esa. 4. — Hierony-mus. — Genes. 49. — Rom. 9. — Hiere. 2. — Hierony-mus. — Luc. 16. — Psal. 16. — Psal. 111. — Matth. 26. — Abulensis. — Rabanus. — Rom. 11. — August. — F — G — H — I — K

naturales rami qui exciderūt propter suā incredulitatem, quo missi sunt? In tenebras exteriores. Sic inserta est Raab, sic & Ruth, sic & Achan vel Achior, Iudith. 6. sic & Centurio iste, cuius fidem nullus æquauit in populo Israelitico. Leuabit enim Dominus signum in nationes, & congregabit profugos Israel. Hieronymus. Signum crucis quod iam vbiq; terrarum fulget. Signum autem eleuatum, signum est iam diabolum esse victum. Et quidem apostoli & Christus Dominus primum ad oues missi sunt congregandas, sed quia versæ in furorem, apostolos expulerunt a se: Ecce conuertimur ad Gentes. Actu. 13. De Iudæis autē filijs regni ita dicit Dominus. Dispergam eos ventilabro in portis terræ vt inferni inquit Hieronymus, quodammodo calcarent limina: vt coacti malarum necessitate, reuertantur ad sinum patris sui Abrahæ, dicente Dauid. Vtquequo auertis manum tuam de medio sinu tuo in finem? Deus meus ne occidas eos, sed depane interdic eis aqua & igni. Vnde deponendi sunt? De regno. Quo mittendi, nisi cōuertantur? In tenebras exteriores. Vnde illud Zach. 7. Dispersi eos in omnia regna. Hieronymus. Quod dispersi sint, id oculis potius credamus. Quæ gens vel regnum sit vbi aliqui eorū non inueniantur? At q; vtinam in vno angulo terræ conclusi essent, ne semen nequā & filij scelerati atq; degeneres tanq; infructuosum germen omnia repleret. Et dixit Iesus Centurioni. Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et reuersi qui missi fuerant domum inuenerunt seruum qui languerat, sanum, sanatus quippe fuerat in illa hora. Fides hoc loco sicut & multis alijs locis Euangelijs non accipitur pro fide quæ est virtus theologica, nisi accipias largissime, sed pro fiducia impetrādi quod petimus: Nam alioqui multi cum fide qua montes transferuntur petunt nec accipiunt, quia forsan inter orandum nec sunt feruidi nec vel calidi. Credunt Deum quidem omnia posse: cæterum putant, nolle dare quę postulantur. Nam si essent improbi exactores, tandiu pulsarent, donec aperiretur eis. Paulus autem accepit gratiam pro gratia. Ioan. 1. Et hanc fiduciam impetrandi sine fide tamen, habent illi qui dicturi sunt: in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus, qui tamen audituri sunt: Nescio vos. De hoc habes in Actis, cap. 19. Tentauerunt quidam de Iudæis exorzistis inuocare super eos qui habebant spiritus immundos nomen Domini Iesu, dicentes. Adiuro vos per Iesum, quem Paulus prędicat. Quo testimonio euidenter ostenditur, q; Iudæi isti omnino increduli, fiduciam tamen habebāt expellendi dæmones. Vide item Luc. cap. 9. Ibi, pręceptor. Potest tamē vocari fiducia hęc aliquo modo fides, quia qui non credit, sperare non magis potest, q; in aqua scribere, cum fides sit substātia sperandarum rerum. Ita nunq; est spes sine fide illius rei quæ speratur. Nam Iudæi illi nisi fiderent, inuocato nomine Iesu posse dæmonia expelli, id non attentarent, lusuri operam. Dixit ergo Iesus Centurioni, qui tandem & ipse accesserat post seniores Iudęorum, & post amicos ipsius Centurionis. Abulens. Vade, id est, ite: quia ad amicos Centurionis loquebatur. Vade: Nam quod credidisti posse fieri, id iam factum est: Sanatus est puer tuus. Ita sanitas anteuertit eos qui missi fuerant: imo & ipsum Centurionem, qui domum ingressi, seruum incolumē offenderunt iuxta verbum Domini Iesu. Bene ergo dixit Paulus: lex Mosi pedagogus noster fuit. Quid est quod dicimus? Seniores Iudęorum Dominum Iesum in domum Centurionis viri Gentilis introduxerunt, & causam eius Domino commendant: quam tamen Iudęi ipsi abnegaturi erant, & e suo templo profligaturi. Sed vę eis, cum recessero ab eis.

[Margin: Hieronymus. Math. 15. Hiere. 15. Hierony. Psal. 73. Psal. 57. Hieronymus. Esa. 1. Luc. 7. 1. Cor. 13. Luc. 11. Matth. 7. Heb. 11. Genes. 3. Osee. 9. — Section letters: A, B, C]

Caput. ii. De multis ægrotis sanitate donatis, & de filio viduæ excitato a Domino. Cum efferretur, de quodā scriba volente sequi Christum, qui tamen non est permissus: de altero volēte sequi Dominum, si permitteretur primo sepelire patrem. De alio volente similiter Dominum sequi, sed interim dicere vale domesticis, cui dicitur: Nemo mittens manum ad aratrum. &c.

D

Facto autem vespere obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eiiciebat spiritus verbo, & omnes male habentes curauit, vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam dicentē. Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit. Postq; enim rumor sanitati donati serui angulos attigit ciuitatis, vnda excipiente vndam, cucurrerunt multi in odorem fragrantiæ Christi & attulerunt multos possessos a dæmone, quos solo verbo curauit, quo & omnia in esse produxit, quo & portat omnia. Nam & si dæmones non faciunt voluntatem eius superbia enim eorum ascendit semper, Psal. 73. Non tamen effugerunt potentiam eius, sed in nomine Iesu omne genu flectitur etiam spirituum infernorum. Ad hęc Chrysosto. Vt adimpleretur. &c. Cum hęc verba videlicet ipse infirmitates nostras accepit, propheta de peccatis dixisse videatur, quomodo Euangelista hoc de ægrotationibus exposuit? videlicet quoniam plures ęgrotationum ex peccatis insunt animabus & corporibus. Nam & ipsa mors a peccatis habet radicem, sicut dictum est cuidam sanitati restituto: noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat. Ioan. 5. Cæterum q; Dominus Iesus infirmitates nostras acceperit non legimus, imo omnes communiter doctores excludunt a Domino Christo ignorantiam, peccatum & infirmitatem. Legimus autem Matth. 25. Infirmus fui, & visitastis me. Quod si infirmitates intelligas famem, sitim, somnum, lassitudinem, tristitiam, lachrymas, lætitiam spiritualem, de qua Luc. 10. Tædium, timorem, dolorē, exilium, contumelias: de his omnibus Paulus constanter asseuerat, q; debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret: Heb. 2.

[Margin: Matth. 8. Cant. 1. Heb. 1. Chrysost. Philip. 2.]

Ipse igitur

Ipse igitur infirmitates nostras portauit, cuius paupertate ditamur, 2. Cor. 8. Cuius morte (pelicanus enim
Genes. 22. est) viuificamur, ideo enim aries immolatus est, vt Isaac viuus restitueretur matri suæ. **Et factum est deinceps ibat Iesus in ciuitatem quę vocatur Naim, & ibant cum eo discipuli sui, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portę ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris suę. Et hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cū vidisset Dominus: misericordia motus super eam: dixit illi.** Semoto paulu-
Iob. 14. lum a consideratione nostra id quod fide tenemus: constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt (nisi vnus Enoch aut alter Helias, aut tertius Ezechias de quibus Genes. 5. 4. Reg. 2. & capite. 20.) incon-
Theophrastus. siderata est fortuna sicut inquit Theophrastus, & ad ea quæ elaboraueris auferenda vehemens: Nullumque habens ad perturbandam nostram qualemcunque fœlicitatem constitutum tempus. Quod iste de fortuna dixit, nos de morte dictum putemus: quæ inuocata raro non adest, sed frequentius non inuocata venit.
Quo magis miror, quid venerit in mentem Lacedęmonijs, vt (quod nusquam alibi legimus) non tantum ti-
Mors. mori & risui & alijs huiusmodi affectibus templa dicauerint, sed etiam morti templum dicatum sit, sicut refert Plutar. in vita Cleomenis, quasi vero hanc quæcunque is fœminarum dearumve placandam existiment vel prece vel minis vel muneribus, cuius faciem nemo vidit, nemo præsensit venientem. Cæterum
Tullius. teste Tullio: sicut poma ex arboribus si cruda sint vi auelluntur, matura & cocta decidunt, sic vitā adolescentibus vis affert, senibus maturitas. Et adolescentes sic mihi mori videntur, vt cum aquæ multitudine vis ignis vel flamen opprimitur. Senes autem sicut sua sponte, nulla adhibita vi, consumpta materia,
Esa. 38. ignis extinguitur. Interest autem illud, quod sapientissimus quisque æquissimo animo moritur (Ezechias ta-
Psal. 145. men mortem deprecabatur) stultissimus iniquissimo (in illa enim die pereunt omnes cogitationes eius)
Eccles. 41. quando quidem homini hic pacem habenti, id est, paradisum suum, nec dum gustus ipse, sed & memoria
Simonides. est amara: iustus autem sperat in morte sua. Prouerb. 14. Proinde Simonides poeta cum Pausanias Lacedęmo. Rex rebus a se gestis quam sępissime gloriaretur, & quadam irrisione iuberet: vt sibi aliquid sapien-
Iob. 13. ter præciperet, eius cognito fastu: Ne se hominem esse obliuisceretur consuluit, & homo de quo dicitur:
Homerus. contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuā. Huic sententię astipulatur & Homerus. Tydide magnanime inquiens, quid genus percontaris? Cuiusmodi est genus foliorum, eiusmodi & hominū.
Alexāder. Id fere oblitus videbatur Alexander: nisi sagitta suo infixa femori, cogeret eum dicere, quod Philippi filius esset, non Iouis hamonis. Nam Damis ad ea quæ scripta erant ab Alexandro, vt Deus decerneretur, permittamus inquit Alexandro: si velit deus vocari: vos enim sicut homines moriemini, Psal. 81. Nec minus
Iob. 14. propterea ardebit apud inferos, quia deus vocatus est in terris ad breue tempus. Ille enim & quisquis de fœmina natus fuerit, breui viuet tempore, replebitur autem interim multis miserijs: conteretur velut flos vernus, fugiet sicut vmbra: veruntamen apud inferos non in vmbra ardebit. Vocetur igitur deus, & regū rex, quasi homo tamen morietur, & quasi cadauer putridum non habebit consortium, detrahetur ad in-
Esa. 14. feros superbia sua, subter eum sternetur tinea: operimentum eius erunt vermes, postquam semel ingressus fue-
3. Reg. 2. rit cum Dauid viam vniuersæ carnis: de qua via nunc dicitur: Ecce defunctus efferebatur. A quo effere-
Rom. 5. batur homo iste: aut quo? Audi Paulum. Per vnum hominem mors introiuit. Per hominem quidem pec-
Peccatum catū est ingressum: verum peccatū ipsum introduxit mortē. Stimulus enim mortis peccatū est, 1. Cor. 15. Mors enim expulit hominē de mundo, perurgens eum vt exiret peccato quasi stimulo, sicut bos ad macellū stimulo vrgetur. Nam mors locū nō habuisset in homine ante peccatū, licet homo simpliciter mor-
Genes. 2. talis esset, quia ex cōtrarijs cōpositus. Sed in quacunque hora comederis morte morieris. Et hęc est hęreditas quā a parentibus nostris accepimus videlicet peccatū originale & mortē, & multa quę ex his duo-
Origenes. bus fontibus cōsequuntur. Lepra inquit Naaman adhęrebit tibi & semini tuo in ęternū. Origenes. Illud
4. Reg. 5. autē tecū mente perpende: si mors per peccatū in hunc mundum intrauit, vbi erat priusquam intraret, aut si omnino nō erat: vel si fuit ante illū de quo dicitur donec inuentæ sunt iniquitates in te. Ezech. 28. Nam si de morte hac quę cōmunis est nobis & iumentis loquamur, mors hęc in principijs naturalibus quatuor existebat originaliter, & hi sunt quatuor pollinctores qui iuuenē hunc licet efferebāt ad sepulchrū: calidū videlicet & frigidū, siccū & humidū, quę cū sint cōtraria, & agendo repatiantur, tandē cōsumuntur ad inuicē. Omne enim cōpositum est corruptibile: resoluitur enī in simplicia. Sed pollinctores hi stabant, quādiu homo stabat obediēs pręcepto Dei dicēte Dño: quam primū comederis, mortalis eris, mori incipies, incipies efferri & ingredi viā vniuersę carnis. Omnis enī dies gradus est ad mortē. Adeo autē festinē elatus est homo, vt ne puncto quidē cōsistere sinatur: nō tantū omniū parēs Adam, sed & Iosue vir potēs,
Iosue. 10. qui vnico verbo solē statuit. Et cū sol & luna starēt die integro: tamē quatuor illi sęui pollinctores mortis ministri nec puncto steterūt, sed stante sole, Iosue efferebatur: etiā retrocedente sole: Ezechias effere-
August. batur. 4. Reg. 20. Ita teste Augustino, ex eo die tendere cœpimus per viā mortis, i. efferri ex quo nati sum?:
Iob. 10. imo multi prius sunt elati quam nati: id quod optabat & Iob pressus angustijs, vt fieret ei vterus matris sepulchrū. Ita multi efferūtur antequam edātur: sicut refert Plinius de fœmina, quę cū efferretur, in loculo pe-
Plinius. perit. Illa ergo nec dū vita functa efferebatur, & infans nec dum natus. Et sicut dicit idē Plinius libr. 28. cap. 1. Vitam nō adeo extendendā censemus: vt quoquo modo pertrahenda sit, quā vt diximus Iob quam breuissimā optabat, vsque adeo vt malediceret diei natiuitatis, cap. 3. Sequitur ex Plinio, Ex oībus bonis quę homini tribuit natura, nullū melius reor tempestiua morte, hanc nō faciūt optimū anni multi, sed vi-
Sap. 4. ta immaculata: sicut scriptum est: Consummatus in breui, expleuit tempora multa: cum tamen aui sui & proaui duplo vixerint quam Enoch, id quod obserua. Vide Genes. 5. Et infra. Condēnat autē iustus mortuus viuos impios centenarios; sensibus despientes sicut Salomō. 3. Reg. 11. Quod vero sequitur in Plinio: in morte

in morte id est optimũ, q̃ illam sibi quisq; inferre potest de facto: Non assentimur: nam & si pessimus, non licet de iure, quia sicut nasci non fuit nostrum: ita nec mori. Quandiu igitur stãt acerbi isti nostri pollinctores (qui reuera nunq̃ stant) festinemus ingredi in illam beatam requiem, ne sero peruenientes, ligatis manibus & pedibus efferamur sepeliendi in tenebras illas exteriores. Cæterum de morte quę pessima dicitur, morte videlicet peccatorum. Psal. 33. Si requiras vbi erat, anteq̃ in homine ius acquireret, ita scriptum est. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui, adiecit mandata & pręcepta. Si volueris mandata conseruare, conseruabunt te. Quandiu ergo homo seruaret præceptum de non comedendo. &c. Deus conseruabat hominem in vita naturali, & gratiæ. Statim vt pręceptum dedit pessum, desertus est a gratia, incidit in latrones, de quibus, Luc. 10. Et locum habuit mors in corpore, quia peccatum cœpit habitare in mente. Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur sequitur. Apposuit

Heb. 4. Matth. 8. Eccles. 5. Ezech. 18. Genes. 3.

A tibi aquam & ignem, ad quod volueris homo, porrigat manũ ad lignum scientię, deserto ligno vitę, & didicit quod nunq̃ didicisse satius erat: quid illud? Mori. Atq; vtinam non morte secunda, Apoc. 2. & 21. Pater igitur vbi erat mors ante mortem. Mors enim corporis in principijs naturalibus, quę tamen stabãt pręcepto Dei, vt dictum est. Mors autem animæ in voluntate hominis stabat, sicut dictum est, ante hominem vita & mors, ad quod volueris porrige manum. Eccles. 15. Porrexit ad mortem, statimq; quatuor illi pollinctores efferre cœperunt hunc iuuenem Adam videlicet, primum omnium parentem, qui bene iuuenis efferri dicitur, quia & si vixerit annos nongentos & 30. tamen post tres vel quatuor horas ab hora qua conditus est, efferri cœpit & mori, nisi q̃ pollinctores illi sensim pedetentimq; eum in sandapila ducebant ad sepulturam, quia vita nostra cursus est ad mortem. Sed quare per Adam mors ad nos ingressa est & non potius per Euam, quę duplo peccauit, quia & ipsa transgressa est pręceptum Dei, & viro persuasit? Dicit enim Paulus q̃ per vnum hominem peccatum intrauit, & per peccatum mors. Sed si pecca-

Rom. 5.

B tum est in anima subiectiue, anima autem non est extraduce, sicut reuera non est, quomodo igitur a parte accipit peccatum filius? Solutio. Ita dicit Apostolus. Per vnum hominem peccatum introiuit. Et rursus ad Ephe. 2. Eramus oẽs natura filij iræ. Nam si dicas, loquitur Apostolus de peccato originali, nõ obstãte tamen nostro hoc sęculo non apud omnes conuenit de eius entitate, sed scinditur incerta studia in contraria doctorum turba. Sed nos ab hac labyrinto cautere trahamus pedem, tenẽtes cum Apostolo, quod per vnum hominem peccatum introiuit quicquid sit peccatum illud, quod nos constituit ante Deum irę filios. Mitissima est enim pœna sensus decedentium in originali peccato tantum, imo nulla, & qui contrarium asserit, nescio vnde probet. Nam quod dicitur, anima quę peccauerit morietur morte ęterna, de originali peccato nullo modo intelligitur. Peccatum enim hoc nemo peccat, sed cum eo vel in eo concipitur. Cęterum pœna damni infantium decedentium in originali tantum, est diuinæ visionis carentia & detentio illorum in loco despectissimo. Sciendum tamen q̃ infantes isti vel ignorant beatitudinem in

Ezech. 18.

C particulari, & sic non tristantur de eius carentia. Vel si agnoscunt, Deus non concurrit cum illis vt inde tristentur, eruntq; contenti statu suo, scientes ita statuisse diuinam sapientiam, nec hoc actibus suis demeruisse. Scot. in. 2. distin. 33. Dicendum igitur ad quæstionem, q̃ quia fœmina pars erat viri, id est, costa eius, in homine Adam intelligitur & Eua. Secundo, quia iustitiam originalem (quicquid illa sit) nõ Eua accepit pro se & posteris sed Adam, cui dictum est: in qua hora comederis. &c. Genes. 2. Sed vnde hoc scimus? Certe erubescimus, cum sine legis testimonio loquimur. Verum ita dicunt doctores. Erat enim Adam non persona tantum sicut vnus nostrum, sed principium totius naturæ humanæ secundum carnem. Et amaritudinem natura seruat in ramis, quam contraxit in radice Eua videlicet & Adamo. Vnde ardebat rubus ille nec comburebatur, quia peccatum parentum nostrorum semper exarsit in filijs, spinam nullam consumpsit. Et licet in Abraham patre Iudæorum præputium quasi spina quædam ablatum esset gladio circumcisionis, ignis tamen semper ardet in rubo isto & ardebit, dicente Paulo: Caro concupiscit

Exo. 3. Gal. 5. Rom. 7. 1. Cor. 15.

D cit aduersus spiritum. Et illud. Scio q̃ non habitat in carne mea bonum. Quandiu ergo peccatum habitat in carne, moriendum est, donec cantemus O mors vbi est stimulus tuus? Cæterum de Domino Iesu aliter dicendum est: deq; eius semper immaculata & superbenedicta matre, quam Abimelech non tetigit, flagellum non appropinquabat tabernaculo benedictissimę Trinitatis, quoniam angelis Dei mandatum est de ea Psal. 90. Efferebatur igitur adolescens iste, sicut omnes efferimur, aut sicut omnes morimur. 2. Reg. 14. Rogatus Ormisdas (is Regis Persarum erat filius) a Constantino Romano Imperatore, quid de vrbe Roma sentiret, nam alias obstupuerat, fassus naturam omnes vires suas in vnius vrbis apparatum contulisse, tantum respondit, placere sibi vnum, q̃ didicisset, ibi ea quoq; homines mori. Itaq; ibat cum vidua illa turba multa, item & cum Dño Iesu non inferior multitudo. Habes igitur duplicem turbam, altera sequitur vitam, mortem altera. Interest autem, quoniam qui Iesum sequitur, incomprehensibilis est a morte: vide Apoc. 19. De his autẽ qui mortẽ sequuntur habes in Apoc. cap. 6. Ecce equus

Genes. 20. Sabellicus

E pallidus, & sessori nomen mors, & infernus sequebatur eum. Qui vitam sequuntur, hi sunt quorum conuersatio in coelis est, in his non habet locum mors secunda, Apoc. 21. Nam primam mortem Paulus somnũ vocat. 1. Thessa. 4. Et Dñs Ioan. cap. 11. Qui mortẽ sequuntur, etiã cũ viuunt vita functi sunt, Apo. 3. Cęsar cum illum transeuntẽ per latinam viam vnus ex custodiarũ agmine demissa vsq; in pectus vetere barba, rogaret mortem: Nunc enim inquit viuis. Quomodo eñ viuere credẽdus est, aut vixisse, qui virtutis post se nullũ signũ reliquit? Reliquit autẽ multa stultitię signa insignia, Sap. 2. Viduã igitur cũ vidisset Dñs misericordia motus est. Nec eñ qui nos per apostolũ iubet induere viscera mię, & flere cũ flentibus, Rom. 12. Ab huiusmodi affectibus alienus fuit. Grego. Nis. Adolescens primam producens lanuginem, qui pridie mulcebris erat maternorum oculorum aspectui, iam aspirans ad tempus sponsalium, al-

Philip. 3. Cæsar. Colloss. 3. Esa. 49. Gregorius Nicenus.

Q ret Isaac,

[1. Thess. 4.] ter Isaac, virga genetis, baculus senectutis, lumē oculorū matris Merito igitur mīa motus est. Et dixit illi: Noli flere. Non cōtristemini sicut cęteri qui spem nō habēt. De hoc ita habes. 2. Mach. 7. Dicente Antiocho scelesto patre nostro inter deos trāslato, eius vanā spem (qui putabat & ipse trāslatū iri) vnus
[Machabęi] ex ipsē Machabęis ita elusit dicēs. Tu quidē scelestissime in vita nos perdis, sed rex mūdi defunctos nos pro suis legibus ęternę vitę restituet. Tibi enim resurrectio ad vitā nō erit. Subiecit autem & mater quę aderat triumphantibus filijs, quos nō efferebat, sed trāsferebat in lucem promissam Abrahę. Nescio filij qualiter in vtero meo apparuistis. Neq; enim ego spiritū & animā donaui vobis, sed mundi creator qui iterū vobis cū mīa restituet vitā, sicut nūc vos ipsos despicitis propter leges eius. Et infra cū rex suaderet matri vt hortaretur filiū suū (occisis iam sex) vt pareret tyrāni beneplacito, promisit illi suasurā. Inclinata ergo ad filiū, irridēs tyrannū, ita exorsa est. Fili miserere mei. &c. Et putas te hāc laudabilē fœminam
[Matth. 2.] iā tūc legisse hoc verbō apostoli, nō cōtristemini sicut cęteri qui spem nō habēt, de quorū numero erant
[Psal. 48.] illi, super quorū morte Rachel noluit consolationē accipere, quia illis resurrectio ad vitā nō erit. Acces-
[4. Reg. 4.] sit igitur Dñs, & tetigit loculū. Pręmiserat enim magnus ille Helisęus baculū suū per manus vnius leprosi, vt poneret super puerū vita functū, sed baculus ille anteq̄ eū cōtingeret Dm, vitā donare quomo
[2. Reg. 18.] do posset? Cum scriptū sit, maledictus oīs qui pēdet in ligno. Deut. 21. Sic pependit Absalō, tribus lāceis trāsfixus per latera. Siquidē inobediēs Adā triplicē mortē incurrit. Prima mors exiliū est, electus est enim homo a paradisi delitijs. Secūda mors corporis est, quia in puluerē est reuersus. Tertia mors spiritualis est,
[Genes. 2.] per quā separatus est a ligno vitę Dño Iesu. Igitur baculus ille timor erat legis, lex autē occidit potius q̄ viuificet. Adde q̄ legē Helisęos noster misit per manū Giezi. i. Mosi, cuius manus leprosa, Exo. 4. Fides
[Philip. 2.] dubia. Nu. 20. Ipse alias homicida. Venit ergo Helisęus, & tetigit oculū. i. lignū in q̄ iacebat homo mor-
[Figura.] tuus, & cōmensuratus est puero, forma serui assumpta, & clausit ostium super se, signato sepulchro, &
[Esa. 11.] orauit ad Dnm cū lachrymis & clamore valido. Heb. 5. Et incubuit super puerū assimilatus fratrib? per oīa, vt misericors fieret. Heb. 2. Deambulauit huc atq; illuc, prędicās regnū cœlorū, ex qua deambulatione, fatigatus sedebat supra fontē, Ioan 4. Et oscitauit puer septies, accepto spū septiformi, de quo Esaias, a quo expulsus fuerat spūs neq; septuplex. Matth. 12. Ita resurrexit puer, & dedit illū matri suę. 4. Reg. 4. Sequitur. Hi aūt qui portabāt, steterūt. Et ait. Adolescens tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illū matri suę. Accepit aūt oēs timor, & magnificabāt Deū dicētes. Quod propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebē suā. De pœni. dist. 1. Denique dist. 2. Sicut nibus. Steterūt igitur qui cadauer portabāt.
[Ionæ. 1.] Sunt tamē & alij pollinctores qui nos sensim & quasi dormitātes ducūt ad mortē: sicut legimus de Iona, qui stertebat in profundo nauis, cito futurus præda ceti. Hi sunt timor & spes, gaudium & tristitia. Petrus per timorem vitam negauit, Matth. 26. Absalon vana spe regnum inuasit patris. 2. Re. 17. Herodes vana inflatus lętitia, consumptus est a vermibus, Actu. 12. Iudas tristitia sęculi absortus, cucurrit ad laqueum. Matth. 27. Tamen vtriq; portitores steterunt ad pręceptum eius qui habet claues mortis & in-
[Rom. 4.] ferni. Apoc. 1. Et quia ipse est qui vocat ea quæ non sunt, perinde ac sint, vocauit iuuenem. Vnde ille respondit: hoc est, resedit, dicēs: En ego, quia vocasti me. 1. Re. 3. Cœpit igitur loqui, & magnificare Domi-
[Luc. 2.] nū, a quo vita donatus fuerat, vt videret lumen quod parauerat Deus pater ad illuminationē Gentiū.
[Ioan. 16.] Denique dedit illum matri suę, vt impleretur illud, tristitia vestra conuertetur in gaudium. Sed & gaudiū
[Luc. 15.] est angelis Dei super vno peccatore, qui perierat & inuentus est. Quia & filius ille perditus qui etiam iuuenis fuisse refertur, matri suę (ipsa est Ecclesia) restitutus est, licet Lucas patris tantum meminerit. Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum dicentes, vere propheta magnus, potens opere & sermone (Luc. 24.) surrexit inter nos: de quo habes Deut. cap. 18. Et reuera visitauit Deus plebē suam. De quo dictum est Luc. 1. Nam excitare mortuos opus est Dei solius, qui educit vinctos in fortitudine. Psal. 67. Vincula autem quibus vinciuntur adamantina sunt. i. consuetudo versa in alteram naturam: de
[August.] qua Hiere. 13. Si mutare potest Aethiops pellem. &c. Augustinus. Compediti isti & vincti forsitan vel-
[Rom. 7.] lent ambulare, & cum adiaceat velle, non datur posse. Sed qui educit vinctos & eos qui habitant in se-
[Manasses.] pulchris, sępe & hos exaudit: de quorum numero erat (rex aliquis) qui dicebat contectus in vinculis, in-
[Ioan. 11.] curuatus sum multo vinculo ferri. Sed & isti qui habitant in sepulchris, qui iam in profundum malorum venerunt, Prouerb. 18. Etiam aliquando potenter educuntur, sicut factum est cum Lazaro. Qui autē fe-
[Licurgus.] cit hęc in corporibus, potest mirabiliora facere in moribus. Statuit autem Licurgus humādi modū apud Lacedęmonas, q̄ in vrbe & circa templa mortui humarentur, amictu tantum puniceo inuoluti, oliuæ
[Tebani.] fronde coronati. Lugendi tēpos ad duodecimū diē prefiniuit. Cęterū apud Tebanos nulli licebat domū a fundamentis erigere, nisi & sepulchrū conderet. Masculos pueros formosos, & puellas deformes in cu-
[Aethiopes] nis suffocabant. Sepulchra Aethiopum vitrea sunt. Postq; cadauer eius arefecerunt, totum gypso incrustant, picturaq; exornantes, repręsentāt quo ad possunt effigiē eius. Deinde cippū ei e vitro quod apud illos multū est, circūdāt, in cuius medio mortuus inter lucet. Nihil neq; odoris ingrati neq; fœditatis vllius exhibēs, sed oīa ipsi illi mortuo similia habēs. Hunc cippum maxime propinqui intra ędes annum te-
[Indi.] nēt, offerētes ei oim rerū primitias hostiasq;. Anno exacto, efferūt, circa q̄ vrbe statuūt. Cęterū Indi oētales, referēte Herodoto, carnib? crudib? vescētes: quiescius aliquis aliquādo ęgrotat, virū quidē sui maxime familiares interimūt, q̄ dicāt illū morbo tabescentē, carnes ipsis corrupturū, & licet se neget ille ægrotare, nihilomin? isti nō ignoscētes, necāt eū: epulāturq;, idē de fœminis. Qui aūt ad seniū perueniūt,
[Athenienses.] eodē itidē mactato pascūtur, sicq; liberantur in totū a cura funeris & sepulchri. Apud Athenienses (referente Platone) defuncti domi condiebantur. Et exiit hic sermo de eo in vniuersam Iudęam, & circa

& circa omnem regionem. Sic sensim granum illud sinapis paruum quantitate magnum efficatia virtutem suam explicabat, & Dominus Iesus vincebat famam suam virtutibus suis. Est autem ciuitas hęc Naim, id est, abest duobus ferme passuum milibus a monte Thabor ad plagam Australē, haud procul ab Endor. Sequitur ex Matth. cap. 8. Interea accedens vnus scriba, ait illi. Magister sequar te, quocunq; ieris. Et dicit ei Iesus. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Alius autem e discipulis suis ait illi. Domine permitte me primum ire, & sepelire patrem meum: Iesus autem ait illi. Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos: tu autem vade, & annuncia regnum Dei. Et ait alter. Sequar te Domine: sed permitte mihi primum vt dicam vale his qui sunt domi meæ. Ait ad illum Iesus. Nemo mittens ma-

A num suam ad aratrum & aspiciens retro, aptus est regno Dei. Ostenditur inquit Hieronymus: ob hoc scribam repudiatum q̃ signorum videns multitudinem, sequi voluerit Saluatorem, vt lucra ex operum miraculis quęreret: hoc quidem desiderans quod & Simon Magus: sed iste aliquanto verecundior, prætendit enim sequellam Christi. Imo ille Simon lupus erat in propria pelle: ideo facile caueri potuit adicente, pecunia tua tecum sit in perditione. Iste lupus quidem erat sed in melota oculos tamē Christi fallere non potuit, qui solus nouit corda filiorum hominum. De his Paulus. 1. Tim. 6. A veritate priuati sunt, qui existimant quęstum esse pietatem: hoc est qui obsequio Dei noīa dant propter quęstū, quam pestem Dominus flagello expulit e templo suo, sed hydra licet pro vno septem exerit capita, que ties prę[c]iditur. Hi sunt filij Hieroboam, qui deos recentes confinxit e capite suo, & constituit eis sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filijs Leui. Constituit altare & solēnitatem 15. die mēsis octaui, & ascendit altare vt immolaret incensum. Denique eo vsq; impietatis ventum est (ad quid enim faciendū

B vel patiendū nō cogit auri detestanda fames!) vt quicunq; vellet implere manum Regis, statim fieret sacerdos excelsorum. Sequitur. Et propter hanc causam domus Hieroboam deleta est desuper terram: sicut domus Dathan & Abiron, illi quia verum sacerdotium non vocati præsumebāt, iste quia nouum sacerdotium confinxit e corde suo, & vtrique lucra de religione captabant. Vnde orat propheta. Omnes principes qui dixerunt, hęreditate possideamus sanctuarium Dei, Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti Amen amen, ita fiat in diebus nostris. Quid inquit me propter diuitias & sęculi locupletes sequi, cum tantę sim paupertatis, vt ne hospiciolum quidem habeam, & non meo vtar tecto! Oīa q̃ sunt sęculi huius diuiserūt inter se (etiā super vestē meā miserūt sortē. Psal. 21.) sicut olim tres viri, Tiberius Cęsar, vulpes, & volucres cœli, Iupiter, Neptunus, & Plutos, filius autē hoīs nō habet vel superficiē vbi caput reclinet. Nā & pastores habēt sua tigella: sed & satanę vox est: hæc oīa mihi tradita sunt. Veruntamē & multi principū sęculi hui⁹ nostrā cōdemnāt auaritiā. Legim⁹ enī de Cęsare. Instru-

C mēti ei⁹ & supellectilis parsimonia apparet etiā nūc, relictis vasis atq; mensis, quorū pleraq; vix priuatę elegātię sunt. Ne thoro quidē cubuisse aiūt nisi humili & modice strato. Veste nō temere alia q̃ domestica vsus est, ab vxore & sorore & filia neptibusq; cōfecta. Hęc nr̄is tēporibus sine capite fabulę videbūtur, q̃m multi ex nr̄atibus poti⁹ mirantur ipsum Nerone, qui vestē bis nullā induit. De Lamacho aūt refert Plutarch⁹: qui cū iustitia esset insignis, atq; animi fortitudine prę[s]taret, paupertatis adeo studiosus erat, vt quoties illū Athenięses Imperatorē crearēt, aliquantulū pecunię ad palliū & crepidas cōparādas decerni opus esset. Cōfer hūc cū Nerone, & intelliges quid est: vulpes foueas habēt. Verū Nero & sui similes vulpes, sicut nudi egressi sunt ex vtero matrū suarū ita nudi reuertent̄ illuc. Ad hęc Hilari⁹. Dei fili⁹ paucitatē sequentiū cōtuēs, cū orbis maxima pars viā latissimā tereret: hoc exprobrādo dixit. Siquidē arcā Noe cū iumēta multa & aues ingressę fuerint, octo tm̄ aīæ ibi saluę factę sunt. Ita dicit Ambr. Multa cōdiderat Deus, aues pisces aīalia oīgena, nec tñ dicit requieuisse, donec fecit hoīem ad imaginē & si-

D militudinē suā. Geñ. 1. Igit̄ tyrāni violētia, vulpes dolo fraudib⁹ & astu, aues cœli vtroq; mō (Nam & vt rapiūt aquilę, & aues multę q̃ rapto viuūt, insidiant̄ aūt milui pullis) totū in hamis suis leuauerūt, filijs aūt hoīs nō habet (quod ne cydali) vbi vel caput reclinet. Qđ si ita est, vbi sub Cirino sensus inuestigatio, vbi necessitas profitēdi? Reuera illic nihil habet descriptor qđ cēseat, quādoquidē nemo potest duobus dn̄is seruire. Matth. 6. Igit̄ alter pmitte mihi inquit, vt sepeliā patrē meū. Sciendū iuxta Cyrillū Abulensem & Nicolaū, q̃ pr̄ istius adhuc viuebat & vigebat sensibus. Sed dicēs: pmitte vt sepeliā, id voluit dicere: parēs meus iā dextera cōputat annos, mors ei in ianuis est, q̃ primū eū sepulchro cōdidero: sequar te. Verū sequella ista valde incerta erat, nō em̄ raro patres sepeliūt filios. Siquidē Iob decē filios sepulturę cōdidit: de q̃ alias Et hic sensus cōsequi videt̄ ex v̄bis Dn̄i: dimitte mortuos. Nā si mortuus erat parēs sepelire quō poterat mortuū? sed ratio ista nō cōcludit: pōt em̄ sic exponi iste text⁹: dimitte mortuos affi-

E nes tuos, qui mortui sunt quia infideles, sepelire mortuos suos parentē tuū & cęteros: & patet. Ita parens hui⁹ erat viu⁹ & erat mortu⁹: viuus in corpore, aīa vita funct⁹, vel in vtroq; mortu⁹ erat. Referī de Zenone Imperatore qui postq̃ annos 15. tyrannū egit potius q̃ Imperatorē, ab vxore sepulchro inclusus est ebrius, viuēs. Qui frustra resipiscēs, & opē quęritās, tādē vita funct⁹ est, elat⁹ anteq̃ mortu⁹. Verū iā vita funct⁹, sepult⁹ est in inferno. Dimitte ergo mortuos. Nā iuxta Ambr. regio hęc iuxta visionē Ezechielis plena est ossib⁹ mortuorū, q̃a plena est delictorū, supbia vitę, supbia oculorū, cōcupiscētia carnis. Et iuxta Hiero. pietatis est gen⁹ impiū esse p dño, si vtriq; placere nō possum⁹. Ad hęc Hilari⁹. Inter fidelē filiū patrēq; infidelē ius paterni noīs nō relinq̃t. Nō ergo obsequiū humādi pr̄is negauit, sed addēdo dimitte mortuos, admonet nō admisceri memorijs sctōrū mortuos īfideles. Mortuos aūt & iā eos esse, qui extra Deū viuūt. Tu aūt vade & annūcia regnū Dei, & talē te exhibe spūi sancto: vt de te dicat: Vas ele-

Q ij ctissimū est

Margin: 3. Reg. 10. — Matth. 8. — Luc. 9. — 2. q. 4. Obtineri. — Hieronymus. — Actu. 8. — 2. Paral. 6. — Ioan. 2. — Hieroboā. — 3. Reg. 12. — Num. 16. — Psal. 82. — Hierony. — Luc. 4. — Cæsar. — Plutarch⁹ — Matth. 7. — Genes. 6. — Ambrosi⁹ — Habac. 1. — Zenon. — Ezech. 37. — Ambrosi⁹ — Hierony. — Hilarius. — Actu. 9.

Luc.7. 2.Reg.12. Iudi.16. Prouerb.1. Iudi.4. Chrysost.

chissimũ est mihi iste vt portet nomẽ meũ nõ cãtũ in frõte sicut põtifex, Exo.28. Sed & in corde cũ Cecilia & Ignatio, & in operib⁹ cũ ipso Paulo. Ad hęc Greg. 4. Moral. cap. 19. Mortui mortuos sepeliũt, cũ peccatores peccatorẽ fauoribus premunt: Nam & erat Lazarus mortuus sed non a mortuis sepultus. Dicit hic Gregorius de tribus mortuis excitatis a Christo, puella intra domum, iuuenis qui iam efferebatur, Lazarus qui iam sepultus erat: in figura triplicis generis peccatorum, videlicet occultorum: sicut Dauid: cui dictum est, tu fecisti in abscondito. Publicorum sicut Saul contra eundem Dauid, obstinatorum sicut Pharao. Cum enim culpa in vsum venerit, et iam animus etiam si appetat debilius resistit. Quia quot vicibus prauę frequentationis astringitur, quasi tot vinculis Samson ligatur. Vnde fit vt eneruis animus cum solui non valet, ad quędam se solatia falsę consolationis inclinet, quatenus venturum iudicem tantę sibi misericordiæ spondeat: vt nullum perdere velit, qui vult omnes saluos fieri. 1. Tim. 2. Sed si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Est enim lac hoc id quod Iael Sisarę propinat. Ad hęc Chrysosto. Alter istorum expellitur, alter retinetur, quia Dominus semper voluntatem hominum respicit. Et certe ingratissimus esset, si incuria sua parentis funeti non interesset. Cum autem obtemperans Iesu voci, remansit, ne rerum maiorum ordinem perturbaret, non mediocriter laude dignus est. Erat enim verisimile post parentis sepulturam ad testamenti legatorumq; considerationem deuenturum. Deinde in aliud ex alio quasi vndarum fluctibus distractum, procul a portu salutis iactaretur. Multis ergo eum Dominus malis eripuit, luctu mœrore, hęreditatis diuisione. &c. Tu autem vade, & annũcia regnum Dei. Hieronymus. Licet pater tuus in limine iaceat, & mater tibi vbera & pectus ostendat, per calcatos perge parentes, & ad vexillum crucis Christi euola. Quod si pro cura sepulturę parentum, salutis nostræ cura recrastinanda non est, quo loco ponemus eos, qui inuitati ad cœnã magnam de bobus villa & vxore causantur, quando nec domesticis valedicere permissus est? Tertius ille qui sequi Dominum voluit? Sed nemo inquit mittens manum ad aratrum & aspiciens retro aptus est regno Dei. Hoc est enim iuxta prouerbium; Penelopes telam texere, sicut illi quorum vox est: constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Vide. 3. Reg. 19. Natum est autẽ prouerbium ex Homero, qui fingit Penelopen Vlyssis vxorem procos iam vrgentes hac conditione delusisse: vt tum se promitteret nupturam: vbi telam quam habebat in manibus absoluisset. Quam conditionem posteaq̃ illi accepissent, mulier astuta quod interdiu texuisset, id noctu retexere cœpit. Augustinus. Tria sunt hominum genera quę odit Deus, remanentes in via, qui de exilio patriam faciunt. Retrocedentes, missa manu ad aratrum & aspicientes retro cũ vxore Loth. Aberrantes, qui eunt post desideria sua: sicut Samson qui abiecit a se ducem suum. Iudi. 16. Cęterum animalia illa pennata coram facie sua ambulabant: priorum oblita, nec reuertebantur cum ambularent, quia nemo mittens manuum ad aratrum & respiciens, liram rectam facit. Nisi nos forsan Iani sumus bifrontes quos nulla a tergo ciconia pinxit, quod mihi non improbatur, dum modo nõ simus numero eorum de quibus scriptum est: fuerunt gentes istę timentes quidem Dominum, sed nihilominus & idolis suis seruientes: Nam filij eorum nepotes sicut fecerunt patres sui, ita faciunt vsq; in pręsentem diẽ, duobus dominis inseruiunt, imo nulli, dicente Domino: Verterunt ad me terga & non faciẽ. Nemo autem mittens manuum ad cultum Dei, & terga ostendẽs Deo, aptus est regno Dei. Hiere. 2. Memento inquit vxoris Loth, Luc. 17.

Num. 14. August. Genes. 19. Ianus. 4.Reg.17. Matth.6.

(P) (G) (H)

Caput. iii. De Christo dormiente in puppi nauis, & de tempestate oborta & Domino excitato clamantibus discipulis periculi concussi timore, & mari sedato voce Domitu, & fide modica discipulorum, & nautis admirantibus potentiam Christi.

Marci. 4. Luc. 8. Matth. 8.

(I) Factum est autem in vna dierum ait Dominus discipulis suis: Transeamus contra stagnum, & dimittentes turbam, assumunt eum ita vt erat in naui, & alię naues erant cum illo, & nauigantibus illis, obdormiuit. Et ecce motus magnus & venti & procella facta est in mari: Marcus: & ventus fluctus mittebat in nauim ita vt impleretur nauis: & operiretur fluctibus. Iuxta Matthæum. Marcus. & erant ipse in puppi super ceruical dormiens. Lucas. Et compellabantur: imo complebantur & periclitabantur. Accedentes autem excitant eum dicentes: Marcus: Magister non ad te pertinet, q̃ perimus? At ille surgens increpauit ventum & tempestatem aquæ: Iuxta Lucam. Marcus dicit: Comminatus est vento, & dixit mari. Matthęus autem dixit. Imperauit ventis, & mari, dicens, Iuxta Marcum Tace obmutesce. Et cessauit ventus. Omnes tres: & facta est tranquillitas magna. Et ait illis. Quid timidi estis modicę fidei? Iuxta Matthęum. Marcus dixit. Quid timidi estis? Nec dum habetis fidem. Lucas dixit. vbi est fides vestra? Porro homines illi mirati sunt timentes: Iuxta Lucam. Iuxta Marcum: Timore magno, & admirati sunt. Iuxta Matthæum: dicentes. Qualis est hic: vel iuxta Marcum: Quis putas est iste: Lucas ite. Quis putas hic est, quia & vẽtis & mari imperat, & obediunt ei. Iuxta tres Euangelistas. Ad hęc Hiero. O angustũ & satis anxiũ tẽpus vitę mortalis (breui viuẽs tẽpore: ecce nauim angustã, repleẽ multis miserijs, ecce miseriarũ capacissimã) vbi cum initio notatur & finis: dicẽte spũ sancto: vnus est omniũ introitus ad vitam, & similis exitus: imo si licet dicere,

Hieronymus. Iob.14. Sap.7.

(K)

dicere, valde dissimiles sunt exitus, & tam dissimiles, q̃ sunt hominũ facies. Iam captus est morte qui na tus est. Ergo cum muti venerimus: nõ enim habemus hic ciuitatẽ permanentẽ (in mari enim habitamus, quia homo nunq̃ in eodem statu permanet, nõ magis q̃ nauis figi potest & sisti in aquis vehementibus, Iob. 14.) Peregrinantiũ more quod acciderit intra mundi pelagus quasi transeuntes, ferendo male imposita bona deuotione portata vincamus. Et quãuis melior sit mors q̃ vita amara, Eccles. 40. Tamẽ sicut nõ fuit nostrũ nasci, sic & mori nõ est in nostra potestate, sic & cõcuti & tentari. Sed tamẽ sua fœlicitate miser est, qui cũ fluctibus quibus gloria gignitur, nunq̃ meruit habere conflictum, dicente Dño: Nunc cognoui (videlicet postq̃ tentatione Adamas ille probatus, indomabilis inuentus est) q̃ timeas Dñm, & nõ pepercisti vnigenito tuo propter me. Amatori enĩ præliorũ ornamẽta sunt vulnera. Ego inquit stigmata Dñi mei in corpore meo porto. Et 2. Cor. 11 per totũ. Quis ergo securus poterit hoc mare

A magnũ nauigare, in quo reptilia quorũ nõ est numerꝰ, si Ionas a ceto voratur, & Paulus ter naufragiũ pertulit, & Petrus iam iã de vita periclitabatᵣ? Sed nihil mirãdũ de nauicula Pauli, qui vtiq; homo erat, & carnẽ gestabat, q̃ colaphis egebat satanę. 2. Cor. 12. Quid dicimꝰ de nauicula imo naui iuxta Marcũ & Lucã. (est enĩ πλοῖον, nõ πλοιάριον: plion, nõ pliarion) in qua Dñs Iesus ferebaturᵣ? Sederat ibi Iudas inquit Ambros. & Iesus dormiebat: aut sicut alibi legimꝰ in mysterio, stertebat Ionas in profundo nauis. Ionas aũt pastorũ figurã tenet, qui nõ tãto vigilãtes dormiũt & stertũt, & interim nauis cui regẽ d/ę præsunt (siquidẽ sedẽt in puppi loco videlicet archigubernij) replet fluctibus, cõcutitur vẽtis quatuor, impetit a cetis grãdibus, & solutis cõpagibus, sensim it pessum & sidit, peritq; pastor cum grege. Refert Nearchus, teste Strabone, vidisse se cetũ mari eiectũ, centũ. 50. cubitorũ. Bellũ cetorũ cũ nauis qui scire velit: legat Plin. lib. 9. ca. 6. Fluctus enĩ ac hanelitus & ictus tãtos excitãt, quãtos nulli turbines voluat. Nam & oia Balenę cũ habeãt in frõtibus, summa aqua adnatãtes, in sublime nimbos efflãt. Visa est Ro

B mę orca quędã in portu Ostiensi quã cũ e nauigijs lãceis milites hinc inde vulnerarent vnũ eorũ nauigiorũ oppletũ vnda teflatu bestię submersum est. Quod si etiã vigilãte Paulo & orãte, eo periculi ventũ est, vt desperaret de vita, quid nauim illã passurã putas, cuius rector aut abest cũ Mose. Exo. 32. Aut dormit cũ Petro, Matth. 26. Aut gubernaculũ illi traditũ est, qui necdũ tenere nouitᵣ? Quid prodest gubernator in tẽpestate dormitabũdus, imo nausabũdusᵣ? Tenendũ est rapiẽte fluctu gubernaculũ, luctandũ cũ ipso mari, eripiẽda sunt vẽtis vela. Quid me potest adiuuare rector naui attonitus & vomẽsᵣ? Quãto maiore putamus vitã tẽpestate iactari q̃ vllã ratẽᵣ? Non est loquendũ inquit Seneca, nõ stertendũ, sed gubernandũ. De hoc vide optime in Actis, cap. 27. Vnde idẽ Paulus. 2. Cor. 1 Grauatissimus tãto malorũ põdere supra modũ & supra virtutẽ, vt tęderet nos vitę; sed excitauimus eũ qui dormiebat in puppi super ceruical, semel secũdo & vsq; septies, donec tędio victus & improbitate pulsantiũ, excitatus est, qui dormire videbatᵣ, & imperauit vẽtis. Sed is qui custodit Israel nõ dormitabit neq; dormiet (Psal. 120)

C & si dormit inducator nauis cor eius vigilat, quare in eo periculo permisit Paulũ deuenire, vt desperaret de vitaᵣ? Vt nõ simus fidentes in nobis inquit idẽ Paulus, sed in eo qui dormire videtᵣ (vere autẽ dormiebat, sed ipse sibi ipsi soporẽ immisit, sicut in Adam) in puppi nauis, qui inuocatus, de tãtis nos periculis eruit & eripiet, quoties similia ingruãt, dumtaxat, si fides nostra nõ dormiet. Sed tamẽ exonerãda est nauis etiã a necessarijs si res ferat (Actu. 27.) pelle enim & cuncta quę habet homo dabit pro tuenda vita sua. Si igitᵣ necessaria abijciẽda sunt, quãto magis superflua, quãto magis per rapinã male partaᵣ? Quãto magis exonerãda est nauis ab odio, a cõcupiscentijs quę militãt aduersus animãᵣ? Cũ ergo Dñs Iesus multa & mirabilia opera ostẽdisset in terra, trãsijt ad mare, vt ibidẽ adhuc excellentiora opera demõstraret, quatenus terrę marisq; Dñm se esse cunctis ostẽderet. Ipse ergo ingressus nauim, fecit turbari mare (si Christo vigilãte excitarentur fluctus, putaretᵣ q̃ eo inuito id accederet: alias nec apostoli timuerũt, dicentes: Vide Dñe quia in eadẽ es naui.) Concitauit vẽtos, ac repẽte cauũ cõuersa cuspide montẽ, impulit in

D latus, ac venti velut agmine facto, qua data porta ruunt, & terras turbine perflant. Incubuere mari totũq; a sedibus imis vna Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis, Aphricus, & vastos voluũt ad sidera fluctus. Insequitᵣ clamor virũ stridorq; rudentũ. Eripiũt subito nubes cœlũq; diemq;, apostolorũ ex oculis, ponto nox incubat atra. Intonuere poli, & crebris micat ignibus ęther, pręsentemq; viris intentãt oĩa mortẽ. Hęc ex poeta decerpsimus, quo melius ob oculos tempestatẽ subito exortã poneremus, cũ tẽpus serenum esset, & quale videre cõtingit, cum nidis suis altyones incubant de quibus Plin. lib. 10. cap. 32. In his enĩ diebus nautę tempestatẽ nõ metuunt. Cũ ergo ea esset in mari trãquillitas, vt suspicari tẽpestas nõ potuerit, vt eã suscitaret mirabilis in altis Dñs mirabilis & in alto, obdormiuit, idq; in puppi nauis. Dormiebat autẽ substrato capiti ceruicali, & ipse est qui paulo superius dixit, filius hois nõ habet vbi vel caput reclinet. Habuit tamẽ ad vsum vitę ea sine quibus vita ista cõmuniter nõ viuitur. Nam reue-

E ra in cruce nõ habuit vbi caput reclinaret. Quã primũ igitur obdormiuit, tempestas exorta est. Quare? Quia rector qui sedet ad gubernaculũ, cęteris satagentibus, solus dormit, cęteris de vita periclitantibus, ipse subiecto puluinari stertit. Dormit vero quia facit de naui Regiam, de hospitio ciuitate manentem. Qui autẽ in hmõi ceruicalibꝰ dormiũt, in domibus regũ sunt. Et vt de cęteris taceã, refert Budęus de Philopatore Ptolemęo, q̃ nauim fabricauerit quadraginta ordinũ remorũ, quę in longitudine. 280. ab imo vsq; ad trãstra duo de quinquaginta cubitos haberet: Remiges in ea ad quatuor millia, nautę ad quadringentos, & pręter hos paulominus tria millia armatorũ. Hę sunt naues quas tegẽdas susceperũt pastores, in quibꝰ dormiũt & requiescũt. Nã isti sequi sunt, tempestatẽ quidẽ excitare possunt, sicut dixit Ionas ꝓpter me orta est hęc tẽpestas (cap. 1.) sedãdę vero nulla cura. Et accidit eis sicut refert Philos. 3. Politice de Babylone; hæc enim cum capta esset ab hostibus, ferunt partem aliquam eius ciuitatis tertia die non

Heb. 13. Genes. 22. Gal. 6. Psal. 103. Matth. 14. Ambros. Ionæ. 1. Nearchus. Plinius. Actu. 27. Senec. Cant. 5. 24 q. Qui nõ turbat. Iob. 2. 1. Pet. 2. Origenes. Poeta. Plinius. Matth. 8. Matth. 11. Budæus. Psal. 5. Philosophus.

 dum ali-

dum aliquid sensisse. Dicam & id quod magis dolendũ est, sed tamen dicendũ. Iacebat princeps militię

Iudith. 14.

Nabuchodonosor truncus & exanimis: interim autem Iudęi quasi paruus caprarum grex inuadunt castra Assyriorum, cum infidelium nullus auderet cubiculum virtutis Assyriorum pulsando & intrando aperire, sed ante ingressum cubiculi perstrepentes, excitandi gratia inquietudinem arte moliebantur, vt nõ ab excitantibus sed a sonantibus Holophernes truncus excitaretur, cuius caput pendebat a muro Bethuliæ. Vides malum grãde. Naucletus dormit, ebrius dormit, truncus iacet, caput sine cerebro, nauis operitur fluctibus, rimarum plena, & tamen nullus audet excitare Petrum dormientem in puppi nauis. Interim autem nauis concutitur a quatuor ventis & totidem bestijs, quę de mari ascendebant diuersæ inter

Daniel. 7.

Genes. 11.

Matth. 24.

se. Ab oriente perflat superbia, & ædificat sibi turrim Babel. Ab occidente auaritia, qua abundante, refrigescet charitas multorũ. A meride auster creber procellis luxuria, & nemo est qui se abscondat a calore eius. Psal. 18. Hæc enim nunq̃ dicet sufficit. Prouerb. 30. Ab aquilone discordia, de qua Ezech. cap. 8. Vide de idolo Zeli. His quatuor ventis quatuor præsident bestiæ, & nauim ecclesiæ submergere satagũt,

Hiere. 1.

Habac. 1.

interim dormiente Dño & tacente, & vidente impiũ conculcantẽ iustiorẽ se. Est & aliud periculũ non minus cauendũ supradictis, syrenarũ videlicet cantus, quibus nautę demulcentur. Siren. enos, videtur duci a verbo syrizo quod est fistula cano, vel a syro quod est traho. Fingũtur tres quę dulcedine cantus, cytharæ & sambucę nauigantes exhauriũt. Vere autem erant tres meretrices, dicuntur constitisse in Sicilia. Antonius Nebrissensis. Finguntur habere alas iuxta Isidorum, quia amor volat, habent vngues, quia vulnerans, qualis fingitur cupido. Quod autem dicantur a syro quod est traho, vel a syrizo quod sit cano: improbat Theodorus Gaza. Sed vel a seio quod est concutio σείω; vel a seira quod est catena, σειρά. Dicuntur habitare in fluctibus, quia fluctus venerem creauerunt. Hoc ergo serenum mul-

Hieronymus.

Psal. 119.

Gal. 6.

tos demersit in profundũ, ac proinde iuxta Hieronymum, nos ad patriam festinantes, quam a lõge iam salutauimus (Heb. 11. dicentes, o q̃ amabilia tabernacula tua Dñe (Psal. 83.) syrenarum cantus debemus surda aure transire, ac duriore spissamentu occludere, q̃ legimus fecisse Vlixem. Et si res ferat, configi clauis timoris Dei ad malũ crucis & dicere cum Paulo: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Memento testudinum nauiculantium, ęstiuo tempore. Intuendum est & inter hęc ad maris huius sęuas violentas p leges, in quo nullus stare permittitur. Intuendum quot maris emensi sumus, quantum est quod re-

1. Thess. 5.

stat; quot per profundum securi & pacati, in faucibus portus perierunt, quia cum dixerint, pax & securitas, aderit cetus ille qui volentes vel inuitos deuoret. Quod autem dicit Lucas: cõpellabantur, gręce est συνεπληροῦντο, synepleronto. i. cõplebantur videlicet fluctibus, & inde periclitabãtur quia nõ submersa naui, ipsi submergebantur, vnde omnes simul acclamabant, cũ omnibus ex ęquo periculum immine-

Prouerbiũ

ret, & sicut dicitur in eadem es naui. i. in cõmuni periculo. Siquide ad eos qui eodẽ vehuntur nauigio periculum naufragij cõmuniter pertinet, nec magnopere refert, in prora sint an in puppi, an in carina, siue

Tullius.

in carchesio, cum nihilo magis absint a discrimine. Vnde Tullius. Hoc miror enim querorq; quenq̃ hominẽ ita pessum dare alterũ velle, vt etiam nauim perforet (& loquitur de republica) in qua ipse nauiget. Omnes igitur cõpellant Dñm Iesum, dicentes: Magister magister, vt intelligas & Iesum altum dormisse somnũ, & discipulos instanter clamasse ἐπιστάτα, ἐπιστάτα: Preceptor, preceptor. Vide Ester cap. 4. Ibi Ne putes q animã tuã. Sane quod dicit S. Tho. nauim turbatã & apostolos propter peccatũ Iudę, duo psupponit incerta. Primũ quod Iudas aderat. Secundũ q iam tũc de tradẽdo Dño cogitauerat. Nam huius secũdi oppositũ dicit Origenes super Math. cap. 20. At ille surgẽs, increpauit ventũ (alter Aeolus) & tempestatẽ dicẽs. Tace, obmutesce. Dixit, & stetit spiritus procellę, & siluerũt fluctus eius,

Hieronymus.

Iul. Cęsar.

Psal. 106. Hieronĩ. Huius signi typũ in Iona legimus, quãdo cęteris periclitãtibus, ipse securus est, & dormit, & suscitat, & imperio ac sacro passionis suę liberat suscitãtes. Itaq; maiestate cõditionis quæ apud nos insensibilia sunt, illi sensibilia sunt. Cęsar aliqn in graui periculo cõstitutus, graue inijt consiliũ, nam cũ multis hostiũ classibus mare teneret, conscio nemine, paruã remorũ duodecim scaphã ingressus, Brundusiũ trãsire decreuit: nocte igit clanculũ seruili ascendẽs habitu, se vt vilissimũ quempiã tacitus abiecit. Annio flumine nauigiũ ad mare vsq; delatũ est. Solet aũt fluuius is circa ostia trãquillus illabi. Eã vero nocte cũ aduersus tempestatẽ ingruentẽ acrius flumẽ irrũperet, ingẽs attollebat sonitus, & rapidi cõfingebãt vortices. Quã obrẽ gubernator postq̃ nulla vi superare sperat, retrocedere statuit. Quod vbi persensit Iul. Cęsar, seipsum detexit, apprehẽsa deinde gubernatoris dextera, qui ad eius obstupuerat aspectũ, perge inquit generose, perge, aude, ne extimesce quicq̃, Cęsarẽ vehis ac Cęsaris fortuna nauigationis comitẽ. Tunc obliti tẽpestatis remiges, fortiter nixi remis fluminis imperũ superare cõtendũt. Quod vbi frustra conati sunt, Cęsar multis obrut⁹ fluctibus, & in ipso fluminis ostio magnis susceptis periculis, gubernatori vt rediret inuitus admodũ cõcessit. Hũc igit Cęsarẽ sua fortuna delusit, nõ eni erat dñs maris, vt diceret, pge, Generose, aude, quia vẽti & mare obsecũdabũt. Sed audi haud dissimilẽ Xerxis stultitiã. Cũm Rex hic iussisset flumẽ quoddã stadiorũ 7. põtibus iungi, pfecto ope, ingẽs oborta tẽpestas, a õia dissoluit.

Xerxes.

Quod audiẽs Xerxes atq; indigne ferẽs, iussit trecenta Hellespõto verbera infligi, & in eũ pelag⁹ (o singularẽ amentiã) par cõpediũ demitti. Mandauit & illud, vt Hellespõto collaphos incuterẽt, dicẽtes hæc vba. O aqua amara, dñs (dñs inquiũt cui⁹ dñi est terra) hãc tibi irrogat iniuriã (nãq; & isti vice dñi sui alloquunt elemẽtũ insensibile) vt pœnã, q eũ lęsisti, qui de te nihil mali merit⁹ fuerat. Te eni rex velis nolis trãsmittet. Meritoq; tibi nemo hoim sacrificat, vt dolosa pariter & amaro flumini. Ergo & iste dicit mari: tace, obmutesce. Hic postea aureũ Craterẽ & gladiũ in Hellespõtũ mitti iussit, forte pœnitẽtia ductus, q immeritũ flagellis cędi iussisset. Postq̃ igit ad vocẽ dñi stetit procella, & redijt trãquillitas, & discipuli tumida ęqra placat, collectasq; fugat nubes, cœlũ, diẽ solẽq; reducit, & vbi est inqt fides vra? Quid

sic timidi

sic timidi estis? Non enim reprehenditur simplex timor, sed timor adeo magnum, vt præsente Iesu timeăt perire. Ita legit Caietanus. Quid timidi estis modicę fidei? Nec dum haberis fidem. Tot iam visa miracu lis, adhuc similes estis arundini vento agitatę. De numero illorum estis, qui ad tempus credunt, & in tem pore tentationis recedunt, horum fides non modica est, imo nulla est. Non te negabo. Non noui illum. Ita dixit Petrus, Matth. 26. Sed aliud inter cœnandum iuxta Ioannem, cap. 15. Aliud inter satanę satelli tes. Rogo vos quis diuisit mare in diuisiones? Psal. 135. Quis Iordanem fecit retrocedere in suos fontes? Io sue. 3. Modicam inquit fidem habetis, nec negastis tamen nomen meum. Quid est quod dicimus? Fidem habebant, in eo φ excitat Dominum, modicam habebant in eo φ putabant Dominum non eandem ha bere potentiam inter dormiendum quam cum vigilaret. Cæterum homines illi qui in naui erant simul cum discipulis timuerunt timore magno, & mirati sunt dicentes. Qualis est, quantus, cuiusq; potentiæ:

Matth. 18. Luc. 8. Apoc. 3.

A cui venti & mare elementa videlicet duo quæ nulli obsequuntur: obediunt. Solo enim præcepto mare se dauit: cum igitur dormiret & excitaretur, homo videbatur, cum verbo tempestatem sedauerit, supra hominem visus est, vnde dicunt, quis nă est hic? Quid enim surdius mari commoto, aut quid turbulentius? Et tamen ad Domini vnicam vocem repente versum est in summam tranquillitatem. Merito ergo dicunt: quis nam est hic: cui non solum morbi ac dæmones, verum etiam venti ac mare obsequuntur? Tu igitur si requiras quis tantam excitauerit procellam, tot tumultus in mari alias oleo tranquilliore, respõdetur: fidei defectus in illis qui bases futuri erant ecclesiastici ædificij, & ipsi in prima vacillabant veluti homines cęteri. Verum enim vero non raro bonus dormitat Homerus. Sciendum præterea φ mare hoc stagnum est Genesareth: & alias vocatur mare Galilęę, quod fiebat ex multo aquarum concursu e lateribus montium circumadiacentium, exq; Iordane, qui per medium laci huius præter fluebat, nam mare Oceanum Dominus ascendisse non legitur. Quod autem dictum est iuxta Marcum φ aliæ naues erant

Theophy.

B cum ea quam ascendit Christus: iuxta mysterium illud pręfigurat, φ & si vna sit Ecclesia toto orbe dispersa, cui præsidet Dominus Christus, multę tamen sunt Ecclesię particulares, de quibus dicitur. 70. sunt Reginę. 80. concubinę adolescentulę sine numero. Tamen in omnibus ex ęquo Christus est, qui caput est corporis Ecclesię, Ephes. 1. Non enim Paulus pro nobis crucifixus est, aut in nomine Petri baptizati sumus. 1. Cor. 1. Habet tamen bonus pastor sodales multos, Cant. 1. Habet & archigubernius suos naucleros, quibus tamen partitus est curam ecclesiasticarum nauicularum, siquidem Christi cooperatores sunt. 1. Cor. 3. Solus tamen ipse sedet in puppi, & pater.

Ecclesia. Cant. 6.

Caput. iiii. De homine possesso a dęmonum legione, qui nullis vinculis poterat contineri, sed adiurabat Christum Dominum, ne se mitteret in abyssum, permitteretur aũt ingredi gregem porcorũ, quo facto omnes ad vnũ in mari submersi sunt. Item de Gerasenis rogãtibus Dominum, vt secederet a ciuitate eorum quia magno tenebantur timore.

C

ET cum venisset Iesus trans fretum in regionem Gerasenorũ, occurrit illi vir qui habebat dęmonium iam temporibus multis. Sæuus nimis, periculosus, molestus, difficilis & atrox χαλεποὶ λίαν, chalepi lian, seui nimis, Matthęus. Lucas: & vestimẽto non induebatur, neq; in domo manebat: Marcus qui domicilium habebat in monumentis: & neq; catenis iam quispiam poterat eum ligare, sępe autem cõpedibus & catenis vinctus, diruperat catenas, & compedes cõminuerat, & nemo poterat eum domare, Matthęus: & nemo poterat trãsire per viam illam. Marcus: & semper die ac nocte in monum

Matth. 8. Marci. 5. Luc. 8.

D ẽtis & in mõtibus erat clamãs, & cõcidens se lapidibus. Non ergo ab re scriptũ est de satana versipelli, φ circuit terrã, & momẽto tẽporis eã perambulat, vt quõ de sanctis angelis dicitur, φ frequẽtissime terãr scalã Iacob: cũ ues sunt salutis humanę cupidissimi, & nunciãri solertissimi, Hebr. 1. Ad eundẽ modũ satanas circuẽat terram, qui terrã iussus est mãducare, vnde in momẽto ipse & satellites sui pręsentes fiũt oĩ pręlio & oĩ discordię, in oĩ mortis ruina, seditione, sanguine, furto, adulterio & id genus multis criminibus. Denĩq; tanq̃ leo rugiẽs quęrit aliquẽ Ionã quẽ deuoret, aliquẽ Petrum quem cribret: Luc. 22. aliquẽ Saulẽ quẽ torqueat. 1. Re. 16. aliquẽ Dauid quẽ extollat vt dęciat. 2. Re. vlti. aliquẽ Paulum quẽ collaphis cędat. 2. Cor. 12. Et quãdo deuorare nõ sinitur, illud habet pro magno (pro modico volui dicere) si vel in substãtia noceat. Ita inquit Origenes super Iob. Omnes nequissimi dęmones mox vt laxati sunt, cõtinuo generaliter ab oĩbus partibus sup domũ Iob irruerũt festinãtes, atq; aduersum inuicẽ rapiẽ

Genes. 28. Genes. 3. Dęmones Origenes.

E tes, quis primũ hãc iniquitatẽ inciperet & tã crudele homicidiũ, ingentẽ vnusquisq; eorũ sibi reputãs dolorẽ, si prior illo alter pręcideret ad eius perditionẽ. Irruerũt aũt in domũ per quatuor partes, ne quis forte illorũ euaderet. Per quatuor ptes, vt licet oẽs sint semp discordes, ad malũ tñ cõcordes semp inueniũtur. Latrones immittũt, ignẽ de cœlo deponũt, tẽpestates cõcitant, sterilitatẽ & pestẽ, grãdines, turbines & ęgrotationes procurãt, & vt hoĩes sibi ipsis laqueos collo immittant, & multa id genus, quę reuera sunt opa principis tenebrarũ. Sunt aũt dęmones iuxta Aug. honoris cupidi, si cadẽs adoraueris me, Matth. 4. A iustitia penitus alieni, supbia tumidi. Inuidia liuidi, fallacia callidi, sanguinis humani supra q̃ credibile sit sitientissimi, denĩq; generis humani hostes. Irrecõciliabiles. Vnde vocãtur vectes, ppter indomitã eorũ superbiã. Esa. 27. Id pspicue ostẽdit in lectiõe hodierna, in hoĩe isto miserabili, si tñ hõ dici põt. In q̃ legitur

August.

dæmonum habitat ab annis multis, qui ꝑ vestimento non vtebatur, nec in domo habitabat, seipsum
concidebat, forte autem quia in montibus diuersabatur, fœno veluti iumentum pascebatur. Moraba-
tur & intra sepulchra vita functorum, quorum animæ quia apud inferos dæmones in potestate forte ha
bebant, merito & inuisebant sepulchro. Nam Gerasení isti dicti sunt ab vrbe celebri quę est Gerasa, &
est in Arabia, contigua monti Galaad, non procul a mari Tiberiadis. Obsidebat igitur homo iste sue
Iob.4. cacodęmon vias more draconis, ex sepulchris viæ vicinis insidians & terra tendens viatoribus. Pascun-
tur enim malis nostris, sicut scarabęi stercore alieno, quoniam in eo valde torquentur, ꝙ vident homines
August. qui domos habitant luteas illo ascendere: vnde ipsi tanꝙ fulgura deciderunt Luc.10. Iuxta Augustinum
enim diabolus inuidia diabolus est: cuius inuidia mors introiuit in homine, Sap.2. Ipse autem est pater
mendacij. Ioan.8. Denicꝫ domari non poterat, siquidem super terram non est potestas quæ comparetur
Psal.73. ei, Iob.40. Superbia enim eorum ascendit semper. Vincula & compedes pro nihilo ducebat: alter videli- F
cet Samson. Iudi.16. Itacꝫ ipse quidem nullum timet, tamen non plus nocet ꝙ permittitur. Bene inquit
Esa.41. si potestis aut male facite, & sciemus ꝙ dij estis. Quod si mala fecerunt, sicut patet in Iob & in porcis,
permissi sunt. Vnde dicit Dominus. Ecce Behemoth quem feci tecū, fœnum quasi bos comedet, Iob.40.
Quod autem concidebat se lapidibus, non seipsum concidebat, sed sęuiebat in hominem qui ad imaginē
Dei conditus est, Genes.2. Deliriæ enim suæ sunt sæuire in filios hominum. Nunꝙ autem sęuiunt quan
tum vellent. Sed extende paululum manum tuam, & tange omnia quę possidet Iob, cap.1. Gregorius.
Gregorius Necꝫ enim satan facere se aliquid magnum putat, nisi cum in anima sauciat. Animam autem quoniam
iam forte possidebat: carnem quod reliquum erat concidebat, vt non esset in corpore sine vulnere vel li-
uore locus. Huc usꝙ igitur sęuire permissus est dæmon hic indomabilis, montes & nemora damoribus
replens, nec viuis nec vita functis parcens, qui si permissus fuisset, iam septuagies septies hominē illum
vel præcipitem egisset e rupe, vel præfocasset laqueo, vel demersisset, sicut porcorum gregem, vel sustu- G
lisset in aera sicut fertur de Simone mago de quo in Actis, cap.8. Vel misisset in ignem, vel aliquo quo-
uis genere mortis sustulisset e medio. Videns autem Iesum a longe, cucurrit & procidens ado-
rauit eum: & exclamans voce magna dixit. Quid mihi & tibi tecum est Iesu fili Dei al
tissimi? Dæmon autem coactus aut ad malum tendens, virtutis actum exercet. Ab animo igitur explo
randi quis sit Iesus hæc facit. Quid mihi. Fugit dæmon nil commune sibi & Christo, hoc est, nihil nego-
tij habere cum eo, cum re vera multum negotij cum eo haberet tentando. &c. Verberatus igitur hoc dixit:
sponte autem nunꝙ quia nemo potest dicere Dominum Iesum nisi in spiritu sancto. Matthęus. Veni-
sti ante tempus torquere nos. Ante tempus torturæ nostræ: nō enim nos alios torquemus: sequi-
tur de Marco. Adiuro te per Deum ne me torqueas. Nam præcipiebat spiritui immun
do vt exiret ab homine. 37. dist. si quid veri. Lucas dixit: Obsecro te ne me torqueas. Mar-
cus dixit. Exi spiritus immunde ab homine isto. Adoratio hæc seruorum est qui fugiunt domi H
2.Tim.2. nos suos, quicꝫ tanꝙ fulgura corruentes, dati sunt in reprobum sensum, sicut dicit Apostolus. Quod si
ita non est, sed Iesum dicunt & adorant in spiritu sancto. 1. Cor.12. Vnde verba illa. Quid rei nobis tecū
est? Nunquid figuli manus effugere possunt, si malitia ex vasis aureis degenerarūt in vasa testacea? Alias
quæ conuentio Christi ad Belial? 2.Cor.6. Potest autem exponi Belial ex lex, peruersus, prauus, scelera-
tus, malignus, impijssimus. Vnde homines in scriptura quando vocantur filij Belial, perinde est quasi di-
Iudi.9. cas: filios diaboli. Potest autem deduci hoc nomen a Beli, id est, non: & iahal, id est, profuit, quasi dæmō
Hiere.39. iam inutilis factus sit, cuius fractura insanabilis facta est. Alij contendunt nomen esse dæmonis ductum
a Beli. i. non, & iahal. i. ascendet, quia nos ascendere sursum non permittat: vnde videlicet ipse corruit.
Vere ergo dixerunt: quid nobis rei tecum est, siquidem ad malitiam eorum destinatam aspicias, alias ser-
ui sunt & si neꝙ, vtpote qui homicidæ sunt ab initio Ioan.8. Quid est autē, venisti ante tempus? Nem-
Chrysost. pe idem dicturi erant si hodie venisset pax vera de cœlo Chrysostomus. Quoniam non poterant excu- I
sare, ꝙ non peccauerint, & sęuierint in creaturam Dei, ne ante tempus pœnas darent: (sicut Sodomitæ,
Genes.19.) formidare videntur. Quoniam enim deprehensos se vident in factis suis perniciosis, quibus
omni quo poterant modo creaturas Christi exagitabant, propterea putauerunt, non expectaturū ipsum
commodius punitionis tempus, sed acerbitate & magnitudine peccatorum cōmotum, tunc vltimis sup-
Gregorius plicijs puniturum, ideo deprecabantur, rogabant, obtestabantur. Gregorius. 2. Mor. cap.25. Antiquus ho
stis redemptorem humani generis debellatorem suum in mūdo venisse cognouit: vnde & per obsessum
hunc clamat: venisti. Qui tamen prius cum passibilem cerneret, cum posse mortalia perpeti vidit, omne
Origenis. quod de eius diuinitate suspicatus est: ei fastu superbiæ suæ in dubium venit. Ad hęc Origenes, super Nu
meros. Dixit Dominus ad Balaam. Non eas cum eis. Num.22. Potest tale aliquid hoc loco obijci. Inuo-
cet licet dæmones Balaam: maledicat populo, inuocati dæmones, faciant quod possunt. Nunquid non K
potest Deus defendere a dæmonibus populum suum, vimcꝫ eorum in malefaciendo destituere? Quid er-
go opus erat: vt ipse Deus veniret ad Balaam, & consuetos dęmones prohiberet accedere, ne vel tenta-
rent vel conarentur lædere populum suum? Potest dici ꝙ non vult Deus dęmonum genus ante tempus
damnare. Sciunt enim & ipsi dæmones ꝙ tempus eorum præsens sæculum continet, & hoc est quod ipsi
rogant, ne ante tempus in abyssum mitterentur, sicut dicetur mox. Et ob hoc nec diabolum remouit a
principatu sęculi huius, quia malleus est (Hiere.50.) & adhuc opus est opera sua, ad perfectionem corū
Dęmones qui coronandi sunt. Aliud est enim si dæmon expetat a Deo aliquem tentandum sicut Iob, & cum cer-
ta distinctione potestatem eius accipiat, sicut primum data est substantia Iob in manu satan, & secun-
do in carnem. Et aliud est, si mago exigente, & adiutamentis quibusdam extorquente: dæmones sine vlla
observatio

obseruatione desequiant, in quo vtique si eis libertas seruetur arbitrij, populum Dei perditum dabunt. Sin vero libertas auferatur arbitrij, hoc erat damnasse rationalem creaturam, & ante tempus intulisse iudicium, & impedisse omnes qui aduersus eos in agone certantes poterant coronari. Si enim eis libertas auferatur arbitrij, nullus vltra impugnabit athletas Christi, sicut fiet quando nouissimus inimicus abolebitur, mors videlicet, sublatoque certamine, sublata est victoria. Deus enim non solum vtitur bonis ad opus bonum, sed etiam malis, quod reuera mirabile est in operibus Dei, pater autem luce clarius in angelo satanæ, qui Paulum depalmabat. Vide autem profundum cæcitatis diabolicæ, quem Iesum filium Dei altissimi vocat & adorat, eundem adiurat per nescio quem alterum vel alium Deum, ne illum torqueat. Sciebant igitur dæmones inquit Augustinus, ipsum quidem esse, qui per legem erat promissus: omnia enim signa in eo videbant, quę prophetę prędixerant, mysterium autem diuinitatis eius ignorabant. Et

1. Cor.15.

2. Cor.12.

August.

A

obtestantur, ne ponantur ad torturam, qui miserum hominem iam ex multis temporibus, die noctuque torquebant. Et maximam quidem torturam arbitrantur, quod expellentur a domicilio suo, quod vi & tyrannide occupauerant prædones isti. Ante tēpus inquit, siue quod subitū illis fuit, quod futurū quidē sed tardius opinabantur, siue quod perditionē suā hanc ipsam dicebant, qua fiebat vt cogniti, darentur pessum. Et hoc erat ante tempus videlicet iudicij. Augusti. 8. de ciuit. Dei. Sequitur. Interrogauit autem illum Iesus dicens. Quod tibi nomen est? At ille dixit. Legio. Multi enim sumus. Iuxta Marcum & Lucam. Quia intrauerunt multa dæmonia in eum: iuxta Lucam. Marcus. Et deprecabantur eum multum, ne illos expelleret extra regionem. Lucas vero. Rogauerunt illum, ne imperaret illis vt in abyssum irent. De pœn. dist. 3. cap. Sunt plures. Vidisti improbam dæmonum maliciam, qui torqueri se dicunt, quod iubentur ab homine egredi, nec enim aliud legimus tormenti genus, quam quod præcipiebat eis exire. Hoc alibi dicit Ambros. Luxurioso nulla alia cura est, quam

Mar.15.

Luc.8.

Luc.15.

Ambros.9

B

implere ventrem. Id cum non datur, torquetur fame. Interrogatur igitur dæmon de nomine a Domino, non quod ipse ignoret, vel quod dæmones omnes habeant nomina, nisi quatenus quædā sortiuntur ministeria. Sicuti & angeli, sed vt nos intelligeremus concordē maliciā eorū in malū, quodque nō vnus erat qui miserū illū (qui nihil fere præter nomē hoīs habebat) excruciabat, sed integra Legio. Quō tot erant in vno corpore quęstio est perplexa. Scotus in. 2. dist. 2. q. 8. Cum ergo audis legionē: intellige illud Apostoli. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: nam fratrem siquæ sunt luctæ in fratres, has pro nihilo ducimus: æquo enim Marte luctamur, sed aduersus principes & rectores tenebrarum harum. Legio iuxta Plutar. sex milium peditum & sexcentorum equitum numerum complebat. Vidisti prędonum concordiam? sex mille sexcenti erant, & vnus tantum loquebatur, & per vnum omnes. Vidisti væsanam eorum amentiam. vt expugnando vniceque misere apparato castro tot in vnum conuenerint incendarij carnifices. Et sciendum iuxta Abulensem, quod dæmones vere sunt intra hominem: Nam iubentur exire ab

Ephes.6.

Legio.

Abulensis

C

eo cum sanatur isti qui vocantur arreptitij. Loquuntur enim sæpe isti de rebus altissimis, quas nunquam didicerunt, & in lingua quam penitus ignorant. Et dicendum, quod dæmones isti qui ingrediuntur humana corpora, non sunt animæ defunctorum, sed dæmones. Nam si esset anima defuncti non moueret corpus alienum vel linguam contra voluntatem animæ quæ informat proprium corpus, cum animę sint equales secundum speciem. Ideo anima informans actu proprium corpus, non posset cogi ab anima cuiuscunque vita functi. Est ergo spiritus nequam. Quod si aliquando exposcunt suffragia viuorum (quod non raro fit, & nos testes sumus oculati) id faciunt quo facilius nobis imponant, miscendo tria vera falsis centum. Refert autem Hieronymus de quodam obsesso, qui adductus ante Hilarionem, audiebatur ex ore eius vox quædam confusa, & murmur multus quasi vnius populi integri. Refert & id quod sequitur. Gazenses emporij oppido virginem Dei vicinus iuuenis deperibat. Qui cum frequenter tactu, iocis, nutibus & cæteris huiusmodi quę solent morituræ virginitatis esse principia nihil profecisset: perrexit Mem-

Hieronymus.

D

phim, vt confesso vulnere suo, rediret magicis armatus artibus ad virginem. Igitur post annum doctus ab Aesculapij vatibus, venit prę sumptum animo stuporem gestiens, & subter limen domus puellæ tormenta quædam verborum & portentosas figuras sculptas in æris Cyprij lamina defodit. Illico insaniente virgo, & amictu capitis obiecto, rotare crinem, stridere dentibus, inclamare nomen adolescentis, magnitudo quippe amoris se in furorem verterat. Perducta ergo a parentibus ad Hilarionem: vlulat statim dæmon & dicit. Vim sustinui, inuictus adductus sum, quam bene Memphis somnijs homines deludebam. O cruces o tormenta quæ patior. Exire me cogis, & ligatus subter limen teneor. Non exeo, nisi me adolescens qui tenet, dimiserit. Tum senex, grandis ait fortitudo tua, qui licio & lamina constrictus teneris. Dic quare ausus es intrare puellam Dei? Vt seruarem eam inquit virginem. Tu seruares proditor castitatis? Cur non potius in eum qui te mittebat es ingressus? vt quid respondit intrarem in eum, qui habebat collegam meum amoris dęmonem! Expulso itaque eo, sanata est. Cum igitur legio hæc pestilens eijciendum se esse putaret a sepulchro illo quod iam tot annis inhabitabat (miserabile visu) id pro magno

Exemplū.

E

orabant, ne extra regionem illam mitterentur. Nec tamen deprecantur veniam tot & tantorum malorum in vno perpetratorum, qui autem deprecentur, qui se peccasse inficias eunt? petunt igitur pro magno beneficio, vt illic viuere liceat, vbi plurima sit nocendi occasio. Ac si scelerata & in vnum coniurata prędonum manus vigente principe propter eorum scelera & immanes mores iubeat ab exercitu discedere, id rogant, libenter discedimus, stipendium tuum nolumus: dum id tantum liceat nobis per agros nostro Marte nostroque periculo prędas agere. Id si non datur: Ne imperes nobis ante tempus in abyssum abire. Byssos siue abyssos Græce profunditatem significat: Hebraice dicitur theon. Genes. 1. Delitię enim nostræ sunt sicut & tuę esse cum filijs hominum: versari inter adulteros, ebriosos, lusores, prędones,

Comparatio.

Q v lenones, &

lenones, & huiusmodi pestes, qui sacra miscent prophanis, quos nostro characters consignauimus & in fronte & in manu, Apoc. 13. De quibus scriptum est Iudith. 11. cap. Aequo animo esto, & noli pauere, quoniam ego nonꝗ̃ nocui viro, qui voluerit seruire Nabuchodonosor. &c. Apud eos igitur qui eorum nolunt subire iugum conuersari volunt, si quos sui iuris efficere possint, qui eis decimas omniũ quæ pos-

Matth. 27. Iob. 39.

sident persoluant, sicut legimus fecisse Lucullum. Quandoquidem & ipsi circumeunt mare & aridam, vt faciant vnum proselytum, nec desunt qui accipiant pecuniam eorum ad vsuram, & rarus est de quo dici possit illud, vocem exactoris non audiuit. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus, pascens in agris. Et deprecabantur eum spiritus, dicentes. Si eiicias nos

Scot. 3. sen. dist. 37. q. vnico.

hinc, permitte nos ingredi in porcos, vel mitte nos in gregem porcorum. iuxta Matthæum & Marcum, Et permisit illis. iuxta Lucam. Concessit illis: iuxta Marcum. Et ait illis. Ite. iuxta Matthæum. Et sequitur iuxta eundem. Et ecce magno impetu abiit totus grex per præceps in mare, & mortui sunt in aquis. Ad duo millia. iuxta Marcum. Ita inita ratione

F

Ambrosi. Luc. 15.

singulos porcos tres dæmones ingressi sunt: & plures illorum quatuor. Dignum videlicet patella operculum. Et sunt porci isti quos iuuenis ille pascebat, ætate iuuenis sensu iunior. Ambrosius Et vide clementiam Saluatoris, ꝙ nullum prius ipse condemnat, sed vnusquisq; sibi autor est pœnæ. Non mittuntur in porcos dæmones, sed ipsi id petunt, quia præsentiam lucis æternæ sustinere non poterant. Imo dicente Cain: Omnis qui me inuenerit occidet: inquit Dominus Non erit ita: vnde posuit signum super eum. Et

Genes. 4.

forte cum istis refugis desertoribus mitius ageretur, sed ipsi tali se condemnant carcere, vt hominem relinquentes porcariam ingrediuntur. Quia enim amplius sæuire permissi non sunt in persona, elegerunt

Abulensis

vel in substantia nocere: sicut legis in Iob. Abulensis. Spiritus qui ingrediuntur corpora, non sunt animæ quia si essent, aut essent iustorum, & horum sunt in cœlo. Non malorum, quia illæ mox rapiuntur ad lo-

Chrysost.

ca pœnarum, & non vacat eis ista facere. Chrysost. Dæmones tamen nituntur ostendere ꝙ animæ defunctorum efficiantur dæmones post mortem, & vexant homines: & propter hoc dæmones cogebãt hos duos arrepticios habitare in monumentis. Itaq; cum dicunt. Ego sum anima talis vel talis hominis, nugantur. Quia enim homo timet dæmones, si spiritus ille nequam fateretur se esse dæmonem, nihil persuaderet: dicens autem: Sum anima talis vel talis hominis, non timetur, & facile ei creditur: vnde iubet pro

Animæ.

se orari & offert pro liberatione sua sacrificium summæ pacis: sed vt his technis fallat. Dicendum tamẽ ꝙ animæ exutæ a corporibus, pati possunt in diuersis locis in quibus peccauerunt, & interdum hominibus apparent in assumpto corpore, & loquuntur: vt late ostendit Gregorius lib. 4. dialo quia ad hoc nul-

Gregorius

lum sequitur inconueniens, secus si dicatur, ꝙ animæ vexant arrepticios, quod falsum est. Ad hæc Gregorius. Si eiicis nos. Qui enim per se ipsos ire vel in porcos non poterant, quid mirum si sine autoritate

1. Reg. 16.

nu Iob domum contingere non valebant? Vnde illud. Spiritus Domini malus corripiebat Saulem: Domini per licentiam potestatis iustæ: malus autem per desiderium voluntatis prauæ. Patet ergo ꝙ formidari non debet, qui nihil nisi permissus valet. Ad hæc Hieronymus. Permitte nos. Non ꝙ concesserit Sal-

H

Hieronymus.

uator dæmonibus quod petebant, sed dicens: Ite: voluit per interfectionem porcorum hominibus occasionem salutis præstare. Pastores enim ista cernentes, statim nunciant ciuitati. Mitte nos in porcos. Sue nullum aliud animal magis brutum magisq; sordidum: vt ꝙ stercoribus impense gaudeat vel ob iecoris magnitudinem quæ sedes est libidinis, vel ob narium crassitudinem & olfactum hebetem: vnde fit vt non offendatur fœtore, tum adeo pronum ciboq; deditum, vt si forte sursum aspicere cogatur, protinus stupore sileat ob insolentiam: vt tradit Alexander Aphrodiseus. Nec est aliud animal magis indocile. Proinde non ad vsum aliquem quemadmodum pecudes nonnullæ, sed ad epulas dumtaxat a natura donatum videtur. Sequitur. Qui aut pascebant eos, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitate & in agros hæc omnia: Matthæus: & de his qui dæmonia habuerant. Matthæus enim duorum obsessorum meminit, vt diximus supra. Et egressi sunt videre quid esset factum. Matthæus:

I

Et ecce tota ciuitas exiit obuiam Iesu. Lucas: & inuenerunt hominem sedentẽ a quo dæmonia exierant: Marcus & Lucas: vestitum ac sanæ mentis, ad pedes eius, & timuerunt. Et narrauerunt illis qui viderant qualiter factum esset ei qui dæmonium habuerat: sequitur de Luca tantum: Quomodo sanus factus esset a legione. Marcus: & de porcis. Lucas. Et rogauerunt illũ omnis multitudo Gerasenorum, vt discederet ab eis, quia magno timore tenebantur. Idem dicunt in sententia Matthæus & Marcus. Vide ergo quantum interest inter hominem insanum ac sanæ mentis & sobrium, quantum videlicet inter hominem

Ephes. 5. Actu. 9.

& dæmonem, inter lucem & tenebras. Fuistis aliquando tenebræ nunc autem lux in Domino. Vere tenebræ palpabiles erant in mente huius, quam sibi speluncam fecerãt legio Cyclopum integra. Vides mutationem dexteræ excelsi. Heri Saulus spirans ignes veluti mons Aethnæ, sæuiens quasi vrsa raptis catulis,

Actu. 7.

Osee. 13. quia synagogam ire pessum videbat, sedebat seruans vestes lapidantium Stephanum: vt in singulis ille lapides mitteret. Ecce autem ꝙ̃ primum tetigit eum manus Domini, in alterum virũ mutatus,

K

Titum. 3. 2. Cor. 12.

& sanæ mentis effectus: (siquidem inquit ille, eramus nos aliquando insipientes, increduli, errantes) ex ebrio sobrius factus, & vas electissimum, assidet pedibus Iesu, imo rapitur in paradisum deliciarũ. Hæc est igitur mutatio dexteræ excelsi. Quod autem rogant eum Geraseni, vt transeat a finibus eorum, non

Hieronymus.

de superbia hoc faciunt inquit Hieronymus, sed iuxta illud, exi a me Domine, quia homo peccator sum. Luc. 5. Id videtur consequi, ex eo quod dicit textus, eos ex miraculi magnitudine, magno timore perter-

Ordinaria.

ritos. Alias non rogarent illum, sed vel volentem vel inuitum expellerẽt a se. Ordinaria aliter dicit. Quoniam inquit indignos se iudicauerunt præsentia ac doctrina Domini, ipse quidem recessit ab eis, relinquit autem

quit autem

quit autem eis doctores, eos qui a dæmonibus liberati fuerant, tum & porcorũ pastores. Chrysost. Quis est homo hic rogo, qui nullis vinculis teneri potest, qui omnes transeuntes inuadit, & habitatio erat in sepulchris? Nempe ille cuius sepulchro gutturi simile perhibetur. Psal.13. Qui nunquã satiatur sanguine alieno. Quando autem omnes simul dæmoniaci tantum facinoris committent, quantum auarus Iudas? Finge te videre hominem, qui ab oculis ignem emittat, & ex vtroque humero dracones pro manibus pendeãt, cuius os caueinæ instar magnitudine sit, in quo prodentibus acuti enses sint, triplici ordine collocati, iuxta Danielem cap.7. Venter sit fornace illo Babylonio septies ardentior, cuncta quæ immittuntur subito consumens, pedes alati, tot oculi vigiles quot in Argo aut Briareo feruntur, faciam canis ac lupi simul ostendat, non vocem hominis sed mugitum quendam emittens. Is ad hæc omnia fasces ardentes in manibus teneat. Et mira hæc forsan vobis videntur, sed non dum digne auarum descripsimus. Quis enim infernum digne describat? Et tamen diues infernus, id est, Pluto nunquã dicturus est: sufficit. Iste igitur talis diues monstrum potius ac chimera, imaginemur omnes ei obuiam factos iugulare, carnes deuorare, fingite eum a nemine accusari, nullum sibi terrorem imminere, non a iudicibus, non a legibus, non a consuetudine hominum, & tunc videbis ipsum nulli parcere, non amico non cognato vel ipsis parentibus. Nempe ita dicit Euangelista, hominẽ illum (feram potius) nullis vinculis coerceri, omnes inuadere, nec ætati nec sexui deferre, sed naturam per omnia exuisse hominis, & induisse nunc vulpis, nunc lupi aut leonis, vpupæ vel aquilæ, nunc autem dæmonis nullum timentis. Ipse autem ascendens nauim, reuersus est. Et rogauit illum vir a quo dæmonia exierant vt cum eo esset. Forte enim timebat, ne hospitium suum repeterent cyclopes illi pestilentes, adductis secum aliis septem legionibus seipsis nequioribus: sed dimisit illum Iesus dicens. Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecerit Deus: & misertus sit tui: Iuxta Marcum: & sequitur ex Marco eodem. Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli: quanta sibi fecisset Iesus, & omnes mirabantur. Gens igitur Gerasena quæ potentiam Iesu viderat in eiecta legione dæmonum, non autem animaduertebat in homine integre restitutam sanitatem, & quos magis commonebat iactura porcorum quã salus hominis, quã vias securas videre a tot prædonibus, quique magis timebant porcis & asinis, quã consulebant animarum saluti, rogabant vt secederet Dominus a finibus eorum. Verum homo ille qui fuerat a iugo tam improbæ seruitutis exemptus, ne ingratus esset tanto beneficiorum cumulo, adhærere volebat vestigiis Christi. Sed redi in domum tuam, & esto Euangelista amodo, qui heri eras spelunca latronum. Narra quanta fecerit tecum Deus, idque a nullo rogatus, sed misertus creaturæ suæ. Sicut autem dicit Seneca: quis tam ingratus est, quã qui ad in prima parte animi positum esse debuit, & semper occurrere: ita se posuit, & abiecit, vt in ignorantiam verteretur? Apparuit illum nõ semper de reddendo cogitasse, cui obtexit obliuio. Id si fecisset Dauid vir alioqui iuxta cor Dei, non audiret ex ore Nathan certe non sine probro ego sublatum te de post fœtantes, vnxi regem super Israel, & erui te de domo Saul, &c. Tu autem retribuisti mihi mala pro tot collatis in te bonis. Quin & maiora multo fueram collaturus, si parua sunt ista. Nullus autem magis Cæsarem Aug. demeruit, & ad alia imperanda facilem sibi reddidit quã Furnius, qui cum patri Antonias partes sequuto veniam impetrasset, dixit. Hanc vnam Cæsar habeo iniuriam tuam, effecisti vt viuerem & morerer ingratus. Quid enim est tam grati animi, quã nullo modo sibi satisfacere, neque ad spem quidem nunquã beneficii accedere? Qualis illa vox: quid retribuam Domino pro omnibus? Nullum vero est tam plenum beneficium, quod non vellicare malignitas possit, nullum tam angustum, quod non bonus interpres extendat: sicut illud, oleo caput meum non vnxisti: hæc autem etiam pedes diluit, & vnxit. Item illud: Martinus adhuc catechumenos hac me veste contexit. O clementiæ immensitatem, hac me veste contexit nõ Christianus, sed adhuc catechumenos, & vestem nominat, quę vix dimidia erat. Nec eam tunicę partem manu ostendit, sed illam indutus: Amen dico vobis, nec Salomon in omni gloria sua ita pulcher visus est: sicut Dominus Iesus trabea illa, quam nõ vni angelo sed choro angelorum ostendit.

Chrysost. — Auarus. — Daniel. 3. — Prouer. 30 — Matth. 12. — Matth. 21. — Seneca. — 2.Reg.12. — Actu.15. — Senecæ. — Psal.115. — Luc.7. — Martinus. — Matth.6.

Caput. V. De paralytico qui portabatur a viris quatuor, & per tegulas submisso & statuto ante Dominum, cui remissa sunt peccata, & sanitate donatus, abire iubetur in domum suam: & quod solius Dei est peccata remittere.

Factum est autem cum redisset Iesus, excepit illum turba. Erant autem omnes expectantes eum. Erat enim & ipse Dominus Iesus: cui lapis offensionis & petra scandali multis. Esa. cap. 8. Multis autem lapis adiutorii. 1. Reg. 7. Ita aliis odor ad vitam, credentibus videlicet: aliis autem odor ad mortem. Rediit igitur Dominus a Gerasenis in Galilæam, vbi iam celebris erat odore suarum virtutum, omnibus admirandus. Docuit autem apostolos ille suo aduentu in Gerasenes homines impios, ac porcis illis in quibus demigrarunt dęmonia non absimiles, nullis quamlibet impiis gratiam Euangelii negandam esse, inuitis tamen & aspernantibus non esse obtrudendam, sed excutiendum puluerem de pedibus. Verum Dominus Iesus non sic discessit ab eis, vt non scintillam, aliquam notitię suæ apud eos reliquerit. Siquidem prædicantem Decapoli homine illo quanta Dominus sibi bona tribuisset, omnes mirabantur, forte autem & si non omnes multi tamen conuertebantur. Redeuntem igitur Dominum

Luc. 8. — 1. Cor. 1. — Matth. 10.

excepit turbã, quæ magno desiderio operiebatur reditum eius a Gerasenis. Matthæus ita dicit, capite. 9.

Matth. 9.

Et ascendens Iesus in nauim, transfretauit & venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Marcus ita cap. 2. Intrauit Capharnaum, & au-

Marci. 2. Luc. 5.

ditum est q̃ in domo esset: Lucas: & ipse sedebat docens. Et erant pharisæi sedētes, & legis doctores qui venerant ex omni Castello Galilææ & Iudææ & Hierusalē, & virtus Domini erat ad sanandum eos. Marcus: & conuenerunt multi: ita vt non caperent eos nec illa loca quæ sunt circa ianuam: ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν: hos temeketi chorin mede ta pros ten thyran: & loquebatur eis verbum.

Creator omnium Dominus Christus cui cœlum sedes est: (Esa. 66.) postq̃ pro salute nostra in terris visus est (Baruch. 3.) forma serui sibi assumpta, ministrare siquidem nobis venit (Matth. 20.) cui milia milium præsto sunt Daniel. 7. Cœpit habere patriam & parentes, & ciuitatem crescere & proficere ætate & sa-

F

Luc. 2. Matth. 7.

pientia, & numerari in sæculo, per quem pater fecit secula. Itaq; relictis Gerasenis qui eum a se vt discederet rogauerant, ne sanctum videretur dare canibus: conscensa naui, vt prædicitur, venit in ciuitatem Capharnaum. Illic enim per id temporis habebat domicilium suum. Et quomodo scriptum est, non habeo vbi vel caput reclinem? Matth. 8. Et rursus. Futurus es quasi colonus super terram. Hiere. 17. Sed homo cum esset, & colonus esset, tugurio vsus est, quia in diuersorio natus est. Quia vero viator erat, exul-

Luc. 2.

tauit enim vt gigas (Psal. 18.) hospicio opus habuit. Quia vero medicus erat, inter homines conuersari debuit. Eam igitur ciuitatem suam Euangelista appellat in qua diu versatus est, docuit, & miracula fe-

Matth. 2. Matth. 8. Exo. 14. Chrysost.

cit. Alias autem & Nazareth dicitur ciuitas sua: vnde & Nazareus vocatur. Quid est autem, ascendit nauim & traiecit lacum? Nonne ipse est qui nudiustertius vno verbo iussionis suæ sedauit mare, & vētis silentium indixit? Ipse fugatis fluctibus, maris profunda nudauit, vt inter stupentes vndas sicco vestigio populus transiret velut per continentem? Quid est igitur q̃ ipse sibi maris sic denegat seruitutem, vt breuissimi laci transitum sub mercede nautica transfretaret? Sed Christus Dominus si in suis mansisset virtutibus: commune cum hominibus nihil haberet. Si enim non implesset carnis ordinem, carnis in illo

G

Rom. 12. Matth. 14. Matth. 20.

esset ociosa susceptio. Medicus autem qui non infert sanitatem, qui nō cum lugentibus luget, curare nescit. Alias autem cum voluit & ipse super aquas ambulauit. Intrauit ergo Capharnaum, & auditum est q̃ in domo esset: vnde conuenit ad eum tam ingens populi multitudo, vt vix caperet eos domus & loca ea quæ circa domum erant. Venerat enim bonus pastor animam suam daturus pro multis. Quemad-

Tiberius. Hanibal.

modum autem Dominus Bethleem ortus suis nobilitauit, Nazareth educatione celebrem reddit, Aegyptum fuga fœlicem fecit, Hierusalem morte gloriosam: ita hanc Capharnaum frequenti commoratione & multis editis miraculis velut adoptauit in patriam. Hanibal cum domum in qua latebat circundatam videret ab hostibus & sibi fugam nusq; patere: sumpto veneno ne in manus Romanorum veniret, vita functus est, dicens inter epotandum. Soluamus ingenti cura populum Romanum, vbi mortis

H

tam consumpti senis tantum tamq; præsens desiderium eos tenet. Vitam enim cuius oderunt ciues, eius

3. Reg. 10. 3. Reg. 12.

mortem necesse est vt exoptent, & cuius aduentum formidant, præsentiam fugitant. Salomonis vultum omnis terra desiderabat, de filio autem eius scriptum est: Quæ nobis pars in filio Salomonis nepote Dauid? Reuertere in tabernacula tua Israel. Venit ergo speciosus forma præ filijs hominum, & cōuenit multitudo populi, & ipse sedebat inter prolytas: sicut sol inter astra & docebat eos de regno Dei. Dionysius post annos duos &. 20. Regno pulsus Siciliæ, tanq̃ homo priuatus adnauigauit Corinthi. Nemoq; erat ex Græcis qui & videndi illum & alloquendi non teneretur desiderio. Alij propter odium lætitia affecti aspiciendi gratia illum congrediebantur, & ludibrio fortunæ destitutum habebant. Alij ad mutabilitatem fortunæ conuersi, condolebant, vt qui paulo ante Siciliæ tyrannus esset, Corinthi in myropolio sederet (locus est vbi vnguenta odorifera venduntur) prima rudimenta literarum pueros doceret, & in vijs musicos studerit per contentionem theatrales cantus, harmoniasq; suauiores reddere. Id fecit Dio-

I

Dionysius

nysius necessitate coactus, contra quam nec dij possunt, at bonus doctor nulla commodi sui gratia inter homines sedens, docebat de regno Dei, qui reuera id per angelos præstare potuit, sed scriptum erat: erunt oculi tui videntes præceptorem tuum (non Mosen) & aures tuæ audient verbum post tergum monētis

Esa. 30.

hæc est via, &c. Siquidem vitia admodum sunt contigua virtutibus. Tantum igitur interest inter synagogam & Ecclesiam, quantum inter Mosen & Christum. Illi dicunt loquatur nobis Moses & audiemus. Exo. 20. Nobis loquitus est pater per filium. Quod autem dicit: Et virtus Domini erat ad sanandū eos: Expositum est lib. 3. cap. 1. Memento interim quod scriptum est, liquorem quendam manare e corpore virginis Catherinæ, qui multorum languentium corporibus medetur. Verum Domini Iesu etiam saliua ipsa medicinalis erat, cuius tamen liuore sanati sumus. Esa. 53.

Matth. 9. Marci. 2. Luc. 5.

Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus / Marcus: qui a quatuor portabantur: Marcus & Lucas. & quærebant eum inferre & ponere ante eum, & non inuenientes qua parte illum inferent præ turba, ascenderunt supra tectum, & patefacientes, per tegulas submiserunt grabbatum in quo paralyticus iacebat in medio ante Iesum.

K

Erige paulisper mecum oculos mentis & vide importunam satis oportunitatem istorum in officio sibi cōmisso fidelium. Nam si prima vt aiunt fronte factum aspicias, quid improbius, ac iuxta leges imperiales audatius, q̃ irrumpere in tectum alienæ domus inuito Domino, nec enim per ianuam ingressi sunt obstante turba, tum deijcere tegulas, nudare tectum, aperire fenestram impluuiū facere, ac viuum cadauer vt dicitur ex alto ingerere oculis circunstantiū, ac infausto spectaculo sermonem cœlestem perturbare: omnibus interim ad rei nouitatem attonitis, & obloquentibus insanum ausum illorum quatuor, qui importuni satis videbā-

tur, sed

tur, sed non medico cœlesti quę aderat. Adde ad fidem istorum, q̃ morbus erat insanabilis humano iudicio, quoniam inueteratus. Nam forte & iste omnes facultates expenderat in medicos, & tandem eo profecerat, vt vix portaretur a quatuor, terrę videlicet onus. Cum igitur hęc omnia obstarent, fides illorum quia probata erat, aditum sibi adinuenit ad id quod quærebat, ausa nouum facinus, pensilem deponentes lectulum cum paralytico. Ipsi tamen e tecto suspectabant, descendere enim non poterãt. Quo vtiq; spectaculo adeo non est offensus Dominus: vt anteq̃ aliquid rogaretur, (sed tamen Domine ante te omne desiderium meum,) ad paralyticum cõuersus, intermisso sermone. Iesus videns fidem illorum: dixit paralytico. Confide fili, remittuntur, alias dimittantur tibi peccata tua. Lucas dicit. Quorum fidem vt vidit dixit paralytico. Homo remittuntur tibi peccata tua. Exiet autem nescio quis momus ac sycophanta & dicet. Num hi quatuor qui paralyticum baiulabant,

A eum ad Dominum Christum vt a peccatis absolueret portauerunt? Aut num vtrum spiritus sanctus esset audierant per quem fit remissio peccatorum? Respondemus primum quidẽ iuxta Origenem, q̃ Deus semper plus tribuit q̃ rogatur. Secundo q̃ non raro ęgrotationes corporis radicem habent ab ægritudinibus mentis. Ex peccato enim primi parentis mors est ingressa, & cum ea infinita pene morborum genera, de quibus Iob: homo vix dum editus, repletur multis miserijs. Infirmitates autem iuxta Augustinũ nihil aliud sunt q̃ mortis prenuncij ac satellites. Nihil inquit nos persequitur nisi mors, nam nisi mortales essemus: non ægrotaremus. Sed cum absorta fuerit mors per victoriam. 1. Corin. 15.) renouabitur sicut aquilæ iuuentus nostra. Radix igitur infirmitatum non raro peccata sunt, quia si primus homo non peccasset, nunq̃ ægrotasset de facto dico, sicut neq; moreretur, deficeret tamen senio, nisi speciali miraculo preseruaretur, sicut dicit idem Augustinus: videbatur Dominus Iesus senio defecturus, nisi in adolescentia fuisset cruci suffixus. Ad hæc Plato in libro de temperantia. Quemadmodum sæpe ex peritis medicis

[margin: Actu. 19. / Origenes. / Iob. 14. / August. / Psal. 102. / August. / Plato.]

B audisti qui quoties aliquis dolore oculorum affectus eos consulit, respondent, non posse oculis mederi, nisi prius capiti medeatur, neq; caput absq; totius corporis medicina posse curari, & hac de causa regulis quibusdam toti conferentibus vtuntur, & a toto ad partem se transferũt restituendam, talis est o charmides incantationis huius (& loquitur de rhetorica oratione qua populi aures demulcetur) quam ego te doceo potentia. Ita enim Zomolxis medicus ait. Rex noster ac Deus tradidit, quemadmodum oculos sine capite curare non decet, neq; sine reliquo corpore caput, ita neq; sine anima corpus. Eaq; causa est cur medicos Grecos morbi corporum multi lateant, quia totum ipsum ignorant quod in primis curare oporter, quo male affecto, impossibile est partem aliquam bene valere. Omnia namq; vel bona vel mala ab anima in corpus & hominem totum manant, indeq; similiter vt ex capite in oculos effluunt. Itaq; si vis animam tuam primum medelæ subijcere, medicinam capiti admouebo, sin minus non potero tibi prodesse. Dolebat autem caput charmides. Hęc Plato. Quę si vera sunt, sicut ex maiore parte sunt? (nam

[margin: Psal. 17. / Medicina.]

C ægrotant sæpe & sancti viri sicut Ezechias & Lazarus) non ab re cœlestis archiater sanitati corporis præmisit medicinam mentis. Vnde Philotimus medicus cuidam ostendenti digitum exulceratum cum epar haberet tabidum (id enim ex colore deprehendit) non est tibi inquit o bone periculum ab vnguiũ vitio. Vtinam autem non ęgrotaremus inquit Crantor academicus: hoc enim melius esset, ægrotantibus vero aliquis sensus supersit, vt sciant se ægrotare. Nam istud non dolere: Dicebãt enim Stoici id esse beatitudinem) non sine magna mercede contingit immanitatis in animo, stuporis in corpore. Vnde Seneca. Initium salutis notitia est peccati: Nam qui peccasse se nescit, corrigi non vult. Hinc illa vox Pharaonis (quem per flagella patientia Dei ad pœnitentiam adducebat: ille autem duritia cordis impœnitentis. &c. ad Mosen Deum suum (Exo. 7. Caue ne vltra videas faciem meam, alioqui morte morieris. Exo. cap. 10. Quoniam igitur multi ægrotant & sicut dicit Plato, no raro medici pro capite calcaneum curant: dixit Dominus Amos, cap. 5. Vrbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum, & ex

[margin: 4. Reg. 20. / Philotim? / Crantor. / Seneca. / Rom. 2. / Plato. / Luc. 17.]

D centum decem, & vix vnus ex decem. Vnde Dominus: Decem inquit mundati sunt, nouem vbi? Bene ergo cœlestis medicus sanaturus corpus paralytici: peccata primum remisit, quia medicorum vox est: inuenta radice infirmitatis, ęgrotum sanandum iri. Quis est aut paralyticus iste qui nolens adducitur ad Christum, & a quatuor baiulatur? Quid est nolens volens? Nolens, quia prędigeret pedibus suis ire. Namq; & Petrus ducitur quo non vult. Quo? Ad mortem, ad Christum. Et nunquid id nolebat Petrus? Volebat nolens, volebat ire, sed nolebat per crucem, sed sicut dicit Paulus, nolumus expoliari, sed superuestiri. Id clarius fiet, si ponamus ob oculos quatuor istos portitores, qui nos susceperunt locandos ante Dominum Iesum. Nam nos adire eum soli non possumus, dicente Paulo, velle adiacet mihi, perficere omnino solus non possum. Si igitur viribus tuis diffidis, permitte te quatuor istis, qui reuera te statuunt ante Dominum Christum. Et illi quidem prima fronte videbuntur molesti: nam portabunt te domum, sustollent te in tectum, demittent per funes, & tandem statuent ante Dominum Iesum. Primus baiulus

[margin: Ioan. 21. / 2. Cor. 5. / Rom. 7.]

E caro nostra est, quę nos frequenter titillat, & pulsat ad animę fores. Genes. 4. Infirma quidem ad bonum & dormitabunda, ad malum procax, & peruigil. Secundus baiulus proximus est, quem non raro hostẽ experimur, & tamen iubemur eum diligere perinde ac nosmet ipsos, Matth. 22. Tertius baiulus satanas est, qui datus est Paulo, vt eum colaphis cędat. Quartus portitor Dominus Deus est, qui occidit vt viuificet, percutit vt sanet. Molesta est igitur caro, adeo vt Paulus exclamet: o me infœlicem, Rom. 7. Molestus proximus, cui vel tunica dimittenda est: potius q̃ tunicam Christi scindamus, Ioan. 19. Molestus satanas, qui semper calcaneo nostro insidiatur, Molestus Dominus cum dicit, per omnem dolorem & flagellum erudieris Hierusalem, ne forte recedat anima mea a te. Hiere. 6. Iuxta. 70. Et tamen molesti licet vt prędicitur, ipsi nos locant ante Dominum, iustificandos & glorificandos. Iustificandi, quia remittuntur tet

[margin: Deut. 32. / Matth. 5. / Genes. 3.]

tuntur tibi peccata, sanandi, quia tolle grabatum tuum, glorificandi, quia vade in domum tuam. Est autem paralysis tale quiddam quod humore noxio neruos corporis qui motus sunt organa ac instrumenta occupat, ac torpefacit, sic vt qui laborat hoc malo, membra corporis non ad ministerium sed ad sarcinã habeat, vt is nihil aliud q̃ cadauer viuum. Id subindicat Euangelista, cum nihil referat eũ precasse Dominum, cum tanto malo premeretur. Sed videns Dominus fidem illorum dixit paralytico: homo, fili (o clementiæ celsitudinem) confide, remittuntur tibi peccata tua. Cum dicit fidem illorum: ly illorum tam ad paralyticum refertur q̃ ad baiulos. Nam & paralyticus nisi probatę fidei esset, quomodo sustineret se sustolli in tectum, & deinceps suspendi, vt fieret spectaculum contumeliæ circunstantibus. Reuera ergo credebat, vnde accepit potestatem vt filius nominaretur, & esset. Filium vocat quẽ Pharisęi, qui aderant, nec inter infimos seruorum computarent. Verum illi non erant sicut cæteri homines, sed adhuc viuentes translati erant inter deos, quorum non est cum hominibus conuersatio, Dani. 2. Sequitur textus.

1. Ioan. 3.
Luc. 18.

F

Erant autem illic de scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis: quid hic sic loquitur? Hoc iuxta Marcum. Sequitur iuxta Matthæum & Marcum. Blasphemat. Lucas dixit. Quis est hic qui loquitur blasphemias? Lucas & Marcus. Quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus? Hieronymus. O mira benignitas, despectum ac debilem, totisq; membrorum compagibus dissolutum filium vocat, quem sacerdotes non dignarentur attingere. Et inquiunt. Quid hic sic loquitur? Filium vocat esto, nostra non interest, etiam si velit hæredem instituat. Remittuntur tibi peccata, id quis ferat? Lex nec vnum remisit, tu omnia dimittis? Nisi forte tu ille es qui loquitur per prophetam: Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, qui peccatum Dauid trãstulisti, quando dixit: Peccaui Dño. 2. Reg. 12. Qui reddis peccata, &c. Exod. 20. Sed ille qui hęc fecit, & dixit: Deus est, tu autem homo cum sis, quem teipsum facis? Ioan. 8. Nam velis nolis, parẽtes apud nos habes fratres & sorores. Consequenter ergo scribæ quia hominem tantum putabant, qui loquebatur: arguunt eum blasphemiæ. Et reuera: si Christus non esset homo Deus, blasphemiam continebant verba sua. Solus enim Deus potest facere mundum de immundo cõceptum semine. Nam & sacerdos magnus in lege quia peccata remittere non poterat (quanto minus sacerdotes minores) confitebatur ea super caput vnius hirci, quod & ipsum iuxta literam ridiculum est, quasi vero peccata eiusmodi sint, quę possint migrare a subiecto in subiectum, aut quasi hircus intelligeret somnium quod ei narrabat sacerdos. Iam hircus ipse animal est minus aptum portando oneri peccatorum, quæ solus Christus portauit super lignum crucis. Dicamus & illud de mente Abulens. Nihilo magis proficiebat in veteri testamento confessio facta sacerdoti, q̃ facta hirco, sed erat confessio qualis illorum qui diluebantur a Ioanne, Luc. 3. Imo confiteri sacerdoti Iudaico oberat, nec dum non proderat. Confessio enim facta hirco cęcis ipsis liquet nihil profuisse, nisi iuxta mysterium. Porro si sacerdoti quis confiteretur, crederet remissa esse peccata sua, sicq; deciperetur, cum remissa non essent. Vnde sæpe additum est in lege post oblatum sacrificiũ, orabit pro eo sacerdos iuxta ordinem Melchisedech. Psal. 109. Vide Leuit. cap. 4. quinto & vndecim o. Nec est reperire in veteri testamento sed nec in nouo, q̃ aliquis sanctorum prophetarum vel apostolorum dixerit: remitto tibi peccata tua, licet scriptum sit: Sicut nos dimittimus debitoribus nostris, Matth. 6. Et rursus: Si non dimiseritis hominibus peccata: ibidem. Sed hęc alium sensum habent ab eo quem quęrimus. Quando autem dicitur apostolis, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, præmisit Dominus: Accipite spiritum sanctum. Et Petrus vt posset soluere, a Domino accepit claues. Matth. 16. Quod autem lex præcepit vt sacerdos confiteretur hirco omnia peccata populi, omnia pro multis dixit: alioqui omnia scire solius Dei est, sed quędam dicebat in specie, & aliqua singularia: deinde faciebat vnam generalem confessionem, idq; vni capro super quem cęcidit sors. Magnum mysterium. Deniq; qui hunc hircum portabat in desertum: immundus erat secundum legem, nec poterat ingredi castra, nisi lotis prius vestibus. &c. Et vnde iste fiebat immundus? Contrectauerit hircum qui super se portabat omnes iniquitates populi illius, anni videlicet præteriti. Quę omnia iuxta literam satis puerilia sunt. Dicamus & illud, Tradunt doctores Iudęorum edocti a prauis doctoribus: quod in hac die videlicet. 16. mensis septimi sedebat Dominus in throno suo, ad propitiandum peccatis eorum, & ad iudicandum fatalia videlicet distribuendo vnicuiq; tam mala tum bene ominata, quæ cuicunq; obuentura erant sequenti anno. Ieiunabant igitur & affligebant animas suas illa die: vt iuxta fictionem Homericam Deus parcius misceret eis amara dulcibus, & iucundis tristia. Hęc est illorum amens cęcitas. Deut. 28. Itaq; cum dicũt isti Momi, quis potest peccata dimittere nisi solus Deus, maxime verum dicunt. Quid sit autem de iure hoc diuino concessum sacerdotibus nomine clauium, dicetur, Matth. 16. cap. Quod vero dicunt, blasphemias loquitur, ipsi potius blasphemabant, nescientes tamen. Nam Dominum Christum esse Deum per essentiam vnde nosse potuerunt doctores Iudęorum? Quod vix vni Petro (deinde alijs) reuelatum est non a carne & sanguine, sed a patre. Nam si quidam ex eis processu temporis, multis visis miraculis tale quid suspicati sunt, eo tempore quo hęc gesta sunt, certe id penitus eos latebat. Quod autem Dominus Iesus peccata remitteret sola fide tenemus. Alioqui miracula edita circa creaturam, siue rationalem, seu irrationalem non arguunt eum qui fecerit, posse etiam peccata dimittere. Nam multis sanctorum cõcessum est hoc sicut Paulo in Actis cap. 19. Et Petro: cuius vmbra sanabat ęgrotantes, qui tamen non magis poterant peccata sua iure dimittere q̃ ego, imo q̃ hircus ille de quo Leuitic. cap. 16. Id igitur cum Dominus demonstrare non posset demonstratione nota ex terminis: ea enim quæ sunt fidei, in quantum huiusmodi (& accipio ly inquantum reduplicatiue) non possunt demonstrari, manente fide, demonstrauit, quantum id fuit possibile, videlicet donando vnico verbo sanitatem perfectam homini, qui vix a quatuor

Hieronymus.
Esa. 43.
G
Matth. 15.
Iob. 14.
Leui. 16.
Figura.
1. Pet. 2.
Abulensis
H
Ioan. 20.
I
Iudæi.
Matth. 16.
K
Actu. 5.
Peccata remittere.

quatuor portabatur, qui ita repente consolidatus est, vt vel solus sufficeret baiulando lectulo qui a quatuor portabatur. Hoc est ergo quod dicit consequenter Matthæus. Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, Marcus. quo statim cognita Iesus spiritu suo, quod sic cogitarent intra se, dixit. Matthæus. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Et reuera id maximo argumento est & efficaci quo ostendit se esse filium Dei, ex quo potuit penetrare vsque ad cor eorum profundum prauum & desperabile. Hiere. 17. Respondit enim non ad verba eorum, sed ad cogitationes, quibus apud sese talia mussitabant, dicentes: hic loquitur blasphemias, quod cum stomacho obloquebantur. Nam si blasphemia erat, vbi ca erat, non plures. Cyrillus: quis potest Respondeo tibi quis potest secreta cordis rimari, nisi solus Deus? Dixit ergo ad illos. Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Vtrum enim est facilius, dicere dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, surge & ambula, tollens grabbatum tuum? Et supplendum est, & quod sic consequatur effectus. Nam alioqui dicere: Surge & ambula, nullius est potestatis. Dicit autem hoc loco Abulensis, quod Iudæi quibuscunque visis miraculis editis a Domino Iesu, si interim diceret se esse Deum: nullo modo essent laturi. Faciliusque ad id deducerentur per miracula vt colerent alium Deum (nimirum infinitos alios coluerant nouos & recentes nullis visis mirabilibus, Hiere. 2. Deut. 32.) quam quod crederent: Deum esse eum qui homo videbatur, & parentes agnoscebat in terris. Nam & Dominus Iesus ante dispensationem crucis hoc inhibuit apostolis, ne dicerent eum esse Christum Dei, qui tamen per circumloquia & æquiualentia verba idem asseuerabat, licet interim se vocaret filium hominis. Ad hæc Chrysost. Vt quid cogitatis mala? Nam certe insipientium sunt cogitationes istæ. Si enim perturbationis aliquid ferre quenquam oportebat ægrotum: magis consequens erat, qui quasi deceptus potuisset exclamare. Ego ad curandum corpus adductus sum: hic vero ad curandam animam refugit. Vnde nam mihi manifestum est, dimissa esse mihi peccata mea? Nunc vero ipse nihil horum dicit, sed seipsum curantis potestati syncere atque integre tradit. Quid inquit est facilius? Deo vtrumque æque facile, homini vtrumque impossibile. Sed peccata remittere impossibilius: Nam miracula facere possunt vel dæmones vel angeli: esto homines non possint: donare peccata solius Dei est: & tamen. Vt sciatis quod filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. Oratio est inabsoluta, sed subditur actus, loco consequentis. Ait paralytico. Tibi dico surge, tolle grabbatum, & vade in domum tuam. Marcus & Lucas. Et confestim surgens coram illis, & sublato grabbato in quo iacebat, abiit in domum suam, magnificans Deum. Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. Marcus. & honorificabant Deum. Matthæus. Timuerunt & glorificauerunt Deum, dicentes. Marcus. Nunquam sic vidimus. Lucas. Vidimus mirabilia hodie. Matthæus. Glorificauerunt Deum, qui talem potestatem dedit hominibus. Hierony. Ex vobis intelligite, quorum cogitationes intueor, vtrum possim & peccata dimittere. Inter dicere & facere multa distantia est. Verum sint paralytico peccata dimissa, solus nouerat, qui dimittebat, surge autem & ambula, tam paralyticus quam qui aderant Pharisæi approbare poterant. Fit igitur corporale signum, vt probetur spirituale. Sed probatio hæc ad hominem tantum est: hoc est, pharisæos & qui murmurabant secum, conuincit, qui vtrumque negabant Christum posse facere. Sed sanitas corporis inducta, non infert Christum Dominum posse peccata dimittere vt dictum est, id quod nota. Dei proprium est vbique esse: de nihilo res producere, operari in instanti, miracula facere, de quolibet facere quod velit, voluntatem hominis nosse, peccata remittere, gratiam infundere, beatificare, facere causam sine suo effectu. Non posse peccare. Dicit hic Hieronymus quod supra posuimus, propter peccata plerasque euenire corporum debilitates, & idcirco forsan dimittuntur prius peccata, vt causis debilitatis ablatis, sanitas restituatur. Itaque vix dum Dominus dixerat: surge, & ecce paralyticus qui lectulo tanquam cadauer affixus diu iacuerat, quasi e graui somno experrectus, sublato in humeros grabbato: (ex testudine factus theogines) per mediam populi frequentiam egressus est, itaque datus est locus exeunti, qui negatus fuerat aduenienti alienis humeris. Impingebat enim humeris quasi cornibus, vt cederent locum qui ægrotanti non cesserant, omnibus interim stupentibus in eo quod contigerat illi: Ac Deum vt par erat honore prosequentibus, qui talem potestatem dedit hominibus. Nam & isti nihil plus quam de homine sentiebant de Christo Domino. Nisi verbum hoc, talem potestatem, referatur ad vtrunque, i. ad illud: remittunt. &c. &, tolle grabatum. Id videto. Denique repleti sunt timore dicentes. Reuera nunquam sic vidimus: vidimus mirabilia hodie, hominem donatum remissione peccatorum & eundem pene a natura & viribus destitutum, vnico verbo (tanquam alter virbius) ad plenissimam sanitatem restitutum. Vidimus inopinabilia vel incredibilia, græce παράδοξα. Id enim nunquam opinati sunt homines, hominem peccata remittere, sanitatem verbo perfectum donare. Quod dicit, timuerunt, potest dici illos timuisse, ne peccatum blasphemiæ inurerent filio Dei, cui pater talem potestatem dederat, vt peccata etiam remitteret in terra existens. Forte & timuerunt, ne eadem peccantes qua ille paralyticus, simili pœna plecterentur. Siquidem fugit impius nemine persequente (Prouerb. 28.) dicens illud: Omnis qui inuenerit me, occisurus est. Vnde Dionysius inquisitus cur barbitonsorem non admitteret, persuasum (respondit) habeo, quod dabunt ei plus vt vitam meam auferat, quam ego daturus fuero vt barbam meam radat. Est tamen timor sanctus qui permanet in seculum: initium sapientiæ. Illud interim annotandum in calce huius pericopes, quomodo nullis interpositis sacrificijs aut holocaustis, huic donata sunt decem millia talenta. Matth. 18. Vere ergo dixerunt, nunquam sic vidimus gestum ab ijs qui inter nostrates pro summis viris habiti sunt: & patet.

Scotus. Abulensis. Chrysost. De pœni. dist. 3. cap. Productor. Hieronymus. Genes. 4. Dionys.

Caput.vi. De vocatione Matthæi, & conuiuio ꝙ instruxit Domino & discipulis suis, & pharisæis murmurantibus de hoc, & quid ad hæc Dominus responderit. De ieiunio discipulorum Ioannis Baptistę, & vtribus nouis & vino nouo.

Math.9.
Mar.2.
Luc.5.

ET cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio Matthęum nomine: hunc Marcus. Leui Alphęi vocat: Lucas: Publicanum. Et ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus, surgens: sequutus est eum. Negotijs relictis. Siquidem postea fecit ei cœnam magnam proprijs sumptibus: sicut sequitur in textu. & fecit ei conuiuium magnũ. Leui in domo sua. Et factum est cũ accumberet in domo illius, ecce multi publicani & peccatores veniebant, & discumbebãt cum Iesu & discipulis suis. Marcus. Erant enim multi qui sequebantur eum.

Hieronymus.

Hieronymus. Cito indignatur libertas, si opprimitur, quoniam nemo plus impetrat, ꝙ qui seruire non cogit. Qui autem scorpionibus cædit, & seruitutem extorquet a libero cito regnum mansueti Dauid dissipat. 3. Reg 12. Vnde illud: Dedit omnibus potestatem vt filij nominentur & sint, si tamen velint credere in nomine eius, sed quia credere non omnibus datur, sicut patet in Tyro & Sidone, Math. 11. cap. Nemo autem potest venire credendo, nisi a patre attrahatur vocatus,

Ioan.6.
Rom.8.

dicit Euangelista, ꝙ sequelam Matthæi præcessit Christi respectus, quo iuxta Paulum prædestinauit Deus magnificandos & glorificandos: præcessit secundo & vocatio, quia vidit illum sedentem, & vocauit eum. Non ergo Leui tis notandus est Matthęus, sicut dicit Porphirius, quia tractus a patre sequutus est Christum. Refert autem scriptura, ꝙ a tempore quo Saul electus est in Regem diuina prouidentia

1.Re.14.

vsq; ad mortem eius semper fuit ibi bellum, potens aduersus Philistęos. Vnde factum est, vt siquem videret Saul virum fortem & aptum ad prælium, adiungeret sibi. Nam & iuxta legis edictum, non indifferenter omnes ad bellum nomina postulabantur, sed ita habes Deut cap. 20 Appropinquante iam prælio (siquidem militia est vita hominis super terram) stabit sacerdos ante aciem. Ergo pugna nostra non est

Iob.7.
Ephe.6.

cum carne & sanguine iuxta Apostolum. Et sic loquetur ad populum. Audi Israel. Vos hodie contra inimicos pugnam committitis, non pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cędere, Dominus enim vester in medio vestri est. Hic rursus vide ꝙ pugna nostra spiritualis est, nam hostes perimere, quando iubemur, qui iubemur pro eis orare? Matth. 5. Bellum aũt nostrum princeps militiæ nostræ indixit olim ser-

Genes.3.
Num.13.

penti, dicens: inimicitias ponam inter te & mulierem, ipsa est Ecclesia, Apoc. 12. Nec abuno, ꝙ illis comparati, seminibus videlicet serpentis, nos non modo pomiliones simus, quin & locustæ videbimur, si nostro Marte pugnandum esset, sed vide quid sequitur: Non absq; Thesęo pugnabitis: Dominus enim vester in medio vestri est. Quid est in medio vestri? in medio duorum latronum. Nam & cum aliquando quidam in frequenti conuentu virum quendam idoneum sane ducem prestantem laudibus efferrent, re-

Philepœmen.

spondit Philopœmen, quonam modo eius viri digna habenda mentio est, qui in hostium potestatem viuus peruenit? Nam si dux terga ostendat hosti, actum est de exercitu. Itaq; dux noster Deus non indifferenter milites suos eligebat. Vnde duces per singulas turmas (inquit Deus) audiente exercitu, proclama-

Genes. 4.
Actu.7.
Matth.19.
Cato.

bunt. Quis est homo qui ædificat domum in terra, is nouerit sortem se cum Cain habiturum, qui primus omnium ciuitatem ædificasse refertur. Dux autem noster omnis (inquit) locus quem calcaueritis, vester esto. Sic Abraham qui nec vestigium pedis accepit in terra, totius mundi factus est Dominus. Genes. 15. Sic Matthæus qui omnibus suis vale dixit, centuplum accepit. Vnde dicebat Cato Censorius, eo milite sibi opus non esse, qui inter eundem manus, inter consligendum pedes agitaret, sed permutanda esse duo

Iul. Cæsar.

hęc, quiq; stertendo, ꝙ hostibus inclamitando longius sentiretur. Sic & Iul. Cæsar militem neq; a moribus neq; a fortuna probabat, sed tantum a viribus, tractabatq; pari seueritate & indulgentia: Non enim vbiq; atq; semper, sed cum hostis in proximo esset coercebat, tum maxime exactor grauissimus disciplinæ, vt neq; itineris neq; prælij tempus denunciaret, sed paratum & intentũ momentis omnibus quo vellet subito educeret. Illud mirabile, cum fama hostilium copiarum milites suos perterritos videret, non mi-

Num.14.

nuebat terrorem hostium, dicendo illud ex Numeris: terra pro qua pugnamus optima est, populum ne timeatis, quia sicut panem possumus eos deuorare, plures sunt nobiscum ꝙ cum illis. 4. Reg. 6. Recessit ab eis omne præsidium, Dominus autem nobiscum est: Non hoc dicebat, sed per oppositum amplificando ementiendoq; confirmabat. Cæterum non milites sed commilitones vocabat blandiori nomine, habebatq; tam cultos, vt argento & auro politis armis ornaret, simul & ad speciem, & quo tenatiores eorum in prælio essent metu damni. Nonnunq; autem post magnam aliquam pugnam atq; victoriam, remisso officiorum munere, licentiam omnem passim lasciuiendi permittebat, iactare solitus, milites suos etiã vnguentatos, bene pugnare posse. Delicta autem neq; obseruabat omnia, neq; pro modo exequebatur. Sed desertorum ac seditiosorum & inquisitor & punitor acerrimus, conniuebat in cæteris. Et illi quidẽ

1.Cor.9.
Matth. 4.

vt corruptibilem coronam accipiant, milites autem Christi incorruptibilẽ. Quam coronam? Certe Matthæus nihil de coronis audiuit, nec saltem illud, faciam te piscatorem hominum, vel faciam te quæstorẽ maximum siue auricularium a secretis, sed illud tantum: sequere me, quo magis miror, cum negociatorũ genus nihil habeat sacrum præter vnum pecuniæ lucrum, cui se totos consecrarunt. Hoc amicitiam, hoc honestum, hoc famam, hoc diuina pariter & humana metiuntur, illud prouerbium semper habentes in ore: simul & da & accipe: Non enim spem emunt precio, sed fide Græca. Matthęus autem non sic. Qua

igitur spe

Igitur spe allectus, ad vnum Domini verbum vile illud sedile reliquit, & omnia sua, qui rapiebat aliena? Sed legerat. 1. Reg. 15. Quasi scelus idololatriæ est nolle acquiescere. Cum ergo dicis, qua spe subnixus, vxorem filios & calculos omnes telonei imperfectos relinquens, tanquam ebrius spiritu, vt verus Abrahæ filius, in alterum mutatus virum, Domini vestigijs adhæsit, illud ingenue dicam, quod non pro armis aureis, non quia post bellum vnum vel alterum, permittendus erat epulis solui, cum scriptum sciret, vita nostra militia est. Iob. 7. Non inquam ob hoc eum sequi decreuit, quod crederet eum ad multa militum suorum errata conniuere, quippe qui gressus nostros habet innumerato. Pro qua igitur mercede firmo vestigio vocantem sequutus est? Fecit eum sibi magnus rex Dauid a secretis, & sup. S.C.C.R. Maiestatis vnum ex quatuor historiographum, excepto duodecim conuiuis mensæ suæ vnum, idque cum publicanus esset. Erat autem hoc genus hominum rapinis deditum, & ex publicis incomodis implentes nassam suam: Religio-

1. Reg. 10.

Iob. 14.

A nis negligentes, ac magis obsequentes præceptis principum quam Deo, quippe qui duobus dominis seruire non possunt. Hi cum apud omnes gentes male audirent, præcipue erant inuisi Iudæis. Horum domus per quam similes erant ei quod refert Plato de Lacedæmone. Multa inquit iam secula infertur quidem ex vniuersa Græcia, sæpe etiam ex Barbaria copia auri & argenti, effertur autem nunquam. Sed reuera quemadmodum leonem vulpes dixit de ferarum vestigijs, sic & nummorum vestigia ingredientium Lacedæmonem trita quidem videntur in puluere, egredientium vero nusquam apparent. Lacerabantur enim a leone, & vorabantur, cum ægrotaret, de qua ægritudine diximus alias ex Ecclesiaste, cap. 5. Ab hac autem nullus medicus sanat præter eum quem Matthæus sequutus est, sicut dicetur in consequentibus. Non egent qui sani sunt medico. Ad hæc Hieronymus. Nonne langor est pessimus, pro diuitijs cogitatione torqueri? & perituras opes, neque quas nobiscum possumus auferre morientis, in tristitia in gemitu, in litibus casso, labore per fas nefasque conquirere, vorantes inuicem sicut pisces. Nec raro ceti isti grandes insequentes minutulos pisces,

Matth. 6.
Publicani.
Plato.

Hieronymus.
Habac. 1.

B ab aqua in harena deferuntur, vnde & crebro propter eas in discrimen veniunt, interim autem tanquam custodes sunt earum, sicut simea modioli cui alligatur, nisi quod eum conscendens altior videtur. Vitellius Imperator, cum audiret per exploratorem, hostem appropinquare, cum fugam ordinaret, ab eis iam in palatium, omnia deserta videret, zona se aureorum plena circundedit, confugitque in cellulam ianitoris, religato pro foribus cane, lectoque & culcitra obiectis. Inuenta itaque simea nostra iam ex Cæsare cercopithenes factus, aurea licet gestaret insignia, cui relicto modiolo fugere licuit, religatis post terga manibus, iniecto ceruicibus laqueo, seminudus in forum tractus est, inter magna rerum verborumque ludibria per totum viæ sacræ spacium, reducta coma a capite, ceu noxij solent, atque etiam mento mucrone gladij subiecto, vt visendam præberet faciem, ne vel submitteret, quibusdam cœno incessentibus alij incendiarium, alij patinarium vociferantibus, tandem apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus, atque confectus, inde vnco in Tiberim tractus est, quia iuxta sapientem, multorum diuitiæ conseruantur malo domini sui. Simia ergo si-

Vitellius.

Eccles.

C mia erat, etiam si aurea gestaret insignia. Lucianus. Rex quidam Aegyptius simias aliquot instituit vt saltandi rationem perdiscerent. Artem itaque saltandi protinus doctæ, saltare cœperunt insignibus indutæ purpuris ac personatæ, multoque iam tempore maiorem in modum placebat spectaculum, donec e spectatoribus quispiam nuces quas clanculum in sinu gestabat in medium abiecit. Ibi statim simiæ simul atque nuces vidissent, oblitæ choreæ, id esse cœperunt quod ante fuerant ac repente e saltatricibus in simias redierunt. Contritisque personis, dilaceratis vestibus pro nucibus inter se depugnabant non sine maximo spectatorum risu. Venus vt ferunt felem belle adornatam in pedissequarum ordinem asciuerat ac satis apte ἐγυναίκιζε, donec mure e cauo quopiam in medium procurrente, declarauit se nihil aliud esse quam felem. Sylla dum vrbem Græciæ clarissimam expugnaret Athenas videlicet, pecuniæ indigus, ex omnibus illustribus templis & oraculis quæ in ea terra erant iussit ad se donaria sacrasque pecunias deferri. Atque in Delphicis thesauris expilandis, cauillo vsus, quum cum inde significaretur auditam esse in templo Dei citharam,

Sylla.

Sabellicus

D tantum abfuit vt ex ea vlla sit religio homini incussa, quod ad Caphim quem ea de causa Delphos miserat, quique ea per literas significabat rescripserit: Mirari se quid esset, quod Delphicam pecuniam non auderet attingere, ad quam tollendam ipse Deus Hilaris atque citharæ concentu inuitaret. Ab hac igitur ægritudine cupiens plene expediri Matthæus, funem præcidens, non soluens, relictis omnibus, surgens sequutus est ducem suum. Telonium domus erat iuxta mare Galilææ vbi sedens corradebat vectigalia. Ibi habebat codicillos rationum suarum: aberat miliaribus sex a Capharnao ciuitate, eratque in via publica secus littus. Quod autem ipse publicanum se vocat, ideo facit, quia iustus in principio accusator est sui: Prouerbiorum. 18. Sicut Pharisæus in principio, catalogum suorum meritorum retulit Deo velut ignoranti. Quod autem dicit Chrysostomus: quod lucrum ex telonio conquisitum est rapina permissa, non ideo non est rapina quia permissa, sicut meretrices non ideo non sunt meretrices, quia permittuntur, &

Teloneū.

Luc. 18.
Chryso. 8.

E idem dicendum est de istis Emphiteosibus apertis, quæ non rapinæ permissæ mihi videntur, sed rapinæ cum permissæ cum & apertæ, suntque tanto magis nocentiores, quanto libere grassantur, quia principes Gentium & pastores Ecclesiarum, eis vtuntur, forte coacti, ac proinde tacent, impio deglutiente iustiorem se. Habac. 1. Sed hanc feram alium Herculem poscere me fortiorem quoniam non eo inficias, ipsi perimendam relinquo, maxime cum non clam me sit, multos eosque insignes viros Theologos ac iuris vtriusque apprime eruditos, & vt ipsi dicunt confessoris principum sæculi huius, ad hanc hydram conniuere vel cæcutire, hanc inquam salebram fortiter ac intrepide transilire, ne forte audiant: Caue ne vltra videas faciem meam. Exod. capite. 10. Tu autem memento illius cuius digitus grossior erat dorso patris sui. Hic enim breui adeo est macie attenuatus, vt dorsum non æquaret pollici Salomonis patris sui, 3. Reg. cap. 12. vide textum, & memento verbi illius, male parta, male pereunt. Mat-

Prouerbiũ thæus ergo ne ingratus esset tanto benefactori qui eum exemerat tam inextricabili labyrintho: (habe-
bat enim vox Christi energiam quandam admirabilem, relucebatq; in vultu speciosi forma præ filijs ho
Psal.44. minũ vis quædam occulta, qua quos volebat non aliter ad se trahebat q̃ magnes ferrum) & hominem
iuxta seculum nullius precij vocatione sua dignatus fuerat; rogauit vt in ædibus suis conuiuiũ agere di-
gnaretur, patrem suum Abraham imitatus, qui ad vnum domini præceptum patriæ valedicens & cogna
Genes.12. tis, ac deinceps Dominum maiestatis sub sacramento trium virorum in tabernaculo suo excepit. Cœnã
Genes.18. aliquando Cæsar instruxit, in qua duodecim conuiuæ sedebant, dij sex, totidemq; deę. Sed ille Imperator
C. Augu- erat & diues. Ad mensam pauperis Christi, nõ dij sed peccatores multi & publicani sedent & meretrices,
stus. claudi, cęci & suarij, & quatriduani vita functi. Isti inquit Seneca qui epulantur cotidie idq; splendide
Seneca. & opipare, quos tu proinde beatos putas, sæpe dolẽt, sæpe suspirant, multi illos comitantur. Esto. Mus-
cæ mel sequuntur, cadauera lupi, corui oculos, frumenta formicæ, prædam sequitur ista turba non homi-
nem. Cadauer sanguine destitutum pediculi destituunt. Verum publicani & peccatores nõ propter præ-
dam sequebantur Dominum Iesum, apud quem Cæsar nihil suum inuenit, nam tributum ex mari ap-
Matth.17. portatum soluit. Cęterum sicut dixit Petrus, Actu.3. Argentum & aurum non est mihi o publicani &
peccatores, quod autem habeo hoc vobis libentissime impartior, mensę meę participes vos facio, id quic
quid est boni consulite, tenete quod habetis, habetis autem omnis boni bonum. Nam isti publicani vi-
dentes Matthęum relictis male partis diuitijs, inuenisse pœnitẽtiæ locum apud Dominum, ob id & ipsi
eandem gratiam se consequutum iri præsumebant. Forte enim sicut Zachęus sic & Matthęus princeps
erat publicanorum, ideoq; multos inuenit eiusdem officij quos & inuitauit ad conuiuium. Et sicut dicit
Hieronymus: ibat frequenter Dominus Christus ad conuiuia peccatorum, vt occasionem haberet do-
Hierony- cendi oportune importune peccatores, quorum causa de cœlo descenderat. Nec miseris si Dominus Iesus
mus. obtemperauit Matthęo, magnum quid reuera roganti, & quod Centurio nunq̃ præsumeret,) quando
2. Timo.4 quidem & ipse Matthęus obtemperauit Domino eum vocanti. Apparauit ergo Matthęus conuiuium
splendidum ac magnificum, quod multis esset suffecturum, faciens sibi amicos de mãmona iniqua, non
Luc.16. erubescens interim quales aliquando sodales habuisset. Epulantibus igitur illis in azimis syncertatis, ec-
1.Cor.5. ce torquetur inuidia Iudaica. Videntes enim pharisęi & scribæ, murmurabãt dicentes ad
discipulos eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister ve-
ster? Hoc iuxta Matthęum & Marcum. Lucas vero ita dicit. Quare cum publicanis & pecca
toribus, manducatis, & bibitis? At Iesus audiens ait. Non est opus valentibus me-
dicus, sed male habentibus: euntes autem discite, quid est, misericordiã volo & non
sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Lucas: ad pœnitẽtiam. Om
nes tamen vocauit ad vitam æternam. Sunt enim. 99. iusti. &c. Luc.15 Illud principio notandum, q̃ nisi
pharisæi viri opinatissimi essent: & Catones apud semetipsos, nunq̃ cæteros tanq̃ probrosos digito no
tarent, dicentes: Magister vester si esset propheta, sciret qui & quales. Socios habet mensę suæ, quis reue
2.q.1. Mul ra publicanos & peccatores, quibus cum & vos similiter manducatis. Quod si scriptum meminissent,
ti. septies in die cadit iustus, timerẽt sibi: Nõ enĩ est homo qui nõ peccet. 3. Re. 8. Sed iuxta Grego. vera iusti-
Prouer.24 tia cõpassionẽ habet (tinnit enĩ semp in aure iustorũ vox illa apl̃i: Consideràs teipsum, ne & tu tenteris,
Gregori⁹. & ter abneges nosse me. Matth.26.) falsa aũt dedignatione, sicut dixit pharisęus Nõ sum velut hic pu-
Gal.6. blicanus. Sic Simõ leprosus immemor lepræ pięteritę, hęc inquit mulier peccatrix est. Hinc disceptatio
Luc.18. illa quorundã falso iustorũ cõtra principẽ Apl̃orũ Quare introisti ad viros præputiatos, & manducasti
Actu.11. cũ illis? O crimẽ cruce dignũ, tãto apl̃o indignũ, maiestatis lęsę. Sed si crimini datur Petro, q̃ mẽsam suã
cõmunẽ fecerit p̃putiatis, ipse Dñs potius in ius vocãdus est, qui dixit ad eũ esurientẽ, occide Petre qua-
drupedia hęc quę ad te misi & serpetia, & exple ventrẽ tuũ. Verũ qui Petro crimẽ inuunt inuentabile,
q̃ ad viros pręputiatos intrauerit & mãducauerit cũ illis, legant Hieremiã respondentẽ pro Petro, proq;
Actu.10. Christo & discipulis suis. Oẽs Gentes inquit habẽt pręputiũ: oĩs aũt domus Israel sancti sunt, quia circũ
cisi sunt. Absit. Sed domus Israel circũcisi sunt carne, incircũcisi sunt corde. Et hi sunt qui notãt Dñm Ie-
Hiere.9. sum q̃ manducet cũ publicanis & peccatoribus liquãtes culicẽ, camelũ glutientes. Matth.23. Nobis in-
quiũt nõ licet interficere quẽq̃, est enĩ phase. O religionẽ pręposterã & prophanũ, vincire licuit captũ,
Ioan.18. & palmis dehonestatũ tradere impio pręsidi, ad crucẽ importunis vocib⁹ & impudẽtissimis petere, homi
cidã aũt vobis donari, & nũc (si superis placet) quare inquitis magister vester mãducat cũ peccatoribus.
Vbi igit̃ innocẽtia Dñi erit secura a linguę flagello, si apud eos maxime videt periclitari, qui de iustitia
apud populũ singulariter gloriant̃? Pares inquiũt cũ parib⁹ facile cõgregant̃, & tales fere reddimur, qua
les sunt ij quib⁹ cũ viuim⁹. Mẽsę enĩ cõto, summũ est familiaritatis inditiũ. Vos inquiũt deserto Ioãne
viro oĩ laude digno, hũc sequimini velut sanctiorẽ; ipse aũt cũ peccatorib⁹ epulat̃. Nõne scriptũ est. Cũ
sancto sanct⁹ eris, & cũ pęruerso peruerteris? Nã hac inquiũt cõsuetudine, pctõrib⁹ videt̃ addere aios, qui
Psal.17. vitati fortasse resipiscerẽt. 1. Cor. 5. Hoc iuxta Matth. & Marcũ. Lucas pharisęos inducit nõ quasi ipsi ac
cusarẽt Dominum Christi sed discipulos Christi, vtqui male instituti essent ab eo magistro qui doctor
populi habebatur opinatissimus. Infamia autem discipulorum in suum magistrum redundat. Sed audia
mus Dominum patronum agentem pro se & pro discipulis adhuc rudibus in Euangelico studio. Nõ est
opus inquit. valentibus medicus, sed male affectis. Vos qui bene valetis, cute bene curata, ceruice toro
Iob15. sa, quorum de ventre aruina dependet, vos qui vaccę pingues iuxta prophetam, & iam saturi estis, non
Amos. 4. estis sicut cęteri, Luc.18. Qui ex vtero sanctificati estis. Hiere.1. Quorum facies cerusę factæ sunt ex collo
Num.12. quio diuino. Exo.34. quibus cũ Deus loquitur facie ad faciem, tanq̃ cum amicis a secretis, nõ egetis me-
dico. Absit

dicis. Absit aũt vt indigeatis, insani cũ sitis, tãto magis deploratissimi, quãto vos ipsos ęgrotare nescitis. In his igitur verbis illud intelligi de se voluit Dñs Christus, medicum se esse e cœlo missum, quo cum sanitas vera fines nostros, imo ipse autor vitæ intrauit, qui sæpe occidit vt viuificet, sicut dicitur, vulnerata charitate ego sum. Cãt. 2. Amicorũ quodã accusante Pausaniã, q medico cuidã detraheret (siquidem sunt multi qui viuificãt aias quę nõ viuũt) nullã eius peritiã habẽs, ac nec vlla quidẽ iniuria affect?, quia inquit, si de illo periculũ fecissem, nequaq̃ viuerẽ. Sed cũ medicus ipsi dixisset: At senex factus es, quia te inquit medico nõ sum vsus. Cęterũ hic Pausanias optimũ illũ iudicabat medicũ, qui ęgrotantes tabescere nõ sineret, sed q̃ primũ sepeliret, quia apud multos labor & impensa perit. Nec refert nostra discutere, vtrũ iste insaniẽs an serio ista dixerit, dũ nõ ignoremus nos ęgrotare, & egere eo medico, cuius liuore sanemur. Esa. 53. Eo enim vsi, nõ abusi, mori nõ possumus secũda morte. Quid est aũt abuti medico? Audi Paulũ. Bonitas Dei ad sanitatẽ te adducit. i. ad pœnitentiã, mẽsam suã tibi faciẽs communẽ. Tu aũt abutẽs patiẽtia medici, imitaris nõ Matthęũ, sed Pharaonẽ. Vnde illud. Vę tibi Hierusalẽ. Vsquequo adhuc? Quãdiu te expectabo? quãdiu ferã? vsquequo obliuisceris preceptorũ meorũ? Quãdiu ferã hos capulanos pueros annorũ centũ? Reuertere reuertere Sunamitis, reuertere reuertere vt intueamur te. Cãt. 6. Nã & iuxta Senecã in de clemẽtia: Nõ minus turpia sunt medico multa funera, q̃ principi multa supplicia. Sequitur. Nescio aũt an nemo ad dandã veniã difficilior sit, q̃ qui illam petere sępius meruit. Peccamus oẽs aliq̃ grauia, aliq leuiora, & nemo nõ nisi peccãdo ad innocentiã peruenit. Ac proinde tãta est patiẽtia medici, vt etiã desperatos curãdos suscipiat, si forte inquit audiãt & quiescãt, quis nõ ignorẽ eos scorpionũ naturã induisse, & frõte esse detrita & indomabili corde hoc est adamãtino. Zach. 7. Tanta est eius sapiẽtia, vt Aethiopes, detracta pelle super niuẽ dealbet: tãta charitas, vt suo nos liuore sanet, sanguine diluat, corpore pascat, sermone instruat, sua nos morte viuificet. Ad hęc Hierony. Super illud. Hiere. 13. Si mutare potest Aethiops pellẽ. Frustra hic heretici diuersas introducũt naturas, & tũ dicũt esse vel nigredinẽ vel varietatẽ peccatorũ, vt in candore & vnius coloris pulchritudinẽ trãsire nõ possint, nõ attẽdentes quod sequitur, & vos poteritis bene facere, cũ didiceritis malũ. Quicquid enim discitur, nõ naturę est sed vitij, sed studij, & proprię voluntatis, quę nimia cõsuetudine & amore peccãdi, quodammodo in naturã cõuertitur. Sed quod hoibus impossibile est, Deo est possibile, vt nõ Aethiops & pardus suã videãtur mutare naturã, sed ille qui in Aethiope operatur & pardo. Quod si abijciẽs medicũ, dixeris, recede a nobis, ope tua nõ egemus, scito q patiẽtia Dei habet mensuras suas, sicut scriptũ est: Non dũ impletæ sunt iniquitates Amorręorũ Gen. 15. Tamẽ vos qui iustitię oculi estis apud vosmetipsos: euntes discite quid est quod scriptũ est, Osee. 6. Misericordiã volo & nõ sacrificiũ. Hieron. Victimę enim meę & holocausta salus credentiũ & cõuersio peccatorũ est. Vide ergo quõ duobus verbis Dñs legis sacrificia abiecit & gratiã noui testamẽti cõmendauit, ea est peccatores ad pœnitentiã reuocare & veniẽtes amplexu & osculis suscipere. Pharisęi vero qui heroibus ipsis de iustitia controuersiã facerẽt, audiẽtes medicũ etiã ad ipsius verba faciẽtẽ, q cæci essent cæcorũ duces. Matth. 15. Domos viduarũ deuprarẽt. Matth. 23. Sepulchra essent dealbata & cętera quę habes eodẽ capite, nõ ferẽtes vocẽ liberã, nec palpantẽ vicia eorũ, exarserũt odij facibus in Dñm. Hieroñ. Medici quos chirurgos vocãt, crudeles putantur, & miseri sunt. An nõ est miseria alienis nõ dolere vulneribus & mortuas carnes inclemẽti secare ferro? Non horrescere curantẽ, quod horrescit ipse qui patitur, & inimicũ putari? Ita se habet res, vt amara sit veritas, blanda vitia existimẽtur. Esaias in exemplũ captiuitatis futurę, nudus nõ erubescit incedere. Ezechiel stercore primũ humano, deinde bubalo panẽ de oi semẽte cõspersum edere iubetur, & vxoris interitũ siccis oculis videt. Amos de Samaria pellitur. Cur quęso? Nempe ideo quia chirurgi spirituales secantes vitia peccatorũ, ad pœnitentiã cohortabãtur. Inde Paulus inimicus factus est Galatis. &c. Et quia saluatoris dura videbãtur eloquia, plurimi discipulorũ abierũt retrorsum. Dñs autẽ Iesus nõ vt perderet quos creauerat venit, sed vt vocaret, inuitaret, attraheret, imo & cõpelleret (Luc. 14.) peccatores ad pœnitentiã. Cum ergo dicit, misericordiã volo, idẽ est ac si dicat, pœnitentiã volo. Hieronymus Suggillantur ergo Pharisęi qui iustos se existimãtes, peccatorũ & publicanorũ cõsortia declinabãt, ne vel vmbra eorũ cõtaminarentur. Cum ergo dicit: iustos, ironice loquitur, hoc est qui mutuo vos fouetis in vestris sceleribus: iuxta prouerbiũ: mutuo muli scabũt. Sed quomodo sunt iusti: cum scriptũ sit, Nullus apud te (sed isti apud se erant iusti) per se innocens est, etiam nec infans vnius diei. Iob. 14. Quin & in angelis suis reperit prauitatem, & ea quæ peccati capacia non sunt: sicut sunt stellæ mundæ non sunt in conspectu Dei. Sed esto pharisęi medico non egeant: sic ego peccatores veni vocare ad pœnitentiam, quam in tantum desiderat, vt & ipse agat pœnitentiam de malo quod cogitauerat facere peccatori. Ite ergo & discite: hoc est, quia hactenus non didicistis, vel saltem nunc ite & discite, q Deus maioris faciat misericordiam in peccatores q̃ sacrificium. Quia igitur non veni tanq̃ iudex sed vt medicus, oportet me inter ęgrotos versari, & cũ dolentibus dolere, & epulari cum his qui perierant & inuenti sunt. Augustinus, super illud, pœnitet me. &c. 1. Reg. 15. Cum hoc de Domino dicitur (in quo omnis est prescientia) indignum aliquid dici arbitrarer, si aliquid dignum inueniretur, quod de illo diceretur. Quicquid igitur de Deo in scripturis dicitur, admonenda est humana infirmitas, ea humanæ capacitati aptiora esse, q̃ diuinę sublimitati. Cum igitur pœnitere dicitur, vult non esse aliquid, sicut fecerũt vt esset, sed tamen id cum esset, ita esse debebat, & cum ita esse iam non sinitur, iam non debet ita esse, perpetuo quoddam & tranquillo æquitatis iuditio, quo Deus cuncta mutabilia incõmutabili volũtate disponit. In hoie vero opus pœnitẽdi est, cũ procul dubio reperitur voluntas mutãda. Sed in hoie cũ dolore animi est, reprehendit eñi in se quod temere fecit. Ita dicit Aul. Gell. lib. 17. cap. 1. Pœnitere tunc dicere solemus, cum quę ipsi fecimus, aut quæ de nostra voluntate

Deut. 32. Pausanias Ezech. 13. Apoc. 21. Rom. 2. Hiere. 15. Ezech. 18. Seneca. Ezech. 2. Psal. 50. Hieronymus. Iob. 22. Origenes. Hieronymus. Luc. 13. Hieronymus. Esa. 20. Ezech. 4. Amos. 7. Gal. 4. Ioan. 6. Hieronymus. Exo. 34. Iob. 25. Hiere. 18. Theophylactus. Lucas. Augusti. Aul. Gell.

voluntate nostroq; consilio facta sunt, ea nobis post incipiunt displicere, sententiamq; in ijs nostram demutamus. Neq; enim pœnitemus q nati sumus, aut q mortales sumus, aut q ex fidelibus vel infidelibus parentibus nati sumus liberi vel serui. Ad hęc Hieronymus, super illud; Nolo mortem peccatoris. Quid est quod dicimus? Pœnitentia non sanctitati & ecclesię Christi quę nō habet maculā, sed morti & interno comparata, fit melior. Et hoc dicimus: Non q iuxta Nouatum tollamus spem pœnitentiæ, sed quo timidiores faciamus eos, & idcirco sollicitos, qui aperta ianua miæ, dum sperent futura, perdūt præsentia, & qui absq; vulnere poterant permanere, incauti vulnus accipiunt, vt postea dolore crucientur. Vnde illud Amos. 5. Virgo Israel cecidit, non adijciet amplius vt resurgat. Iuxta hystoriam decem tribus ductę in captiuitatem, nequaq; vltra reuersæ sunt in terram suam. Iuxta tropologiam sensus est. Postq; domus Israel cecidit sua voluntate, nequaq̄ pristinam recipiet dignitatem: Non q non possit suscitari, sed q non suscitetur virgo Israel. Non est enim eadem gloria eius qui semper sequutus est Dominum, & eius qui aberrauit a grege, & postea boni pastoris reportatus est humeris, qui non venit vocare iustos sed peccatores. Veruntamen Paulus qui humeris est portatus pastoris, abundantius laborauit q̄ 99. Iusti qui pœnitentia non eguerunt. De hoc Osee cap. 11. Iugum imponetur eis, quod non auferetur. Hieronymus Hæc sententia quæ videbatur dura, nequaq; eis locum pœnitentię relinquens, nunc parentis affectu loquitur dicens. Quid tibi faciam Effraim? Quomodo te meo auxilio denudabo? Qua te arte corripiam? Quo potero sanare medicamine? Num vertam te in solitudinem, aut delebo vsq; ad cineres & fauillas, sicut deleui Adama & Seboim? Cum ergo Dns duram sententiam protulisset, rursus parentis affectu, misericordia vincitur dicens, conuersum est cor meum in me, &c. Iudex vertitur in patrē, dicēs. Pœnituit me meum quondam populum delere in perpetuum, idcirco nō faciam iuxta furorem meum, nec de mea clemētia commutabor. Non enim percutio vt perdam in perpetuum, sed vt sanem. Crudelitas mea pœnitentiæ & pietatis occasio est. Homo ad hoc percutit vt perdat, Deus punit vt emendet, qui peccatores vocare venit. Deambulans in paradiso ad auram. &c. Genes. 3. Tunc accesserunt ad eū discipuli Ioannis dicentes. Quare nos & pharisęi ieiunamus frequenter, discipuli autē tui non ieiunant. Marcus ita. Quare discipuli Ioannis & pharisęorū ieiunāt. &c. Lucas ita dicit. Quare discipuli Ioannis ieiunat frequenter, & obsecrationes faciunt, tui autē edunt & bibūt? Et ait illis Iesus. Nunquid possunt filij spōsi lugere, quādiu cū illis est spōsus? hoc iuxta Matthęum. Marcus ita. Nunquid possunt filij nuptiarū quādiu spōsus cū illis est, ieiunare? Lucas ita. Nunquid potestis filios spōsi dū cū illis est spōsus, facere ieiunare? Venient aūt dies cū auferetur ab eis spōsus, & tūc ieiunabūt. Lucas. Dicebat aūt & similitudinē ad illos. Nemo cōmissurā a nouo vestimento mittit in vestimētū vetus, alioqui & nouū rūpit, & veteri nō cōuenit cōmissura a nouo: Et Matthę⁹. Peior scissura fit, vel maior, iuxta Marcū, qui pro cōmissura, assumentū dixit, Neq; mittūt vinū nouū in vtres veteres, alioqui rumpuntur vtres, & vinū effunditur, & vtres pereūt. Sed vinū nouū in vtres nouos mittūt, & ambo cōseruantur. Lucas. Et nemo bibēs vetus, statim vult nouū: dicit enim vetus melius est. Isti igitur de numero sunt eorum qui receperunt mercedē suam. Non enim gloriā patris, sed suā videntur quęsisse, qui ieiunia & obsecrationes tam impudenter in ventū iactabant. Chrysost. Concedatur tibi quasi medico ad curationem ægritudinum cū ægrotis comedere, discipuli autē tui cur ieiunio spreto, cōmessationibus vacāt? Sed si vos custodes estis fratrū vestrorū, nunquid vt eos traducatis in populis? Hieron. Superba interrogatio & plena supercilio pharisęorū. Certe vt aliud nō dicamus, reprehendenda ieiunij iactantia. Nec poterant discipuli Ioannis nō esse sub vitio, qui eū calumniantur, quē nouerāt magistri sui vocibus prędicatū, & iungebātur pharisęis, quos a Ioāne nouerāt, sub noīe viperarū increpitos. Nos inquit ieiunamus bis in sabbato, alio & septies, sed nō qui seipsum cōmendat, ille probatus est. 2. Cor. 10. Imo reprobatus est, qui seipsum cōmendabat. Congruit istiusmodi nugatoribus quod dicit Plutar. Ex quibusdā operibus visis nos delectari, cū autores eorū cōtemnamus. Quemadmodū in suauissimis vnguētis ac purpuris, his enim oblectamur, tinctores vero & vnguētarios sordidos esse ducimus. Ex quo sapiēs illud Antisthenis, qui cū audisset Ismeniā optimū esse tibicinē, at homo neq; est inquit: Non enim si probus esset, tibicen esset. Itidē isti optimi declamatores erāt, qui seipsos cōmendabant a ieiunijs & obsecrationibus, idq; satis importunē, & extra chorū, vnde pessimi erant, qui alios digito notabāt dicētes: velut isti publicani. Luc. 18. Ieiuniū igitur per se cōmendabile est, sicut & oratio, in horū ieiuniū duplici noīe vituperatione dignū: nā & seipsos cōmendabāt cōtra pręceptū Dñi dicētis: Vnge caput, faciē laua, ne intelligāt hoīes ieiuniū tuū, & oraturus, claude ostiū, Matth. 6. Secundo q proximos genuino mordebāt. Vñ illud. Laudet te os alienū & nō os tuū. Cęterū vera virtus eiusmodi est, vt ipsis statim rebus gestis ita afficiat hoīes, vt nō mō admirentur opa, verū in autores quoq; summo studio ac desiderio accendātur. Hmōi sunt humilitas, iustitia, mia, charitas. &c. q̄ simul illa cū autore suscipiūtur, quod nō est de ieiunio, nisi comitē habeat virtutē interioris hoīs. Et hoc est qd dicit ppheta. Nūquid tale est ieiuniū qd elegi: cōtorquere caput, cinerē spargere, sacco indui? Hęc hoib⁹ imponere possūt: sicut habet. 58. ca. (satis ad propositū:) sed non Deo. Ad hęc Dominus Iesus. Nunquid possunt filij sponsi ὑιοὶ τοῦ νυμφῶνος, hyi tu nymphonos: id est filij thalami nuptialis: hoc est filij sponsi domestici, ac proximi dum cum illis est sponsus, ieiunare aut lugere? Sponsum vocari Dominum, Paulus explicat. 2. Cor. 11. Despondi vos vni viro Christo. Et illud ex ore ipsius Domini; ecce sponsus venit, Matth. 25. Dicit autem per Osee ad Ecclesiā, cap. 2. Desponsabo te mihi in sempiternū, & spōsabo te mihi in iustitia & iuditio & in mīa & miserationib⁹, & sponsabo

Marginalia: Hieronymus. Ezech. 18. Ephes. 5. Pœnitētia. Luc. 15. Hieronymus. Genes. 19. Deut. 32. Matth. 9. Marci. 2. Luc. 5. Matth. 6. Chrysost. Genes. 4. Hieronymus. Luc. 18. Plutarch⁹. Esa. 58. Prouer. 27. Chrysost. Ephes. 5.

Margin letters: F G H I K

& sponsabo te mihi in fide. Hieronymus. Quærimus cur tertio desponsationis nomen repetierit. Primũ despondit eam in Abraham siue in Aegypto in vxorem sempiternam. Secundo in monte Sina, Deus ei prosponsalibus legis iustitiam atq; iuditium (non enim fecerat taliter alicui nationi) & iunctam legi misericordiam, vt si peccauerit, tradatur captiuitati, cum egerit pœnitentiam, reuertatur in patriam, & cõsequatur misericordiam. Vnde illud. Calix in manu Domini plenus vino mixto. Psal. 74. Ista ergo meretrix quæ primo voto sponsi in æternos fuerat iuncta complexus, quia recessit, & in Aegypto fornicata est: rursus per legem assumitur, quam quia præterijt, prophetis quasi sponsi sodalibus interfectis, nouissime venit Dei filius, quo crucifixo, & a mortuis resurgente, nequaq; in legis iustitia, sed in fide & gratia Euangelij desponsatur. Vnde illud. Dilexit Christus Ecclesiam, & semetipsum tradidit in mortẽ pro ea, vt exhiberet eam sibi sine macula & sine ruga, quod quia hic non contingit, corpore aggrauante animã

Hieronymus. Psal.147. Matth.23. Sap.9.

A & deseruiendum est Liæ, intermissis Rachelis complexibus, Genes.29. Sponsalia vocantur & Christus sponsus, non maritus. Quæ tamen proinde tertio repetuntur, quia septies in die cadit iustus, & toties libellum accipit apostasiæ a sponso. In sceleribus enim vestris dimisi matrem vestram. Esa. cap. 50. Vilis tamen licet facta sis, nimis iterans vias tuas, nihilominus reuertere ad me. Hiere.3. Vocatur autem tempus sponsalium, tempus quo inter nos habitauit verbum caro. Ad nuptias autem abijt, quando resurgens a mortuis, carnẽ quam pro corona accepit ex virgine semper immaculata, in dextrę paternæ gloria collocauit, dicente propheta, astitit coniunx a dextris tuis. Sed ad rem. Non damno inquit Christus institutũ Ioannis, qui ieiunare vos docuit, quo sanantur corporis pestes, oratione autem animę passiones sedantur. Sed nemo repente fit summus. Saulis arma non potest Dauid puer tractare, assuetus baculo & perę. Discipuli mei oues sunt fœtosæ, vnde lento gressu sequor eorum vestigia, quos si forsan plus in ambulando laborare fecero, morientur vna die cuncti greges. Nunc præsente pastore, pascuntur ad libitum, ve-

Prouer.24. Cant.5. Psal.44. 1.Reg.17. Genes.33. Luc.22.

B niet tempus quando audient, qui habet tunicam vel peram vendat, & emat gladium. Scitote enim q̃ instabunt tempora periculosa, abeunte sponso, quando tradentur a parentibus & amicis, Matth.10. Agemini tanq; pestes extra synagogas, & tunc ieiunabitis & flebitis vos: Mundus autem gaudebit. Nunc autem quandiu filij mei sunt in thalamo cum amico suo, pulli adhuc implumes: vbi lęta debent esse omnia, non decet eos ieiunare, sed omnia tempus habent. Nam epulo ille ideo nunc ieiunat apud inferos, quia hic ieiunium omnino nesciuit, siquidem epulabatur cotidie. Deniq; (vt altera similitudine vtar) nemo assuit detrito vestimento particulam panni noui rudisq; (dessumptam a vestimento nouo) quam vulgus petiam vocat. Nam hac via non solum non sarcitur vestis veteris ruptura, verum etiam non cohærente noui panni assumento cum veteri & detrito: tollit is qui assuerat illam plenitudinem vel assumentum seu petiam: (sic enim vocat pannum additum vesti veteri ad sarciendam rupturam) tollit autẽ a vestimento veteri, offensus di similitudine noui panni, sicq; maior ac deformior fit plaga. Erant igitur

Ioan.16. Ecclef.3. Luc.16.

C Apostoli sicut filij sponsi, sic vestimenta detrita & vetera, sicut erant & vtres veteres. Theophyla. Nondum discipuli mei facti sunt fortes, vasa testacea sunt, quę non dum excoxit ignis diuinus, Actu.2. Vnde opus habent indulgentia, neq; grauis moles illis imponenda est mandatorum. Hęc autem dicebat docens & discipulos, vt & ipsi docturi orbem, indulgentes sint, nec imponant onera quæ ipsi nec digito attingant. Pannus enim rudis & quod nondum apparatus est a fullone ieiunium est, & vinum nouum, vestis autem detrita & vtres veteres infirmitas discipulorum. Ad oppositum videtur exponere hoc idẽ doctor dicens. Discipuli Christi cum sint noui, non possunt sequi priscis moribus & legibus. Huic expositioni videtur astipulari Faber dicens. Fullo Christus est, vestimentum vetus veteri doctrinæ addicti Iudaicæ vel Pharisaicæ. Immissura panni rudis nouæ legis particula, quę veteri doctrina imbutis immissa, aliquid abstulisset ab eis, quandoquidem oportuisset aliquid veteris doctrinę ratione adiecti auferri, nimirum cum adiecto illud contrarium esset, sicut ægrum sano, imperfectum perfecto. Scissura fit maior,

Theophylactus. Matth.23. Faber.

D quia noua doctrina cohærere non potest cum veteri. Tale quiddam volebant facere Galatæ, induere vestem ex lino lanaq; contextam, quibus Paulus: Si circuncidamini, Christus nihil vobis proderit: modicum enim fermentum totam massam corrumpit. 1. Cor. 5. Verum iste sensus videtur allegoricus. Primus autem est sensus litteralis. Subijcit autem Dominus tertiam similitudinem de vtribus & vino. Si enim vinum nouum mittatur in vtres veteres, vtrumq; perit, sin vinum nouum in vtres item nouos, vtraq; cõseruãtur. Vinũ nouũ doctrina est Euãgelica, vnde illud. Seruasti vinũ bonũ hucusq;. Nimirũ vasa electa aurea & argẽtea qualis Paul. actu. 9. Qualis ap̃ti, & vtres noui qui more serpentũ veterẽ hominẽ deposuerant ex integro (Collos.3.) quærendi erant vino itẽ nouo de quo rursus scriptum est, vino vel musto repleti sunt isti. Ceterum vtribus veteribus Ioannes Baptista non aliud adnisus est q̃ vetus vinum committere, ieiunium videlicet & orationes longe prolixas, quæ inchoant homines in via Dei, verum

Gal.5. Deut.22. Ioan.2. Actu.2.

E longe absunt ab his quæ prestare debent viri Euangelici. Quodq; dicit: Nemo bibens vetus, statim vult nouum. &c. Hunc habet sensum. Nemo diu assuetus doctrinæ Mosaicæ (Ephraim vitula docta diligit triturutam Osee.10.) quæ tota circa carnem versatur: iuxta Chrysost. (Circuncide carnem, caue suillam carnem, laua carnem, offer carnem, vescere his carnibus, ne contingas carnem) repente potest se transferre ad puritatem Euangelij, quę tota fere versatur circa spiritualia, sicut dicitur: Omnis gloria filię Regis (ipsa est Ecclesia) ab intus. Psal. 44. Et rursus: Gloriatio nostra est testimoniũ conscientiæ nostræ. Isto ergo vinum Euangelicum sit melius & firmius & iucundius (nouum licet, Ioan.2.) vino legis veteris quod re vera iam ex Sorek degenerauit in acetum ex labruscis expressum, tamen propter longam assuefactionẽ ad cœpas & allia & pepones. Nu. 11. Mãna despiebat populo Iudaico, & præferebãt hoĩes patinarij & popinones vinũ Aegyptũ. i. cœpe & pepones vino cœlesti. i. Mãnati, id quod nota. Et patet.

Chrysost. 2.Cor.1. Num.11.

Caput.vii. De fœmina quę sanguinis fluxu laborabat, & tactu fimbrię Christi sanatur, & Domino propalante quod secreto actum est.

Matth. 9. Mar. 5. Luc. 8.

HAEC illo loquente ad eos, ecce princeps vnus synagogæ, Archisynagogus nomine Iairus: iuxta Marcum, & Lucam. Et videns cū procidit ad pedes eius. Matthæus. Et adorabat eum: Marcus: & deprecabatur eum multum dicens. Matthæus. Domine filia mea modo defuncta est. Marcus. Filia mea in extremis est. Lucas. Quia vnica filia erat ei fere annorum duodecim & hæc moriebatur. Matthæus. Sed veni impone manum tuam super eam, & viuet. Marcus. vt salua sit & viuat. Lucas. vt intraret in domum eius, quia vnica, &c. 1. Cor. 3. Fundamentū aliud nemo potest ponere, præter id quod posuit Petrus, P reuelante patre qui est in cœlis, fundamentum autem hoc, Christus Iesus est: Matth. 16. Quo sine impossibile est placere Deo. Heb. 11. Suntq; opera sine fide, sicut corpus sine capite, & sicut cursus extra viam, ita vt filij Israel viam circiter dierum decem annis. 40. peregerint, propter incredulitatem: iuxta quod dicitur, semper hi errant corde, quibus & ego iuraui nunq; fore vt ingrediantur in requiem meam. Heb. 4. Fides. Ergo minus diximus, hoc est, infra veritatem, non enim annis. 40. exactis, introierunt, sed nunq; introierūt, duobus exceptis. Num. cap. 26. in fine. 1. Cor. 13. Adhibe fidem, & montes transferes, Matth. 17. Vide in Actis, cap. 5. ibi enim legimus q; vmbra eius qui tertio negauerat Christum sanabat varijs laborantes langoribus, quoscunq; videlicet vmbra eius attigisset quod de omnibus apostolis teneri potest, id quod mihi satis mirabile videtur, & nescio vtrum maius sit eo quod legitur de ossibus Helisęi. 4. Reg. 13. Quod si vmbra Petri id donat videlicet salutem credentibus, non mireris si princeps synagogæ salutem filiæ suæ pręstolatur ex contactu manus Christi, & mulier sanguine fluens, si tetigerit vel fimbriam vestimenti eius. Ita G altera tangit Christum, altera contingitur a Christo. Quid est hoc? Nos tangimus credendo, Dominus Iesus salutem donando credentibus, id est, tangentibus, sicut dicitur infra, aliquis me tetigit. Pręcedit igitur fides, & sequitur opus. Non q; fides non sit donum Dei. Quid enim habemus quod nō accepimus? 1. Cor. 4. 1. Timo. 2. Sed fidem oblatum omnibus ab eo qui vult omnes saluos fieri, non omnes volunt accipere, dicentibus multis, num aliquis ex principibus in eum credidit? Ioan. 7. De hoc ita legimus Marci. 9. Siquid potes, adiuua nos, misertus nostri. Et Dominus. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Si potes inquit. Quid enim tam in potestate nostra q̄ credere? Augustinus. August. Cętera potest homo facere vel volēs vel inuitus, credere autem minime omnino nisi velit. Quomodo ergo canimus, vnamquamq; personā Deum ac Dominum confiteri Christiana veritate compellimur? Compelleris ore confiteri quod in baptismate professus es, ore patrum spiritualium, qui cum rogantur quid petas, respondēt vice tua: Fidem. At corde etiā credere cōpelli qui possis? Non magis q̄ Petrus vt negaret corde quem negauerat ore. Sed H aliud sonabat Petrus ore, aliud credebat corde. Si igit̄ potes credere. i. si vis credere, tange fimbriā. i. crede Deū & hominē, vel crede q; manus Christi cū sit instrumentū o͠ipotentię Dei, quicquid tetigerit in pristinā restituet sanitatē: sicut scriptū est: Hiere. 18. Sicut lutū in manu figuli, ita vos in manu mea. Hęc aūt duo, credere corde & ore cōfiteri, in hac beata fœmina reperire licet, siquidē credebat corde dicēs in corde, si tetigero, & fidē hāc, ore cōfessa est, q̄n in cōsequētibus rei ordinē explicuit, sic corde credidit ad iustitiā ore cōfessa est ad salutē, opera adhibuit, quia tetigit: Iacobi. 2. Nā alioqui fides sine opibus iniustificatis, mortua est. Sed & Iairus qui adorabat, credebat, sed fides eius infra fidē Centurionis erat, cui⁹ verbū est, dic v̄bo tm̄, pręsentia nō est necessaria, nec manu[u]m tact⁹, Math. 8. Verū qm̄ princeps iste dū iret per viā, relatu vnius vel quorundā ex domesticis rescicit vnicā suā vita defunctā, vnde potuit fides ei⁹ pusilla vacillare, vtrū iā mortuā Dn̄s excitare posset, sicut ęgrotātē sanitate donare, audiuit ex ore ei⁹ qui calamū cassatū nō conteret, noli timere, crede tm̄ & salua erit. Matth. 12. I Require de Sara ridēre ex incredulitate. Gen. 18. De Thoma offerēte fidē Grecā. Ad hęc requiramus iuxta sensum mysticū, q̄ sint dug hę fœminę, quarū vna eo tpe ęgrotare cœpit q̄ altera nata est: & altera eo tēpore mortua est, q̄ altera est sanitate donata. Rom. 11. Apoc. 7. De Iudęa & gētilitate facilis expō est, dicente Paulo: excisi sunt rami, & tu gentilis insertus es in bonā oliuā. Hōc autē pertinet ad illud secundū, videlicet q; eo tēpore mortua est puella natione Iudęa, quo salutē cōsequuta est mulier Gētilis sanguinaria, nō eñ erat Martha, sicut infra patebit suo loco. De primo aūt videlicet q; eo tēpore Gētes ęgrotare cœperūt q̄ Iudęi nati sunt: vide sup illud Zach. 11. Assumpsi mihi duas virgas. Itē sup illud, qn diuidebat altissim⁹ Gētes. Deu. 32. Nā postq̄ Gētiles relicto cultu vni⁹ Dei, ad idola cōuersi sunt: de q̄rū nūero fuerūt Thare, Nachor, Saruch & Reu: sicut scriptū est. Iosue. 24. Trās fluuiū habitauerūt p̄res v̄ri ab initio Thare p̄r Abrahā & Nachor, seruierūtq; dijs alienis tulit de⁹ Abrahā patrē Iudęorū de Mesopotamię finib⁹, & adduxit eū in terrā Chanaā: aut iuxta Hiere. 31. (iuxta. 70) inuenit Dn̄s calidū in deserto. K Hieronymus. Hiero. Cū eñ totus mūdus idololatrię gladijs vulneratus iaceret exanimis: inuenit Israel in Abraā habere calorē fidei, quasi medic⁹ q̄ post pręliū inter cadauera mortuorū: vbi quē senserit pulsantib⁹ venis aliqd habere vitale, adhibet curā vulnerib⁹, vt restituat sanitatē. Vn̄ vocat Abraā heres mūdi ab Apos. Ro. 4. Cū in eo solo, illo tpe q̄ Gētes ęgrotare cœperāt, De⁹ fidei calorē inuenerit. Patet ergo quō eo tpe Iudęi nati sunt, q̄ Gētes declinare cœperūt ad cultū idolorū: & rursus q̄uō Iudęis expellētib⁹ a se verū Regē, & suscipiētibus iugū Cęsaris, Ioā. 19. Apl̄i transierūt ad Gētes & relicta est dom⁹ illorū tāq̄ tuguriū ī cucumerario Esa. 1. & tāq̄ cucurbita Ionę pcussa ab ęstu. Ionæ. 4. Dicam⁹ scd̄m moralē sensum de duab⁹ fœminis, quarū vna iā oīa expēderat ī medicos, & tm̄ luserat operā & impēsam, sed necessitate cōpulsa, sapuit li. et sero. Menecrates. Nimirū si tales erāt medici, qualis Menecrates. Hic postq̄ indesperatis duobus vel tribus cu-

tribus curationibus fuit fortunatus: hoc est, postq̃ occisis centũ, qui periculũ de eo fecerũt sanauit tres vel quatuor, Iupiter appellari cœpit, sed illo cognomẽto importunius vtens, cũ ad Agesilaũ principẽ quoq; sic aliquando epistolam scripsisset, Menecrates Iupiter (optimus maximus) Agesilao Regi fœlicitatem, reliquis non lectis (quis enim mortalium, literas tanti Dei altisonantis cuncti potentis legere ausus esset? sed potius adorare,) rescripsit, Rex Agesilaus Menecrati salutem, quasi qui iam deliraret desiperetq; , ac proinde medico egeret, eoq; non vulgari, neq; enim vulgari laborabat insania tantus nugator. Cæterũ sicut dicit Seneca maxima medicorum exclamatio est, vitam breuem esse, (nihil verius) longam artem: (imo longissimam) experimentum fallax, iuditium difficile. Atq; iuxta Plinium, hinc illæ iuxta ægrotos miseræ sententiarum concertationes, nullo idem censente, ne videatur assertio alterius. Hinc illa infœlicis monumenti inscriptio, turba se medicorum perisse. Ergo mitius cum ista actũ est, quę omnibus licet in-A sumptis, ipsa superfuit. Estq; palam inter istos, vt quisq; loquendo polleat, imperatorem ilico vitę nostrę necisq; fieri. Ceu vero non milia Gentium sine medicis degant, nec tamen sine medicina, sicut populus Romanus vltra sexcentesimum annum neq; ipse in accipiendis artibus lentus, medicinæ vero auidus, donec expertam damnauit. Cassius Cunina autor est, primum e medicis venisse Romam Arcagatum Lisaniæ filium, anno ab vrbe cõdita. 535. Eiq; ius quiritium datum, & tabernam in compito Acilio emptã, obidq; publice vulnerarium eum fuisse vocatum, miteq; gratum aduentum eius initio. Mox a sæuitia secandi vrendiq; transisse nomen in carnificem & in tędium artis, omnesq; cum eo medicos. Itaq; Hercule in hac artium sola euenit, vt vnicuiq; medicum se profitenti, statim credatur, cum sit periculum in nullo mendacio maius. Nulla preterea lex quæ puniat inscitiam capitalem: Nullum exemplum vindictæ. Discunt periculis nostris (nihil verius nihil vitiacius) & per experimenta mortes agunt, medicoq; tantũ hominem occidisse summa impunitas est. Theriace vocatur inter cętera ex cogitata compositio luxurię,
B fit ex rebus externis, cum tot remedia dederit natura quę singula sufficerent. Mithridaticum antidotum ex rebus. 54. Componitur, interim nullo pondere æquali, & quarundã rerum sexagesima pars denarij vni? imperata, quo deorum perfidiam istam monstrãte! Hominum enim subtilitas tanta esse non potuit. Hęc ille. Tu autem vir sapiens es, vt intelligas me ista non tantum de corporum medicis eloqui q̃ de illis de quibus habes Ezech. 13. Qui acceperũt claues ligandi & soluendi, vt discernant inter leprã & leprã, causam & causam, quorum sentẽtię stare debet ęger, sicut habes Deut. cap. 17. Ipsi autem non raro pro capite calcem curant, quoniam Musas iuris diuini nec alimine salutauerunt. Sunt igitur duæ hę fœminæ iuxta Paulum ratio & sensualitas, Sara & Agar, dicente Apostolo, cum infirmor, ecce Emorroyssam, tunc fortior sum: ecce puellam. Videns (inquit) Sara Agar, q̃ conceperit, despicit me. Caro enim si incrassetur, recalcitrat, & hoc est, quartum quod terra non potest sustinere, vt domina ancilletur, ancilla dominetur. Prouerb. 30. Verum q̃ primum caro cœperit censuræ subijci, sicut dicitur: vtere ea vt libitum est
C (Genes. 16.) cœperitq; infirmari (neruus Iacob) tunc puella, id est, ratio incipit in Christo viuere, & pęnitus non subesse, dicente Domino ad ancillam, humiliate manu dominæ tuæ. Omnia inquit expenderat cum medicis, animę autem interim nulla cura. Ita ridebat Crates quorundam stultitiam qui in superfluis (vt ne dicam in turpibus) superamus Alexandri liberalitatem, in necessarijs autem cumini sectores. Ponito inquit coquo minas decem, adulatori talenta decem, consiliatio fumum, scorto talentũ, philosopho triobolum, medico drachmam. Referam quod his auribus audiui a viro fide digno. Is medicus est, adhuc enim viuit. Hic igitur cũ inuiseret ęgrotũ quendã (erat autem sacerdos) diceretq; ei bonus vir, dispone pater domui tuę, & curã habe principio omniũ animę tuę, potẽs est autẽ Deus id pręstare quod Ezechiæ, vt tertia die ascendas in templũ. Ille autẽ qui vti videtur, grauius ęgrotabat in mente q̃ in corpore, non multũ libenter tulit medici verba, sed medicus inquit vocatus es corporis, ne mittas manũ .i. falcem in messem alienã, animę meę ego medicus fuero, qui tot animabus curandis pręposistus sum: si me sanitate
D donaueris, donabo te aureis centũ. Itaq; post triduũ sacerdos ille elatus est, & vtinã requiescat in pace. Nihil aũt obstat inquit Augustinus, q̃ vnus Euangelista dixit: in extremis est, alter, moritura erat: Matthęus aũt: mortua est quia duo dixerũt quid dixerit Iairus. Matthęus vero, quid cogitauerit. Nam quod parũ distat, nihil distare videtur. Hinc aũt rẽper necessariã discimus, nihil in cuiusq; verbis debere inspicere, nisi voluntatẽ, cui debẽt verba seruire. Nec mẽtiri quenq̃, si alijs verbis dixerit, quod ille voluerit cui? verba nõ dicit. Et surgẽs sequebatur eũ, & discipuli sui. Et ecce mulier quę sanguinis fluxũ patiebatur. 12. annis. Marcus. & fuerat multa perpessa a cõpluribus medicis, & erogauerat oia sua nec quicq̃ profecerat, sed magis deteri? habebat. Eadẽ fere dicit Lucas. Marcus. Cũ audisset de Iesu: venit in turba, Tres Euãgelistę. & accessit retro: Matthe? & Lucas. & tetigit fimbriã vestimẽti ei?. Marcus: vestimentũ ei?. Lucas. Et cõfestim ste-
E tit fluxus sanguinis eius. Matthęus. Dicebat enim intra se. Si tengero tantum vestimentũ eius salua ero. Marcus. Dicebat enim quia si vel vestimentũ eius tetigero salua ero. Et cõfestim siccatus est fons sanguinis ei?, & sensit corpore, q̃ sanata esset a plaga. Quod dicit. Sanguinis fluxũ: grece vnica dictio est αἱμοῤῥοοῦσα, emorrousa, ab ema, quod est sanguis & ῥόος, fluxus, sanguinis profluuio laborãs. Et licet fœmina hęc vocet emorrousa: tamẽ emorroydes posteriore parte corporis fiũt, & sunt capita venarũ, q̃ cũ inflãtur, sanguine fluũt. Anteriore vero parte fœmina hęc sanguine menstruo effluebat. Mulierẽ igitur hãc duplex incõmodũ pręmebat. Duplex flagellũ, infirmitas grauis & verecũda, & pauptas profunda. Igiť ob morbi fœditatẽ nõ ausa medicũ cœlestẽ pro facie cõpellare, (id quod alias fecit mulier peccatrix) velut eo inscio suffuratura remediũ, clã accessit retro. Hęc iuxta Eusebiũ lib. 7. cap. 14. Euãgelicę pparationis, ciuis erat Cæsareæ Philippi, neque eã

R iiij existimet

Seneca. Plinius. Medicus. Medici. Matth. 16. 2. Cor. 12. Deut. 32. Genes. 32. Crates. Esa. 38. August. 3. dist. cap. Ad eius. De pœni. dist. 2. cap. Inter hæc.

existimet fuisse Martham. Dicebat autem interim in animo suo. Non opus est vt ipse imponat manũ super me, id quod perebat Iairus, minore negocio sanari potero. Persuasum enim habeo, si vel fimbriam id est, extremum vestimenti sui attingam, salutem consequutum ire. Et reuera fœmina hæc beata vix oram indumenti Christi attigit, quę illud videtur persuasum etiam habuisse, latere potuisse Dominum id factum, pium iuxta ac religiosum. Ac fortassis nunq̃ tetigisset, si opinaretur factum illud traducendũ in turba, sicut factum est. Hęc igitur vix limbum attigit, cęterum peccatrix etiam pedes lauit & vnxit, altera autem audatior forte & fidelior ipsum caput Christi vnguento perfudit, Matth. 26. Verum audatior multo Thomas, qui manum non ad fimbriam non ad pedes, non ad caput, sed intra pectus illud diuinitatis capax immisit. Omnium fidelissimus Simeon iustus qui totum verbum Dei: (si ita loqui licet) gremio suo conclusit; Beatissima autem viscera immaculatę virginis quę non semel & ad momentum, sed mensibus nouem portauerunt æterni patris filium. Habet enim fides gradus suos, infantiam, pueritiã iuuentutem, videmus enim ex parte inquit regalis aquila, quę in arduis posuit nidum suum, raptus in tertium cœlum vndeq; contemplatur escam. Quod si Paulus a longe prospexit, qui raptus est in paradisum Dei: Nos noctuę, aut quod verius est talpæ, nunquid non a remotissimis prospicimus? Vere vix fimbriã, (vt ne dicam vmbram) vestimentorum Christi attingimus. Habebat igitur Christus fimbriam more Iudaico, habebant & pharisęi Sed interest. Fimbria Christi siccabat sanguinis fontem, fimbriæ pharisęorũ ostentabant. Fimbria Christi apostoli sunt, hanc Ecclesia ex Gentibus adunata tetigit, quæ Dominum in carne non vidit oculis corporeis. Verum & vnguentum capitis Aaron magni sacerdotis: de quo in cõsequentibus. Dicitur, Ego sensi virtutem a me exisse, a barba Aaron (ipsi sunt apostoli) descẽdit & in oram vestimenti eius, nos autem vestimentum Christi sumus. Nos enim sumus lumbare illud. Hiere. 13. Non illud quod computruit, sed quod Dominus putrescente Iudaico populo, sibi aptauit, quia iuxta Originem: Dominus non manet in cinctus. Hęc autẽ mulier non in vrbe non in domo accessit ad Dominum, quia iuxta legem vrbibus excludebatur, sed in itinere ambulante Domino, vt dum ad alteram tendit, altera curaretur. Itaq; cum audisset iuxta Marcum de Domino Christo q̃ potius vir esset cum opere tum & sermone, accessit firma non dubia, accessit vel sero, sicut & archisynagogus, qui tenerã & ipse multa insumpserat in medicos, & tandem periit labor & impensa. Sed multiplicatæ sunt infirmitates eorum, & tunc accelerauerunt. Accessit ergo retro, sicut scriptum est: (Ezech. 16.) Ergo & tu porta confusionem tuam, & tetigit, manu, corde credens, & sanata est. E vestigio enim siccatus est fons sanguinis sui, & sensit corpore, q̃ sanata esset a plaga. Factum est enim & cum hac fœmina sicut voluit. Et statim Iesus in semetipso cognoscens virtutem quæ exierat de seipso, conuersus ad turbã, dicebat. Quis tetigit vestimenta mea? Lucas. Negantibus autem omnibus, dixit Petrus & qui cum illo erant discipuli: Preceptor turbæ te comprimunt & affligunt, & dicis: quis me tetigit? Et dixit Iesus. Tetigit me aliquis. Nam & ego noui virtutẽ de me exisse. Marcus. Et circumspiciebat vt videret eam quę hoc fecerat. Lucas. Videns autem mulier q̃ non latuit: Marcus. timens & tremens, sciens quod factum esset in se: Marcus, & Lucas. venit & procidit ad pedes eius: Lucas. & ob quam causam tetigerit eum indicauit coram omni populo, & quemadmodum confestim sanata sit: Marcus: & dixit ei omnem veritatem. Tres Euangelistę. Ipse autem dixit ei. Confide filia, fides tua te saluam fecit. Lucas. Vade in pace. Marcus. Vade in pace, & esto sana a plaga tua. Mattheus. Et salua facta est mulier ex illa hora. Cyrillus. Quod dicit Dominus: noui virtutem de me exisse: maiestatis respondit, ac iuxta opinionem audientium. Nec est intelligendũ q̃ virtus aliqua ab eo dimanauerit cuius contactu steterit fluxus sanguinis, aut q̃ eo inuito, manauerit, sed id dicit vt innotescat, voluntate sua sanatam fœminam, nec illum latuisse fœminam voluisse (eo inscio) suffurari medelam vt ita dixerim. Vnde dicit Marcus, q̃ sanata fœmina: Dominus circumspiciebat, vt videret eam. Nam forte illa id proposuerat, salute obtenta, abire medico insalutato. Imo iam cœperat abscedere, sed circumspiciente Domino fecit eam gradum sistere. Quis me tetigit? Dicitur communiter, q̃ humanitas Christi erat velut organum Dei, non quidem q̃ vere vteretur huiusmodi instrumento, ita q̃ realiter diuina virtus & efficientia deriuaretur per corpus Christi in aliquam rem exteriorem (sicut vnguentum in capite. &c. Sed quia sicut in agentibus per instrumentum applicando ipsum instrumentum rei fabricandę (verbi gratia) sequitur operatio: ita quando Christus contingebat corporaliter ægrotum aliquem, sanabatur, & tamen virtus sanandi non erat in manu Christi vel saliua, vel vestimẽto (sicut est in multis rebus naturaliter ad refrigerandum vel calefaciendum) nec conferebat aliquid ille contactus (multi enim tangebant imo comprimebant, nec sanabantur, & multi vmbra tacti Petri apostoli, sanabantur) sed sola Christi voluntas erat quæ medebatur, cooperante fide in sanandis. Vnde Dominus Iesus sanabat cum absentes tum & præsentes. Matth. 8 & cap. 15. Hilarius. Non enim comprehensibilis erat Deus, vt corpore clauderetur, sed ad redemptionem nostram fragilitatem nostram Dei virtus assumpsit, & vsq; in vestium fimbrias operatio diuina processit. Quia enim deitas est aliquid incomprehensibile, debuit ostendi, q̃ non includebatur aut circumscribebatur a corpore Christi, sed etiam refluebat exterius in vestes. Quis inquit me tetigit? Duo autem intendit Dominus Iesus. Primum cotingere fidem tangentis secundum exponere populo fidem credentis. Hæc duo cum ignorarent tam apostoli q̃ turba frequens (quis enim nouit quæ sunt in corde prauo & profundo præter eum qui a multis cõstringitur, affligiturq;, a paucis autem tangitur?) inquit Petrus & qui cum illo erant Domino Christo: Qui fit; vt cum a tam multis premaris, vt periculum sit, ne & de vita periclitaris, causeris tactum vnius nescio cuius?

Luc. 7. — Ioan. 20. — Luc. 2. — 1. Cor. 13. — Iob. 39. — Matth. 23. — Psal. 132. — Hiere. 13. — Origenes. — Num. 5. — Hieronymus. — Luc. 24. — Psal. 15. — Matth. 15. — Marc. 5. — Cyrillus. — Abulensis Matth. 9. — Actu. 5. — Hilarius. — Hiere. 17.

F G H I K

cuius Gregorius. Premit, & non tangit turba, quia importuna est per præsentiam, & absens per vitam. [Gregorius] Sed quia iuxta philosophum, ignorantes terminos, cito paralogizantur, non mireris si Petrus decipiebatur interrogando vel respondendo. [Philosophus.] Nam & esse alium tactum præter corporalem, Paulus insinuat. 1. Cor. 7. Bonum est inquiens homini mulierem non tangere, de quo diximus multa, Matth. 8. de leproso. Sed inquit Dominus, tetigit me aliquis, noui enim virtutem de me exisse de qua dicitur: vnguentum effusum nomen tuum. [Cant. 1.] Itaque circumspiciebat, prodere ac venire in publicum volens autorem huius facinoris. Illud autem mirabile, cum inconsequentibus imponat silentium parentibus puellæ vitæ restitutæ, ne prodant miraculum insigne, hic versa vice tam curiose atque exacte inquirat quis eum tetigerit, cum res omnino lateret, & vtrobique operata sit virtus diuina. Possumus dicere, quia fides Iairi erat omnibus manifesta, ideo miraculum illud voluit ad præsens taceri. Fides Emorroyssæ secretissima erat, ideo voluit eam omnibus esse conspicuam, vt lux eius luceret coram hominibus, sicque glorificaretur pater eius qui est in cœlis. [Matth. 5.] Cæterum propalando factum mulieris, Dominus Iesus illam ream constituit legis Mosaicæ de qua Leui. cap. 15. vide. Sed ipse conditor legis absoluit ream ab hac transgressione, qui puellam vita functam contingens, etiam præter legem operatus est. Nec enim prohibetur leprosi tactus, nisi ne lepram affricet tangenti. Verum de tangente fœminam vita functam, siue sanguine fluentem alia ratio quærenda est, spiritualis videlicet. Videns ergo mulier se diutius latere non posse, excusso pudore, timens & tremens, in medium prorupit, & rem omnem ordine explicuit, videlicet quo morbo laborasset, quot annis, quomodo omnes facultates lusisset in medicos, inferens illud, quod adeo nihil sibi contulissent remedia adhibita, cum multa tum & varia, vt etiam deterius haberet, quam si medicis non fuisset vsa, quia dum in medicis spem salutis suæ posuerit, salutem pollicentibus, & ab vno frustrata, ad alium certiora pollicentem confugeret, rursus ab hoc ad aliũ, semperque blanda spe lactatur, omnes facultates lusit, ac proinde destituta a medicis (erant enim parabolani) a quibus fuerat magna mercede vexata, mutato consilio in melius, decreuerat transferre se ad eum medicum, qui gratis cõferret plenam sanitatem. [Recapitulatio.] Persuasa itaque, quod solo vestis Christi attactu sanari poterat, dixit: quomodo tantum per collidentium sese globos hominum contigerit fimbriam vestimenti eius, & quomodo momento temporis sanata sit. Quæ omnia non sine timore retulit, vt quæ putauerat se potuisse latere. Vnde quæ sibi metuebat, audire debuit: Confide filia. Filia igitur cum sis, timere non debes, quod est seruorum. Nec erubescendũ est de bono opere, quod operata es in me, nec inferius eo, quod fecit quæ caput meum vnxit. Et esto amodo sana a plaga tua. [Matth. 26.] Verum illa iuxta Marcum quam primum tetigit vestem Christi, sensit stetisse sanguis profluuium, correcto liquore, qui velut e perenni fonte solitus erat emanare. Sensitque toto corpore redisse vigorem, quem habuerat antequam hoc morbo cœpisset laborare. Quod autem dicit: Fides tua te saluam fecit, iuxta Theophylact. [Theophylactus.] Illud vult intelligi, quod nisi habuisset fidem, ne vtique recepisset beneficium cuius sanctas contigisset vestes. Etiam si mitteret manum in latus Christi, esset autem incredula, nihil proficeret. Assignat autem Abulens. [Abulensis] Differentiam inter fidem & fiduciam dicens. Fiducia est gratia gratis data, quæ confert ad operationẽ miraculorũ, de qua Luc. 17. dicendũ. Hæc potest esse sine fide illa, per quam vocamur fideles vel infideles. Hæc fœmina licet non habuerit plenã fidem, putauit enim posse latere, habuit tamen plenam fiduciam, vnde sanata est. [Seneca.] Abdicauit pater filium. Abdicatus, medicinæ studuit. Cum pater ægrotaret, & medici negarent posse sanari, eum filius sanitati restituit. Reconciliatus est patri, ægrotare nouerca cœpit, desperauerunt medici. Rogat pater filium vt nouercæ subueniat: Nolentem, abdicat secundo. Ad hæc filius. Omnes medici negant, illam posse sanari, & nunc diligentiores sunt, quia in te decepti sunt. Adijce quod qui sanantur, ingrati sunt, & medicus possum decipi, & non possum præiudicijs excusari. Quæris quomodo te sanauerim. Non tibi medicus, sed filius profuit. Dei dono laborabas. Gratum tibi erat, quicquid meis manibus accipiebas. Hæc non eodem morbo laborat. Multa sunt dissimilia, sexus, ætas animus. Nihil magis ægrotis prodest, quam ab eo curari a quo volunt. Hæc est fiducia ægrotantis de medico, licet alias interest, an Græcus an Gentilis vel barbarus ignores omnino. Fiducia igitur quam de me concepisti o mulier restituit tibi sanitatem quam medicorum ars dare non potuit, sed Dominus mortificat, & viuificat, ducit ad inferos & reducit, sicut nunc sequitur. [1. Reg. 2.]

Caput. viii. De filia Iairi archisynagogi excitata a morte, & Dño præcipiente parẽtibus vt silentio premerent quod factum fuerat. Itẽ de duobus cæcis illuminatis a Christo tactis oculis eorum, quibus præcepit vt secreto tenerent. Illi autem diffamauerunt Christum Dominum.

Adhuc eo loquente, veniunt nuncii ad archisynagogum dicentes. [Marci. 5.] Filia tua mortua est, quid vltra vexas magistrum? Eadem fere dicit Lucas. Sequitur ex Marco & Luca. Iesus autẽ audito verbo hoc quod dicebatur, ait archisynagogo patri puellæ. Noli timere. Crede tantum. Lucas. & salua erit. Sicut credidisti posse me sanare filiam tuã agentem iam animam, ita crede me posse eandem vita functam ad vitam restituere. Matthæus. Et cum venisset in domum principis, & vidisset tibicines & ficicines & turbam tumultuantem, dicebat. Recedite: Nõ est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Marcus. Et veniunt in domum Archisynagogi, & vidit tumultũ & fletus, & eiulantes mul-

 tum, Et

rum. Et ingressus, ait illis. Quid turbamini & ploratis? puella non est & cætera. Lu
cas. Et cum venisset domum, non permisit intrare secum quemq̃, nisi Petrum Iaco-
bum & Ioannem, & patrem & matrem puellę. Flebant autem omnes & plange-
bant illam. At ille dixit, Nolite flere: non est mortua. &c. Et deridebant illum, scien
tes, q̃ mortua est. Ergo ad hoc profuit prædicari in turba fidem Emorroyssæ, vt eius exemplo con-
firmaretur in fide Archisynagogus. Nam de eo suiq; similibus fabula illa agebatur. Fabulam dixi, my-
sterium intellige. Mulier gentilis immedicabili morbo laborans, ob insignem fidem in Christo Domi-
no, solo vestis contactu sanatur, tu Iudęus in lege peritus, medicum domum accersis, iubes vt imponat
manum, & celeritatem exigis. Vnde videris mihi modicam satis habere virtutem: tamen quia venisti,
Matth. 9. & adorasti, & tu confide tantum, vacuus non reuerteris a facie tanti principis. Crede tantum. Si Chri- F
stus poterat dare fidem huic Iairo, imo ipse solus illam dat, quare dicit: crede tantum: &c. Dicendum q̃
Christus Deus non facit quicquid potest, quia alias non oportebat eum prædicare, imo nec moti nec re
1. Cor. 9. surgere, sed iuxta Paulum Dei coopetatores sumus. Fidem ergo quæ concutienda imo & extinguenda
videbatur ex relatu nunciorum, dicentium: Mortua cum sit filia tua, vt quid ludis operam, & insuper
vexas magistrum. Confirmauit Dominus exemplo Emorroyssæ, dicens: Crede tantum. Vidisti quid ob
tinuerit fides non vulgaris in fœmina sanguinaria: Tu igitur non est cur timeas: crede tantum. Isti nun-
cij iuxta mysterium illi sunt, de quibus Luc. 18. Et qui præibant increpabant cæcum vt taceret. Veruntа
men Dominus linum fumigans non extinxit, Matth. 12. Venit igitur domum, cum fidem Iairi confirmas
set, siquidem Archisynagogus auditis nuncijs: (velut qui prius ancipitem ac multo metu mixtam spem
habebat) desperans, non audebat amplius rogare Dominum. Quod dicit Lucas, non permisit Domi-
nus ingredi secum nisi tres tantum Apostolos, ideo fecit, quia si omnes duceret secum, moleste id ferret G
turba, q̃ sola a visione tanti miraculi excludebatur. Tulit autem leuius, videns ex multis tres tantum
assumptos, reliquos foras remansisse. Parentes autem honestatis gratia admissi sunt. Quod autem pau
cos hos testes arbitros futuræ resurrectionis asciuit, illud præfigurauit q̃ non a multis continuo mysteriũ
Actu. 17. resurrectionis credendum esset. Vnde Paulus de ea sermonem faciens: Nouorum dæmoniorum videba-
Psal. 55. tur annunciator. Deniq; dicente Domino, puella dormit, derisus est. Et hi sunt de quibus scriptum est,
Matth. 26. pro nihilo saluos facies illos. Illis enim resurrectio ad vitam non erit. 2. Macha. 7. His melius fuerat na-
Hilarius. tos non esse. Hilarius. Quibus ergo tantum resurrectio, non etiam & demutatio (Nos enim immutabi
1. Cor. 15. mur. 1. Cor. 15.) Est tributa in melius, hi saluantur in nihilum. In ira enim deducentur hi populi quibus
Luc. 23. ad pœnæ sensum salus resurrectionis est constituta. Hi enim dicent potius montibus, cadite super nos,
sed morte perempta frustra mortem inclamabunt, quæ cum nusq; sit, non comparebit. Requiramus au-
Boetius. tẽ qui sint hi tibicines, qui lugubria canebant, quos abire pręcepit Dominus. An quod Boetius in proœ- H
mio artis musicę scribit, vt cum cantico quoddam dulcior fiat causa flendi, idq; maxime si flendum est ad
tumulum nouercæ, vel si flendus est capularius senex & pecuniosus. Fletus enim hic multis modis ama-
rus est. Sed non id quærimus, cur in funeribus cãtus vel musica adhibetur, sed cur tibicines in funere puel
Poeta. læ, cum in parentalibus virorum tubicines canãt. Ita poeta. 11. En eid. in funere bello peremptorũ, spargi
tur & tellus lachry. &c. it cœlo clamorq; virũ, clangorq; tubarũ. Sed tibia in funere puerorũ puellarumq;
Essedones. adhibebatur, quasi instrumentum exile atq; angustę vocis. Cęterum essedones funera parentum lętis ac
victimis ac festo conuentu familiarum celebrant. Cadauera autem laniata, & cęsis pecoris visceribus
mixta, epulando consumunt, capita vero auro argentoq; ornata pro poculis habent. Sed & apud no-
strates olim Alleluia cantabatur in funeribus defunctorum, quasi aggratulantibus, q̃ euolarent ad supe
ros. Sed quare electi sunt tibijcines hi, si iuxta morem canebant? Primum ne excitarent puellam, quę non
1. Thess. 4. erat mortua sed dormiebat. Id dicunt tres Euangelistæ. Secundo, ne contristemini sicut cæteri qui spem
Ezech. 37. non habent, quorum vox est: Aruerunt ossa nostra, perijt spes nostra, abscissi sumus de terra viuentium, I
Iob. 19. sepulti sumus apud inferos. Perijt memoria nostra cum sonitu tubarum. Psal. 9. Sed hæc vox infidelium
est, nobis autem spes nostra in sinu reposita est. Tertio electi sunt, quia conducti lamentabãtur, hoc est
ficte, & quasi extortis lachrymis. Nam tragœdias quas hodie excitãt nostrates in suorum funeribus, quis
Funera. talia fando temperet a lachrymis? A risu volui dicere, & a derisu. Conducuntur qui ficte plorent, qui ex-
citent eiulatus, qui lessa sua eiulẽtur, qui lanient capillos forte appositicios, qui depalment genas, verba
iactent plusq; insana, diffidentiæ plena, arrepticios putos & phreneticos. Inclamant nomẽ vita functi.
Obiurgãt examine cadauer, cur tuos reliquisti? Cur nos luctu occidisti? Nihil tibi deerat de bonis sæculi
huius, nõ opes, nõ generis claritas, nõ honores forma & ætas. O te crudelẽ, o nos miseros. Iã adde tubas
surdo canentes, & cantores littori loquentes, qui viuis dolorem non eximant, sed augeant. Adde ordi-
nes pullatorum, longas daduchorum series. Quidam etiam equos pullatos in hanc pompam inducunt,
qui gestent insignia defuncti, & ceruice tibijs alligata, prono capite, videantur quasi requirere Domi- K
num, qui forte descendit ad inferos. Deniq; vt impleant tragœdiam, verrunt terram vexillis, quia terra
in terram reuertitur. Nec commemorare libet interim superbas sumptuosasq; monumentorum structu-
ras, quasi parum fuerit ambitionis & prodigaluatis in vita, nisi tales se declarent etiam vita functi. Sed
isti audiant illud quod alias retulimus Esa. cap. 14. Subter vos sternetur tinea, operimentũ erunt vermes.
Isti igitur exclusi sunt a domo Dei, qui perinde contristantur, quasi anima cum corpore intereat. Isti ex-
clusi sunt, qui de fictis lachrymis vera lucra captabant. Sed audi legem ex foro Legionensi. Si sacerdotes
pergunt in domum alicuius vita functi, & repererint aliquos eiulantes vel capillos vellentes, reuertãtur
cadauere dimisso. Qui autem inuentus fuerit faciem exarare, capillos vellere, infra dies. 30. Ecclesiam nõ
ingrediatur

ingrediatur. Insuper defunctus infra dies. 9. non sepeliatur in loco sacro. Et qui aliquid huiusmodi fecerit, mulctetur decima parte bonorum suorum. Qui si pauper est, diebus. 30. claudatur in carcere. Solon de morte sua ita dixit. Mors mea non careat lachrymis, linquamus amicis mœrorem. Ennius econtra. Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu faxit. Cur? Volito docta per ora virum. Eustasius. Mos fuit Grecis, vt cum magno viro vita functo, duodecim hostes sepelirentur, defunctus septem diebus plorabatur, octauo cremabatur, nono sepeliebatur, fiebant & ludi funebres diebus totidem. Phryges marmoribus pro sepulchris suspendunt. Apud Romanos olim vngebantur cadauera tanta cura inquit Plinius, vt nuper viderimus fœminam in tumulis Albanis effossam, supra. 1500. annos sepultam integram membris, crasso opertam vnguento. Cadauera vestibus albis amiciebant, fœminæ item, atris autem viri. In arca deinde conditis, sacrificia manibus offerebant, quæ & inferię & parentalia & iusta & februa dicta sunt, fiebant autem tribus diebus, sacrificando diti, spargendo flores tumulo, ac ludos & epulum dando.

Solon. Ennius. Greci. Phryges. Plinius.

A Quæ omnia iam euanuerũt, dicente Domino: Non est mortua puella, tibicines enim illi & præficæ conductæ abeuntes, cœperunt veras lachrymas effundere, quia tristitia earum ficta in verã versa est, pereunte opera & pecunia quam pactus fuerat cum eis Iairus. Irridebant inquit eum. Reuera seclusa fide, Dominus Iesus irridendus videbatur, qui dormire asseuerabat, quam multi exalare viderant animam. Ab habitu autem ad priuationem non fit regressus naturę ordine iuxta Philosophum. Verum inquit Iob vocabis me, defunctum ante annos plusq̃ quatuor mille (vt sic loquar) & ego respondebo tibi, vocabis autem in tuba Dei & in voce archangeli. 1. Thess. 4. Qui vocas ea quę non sunt perinde ac sint & viuant. Chrysost. Quoniam ipse moriturus erat, aliorum morte ac resurrectione faciebat, vt discipuli considerent & æquissimo animo ferrent, cuius aduentu in somni similitudinẽ mors versa est, sicut scriptum est, Lazarus amicus noster dormit. Vnde sequitur. Ipse autem tenens manum eius, clamauit dicens. Thalita cumi. Nebrissensis. Id est, puella (tibi dico interposuit Marcus) cumi, id est, surge. Est autem Thalita vox Aramęa: cumi vero Hebraica. Et confestim surrexit puella, & ambulabat. Et iussit illi dare manducare. Lucas. Ipse autem tenens manum eius, clamauit dicẽs. Puella surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit cõtinuo, & iussit illi. &c. Et obstupuerunt parentes eius. Marcus. Stupore magno. Et præcepit illis vehementer, vt nemo id sciret. Lucas. Ne alicui dicerent quod factum erat. Matthæus. Et exiit fama hęc in vniuersam terram. Clamor iste ad excitandum puellam intra domum factus est, & meridiana luce, quia vna tantum excitabatur, verum clamor qui excitabit omnes a quatuor vẽtis cœli, media nocte fiet, id est, nullo sciente, & non in domo, sed in vno altissimo montium, vt audiant vocem tubæ cœlestis etiam qui in monumentis sunt, etiam qui sepulti sunt apud inferos cum Dathan & Abiron Num. 16. Ambulatio autem signum fuit sanitatis perfectę acquisitæ.

Philosophus. Ioan. 14. Rom. 4. Ioan. 11. B Nebrissensis. Marcus. 5. Matth. 25.

C Qui autem e somno excitantur profundo, vix vellicati semel & secundo, & incipiunt moueri semisomnes, deinde oscitantes, distendunt brachia, nutant capite, perfricant frontem, & nisi instes, relabuntur in lectum, ac vigilantes dormiunt. Hæc statim vt vocem hausit, (verbum enim Domini præsens medicamentum erat) surrexit, & alacris surrexit, aperuit oculos & vidit viuam quæ erat apud patrem, cœpitq; ambulare. Denique iussit Dominus Iesus, vt de longissima via reuertenti darent, quod manducaret, quo certior esset reddita mortuæ vita. Edere enim non solum vitæ, sed & bonæ ac vegetæ valetudinis indicium est. Quod autem parentes stupent, non mireris, nihil enim tale viderant, imo videntes, in somnis putabant se illud videre. A sęculo enim non est auditum vt quis simplici verbo excitauerit vita functam dicens: heus puella surge. Nam Helias. 3 Reg. 17. Et Heliseus. 4. Reg. 4. Multa ambitione precum & ceremoniarum vix ad vitã restituerunt singuli puerum vnum. Hic nihil tale, sed heus puella surge, quasi dormiret, id q; non admodum profunde. Quod parentibus præcepit, vt miraculum summo silentio præmerent, expositum est supra.

1. Ioan. 1. Helias.

D Potest & illud dici, maluisse Dominum, id quod gestum erat, per eos quos eiecerat, quiq; Dominũ irridebant e vulgari, q̃ per parentes puellæ, qui certe minore fide pręcones fuissent diuini operis. Siue quod præcipiens haberi tacitum id, quod sciebat illos non tacituros, docere voluit, semper gloriam humanam fugiendam, quę consequitur fugientes, & se insequentes, pennatis pedibus remis velisq; fugit. Sit nobis exemplo superbus ille Aman, & humilis Mardochæus. Sed si parentes tacerent, nunquid puella de qua Dominus tam bene meritus fuerat, tacitura erat? Etsi & illa taceret, opus ipsum insigne clamabat in aures omnium qui illam audierant vita functam. Nos autem si gloriari libet, infirmitatibus nostris gloriemur, vt inhabitet nos potentia Christi. Refert Plutar. De sertorio qui ad honores licet & dignitates prouectus, militarem audaciam nunq̃ remisit, sed in prælijs corpus periculis obiectans, tandem alterum amisit oculum de quo etiam gloriari solebat, q̃ alij non semper virtutis suæ testimonia secum deferrent, sed torques & hastas & coronas domi relinquerent. Sibi vero bellicæ laudis insignia continuo adessent, eosdemq; haberet fortunæ & virtutis suę inspectores.

Esther. 7. Sertorius. 2. Cor. 12.

E Namq; & Apostolus dicens, pro huiusmodi gloriabor, vibices tibi digito videtur ostendere, quos accepit ter virgis cęsus, semel lapidatus. Exijt ergo fama huius miraculi in vniuersam terram, vbicunq; prædicatum fuerit hoc Euangelium.

2. Cor. 11.

Et transeunte inde Iesu, sequuti sunt eum duo cęci clamantes & dicentes. Miserere nostri fili Dauid. Cum autem venisset domum accesserunt ad eum cæci, & dicit eis Iesus. Creditis, q̃ hoc possum facere vobis? Dicunt ei. Vtiq; Domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis, & aperti sunt oculi eorum. Et comminatus est illis Iesus dicens. Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum in tota terra illa. Sicut dicit Plato in Timęo, rerum optimarum cognitionem

Plato.

tionem nobis oculi attulerunt. Nam hæc quæ de mundo disputantur, nunquam inuenta essent, si nec fidera, nec sol nec luna suspici potuissent. Cognitio vero diei ac noctis ab oculis orta, fecit vt dinumeratione quadam mensium annorumque ambitus metiremur, tempus cognosceremus, vniuersæ naturæ ordinē perscrutaremur, quibus ex rebus philosophiam adepti sumus, quo bono nihil vnquam maius mortalium generi datum est a deorum munere neque dabitur. Hęc ille. Nam & per incarnati verbi mysterium noua quędā

Malach. 4.

mentis nostræ oculis lux claritatis infulsit æternæ: de qua dicitur: Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ. Quia & si de interioribus animæ oculis intelligatur illud: Multi Reges & iusti voluerūt

Exo. 33.

videre quæ videtis, nihilominus beati oculi qui vident, quæ videtis. Ad hanc visionem quam & Moses suspirabat videntur aspirare cæci isti, alias oculatissimi, qui rogati de potentia Christi, omnia inquiunt

Rom. 10.

poteris, si velis. Bene ergo dixit Paulus, quoniam fides ex auditis est. Sic & Centurio, vox inquit eius Ia-

Luc. 23.

cob est, licet propter pelles duas (pendebat enim inter duos nequam) Esau videatur. Vere inquit hic ho-

Deut. 21.

mo iustus est, filius Dei erat, manus licet habeat cruci affixas veluti vnus ex peccatoribus de quibus dicitur: Maledictus qui pendet in ligno. Tetigit igitur oculos eorum dicens: Fiat vobis secundum fidem vestram. Hanc fidem eousque extollit Luterus, vt dicat. Si per impossibile confessus non esset contritus, aut sacerdos non serio sed ioco absoluerit, si tamen se absolutum credit verissime est absolutus. Hęc con-

Abulensis

clusio hæretica est, quia cōtritio est de lege naturæ, & præsupponitur semper cōfessioni, siue eā voces attritionē siue cōtritionē, nō differūt enim nisi secundū intēsum & remissum. Differūt & in hoc, quod attritio est dispositio ad gratiam: vnde est sine gratia, contritio autem est actus gratia informatus. Vnde illud Psal. 50. Cor contritum & humiliatum, Deus non despicies. Scot. in. 4 dist. 14. q. 2. Quod autem dicit licet sacerdos ioco absoluat, similiter falsum est, cum in omni sacramento præsupponatur intentio sacerdotis iuxta Clementem, & si absolutus est, id non erit virtute sacramenti, sed potentia eius qui neminē obligauit ad impossibile, impossibile est autem vt constet mihi de intentione sacerdotis. Idem enim dicendum est de baptizato a sacerdote hæretico, nec habente fidem Ecclesiæ. Deus autem omnipotentiā suam non alligauit sacramentis. Tamen quod veritas habet cæci isti nisi crederent, nunquam illuminarētur, etiam si septies dicerent credimus. Si quos autem Dominus illuminauit vel sanauit a diuersis langoribus alias incredulos, operatus est præter ordinem prouidentiæ suæ, sicut multos sancti excitauerunt ex mor-

Matth. 6.
Matth. 8.
Hieronymus.
Matth. 27.

tuis qui in peccatis suis mortui fuerāt. Et cōminatus est eis. De quo multa diximus in hoc capite. Quod si opera Dei miranda iubemur tacere, orare clauso ostio, eleemosynam ignorante sinistra manu largiri, leprosus audit, nemini dixeris, idem & Archisynagogus, idem iniungitur & istis cæcis: Num licebit nobis prędicare mala nostra, num vel proximorum, sicut Sodoma? Esa. 3. Vere dixit Hieronymus: difficile est, Deo teste esse contentum in hominis operibus, quando etiam malorum nostrorum plures volumus habere testes. Vnde illud: Sanguis eius super nos & super liberos nostros. Et huius sanguinis innocenter

Iudæi.
Psal. 108.

fusi, testes est ager ille emptus precio sanguinis iusti. Et vbicunque prædicatum fuerit Euangelium hoc, dicetur & quod hi peruersi filij & scelerati fecerunt, & toties redibit in memoriam peccatum eorum, & peccatum matris eorum non delebitur. Comminatus est ergo eis. Græce est ἐνεβριμήσατο, enebrimesato, quod proprie significat acriter ac velut iracunde comminari cum austeritate. Illi autem nihilominus

Gregorius

famam eius sparserunt quoquo versus. Oculis enim receptis & animæ & corporis, verba Christi qualiter intelligenda essent plene intellexerunt. Et comminatus est eis. Quid est hoc, quod ipse cui hoc est velle,

Matth. 9.
Chrysost.

quod posse, taceri virtutes suas voluit, & tamen ab eis qui illuminati sunt quasi inuitus proditur? Nisi quod seruis suis exemplum dedit, vt ipsi quidem virtutes suas occultari desiderent, & tamen vt alij eorum exemplo proficiant, prodantur inuiti, nolentes volentes. Cæterum sicut dicit Chrysost. Non parua hæc Iudęorum accusatio est: cum hi quidem oculis carentes, ex auditu solo fidem suscipiunt, non autem illi visum habentes attestantem miraculis quæ fiebant. Nec enim possunt causari cęcitatem, cum ipsi interro-

Ioan. 9.

gando dixerint: Num & nos cęci sumus? Absit vt cęci sitis, qui duces estis cęcorum.

Caput. ix. Quomodo in patria sua vocatus est faber filius fabri, & de matre sua & fratribus eius & sororibus quodque scandalizabantur videntes opera eius & audientes doctrinam suam & quod non poterat ibi facere nisi miracula quędam propter incrudelitatem illorum. Et quod nemo propheta acceptus est in patria sua. Et circuibat prouinciam prædicans regnum Dei & curans quemuis languorem. Et quamuis esset messis nō pauca operarii pauci erāt, vnde rogate inquit Dn̄m, &c.

Marci. 6.

ET egressus inde abiit in patriam suam, & sequebantur eum discipuli sui. Et facto sabbato, cœpit in synagoga docere. Et multi audientes admirabantur in doctrina sua dicentes. Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapiētia quæ data est illi? & virtutes tales quę per manus illius efficiuntur? Nonne hic est faber, fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph, & Simon & Iudas, & sorores eius nonne apud nos sunt? vnde ergo huic omnia ista? Et scandalizabātur in eo. Et dicebat illis Iesus: quod non est propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. Sine honore pro inhonoratus, quod peius est, significat enim esse con-

esse contemptum. **Et non poterat ibi virtutem vllam facere, nisi q̃ paucos infirmos impositis manibus curauit. Et mirabatur propter incredulitatem illorum. Et circumitu docens.** Sicut dicit Tullius: Is viuere dicitur, qui & alijs prodest, & seipso vtitur, quoniam nihil est eo turpius, qui nullum habet argumentum quo se diu vixisse probet, præter annos quibus nō vixit, fuit autem, sed ventri obediens, vitam amisit. Non enim refert quādiu, sed q̃ bene viseris. Vnde illa vox fiduciæ plena, abundantius omnibus laboraui.1. Cor.15. Bonum certamen certaui.2. Timo.4. Vnde Menedemus apud Terētium ait ad Cremetem monentem, ne se tantopere maceraret. Tantum ne ab re tua est ocij tibi, aliena vt cures, eaq; quę nihil ad te pertinent? Respondit Chremes. Homo sum, humani nihil a me alienum puto, patri nostri patria, partim amici vsurpant sibi quando quidem nō nobis solis nati sumus, licet difficilius aliena curem⁹ q̃ nostra. Ergo Dominus Iesus qui homo vtiq; erat (erat & Deus) A etiam ad patriam suam pio ferebatur affectu, & quoniam propria quæ curaret non habebat, curabat aliena, si tamen alienum aliquid ei potest esse, cuius sunt omnia: homines enim & iumenta saluabis Domine. Venit ergo in patriam suam Nazareth videlicet, nam hunc nominis honorem promeruit, q̃ illic Dominus fuerit nutritus diu q̃ versatus. De hoc dictum est. Luc. cap. 4. Et facto sabbato: (omnia enim tempus habent) quo ex laudatissimo more Iudæi consueuerunt conuenire, non vt tempus fallerent, sed vt religiosa confabulatione legem Domini vel discerent, vel docerent, ingressus est Iesus, cœpitq; docere ad esse regnum cœlorum. Exemplum hoc suis commendatiurus, vt omnes intelligerent q̃ culpabile nobis esset, cum Iudæis tanto studio fuerit carnalem legem, nec diu superuicturam & a Mose latam, id est, prodiram perdiscere, si non saltem pari cura doctrinam Euangelicam a filio Dei traditam studeamus cognoscere. Quod autem Iudæi mirabantur, non mireris quandoquidem & annorum duodecim sedebat inter doctores & mirabantur non tantum doctores quis docebat, sed & parentes sui, quando illum B inuenerunt, & audierunt conferentem cum legisperitis secreta multa & profunda de lege altissimi. Erat enim Dominus Iesus liber ille scriptus intus & foris. Foris siquidem filius erat Mariæ, immaculatæ fœminæ, intactæ, superbenedictæ, quippe quæ ante benedicta est q̃ creata, tamē mater eius creatura erat, mulier erat, despōsata fabro & sicut illa, vxor vocata est Iosephi fabri, ita Dominus Iesus faber & filius fabri. Hęc est scriptura libri exterior. Interiorem quis leget, quis explicabit? Esa. 58. Ad scripturam ergo exteriorem refertur illud, fratres eius & sorores sunt apud nos & pater & mater. Item illud, alij Ioannē Baptistam, alij Heliam. &c. Item illud q̃ esurijt, q̃ lassus sedit super fontem q̃ dormiuit, Matth. 8. q̃ fleuit, Ioan. 11. q̃ cœpit pauere & tædere & mœstus esse, q̃ sudauit sudorem sanguineum, denique q̃ flagellis cæditur, q̃ cruci suffigitur, q̃ sepelitur. Ad interiorem scripturam referuntur omnia opera quæ supra naturam operatus est de quibus per totum Euangelium late patet. Mirabātur igitur dicentes, vnde huic C hæc omnia? Et qui ex operibus eius admirandis quę Deum clamabant poterant venire incognitionem veritatis, filium fabri & fabrum contumeliose vocant, & qui credere debuerunt, scandalizantur. Vnde impletum vides verbum Simeonis, positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum. Siquidem Iudęi isti q̃ Dominus Iesus esset homo Deus nec per somnium suspicabantur, etiam si mille mortuos excitasset, si plueret illis Manna, si & regnum Iudęorum in pristinam gloriam restituisset. Illud autem tantum dicebant. Faber cum sit a iuuentute sua, & fabri filius, vnde subito factus est alius? Cum paucis mēsibus abfuerit a nobis, quomodo repente mutatus ad nos redijt? Num fonte labra proluit caballino, vt sic repente propheta fieret? Vnde huic doctrina hæc noua quam certe nunq̃ hausit a doctis pharisęis in vorandis domibus viduarum. Vnde et tam pręsens vis & efficacia in ædendis miraculis, quantum nec in Mose nec in vllo prophetarum audiuimus fuisse? Scandalizabātur igitur, quia valde notus erat & ipse & parentes sui & cognati iuxta q̃ homo erat. Id cum intellexisset Dominus Iesus ait illis. Vere nullus D propheta apud suos in precio fuit. Quæ verba exposita sunt, Luc. cap. 4. Quod autem affines vocentur fratres apud Iudęos, legenti scripturas palam est. Vide Genes. cap. 13. & cap. 31. expresse. Siquidem priore loco Abraham vocat Loth filiū fratris sui fratrem, & sequenti loco Iacob vocat fratres, socios vie ipsius Laban. Iacobus autem iste cognomento iustus vt nōnulli existimant (Theophylactus & Augustinus) Ioseph ex alia vxore, vt autem mihi videtur inquit Hieronymus Mariæ sororis matris Domini cuius Ioannes meminit in libro suo, filius est. Faber ita dicit, Iacobus, Ioses, Simon & Iudas non filij Ioseph sed Cleophę fuerunt fratres ipsius Ioseph. Idem de sororibus. Clemens Alexandrinus dixit eos fuisse filios ipsius Ioseph ex altera vxore, & forte hunc intellexit Hieronymus, cum inquit, vt nonnulli. &c. Quod autem dicit S. Thomas super epistolam ad Gal. Commento sexto decimo, Annam habuisse tres viros, ex quibus tres genuit filias, id ingenue negat Faber, edito super hoc nō contemnendo opusculo, ad opus illud remitto lectorem. Quoniam igitur credere noluerunt, potius autem scandalizati sunt, manus Domino ligauerunt vt ita dicerim, imo ita dicit Marcus Euangelista: Non poterat ibi virturē, &c. E Obstante cognatorum & notorum incredulitate, dicente Domino ad istos cæcos mente, quod supra audiuimus, secundum fidem vestram, iuxta incredulitatem vestram fiat vobis. Non enim fas est mittere margaritas porcis proculcandas, Matth. 7. Ex hoc sane loco discimus Dominum Iesum virtuti sui (si ita dicere licet) exercuisse artem. Cur enim id recusasset nostri causa, si crucem super se tulit, & cum iniquis annumeratus est? Cum igitur apud alios morborum omne genus a multis facile profligasset, hic paucos duntaxat ægrotos sanitati restituit, impositis manibus, vt impleret illud, benefacite his qui vos oderūt. Et mirabatur propter incredulitatem illorum. Admirantis speciem pręse tulit, sicut superius diximus de Centurione. Admirabantur illi doctrinam eius quæ vere odorem spirabat cœlestem, ipse autem admirabatur stultitiam illorum, qui vere erant ad illam tanq̃ asini ad lyram. Hieronymus. Mira stultitia Nazaręorum,

Marginalia: Matth. 13. — Tullius. — Menedemus. — Psal. 23. — Psal. 35. — Eccles. 3. — Matth. 3. — Luc. 2. — Ezech. 2. — Genes. 1. — Matth. 16. — Ioan. 4. — Luc. 22. — Luc. 2. — Matth. 23. — Hieronymus. — Faber. — Thomas. — Esa. 53. — Matth. 8. — Hierony.

reorum, mirantur vnde habeat sapientiam sapientia Dei. Sed error in promptu est, quod fabri filium suspi- Chrysost. cantur. Nec mirum quod errant in fratribus, quando & errant in patre. Chrysost. Per omnia erant insensati (& quis pater eius? dictum est de Saul. 1. Reg. 10.) vilipendentes eum ab eo qui existimabatur esse pater, quamuis multa horum exempla habentes in antiquis temporibus, & patrum ignobilium videntes, filios no- Iosue. 24. bilissimos, sicut Dauid. Amos, Saul, & Moses ipse aparentibus expositus, & Abraham cuius maiores idola coluerunt. Oportebat enim propter hoc eum vel maxime honorare, quoniam a talibus existens, talia loquebatur. Confer horum rusticitatem cum fide eius qui cęcus natus est, vt opposita iuxta posita magis elucescant. Si non esset hic adeo, inquit ille, non poterat talia facere, Ioan. 9. isti autem, parentes sui apud nos sunt. Itaque quod non fecit illi virtutes multas, ideo fecit, ne penitus inexcusabiles essent, si- Matth. 11. cut Capharnaum & Corozaim. Propemodum autem est, ciues ciuibus inuidere, ideoque nemo propheta acceptus est in patria sua. Nam Ionas apud exteros in magno honore habitus est. Sicut Ruth apud suos. Matth. 9. Nescimus quæ fuerit, apud Iudęos multorum regum mater effecta est. Cętera patent. **Et circuibat Iesus omnes ciuitates & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & curans omnem langorem & omnem infirmitatem. Videns autē turbas, misertus est eis, quia erant vexati & iacentes sicut oues non habentes pasto-** Luc. 10. **rem. Tunc dixit discipulis suis. Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis vt mittat operarios in messem suam.** Quod dicit: Circuibat Dominus omnes ciuitates, prouinciam quam exornandam acceperat curabat, idque nō segniter, quia & is qui e cœlo tanquam fulmen cecidit, vt seminaret inter fratres discordias, etiam circuit & perambulat terram cum exercitu suo in equis albis variis & rufis: de quibus Zach. cap. 1. Hi semper habent in ore verbū illud. Deut. 11. Omnis locus quem calcauerit. Pes noster, noster erit. Prædicans Euangelium regni. Ante Euangelii prædicationem, id est, vita æterna, Iudæi nesciebant aliquid determinatum de vita æterna Abulensis nec de statu hominum a morte, eo quod scriptura veteris testamenti de hoc obscure satis loquitur: ita vt essent opiniones inter Iudęos. Sadducęi siquidem negabant resurrectionem, inficiabātur & animę immortalitatem, pharisæi autem vtrumque confitebantur. Actu. 23. Et tolerabantur istæ opiniones pugnantes licet ex diametro. Ex quo liquet, quod Iudæi non erant certi de resurrectione mortuorū & vita æterna, quia Matth. 9. alias non sustinuissent tam impiam Sadducæorum positionem. Christus autem Dominus vtraque hæc apertissime prædicauit, vitam æternam & ignem æternum, & hoc est Euangelium quod Christus prędicabat. Et tamen Gentiles Romani maxime nescio quam vitam immortalem somniabant, qui in bello ancipiti, furiis infernalibus sese deuouentes, præcipites in confertum hostium agmen irruebant, habituri per hoc apud posteros immortalitatem nominis, & in beatis insulis requiem a laboribus suis. Eneidos. 6. Quod autem dicit curans quemuis langorem, sciendum iuxta Apostolum, quod diuisiones quidem gratiarum sunt & operationem, 1. Cor. 2. Tamen hæc omnia quę diuisa sunt in singulis, id est, in corpore, coniuncta sunt in capite, caput autem Ecclesiæ Christus est. Ephes. 1. Omnia inquam quæ diuisa sunt in quatuor flumina, coniuncta sunt in ipso omnium bonorum fonte. Genes. 2. Singulis igitur sanctis collatæ sunt singulæ gratiæ gratis datæ, aut duæ vel tres, quinque talenta, duo vel vnum: Math. 24. nulli omnia, nisi vni Christo qui fons est, caput est Ecclesiæ in quo vigent omnes sensus, hoc est, habet potestatem curandi omnem morbum corporis, & omnem ægritudinem animæ. Ita refert Herodotus de Aegy- Herodot. ptiis, apud quos medicina ita distributa est, vt singulorum morborum sint medici non plurium. Itaque omnia referta sunt medicis. Alii curandis oculis cōstituti, alii capiti, alii dentibus, alii aliis partibus, alii morbis occultis. Ita & nunc videre est in republica ecclesiastica, quod non omnia omnibus conceduntur sacer- Matth. 16. dotibus, sed in capite omnia sunt, dicente Domino: Quodcunque ligaueris super terram, ligatum erit & in coelis. Quid est autem, Videns turbas, affectu misericordiæ tactus est? Legimus Deum vltionum, cum Iob. 9. vidisset multiplicari mala super terram, tactum dolore cordis intrinsecus (o profundam iræ Dei cui nul- Genes. 6. lus obuiare potest) dixisse apud semetipsum, delebo hominem quem creaui desuper terram, pœnitet enim Osee. 13. me quod fecerim illum, quoniam reddit mihi mala pro bonis. Nunc autem postquam ex vrsa factus est gallina vel pastor, commutatis vocibus, pro dolore & ira implacabili misericordiam reponit dicēs: Misereor mei, Oues. quoniam oues istæ propter inde iacent vexatæ & palantes, dissipatæ ac destitutæ, quasi non habeant pasto- 3. Reg. 12. rem. Reuera multos habebant, sed qui mulgerent, tonderent, excoriarent, & cęderent scorpionibus, interim pascentes seipsos, ouium nulla cura. Misertus est igitur eis. Græce pro misertus, est ἐσπλαγχνίσθη, esplachnisthe: id est, affectu tactus est. Siquidem Hebręi vehementem ac pium affectum viscera vocant, sicut Paulus Onesimum filium suum. Merito igitur affectu tangitur ad oues perditas domus Israel, cum Pompei. nullum sit animal destitutius, magisque pendens de præsidio pastoris, quam oues. Pomponius Himereorum vrbem cum mulctare censuisset, quia cum hoste Pompei senserat: Steniseius populi princeps petita ad defensionem venia: Non inquit Pompeium iure facturum, si nocentes dimittat & cōdemnet innocuos. Hunc autem cum interrogasset Pompeius, quem nocentem diceret, meipsum inquit, qui beneuolis ciuibus meis hęc persuasi, inimicos vero coegi. Admiratus Pompeius principis fiduciam ac dignitatem, eum Amos. 6. crimine primum liberat, cæterosque deinde omnes. Hi sunt veri principes ac pastores, qui compatiuntur 1. Reg. 17. super contritione Ioseph. Multi enim videntes lupum venientem fugiunt, imo multi ex pastoribus lupi 2. Reg. 12. fiunt, sicut Dauid qui pastor leonē occidit & vrsum: factus rex ouem rapuit. Dixit ergo eis. Messis multa est alba iam vt metatur, Ioan. 4. Multi item prædones de quibus habes Iudi. 6. Cum seuisset Israel, ascendebat Madian & Amalech, & apud eos figentes tentoria, sicut erant in herbis cuncta vastabant, Matth. 13. Adiice his pestibus multos qui supersemināt in messe dominica zizania multa, pastoribus dormiētibus: adiice vul-

adijce vulpes tercentum, quæ ignem supponunt, adijce formicarum rapacium genus quoddam, quę grana ex area suffurantur, aut sicut dicit Ioel. residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedet bruchus. &c. Et intelliges q̃ vere dixerit bonus pater familiæ: Messis multa, operarij autem pauci, latrones & mercenarij multi satis. Multi pastores nomine tenus: (idola verius,) qui boues stimulent, aratores pauci, multi mittentes manum ad aratrum & respicientes. Multi canes muti, non valentes latrare, nisi quando decimandum est, de quibus Dominus Esa. 5. Vos depasti estis vineam meam, & rapina pauperis in domo vestra. Esa. 56. Et sicut dixit aliquando Marcellus cum aduerso Marte pugnasset contra Hanibalem, vt video inquit (reuocato exercitu ad contionem) multa Romanorum arma, multa corpora, Romanum autem neminem. Ita hic, in stadio omnes currunt ad ecclesiasticas curas, tan̄ sibi futuri sint sine curis, sicut dixit quædam pastor: Posui finem curis, oues & fortuna valete, vix autem ex mille vnus nomine operarij censetur, non a Catone Censorio, sed ab eo qui dicit: Rogate Dominum messis vt mittat operarios. Ad messes igitur metendas isti Seraphin vel locustæ alis sex volant, cęterum ad Dominum cum muneribus vix tres e toto terrarum orbe, portantes iuxta prophetam manipulos suos, veniunt cum exultatione. Sic olim Romanum Imperium tribus cessit viris. Nam in ea partitione omnis ad orientem tractus Antonio, ad Hesperiam Cæsari Octauio concessus, vtriusq; autem imperij confinium Ionium mare factum Lepido Affrica cessit. Sic Homerus orbem inter Iouem Neptunum & Plutonem partitus est. Scitum est illud Herodis Attici in palliatum crinitum barba ad pubem vsq; porrecta, video barbam & pallium, baculum annulum, meloten & falcem philosophum non video, messorem operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum Dei non video, 2. Timoth. 2. Sed omnes vel maxima pars quæ sua sunt quærunt, non quæ sunt Iesu Christi.

Iude 15. Ioel. 1. Prouerbia. Luc. 9. Marcellus. 1. Cor. 9. Esa. 6. Psal. 125.

Caput. x. Quomodo Dominus segregauit a toto discipulorum cętu duodecim, quibus dedit potestatē super demones & languores quos & binos misit quibus ne Gentium ciuitates intrarent sed Iudæorum tantum præcepit. Et quod appropinquaret regnum cœlorum annunciarent, curate gratis ait. Ne possideatis aurum, non virgam, non calciamenta, non tunicas binas, &c. Deq; excutiēdo puluere pedum vbi recepti non fuerint. Et q̄ tolerabilius erit Sodome iudicium q̃ huius ciuitatis ingrate quę Dei Apostolos non receperit.

ET conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dęmonia. Marcus. Potestatem spirituum immundorum. Potestatem spirituum immundorum inquit. Merito immundi vocantur: ipsi enim sunt omnis immunditiæ inuentores & carnalis turpitudinis: licet horum natura negauerit. Ideo interdum quidam eorum efficiuntur incubi, & vexant fœminas vehementi & importuna libidine vt dicit beatus Augustinus. 15. de ciuitate Dei. Aliquando etiam succubi efficiuntur, vt velut fœminæ a viris cognoscantur, quæ sunt argumēta euidentiora, q̄ ipsi ex nequitia sua hanc immunditiam adinuenerint & docuerint, & illas ciuitates, & desiderēt, licet realiter delectationem in huiusmodi nefando congressu experiri non possint. Vnde in porcos rogant mitti, simile enim simili gaudet. Matth. Et vt langores curarent, mittens illos binos iuxta Marcum. Duodecim autem Apostolorum vel discipulorum nomina sunt. De his vide supra in principio sermonis Dominici in monte. De numero autem duodenario aliqua subijcienda sunt, præter ea quæ ibi diximus. Nec enim sine sacramento spiritus sanctus tam exacte scripturæ mandauit conceptus & ortus duodecim patriarcharū. Genes. 29 qui ex vno parente matribus aut quatuor geniti sunt, quod & ipsum non vacat a mysterio. Item q̄ matres duæ erant liberæ, & duæ ancillæ, quodq; vxor minus dilecta sex peperit filios, ea vero quam deperibat Iacob duos tantum, & secundo edito, vita functa est. Item q̄ duodecim genitis filijs, filiam genuit, pro qua ad mortem vsq; periclitatus est. Vide ergo (vt compendio loquar) Dominum Iesum duodecim filios omnes Iudęos sibi delegisse iuxta Abulēsem, vt filios Dei qui in quatuor orbis partes dispersi erant congregaret in vnū, hoc autē vnū vna est Ecclesia, id est, vnica filia, quę post filios edita est, hoc est illis prędicantibus verbum regni. Pro hac Dominus semetipsum in mortem tradidit (Ephe. 5.) in mortem, deletis desuper terram qui ei vim intulerunt. Quod autem alij sunt filij ancillarum alij ingenuarum, parens idem est, illud prefigurat, q̄ apud Dominum nō est seruus neq; liber, Gal. 3. Omnes enim empti sumus eodem precio, non corruptibili auro & argento, sed precioso sanguine (tanti nos æstimauit bonus pastor) agni immaculati. Quod autem Lia plures edidit, id significat q̄ plures timore amore paucissimi corriguntur iuxta Augustinum sunt igitur vxores quatuor, eęq; sunt Lia, Rachel, Bala, Celpha, Filij Lię sunt Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Isachar, Zabulon. Filij Rachelis Ioseph, Beniamin. Filij Balæ, Dan, Nephthalim. Filij Celphæ Gad & Aser. Hæc de ortu patriarcharum duodecim. De quibus dicit spiritus sanctus, pro patribus tuis, quos hic enumerauimus, nati sunt tibi filij totidem, principes non vnius Gentis sed totius Ecclesię, quibus dicitur, quodcunq; ligaueritis in terris ligata erunt & in cœlis. Quomodo autem principes isti populorum constituti fuerint pastores super omnem terram rationalem, id explicat textus dicens Dedit eis potestatem super omnia dæmonia, & vt langores curarent, id est, mederentur corporibus, mederentur & morbis & animabus,

Matth. 10. Marci. 6. Luc. 9. Genes. 54. August. Abulensis Abulensis Ioan. 1. 1. Pet. 1. Psal. 44. Matth 16. Apoc. 11.

mabus, quorum vna a septem dæmonibus premebatur, Marci, cap. 16. Altera ab integra legione inha-
Gregorius bitabatur. Septem autem dæmonia Gregorius, vniuersa vicia interpretatur: hoc est iuxta prouerbium malorum omnium mare. Dedit igitur illis potestatem vt quicquid Dominus Christus ipsis testibus gesserat nomine patris immo & suo, id illi facerent nomine Iesu Christi, cuius vicarij cõstituti erant, & cuius
Eccles. 4. vices gerebant. Mittuntur bini, per iugum admonens illos fraternæ charitatis: væ enim soli, duo autem mutuo fouebuntur, quia non est bonum hominem esse solum, inquit qui solus bonus est, Genes. 2. Sic velut prefectis quibusdam suam cuiq; pari prouinciam delegabat. Cum igitur mundos eos mitteret ab omni humano præsidio, ne animos desponderent, & leuis esset apud principes sæculi piscatorum autoritas,
Actu. 5. dedit illis quod huius mundi monarchę suis certe legatis etiam a latere, dare non possunt potestatem tollendi morbos vel verbo vel vmbra, expellendi dæmones, remittendi peccata, & ascribendi in albo cœli. Acceperunt igitur ius vtriusq; fori, quod theologi vocant claues. Sed & de duodecim his principibus ita habes, Exo. cap. 28. Sumes duos lapides onichinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel, sex in vno & sex in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. Hunc ordinem explicat Euangelista cum dicit: Apostolo-
1. Cor. 15. rum nomina sunt hæc. Primus Simon. &c. Non q; hoc ordine nati sint apostoli iuxta carnalem generationem (nam id incertum) caro enim non prodest quicq;. Nec q; eodem ordine vocati sint a Domino ad
Ibidem. Apostolicum munus, sed dicitur iuxta ordinem natiuitatis eorum, quia stella a stella in claritate differt, & in situ: Nam sex sculpuntur in lapide ponendo in humero dextro, sex in sinistro, non q; in cœlo sinistrum sit aliquid, Ecclesia enim a leua præsentis vitæ transfertur ad dextram vitæ æternæ, sicut scriptum
Cant. 2. est, leua eius sub capite meo hic, & dextra illius amplexabitur me illic. In domo enim patris mei mansiones multæ sunt. Nomina igitur duodecim apostolorũ sacerdos magnus in humeris portat, quia sicut nos
Ephe. 2. superędificati sumus super fundamento apostolorum Christo Iesu, ita & illi, sed illi primum & imme-
1. Pet. 1. diatius, nos autem voce eorum asciti sumus vt superędificemur tanq; lapides viui & electi. De quibus lapidibus vide. 5. 47. Deniq; iubetur sacerdos magnus vt quos senos & senos in humeris gestat, simul
Zach. 2. coniunctos portet in pectore. Qui enim eos tangit, perinde est ac tangat pupillam oculorum Christi. Di-
Exo. 28. cit ergo lex. Facies rationale iudicij opere polymito, ex auro, hyacintho, & purpura coccoq; bis tincto & bysso retorto, quadrangulum erit & duplex, mensuram palmi habebit tam in longitudine q; in latitudine, ponesq; in eo quatuor ordines lapi-
Rationale iudicij. dum. In primo versu erit Sardius, Topazius, Smaragdus. In secundo, Carbunculus, Sapphyrus, Hiaspis. In tertio Lyngurius, Achates, Amethistus. In quarto, Chrysolytus, Onychinus, Berillus.

Sardius. Ruben.	Topazius. Simeon.	Smaragdus. Leui.
Carbunculus. Iudas.	Sapphyrus. Dan.	Hiaspis. Nephthalim.
Lyngurius. Gad.	Achates. Asser.	Amethistus. Isachar.
Chrysolytus. Zabulon.	Onychinus. Ioseph.	Berillus. Beniamin.

I. De Sardio vel Sardonico ita refert Plinius lib. 37. cap. 1. Policrati Seuero tyranno fœlicitatis suæ quam nimiã fatebatur esse ipse, satis piamenti in vnius gemmæ voluntario damno videbatur, si cum fortunę volubilitate paria faceret. Planeq; ab inuidia eius abunde se redimi putabat, si hoc vnũ doluisset. Assiduo ergo gaudio lassus, prouectus nauigio, in altum, anulum mersit. At illũ piscis eximia magnitudine Regis nactus escæ vice raptum, vt faceret ocitum, in culinam domini rursus fortunæ insidiantis manui reddidit. Sardonicem eam gemmam fuisse constat, ostenduntq; Romæ (si credimus) in concordiæ delubro cornu aureo Augustæ dono inclusam, & nouissimum prope locum tot prælatis obtinentem. Sequitur ex eodem libro cap. 6. Primus Romanorum Sardonice vsus est prior Affricanus, & inde Romanis hęc gemma celeberrima fuit. Sardonices olim vt ex nomine ipso apparet, intelligebantur candore in Sarda, hoc est velut carnibus (sarx enĩ Grece caro est) vngue hominis imposito, & vtroq; translucido. Quædam in ijs cœlestis arcus anhelatio est, superficies vero locustarum maris crustis rubentior. Vide eum ibidem latius.

II. Topazion. Plinius lib. 37. cap. 8. Egregia Topazio gloria est suo virenti genere, & cũ reperta est prælatæ omnibus. Iuba Topazion insulam in rubro mari a continente stadijs. 300. abesse tradit, nebulosam, & ideo quæsitam sepe a nauigantibus, exq; ea causa nomen accepisse. Topazim enim Troglodytarum lingua significationem habere quærendi. Ex hac primum importaram Berenicę reginę quę fuit mater sequentis Ptolemęi a Philemone præfecto regis, ac mire placuisse & inde factam statuam Arsinoe Ptolemęi Philadelphi vxori quatuor cubitorum, sacratam in delubro. Eius tota similitudo ad succum porri dirigitur. Est autem amplissima gemmarum. Eadem sola nobilium limam sentit. Cæteræ saxo & cote poliuntur. Hæc & vsu atteritur.

III. Smaragdis, tertia autoritas est pluribus de causis. Nullius coloris aspectus iucundior est. Nam herbas quoq;

quoq; virentea frondesq; haud despectamus. Smaragdos vero tanto libentius, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis, viret. Praeterea soli gemmarum contuitu oculos implent, nec faciat. Quin & ab intentione alia obscurata aspectu Smaragdi recreatur acies. Praeterea longinquo amplificantur visu, inficientes circa repercussum aera, non sole mutati, non vmbra, non lucernis, superq; sensim radiantes & visum admittentes, ad crassitudinem sui facilitate transucida, quod etiam in aquis non fit. Nero princeps gladiatorum pugnas spectabat Smaragdo. Quorum enim corpus extensum est & concauum, eadem qua specula ratione supine imagines rerum reddunt. Plistonices scriptum reliquit, esse etiam num in labyrintho Aegypto Colosseum Serapim e Smaragdo. 9. cubitorum. Theophrastus tradit fuisse apud Aegyptios in Iouis delubro obeliscum, quatuor Smaragdis. 40. cubitorum longitudinem.

A Carbunculi a similitudine ignium appellantur, cum ipsi non sentiant ignes. Isti vmbrante tecto purpurei videntur, sub coelo flammei, contra radios solis scintillare. Sunt quidam in quibus stellae intus ardere videntur. Peculiare est his q; tactati in ignem, velut inter mortui extinguntur, contra aquis perfusi, exardescunt. IIII.

Sapphyrus aureis punctis collucet. V.

Hiaspis viret & saepe transucet. Hiaspis etiam si victa a multis, antiquitatis tamen gloriam retinet. Plurimae ferunt eam gentes Persae aeri similem. Smaragdo similem indicae Cyprij dicunt glaucum pinguemq;. In Phrigia inuenitur purpurea. Optima ergo est quae purpurae quicq; habet: secunda quae rosae, tertia quae Smaragdi. Quarta apud Graecos vocatur Boria, coelo autumnali matutino similis. Imitatur & violas. Quaedam Crystallo sunt similes. De Crystallo ita dicit Plinius libro. 37. cap. 2. Coelesti humore glaciaq; niue hanc fieri necesse est. Quare sexangulis nascatur lateribus, non facile ratio inueniri potest, eo magis q; neq; mucronibus eadem species est, & ita absolutus est laterum leuor, vt nulla id arte possit B aequari. Nos liquido affirmare possumus, in Cautibus alpium nasci adeo inuijs, vt plerumq; fune pendentes eam extrahant. Xenocrates testatur vas amphorale Crystallinum visum a se. Vidimus & nos magnitudinem Hiaspidis. 11. vnciarum, formatamq; inde effigiem Neronis thoracatam. Haec Plinius. VI.

Lyncurius, Plinius. De hoc dicere cogit autorum pertinacia. Quippe etiam si non electrum id esset: Lyncurium tamen gemmam esse contendunt. Fieri autem ex vrina quidem Lyncis, sed egestam terra protinus bestia operiente eam, quoniam inuideat hominum vsui. Esse autē qualem in igneis succinis colorem, nec folia tantum ad se rapere, sed aeris etiam & ferri laminas, quod & Theophrastus credit. Ego falsum id totum arbitror: Nec visam in aeuo nostro gemmam vllam, ea appellatione. Et quod de medicinis simul proditur, calculos vesicae eo potu elidi, & morbo regio occurri si ex vino bibatur, aut si spectetur. Haec ille. Sed huic positioni obstat sacra scriptura, Exo. 28. VII.

C Achates. Plinius. Fama est gemmae Pyrrhi regis qui bellū aduersus Romanos gessit. Namq; habuisse traditur Achatem in qua. 9. Musae & Apollo cytharam tenens spectaretur, non arte sed sponte naturae ita discurrentibus maculis, vt musis quoq; singulis sua redderētur insignia. Sequitur. Achates in magna fuit autoritate, nunc in nulla. Reperta primum in Sicilia iuxta flumen eiusdem nominis. Multa habet nomina. Cum vritur myrrham redolet. Est aliqua velut arbuscula insignis. Est alia guttis aureis Sapphiri modo distincta, putant eam contra arachneorum & scorpionum ictus prodesse. Medici coticulas inde faciunt. Spectasse etiam prodest oculis, sitimq; sedant, in os missae. Haec ille inter multa. VIII.

Ametystus fuget vt purpura, inuenitur etiam & violacei coloris. IX.

Chrysolitos aureo colore transucētes Aethiopia mittit. Optimae sunt, quae in collatione aurum albicante quadam argenti facie cogunt. Matutinus aspectus iucundior. Boccus dicit Chrisolitum duodecim pondo a se visam. X.

D Onicha. Zenothemis indicat Onicem plures habere varietates, igneam, nigram, corneam, cingētibus candidis venis, oculi modo interuenientibus quarundam oculis obliquis venis. Onica Indica igniculos habet albis cingentibus zonis singulis pluribusve. Arabicae Onicae nigrae inueniuntur, candidis zonis. Satyrus veram Onicem plurimas variasq; cum lacteis zonis habere venas omniū intransitu colore inenarrabili & in vnum redeunte concentum suauitate grata. Plinius lib. 37. cap. 6. XI.

Berillus eandem videtur habere naturam cum Smaragdo, aut certe similem. Poliuntur sexangula figura artificum ingenijs, qm̄ hebescunt, ni color surdus repercussu angulorū excitetur. Probatissimi sunt qui viriditatem puri maris imitantur. Proxime sunt paulo pallidiores, sed in aureum fulgorem exeunte colore. Indi mire gaudent longitudine eorum, solosq; gemmarum esse praedicant. Quidam & angulosos putant statim nasci, sicut diximus de Christallis. Plinius. XII.

E Ex glosa ordinaria. Tribus de causis sacerdos magnus noīa patriarcharū inter sacrificia in humeris fert, & in pectore. Primo vt ipse fidē vitamq; patriarcharū meminerit imitari. Secundo vt duodecim tribuū quae de his natae sunt in orationibus & sacrificijs memor esset. Tertio vt populus scripta in veste pōtificis patrū noīa vidēs, sedulo curaret, ne ab illorū meritis ad errorū cōtagia declinaret, sic mereret deleri de libro illorū sortē. Quia tūc sacerdos irreprehēsibiliter gradit, cū praecedentiū patrū exēpla semp intuēs, ad illorū vitae regulas seipsum corrigere studet. Vel cū subiectorū causas pro sola intentione superni iudicis discutit, vt nihil humanitatis admisceat in hoc quod diuina fungēs vice dispēsat, ne correctionē priuatus dolor exasperet. Cumq; contra aliena vitia aemulator ostenditur, quae sua sunt exequatur. Habet pallium tam in longitudine q; in latitudine, quia eadē charitate qua in Deum tendit, ad proximorū iuuanda ergo debet semp extēdi. Isti ergo quorū oīa portant in humeris in pectore & in mēte, sunt qui bini & bini missi sunt ad praedicandū doctrinā morū, & veritatē credendorū, cū potestate de qua in praecedentibus. Ordinaria

August. Mittitur etiam Iudas cum illis inquit Augustinus, vt demôstraret Dominus, dona eius peruenire ad eos
qui cum fide accipiunt etiam si talis sit perquem accipiunt, qualis Iudas fuit. Quid est autem quod dicit:
Chrysost. Messis quidem multa. Chrysost. Qualiter Dominus messem vocat, cum res ad præsens exordiũ sumat?
Non dum sulcis aratro productis, de messibus tractat. Poterant ergo apostoli vacillare, & secum medi-
tari, qualiter nos numerus breuis emendare poterimus totum mundum, idiotæ sophistas, inimicos nudi,
dñantes subuertere? Ne igitur consideratione taliũ turbarent, vocauit Euangeliũ messem, quasi dicat. Pa
rata sunt omnia, mitto vos ad paratam collectionem fructuum. Cęterum dicens: Rogate Dominũ vt
Abulensis mittat operarios, ostenditq; magnum donum Dei sit hoc, videlicet vt quis habeat decentet virtutẽ præ-
dicãdi. Et verum est q Deus non vult rogari, nisi pro magnis & arduis rebus, videlicet q hoc ipse petat.
Nos tamen in minimis eum orare debemus. Quam rudes autem apostoli electi sint ad hanc prouintiam
Actu.1. exornandã, ne euacuaretur crux Christi iuxta Pauliũ. 1. Cor. 1. Verbũ illud ostẽdit: Dñe si in tempore hoc F
Marth.10. restitues regnum. &c. Hos igitur duodecim misit Dominus dicens. In viam Gentiũ ne
21. distin. c. abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ
primo. perierunt domus Israel. Euntes autẽ prædicate dicentes: Appropinquauit regnũ
23. q. finali cœlorum. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosus mundate, dæmones eiicite.
legi. Gratis accepistis, gratis date. Per huiusmodi igitur legatos pauperes, humiles piscatores, & iuxta
1. Cor. 1. seculũ nullius nominis, vel sicut dicit Paulus, per eos qui non erant, placuit sapientiæ Dei orbem a fun
damentis innouare, ne quid in hac laude sibi mundus vindicaret, si per scientia seculi tumentes rhetoras
aut opulentos rem cœlestem fuisset auspicatus. Nunc audi quo viatico suos instruxerit, quidve illis mã-
dauerit. In viam Gentium. &c. Quę enim adeo sunt, ordinata sunt. Rom. 13. Prius enim saturandi erant
Num. 21. filij, iuxta quod ipsi vocatur primogenitus in Exodo cap. 4. dicentibus autẽ illis, anima nostra nauseat su
August. per cibo isto leuissimo tunc saturentur & canes. August. Videmus enim iam gratia Christi siccam remã- G
sisse gentem Iudęorũ, totumq; orbẽ terrarũ in omnibus Gentibus Christianæ gratiæ plenis nubibus cõ-
Iudi. 6. pluri. Ideo enim gentẽ Iudæorũ velleris nomine significari puto, vel quia expolianda fuerat autoritate
doctrinæ, sicut ouis expoliatur vellere, vel quia in abdito eandem pluuiam detinebat, quã nolebat prę-
putio. i. incircuncisis gentibus prædicari. Attamen in secundo signo, vellere siccato, area irrigata est, sicut
Hilarius. dicit Dauid, sicut stillicidia stillantia super terram, non iam super vellus. Sed ite ad oues. Hilarius. Qui
Psal. 71. tam & si oues vocentur priuilegio patiũ, in Christum luporũ ac viperarũ linguis & faucibus sæuierunt.
Dicitur igitur hoc ante dispensationẽ crucis, quoniã vellus illud in quo ros diuinus latebat, nondum ex-
pressus fuerat spinis, clauis, flagellis & lancea in cruce. Eo autem expresso, vos qui Gentes estis, haurie-
tis cum gaudio aquas de fontibus Saluatoris, Iudęis amodo habitantibus in terra salsuginis. Hiere. 17.
Esa. 12. Si adhuc instes, vnde ergo dixit Petrus, in veritate cõperi, q non est personæ respectus ante Deum, si in
Actu. 10. viam Gentium apostoli iubentur ne aberant? Petrus quidem verissime dixit, sed ne videretur Dominus H
offensus iniurijs pharisęorũ, & vindictę gratia suos delegasse ad Gentes, neve Iudęis daret ansam cau-
sandi, se cõtemptos fuisse, ac Samaritanos gentẽ ex legẽ sibi fuisse prælatã, simulq; quoniã pręsciebat Iu
dęos vna voce exclamaturos: Non habem? regẽ nisi Cęsarẽ, Ioan. 19. Noluit illis vel vmbrã excusatio-
Esa. 5. nis relinquere: vnde dixit alias, quid vltra debui facere vineę meę & nõ feci? Perditio tua ex te Israel. Ite
Osee. 13. igitur ad oues quę perierit domus Israel. Euntes aũt prędicate dicẽtes: Appropinquauit regnũ cœlorũ.
Post duos enĩ annos prędicationis huius, sublatis Cherubinis & rhõphea flãmea a via ligni vitę, apertũ
est regnũ, & donatũ nõ Petro sed latroni. Regnũ igitur cœlorũ q baptistę clausum fuit, etiam immacu-
Ioan. 19. latæ virgini, si ante verbũ illud: Consummatũ est, decessisset, nunc latrones, meretrices, blasphemos, pu-
blicanos recipit, mutatos in aliũ virũ. Eisdẽ enim verbis quibus Ioãnes suã prędicationẽ auspicatus est,
quibus & ipsemet Dñs Iesus, iubet eos & suã ipsorũ auspicari. Bis enĩ & ter quę pulchra sunt, & sępe sę
Hieronymus. pius repetita placẽt. Infirmos curate. Hierõ. Ne enĩ hoibus rusticanis & absq; eloquij venustate indo-
ctis & illiteratis nemo crederet pollicẽtibus regna cœlorũ, dat potestatẽ pdicta faciẽdi, vt magnitudinẽ
Plutarch? pmissorũ pbet magnitudo signorũ. Thasij referẽte Plutarcho, q ab Agesilao magnis affecti beneficijs
Agesilaus viderent, cũ & tẽplis & deificationib? eũ honorassent, & hac de re legatos ad eũ misissent, postq; hono
res legit, quos oratores attulerãt: rogauit an ipsorũ patria referendorũ in deos hominũ facultatẽ haberet.
Quib? affirmãtibus; agite inquit, vos ipsos pri? efficite, quid quidẽ si efficeritis, tũc credã me quoq; a vo
Marci. 13. bis Deũ fieri posse. Hoc & isti quib? prędicabat ad esse regnũ cœlorũ in ianuis poterãt dicere, vos quidẽ
in fame & frigore & nuditate pfamini, vix vnã melotã obtinẽtes qua cũ parẽte vr̃o pudẽda cõtegatis,
nobis aũt nescio quod cornu copię promittitis, & beatas insulas & ambrosiã ac gallinaceũ lac, Cornu
Prouerbiũ copiæ. Translatũ est prouerbiũ a peruetusta fabula. Rhęa Iouẽ enixa, metu patris infantẽ in Creta occu
Exo. 3. luit, nutriendũ a duabus Nymphis Adrastea & Ida. Hę nutricauerũt eũ capręcuiusdã lacte cui nomen K
fuerit Amalthęa. Eam caprã Iupiter iam adultus in sidera tulit. Huius alterũ cornu Nymphis nutricibus
dedit videlicet officij prẽmiũ; hanc adijciens facultatẽ, vt quicquid optassent, id illis ex eo cornu largiter
suppulularet. Ne ergo hoc auderent, prædicationẽ suã confirmabant omnimodo signorũ genere. Ita Mo
ses cum mitteretur vt educeret Israel de Aegypto, inducendum in terram fluentem lacte, non credent in-
quit mihi, hi qui radices altissimas fixerunt in Aegypto. Accepit igitur duplex signum, imo vtrumq; du
Exo. 4. plex erat. Nam & mortuos excitauit, faciens e virga serpentem, & leprosos mundauit, recludens ma-
Hieronymus. num intra sinum. Gratis accepistis, gratis. &c. Hieronymus. Quia enim semper dona spiritualia, si mer-
ces media sit, viliora fiunt, adiungitur auaritiæ condemnatio, cum dicit: Gratis date. Daniel Regi
Daniel. 5. Balthasar dicenti: Si vales scripturam legere, & interpretationem subijcere, purpura vestieris, & tor-
quem au-

quem auream circa collum habebis, & tertius in regno meo princeps eris, respondit. Munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da, scripturam autem legam. Hieronymus. Emulemur Danielem, munera regis & dignitatem contemnentem, veritatem sine precio proferentem. Alioqui & tristia nuncianté indecens erat libenter dona suscipere. Igitur Daniel gratis quidem impartitus est quod gratis accepit, videlicet intelligentiam trium verborum, & honores oblatos semel, & refutatos, secundo datos gratis accepit. Vide textum. Zeusis pictor tantam pecuniæ vim ex arte sua conquisiuit, vt postea donare opera sua instituerit, quod eo nullo satis digno precio permutari posse diceret, adeo res ad viuum prę se ferebant. Plin. lib. 35. cap. 9. Si ergo opera manuum hominum quę naturam quidem imitantur, consequuntur autē nunquam. Non magis quam mendatium veritatem, iudice ipso artifice nullo precio satis æstimantur, quando dona Dei gratis mari possunt, ni forte ab vno Iuda, & altero Simone Actu. 8. Pleraque enim hoc ipso pos-

A sunt videri vilia, quod precium habent. Vos autem gratis quæ accepistis, gratis date. Canales estis, nō fontes, nubes non pluuiæ, cophini, non semen, voces & organa, non verba, serui non domini, non tamē eo inficias quin sitis Dei cooperatores. Gratis ergo date, quorum non est condignum precium inuenire, olim nobis persuasimus. 30. argenteis iuste traditum sanguinem Christi. Nolite possidere aurum neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris. Non perā in via, nec binas tunicas neque calciamenta, neque panem, neque virgam. Dignus est enim operarius cibo suo. Lucas. Mercede sua. Luc. cap. 10. Dignus est operarius. Absit vt operarij Christi habeant pro mercede alimenta. Non hoc intendit Christus. Hæc quidem debemur Euangelizantibus tanquam necessaria adminicula vitæ non tanquam merces. Nolite transire de domo in domum. Contristarent enim hospites, quia per hoc contemni viderentur, & alias ad ingressum eorum Deus benedicebat domibus hospitū. 2. Reg. 6. Item Genes. 39. Luc. 1. Quin apostoli arguerentur incōstantię & voracitatis. Chrysost. In quam

B cunque autem ciuitatem aut castellum vel domum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete, & inde exite. Et ibi manete, & inde exite. Non enim præcepit Dominus apostolis iuxta nostrum textum, manere domi clausos, sed id potius non mutare hospitium quandio in eadem essent ciuitate. Intrantes autem domum, salutate eam dicentes, Pax huic domui. Et si quidem fuerit domus illa digna, Veniat, ἐλθέτω, eltheto: pax vestra super eam. Sin autem non fuerit digna, pax vestra ad vos reuertetur. Huic textui ex Matthæo & Luca in duobus obuiat Marcus. Primum in eo quod dicit: calciatos sandaliis. Secūdo in eo quod dicit: Sed virgam tantum. Sciendum quod in Actis cap. 12. vbi legitur de Petro, calcia te caligas tuas, Grçce est sandalia. Sandalium autem iuxta Nebrissensem socrus est fœmineus, genus calcei qui a parte superiori pedem non operit. Potest autem vocari solea. Iubetur ergo Petrus aptare sibi non caligas sed soleas, quę permissæ sunt apostolis iuxta Marcum. Hieronymus autem super Esa. cap. 20. Ita dicit. Iube-

C tur propheta, vt deposita saccea tunica: (hic enim erat habitus prophetalis populi delicta plangentis, & calciamentis e pedibus, quæ. 70. σανδάλια. i. caligas vocant, nudus & discalciatus incederet, typum prębens captiuitatis Aegyptię, quod quomodo propheta nudus ambulauerit, & fœditatem cerneretur nudis natibus, demonstraret: ita omnis Aegyptus populatore Assyrio, nudus fieret, & nihil in terra remaneret. Ex quo patet iuxta Hieronymum, quod calcei, sandalię, caligę idem sunt. Nam pro calceis. 70. dixerunt sandalia pro sandalijs Hieronymus dicit, id est, caligas. Hę igitur soleę siue sandalia iuxta Marcum conceduntur vt plantas pedum adocrsus saxorum ac veprium iniuriam defenderent. Itaque sandalium leuissimum calciamenti genus est, & sic pedes defendit ab iniuria, vt non impediat celeritatem. Idem itaque monet, qui permittit sandalia, & qui vetat vti calceis, prohibet remorationem, & hortatur ad celeritatem. Idem sensus iuxta literam est in virga & baculo. Virga subleuat ambulantem & promouet, nec remoratur, baculus onerat, & genus armorū est, sicut patet in Dauid. 1. Re. 17. Virga igitur viatori cōuenit & sic

D iubetur assumi, Exo. 12. cap. Baculus pugnacibus, apostolis autē qui iubentur alterā prębere maxillā merito interdicitur baculus. Et reuera totus sermo iste hyperbolē sonat propius inspicienti sicut patebit. Potest illud dici, quod virga apud Matthęum & Lucam accipitur metaphorice pro quocunque humano presidio iuxta illud: Confidis in baculo arundino Aegypti. Et illud Tobię cap. 5. Misimus te peregrinari baculū senectutis nostrę. Qui ergo iubentur iactare omnem sollicitudinē in Dno, imitantes aues quæ non serūt nec cōgregant in horreis (ipsi inquit Petrus cura est de vobis, cui cura est de coruorū pullis) & tamē prouidētia Dei pascūtur, Math. 6. Merito iubētur abijcere baculū & perā & panē, & quicquid illud est, quod potest cursum eorū remorari a prędicatione Euāgelij. Quod aūt Nicolaus & ordinaria dicūt, quod virga erat insigne potestatis accipiēdi necessaria ab ijs quibus seminabāt spūalia, credat qui velit. Quid enī si docerēt lege Mosi, aut quę maiore cū labore dediscēda essent? Aut quo autore institutū est vt doctores gesta-

E rēt virgas? Vnusquisque tn̄ in suo sensu abūdet. Dicit ergo: Nolite possidere aurū. Hieronymus. Nam si habuissent, videbātur nō causa salutis hoīm, sed causa lucri prędicare. Quodque dicit in zonis vel pecuniā, ad illud ptinet: Nolite cogitare de crastino. Pecunia quidē primū ærea fuit, ac ferrea, deinde argētea, vltimo aurea. Itaque cōtra videt accidisse pecuniæ ac moribus hoīm, qui ex aureis degenerauerūt in plus quam ferreos. Id quod manifeste insinuat statua illa mirabilis, monstrū horrendū ingēs, ab auro incipiēs & in lutū. & fictilios pedes degenerās. Pręterea sciendū quod zona nō significat cingulū iuxta Nebrissensem, sed marsypiū in quo ferunt nūmi ad viaticū necessarij, licet Accursius zonā putauerit esse cingulū magni precij. Sed & astrologi nomen zonæ pro cingulo videntur accipere cum dicunt: torridam zonam, & zodiacum, verum zona nihil aliud est quam marsupium scorteum aut escarium, & patet. Aristippus cum famulus eius in itinere gestans pecuniam onere prçmeretur, abijce inquit quod nimium est, & fer quod potes.

Hieronymus. — 1. q. 1. Quicquid. — Zeusis. — Plinius. — 1. Cor. 3. — Matth. 10. — Luc. 9. — Mar. 6. — Luc. 10. — 15. q. 1. Hiera. — 20. q. 5 cap. Præsens. — Nebrissensis. — Hieronymus. — Hieronymus. — Matth. 5. — 4. Reg. 18. — 1. Pet. 5. — Psal. 146. — Ordinaria — Rom. 14. — Hieronymus. — Matth. 6. — Daniel. 2. — Nebrissensis. — Aristippus

Alexāder. Offerebat aliquando Darius Alexandro pro matre & filiabus duabus quas iure belli retinebat.30. milia auri talenta. Alexander legatis excedere tabernaculo iussis, quid placeret ad consilium refert. Diu nemo quid sentiret ausus est dicere, incerta Regis voluntate. Tandem Parmenio, magnopere inquit censeo, vt vnam anum & duas puellas itinerum agminumq; impedimenta. 30. milibus talentum auri permutet. Ingrata oratio Regi fuit: & ego pecuniam q̃ gloriam mallem inquit: Si Parmenio essem Nunc Alexander, de paupertate securus sum, & me non mercatorem memini esse, sed Regem. Vidisti celsitudinem animi Alexandrini! Alexander cum sim. Petrus cum sim, Andreas cum sim, Ioannes piscator cum sim, de paupertate securus sum. Quando misi vos sine saccu lo. &c. Nunquid aliquid defuit vobis? Bona verba Domine. Non defuit Iudæis ingratissimis nec vna die per annos. 40. paratus panis de cœlo, sine suo ipsorum labore, habens in se omne delectamentum, & de futurus erat nobis obsequentissimis filijs tuis, qui omnem sollicitudinem nostram in sinu tuo iactauimus? Nihil defuit nobis. Quam vocem forte mortalium nullus vere dixerit (nisi forte vnus Franciscus) quoniam cum viuāt oēs ad opinionem, semper sunt pauperes. Apostoli autem hauriebant de Tantali fonte, quibus nihil deerat, nihil superfluebat. Nolite possidere aurum. Chrysost. Ex quo patet q̃ angelos eos ex hominibus facit (vt ita dicam) ab omni solues vitæ huius sollicitudine, vt vna sola detineantur cura, quæ est doctrinę. Sed audi Lycurgum quale aggressus fuerit facinus apud Lacedęmonas. Tentauit enim res mobiles diuidere, quo in æqualitatem omnem & excellentiam e ciuitate tolleret. Quoniam autem intuebatur inicq; eos laturos manifestam ablationem, alia vsus via sustulit hanc plus habendi cupiditatem. Nam vbi primum omnem nummum aureum & argenteum irritum reddidisset, ferreum solum vtendum imperauit, fecitq; vt ex vasto pondere valeret parum, ita vt decem minarum instar, & magno domi penu indigeret, iumentisq; ad agendum. Hoc autem facto, plurima iniuriarum genera ex Lacedęmone sunt eiecta. Quis enim autem furari voluisset, aut corrumpere muneribus, aut rapere, quod neq; occultare poterat, neq; cum voluptate possidere, nec etiam vtiliter incidere? Aceto enim vt fertur igni ferri aciem extinguens, abstulit ad alias res & vsum & vim, quoniam infirmum & inutile redderetur. Itaq; etiam deficiente nemine, multæ artes inutiles cū publico nummo exciderunt, cum res in ciuitate non haberentur in precio. Ferreus enim nummus Gręcis alijs communis non erat, neq; precium habebat, quippe qui ridiculo esset. Itaq; ex peregrinis & preciosis mercibus nihil eo licebat emi. Neq; onus aliquid negociatores in portus inuehebant, nec rhetor in Laconicam ibat, nec medicus neq; qui aurea vel argentea ornamenta laboraret, vbi nummus illic non esset. Sed sic paulatim deserte ab ijs a quibus exuscitarentur alerenturq; delitiæ, vltro defecere. Neq; ijs qui multa adepti essent, plus quicq; commodi aderat, cum opibus locus in publico non esset, sed domi occlusæ ociosæq; tenerentur. Quam ob rem expedita necessariaq; vasa hæc lectuli & sellæ & mēsæ apud eos optima fiebant. Sic abeunte auro, sæculum illud aureum ad illos reddit. Hoc idem videre est in prædicatoribus regni, qui libenter iuxta prouerbium indiem viuere, hoc est præsentibus rebus esse contentos. Vocatur itē vita ista vita doliaris, vita frugalis, parca, ab oī strepitu ambitioneq; semota. Breuiter talis, qualē Diogenes Cynicus Athenis egisse legit, vnico cōtentus pallio, baculo quo canes abigeret, dolio de palo suspenso pro domicilio libēter vtēs, crudis herbis & aqua simplici victitas, pane excauato pro catino, manu caua poculi vice solitus vti, idq; a puero quodā didicisse se prędicabat, quē forte ad eū modū aquā haurientē viderat. Porro vt in dolio habitaret, inde sibi dicebat in mēte venisse, q̃ cochleas cōtemplatus, nullū aliud ęque cōmodū domicilū indicasset, vnde prorepere ad solē, & vbi se cōderet a vētis pluuia & æstu. Hęc apud multos somnia sunt, qui potius æmulātur Neronē cuius domus magnā vrbis partē occupabat. Deinde vt nō dicāt apostoli: Mendicātes ergo nos iubet viuere (vita autē neq; hospitari de domo in domū, & vbi hospitabitur, nō fiducialiter aget, nec aperiet os) & in hoc verecundabitur, ostēdit hoc eis debitū esse boues operatioseos vocās, & quod dat, mercedē appellās. Nō quidē q̃ venale sit regnū Dei, vt pro tēporalibus prędicet. Qui em̄ ad quęstū prędicāt, puellā pulcherrimā vendūt pro pane, hoc est preciosam margaritā distrahūt precio vili, sed quod habeo inquit ille negociator scelestis, hoc tibi dono do, quod gratis accepi, tu aūt memēto, q̃ nemo aliq̃ militat suo Marte. Itē illud: Nō alligeos boui trituranti. Neq; duas vel binas tunicas. Hieron. Nō q̃ in locis Scythię & glacrali niue rigentibus vna quis tunica debeat esse cōtent?, sed ne alio vestiti, aliud nobis futurorū timore seruem?. Neq; calciamēta. Et Plato docet duas corporis summitates nō esse velādas, neq; assuefieri debere mollicies capitis & pedū. Cū hęc em̄ habuerint firmitatē, cętera robustiora sunt. Et videt Dn̄s alludere ad illud, Deut. 8. Vestimēta vr̄a nō sunt detrita annis. 40. Sed & illud adhuc mirabili?. Quō cū crescētibus vestimēta pariter cresc ebāt & in longū & in latū. Idē potest dici de calceis. Et sequit. En quadragesimus anus est, nec tū pes vester est subtritus, vt recogites in corde tuo, q̃ sicut erudit hō filiū suū, sic Dn̄s de? tu? erudiuit te. Reuera Dn̄s Deus cū parētes n̄ros vestiuit, nō duplicib? sed vnica eaq; nō purpurea sed pellicea induit, qui em̄ mollia gestāt, & ad instar Clypei Achillei septēplicibus amiciunt, in domibus regū versant, & apud inferos, vbi epulat diues purpuratus, fel aspidū, & panē doloris māducās, sicut scriptū est: Ego eos cibabo absinthio, & potabo felle. Hier. 9. In quacūq; ciuitatē intraueritis. &c. Quis ī ea dign? sit. Chrysos. Intēde q̃ nō dū oia apl'is tribuit, nec eis largit vt sciāt q̃s sit dign?, sed iubet scrutari. Quare hoc: quia nunq̃ De? cōcedit miraculū, nisi qn̄ humanitas nō pōt sciri quod quærit. Secūdo ne superbirēt homines ad huc rudes. Nam si collaphizatur Paulus, & aliis similiter timendum erat. Tertio vt & nos summe caueamus malorum consortia, quorum vel colloquia vt cancer morbus nocent. 2. Timoth. 2. Hieronymus. Vt magis se nouerit accipere gratiam, qui vos recipit q̃ dare. Si inquit inueni gratiam in oculis vestris vel tuis, & tanto bono me dignum iudicas: ne transeas seruum tuum, & cætera. Illi autem

Margin notes: Sap. 16. · Chrysost. · Lycurgus · Nummus. · Prouerbiū · Diogenes. · Chrysost. · Eccles. 29. · Ioel. 3. · 1. Cor. 9. · Hieronymus. · Plato. · Genes. 3. · Matth. 11. · Luc. 16. · Hieronymus.

F · G · H · I · K

postquam

postquam pasti sunt, lotis pedibus, ne ingrati essent tanto hospiti & tam officioso, vbi est inquiunt Sara vxor tua? Ergo hospites isti tres domestici erant & familiarissimi, qui nomen vxoris nouerant, & quod filium nō haberet Abrahā ex Sara. Itaque inquit hic bonus hospes vnus ex eis nunc, vita comite post annum reuertar, & Sara annosa & sterilis filium masculum lactabit. Et hæc est pax quæ veniet super domum quam ingressi fueritis: si Dominus domus fuerit filius pacis, qualis Zachæus, de quo dicitur, salus domui eius facta hodie facta est, quia eum gaudio me suscepit, sicut olim pater suus Abraham ministros meos. Sin autem, pax vestra ad vos reuertetur: hoc est, ius vobis ad huc, id est, penes vos erit petendi ab alijs hospicium, vel ad vos reuertetur, quia si illi pacem non susceperint, vos tamen non lusuri estis operas vestras, iuxta laborem enim vestrum mercedem accipietis. De hoc vide in Actis capite. 16. De fœmina cogente Paulum vti hospitiolo suo. Ita legis. 4. Reg. 4. De altera fœmina alloquente virum suum.

Genes. 18. Luc. 19. 1. Cor. 3.

A Animaduerto quod vir iste homo Dei sit. Nempe ne ā & ipsa esset filia Abrahæ, tædio affecta hospitis subinde repetentis hospitium, alio eum diuertere aliquādo iuberet. Verum quoniam digna erat Helisæo hospite, faciamus inquit ei cœnaculum, ponamus lectulum, mensam sellam & candelabrum. Nec tamen vel iste ingratus extitit hospitæ suæ. Vide textum. Huius præcepti tam immemor & insolens erat ciuitas Gabaa, vt diuertenti ad eam Leuitæ cum vxore hospicium defuerit: quia non pacis filij erāt, sed Belial. Erat autem vulgata & communis apud Hebræos salutatio hæc: Pax tecum. Salom leKa. Vnde dicit Hieronymus. Occulte salutationem Hebræi Syriquæ sermonis expressit. Quod enim græce dicitur χαῖρε, chere, hoc latine dicitur salue, vel aue, vel gaude: & Hebraico Syroque sermone Salom lach, vel salom imach. Quod autem dicit, tale est. Introeuntes domum, pacem imprecamini hospiti & quantum in vobis est, di cordiæ bella sedate. Sin autem orta fuerit cōtradictio, vos mercedem habebitis de oblata pace: illi bellum quod habere voluerunt, possidebunt: hoc est, si dicente Pilato, quem vultis dimitti vobis, Iesum pa-

Iudi. 20. Hieronymus.

B cis autorem (ipse est enim vera pax, Ephes. 2.) an Barrabam seditiosum, illi elegerint latronem homicidam, vos tenere quod habetis. De hoc ita loquitur lex. Si quando accesseris ad expugnādam ciuitatem, de qua dicitur (Accessit autem Ionas) post tres dies subuertetur Niniue, offer ei primum pacem, concedens ei pœnitentiæ tempus videlicet dies. 40. Iuxta nostrum textum. Si eam receperit, & aperuerit tibi portas: sicut scriptum est: Crediderunt Niniuitæ Domino, & prædicauerunt ieiunium & conuersi sunt a via sua mala, cunctus populus qui in ea est saluabitur: sicut scriptum est: Ego miserebor & parcam ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam 120. milia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram, & iumenta multa. Ionæ. 4. Sin autem pacem noluerit, expugna eam, & pone sub anathemate: sicut factū est de Hiericho. Sunt enim multi qui legatos ad se missos fœde deturpant, rasa dimidia barba, & vestibus præcisis ad nates vsque. 2. Re. 10. Sed & isti male mulctati sunt pro contempta pace. Alij autem quibus cum pace nullum est commertium, siue pro pace venerunt legati isti (inquiūt) apprehendite eos, siue vt

Matth. 27. Deut. 20. Figura. Iosue. 6. 3. Reg. 20.

C prælientur. In eadem domo manete, & inde exite. Alienum est enim a prædicatore regni cœlestis cursitare per domos, & inuiolabilis hospitij iura mutare. Et hinc est certamē illud pietatis, quo Loth ne scelerati abuterentur hospitibus suis, duas filias quas virgines domi habebat eis ad libitum offerebat. Nec nunc disputamus, vtrū facienda sint mala, vt euitentur mala maiora, vel vt eueniant bona, sed id persuadere volumus, hospitij iura nullo pacto violanda, iuxta prouerbium illud, scarabeus aquilā quærit. Nam & dij propter susceptum hospicio Bachum, id concesserāt Midæ, vt quicquid tāgeret fieret mox aurū. Quid est autē quod poetæ Bacho simul & ferulā & obliuionē cōsecrarunt? Nimirū illud innuentes: Non oportere meminisse, si quid inter hospitandū peccatū sit, aut certe leuem admodū ac puerilē reprehensionē sufficere. Et Plutar. narrat, Lacedæmonijs hunc fuisse morem, vt si quem amicū aut hospitē domi reciperēt, ostensis foribus, dicerēt. Hac nō egreditur sermo. Hunc ergo morē si perpendas, intelliges vnde dictū est: Nolite transire de domo in domū. Ne videlicet tanquam Corycei alibi audita, alibi deblacteremus, vitium cum

Ambros. Genes. 19. Midæ. Bachus. Plutarch.

D primis hospitibus petulans. Vide Iudi. cap. 4. de Iael. Et quicunque non receperit vos, nec audierit sermones vestros, exeūtes foras de domo vel ciuitate, etiam excutite puluerem de pedibus vestris in testimonium illis, iuxta Marcum. Lucas ita. Exeuntes in plateas eius dicite. Etiam puluerē qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos. Tamen hoc scitote, quia appropinquauit regnum Dei. Matthæus. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorræorum in die iudicij, quam illi ciuitati. Idem dicit Lucas in sententia. Hoc preceptū Paulus ad literā impleuit in Actis cap. 18. Idem fecit & in Actis cap. 13. Vide historiā vtrāque. Habebāt autē apostoli sandalia sicut supra expositū est. Has igitur collidebant adinuicē cōtra ciuitatem, id significantes quod sicut nihil ab eis acceperant alimentorū, omnia eis relinquebāt de doctrina regni cœlorū. In testimoniū illis, Iudæis & Gentibus. i. cōtra illos, quod prædicauerit

Matth. 10. Luc. 9. & 10. 24. q. 1. quę dignior. 1. q. 1. cap. Nonne.

E ris, & nō crediderūt. Excutiebāt autē puluerē bis. Primū in plateis ciuitatū iuxta Lucam. Secundo extra ciuitaté (iuxta Matthæū) eū videlicet puluerē qui adhæserat sandalijs eorū inter egrediēdū e ciuitate. Potest illud dici, ideo apostolis præceptū esse vt puluerē excuterēt, vt gentes intelligerēt, adeo illos nihil terreni cōmodi corradere voluisse ab illis, qui more canū oblatrant Euāgelio. Vt etiā puluerē rem vilissimā nolint sibi imputari. Quare autē in die iudicij mitius agetur cū Sodomitis, quam cum ea ciuitate quæ vos nō susceperit, ratio est, quia seruus sciēs voluntatē domini sui, & nō faciēs, vapulabit plagis multis. Cæterū qui ignorantia tenetur probabili, vapulabit paucis. Et intelligendū est, nō de oī genere peccatorū, sed de peccato tm̄ incredulitatis. Oēs inquit mirātur seuerā Dei vindictā in Sodomitas, sed tū hoc illos subleuat, quod nō fuerint tot modis prouocati ad pœnitē[...]. Verū Iudæi ipsi qui sibi placētes illorū memoriā abominantur, nisi susceperint vos, excidentur, & in ignem mittentur sicuti & illi. Sit autem hæc sententia eadem cum

Luc. 12. Matth. 7.

eadem cum illa, væ tibi Corozaim, &c. Matth. 11. Quo enim maior est Dei clementia beneficijs alliciens incredulos & miraculis, eo inexcusabilior eorum peruicatia, qui non obediunt Euangelio. Verum siue recipiant vos, siue expellant, illud nihilominus vel nollentibus ingerite, Regnum Dei instat: videre ne sero sapiatis, sicut illæ quinque virgines stultæ. Matth. 25. [Rom. 10.]

Caput. xi. Apostoli mittuntur sicut oues inter lupos, & prędicit eis Dominus mala quę passuri erant a fratribus, parentibus & amicis. Iubentur imitari prudentiã serpẽtis, columbę simplicitatẽ de bono perseuerantię, quod fuga aliquando sibi cõsulant. Quod nõ est seruus maior domino suo. Quod non sunt illi qui loquuntur ante reges & tyrãnos, sed spiritus sanctus, &c.

[Matth. 10. Luc. 11.] ECce ego mitto vos in medio luporũ sicut oues. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cauete autẽ ab hominibus. Tradent enim vos in concilijs, & in synagis suis flagellabunt vos, & ad præsides & ad reges ducemini propter me, in testimonium illis & Gentibus. 56. dist. cap. Qui ecclesiasticis. 16. q. 1. Si cupis. Ad hęc Chrysost. [Chrysost.] Nouum reuera genus militum, oues contra lupos, & oues duodecim, & hę inermes, nam nudi vna contecti tunica, sine calceis, sine baculo, sine marsupio mittit, vt in theatrum vel in pręlia descendant. Et non solum contra lupos poterant enim a longe pręliari: sicut Dauid contra Goliath, qui reuera consertis manibus, succumberet hosti, si res præsidio fieret humano, & absque illo ego, [1. Reg. 17.] sed in medio luporum mittuntur, & iubentur esse sicut columbæ simplicitate. Sufficit tamen eis potentia mittentis, & spiritus sanctus loquens per os eorum tanque per organa electissima. [Luc. 21.] Mire autẽ depinxit Dominus hac similitudine simplicem prudentiam ac prudentem simplicitatem. [Apostoli.] Innoxium animal columba, & cui totum salutis refugium in alarum pernicitate situm est. Est enim hęc auis pernicissimi volatus. Et arte magis quam viribus suam incolumitatem tuetur serpẽs, caput protegendo, toto corpore circa caput in orbem conuoluto. [Genes. 3.] Vnde dictum est, ipsa vel ipsum videlicet semen mulieris conterat caput tuum. Reuera autem si omnium ouium sensus accumulentur in vnum, & omnes columbæ simul cõueniant, neque illæ vni lupo resisterent, neque istæ contra vnum accipitrem decertarent. [Dani. 3.] Sed tres pueri missi in ignem nõ sunt consumpti, fornace septuplum succenso, quinimo quod omnem fidem excedit, ignis contrariam induit qualitatem, verso fornace in ventum roris. Quomodo autem non cogitauerunt, nec hęc secum dixerunt, quo fugiemus si omnia iuditia hominum aduersum nos præparentur? Si reges, populi, synagogę & omnis natio Gentium, si dæmones factis cunctis tribus, (ventis quatuor perflantibus nauiculam nostram [Dani. 7. 1. Cor. 14.] misere appararam) consitis signis nos imperunt? Sed suffiejt eis mittentis autoritas. Vos autẽ iuxta Paulum, Malitia paruuli estote, vt de prudentia serpentis non recedatis, iuxta illud. Erat Iob vir simplex ecce columbam, & rectus: ecce serpentis prudentiam. Vnde illud Osee. cap. 7. Ephraim quasi columba seducta, non habens cor. [Hieronymus.] Hieronymus. Simplicitas columbæ sine prudentia serpentis stultitiæ proxima est. Debemus ergo vtrumque coniungere, vt nec alijs noceamus, nec ab alijs patiamur insidias, sed simplicitate & prudentia exhibeamus hominem temperatum, quia prudentia absque bonitate malicia est, & simplicitas absque ratione stultitia nominatur. [Columba] Aues cæterę etiam cum periculo vitæ pullos suos protegere festinant, & cum ad nidum suum accipitrem vel quid simile accedere viderint, huc illuc volitant, & immittunt se morsu, & vnguibus lacerant, & dolorem parentis quęrula voce testantur, sola columba ablatos pullos nõ dolet, nõ requirit. Talis est iuxta literã Ephraim, qui vastatũ per partes populũ non sentit, sed negligẽs est salutis suę. [Matth. 5. Esa. 1.] Talis est apostolicus vir, qui percutiẽti maxillã parat alterã, tollẽti tunicã, dimittit & palliũ, orat pro persequutoribus, ne recedat a simplicitate colũbę, & perdat caput suũ Dñm Christũ. Scriptũ est enĩ. Regionẽ vestrã corã vobis alieni deuorãt. Iusto enĩ relinquẽte iustitiã, & declinante in partes prudẽtię serpentinę, oĩa bona quę fecit delenẽ de memoria Dei, & tradũtur incendio sicut Ezechiel dicit. [Ezech. 18.] Ego inquit mitto vos. Poterãt dicere, Bonus pastor cũ sis, tueri nos magis a lupis debes, quam mittere in escã luporũ. Sed vno verbo omnẽ timorẽ abstulit dicẽs, Ego. Neque inermes mittit, sed indutos potentia ex alto. [Luc. 21. Luc. 24.] Neque ignorantes, sed ego dabo vobis os & sapientiã, per quã multi ex lupis in oues cõmutentur, nõ enĩ erãt lupi natura sed voluntate, & multi potius ignorãtia & cęcitate quam volũtate. [Plinius.] Plinius lib. 8. ca. 27. Anguis hyberno situ mẽbrana corporis obducta fœniculi succo impedimentũ illud exuit, nitidusque vernat. [Serpens.] Exuit autẽ a capite primũ nec celerius quam vno die ac nocte replicãs, vt extra fiat mẽbranæ quod intus. Idem hyberna latebra visu obscurato, marathro herbæ sese affricans, oculos inungit ac refouet. Si vero squamę obtorpuere, spinis iuniperi sese scabit. Est igitur oĩs prudẽtia serpentis in tribus. [Ambros. Gal. 3.] Primũ in tuendo caput. Secundũ in exuenda mẽbrana. Tertiũ in exacuendo visum. Ambros. Prudẽtes sicut serpẽ. Prę mittitur astutia, vt sit tuta simplicitas. Sunt enĩ serpẽtes Euãgelici, qui exuunt veterẽ Adami pellẽ vt induãt Christũ. Discamus ergo seruare caput nostrũ vbi sunt oculi, caput autẽ viri Christus est. [August. Ioan. 12.] August. de doct. Christiana. Prudẽtes, vt pro capite nostro qui est Christus corpus potius persequutoribus offeramus, ne fides Christiana tanquam caput necet in nobis, si parẽtes corpori, negemus Christũ. Qui enim amat animã suã, perdet vitã animę suę. Vel illud quod per cauernę angustias coarctatus, veterę deposita tunica, nouas vires recuperat. Vnde Dominus, Matth. 7. Intrate per angustam portam, quæ

tamen ducit

tamē ducit ad latitudinem cœli. Et rursus. Angusta est via. &c. sed pauci eam terunt. Reformidas eam, quia a paucis teritur? ibi ponenda est vetus tunica, & alibi poni non potest. Aut si vis vetustate grauari & impediri & premi, noli ire per angustam viam. Quid autem intellexerit Dominus nomine luporū (quorū vnus spirabat minas & cędes & carceres, nulli parcens ætati, non sexui: Actu. 9. Acerrimus æmulator synagogæ matris suæ ætate iam effœtę, & prope diem efferendæ) sequitur: Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in concilijs. Elephas homine obuio forte in solitudine, & simpliciter oberrāte, clemens placidusq; etiam demonstrare viam traditur. Idem vestigio hominis animaduerso priusquā hominem, intremiscere insidiarum metu, subsistere olfactu, circumspectare, iras proflare nec calcare, sed erutum proximo tradere, illum sequenti, illum sequenti nuncio simul vsq; ad extremum tunc agmen circumagi, & reuerti, aciemq; dirigi: Adeo omnium odori durare virus illud maiora ex parte ne nudorum

A

quidem pedum. Sic & tigris etiam feris cęteris truculenta atq; ipsa quoq; elephanti spernens vestigia, homine viso, transferre dicitur protinus catulos. Quo nam modo agito, vbi ante conspecto quem timet? Sane mirantur ipsam vestigij raritatem. Sed vnde sciunt timendos esse? Imo vero cur vel sæpius conspectum paueant, tanto viribus magnitudine, velocitate prestantiores? Hęc est natura rerū. Chrysost. Mirandum est autem qualiter hoc audientes, non statim abscesserunt, homines qui stagnū illud nunq; egressi fuerant circa quod piscabantur. Sed tenuit eos ac agglutinauit id quod intulit, ducemini propter me. Non enim parua consolatio est, propter Christum pati, quoniam non vt perniciosi & nociui hęc patiebantur: Vnde gaudentes ibant a conspectu conciliorum, quoniam digni inuenti sunt, qui supplerēt sicut & Paulus, ea quę deerant passionem corpori Christi, id est, ecclesiæ, quæ candelabrum illud est lucernarum septem, & crescit tunsionibus mallei vniuersæ terræ. Hiere. 50. Cauete igitur ab hominibus bifrontibus sicut Ianus. Nam & apud quosdam Indorum nihil iuris est in eum qui fidem violauerit, velut cau

Chrysost.
Actu. 5.
Exo. 25.
Sabellicus

B

tius cum cæteris sic mortalibus agendum, videndumq; cui credas. Itaq; serpentes isti Leberide nudaro gladijs persequutorum, sicut legimus in apostolo Bartholomęo, oues istę deposito vellere (nam bonus pastor, nudus pependit, sorte missa super vellere suo) columbę hę plumis de Pilatis, interim patiēta suæ tortorum animos ad veritatē Euangelij pelliciebāt. Ita enim refert historia de Simone Chananęo. Post martyrium Iacobi ex cōsensu omnium apostolorum Hierosolymitanę ecclesię episcopus est ordinatus. Quam cum per annos plurimos rexisset, & iam centesimū atq; vigesimū annū ageret tempore Traiani accusatur ab hęreticis tanq; Christianus. Qui cum tentus esset, multis supplicijs per plurimos dies afflictus est, ita vt etiam iudex ipse cū amicis suis de eius patiētia miraretur. Ad vltimū iubet eum simili quā Dominus pertulit passione vitā finire, omnibus mirantibus, vt. 120. annorū senex crucis supplicium perrulisset. Nam Andreas nescio an maius aliquid fecerit, qui cum iuberetur deponi de cruce: Nunq; inquit viuus de cruce descendam, sed biduo pendens, e cruce cathedram cōstituens, docebat populum. Ad hęc Hi-

Esa. 53.
Esa. 50.
Simon.
Andreas.

C

larius. Serpens primū animū sexus mollioris aggressus est, spe deinde illexit, & cōmunionem immortalitatis spopōdit, & per hęc tanta pręmia opus cōsilij & voluntatis suæ peregit. Pari igitur oportunitate introspecta vniuscuiusq; & natura & voluntate, verborum prudentia adhibenda est. Spes futurorū bonorum reuelanda, & cœlestia perfectæ fidei pręmia proferenda. Et quod ille mentitus est, nos prædicemus ex vero secundum sponsionem Dei, angelis similes futuros esse qui credent, q; apostoli traditi sint in synagogas sicut Stephanus Actu. 7. & ad reges & præsides, plenę sunt historiæ. Traditi sunt autem tanq; malefici, reipublicæ subuersores, tanq; pestes quędam hominibus dijsq; odibiles, quiq; pro omine & genio maligno essent in populis. Vnde illud de Paulo vase electissimo, organo ac tuba cœlesti, tolle de terra huiusmodi, nec enim fas est eum viuere: hęc quidē omnia cū prohibere possim (qui autem nō possum qui muscis & ranis expugnaui duritiam Pharaonis?) permittā tamen vt omnibus testatū sit, suo vicio illos cum Dathan & Abiron sortem sortituros, qui tot visis miraculis, nihil aliud dicebāt, q; in potesta-

Hilarius.
Matth. 22.
Actu. 22.
Num. 16.

D

te dęmonum hæc operantur, incantatores sunt, docete nos incantandi artē. Vnde illud innotescat mansuetudine vestrę sacratissime Imperator & semper Auguste Diocletiane, hos quos declarat serenitas vestra in arte quadrataria peritissimos (erant autem quatuor coronati) Christianos eos esse, & per incantationem carminum omne genus humanum sibi humiliari. Tot deniq; beneficijs affecti, in sua cęcitate persistere maluerūt: Nimirum cū opera eorum essent nefanda, sicut testatur Paulus: quę in occulto fiunt ab illis turpe est dicere: (Ezech. 8. vide) ad lucem venire detrectarunt dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Luc. 19. Cum autē tradēt vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enī vobis in illa hora quid loquamini. Non enī vos estis qui loquimini, sed spūs patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autē frater fratrē in mortē, & pater filiū. Et insurgent filii in parētes, & morte eos afficiēt. Et eritis odio oībus hoībus pro-

Ioan. 3.
Ephe. 5.
De conse. dist. 4. cap Catechumini.

E

pter nomen meū. Qui aūt perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Ergo non licebat apostolus inquit Abulēsis pręmeditari quid loquuturi essent, cū ad Reges pertraherent peroraturi causam suā: quę tū sua nō erat, sed eius de quo in sacro scriptū est: Causa tua quasi impij iudicata est. Iob. 36 Quę causa? Imposuerūt super caput eius causam ipsius scriptā: Hic est Iesus rex Iudęorum. Si igitur rex est: quō a iudice iniquo qui nec Deū timebat, nec verebatur hoīes dānatur ad crucē? Vere ergo causa eius quasi impij iudicata est. Crux enī nō est thronus regū, sed locus aptissimus iudicibus qualis Pilat?. Audi Lucā in Actis. 4. cōgregant in vnū principes sacerdotū aduersus Dūm & aduersus christos ei?, illisq; statutis in medio, rogāt in qua potestate donauerūt sanitate eū qui claudus natus fuerat ex vtero matris suę annis circiter. 40. Ibi magnus ille rhetor Demosthenis discipulus, qui iam diu manum ferulæ subduxerat, quiq; optime callebat artem (non perorandi vt diceretur rex fori sicut Tullius) piscandi, repletus spiritu.

Abulensis
Matth. 27
Luc. 18.
Petrus.

 Quo spi-

Quo spiritu? Socratico? Num vel Platonico? Aeschinem Isocratem, Lisiam memoriter tenebat, perlegerat sæpesępius Quintilianum, Plinium, Asconium, Salustium, Catonem simul cum Tito Liuio atque Iustino. Quid ais? Sed Deus ea quę non sunt elegit, vt confunderet. &c. illos sapientia humana turgentes, de quibus legimus in historia virginis florentissimæ Caterinæ. Itaque Petrus repletus spiritu sancto: Si nos inquit o principes tenebrarum (eorum enim vii videtur vices geritis) in bene facto hominis istius diiudicamur, notum sit vobis, quod in nomine Domini nostri Iesu Christi (o si diceret in Mosi nomine vel sono nomine Abrahæ) quem vos crucifixistis astat iste sanus. Homines inquit Petrus ob malefacta solent detrudi in carcerem principū iussu. Nunc si vt video, nullum obijcitur crimen, sed de beneficio collato in mendicum examinamur, non grauabor vobis reddere rationem. Notum sit vobis. &c. Sequitur. Videntes cōstantiam Petri & Ioannis, comperto quod homines essent sine literis & idiotę, admirabantur: Nec poterāt ignorantiam prætendere. Sed audi sequentia. Iubent eos ad horam concilio secedere, & conferunt ministri illi principis tenebrarum, quomodo occludant ora nostrorum oratorum Demosthenis & Aeschinis non quidem argento, sicut fecerant cum custodibus sepulchri, siquidem luderent operam, sed timore, & reuocatis denunciant, sub crimine lęsę maiestatis. S. C. C. ne omnino loquantur in nomine Iesu, sed si docere pergunt, doceant Mosen, cuius sepulchrum nullus nouit. Ibi Petrus cum Ioanne, operam inquiūt luditis. Num solem sistere vultis a cursu suo, aut lunam cœlo deponere? Vos ipsos iudices constituo, num æquum sit audire vos an Deum. Non enim causas tuemur hominum ante iudices ad clepsydrarum mensuram, vt exhausta tacendum sit. Non enim possumus quę audiuimus & vidimus non loqui. Simus si vultis asina Balaam, tacere tamen non possumus, spiritu sancto implente organa sua. Vos inquit tacebitis, & Dominus pugnabit pro vobis. Exo. 14. An experimentum vultis accipere eius qui loquutur in me Christi? Non ergo estis vos qui loquimini. Verum enim vero Dominus Iesus apostolis non id quod proprium est prudentis hominis videlicet pręmeditationum, sed metum adimere voluit, ne quid homines contempti & idiotę apud principes & doctos & facundos dicere trepidarent, apud quos summi & exercitatissimi oratores solent exalbescere, se enim non deserturū patronos suos promisit, ipsi modo magno animo essent. Quid enim si dicamus, cum reliquos apostolos tum vero ipsum doctorem Gentium meditata & fortassis scripta oratione nonnunq̄ dixisse? Id quod ex eius defensionibus quæ sunt in Actis haud obscure licet conijcere, tum neque Petri neque Iacobi, neque Ioannis, neque ipsius Pauli huiusmodi sunt epistolæ, vt sine cura scriptæ videri possint. Sed dices. Petrus dicit: Spiritu sancto afflatos, loquutos fuisse sanctos homines. Assentior. Nec tamen omnes loquuti sunt prophetarum more. Paulus siquidem qui ad tertium cœlum raptus est, libros qui in membranis erant per literas petijt. Ac postea cum Petro cæterisque apostolis de fidei doctrina contulit. Gal. 2. Apostoli etiam ipsi non semel inter se de religione Christiana contulerunt. Vnde illud ex Actis cap. 15. Placuit spiritui sancto & nobis. Si enim omnia spiritus sanctus loquebatur, quid opus fuit dicere: Spiritui sancto, & nobis? Quid enim confert vmbra solari orbi? Non legis Petrum Pauli voce castigatum? Cur errare Petrum, & rursus Paulum dissentire permisit spiritus sanctus a Barnaba? Spiritus igitur sanctus operam humanam non exclusit, sed adiuuit. Non tamē eo inficias quod spiritus sanctus affuerit aliquoties prodigioso quodam modo, sed tum demum, cum aut miraculum res postularet, aut studium humanum vinceretur. Nec moueamur, quod narrant columbam ad aurem nescio cuius sancti viri dicentis scribentisve conspectam, idem fingunt de Mahomado sui discipuli. Alij per somnium librum sibi traditum vel somniauerunt, vel pro ipsis alij confixerunt. Sed & mellifluus ille Bernardus quodam in loco fatetur, se nullis alijs quam quercubus & fagis vsum esse magistris in diuinis scripturis. Demus enim ista vera esse, quia & Paulus in tertio cœlo audiuit quod doceret in terra. Tamē quę a iure communi exorbitant, non sunt ad consequentiam trahenda. Itaque apostoli aperiebant ora, & spiritus implebat ea. Sicut enim grauissime quidam dixit, imo & verissime, dij omnia nobis laboribus vendunt. Et vt aliquid hic subijciamus de poetarum fabulis, Prometheus est nobis imitandus, qui simulacro illi suo luteo vitam ex astris ausus est petere, sed tum demum vbi quicquid humano artificio pręstari potuit adhibuisset. Itidem de apostolis intellige. Cæterum nō præmeditaris quid dicturi essent apud principes, phreneticorum videtur aut infantium, & sicut diximus de asina Balaam. Tamen cum articulus postulauerit: Ego dabo vobis os & sapientiam. Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Μὴ μεριμνᾶτε, me merimnesete, ne sitis anxij siue solliciti. Hoc priuilegium inquit Abulensis intelligitur tantum de illo tempore quo ducerentur ad reges & iudices. Prædicaturi autem, poterant pręmeditari, & dicere multa quæ audierant ex ore Christi, maxime postquam donati sunt linguis igneis & scientia vtriusque iuris: homines enim erant, & non asina Balaam, secus quando ducerentur ad pręsides, quia de multis interrogandi erant pro libitu iudicum, de quibus præmeditari non poterant. Paulus quidem doctus est Euangelium, reuelante Domino Christo: Timotheo tamen scribit vt nauet operam literis. 2. Timo. 5. Habebant igitur opus prudentia ad conuersandum cum scorpionibus, sapientia autem, cum essent concionaturi, & rogandi sæpe de fide. Verbum tamen Græcum non significat simplicem cogitationem & prudentem præmeditationem, sed anxiam & timidam, & hanc eis præcidit, non autem id quod hominum est, vt prædicitur. Tradet autem frater fratrem in mortem & pater filium. &c. Nullus est enim inter istos fidus affectus, quorum diuersa fides est. Hæc autem sententia ex Michęę cap. 7. videtur desumpta. Nolite credere amico. &c. Hieronymus. Nullis ergo credatis blanditijs diuinorum verisimiliter mentientium, quia si inter chara nomina & consanguinitatis affectum rara est fides, quanto magis in his qui adulantis vobis, mentiuntur pro præda sua? Ex quasi ægrotantibus non quod vtile sit, sed quid delectabile & placens imperant. Nolite credere amico (ama tanquam osurus) quia Achitophel surrexit contra Dauid.

Et nolite

1. Cor. 1.
Caterina.
Matth. 28.
Deut. 34.
Clepsidra
Num. 22.
2. Cor. 12.
2. Pet. 1.
2. Timo. 4
Gal. 2.
Actu. 15.
Bernard?
2. Cor. 12.
Sententia.
Prometheus.
Abulensis
Apostoli.
Gal. 1.
Chrisanthus.
Lucia consors gemini.
Barbara.
Iuliana.
Cristina.
2. Reg. 17.

F G H I K

Et nolite confidere in duce, de quo dicitur: qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum. Vide Iudi. 9. de Abimelech. Et ab ea quæ in sinu tuo dormit caue, ne patiaris ea quæ Samson. Filius contumeliam facit patri: sicut legimus Genes. 9. de Cham, & 2. Reg. cap. 17. de Absalon. Et Genes. 35. de Ruben. Filia consurgit contra matrem. Cuius rei cum interim de scripturis sanctis testimonium nō succurrat tot tacta per exempla sunt cotidianæ vitæ, vt magis lugere φ tot sint φ quærere debeamus. Mirabilis doctrina Christi quæ cum tanto rigore introducta est & dissidio parentum in filios. &c. Diximus in superioribus insigne exemplum de filia Tarquinij regis, quę curru vecta est super corpus patris vix vita functi. Nurus in socrus bella atq; dissidia notiora sunt φ vt referri debeant. Est autem mos in Lepti vrbe semibarbara, vt nurus altera die a celebratis nuptijs socrum ollam mutuo petat, cui illa statim negat, vt scias illud verum esse Terentij, quod consulto ambigue extulit. Quid est hoc? omnes socrus oderunt nurus. Hanc eandem Micheę sententiam protulit Hieremias, cap. 9. Vnusquisq; se a proximo suo custodiat, &c. Sicut legimus in Iacob & Esau. Et omnis amicus fraudulenter incedet. Vide 2. Re. cap. 2. de Ioab percutiēte Amasam, præmissa salutatione: salue frater, & prauo osculo, pacis symbolo. Hinc verbum illud lamentabile Iulij Cæsaris ad M. Brutum, qui vnus erat ex coniuratis in eum: καὶ σὺ τέκνον· Et tu fili? Nec desunt qui dicant: Romulum a patribus conscriptis impetu facto discerptum in æde Vulcani, distributaq; singulis particula, atq; veste obuoluta, clam omnibus exportatum esse. Cum autem populus in suspitionem venisset, occisum regem a patribus, cum nusquā compareret, persuasi sunt a quodam Proculo viro magnæ autoritatis (ideo mendacium facile persuasit) eundem regem inter deos relatum. Quem o Procule? Tyrannum insignem a lupa lactatum, qui & ipse fundamenta vrbis cęde fraterna iecit. Et insurgēt filij in parentes. Habes Absalonem, cui dictum est ab Achitophel olim amico Dauid. Vnum enim virū tu quæris, & eo sublato de terra viuentium, omnis populus erit in pace. Hæc Achitophel disseruit, audiente Absalone, cuius sententiam calculo suo comprobauit Absalon, sed & omnes maiores natu Israel in eandem sententiam pedibus discesserunt. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomē meum. At inquit Paulus, vt Christum lucrer, cętera velut stercora dedi pessum, si nemo potest duobus dominis esse ęque amicus. Matth. 6. Quanta autem gloria est odium incurrere pro dilectione eius, qui pro nobis velut maledictum quoddam pependit. Gal. 3. Sicut autem dicit Plutar. Amor cęcutit in re amata, cum eius contrarium videlicet odium curiosum sit. Hoc est ergo quod dicit, eritis odio omnibus. &c. Cum enim Dominum Iesum apostoli gestarent sicut Ignatius scriptum in cordibus suis, non litteris aureis, aut atramento, sed digito Dei viui, ad cætera prorsus cęci erant & mortui, & crucifixi, & insensibiles penitus, si verum est illud: Anima verius est vbi amat, φ in corpore quod viuificat. Vnde Chryso. Facilius stupa ignem sustineret, φ satan charitatem fratrum, vnde festinauit occidere Abel, & filios Iob cum sororibus. Est enim amor apicula, quę naturam permutat rerum, amara dulcia faciens (Iacob seruit pro Rachel. Genes. 29) & acerba leuissima, id est, mortem dulcem, cuius vel memoria amara est. Tollit omnem seruitutem, dilectus meus mihi, & ego illi. Cant. 2. Tollit paupertatem, erant enim illis oīa communia. Actu. 2. Irasci nescit, quoniam omnia tolerat, & tandem veniunt nobis omnia bona cum charitate. Amor autē carnalis momento mutatur in odium, id quod liquido videre licet in feta illa quæ vestes detraxit sancto Ioseph. Genes. 39. Idem habes in Amon & Thamar sorore sua. Vide. 2. Re. 13. Illud admiratione dignum, quomodo nec in carcere, nec totius Aegypti rex post Pharaonem constitutus Ioseph, huius procacissimæ fœminæ nunq; meminit, sed sepultum apud se tenuit crimen illius probrosum (Memento hospitę. S. Bernardi) quia charitate deuinctus erat quæ dicit: Dilige proximum sicut teipsum, crimen autem illud omnino occultum erat. Potuerunt igitur apostoli odium subire parentum, fratrem, filiorum, vxorum, necessariorum, concmium & domesticorum, separari autē a charitate Dei non potuerunt, Domino vires subministrante, quo sine nil possumus. Qui autem perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Ita & Paulus. In stadio omnes, id est, multi descendunt, multus currentium & recurrentium cursus, id est, multi cursores: ex multis autem vnus accipit palmam, demus fuisse duos videlicet Caleph & Iosue. Quid sunt duo in comparatione eorum qui iter cœperunt ab Aegypto versus terram promissionis? Quorum numerum require, Exo. cap. 12. Cæterum infideles cum extra viam errant, nunq; peruenient, etiam si sint Catones, vel pharisæi qui non sunt sicut cæteri, toto errant cœlo. Quare autē vix duo palmam vel brauium, siue fructus terræ promissionis consequuti sunt, lege primæ ad Corinthios caput decimum. Ergo donec viuitur, semper in armis excubandum est, & standum super custodiam: vndam enim vnda suscipiet, & a posterioribus (si vulgi credimus) semper incipiendum, omissis præteritis, semper enim deteriora succedent, vt primum ab extraneis insidias patiamini, tum & a parentibus & cognatis & amicis: denicq; ab ea quæ in sinu nostro cubat. Cæterum non cœpisse, sed perfecisse virtutis est. Rhetor enim finem orationis festinat darimem facere, vt cum plausu discedat. Et similiter athleta vltimum si non vincat: licet omnes ante vicerit coronam non reportat. Sic & gubernator nisi nauim ad portum deducat, nihil prodest multum maris enauigasse. Denicq; medicus nisi ad sanitatem perducat infirmum, nonne casso labore cū afflictione ægroti impensa oīs perit? Igitur perseuerātia hoc est cauda in arante Deo immolādo requiritur. Cotidie currere & luctari oportet, quia semp proposita est palma. An nō videtis eos, quos. s. certaminū athletas appellant, cum nullum forte reluctatorem repererint, ad saccum arena plenum vires suas exercitare? Ita apostolus, castigo corpus meum domesticum hostem, ne cum alios ad pugnam ciero, ipse tanq; ignauus miles reprober a corona. Sicut autem tradit Plutarc. accepisse Romulum in oraculo, Romam si bellis enutriretur maximam euasuram, ita dicendum mihi videtur de Ecclesia: eam enim nisi bellis nutriatur (de quibus. 2. Cor. cap. 11.) nunq; maximam euasuram, in tribulatione enim dilatatur cha-

Marginal notes: Actu. 1. Iudi. 16. Terentius. A. Iul. Cæsar. Romulus. B. 2. Reg. 17. Philip. 3. Plutar. August. Chrysost. C. Eccles. 41. 1. Cor. 13. Sap. 7. Matth. 22. Ioan. 15. D. 1. Cor. 9. Num. 26. Habac. 2. Miche. 7. E. Leui. 2. 1. Cor. 9. Plutarch.

rtas, si vera est, aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem parum est non extinxerunt, nisi venti quo vehementiores excitauerunt procellas, eo charitas maiores excitauerit flammas fornace succensa septuplum, pueri choros ducebant cum quarto simili filio Dei. Dani. 3. **Cum autem persequentur vos in vna ciuitate, fugite in alteram. Amen dico vobis, non consummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis.** Fugite in aliam ciuitatem. Annotandum quod Christus circa fugam, non dedit apostolis doctrinam hoc loco nisi pro tempore quo prædicabant ouibus perditis Iudaici gregis, postea enim secus fuit. Non enim fuit decens, quod aliquis pro cõfessione nominis Christi occideretur, antequam Christus, sed ipse esset caput martyrum (ne videlicet vmbra præcederet corpus,) illi autem sanguine suo ecclesiam erant plantaturi olim per orbem. Sensus est autem Dominum Iesum cito venturum, & prius quam ipsi possint peragrare omnes ciuitates Israeliticas. Abulensis. Etiam si fuga locum dederitis in sano furori persequentium, nihilominus ne abeatis in ciuitates Samaritanorum vel aliarum Gentium, quia id pro certo affirmo vobis, non ante finietis prædicationem vestram in ciuitatibus Iudæorum quam filius hominis deuicta morte resurgat a mortuis. Eo autem resurgente mittemini ad exteras Gentes. Cum igitur vos persequentur, concedo vt fuga periculum imminens declinare liceat. Vide in Actis cap. 9. Consequetur autem ex fuga vestra duplex commodum. Primum, diu Christi bonus odor eritis in populis. Secundo cumulatius seges Christi consurget. Fugite igitur iuxta prouerbium, cum licet fugere, ne quære litem. Alcibiades cum e Sicilia citaretur ab Atheniensibus vt criminibus responderet, abdidit sese, negans litigandum esse, si quo modo liceret effugere. Subijcientibus alijs: Non igitur cõfidis patriæ de te iudicaturæ? Imo inquit ne matri quidem crediderim. Metuerem enim ne fors imprudens albi calculi loco nigrum immitteret. Ad hæc Gregorius. Hinc Paulus secessum a certamine petijt, & pugnaturũ fœlicius ad alia se bella seruauit. Non enim loco virtus, sed virtuti locus defuit. Fugit & Helias a facie Iezabelis. 3. Reg. 19. Qui tamen iuxta Ambros. non fœminam fugiebat sed sæculum. Quod si lupus oues inuadat, dicamus, si me quæritis, sinite oues abire. Thomas. 22. q. 185. ad quintum: dicat & illud, Ego sum qui peccaui: isti qui oues sunt, quid fecerunt? Iubentur igitur apostoli fuga sibi consulere: vt tribulationis occasio fieret Euangelij seminarium. **Non est discipulus super magistrum, neque seruus super dominum suum. Sufficit discipulo, vt sit sicut magister suus, & seruo sicut dominus eius.** Seipsum enim & magistrum vocat, qui viam Dei in veritate docet, & Dominum, qui pedes suorum seruorum lauit & tersit. Quin & patrem vocat seipsum dicens. **Si patrem familiæ Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos suos? Ne ergo timueritis eos.** August. Sed si nõ est discipulus sup magistrũ: vnde illud: Fiat in me spiritus tuus duplex? Audiatæ enim nõ cõsiderauit quod discipulus erat. Tamẽ si duplex spũs intelligat nõ quidẽ proportione, sed quia in Helia erat duplex spiritus, videlicet prędicendi futura & faciendi miracula, nullam difficultatem habet hæc quæstio. Parum est inquit quod a domesticis reprobatus est lapis angularis (Psal. 117.) & vocatus est Beelzebub, & vini potor, Matth. 11. Et Samaritanus, nisi ei prætulissent latronem insignem & homicidam, Matth. 27. Qui in nec vita functo pepercerunt, seductorem vocantes. Non quod aliqua iniuria huic possit conferri, vt Dei filium principem dæmonum appellauerint, sed ea contumelia verbo tenus tantum fuit, cæterum insultare crucifixo, præferre homicidam vitę autori, non tam verbis quam opere factum est. Et nisi fallor, etiam ipsum Beelzebub prędigerent scorpiones illi virulenti potius quam Dominum Christum, si vtrius illorum sibi optio daretur. Quod si patrem Dominum & magistrum hæc oportuit pati, vt adiret gloriam suam, vos qui serui estis, demus sitis & filij & amici, qua nam alia via eundẽ censetis? Membra estis, sequimini caput, oues sequimini pastorem, quod me videritis facere, idipsum facite. Iudi. 9. Augustinus. Non speremus molliorem vitam, quo præcessit eamus, quo duxit sequamur, si enim a vestigio eius aberrauimus, peribimus. Menon pro Dario Rege aduersus Alexandrum bellum gerens, cum militem quendam mercede conductum, multa de Alexandro ipso nefaria turpiaque iactantem lancea percussisset: Ego inquit te pasco vt pugnes contra Alexandrum, non vt illi maledicas. Nos autem iuxta Paulum alijs armis pugnare iubemur malis videlicet argenteis: hoc est, vincere in bono malum. Ingens malum granatum cum aliquando Darius aperuisset, cuidam roganti cuius nam rei tantum vellet habere, quanta granorum illorum esset multitudo: Respondit. Tot Zopyros. Fuit vir hic cum primis amicus Dario. Qui postquam seipsum vulneribus fœdauit, naribus cum auribus amputatis, atque ita Babylonios decepit Darij hostes, iisque vrbem sibi a Babylonijs concreditam Dario tradidit, sæpe sæpius rex Darius dicere solebat, se malle Zopyrum illius fœditatis expertem esse (qui tamen secum ferebat proditoris insignia pro gloria) quam centum Babylonias cum ea quam possidebat acquirere. Vidistis vesaniam vere singularem militis huius, vt corruptibilem mercedem acciperet. Nos autem pro incorruptibili, patientia expugnemus hostem.

Marginal notes: 7. q. 1. Aduersitas. — 23. q. 5. Quid vero. — Matth. 10. — Abulensis — Alcibiades. — Gregori⁹. — Actu. 9. — Ambrosi⁹. — 1. Reg. 24. — Matth. 22. — Ioan. 13. — August. — 4. Reg. 2. — Matth. 27. — Luc. 24. — August. — Menon. — Prouerbium — Darius. — 1. Cor. 9.

Side letters: F, G, H, I, K

Caput. xii. Nihil opertum quod non reueletur. Non timendos esse qui occidunt corpus quia duo passeres non occidunt sine Dei prouidentia, quod capilli eorum innumerati sunt apud Dominum, quod in vna domo diuidentur pater contra filium, mater contra filiam, nurus cõtra socrum. Quod Dominus non vult pacem mittere sed gladium. Qui sequitur Christum & non odit parentes, vxorem, filios & fratres & animam non potest esse Christi discipulus.

Nihil enim

Nihil enim est opertum quod nō reueletur, & occultum quod nō sciatur. Vnde ergo illud: In occulto loquutus sum nihil? Intellige φ Christus multa docuit quæ pro tempore voluit taceri. Matth.16. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed potius eum timete, qui potest corpus & animam perdere in gehennam. 34.q.2. Lotarius.22.q.2. Nequis. Hieronymus. Quod si nihil opertum, quomodo in præsenti sæculo multorum vicia nesciuntur? (de quo vide latius, Ezech.cap.8.) nisi forte vnus Achan, Iosue.7. Qui furti reus, sortibus missis, comprehensus est, & alter Ionas fugitiuus seruus Et tertius Ionathas.1.Reg.14. Et quartus Dauid.2.Reg.12. Et quintus Iudas, Genes.38. Et sextus perfidus Cain qui fra-

A ternæ cędis reus (ex scelere enim scelus oritur, cōtumacia ex culpa) e cœlo postulatus vbi esset Abel, nihil sibi cum Abele esse respondit, cui ne φ comes datus esset neφ custos. Hanc hominis in temperiem iudex ille & vindex, cui nihil occultum detestatus, extorrem patrio solo deiecit, deiecto fore cōminatur, vt ipse sceleris autor, & omnis cum eo posteritas in septimam progeniem per varia vitæ supplicia expiaturi essent Abelis sanguinem. Cæterum tantum abfuit, vt pœnali ille exilio in melius vitam mutauerit, vt perditis moribus inter suos postea vixerit. Hęc igitur & multa alia quę facile inuenire est scienti scripturas reuelauit Deus ad terrorem præuaricantium, ne putent obstare parietes, quo minus videantur a deo. Ad hæc Agapetus. Quemadmodum autem vmbræ corpora sectantur, sic animas flagitia comitantur euidenti effigie actiones exprimentia: ideo non datur in iudicio negare. Peccatum enim Iuda non atramento sed stilio scriptum est in vngue adamantino, sed vmbræ hæ luce erunt clariores, illuminabit enim

Agapetus

Hiere.17.

B Deus abscondita tenebrarum. Cato tribunis plebis creatus, L. Murenam ambitus accusauit, φ per largitionem obtinuisset, vt vna cum Syllano consul designaretur. Dabat lex reo, vt custode quodam apud accusatorem posito, cuncta sentiret, quæ ille attentaret, vt nihil clam neφ inopinate ad iudicium afferre posset. Admiranda lex ista, & omni ęquitate plena. Sed audi quod sequitur. Missus igitur quidam a Murena, qui Catonem obseruaret, vt intellexit Catonem nihil inimico animo gerere, neφ iniuste quicφ tentare, sed ingenue & humaniter sead causam comparare, vsφ adeo moribus Catonis credidit, vt relicta obseruantia illa, continuo sæpe in foro aut domi Catonem adiret, ab eoφ percontaretur, an ea die quicφ quod pertineret ad accusationem foret acturus. Ac si Cato negaret continuo abibat. Verum nos non vnum Momum aut Coryceum habemus obseruatorē qui gressus nostros & actus dinumeret, sed copiam magnam, quorum relatione nihil erit opertum quod non reueletur. Seneca. Tunc te fœlicem puta, cum potueris in publico viuere, cum te parietes tui tegent, non abscondent, quos multi sibi cir-

1.Cor.4.

Cato.

Seneca.

C cundant, non vt tutius viuāt, sed vt peccent occultius. Vnde illud, ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos videt, quorum tamen præposteram libidinem reuelauit Deus. Quomodo ergo dixerunt: Nemo nos videt? Declinauerant oculos ne recordarentur iudiciorum iustorum Dei, quibus dicitur: Existimasti inique φ ero similis tibi, vt cum cæcutiente conniueam? Arguam te, & statuam ante faciem tuam, quod posuerat in dorso. Bene autem senes isti iuuenem acceperunt iudicem, qui more iuuenum lasciuiebant. Verum quid prodest aures hominum oculosφ vitare? Bona conscientia turbam aduocat, mala etiam in solitudine (Cain) est anxia. Quid refert neminem scire, cum tu ipse scias? Qui plantauit aurem nō audiet? Qui finxit oculum non considerat? Omnia nuda sunt oculis eius qui hominem e limo formauit, & nulla creatura inuisibilis est in conspectu eius. Chrysost. Metaphora videtur sumpta ab ouibus, quibus a ceruice vellus detrahitur cum excoriantur, & tunc fiunt nuda & aperta omnia viscera quæ sub pelle latebant, iuxta prouerbium: Ego te intus & in cute noui. Scrutabor inquit Hierusalem in lucernis, sed lucernæ

Dan.13.

Psal.49.

Psal.93.

Heb.4.

Chrysost.

Naum.1.

D istæ sole erunt clariores. Nam φ cogitationes perscrutetur oculus ille insopitus: exemplo nobis esto diues ille de quo Luc.cap.12. qui hęc apud se murmurabat, anima mea. &c. Hieronymus super Esa.cap.3. Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion. Quandiu enim contegimur crine, & veste ignorantię, & homines nos putant sepulchra dealbata, qui intus sumus pleni ossibus mortuorum, videmur aliquid habere munditiæ. Cum autem patuerit quod occultum est (perizomatibus de ficulneis, folia enim erant) auferetur vniuersa Cęsaries, & fœda caluities omnibus apparebit, vt coruus videatur, qui putabatur cornicula vel columba, & Iacob agnoscatur, qui ad horam creditus est Esau: quia nihil opertum. Alij porro ex aspectu produntur, sicut scriptum: Imago hæc & inscriptio Cæsaris est. Quod dico vobis in tenebris, loquimini palam, & prædicate super tecta, quasi tubæ cœlestes exaltantes vocem vestram. Est autem prædicate, κηρύξατε, Keryxate, proprium præconum, & publicitus ad populum sua voce promulgantium aliquid. Hieronymus. Nihil occultum. Scietur enim quando illuminauerit Dominus consi-

Hieronymus.

Matth.23.

Genes.3.

Genes.27.

Matth.22.

Esa.58.

E lia cordium, ac proinde vos nolite timere persequutorum sæuitiam & blasphemantium rabiem, quia veniet dies iudicij in quo & vestra virtus, & eorum nequitia demonstrabitur. Vos ergo siue credant siue increduli maneant, exequimini partes vestras, soluite pensum, speculatores dati estis domui Israel, conscendite speculam & domorum tecta, super montē excelsum (Esa.58.) arcem & mœnia ciuitatis (Prouer.9.) ibiφ prædicate præconum more, quod audistis in mysterio, absconse & in paruulo Iudęę loco. Et nolite timere eos qui occidunt corpus. Corpus quidem non occiditur, sed homo, tamen cum de sensu constat, non est facienda vis in verbis. Nicolaus. Chij combustis cadaueribus, & ossibus collectis, in mortario ea contundunt, deinde nauigio imponentes, in altum nauigant, eaφ per cribrum ad ventorum flatus dispergunt, donec omnino dissipentur, & aboleantur. Concilium Bracharense. Placuit vt corpora defunctorū

Hieronymus.

Ezech.3.

nullomodo

nullomodo basilica sanctorum sepeliantur, sed si necesse est. De foris circa murum basilicæ. Nam si fir-
misimum hoc priuilegium hucusque retinent ciuitates, vt nullomodo intra ambitum murorum cuiusli-
bet defuncti corpus sit humatum, quanto magis hoc venerabilium martyrum debet reuerentia obtinere?
Videtur autem Dominus hoc verbo Petrum præmunire, vt ne perterritus ancillæ voce vitam neget ani
mæ suæ pro tuenda vita corporis. Nolite timere eos qui occidunt vos. Quare? Quia post hęc non
Rex. habent amplius quid faciant. Luc. 12. Aethiopum rex in quem animaduersum esse vult lictorem
signum mortis habentem ad eum mittit. Quo inspecto, quisquis ille est domum reuersus, sibi mor-
tem infert. Ferunt quendam per hæc morti destinatum, cum de fuga agitare cœpisset, priusquam se
Psal. 78. periculo subtraxerit. Zona a matre strangulatum. Adeo persuasum fuit Genti, non licere mortem exilio
August. commutare. Sed tamen reges terræ post hæc non habent amplius in quo deseuiant. Augustinus. Cum R
Sap. 5. hoc dicitur, non est contrarium illi sententiæ, posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus cœ
Psal. 33. li, quando & multorum martyrum cineres sæpe in ventos dispersi sunt & in flumina. Sed eo vsque sæui-
re potest humana crudelitas, iustorum autem animæ in manu Dei sunt: Scot. in 3. distin. [illegible] Nec timen-
dum iuxta poetarum deliramenta, vt animæ errent palantes quandiu corpora insepulta iacent. Vnum
ex ossibus eorum (ait propheta) non conteretur. Et si omnia conterantur, & crementur & a canibus at-
Ezech. 37. rodantur, ad vocem dicentis, ossa arida audite verbum Domini, vnum ex eis non peribit. Animam ta-
men non possunt occidere. De istis autem qui in martyrū corpora debachati sunt, quid dicit sermo Dei?
Psal. 36. Gladius eorum intret in corda ipsorum. Domini sententia est, aliter non potest fieri. Nolite timere eos
qui occidunt corpus. Quare? Quia grauiora sunt mala quę manent eos qui opus iniunctum Dei fraudu
lenter exequuntur. Væ enim mihi, si non euangelizauero. Quare ergo nō est multum timendum, sequi-
tur. Duo vel quinque passeres non sunt in obliuione coram Deo. Vestri autē capilli numerati sunt. Cęte G
Plato. rum animæ immortalitatem sola fide tenemus. Plato in Phedone ita dicit. Mors hęc appellatur solutio
ac separatio animæ a corpore. Soluere vero ipsum quemadmodum confitemur omni tempore, maxime
ac soli student, qui recte philosophantur. Atque hæc ipsa philosophorum meditatio est, animum a corpo-
re soluere ac separare. Quam obrem sicut alias dicebam: Ridiculum foret, si vir qui se in vita sic compa
Gal. 2. rauit, vt quam proxime ad mortem accederet: (Viuo ego; iam nō ego) ea deinde adueniente, perturbaretur,
maxime cum in morte eo proficiscantur, quo cum peruenerint, spes est eo quidem quod amabant in vi-
ta, potiri, amabant autem sapientiam, eo autem cuius commertium moleste ferebant, liberari. Ex putes
Rom. 7. te nō Platonē, sed Paulū audire dicentē: O me infœlicē, quis captiuus pertrahor. &c. Sequit. Sufficiēs er-
Mors. go cōiectura erit, si quē videris mortē moleste ferre (notate verba Platonica) eū nō esse philosophū, dicas
tu nō esse Christianū, sed philoso somaton quendā, id est, corporis amatorē, atque eundem ferme philocre
maten & Philotimon, id est, pecuniarum & honorum cupidum, ac talem vt alterum horum affectet, aut H
vtrūque. Quod si quis formidat animam meam cum egressa fuerit, ne ventus dissoluat atque dispergat, præ
sertim si ventis vehementibus flantibus exeat, huic oportet mederi carminibus cotidie, quo ad vsque sa-
nus efficiatur. Quomodo autem animam in auras efflare arbitraris? cum corpus videas certe multo vi-
lius atque crassius rebus quibusdam curatum quemadmodum in Aegypto faciunt, incredibile quoddam
tempus ferme integrum permanere? Quod etiam si putrescat, tamen nonnullæ corporis partes, ossa vide
licet neruique (vt ita dicam) immortalia permanent itaque anima eorum qui semper mortem meditati sunt,
quod est vere philosophorum a corpore seiuncta, reliquum vitæ temporis cum dijs agit. Conclusio Pla-
tonis. Si anima est vita per essentiam, nunquam mortis capax erit, sicut nunquam numerus impar erit par. Hic
debuerat & Plato addere, nunquam homo erit formica aut asinus quod tamen concedit Plato in Phedone?
nisi fore sic intellexit, quod sicut Nabuchodonosor videbatur bestia cum esset homo. Daniel. 4. Sic & asini
isti Apulei in forma asinorum gerent animum rationalem, sicut visus est aliquando sacerdos quidā ma-
Theophy gnus Benedictus nomine. Vos igitur eum timete, qui potest corpus & animam perdere in gehennam. I
lactus. Dicite in lumine inquit quæ audistis. Quia autem dicendi libertatem & pericula sequuntur, infert, ne ti-
meatis ab ijs qui occidunt corpus. Mors contemnenda est, quia terribilius est gehennæ supplicium. Ge-
henna autem dicitur a semper nascendo, id quod significant poetæ in præcordijs Titij subinde pullulan-
Hierony- tibus, & verme illo immortali. Esa. 66. Hieronymus. Nomen gehennę in veteribus libris non inuenitur,
mus. sed primum a saluatore ponitur Idolum Baal fuisse iuxta Hierusalem ad radices montis Moria in qui-
bus Siloa fluit non semel legimus. 3. Reg. 11. & 4. Reg. 23. Secundi Paralip. 28. Hiere. 7. 19. 32. capite. Hæc
vallis & parua campi planicies irrigua erat & nemorosa plenaque delitijs: Lucusque in ea idolo consecra-
tus erat. In tantam autem dementiam populus Israel venerat, vt deserta templi vicinia, ibi hostias im-
molaret, & vigorem religionis delitijs vincerent, filios quoque suos dæmonijs incenderent, & appellatur
locus ille Gehennon, id est, vallis filiorum Ennon. Et comminatur Deus se locum illum impleturum ca-
dauerĭbus mortuorum, vt nequaque vocetur Topbet & Baal, sed vocetur pro lyandrion, id est, tumulus K
mortuorum. Futura ergo supplicia & pœnæ perpetuæ quibus peccatores cruciandi sunt, huius loci vo-
cabulo denotantur. Duplicem autem esse gehennam ignis & frigoris in Iob legimus, cap. 24. Dicit autē
Hierony- idem Hieronymus super Ionæ secundum caput, quomodo autem cor est in medio animalis, ita infernus
mus. dicitur esse in medio terræ. Quid autem nostra refert scire vbi est? Illorum interest qui audituri sunt, ite
Matth. 25. maledicti in gehennam. Eum tamen timere, &c. Cæterum mortem nō timere, qui non debeamus: si Pe
Ioan 21. trus ducetur quo nō vult: Et vita quæ erat apud patrem pauere cœpit & trepidantium more sanguineū
Matth. 26 sudorem rorare? Nonne duo passerculi, στρουθία, strutnia asse veneunt, & vnus ex illis
Luc. 22. non cadet super terram sine patre vestro? Lucas quinque passeres dixit, & vnus eorum non est
in obliuione.

in obliuione. Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos. Vel iuxta Lucam. pluris estis vos. Similis est hæc sententia illi: aspicite volatilia, quod non serunt, & ad lilia quæ non nent, & ad fœnum, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur. Hieronymus. Si enim parua animalia & vilia absque Deo autore non decidunt, & in omnibus est prouidentia, & quæ in his peritura sunt, sine Dei voluntate non pereunt, vos qui æterni estis non debetis timere, quod absque Dei viuatis prouidentia. Immensam ergo Dei erga homines ostendit prouidentiam (appensis enim erga eum corruum) & ineffabilem signat affectum, quod nihil nostrum lateat Deum, etiam parua & ociose dicta eius scientiam non effugiant. Nam & quæ nobis videntur non habere rationem, iustitiæ plena sunt atque rationis. Nam quando dixit propheta, facies hominum sicut pisces & sicut reptilia non habentia ducem, non idem dicit, quod omnium non habeat curam, sed tacendo & sinendo homines vti libertate sua vel ad malum vel ad bonum, videtur vel nescire vel non

A curare res humanas, cum interim impius conculcet iustiorem se. Nec tamen propheta dicit, quare non vides, sed quare taces. Denique præmisit: Mundi sunt oculi tui ne videas malum, & aspicere ad iniquitatem non poteris. Aspicere Dei, est approbare, quod certe Deus non potest, cuius oculi mundi sunt. Denique non dixit propheta facies hominum sunt perinde vt reptile non habens ducem: Sed quasi inquit. Dum enim videt Deus & tacet, consentire videtur. Ad hæc Hieronymus super Habacuc. Causatur propheta aduersus Deum, cur Nabuchonosor templum vastet & Iudam. Cur Hierusalem vrbs quondam Domini destruatur. Quare clamat populus, & non exaudiatur. Cur iniustitia præualeat aduersum se: & hoc dicit pro mentis angustia, nesciens aurum igne conflari, & tres pueros de camino puriores exisse quam intrauerant. Hæc autem conquerentes & ex persona humanæ impatientiæ loquuntur sancti, videntes peccatores abundare in seculo, epulari cotidie splendide, & iustos fame deseruciari. Sed homo præsentia tantum

B respicit, Deus autem futura & æterna cognoscit. Et quomodo si ægrotus & æstuans febribus, aquam frigidam postulet, & dicat medico: Vim patior, crucior, vror, exanimor, vsquequo medice clamabo & non exaudies? Et respondeat sapiens medicus & clemens: Scio quo tempore debeam dare quod postulas: Non misereor modo, quia misericordia ista crudelitas est, & voluntas tua contra te petit: ita & Dominus sciens clementiæ suæ pondera atque mensuras, interdum non exaudit clamantem, vt eum probet, & magis prouocet ad rogandum, & quasi igne excoctum puriorem reddat. Sequitur in Habacuc. Factum est iudicium & contradictio potentior. Propter hoc lacerata est lex, & non peruenit vsque ad finem iuditium. Loquitur ergo populus ad Dominum, quod non veritate aduersum se sed potentia iudicatum sit, & nihil ex lege & iustitia sustinuerit, vnde & ipsum iuditium non habuerit finem suum. Finis enim iuditii est iudicare iuste. Et hoc quare loqui audeat, inconsequentibus aperit dicens. Quia iniquus Nabuchodonosor præualuit aduersus iustum Iudam. Iniquum iuditium est, quod Iosias Rex iustus a rege Aegyptio trucidetur, vt

C Daniel & tres pueri seruiant, & imperet Babylonius rex: vt inter scorta Balthasar potet in Phialis Dei. Sed non debemus super hoc turbari, & negare prouidentiam Dei, videntes in principio mundi ab impio Cain occisum Abel iustum, & exulante Iacob, Esau in domo patris regnare, seruire Hebræos in luto & lateribus, & Dominus contra quem nunc querela dirigitur, crucifigitur a Iudæis, & Barabas latro eligitur. Nunquid nam putamus non esse in numero capillos Nazaræi eius, de quo dicitur: Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Quod si innumerato eos Deus habebat, quare tacuit, cum non manu Dalilæ, sed vi carnificum vellerentur simul cum sacra illa lanugine? Sicut dicit Hieron. super Esaiæ cap. 57. Taces inquit, impio conculcante iustiorem se. Non quod iustus sit qui opprimit, sed quod opprimente se iustior sit. Et quomodo principem non habent pisces nec similiter animalia, sed qui viribus præualet, dominatur in alterum, sic inter homines animal rationale ad imaginem tuam conditum non valebit ratio nec merita, sed Nembroth robustus venator omnia per vim reti suo includet. Nam sequente ceto & omnia deuorante

D non solum minores pisciculi, sed ipse quoque tuus deuoratur Ionas. Quare non est mensura nec pondus, vt si semel iustus opprimatur, non impio sed iustiori se subiiciatur? Quæ tamen omnia non sic sentit propheta, sed impatientiam humana in sua persona exprimit. Alioqui quomodo potest Deus, sic habere homines quasi pisces: cum capillos numeratos habeat: cum angeli singulorum semper videant faciem patris? Qui coruos inuocantes audit: Psal. 146. Qui bouem aut asinum lassum vel lapsum sub onere subleuandum iubet. Qui autem incubantem pullis dimittendam præcipit. Qui educit in numero militiam cœlorum. Esa. 40. Hieronymus. Vt & sol & luna & astra cætera quæ Abraham numerare non potuit: illi numerata sint, & seruiant officio delegato, dum eundem cœli cursum sol vno anno: lucifer vel pergit biennio: luna singulis explet mensibus, omnesque stellæ certis temporibus peragant, & quædam ex his vocantur errantes, atque inæquales eorum motus oculis non mente conspicimus, nec tam intelligimus quam miramur. Magnitudo enim fortitudinis Dei suo facit ordine cuncta seruire. Dicit autem Hieronymus alicu-

E bi, quod populus Israel per annos. 40. nec capillorum nec vnguium incrementa senserunt, quod mirabile est. Ambros. Nunquid de capillis cura est Deo? Quanquam & illud non absurdum est existimare quod pro maiestate diuina eum latere nihil possit. Sed quid mihi prodest, si Deus ipse omnes meos nouit capillos? Nisi de illis intelligas quibus derasis, fortitudo omnis discessit a Samsone. Fertur de Nerone, quod capillos proprie innumerato habebat, si quis vero defluerét auro inclusum ponebat in templo supra deam Iunonem. Ad hæc Augustinus. Capilli capitis vestri. &c. Dixit Dominus hoc, volens ostendere quicquid vilissimum homines putant, omnipotentia tamen Dei gubernari, sicut lilia ab eo vestiuntur. Sed quoniam hominem per seipsum curat, cætera vero per ipsos gubernat, verissime dixit Apostolus: Num de bobus cura est Deo? In scripturis enim sanctis homines docet, quomodo cum hominibus agant, & ipsi Deo seruiant.

Margin: Matth. 6. — Hieronymus. — Iob. 7. — Habac. 1. — Hieronymus. — Dani. 3. — Luc. 16. — 4. Reg. 23. — Daniel. 5. — Exo. 5. — Luc. 23. — Iudi. 16. — Hieronymus. — Genes. 10. — Matth. 18. — Exo. 23. — Deut. 22. — Hieronymus. — Ambros. — Iudi. 16. — Nero. — August. — 1. Cor. 9.

uiant. Quomodo autem agant cum pecoribus suis ipsi sciunt, id est, quomodo salutem pecorum suorum gubernent vsu & peritia & ratione naturali, quæ quidem omnia de magnis sui creatoris operibus acceperunt. Iam quod dicit: Nõne duo vel quinque passerculi, & hoc ipsum facit ad emphasim, sed & pro asse græce est ἀσσαρίῳ, assariu, id est, terentiulo, est enim diminutiuum nomen ab asse. Si igitur duo passerculi qui vno paruulo asse veneunt, non sunt in obliuione coram Deo, (vide Genes. cap. 8. prima verba) quanto magis vos quorum corpus & anima magno empta sunt? Qui & quinque dicuntur, quia homo quinque vtitur sensibus corporis. Quando igitur times ne animam perdas, offerendo vitam pro Domino, memento quod etiam capillus tibi non peribit, quia Deo omnia numerata sunt. Hieronymus. Vbi numerus est, scientia numeri demonstratur, non eiusdem numeri conseruatio. Ex numeratis igitur capillis & precio pro te dato, intelligere potes quanto precellas passeres & vniuersa pecora campi. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui in cœlis est. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum corã patre meo qui in cœlis est. Marcus cap. 8. Qui enim me confessus fuerit & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice, & filius hominis confitebitur eum, cum venerit in gloria patris sui cum angelis suis. Quid gloriosius quam Christum attestari pro nobis in diuino iudicio? Ecce verum Israelitam, &c. Ioan. 1. Actu. 15. Conclusio est illata ex præcedentibus, quæ hortatur suos, ne protuenda vita corporis abnegemus eum qui pro nobis impijs (siquidem pro bono forsitan quis audeat mori. Rom. 5.) tradidit prior animam suam. Nam mors naturæ est finis non pœnæ, & ideo mors supplicij corporalis est defectus, pœna autem animæ est perpetua. Mors non est terribilis, quam locupletiorem fœnore immortalitas est redemptura. Vnde ergo nobis timendum est ab aduersario inferente mortem, quando sine Dei prouidentia hostem vel visibilem vel inuisibilem nobis nocere persuasum habemus? Quãuis enim aduersarius nos tanquam vilia mancipia vilioris precio æstimat omnis distrahat an potius emat, videlicet pro siliquis quibus pascimus porcos. Quinque sensus nostros, tamẽ Dominus tanquam speciosa seruitia idoneus sui operis æstimator (fecit enim hominem ad imaginem & similitudinem suam) magno precio nos redemit. Quoniam igitur mũdus iste qui in maligno positus est, omnibus neruis, omnibus machinis consurget aduersus mei nominis professores, intentabit enim exilia, contumelias, flagra, carceres & mortem, & bonorum proscriptiones (sunt enim hominis nationis huius cum praui & adulteri, tum & scorpiones viperæ & reguli) ac proinde inter huiusmodi portenta summi discriminis loco habebitur confiteri nomen meum & verba mea, tamen quoniam nemo potest duobus dominis seruire, & regnum Dei violenti rapiunt, Matth. 11. In hoc statu siquem puduerit profiteri se meu esse discipulum, sicut Nicodemus qui venit ad Iesum nocte, aut timore mortis perterritus dixerit: Nescio hominem non noui illum: Nescio quid dicas, Luc. 22. Hunc filius hominis par pari rependens, negabit coram patre suo in frequentia innumerabilium angelorum. Et sciendum quod tanta olim seueritate sacramentum militiæ obseruabatur, quod Chrysantum laudauerit Cyrus quod hostem interfecturus, cum iam gladium sustulisset, & interim receptui cani audisset, hostem omisit, & quasi prohibitus ictus abstinuit. Nobis quandiu receptui non canitur (canet enim tuba, absorta morte per victoriam) semper in armis & super custodiam nostram stare debemus, Habac. 2. Mirabile est enim quod refert Plutarchus, in pugna enim quadam conserta cum latronibus duce Spartaco, desiderati sunt ex latronibus numero duodecim milia ac tercentum, in quibus duo tantum atergo vulnerati reperti sunt, reliqui conuersis in Romanos frontibus, & in acie stantes occiderunt: dux Romanus Crassus erat. Cassius Scæua pugna ad Dyrrhachium commissa, excusso sagitta oculo, traiectis per humerum crusque iaculis, centum ac 30. telorum ictibus acceptis in Clypeo, hostes perinde ac se dediturus ciebat, subeuntibus duobus, alterius quidem humerum ense cęcidit, alterum ore percussum vertit in fugam. In Affrica cum Cęsarianorum nauis qua Petronius quæstor vehebatur in Scipionis potestatem redacta fuisset, direptis cæteris, Scipio quęstori incolumitatem pollicebatur. Cui Petronius, Cęsarianos inquit milites non suscipere verum pręstare salutẽ solere. Quo dicto, seipsum mucrone transfixum exanimauit, timens ne persuaderetur a Scipione, vt abnegato Cæsare, Scipioni adhæreret. Et isti igitur pro ineunda gratia Imperatoris sui tradiderũt corpora sua ad supplicia, ne desertorum inurerentur nota, magnum probrum apud Gentes. Qui autem me confessus fuerit, confitebor & ego eum militem meum agnoscam. Quo signo? aquas prono ore hausit, non tamẽ inflexo poplite. Iudi. cap. 7. Quo signo? Stigmata Domini mei in corpore meo porto, Gal. 6. Assatum est iam, versa & manduca, inquit Laurentius miles Christi probatus. Vespasianus adolescentem fragrantem vnguento cum sibi pro impetrata præfectura gratias ageret, nutu aspernatus voce etiam grauissima increpuit, maluissem allium oboluisses, literasque reuocauit. Negabo eum inquit, qui cum verbis me confiteatur, factis tamen negat, scilicet sic infertur vis regno cœlorum. Matth. 11. Sub Decio & Valeriano perseuerantem in fide martyrem quendam, & inter aculeos, eculosque laminasque victorem, iussit iudex melle perungi, & sub ardentissimo sole ligatis post tergum manibus resupinari, scilicet vt muscarum aculeis cederet, qui ignitas sartagines antea superasset. Sed audi aliquid mirabilius, Imperatorem agnoscentem & confitentem coram angelis suis militem quendam, qui nondum confessus fuerat Imperatorem suum. Martinus inquit Christus adhuc catechumenos, hac me veste contexit. Clodoueus Rex cum ad bellum proficisceretur, promisit si victor euaderet equũ beato Martino. Victoria potitus, equum tradidit, eumque centum solidis redimere voluit. Stetit equus immobilis, donec precium duplicauit. Ex qua regem dixisse ferunt, Martinus quidem bonum auxiliatorem esse, negociatorem tamẽ carum. Tradita est beata Agatha cuidam matronæ nomine Aphrodisiæ, quæ nouem habebat filias turpissimas, vt animũ virginis im
mutaret

[Marginalia: 1. Cor. 6. — Hieronymus. — Matth. 10. — Luc. 12. — Marcus 8. — 11. q. 3. Extra de sacra vnctione cap. vnico ante fine. — Ambrosius. — Luc. 15. — 1. Ioan. 5. — Ezech. 2. — Cyrus. — 1. Cor. 15. — Plutarchus. — Cassius. — Petronius. — Apoc. 2. — Vespasianus. — Titum. 1. — Martyr. — Agatha. — F — G — H — I — K]

mutaret à fide. Quæ post. 30. dies abijt ad Quintianum iudicem & dixit ei. Facilius possunt saxa molliri, & ferrum in plumbi molliciem conuerti, quàm vt ab intentione Christianitatis meus istius puellæ reuocetur. Occidi poterit, vinci non potest. **Qui autem erubuerit me & meos sermones: hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua & patris & sanctorum angelorum.** Paulus Apostolus æmulator non vulgaris paternarum suarum traditionum, iam mutatus in alium virum, tantum absfuit vt erubesceret confiteri se militem Christi, vt non in alio quàm in cruce Domini sui gloriandum censuerit. Gal. 6. Absit inquit, auertatur id Deus vt alibi glorier. Et iterum. Propter spem enim Israel catena hac (quouis monili preciosiore & pulchriore) circundatus sum. Et illud ad Ephes. 6. Pro Christo legatione fungor in catena ista. Quanta gloria Pauli, (qui alibi se vocat vinctum Christi) qui legatus est ad Gentes missus, & legationis suæ insignia catena illa erat, & stigmata corpori impressa. Gal. 6. Item illud. Det misericordiam Dominus Onesifori domui quia sæpe me refrigerauit, & catenã
A meam non erubuit. Ego autem non confundor. Quare Paule? Scio cui credidi, & certus sum, quòd potens sit depositum meum seruare in illum diem, quando venerit in gloria sua cum angelis suis. Cum subreguli duo Abdon & Sennem præsentarentur Decio Imperatori præsente senatu, catenis vincti, ornati auro & lapide precioso, & senatus miraretur in aspectu eorum dicente Imperatore; dij deeque tradiderunt hostes ferocissimos in manus nostras: Num sancti isti martyres erubuerunt catenas suas? Bona verba. Ecce inquiunt gloriam quam semper optauimus. Ita Andreas, Salue inquit bona crux tam diu desiderata, & concupiscenti animo præparata. &c. **Nolite arbitrari, quòd veni pacem mittere in terra. Non veni pacem mittere sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici sui.** Sed si non venit pacem mittere pax vera quæ fecit vtraque vnũ, Eph. 2.
B Vnde dicit Apostolus eodem loco, veniens Christus euangelizauit vobis pacem, qui longe fuistis, & nunc solutis inimicitijs in carne sua, facti estis prope, euangelizauit & pacem his qui prope: Dicendum quòd est pax quædam quæ dicitur pax peccatorum, qui in malum cõcordes sunt, in ædificanda videlicet turri quæ pertingat ad cœlum. Est autem & bellum bonum: de quo dictum est cuidam duci exercitus Dei, prælia Domini tu præliaris. 1. Re. 25. Et illud. Factum est prelium magnum in cœlo, id est, in Ecclesia, inter Persas perfidos & Romanos, duce Eraclio. Est enim Ecclesia vterus Rebeccæ, in quo gentes sunt & populi, & numerus maior deseruit minori, id quod mirabile est, sed a Domino factum est. Chrysost. Tu si athleta es: Nudum te oportet luctari, si miles, armatum ad pugnam descendere necesse est. Non est nobis colluctatio: Ecce athletam. Ephe. 6. Arma nostra non carnalia sunt, sunt autem lapides quinque funda cum pera & baculo: ecce militem. Exue veterem hominem, & factus es athleta, indue viscera misericordiæ, & factus es miles. Veni inquit separare. Non ergo semper bona est concordia, quia & latrones inter
C se magna concordia conspirare scimus, dicentes. Venite disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel vltra. Psal. 82. vide totum. Isti sunt qui fecerunt cornua tria & abegerunt pecora Iob. Sed & Iudei consecrauerunt manus suas in cęde fratrum suorum, Et soluta est concordia adorantium vitulum, quem conflauerat Aaron. Hieronymus. Ad fidem Christi totus orbis contra se diuisus est. Vnaquæque domus & infideles & credentes habuit, & propterea bellum missum est bonum, vt rumperetur pax mala, de qua dicitur, legio mihi nomen est, multi enim sumus. Habet enim princeps mundi huius qui accepit potestatem auferendi pacem de terra. Apoc. 6. Multas huiusmodi legiones, quibus impugnat turrim Dauid, ex qua mille clypei pendẽt. Crescit autem indies numerus militum suorum, ex multis desertoribus, qui quotidie transeunt in partes eius, qui eleuatur supra omne quod dicitur Deus. 2. Thess. 2. Vnde illud. Ex hoc multi discipulorum Christi abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant. Isti enim sunt qui iuxta prouerbium sedent duabus sellis. Gladium inquit veni mittere. Hic est gladius quem afferri iubet
D Salomon pacificus, vt separet matrem a nouerca, cum iubet occidi infantem viuum. Hic est gladius quẽ Abraham ferebat, & sustulit vt immolaret vnigenitum, qui reuera separauit filium a parente vtroque, dicente Domino: Non pepercisti filio tuo propter me. Persecutio igitur illata interrogat vnumquemque cuius filius sit, an Ecclesiæ, an synagogæ. Vnde illud. Accede ad me, & tangam te, & probem vtrum sis filius meus an non. Suus erat, sed suppositicius, idque a matre dicente, mentiris, filius enim meus viuit, tuus autem mortuus est. Sicut igitur sunt falsi fratres. 2. Cor. 11. & falsi filij, ita & fictæ matres, quę reuera sunt meretrices. Si gladium (inquit Dominus) induxero in terram, isti tres viri liberabunt animas suas. Origenes. Quę est ista rhomphęa quam nos formidare debemus, ne quando mittatur super terram? Statuit Dominus gladium versatilem. &c. Genes. 3. Et quomodo si gladius acutus & candens inferatur in corpus, duplicẽ tribuit cruciatũ, vrit enim & cędit, ita ea quę posita est ad fores vię ligni vitæ, vrit, & diuidit. Aiunt autem studiosi medicinalis disciplinæ, ad quasdam corporum curationes necessariam esse non solum se-
E ctionem ferri, verum & adustionem. Nam eos qui canceris veterno computrescunt, aliquid acutissimũ ferri genus adhibent, vt per ignem radices canceris auellantur, per incisionem autem putrida caro resecetur, & via pateat medicaminibus iniciendis. Quis putas nostrum (vt ita dicã) habet canceris simile peccatum, vt non sufficiat aut simplex acumen ferri, aut sola ignis adustio, sed vtraque adhibeatur? Audi Dominum, vtrumque significantem. Non veni pacem mittere sed gladium. Ecce primum. Ignem veni mittere in terram. Ecce secundum. Væ autem illi, cui dicitur: Desperabilis facta est plaga tua. Hiere. 30. Non autem vt quidam existimant, ad hoc tantum Deus adhibet supplicia, vt torqueat, sed quasi pater scit vulnera omnium nostrum, scit qua ex causa quod vlcus natum sit, qualis species doloris ex quo peccato veniat, scit & formas & modos & numeros peccatorum, qui semel, bis terque peccauerit, qui in vna specie delictorum

Luc. 9.
Gal. 1.
Actu. 28.
Paulus.
2. Tim. 1.
Martyres
23. q. 2. Dominus nr.
Genes. 11.
Apoc. 12.
Genes. 25.
Chrysost.
1. Reg. 17.
Collos. 3.
Exo 32.
Hieronymus
Marci. 5.
Ioan. 6.
3. Reg. 3.
Genes. 22.
Figura.
Genes. 27.
3. Reg. 3.
Ezech. 14.
Origenes.
Luc. 12.

Luc.22. delictorum sepe corruit &c. Hic est gladius vtrinq; acutus: qui hinc vrit: hinc secat: dicente Petro; ecce
Deute.17. duo gladij hic. Hunc acceperunt sacerdotes; qui habent discernere inter sanguinẽ & sanguinem: quo qui
dem multi ex eis non ad discernendam lepram vtuntur: sed vt mactent & excoriẽt & tondeant. Certe
Abraam gladium exemit, extulit: & ferienti similis cum eum vibraret: ouem immolauit, & domino: a fi-
lio penitus incruentem domi retulit. Et hic est gladius qui separauit affectum parentis a filio, & copula-
Ambros.? uit Christo. Eo enim ostensum est: quid valeret in Abraam amor dei: quid ve parẽtis affectus in vnicum
& inimici hominis domestici sui Paulus eremita a quo proditus est. Fere enim in q̃libet domo erant cre
Boetius dentes & increduli. Nulla aũt pestis grauior & appositior ad nocẽdũ: q̃ familiaris inimicus iuxta Boetiũ
libro.3. prosa.7. Impletum est enim illud Luc. cap.2. Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionẽ mul-
Luce.12. torũ. Vide textum istum Michee cap.7. Domestici autẽ inimici vox illa est: Aue Rabbi. Lucas ita dixit. F
Erunt ex hoc quinq; in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres. Diuidetur pa-
ter in filiũ. &c. Sed quomodo dicendo: quinq; in domo vna diuisi erũt: in enumeratione sex personas
posuit: videlicet pater: filius: mater, filia, socrus & nurus. Dicimus q̃ vna persona bis assumpta est, filia
& nurus eadẽ est persona, filia enim dicitur: si ad matrem referatur, nurus vero si ad socrum. Qui amat
patrẽ aut matrẽ plusq̃ me, nõ est me dignus. Et qui amat filium aut filiã plusq̃ me
nõ est me dignus. Tollẽtes palestini duas vaccas que lactabant vitulos, iunxerũt plaustro, vitulis
1.Regũ.6 earum reclusis domi: & imposuerũt arcã dei plaustro. Ibãt autẽ vacce in directum per viã que ducit Be-
thsames, pergentes & mugiẽtes quidẽ, nec tamen declinantes transuersum vnguẽ ad leuã vel ad dexterã
Quid putas vacce iste due sunt, que vno & eodẽ itinere gradiuntur versus domũ solis, portãtes dominũ
Figura Iesum in corpore per carnis abstinẽtiã. 1. Cor. 9. Et in mente per iugem meditationẽ: pone me sicut sina-
Canti.8 culũ super cor tuum, que vitulos quidẽ habẽt, sed reclusos, curã carnis fecerunt (quã tamẽ nemo odio ha-
buit, sed fouet, Ephe.15.) sed nõ in desiderius, vnde & si mugiũt pro vitulis, a via tamẽ dei nõ recedunt. G
Romã.13 Remorãtur forte affectus parẽtum, ne festini sequãtur impetum spiritus. Exo.1. Cũ dicunt, dñs prouide
Gene.22. bit sibi de victima, sed Abraham q̃ primum vidit locũ procul: festinat capessere iussa. Sic igitur pergunt
recta vt mugiant, sic mugiunt, vt a via nõ egrediãtur: non stent: nõ retrocedãt. Qui enim amat parẽtes
aut filios plusq̃ me, eque vt me, non est dignus qui sit filius meus. Vnde illud, Deutero.33. qui dixerũt pa-
tri suo & matri & fratribus, nescio vos, & nescierunt filios suos: hi custodierunt eloquiũ meum. Grego-
Gregorius rius.7. mor. cap.15. Ille scire dñm familiarius appetit, qui pre amore pietatis nescire desiderat quos carna-
liter sciuit. Debemus quidẽ & tẽporaliter his quibus vicinius iungimur plus ceteris prodesse: quia & fla
1.Reg.6. ma admotis rebus incendium porrigit sed hoc ipsum prius vbi nascitur incendit. Ecce enim reclusis domi
vitulis: vacce sub plaustro religate gemũt, & pergunt. Ille amorẽ per compassionem sentiunt: sed colla
1.Timo.5 posterius non reflectunt. Mens enim si affectu nõ tangitur: dura est: struthio est: imo iuxta paulum infi- H
deli deterior est: fidẽ abnegauit qui domesticorum curam nõ habet. Quod si plus tacta affectu carnalium
Luce.9. filiorum aut affinium: viam ante metã deserit: remissa est: nemo missa manu ad aratrum: & respiciens:
Hieronim actus est regno dei. Abrahã vt dignus Christo esset patrie valedixit & parẽtibus. Gen.12. Hieronimus
Siquid habemus de egypto quod princeps mundi suum possit agnocere: tenẽti egyptie cũ pallio relin-
quamus. Gene.39. Sindone opertus adolescens vinctum dominũ sequebatur: incurrisset laqueos: nisi ex-
Marci.14. peditus & nudus persequẽtiũ declinasset impetum. Redamus parẽtibus: que parẽtum sunt: si tamẽ viuũt
si seruiẽtes dño filios suos preferri sibi gloriãtur. Legimus de Pione monacho: q̃ sub Antonio vixit ãnis
Matthe.8. 50. Cuius cõsensu cum nunq̃ antea suos reuisisset: rogatus a sorore egrotãte; eam tandem adijt oculis
clausis: pariterq; rediit ad Cenobium: oculis item velatis. Itẽ Hieronimus super Leuitic. cap.21. Sacerdos
Pion. nõ contaminabitur in morte ciuium suorum. Non ingredietur põtifex etiã ad principem mortuũ: q̃uis
Hieronim sit potens & diues. Si mortuus est: nõ tangitur: a sacerdote nõ videtur. Si autẽ reuixerit: & ad vocẽ dñi I
egreditur de sepulchro: & fascijs peccatorũ solutus incedit: intrat ad eum põtifex: cum eo manet: & cum
eo resurgente prãdet. Multa nos cogit facere affectus: & dum corporũ propinquitatẽ respicimus: corporis
& anime creatorẽ offendimus. Qui amat patrẽ plusq̃ me: & c. Lucas ita ponit hunc textum in capite.14.
Ioan.12. Ibant multe turbe cum dño, & conuersus ad illas dixit. Siquis venit ad me, & non
Matthe.5. odit patrẽ suum & matrẽ & vxorem & filios & fratres & sorores, adhuc autem &
animã suam, nõ potest meus esse discipulus. Matheus & Lucas. Et qui nõ baiulat cru
2.Timo.3 cem suam, & sequitur me, non est me dignus. Et quomodo inquies parẽtes precipimur odi-
sse: qui vt filij simus celestis patris iubemur etiam inimicos diligere? Nã de vxoribus Paulus dicit: viri di-
Plato. ligite vxores vestras sicut Christus ecclesiã. Ex quibus verbis manifeste intelligitur esse sicut pacẽ ma-
lam & bonum belliũ: ita esse odium perfectum & amorẽ prauum: de quo Paulus: erunt homines aman
Ambros. tes seipsos. Seipsos propter se. plusq̃ deum. Hec autẽ summa peruersitas est iuxta Augustinũ: imo & iux K
ta Platoẽ: qui fomitẽ omnium malorum philãtiã vocat. Ambros. super beati immaculati ser.15. Et enim
dñs Iesus & nostrorum inimicorum dilectionẽ nobis expetẽdã esse precipit: & Dei hostes etiã si nobis
aut parẽtũ aut filiorũ aut cõiugij germanitatisq; necessitudine copulẽtur: odio psequẽdos. Tps eni dile-
ctionis & tps odij. Amate parẽtes filios, lex nature est: maritis cõiuges lex diuia ẽ que cõiugij charitatẽ ĩ
naturã vertit vt fiat vna caro & vn9 spũs. Diligere fratrib9 fratres, nature prerogatiua ẽ: que eodẽ domicilio
diu socios assuefecit ad gratiam charitatis. Nõ ergo necessitudinum intestina bella mãdauit dñs Iesus: sed
illecebrã suspectã habet. Nã femina virum quẽ serpens tẽtare non ausus est: cibo oris & vi amoris in fle-
Gene 3 xum: molli quadã consilia tricula vxorie sedulitatis affectione traduxit. Et adhuc Eua liberos nõ habe-
bat: quorum gratia vti dulcis ad amorẽ: ita essent facilis ad lapsum. Quã plurimos a martyrij cõsumma-
tione sepe

tione sese reuocauit. Sępe cognouimus quoniam quem formidolosa carnificum pompa non terruit, nec ardentes laminę a triumphalis fortitudinis rigore abducere potuerunt, cum inter sacra iam premia constitutum, vxor tenerę sobolis oblatione miserabilis vnius lachrymę miseratione decepit. Sanson Captus est per vxorem, num tu fortior? Salomon item, nunquid tu sapientior? Ille igitur cuius sapientia totis celebratur sęculis, factus est insipiens, quia nimium amauit Vxorem. Quid de Fratribus dicam? Experta est & in liberis Dauid Domus detestabiliora inimic. osculaq́; odia esse fraterna. Nam fratricidium quidem fleuit, Sed magis est indignatus incestum. Denique licet parricidam, percussorem tamen reuocabat mœsti. Cęterum quomodo putamus Dauid dixisse iniquos odio habui, qui parricidam Absalonem commendabat semel secundo & tertio ducibus: Tempus tamen odij & dilectionis. Ecclesiast. 3. Nec enim dixit Dominus Iesus, indignos esse qui Parentes diligunt: quos iubentur honore afficere, & qui maledicta in eos fecerit: moriatur, sed eos indignos ait, qui amorem parentum omnium parenti pręponunt. Eodem modo intelligendum est, de odio sui ipsius idest animę vel vitę suę. Est autem sermo Hyperbolicus, cum dicit, adhuc & animam suam. Alioqui quis vnquam seipsum odiuit? Tu autem memento Prouerbij illius. Multi te odirint, si te ipsum amas. Multis enim displiceat oportet, qui sibi nimium placet. Contra modestia pręcipua fauoris & beneuolentię Conciliatrix. Suidas ait, Nymphas fastiditas a Narcisso iuuene insignis Pulchrytudinis hoc dixisse. Ad hec Augustinus. Nec nos mouere debet, quod quidam vrgente miseria sese interemerunt. Id enim in quo modo fecerunt, non ob aliud fecerunt nisi quia ibi melius fore putauerunt. Nec ob aliud Homo bulla natus de fęmina, repletus multis miserijs, timet tamen mori, & ducitur quo non vult: nisi ne moriens, illud amittat paululum quod habet de bene esse. Odisse ita quis seipsum a nemo potest, quia nemo Carnem suam odio habuit. Ephesi. 5. Quia vita non est aliquid separatum a nobis, sed est esse nostrum. Viuere enim viuentibus est esse secundo de Anima. Et qui non baiulat Crucem suam & Cętera. Ille ergo Crucem suam portare dicitur, qui animam suam odio habet pro dilectione Iesu Christi, sicut dicit Paulus, qui autem sunt Iesu Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Et his qui huiusmodi sunt, loquitur Apostolus. Ephesio. 5. Fornicatio scurrilitas & huiusmodi nec nominetur in vobis vel inter vos. Chrysostomus. Et hec illis pręedicabantur, qui nihil aliud nouerant quam vino & epulis ventrem distendere, indulgere Genio, qui festos dies credebant nullam aliam obrem institutos, quam turpitudinis risus & omni fariam obscenitatum gratia. Quis namque qui huiusmodi vitam viueret, audiens, qui non accipit Crucem & sequitur me, non sane torpesceret dicens, Durus est hic sermo? Sed & illa omnia quę habentur in sermone Domini Iesu Matthei. 5. & sexto Quem illius sęculi Hominem non auertissent? Et tamen non desuerunt qui Crucem suam tollerent, sequentes (a longe licet) Dominum Iesum, qui nostram omnium tulit, & peccata in super (Pondus grauissimum) in corpore suo, vt peccatis mortui, iusticię viuamus, cuius liuore sanati sumus. Esate. 53. Durum est Crucem tollere, tamen exercitatio omnia potest. Demosthenes abrasa parte Capitis, se tres vel duos menses domi continebat, quo sibi exeundi facultatem prerriperet, plus labore & exercitatione valens, quam vel Natura vel Ingenio. Vnde Paulus. Humanum dico, vt si non maiorem vel saltem eandem solicitudinem & studium adhibeatis virtutibus, quā exhibuistis vitijs. Bonū est enim viro qui portauerit iugum domini suaue & leue (Mathei. 11.) crucē videlicet ab adolescētia sua.

Iudi. 16 — 2. Regū. 15 — 2. Regū. 18 — Exodo. 21. — Prouerbio — Suidas. — Augu tin — Iob. 14. — Abulensis — Gala. 5. — 2 Cor. 4 — Chrysost. — Ioan. 6. — 1. Pe. 2. — Romar. 6. — Treno. 3.

Caput. xiij. De volente edificare turrim & non preparante sumptus necessarios ante quam iaciat fundamenta similiter de volente bellum conferere cum aliquo rege si non pręparat prius necessaria. Irridebitur aut pacē postulabit bonis vel iniquis conditionibus. Qui animam inuenit, perdet & e cōtra. Qui vos recipit me recipit. Qui dederit vni ex vobis calicē aque frigide. & c. Quod apostoli prędicabant penitentiā demonia eijciebāt ęgrotos vnxebant oleo & sanabantur.

Quis enim ex vobis volens turrim ędificare: nonne prius sedēs, cōputat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiēdū? Ne Postquam posuerit fundamētū, & nō potuerit perficere, omnes qui vidēt incipiāt ei illudere dicētes. Hic homo cępit ędificare & nō potuit consūmare. Hāc sentētiā Petrus alijs verbis protulit dicēs. Meli⁹ enī erat illis nō cognoscere viā iusticię, quam post agnitionē retrorsum cōuerti ab eo quod traditum est illis sancto mādato. Cōtigit enī illis illud veteris prouerbij, canis reuersus ad vomitū. Tu igitur quicūque ędificare cupis domū nō manu factā in cęlis (2. Cor. 5.) negotiū reuera nō vulgare, sed arduū valde animū quam primū pręppara ad tētationē, affutur⁹ est enī malleus vniuersę terrę, cū impedimētis bellicis usque nō vulgarib⁹, vētis ire & c. 30. procellis turbinib⁹ pluuia grādine, arietib⁹: vineis & omni apparatu classico, vt cōcutiat turrim virtutis tuę cui⁹ fundamēta sup arenā iecisti, Mat 7. Cuius parietes absque paleis luto liuisti. Eze. 13. Sedēs ergo per ociū cōsule facultates tuas: antequam tātę molis facias fundamēta. Quādoquidē. 46. Annis vix pficies opus tuū obstātib⁹ vndique per circuitū nationib⁹: sicut dicitur: quid est Isr, quod in terra inimicorū es? Hę sunt gētes de qb⁹ Petrus, abstinere a carnalibus desiderijs, quę militāt aduersus animā. Quod si in cōsulto patrimonio, tu tri quę cęlū pertingere videat ędificare cęperis, id quod faciūt qui magna pmittētes, nec minora qdē exhibēt de q̄rū numero erāt q̄ dixerūt possum⁹: & tn̄ relicto pastore & ipi & cęteri fugerūt, qb⁹ meli⁹ fuerat dicere cū loth: nō possū dūe i mōte saluari, est ciuitas hic iuxta ad quā possū fugere, & saluabor in ea, & tu

Luce. 19. — 2. Pe. 2. — Ecclesi. 2. — H tere. 50 — Ioan. 2. — Baruch. — 1. Pe. 2. — Matth. 20. — Gene. 19. — Psalm. 3.

 & illi mi-

Iob.31. Matth.6.

& illi irridendi eritis a prȩtereuntibus dicentibus, Ecce Homines, vel ecce Hominem vanum, qui sperauit in multitudine diuitiarum suarum & prȩualuit in vanitate sua. Magna turris est patientia in aduersis, temperantia in prosperis, fortitudo in aggrediendis arduis. Altissima turris est, cum Scorpionibus esse pacificum: inimicum diligere, sua largiri, aliena non concupiscere, de vxore aliena nec cogitare, alteram maxillam parare, mori sȩculo: sic vti hoc mundo, quasi aduena sis & peregrinus, semper dicere: adueniat Regnum tuum. Hoc tantum ȩdificium multi aggrediuntur: alij fundamenta tantum iaciunt alij primam partem, alij duas absoluunt vel tres, e viris autem mille vix vnum reperies, qui culmen imponat dicens, cursum consummaui, qui dicat absoluto opere, cupio dissolui. Non enim vnius Ezechiȩ sed omnium fere vox illa est: dum adhuc ordirer, precisa est velut a texente vita mea. Vnus accipit palmam consummati ȩdificij, cȩteri cum Athlanta ante vertuntur ab hyppomene, qui iactis de industria pomis: temorabatur cursum nostrum. Hanc irrisionem ne incurrerer sapientissimus Dauid, ita loquitur. 1. Paralippome Capite vigesimo secundo. Domus quam ȩdificare volo domino, talis esse debet, vt in cunctis regionibus nominetur. Consule igitur vir dei facultates tuas, si suppetant tantȩ moli tanto edificio a fundamentis erigendo. Ante mortem suam inquit omnes preparauit impensas, auri talenta centum milia, & argenti mille milia talentorum: ȩris vero & ferri non est pondus. Tu autem qui sapiens es, memento statue illius in qua erant metalla hȩc quatuor videlicet aurum: argentum, ȩs, & ferrum.

2.Timo.4 Esai.38.

R

Daniel 2. Figura.

Et hec est Ecclesia, cuius corporis membra nos sumus, sed alij sunt Caput alij Pectus: alij Venter. alij crura, alij Pedes, alij Aurum ȩdificant, alij Argentum (prima Corint. Tertio) Alij ȩs alij ferrum. Tu si aurum non potes ponere in fundamento vt sis perfectus imitator Christi, ȩdifica ex argento vel ȩre vel ferro: illud tantum cura: vt ne missa manu ad aratrum. & Cȩtera. Aut quis rex Iturus cōmittere bellum aduersus alterum Regem, non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum viginti milibus venit ad se? Alioquin illo adhuc longe a gente, legationē mittens: rogat ea quȩ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui nō renunciat omnibus quȩ possidet, non potest meus esse discipulus. Eadem sententia altera similitudine persuadetur. Eadem enim prouidentia prȩstanda est saltem in aggredienda vita euāgelica quam prestant homines in rebus multo leuioribus. Si enim tantum habet momenti pudor apud homines, vt nemo audeat ȩdificium auspicari vel bellum non consultis facultatibus: quanto magis oportet expendere vires nostras cōmissuri bellum non cum carne & sanguine, sed cū illo cuius potestati nulla equalis super terram. Iob capite quadragesimo primo. Nisi Rex inquit ita desipiat, vt male sibi consultum esse velit & exercitui: (nisi φ varius est euentus belli, dicente domino: persequentur quinq; ex vobis centū alienos Leuitici vigesimo sexto. Et alias ter centū cū Gedeone inermes: de infinita multitudine triūphauerunt) cum se inferiorem viribus cognoscat, anteq; alter admoueat propius exercitum, oratores mittit qui offerant aquam & terram: & tractent de condicionibus pacis. Hoc enim tolerabilius est φ experiri Martis alcam imparibus copijs. Sunt autem quidam qui cum laruis bella conserunt: quo certa sit victoria: sicut. c. c. c. Qui instructa & directa acie in Oceanum: ac ballistis machinisq; dispositis nemine gnaro ac opinante quidnam cȩpturus esset, repente vt conchas legerent, galeasq; replerent imperauit, spolia Oceani voca s capitolio palatioq; debita: & in iudicium victorie altissimam turrim excitauit, ex qua vt ex pharo noctibus ad regendos nauium cursus ignes emicarent. Non absimilis pugna hec illi quam pugnauerunt milites Alexandri. Gignit indica terra Cercopithecos a Deo multos insigniq; magnitudine, vt in eos Alexandri milites pacis nescij velut in honesta montiū iuga insidentes, humana specie decepti: impetum fecisse dicantur: fuisq; erroris ad moniti, a locorum peritis: non sine rubore arma inhibuerint. Cȩterum nostra certamina non cum carne sunt & sanguine. Non cum duplicato in nos contendunt exercitu aut triplicato rectores tenebrarum harum, sed forte cum decuplo. His frustra condiciones pacis offerimus, dicente scriptura, inimicitias ponam inter te & Ecclesiam. Caput colubri etiam septies contritum: semper more hydrȩ fortiores vires resumit cum Antheo, sciens φ modicum Tempus habet. Infernus enim nunq; dicturus est, sufficit. Prouerbiorum trigesimo. Habemus autem & Regem, quo cum pacem per necessarie inire oportet qui & ipse est pax nostra. Ephe. 2. De quo Paulus. Pro christo legatione fungimur: reconciliamini deo, quādiu longe abest; in quo & mouemur & sumus. Actu. 17. Grego. Quibus ergo nos lachrymis veniam sperare debemus: qui in illo tremendo examine cū Rege nostro non ex ȩquo ad iudiciū venimus? Nunquid ad reddēdā rationē cogitationū nostrarū sufficim⁹, etiā si culpas mali operis abscidimus? Nā nos si multum profecimus: vix exteriora opa in rectitudine seruam⁹? Ille aūt qui iudicatur⁹ venit, exteriora simul & interiora iudicat. Cū duplo igitur exercitu cōtra simpliū venit: qui nos vix in solo opere paratos: & opera & cogitationes venit discutere. Rogemus quȩ pacis sunt, quia lōgius dicitur esse, qui adhuc presens p iudiciū nō videtur. Mittamus legationē pacis lachrymas & misericordiȩ opera, & cognoscamus nos cum eo in iudicio ex ȩquo non posse contendere, dicente Iob. Vere scio, φ non iustificetur homo compositus deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere vnum pro mille. Quis enim restitit ei: & pacē habuit? Vult ergo placari precibus, qui scit, φ non possit portari ratus. Nisi quis ergo renunciauerit omnibus parentibus, vxori, filijs, fratribus & Cȩteris quȩ impedimento possunt esse inferenti vim regno cœlorū, non potest meus esse discipulus. Memēto ergo diei lustrici tui in quo dignoratus es veluti miles vel ouis xpi. Hoc est aūt quod alibi dictū est Rachele sedi se sup idola Labā patris sui. Auaricia autē est idolorū seruitus. Nemo autē potest duobus dn̄is seruire. Matt. 6. Qui inuenit animā suam, perdet eā. Et qui perdiderit animam suā Propter me inueniet eā. Is animā inuenit: q Christo post habito, seruare vitā studet. Text⁹ iste qūi expenendus

Luce.9. Luc.14.

Q

Ephe.6.

2.Regū. 11 Iudi.7.

H

Trāquill⁹

Sabellicus

Ephesi.6. Genes.3

I

Apoca.12. 2.Cor.5 Gregori⁹

K

Iob.9.

Gene.31

exponendus est infra Matthei. 16. Vbi eadem verba ponuntur, hic supersedemus, Vt lectorem leuemus tedio. Qui recipit vos, me recipit. Et qui me recipit, recipit eum qui me misit. Lucas vt dicit. In ita capite, decimo. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Qui autē me spernit: spernit eum qui me misit. Mattheus. Qui recipit prophetam in nomine Prophete, mercedem prophete accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedē iusti accipiet. Et quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aque frigide tantum in nomine discipuli: amen dico vobis non perdet mercedem suam. Qui recipit vos Dominus Iesus propter nimiam bonitatem (nemo enim bonus preter eum qui solus est. Marci decimo) Omnia que nobis fiunt; sibi imputat & accepta fert: siue bona siue mala. (Vide capite vigesimo quinto in Matheo). Cuius vox est, qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei. Nec dixit, Oculorum meorum: sed mei, quo singularem ostenderet in suos affectum parentis. Hos enim qui vexat, [illegible] est, quasi Deum sua velit luce priuare. Inde illud Pauli ad Philem. Tu autē suscipe illum velut viscera mea. Hieronymus. Aurum supra tulerat dominus, es de zonis excusserat, docet pericula non metuenda, affectum suauet religioni, dura euangelistarum conditio. Vnde ergo sumptus? Vnde victus necessaria? Qui vos inquit recipit, me recipit, & eum a quo missus sum: vt in suscipiendis apostolis vnusquisque credentium se & patrem & filium suscepisse arbitretur. Eodem modo intellige quod sequitur, qui vos audit, me audit, & qui vos spernit. & Cetera. Nec enim quando Rex Ammonitarū iussit precidi vestes legatis Dauid ad nates vsque, & radi dimidiam barbam eorum, iniuriam tantum ratus est intulisse nuntijs: sed videntes inquit filij Ammō, quod iniuria affecissent sanctum Dauid. & Cetera. Vide ad idem Iudith. capite primo in fine. Est enim & apud Romanos teste Halycarnaseo omnium sacratissimum & honoratissimum legatus, potestatem & vim habens impetrantis, inuiolabilitatemque & venerationem sacerdotis. Qui igitur vos audit, me audit, imo audit sanctū spiritū loquentem per organa sua, sicut loquutus est per os sanctorum prophetarum. Qui recipit prophetam. Poterat enim occulta esse credentiū responsio: ergo & pseudo prophetas & impostores & cauponantes verba dei, & Iudam proditorem debemus recipere, & illis alimoniam ministrare? Hoc dominus ante preueniens, dixit. Non personas suscipiendas esse sed nomina, & mercedem non perdere suscipientes, licet indignus fuerit, qui susceptus est. Alioqui Abraham homines suscipiens Item & Loth, non homines sed angelos susceperunt. Genesis decimo octauo & decimo nono. Et Martinus non pauperem sed dominum Iesum parte chlamydis vestiuit. Vide Luce capite vigesimo quarto. Non igitur nostra refert inuestigare curiosius pauperes qui limina nostra terunt, quales intus sint, sufficiat tibi quod iustorum nomine censentur, qui nomen Christi ore pre se ferunt. Chrisostō. At inquies, Multa mendacia pauperes fingunt. Esto. Ego vero hac de causa maiore misericordia moueor cum in eam necessitatem incidisse videam homines: vt impudentissime mendacijs viuere cogātur. Quo tamen nos non modo non miseret, sed verbis eos etiam asperis lacessimus dicentes, Non accepistis tam semel atque bis? sed queso, cur non tuo ventri hanc legem imponis? Et cum deus iubeat occulte atque in abdito elemosinam prebere, audes tu publice pauperem afficere contumelijs, qui ad te certe non venisset, si sic expectasset molestari. Quod si talia credidit se auditurum, & nihilominus venit, multo amplius eius miserendum est. Hi sunt qui Christo lapides porrigunt. Ceterum si iuxta fabulas concessum est Mide a dijs propter susceptum in hospitio Bachum vt quicquid tangeret, mox fieret aurum, amen dico vobis quicunque vni ex minimis his poculum porrexerit aque frigide, nō perdet mercedē. Chrys. Quibus verbis predicatoribus domus eis totius orbis aperit, & significat omnes sibi homines debitores futuros, mittit enim eos nudos & nihil habentes: & in bella & pugnas. Sed inter hec mirabilibus eos illustrauit, & patrem omnium bonorum causam ipsorū ore ad domos recipientium eos adducit. Sed & ipse dicitur hospitari cū patre suo apud eos qui apostolos receperint: & quod mercedem sicut vnus ex receptis recipiet, qui eos receperit. Vnum quodque autē horum satis magnas vires potuit prebere illis. Hiero. Aque frigide. Ne videlicet inopiā pretendamus ex paupertate lignorum, frigidam dixit, nā dicit propheta, ad excusandas excusationes in peccatis, quod multi peccatorū suorū quasi iustas pretēdant excusationes, vt quod voluntate delinquunt, videantur necessitate peccare. Dixit & Paulus. Cōmunicet autē is qui catechizatur ei qui se catechizat in omnibus bonis. Sed ne quilibet pretenderet paupertatē, [illegible] preceptū eluderet, [illegible] vsque illic preponat, imminētē questionē soluit dicēs. Nolite errare, que seminauerit hō, hec & metet. Idque sensus. Frustra causaris inopiam, cū aliud habeat cōsciētia tua, nec putes fallere cohortātē, sed scito quod quātum cunque seminaueris, tātum & messurus sis. Quod si vel frigidam non habes, memēto (volūtas enim pro facta reputatur) vidue illius, que pro pugillo farine vnica videlicet manna & calice aque frigide, plus quam centuplū accepit, & vitā eternā. Et exeuntes predicabāt vt penitēciā agerent, & demonia multa ejciebāt, & vngebāt oleo multos egrotos, & sanabātur. Circumibāt igitur per castella, euāgelizātes & curātes vbique. Talibus igitur premuniti presidijs, talibus copijs armati pauperes rebus corporalibus diuites spiritualibus, tanquam nihil habētes, in Christo autem omnia possidentes, omnia potentes, Phili. 4. Fere omnia scientes, quia omnia que audiui a patre meo, nota feci vobis, profecti sunt duodecim regni celorum proceres, missi non a Mose, ad considerandam terram Chanaam, vt considerarent Terram qualis esset, & vt afferrent de fructibus Terre, sed ab eo qui vult omnes ad agnitionem veritatis venire, vnde iubentur predicare Penitenciam, per quam Homines peccatores licet viua inferunt non Terre Chananeorum sed regno Cœlorum, cuius Regni fructus Oculus non vidit, nec in Cor Hominis ascenderunt. Terram autem illa viuentium, est paradisus deliciarū, nemorosa & pulcherrima, vbi pastor securus cubat in meridie. Predicabāt igitur penitēciā, quā predicauit

Margin notes: Lucas [illegible] dicit. In [illegible] patris — Zachar. 2 — Hieronim — 1. Regū. 10 — Dionis — Chrisosto. — Matth. 6 — Matth. — Midas. — Chrysost. — Hieronym — Psal. 140. — Gala. 6. — 1. Regū. 17 — Marci. 6 — Luce. 9. — 2. Cor. 6 — Ioan. 15. — Num. 13 — 1. Timo. 2 — 1. Cor. 2

 Ioannes

Ioãnes: replicauit dominus Iesus Christus: & nulla interim sacrificiorum Mosaicę legis memoria. At hec Plato. Illud neq; deorum neq; hominum vllus dicere audebit, vt ab eo qui in iuste egerit, pęna nõ sit exigeoda. Quod siquis ita desipiat, vt dicat, inuitus peccaui: audiet ex ore Laconis verberantis seruum ergo & castigare inuitus. Certe inuito ipsi Dauid vxores decem vel concubinę sublatę sunt: quia ipse volens vnam prępuit. Consueuere tamen aliquãdo dij immortales (inquit idem plato) quo grauius homines ex cõmutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum vlcisci velint: his secundiores interdum res ac diuturniorem impunitatem concedere, sicut dicit & Homerus. Cęterum iuxta Iob: tempore concesso ad penitenciam multi abutuntur ad superbiam: donec descendunt quasi lapides in profundum cũ Pharaone. Exodo. 14. Nume. 16. Nonne melior est prouidentia: q̃ pęnitencia? Tamen nemo dicat licet alter sit Pharao. Maior est iniquitas mea q̃ vt veniam merear: quia scriptum est non dico septies: sed vsq; septoagies septies. Ita dicit Abul. Super Exodũ. Necesse est quãdocũq; peccator gemuerit: etiamsi peccatum sit in spiritum sanctum: vt deus illico peccatori culpam remittat. Sed audi Platonem in Euthidemo. Me igitur Dionysidoro huic dedo: quasi Medeę ex cholchis: vt me dissoluat: & si velit: elixet: vel quodcunq; aliud mauult: in memoliatur: modo optimum virum efficiat: & si me magis etiam q̃ nunc excoriari velit: excoriet: si modo mihi pellis mea non in vtrem conuertatur vt Marsię: sed in virtutem. Hac igitur lege peccator adire debet sacerdotem: vt sublatis ab asino lignis: si velit sibi imponat: eum super struem lignorum iacere iubeat: liget & immolet: ignem suppoãt: vt nouus homo ab altari pęnitencie resurgat: & tertia die restituatur matri suę ecclesię videlicet. De his tribus diebus Paulus: sobrie & iuste & pie viuamus in hoc sęculo: sobrie ad nos. iuste: ad proximum: pie ad Deum. Quodq; dicit Marcus apostolos vnxisse ęgrotos oleo: & conualuisse: oleum illud reuera oleum erat iuxta fidem autem sacramentum erat. alioqui quis eodem medicamine omnibus medetur morbis? Ex hoc loco sumptũ videtur illud Iacobi capite. 5. Infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros Ecclesię: & orent super eũ: vngentes oleo in nomine domini. Multa autem tradita sunt Ecclesię ex institutione maiorum: & tamen nescimus quo sum: de quo vide. Distinctiõ. 11. capit. Ecclesiasticarum. Item de cõse. Distincione prima, Iacobus frater: de quorum numero est sacramentum vnctionis extremę, quod licet a Christo institutum sit: non legimus vbi. Felix papa anno domini. 514. Precepit ęgrotos inungi sicut modo fit. De hoc habes Exo, cap. 30. Vnges ex oleo sanctę compositionis tabernaculum: arcam: mẽsam cũ vasis suis. et infra. Caro hominis nõ vngetur ex eo. Per quod significabatur q vnctio illa magis ad animam pertinebat q̃ ad corpus. Sicut autem eodem oleo compositionis sanctę diuersa vasa ministerij templi inungebãtur: ita eodem oleo vnctionis diuersi peccatores vnguntur in remissionem suorum peccatorum: inuocato nomine domini: sicut dicit Iacobus. Nec nostra refert exponere qui ex his qui oleo isto vnguntur sint tabernaculum: qui arca, qui altare aureum: qui candelabrum: qui Cętera vasa aurea argentea ve: quod solius dei est nosse, in cuius manu sumus tanq; lutum in manu figuli. Cetera patent.

Marginal notes: Plato · 2. Regũ. 16 · Plato. · Iob. 24. · Gene 4 · Matth. 18. · Abulensis · Plato · Genes. 22. · Titum. 2. · Hiere. 17 — margin letters: F, G, H

Caput. xiiij. Ioannes a carcere duos mittit ex suis ad xp̃m vt rogent illũ Num ipse sit qui venturus est, Quibus presentibus dñs multos diuersis infirmitatibus laborantes sanitate donauit. Et beatus est inquit qui non fuerit offensus in me. Quodq; Ioannes non erat arundo, non erat homo mollibus inductus, Erat autem plusq̃ propheta de quo prędixit Malachias. Ecce ego mitto angelum meum.

ET factum est cum consummasset Iesus precipiens duodecim discipulis suis: trãsijt inde vt doceret, & prędicaret in ciuitatibus eorum. Ioãnes autem cum audisset in vinculis opera Christi, mittẽs duos e discipulis, ait illi. Lucas. Cum autem venissent ad eum viri illi duo, dixerunt. Ioannes baptista misit nos ad te dicens. Mattheus & Lucas. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Obserua q suscitatio filij viduę de quo Luce. 7 Occasionem prestitit Ioanni: mittendi Discipulos ad dominum Christum: ipsi enim factum hoc retulerunt Ioanni cum esset in vinculis. Vide Luce. 7. Iam enim excitauerat & filiam Iairi. Matthei. 9. Cũ primum igitur dominus Iesus finem fecit mandandi apostolis duodecim officium prędicandi iudęis ouibus perditis: quę iam ex magna parte versę erant in Canes & Lupos, viperas & scorpiones: Cumq; de cęteris eos plene instruxisset: armis in superabilibus protegẽs: (quippe qui mittebantur in medio Luporum) videlicet q pro nomine eius paterentur omnia: q qui eos reciperet: patrem & filium & Spiritum vtriusq; reciperet: ipsosq; a se inuitos licet: & quasi pullos e nido pene adhuc implumes vi sui periculũ facerent: dimouit, ipse dominus Iesus a loco deserto vbi erat transijt in ciuitates iudeorum: vt opus perficeret quod iam Cęperat. Legatus enim missus fuerat a Patre iuxta Abdiam ad nos: Habitu Homo forma Deus: cuius legacionis. Summa hęc est: penitenciam agite; appropinquabit enim regnũ cęlorum. Interea Ioannes amicus sponsi pręco iudicis, qui iam fere annum agebat in vinculis, propter causas prefactas supra libr. 2. ca. 14. quo tempore facta & gesta sunt omnia quę ab illo loco hucusq; descripta sunt cũ audisset (referẽtibus discipulis suis) opa christi, quomodo in dies seipsũ vincebat in edẽdis mirabilib⁹

lgrabat

Marginal notes: Matthe. 2 · Luce. 7. · Scot in 4. distinct. 25. quęstio. 2. · Matt. 10. — margin letters: I, K

letabatur mirum in modum quod implebatur quod ipse prędixerat, me oportet minui, illum autem crescere. Sicut enim apropinquante sole vertici nostro, vmbre decrescunt, sic passim editis miraculis a Christo, & doctrina sua stillante super rationalem terram, fama eius diffundi cępit per vniuersam Iudeam, interim synagoga idest Ioanne delitescente in carcere. Non enim erat ille lux vera Ioan. 1. Sed lux participata Mosi ex colloquio cum deo in monte diebus quadraginta vmbra erat, aut Lunę lux, quę appropinquante sole, Euanescit. Discipuli igitur Ioannis cum iam olim sub inuiderent glorię Christi: lapillo nempe non admodum magno, de Ioāne autem forte maius aliquid quam de homine suspicarentur, viderent quanto in dies successu fama Christi crebescere: quem iam pene totus populus sequebatur, Ioānem adunt: rem omnem exponentes. Cęterum sicut dicit Plutarch. Celeritas incrementi comparatę potentię liuorem euocit omnem, & inuidię locū nullum videtur relinquere. Et vt inquit Aristoteles, nec ignis aco

Ioan. 3.
Exo. 34.
Daniel. 2.
Plutarch.

A cipit fumum, nec gloria gignit inuidiam, si repente vt umque atque celeriter emicuerit. illa enim aliunde alius carpit atque obtrectat, quę paulatim & ociose videt succrescere. Quo sępe numero factum est, vt in foro plerique priusquam florere cępissent, penitus elanguerunt, iuxta illud, deiecisti eos dum alleuarentur. Ioannes inquo erat in vinculis, quem Paulo ante tum ipse esset Christus iudęorum principes legatis rogauerant, Ioan. 1. Erat ergo pręco altissimi in vinculis, quia veritatem prędicabat. At carcer locus est adulterorum, (Iosephi memento) Veritatem impugnantium, parricidarum & huiusmodi pestium, non eorum quorum conuersatio tota cęlestis est. Sed o rerum vices inuersas, Herodes adulteratur, & sedet in throno Regali Ioannes tenetur in vinculis. Dauid rapit vxorem alienam, & vir eius pro Rege adultero militans occiditur in prelio, idque non Casu, sed data opera. Antiochus cum in venatione quadam studio persequendi feram, ab amicis & seruis aberrasset, in casam pauperiorum hominum ignotus intrauit. Ac inter Cęnandum cum de Rege sermonem iniecisset audiuit, alia bonum esse, sed amicis, flagi-

Psalm. 72.
2 Reg. 11.
Antiochus

B tiosis vtentem, plurima negligere, sępeque illa quę sunt necessaria nihil curare, quod venationis nimium esset studiosus. Ac tunc quidem tacuit. Sed posteaquam satellites simul cum die ad casam illam venerunt, Cognitus, allata purpura & diademate, Nimirum inquit ex quo die vos sumpsi, heri primum vera de me ipso verba audiui. Hec Rex de se dixit, nec tamen in vincula iussit concludi a quibus veritatem audiuit. Cęterum Ioannes non ignorabat, quod veritas quam dicebat, paritura erat ei mortem, nec tamen palinodiam recantauit, quia veritatis erat pręco, Cur enim non & iste faceret, quod Socrates is cum delatione Meliti & Auiti coniectus esset in vincula: & liceret ei, permittente Atheniensium Senatu, vitam pecunia redimere, ab amicis liberaliter offerentibus Collata, noluit tamen, sed mori prętulit, quia sic inquit iudicauerunt Athenienses. Ne inquit dicatur in populo, me tanquam eum vitam pecunia redemisse, quod esset turpiter viuere. Quam ob rem inquit, non admodum nobis curandum est, quid de nobis multi loquantur, sed quid dicat is vnus qui intelligit iusta & iniusta, atque ipsa veritas. Neque enim multi fa-

Socrates

C ciendum est viuere, sed bene viuere. Et infra. Scitote si me occideritis, non me lęsuros esse vos, magis autem vos ipsos. Nefas enim arbitror, meliorem virum a deteriore lędi, interficere tamen potest, vel contumelia afficere quadam, animam autem non possunt. Matthei. cap. 10. Sequitur. Si enim me interfeceritis haud facile alium talem reperietis. Hęc ille ad populum, & tamen veneno periit, quia veritatem dicebat. Ita Ioānes vtranque fortunam eodem modo, eodemque vultu ferens: eodem animo amplexus est mortem, quo & Socrates venenum hausit, Et non sicut Hanibalem dixisse ferunt, de Marco Marcello, Dii boni, quis nam hunc tractauerit hominem: (Ambe finistrum) Qui neque secundam neque aduersam ferre fortunam sciat. Sicut enim Scipio ait, fragilitatis humanę nimia in prosperis rebus obliuio est. Ioannes sanctitate famosus & gloria, in carcere moritur. P. Emilius Perseo Rege eoque maximo deiecto: cum pedibus eius obuolutum erexisset, ac dexterā capiens, Tuberoni tradidisse, ipse natis ac generis & aliis necessariis iuuenibus in partem seuocatis, multo tempore secum tacitus stetit, vt plerique ex his qui aderant

Anibal.
Emilius

D mirarentur. Exorsus deinde sermonem de humanarum rerum conditione, An debet quisque inquit, pręsenti felicitate Confisus superbire, quod Gentem aut Ciuitatem aut regnum aliquod subegerit? Pręsens quidem fortunę mutatio (& quando illa diutius?) Exemplum nobis ante oculos ponit communis imbecillitatis humanę, & nihil durabile, neque firmum esse docet. Quod enim Tempus confidendi hominibus esse potest, cum etiam eo tempore cum aliis dominantur, fortuna maxime sit formidanda: quę lętis rebus tandem immisceat Calamitatem? Alexandri successionem quę in altissimum dignitatis culmen euasit, Vnius horę particula euersam conspicitis. Non ne tot exercitibus tot equestribus pedestribusque copiis nuper Circundatum hunc Perseum Regem, nunc prostratum & euersum, ex manibus hostium Cibum atque potum dictum Capere cernentes, ob victoriam partam insolescere disioeris? Hęc ille. Vere ergo dixit Rex Dauid, terribilis Deus in consiliis suis super filios Hominum, quandoqui-

E dem in vinculis erat is, quo nullus maior in natis mulierum. Hoc tamen non inusitatum est amicis Dei. Petrus vinctus tenebatur Catenis duabus, & Pauli pedes in ligno astricti sunt. Actuum, decimo sexto. Et sanctus Ioseph. Genesis, trigessimo nono. Ioannes igitur cum esset in vinculis, specie Homo, gratia Angelus, nihil Carnis erat in eo nisi visio sola, Corpore quidem tenebatur in vinculis, anima autem versabatur in Cęlitibus, & quod Herodes faciebat illi pro pęna, illi suis cipiebat pro beneficio quia verum gaudium Sanctorum est, exire de hoc sęculo, dicente Propheta, Educ de Custodia animam meam. Et Simeon, nunc dimitte seruum tuum in pace. Luce secundo. Quemadmodum festinantes Iudęos ad terrā promissam, quippe qui iam lumbis pręcinctis, & calceati agnū comederāt. Aegyptii compellebant citius extra nescientes quo, quia ad terrā fluentē lacte & melle & vltro currentibus adhibebāt calcaria, & sicut seruus impleto pēso, gaudet apparere ante dominum suū, ita Ioānes commisse

Psal. 65.
Actu 12
Chrisosto.
Psalm. 14.
Exodo. 12

T iij prędicationis

predicationis mynisterio consummato:dicebat cũ Paulo:bonum certamen certaui:& obitus de mor
2. Thi. 4. te sua cui reposita erat corona iusticię:de discipulorum salute anxius, mittit qui dicant, num is sit: qui venit aut venturus est an alium nescio quem expectent adhuc. Nõ enim sibi interrogabat:sed suis. Quo modo enim interrogaret,num ipse esset,quem digito non semel ostenderat populo:quem agnouerat voce patris sonante:& simbolo columbę spiritu sancto super eundem baptizatum descendente:cęlis reseratis:& de quo ipse dixit:ipse vos baptizabit spiritu sancto & igni. Luc. 3. Et venit fortior me: cuius pro
Luce. 3. Luce. 1. Chrisost. cumbens non sum dignus corrigiam soluere calciamentorũ. Quẽ deniq; ex vtero adorauerat vix dierũ octo conceptum:ipse semestris. Ita dicit Chrysost. Non ne tu dicebas, non sum dignus soluere corrigiã calciamenti sui? Non ne tu dixisti,ecce illum agnum dei,qui tollit peccatum mundi? Hec omnia dixisti, anteq̃ miraculis coruscaret,& modo quando fama eius in tota Iudea pmanauit dubitas an ipse sit? Sed sicut dominus non ignorabat,qua mente Ioannes ad eum discipulos mitteret:ita non ad verba sed ad in
Hieronim tentionem respondet factis. Ita Hieronym. Non ignorans:interrogat. Ipse enim cęteris ignorãtes digito
Ioan. 11. ostendit. Sed quomodo saluator interrogat:vbi posuistis eum, vt qui locum sepulchri indicabant:saltem sic pararentur ad fidem,& viderent mortuum resurgentem:sic & Ioannes occidendus ab Herode:discipulos mittit ad christum:vt per hanc occasionem videntes signa,crederent in eum,& magistro interrogãte,sibi discerent. Quod autẽ superbirent discipoli Ioannis aduersus christum & haberent aliquid mordacitatis ex liuore & inuidia,supra diximus:ibi quare nos ieiunamus. Matthe. 9. Et, Ioan. 3. Ibi:magister: cui tu perhibuisti testimonium. Quasi dicerent,nos deserimur:hic raritas est:ad illum turba concurrit. Hi
Hilarius. larius. Vt scirent discipuli:non alium a se predicatum:nec alium sperandum christum:ad opera eius intuenda eos mittit:vt auctoritatem dictis suis illius opera cõferrent. Mittit autem Ioãnes quesiturus potius de hoc q̃ de aliquo alio,quia hec est pars maxima beatitudinis:agnoscere:christum esse messiam & deũ verum, Ioan. 17. Cum autẽ Ioannes interrogat per suos de hoc:ostendit manifeste:q̃ ipse non sit Christus alias quoniã diceret:num alium expectabimus? Id enim esset presente leone vestigia querere. Cęterum Theophy. Irridet cõmentum Gregorij de descensu ad inferos:sed suos inquit voluit docere copiosis exem
Ambrosius plis. Quod autem Ambros. Dicit hoc loco videlicet:ergo christum morituram etiam sanctus dubitauerũt
Hieronim coincidit cum cõmento Gregorij. Dixit & Hieronymus alicubi. Tu es qui,&c. Non q̃ ignorem te esse filium dei quem digito ostendi. Scio q̃ veneris tollere peccata mundi:sed quia ad inferos descẽsurus sum etiam & hoc interrogo:vtrum & illuc ipse descendas: an impium sit hoc de dei filio credere:taliuq; missurus sis:vt qui te terris nuntiaui,etiam inferis nuntiẽ. Verum ea quę sequuntur,nullo modo sunt ad propositum de descensu ad inferos:sicut patet propius intuenti. Sequitur enim ex Luca. In ipsa autem hora multos curauit a langoribus suis & plagis,& spiritibus malis, & cęcis multis donauit visum. Et respondens dixit illis. Euntes renunciate Ioanni quę auditis & videtis, ἃ ἀκούετε καὶ βλέπετε, ha acuete ke blepete,quia cęci vident [illegible] anablepusi idest reuident,claudi ambulant,leprosi mundantur,surdi audiũt,mortui resurgunt,pauperes euangelizantur,& beatus est:quicũq; non fuerit scandalizatus in me. certe hec miraculorum copia & signorum patratio discipulis Ioannis coram,nihil aliud clamant:q̃ dominum Iesum eum esse qui venturus prenunciabatur:& inter cęteros ab Esaia dicente. Pusillanimes
Esai. 35. confortamini & nolite timere. deus ipse veniet & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cęcorum: & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus,;& aperta erit lingua mutorum: quia scissę sunt
Hieronim in deserto aquę. Hieronym. Hec omnia licet ad litteram impleta sint hoc loco,tamen cotidie implentur in gentibus,quando qui prius cęci erant,& in ligna & lapides impingebant veritatis lumen aspiciunt & sic de cęteris. Idcirco autem aperiuntur oculi,;& aures & lingua mutorum soluitur, quia scissę sunt in deserto quondam ecclesię aquę baptismi salutaris,diuersę videlicet gratię spũales:siue aquę doctrine euãgelicę qua potantur pauperes,qui Ευαγγελίζονται, euangelizonte:idest lętum accipiunt nuntiũ, illũ
Matt. 5. videlicet,beati paupẽs spũ,quoniã ipsorũ est regnũ cęlorũ. Et licet Esaias de mortuis excitãdis vel leprosis mundãdis non meminerit:a parte tamen totum intelligimus: plura enim prestitit dominus Iesus:q̃ propheta promiserat:vt euidenter ostenderet se esse eum de quo Moses:obsecro Domine vt mittas per
Exo. 4. manum eius qui dignus est qui mittatur. Itaq; dominus cereius sciens esse testimonium quod a factis proficiscitur,q̃ quod a verbis tantum,nihil quidem respondit Ioannis nuntijs: sed multis editis mirabilibus
Tobię ob oculos eorum,renuntiate inquit quę vestris oculis videtis, Grçca videlicet fide. Nam in lege vnum tantũ cęcum illuminatũ legimus eũq; angelico ministerio. Legẽdi ex historiã Thobię. Helias & helisęus multis precibus singulos excitauerũt pueros. De dño Iesu virtus quędam cęlestis exibat quę medebatur
Valer. M. omnibus. Luce. 6. Cui testimonium perhibebãt nõ verba sed opera. Id ostẽdamus exẽplo. Val. Ma. lib. 7. Sextus Tarquinius postq̃ tallido strategemate ciuitatẽ Gabinorũ in suã redegit potestatẽ,apud omnes ciuitates primores plurimum potens familiarem suum ad patrem Tarquinium superbum misit,iudicaturum quemadmodum cuncta in sua manu haberet,& quęsiturum, quid nam fieri vellet. Iuuenili calliditati senilis astucia respondit. Siquidem re eximia delectatus pater,fidei autem nuntij parum credens nihil respondit,sed ducto eo in hortum,maxima & altissima papauerum capita baculo decussit. Cognito adolescens silentio Patris simul ac facto, causam altius argumenti peruidit, nec ignorauit precipi sibi,vt excellentissimum quenq; Gabinorum aut exilio submoueret, aut Morte consumeret. Ergo expoliatam bonis propugnatoribus Ciuitatem, tantum non vinctis manibus ei tradidit. Respondit igitur pater filio non verbis sed factis,sicut dicitur,dicite quę videtis. Qui surrabantur dicebant,nunq̃ sic
Matt. 9. factum vidimus in israel. Marci. 2. Alij vero,visitauit deus plebem suam, Luce 7. Multi gloria inquiunt

deo;qui

deo: qui talem potestatem dedit hominibus, & ita discipuli Ioannis oculis & auribus pascebātur. Erāt enim cum hospites tum & nuntij amici sponsi: vnde meruerunt testes esse tot mirabilium operum domini Iesu. Est enim tanta erga peccatores misericordia dei, vt pro duabus lucrandis ouib⁹: hec & multo maiora faciat dominus Christus: quoniam iuxta Chrisost. Melior est apud deum vnus iustus: q̃ totus mūdus plenus de peccatoribus. Quod q̃ dicit: paupes accipiunt lętum nuntium, potest sic intelligi plebei & idiotę receperunt dominū Iesum Christum, credentes in nomine eius, quem diuites & sapientes iudeorū reprouauerunt lapidem: qui factus est in caput anguli. Hieronymus. Pauperes euangelizantur. Vt nulla inter nobiles & ignobiles, inter diuites & egenos in predicatione distantia sit, sed omnis apud christū qui saluari potest, equalis est. Cęterum quoniā verbum εὐαγγελίζομαι est commune & medium: ly euangelizonte: potest accipi actiue & passiue: quasi dicas: pauperes euangelizant, & euangelizantur. Quid

Chrisosto. Psalm.117. Hieronim

A est autem illud, beatus qui non fuerit scandalizatus in me: Non de me. Ipse enim nulli scandalo fuit: vocatur tamen petra scandali. Esai.8. De quo dictum est, Lucę.2. Ibi, ecce positus est hic. Christus lapis paruus abscinditur de monte. Hieronymus. Ita exponit, vt his verbis cōscientiā nuntiorum Ioannis tacite percutiat: qui inuidia mouebantur contra dominum Christum, videntes gloriam eius in dies augescere, (sicut supradictum est,) lege autem ablato capite, sepulta nescio quo. Sic autem dominus tacite sub notauit eorum inuidiam, vt ipsi soli secum agnoscerent vitium cui obnoxij erant, ne pudescerēt apud turbā, potest & sic intelligi, beatus qui nō fuerit iuxta illud, Nos prędicam⁹ xp̄um crucifixū, iudęis quidem scandalum gentibus autem stulticia. Scandalizabantur enim iudei in Christo, dicētes, vnde huic hec oīa Non ne mater eius Maria & fratres eius & c. Marci.6. Matthe.13. Cum igitur sit homo reuera, opera eius deum clamant. Vnde huic hec omnia? Quasi deus est, mori & teneri quomodo potuit? Sed hic est qui positus est in ruinam & in resurrectionem multorum & in signum, &c. Videte inquit israel secundū carnem.

Deut.34. Luce.2.

B Moses serpentem fugit, Moses serpentē exaltat. Qui scandalizantur in petra scandali (Esai. 8.) ipsi fugiunt serpentem. Qui oculos figunt in exaltatū serpentem, ipsi sunt qui cum Paulo gloriantur in cruce domini, de quibus dicitur: beatus qui non fuerit scādalizatus in me. Virga igitur virtutis dei que proiecta in terram serpens visa est, posita in sepulchro, deposita de ligno, deglutita morte (Mors enim illi vltra non dominabitur. Roma.6.) Aut absorta iuxta Paulum, tertia die pristinam virge formam recepit, cauda tamen eius in caput versa: hic enim factus est in caput anguli. Illis autē abeuntibus, cępit Iesus dicere ad turbas de Ioanne, Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatā? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui mollibus vestiuntur, Lucas. Ecce qui in veste preciosa sunt & delitijs: in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? prophetam? etiā dico vobis & plus q̃ prophetam. Hierony. Quoniam igitur turba circunstans (quot enim capita tot sensus) interro-

Num.21. 1. Cor.15. Psalm. 117. 2. Cor.2. 21.q.4. Ois iactura. Hieronim

C gationis mysterium nesciebat: & putabat Ioannē cum fortuna animi quoq; constantiā immutasse: iuxta illud, hec est gratia ad amicū tuum: Et dubitare de Christo, quē mōstrauat digito, vt intelligerēt Ioānē nō sibi interrogasse, sed discipulis, intulit. Quid existes videre: &c. Non enī Ioānes arundo erat, vt esset apud illū, est & nō, sicut dictū est ad sanctū Iob (false tamen) caue ne declines ad iniquitatē, hāc enī cępisti sequi post miseriā. Plato rogantib⁹ Cyrenęis: vt leges sibi cōscriberet, velletq; eorū ciuitatē in optime cuius piā republicę formā instituere: difficilimū esse inquit, Cyrenęos amplissima fortuna solutos legibus continere. Nihil enī imperatu difficilius esse eo hoīe: quē prospera fortuna extulerit. Neq; iterū regi quippiā leuius illo qui aduersis fuisset casibus depressus atq; cōtractus. Ioānes fama super ęthera notus; cum fortunā dextram habebat (dicit quispiā) e plaustro loquebatur dicēs: progenies viparum q̃s docuit vos declinare gladiū qui iam ad radices positus est? At nūc cōiectus in vincula: fortuna ostēdete ei terga, voces admodū dissimiles emittit dicens, Tu es qui vēturus es, an aliū expectabimus? Sed viden

2. Reg.16. Iob.36. Plato. Prouerbiī

D dum est vtrū Ioannes more arundinis, duabus sedeat sellis: in duas claudicet partes? Nā Ioannes sit euripus homo: & qui septies in die commutet vultum eum Dauid coram Achis. 1. Reg. 21. Euripus homo dicitur incōstans ac moribus inęqualibus a maris euripe prodigiosa quadam reciprocandi celeritate ducta metaphora: quod septies in die ac nocte reciprocat tam rapida conuersione: vt quemadmodum auctor ēēt Pōponius Mella vētos ac etiā plena vētis nauigia secum portet. Neq; dū huius tam stupendę rei causa satis idonea peruestigata est a scriptoribus. Existis inquit videre hominem Calamo similem (qui vt luna mutatur more Cameleonis) in fide vacillantem: mollibus vestitum? Locustis vescitur, & melle siluestri: vestitus quasi alter Adam vel Helias istius modi cibus & vestis carceris hospicio recipiūtur: & predicatio veritatis tale habet habitaculum. Qui autem adulatores sunt & sectantur lucra: & querunt placere Hominibus: & delitijs affluunt: & mollibus vestiuntur: isti in domibus regnum sunt. Lau-

Hieronymus.

E dauit illum Christus anteq; carceri traderetur: quia in tanta erat populi admiratione: vt putaretur christus. Luce.3. Et maiora de eo populus credebat q̃ explicari possent verbis: esset q̃ illo tempore laudare illum: ebur atramento candefacere. Nunc vero cum iam ex diebus multis ab Herode scelerato teneretur in vinculis: nec deus super hoc vltionem aliquam ostenderet, ne opinio rudis populi de Ioanne Labe faciaretur. Quid inquid existis videre? Chrysostomus. Oportebat sanari quę ex interrogatione Ioannis multa inconuenentia sub intellexerunt presentes, ignorantes mittentis consilium. Poterant enim dicere. Tanta testatus est de Iesu Christo. Alter persuasus est nunc, & dubitat, vtrum sit Ipse. Nunquid altercans ad Dominum nostrum Iesum Christum, Hec dicit.? Nunquid timidior a Carcere factus? Nunquid vane & inaniter priora dixit? Sciuit (inquit Cyrillus.) Dominus noster Iesus Christus: Hominum secreta cognoscens, Aliquos dicturos: si vsq; hodie ignorat,

Cyrillus Chrysosto.

 Ioannes

Ioannes Iesum: qualiter ostēdebat eum nobis: dicens: ecce agnus dei: vt igitur mederetur huic passioni quę eis acciderat: dānum quod ex scandalo contra Ioānē procedebat: exclusit dicens. Quid existis videre?
Gregorius — Non arundinē: Grego. Arundinē mox vt aura contigerit: in partē quamlibet inflectit. Talis est carnalis animus: qui mox vt fauore vel detractione tangitur: in partē quamlibet inclinatur. Si enim ab humano ore aura fauoris perflauerit: hilarescit & extollitur. Sed si inde ventus detractionis eruperit. vnde fauoris
Ambrosi⁹ — aura perflabat: mox illum in partē alteram ad vim furoris inclinat. Ambro. Nos igitur potius arundines sumus: forensibus crinitis faleris nodis obsiti: medulla vacui: nulla validioris naturę radice fundati: & si leuis aspirauerit prosperitas vago motu proximos verberamus. Impotentes ad suffragādum sicut baculus Aegypti. Esai. 36. Faciles ad nocendū. In huiusmodi calamis offerimus domino vinum myrrhatum,
Ioan. 19. — mixtum aceto, His arundinibus caput eius percutimus impie. Hanc tamen arundinē postq̄ rex Iudeorū
Luc. 22. — manu sua tenuit quassatam alioqui: firma fecit: stabilitate subsistere, ego enim pro, te rogaui: vt non deficiat fides tua. Num hominem mollibus vestitum bysso & purpura periculamento terram verrentem
Collos. 3. — epulantē cotidie opipare? Isti si qui sunt: apud inferos requirendi sunt: exterminati de terra. Baruch. 3. Verum Ioānes quomodo mollia gestabat: qui veterē hominē nūq̄ induerat? Ambrosius. Sacco autem indu
Ambrosi⁹ — tos aut brutorum pelles lascinas nequaq̄ cęlestis aula suscipiet. Reuera Ioānes si vellet adulari Herodi si esset parasitus aut scurra non locustis vesceretur, non cilitio vteretur: non in vinculis moreretur; pro
Marci. 6. — saltu petulantis puellę. Secundus post regem sederet, & fieret gener Regis. 1. Reg. 18. Vno tātum regni solio precederetur a rege. Plutar. De adulatore dignocendo. Graue est in eodē articulo sentire; qui nō sint
Genes. 24. — amici: quo amicis est opus: cum non liceat iam incertum & in syncerum amicum cum certo permutare.
Plutarch⁹ — Quin magis vt nummum ita amicū habere conuenit nempe probatum ante q̄ eo sit opus; nō vsu ipso deprehēdere. Alioqui idē nobis accidet: quod solet his qui letale venenū non aliter sentiunt: nisi cū pre-
Adulator. — gustauerint: suo exitio iudicantes. Adulator autē speculi ritu externorum affectuum vitarū ac motuum G imagines in se recipit. Talis enim est vt si verbo tenus amicum aliquem apud illum vituperes dicat.
Sero tu quidē hominē nosti: nam mihi nec initio placebat. Rursus si mutata sententia laudes: per iouem gratulor inquiet: & illius nomine gratiam habeo; planeq̄ vera esse credo quę dicis. Sed amico huiusmodi nihil mihi opus est: qui mecum annuat: mecum mutet locū: quādo quidē istud multo melius facit vm-
Dionisius — bra. Huiusmodi erant Dionisii compotatores: qui cum cęcuciente ebrio cęcutiebant; id simulantes. Porro quę nam alia res Ptolomęo infulam ac tibias addidit? Quid Neroni tragicum ornatum personam & coturnos induit? Iam reges plerīq̄ si cum musicantur: vocantur Apollines; cū inebriātur: Bachi: cū luctāt Hercules: in omne dedecus gaudentes adulatione abducuntur. Plus inquiunt bibisti q̄ Alexander. Nā
Mitridates — & Mithridati Regi rei medicę studioso quidē amici & secandos se & vrendos prebuerunt: factis nō verbis adulantes. His tamen pestibus diu assueti: libenter annuimus: quia mutuo se nesq̄ fricant. Non igitur erat Ioānes arundo: non licentior homo: non follis: non throclea, non etingion non induebat Bisso. Nā H
Plinius. — videmus plerosq̄: quos molliora cura vestis effęminat: qui quasi la ę onus ferre non possint (parentes
Hieremi. 2 — autem eorum pellibus induebantur, animaliū. Genesis. 3.) sericis vestibus amicti: tectis terram verrunt vestigiis; vsuq̄ faciunt. vt amictus honori sit in quorū alis inuenitur sanguis animarum pauperum. Qui
Abule. — mollibus vestiuntur. Dicit Abulle. Quod femina si vt placeat viro suo: ne ille eam pertęsus ad alias di
Roman. 3. — uertat se ipsam ornet: nō solū est licitum: sed etiam meritorium: si tamen id faciat iuxta modestiā status
Ornatus — sui: quia non sunt facienda mala: vt veniant bona. 1. Cor. 7. Quomodo placeat viro. Excessus tamē modicus non est vituperabilis: si aūt femina siue soluta siue coniugata ornet se aliquantū sollicite ex quadā leuitate vel vanitate propter iactantiam: vt ostēderet pulchritudinē quam habet: vel simulet quā non habet; non intendens aliquē incitare in sui concupiscentiā. non peccat semper mortaliter: quia inanis gloria
1. The. 5. — non semper est peccatū mortale: tamē ab omni specie: mali abstinendū est. Augustin⁹. Fucari figmentis
Augustin. — quo rubicundior vel candidior appareat vultus: adulterina fallacia est: quā non dubito etiā ipsos maritos se velle decipi: quibus solis permittendę sunt feminę ornati secundū veniam, non secundū imperium. I
Moderatus itaq̄ fucorū vsus in vxore: nō excusatur omnino a peccato. Dicit autem Plinius liber. 11. Capi. 23. Non pudet vestes fęmineas etiā propter leuitatē viros vsurpare: propter onera videlicet estiuat in tātum a lorica gestanda descessere mores. Sed num existis videre prophetā? Plus inquit q̄ prophetā. Hic
Luce. 1. — enim finis est prophetarū: maior propheta. Quē enim multi prenuntiauerūt ventutū: multi videre cupie-
Luce. 3. — runt: hic adorauit ex vtero: ostendit digito: lauit in Iordane. Ita ad priuillegium prophetale accessit baptistę officiū vt dominū suum dilueret. Vnde infert meritorū ἀυξησιν: faciēs de Malachia testimoniū quo Ioānem angelū dicit: nō naturę societate: sed officii dignitate: & vitę puritate: cū dicit: vere dico vobis: & plusq̄ prophetā. Gręce, Ναὶ: idest certe: aduerbium cōfirmātis. Cęteris enim abnegatis: postremo hoc confirmat: & plusq̄ propheta: prestantiorem propheta: περισσότερον. Potest autem accipi perissoteron neutro genere & masculino. Hic est enim de quo scriptum est Malach. cap. 3. Ecce ego mitto an- K
Hieronymus. — gelum meum ante faciem tuam qui pręparabit viam tuam ante te. Hierony. Hoc est autem quod dicitur: q̄ dn̄s Ioannem miserit in deserto Iudęę predicare baptisma pęnitentię in remissionem peccatorū. Quodq̄ sequitur. & statim veniet &c. Ita de se quasi de altero loquitur: nulli q̄ dubiū quem
Esa. 9. — dominator iste saluator sit: magni consilii angelus: sed si statim veniet dominator quē quęritis: quem alterū dominatorē alterū magni consilii angelū filii scelerati (tot iam elapsis seculis a tempore huius pro-
Matthe. 7. — phetię (si promittūt vēturū? Et iuxta vanam spē quorundā anno dn̄i. 1535. Promittebatur venturus: & ecce annus. 1550. explectus est: & non dū venit: dicētibus illis ad huiusmodi antichristos qui veniunt ad illos in vestimentis ouium diuersis tēporibus: tu es qui vēturus es: an aliū expectam⁹? Matth. ca. 11. Sed ad rē.

Caput. xv.

Caput. xv. Ioanne nullus maior in ter natos mulierū. Omnes prophete vsq; ad Ioannem. Ipse est spiritu Helie. Publicani iustificauerūt Deum. Diluti lauacro Ioannis pharisei spreuerunt consilium dei. Isti assimilantur pueris sedentibus in foro nunc canentibus nūc flentibus. Ita Ioannes baptista dicitur demoniū habere. Christus dn̄s vocatur homo vorax. Cępit exprobare Corozaim & Bethsaide & Capharnaitis. Et hę ciuitates cōferuntur cū Tyro & Sydone cūq; Sodoma, &c.

A Men dico vobis non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne baptista. Lucas. Maior inter natos mulierum propheta Ioanne baptista nemo est. Hic est summa elogiorum Ioannis. Merito nullus maior in natis mulierū Ioanne: qui ita ꝓximus erat Christo: vt Christus putaretur: & a christo ante faciem suam missus fertur: quasi lucifer ante solis ortum. Sicut enim qui prope currū regis incedunt: alijs sunt clariores: ita & Ioannes propter Christi presentiā angelus eius vocatur. Intererat autē Christi: vt Ioannes maximę auctoritatis esset apud populū: quoniā laus Ioannis in ipsum dominū redūdabat. Tam turpe est enim vituperari a bonis: ꝙ a malis laudari. Est autem hoc vel maximū in laude Ioannis: ꝙ de eo Malachias prophetauit: imo & angelus Gabriel Luce. cap. 1. Sicut autē refert. A. gelli. liber. 19 cap. 3 Turpius esse dicebat Phauorinus philosophus. Exigue atq; frigide laudari: ꝙ insectanter & grauiter vituperari. Quoniā inquit: qui maledicit & vituperat quāto id acerbius facit: tā maxima mole pro inimico B & inimico ducitur: & plerunq; propterea fidem non capit. Sed qui infecunde atq; ieiune laudat: destitui a causa videtur: & amic⁹ quidē creditur eius quem laudare vult: sed nihil posse reperire quod iure laudet. At quid amplius dici potuit in laude Ioannis: ꝙ id quod sequitur: inter natos mulierū. &c. Nec id tantum attendas velim: quid dictum sit. non surrexit maior: ꝙ ꝙ id dictū est ab eo qui mētiri nescit: nescit adulari: apud quem personę respectus non est. Nō enim qui se ipsum cōmendat ille probatus est (imo ille reprobatus est. Luc. 18.) Sed quem deus cōmendat: dicens: inter natos, &c. Alexander Macedo: referēte Hieronimo: quem vel arietem vel hircū: vel pardum Daniel vocat: eum ad Achillis tumulū peruenisset: fęlicem te ait iuuenis: qui magno fruaris precone meritorū: Homerū videlicet significans. At Ioānes non Homerū habet preconē meritorū suorum: sed eum qui veritas est: & veritas ipsa chronista est & preco pręrogatiuarū Ioannis. Quid ergo dicit in eius laude: inter natos. Non eū cęteris pręposuit: sed id ostēdit: nullum ipso esse maiorem Hierony. His prefertur: qui de mulieribus nati sunt: & de concubitu viri: & C non ei qui est natus ex virgine/conceptus de spiritu sancto: quāq; in eo quod dixit: inter natos: nō cęteris prophetis & patriarchis cūctis q; hominibus Ioānem pretulit, sed Ioānem cęteris exequauit; sequitur Qui autē maior est in regno cœlorū: maior est illo. Multi hoc de saluatore intelligunt: inquit Hieronymus. Nos simpliciter dicimus: ꝙ omnis sanctus qui iam cum deo est: maior sit illo qui adhuc cōsistit in prelio. Aliud est enim coronā victorię possidere: aliud adhuc in acie pugnare: vbi varius est euentus belli: & multi post multas victorias vincuntur: & occūbunt in prelio. Quidam nouissimum angelū in cœlis domino ministrantem: meliorem voluit accipere quolibet primo homine qui versetur in terra. Hilarius ita dicit. Qui minor est in regno cœlorū idest qui interrogatur: cui nō creditur: cui testimonium ne c opera sua prestant hic in regno cęlorū maior est. Chrisost. Quod ait, inter natos mulierū. & c. Non de angelis aut apostolis dictum arbitreris seipsum enim excipit: non angelos: qui & si natus de muliere nō tamen naturę hominem lege: sed inaudito quodā & mirabili partu. Itaq; si tantus est Ioānes ac talis D qualem sermo pręteritus descripsit vt cūq; nō est verisimile, tanq; in fide dubium misisse suos quęsitum Tu es qui venturus es & cętera. Sequitur, A diebus autē Ioannis baptistę vsq; nūc, regnum cœlorum vim patitur, & violēti rapiunt illud. Omnes enim prophetę & lex vsq; ad Ioānē prophetauerunt. Et si vultis recipere, ipse est Helias qui venturus erat. Qui habet aures audiēdi audiat. 22. q. 2 c. final. Quod dicit: vim patitur: Grece est: βιάζεται: biazetę: idest vi inuaditur: siue occupatur: vel ob multitudinē irruentium: ac vi conantium irrumpere & ingredi tete Petri: vt pene rūpererunt a deo iam vigebat tempus euangelij, Turba velut pertęsa legem Mosaicā quę nihil aliud ꝙ bona terrę promittebat, seruantibus Cherubinis aditum paradisi delitiarum. Hilarius. Regnū cœlorum iudęis veluti debitum ex pacto (Matthęi. 22) Violentia fidei ocupatur a gentibus. Sua Christum respuūt. Ioan. 1. Aliena suscipiunt Alijs Christus prędicatur, & ab alijs agnoscitur, Propterea insectantur, cōplectuntur inimici. Hereditatem adoptiui expetit familia reijcit, Testamentū filij repudiāt E serui recognoscunt. Itaq; vim cœlorum regnū patitur, inferentes vim dicunt illud: quia glia israel patribus debita: a prophetis nuntiata: a Christo oblata: fide gentium ocupatur & rapitur. Hoc ergo sermone dominus excludit murmur Iudęorum: qui indignabantur: ꝙ ad ipsis promissam euangelij gratiam recipere quoscūq;. Imo inquit nō illos recipio: sed ipsi vobis cōtantibus, irrūpunt: ac diripiunt. sumpta metaphora ab arce: quę irrūpentibus hostibus: diripitur, iuxta prouerbium: Assidua stilla saxum excauat. Quo admonemur, nihil esse tam durum quod nō emolliat, nihil tam arduū quod nō efficiat assiduitas: Quādoquidē stilla aquę nimirum res tam tenuis ac leuis, saxum etiam durissimum exhauriat, quod vix ferro posset euincere. Plinius tradit inueniri silices formicarum pedibus attritas: idq; grauissimum exēplū putat esse: quantā vim habeat assiduitas. Ita menander, victa enim assiduitate fiunt quęlibet negotia. Infer ergo vim ingenio tuo: sicq; vinces. Sequitur. Omnes enim prophetę, &c. Reddit dominus causam

A. Gellius
Actu. 10
2. Cor. 10
Alexāder.
Hieronymus.
1. Reg. 11.
Hilarius. &
Chrysost.
Luce. 5.
Genes. 3.
Hilarius.
Actu. 10
Prouerbiū
Plinius.

Curna

Hieronim. cur ita gentes cupiant irrumpere quia videlicet Mosaicę legis tempus iam pretermisset. Ad hec Hieronim.
Grandis violētia est: in terra nos esse generatos, & cœlorum sedem querere. Possidere per virtutē, quod
Theophy. nō tenuimus per naturā. Ita Theophyl. Relinquere parentes: seipsum abnegare, animam perdere, quāta
1.Ioan.3. vis. Hunc autem raptum hanc vim illatam regno cœlorum, in quo nihil iuris habemus, nisi quaten⁹ cre
Gene.25. dentibus datur ius vt filij dei nominentur & sint, prefigurauit in mysterio frater ille minor, qui pro co-
ctuta lentis (dulce bellarium) primatus fratris accepit senioris. Ita iudei propter intemperantiam regno
Augustin. exciderunt, ecclesia per sobrietatem pro furto paternę benedictionis quos ordine non habebat, etatis pri
matus subripuit, intulit enim sibi vim, abstinendo a coctione illa rufa. Ad hec Augusti. Quis igitur sibi
esse clausum cœlorum regnum putet, qui cognoscit publicanos & meretrices & latrones imitatos esse
Luce.11. filium dei? Ille igitur qui non solum contemnit temporalia ista, sed etiam linguas deridentium, hic vi fa-
cta inuadit regnum cęlorum. Regnum igitur cœlorum vim patitur, nisi pulsaueris importune oportune
panem non accipies ouum & piscem. An non tibi videtur violentia, cum caro cupit esse: quod deus est?
& illuc vnde angeli corruerunt angelos iudicatura cōscendere? Egredere Paulisper de carcere, & presen-
Hieronim tis laboris ante oculos tuos tibi pinge mercedem, quam oculus nō vidit. 1. Cor. 2. Qualis erit illa dies, cū
Exo.15. tibi Maria mater domini choris occurret comitata virgineis & sub merso Pharaone, cantabis, transiuimus
Psal.65. per ignem & aquam, & educti sumus in refrigerium? Sed interim pugnandū vel luctādum est tota no-
Genes.25. cte cum angelo, quia regnum cęlorum vim patitur. Tandiu autem luctandum est, donec benedictionē
accipias cum nominis mutatione, claudices licet ad tempus, quia violenti non somnolēti rapiunt & vi ex
torquent benedictionem ab angelo magni consilij. Scito enim q̄ militię non licet somno indulgere. Oēs
enim prophetę & lex vsq; ad Ioannem. &c. Quem enim illi predixerunt venturum, quem lex diuersis, fi-
guris, sacramētis aliisq; id genus ritibus perfigurauit, Ioannes ostendit, sicut dictum est sępe. Legim⁹ au
tem in Actis, cap. 11. & 21. de aliis prophetis, sed dominus Iesus de illis, tantū loquitur, qui de aduētu suo
Malach.3. prelocuti sunt, quorum nouissimus est Malachias, cuius verba sunt. Ecce mitto angelum meū ante fa-
ciem meam, & statim veniet dominator. Bene ergo dicit, prophetę vsq; ad Ioāoem, quoniā statim post
Augusti. hunc preconem affuit iudex, post luciferum affuit sol iustitię. August. Quod dicit, lex & prophetę & c.
De ceremoniis, neomeniis, sacramētis legibus escarum, leprosorū parturiētiū, sabbatorum, zelotipię, nu
ptiarum & huiusmodi intelligit. Cętera idest moralia quibus dominus ad iecit potiora. Matthęi. 5. Non
Matthe. 5. vsq; ad Ioānem fuerunt, quin imo nunc multo magis seruantur, quia nisi abundet iustitia vestra. & c.
Vnde dicit Malachias in fine prophetię suę. Mementote legis Mosi serui mei, quā mandaui ei in Oreb ad
omnem israel, precepta & iudicia. Glosa. Memoriam habete, obseruantiā autem post legis nouę latione
Num.9 Ita Paulus. Finis legis Christus. Roma. 10. Tandiu igitur colūna nubis precessit & protexit filios israel
Gene 22 quandiu iordane transito, terrā promissionis ingressi sunt. Exo. 40. Cęterum habitibus presētibus cessat
morus. Tandiu oblatus est agnus de grege, quandiu non affuit aries qui visus est Abrahę herere inter ve
pres. Sicut ergo truncus initium est aliquod futurę statuę & sanguis vel semē futuri animantis: sic lex in
cōparatione euangelij corpus, sed inanimatum, euangeliū autem vice animę est legi. Quid igitur nobis
Ionę.4. opus tot vmbre, presente luce, quę omnē hominē illuminat? Hac igitur exorta luce, cucurbita arefacta est
Treno.1. & relicta est tota illa legis luxuriosę pompa sicut tugurium in Cucumerario & facta est vidua domina
August. gentium, ac sub tributo, sepulto viro suo, nescio quo loci. Deute. 34. Augu. Sicut autem defuncta corpo
ra necessariorum officiis deducenda erant ad sepulturam legalia, nec simulate sed religiose, non autē de-
serenda continuo vel inimicorum obtrectationibus tanq̄ canum morsibus proiicienda. Pro inde nunc
quisquis Christianorum q̄uis sit ex iudeis, similiter ea celebrare voluerit tanq̄ sopitos cineres eruens,
non erit pius deductor vel baiulus corporis, sed impius sepulturę violator. Sed quomodo id quis atenta
1. Timo. 2. re audeat, non video, cum Mosi sepulchrum, nullus nouerit huc vsq;. Quandiu eīm voluit mediator dei
Deut. 34 & hominum homo Christus iesus vigere legem, nō caligauit oculus eius, habuit enim doctores & pro-
phetas, qui vocantur videntes. 1. Reg. cap. 9. Sed hi vsq; ad Ioannem. Nec moti sunt dentes eius, habuit
enim viros bellicosos qui paternas tuerentur leges, sed dentes hi vsq; ad Ioānem, cruribus ferreis Cōmi
Daniel. 2. nuentibus omnia, Regnū enim iudęorum in quatuor est diuisum tetrarchias. Luc. 3. Voluit autem satha
nas excitare sopitos cineres Mosi in scandalum iudęorum, sicut dicit Iudas, sed non est permissus, quia lex
Hieronim & prophetę vsq; ad Ioānem. Et si vultis recipere. &c. Hierony. Ergo mysterium esse quod dictū est pla-
ne ostenditur. Alioqui si planus esset sensus, quid necesse fuit nos ad illius intelligentiam preparari? Helias
Ioānes dicitur, non secundum stultos quosdam philosophos, qui metempsychosin introducunt, sed quod
venerit in spiritu & virtute Helię, & eandem sci spiritus vel gratiam habuerit vel mēsuram. Sed & vi-
tę austeritas rigorq; mentis Helię & Ioannes pares sunt sed & Helias q̄ Achab & iezabelem impietatis
3. Regū. 19 arguebat, ad mortem quęsitus fugit. Ioannes quia Herodis & herodiadis, illicitas arguit nuptias capite
truncatur. Sed & vterq; nuntius est, Helias secundi aduentus. Malach. Cap. 4. Ioānes primum prenun-
tiat. Hoc est ergo quod dicit, si vultis recipere, quasi dicat. Scio q̄ non credetis, & tamen ipse est Helias.
4. Reg. 2. Vnde dicit, qui habet aures. &c. Arduum quippe erat apud populum intelligere quomodo Ioānes esset
Beda. Helias: qui Ioānē precesserat tot seculis, quiq; raptus fuerat in aera curru igneo. De paradiso multi mul-
ta dicunt: vbi sit videlicet: quia attingit altitudine lunarem globum, alij quod nō potest adiri a nobis p̄-
pter intericentia maria, montes, & ęstuantes regiones, qui velit credere, credat, nos nullum opinamur
Thomas esse in presenti paradisum terrestrem. Nam si est quo referente id nouimus? Paulus autem in paradisum
raptus est, sed hic supra tercium cœlum consistit. Si autem dicas illud ex Eccle. cap. 44. Enoch placuit deo
1. Cor. 12 & translatus est in paradisum: id ante diluuium factum est. Quod si diluuiū in vndas omnes paradisos
radicitus

radicitus subuertit, vt late probat Augustinus Stenchus, siquis de hoc aliter sapit, illum in ius vocet, illi diem dicat, ego nil temere affirmo sequitur. Et omnis populus audiens & publicani iustificauerunt deum, baptizati baptismo ioannis. Pharisei autem & legis periti consiliũ dei spreuerunt in semetipsos, idest aduersus semetipsos & in malum sui ipsorũ, nõ baptizati ab eo. Respondet iste textus ex Luca illi sententie, a diebus Ioãnis baptiste regnũ cœlorũ vim patitur. Siquidẽ Ioãnes cum predicauit baptismum penitẽtię in remissionẽ peccatorum. (Sicut superius expositum est) audiuit vocẽ eius iudis populus, publicani, meretrices, milites & peccatores multi, & properantes ad baptisma eius, & cõfitentes se esse peccatores, & a peccatis ablui cupientes, iustificauerũt deũ. Quomomo? Agnocẽtes suam iniusticiam, cum nullus sit mundus a crimine, nisi ille qui tollit peccatũ mundi, qui mũdum potest facere de immũdo conceptum semine. Iob. 14. Contra pharisęi scribę

A & legis periti, qui reuera nõ erant sicut ceteri, iustitię oculi, censores morũ populi, quia pudebat agnoscere suam iniquitatẽ, (quam, si nõ erant sicut ceteri?) consilium dei spreuerunt, deum maluerũt mendacẽ facere, q̃ cõplecti oblatam remissionẽ peccatorum, quę licet non cõferretur baptizatis lauacro Ioãnis, promittebatur tamen sicut dictũ est Matthe. cap. 3. Et hoc est quod dicit, spreuerunt dei consiliũ, qui hac cõpendiaria via statuerat abolere peccata mortalium. Quid enim facilius q̃ ablui & confiteri peccata in genere? sed spreuerũt cõsilium dei, homines alioqui putredines & vermes, & sepulchra plena ossibus mortuorũ. Ad hec Hieron. super Ionę caput. 3. Peruenit verbum ad regem. Difficile homines potetes & nobiles & diuites, & multo his difficilius eloquentes credunt deo. Obcęcatur enim eorũ mens diuitijs & opibus atq; luxuria, & circundati vitijs, nõ possunt videre virtutes. Et hoc est quod dicit propheta, populo iam induto saccis, & habitu penitẽtię assũpto, tandam peruenit verbum hoc ad regem. Publica-

B ni confessi sũt peccata sua, vt iustificarentur iuxta illud, dic prior iniquitates tuas, vt iustificeris, pharisęi sanctitate famosi spreuerũt dei consilium in malo sui ipsorum. Dicitis inquit, nũ & nos cęci sumus? peccatũ vestrũ manet. Ioan. 9. Et rursus. Nunquid aliquis ex principibus credit in eum? Ab sit tantus error a tam oculatis Argis, sed turba hec quę nõ nouit legem, maledicti sunt. Audi Hieremiã cap. 5. Indurauerunt facies supra petram, & noluerunt conuerti, sed percussi, nec vel doluerunt, & attriti malorũ pondere, noluerũt recipere disciplinã. Ego autem dixi. Forsitã pauperes sunt & stulti & ignorantes viã domini. Ibo ergo ad optimates, & loquar eis, ipsi enim cognouerũt viam domini. Et ecce magis ipsi confregerunt iugum, ruperunt vincula. Hierony. In hoc capite discimus, inferri supplicia, vt vicia corrigantur Sed percussisti eos, nec doluerũt. Parũ est, nõ doluerunt, ne verecundiã quidẽ suorum habuere scelerum sed instar petrę indurãtes frontes, noluerũt ad meliora conuerti. Sed forsan vulgus ignobile excusabile est propter imperitiam: aut certe vapulabit paucis. Pergã ergo ad sacerdotes. &c. Et ecce ipsi quos ma-

C gistros putabam, inuenti sunt peiores esse discipulis, & quanto in diuitibus maior autoritas, tãto maior in solẽtia peccatorũ. Hanc igitur pertinaciam & adamantinũ cor in credendo illis exprobans dñs Iesus tali vtitur similitudine. Cui ergo similes dicam homines generationis huius? Et cui similes sunt, similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus ad inuicem: & dicentibus. Cantauimus vobis tibijs: & non saltastis, lamẽtaui sumus, & non plãxistis? Venit Ioannes baptista nec mãducans, nec bibens vinum, & dicitis demonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicitis, ecce homo vorax, & potator vini: amicus publicanorũ & peccatorũ, & iustificata est sapiẽtia ab omnibꝰ filijs suis. 35 distin. sexto die. Conuenientibus pueris in foro: bifariam diuidebantur: & choro vno incipiente lęticię carmen (verbi gratia) confitemini domino quoniã bonus, alter chorus tacebat cum respondere debuisset: quoniã in seculum misericordia eius. Rursus vnus chorus incipiebat carmen lugubre

D (verbi gratia) quomodo sedet sola ciuitas plena populo, secundo choro tacente similiter: cum respõdere deberet: ploãs plorauit in nocte. Ibi igitur indignatus primus chorus, dicebat ad secundum. Cantauimꝰ vobis. &c. Non est autẽ simpliciter cecinimus vel cantauimus: sed Ηὐλήσαμεν: eylisamen idest cecinimꝰ tibijs lamentati sumus. Grece, ethrenesamen idest luximus, aut lugubria cecinimus. Siquidẽ veteres varijs harmoniarũ modis, quos vocãt phrigium, dorium, lydium: varios mouebant affectus. Sensus ergo est. Diuersis rationibus tentauimus vos excitare: sed aspides surdę nullo pacto potuistis cõmoueri. Pythagorici animorum ferociam tibijs fidibusq; emolliebant. Esclepiades fremẽtis vulgi seditiones crebro cantu conpescuit. Idem tuba surdis medebatur. Damõ ebrios & pro inde petulantes adolescẽtes grauioribus modulis ad temperantiam reduxit. Febrẽ & vulnera musica modulatione curauit antiquitas. Herophilus medicus egrotorum venas musicis pensiculabat numeris. Timotheus dum voluit: efferatũ reddidit alexandrum, ad armaq; furentẽ, atq; rursũ cum libuit: ab armis ad conuiuia retraxit emollitũ. Verũ

E iuxta prouerbium, dominus Iesus & illa Ioãnis ad fractã canebant chordã vel cytharã. Siqua enim chorda in cythara rupta sit: ad eam frustra vocẽ accomodes: cum illa non respondeat. Erant iudęi calamum cassatum iuxta Matth. cap. 12. Esai. 42. Ideo frustra eis canebant Christus & Ioãnes: suadebãt enim aspidibus surdis: & orabant inexorabiles: & ad lęticiam vocabant insensibiles lapides. Et vt cõpendio dicã erant tamq̃ asini ad lyram vel tibiam. Sunt animantia quędã: quibus non nullus musices sensus inesse viderur, vt equus, auibus: serpentibus: asinum nihil mouet cantus. Ad hec Hieron. Pueri isti sunt, de quibus dicitur, ex ore infantiũ. &c. Isti pueri sederunt in foro: & quia populus iudęorũ audire nolebat, non simpliciter loquti sunt: sed plenis faucibus inclamauerunt. Illi vero steterũt immobiles quasi lapides qui nec ad penitentiã moti sunt & lachrymas: quinimo vocante eos domino ad flectum & planctũ: Ecce gaudium & lęticia. &c. Quę habes in Esaia. Si ieiunium inquit placet, cur Ioãnes displicuit? dicens autẽ

venit nõ

Marginal notes: Luce. 7. — Luc. 18. — Matt. 23. h — Hieronim — Esai. 45. — Ioan. 7. — Hieronymus. — Luce. 12. — Matthe. 2 — Luce. 7. — Psal. 117. — Treno. 1. — Musica. — Alexãder. — Prouerbiũ — Psalm. — Hieronymus. — Esa. 22.

venit non manducans, ostendit quod victitauerit sicut alter Hilarion. Si saturitas, cur filius hominis displicuit? Sed ecce inquiunt homo megaloceglios. Chrisost. (Chrysost.) Ego & Ioannes fecimus quod venatores, qui quando fugacissima captu que difficilia venantur animalia: non vna insectantur sed diuersis vijs & sepe contrarijs, vt si alterum effugerint, in alterum incidant, christus venit omnes vocare, ideo vitam vixit communem. Ioannes penitentiam predicans, non verbis tantum sed ipso habitu penitentiam predicauit. Augustin. Nam quia homines, maxime ieiunantes solent admirari & austeritatem viuendi nimium approbare, id circo statim a teneris vnguiculis dispensatione diuina duritei venit Ioannes. Venit Iesus via contraria & illi vtrunque mira astucia repulerunt. Ad Ioanem dicunt, demonium habet. Quid est, demonium habet. Abulensis. Alias inquiunt non posset tanta tolerare. Nam arreptitij multa possunt cum agere tum & pacti, que hominis vires excedunt. Vide Marci. 5, Matth. 8. Item in act. 5 cap. 19. Et ita intellexerunt isti de Ioanne, quod demon illum possidens: quasi insensibilem redderet ad famem. &c. F Venit Ioannes in via (Abulen. Matth. 21.) iustitie. Sensus est: ioanes predicauit vobis que ad iusticiam pertinebant. Ea autem que ad regnum coelorum, que dominus iesus predicauit, non pertinent ad iusticiam, sed ad gratiam. Difficilius autem est credi id quod ad gratiam, quam id quod ad iusticiam pertinet. Hoc est, magis videtur consequens quod aliquis ex operibus iustis iustificetur, & deo satisfaciat pro peccatis suis (Ezech. 18.) quam quod sine operibus id consequatur, per gratiam, ex opere alieno, id est morte Christi. Et tamen ioane predicante opera iusticie idest penitentiam per quam appropinquat regnum coelorum, non ei credidistis, sed publicani & meretrices, ergo a fortiori predicante me id quod ad gratiam pertinet, non credetis, credunt autem publicani, & meretrices. Ecce enim iam precedunt vos, qui nudius tertius a longe sequebantur. De domino iesu: homo inquiunt vorax est, enopolarum amicus. Vnde iustificata est sapientia. &c. Hierony. Ergo quia vos neutram voluistis recipere disciplinam iusticie. Est sapientia idest dei dispensatio atque doctrina. Et ego qui sum dei sapientia atque G virtus dei, iuste fecisse ab apostolis meis filijs comprobatus sum, quibus reuelauit pater: quod a sapien- (Matth. 2) tibus apud semetipsos absconderat. (Theophy) Theophyl. Iustificata est sapientia. Neque Ioanis vita neque mea vobis placet, sed omnes salutis vias aspernamini, iustus apparebo ego qui sapiencia sum, omnino iudicabimini. Et enim ego quidem impleui omnia, vos autem increduli facti, iustum me, vt pote qui nihil intermiserim, comprobatis. Potest sic exponi vos neutrum suscepistis, vtrunque in honorastis: filij mei apostoli videlicet & credentes vtrunque honorauerunt, & sapientiam dei, maximeque loquitur per Esaiam. Quid (Esai. 5.) vltra debui facere vinee mee, & non feci? (Hilarius) Hilarius. Filij isti ipsi sunt qui vim inferunt regno coelorum. Confitentur enim iustum sapiencie opus esse, quod munus suum ad fideles & obsequentes a contumacibus infidisque transtulerit. Quia igitur vinea mea fore ex pro vuis spinas protulit, nubes que super eam plue- (Matthe. 7.) bant, alio diuertere faciam. Iustificata est igitur sapiencia dei idest laudata quod iuste fecerit, margaritas tradens gentibus, ne iudei eas conculcarent. Vos inquit Paulus: indignos vos iudicastis alimenti celestis, vos (Nu. 21) manna fastidistis, ne igitur pereat transferatur ad gentes. Actuum. 13. H Tunc cepit exprobare ciuitatibus, in quibus facte sunt plurime virtutes eius, quia non egissent penitentiam. Ve tibi corozaim. Ve tibi bethsaida, quia si in Tyro & Sidone facte fuissent virtutes que facte sunt in vobis: olim in cilicio & cinere Penitenciam egissent. Veruntamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iuditij quam vobis. Et tu Capharnaum nunquid vsque in celum exaltaberis? vsque in infernum descendes. Quia si in Sodomis facte fuissent virtutes, que facte sunt in te, mansissent vsque in hanc diem. Veruntamen dico vobis, quod terre sodomorum remissius erit in die iuditij quam tibi. Tolerabilius illis quam tibi. 1. q. 1. c. Nonne. 23. q. 4. Nabuco. De hanc coniunctione Greca, ἄν, an quam interpres hic omittit, dicens, olim in cilicio, cum Grece sit: πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ Pale an en sacco: & rursus in consequentioue ponit dicens, forte mansissent, Grece Ἔμειναν ἄν, Eminan an, dicendum quod vel I vtrobique ponenda erat vel vtrobique omittenda. Ceterum ad Heb. cap. 8. Coniunctionem hanc, an, affirmantis facit, cum dicit: non vtique secundi locus inquireretur. Hic autem dubitantis esse vult, cum dicit forte mansissent. Ergo tollendum est aduerbium forte. Ad hec Hierony. (Hieronim) Preferuntur Tyrus & Sidon Corozaim & bethsayde vrbibus Galilee, quia Tyrus & Sidon naturale tantum legem calcauerunt, vnde vapulabunt paucis, isti vero post transgressionem legis naturalis & scripte, etiam signa que apud eos facta sunt paruiduxerunt. Ex parte quidem auersionis grauius peccauit quecunque ciuitas, que non recepit apostolos. Querat autem prudens lector, Si Tyrus & Sidon & Sodoma potuerunt agere penitentiam ad predicationem saluatoris signorumque miracula, non sunt in culpa, quia non crediderunt, sed vitium silentij in eo est, qui acturis penitenciam noluit predicare. Ad quod facilis responsio est, ignorare nos iudicia dei & singularum dispensationum eius sacramenta nescire. Propositum fuerat domino iudee fines non excedere, ne iustam pharisejs & sacerdotibus occasionem persecutionis daret. Hanc ignorantiam sacramentorum dei, vocat Hieronymus facilem solutionem. Similem nodum de iudeorum execatione & vocatione ac missione gentium Paulus apostolus simili modo absoluit, dicens. O profundum diuitiarum sa- K (Augustin) pientie & sciencie dei, quam in comprehensibilia sunt iudicia sua. Augustinus. Est autem predestinatio preparatio beneficiorum dei, quibus liberatur quicunque liberatur. Ceteri autem vbi nisi in massa perditionis (Roma. 11) diuino iudicio relinquuntur: vbi Tyrij relicti sunt & Sidonij, qui credere potuerunt, si mira illa signa christi vidissent. Sed quoniam vt crederent, non erat eis datum, etiam vnde crederent est negatum. Ex quo apparet habere quosdam in ipso ingenio diuinum naturaliter munus intelligentie quo moueantur ad fidem, si congrua suis mentibus vel audiant verba vel signa conspiciant. Et tamen si dei iudicio a perditionis massa non sunt gratie predestinatione discreti, nec ipsa eis adhibentur vel verba vel signa, per que

possent credere

posent credere, si talia audirent vel viderēt. Vide ad hoc.1.lib.3.ca. In principio, ijs igitur temporibus & in locis quibus euangelium non est predicatum; tales omnes in eius predicatione futuros esse prescrebat: quales non quidem omnes, sed tamen multi in eius corporali presencia fuerunt: qui in eum nec resuscitatis ab eo mortuis credere voluerunt. Quales etiam nunc multos videmus: cum tanta manifestatione de illo compleantur preconia prophetarum, nolle adhuc credere: sed malle humana astucia resistere, q̄ tam clarę veritati vbiq̄ diffamatę credere. Et tu Capharnaum. Tu quę exaltata es meo hospicio & magnis signis atq̄ virtutibus: propter tantum preuilegium maioribus plecteris supplicijs. Hanc sententiam Hieremias ita explicuit. Iustificauit animam suam auersatrix israel comparatione preuaricatricis iudę. Iuda enim habens in sorte sua templum dei & sacerdotes: qui & viderat abduci captiuas decem Tribus a Rege Assyriorum, quādo vox in rama audita est. nec tamen inde per territa penitenciam egit: sed adhuc
A deteriora operati sunt: cum de capite eorum comitia agerētur. Ita auersatrix israel idest decem Tribus iustificatę sum ante dominum in comparatione scelerum regni iuda. Hoc est ergo quod dicit: q̄ videlicet in comparatione harum trium ciuitatum propter illarum incredulum cor & ingratum animum, Sodomitę quodammodo iusti sunt ante dominum, quod est mirabile. Vnde illud: hec & alia in te conturbatus adijcere multo maiora. Tu autem reposuisti mala pro bonis: Vriā occidisti: vxore tulisti: blasphemare fecisti inimicos nomem meum: regressi sunt enim inimici victores in ciuitatem paucis ex seruis Dauid occisis: Qua propter nō recedit gladius de domo tua, nō annis decem: nō. 30. Hucusq̄ ergo seuiet. in domo Dauid viro iuxta cor dei: Nunq̄ nō seuiet: seuiet vsq̄ in sempiternum. Gladius autem hic non extraneus erit: sed domesticus: de quo alias. Et tu Capharnaum propter eādem ingratitudinē & cor impenitens, hoc impetu mitteris in stagnum ignis & sulphuris: & ascendet fumus tormentorum tuorum in
B sęcula sęculorum. Apocalip.18.

Hieremi.3 / Hierem.31 / Prouerbi / 2.Reg.12 / Actu.13

Caput. xvi. De muliere peccatrice lauāte & osculāte pedes domini & vnguente: deq̄ pharisęo apud se murmurante & de similitudine duorum Ere alieno oppressorum & vno creditore. &c.

Rogabat autem dominum Iesum quidam ex pharisęis vt manducaret cum illo, & ingressus domum pharisęi discubuit. Et ecce mulier quę erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit q̄ Iesus accubuit in
C domo pharisęi, attulit alabastrum vnguenti & stans retro secus pedes eius, lachrymis cępit rigare pedes eius, & Capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguēto vngebat. Tacetur nomē ciuitatis nomē peccatricis: genus peccatorum. Hoc totum factum est: vt impleretur quod premissimus Matth.11. A diebus Ioānis baptistę Regnum cœlorum vim patitur: & violenti rapiunt illud. O summā violentiam o mutationem dextre excelsi: femina delicata & tenera: quę super terrā ingredi nō valebat (altera Ester.ca.15.) nec pedis vestigium figere propter molliciem & teneritudinem nimiam: nec in publico videri: nisi vncta myrto optimo: lota asinarum lacte (Sicut de popęa legimus) quod facit ad niuorem Cutis & candorem discrimina tis cincinis: imposita mitra: calciatis Sandalijs, ornata in auribus: & anulis & torque: purpuriso cerusa q̄ tincta: stibio depictis oculis mire odorato fragrans: assumptis denique vestimentis iocunditatis suę: & omni mundo muliebri: ad speculum septies compta. iam nunc depositis glorię transitorię & plane fuga cis (quia corniculę) ornamētis: & p[illegible]sus omnibus assumpto interius cilicio cum cecilit: sacco autem in
D dura cum Acab: Ebria sputu: quia turpitudinis suę maculas iam tandem secum habitans aspexit: lauā da ad fontē misericordie cucurrit: qui iuxta Zachariam patens iam erat in ablutionem peccatoris & menstruatę. cap.13. Conuiuantes nō erubuit. Nam quia semetipsam grauiter erubescebat intus: nihil esse credidit, quod verecundaretur foris. Frontosior igitur ista facta est (sed bono suo) q̄ parentes nostri. Illi em̄ videntes se nudos ad vmbram confugerūt. Ista videns nuditatem animę suę: lucem quę siuit. Vide ergo mecum nouum genus tragędię. Super conuiuāntes ingressa: pro cantico & tympano lachrymas exhibet. Disce quo dolore ardet: quę flere inter epulas nō erubescit. Sed publica cum esset & famosa peccatrix & famam suam vicerat sceleribus suis: publicę penitencię cauterio sanāda erat. Vt esset Amodo multis odor vitę ad vitam: quę tot in precipitium mortis post se traxerat iuuenum examina stultorum. De quo vide latius Prouer. cap. 7. Vix enim e mille vnum repertas: qui vel sero resipiscens dicat: penitere tāti non emo. Interroga Sāsonem. Mentior inquit Hieronymus, si nō de magnis ac robustis leonibus triumpha
E uit sepę pādora hec tenera. Erat inquit Plutarchus in vrbe mulier precia nomine: nulli & venustate forme & verborum lepore ac comitate concedēs: nihil tamē vita impurissimo quopiam scorto prestabat. Hec ex frequenti nobilissimorum iuuenum congressu gesta in republica perdiscebat: ciuiū discordias cōponebat: amicitias confirmabat. Hisq̄ artibus pariter cum placidissima corporis atq̄ verborum gratia amplissimam sibi in vrbe beneuolentiam cōciliarat; turpi satis Cōmertio: optimam famā nacta, quod est mirabile. Denique vbi cethegum qui summa florebat gloria: vrbemq̄ suo ductu vel nutu ductitabat insano ęstuantem amore sibi deuinxit, iam in Preciam omnis penitus reipublicę potētatus confluxerat. Nihil enim nō interueniēte Cethego in senatu & in populo decernebatur. Neq̄ cethego quicq̄ probatum erat: quod precia meretrix nō iussisset. O mores Romanos. Nec tamē mirum si meretrici habenas tā ti populi cōcesserunt, quādo quidem alteram laurentiam aut Floram inter deas retulerūt. Legi cuiusdā

Luce.7. / 1.q.7.c.sequis. / Deut.28. / Femina. / 3.Reg.21. / Gregori. / Gene.3. / 3.Reg.10. / 2.Cor.2. / Iudi.16. / Hieronymus. / Plutarch / Precia.

femine

huiusmodi epitaphium Hic iacet Areta magna Grecia, que habuit pulchritudinem Helene, honestatem Thirme, calamum aristippi, animam Socratis, linguam Homeri. Legit philosophiam Athenis annis. 35. Composuit. 40. Volumina, habuit. 110. Discipulos philosophos. Ex his omnibus dotibus femine nostrates vnicam tantum possident videlicet linguam, sed non homeri. A. Annotandum obiter q iuxta Hieronimum/Ambrosium/Chrisostomu/Theophylatu/Fabrum/& Augustinu (licet Augustinus dubitet)

Augustin mulier hec peccatrix non fuit soror Lazari & Marthe. De quo tamen alias latius. Augustinus autem de pupis nostratibus an potius femeis in purpura, que nūc in eodem prope stropermanet, semper ad inuenientes noua cōmenta ad decipiendas animas hominū lasciuorum, ita dicit. Nolo vt de ornamentis auri vel vestis properam vel festinam habeas in prohibendo sententiā, nisi in eis que nec cōiugate sunt, nec coniugari cupientes, cogitare debent quomodo placeant deo. Excepit tamen Augustinus ad hoc vnum

1. Cor. 2 modum ornatus: videlicet q mulieres Capillos nō ostendat, sed velent capita sua iuxta apostolū. Abu-

Abulen. lēsis. Quod tamen simpliciter nō est necessarium quia potest excusari per contrariam consuetudinē. Sicut quarundam regionū generalis consuetudo est, q femine talis etatis vel status, nudo incedant capite. Refert enim Petrus martyr Angelus, apud ciuitatem Xaraguam noue hyspanie feminis vxoratis hūc mo-

P. martyr. rem esse incedunt enim nude toto corpore, pudendis tantum tectis femora ibus bombicinis. Ceterum femine virgines sparsis per humeros crinibus: penitus nude incedunt: frontibus victis quibusdam circunli-

Hieronim gatis. Sicut autem dicit Hieronymus: Philo cosmon genus femineum est, multasque etiam insignis pudicitie quis nulli virorum tamen sibi scimus libenter ornari. Quibus verbis confirmatur sententia Augustini de nō precipitanda sententia contra ornatum ac mundū muliebrem. Sed ad rem. Rogabat dominū Iesum quidam ex phariseis vt manducaret cū illo. Id nō recusauit bonus ac Vrbanus magister, qui qua-

Matthe. 8. si Colonus nō habebat vbi vel caput reclinaret. Et ingressus domum, discubuit. Et ecce mulier que olim

Apoc. 17. erat in ciuitate peccatrix. Lupa erat, que lustra lupabatur. Erat sed nō est, erat peccatrix, sed iam sancta, & corpore & spiritu, pro coccino saccum induta, & pro calice pleno abominationis alabastrū gestans

Ezechie. 13 in manu, domum ingreditur, vbi suus recumbebat medicus. Nouerat enim quanto morbo laboraret, & dominum Iesum ad sanandum idoneum esse persuasa erat, ne vagari inciperet post greges multorū medicorū, qui interficiunt animas, que nō moriuntur, sicut mulier illa que in medicos erogauerat omnē substātiā suam, nec ab vllo potuit curari. Luce. 8. Stans igitur iuxta pedes domini Iesu atergo, Flens cepit rigare pedes eius. Vnde coniicere licet triclinium more veterum in edito fuisse, vt stans attigerit pedes, atergo le-

Hierem. 3. ctis patentibus in quibus discūbebatur. Fide igitur stabat: sed quod atergo steterit, verecundie fuit, ne audiret, frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Quod autem lachrimabatur, ostendit se ex corde penitere, hoc est ostendit, q vere diligebat. Alioqui sunt lachryme crocodilli, & sunt lachryme flentium ad tumulum nouerce. Vnde lachrymante dn̄o secus monumentum amici sui, ecce inquiunt circunstantes

4. Reg. 20. quomodo amabat eum. Vim autem lachrymarum idest efficatiam fletus Ezechie ostēdit. Fleuit inquit Ezechias fletu magno. Et sequitur: vidi lachrymam tuam. Vna igitur lachryma in egrotante Rege sententiam domini suspendit annis. 15. At mulier hec peccatrix a deo in lachrymas effusa est, vt abunde su-

Psalm. 41. fficerent diluendis pedibus domini Iesu. O bone ac dulces lachryme (si quidem lapides torrentis Stepha-

Matth. 13. no dulces fuerunt) que pro alimento estis prophete die noctuque, que perpetuam excluditis famem, que

Ambrosi eterna excluditis lamenta: sicut dicitur: ibi erit fletus & stridor dentium. Semel conscriptam ab antipatro cō-

Alexand. tra matrem Alexandri prolixam epistolam lectitans idem Alexander, ignorare dixit Antipatrum (amicum licet nō vulgarem) q vnica matris lachryma innumeras deleuit epistolas iniuriarum licet plenas. Si tanti igitur estimauit Alexander vnicam matris lachrymulam: quanti putas estimasse dominum Iesum

Origines. tot lachrymarum fluenta effusa pedibus suis? Origenes super cantica. Pone ergo Mariam que habet fi-

Ruth. 2. guram ecclesie, que affert alabastrum vnguenti (olim autem cum Ruth spicas legebat: vt pote viro destituta) & effuso vnguento vngens pedes, & capillis detergens: videtur recipere per crinem capitis sui ad semetipsam ex qualitate ac virtute corporis Christi infectum & odorem nō tam nardi per vnguentū q ipsius verbi dei ad se trahentem per capillos quibus abstersit pedes & imponere capiti suo nō tā nar-

Ioan. 13. di q Christi fragantiam. Sic & Christus contactu manuum suarum apostolorum pedes sanctificauit &

Ambrosi vnxit, sic & aquas Iordanis. Lu. 7. Ambro. Propterea fortasse dominus Iesus pedes suos nō lauit, vt nos lachrymis illos abluamus: & post capillo nostros odorem ad nos vnguentorum eius attrahamus. Capil-

2. Reg. 14 li superflui sunt nobis, pedibus autem domini necessarii sunt. Pedes domini pauperes sunt, Per capillos

Iosephus autem Absalon e quercu pependit: quia pondere publico vendebat: quos impendere debebat pedibus do-

Sap. 11. mini Iesu. Pondus autem capillorum Absalonis videlicet ducenti sicli alias centū quinas iuxta Iosephū conficiunt libras quatuor drachme, siclus stater, vncia idē sunt iuxta Hieronymū & Iosephum id si verum est, nescio quomodo 200. sicli conficiant libras quinque. Imo ex ducentis sicli cō[fi]ciuntur. 12. Libre cum dimidia. Fleuit ergo peccatrix: & lauit pedes domini, & tersit, capillis vtens vice oraris & osculata est: & vnxit, conuertens numerum criminū in numerum obsequiorū. Accessit retro iuxta illud, misereris

Psalm. 38. omniū, dissimulans, peccata hominum propter penitenciam, osculum autē amoris symbolum est. In gra-

Ioue. 13 tiam ergo redire vult, que osculum porrigit, & petit osculari. Canti, cap. 1. Hec illa. Quid autē inter hec secum loquebatur Lucas nō re[fer]t. Dicit autē propheta, auribus domine percipe lachrymas meas. Ergo & lachryme clamorē suum habēt, quem ille solus audit & intelligit qui docet nos postulare gemitibus inexplicabilibus. Rom. 8. Qui docuit Axam filiam suspirare & petere nescio quā terram irriguam. Vnde & illud eccle. 35. Nōne lachryme vidue ad maxillam descendūt: & exclamatio eius super deducētē eas: A maxilla enim descendūt vsque ad celum, & dominus exauditor non delectabitur in illis. Tacens igitur

clamabat

clamabat & clamore valido, & exaudita est. Itaq; quia omnia hęc permissa est facere in pedes domini mulier olim peccatrix & famosa, (& vsq; a deo famosa vt quod fecit in pedibus domini iesu in toto mundo prędicetur in memoriam eius) Leprosus qui inuitauerat dominũ Christum, quia ex illorum numero erat de quibus scriptum est, recede noli me tangere, quia mundus sum, non enim sum sicut cęteri. Ait intra se dicens. Hic si esset propheta, sciret vtiq; quę & qualis est mulier quę tangit eum, quia peccatrix est. Gregorius. Ecce pharisęus apud se superbus & fallaciter iustus, ęgrã reprehendit de ęgritudine medicum de subuentione; qui & ipse de vulnere elationis non leuiter ęgrotabat & ignorabat. Inter duos autem ęgros medicus aderat, sed vnus in febre integrum sensum tenebat alter in febre carnis sensum perdiderat mentis. Per hoc enim sensum perdiderat, quia hoc ipsum q a salute longe esset ignorabat. Hic inquit si esset propheta (quod videtur prę se ferre) sciret q ea quę eum tangit peccatrix est. Magna insania: quasi illa mulier non traduceretur in populo, & non esset famosa ita vt nomen propriũ perdiderit: & acquisierit nomen in fame meretricis. Quid ergo opus erat spiritu prophetico ad sciendum quod omnes nouerant, nullus ignorabat? Sed sesquipedato isti crimẽ inuenia bile arbitratur maiestatis lęsę, quia permisit se tangi a peccatrice. Forte autem si diceret, quia peccatrix erat, tolerãdus esset nunc dicens peccatrix est, sui ipsius oblitus, & trabem suam non videns, festucam volens eiicere ex oculo alieno, seipsum se duxit, & veritas in eo non erat. Sed vnde aut quo id argumento collegit ignorasse dominum, quę & qualis esset mulier illa? Quia inquit non repulit a se eam pharisęus plane talem repulsurus erat, conuiuijs onustam. Sed demus pharisęo, q contactus corporeus aliquid facit, quando lex fugiendum statuit contactum & conuictum leprosi, & mortui & menstruatę, & multa id genus, nunquid tamen caro domini pollui poterat cõtactu peccatricis? Esto inquit sit peccatrix mulier, peccatum in anima est subiectiue non in carne, nam iuxta carnem fortasis fragrabat feminę, quę a tã multis concupisci potuit. Alias nemo mundus a crimine, nec infans vnius diei. Si tangi a peccatoribus nefas est, exeundum nobis est de hoc mundo (iuxta apostolũ. 1. Cor. 5. Cũ Enoch & Helia, aut cum Paulo apostolo, vt conuersemur cum angelis in tertio cęlo. Dominus autem qui sic habebat oculos mentis in fęmina, vt aures haberet in corde pharisęi, intellecta cogitatione eius: proposuit similitudinem: de qua in consequentibus. Et respõdens Iesus, dixit ad illum. Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Duo debitores erant cuidam creditori, vnus debebat denarios. 500. & alter. 50. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisq;. Vter ergo ipsorum eum plus diliget? Respondens Simon dixit. Existimo q is cui plus donauit.. At ille dixit. Recte iudicasti. Sequitur autem parabolę explicatio & applicatio, qua noster Goliath suo ipsius gladio iugulatur: & phreneticus fune quem portat suspenditur. Et conuersus ad mulierem: dixit Simoni. Vides hanc mulierem. Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hec autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculũ mihi non dedisti: hec autem ex quo intraui, nõ cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti, hec autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum, cui aute minus dimittitur: minus diligit. Potest sic inferri quoniã dimissa sunt ei peccata multa, ideo diligit multũ, & sic dominus intulit in textu. Itaq; dum sua sententia pharisęus conuincitur: quasi phreneticus funem portat vnde ligetur. Gregorius. Libet inter hęc considerationem tantę pietatis intueri, peccatricis mulieris opera sed penitentis quanta ęstimatione veritas apud se seruat; quę eius aduersario sub tanta destributione enumerat. Parum est autem si enumerauit opera, si numerauit & oscula, si non & lachrymas: si non & capillos: quibus pedes sui absterfi sunt. Nam si isti capilli numerati nõ sunt, qui sunt qui in numero sunt apud dominum? Ex quo inquit intraui, non cessauit osculari pedes meos. Gressus suos numeratos dicit Iob: cogitationum nostrarum discretor est sermo dei: Hebre. 4. Et omnia iustorum opera in numerato habet deus. Non dedisti inquit pedibus meis quod exhibitum est camelis serui Abrahę: quod Abraham hospitibus suis. Gene. 18. Quod senex ille officiosus hospitibus alias nec de facie notis. Introduxit domũ pabulum asinis prębuit: ac postq; lauerunt pedes suos: recepit eos in conuiuiũ. Nec ergo dedisti osculum in maxilla, nam osculari pedes domini quando sustineret tertius iste Cato? Nõ aquam pedibus. Lachrimas autem qui daret (aquam videlicet e pumice) qui non erat sicut cęteri homines. Quod autem dicit oleo caput meum non vnxisti: exponatur sicut illud Matthei. 6. Cum ieiunas, vnge caput. Quid igitur ministrauit pharisęus iste tanto hospiti? Num vitulum tenerrimũ & panes & simila & butyrum? Num ipse stabat sicut Abraham: sedente domino? imo sedens lacerabat carnem proximi sui dicẽs, peccatrix est mulier quę tangit, & peccator, qui se attrectari permittit a peccatrice. Sunt igitur duo debitores Simon & mulier hęc. Creditor dominus Iesus. Alioqui si fęneratorem legas: quis vnq; audiuit fęneratorẽ condonasse cuiq; ęs alienum? Nullus igitur istorum est in soluendo. Peccata enim solus deus remittere potest. Hoc fide tenemus. Quod autem dicitur: quorum remiseritis peccata &c. Suo loco exponetur. Igitur non habentibus vnde redderent (non enim esset in soluendo debitor, decem milium talentorum: etiam si decies venderetur cum vxore & filijs) donauit vtrisq;. Beati enim quorum remissę sunt iniquitates, & tecta peccata. Quęro nunc abs te, vter horum plus diliget suum creditorem? Existimo inquit q is cui plus donatum est. Quam sententiam ex ore phrenetici prolatã confirmat dominus. Nec enim sic ęgrotabat, vt omnẽ prorsus sensum perdiderit mentis, sed tamen videndum qualiter vera sit. Pharisęus inquit Augustinus, parum diligebat: nec erat calidus aut feruidus: quia modicum sibi dimitti postulabat. Verum si licet addere aliquid verbis Augustini, nihil rogabat dimitti sibi, q nõ erat sicut cęteri, sed iusticia iustior in oculis

Marginal notes: A, B, C, D, E; Matth. 26; Esai. 65; Gregorius; Matthe. 7; Num. 5; Iob. 14; 2. Cor. 12; 1. Reg. 17; Gregori.; Matt. 10; Iob. 14; Genes. 24; Iudi. 19; Gene. 18; Ioan. 20; Matth. 18; Psalm. 31; Augustin.; Apoca. 3

in oculis suis. Ceterum (inquit) si diligit cui donatũ est, ne redderet, quanto magis debet diligere, cui do-
F. Maro.
natũ est vt haberet vnde solueret? Fran. Maro ita dicit. Est timor filialis, est & timor seruilis, Timore fi-
liali magis tenetur diligere qui. 50. denarios debebat, Ꝗ cõtra vero magis tenebatur ad gratitudinem ser-
uilem qui debebat denarios. 500. Itaq; plus donarat dominus pharisęo quantum ad simplicem donatio
nem, quantum autem ad remissionẽ plus remisit peccatrici: ideo simpliciter pharisęus plus diligere tene
Scotus.
batur. Isto autem modo nõ intellexit pharisęus, cuius sententiã approbauit Christus. Hunc locum ita
explicat doctor subtilis in. 4. distin. 22. Dicendum ꝙ donarę potest intelligi absolute, pro vt est actus vo
luntatis liberaliter comunicantis, vel donare siue condonare aut remittere: sicut accipitur quãdo dicimus
donauit peccata. Primo modo verũ est, ꝙ cui plus donatur, ille magis tenetur donãti, & hoc modo plus
F
donauit Christus beatissimę virgini ꝙ̃ peccatrici mulieri. Secundo modo / pęnitenti plus donat ꝙ̃ inno
centi, & hoc modo nihil donatur virgini super benedictę, peccatrici autẽ donati sunt. 500. denarij, vel ta
lenta decem milia. Quod si conferas duos adinuicẽ: quorum vtriq; peccata remittuntur aut donãtur: ve
rum est, ꝙ cui plura donãtur, plus tenetur diligere, & hoc modo plus tenetur peccatrix ꝙ̃ Andreas. Hoc
autẽ verum esset, si non esset aliud beneficium collatum a deo ipsi Andreę, pręter hoc quod est peccato
rũ remissio. Sed nullus est cui pauca deus remiserit, quia in paucis deliquit, quin eidem donatum sit al-
tero remissionis genere beneficium aliud priori potius, videlicet pręseruare a multis in quę cadere potuit
Augustin
Vnde Augustinus. Et cõmissa & nõ cõmissa donantur. Quia nullus est qui aliqua cõmittat, quin eadẽ
alter possit cõmittere, nisi pręseruetur: sicut dicit dictum est cuidam: custodiui te, (certe Dauid vir iuxta
Gene. 20.
cor dei. Actu 13. Hoc modo custoditus non est, qui & concupiuit alienam & rapuit. 2 Reg. 11. Ne pecca-
res in me. Itaq; peccator tenetur quidẽ diligere, quia dimissa sunt ei peccata multa. Innocens autem tene
tur diligere & plus ꝙ̃ peccator, quia donatus est innocentia, nec habet ignoscenda. Et hęc causa cũ sit po-
G
tior: maiorem requirit gratitudinem. Exemplum. Aliquis ex liberalitate bona sua concedit alicui, vt eis
vtatur ad libitum: alteri vero concedit quędã cõmodato, vsum videlicet tantũ, non autẽ proprietatem.
Quando autẽ vterq; reddere debet rem domino: habete inquit vobis. Vter horũ plus diliget? Primus, Et
tamen plura remisit secundo. Sed ꝙ primus nihil habeat remittendum aut de nouo donandum: ex libera
litate prouenit eius, qui iam pridem sua ei omnia concesit. Vnde non est vera illa propositio simplici-
ter: cui plus dimittitur: plus diligit dimittentẽ: nisi de illo dimittente: per cuius beneficiũ non stat: ꝙ iste
non tenetur ad tot ad quot alter ille: hoc est dictu: nunq; in deo est vera, quoniã quanto minora deus re-
mittit secundo genere remissionis, tanto maiora donat primo genere donationis. Ambrosius. Itaq; non
Ambrosi9
est dubiũ ꝙ plus debeat: qui plus accepit. Accepit autẽ plus Simon, qui non erat sicut cęteri: & tamẽ mi
Luce. 19.
nus diligebat. Vnde probas. Non obtulit vel aquã pedibus (siquidem probatio dilectionis exhibitio est
operis) vel pacis osculum: vel oleum exultationibus spiritualis: tanto coniuge, sicut Zacchęus ille publi
H
canorũ princeps: qui gaudens: dominũ hospitio suscepit: propter quod inquit dico tibi: remittuntur ei pe
ccata multa imo omnia: quoniã dilexit multũ. Vnde id probas? Fleuit: hęsit in osculis: vnxit & tersit pe-
des stetit in fide immobilis. facta es meretrice digna: quę esset typus Ecclesię. Dilexit inquit multũ: nec
tamen dixit dilexit multoties. Non requiritur enim ad magnum premium multitudo meritorũ: sed id po
tius vnus actus amoris intensus in deum: sicut factum est in angelis in illa parua morula: in tantũ ꝙ nu
llus forte homo de cõmuni cursu posset elicere ita intensum actũ meriti: sicut ipsi habuerunt. Scot. In. 2.
Distin. 5. q. 1. Cui autẽ minus dimittitur minus diligit: cuiusmodi tu es: qui tamẽ plus diligere teneris, vt
pote cui plus donatum est. id videlicet ne in maiora crimina incidisses. Charitas autẽ operit multitudinẽ
Actu. 15
peccatorum. 1. Pe. 4. Sed quare pharisęus hic minus diligebat? Erat iustus apud se ex legis obseruãtia, quã
Deu. 27.
tamẽ iuxta Petrum nullus totam prestare potuit: vnde legis professores sub maledicto erãt legis dicentis
Maledictus qui non permanserit in omnibus sermonibus legis huius vt faciat eos. Id circo igitur frigide
Roman. 8.
amabat, quia nõ arbitrabatur multum se habere ęris alieni ꝙ ei ignosceret deus Optime autẽ dixit Pa-
Psalm. 15
ulus: ꝙ diligentibus deũ omnia cooperantur in bonũ: multiplicatę sunt enim iniquitates & lapsus corũ
& inde accelerauerũt: vt quęrerẽt medicũ: qui gratis medetur agnoscentibus morbũ suum: iuxta illud: dic
prior iniquitates tuas: vt iustificeris. Esai. 43. iuxta. 70. Ista tamẽ non verbis sed lachrymis & habitu pę
nitenciale peccata sua cõfessa est. Hinc Paulus abũdantius omnibus laborauit: quoniã copiosiorẽ remi-
1. Tim. 1.
ssionẽ peccatorũ acceperat a deo creditore: de quo ipse, scio cui credidi. 2. Tim. 1. Quoniã ergo deus in eo
omnẽ ostendit paciẽtiam: id circo & ipse in tradendo pecuniã Domini sui numulariis summã apposuit
industriã. Qui reuera si non plus ꝙ̃ omnes: certe eũ in amore Christi nullus superauit: teste Origene sup
Ioan. 21.
ad Rom. Cap. 8. Ac forsitã inde est: ꝙ Petrus plus diligit Christũ quia abũdantius peccauit: Ioãnes au-
Origines.
tẽ minus diligebat, qui tamen plus diligere tenebatur. Primũ quoniã plus diligebatur. Secundo quoniã
plus acceperat, sicut expositum est. Quid autẽ retribuemus eos pro omnibus quę accepimus? Quid pro
K
susceptę carnis iniuria? Quid pro verberibus, quid pro cruce, pro morte omnium turpissima? Vę mihi in-
Ambrosi9
quit Ambro. Si non dilexero, Audeo dicere, nõ reddidit Petrus: & ideo plus dilexit. Non reddidit Pau-
lus: reddidit quidẽ mortem pro morte: sed alia nõ reddidit, quia multa debebat. Reddamus licet crucẽ pro
1. Ioan. 2.
cruce: funus pro funere: nunquid reddimus ꝙ ex ipso & per ipsum & in ipso habemus omnia (Ipse est enĩ
propitiatio pro peccatis nostris: & aduocatũ habemus eundẽ apud patrẽ. Vnde sequitur, Dixit autẽ
ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et cęperunt qui simul accumbebã dicere in-
ter se. Quis est hic, qui etiã peccata dimittit? Dixit autẽ ad mulierẽ. Fides tua te sal
Deut. 32.
uã fecit, vade in pace. De peni. distin. 1. c. Septies. 24. q. 2. c. legatur. Quis inquiũt potest
mundũ facere de immũdo conceptũ semine, pręter eũ qui solus est? Pręter eũ qui dicit, videte ꝙ ego sum
solus? Sed

solus! Sed videndū est, quis sit iste solus. Ecce agnus dei, qui tollit pctm mūdi. Iste ergo qui solus de spū sctō cōceptus est, nō de immūdo semine, sed fœmina circūdante virū vtero suo: & potestas altissimi obūbrante. Iste in quo serpēs nulla impresit vestigia, iste in quo Priceps mūdi huius nihil sui iuris inuenit. Ioa. 14. Iste cuius vox est, iam mūdi estis, propter sermonem quem loquutus sum vobis, & pro transgressoribus orauit cum lachrymis & clamore valido: vt nō perirent. Esai. 53. Iste est qui potest peccata dimmittere, qui solus est in essentia, trinus in personis. Huius igitur indulgentia delet sicut nubem peccatum, (murmuret licet pharisęus: obloquātur conuiuantes) nō quidem vt a memoria excidat, alioqui quomodo cātabimus in ęternum misericordias domini? Sed quod prius pariter inerat & cruciabat: sicut de cętero hęreat, vt eam nō decoloret, nō cauterizet, ne dicat, Omnis qui inuenerit me: occidet. Multorum enī nunc peccatorum quę vel a nobis vel ab alijs cōmissa nouimus/recordamur, sed propria quidem torquēt, vt et me mordēt: aliena nō nocēt. Tolle autem dānationem, tolle timorē cōfusionem & vermem: quę om̄ia peccatorum remissio tollit, & tūc non modo nō obsunt, sed etiam nobis cooperātur in bonum, sicut dictum est, dicēte propheta. Benedic anima mea dominum, qui propitiatur omnibus iniquitatib⁹ tuis: & Cętera quę sequūtur. Possibile est beatum in cœlo omnino obliuionem accipere peccatorum suorum: & hoc potest deus facere pręseruādo beatum ne vnq̄ exeat in actum considerandi, se peccatum aliquod cōmisisse, Vel dicendum q̄ deus suspendat causalitatem illam quam memoria peccatorum nata esset habere respectu tristicię, sicut suspendit actionem ignis in fornace. Item potest dici tertio modo, q̄ causa naturalis potest impediri per contrarium excellens, ne causet effectum, & maxime quando contrarium totaliter replet capacitatem passi. Gaudium de visione dei replet totaliter capacitatem beati, & ideo non est capax tristicię quę nata esset consequi illam recordationem. Quod autem dicitur, misericordias domini in ęternum cantabo, in vniuersali meminit miserię, sed non in particulari, quia scit se esse beatū. Sco. in. 4. distin. 45. q. 3. Augustinus super. Psalm. 101. Quale est in nos hodie paganorum obprobrium! Vos inquiunt corrumpitis disciplinam, moresq; generis humani peruertitis. Quam ob rem? Dando inquiunt hominibus pęnitēcię locum, promittendo impunitatem omnium delictorum. Ideo homines mala faciūt securi, q̄ sis cum conuersi fuerint, mala omnia dimittuntur. Augent homines peccata spe venię, & qui in sordibus sunt, sordescūt adhuc Apoc. 22. Imo augerent peccata desperatione venię. Nonne attenditis q̄ licentiosa crudelitate viuāt gladiatores? Vnde hoc, nisi iam tanq̄ ad ferrum & victimam destinati, explere volūt libidinem, ante q̄ fundāt sanguinem. Nōne hoc & tu tibi diceres? Iam peccator sum, iam iniquus, dānandus, nulla spes venię est, cur iam nō faciam quicquid libet? Et si nō licet? Cur non impleam quantum possum quęcūq; desidero/si post hec nō restant nisi sola tormenta! Comedamus & bibamus & luxuriemur & Cętera, Cras enim moriendum est, Nōne hęc diceres, & desperatione peior fieres? Patiens ergo te corrigit: qui indulgētiam promittit & dicit. Redite pręuaricatores ad cor. Nolo mortem impij. Ezech. 18. Qui autem velim, qui pro impijs mortuus sum? Hoc proculdubio portu proposito, deponis vela iniquitatis, conuertis proram: velificas ad iusticiam, speras vitam, non negligis disciplinam vel medicinam. Ne igitur desperatione homines peius viuerent, promisit indulgentię portum: rursus ne spe venię peius viuerent, fecit diem mortis incertum, prouidentissime vtrunq; constituens, & reuertētes quo fugiant, quia ad pedes domini Iesu, & procrastinantes vnde terreantur. Gladium enim iam vibrauit: & arcum tetendit, & parauit in eo pro sagittis fulmina. Non ergo dicas, cras bene viuam, etiam indulgentiam tibi deus promisit, diem crastinum non promisit. Stulte hac inquit nocte (semper enim peccator in nocte est/stertens cum Iona in profundo nauis/ione primo) auferetur a te anima tua. Non dico quę in centum annos parasti cuius erunt, sed secundum quod vixisti, vbi eris? Certe si non cum ouibus: cum hędis erit pars tua. Ad hęc Chrysostomus. Sathanas sciens, q̄ qui multa operati sunt mala, si se ad pęnitentiam conuerterint, districte satis & vehemēter hoc faciunt, vt sicut fuerunt in peccatis pręcipites, ita sint in remedio sagaces, metuit & tremit, ne quis forte horum initium aliquod pęnitudinis capiat. Ideo in ipso ingressu stat inimicus, minis acterroribus spirans, & volentes adire/cum omni atrocitate depellit.

Certe donec incipias: dificile tibi & inaccessibile virtutis iter videtur (nempe io ferte vim coelo sic enī est natura rerum, vt omnis labor tandiu grauis putetur, donec sola animi consideratione pensatur. Vbi vero ad rem ventum fuerit (labor improbus omnia vincit) & operis ipsius cœperimus aliquantulum profligare, iam tunc omnis formido deponitur, successus vero operis dulcedinem parit: & qui prius cunctabundi a modo dilatato corde viam mandatorum Dei percurrimus: cum proxima iam videri cęperit spes salutis. Sequitur de eodem Chrysostom. Ego autem & si mirum sit quod dicere volo, ne illud quidem iudę peccatum dixerim vires pęnitentię excedere potuisse. Quicunq; fleuerit ad pedes domini Iesu: audiet, fides tua te saluum fecit, vade in pace, Bene in pace: nam impijs non est pax dicit dominus, sed sunt quasi mare feruens. Nam pax peccatorum vnius diei tantum est. Luce. 9. Quod autem spūs concupiscit aduersus Carnem, non per odium fit: sed per Principatum, quia magis quod diligit vult esse subiectum meliori: nec per odium resistente carne, sed per consuetudinis vinculum quod a parentum etiam propagine inueteratum, naturę lege inoleuit. Id ergo agit spiritus in domanda carne, vt soluat malę consuetudinis quasi pacta peruersa, & fiat pax consuetudinis bonę. Vade igitur in pace, & requiesce in ace ea/ quę fecit vtraq; vnum.

Marginal notes: Hierem. 31. Prouer. 30. Esai. 43. Psalm. 88. Gene. 4. Psalm. 102. Scotus. 1. Cor. 15. Esai. 46. Roma. Psalm. 7. Luce. 12. Matth. 25. Chrisosto. Matth. 11. Psalm. 118. Chrisosto. Esai. 57. Gala. 5. Ephe. 2.

V

¶ Caput.xvij. De cena Herodis in die natalis sui & Puella saltante & Herode iurante & Ioanne baptista capite plexo cuius caput allatū datur puellę. Quo audito discipuli Ioannis corpus sepulchro condiderunt hoc sciens Iesus secessit inde in nauiculam in desertum locum

Marci.6

INterim cum dies oportunus accidisset, Herodes natalis sui cenā fecit principibus & tribunis & primis Galileę. Cūq; introisset filia ipsius herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi simulq; recumbentibus, rex ait puellę. Pete a me quod vis: & dabo tibi, & iurauit illi, q quicquid petieris, dabo tibi, licet dimidium regni mei. Sequentes seriem historię, nūc consequenter dicendum est: quomodo Ioannes minutus sit in capite: postq̄ glīa christi (lapis paruus, mons magnus) circūquaq; diffuderat oderem bonę fragrātię suę. Diximus enim q Ioānes fuit in vinculis fere āno integro. Diximus qua occasione carceri traditus est, & quomodo in vinculis positus, duos e discipulis destinauerit ad dominum christum. Dictum est quomō adultera Herodias insidias Ioāni moliebatur, vt eum e medio tolleret: nec tamē poterat, quia non dū venerat hora ei⁹. Hoc est ergo quod nunc sequitur in Marco: cum dies oportunus. &c. Iam diu inquit aderat animus homicida, sed deerat occasio. Ita Saul multis nisibus, omnibus neruis, nunc dolo nunc vi: nunc manu armata suorum nunc Philistinorum, occidere voluit sanctum Dauid/ nec tamen aliquando accidit ei dies oportunus.

Dani.20

Ita cum dies nę infaustus accidisset, quo Tyranus iste primum lucem hausit: fecit cęnam magnam. Decuit enim impij ac prophani Tyrani natalem morte tanti Viri funestari, vt sanguis iusti clamaret de terra ad dominum sicut sanguis Abel iusti contra Cayn. Deniq; tot habuit Tyranus hic testes adulterij & parricidij sui, quot conuiuas mense suę. Ita & Pharao natalem suum Sanguinē fœdauit, vt quorum erat par impietas eadem esset & solemnitas: vt vocarent nomina sua in terris suis, quę derasa erant de libro viuentium. Psalm.68. Et mirum est quomodo contra omnium consuetudinem veterum isti natales suos celebrant: cum notum sit prouerbium illud, optimum nō nasci. Mar. Tullius libro de cōsolatione. Nō nasci longe optimum, teste lactātio: nec in hos scopulos incidere vitę, proximum autem si natus sis: q̄ primum mori, & tāq; ex incendio effugere violētam fortunę. In hac opinione videntur & Thraces esse quibus mos erat, in lucem editos, lachrymis prosequi, mortuos conuiuijs & tripudijs. Herodotus ait Trāsos gētem esse Thracibus finitimam, qui illud habet peculiare, q edito infante, propinqui circunsedentes. cum ploratu cōmemorent: quantum calamitatum illi sit perferendum vitam ingresso. Contra defunctum hominem cum lusu lęticiaq; efferant: recensentes q̄ multis malis sub ductus sit. Et Menāder sufficere putat ad calamitosi nomen, vt homo sis, vt iuxta Plautum vixisse nimio satius sit: q̄ viuere.

Matth.11
Gene.4
Gene.46.
Psalm.48
Tullius.
Prouerbiū
herodutus.
Menāder.

Et nunc, iste natalem suum celebrat, id q̄ cum sanguine innocentis Et cum iuxta morem antiquum Romanorum: in die genij principis idest natalis sui omnia crimina donētur (his exceptis, seditionis auctor delatio in exercitu, prędo publicus: & qui templis vim aliquam intulit) iste diem oportunum alium nō inuenit tanto ppetrando sceleri, q̄ diem natalis sui: dignus certe qui morte sua populū exhilararet, & apponeretur sepulchro eius epitaphium. C.C.C. Quod erat huiusmodi. Hic iacit C.C. Caligula, qui indignus erat imperio: quia insipiens & priuatus est vita quia impius. Sed multa huiusmodi portenta mater terra produxit: multas huiusmodi Chimeras hydra peperit, quibus in sunt ceruices, prima Leonis: Secunda Caprę, tertia serpentis: multos tales Briareos, quibus .50. Ceru ces is ar us sunt centum. Vides quot nominibus hisq; ne faustis, & monstrosis titulis huiusmodi Reges & Tyrani perfidi apud philosophos nobilitati sunt. Et hi sunt qui dies natalium suorum quot annis tenbriant Cęnis/ vt magnificentia regia dignum est instructis: apponentes inuitatis bellariorum vice capita non struthionum aut phasianorum, sed eorum quorum nomina famosa sunt in coelo & in terra. Quidam referentę Plutarcho: vidisse se Neronis animam apud inferos retulit, multis degrauatam incōmodis: clauis igniis vndiq; transfixam. Quam cum opifices in pindaricę echidnę speciem vertere ac vi transformare conarentur: vt per viscera erumpens partu matrem deuoraret ac laniaret, vocem audiuit imperantem, vt in aliud vitę genus cicurius velut in reptile iuxta paludes cōmorans transmutaretur. Eorum enim quę iniuste egerat partim penas dedisse, boni sibi quoq; aliquid a deo deberi, quoniam optimum ac deo acceptissimum Grecorū genus ex seruitute ac oppssione liberasset. Hęc ille seu serio siue ludes dixerit: nō refert: dūmō sciam⁹ hmōi tyranos qui p dijs colūtur in terris, in vipas trāsformari apud inferos aspides & regulos. Itaq; cū dies ne funest⁹ accidisset (dies de q̄ scriptū est. Maledicta dies in q̄ natus est herodes (oportun⁹ tā impio ac nę nefando parricidio, inito cōsilio cū tenebrarū pncipe & cū nocētissima illa fera hu⁹ Tragedię lamētalis auctrice, Herodes cęnā fecit pincipibus Galilęę & tribunis: Gręce χιλιάρχοις, chiliarchis, q̄d gręce sonat, eos qui mille p̄fecti sunt. Epulantib⁹ ergo illis & lęticia vinoq; solutis, nēpe p̄erat eo in conuiuio κωμος, comos idest de⁹ temulētię: ingreditur filia Herodiadis adulterę ac Phillippi fr̄is herodis, vt solutos vino idecora saltatiōe in risum cōuiuas dissolueret āplius. Et q̄ magis deterreris hāc funestā tragędiā, q̄ petulāti⁹ saltabat gorgona illa scelesta pectore expapillato: hoc magis placuit cōuiuis: ac regi bis i sano, vt q̄ cū amore ipudico, tū vino incaluerat. Et imitatus liberalitatē Alexandri, pete inqt a me, O gratissima puella etiā vsq; ad dimidiū regni mei: ita eni dicit, ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου, heos hemysustes basilias mu. Quoq; maiorem fidem daret verbis suis, promissum iure iurando firmauit. Vides quantum malum sit prefici Regno eum, qui putet sibi licere quicquid velit. Clauum certe Nauis/

Caligula.
3.Reg.7
Plutarch
Hierem.20

nō cōmi-

nō cōmittimus nisi eius rei perito. Oēs artes discuntur: ars artium regimē aīamarum ei cōmittunt, quia rex natus est, quod lamētabatur Salomon dicens. Eccl.2. Derestatus sum industriā meā qua sub sole laboraui, habiturus heredē post me, quē ignoro verū sapiens an stultus futurus sit. &c. Quid Alexandro stultius, qui alios qrit mundos quos expugnet, orbē hunc angustū ratus suis victorijs. Quid Ioue Monarcha salacius, cui fulmē duntaxat, trisulcū & supcilium quo totum treme facit olympum tribuunt, qui nunc Cygnus nūc taurus; nunc aurū factus, insidias tendit mulierculis? Taceo turpiora de Ganymede, &c. Miser & infœlix inquit. Chryso. Ita ne tibi mentis oculi cęcutiunt? Tanti regnū facis? Semel puella saltauit & regni dimidiū tradis. Quid si secundo saltauerit? Votis exoptatne denuo saltet, vel si saltauerit, ne denuo placeat. Sin autē vnū tibi tantū relinquitur: vt de incepes mendicādū sit. Sed ebrius erat: adulter, Tyranus & adulterę seruus. Ambro. Turpe est q̄ regnū pro saltatiōe ꝑmittitur: crudele/q̄ mors tanti vatis pro iuris iurandi religione donatur. Quanto tolerabilius Herodes fuisset reus periurij, ne ꝑpetraret homicidiū, si tamē periurium est: qđ ebrius inter vina iurauerat. Melius est inquit nō vouere q̄ vouere id qđ illi cui promittitur nolit exolui. Ad hec Hierony. Ego nō excuso Herodē, q̄ inuit⁹ & nolens ꝓpter iuramētū homicidiū fecerit, qui ad hoc forte iurauit, vt futurę occasioni machinas prepararet. Alioqui si ob ius iurādū fecisse se dicit, si patris si matris postulasset interitum, facturus erat an nō? Quod in se ergo repudiaturus fuit, cōtenere debuit & in propheta. At quāto cōsultius dixisset id qđ Salomō respōdit matri suę: iniusta petēti. Viuit dominus, quoniā cōtra salutē reipublicę petiuit Herodias, sanguis eius erit sup caput suum. Sed audi sequētia. Qui cū exisset dixit matri suę. Quid petam? At illa pręmonita a matre sua prius instructa & informata cū rursus introisset cum festinatione ad regē, inquit. Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioānis baptistę. Et cōtristat⁹ est rex vehemēter περίλυπος, perilypos. Propter i⁹ iurādū aūt & eos qui simul discūbebant noluit eā contristare, sed misso spiculatore, precepit afferri caput eius in disco, & decapitauit eum in carcere, & attulit caput eius in disco & dedit illud puellę, & puella dedit illud matri suę. 22. q. 4. Vnusquisq;. Cap. 2. item. 1. Dist. 1 n, Duo mala. Requirendum est quid puella dixerit matri suę, cum e conuiuio exisset. Dixit quomodo saltauerit aptissime & feliciter: ita vt cum Nerone Minerua aut Apolline facile posset conferre pedem, & in scena illa certare. Abulensis. Dicendū q̄ a satana mouebatur magis apte q̄ magis placeret Herodi q̄ quęcūq; femina humana arte instructa. Sicut enim Sathanas loquutus est in serpente, ita & saltauit in puella, vt mortem Ioannis accelararet. Nec hoc videatur incredibile. Nam referent Platone libr. 6, De legibus, saltauit aliquando Athenis dea Minerua armata tota vt erat in phano. Choreis delectata puellarum. Ita dicit Theophilatus. Mira collusio, dum conuiuatur, Sathanas per puellam saltat, & ius iurandum perficitur sceleratum. Hoc autem Dęmoni per facile erat: totum corpus hydrę huius tam proportionabiliter effingere & rotare per saltum, vt nulla melius vnq̄ saltasset. Et pater. Nulla enim vnq̄ dimidiū Regni donata est, pro vnica saltatione. Sed fera pessima, non Regnum (quod si petisse accepisset nunq̄) sed sanguinem sitiebat. Hoc ergo dixit matri suę. Itaq; quemadmodum hanc fabulam matris consilio iam cęperat (illa enim ordiebatur telam, illa diem, locum & horam captabat, illa filiam instruxerat & docuerat artem saltandi) ita non audet pronuntiare quid petat sine scitu matris: sed matrem consulit dicens. Saltaui, & aptissime saltaui, placui Regi, a deoq; placui, vt cum iure iurando promiserit vsq; ad dimidium Regni sui. Quid ergo petam? Caput inquit Ioannis, Budęus. Non omittendum illud interim q̄ caput amputatum parenti eloquentię Romanę decies sestertium ab Antonio triumviro ęstimatum est, idest quinq; & viginti milibus aureis nostris, auctore Appiano in. 4. Ciuilium bellorum. Id diximus ne mireris, si puella hęc quę saltauit caput non Cyceronis sed Pręcursoris dimidio Regni prepoluit. Tu autem confer frontem huius fęminę cum facto illo insigni & memorabili Cathonis censorij, qui Manlium virum clarissimum Consulem futurum, e Senatorio Loco mouit, q̄ interdiu presente filia dissuauiasset vxorem, quem cum increparent testatus est se nunq̄ nisi cum aliquando tonaret, a sua complexum. Vnde per iocum dixisse fertur. Tunante Ioue: se beatum esse. Caput inquit da mihi in disco. Apparet enim hoc ludibrij causa factum, quasi & hic missus quidam esset Genialis illius ac natalitij conuiuij. O inquit bona Filia, quam non diua pārens generis nec Dardanus auctor: perfida sed duris genuit te Cautibus horrens Caucasus, Hyrcanę q̄ admorunt vbera Tygres, rumpe moras, Cum ne tanti luci occasione oblata, si negligentes simus in exequendo tanto negotio, illa declinante alio, Remaneat penes nos Comes penitentia. Itaq; puella prompte ad Malum docilis, festinanter in aulam regreditur dicens, Volo vt protinus hac eadem hora des mihi caput Ioannis Baptistę. Atq; ita vita Ioannis fit pretium saltationis, vnius scorti aut Chironomę. Pone autem q̄ vel digitum minimum petisset man⁹ sinistrę Ioānis, pone q̄ manū, Pone q̄ vel linguā postulasset fera hęc. Quis hoc ferret? Proh superi, vbi sunt iura naturę? Ita ne baptista occiditur, vt Herodi liceat adulterari impune; O terribilis in Consilijs super Filios Hominum: & quare taces, impio Conculcante iustiorem se, Conculcante eum quo nullus iustior in natis Mulierum? Matthei. Cap. 11. Volo inquit q̄ des: & protinus des. Contristatus est Rex: idq; vehementer. Hieronymus. Consuetudinis scripturarum est vt opinionem multorum sic narret historicus: quomodo eo tempore ab omnibus credebatur, sicut Ioseph ab ipsa beata virgine appellabatur prī dominus Iesu. Ita & nunc herodes dicitur cōtristatus, q̄a hoc discūbentes putabant. Dissimulabat enim mētis suę malitiam artifex homicida, cum tristiciam in Facie & leticiam haberet in mente. Simile huic refert Tranquillus de claudio. C. Occisa eni vxore sua Messalina, Paulo postq̄ in triclinio accubuit: cur dña non veniret, requisiuit. Multos etiam ex ijs quos capite dānarat

Hieronim. — Ambrosi. — Chrisosto. — 3. Regū. 2. — Gene. 3. — Abulensis. — Plato — Theophy. — Budęus — Cato — Psalm. 65 — Habac. 1 — Hierony. — Luce. 23 — Tranquil.

dānarat, postero statim die & in conciliū & ad aleę lusum admoueri iussit, & quasi morarentur vt somniculosos per nūtiū increpuit. Ille igitur obliuionē simulabat, Herodes tristiciā. Et vnde? Quia dixerat puella, da mihi protinus caput Ioānis. Chry. Danielē leones in lacu reueriti sunt, iustū vero Naboth Iezabel interfecit. Cetus Ionā in vētre seruauit. Dalila Sāsonē illecebis circūuētū & derasum, alienis genis tradidit. Dracones & aspides in deserto Ioānē tremuerunt, Herodias autē ei caput abscidit. Talis erat & illa quę vidēs mēbra mariti vlceribus ignitis ardētia, dixit benedic Deo & morere itaque Tetrarcha hic propter ius iurandū & propter simul discūbētes noluit eā contristare. Quid si diceret puella, volo, vt protinus restituas vxorē (matrē meā) viro suo? Nū propter ius iurādū redditurus erat, etiā si decies iurasset. O religionē profanam. Tolerabilia piuria quā sacrā sunt tyrannorū quasi necessariū sit: eū qui male iurauit, exautorari, vel liberare fidē. Quis nō cū e conuiuio & natalitio Herodis die ad carcerē cursari videret, putaret prophetā iussum esse dimitti in pace? Sed peperit adultera filiā, filiā saltatricem, & hanc Rex noluit cōtristare, simulque ne notaretur iuramēti violati tātus nebulo sycophanta, Sed quā ob res id quod grauius erat nō timuit: Nā si testes piurij habere formidabat: multo magis metuere debuit tot tantosque iniquissimę cędis testes habere. Et quod detestandū sup omnia est, puella propter quā matrimoniū stare nō poterat, quę abdi atque occultari propter cōtemptū matris debebat: ea saltat, & oēs meretrices virgo impudentissima superans, qua impudētia saltauit, eadē caput Ioānis poposcit. Et hanc perditā puellam noluit cōtristare Tyranus: simulque quia iurauerat ebrius. At qui cū liceret ei iā sobrio mutare sententiā: si vere tristabatur, ex quo inquit loquutus sum, id fixū & ratum esto, quod scripsi, scripsi. Causa tua o Ioannes quasi impię iudicata est, causam iudiciūque recipies. Propter ius iurandū aūt. At qui nō est obligatoriū contra bonos mores prestitum iuramentū. Sed quid Herodi cum iure vel diuino vel humano, qui Tyranus erat: adulter, & homicidiū medetabatur: Iuramentū autē non est institutū: vt sit iniquitatis vinculū. 22. q. 4. Inter cętera. Require de Iephthe, Princeps inquit postulat, & iudex in reddēdo est (Miche. 7) Iuxta quod sequitur, Herodes misso speculatore, precepit afferri caput Ioannis in disco, & datū est puellę & puella nihil perterrita: caput recens occisi hoīs tenens manibus quasi malū aureum teneret, tradidit illud matri: lętabunda illa tali ac tanta capta pręda quasi quę crimē euaserit: quia iudicē trucidauit. Cuius forte extractā linguam (Sicut traditur fecisse Iulia vxor Antonij in linguā M. T. C.) Acu semel secūdo & tertio pupugit Hiero. Legimus in Romana historia flāminium ducē Romanū, quod accubanti iuxta se mulierculę meretrici: quę nūquā se vidisse hoiem decollatum diceret, assensus sit: vt reus quidā capitalis criminis in conuiuio truncaretur: a censoribus pulsum curia, quod epulas sanguine miscuerit: & mortem quamuis noxij hominis in alterius delitias prestiterit: vt libido & homicidium pariter miscerentur. Quanto sceleratior Herodias & puella quę saltauit: & in pretium saltus caput Ioannis postulat: vt habeat in potestate linguam, quę illicitas nuptias arguebat Sequitur autem. Quo audito discipuli eius venerūt & tulerunt cadauer eius πτῶμα, ptoma, & posuerunt illud in monumento. Eousque seuire potuerunt, qui hominem possunt occidere: accepta potestate de coelis, erit autem in pace Memoria eius. Tyranorum enim fere omnium vox illa est, nescis quia potestatem habeo dimittere te: vel si libitum sit occidere. Ioan. 19 Vt non immerito natum sit prouerbium illud: porro a Ioue atque a fulmine: quo admonemur non esse agendum cum prępotentibus: qui nutu possint perdere si quando libeat (libet autem non raro) maxime cum Tyranis: habent enim fulmen: si quando cōmoneantur. Ioui enim fulmē attribuunt poetę, & reges quidam hac effigie sese collossos fingi voluerunt: sicut dicit Plutarchus. Et sequitur ex eodē. Quēadmodū in vulnere prius apparet sanguis quā plaga: & quēadmodū prius micat fulgur quā tonitru audiatur: ita apud Tyranos prius erūpit condēnatio quā probatio, & perijt delatus priusque coarguatur. Quod ad vnguē impletum videmus in Ioāne baptista, Vnde sentētia illa celebratissima grecis: ingēs piculū est, velle quę nō decet eum, qui possit quicqd voluerit efficere. Misit enim Tyranus, & iussit afferri caput Ioannis, & quia sic voluit, sic iussit (nulla accusatione aut probatione pręmissa: nullius criminis facta memoria: nullo seruato ordine iuris, nun diuino: non humano: de quo dicitur, lex nostra nō iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso: & cognouerit quid faciat) sic impletum est. Denique fertur, totum cadauer Ioannis post exhumatum, & igni exustum, dempto digito: quo agnum ostendit populo. Abulensis Super Math. Caput. 1. Est in Babylone Egypti Cenobium quoddam in honore Ioannis baptistę constructum: vbi est pars reliquiarum eius scrinio non Magno inclusa. Est autem consuetudo non tantum Christianis sed & Sarracenis in festa eius monasterium illud frequentare, iuxta illud Multi in natiuitate eius gaudebunt. Itaque quot annis Christiani simul cum Sarracenis deferunt prefatum scrinium descendēdo per orā Nili ad alterum templum in honore eiusdem Ioannis dedicatum quod distat a Cenobio fere. vi. miliaribus, ibique missarum solemnitate rite peracta, exponunt predictum scrinium in flumine explorantes illud, num velit. S. Ioannes reliquias remanēre penes Templum hoc atque omnino reducantur ad predictum Cenobium. Res dictu mirabilis, quod primum scrinium flumini impositum est, tanta velocitate fertur in locum priorem (& id contra cursum fluminis, qui violentissimus est) quod nec ad equitantes viri scrinium illud consequi possunt, omnes enim Cursu ante vertit, idque fit singulis annis. Mors itaque Ioannis quā visus est oculis insipientium Mori, ignominię Plena viderur, nempe occisus est vt Herodes vni adulterę Morem gereret, & ne alteram Contristaret, Verum Animam non possunt occidere; Venerunt ergo discipuli & tulerunt cadauer illud. &c. Quia & Ioannes terra cum esset in terram iturus erat. Nam Herodes cōsumptus a vermibus expirauit, Refert autem audire vnum verbum de sepultura Neronis, qui funeratus est impensa ducentorū miliū. Hostis ergo declaratus Rom. reipublicę: vnoquoque suorū hinc inde instante, vt quā primū se impēdētibus cōtumelijs eriperet: scrobē coram

fieri in-

Margin notes: Chrisosto. | Cap. 6 | 3. Regū. 21. | Iudi. 16. | Ambrosius | Chrysost. | Ioan. 19. | Ion. 38 | Regula. | Hierony. | Math. 10. | Ioan. 19. | Prouerbiū | Plutarchus | Sententia. | Ioan. 7. | Abulensis. | Sapi. 3. | Math. 10. | Gene. 3. | Actu. 12. | Trāquil.

Margin letters: F | G | H | I | K | L

ferri imp erauit, dimēsus ad corpis sui modulū, & aquā simul ac ligna cōferri curādo mox cadaueri, flēs ad singula atq; identidē dictitans: o q̄lis artifex Pereo. Cū igitur recisset: se hostē declaratū, & inquiri vt more maiorū puniat: ut more maiorū, interrogat q̄le esset id genus pęnę. Et cum cōperisset nudi hominis ceruicē inseri furcę, corpus virgis ad necē cędi: cōterrit?, duos pugiones arripuit: tētatq; vtriusq; acie, rursus condidit causatus non dū ad esse fatalē horam: quę tamen iandiu transierat; diis vel dormientibus vel nil curantibus. Iamq; equites appropinquabant, q̄bus preceptum erat: vt viuū eum pertraherent. Id vt sensit, ferrum iugulo adegit iuuante epaphrodito. Nihil prius ac magis a comitibus exegerat, q̄ ne potestas cui q̄ capitis sui fieret. Id autem benefitiū amicus altissimi non est consequutus: capite suo duobus legenis tradito. Sepultus est igitur in inferno Nero iste impgissimus qui tantopere mandabat de capite suo. Vere iudicia dei abyssus multa. Psalm. 35. Et venientes nuntiauerunt Iesu. Quod cum audisset Iesus, secessit inde in nauicula in locum desertum seorsum. Quid autem nuntiauerunt ei qui omnia prescit antequā fiant, sine cuius nutu nec vnus occiditur passer, quanto minus nec prophetarū vertex Ioannes baptista? Nuntiauerunt tamen ei quibus bonis auspicijs Herodes natales suos renouauerit: quodq; premium collatum fuerit Ioanni Herodem tetrarcham ad honesta vocanti, quomodo caput pigmonis sui cesserit adulterę, cęterum cadauer ipsi condierint sepulchro. Iesus autem tactus dolore cordis intrinsecus: dolorē tamen seruans alta mente repositum: sicut scriptum est, Mihi vindicta (Deute 32.) Speciem prębens quasi humani timoris: secessit in desertum locum interim subtrahens occasionē Tyranno, ne homicidium copularet homicidio: mortis enim suę non dum venerat hora. Dixerat enim in superioribus: cum vos persequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in alteram. Omnia enim tempus habent. tempus nascendi & moriendi. Ecclesi. 3.

Luce. 16. — Matth. 14 — Gene. 6 — Matth. 13.

Caput. xviij. De piscina quę est apud probaticam de multitudine languidorum iacentium circuncirca deq; paralytico vno quem verbo sanauit dominus de Iudęis calūniantibus miraculum quia in sabbato factū erat quia dixerat dominus tolle grabatum tuum de domino occurrente sanitate donato, Cui & dixit. Ecce san? factus es, noli amplius peccare.

POst hec ascendit Iesus hierosolymā, Erat enim dies festus iudęorum, Est autem hierosolymis in probatica piscina, quę cognominatur hebraice beth esda, quinq; portic? habēs. In his iacebat multitudo magna lāguētiū cęcorū claudorū aridorū expectātiū aquę motū. Angelus autē dñi descēdebat secūdum tēpus in piscinā, & mouebatur aqua. Et qui prior descēdisset in piscinā post motionē aquę: sanus fiebat, aquacūq; detinebatur infirmitate. Dignum admiratione videtur: ac p inde discutiendum merito id quod dicam. Quid est enim quod primus qui electus est a deo signo mirabili virgę germinātis sub vna nocte folia flores & nuces in sacerdotē iudaici ppl'i: vt offerret p suis ac p peccatis ppl'i deo dona & sacrificia: isdē ipsis manib? vitulū fabricauit, quē adorauit ppl'us insipiēs. Id ipsum aūt factū videm? in nouo testamēto, qñquidē ille claues regni cęlorū accepit omnium aplorū & sacerdotū nomine, qui abūdāti? peccauit dicēs, nō noui hoiem. Hęc reuera nō casu sed diuino cōsilio gesta sunt: id qd' Paulus pctōrum prim? insinuat dicēs. Vt cōdolere possit sacerdos his qui ignorāt & errāt, quādoquidē & ipse circūdat? est infirmitate. O vocē Paulo dignā, & ipse circūdatus est infirmitate. Sit licet in tertiū euect? cęlū: & audierit in paradiso verba ineffabilia: nihil omin? circūdat? est vndiq; infirmitatib?: vnde eget angelo Satanę: qui eū cōmonefaciat infirmitatis suę. Vnde illud. Nō potuisti vna hora vigilare mecū. Et dem? inquit Paul?, q cōtruēte grege, pastor stet: qui se putat stare videat ne cadat, quia ipse hō est, nō angel?. Vt igitur cōdolere possit his qui ignorāt (ignorās feci inquit Paul?) & errāt ouib? (q̄s bonus pastor in humeris reportat ad ouile nō virga vrgēs) & ipse circūdat? est infirmitate, ipse prius medico eguit: eguit & grabato: vmo: oleo: iumēto & duob? denarijs: vt ipse san? fact?, & creat? pastor, cōdolere possit his q ignorāt & errāt. Hoc d' nris pastorib? dictum sit. De vnico aūt ac bono pastore ita dicit Paul?, nō habem? pōtificē: q nō possit cōpati infirmitatib? nris, tētatū p omnia. Pōtifex igitur nr mediator dei & hominū p hoc qd' hō est habet posse pati & cōpati, p hoc qd' de? est habet velle, sicut dicitur, volo: mūdus esto. Veruntamē iuxta Augus. Qui creauit te sine te, nō iustificabit te sine te (qd' de adultis intelligendū est) sicut in cōsequētib? dicit: ipse q̄dē medic? accessit ad locū vbi iacebat multitudo lāguētiū: cōpatiēs infirmitatib? nris, & eū vnū cunctis grauius ęgrotātē interrogat (& in vno omes) vtrū nā velit salutē consequi. Nā de volūtate medici expsse dicit Paul?, vult omes saluos fieri. Et rursus dñs: nolo mortē pctōris sed vt cōuertat. Ideo venit ad locū illū. Venit nō rogat?, quia infirmi impotētes erāt, vt illū adirēt, imo iuxta Hie. c. 2. Desperauerāt postq; venerāt in pfundū malorū. Aut iuxta. 70. Vt illi inquiūt agem9 Est aūt vox adhortātiū sese vt semp pgāt sui similes esse in malo, & qd' veri? est, vincāt famā suā malitiis suis. Dicit ergo Ioānes. Post hec erat dies fest? iudęorū videlicet pētecostes. De hac piscina de q̄ in cōseqntibus ita dicit Nebrissēsis. Sūt apud nros hoc loco tria errata. Primū, q in ppoitio est detracta, nā legēdū est, hierosolymis in pbatica. Secundum erratū q pbatica & piscina p inde videtur cōiūcta, ac si esset adiectiuū cū suo substātiuo: cū sint interpingēda adhuc modum. Est autem hierosolymis in probatica piscina/ & cętera, Tertium erratū est: q pro Beth esda/legitur Bethsayda. Est autem litterę sensus

Ioan. 5. — Nume. 17 — Exodo. 32. — Matth. 16. — 1. Timo. 1. — Hebre. 5. — 2. Cor. 12 — 1. Cor. 10 — 1. Timo. 1 — Luce. 15. — Luce. 10. — Hebre. 4. — Matth. 8 — Augustin — Ezechi. 18. — Prouer. 5. — 3. Regū. 10 — Ioan. 5. — Nebrissen.

q hierosolymis in probatica: hoc est in septo siue ouili siue peruatio in quo pecudes cogebantur, vt inde distrahererentur siue ad sacrificium siue ad lanienam, est piscina, quæ cognominatur hebraice beth esda. Itaque probatica subaudiendum a scriptura: ab eo quod est probaticus a. ū. q probaton est ouis Græce, vt sit, hæc probatica, .i. mansio ouium, quemadmodum dicimus Basilicam, & Regiam domum Regis citra nominis substantiui expressionem. Beth esda vero interpretatur domus effusionis: quoniam in eam piscinam confluebant aquæ siue pluuiales siue ductiles. Esda namque & Asdod interpretatur effusio. Sunt autem iuxta

Hieronim.

Hieronimum in eadem domo duo lacus, quorum vnus Hibernis pluuijs adimpleri solet, alter mirum in modum rubens: quasi cruentis aquis antiqui in se operis signa testatur. Nam vt inquiunt, hostias in eo lauari solitas tradunt. At qui in secundo Paralipome. Capite. 4. Vbi de templi ædificatione agitur, non in lacu sed in conchis æneis lauari consueuisse Hostias traditur. Vide textum. Sed credibile est post templi euersionem non in conchis illis quæ a præfecto Regis Assyriorum siue alterutro ex illis erant iam in Babylonem translatæ: sed in piscina illa lauari solitas esse hostias. Cæterum piscina non significat viuarium piscium, sed in q natatur, vel Græca voce id attestante quæ dicta est κολυμβήθρα παρὰ τὸ κολυμβᾶν Colymbethra parato colymbin idest a natando. Hæc igitur probatica quæ erat velut nosochium quondam, .v. porticus habuit imminentes lacui, in quibus iacebat multitudo languentium. Erant autem porticus tot, vt per plura loca descensus pateret in piscinam, tecta vero imminentis iacentes protegebant ab æstu & pluuia: quandoquidem multi ibidem diutius persistebant expectantes aquæ motum sicut dicetur. De origene miraculi huius cum nihil certum habeam, nolo lectorem nenijs fatigare & inanibus aptte fabulis. Nec tamen a mysterio vacat, q aqua illa ab angelo mota semel in anno (sic tamen semel tantum) Vnum tantum sanaret, qui prior descendisset, vel qui prior ab aliquo mersus fuisset, & corpus tantum sanaret, sed tamen a quacunque fuisset homo infirmitate detentus. Hæc iuxta fidem historiæ. A quo autem tempore vel quandiu miraculum illud durauit fateor me nescire. Figuram tamen fuisse sacramenti vel baptismi vel pœnitentiæ nullus ibit inficias. In hac piscina lauandus descendebat Dauid non semel quot annis, sed lauabo per singulas noctes lectum meum. Maculauerat enim lectulum suum Dauid adulterio vxoris serui sui Vriæ. Singulæ quidem noctes peccata sunt mortalia, quæ mortē æternam inferunt animæ.

Psalm. 6. 2. Reg. 11. Leuiti. 1

Igitur vt compendio loquar, de holocaustis domino offerendis ita sanxit lex. Primum ouis (verbi gratia) occiditur. Secundo excoriatur. Tertio in frustra conciditur. Quarto lauatur. Quinto igni supponitur cremāda tota. Cæterū pellis sacerdotis est. Dicit autē Paulus. Obsecro vos vt exhibeatis corpora vestra hostiā sanctā, viuētē, deo placente. Esto inquit tu pecus sic Dauid dicit: vt iumentū factus sum apud te. Te

Rom. 12 Gene. 22. Leuiti. 22.

ipsum immola, quia Abrahā pro vnico, hostia rationali arietē obtulit. Et vide quid lex caucrit, vt videlicet hostia immolāda nulla sit parte corporis truncata, nō cauda: nō aure vel testiculis: nō maculata sed integra & perfecta: nō effeminata & mollis, sed mascula. Auris obedientiā significat ad sacerdotē: cauda autē perseuerātiā. Secūdo iubet excoriari Pelle enī & cuncta dabit hō pro aīa sua. Ita Paul. Expoliates vos veterē

Colloss. 3.

hoīem (Adā pelle indutū) induite dām Iesum xpm. Rom. 13. Id dicim⁹, qm̄ hoc nro sæculo vix vn⁹ excoriatur, oīes tondētur: partim inscitia & ignorātia crassa sacerdotū: partim desidia pœnitentiū: qui ita se

Psalm. 118.

stini ad sacramētū pœnitentiæ accedunt, q si non rē omnīū serā sint acturi, sed anima sua in manibus suis semp. Sunt autē & sacerdotes multi, de quibus merito dixeris illud, Gladiū furioso tradidisti. Cautissime enī vtendū est gladio quo animæ excoriātur ad vitā, sicut dicitur: occidā & viuificabo, Deute 32. Et illud vulnerata charitate ego sum. Sic legim⁹ in Nathā, qui tādiu gladiū contexit, q diu peccator Dauid

Cantico. 2. 2. Reg. 12 Deut. 17. Sacerdot's

seipsum ligauit dicēs: dignus est morte qui ouē rapuit. Sunt autem quidam sacerdotes filij Heli. qui nescientes discernere inter lepram & lepram, causam & causam ita habent gladij aciem obtusam, vt nō raro cum corio partem carnis reuellant. Et sicut scriptum est, 2. Parali. Cap. 29. Holocausta multa erant sacerdotis vero pauci, nec poterant sufficere vt pelles holocaustorum detraherent. Vnde & leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos, Sunt igitur multi qui occidant & excorient hostias rationales. Cæterum qui discernat inter sacrū & profanum, inter lepram & non lepram: rara est hæc auis, secretum meum mihi. Et qm̄

Esai. 24. Ezechie. 3 Gregori⁹.

non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum: remaneat pellis penes sacerdotem, alioqui o Sacerdos animam eius de manu tua requiram. Non inquit pellem tantum, sed animam & pellem. Potest nomine pellis memoria peccatorum intelligi: quæ iubetur sacerdos comedere. Gregor. Propterea sacerdotes iubentur peccata populi comedere, quia peccata delinquentium fouent, ne temporalia stipēdia perdant. Qui ergo oblatione populi comedit & tacet: nō panē sed peccata manducat, hoc est panē doloris manducat. Quid est autē q ouis in frustra conciditur? Id quod prædiximus lauabo lectulum meū per singula pecca

2. Regū. 12

ta. Nec sufficit dicere semel, peccaui dño sicut dixit Dauid, nec cōfiteri quædā, sicut faciebat sacerdos Leuiti. 16. Super caput hirci: sed lauabo per singulas noctes stratum meum. Hoc est ergo hostiam in frustra concidere, vitam nostrā per singula dei præcepta examinare: ac perspiculate, de q qualibet transgressione

Psalm. 50. Luce. 6. Luce. 7. Matth. 20

singulariter dolere. Cor autē ad hūc modū cōtritū & cōminutū de⁹ non despiciet. Sequitur quintū, altari igne supposito imponere, quē dñs Iesus venit in terrā mittere. Luc. 12. Et q nūq ab esse debet ab altari aīæ nræ, de q scriptū est, remittūtur ei pctā multa, qm̄ dilexit multū: arsit multū. Sed qs est hic & laudabim⁹ eū? Reuera multi sunt vocati, pauci vero sanātur: imo ex tot lāguētiū cēturijs vn⁹ tātū sanat⁹ est. Mot⁹ autē aquæ illud significat, q misericordia dei præuenimur, & cor nrm iuxta Iob (cap. 23) emollit a deo, aut iuxta Ezechielē 26. De⁹ auferat a nobis cor lapideū, & carneū reponit susceptibile cœlestis disciplinæ, vt curramus ad pœnitentiæ sacramētū. Alioqui vanū est nobis ante lucē surgere: ante motū aquæ mergi

Psalm. 126 Psal. 118.

submergi enim possumus, sanari non possumus. Itaque ad hā piscinā diuertit dñs Iesus. Medic⁹ enim cum esset, ægrotos inuisebat: quorū vox est, erraui sicut ouis, tu q pastor es, quære seruū tuū: Medicus ægrum.

Erat autem

Erat autẽ quidã homo ibi.38.annos habens in infirmitate sua. Hũc cũ vidisset Iesus iacentẽ, & cognouisset q iam multũ tẽpus haberet, dicit ei. Vis sanus fieri? Respõdit ei languidus. Domine hominẽ nõ habeo, vt cũ turbata fuerit aqua, mittat me in piscinã. Cęterũ interea dũ venio ego, alter ante me descendit. Dicit ei Iesus. Surge tolle grabatũ tuũ, & ambula. Augu. Cum esset dominus christ⁹ medicus animarum & corporũ & posset omnes vno sermone sanare, qui certe dixit; non egent sani medico, sed male habẽtes, vnũ tamẽ ex tot elegit, & forte diutino lãgore correptũ/annis videlicet duo de.40 Si autẽ mediocri cordi & quasi humano captu & ingenio cõsideremus facientẽ, & quod ad potestatẽ fecit non magnũ aliquid fecit, & quod ad benignitatẽ ptinet parũ fecit. Omnes potuit, vnũ tãtum erexit. Et forte ideo infirmiorem sanauit, vt quo ad potestatẽ ostẽderet q qui illũ sanare potuit: facili⁹ potuit & cęteros. De clemẽtia Dei quid dignũ dici potest? Nisi q sic dñs donat nobis dona sua vt tamẽ exigat a nobis fidem nrãm. Illũ vidit habere fidẽ vt sanaretur; & illũ sanauit, in quo & vnitatẽ nobis cõmendauit. Nõ q cęteri qui ibi iacebãt sanari nollent: alioqui qd ibi faciebant pstolãtes aquę motũ? Volebãt igitur sanari sed nõ a dño Iesu. Nam forte si cęteri rogarẽtur, nũ vellent sanari: putãtes se irrisui haberi ab interrogãte; ubi dicerent in malã crucem, si nollem⁹ sanari: quid hic iacem⁹ totos dies ac noctes? Iste aũt cum summa paciẽtia respõdit dño Christo: dne. &c. Sequitur in Augustino. Aqua illi⁹ piscinę populus est iudęorũ. Quinq; porticus lex Mosi in.5.libros digesta, quę iuxta apostolũ ostẽdebat infirmos, nec tamẽ sanabat. Cõclusit enĩ scriptura omnia sub peccato, vt iustificatio ex fide Iesu angelo magni cõsilij daretur credẽtib⁹. Ipse enĩ turbat⁹ in passione (Mat 26. Aquã e latere nobis ptulit. Ioã.19. Qua vn⁹ idest eccl'ia vnica lauatur, vt nõ habeat vel maculã vel rugã vel aliqd huiusmodi. Ephe.5. Quod ęgrot⁹.38.annos exegerat in infirmitate, illud significat q lex in numero qdragenario pręfiguratur, tot enim dieb⁹ stetit Moses in mõte semel & iterũ, vt legẽ acciperet. Sed hec lex non impleť nisi p custodiam duorum pceptorũ charitatis, quę nobis qtuor euãgelia inculcãt, ea sunt duo ęra viduę. Lu.19. Duo denarij quos ptulit Samaritan⁹, Lu.10. Et sunt tota substãtia eccl'ię. Si ergo qdragenari⁹ numer⁹ habet pfectionẽ legis, quę nõ impleť nisi in gemino pcepto chatiratis, quid miraris q languebat, q ad quadraginta duo min⁹ habebat? Rogatur tamẽ si velit sanari, quia nemo inuitus pcipit dona dei. At hec Chryso. Hui⁹ paralytici quis nõ mireť tolerantiã mirabilẽ? Duo de.40. Annos habebat, & semper perseuerabat, quem & si non pterita, tamẽ futura eũ ad desperationẽ compellere debebãt. Incredibile enĩ erat reliquos claudos & ęgrotos illũ ingredi dimissuros, cũ in singulis porticib⁹ non duo vel tres sed multi essent. Hic autẽ nõ sua incuria, sed quia hoiẽm non habebat; nõ descendebat. Nos aũt si decem vel viginti dieb⁹ oratione insistentes nõ exaudimur, statim tepescim⁹, imemores illius improbi exactoris de quo Lu 11. Cęterũ hominib⁹ qq diligentissimũ exhibem⁹ ministerium in malitia in dificultatib⁹ seruientes, & tandẽ freqnter omnẽ spem amittim⁹ opam & impensam. At hec Cyri. Vn⁹ tantũ rogatur, & vn⁹ tantũ sanatur, sicut & curatiua virt⁹ quę inerat aquę illi, ad vnũ tantũ terminabatur, quod figurũ erat vtilitatem legis in solo iudęorũ populo terminatam, nec ad alios vnq; transfusam fuisse vel fore, Denique aqua illa in pethecoste mouebatur, quo die lex Mose lata est p angelũ in monte. Actu.7. Respõdit itaq; languid⁹. Dñe ante te oĩe desideriũ meũ, & gemit⁹, vellem reuera, sed velle meũ iacet (Ro.7) & perficere imo nec incipere possum sine homine altero. Habes meũ velle posses autẽ tu me sub collare in piscinã, qui potens es pctã mundi in corpe tuo simul cũ ligno crucis (graue onus) portarę, Chriso. Nesciebat ęgrot⁹ isti per contãtem, hoc est, nesciebat q a medico interrogabať, & se sanãdum ii ignorabat, ideo nõ rogat: neq; quicq; postulat, sed tantum morbũ suum narrare cõtent⁹ est. Videbatur tamẽ ei id circo Christũ interrogare, vt ipsum in piscinam mitteret, nã eodẽ die forte turbãda erat aq ab angelo. Vellẽ ergo inqt, cęterũ interea dũ ego venio. &c. Sed qmodo veniebat, qui qsi cadauer affixus iacebat iã annos octo & 30? Dicendũ ergo q ita tarde incedere poterat, vt testudo eũ ante verteret repebat videlicet ideoq; semp frũ trabatur, qties tentaret descendere, cũ alij & si graui laborarẽt ac diutino lãgore, habebãt tamẽ hoiẽs qui sui ipsorũ curã gererẽt, iste aũt oĩi erat auxilio destitut⁹. Dicẽs autem, dñe hoẽm nõ habeo, verecũde videť rogare dñm Iesum, vt ipse q valid⁹ ac ex intrrogatione misericors videbať, offitio baiuli fungereť, cũ tps videret ad esse. Cõmot⁹ itaq; dñs tã pertinaci spe salutis adipiscẽde hui⁹ paralitici: qui in tã diutino lãgore non deuouerat seipsum, nõ execraretur diẽ iustiticũ, Sicut legim⁹ in Iob (q vix semestri spacio lepsus fuit) nec offensus est intrrogatione dñi, quę reuera plena erat irrisione (prima vt aiũt frõte) surge inqt, & sublato grabato: ambula. Et statim san⁹ fact⁹ est hõ ille & sustulit grabatũ suũ, & ambulabat. Vidisti pacientiã adamantinã huius! Vide fidẽ non vulgarẽ. Statim enim vt audiuit, surge, surrexit, nihil hesitans vel dicens, quomodo me iubes surgere; qui an viuã nescio, iam annis duo de quadraginta. Sed surrexit, credens sermoni Christi Non enim dominus more humano laxata membra de dolabat, sed dixit & factum est, Non dixit deridendo Christum, angelus descendit, turbat aquam: & vnum tantum curat tu vero homo existens ex solo precepto nudo speras te magis angelis posse? Nihil tale dixit, quia reuera volebat sanari. Vnde obediens verbo dei/surrexit quia credidit, & exiliens tulit grabatũ suũ. Portat a q portabatur, iuxta illud inuicem onera vestra baiulate (Memento viduę & Helię) more ceruorum qui quando flumen transnat, qui precedit portat in clunibus Caput sequentis se, vltimus autem portatur a penultimo, & deinde qui primus erat: redit ad locum nouissimum, sicq; fit: vt omnes portentur, & portent. Dimitte inquit nobis debita nfa. Quo iure? Siquidẽ & nos dimisim⁹ debitorib⁹ nris. Sed tamẽ tu vnũ tãtũ lectulũ portas, dem⁹ q tuleris decẽ aut cẽtũ, Xps oĩiũ pctã portauit in cruce. Itaq; pcipiť, vt iã robustior fact⁹; lectuli sui baiul⁹ effect⁹, ambularet, ac diutini morbi monumẽtum cũctis videntibus

Augustin
Matth. 9

A

Augustin
Gala. 3.
Esai. 9.

B

Exo. 24.34

Chrysost.

C

Cyrillus

Psalm. 37.

1. Pe. 2.
Chrysost.

D

E

Gala. 6.

Luce. 11.

1. Pe. 2.

dom ī referret more eorum qui vincula & catenas quibus cōpediti diu apud infideles fuerunt in domo
no minat illi nas sanctorū quorū suffragijs erepti sunt baiulāt, sicut ad beatissimā virg. nē Gallię vel Ge-
ταῦρ ... &c. Erat autem sabbatū die illa. Dicebant ergo Iudęi illi qui sanatus fue
rat, Sabbatum est, nō licet tibi tollere grabatū tuū. Respōdit eis. Qui me sanū fecit
ille mihi dixit, tolle grabatū tuum & ambula. Grabatū greci per duplex bb scribunt. Dici
tur autē κράβαττον παρὰ τὸ κρεμᾶν τοὺς βάσεις idest a suspendēdo pedes, quia sic in lectulis portaren
tur, vt pedibus non contingeret terram. Nunc ergo vide mecū: vnde Momi illi scelesti cen ores populi
fenestrā sibi aperirent ę cal mnię seminariū contra tam insigne miraculum Christi, Erat sabbatum in die
illa. Sabbatū autē violasse crimē erat inuetiabilę de quo tamē dicetur latius, Luc. Cap. 14. De hydropi
co. Augusti. Nos autē sabbatū iam nō custodimus: quia iā habemus veram requiē figuratam in eo, de q̄

Psal. 117. Hebreę. Augustin.

dicitur: hec dies quam fecit dominus, nam oīs solēnitas sabati ad dominicā die translata est. Esto autē
nō liceret in sabbato pro illo tēpore grabatum tollere: hoc est opus seruile facere: stante adhuc vmbra ta
berna. uli quod dixit homo non deus, tamē dicēte legis conditore, tolle grabatū tuum, ex illicito factum
est necessariū. Hoc est enim quod sequitur. Qui me salute donauit, ie mihi dixit. Tolle grabatū tuū. &c
Illud si libet. si potestis in ius trahite me dimittite. Interrogauerunt ergo eum. Quis est homo
ille qui dixit tibi, tolle grabatū tuū & ambula? Is autē qui sanus fuerat effectus: ne-
sciebat quis esset. Iesus eīm declinauit a turba cōstituta in loco. Hoēm ignorare nō pote-
rāt qui annis. 38 lecto decubuerat: sanum ac robustum videbant. Ex tāto miraculo cum glorificare deū

Rom, 12. Chrysost. Luce. 11.

debuissent, qui tale potestatē contulisset homini iudęo (homini deo) & cum sano & gaudēte gaudere,
illi vice versa in calumnias conuertuntur: zelatores superstitiosi littere interfectricis. Nec dicunt, quis est
qui te sanum fecit, sed id in medio deducunt, quod transgressio existimabatur. Ad hec Chriso. Dęmones
quidē aduersum nos nullo amicitię fędere cōiunguntur, Ferę suo generi minime insidiantur, sed nec dęmo
nes in se ipsos diuisi sunt, quomodo enim staret regnum eorū? Sed tu miser inuide q̄ ob rē proximi tui cō
modis turbaris? Dolēdum est quidē cum malis afficiuntur nō cū felicitatē proximi intuemur. Id circo om-
nis venia inuido desperanda est, qui ipsum naturę ordinē peruertit. Et scortator quidē stimulos carnis in
excusatione affert & latro paupertatē, homicida furorē excusationes friuolas & inanes. Inuidus autē affe

1. Cor. 13.

rat si quam habet. Verum isti zelum legis prędeferunt. Is autē qui sanus, &c. Videmus nunc per speculum
& in enigmate, tunc autē facie ad faciē. Nesciebat autē Iesum, quoniā dominus declinauerat a turba: eū
autē homo ille alias nunq̄ viderat. Facile autē erat in conferta turba vnū hominē latere. Declinauerat
autē, vt ne presentia sua irritaret octipedes illos scorpiones: sicut enim vocantur apud Ezechielē capit. 2.
Et rei gestę veritas ab ipso cognosceretur, qui sanus factus fuerat, ipse esset testis tam insignis beneficij si
bi collati. Post ea inuenit eum in tēplo Iesus & dixit ei. Ecce sanus factus es, iam no
li peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo, & nuntiauit Iudęis q̄
Iesus esset, qui fecit eum sanū. De peni, distin. 1. Voluissent. Dicēs dominus, noli peccare
ne deterius. &c, insinuat id quod alias retulimus/ęgrogationum corporalium radices peccata esse; & si

Roma, 2. Hebre, 10.

non semper. frequēter tamē. Noli inquit abuti paciētia medici, iuxta cor tuum impenitēs & lapideū. No
li tēpore concesso ad pęnitētiam ac promerēdam veniam abuti in superbia, Iob. 24. Noli imitari duri-
tiam Pharaonis ne deterius tibi aliquid contingat. Vide quoniam horrēdum est incidere in manus eius,

2. Matth. 9

a quo iam septuagies septies sanatus es: ne audias illud, desperabilis facta est plaga tua. Hierem Cap. 30
Vnde illud. Homo scelestus orabat deum, a quo nō erat misericordiā consequuturus, quia iam desperabi

Petronilla. 2. Cor. 12

lis facta fuerat plaga tumoris eius. Petronillam nouimus voluntati Petri apostoli claudā factā. Et cum
Titus diceret apostolo, cū vniuersi ate sanētur infirmi, quare Petronillam iacere permittis? Sic inquit ex-
pedit ei. Ita expediēs erat paulo angelus Satanę, ne sanus in carne grauius ęgrotaret in mēte. Tu igitur

Prouer. 18.

ecce sanus factus es iam noli peccare. Consuetudo enim peccandi minuit consciētie stimulum (cū enim
in profundum venerit malorum peccator, contemnit) & generat erga bonū nauseam. Despit enim vir
tus homini vitijs assueto, iuxta illud, anima nostra arida est. Num. Cap. 21. Id autē maximum est malo-
rum, dei beneficia nec agnoscere & dare pessum. Satis autē superq̄ satis est nobis (Heus amice) semel in

Matth. 20 Gregori.

sanisse; vt ne dicam septies. Non enim ad grabatum iubeberis reuerti sicut Petronilla, sed ligatis mani-
bus, mitteris in tenebras exteriores. Noli ergo iam peccare. Gregor. Quę verba medici saluantis id indi-
cant, q̄ peccata pręcedētia habiti vim doloris exigebant. Homo igitur hic ne tanto beneficiorum cumu-
lo ingratus esset. Postq̄ nouit plenius q̄ Iesus esset qui eum sanum fecerat, ratus id multorum referre, vt
omnibus notus esset, abijt ad iudęos dicēs. Homo ille de quo nuper inquirebatis, si vestra interest scire
quis sit, ipse est Iesus a Nazareth Galilęę, qui est benedictus in secula. Ita iudęi tacētes miraculū, de sa-
bbati violatione (de vmbra asini) litē mouēt, homo autē qui sanus factus fuerat, pretermisso quod calū
niabantur de sabbato; Iesus est inquit qui me sanitate donauit. Sed iste sanus erat, illi in sani ng.

Caput. xix. Iudęi Propterea vel maxime persequebātur Christū quia sab-
batum videbatur violare non semel. De multis sermonibus ex quibus
dominus vult se ostendere dominū sabbati. Ecce enim facit quę & pater
suus cęlestis cui pater omne dedit iuditium q̄ venit hora in quā qui sunt
in monumentis audient vocem filij dei & procedent qui bona fecerunt
in vitam ęternam qui vero mala, & c,

Propterea

Ropterea persequebantur iudei Iesum, quia hec faciebat in sabbato. Iesus autem respondit eis. Pater meus vsq; modo operatur & ego operor. Vere ergo dixit propheta, loquente per os eius spiritu sancto. Quis cecus, nisi populus meus? Nisi seruus meus? Quis surdus, nisi ad quē nuntios meos misi? Quanta cecitas Iesum dominum carpere, q̄ hominē curasset in sabbate: quā do ipsi bouē vel asinum e puteo extraherent die sabbati. Et cum Samarite nullo viso signo ad vnius mulier cule testimonium crediderint domino, ac summo cū honore susceptum, rogauerint vt apud illos maneret: isti hierosolymite quanto nobilitate, religione ac legis sciētia tumebant, tanto magis a virtute ab erāt & a vera religione, miraculum insigne caluniantes, euidentius q̄ vt negari possit: sanctius q̄ vt possit reprehēdi.

Esai. 42. Luc. 14. Ioan. 4.

A Sed dimittamus cantharos istos, qui libenter pascuntur stercore iumentorū, & tali vnguēto summe sagi nantur: in cunctis enim turbantur, ac moleste ferunt prosperitatem aliorum peruerse vero gaudētes, non modo nō dolent cū flentibus: sed letātur. Veruntamē & iusti aliquādo manus suas lauabunt in sanguine peccatorū istorum: & letabūtur cum viderint vindictā eorum. Quid sit autem: pater me⁹ vsq; modo operatur? Scriptū est Genes. 2. Cōpleuit deus die septimo opus suum quod fecerat: & requieuit die septimo. Id nemo ibit inficias. Nec tamen ꝓpterea creator omnium pater meus quiescendo die septima: ita seipsum dedit ocio: quin quoties ei placuerit possit operari que velit. Nā q̄uis illius sabbatū adhuc duret stante lege: nihilomin⁹ ipse nō propterea leuauit manum de tabula, quasi pictor aliquis perfecta imagine, sed semper gubernat omnia que cōdidit: ac res alias ex aliis ꝓgenerat: collapsa restituit: stabilisq; manens: dat cuncta moueri: omnia portans verbo omnipotentie sue. Sicut igitur pater stāte & vigente requie sabbati, semper operatur, (Sine ipso enim factum est nihil oīe quod factum est) eodem modo &

Philosos. Psalm. 57. Hebre. 1. Ioan. 1.

B omni fatiā: ego operor, qui filius eius sum. Si ergo in sue traditis filium, qui operatur in sabbato, diē dici te & patri meo, qui vsq; modo operatur. Propterea ergo magis querebāt eū iudei interficere, quia non solū soluebat sabbatū, sed & patrem suū dicebāt deū, equalē se faciēs deo. Grauis erat vtraq; hec calūnia apud iude os malicia insignes: nisi dominus Iesus operibus admirādis vtranq; eluderet, sicut dicitur infra si mihi nō creditis, operibus credite, credite vel huic voci: q̄ hominem omnibus desparatum medicis vno verbo sanitate perfecta donauit: vt vnus sufficeret lectulo suo portādo, qui pridie nisi coadiutore baiulo in piscinā descendere nō poterat. Hoc tam insigne opus nisi in virtute & nomine dei patris fieri nō potuit. Num igitur ob hoc deus pater in ius vocādus est? Num illi⁹ patris brachium: manus, ars: sapiētia? Sed furor pertinax iudeorum tatum absuit vt ex verbis domini factus sit mitior: vt magis cabrones isti irritarentur aduersus illum captātes sequendi occasionem, ꝓpterea q̄ iam nō solum violaret sabbatum (sed in impiam eorū opinionē) sed & deum omnium creatorem pa-

C trē suum diceret, semetipsum illi equans in operibus & auctoritate operādi quecūq; vellet. Verum domin⁹ Iesus vincens in bono malū, vel vincere volens (sed aspides erant surde) pergit illos clari⁹ exposita potestate quā a deo patre accepisset deterrere a tā impia cogitatione: sic tamen sermonem suum attēperans: vt nunc se patri equalem secundū quod deus est: nunc minorē ostendat: iuxta quod verbum quod erat in principio apud deum: carō factum est. Respondit itaq; Iesus & dicit eis. Amē amen dico vobis, nō potest filius a se facere quicq̄ nisi quod viderit patrē facientē. Questio erat de equalitate patris cum filio: idest filii ad patrē mota ex sanitate donata paralytico. Christus probat se equalē patri ex tribus. Primo quia omnia operatur cum patre; Secundo q̄ factus homo: facit opa que excedunt humanā potentiā videlicet vitam donare vita functis. &c. Tertio q̄ est adorand⁹ cū patre: qui ei est coequalis in potentia. Primū ibi: nō potest filium. Secundum ibi: & maiora ei demonst. Si enim pater. &c. Tertiū ibi: vt omnes honorificent filium. Chriso. Hoc est: impossibile est vt patri cōtra-

Roma. 12. Ioan. 1.

D rium faciā. Illud enim quod nō possum dicit, nō est imbecillitatis, sed immēse potestatis, sicut quando dicim⁹, q̄ deus nō potest peccare: per hoc nō impotentē sed oīpotentem dicimus. Vnde illud Prouer. cap. 8. Quando deus preparabat celos aderam: quādo certa lege & gyro vallabat abyssos. Denique cum eo erām cuncta cōponens. Quecūq; enim ille fecerit, hec & filius similiter facit. Pater enim diligit filiū, & omnia demōstrat ei que ipse facit, & maiora ei demōstrabit opera, ita vt vos miremini. Nam si patris & filii vna est diuinitas eadem potentia, sapientia & voluntas: iuxta quod verbū erat in principio: & deus erat verbū: id necessario consequitur: vt sicut filius nō est a se: ita nec operetur a se. At dices: Sicut dicit Augustin⁹ obiciendo. Ergo filius alterū celum & alteram lucem creatur⁹ est: & homines alios ad imaginem & similitudinē suam ab iis quos pater creauit. Sed sic sapere: mors est. Sic ergo intelligendum est, q̄ omnia per ipsum facta sunt quecūq; pater fecit, facit & facturus est, addit illud: sine filio nihil potest facere pater circa creaturā, q̄m omnipotentia qua deus pater ope-

Chrisosto. De cōse d. stin. 5. cap. finali. Augustini

E ratur ad extra: eadē est omnino in filio que & in patre. Nec enim nunc sermo est de productione diuinarum personarum, quia ille producte sunt, nō facte: loquor de filio & spiritu sancto. Ita dicit Augustin. 5. De trinitate, cap. 14. Ad creaturam pater & fili⁹ & spiritu sct⁹ sunt vnum principiū sicut vnus creator & vnus de⁹. Ex quo videtur, q̄ sicut est in eis vna formalis deitas, per quā dicuntur vnus de⁹, sic est vna formalis ratio causandi & principiandi, per quā dicuntur vn⁹ creator & vnum principium. Quomodo dicit Dionysius de diuinis nominib⁹: cōmunia totius trinitatis sunt causabilia omnia. Quecunq; igitur facit pater, hec & filius similiter facit. De quo vide latius doctorē nostrū in quolibet. Questione. 5. Videre autem patrem facientem, nihil aliud est q̄ cooperari operanti. Sed dicitur: quod viderit: quia Filius est ars patris: in quo sunt idee omnes & rationes omnium que cōdita sunt & cōdentur: de quo vide ibi, omnia per

Augustin. Dionisi

omnia per ipsum facta sunt. Ioan. 1. Si requiras, vnde in patre & filio est tanta in operando vnitatis conformitas? Expositū est, quia videlicet in vtroq; est eadē penitus potentia & volūtas. Et pater diligit filiū quē sibi equalem penitus genuit, & qm imago est bonitatis paterne; in nullo differens ab eo cui⁹ est imago nisi re sola personali (quia vna psona nō est altera) ac proinde maiora ei demōstrabit opera his que videtis in Clinico lecticarioq; paralytico, vt vos miremini. Mirati sunt iudei, viso tāto miraculo, & cōmoti sicut ebrij, sed nunquid cōuersi? Cōuersi sunt in arcū prauum. Magnū fuit opus hoc, sed maius fuit, mortuos suscitare quatriduanos, sicut nunc seqtur. **Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat.** Que omnia eodē modo intelliguntur, quo & precedentia. Nullū enim mortuū excitauit Christus, quem nō excitauerit pater, nulli vitam restituit pater, sine voluntate filij, quia quecunq; pater facit: facit & filius. Nec vocat nunc excitare sepultos cineres Arrij & aliorum hereticorum, asserentium Christum fuisse creaturam, ante Mariam nō fuisse & minorem patre, & multa his similia sinister heretica, quia harum vulpium concremandarū alij susceperunt prouinciā. Nihil enim aliud his sermonibus astruere vult dns Iesus: qm q licet iuxta formam assumpte carnis videatur homo, quod vtiq; erat, nihilomin⁹ tamen non est ei rapine imputandū: q se vocet dei filium: cum natura sit deus: id quod ex operib⁹ suis mirabilib⁹ ostēdit primū: Secundo autē ex eo q est dūs sabbati. Tertio ex potestate iudicij, de quo nunc sequitur in textu. **Neq; enim pater iudicat quenq̃, sed omē iudiciū dedit filio, vt omnes honorificent filiū: sicut honorificant patrē. Qui nō honorificat filiū, non honorificat patrē, qui misit illū. Amē amē dico vobis, q qui verbū meū audit, & credit ei qui misit me: habet vitā eternā, & in iudiciū nō venit, sed transiet de morte ad vitā.** Quod eodē modo est intelligendū, sicut & precedētia. Sicut enim filius non operatur sine patre; mortuos non excitat sine volūtate patris, ita neq; iudicat nisi simul cū patre. Dicit autē q pater non iudicat quenq̃, qm in die separationis omniū ab hedis illum tantum videbunt iudicandi in quē insultauerunt, quem confixerunt. Dedit igitur pater omne iuditium filio; vt omnes honorificent eum qui cum in forma dei esset, formam serui accepit & inter duos nequam velut maledictum pependit. Est autem honor filij: eum credere ac confiteri patri p omnia equalem. Est honor patris credere q filium genuerit sibi cōsubstātialē, coeternum & omnipotentē. Augusti. Si enim minor crederetur fili⁹ iuxta Arrium: pater inhonoraretur: q vel inuidia noluisset eum genuisse equalem, vel impotens nō potuisset: vnde id consequeretur patrem deum non esse. Quid autem mirum si vtriusq; idem est honor & gloria, quando vtriusq; eadem est essentia & maiestas. Ego enim & pater vnum sumus. Quomodo autem pater & filius sint vnū, nec tamen vnus, id nosse vita est eterna: sciemus hoc tantum mysterium, quādo videmus eum sicuti est. 1. Ioan. 2. Videmus eum facie ad faciem. 1. Cor. 13. Et non posteriora sicut Moses. Exo. 33. Quod autem sequitur. Amen amen dico vobis. &c̃ (repetit a capite, quod dixerat secundo loco de animarū viuificatione) Hunc habet sensum. Qui verba mea audit cordis aure, & custodit conferens in corde suo, & ope implet pro loco & tempore, iungens tintinabulis malo granata Exo. 28. (multi em̃ in quorum ciuitatibus dn̄s docuit: auditturi sunt: discedite a me operarij iniquitatis) hic habet inchoatiue vitam eternam: habet enim pignus vite eterne videlicet gratiam, de quo scriptum est: tene quod habes, vt nemo accipiat coronā tuam. Et qui huiusmodi est, non venit in iudiciū dānationis: inquit Augusti. Pro peccatis donatis non dicitur ei ius, semel iusti, ex fide. Alioqui scriptum est, oportet nos omnes manifestari ante tribunal Christi, siue oues sint siue hedi: sed oues rapientur obuiam Christo in aera. 1. Thes. 4 Iusti igitur transient a morte corporis ad vitam eternam: sicut dicit spiritus sanct⁹ a modo requiescant a laboribus suis, qui carnem crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Ve autē illis qui in labore hominum non fuerunt. Psalm⁹. 72. Ad diem enim perditionis seruantur, licet interim saginentur ad lautieiam. Isti non de morte transient ad vitam, sed de morte mala ad pessimam. Sic transiuit Romulus, sic Iulius Cesar: sic Nero, sic Herodes: Antiochus, Aman: Claudius: Otho: Vitellius: Domitianus: Hercules & Adonibezec: sed arenā metior: & vndas numero. Sic Ladislaus Rex: dum florentiam pergit: in itinere in coitu mulieris que medicatam opera florētinorum vuluam habuit (nouū reuera gen⁹ fraudis) extinct⁹ est. Beati autē mortui qui in dn̄o moriuntur & amodo. De quib⁹ operibus dicetur Mart. Cap. 25. Sequitur textus. **Amen amē dico vobis: q venit hora & nunc est, quādo mortui audient vocē filij dei quomodo Lazar⁹ audiuit, iuuenis & puella & qui audierint viuent. Sicut enim pater habet vitā in semetipso, sic dedit & filio vitā habere in semetipso, & potestatem dedit ei iudiciū facere.** Ostenso qualiter viuificat animas: ostendit q̃modo suscitat corpora: vtrunq; enim proposuerat. Iuxta Theoph. Hoc dixit dn̄s propter mortuos tres videlicet quos excitauit. Iuxta Augusti. Dies ista aut hora vsq; in finem seculi extenditur. Qui ergo credendo audierit, viuet. Et quomodo possunt nisi viuant audire? Nēpe q̃modo dicitur ad surdos & cecos, surdi audite, & ceci intuemini. Sunt enim mortui multi qui nomen habent viuorum, de quibus dicitur, dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Sicut sunt mortui mundo, viuunt autem Christo. Gal. 2. sed & adolescens qui efferebatur mortuus, audiuit vocem dicentis: tibi dico surge. Sicut & Lazarus audiuit vocem vocantis se. Ita dicit & Paulus, surge qui dormis, & exurge a mortuis. Viuent ergo qui audierint, idest obedierint non enim omēs obediunt Euangelio. Rom. Cap. 10. Sunt enim aspides quedam terra surdiores, que nō exaudierunt vocem incantatoris etiam sapientissimi, qualis Stephan⁹ Actu. 7. Qualis Paulus, cui⁹ verba sunt ad huiusmodi aspides. Sanguis vester erit super caput vestrum. Actu. 18. De hoc dictum est Ma. Cap. 11. Ibi lamentati sumus &c̃. Obturauerunt enim aures suas de cauda, clamosis vocib⁹ dicentes: crucifige crucifige eum. Sed audi Zachariā. Noluerunt attēdere; & auerterunt scapulam recedētes, & aures suas aggra-

Marginalia: Sapien. 7. — Psalm. 77 — Iudi. 15. — Phili. 2. — Zacha. 12 — Phili. 2. — Augustin — Ioan. 10. — Luce. 2. — Matth. 7. — Apoca. 3 — Apoca. 14 — Gala. 5. — Hiere. 12. — Catalog⁹ — Ladislaus — Augustin — Esai. 42. — Apoc. 3. — Ioan. 11. — Psalm. 57 — Ioan. 19. — F — G — H — I — K

suas aggrauauerunt, ne audirent, & cor suum posuerunt vt adamantē ne audirent legē. Parum est autē ꝙ audire noluerunt, nisi alios peruerterent dicētes. Dæmonium habet, quid eum auditis? Dicit autē, venit hora & nunc est, quā a diebus Ioannis baptistę regnum Cœlorum prędicari cępit, & qui audiunt & obediunt, & custodiunt verbum dei: viuent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso. &c̄. Hoc est sicut pater est a se vita per essentiam, ita genuit filium q & ipse sit vita ęterna. Interest autem illud, ꝙ pater est a se, filius a patre, sed pater & filius & spiritus sanctus vna vita sunt beatissima & ęterna. Denique potestatem dedit ei iudiciū facere. De quo dixerat superius, pater nō iudicat quenquā. Ipse est enim qui constitutus est a deo patre iudex viuorum & mortuorum. Et rursus. Tempora quidem huius ignorātię despiciens deus, nunc anuntiat hominibus vt omnes vbique pęnitentiā agant: eo ꝙ statuit diem in quo iudicaturus est orbem terrę in ęquitate in viro in quo statuit, Actu.17. De hoc viro quem fęmina circūdedit, dixit Paulus. Rom.2 scimus ꝙ iudicium dei iudicium est secundum veritatem. Sub tā ęquo trutinatore meritorum (est enim iustitię oculus iuxta prouerbium) sub tam intimo scrutatore secretorum, qui solus nouit corda quantum vis profunda ac desperabilia, quis gloriabitur castum se habere cor? Prouerbio.20. iuxta.70. Sequitur iuxta quod legit Chryso. Hunc textum. Quia filius hominis est, nolite mirari hoc. Tantam autem potestatem traditam homini, vt sit iudex vniuersorum, nolite mirari. Non enim dedit ei hanc potestatem iudicandi quia homo, sed quia deus est. Non enim est cōmunicabilis potestas hec creaturę, vt propterea auctoritate iudicet, quia hoc est solius dei, dare vitam ęternam, & perdere corpus & animam in gehennam. Quod autem dicitur data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra, Christo vt homini delegata est, cōsubstātiali patri ppria est. Dicit & hoc loco Theop. Valde stultum esse, hunc textum sic copulare, dedit ei potestatem iudicium facere: quia filius hominis est (& tamē hanc stultitiam hucusque nullus quod sciam percepit) non enim quia filius hominis est accepit hanc potestatem, sed quia filius dei patris est. Nam ad hunc modum legebat Paulus Samosatenus, negans Christum dominum, deum esse. Et addit Chryso. Si quia filius hominis est, accepit potestatem vt iudex esset quid prohibet omnes homines iudices esse? Constanter ergo legendum est inquit eo modo quo expositum est. Caret. Quia filius hominis est. Ratio quare constitutus est filius dei iudex, est quia est & filius hominis. Si quęris q̄re oportuit filium dei esse filium hominis: vt constitueretur iudex, ratio est: quia iudex dum ius dicit, oportet ꝙ videatur a iudicandis. Vnde sequitur. Nolite mirari hoc: audientes factum ignorantes causam. Quia venit hora in qua omēs. &c̄. Quia ergo congregatio iudicandorū erit sensibilis, ideo oportet ꝙ iudex sit visibilis. Mat.25 Sequitur. Quia venit hora in qua omnes qui in monumētis sunt audient vocē filij dei. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionē vitę. Qui vero mala egerūt in resurrectionem iudicij. Cum ergo instet secretum illud secretorum, & forte adsit in ianuis hora illa nec angelis ipsis pręuisa: quā solus pater nouit: quando canet tuba illa nouissima. 1. Cor. 15. Vos inquit Petrus state succincti lumbos: lucernas tenentes cum baculis (Luc.12) & satagite vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. De hoc Daniel Cap.12. In tempore illo quando canet tuba illa cęlestis: multi de his qui dormiunt in terrę puluere euigilabunt, alij in vitam ęternam: alij in obprobrium: vt videant semper. Peccatores enim videbunt iustos in sinu Abrahę quiescentes (Luc.16) & irascentur sibi metipsis, dentibus suis frement, & tamē tabescēt: quia omē desiderium eorum peribit. Quod autem dixit Daniel. Multi ex his qui dormiunt, resurgēt multi pro omnibus positum est, Omnes enim qui mortui sunt & morientur resurgent, nisi dicas iam celebratam esse resurrectionem in illis qui cum Christo resurgēte surrexerunt, quod suo loco dicetur. Mat.27 Ex hoc igitur loco Danielis desumpta videntur verba Christi, procedent qui bona fecerūt. &c̄. De mysterio resurrectionis plenę sunt scripturę, dicente domino. Quicquid faciant persequutores de corpore, animam non possunt occidere. Sed audiamus sanctum Iob. Quis mihi det: vt exarentur verba mea in libro stillo ferreo: vel in celte (arbor est incognita) aut in plumbi lamina vel in silice? Scio enim ꝙ redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum & in carne mea videbo deū. Reposita est hec spes mea in sinu meo. Sequitur de impijs. Fugite ergo a facie gladij, & scitote esse iudicium. Quoniam mysterio resurrectionis fidei nostrę prora & puppis post multa secula celebrādum erat, in Lapide durissimo scribi vult verba sua. In libro inquit aut in plumbo silice vel celte, vt in ore duorum vel trium testiū stet omē verbum. Scripta igitur sunt verba hec Iob primum in lege naturę, secundo in lege scripturę, & nūc tertio in lege gratię: quam nulla delebit obliuio. Scio inquit ꝙ redemptor meus viuit Gregorius. Infidelis quisque illum flagellatum, derisum, palmis cęsum, sputis illitum crucifixum mortuum nouerit, ego illū post mortem viuere certa fide credo. Quia si crucifixus est ex infirmitate, viuit tamē ex potentia dei, ad prędam enim crucem ascenderat leo de tribu Iuda. Et in nouissimo die &c̄. Redemptor noster suscepit mortem, ne mortē timeremus. Ostendit resurrectionē: vt resurgere posse confidamus, Vnde & eandem mortē non plusquam triduanam esse voluit, ne si in illo resurrectio differretur: in nobis omnino desperaretur, iuxta illud aruit spes nostra, aruerunt ossa nostra. Vnde proiecta virga in terra, & in colubrum versa, statim dictum est Mosi. Heus pastor qui vidisti dn̄m Iesum (in spiritu) in sepulchro proiectum & mortuū, apprehende caudam, & crede resurgentē: sicut scriptum est, de torrētē in via bibit. Quasi enim de quodā flumine nostrę mortalitatis (omnes enim morimur, & fluimus sicut aquę quę non reuertuntur) non in mansione bibere, sed in via dignatus est, qui mortē ad triduum tantum contigit, vt somnus potius vocetur quam mors. Vnde illud, sicut fuit Ionas in ventre ceti. At qui Ionas in ventre ceti non dormiebat, sed orabat & psallebat, Ille igitur post triduum, nos in nouissimo die surrecturi sumus. Id bene pręfiguratū est Num. Cap.17. In virgis duodecim aridis, positis ante sanctum sanctorum, quarū ea quę sacerdotis erat floruit

sub vna

Ioan.10. Matth.11. Actu.10. Hierem.31 Hierem.17 Chrisosto Matt.28. Theophy Matth.27 2.Pe.1. Psalm.5 Cantico.2 Matth.10. Iob.19. Iob.. 1.Cor 15 Gregorius Genes.49. Ezechi.37 Exodo.4. 2.Reg.14. Matth.12.

sub vna nocte, cetere ariditate tabuerunt. Hoc igitur signo quid ostenditur, nisi quod omnes qui vsque ad finem mundi iacemus in morte quasi virge cetere in ariditate permanemus, donec ad virgas aridas, aut iuxta Ezechiele ad ossa arida fiat sermo dei dicentis. Ossa arida audite verbum domini. &c. Bene ergo dixit, in nouissimo die de terra surrecturus sum. Quisquis igitur resurrectionis in se virtutem fieri posse desperat: verba in gentilitate positi viri fidelis erubescat, & penset quante pene pondere sit ferendus: si ad huc nō credit suam: qui iam resurrectionem dñi cognouit factam, si & ille suam credidit qui adhuc dñi sperabat faciendam. Et in carne mea videbo deum. Ecce resurrectionem, ecce carnem, ecce pellē & oculos. Quid ergo remanet, vnde mens nřa possit dubitare? Sequitur: reposita est hec spes mea in sinu meo. Nil nos habere certius credimus, quam id quod sinu retinemus. In sinu suo ergo repositam tenuit spem: qui vera certitudine de spe resurrectionis presumpsit. Sequitur. Fugite ergo a facie gladij. Faciē gladij fugere est F anima aduersionis districte sententiam priusque proferatur placare. Vitari namque terror iudicis non nisi ante iudicium potest. Modo non cernitur: sed precibus placatur. Cum vero in illo tremendo examine sederit & videri potest secundum quod homo est, & placari non potest: quoniam qui diu tacuit: vt parturiens

Esai. 42. loquetur dicens. Ite maledicti in ignem eternum. Matt. 25.

Caput. xx. De multiplici testimonio Christi ab operibus suis a patre de celis a Ioanne baptista quod Ioannes erat lucerna ardēs & lucens. quod iudei scrutentur scripturas que reuera testificantur de Christo. Quod qui christum non receperunt recipient anti christum. quod Moses accusabit iudeos cui reuera iudei non crediderunt. Quod herodes audita fama iesu christi dubitabat num ipse esset Ioānes quem ipse paulo ante occidi iusserat & querebat videre dominum Iesum. G

Ioan. 5. Roma. 2. 12. disti. c. 1.

NOn possum ego a me facere quicquam. Sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est, quia non quero voluntatē meam, sed voluntatē eius qui misit me. Non possū. Exposito modo iudicij: declarat iudiciū suū rectitudinē, cuius solius est ad mensuratē. Iudex autē multifariā potest deuiare a iusto. Primo ex parte potentie. Vide Eccles. 7. Vnde dicit: non possum a me ipso. Secūdo ex parte intellectus quia ignorans est vnde dicit. Sicut audio iudico vide Esaie. 11. Audire tamē Christi est scientia eius eterna. Tertio ex parte voluntatis, quia potest deuiare a recto volēs, vnde dicit: nō quero voluntatē meā. Respōdet ergo dñs tacite obiectioni iudeorū, qui ita obijcere poterāt. Iudicē te profiteris viuorū & mortuorū quo argumento persuades nobis, quod iudiciū tuum iustum sit, quod solius dei est iuxta aplūm. Ad hec dñs H Nō possum a me facere quicquam, non creare, nō mortuos suscitare: non denique iudicare sed patris iudiciū, & meum vnū & idē est. Sicut audio & iudico. Per que verba nihil aliud vult: quam quod impossibile sit eum aliud aliquid velle, quam quod pater vult. Hoc est: ita iudico: ac si ipse pater esset qui iudicat. ideo iudiciū meū iustum est: quia non quero voluntatē meā. &c. Pone in Christo fuisse tres voluntates. Prima que est verbi, & hec eadē est (quia vnica est in patre & filio & spiritu sctō) cum voluntate patris. Secunda volūtas est anime Christi, que & si creata fuit: tamē nunquam discors fuit a voluntate verbi. quia Christus vt homo peccare nō potuit: licet haberet voluntatē liberam qua peccatur. Tertia voluntas nō proprie vocatur

Ioan. 21. voluntas. sed appetitus sensitiuus, de quo dictū est, duceris quo nō vis. Et hec in Christo nō semper voluit quod volūtas verbi, voluntas patris. iuxta illud, non mea voluntas sed tua fiat. Mat. 26. Ita dicit Tho

Thomas mas. 3. p. q. 18. ar. 5. Christus voluit aliud quam deus voluntate sensualitatis & vt natura, non autē vt ratio.

Matth. 6 Cū ergo dicit, non quero voluntatē meā, nō intelligitur de prima: quia nihil aliud quesiuit, nihil aliud I docuit quam illud: fiat voluntas tua, que & sua erat: quia deus erat. Perinde enī valet: fiat volūtas tua, ac si dicat: fiat voluntas mea qui deus sum [illegible] deo. Voluntas tertia nō est proprie voluntas: illa enim non peccamus: licet titillemur. Sed subter te erit appetitus. &c. Gene. 4. Intelligitur ergo de secunda volūtate, idest de voluntate anime dñi nři Iesu Christi, que plenissime concors fuit volūtati dei pris, sicut ima

Sapi. 7. go speculi rei ex qua exprimitur: vnde dicitur imago est bonitatis. Nemo autē bonus nisi vnus deus. Mar

A. Gellius c. 10. Queritur de mēte A. Gellius, lib. 14. Cap. 2. Si iudex forte id ciat super quo apud Deū litigatur: eaque res vni ei priusquam agi cepta aut in iudiciū deducta sit ex alio quodā negotio casuque aliquo cognita liquido & cōperta sit neque id tamē in agenda causa probetur: oporteat ne eum secundum ea que sciens venit iudicare, an secundum ea que aguntur. Queritur etiā an deceat atque conueniat iudici causa iam cognita, si facultas esse videatur cōponendi negotij officio iudicis Paulisper dilato: cōmunis amicitie & quasi pacificatoris partes recipere. Queritur & illud: debeat ne iudex inter cognoscēdum ea que dicto quesitoque opus K sit, dicere & querere etiā si cuius ea dici querique interest/neque dicat neque postulet. Patrocinari enim pror-

Ambrosius sus hoc esse aiunt, non iudicare. Horū solutionē querat bonus lector. At hec Ambrosi. Ire ad iudicem est ire ad ius. Ideo iudex non voluntatē suam querere debet, sed voluntatē legis, de qua cum constat: iuste quod

Deute. 11 iustum est exequere. Antigonus senex sophiste quoddā ei cōmētariolū de iusticia inscriptū porrigenti. stolidus es inquit, qui cū me videas alienas vrbes vexantē, nihilominus apud me sermonē de iusticia facias, qui ius omne in armis habeo. Nēpe ludebat opas suas de iusticia disserēdo apud eū qui more cyclopū raptu viuebat, dicens, Omnis locus quē calcare potuero, meus erit. Augusti. Ve etiā laudabile vite hominū si remota misericordia, discutias eā iustus iudex. Quia vero nō exigis delicta vehemēter, fiducialiter speramus aliquē apud te locum nos inuenturos indulgētie. Scribit autem Plinius, lib. 6. cap. 22. In insula

Taprobane

Taprobanę gentē esse, apud quā nulla fora aut lites sunt. Eligi regē a populo senecta Clemētiaq́, liberos non habētē, & si postea gignat abdicari: ne fiat hereditarium regnum. Rectores et a populo .30. dari nec nisi plurium sentētia quenq́ capite dānari, sic quoq́ appellationē esse ad ppl'm. Tunc .70. Iudices dari. Si hi, 70. Liberēt reum, amplius .30. iis nullā esse dignationē grauissimo probro. Rex si quid delinquat, morte mulctatur, nullo interimēte, sed aduersantibus cunctis, & cōmertia etiā sermonis negantibus hęc ille. Quę apud nrates mera somnia putabuntur (nō omnes) quorū sunt facies aquilarū leonū, bouū, & veluti repeliū quę ducē non habēt rōnem, sed raptu viuunt & astu vt dictū est. **Si ego testimoniū perhibeo de meipso, testimoniū meum non est verū. Ali⁹ est qui testimoniū perhibet de me, & scio q verum est testimoniū eius quod perhibet de me.** Hęc verba si temere legantur idest affirmatiue (Inquit Chrysosto.) Secūdū opinionem eorū loquebatur. Nam iuxta ius gen-

Habac.1

Chrisosto.

A tiū nullus vnq́ de se testificans dignus est fide, imo vni testi nūq́ creditur etiam si sit sesqui Cato, sed in ore duorum aut trium stat omne verbū. Ita dominus Iesus tres testes exhibuit summę auctoritatis, prēs de cęlis testificantem quis esset Christus: quia filius meus dilectissimus. Ioannē qui dixit ad quid venerit: quia vt tolleret hamartiam tu Cosmu. Opera quę testificātur quid possit, quia donare sanitatē ęgrotantes, vita/vita functos, donare paradisum latronibus. De primo igitur testimonio idest pris, dicit, ali⁹ est q testimoniū. Perhibet de me, de q Lu, 3, Ad fluenta Iordanis Ma, 17. In monte Thabor, & in Bethania quādo sonuit vox illa, & clarificaui & iterū clarificabo. Et scio inquit q verum est testimonium eius/scientia increata. Sequitur de secundo teste. **Vos misistis ad Ioannē, & testimoniū perhibuit veritati. Ego autē ab hoie testimonium non accipio, sed hęc dico vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens: vos aūt voluistis ad horā exultare in luce eius** Chrisosto. Isti qui missi sunt (de quibus Ioan, cap. 1. Habitū est) Non dixerunt Ioāni: quid dicis de xpo

Deute. 17.

Chrisosto.

B sed tu quis es? Quid dicis de teipso? Ita per maximā de hoie admirationē habebāt. Cęterū ille testimoniū perhibuit nō sibi/nō enim ad hoc homo iste missus fuerat a deo, sed vt testificaretur lumini/sed veritati idest christo. Quod si Ioānes de me testimoniū nō perhiberet, num deesset testes veritati, quę fortior est vino, rege, & fęminis. Nō opus habeo cōmendari hois testimonio (omnis eñ homo mēdax) sed tamen ingero vobis testimonium quod Ioānes tantus vir de me tulit (quod certe apud vos nō deberet esse leuis auctoritatis) vt copia testiū confirmati, credatis & salui sitis credētes. Erat quidē Ioannes lucerna ga q luminosissima, & quā nulla luminosior, nō tamen erat lux vera, sed de mea luce fulgebat: iuxta illud deus meus illumina tenebras meas. Et illud, de plenitudine eius omnes accepimus. Ioan. 1. August. Mōtes ad quos venerat dominus Iesus. minus idonei erant illū videre, radiauit lux veram Ioānem qui pharos erat lucidissima, & per illū con itentē, q de plenitudine eius omes accepimus sicut & ille, illuminati sumus & nos. Sumus enim itā infimi, vt per lucernam quęramus deum, quęramus diē (mirabile dictu)

3. Esdre. 3

Psalm. 115.

Psalm. 17

Augustinus

C quęramus eum qui sui pr deest: sicut dominus dixit, ille erat lucerna ardens & lucens. Per hanc lucernam illuxit nobis verū lumen, sicut illi per lucernā vteri virginalis, cū ab vtero lucerna lucē veram adorauit. Vos autē o Iudęi qui sequntes lucernā hanc quę ad lucē veram vsq́ vos ducere voluit (sicut stella Magos dicens, ecce agnus dei, in ea tm exultare voluistis, gaudiū vrm fuit ad instar puncti, Ioanne capite plexō, & interim verum gaudium amisistis. Voluistis illum fore vrm Messiam/qui se tamē negabat dignū qui solueret vel portaret calciamenta mea. Erat inquit lucerna, quia vel erat in vinculis qndo hęc dixit dominus vel erat iā capite plexus. Exultauistis ad horā. Misistis quęsitum, num ipse esset Christus, cum abnueret, de me interim testificans, statim illū irri vocastis dicētes, Quid ergo baptizas. &c. De hoc dictum est. Ioan. 1. Tu quis es. Lucerna igitur cum esset Ioannes aut lucifer, occidit sole exorietē, de quo Lucas. Claritas dei circumfulsit illos. Et illud Iter, & Iudęis noua lux oriri visa est. Cur autē (rogo) testimonium Ioannis de me apud vos pōdus non habet, cū alioqui de illo tam insigniter senseritis olim: vt vel vni testi & de se testificanti fidē fueritis adhibituri? Nihilominus tamē. **Ego habeo testimoniū**

Luce. 1.

Marci. 6

D **maius Ioanne. Opera enim quę dedit mihi pater vt perficiam ea, ipsa opera quę ego facio: testimoniū perhibent de me, q pater misit me. Et qui misit me pater ipse testimoniū perhibet de me.** Diximus in superioribus tres testes exhibuisse dominū, q diceret: quis esset ad quid venisset: & quid posset. De hoc igitur tertio idest de operibus nūc dicit, opera quę dedit mihi pater. &c. Operū autē christi mirabilium plena sont quattuor euāgelia. Esto inquit Ioannes falli potuerit (homo enim erat) in mei cognitione (quod tamē est impossibile: cum missus fuerit a deo: vt testificaretur de me, & qui misit illum baptizare in aqua dixit ad eum, super quem videris spiritum descēdentē & manentē: hic est qui baptizat in spū sancto) testimonium ab operibus certissimum est. Nam demonib⁹ imperare, mare verbo sedare. vitam mortuis restituere. &c. Solius dei est. Deniq́ pater qui misit me ipse de coelis testimoniū perhibet de me, idq́ non semel, sicut dictum est. His duobus testibus si potestis refra

Scot. 14. prologi. D.

E gamini (pretermitto enī pueros clamātes osiana in excelsis: & angelorū exercitū canentium: Gloria in excelsis deo. Luce, 2. Hos in ius trahite. Clamabunt enim lapides si res ferat. Vos autē cum absit leo, vestigia quęritis. Excludit aūt dominus in consequentibus errorem non vulgarē, quē concipere possent iudęi ex verbis suis. Poterant eni dicere qui astabant. Si pater de coelis testificatus est de te: habet ergo corpus: & cętera omnia per consequens quę corpus consequuntur (Sicut Mosi dictum est, videbis posteriora mea) ergo & mortalis est & cibo pascitur: somnoq́. &c. Quę oia q absurdissima sint quis non videt: & q aliena a natura dei. Non inquit ita se habet res, **Neq́ enim vocē eius vnq́ audistis, neque speciē eius vidistis.** Quoniam ergo Moses vnum horū duorum negat alterū autem concedit: Dicit enim Deut. Cap. 4. Loquutus est dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum ei⁹ audistis

Matth. 21.

Prouerbiū

Exodo. 33.

Caiectan.

& for-

& formā penitus nō vidistis. Denicꝫ loquutus fertur multifarie patribus in prophetis. Vnde sit huiꝰ oium solutio. Semel loquutus est deus, quando dixit verbū suū idest genuit vnigenitū suū ex vtero ante luciferū. Ceterę loquutiones siue ad Adā, ad Noe, ad Abrahā (etiā quādo dixit: ꝑ me metipsum iuraui Gene. 22.) Vel Mosen/quo cū loquutus fertur dominus sicut cū amico suo, Angelorū fuerunt: hoc est ab angelis formatę in aere. Itaqꝫ vt cōpendio dicā, si loquutus fertur dn̄s Mosi, & deum videbat palā & nō per figuras, quorū vtrūqꝫ dominus hic it inficias dicens, necꝫ vocē eius audistis, necꝫ speciē vidistis, hoc firmissime tenendū est, ꝙ deum nemo vidit vnqꝫ Ioan. 1. Nunqꝫ audiuit: neqꝫ videre potest/sicut & Paulus astipulatur. 1. Tim. 6. Vidit autē & audiuit eū vnigenitus ꝗ semp est in sinu pr̄is. Et hoc est qđ sequitur. Et verbū eius nō habetis in vobis manens. Aliqua voce & aliqua specie insigni insinuauit se deus pr̄ patribus, & iuxta Oseę in manu oīum prophetarum multis figuris & visionibus, tamē vt dixi id quod deus est: nullus vidit: nullus audiuit: nouissime aūt inquit Paulus: loquutus est nobis per filium. Quod si rogēt iudęi quare nō habeāt verbū pr̄is manens in illis: sed si habēt: habēt transitorie: non eīn ruminant, sed sunt immūda animalia: sequitur. Quia quē misit ille, huic vos nō creditis. Porro qui filiū spernit: spernit & pr̄em: qui filio non credit: nun credit patri a quo missus est qui & ꝑ eundē filium nobis loquutus est id qđ summę optabat ecclesia dicēs: Osculetur me osculo oris sui. Tot enim oscula ex ore verbi incarnati suscepit eccl'ia: quot sentētias cōtinēt sacro sancta euangelia. Verū si nec Ioanni fidē prestatis: si testimoniū quod de me pr̄ toties tulit non suscipitis. Cuius vocē non audistis: speciem nō vidistis: a ꝗ in spiritu nō estis: si opibus meis nō creditis (licet cōtra negantes principia: nō sit disputandū: saltē. Scrutamini scripturas quia vos putatis in ipsis vitā ęternā habere, & illę sunt quę testimoniū perhibēt de me. Et non vultis venire ad me: vt vitā habeatis. Scrutamini scripturas. Tertiū testimoniū maius hoīe sunt diuinę scripturę. Quia vos putatis. Per qđ ostēdit iudęos tūc tēporis existimare non tātū tēporale regnū sed & vitam ęternā promitti sibi in sacris scripturis. Scripturę inquit quę vr̄o iudicio promittunt vobis vitā ęternam: illę de me testificantur, ꝙ ego sum donator vitę ęternę. Et nō vultis venire ad me qui sum via veritas & vita ęterna. Potest legi per indicatiuū verbū hoc: scrutamini iuxta Cyrillum, quasi dicat dominus. Vos scrutamini scripturas, & in eo quod est precipuum: nō creditis scripturis. Sed lex illis signata est. Theophi. Nō dixit habetis vitā ęternam; sed videmini vel putatis: monstrans, ꝙ nullū verum fructū percipiant: si a lectione scripturarū expetēt saluari; nō accedēte fide; quę per dilectionē opatur. Vndē dixit supra: sermonē eiꝰ nō habetis manentē in vobis: hoc est scripturas quę de me testantur. Habetis igitur, & nō habetis/habetis, sicut habēt scrinia: nō sicut fideles: manēt apud vos, sed nō intra vos: iuxta illud: cōseruabat oīa verba hęc Maria: cōferens in corde suo. August. Quidā quęrunt: ideoqꝫ inueniunt: & quia frequēter pulsant, aperitur eis. Quidā opinantur se scire, quod nesciūt, ignorantes scriptū esse, quomō possū intelligere: si nō aliquis ostēderit mihi: Et isti sunt doctores anteqꝫ discipuli, Cęci duces Cęcorū. Matt. 15. Quidā sentiunt se nescire, nō tamen quęrere volunt, doctū iri arbitrantes a nescio quibus 'agis vel quercubꝰ cū amicu dei Bernardo. Veritas autē ad studium litterarū sanctarū nos mittet dicens. Scrutamini scripturas Nā ex studiosis multos sapiētes euasisse legimus: coopante spū sancto, at ex asino (qđ pace oium dico) theologū repente factū (tantum ꝙ ablutus sit in fonte Caballino) nō legimus. Reuera autē non in hoc decipiebantur iudęi ꝙ putarent vitā ęternam se cōsequutum ire ꝑ fidē mediatoris dei & hoīum. Errabant autem in eo quod erat caput oīum: videlicet ꝙ nō agnoscebāt hunc mediatorē esse dominū Iesum christum. Sed si agnouerūt: dicentes, ecce hęres; nū crediderūt in eum? Absit, iterum qꝫ absit. Quid ergo? Ecce heredē vniuersorum: prophetā quem nobis suscitauit deus de medio nr̄m, venite occidamus eum. Et iterū. Tu ęce idiota qui in peccatis totus natus es, discipulus eius esto, nos Mosi discipuli sumus. Et nōne Moses dixit, ipsum sicut me audietis quē post me vobis suscitauit dominus; me aūt de cętero non audietis: Respōdent, Dixit id quidē. Sed quibus argumētis ostēdis, te esse illū prophetam? Scrutamini inqꝫt scripturas, quę de me testificātur: & de nullo alio ꝓphetarū: sicut alias dixit, necesse est impleri oīa quę scripta sunt in lege Mosi & prophetis & psalmis de me Luce. 24. Mittuntur ergo ad scripturas: non quidē ad simplicem lectionē, sed scrutamini inquit: quod est assidue meditari, & ruminare more aīalium mūdorum: latebat enim sub cortice medulla: iuxta illud, en ipse stat post parietē nostrum: prospiciēs per cācellos, & retia carnis. Erat enim christus petra illa. Nū. 20. Nubes quę. 40. ānis ꝓtexit filios isrl̄. Exo. 40. Māna quo pasti sunt itē annis. 40. j. Cor. cap. 10. Verū iudęi sicut oli nauseabāt ad Māna cęleste, Nu. 21. & ei proponebāt cepas & allia, ita in pr̄sentiarū doctrina christi potiorē ducebant. Mosen dicentes. Scimus ꝙ Mosi loquutus est deus, hunc autē nescimus vnde sit. Ioan. 9. Nimirū dixerat Esaias, Claudet dominus oculos vr̄os, prophetas & principes vr̄os qui vident visiones operiet. Et erit vobis visio oium sicut verba libri signati & cętera. Qua iusticia? Quā cum haberetis claues sciētię, ipsi nō introistis ꝑ ostium (christus est) in ouile ouiū Ioan. 10. Et ingredi volētes prohibuistis. Hierony. Vos audiētes dominū saluatorem, intelligere noluistis, & clausistis oculos mētis: ne eū videretis (idem de auribus) ideo ille par pari rependēs claudet oculos vr̄os, qui sunt prophetę: per quos dei sciēciā videbatis, vt vobis nō videtibus, audiant surdi verba libri signati. Necꝫ enim dixit, erunt verba prophetarū signata cunctis legentibus, sed vobis tantū, vt vos qui legitis litteras, & prophetarū vaticinia nosse vos existimatis: & diebus ac noctibꝰ volumina scripturarū in defesso ore meditamini, nō intelligatis quod legitis. Huiusmodi ergo magistris cęcis cęcorum ducibus (Matthe. 15.) si dederis librum legis: peperā omnia exponent, nil aliud somniantes in lege quā bona terrę, vitā Nestoream iuxta prouerbiū, vltionē inimicorum, regnū tēporale: filiorum examina, & id genꝰ multa. Cęterum si dederis librum populo indocto: ingenue fatebitur

suam

Margin notes: Hebre. 1. Iob. 33. Num. 12 Cap. 12 Leui. 11. Luce. 10. Theophi. Gall. 5. Luce. 2. Luce. 11. Actu. 8 Augustin. Matth. 21 Deut. 18 Ioan. 9. Canti. 2 Nū. 12. Esai. 29. Luce. 11. Hieronim. 1. Reg. 9 Prouerbiū. Section letters: F G H I K L

suam ignorantiā. Atq; e duobus malis multo leuius est legis imperitiā cōfiteri: q̄ iactare prudētiam: & nescire quod dicitur. Euētila inquit Hieronymus om̄es iudeorū Synagogas, & nullum poteris in venire doctorem: qui sancta precipiat, cōtemptis diuitijs, doceat paupertatē. Audi Hieremiā lamētantem hanc cimeriam in ꝓphetis cecitatē. Prophetę tui viderunt tibi falsa & stulta, nec apetiebāt iniquitatem tuā vt te ad penitētiam prouocarēt. Dedit enim illis deus pueros principes, & effęminatos, sublatis senibus cōsiliarijs & sapiētibus. Esai. 3. Deniq; eo amentię venerūt: vt dicant, Messiam suum natum: in Die qua hierusale diruta est a Tito & patre suo Vespasiano. Si requiras ab eis, vbi ergo nūc diuersatur? Est inquiunt cum angelis in mōte Sina, vel sedeecum paupetibus in vna portarū vrbis Romę vel pegrinatur per orbē ꝓ peccatis iudęorū. Vel est vltra montes caspios, prestolatur enim dei iussionē, vt educat e seruitute filios israel. Hoc mādatum nunc nō hoc sęculo accepat suus ille diu expectatus Messias anno videlicet. 1550. Et ecce iā adest annus, 1550, & nō dum venit Fuerunt autem in hispania duo falsi prophetę/ aliter in ciuitatę Abulensi, alter in oppido de Aillō, qui prefixerunt terminum aduentus sui AntiChristi ad annū domini. 1295 Eodem āno mēse quarto, vltima die mēsis expēderunt multa in Paupes: humiliati/ sunt in ieiunio & sacco & cinere. Et ingressi synagogas cādidati vel sericis amicti, Operante altissimo multę cruces apparuerūt in pallijs eorum, etiam in his quę domi asseruabāt. Hęc alij diabolicis artibus erubescebāt: alij tacebāt, & gemebāt quasi columbę seductę nō habētes cor. Pauci tamē ex illis cōuersi sūt Deniq; magister Ioānes natione iudęus, ad fidem cōuersus ita scribit iudęis Hispanię. Vos sperabatis Messiam venturum anno dn̄i. 1500. Id inquit tempus iam trāsijt per ānos sex. Vidistis insanias & meras nugas doctorum legis Mosaicę, & q̄ vere dixit propheta, claudet dn̄s oculos vestros. &c̄. Deniq; audi quomō exponunt illud Prouerb, 8. Ludens coram eo oī tempore. Angeli (inquit quidam eorum Rabbi) visa lege Mosi recōdita apud deū sanctitūm: dixerūt. Hāc dabit nobis deus. Et illa: nō inquit, sed hoībus tribuat

B Dicūt & illud. Annis. 50, quibus Adam propter mortem Abel abstinuit ab vxore, cōgrediebatur alteri vxori n oīe Lilis, illaq; cōcipiebat, & pariebat dęmones, Dicūt vlterius: q̄ hircus qui offertur Nū. ca. 28. Offertur pro pe.cato dei, eo q̄ fecerit lunā sole minorē. Dicūt & illud. Deus in qualibet prima vigilia noctis rugit velut leo, quia tēplum iudęorum diruit, iudęos dispersit. Quādo ergo iter rugiēdum lachrymatur, lachrymę eius descēduut in mare, & hoc est fulgur. Gum autē suspirat vel mauu percutit vel mouet pedes sub throno glīę suę, id est tonitrū. Si requiras ab eis, quid agit deus: tribus inquiūt primis horis diei legi Talmudicę incūbit: Tribus sequētib⁹ pueros legem docet, quam morte prępuēti, nō potuerūt addicere: tribus sequetibus hoīes iudicat: trib⁹ vltimis ludit cū Leuiatan: cuius femellę Carnes sale cōditas Messię reseruat & iudęis cum eodē epulaturis in tabernaculo cōfecto e pelle eiusdem. Noctu quid facit? Equitat inquiūt super cherubi. 18. milia mundos. Quid faciebat deus anteq̄ istos cōcederet mūdos? Sicut figulus inquit. Quia enim nō recte facti erāt, destruebat eos, rursumq; reficiebat, donec tandem perfecti

C sunt illi. 18. mille mūdi. Deniq; deus cōdito coelo, foramē quoddam in eo reliquit, quia totū claudere non potuit vt siquis forte de potētię magnitudine cūm deo cōtēdere velit: dicat ei deus. Heus claude foramē illud, & cedā tibi velut potētiori. Dixit et de Messia Rabbi Iocęph. Veniat Messias, & sim ego dignus vel merear sedere in vmbra caudę asini sui. Hec pauca ex multis libare placuit, vt vel ex parte intelligas quo amētię, quo stultitię & impietatis deuenerūt hi ad quorū patres dictum est: scrutamini Scripturas, quia illę sunt &c̄. Vos aūt nō vultis venire ad me. Qui aūt veniāt ad christum: qui tam fatua: tam absurda, tam impia rā puerilia de deo sentiūt? Et patres istorū sunt qui dicūt, num & nos cęci sumus. Claritatē ab hoībus non accipio: sed cognoui vos, q̄ dilectionē dei nō habetis in vobis.

Totus hic sermo de testimonijs christi ad id ordinatur, vt filius honorētur sicut & pater Estq; sensus. Q̄ tot testes adduxi pro me (vt vos ad fidē quę ianua est salutis ęternę pellicerē) videlicet Ioānis baptistę, patris coelestis, operū meorum & scripturarū testimonia quę de me loquūtur, nō est q̄ gl̄iam venari velim ab hoie, quę vere vana est, & vanitas vanitatū Ecc̄s. 1. Quare igitur in mea defensione) accusorem

D tamq; sabbati violator) tot testibus innocētiam meam tueor? Vt vos ab incredulitate ad fidē pelliciam. Cognoui enim q̄ nō zelo charitatis, sed inuidia pciti, dicitis, nō est hic a deo, qui sabbatū nō custodit, Ioā. 9. Claritatē inquit ab hoībus nō accipio. Hoc enim esset quasi sol lumē mēdicaret a tenebris. Qui si aliquādo gloriam accepit a turbis & a pueris clamātibus, Osanna, non quasi indigus accepit, sed iuxta illud, laude mea infrenabo te, ne pereas. Quāuis iuxta dictum Cęsaris. August. De huiusmodi salutatoribus satis supq; domi habeat deus, qui dicāt, salue Cęsar victor impator. Homines igitur qui hoies tm̄ sunt: gloriam captātes ab hominibus quam nō hn̄t a natura, sustinēt vt vocētur filij dei, sicut legimus de Alexādro. Is supato deserto, vt templum intrauit, Hāmonis antistes illū iouis p inde at patris nomine saluere iussit. Fuerat enim secreto persuasus ab Alexādro. Alexādro rogante, nū quisq; ex patris interfectoribus impunis effugerit, sanctiora loqui iubet antistes. Nec enim illi parentem mortalē esse. Mutato deinde sermone, cūctos ne inter fectores Philippi vlt⁹ sit per cōtatur, & datum ne ei sit, vt vniuersos mortales sit moderaturus, cui & hoc ipsum dari: & plene pactam Philippi vltionē esse diuinum (imo Diabolicū) respōdit oraculū. Stultissimus pro inde omnium regū Alexāder, si credidit sacerdoti tam de plano nuganti, & filiū iouis vocāri, sed qui glīam vndecūq; venabatur, siue p adulationem siue p errorē oblatam ambabus manibus complectebatur. Deniq; cum in senatu Atheniēsium de magnis honoribus Alexādro deferēdis decerneretur, Pythras orator grauiter intercessit. Dicenti vero cuidam, tu ne Pythea ista ętate tantis de rebus verba publice facere audes? Respōdit. At qui is quē vos deum decernere molimini Alexāder, me iunior est. Damis quidā ad ea quę scripta erāt ab Alexādro vt de⁹ decerneretur: permittamus inquit Alexādro si velit deus vocari, quādoquidē sicut homo morietur; velit nolit, & sicut vnus ex eorum

Hieronim. | Treno. 2. | messias quidam. | Oseę | Iudę. cęcit. | Ioan. 9 | Matth. 21. | Esai. 48. | Prouerbiū | Alexander | Damis | Psalm. 81.

eorum qui descēderūt in infernum cum armis suis. &c̃. Ego aūt claritatem ab omnibus non accipio, qui bonorum vestrorum nō egeo. Sed cognoui vos (ipse enim cognouit figmētum nr̃m) q̃ charitatem dei nō habetis, quę sola diuidit inter filios dei & filios pditiōis. Patet autē q̃ charitatem nō habetis q̃a, filiū cū patre nō honorificatis, quia nō creditis, sine fide autē impossibile est placere deo. Heb. 11. Ego veni in nomine patris mei, & nō accepistis me. Si alius venerit in nomine suo illum accipietis. S.o. Distin. 5 4. Sentē. q. 9. A. Est igitur palam q̃ incredulitas iudęorum nō erat ex inopia testium, cum tot testificarētur de christo, quis esset, quid posset, ad quid venisset: erat aūt ex inopia verę charitatis in deum: ex eo q̃ gl'iam humanam captabāt, & ardebāt facibus inuidię cōtra dominum christum. Vnde factum est: vt q̃ cor adamātinū gerebāt ne crederēt in Dominum Iesum, tam stulte creduli futuri sint vt credant in antichristum: qui nomine suo vēturus est. Malum est christum nō suscepisse: pessimum nescio quē alterum accepisse. Parum est autem: q̃ nō accepistis me, nisi cognitum & erectum extra vineam crucifigendum petentis nisi electione vobis data, vitę auctori homicidam prępoueretis. Quod autē dominus christus venerit in nomine p̃ris, Matthęus dicit, ibi benedictus qui venit in nomine domini, Cap. 21 Idem cęteri euāgelistę. Quis est autē ille alter qui nomine suo vēturus est? Audi Paulum Reuelabitur homo peccati filius interitus, qui ex tollitur super omne quod dicitur deus aut colitur, Et sequitur. Mittit illis (iudęis videlicet) Deus spūm erroris, vt credāt mendatio, eo q̃ dilectionē veritatis nō receperūt vt salui fierēt. Itaq̃ iudęorum adamātinum cor in credēdo: nō erat vt predictum ex inopia testium, sed quia abundāte in illis felle amaritudinis & iniquitate refriguerat charitas eorum. Id quib⁹ argumētis colligat d̃re: audiamus. Quomō vos potestis credere, qui gloriā ab inuicē accipitis: & gloriā quę a solo deo est nō quęritis. Vide vires affectus glorię humanę, quę credere phibet: & a dilectione dei excludit hominē. Sicut enim nemo potest duobus dominis seruire, ita nemo potest honoribus inhiare cum Amā. Et christo cōfixum esse cum Paulo. Galat. 2. Vt eñ compēdio loquar pugnat euāgelium ex diametro cum vita filiorū sęculi huius. Siquidē euāgelium fugitādam hominum gl'iam pręcipit: ieiunādum capite vncto, lota facie, orādum clauso ostio: eleemosinam ignorāte sinistra erogādam, parādam alterā maxillā remittēdā iniuriam, tollēdam crucē, moriendum sęculo, & multa id genus. Isti igitur quomō poterāt credere euāgelio, qui velut aethiopes veterem hominem induti erant cū actibus suis? Qui si mutare velent pellem, ingrediendum erat per foramē acus. At qui ipsi nō vnam sed plures portabāt gibbas, quas nō facile erat deponere, dicēte propheta, si mutare potest pardus varietates suas, & vos poteritis bn̄ facere poteritis veterem hominē exuere, imitātes serpentis prudētiam. Mat. 10. Credere ergo quomō poterāt: qui gl'iam vndecūq̃ captabāt, ambulātes in stolis albis, pręcipientes primas cathedras: & volētes vocari ab oībus rabbi? Hęc & huiusmodi nō sunt credentium & qui carnem suam crucifixerūt cū vitijs & concupiscētijs, sed eorū qui viam terunt latissimā. Matt. 7. Quorum vox est, coronemus nos rosis, antēq̃ marcescāt &c̃ Sap. 2. At qui dominus Iesus multo huic diuersam triuit viam. Fugit enim quādo inquirebatur vt crearetur Rex. Ioan. 6. At q̃ndo ad crucē quęsitus est, seipsum obtulit, quia voluit. Vnde illud ludam & vilior fiam, ero q̃ humilis in oculis meis. Bene in oculis suis: quia pharisęus ille, ita magnus erat in oculis suis: vt nullus maior inter natos mulierum si illi credimus. Odiosi enim sunt deo & hoībus, qui gl'iam sęculi ambiūt. Vnde illud Matth. 20. Et audiētes decē, indignati sunt de duobus. De hoc suo loco dicetur. Nolite putare, q̃ ego accusatur⁹ sim vos apud patrē. Est qui accusa vos Moses, in quo speratis. Si enim crederetis Mosi, crederetis forsitā & mihi, De me enim ille scripsit. Si autē illius litteris nō creditis, quomō verbis meis credetis? De peni. Distin. 1. c. quam ob rem. Sed num inquit, quia dei pręcepta ad vnum dati pessum: quia me filium dei: fabri filiū vocatis, vini potorem, amicū publicarum & meretricū, sabbati violatorem: quia gl'iam hoīum vndecūq̃ carpitis: num id̄cq̃ pro his oībus deferam vos apud iudicem vniuersorum? Absit. Imo pater ignosce illis: quia nesciūt quid faciūt. Vnde Ioānes, aduocatum habemus apud patrē in coelis dūm nostrū Iesum xp̄m. 1. Ioan. 2. Si igitur xp̄s aduocatus noster est: caro & frater nr̄ si deus iustificat: quis accusabit? Quis deferet noē apud deum? Num aliquis satan, dicens. Nūquid frustra Iob timet deum? Est inquit qui accusat vos Moses: in quo speratis, ipse causam meā tuebitur, a quo legem accepistis, quā nec in minimo obseruatis, vt sitis vos iuxta mysterium Vrias ille qui ad Ioab cū litteris in quibus occidi iubetur, missus est. Gregorius. Quia iudaicus pp̄l's legem portat, qua conuincente moriatur. Dū enim mādata legis memoriter cotidie recitāt, & infrōte & in brachijs gestāt (sicut in mandato acceperūt. Deut. Cap. 6) nihil tamē opere exhibendi: & vere nihil cum caput legis xp̄m nō tenerēt, ip̄i nimirum deferūt iudicium: vnde dānentur. Ex ore inquit v̄ro vos iudicabo. Quomō ex ore v̄ro. Lex iudęis data, tertio exorata est in lapide. Primes tabulas angelus deformauit. Exo. 32. Secūdas tabl'as ip̄e Moses. Exo. 34. Cęterum Iosue tertio scripsit legem in lapide sicut habes Iosue cap. 8. Subijciamus quartum testem, de quo, Deu. Cap. 31. Tollite librum istum: & ponite in latere arcę vt sit cōtra te in testimonium. Quod ergo nūc dicit dn̄s, Moses accusabit vos: hoc idem dixit Moses, ponite librū istum in latere arcę. &c̃. Nō ergo xp̄s dominus, nō Moses accusaturus est iudęos apud patrem, accusabit aūt eos lex quam Mose mediatore acceperūt dicentes. Oīa quę pręcepit nobis dn̄s audiemus, & obedīētes erim⁹. Quod si tabulę illę lapidę legis nusq̃ compareāt, nō refert, scriptura enim ęterna est. Et reuera inquit Dn̄s Si Mosi credidissetis, crederetis vti p̄ & mihi. Sed quomodo iudęi sperāt in Mose: & Mosi nō credunt? Sperabāt in promissis Mosi, & credebāt ille i genere, sed nō credebāt promissiones illas implēdas in xp̄o & per xp̄m Iesum, quod tamē tenebātur, suasi ex tot testimonijs. Quod aūt Mosi non crediderint testis est Stephanus in actis, cuius verba sunt, Dura ceruice: vos semp spiritui sc̄tō restitistis, itē illud. Exo. c. 32

Marginal notes: Exech. 32; Psal. 102; Matt. 21; Matth. 27; 2. Thes. 2; Matth. 24; Math. 6; Matt. 19; Hiere. 13; Gall. 2; Esai. 53; 2. Regū. 6; Luce. 18; Marci. 6; Matt. 11; Luce. 23; 2. Reg. 11; Gregorius; Matt. 25; Luce. 19; Exo. 24; Cap. 7

F G H I K

Fac nobis

fac nobis deos qui nos pręcedant. Mosi enim huic viro qui nos eduxit de terra ęgypti ignoramus quid acciderit. Si enim Mosi credidissent, expectassent quadraginta diebus. Quod autem Moses de Domino scripserit, testantur verba illa Deut. Cap. 18. Prophetam suscitabit vobis dominus de medio fratrū vestrorum, ipsum sicut me audietis. Quę verba alibi exposita sunt. Item illud, Exo. 24. Ascendit Moses & Iosue cum illo. Glosa. Hic est Iesus qui dixit in euāgelio, si crederetis Mosi. &c. Quia ego in nullo disiungor ab eo, sed quasi comes indiuiduus eo deficiente introduco filios israel in terram, quę fluit lacte. Exo. 3. Item Num. Cap. 27. Ita habes. Ascende montem istum Abarim, & cōtemplare terram quam dabo filiis israel eam quum videris, ibis ad populum tuum. Et Moses. Ergo prouide hominem qui sit super hanc multitudinem, ne sit populus domini sicut oues absque pastore. Et dominus. Tolle Iehosua filiū Num virum in quo est spiritus dei septuplex. Hunc igitur tolle, & pone manum tuam super eum, quasi cedens iuri tuo: & in eum transferens primatum tui & ducatus tui. Et infra. Et dabis ei partem glorię tuę. Id id mysterio factum est, iuxta veritatem enim de plenitudine Iesu Christi omnes accepimus, etiā Moses ipse, cuius luminosa facta facies ex consortio sermonis dei. Exod 34. Si igitur litteris his a Mose prolatis in quibus de Christo venturo testificatus est, non creditis, carnaliter omnia interpretātes, quomodo verbis meis credetis. Illo tamen tempore maior incredulitas erat, Mosi nō credere, quam Christo domino. Arguit enim dominus a maiore, dicens. Si autem litteris. &c. Qui iuxta opinionem vestram fabri sum filius: et patria Nazaręus, ciuitate & prouincia non admodū insigni & bene ominata, iuxta illud num a Nazareth potest boni aliquid esse? Ioan. 1. Ita dixit Moses. Ecce filii israel me non audiunt. Quomodo audiet rex pharao? Exo. 6. Mosi non creditis, de quo dixistis, tu magis accede, & audi cūcta quę dixerit dominus noster tibi loqueris quę ad nos & audiemus: & faciemus ea. Exo. 20. Et fidem prestabitis verbis meis, quem nauci non facitis: quem probe nostis & litteras non didicisse, quod faber lignarius sit: cum ergo dicit, est Moses qui accusat vos, tacite respōdet vanę eorum fiducię, qua poterāt dicere. Esto tu nos accuses apud eū cuius quem patrem tanquam legis transgressores, habemus nos pro nobis aduocatum nostrum, qui vsque a deo diligit gentem suam, vt nunc denuo paratus sit (si res ferat) deleri de Libro vitę, vt saluetur gens iudęorum. Ad hec dominus. Stetit quidem tunc Moses pro vobis, prestante ei domino fiduciam impetrandi quod petebat, quando dixit ei, dimitte me: & cętera, & postquam ex vestris occidit. 23. milia. Textus tamen hebraicus tria milia tantum dicit. Nunc autem postquam impleueritis mensuram patrum vestrorum, Actum est de vobis: nisi penitentiam egeritis: eundem enim qui aduocatus erat habebitis aduersarium & accusatorem. Et reuera si curiosi essent isti cęcorum duces sanctarum scripturarū indagatores, quęrere debuerunt: quę essent illa quę Moses de domino Iesu litteris tanto ante mādasset. Sed venenati filii de venenatis parentibus nati, dolorē cōcipiebāt, quē oportuno tēpore peperit. Sed sanguis eorū super eos, & super filios suos & nepotes veniet. &c. Matt. 27. Audiuit aūt Herodes tetrarcha oia quę fiebāt a dño Iesu: & hesitabat eo quod diceretur a quibusdā, quod Ioānes surrexit a mortuis. a quibusdā vero quod Helias apparuit: ab aliis aūt quod propheta vnus de antiquis surrexit. Et ait Herodes. Ioanē ego decollaui. Quis est aūt isti de quo ego talia audio. Et quęrebat videre eū. Quod dicit, hesitabat, Gręce est Diēporei Diepori, quod significat etiā perplexum esse, atque ancipitis cōsilii & animi dubiū. Metuebat enim, si is resurrexisset quē occiderat, a quo vltatē rursus audiret magnū malū. Ad hec sciēdū pro intelligētia & ordine text' huius, quę diuersissimo deponūt Lucas Matthęus & Marcus, quod Marcus vocat hūc Herodē regē. Cap. 6. Vel propter honorē primi nois, quia pater huius Herodes vz Ascalonita qui infantes occidit (Matth. 2.) Rex fuerat: an forte quia regnū ambiebat: vnde puellę saltādi dimidiū regni promisit. Erat a īt tetrarcha sicut dictū est Lu. 3. Ad hec sciēdū quod Herodes audita fama Dñi, quē tñ nec de facie nouerat, quęsiuit quis esset ille de quo talia spargerētur in ppło. Et quā serui eiusdē Herodis cadē infidelitatē laborabāt, varie de illo opinadāt. Quidā dicebāt Ioanē surrexisse a mortuis, alii Heliā arbitrabāt, multi vnū esse ex prophetis sęculi prioris: scindebatur quod incertū studia in cōtraria vulgus. Hāc positionē refert Lucas. Tādē sentētiis oium in mediū collatis, & diligēti libra pēsiculatis, sententia illa visa est verisimilior (ne tn vera) quę Ioānē asserebat resurrexisse a mortuis, & huic adhęsit Herodes in fine. Et hoc est quod refert Matthęus cū Marco dicēs. Audiuit Herodes rex (iuxta Marcum) Tetrarcha (iuxta Matthęū) Famā Iesu (Marcus) manifestū enim factū est nomē eius (Matthęus) & ait pueris suis. Hic est Ioānes baptista: ipse surrexit a mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. Adeo enim erat mente scelerisconscia adeo pauida & turbata & crassa, vt ratus sit, ipsum esse Ioānem quā ipse crederet resurrectionē mortuorū de qua ipse nequaquam sōniauerat quidē. Opinabatur aūt Herodes quod oia opera mirāda quę operabātur discipuli dñi Iesu, fiebāt in potestate Ioannis baptistę, qui a mortuis surrexerat. Sed putādū est incidisse Herodē in hāc opinionē, vt putaret potētiorē effectum Ioānem post mortē quam ante: Homo enim natura gentilis vnde potuit de resurrectione philosophari: quando sadducęi natura iudęi resurrectionē oīno futurā abnegāt. Est aūt & hoc testimoniū ad eximiā laudē dñi, vt de ipso crederet Herodes tā excellētis eū & nō vulgaris virtutis fuisse, vt nullus ex viuētibus talia faceret quęlia de illo iactabātur quoquouersus, sed oportebat aliquē ex eximiis prophetis a mortuis resurgere. De Iesu nulla opinio erat apud Herodē: putabat enim periisse cū pueris Bethleemiticis, id procurāte patre suo Herode. Ceterū quod Herodes iste cupiebat videre hūc nescio quē: quisquis esset hoium deorū ve, non erat vt in eū audiēs, virā in melius trāsferret, sed vt e medio tolleret, corde eius cētū vulturibus dato: ne secūdo resurgeret, & maiora in eum auderet. Veritas enim vt in pluribus odium parit. Dionysii tyrani legimus vxorē stupratā, liberosque prius oīfaria cōtumelia affectos, deū incetēptos, ad extremū cōcrematis corporib' i mari denaui cinerē sparsū. At Menādro regi Bactrorū hoi frugi atque mitissimo i expeditiōe & castris vita functo cūcti, ce-

Ioan. 1.

Exo. 32.

Chrysost.

Luce 9.
Matth. 14
Marci. 6

Dionysii Poeta.
Menāder.

cunctę ciuitates Ragni m ferias de more commuoi consensu soluerunt. Postremo de reliquijs cum diu decert tum asset, quibus potissimum commendarentur vox tandem inter omnes conuenit, vt ęque partirę ngulis distribuerentur pro rata parte: vt monumantum illius viri apud omnes pariter cum veneratione exsteret, in memoria enim ęternam erit iustus Psalmus, III. Et patet. Explicitur quartus liber.

FINIS.

QVINTVS LIBER INCIPITVR.

Caput. I, Quomō apostoli reuersi a p̄dicatione narrauerīt dn̄o quęcunq; fecerunt sequitur de miraculo illo quomodo dominus Iesus ex quinq; panibus & piscibus duobus saciauit tantam turbam.

Matth. 14
Marci. 6
Luce. 9.

ET reuersi apostoli, nunciauerunt ei quęcunq; fecerant. Et illis auditis Iesus, conscensa naui, secessit inde in locum desertum Bethsaidę seorsum. Et cum audissent turbę: sequutę sunt eum pedestres de ciuitatibus. Et exiens, vidit turbam multam, & misertus est eis/ Marcus/ Erāt enim sicut oues non habentes pastorem/ Matthęus. Et curauit languidos eorum. Et loquebatur illis de Regno dei, & eos qui curatione indigebant, sanabat. Luce. 9. Medebatur corporibus pascebat mentes: quia oleum ferebat & vinum. Et ait dominus discipulis, Requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant & redibant multi: & nec spacium manducandi habebant. Et docebat eos de regno dei. Missi fuerant Apostoli duodecim per totam Iudęę prouintiam, vt famem expellerent audiendi verbum Dei a populis, (qui iam diu nauseabāt ad Mosi doctrinam quę tota circa carnem versabatur) sicut beatus ille Ioseph: qui industria sua famem annorum septem expulit a Regno ęgypti, vnda vocatus est saluator mundi. Et quoniam animalia illa pennata & oculata sequentia impetum spiritus sancti semper in anteriora se extendebant, nec reuertebantur cum ambularent: breui totum agrum Iudaicum repleuerunt euangelico semine, domino confirmante doctrinam eorum multis sequentibus signis. Reuertuntur ergo redditurationem domino rerum a se gestarum, sicut angeli illi qui frequentissime terunt scalam Iacob. Quos & dominus Iesus ad modestiam euocauit, vt scirent gratia dei se esse quod essent, & fecisse quicquid fecerant. Et alioqui postq; omnia recta absoluissent/ seruos se nossent inutiles. Fecerunt enim quod iussi sunt, & necessitas illis incumbabat, & vę illis, si non euangelizarent dicentes, domine ecce mna tua reposita est in sudario. Luca. 19. Siquidem dominus non quęrit datum, sed fructum, sed vsuram, quoniam iuxta Augustinum omnis auarus est salutis nostrę, Domin⁹ post hec cedens furori Herodis (omnia enim tempus habent) conscensa nauicula secessit per mare Tiberiadis in de ertum Bathsaidę, hoc est in desertum quod erat vicinum ciuitati Bethsaidę quę est in Galilęa. Bathsaida autem communis erat patria Petri/ Andreę/ Philippi & Nathanaelis. Sicut autem alias dicitur/ voluit dominus latere turbas, nec tamen potuit, nam audito eius secessu, sequutę sunt eum turbę multę, volentes ingredi per apostolicum illata vi Regno Cœlorum, cum interim pharisęi annis decem vix vnum crearent proselytum. Erat autem tantus populorum concursus pastorem requirentium (nam erāt sicut oues non habentes pastorem) vt nec spacium apostolis esset sumendi necessarium alimantū. Amor enim alas addiderat turbis, & recursus Christi incitauit & acuit desideria eorum sic vt eo quo se contulerat dominus prius pedites peruenerint, q̄ dominus cum discipulis etiam nauigatione adiutis. Qui igitur putabatur latere in deserto ob metum Herodis, vidēs a longe turbas, ipse vltimo occurrit eis. Et misertus creaturę suę bonus iste Samaritanus, curauit languidos eorum, & quia non in solo pane viuit homo (Matthę. 4.) Loquutus est eis multa de regno cœlorum. Vide autem eximiam Christi dilectionem in Apostolos. Iubentur enim ipsi requiescere aliquantisper: vt aliquantulum refocillarentur ac respirarent a tantis laboribus exhaustis, vt exhaurienda sufficerent, siquidem grandis eis restabat via, & opus habebant collyrida panis & vase aquę: & vel paruo somno, vt qui corpora gestarent corruptibilę, & aggrauans animam Sapie. 9, Cæterum illi charitatem proximorum necessitati suę præferentes: vt adiutorio essent his qui ope sua egebant, quo commodum curarentur a Christo domino, tota die ieiuni peritabāt qa tempus non super erat sumendi cibum. A deo enim innumera hominum turba ventitabat, vt ęstuatię quędam vices viderentur venientium & abeuntium. Tu autem bene meministi verbum vero principe dignum (indignum tanto nebulone) prolatum ex ore Neronis, qui cum de supplicio cuiusdam capite damnati vt ex more subscriberet, admoneretur, q̄ vellem inquit nescire litteras, Quam vocem Seneca (qui ab eodem ad mortem sibi inferendam compulsus est) ad vsq; sidera extollit. Si igitur Tyranus ille qui alias viscera exuerat humana & adamantina induerat, vsq; a deo clemens erat per id temporis, vt coact⁹ ad aduerteret i homicidā: q̄nto magis ap̄li q̄ imitatores erāt tāti p̄ris, q̄ solē suū oriri facit sup oēs! Legit & illud mirabile de vespasiano, q̄ nūq; cęde cuiusq; lętat⁹ sit, qn & iust⁹ supplicijs illacrymasse fertur & ingemuisse. Nec temere aliquis toto eius principatu punitus insons repertus, nisi absente eo, &

Genes. 41.
Phili. 3.
Cane. 28
3. Cor. 9
Eccē. 5.
Matth. 23.
Matth. 11.
Marc. 7.
Marci. 6
Luca. 10.
3. Reg. 19
1. Cor. 15.
Nero.
Matt. 5.
Vespasia.

ignato aut certe inuito atque decepto. Nam Roboam malo protulit digitum grossiorem Dorso ostendit populo scorpiones. Charitate igitur vires apostolis subministrante, ieiuni diem cum nocte iungebant. Dies enim ceperat declinare. Vespere itaque facto, accesserunt ad eum discipuli dicentes. Desertus est locus hic, & iã hora preterijt: dimitte turbas: vt euntes in proximas villas vicos & castella: emant sibi escas vt manducent. Ioannes capite 6. ita ponit hunc textum. Post hec abijt Iesus transmare Galileę quod est Tiberiadis: & sequebatur eum multitudo magna: quia videbant signa quę faciebat: super his qui infirmabantur, subijt ergo in montem Iesus & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha dies festus iudęorum. Ad hec sciendum quod ieiunium Christi dierum quadraginta finitum est ante primum pascha anni trigesimi vitę domini nostri Iesu Christi videlicet. 15. die mensis Februarij. De hoc primo paschate habes Ioan. Cap. 2. Secundum pascha anni videlicet Trigesimi primi, est Ioan. Capite. 5. Tertium pascha anni trigesimi secundi est Ioan. Cap. 6. Quod pascha imminebat quando factum est hoc miraculum quinque panum. Quartum pascha anni vitę Iesu Christi tertij & trigesimi est Ioan. Capite. 12. Ordo textus huius hic est. Postquam Domino placuit finire sermonem quem fecit ad turbas, Apostoli accesserunt ad dominum Iesum qui in cacumine montis sedebat, dicentes, Dimitte Domine turbas & Cętera. Et tunc Dominus Christus iuxta Matthęum Marcum & Lucam dixit, quin potius date illis vos manducare. Illis forte (impossibilia rati quę precipiebantur) non respondentibus vel dicentibus quod non habebant vnde: ipse sub leuatis oculis, & videns multitudinem maximam quę aderat, quorum omnium oculi in eum iactauerant curam suam, dixit Philippo. Vnde ememus panes vt manducent hi? Et Philippo respondente, ducentorum denariorum panes non sufficiunt & Cętera. Christus Dominus Iesus iuxta Marcum dixit. Quot panes habetis. Et Andreas intulit. Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces & Cętera. Qui ait eis iuxta Matthęum.

3 Reg. 12 — Marci. 6. — Matth. 14 — Luce. 9. — Ioan. 6. — Psalm. 54.

Caput. ij. Quomodo sederunt in hoc conuiuio per quinquagenos & cętenos super fęnum quod erat multum in loco illo & quo pacto omnib9 saturis super fuerunt cophini duodecim sequitur. Compulit discipulos precedere eum transfretum.

Afferte mihi illos huc, Quod igitur tres Euangelistę dicunt: omnes Discipulos loquutus de numero panum quinque id vero similius est, quia quando vnus loquitur (vt quid perditio hęc?) Omnes dicuntur loqui Apostoli, maxime quia ita dominus Iesus interrogabat vnum, ac si omnes rogaret, cum omnes ad essent. Sicut autem dicit Hieronymus, nec paradisus absque ieiunio potuit consecrari, sed vnicum preceptum quod ibi parentes nostri acceperunt, de ieiunio fuit, sicut dicitur, in qua hora comederitis, morte morie is. Quia primum comederunt, nuditatem suam viderunt, & fugerunt ad vmbras, & exules fiunt/ & mortales pellibus induuntur animalium occisorum, & ad laborem destinantur, idque non vno aut decem annis: sed donec reuertantur in terram de qua sumpti sunt. Denique eo miserię ventum est, vt de siliquis implere ventrem pro magno ducerent, qui ante ad manum habebant vesci de ligno vitę. Nam si Diodoro credimus, ante natum Noe & adultum vsus panis ignotus erat mortalibus. Quod & ipsum/ prouerbium vetus testatur, satis quercus, inde profectum: quod prisci illi mortales rudes atque inculti, simul atque ceres vsum frumenti monstrauit: glande victitare desierunt. Quanquam Plinius. Lib. 16. Testatur, & sua ętate multas gentes glande victitasse. Diodorus ita dicit. Osiris & Isis casu inuentis frugibus, illorum animaduersa vtilitatem, tradiderunt ea mortalibus, ac propterea imperatores ac dij terre habiti sunt. Verum est tamen quod Ianus idest Noe primus inuenit artem arandi & seminandi licet simplicem ac rudem. Potuit autem sabatius filius Cham in Palestina docuisse Sem iani filium cognomento Melchisedech idest Regem iusticię (quasi Epitheto patris sui Iani) artem hanc. Et quia teste scriptura. Erat Sacerdos Dei, idcirco est validum argumentum, pro primis inuentis in Palestina panibus gratias egisse Deo, & panem & vinum Deo in sacrificium offerre instituisse: quia ob vsum panis inuentum, genus Humanum fuit exemptum a mutua cęde. Quod autem dicit scriptura: in sudore vultus tui vesceris pane, panis ibi accipitur, pro omni eo quod potest cedere in Cibos hominum, sicut dicitur, ecce dedi vobis omnem herbam vt sint vobis in escam & cunctis animantibus. Gen. 1. Multitudo igitur populi declinante iam die: post longum laborem exactę vię ieiuna persistebat, at parentes nostri nec vel sex horis ieiuni perstiterunt, sed non impune. Sequebatur autem Dominum multitudo magna diuersa tamen intentione. Alij quidem vt sanarentur idque gratis. Alij vt oculos pascerent mirabilibus signis quę solo verbo Dominus Christus faciebat. Rursus alij vt verbo dei saginarentur, quos iã diu tędebat doctrinę Pharisęorum. Nec deerant in tanta multitudine qui ea intentione sequerentur Dominum, vt caperent verbum aliquod ex eius ore, vt accusarent eum. Et tamen cum tam diuersa eos studia post dominum attraherent, omnes ex equo vna & eadem domini mensa pascuntur, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & adest pullis coruorum inuocantibus eum. Id figuratum est in lege euidenti mysterio. Nam inter cętera templi ornamenta illud vel perpuũ erat mensa cũ panibus duodeci, quę ex quo semel collocata est, nec puncto quidem va-

Math. 26. — Hieron. — Gene. 3 — Luc. 15. — Prouerbi. — Plinius. — Diodorus — Melchisedech. — Gene. 14 — Gene. 3 — Matt. 5 — Figura. — Leuit. 24.

quidem vacuam reperire licuit. Panes vero qui per singula sabbata tollebantur, vt ponerentur recentes, & in ius cedebant Sacerdotum, siue boni essent, siue quales Anas & Cayphas: hoc prefigurant, quod

Psal. 144

Dei prouidentia omnibus est communis, qui implet omne animal benedictione. Et bene duodecim panes erant in mensa ista, quia duodecim Apostoli hodie eidem mensę ministrabant. Quod autem dominus pasturus turbas Montem subijt, ad eandem prouidentiam (quę a porro idest longe videndo dicta est) pertinet. Accedunt ergo Apostoli ad Dominum dicentes. Dimitte turbas vt euntes in proximas villas (domus sunt in agris) emant sibi escas. Sed nunquid dimittendi erant vacui & ieiuni a pręsentia tanti principis, qui eos ad se traxerat quasi magnes ferrum: & suspensos auribus tenebat? Legimus de Tito imperatore, id obstinatissime tenuisse in animo suo, ne quem sine spe dimitteret adipiscendi postulata. Quin & admouentibus domesticis: quasi plura polliceretur quam prestare posset, non oportere ait quenquam a principis pręsentia tristem abscedere. Si non a pręsentia Titi, num a conspectu Domini nostri

Titus

Ephes. 3

4. Reg. 6

Iesu Christi? Qui iuxta Paulum abundantius tribuit quam petimus aut intelligimus. Vide 2. Regum. Cap. 6. Sed quid est quod sequitur. Date illis vos manducare? De qua area vel torculari? Nisi lapides pro panibus appositurі sunt: vel fęnum quod erat ibi multum. Quid si id dixit tentans eos? Sed quę tentatio

Num. 11

erat cum impossibile esset: quod pręcipiebatur? Quomodo dixit Moses Domino dicenti, cras comedetis carnes/ sexcenta milia peditum huius populi sunt, & tu dicis, dabo eis esum carnium mense integro. Nunquid ouium vel boum multitudo cędetur: vt possit sufficere ad Cibum, vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos facient? Eadem vel similia dicere poterant Apostoli. Tacuerunt igitur: vel ingenue confessi sunt paupertatem suam, id quod non latebat dominũ Iesum christum. Vox tamen hęc date illis vos quod manducent/ ad pastores est, qui minare debent Oues ad interiora deserti,

Exo. 3.

Luce. 22.

Psalm. 31.

& si res se at animam pro eis ponere. Itaque cum subleuasset dominus oculos suos, illos videlicet quibus Petrum prospexit (nam alioqui scriptum est/ Amos. 9. Ponam oculos meos super vos in malum & non in bonum, de iustis autem, in via hac qua gradieris firmabo super te oculos meos:) Ac vidisset ingentem multitudinem/ quę veniebat pedestris, gressus sequuta pastoris, affectu pij parentis tactus est. Nam quando Deus erat & non homo sicut ipse dicit per prophetam Osee capite. 11. Tactus est, sed dolore cordis intrinsecus, & parum abfuit quin omne genus hominum deleret de super terram. Affatur igitur in hunc modum Philippum, Heus Philippe vnde ememus panes (nõ quęrit locum sed pręcium.) Vt manducet omnis hęc hominum vis/ puerorum & fęminarum? Erant plus quam decem milia iuxta Abulensem. Quod certe non inscius rogat, sed vt ponat ob oculos discipulorum, primum turbam ingentem, secundo penuriam Apostolici senatus, quinque enim tantum panes apportabant. Tertio cophinos quos iam saturis hominibus ijdem ipsi sustulissent, sic miraculi memoria mentibus eorum alioqui obliuiosis adhuc ac rudibus altius infigeretur. Tentans inquit eum hoc dicebat dominus Iesus. Hoc est explorans fidem, num ex multis iam visis miraculis persuasus esset, Christum Dominum omnia posse quę vellet. Poterat dicere Philippus si tu es ille qui annis quadraginta populum Iudęorum maunate pauisti, vel filius eius, dic lapidibus istis vt panes fiant, vel plue

Sap. 19.

Num. 11

nunc manna illud, habens in se omnem saporem suauitatis, & fac adesse illam coturnicum multitudinem, vt expleta multitudinis huius saguntina fames, dicant illud: manducauimus & saturati sumus, nõ sumus fraudati a desiderio nostro. Psam. 77. Alioqui & locus est desertus vbi panis non venit, & esto venalis esset, Zona nostra vacua est, nisi quatenus tanquam nihil habentes: omnia in te possidemus. Si enim

2. Cor. 6

Tobię. 10.

Psalm. 15

Thobias cum vxore omnia habebant in vnico filio suo, erat enim eis lumen oculorum (Alias Thobias cęcus erat) suorum, baculum senectutis eorum, solatium vitę eorum & spes posteritatis suę, quãto magis Apostoli habebant omnia in omnium bonorum datore, qui bonorum nostrorum non eget. Alias autem panis qui emi posset ducentis denarijs/ Hoc est viginti aureis nostris (sed vbi tot aurei magiret bone: Nõ sufficeret huic multitudini, vt vnusquisque (non dico ventrem expleat) modicum quid accipiat, more eo qui nũc obseruatur in ecclesijs/ diebus dominicis. Vnde apud Marcum ita loquuntur Apostoli. Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis manducare. Quasi videlicet ducentis argẽteis saciare turbam tantam possent. Quod tamen iuxta Ioannem hyperbolice refertur: in quo agnoscimus stuporem discipulorum, qui mirarentur Dominum tantam turbam pascere velle, cum id non posse fieri persuasum haberent, quia nec ipsi ducentos argenteos habebant: imo nec duos, nec si haberent panis venalis erat: nec si essent, tot vẽtribus vacuis id quod ex ducẽtis argenteis emi poterat, sufficeret, sic erant tres difficultates, imo nulla erat potentię Christi: qui tantum potest quantum vult. Cęterum inita ratione: si mensura annonę hispanę emeretur duobus argenteis, ex centum mensuris quę vulgo vocantur α'πγα/ saciari poterant mediocriter quinque mille viri, ex vna quaque mensura pransis/ 50/ viris. Centies enim quinquagies fiunt quinque milia. Sed cum abundantior esset vt credimus mulierum numerus ac paruulorum, benedixit Philippus quod panis qui emi posset ducentis argenteis: nõ sufficeret. Ad hec Dominus iuxta Marcum Quot inquit panes habetis: ite & inspicite. Et illi quid inquiunt rogas de panibus? Esto haberemus / 50/ Esto haberemus centum: esto mille, quid inter tot? Num nos peperimus hanc multitudinem, vt nostra intersit eos pascere? Quis compulit eos, nudos a cõmeatu domo exire? Quod tamen nos de panibus rogas. Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces, sed hec (quod quasi cum stomacho & desperans dixit) quid sunt inter tot, inter tot examina ventrium carentium auribus? Dicam autem vnum mirabile: etiam si essent mille Panes, si essent decem milia, quandiu integri sunt non sufficerunt non dico quinque milibus, sed nec hominibus quinque. Panis enim integer & scientia occulta, quę vtilitas in vtrisque.

Lex Mo-

Lex Mosi in quinque libris digesta, si integra apponatur: tantum abest vt reficiat: vt magis inteficia iuxta Paulum. 2. Cor. Cap. 3. Aque sunt a mara. Exod. 15. Mors est in olla legis. Statim autem vt ceperunt frangi panes quinque, satiati sunt presentes & pro nobis duodecim sunt cophini reseruati. Hec Sententia est Augustini. Hos portat Puer vnus annorum. 80. Moses videlicet, ipse & cos fregit ad radices montis vt fractis, secunde tabule dolarentur & secundo scriberentur, hoc est decem verba legis in euangelio exponerentur, & sic comminuta apponerentur credentibus. Sed nec hoc vacat a mysterio quod panes isti sunt hordeacei, folliculi enim hordei tenacissimi sunt, & vix medulla separatur a saluiato. Quid est hoc nisi quod velamen est positum super cor iudeorum quoties legitur Moses. Neque vnque ad adipem idest sensum mysticum legis peruenerunt, quia Cibus in se insipidus est, & magis aptus animalibus quam pastui hominum, sed animalis homo non percipit ea que sunt spiritus dei. Nec mirum si tali alimento delectati sunt, qui nauseantes ad manna, Cepas & allia suspirabant pre pregnantium more. Num. Cap. 11. Sed vide quid scriptum sit. Circuibat populus, & colligens Mana: frangebat mola: siue terebat in mortario coquens in olla, & faciens ex eo tortulas quasi panis oleati. Erat autem quasi semen coriandri album, gustus quod eius quasi simile cum melle. Exod. 16. Quod igitur in euangelio dicitur, panes hordeaceos comminutos fuisse vt apponerentur turbe, hoc dicit textus. Num. Cap. 11. quod frangebatur manna in mola: & coquebatur in olla, vt aptum fieret ad nutrimentum. Sic & in aquis insipidis legis latebat vinum illud Euangelicum, quod miratur Architriclinus, & nutriuntur: siue latent duo illi pisces videlicet Christus dominus deus & homo, passus & assus, qui premium est laboris nostri, sicut scriptum est: Ego merces tua magna nimis. Ceterum sicut dicit Hieronymus, tempore famis non queruntur delitie, sed id tantum vnde satiemus esurientem stomacum Cibo illo regio: porcorum siliquis vel coctione rufa, lentibus videlicet. Socrates mouebat, vt caueret sibi homines a Cibis qui non esurientes ad edendum alliciunt. Gorgias interrogatus, quo nam vsus genere victus, in tantam senectam progressus esset, nihil vnque voluptatis gratia se comedisse dixit. Arbitrari autem iocando dicebat, id e eo sues homines factos a Circe, quoniam multis talibus ipsos nutrierat, que persuadent non famescendo comedere. Vnde Lacon quidam cum vidisset preciosam auiculam sibi appositam pre fastidio tenuere, at mihi dixit etiam vultur & hircus sapiunt, etiam lenticula & siliqua. Facta est fames in Samaria annorum trium, eo progressum malorum ventum est, vt caput asini veniret. 80. Argentes: & quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis. Ea stercore namque seligebant grana: quibus vt cunque vitam traherent, Verum quod sequitur superat omnem tragedram. Condixerunt enim sibi due mulieres vt comedent filios recenter natos, vnius femine infantem comederunt hodie, postridie pransure alterum. Quem tu mater celauit alteri mulieri, non quidem vt misereretur filio suo, sed vt sola potiretur tam miserabili edulio. Et hec controuersia ventilata est ante regem Israel. Sicut enim dicit sapiens, anima saturata calcabit fauum, anima autem esuriens amara pro dulcibus auidissime hauriet. Siquidem filius ille senior dedit pessum vitulum saginatum: iunior autem suspirabat siliquas. Audi scripturam. Iubetur Noe ingredi arcam, Et tolle inquit Dominus ex omnibus escis que mandi possunt & erunt tam tibi quam iumentis in Cibum. Augustinus. Nullus dubitat quin omnibus vesci cogat fames. Vnde Leones & Lupi & Cetera animalia que carnibus vicitare consueuerunt nulli dubium quin anno integro comederunt quicquid illis ministrauit Noe, vbi nec erat ignis ad condiendas escas. Nec enim ibi accipitres sublimes (verbi gratia) Cordibus auium pascebantur, aut pectusculis: vel simee nucibus, vel nucibus pineis, vel aquile leporibus & agnis, sed quod ministrabat accipiebant cum gratiarum actione, vt ita dixerim. Sicut apostoli stimulante fame, spicas terebant manibus & placabant famescentem ac rugientem stomachum, id cibi genus pro manante ducentes. Cambyses fremens in æthiopas, quod non supinis manibus exceperant seruitutem, missisque legatis: libera responsa dederant: que contumeliosa Reges vocant (Vide Iudith capite. 1.) Prouisis commeatibus, non exploratis itineribus, per in via per atentia trahebat omnem bello vtilem turbam. Deficiente igitur victu, primum tenerrima frondium & cacumina arborum: tum coria igne mollita absumebant. Postque inter harenas radices & herbe defecerant, apparuit quod etiam inops animalium solitudo, decimum quenque sortiri iubet in alimentum exercitus. Agebat adhuc Regem ira precipitem, cum partem exercitus amisisset, partem comedisset, donec timuit ne & ipse vocaretur ad sortem. Tum demum insanus receptui dedit. Seruabantur interim illi generose aues, & instrumenta epularum Camelis vehebantur, cum sortirentur milites eius qui male perirent, quis peius viueret. Luxus Darii persarum Regis in castris ita discriptus est a parmenione scribente Alexandro. Pallacas inueni canendi peritas & musice varie artifices ad Regis oblectationem intentas numero. 329. Viros corona mentorum artifices sex & quadraginta, coquos ducenteos & 77 figulos ad culinarium instrumentum in castris fingendum vndetriginta. Lactarios pistores 13. Potionum temperatores concinatores quod liquorum decem & septem, & preter hos homines septuaginta qui a sacellaudis viuisetant Regi & colo condiendis, vnguentarios insuper quadraginta. Ezechiel vt famen imminentem populo iudaico significaret, iubetur parare sibi panes numero. 390. Vnciarum decem: ex frumento hordeo milio, faba lente viciaque in simul attritis, hosque panes humano stercore coquere, eosque comedere super vnum latus decubando: singulos per singulos dies, & aquam bibere in mensura. Quo cibo inquit Hieronymus, magis trahitur vita quam sustentatur. Hic enim Cibus & aqua in mensura breui, non vitam tribuit, sed mortem arcet. Dixit autem Dominus ad prophetam, Ecce conteram baculum panis in Hierusalem, & comedent panem suum in pondere & sollicitudine & angustia, vt deficientibus pane & aqua: corruat vnusquisque ad fratrem suum, & contabescant in iniquitatibus suis: Tempore enim famis non queruntur bellaria. Intellige autem quomodo propheta ieiunat pro peccatis populi, diis forte interim

Eccl. 30. — 4. Reg. 4. — Augustin. — 2. Cor. 3. — 1. Cor. 2. — Num. 11. — Manna. — Ioan. 2. — Gene. 15. — Hieronim. — Luce. 15. — Gene. 25. — 4. Reg. 6. — Prouer. 27. — Luce 15. — Gene. 6. — Augustin. — Figura. — Matth. 12. — Cambyses. — Cap. 4. — Hieronym. — Esai. 22.

Esai, 28.

interim dicētibus, comedamus & bibamus: si etas moriēdum est. Percussimus enim fędus cum morte: & cum inferno. Semel salutem desperauimus. Qui fędus init cum aliquo, ad hoc facit, vt securus sit ab illo. Isti ergo nec timebāt mortem, nec capti uit atem nec infernum/quę oia illis ,pphetę ex ore dei cōminabantur: quos mendaces reputabant: & tamen veraces inuēti sunt, dicentes populo huic vesano. Nolite illudere, ne forte cōstringantur vincula vestra. Esai. Cap. 28. Sequitur ex Matthęo. Afferte mihi illos

Mat.14.

huc. Vt videlicet tenēs manibus, cōspiciens suis oculis & verbis bene ominatis benedicens, crescerent & multiplicarentur, & replerent turbam illam bonis cœlestibus. Et pręcepit illis vt accumbere facerent omnes secundum contubernia & conuiuia super viride fęnum. Iuxta Marcū & Matthęum. Quod erat multum in loco: iuxta Ioānem. Marcus. Et discubuerunt in partes per centenos & quinquagenos/Lucas. Et ita fecerunt, & discubuerunt omnes. Pantiamur ergo turbam pręsentem adhuc modum. Ponamus cōuiuia vel cōtubernia. 30. in quorum singulis sederēt homines centum, hinc. 50. & inde totidem. Fiunt conuiuę numero tria milia. Ponamus & alterum ordinem contuberniorum, in quo sint cōuiuia numero. 40. In quorum quolibet sedeant homines. 50, Viginti quinq; hinc, & inde totidem. Quadragies quinquagintā fiunt bis mille. Sunt igitur contubernia omnia numero septuaginta; & cōuiuantes quinq; milia: & cum viris annumerētur etiam vxores & paruuli. Ponamus adhuc ex viduis, iunioribus & aduenis duas ītē mensas: fiunq; numero. 72. Ita subducta ratione, quilibet ex apostolis duodecim/sex cōtuberniis in hoc epulo ministrauit, duodecies enim sexies sunt duo & septuaginta profuit autem hęc particio in conuiuia ad hoc, vt magis intelligerent potētiā domini Iesu, qui tot ventres sattauerit ex tam paruuo alimēto quinq; videlicet panibus. Et intuere obedientiam promptissimam tam in apostolis q̄ in multitudine illa copiosa: qui nihil cunctati in cōuiuia discumbunt, cum potius illud dicere debuerint: imo eamus & emamus nobis necessaria, quandoquidem

Luce.10

iam vespera cœlo pręcipitat alto, satis enim cum Maria consedimus ad Pedes domini. Sed quia vnum

Chrysost.

tantum est necessarium, iussi/sederunt. Ad hec Chrysostomus. Nondum existentibus panibus, iubet ho-

Iob.10.

mines sedere ad mensam. Vocat enim ea quę non sunt: tanq̄ sint. Itaq; discubuerunt omnes. Que enim a deo sunt ordinata sunt. Roma. 13. In inferno nullus ordo sed horror Sempiternus, in domo autem Patris mei mansiones multę sunt. Sedebat Dauid in mensa Saul ex latere Regis: quia gener eius erat: cuius locus aliquando vacuus repertus est. Nisi enim vigilauerit conuiua/Gener licet meus, mouebo cande-

Ioan.14

1. Reg.20

labrum eius de loco suo. Apocal. 2. Denīq; Ioseph fratres suos ad conuiuium introducens, vnunquenq; sedere fecit iuxta ordinem natiuitatis suę, Et quidem illi ignorabant quem Locum tenere deberent (qui autem scirent hospites in cogniti vt ipsi opinabātur) in mensa sancti Ioseph, sed non ille qui solus nouit corda filiorum hominum. Denīq; seorsumposita est mensa iudęis seorsum ęgyptiis, seorsum sancto Io-

Gene.49

3. Reg. 8

seph, quia alia claritas solis: alia lunę, alia stellarum. 1. Corin. 15. Sedebant igitur taciti, Oculis attentissimis intuentes bonum pastorem: expectantes quo fine clauderetur miraculum illud. Accepit ergo Iesus panes, & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Vel iuxta Lucam, Respexit in Cœlum, & benedixit illos, & fregit, & distribuit discipulis suis: vt ponerent ante turbas. Marcus. Et duos pisces diuisit omnibus, & manducauerunt omes & saturati sunt. Christus distribuebat discipulis quantum volebant. Volebant autem vt super esset, ne in medio prandij diceretur, Domine panem non habent. Gręce tamen legitur Ησον ἤθελεν, hoson ethelen. Quantum volebat videlicet Christi qui suo arbitratu augebat conmeantum illum exiguum. Quod si requiras quare non orauit sanaturus Paralyticum: sedaturus mare. Matthęi. 8. Mundaturus leprosum ibidem: sed ad mensam: Vt tibi exemplum pręberet gratias agendi deo ante mensam, quas certe parentes nostri non egerunt, qui Cibum vetitum pręsumpserunt. Aspexit autem in Cœlum vnde omne datum bonum & perfectum ad nos venit. Benedixit autem Panes dicens, crescite & multiplicamini; simul cum sua benedictione conf. enseis omnem saporem suauitatis. Hilarius. Panes offeruntur, & franguntur. Subrepunt in frangentium manibus quędam fragmentorum procreationes. Non imminuitur vnde pręfringitur, & tamen semper frangentis manum fragmenta occupant, Pallunt momenta visum, dum plenam fragmentis manum sequeris: alteram sine damno portiones suę contueris. Inter hęc fragmentorum cumulus augetur: & saciatis omnibus, multo plus superest, q̄ appositum est. Non sensus/non visus profectum tanti miraculi assequitur. Est quod non erat, videtur quod non intelligitur, solum superest, vt omnia Deus posse credatur. Crescit ita q̄ materies nescio vtrum in mensarum loco, an in manibus sumentium: an in ore vescentium. Nec mireris fontes effluere, in esse vuas vitibus, & omnes mundi opes annuo quodam meatu indefessoq; fluere, omnia enim quę vult facit in cœlo & in terra.

Psalm.113.

Necesse est autem dicere, fragmenta & panes multiplicatos fuisse tam in manibus Christi q̄ Apostolorum q̄ vescentium. Nam si totum fieret in manibus Christi, magna esset mora reficiendis tot conuiuis tum & apostolorum onus intolerabile, Ire toties & redire ad Christum, alijs interim oscitantibus pręinedia, alijs iam saturis ac dormitantibus. Cuius autem saporis fuerint panes illi, nouerunt qui comederunt. Voluit autem dominus vt super esset omnibus saturis, vt quilibet sumeret ad saturitatem vsq;. Re-

Plutarch.

quirit enim Plutarchus. Quid est q̄ antiqui mensam vacuam tolli non sustinebant: sed omnino cum aliquid etiam super esset. An quod per hodiernum diem, & crastini oporter meminisse? Ego & Do-

Matth.6.

minus cogitauit de crastino. Neq; enim Apostoli consumpsuri erant sequenti die duodecim illos cophinos fragmentorum, An quod vrbanum videretur comprimere appetitum: etiam cum voluptate, perfrui liceret. Minus enim quod abest cupiunt: qui presentis ac paratis abstinere consueuerunt. An & aduersus seruos humana est consuetudo. Non enim tantopere gaudeant serui si accipiant, q̄ si participes

fiant, q

fiant, q mensam sibi cum dominis quodanmodo communicatam esse putarit. Sed o profundum bonitatis dei, hic enim ordo commutatur: quandoquidem dominus omnium mensam benedixit, Cibos diuisit, officio structoris fungens: Principes populorum ministrant, & ex reliquiis pauperum reficitur Dominus. An quod nihil sacrum inane ac vacuum negligere oportet, Mensa vero res sacra est, id quod supra exposuimus, loquentes de mensa panum propositionis. Vides igitur vt sermo ad superiora recurrat: quomodo lex Mosi que quinque panibus figuratur: exposita, turbas pascit & adhuc superest vnde Pascatur ecclesia vsque in finem seculi, cum integra vix vni genti sufficeret. Alioqui si litteram tantum consideret Philosophus vel Paganus: quid vtilitatis capiet (verbi gratia) si legat illud, Abraham genuit filium ex Agar ancilla, Iudas geminos ex Thamar, Nuru sua, Dauid ex adultera Salomonem. Quod Iacob astu & industria subripuit benedictionem fratris: Et imposuit parenti, q Moses expositus a parentibus: nutritus est & adoptatus in filium a filia Pharaonis. Exo. 2. Hec iuxta litteram ordeum sunt, iuxta tropo-

Leui. 24.
Gene. 16
Gene. 38.

A logiam sacramenta sunt. Sicut Paulus astipulatur ad Gala, Cap. 4. Tu autem cum audiens ex Quinque panibus satiata quinque hominum milia, memento pugilli farine vidue illius apud quam pastus est Helias annis fere tribus, & stille olei, que non defecerunt conuiuas suos videlicet viduam, filium & Heliam donec daret Deus pluuiam super terram. Si requiras, num inter epulandum biberunt homines isti? Dicendum q non, Ea enim tantum multiplicauit dominus Iesus que tradita sunt manibus suis. Que enim seminauerit homo: hec & metet. Gala. 6. Vnde illud, dormierunt somnum suum viri diuitiarum seius, & nihil inuenerunt manibus suis. Quare? Quia nihil posuerunt in manibus Christi. Qui autem vnum vel duo era iactauerit in Gazophylatio Christi, centupulum accipiet. Matthe. 19. Ceterum ebrietas sancta de qua dicitur Canti. 5. Inebriamini charissimi, & rursus inebriabuntur ab vbertate domus tue, non est huius temporis, quando etiam lachrymas accipimus in mensura. Psalmus. 79. Sequitur. Vt autem im

Psalm. 75.
Luce. 21.

B pleti sunt, dixit discipulis suis. Colligite que superauerunt fragmenta ne pereant. Collegerunt ergo: & impleuerunt. 12. Cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis & duobus piscibus: que super fuerunt iis qui manducauerant, Mattheus Manducantium autem fuit numerus quinque milia virorum: exceptis Mulieribus & paruulis, Ioannes. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat Iesus signum: dicebant. Hic est vere propheta qui venturus est in mundum. Manna Cibus legis iuxta Ambrosium non seruabatur in Diem alterum, qui Dies est Euangelii: de quo scriptum est, mane saturabimini panibus. Exod. 16. Qui autem contra preceptum dei Manna seruauerunt, non Manna sed Vermes repererunt. Cesserunt enim sacrificia Veteris legis mysteriis Euangelii. Iuxta litteram autem Dominus pauperum curam gerens, colligite inquit analecta ne pereant, semper enim pauperes habebitis vo

Psalm. 33.
Ambrosi9
Matt. 26
Esai. 58.

C biscum, quos prestat amicos facere ex Mamonna iniquitatis, ex his fragmentis de quibus dicitur. frange esurienti panem tuum, vt cum defeceritis, recipiant vos in eterna tabernacula. Luce, 16. Et rursus, O rex Peccata tua redime misericordiis pauperum, forsitam ignoscet deus delictis tuis. Daniel. 4. Colligite ergo fragmenta, & includite ea in cophinos duodecim, hi sunt. Pauperum sinus, sicut scriptum est. Conclude eleemosinam in corde Pauperis, & hec pro te exorabit ab omni malo. Eccle. 29. Ne pereant inquit. Reuera autem quantum ego Capio, nisi Dominus precepisset Colligi reliquias illas Mense sue nesio quibus pauperibus: non periissent, etiam si centum superessent Cophini fragmentorum: sed id facerent isti quod fecerant Patris eorum de manate, & tam in sinu quam in manibus seruarent sibi in diem postridianum. Nec timendum erat vt vermes ex pane illo scaturirent, quem dominus manibus suis renuerat, benedixerat & sanctificauerat. Sed quoniam iuxta Paulum: Nihil intulimus in hunc mundum, & sicut nudi ingressi sumus, ita nudi reuertemur in vterum matris nostre. Dicitur nobis vt vtamur hoc seculo: sed

Exo. 16
1. Timo. 6

D tanque non vtamur inquit Paulus (1. Cor. 7), Tanque hospites & peregrini: nec admodum sollicitis simus de futuris: sed sufficiat nobis sollicitudo quam deus gerit de nobis, sicut dicit Petrus. 1. Cap. 5. Collegerunt ergo, & impleuerunt. 12. Cophinos. Chrysostom. Ego autem non tantum panum Copiam admirtor & multiplicationem: sed q tantum que duodecim sportule capere possent fragmenta super fuerunt q preuiderit: quantum essent consumpturi, tantum enim super fuisse voluit, quod profecto ineffabilis potentie est. Requirendum autem videtur in conclusione, num inter vescendum famam ledebant proximorum genuino vt dicitur dente, aut dentato sale? Num de rebus vanis & friuolis colloquebantur, num soluebantur inani risu ac sardonico iuxta prouerbium, aut saturati sunt ad nauseam vsque? Vide quid sequitur. Illi ergo homines sobrii cum vidissent quod fecerat Iesus. & cetera. Nam qui ebrii ac temulenti e conuiuio surrexerunt: quid fecerunt: quid ve dixerunt? Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere lusum omnium impijssimum: & choros ducere dicente Isti sunt dii tui o israel qui te eduxerunt de

Iob. 1.
Matth. 6
Chrisosto

E terra aegypti! Dicendum hoc loco de modo quo formatus est vitulus. Non est enim intelligendum quasi aurum illud coiectum in fornace, & imago vituli in igne coaluerit, sicut quidam existimant. Sed conflauerunt totum aurum in fornace. Per ignem in vnam massam: & eam rudem materiam scalpello posita formauit Aaron vel aliquis iussu eius, expressitque vituli imaginem. Quod fit ab his que sigilla & aurea vasa exculpunt. Et ita dicit textus Hebraicus, formauit cum stilo. Sicut etiam. 70. interpretantur. Cα' ἔπλασεν αὐτὰ ἐν τῇ γραφίδι, Ke eplasen auta en te graphidi: & fingit ea cum stilo vel calamo. In honore igitur tanti dei (o prodigiosum ebrietatis vesani populi) choros ducebant post execrandum illud epulum. Isti autem Medius fidius, hic est inquiunt ille verus propheta qui venturus est in mundum. Tu autem obserua quatuor hec per ordinem, farinam aegypti, Manna deserti, fructus terre promisse, panes mense christi: & panem illum de quo dicitur, beatus qui manducat panem

Exo. 32.
Deut. 32
Psalm. 77.
Vitulus
Exo. 16.

in regno

[Exo.16.] in regno dei. Mãna enim nõ datur quãdiu super est apud nos aliquid morũ ægyptiorũ, nec fructibus terrę vescuntur apud quos repertur Mãna quod vermes generat; nec mensę christi possunt participes effici, qui de fructibus terrę pascuntur: cui maledixit dominus. [3.Reg.19] Verum qui de pane christi hic participauerit ambulabit in fortitudine cibi huius vsq; ad mortem dei Oreb. Habet autẽ dominus panes quinq; quibus ecclesia dei mirabiliter pascitur & nutritur. Primus panis est mercenariorũ, de quo Iob, antequã comedam [Gene.3.] suspiro. Nam olim lauabam pedes meos butyro: Iob.29. Mõ vix habeo quod porci siliquas vẽt. Luc.15. [Psalm.41.] Istis dicitur, in sudore vultus tui vescere pane tuo, donec reuertaris in terram. Secũdus panis est penitentię, iuxta illud, fuerunt mihi lachrymę panes diẽ ac nocte: dum dicitur mihi cotidie, vbi est deus tuus: vide, 3. Reg. cap. vltimo. Huic explecta penitẽtia dicitur, Ne timeas Miphibosech, quia restituam tibi [Gene.18.] hereditates patris tui: & tu comedes panem super mẽsam meam semper. Tertius panis est amicorum de [Hebre.13.] quo 4. Reg. Cap. vltimo vide. Item illud, Accelera: commisce tria sata similę: & fac subcineritios panes. Quartus panis est filiorum, de quo Paulus: habemus altare, de quo edere nõ habent potestatem: qui Ta- [Ioan.6.] bernaculo deseruiunt. De hoc altari sumimus panem illum qui de coelo descendit. Quintus panis hic esu- [4.Re.4] titur, sicut scriptum est, Nunc ergo ne forte mittat manum & sumat de ligno vitę & comedat & viuat [Gene.3.] in ęternum, & supplẽdum est, mittatur foras ad laborem. Quibus verbis ostẽditur: futurum aliquãdo vt [Matth.5] lignum illud vitę ęternę fieret oibus cõmunis, qui hic esurierũt iustitiam, sicut dicit dominus, ipsi saturabũtur. Et statim compulit discipulos ascendere in nauiculam, & pręcedere eum trãs fretum ad Bethsaidam, donec dimitteret turbas. Queritur, si dominus pręcepit vt se pręcederent ad Bethsaidam, quomõ illi ierunt in Capharnaum? Intelligẽdum q; Capharnaum est ciuitas aliquantum remota a littore maris, ita q; portus nõ erat portus Capharnaum sed Bethsaidę, & ꝓpterea coincidunt nauigare ad Capharnaum & ad portum Bethsaidę quo appulerũt. Et quoniam portus ille erat in regione Genesareth aut sic vocabatur, ideo terminus iste ad quem huius nauigationis appellatur Genesareth: Bethsaida & Capharnaum ab euãgelistis diuersis rationibus. Donec dimitteret, perinde valet, interim q; turbas dimittebat. Compulit inquit. Gręce est: Ευανκασεν EuanKasen aut plus significat q̃ compulit vel coegit, quod dixit Marcus, vt intelligamus eos inuitos a pręceptore discessisse: quẽ sic amabãt (nõ enim in eo habet locum prouerbium illud nihil nimis) vt nec pũctum tẽporis possent ab esse ab homine, deo homine omniũ horarum: amabilis super amore mulierum. 2. Reg. cap. 1. Est autẽ ordo textus iste. Finito cõuiuio, & sublatis reliquijs: iussi sunt discipuli nauim conscendere: quod & fecerunt. Interea turbę quę pastę erãt, venerũt ad christum dñm, vt cum eius beneplacitã benedictione reuerterentur in sua [H] et ipse abire iussit. Quãdo vero turbę veniebãt ad christũ, viderũt discipulos iussu eius cõscendisse nauim: atq; ita factum est vt iuxta Ioãnem, dñs solus esset cum turbis. Turbis vero iam permissis abire cogitatio hęc sub repsit cor eorum: vt raperẽt eum qui solus erat: & regem sibi crearent: nullo iure nulla fulti aut pręditi auctoritatę: tanta est vis ventris saturi.

Capnt. iij, Quomõ absente dño oborta tempestate nauis a vi tũdebatur ventorũ quarta autem vigilia noctis dñs venit ad eos, quẽ tñ phãtasma esserati sunt sed ad vocẽ christi omnis timor abscessit. De Petro ambulante super aquas & manu christi exemptũ a tempestate & qualiter cor apłorum obcęcatum erat inter hęc & de fide eorum qui erant in naui. [I]

[Ioan.6.] IEsus ergo cum cognouisset, q; venturi essent vt de raptim se facerent regem, (Rapere volebãt quia alienum eum intellexerãt ab appetitu regni) Fugit iterum in montem ipse solus, Mattheus & Marcus, vt oraret item & vt turbas lateret, & mansit in monte orans illo vesperi & nocte tota sequenti vsq; ad quartam vigiliam noctis. Itaq; iuxta Ioannem, vt serõ factum est, descenderunt discipuli eius (eo compellente) ad mare. Et cum ascendissent nauim, venerunt pro veniebant vltra mare in Capharnaũ. Marcus dicit pręcepisse Dñm discipulis, vt pręcederent eum ad Bethsaidam, quia Bethsaida erat in via ante Capharnaum in qua ciuitate dominus vniuersorũ domiciliũ suum habebat, aduena & peregrinus sęculi huius: sicut scriptũ est, tu solus peregrinus es. Lu.24. [K] Quod autẽ dicit, venerũt vltra mare, idem est ac si dicat, voluerunt venire. Ioannes. Et tenebrę iam facte erant et non venerat ad eos Iesus. Diu licet multum q; expectatus, nec ignarus quanto sui tenerentur desiderio. Verum ne in locis desertis nox eos occuparet, tãdem cõmittunt se mari, sperãtes forte vt vel inter nauigandũ occurreret eis alia naui vel in ciuitate eum offenderent Bethsaida vel Capharnao. Ioannes. Mare autem vento magno flante surgebat. Mattheus. Nauicula autẽ in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim cõtrarius ventus, Marcus. Ipse solus erat in [Hierony.] terra, & vidit eos laborantes in remigando. Ad hęc Hierony. Bene mutu recesserũt a domino [Marci.4] pręsagiebant enim reuera id quod accidit, vt eo absente naufragia sustinerẽt. Nam si eo pręsente sed dormiẽte in puppi nauis, ad mortem vsq; periclitati sunt, absente nauclero: quid nõ temere debuerũt. Reuera dixerũt illud. Ablata est iam omnis spes salutis nostrę, neq; luna neq; sideribus apparẽtibus, tempesta- [Actu.27] te imminẽte, ventis cõtrarijs. Ad hũc modum iuxta tropologiam, absente Mose, populus impatiẽs mo- [Exo.32.] rę, deos sibi fabricati poposcit, vnde peccauit peccatum illud grande & quo nullum maius, nisi forte qñ

manus

manus misit in filium dei. Denique domino in cacumine mõtis cõmorante, statim ventus cõtrarius oritur & turbatur mare, periclitãtur apostoli, & tãdiu imminens naufragium perseuerat, quãdiu Iesus veniat. Itaque cum cognouisset Iesus quod venturi essent. &c. Gregorius. Quis autem principari hõi. ust. s ne culpa potuisset, quam is qui hus nimirum regeret, quos ipse creauit? Sed quia id circo in carne apparuit, vt nõ [Gregori9.] solum per passionem nos redimeret: verum etiam per cõuersationem nos doceret, exemplũ se sequentibus prębens: Rex fieri noluit: ad crucis vero patibulum spõte venit. Plerunque autẽ aduersitatis magisterio sub disciplina cor premitur, quod si ad regiminis culmẽ erupit: in electione protinus vsu glię permutatur.

Dixit autẽ aliquãdo Vespasianus cũ ab eo creato nuper imperatore senex quidã libertati donari peteret, heus homo scias vulpem pilos mutare, nõ mores. Sic itaque Saul qui indignum se prius cõsiderans fugerat, mox vt Regni gubernacula suscepit: intumuit. Honorari nãque coram populo cupiens, dum reprehendi publice noluit, ipm qui se in regem vnxerat ubscidit. Sic Dauid auctoris iuditio pene in cũctis actibus placens, mox vt pręsurę põdere caruit, factus est in morte Vrię crudeliter rigidus, qui in appetitu fœminę fuit eneruiter fluxus, Et qui malis ante nouerat pie parcere, post in bonorum nece didicit sine obstaculo anhelare. Sequitur in pastorali. Nabucodonosor regẽ dominus in irrationale animal vertit: ab humana societate sepauit, vt hõ quoque esse pderet, quia regnũ se vltra hoies (statua dedicata) existimasset. Ergo qui in plano stãtes titubãt, cũ suo periculo in pręcipitio pedem nõ ponant: certe nescit laudem cum suppeter fugere, qui ad hanc didicit cum de esse anhelare. Quid nãque est potestas culminis, nisi tempestas mentis? Inter tot ergo tempestates quid sequendũ quid tinendũ est? Nisi vt virtutibus pollẽs coactus ad regimẽ veniat, virtutibus vacuus nec coactus accedat. Qui enim curã populi electus pręsul suscepit, quasi ad ęgrum medicus accedit: Si ergo ad huc in eius opere passiones viuũt, qua pręsumptione percussũ mederi properat: qui in facie vulnus portat. Tãtum debet actionẽ populi actio trãscendere pręsulis, quantũ distare solet (bona verba bona verba Gregorii) a grege vita pastoris. Alligãt onera quę nec vel digito tãgere dignãtur. Apprehẽdet vir fratrẽ suum & dicet, Vestimẽtum tibi est, esto pticeps noster, ruina autem hęc sub manu tua. Et respõdit ille. Nõ sum medicus, & in domo mea nõ est panis neque vestimẽtum, nolite me cõstituere pncipem populi. Hierony. Sicut ergo populus aliquem digniorem se reputat: vt in prę latũ eligat, ita qui eligitur, no min erim assentiatur sed vires suas metiatur (quid si omnes se reputãt Oges vel Samsones?) Si habet vnde vestimẽta & cibũ det populo in tempore suo, Multi enim esurientes & nudi cum nec spirituales cibos nec christi tunicam habeãt, alijs vestimẽta pmittunt & alimoniam, & vice rosi se medicos iactãt, nõ timẽtes quod dicitur, ne quęras fieri iudex, ne forte nõ possis auferre iniquitates nec seruant illud Mosaicum Exo. 4. Prouide alium quem mittas, nam ego in circuncisus sum labiis: doctus alioqui sapiẽtia terrena. Sic Ambrosi9 cum eligeretur in epm, multa causabatur, pfanę functionis hominẽ esse: sacrarum rerum impitum nõdum sacro lauacro, cum Paulus etiam vetet neophytum ad ecclesię gubernacula admoueri. Sed hic frustra facũdus erat Ambrosi. Quo vehemẽtius enim ille detrectabat, magis accẽduntur populi studia: sic pro pręsule cõsulari fit pũsul in sulatus, ante prefectus gregi dominicu (alter Saulus qui & Paulus vas electissimum) quam in gregẽ dominicum coaptatus. Ita ipse de se dicit. Raptus de tribunalibus ad sacerdotium, docere vos cępi, quod ipse non didici. Itaque factũ est: vt prius docere incipem quam discere. Ita Gregori9 de se dicit, Iubet serenitas vestra o imperator simiam fieri leonẽ, & quidem si mea cũ sim, leo dici potero, fieri nõ potero. Verũtamen (quod pace oĩum dico) harũ bene ominatarũ simiarum in ecclesia dei admodũ pusillus est numerus: multis dicẽtibus si nõ ore corde cũ. Nõ sum ego sicut cęteri pastores. Marcus amputasse sibi pollicẽ traditur, vt sacerdotio reprobus haberetur. Tiberius principatum oblatum diu recusauit, impudentissimo animo nũc adhortãtes amicos increpans vt ignaros, quãta bellua esset imperium: nunc precantem senatum & procũbẽtem sibi ad genua ambiguis respõsis & callida cũctatione suspẽdens idest suspensos reddens, vt quidam patiẽtiam rumperent: atque vnus in tumultu pclamaret: aut agat: aut desistat, alter coram exprobaret, cęteros quod polliciti sunt tarde prestare, seipsum quod pręstet tarde polliceri. Tandem quasi coactus & quęrens miseram & onerosam iniungi sibi seruitutem (notate verba ex ore vnius gentilis nõ admodum pbatę vitę platu) recepit impium, nec tamẽ aliter, quam vt depositurũ se quãdoque spem faceret. Merito igitur dominus subterfugit regium diadema, vt id innueret tacite, quam rara auis est rex qui sciat parcere subiectis, debellare superbos, pesse vitijs, nõ hominibus, qui dicat semper, venite post me, nõ autẽ, ite. Qui denique iuxta scripturã pro decẽ milibus cõputetur. Sciat autẽ rex inquit Augustinus, quod sicut in throno hoium primus cõstitutus est, sic & in penis si iusticiam nõ fecerit, pmatum habitur9 est. Omnes nãque quoscũque peccatores sub se in psenti habuit: supra se modo in placabili in illa futura pęna habebit. Ad hęc Plato. O Thrasymache sicut modo dicebam, turpissimum videtur spõtę quẽ piam ad regimen Reipublicę accidere, sed tamẽ necessitatẽ expectare nõ debet. Detrimentum autẽ nullum maius potest accedere reipublicę: quam pessimo regi viro, si ipse bonus regere illam & gubernare possit. Si enim boni sunt ciues nõ debẽt spõte accedere ne videantur cupiditate honoris adducti accedere, quod est hois ambitiosi. Portes igitur illis necessitatẽ imponi vt velint magistratum accipe. Maxima vero multa est, administrationi malorũ subijci, nisi ipsi acceperint gubernaculum. Quanta ergo temeritas & per tritę frõtis ambitio dicere, ecce ego, mitte me: Quãtum malum occisis fribus. 70. Impium pnpete Iudi. 9. De hoc dicetur. Ioan. 21, Lat us. Et Mat. 2. Fugit igitur dominus, sic tamẽ vt nõ sentiretur aufugisse. Ascẽdit autem montem oraturus: nõ sibi sed nobis. Tu autem memento longę orãtis intra vterum bellue, vt intelligas quod ois locus aptus est orationi maxime tamen mõs, in quo homo a terrenis semotus, spm contendit deo exhibere pręsentem. Et obserua quomodo Moses inter orandum, manus dimisit, quę grauissimę erant, siquidem spiritus pmptus est caro au-

[Margin: Vespasia. · 1. Reg. 10 · 1. Reg. 15 · 2. Regũ. 11 · Idem · Daniel · Matt. 23 · Esai. 3. · Hieronim · Eccle. 7 · Actuũ. 7 · 1. Timo 3 · Ambrosi9 · Actu. 9. · Gregorius · Luce. 18. · Marcus · Tiberius · Augusti. · 2. Reg. 1 · Plato · Esai. 6.]

carō autē infirma. Accēdit inquit orate. Anima quidē christi semp fruebatur, vacans diuinę cōtemplationi, sicut modo beati in coelo, & tamē adhuc velut Martha intēdebat multis/loquēdo/docendo/ferte & manuario opi insistendo cum Ioseph, & in his occupatus potētijs inferioribus nō fieret redundantia illius summę beatitudinis verum supriorum in inferioribus. Cū autem dñs christus totum se traderet officio Marię, talis vacatio (vnusquisq; sit apud semetipsum. Exo. 16. Erat solatiū magnum christo, & hoc erat dnm christum orare, sicut fecit diebus. 40. Cum ieiunauit. Matthę. 4. Inter hęc igitur nauigantibus apostolis, tenebrę factę sunt, quę cōduplicabāt metum, nam & venti vehemētes, vndeq; aduersi magno miscebāt murmure pōtum. De hoc iā habes in sacramēto. Fugiēte Iona: misit dñs ventum magnum in mari, & nauis piclitabatur cōteri, cum alias serenum esset. Et cęperunt nautę alleuiare nauim, missis in mari vasa. Ionas autē descendit ad interiora nauis & dormiebat sopore graui. Et accessit gubernator & dixit ei. Quid tu stertis? Iuxta. 70. Et infra. Missis sortibus/deprehēditur Ionas. Quo dicēte, ppter me orta est tempestas hęc; iubetur vt qui exposuit causam morbi, indicet & sanitatis. Tollite me inquit, & mittite me in mare; cōtra me tempestas detonat, me quęrit naufragium vobis minatur, vt me prędat: & mea morte viuatis. Non ignoramus inquit Hieronymus flātes ventos quibus in euāgelio dñs vt quiescerēt imparit, & piclitantē nauiculam in qua stertebat Ionas: & intumescēs mare quod increpatur, referri ad dñm saluatorem & periclitātem ecclesiam vel apostolos, qui eum deserētes in passione: quodāmodo in fluctus pcipitabātur. Nam nocte capitur dominus, & percusso vel capto pastore, oues dispersę sunt. Periclitabatur igitur nauis p absentiam christi & maxima parte noctis piclitabatur, donec Ionas ingreditur mare: quarta videlicet vigilia noctis. Ad vespum enim demorabitur fletus, & ad matutinū lętitia. Tollite inquit me, & mittite. Nō enim est nostrū mortem arripere, sed illatam ab alijs libenter accipe. Vnde & psequutionibus nō licet ppria perire manu inquit Hieronymus: absq; eo vbi castitas periclitatur, sed pcutienti colla submittere. Itaq; mare quod absente Iona irascebatur, in visceribus suis desideratū tenens, gaudet & confouet, & ex gaudio trāquilitas redit. Si cōsideremus ante passionē Dni terrores mūdi & aduersorū dogmatum flactus cōtrarios: totumq; humanum genus piclitari, & post passionē eius trāquillitatem fidei: orbem pacatum & secura oia: & conuersionē ad deum videmus quomō quarta vigilia venit dominus Iesus ad suos dicens. Cōfidite ego sum, nolite timere. Ego sum qui a ceto deuoratus, trāquilla fecit oia. Nec refert vtrum Ionas ex naui mittatur in mare, an de mōte descendēs ingrediatur mare, vel q Ionas it sub aquis, & dñs ambulat sup aquas, quia dominus & viuens mare sedauit, & mortuus pacē dedit ecclesię: sicut scriptū est, postq autē resurrexero: postq a ceto viuus euomar pcedam vos in Galilęam, ibi me videbitis & gaudebit cor vrm. Ioan. 16. Itaq; iuxta Matthęū. Quarta vigilia noctis, vidēs eos laborantes in remigando, nec quicq tamē (quoniā tu laborem & dolorem cōsideras: vides quę agior?, quę ve patimur inter remigandū, tot vētis cōtrarijs, tot terrem otis detardātibus cursum nostrū) Venit ad eos ambulans supra mare. Vigilię & stationes militares in quaterna horarū spacia distinguūtur. Cū ergo dicit, quarta vigilia noctis venisse ad eos dñm christū, ostēdit eos tota nocte piclitatos fuisse de vita, & quādo iam pene despatis rebus, animū de spōdebant quomō legimus de viro iuxta cor dei, porro Dauid desperabat se posse euadere a Facie Saul quē idem Saul & viri sui cingebāt in modū coronę. Ide habes de paulo 2. Cor. ca. 1. Quod autē dicit Marcus: & volebat pterire eos quomō alibi legis, fingit se lōgius ire, Luc. 24. (Hoc est quod autē Iob clamo & nō audis, sto & nō respicis: mutatus es mihi in crudelem. Et illud: taces; impio cōculcāte iustimē se. Habac. 1. Quorum sententia hec est: deum sic aliquādo pmittere suos cōcuti malis, quasi negligat: quasi nō videat q si ignoret, cęterū quod rei veritas habet, qui tangit vos: tangit pupillā oculi mei. Sicut enim pmisit tres pueros mitti in fornacem accēsam septuplum; & cum ipse quartus ad esset intra caminum, nō videbatur tamē ab illis. Hoc est ergo quod dicit Marcus, Et volebat pterire eos. Speciē enim prę se tulit q si hominis ambulātis supra mare; & volētis pterire nauiculā in qua ipsi ferebātur. Cęterum illi (Videntes eum supra mare ambulantem (Cū remigassent stadia. 25. aut triginta) turbati sunt dicentes phantasma est, & timore clamauerunt. Stadium octaua pars est miliarij. Remigabāt autē versus littus vnde pfecti fuerāt, si forte offenderent magistrum: qui iusserat vt pcederent eum trāsfretum. Quod autē dicit, putauerūt q phātasma esset, scdm opinionē vulgi opinati sunt. Credūt eīm multa huiusmodi spectra noctu nauigātibus appere. De hoc Plinius lib. 2. Cap. 37. Vidi in nocturnis militum vigilijs inhęrere pilis pro vallo fulgurum effigies. Eę & antēnis nauigantium alijsq; nauiū partibus ceu vocali quodam sono insistunt vt volucres sedem ex sede mutantes. Grauis cū solitarię venere mergentes q nauigia: & si in carinę ima deciderint exurētes. Geminę autē salutares, & psperi cursus pnuntię: quarū aduentu fugari diram illam atq; minacem appellatā q Helenam ferunt. Et ob id polluci & castori id numē assignant, eosq; in mari deos inuocāt. Hominū quoq; capita vespertinis horis magno psagio circū fulgent. Omnia incerta ratione & in naturę maiestate abdita. Hęc ille. Vnde illud ex actis cap. 28. Post tres mēses nauiguimus in naui Aleādrina cui erat insigne Castorū, Gręce Dioscoū. Id enim nomē est castori & polluci: filijs Iouis & Ledę. Antonius Nebrisensis. Refert Seneca in primo libro naturaliū quęstionum, q sī in media tēpestate appent quasi stellę velo insidentes: adiuuari se tūc piclitantes existimēt, Castoris & pollucis numina credētes. Has hodie in tempestate dephensi nautę: Sācti Thermi lampadas vocant, quas cum viderint, pcerto habent frangi e vestigio tempestatem. Beda geminis inquit Castores sunt Castor & pollux (Iouis filij) quos ideo Gētiles in mari deos vocāt: quia in tempestate si solę apparuerint in naui vel in antenis/piculosi: si vero geminę, psperi cursus sunt nūtię. Sane cum solę videntur Helena vocatur: nō castur vel pollux, Helena autē soror fuit Castorum, illi ex/

yno illa

Marginal notes: Exo. 17. / Matt. 26 / Abulensis / Lucę 10 / Christus / Hierony. / Matt. 8. / Matth. 26. / Psalm. 29. / Hierony. / Matth. 26 / Psalm. 9. / 1. Reg. 23 / Cap. 10 / Zacha. 2 / Dani. 3. / Plinius.

vno illa ex altero ouo ꝓgenit, matre Leda. Hęc Antonius Nebrissensis. Vide ergo quot gradibus augetur eorum timor. Primũ tenebrę profunde fere totius noctis. Secũdo magistri absentia. Tertio ventus contrarius. Quarto tẽpestas valida. Quinto ꝙ videntdñm nauiculę fieri ꝓpinquum, nec tamẽ agnoscũt, primũ quidem tenebris arcẽtib⁹ visum, deinceps, quia fides illorũ languebat & dormitabat. Tamẽ vigẽte tẽpestate clamauerunt. Quãdiu igitur nõ clamauerunt, nõ affuit dominus, qui tamẽ nusꝗ abest stat tamẽ post parietem nrm, opiens clamorem nrm, qui si dormit cor tamẽ eius semper vigilat. Cant. 5. (Canti. 5.) Quarta vigilia venit, ne vile sit nobis beneficium collatum, differt dare, ne cum Esau ꝓlentib⁹ ius nostrum liceamur. Et hoc est quod sequitur. Et statim Iesus loquutus est eis dicens. Habete fiduciam: ego sum: nolite timere. Sic ait, & dicto citius tumida ęquora placat, collectasꝗ fugat nubes serenumꝗ inducit. Vnico igitur verbo omnẽ metum soluit ab animo illorũ, & reddidit illos sibi

A ipsis. Loquela enim Christi manifestum eum fecit, & tamẽ cum euntibus in emaus diu collocutus, agnitus nõ est. Agnouerunt igitur oues vocẽ pastoris quem phãtasma putabãt. Nec mirãdum si inter densissimas tenebras phãtasma opinati sunt, quãdo post resurrectionẽ suam clara luce, stãs in medio eorum spectrum rati sunt, quo cum nudius tertius cęnauerãt. (Luce. 24.) Ego inquit sum, qui admodicum & in pũcto dereliqui vos, qui magis in mei accẽderem desiderium: attñ quia semper lachrymas impartior cum mẽsura (Psalmus. 79) en adsum, in quo uiuimus, mouemur, & sumus. Actu. 17. (Esai. 49.) Ibi Petrus qui in multis locis euãgelii repitur ardẽtissimę fidei, impatiens morę, Dñe inquit si tu es: iube me venire istic super aquas. Iube, & illico solidabũtur vndę, leue fiet corpus, quod alias graue est. Nam & Habacuch (Dani. 14) per capillum portatur ab Angelo satis longa inter capedine terrarum: & Helias curru igneo vectus est (Hieronim.) nescio q. 4. Reg. 2. Ita & iuxta Hieronymũ, fides Petri est quę ambulauit sup aquas: nõ corp⁹ Petri. Et (Exo. 14.) Moses quidẽ iussu dei mare ingreditur, & egreditur: sed feruor Petri cito fuit pessum. Vnde dixit Paulus: (1. Cor. 10.)

B qui se putat stare, videat ne cadat. Origines. Peccatores quia grauis naturę sunt, demerguntur quasi plũbum in aquis vehemẽtibus. Sãcti autẽ ambulãt sup aquas quia leues sunt, nempe sex alę vni & sex alę (Esai. 6.) alteri. Vnde dominus sup aquas ambulat, qui peccatũ nõ fecit: qui rursus dicitur ascẽdisse sup nubem le- (Esai. 19.) uem: quę etiam peccati põdere grauata nõ est nempe cui datę sunt duę alę tantũ, sed erant aquilę insi- (Apoca. 12.) gnis, quibus fulta mulier hec beatissima, semp in arduis versata est. Iob. 39. Petrus igitur quia nõ erat to- (Gene. 6.) tus spũalis (diffisus est enim) sed habebat aliquid de plũbo, mergi cępit. Illi autẽ tot carnis erãt quos terra dehiscẽs: quia sustinere nõ potuit deglutiuit, Num. 16. Vnde sequitur. Et respondit Iesus, Veni. Et descendẽs Petrus de naui: ambulabat super aquam vt veniret ad Iesum. Videns vero ventum validum: timuit: & cum cępisset mergi; clamauit dicẽs. Dñe saluũ me fac. Quod dicit cũ cępisset mergi, Gręce est, Καταποντίζεσθαι, Catapontizesthę, idest inuolui fluctibus marinis. (Chrisosto.) Ad hec Chryso. Mos bonitatis dei est, iam exercitatos in paruis, in maiores tẽtationes im-

C mittere. Nauis sola erat, & profundę tenebrę, & tẽpestas grauissima, & superueniente domino, a deo exterriti sunt more puerorum, vt prę timore exclamauerint. Sic ad Iob vltimo seruatum est, vt ab vxore a (Gene. 31) seruis & amicis audiret obpobria eaꝗ nõ leuia. Et quãdo Iacob dominus de seruitute Labã liberabat (Gene. 32) maior turbatio accidit, ꝙ socer illum persequutus, mortẽ minabatur, & paulo post frater successit, qui sine dubio maiorem illi timorem ex presencia incussit. Dixit eñ si pcusserit vnã turmã, saluabitur altera. Sic Abrahę nouissima tribulatio omnes supauit, qua filium offerre iubetur, & hec sola vocatur tẽtatio, Gene. Cap. 22. Et hoc mõ certe quę intolerãda sunt fiunt tolerabilia. Taurũ enim tollet, qui vitulũ sustulerit. Est autẽ & naturę humanę cõditio nõ infrequens, vt difficilioribus superatis, nõ nunꝗ tẽtationibus succũbat minorib⁹, quod etiã Helias passus est in Iezabel, (3. Regũ. 19) Moses ad aquas cõtradictionis. Nũ. 20. Dauid in Bethsabe 2. Re. 11. Et nũc Petrus tota nocte vexatus, magna cũ fiducia in aquas descẽdit: ad vẽ torem autẽ magnitudinem cum esset iam prope christum animi magnitudinẽ retinere nõ potest. Sed ni

D hil ꝓdest loco esse prope christum: si fide nõ sis. Et sicut anteꝗ volare queat, si nido pullus exierit & in terram decidat: mater velociter raptum in nidum restituit, sic tunc Christus in Petro peregit. Ambula- (Daniel. 3.) bat loquit sup aquam Petrus ita securus: sicut beati illi tres viri inter ignes fornacis. Et vt ego existimo si opurnitas se offerret, dicturus erat Petrus, si tu es, iube me volare per aera, vt ad te veniam. Tamẽ quia homo erat, timuit. Metus a ventorum vehemẽtia nascebatur, periculũ a metu, metus a diffidentia. Vbi enim dimmis paulisper oculis a Domino, cępit circũspicere tumẽtes fluctus, suamꝗ imbecillitatẽ, illico cępit & subsidere: verum periculi magnitudo rursus excitauit in Petro igniculum fidei: vt iam pene immersus vndis, exclamaret, Domine saluum me fac: cępit mergi, deo permittẽte: ad tollẽdam inuidiã cęterorũ apostolorũ, Item Petro occasio aufertur supbiendi, qui cito credidit mox diffisue fidit rursus exclamãs emersit, ita Petrus qui fundamentũ positus ecclesiastici ędificii, vacillabat inter spem & infidelitatẽ.

E Ad hec Augusti. (Augusti.) Fertur in antiquorũ historiis militãtes in rostitorum fortis super equorũ auribus solitos ludere. Natãdi quoꝗ artis imbuti, merso medio corpore in profunda vix subeunt. Hoibus ergo illud valẽtibus ex frequẽti vsu, nõ mirum si imperãte domino caro Petri leuigaretur: vt posset super aquas am- (Exo. 14.) bulare. Potuit autẽ & in aqua illa soliditas fieri. Aqua enim terrenam habet crassitudinem, quę aliquã- (4. Reg. 6.) do facta est quasi murus. Sic alibi domino iubẽte, ferrum natauit, cum cõtra naturam suam ignis super sodomitas descẽdit. Genes. 19. Et continuo Iesus extendens manum: apprehendit eum dixit ꝗ illi: Modicę fidei quare dubitasti. Et cũ ascendisset in nauiculã, cessauit vẽtus. Gręce, εἰς τί ἐδίστασας, is tiedistasas, ad qd vacillasti: Id eñ vox grgca sonat, cũ aius nũc huc: nũc illuc impellit more vndarum aut arundinis. Et erat mirabile videre dominũ supra mare stantem siccis vestigiis, & tenentem manu Petrum ne totus subsideret, qui certe ad femora vsꝗ vel forte ad vmbilicum iam mersus erat.

Ita dñe

Ita dominus cōplexum Petrum quasi pullum implumē nido restituit dicens. O modicę fidei. &c. Si Petrus (inquit Hierony.) qui cōfidenter dixit, dn̄e iube me. &c. Quia paululum timuit audiuit, Modicę fidei: quid nobis dicēdum est, qui huius modicę fidei nec minimā quidē habemus particulā? Dicit autem Abulensis hoc loco, q̄ fides Petri nō modica erat, sed erat nulla: quia dubius in fide: infidelis est. Christus tamē modicā vocat, quia scriptura interdum modicū pro nullo accipit. Ita dicitur Marci. 5. Modicę fidei quid timidi estis? Nec dum fidem habetis. Sic ergo modicū habere & nō habere: pro eodē posuit. Hilarius. Vt autem quędā medicamētorum genera sunt ita cōparata, vt nō singulis tātum ęgritudinibus, sed oībus in cōmune medeantur. habeant q̄ in se virtutē generalis auxilij, ita & fides catholica nō aduersus singulas tātum pestes sed cōtra omnes morbos opē medelę cōmunis impartit, nō infirmanda genere, nō vincēda numero, nō diuersitate fallēda, sed vna atq̄ eadem aduersus singula atq̄ oīa cōsistit, dicēte apostolo. In oībus sumentes scutum fidei (ex quo vnico mille alij Clypei pendent Cant. 4.) In quo possitis oīa tela inimici ignea licet extinguere. Permisit autē domin⁹ Petrū submergi, iuxta Theophyl. Ne ille superbiret, & cęteros solaretur discipulos, qui ei sub inuiderūt. Sed & christus dn̄s quantum Petrum diligeret ostēdit. Vnde & illud, ego rogaui p̄ te vt nō deficiat fides tua, hoc est, nō dum cecidisti, & ego iam porrexi manum, prędiens casum tuū: iustus enim si ceciderit nō collidetur, quia dn̄s supponit manū suam. O p̄fundum bonitatis tuę domine Iesu. Q̄ primū igitur nauim ascēdit, cessauit ventus, cuius enim imperio excitatus fuerat eius & iussu cōquieuit. Et vehemēter supra modū intra se stupebāt & admirabantur. Non enim intellexerāt de panibus. Erat enim cor eorū obcęcatum, in miraculū panum q̄ esset oīum creator ostendit, ambulādo super vndas, q̄ corpus haberet liberū omni peccati grauedine, placādo vētos & mare: q̄ elemētis dominaretur ostēdit. Sed rudes adhuc discipuli magnitudinem quidē virtutum stupebāt, verum diuinę maiestatis veritatē nō agnoscebāt. Vnde ergo illa vox: iube me venire ad te, & illa dn̄e saluum me fac? Potest dici q̄ nō omniū erat obcęcatum cor, aut nō omnium ęqualiter, Habet enim fides gradus suos: de quo Matth. 17. Dicet itaq̄ dn̄o nauim ingresso: timore discipulorū successit admiratio, quomō videlicet corpus humanū, non infusis vestigijs, posset ambulare super elemētum fluidum, idq̄ vētis perflātibus lacū, totumq̄ euertentibus a sedibus imis. Tāta erat in discipulis illis beatis tarditas: tā crassa obliuio, cū hesterna die vidissent quinq̄ milia hoīum ex panibus. 5. abunde pastos: haberent q̄ apud se. 12. cophinos ex sublatis reliquijs. Hoc certe lōge mirabilius erat, sed obcęcatum erat cor eorū adhuc, cum vidētes, nō viderent: deit non crederēt talia signa vidētes. Hāc autē tarditatē dominus mētibus suorū hęrere permisit, vt & ipsi iuxta quod Paulus dicit discerēt sustinere imbecillitatem infirmorū, sic enim ad impletur lex christi immaculata. Gal. 6. Qui autē in nauicula erant, venerunt & adorauerunt eum dicentes. Vere filius dei es, Et hoc magis arguit discipulorū tarditatem: quando hoīes illi, qui forte nihil magnū audierāt de christo: vel viderāt hoc, vno dempto, ex vngue cōiectantes leonis magnitudinem: vere inquiunt filius dei es, cui vēti & mare obsequūtur, Sequitur. Voluerunt ergo accipere eum in nauim Et statim nauis fuit ad terram ad quam ibant, itaq̄ pręsentia christi sedatur mare, sicut Ionas nauis cōscendēs mare turbauerat, & ventis silētibus, sine aliquo remige dicto citius pegerunt nauigationē, Fuit autē & hoc ipm̄ inditium potētię xp̄i: vt subito nauis quę ante iactabatur, teneret optatum portum. Non enim volentis, neq̄ currentis, sed miserentis est dei. Siquidē remigabāt & viri vt reuerterātur ad aridam: sed mare ibat & intumescebat, cum alias serenum esset. Vide Ionę Cap. Primo.

Hieronim. Abulensis. Hilarius. Ephe. 6. Theoph. Luce. 22. Psalm. 36. Marci. 6. Roma. 15. Matth. 14. Roma. 9.

Caput. iiij. De turba requirente dominus Iesum quibus cum multa contulit de multitudine languidorū quibus tangentibus fimbriā vestimenti eius sanabantur.

ET cum trāsfretassent, venerunt in terram Genesareth: & applicuerunt, Cumq̄ egressi essent de naui, cōtinuo cognouerunt eum viri loci illius. Et percurrentes vniuersam regionē illā, cęperunt in grabatis eos qui male habebāt circūferre vbi audiebāt eū esse Et quocūq̄ introibat in vicos vel in villas aut ciuitates: in plateis ponebant infirmos: & deprecabantur eum: vt vel fimbriam pallij eius tangerēt. Et quot quot tangebant eum: salui fiebant. Vt igitur optato portu potiti sunt videlicet Genesareth vbi iam pridem Dn̄s ea editis ibi mirabilibus cōspicuus erat & admirabilis, vix terram attigit, cum iā aderant ex incolis boni cōryceī qui eum inquirerēt. Obseruabatur enim a multis, quocūq̄ se cōferret, Eo igitur cōspecto, siquidē etiam de facie multis notus erat, speciosus forma pre filijs hoīum, qui viderant & agnouerāt, quasi exploratores essent totius prouincię: cōtinuo, p̄ ambulantes totā prouinciam, renuntiāt adesse verū archiatrum, qui e cęlo demissus est. Accurrūt igitur hoīes nō cum muneribus sed cum grabatis & omni genere ęgrotātium, quia gratis curabat & vnico verbo vel tactu manus aut indumēti. Donabat autē & q̄d postulabatur videlicet peccata lāguentibus. Diogenes rogatus, cur Athenis moraretur, cū lacedęmonios tātopere laudaret, quoniā medico inquit bene valentibus opus nō est. Persę int̄ cęteras & hanc sapiēter cōdiderunt legē inquit Herodotus. languentes efferendi in forū (neq̄ enim medicis vtūtur) vt de illorum lāgore cōsulant qui eos adeunt: si quis & ipsi eundē passus est morbum: aut alium vidit patiētem. Nec fas est cuiq̄ lāguentes pręterire silentio: nec antequā explorauerint quo nā lāgore illa laboret.

March. 6. Matt. 14. Psalm. 44. Diogenes. Herodot⁹

laboret Quod ergo Persis nō licuit, qui naturali rōne ducebātur: quomō putamus licuisse ei qui peccatores venerat saluos facere: q̄ vere dolores nr̄os portauit & langores? Quin & si liceret nō tamen expediebat clemētię suę nō potentię. Quare enim abnegaret salutē creaturę suę: quā solo vel verbo vel nutu donabat, vel fimbrię suę attactu. Sed nec potētię expediebat, siquidem per eam innotuit nobis quis esset, & quid posset: de quo dictum est Ioā. 5. Vnde illud ad Hebre. 4. Nō enim habemus pōtificem qui tāgi non possit effectibus nr̄is. Alias vnde vocat se pastorē cum epithasi, Itē gallinam, Matth. 23. Domitianus q̄ cōtemptius abuteretur paciētia hominū, nūq̄ tristiorem sentētiam sine prefatione clemētię pronūtiauit, vt nō aliud iam certius atrocis exitus signū esset, q̄ principis lenitas. Sed hic nō pastor erat sed bellua vnde septē vulneribus cōcidit, more ferę. Huius tā erat callida atq̄ inopinata sęuitia, vt auctorē summarū pridie q̄ crucifigeret, in cubiculū vocaret, assidere in throno iuxta cogeret: securum hilarē q̄ dimitteret, partibus etiam de cęna dignaretur: scilicet hę sunt crocodili detestabiles lachrymę, Animal hoc cōspectu pcul homine, lachrymatur: at q̄ eundē mox hominem vorat. Bassianus impator lachrymabat quoties aut mētio fieret, aut imagines videret Getę fratris quem ipe occiderat. Hęc clemētia cyclopica, postremo mihi vo abitur vtis Quot quot adhūc cyclopē declinabāt: vorabātur, quicūq̄ ad dominū Iesum accedebāt, & tāgētes credebant, sanabantur, quia sicut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea dicit dominus. Chrysosto. Hāc sapiētiam docuit eos mulier sanata a fluxu sanguinis, videlicet q̄ tāgendo fimbriam vestis christi sanarētur. Venerat enim ad nares multarū adolescentularū bonus odor Christi (de quo dicitur: ego sensi exisse de me virtutē) & multā fidem dabat ex qua sanabātur Non enim vnus tātum Paulus erat bonus odor magrātię christi, sed quot quot sanabātur eādem canebā cātionem. Opera igitur manuum tuarum porrigens dexterā. Iob. Cap. 14. Altera die turba quę stabat trans mare vidit q̄ nauicula alia nō esset ibi nisi vna in qua ingressi fuerāt discipuli & q̄ non introisset cū discipulis suis Iesum in nauim, sed soli discipuli sui abiissent. Alię vero superuenerūt naues a Tiberiade iuxta locum vbi māducauerant panē: gratias agētes deo. Cū ergo vidisset turba q̄ Iesus nō esset ibi neq̄ discipuli sui, ascēderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaū: quęrentes Iesum. Et cū inuenissent eū trans mare: dixerunt ei. Rabbi quomō huc venisti? Postridie igitur q̄ Iesus & sui applicuerūt Genesareth, turba quę remāserat eo loci quo apli soluerāt (cuius iam ardor ille superioris diei refrixerat, quo conabantur illum vel inuitū ad regnū rapere) cū vidissent q̄ ibidem nulla esset nauicula pręter eā qua vecti sunt apli, quos cū vidissent soluētes a littore, psuasum habebant cū illis nō fuisse Iesum nauim ingressū sed discipulos relicto magistro abiisse: mirabātur ac inter se requirebāt, quid nā factū esset de illo, q̄ ne mane quidē vsq̄ appareret: satis superq̄ desideratus a populo quē pridie pauerat. Itaq̄ rati (neq̄ eos fefellit opinio) illum nō diutius abfuturum a suis quos pręmiserat, decreuerūt & ipi dare vētis vela, pręternauigare lacū, si forte illū offenderent in ripa vlteriori. Aderāt autē & naues aliquot quę venerant a Tiberiade ciuitate littorali, quę nō procul abest ab eo loco vbi dominus turbas pauit, aderāt aūt vt turbam mercede nautica traiicerēt. Cum igitur dns nusq̄ cōpareret, turbę cōscensis nauigiis, Capharnaum applicuerūt, quo sciebāt discipulos dn̄i se cōtulisse: vbi videlicet dn̄s habebat suum domiciliū. Eū igitur inuētum rogāt dicētes. Rabbi si nulla erat nauis qua lacū traiicetes: pręter eam in qua discipuli tui vecti sunt, quibus cum nō venisti, quādo huc applicuisti? Qua vectus cymba? Quibus tacreis assumptis pennis? Quibus ve rotis summas p la sus es vndas? Quomō lacum enauigasti? Dn̄s autem nō ad interrogata respōdit, ex discipulis enim scire poterāt: quo nā modo lacū pręterlegisset, idq̄ maiore cum fide. sed coarguit cor eorū crassum & animale, q̄ cū multa eius opa vidissent: quę predicabāt tacēdo, quis esset & quid nosset possetq̄, nullū eos cōmouit aut incitauit ad sequēdum eū, nisi quādo saturati sunt, Vnde sequitur. Respondit Iesus & dixit eis. Amē amen dico vobis: quęritis me, non quia vidistis signa, sed quia māducastis ex panibus, & saturati estis. Operamini nō cibum qui perit sed qui permanet in vitā ęternā: quē filius hominis dabit vobis, hūc enim pater signauit deus. Requirebāt igitur illi christū, & id laudabile est, imo id totum exercitiū Marthę est, Christū quęrere, Christo ministrare, vt aliquādo liceat cū Maria ad Christi pedes sedere: cupitis Rachelis amplexibus perfrui, Gene. 29. Verū q̄ christum nō propter christum sequebātur, sed propter vētrē, id peruersum erat. Sed pmū quęrite regnum dei (Iesus christus est regnum & merces nostra) & hec oia adiicietur vobis, sine quibus nō viuitur. Quid igitur faciēdum cēses? Nō respōdit ad quęsitum, quod scire nil referebat. Operamini cibū, idest opibus quęrite, operibus petite, opibus pulsate, & accipietis cibum vitę ęternę: beati enim qui audiūt verbū dei, & custodiūt illud. Et rursus. Ambulauit in fortitudine cibi illius. 40 diebus vsq̄ ad mōtem dei Nā cibus hic corporeus nobis cōmunis & multis iumētis, vix ad horam extinguit appetitum: recurrēte fame, ex concoctione stomachi, & sanguisugis illis sępe sęptus clamātibus: affer cibū: affer potum: affer somnū, & rursus post somnū affer cibum & potū. Qui em̄ biberit ex hac aqua, sitiet iterū: imo nunq̄ nō sitiet (Ioā. 4) Interroga Tātalū & Epulonem. Edite igitur vt viuatis & regno dei inferatis vim. Multi siquidē ad hoc tātum viuūt vt edant: sicut Clodius ille cuius patina celebrata est trito sermone. Is histrio erat. Cęnauit autē aliquādo aues cētum vocales omnes quarū quelibet cōstitit sestertiis sex. Sexcēta sestertia. 1500. aurei sunt. Forte iste persuasus erat ab Orpheo qui opinatus est, eos qui bene honesteq̄ vixissent, apud inferos premium manere, crapulam sempiternā Esto de honeste viuētibus, iuxta illud, inebriabūtur ab vbertate domus tuę. Certe qui opabatur cibum periturum, nō crapula sed siti perpetua torquetur. Luc. Cap. 16. Artaxerxes in fuga quadā cum sua ipsius impedimēta fuissent directa, siccis q̄ ficibus & pane hordeaceo vesceretur, quā inquit voluptatis (tā ius Rex) in

Marginalia: 1. Timo. 4. — Esai. 53. — Ioan. 10 — Domitia. — A — Prouerbi. — Chrysost. — Matt. 14 — Luc. 8. — 2. Cor. 2 — Herem. 8 — Ioan. 6. — B — C — D — Luce. 10. — Luce. 11. — 3. 16. 19. — E — Prouer. 30 — Luce. 16. — Clodius — Orpheus. — Psalm. 35 — Artaxerx.

Rex) in expertus erat. Paucis enim natura côtenta est. Operamini igitur in vinea patris familias, & acce- [2. Thes. 3] ptetis laboris vestri mercedê denarium de quo dicitur, oculus nô vidit deus absq; te, quę pręparasti ex- [Matth. 20.] pectantibus te Esai. 64. Quid est autê, hûc enim pater signauit deus? signaculorum natura ea est, vt om- [Hilarius] nê impressa in se speciei expleat formâ: & nihil minus ex eo in se habeât vnde signâtur, & dum totum accipiût quod imprimitur: totû ex se pręseferût quicqd impressum est. Vnigenitus dei deus homovolês, pprietatis nobis paternę in se significare speciê, signatû se a deo ait, & hoc ideo quia vitę ęternę escam filijs hominû esset daturus, vt per hoc potestas in eo dâde ad ęternitatem esca intelligi posset, quia omnê in se paternę formę plenitudinê signâtis se dei côtineret, vt quod signasset deus, nô aliud ex se q̃ for- [Phili. 2.] mam dei signâtis efferret. Erat enim in forma dei sine rapina, & character expressus paternę substâtię, licet ad tps imminutus sit Paulominus a deo. Verû iuxta formam serui semp dominus Iesus est patre, Ioâ. 14. Hûc autem quê obsignauit pater quia iudęi nô receperût, vsq; hodie quoties Moses legitur, ve- [Apoca. 1] lamê est super cor eorû, signatus est eis liber legis, nô vno sed sigillis septê. Potest hic intelligi, pr côsignauit filium: hoc est authoritatê illi côcıliauit, multis p eum editis signis, & ius illi tribuens dâdi cibum vitę ęternę de quo dicitur, non in solo pane viuet homo, sed in omni verbo dei.

Caput. v. De differentia inter mânatem & panem quê dominus Iesus promisit se daturum credentibus in eum quę late patent.

DIxerunt ergo ad eum, Quid faciemus vt operemur opera dei? Vere iuxta vetus verbû dns asinos sub freno currere docebat, hoc est docebat indociles & videbatur ludere opam & impesas. Rudis enim turba tota vêtri intêta: cû nihil suspicaretur nihil vel somniaret de cibo spirituali, quo mês reficitur & nutritur ad vitâ ęternâ, respôdit ad hûc modum. Quoniâ suades nobis vt opemur cibum quedas qui maneat in nobis, afferens vitâ ęternam, sit cibus ille quicûq; sit, quid faciemus: vt operemur ea quę digna sunt deo: & vitâ promereamur ęternaz quorû te gratia venisse dicis in mundû? Nêpe vt quęratis deum propter deû: hoc est amore casto, nô mercenario, nisi q interdû hô têporalibus beneficijs ad ęterna [Psal 104] côcupiscêda allicitur, sicut scriptû est, dimisit illis hęreditatê gêtium & labores populorû possederût, vt [3. Reg. 1.] custodiât iustificationes eius, Vnde Abrahâ quâdo dixit, dne quid dabis mihi? Ecce enim ego ingredior viâ vniuersę carnis, & filiû mihi nô didisti (Genes, 15.) quia nô omnino dominû propter dnm quęrere videbatur, audiuit. Quid orbitatem deprecaris modice fidei? Nûquid nô ego melior tibi sum q̃ cêtum filij? [1. Reg. 1.] Ego merces tua magna nimis: de filijs autê pone curas: numera stellas, sic enim erit semê tuum. Cû igitur rogatis, quid faciemus, vt operemur opera dei: hoc est opus dei, vt credatis in eum quê misit ille, Ecce excluduntur opa legis. Credere quidê opus nostrû est sed nemo credit: nisi tractus a patre. Sine fide autê mediatoris dei & hominû qui est christus Iesus, impossibile est placere deo, impossibile est participes fieri mêsę cœlestis. Obserua aute quomô dicês, vt credatis, legê penitus abrogat, sacrificia pro peccata: holocausta & id genus multa quę per corpus gerûtur: dicêre Dauid, si voluisses sacrificiû, dedissem vtiq;, verum holocaustis nô delectaris. Sacrificiû autê cordis côtriti & spûs côtribulati deus non [Psalm, 50.] despicies: Cęterû ecclesia vtriq; obsequitur domino: videlicet fide & operibus: mête & corpore, ieiunijs cilicio cinere: disciplinis, & spû côtribulato. Nam obsequia corporalia si desit rationalis cultus (de quo Paulus ad Rom. Cap. 12) quâti faciat deus, qui velit nosse legat Esaię caput primû. Ad hec igitur turba quę sibi ex obseruâtia litterę interfectricis (iugum intolerabile Actu. 15) sanctitatê arrogabat nô vulgarê vt pote cui Moses dixerat: quę est sn ima lia gens sic inclyta, vt habeat ceremonias iustasq; iudicia vni- [Deut. 4] uersam legê quam ego hodie propenâ ante oculos vestros? Respôdit. Quod signû tu facis, vt videamus/ & deserto Mose (infandû) qui tot pręcedêtibus signis, legê accepit quâ ad nos attulit scriptâ digito dei viui: Credamus tibi? Quid operaris? Esto turbâ pauculis panibus quinq; id semel fecisti, [Exo. 32.] & panis hordeaceus erat, & turba nô admodû maxima, At patres nostri mâducauerût mâna [Psalm. 77.] in deserto, sicut scriptum est panê de cœlo dedit eis mâducare. Patres nri numero seacenta milia & multo plures, & annis q̃dragint a & pane cœlesti cotidie pasti sunt, fac & tu similia, vel maiora, & forsan credemus tibi, sicut huc vsq; paruimus Mosi. Et hec dicebât, quasi nullû adhuc signû ab eo fieri vidissent. Et isti sunt qui nudius tercius dnm Iesum Regem côstituere vel nollêtê decreuerât: sed [Chrisosto] irrepsit obliuio, abeunte saturitatê. Chrysost. Iudęos adamâtini cordis nec mare diuisum, ęgyptijs sunt [Exo. 14] mersis, nec mâna cœlitus datû annis q̃draginta/ nec vestes côseruatę, Deut. 8. Nec colûna nubis & ignis (Num. 9.) Aliquid pfuit: & qui aquas maris habuerût pro muro (Exo. 14) Muros Hiericho nô pugnâtes, sed quasi choros ducêtes & tubicinâtes de iecerût. Post hec oia quę habebât tanq; librû operû mirabilium dei, dixerût ad Aarô, fac nobis deos qui nos pręcedât, & nûc quod signum inquiût facis, vt vi- [Exo. 32.] deamus & credamus? Vt merito dixerit Paulus, iudęi signa quęrût. 1. Cor. 1. Saxis alioqui duriores, vt q̃ sole fugiête: & patris scisis, ipsi per inde ac re benegesta ptereûtes mouebât capita sua, digni qui in sta- [Matth. 27] tuas salis verterêtur. Gene. 19. Dixit ego eis Iesus. Amê amen dico vobis nô Moses dedit vobis panê de cœlo: sed pater meus dat vobis panê de cœlo verum. Occasione oblata aggreditur doctrinâ de seipso: ve est panis vetę: deinde de morte sua futura, iuxta quâ est cibus & potus animę. Quod dicis, nô Moses dedit vobis panê, Grgce est, Τὸν ἄρτον, ton aiton, idest illû panem. Neq; enim negat vllum panê fuisse datû per Mosen, sed nô illum eximium de quo dicitur. Nô in solo pane

victurus

P Q H I K

victurus est hō. Verū māna illud quo iudęi pasti sunt annis quadraginta nō Mose volēte aut iubēte mi nistratum est patribus v'ris: Patre meo auctore datū est: nō Mose, qui seruus erat (fidelis licet) nō dominus. Ita enim scriptū est. Ecce ego pluam vobis panes de cœlo. Egrediatur populus & colligat vnusq̄sq̄ ex eo quātum sufficit ad vescēdum. Nō ergo Moses sed pater meus dedit vel pluit patribus v'ris hoc māna, quod vermes generat: quo(ū) tamē Palato nō insano suauius sapiebāt pepones & allia, nimirum asinis carduil lactucę sunt, & scarabęis stercus pro vnguēto. Pater igitur meus qui olim patribus vestris pluit (forte orāte Mose & Aarō) māna de cœlo, ipse me mediatore dat vobis panem verū. Verum autē dicit, sicut alias dixit, ego sum vitis vera. Quia voce dat vitā credētibus, sicut panis vere (sed ad tempus) vitā dat, & cōseruat, & cor hominis cōfirmat. Psal. 103. Cęterū quātum distat vmbra a luce: imago a veritate, tātum distat panis quem pater meus dabit vobis: sed esurietibus, nō nauseantibus, a mānate illo,

A qđ panē angelorū vocatis. Vnde sequit. Panis enim verus id est Dei est, qui de cœlo descendit & dat vitā mundo. Dictus est autē panis de cœlo māna illud: quia ex aerea regione ministerio angelico descēdebat, quod tamē & vni tātum gēti, & annis tātū quadraginta exceptis sabbatorū dieb' descēdebat, quod & reseruatū in diem sequētem (magnū mysterii) vermes scaturiebat. Panis autē qui vere de cœlo descēdit (de quo descēsu dictum est Ioā. 3. ibi, nemo ascēdit in cœlū) nō angelico ministerio formatus est sed opa spiritus sancti, nō vni gēti dat vitā sed oibus qui credūt in nomine eius. Ioan. 1 Nō annis quadraginta pascit, sed qui biberit ex hac aqua, nō sitiet ętū. Panis iste omni die pręsto est esurietī, nō vermes generat, sed beati qui audiūt verbū Dei & custodiūt illud, his auditis, populus ille crassus, & vere animalis, qui nihil aliud sapiebat q̄ carnē: sicut mulier Samaritana, quę audito, qui biberit ex hac aqua, nō sitiet iterū, intulit, dñe da mihi hāc aquam. &c. Dixerunt ad dñm. Domine semper da nobis panē hunc. Da nobis vt semp saturissimus, ventris curam ponamus; qui reuera rugiēs, auribus caret. Hic dñs Iesus exponēs manifestius quid nomine panis intelligat, (id est videlicet quod nomine aquę viuę apud Samaritanā) infert in cōsequentibus. Ego sum panis vitę, qui venit ad me, id est qui māducat me: nō esuriet: & qui credit in me, nō sitiet in ęternū. Sed dixi vobis quia & vidistis me, & nō credidistis. Huc vsq; dñs loqutus est in tertia psona. Prouocabat igitur dñs iudęos ad volādum sicut aquila pullos suos, mētes eorum sensim ad altiorē intelligētiam prouehēs, verū illi quia nō pulli erāt aquilarū, sed struthiones vel vespertelones: nihil aliud somniabāt panis nomine, q̄ panem hūc qui seritur & metitur humana opa. Ad hęc dñs Panis iste de quo nobis est sermo, nō vētrem reficit sed mētem. Ideo non dixit, qui māducat me: sed qui credit in me, & qui venit ad me. Hoc enim pastus Moses quadraginta diebus stetit in mōte: nō māducans, nō bibens: & si huc vsq; stetisset, solo colloquio diuino pastus vitā viueret, quę mortē nescit. Vnde illud, domine bonum est nos hic esse. Quid est, bonū est hic esse? Nō esurire: nō sitire, nō senescere, nō dormire, mortē nescire, curā om-

C nē carnis ponere, sedere cū Maria ad pedes Iesu, & verbo eius pasci in pace in id ipsum requiescere. Hoc est ergo quod dicit, ego sum panis vitę. Est igitur dñs Christus terra illa quę fluit lacte & melle, lacte quia aqua est viua, melle quia panis vitę. Refert autē, quia angeli eodē licet pane pascātur quo & nos, illi tamē nudo grano vescūtur: videtes deum sicuti est 1. Ioan. 3. Nos autē quia paruuli sugimus hūc panē carno factum quasi in modū lactis versum: sicut scriptum est. Gaudete cum hierusalē, vt sugatis & repleamini ab vbere cōsolationis eius. &c. Et rursus. Meliora sunt vbera tua vino. Cāti. 1. Vbera christi pręferūtur vberibus Mosi. Ille enim mānate & coturnicibus & aqua de petra pauit populū iudęorū, dominus Iesus sermone suo (habet enim verba vitę) vberibus suis, ex quorum vno mel sugimus quia Deus, lac ex altero, quia homo est. Ad hūc igitur qui venerit credēdo non esuriet, nō sitiet in ęternū. Cū ergo cibo & potu id appetāt homines: vt nō esuriant, nō sitiāt iterum (immortalitatē videlicet) id alius panis nō pręstat nisi iste cuius verba sunt. Ego sum panis vitę. Et nota quod idē est venire ad Christū, quod credere in Christū. Et obserua q̄ idē panis extinguit sitim, & famem: sicut illud māna omnē habebat la-

D porem. Sequitur. Sed dixi vobis. Respōdit tacitę obiectioni poterāt iudęi obiicere: q̄ oportebat se re ipsa ostēdere esse panē vitę, & nō verbis nudis. Respōdit. Verbis explicui me esse panem vitę, quia vidistis me factis: & nō creditis. Verba enim opibus ad dicta plus valent. Hęc inquit ideo loquutus sum vobis vt intelligatis vra vos incredulitate perituros: nisi ad mēsam oibus refertam bonis, oibus obuiam, oibus paratam accedētes, famē depellatis internam. Sapiētia enim dei posuit mēsam, miscuit viuū: &c. Prouerb. Cap. 9. Vos igitur quādiu panis iste vobis offertur: boni cōsulite quod in manibus tenetis. Quia multi reuera sero sapiētes: cōuertentur ad vesperā. & famē patiētur vt canes: audiēdi videlicet verbum dei. Amos cap. 8. Mādabo enim nubibus meis; ne pluāt super hortum meū. Et erit velut quercus defluentibus folijs. Et rursus. Sit hac nocte ros in area: & vell' siccum. Vnde sequitur. Omne quod dat mihi pater ad me veniet: & eum qui venit ad me non ijciā foras. Dixerat petētibus panem.

B Ego sum ille panis quē nullus accipit: nisi qui venit ad christū. Dicit nūc q̄ modus habēdi hūc panem, pēdet primū ex dono patris: vnde dicit: Omne quod. & c. Esto inquit vobis nulla alia cura sit q̄ implere vētrem de porcorū siliquis, nauseātes ad cœleste māna (id quod ego sum) certe nō deerūt qui pane vitę esuriāt dicētes etiam & catelli vescūtur de micis quę decidūt e mēsa domini sui. Hi sunt septuaginta reges gētium de quibus habes Iudi. Cap. 1. Hę micę sunt duodecim cophini fragmētorum gētibus reseruati, sed in melius trāsformati, quia iudęis hordeū erāt, nobis autem reliquię sunt de mēsa Christi, de pane illo qui dicit: ego sum panis vitę. Has reliquias hos cophinos has spicas colligebat Ruth gētilis eqūs vestigia (Canicula enim erat) messorum, qui iudęi erāt. Et hęc ipsa mulier quādo venit ad christū, quę multis sęculis pręcessit incarnationem Christi: Audi Ruth Cap. 1. Ne aduerseris mihi, vt relinquam te & ab eam.

Exo. 16 · Prouerbiū · Num. 11. · Ioan. 15. · Exo. 16 · Ioan. 4 · Luce. 11. · Ioan. 4. · Deut. 32. · Exo. 32. · Matt. 17. · Luce. 10 · 1 Iam. 4 · Exo. 3. · Esai. 66. · Nū. 11. & cap. 20 · Psalm. 23 · Esai. 5. · Num. 11. · Matth. 15. · Ruth. 2

abeam. Populus tuus, populus meus & deus tuus (qui panis est vitę qui dicit, qui venit ad me, nō eijciam foras) deus meus. Sicut Ruth inserta populo iudaico, ex canicula apud iuos, facta est regina apud iudæos, & multorū regum mater. Quicūq; ergo venerit ad me credēdo, siue sit iudęus siue Barbar?, Scy-
Deut.13 tha vel etiam Ammonites vel Moabites, quos lex etiam post decimam generationem abominatur & execratur in ęternū (quia nō est apud deū personę respectus, id quod ostēdit plane visio ostensa Petro,
Luce.14 actu. Cap. 10) nō eijciam eum foras, imo occurram obuijs vlnis. Luc 15. Vnde illud, cōpelle eos intrare.
Luce.15. Quādo ergo eijciam foras venietes, qui cōpello in foro sedētes? Matth. 20. Vnde & illud, frater senior stabat ꝓ foribus & nolebat ingredi ad cōuiuium, quē pater rogabat, vt particeps fieret mensę suæ, sed mortuo verba faciebat. Quoniā ergo quādo potuit noluit, nūc nō datur frui & si velit, dicēte prophe-
4.Regū,7 ta: videbis, & non comedes. Trāsijt enim saturitas iudęi epulonis ad mentem Lazari gētilis, & fames
Luce.16. Lazari pauperis occupauit mētes iudęorum olim opulētorum, nūc guttam vel micam suspirātium. Nō
Matt.20. ergo eijciam foras ad me venientes: qui cōpello nolētes, rogo recusantes, qui vellē oēs saluos fieri, 1. Ti. 2.

Quia descēdi de cœlo, nō vt faciā voluntatem meā sed voluntatē eius qui misit me.

Descēdi ab excellētia diuinitatis ad formā serui. Nō vt faciam volūtatem meā quo verbo Adā percu-
Augustin titur, qui vxoris suę fecit volūtatem, nō dei inquit Augustinus. Nō autem ꝙ diuersa sit voluntas patris & filij, in quātum christus in forma dei erat: erat autē deus apud deum, sed id innuit, ꝙ ꝗuis homo esset in nullo discors erat a volūtate patris, de qua dicit nūc. Hęc est autem voluntas patris mei qui misit me: vt omne quod dedit mihi, nō perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissi-
Psal.146 mo die. Qui sint autem isti qui dati sunt Christo a patre, scire nō potest nisi ab eo qui numerat multi-
Eccē.9 tudinem stellarum, qui reliquit sibi septē milia virorum. Rom. 11. 3. Reg. 19. Dicēte spū sancto. Nemo scit verum odio an amore dignus sit: sed omnia in futurū seruātur incerta, eoq; vniuersa ęque eueniāt iusto
Roma,9 & impio. Quomō aute perdet filius ad se veniētes, qui animam suam venit dare in redemptionē mul-
Matth.26. torum? Matth. 20. Vnde illud, hic est sanguis meus, qui ꝓ vobis & pro multis effundetur. Pro omnibus quidē quātum ad sufficiētiam, pro multis quātum ad efficaciam. Nō igitur perdam, sed resuscitabo illud
Hebre.9. in nouissimo die. Animam inquit nō possunt occidere. Matth. 10. Corpus autē ꝗuis in terram videas resolui ex quo statutū est hominibus semel mori, vult tamē pater vt omnes rursus induāt immortalita-
Augustin tem. 1. Cor. 15. Alioqui cui ero caput, si nō erit corpus? Et obserua Augustinum. 22. De ci. Dei, cap. 13. du-
S. Thom. bitātem, vtrum nam resurgēt, qui intra vterū parētum mortui sunt. Dicit autem. S. Thomas. 4. Scripto Distin. 38. ꝙ resuscitatus redit ad posessiones pristinas, nō autem ad vxorem. Credat qui velit. Videtur enim obstare Paulus dicēs: testamētum in mortuis cōfirmatum est. Heb. 9. Id certe nemo catholicus ibit inficias, euāgelium christi morte sua cōfirmatum: legem abrogatam: licet testatur christus post tres dies resurrexerit. De vxore autē expresse dicit apostolus 1. Cor. 7. Mulier alligata est quandiu viuit vir suus & c. Sequitur: & est eadem sentētia cū precedēti. Hęc est autē volūtas patris mei qui misit me vt omnis qui vidit filium & credit in eum, habeat vitam ęternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Viso hec oculis animę benefitas cū fidei imo est ratio credēdi sic videnti, & causatur ex miraculorum euidētia, ex testimonio scripturę, ex deo attrahēte vel inspirātę. Viso hęc illa est de qua Ioānes: beati qui nō viderūt & tamē crediderūt. Alioqui multi viderunt & oderunt & prēm & filium. Ioan. 15. Videmus igitur omnes qui credimus, sed videmus per speculum. Fructus autē fidei iste est: vt aliquādo videamus eum sicuti est. 1. Ioā. 3. Nō tamē negauerim feliciores aliquo modo nobis fuisse illos quibus datum est & videre, & tenere manibus, & audire docētem, tamē & isti aliud videbant & aliud intelligebāt. Cęterum cū dicit, & ego resuscitabo eū, mutauit personam: nam dicturus erat, & filius resuscitabit eum, sed vt ostēderet se esse filium dei patris nō gratia & adoptione sed natura, qui &
Cap.14 iuxta formam serui quam induit erat & filius hominis: & ego inquit resuscitabo eum. De mysterio resurrectionis: alias dix m? & dicetur. Ad hec Iob, Lignū habet spem si pręcisum fuerit: & rursus reuirescit: & rami eius pullulant. Homo vero cum mortuus fuerit, & nudatus, atq; cōsumptus, vbi quęso est?
Herem.18. Si potentiam creatoris attendas, sicut lutum in manu figuli, ita vos in mano mea dicit dominus, qui vo-
Roma.4 ce ea quę non sunt, per inde ac sint. Si naturę ordinem consideres, a priuatione ad habitum non fit regressus, & maxime postꝗ carnes, ossa, neruī, cartilagines & cętera ex quibus harmonia corporis constat: in minutissimos pulueres & atomos redata sunt, vel in vno quolibet elementorum duobus tribus vel ꝗ-
Iob,19. tuor. Verum cum veritas dicat: ego resuscitabo eum in nouissimo die, reposita est nobis hec spes in sinu nostro. Vnde Paulus Nolumus vos ignorare de dormientibus. 1. Thes. 4. Quia enim vehementer ab infirmis mentibus nomen mortis pertimescitur, somni autem vocabulum non timetur, Apostolus mortē domini mortem vocat, dicens: si credimus ꝙ Iesus mortuus est, nostram autem mortem somnum dicit, cum infert, ita deus eos qui dormierunt adducet cum eo. Id autem mira arte facit apostolus. Nam illum quem iam resurrexisse nouerat: mortem olim subijsse dicere non timet; eos vero qui nec dum resurrexerant, vt spem resurrectionis insinuet non mortuos sed dormientes vocat. Resurget autem sonāte tuba nouissima sicut dicit apostol? 1. Cor. 15.

Caput. vi. Multa continet ad idem concernentia que tamē latius & fusius explicantur murmurantibus interim iudęis.

Murmurabāt ergo iudęi de illo: quia dixisset: ego sum panis viuus qui de cęlo descēdi, & dicebant: Nonne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem. Quomodo ergo dicit hic de cœlo descendi: Huc vsq; populus crassus & qui iuxta carnem tantum sapiebat (prudentia autem carnis mors est) spe nescio qua vana illectus, q̄ videlicet iterum atq; iterum pascendus esset pane nescio quali, qui dat vitam ęternam vescentibus eo, vt cunq; ferebat verba Domini Iesu Christi. Nunc vero cum audiunt, sum panis viuus qui de cœlo descendi, a spe sua se omnino depulsos esse videntes, in calumniam vertuntur (Nam & de deo male loquuti sunt dicentes numquid & mensam parare poterit in deserto?) & quem saturi ventres Regem, creare volebant, & saluatorem vocant & verum prophetam, nunc vt hominem tressem nec nauci faciunt Muginantes & Mussitantes, non quidem palam (Non enim frontem posuerant totam) sed apud semetipsos, de hoc vel maxime quod dixerat, descendi de cœlo, dicebantq;. Qui sit vedicat homo iste, descendi de cœlo, cum parentes apud nos non ignotos habeat. Forsam enim eo tempore superstes erat Ioseph. Inter nos versatus Homo ex hominibus natus: Quem ergo nobis alium patrem mentitur? An potius delirat & insanit. Nisi forte & huic sicut Alexandro persuasum est, non Philippo sed Ioue cunctipotente satum, & natum, magno certe cum probro Olympiadis matris suę. Theophylatus. Quandiu ergo de pane materiali intellexerunt; mansuete dominum nostrum Iesum Christum ferebant, sperantes: q̄ ventri eorum gratificaturus esset. Nunc autem quia reuelauit eis, non de sensibili pane se loqui, murmurabant, eo contempto, audientes vitam resurrectionem, descensum de cœlo: cum radices haberet in terra, Mariam & Iosephum. Verum populus insipiens & pestillo retusior, si offendebantur imbecillitate corporis (vocatur enim Dominus noster Iesus Christus Petra scandali) ex operibus eius agnoscere potuissent quia aliud erat q̄ videbatur. Sed sicut scriptum est ascenderat sicut virgultum de terra inuia & sicienti, cui iuxta formam serui non erat species neq; decor: parentes enim eius tenues erant & humiles iuxta sęculum quippe qui labores manuum suarum manducabant: erat in quam ipse lilium conualium, candor alias lucis ęternę: Sapi. Ca. 7. Radix Dauid, stella splendida & matutina Apoca. Cap. vltimo. Erat totus desiderabilis. Canti. cap. 5. A vestigio pedis vsq; ad verticem non erat in eo macula: absq; eo quod intrinsecus latebat. Canti. 4. Sed lebetides illi, qui fidei oculos nō habebāt, & sicut dicitur de Saulo, apertis oculis nihil videbāt, saturi (Proh gulę quāta vis) verū prophetam vocāt, & in cōsulto Cęsare: regem sibi pręficere statuūt, esurientes autē, quomō inquiūt dicit, de cęlo descēdi: Quomō autē potuit descēdere qui nusq; deest, cuius cētrum est vbiq; & circūferentia nusq; (nā formā serui nō de cęlo attulit (absit) sed ex fęmina suscepit sed virgine: sed nūq; maledicto subiecta, quippe quę caput cōtriuit serpētis) dictum est Ioan. 5. Dicitur autem descendisse, quia iuxta prophetam in sole posuit tabernaculum suum, & habitauit in medio nostrum. Leui. 26. Et deus noster qui ignis cōsumens est (Deut. 4) Arsit in rubo carnis nostrę mortalis (Exo. 3.) Cum ignis natura ea sit sursum semper tendere. Sequitur. Respondit ergo Iesus, & dixit eis. Nolite murmurare in inuicem. Ex quo videtur q̄ nō dicebāt hec christo, sed inter mussitabāt. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum & ego resuscitabo eum in nouissimo die. 23. q. 4. Nabucodosor. Dicens autem dominus: nolite murmurare: ostendit q̄ ipse sit de quo scriptum est, tu solus nosti corda filiorum hominum. Quod autē dicit, nemo potest venire ad me, ad superiora referendum est. Explicat enim his verbis, quid obstet, quo minus fidem pręstent verbis Domini nostri Iesu christi, quibus seipsum. Panem vitę dixit, nempe malorum omnium maximum videlicet incredulitas Ideo inquit murmuratis: quia non trahimini a Patre ad me. Nisi enim credant, non intelligent verba Iesu christi. Esai, cap. 7. Iuxta septuaginta. Fide igitur venitur ad Christum, sed nullus veniet nullus potest venire nisi tractus a patre, sed tractus iste amoris est. Augustinus. Magna gratię commendatio, nemo venit nisi tractus: nemo trahitur nisi volens. Quem trahat & quem non trahat, quare illum trahat: & illum non trahat, noli velle iudicare, si non vis errare Si non es tractus: ora vt traharis. Cęterum omnia potest homo facere volens vel inuitus, credere non nisi volens. Theophylatus. Nam sicut magnes non omnia sed ferrum tantum attrahit, ita & Dominus ad omnes quidem appropiat, eos autem qui magis idonei & familiaritatem erga seipsum pręseferunt: trahit. Multi enim cor suum ponunt quasi adamantem. Zacha. cap. 7. Alij dicunt at trahe me post te: & curremus, & cursus hic amoris est, quia amoris est, quia voluntarius est, alioqui inuita non rogaret trahi. Certe si corpore crederetur: fieret fides in nolentibus, Paulus autem nō corpore ait, sed corde creditur ad iusticiam. Quod autem sequitur, ore autem confessio fit ad salutem: de radice cordis surgit ista confessio. Ergo si trahitur aliquis: inuitus venit, si inuitus venit, nō credit, si nō credit, nō venit. Nō enim ad christum ambulādo imus sed credendo. Vnde iuxta Matt. cap. 9. Multi premebant Dominum christum, & vna tātum fęmina eum contingebat. Si autem poetę dicere licuit, trahit sua quenq; voluptas: quāto verius nos dicere debemus trahi hoiem ad Christum, qui est via veritas & vita? Quid enim fortius desiderat anima q̄ veritatem? Quam veritatem? Nam & puer nucibus trahitur, & ouis ostenso ramo. Cęterum pisces potius extrahuntur q̄ trahuntur, quia ad mortem non ad fidem. Sed si trahendi sumus, vbi est liberum hominis arbitrium toties in scriptura commendatum? Reliquit inquit illum in manu consilij sui Sed hec contra eos dicta sunt, qui dominum habere parentes & fratres asseuerabant, quasi homo tantū esset: & nō homo deus, dei filius, sicut filius hoīs. Attratio aūt hec ad christū dn̄m opa eius sunt quę opabatur, vt vere filius dei. Ideo em̄ deus pr̄ operabatur p Christum, vt verbis eius fidē pręstarent audientes quibus di-

Roma. 8
Psalm. 77
Alexāder.
Theophi
Esai. 8
Esai. 53.
2. Reg. 14.
Actu. 9.
Genes. 3.
Psalm. 18
Augusti.
Theophi.
Canti. 1
Roma. 10.
Ioan. 14.
Augusti.
Eccles. 15.

X

quibus dicebat se filium dei. Si mihi inquit nō creditis, operib⁹ credite. Et deus pater quidem omnes vult trahere, qui illuminat omnem Hominem venientem in hunc mūdum, verum multi tanq̄ nauis arena oppleta trahente domino: stant immobiles, trahentur tamen & ipsi a reti illo de quo Matth. Cap. 13. Et transient ab aquis niuium ad calorem intolerabilem. Is igitur qui credit in dominum Iesum attractus dicitur a deo patre ad Christum. Sed iudęi operibus exhibitis fidem non pręstiterunt: beati autem qui nō viderunt, & credederunt. Vnde sequitur. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die: & hoc est premium fidei, resurrectio ad vitam ęternam. Impij autem resurgent quidem, omnes enim nos manifestari oportet ad tribunal Christi, qui tamen desiderabunt mortem, quę nusq̄ comparebit. Nemo autem sibi blandiatur & dicat, non est vitij mei q̄ non credo, quia nemo potest venire ad fidem, nisi tractus a patre ego autem quomodo credam sine prędicante? Roma. 10. Hec vera sunt quidem, tu tamen ora vt traharis, sicut legimus de Cornelio Actu. Cap. 10 Et iste quidem gentilis homo erat, & tamen orando & benefaciendo meruit trahi, sicut sequitur, mitte viros in Ioppen, & accersi Simonem Petrum & hic dicet tibi quid te oporteat facere. &c. Est scriptum in prophetis, erunt omnes docibiles dei. Ea est fidei dignitas q̄ a solo deo docet. Omnis qui audit a patre & didicit: venit ad me. Patris est trahere docendo, sed nisi quis audiat, non addiscet: non proficiet inauditis. Non q̄ patrem vidit quisq̄, nisi is qui est a deo vidit patrem. Amē amen dico vobis: qui credit in me: habet vitā ęternam. Principio notandum hanc vocem, docibiles latinam non esse, sed barbaram. Est autē Grece Διδακτοὶ τοῦ θεοῦ. Didacti tu theu idest dociles dei, vt accipiamus passiue, quasi dicas docti a Deo, vt consentiat cum eo quod precessit, nisi pater qui misit me traxerit eum. Hoc nimirum est esse theodidactum, trahi patris afflatu. Videtur autem testimonium hoc desumptum ex Esai. Cap. 54. Vniuersos filios tuos doctos a domino. Cur igitur non dixit dominus, scriptum in propheta, sed in prophetis? Proinde Hieronymus citat consimilem sententiam ex Hiere, Cap. 31. Cęterum 70. interpretes pro doctos a domino, discipulos Domini transtulerunt. Erat igitur aliquando mundus iste visibilis quasi liber quidam operum dei in quo legentes sapientes sęculi per ea quę facta sunt intelligere potuerunt artificem opificem/plasten/Apellem latentem post opus suum, prospicientem per cancellos & retia, si forte attrectēt eū inquit Paulus: q̄uis non longe sit ab vno quoq̄ nostrum. Nunc autem iuxta quod prędictum erat, non ex libro operum dei docemur veritatem credendorum sed omnes si velimus erim⁹ discipuli domini, postq̄ diebus istis nouissimis loquutus est nobis pater per filium, Hebre 1. Postq̄ dixit, ipsum audite, ipsum enim audientes, me auditis. Et humana quidem humano discuntur studio, at vero hęc philophia cęlestis in cor hominis non ascendit: ideoq̄ cęlestem requirit doctorem. Nam Paulus siquidem huius doctrinę doctus est in paradiso dei, mihi inquit non licet loqui. Quod autē Ioānes dixit: in principio erat verbū. &c. ipse & cęteri spiritu sancto edocti, loquuti sunt, sicut dicit apostolus Petrus. Omnis igitur qui audit a patre, & didicit, sicut Petrus qui dixit: Tu es Christus filius dei viui, iste venit ad me. Quod si non omnes erudiuntur, si non ab omnibus deus pater aufert cor lapideum & reponit carneum: & disciplinę cęlestis susceptibile, sibi ipsis imputent qui oculos clauserunt lumini, qui cor suum posuerunt quasi adamantem: ne audirent legem. Zach 7 Socrati cum multa multi pro suis quisq̄ facultatibus offerrent æschines pauper auditor nihil inquit dignum te quod dare tibi possim inuenio, & hoc vno modo pauperem me esse sentio. Itaq̄ dono tibi quod vnū habeo meipsum. Hoc munus rogo quale cunq̄ est boni cōsulas: cogites q̄ alios cum multum tibi darent, plus sibi reliquisse. Cui Socrates. Quid ni tu inquit mihi magnum munus dederis? Nisi forte paruo te ęstimas. Habeo itaq̄ curę: vt te meliorē tibi reddā/q̄ accepi. Vicit ergo æschines hoc munere Oīum iuuenū opulentissimā munificētiā. Vade & tu, & fac similiter. Quid est autē q̄d seqtur Nō q̄ patrē vidit quisq̄? Ne opinemini inquit patrē meū p̄ inde hominis docere sciencia, sicut sapiētes sęculi huius, qui eadē sępe sępius inculcāt discipulis, vt eas interim codice & corporeis sensibus. Corda docet deus pr̄ & spūs suggerit, sicut scriptū est, ad me dictū est verbū abscōditū, & quasi furtiue suscepit auris mea venas susurrij eius. Sic doctus est Paul⁹ euangeliū, sicut ipse testatur, nō ab hoīe didici illud: sed p̄ reuelationē, sic Ioānes apostolus, sic oēs pphetę. Nō ergo prēm vidit quisq̄ docētem aut audiuit, edoctus tamē ab eo, intellexit veritatē, sicut Petrus sicut Paulus, sicut illi qui nō viderūt signa & tamē credūt euāgelio. Vidit autē eū qui est a deo, & is sum ego qui erā in principio apud deū deus, De hoc dictū est Ioan. 1, Ibi: deū nemo vidit vnq̄. Cętera patēt ex p̄dictis. Ego sum panis vitę, Patres vri māducauerūt māna in deserto: & mortui sunt. Hic est panis de cęlo descēdēs, vt si quis ex ipso māducauerit: nō moriatur. Ecce quid operatur Christus, plusq̄ vr̄ Moses. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum. Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Immolanda in cruce pro mundi vita. Est autem palam Dominum nostrum Iesum Christum non de morte corporali aut vita nobis & tumentis communi loqui. Quandoquidem si de hac intelligas, morimur & nos qui pane vitę pascimur, sicut illi quorum corpora prostrata sunt in deserto. 1. Cor. Cap. 10. De quibus vide Exod. Cap. 32. Nume. Cap. 25./Nume. Cap. 11./Nume. Cap. 21./Nume. Cap 16./Nume. Cap. 14. Item Nume. Cap. 26. Si dicas istos Manna illud carnaliter tantum manducasse, id circo mortuos fuisse, obstat Paulus dicens. Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt: & idem de potu. Si dicas, māducauerunt escam spiritualem sed non spiritualiter (sicut qui modo sacramentum corporis Domini nostri Iesu Christi dentibus premit ad iudicium suum:) Respondeo. semper vera est illa sentencia, Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curuauerunt genua sua ante Baal, qui escam illam spiritualem spiritualiter manducauerunt. Tamen omnes mortui sunt, sicut habes/Numeri Capite vigesimo sexto.

Predixerat

Marginalia: Ioan. 1. / Iob. 24. / Ioan. 10. / 2. Corin. 5 / Apoca. 9 / F / G / Hierony. / Cant. 2 / Actu. 17 / Matth. 17. / 2. Corin. 2. / 1. Pe. 1. / H / Ezech. 36. / Socrates / Iob. 4. / I / Gala. 1. / Recapitulatio est p̄dictorum. / K / 1. Cor. 10. / 3. Regū. 19

Predixerat enim dominus q̄ omnes morerentur in solitudine. Hoc de morte corporis. De morte autē aīē
quę mors pessima vocat̄, secus est, q̄a nō oēs q̄ mā̄na mā̄ducauerūt, mortui sūt, Audi Ezechielē.20. Post
idola cor eorū gradiebat̄, & pepcit ocul⁹ me⁹ sup eos vt nō interficerē eos: nec cōsumpsi eos in deserto
Sicut enim dicit sanct⁹ Thomas. 4. Distin.1.q.2. Nullus ex filijs israel qui natus est in deserto mortuus
est ante ingressum terrę p̄missionis. Ad hec Hiero. Q̄ritur quomō eis pepcerit, quorū cadauera in de
serto corruerūt, & exceptis duobus nullus terrā promissionis ingressus est? Ex q̄ intelligimus viuere eos,
nec ęternis suplicijs reseruatos, nec deletos esse, de delibro viuentiū, nec cōsumptos ante faciē dn̄i. Si enī
ex eo q̄ nō sunt introducti in terrā p̄missam: perijsse credēdi sunt, ergo & Moses p̄ijt, qui tātū eam vi-
dit, nō aūt est ingressus. Si igitur isti deleti nō sunt de libro viuētiū: idest si mortui nō sunt animę morte
de qua hic loquitur dn̄s dicēs: mā̄ducauerūt manna & mortui sunt: (nā de morte corporis statutū est ho
minibus semel mori) qui sunt isti parētes iudęorū, qui gustato mā̄nate mortui sunt? Audi Paulū. Nō plu
res eorū approbauit deus, sed inter magnos & multos palearū cumulus vix septē milia grana latebant,
& inter trigita hominū bellatorū milia: tercētū tātū: qui nō curuauerūt genua sua ad hauriendā aquam
quā qui biberit, morietur in ęternū. Hoc aūt sermone dn̄s Iesus iudęis p̄ quādam similitudinē significa-
bat mysteriū diuinitatis suę, p̄ quam semp fuit apud p̄rem deū deus: vnde dicit, de cœlo descēdi: iten &
mysteriū mortis suę: qua mundū erat liberaturus a mortis tyrannide vnde dicit, panis quē ego dabo (ca-
ro mea est) p̄ mundi vita, deniq̄ mysteria corporis mystici, cui siquis per fidem insitus nō fuerit & in-
heserit sicut palmes viti, mittetur foras & arescet: vnde dicit, siquis ex ip̄o pane mā̄ducauerit, nō morie
ad quę tamē illi p̄ inde erāt, q̄si mortuis fabulā dn̄s narraret. Nihil enim aliud habebāt in ore q̄ manna
illud q̄ p̄res eorum pasti sunt annis.40. Exq̄ hoc vno multa faciebant iuxta p̄uerbiū. Refert. T. Liuius
de caupone quodā, qui suis vnius carnes tā vario coctas app̄atu p̄ponebat: vt dux Roman⁹ admirat⁹
rogaret, vnde nā media bruma suppeteret tāta venatus copia. Tū arridēs caupo, cōfessus est eas oēs ci-
boriū species ex vno sue domestico cōfectas fuisse. Idē legimus de mā̄nate, habebat omnē saporē & om̄e
delectamētū, verū enim verū corpus rātū nutriebat, & ad horā: & nauseā generabat, Nū.21. Et vermes
scaturiebat. Exo.16. Panis aūt iste (is autē ego sum, qui sum & caro) vere descēdit de cœlo, de quo dictū
est Augustino in visione. Augustine cibus sum grādium. Quid ad me qui vix vmbra sum Petri, cuius
vox est, exi a me dn̄e qui homo peccator sum. Sed inquit panis vitę, cresce & mā̄ducabis me. Et nūquid
si me ipsum rūpā, & adijciam staturę meę cubitos.60. Vt fiant Athlas alter, perueniā ad merita eius qui
dixit, nō sum dignus vt intres sub tectū meum? Quid est, cresce & mā̄ducabis me? Probet seipsum homo
inquit Paulus, & sic de pane illo vescatur. Quid est, p̄bet seipsum homo? Paul⁹ ipse dicit alias.1.Cor.4.
Nihil mihi cōscius sum, sed nō in hoc iustificatus sum. Si Paulus nō iustificatur ante deū, qui gr̄iam suam
ponebat in testimonio cōsciētię suę, quis pōt dicere: mūdū est cor meū, purus sum a peccato? Prouerb.20.
Vere nō iustificatur ante deū aliquis viuēs, sed q̄a in domo mea oportet te manere, faciā q̄d possū, ędi-
ficabo cęnaculū paruū licet (tātę enī maiestati quis p̄ualebit domū dignam edificare?) Ponā lectulū me
sam sellā & candelabrū, vt cū dixeris, in domo tua oportet me cęnare, habeas p̄paratū vt cūq̄ hospicio-
lū: & hoc est quod dicit Paulus: p̄bet aūt seipsum homo. Augus. Quis posset ad illū cibū quo angeli sa
ginātur, vnde cor tā idoneū? Oportebat ergo vt mēsa illa latesceret: & ad p̄uulos p̄ueniret. Vnde aūt fit
cibus lac? Vnde cibus in lac cōuertitur, nisi p̄ carnē traijciatur? Nā m̄r hoc facit, Quod mā̄ducat m̄r hoc
mā̄ducat infans. Sed q̄a minus idoneus est infans qui pane vescat: ip̄m panē mater incarnat, & p̄ humi-
litatē mamillę & lactis succū de ip̄o pane pascit infantē. Mutauit ergo vultū suū noster Dauid, forma
serui assūpta, & seip̄m suis ferebat in manib⁹ dicēs, si mūdi sunt pueri & maxime a mulierib⁹, panis quē
ego dabo caro mea est p̄ mūdi vita, Ergo ip̄e est panis ip̄e & caro, q̄a caro eius sub specie panis nobis cō
municatur. Cōciliū Toletanū.10 Anno dn̄i.668. Relatū est nobis quosdā de sacerdotibus nō tot vicib⁹
cōionis sanctę gr̄am sumere, quot sacrificia in vna die videtur offerre. In vno inquit die plurima offerūt
sacrificia & in extrema oblatione cōicant. Quicūq̄ taliter fecerit: vno anno a communione suspēdatur.
Ergo illo tempe pluries in die celebrāt sacerdotes. Dictū est autē ad iudęos Exo.16. Vespe comederis car
nes (legis Mosaicę) & mane saturabimini panibus euangelicę gratiæ. Quod certe iuxta Originem nu-
llam habet consequentiam, vt prius carnibus vescantur sine panibus, & die sequenti panibus absq̄ pul-
menti adiectione. Sed iuxta mysterium, iudæi in vespera legis carnibus agni paschalis saturabantur a
vespera enim in vesperam celebrabant sabbata sua, & nos in mane diei gratię idest Euangelij satura-
mur pane, qui est caro agni pro mundi vita immolati. Cęterum iuxta litteram ita scriptum est, Exo. Ca
pi.16. Factum est vespere & ascendit coturnix, cooperuit q̄ castra. Mane quoq̄ ros iacuit per circuitum
castrorum. Cumq̄ operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tusum in
similitudinem pruinę super terram. Quo viso, dixerunt iudæi. Man hu? Quod significat, quid hoc? Et
Moses. Iste est panis quem dedit vobis Dominus ad vescendum. Dicit hoc loco Abulensis, q̄ anteq̄
Manna descenderet ventus perflabat aream totam quo mundius descenderet. Et iuxta Rabbi Salomo-
nem, primo cadebat pruina, secundo Manna desuper, & tertio ros super Manna aliquantulum coa-
gulatus. Vide. Nume. Capite.11. Ad calorem autem solis ros lique fiebat, & apparebat Manna. Acce-
perunt autem iudęi circa manna pręcepta octo. Primum vt mane colligerent illud. Secundum vt ad
sufficientiam iuxta propriam ęstimationem. Tercium vt non plus q̄ mensuram Gomor colligerent.
Quartū vt nō relinq̄rēt ex eo quicq̄ vsq̄ mane. Quītū vt die sexto duplū colligerēt. Sextū vt feria sexta
seruarēt vnū gomor p̄ sabbato seq̄nti. Septimū vt seruarēt alterū in futuras generatiōes. Octauū q̄ p̄ma
dies in q̄ datū est mā̄na fuit dies dn̄ica iuxta Originem. Et obseruādum q̄ de mannate omnes equaliter

Psal.77. — Thomas. — Problema Hierony. — Deut.32 — Hebreo.9 — 1.Cor.10 — Iudi.7. — Ioan.15 — Titus Liuius. — Sap.16 — Augustin. — Matth.8. — 1.Cor.11. — Psal.142 — 2.Paral.2 — 4.Reg.4. — Augustin. — 1.Reg.21 — Origenes. — Leui.23. — Abulensis — Manna

inueniebāt, licet casu dato vnus plus altero colligeret, quia vel angelus de sinu eorū surripiebat, siquidē portabāt vltra gomor vel deus illud anihilabat, vt in domino omnē de crastino curā iactarēt. Dicit aūt Rabbi salo. q̄ gomor est mensura ouorū, 24. Gust⁹ eius erat quasi simil̄e cū melle. Exo. 16. Et quasi panis oleati. Num. 11. Et omnē habēs saporē suauitatis. Sap. Cap. 16. Dicas bonis viris id cōgruere q̄d habetur. Sap. 16. Mediocribus autē & qui toti carnes nō erāt id q̄d est Exo. Ca. 16. Cęterū viris pessimis quorum anima arida penitus erat & qui nihil eructabāt nisi cępas & alia, id q̄d habetur Nū. 11. Quę omnia plena sunt sacramētis, quia iuxta Paulū omnia illis in figura cōtingebāt. Panis autē quem ego dabo caro mea est. Augusti. Super Psalm. 145. Quāti putas te ęstimauit deus, qui ꝓprio filio nō pepercit, sed ꝓ nobis oībus tradidit eum. Quomō nō cum illo oīa nobis donabit? Qui hāc annonā dedit pugnāti, quid seruat vincēti? Ego sum inquit panis viuus. Hęc est annona pęgrātiū, de horreis inuecta dn̄icis ad nos allata ꝑ eam quę facta est q̄si nauis institoris, cuius vēter est sicut aceruus tritici, vnde pascūtur & angeli. Sequitur. Litigabāt ergo iudęi ad inuicē dicētes. Quomō potest hic nobis carnē suā dare ad mādūcandū? Dixit ergo eis Iesus. Amē amē dico vobis, nisi mādūcaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis vitā in vobis. Qui manducat meā carnē & bibit meū sanguinē habet vitā ęternā: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Amē amē dico vobis. Accepta ex logomachia iudęorū occasione, procedit ad explanādum quę sit caro eius, & quid eius mādūcatio, & incipit a necessitate manducādi illā. Quę necessitas? Nō habetis vitā in vobis. Hoc potest intelligi de fide mortis suę: est q̄ sensus, q̄ nisi anima nostra sic credat mortem Christi, q̄ sustenretur per illam velut corpus Cibo & potu, non habet vitam gratię in seipsa. Iste est sensus litteralis & necessario intentus. Caietanus. Secundo modo potest intelligi de fide sacramenti eucharistię: quod est memoriale mortis Christi. Sed verum hic sensus sit litteralis videto.

Tertio modo potest intelligi de reali perceptione sacramenti digne tamen & sub vtraq; specie. Sed hic sensus adhuc longius abest a litterę sensu. Ex hoc sensu orta est nuper secta Boemorum communicantium etiam infantes sub vtraq; specie. Huic sensui obstat ecclesię consuetudo non communicās infantes nec populum sub vtraq; specie, Obstat & doctorū doctrina, quę tenet id quod ecclesia. Tria ergo mysteria in pręcedentibus (sub ęnigmate quidem) dominus iudęis proposuerat, ad quę tamen illi per inde erant quasi surdi ad ēne capite fabulas. Primum mysterium q̄ ipse Christus deus erat apud patrem, quādo dixit, descendi de cęlo. Secundum mysterium passionis suę, cum dixit panis quem dabo caro mea est immolanda pro mundi vita: hoc est aries pro Isaac. Tertium mysterium corporis mystici: cuius ipse est caput / Ephes. 1. Cui corpori nisi quis credendo insertus fuerit, a spiritu dei vegetari non potest, cum dicit si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum. Hęc igitur cum iudęis absurda viderentur iuxta litteram, sicut reuera erant, nec tamen auderent in ius vocare dominum, ad lites & sicophantiam conuertuntur, alijs aliter atq; aliter verba eius interpretantibus. Quemadmodum enim Nicodemus non capiebat sermonem, secundę natiuitatis, nec Samaritana mysterium aquę viuę: ita popul⁹ rudis disceptabat num fieri posset vt dominus Iesus carnem suā in frustra dissectam daret, sicut venit in macello, siue crudam siue assam, nō refert: tum & q̄ sufficeret toti mundo & natis & nasituris, & q̄ hanc qui gustaret consequeretur vitam ęternam, ipso semper integro permanente, qui huiusmodi cibo pastis daret hanc vitam ęternam. Chrysostomus. Verum tu iudęe si hoc inquiris, quare non idem in quinq; panum miraculo dixisti, quomodo videlicet eos in tantum auxerit? Sed tunc tantum saturari curabant, & res ipsa miraculum docuit. Vnde inquit habes aquam viuam? Ioan. 4. Quomodo potest homo senex renasci? Ioā. 3. Certe si veritatis essent cultores, & non per omnia contentiosi, pulsarēt: & aperiretur eis. Vobis inquit dicentibus edissere nobis parabolam istam (Luc. 8) Datum est nosse mysterium regni cœlestis, istis autē in parabolis loquor ne sanctum detur canibus & margaritę suibus. Matth. 7. Est autem sermo iste, nisi manducaueritis carnem &c. Figurata loquutio sicut dicit Augustinus, qua pręcipimur passioni suę esse communicandum, & suauiter atq; vtiliter recondendum in memoria, q̄ pro nobis caro eius crucifixa & vulnerata est. Nam iuxta sensum litteralem non loquitur hic dominus de sacramento corporis sui sicut patet ex verbis Augustini. Non habebitis vitam in vobis. Non potest intelligi de sacramentali cōmunione, & patet propter pueros & infantes. Et per illud decretum, vtriusq; sexus, &c. Postq̄ ad annos discretionis sed & pueris dabatur sub vtraq; specie, qui tamen vsus cessauit anno Domini. 1215. Innocētio papa. 3. Sedente quando edita est illa decretalis. Omnis vtriusq; sexus. Cusa. Item ex concilio cartaginensi. Placuit vt corporibus defunctorum eucharistia non detur. Dictum est enim a Domino, accipite & edite, cadauera autem nec accipere possunt nec edere. Ex concilio Agatensi. Seculares qui in natali domini pascha penthecoste non cōmunicauerint: catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur. Quęritur tamen quid sit, q̄ a sanguine sacrificiorum quę pro peccatis offeruntur: populus omnino prohibetur, si illis sacrificijs vnum hoc significabatur, in quo vera sit remissio peccatorum, a cuius tamen sacrificij sanguine in alimentum sumendo, non solum nemo prohibetur, sed ad hauriendum potius omnes cohortantur, qui volunt habere vitam ęternam? De hac prohibitione habes Genes, Capite 9. Carnem cum sanguine non comederis. Hęc verba exponuntur ab Hebręis multipliciter. Primo modo Carnem cum sanguine, idest membrum abscisum ab animali viuente, sicut faciebant fratres Ioseph, pręcidentes testiculos arietibus iuxta opinionem Hebręorum, & hoc esse crimen pessimum quo Ioseph accusauit fratres. (Genes. 7.) Secundo modo vt intelligatur strangulatum: submersum vel per se mortuum. Tertio modo vt intelligatur per hoc prohibitus esse esus Sanguinis per se sumpti, licet carne vesci possent. Vt si aliquid caperetur venatione vel aucupio: erat Sanguis Primum effundendus,

anteq̄ co-

Marginalia: Matth. 6. — Augustin. — Roma, 8 — Prouer. 31. — Canti. 7 — Gene. 22 — Ioan. 3. — Ioan. 4. — Chrysost. — Luce. 11. — F — G — H — I — K

anteq̄ comederetur. Ratio horũ sequitur. Sãguinem enim animarũ vestrarum requiram de manu omnium bestiarum & de manu hominis, idest inquiram homicidium hoc est vltionem de eo, siue fiat immediate ab hoie, siue a fera mãdato hominis: sicut frequenter factitatum est in martyribus. Vel requiram de manu bestię propter atrocitatem criminis: licet bestia peccare nõ possit. Vide Leui.20. Et Exo Ca.21. Et cũ dictum sit, omne quod mouetur sit vobis in cibum (Gene.9. Quęri poterat verũ & homo possit esse cibus homini, & huic tacitę quęstioni respõdit textus dicẽs, q̄ quia ex textu isto sanguis humanus non debet impune effundi igitur homo nõ potest esse cibus hoi. Formatur sic ratio. Carnem cũ sanguine nõ comedetis: ego caro humana nõ erit vobis in cibum. Patet cõsequentia. Nam cũ sanguis humanus non debeat effundi, nec potest mãducari caro cũ sanguine: ergo nec mãducari: ideo apponitur pęna effundẽti humanũ sanguinem. Legi apud iudęũ doctissimum, q̄ iuxta opinionem idolatrarũ sanguis humanus

A (cuius dęmones scientissimi sunt) esset eorũ cibus, eũq̄ quicũq̄ comedebat: opinabatur dęmones per visum sibi affuturos: qui reuelarẽt multa futura cõtingentia. Vnde Leui.17. Qui comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra eum, quia anima carnis in sanguine est: est enim sanguis animę sedes & ego dedi illum vobis, vt super altare in eo expietis p̄ animabus vestris, & sanguis pro animę piaculo sit Glosa. Vt ostẽderet quãtum debeamus esse inuicem misericordes, ostendit q̄ pro expiatione nostra sanguinem suum fuderit, dicens: ego dedi illum vobis sanguinem videlicet Christi. Propterea qui frequenter preceptum illud in lege audierant, audientes nunc: nisi biberitis sanguinem filij hominis &c. Dixerunt quomodo potest hic dare quod lex ipsa toties prohibet sub pęna mortis! Sed tu Iudeę nisi credas q̄ Christus potest quicquid vult, non intelliges quomodo id posset, qui pauit ex quinq̄ Panibus &c. Ad quęstionem Augustini responsum est, primum q̄ prohibetur homicidium. Secundo q̄ condẽnatur idolatria: tertio q̄ docetur clementia. Et quarto q̄ cum dominus dicit & biberitis eius sanguinem: non habetis. Vitã in vobis, non loquitur de sacramento corporis sui sicut dictum est, quia multi habent vitam ętemam, qui non manducauerũt sacramentaliter corpus & sanguinem Christi, nullus autem habet vel habiturus est vitam ęternam: qui non fuerit membrum corporis, cuius Christus est caput. Qui autẽ mãducat meam carnem modo pię exposito, & sicut dicitur pone me vt signaculum super cor & brachia. (Canti.8) Aut iuxta vocem sponsę idest ecclesię Christi/fasciculus myrrhę dilect⁹ me⁹ inter vbera mea versabitur, hunc ego resuscitabo in nouissimo die ad vitam ęternam & beatam, dicente Paulo, q̄ si tolerauimus & conregnabimus, sicut abundant Christi passiones in nobis, ita & per Christum exuberat consolatio nostra: quam oculus non vidit. Caro enim mea vere est cibus, & sanguis me⁹ vere est potus: qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet & Demones 2.Cor.1 1.Cor.2.

C ego in illo. Coniunctio enim, ostendit q̄ subiungit Christus hac ad reddendam rationem prędictorum. Obseruandum principio, q̄ cum dominus dicit, vere est cibus, non ideo dicit, vere/quia corpus nutriat, quia hoc modo manna illud cœleste & panis cotidianus verus sunt cibus, quia vere nutriunt corpus ad tempus licet, sed hoc modo intelligendum est, q̄ caro Christi & sanguis eius sumpta modo preexposito in anima alimentum, verius animam nutriunt, q̄ mãna vel quicunq̄ alius cibus corpus qd' corrumpitur, cibus enim corporalis cõseruat vitam cẽtum annis (verbi gr̃a) demus cõseruet mille, moriẽdũ est, qui autem mãducat meam carnem & bibet meum senguinem: in me manet, manet palmes in vite, manet vitis in vita, & participatione huius vitę, palmes viuet in ęternum. Quomodo enim mori potest qui viuit in vita, & in quo vita viuit quę erat apud patrem? Sed cibus iste qui vere est animę cibus, interioris hominis requirit esuriem, quam nec somniabant isti qui dicebãt, quomõ potest dare nobis carnẽ suam ad mãducãdum? Et quod illi impossibile opinabãtur: dñs necessariũ dicit ad vitã ęternam. Augu. 1.Ioan.1 August Luce.3

D O sacramẽtũ pietatis, signũ vnitatis, vinculũ charitatis. Qui vult viuere & dies videre bonos, habet vnde viuat & bibat, accedat, credat, incorporet, vt viuificetur. Nõ abhoreat a cõpage mẽbrorũ, nõ sit putridũ mẽbrũ, q̃d resecare mereat. Iã enim securis ad radices posita est. Nõ sit distortũ, de q̃ erubescat (regnate in cãtico cãticorũ) sit pulchrũ, sit aptũ, sit sanũ, Leui.21. Hęreat corpi, nunc laboret in terra, vt post ea regnet in cęlo. Dicit aũt Augustin⁹ hoc loco, ꝓpter vba hec dñi in quib⁹ toties vocat seipm panẽ vitę q̄ cũ preceptũ dei est: de aliq̃ faciendo vel nõ faciẽdo, sicut de eruẽdo oculo, p̄cidẽda manu, q̃d in se flagitiũ est, tũc loquutio figuratiua est. Huiusmodi est: nisi mãducaueritis carnẽ filij hois, carbones ignis cõgeres sup caput eius. Ro.12. Et iste modus loquendi p tropos freq̄ns est in diuinis scripturis. Sicut misit me pr̃ viuẽs, & ego viuo ꝓpter prẽm: & q mãducat me, & ipe quoq̄ viuet ꝓpt me. Dicẽdũ erat, sic & q mãducat me & ipe &c. Exponit dñs his vbis q̃d dixerat, q mãducat me, habet vitã ęternã. Vt eñi iuxta sentẽciã sctõrũ loq̄mur, multa sunt in scripturis quę ap ꝓpriãt pr̃i: quędã & filio, nõ Idem Matth.5.

E nulla spũi sctõ, cũ iuxta vitatẽ oia sint coia toti trinitati paucis exceptis, ex gb⁹ paucis illud est, ex vtero ante luciferũ genui te. ps.109. Et illud, ego hodie genui te. ps.2. Et illud: hic est fili⁹ meus dilectus, Luc.3. Mat.16. Ex his aũt quę cũ coia sint trinitati sup bi(?)ssime pr̃i ap ꝓpriãt illud vnũ est, viuo ego dicit dñs. Nũ.14. Et illud, me dereliq̄rũt fontẽ aquę viuę Hier.2. Et igit de⁹ pr̃ fons aquę viuę, deus viuẽs: nõ q̄ fili⁹ & spũs sctũs nõ sint vita p essentiã, q̃a dñs Iesus de se ait, ego sum via veritas & vita, Ioan 14. Et de spiritu sancto scriptum est, a quattuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant: sed dicitur Deus pater fons aquę viuentis, & Deus viuens, quia est principium sine principio, & est fons ex quo duo fontes emanãt filius & spũs sanctus. Dixi quomõ potui, nõ eni sunt etiã fontes ꝓprie. Ita pr̃ ꝓducit & nõ ꝓducitur, fili⁹ generat & spirat, spũs sctũs ꝓcedit a pr̃e & filio, nec ẽ generat vel spirat. Hoc est ergo q̃d dicit dñs. Pr̃ cęlestis fons est ois vitę: q̃a fons est a q̃ emanat & fili⁹ spũs sanctus: & q̃ auctore viuũt oñia quę quoque mõ vitã participãt. Quẽadmodũ igitur pater est in me Eze.37

& me generãdo, vitã impartiuit, vt essem vita per essentiam sicut ipse est, & per cõsequens dedit potestatem vitam tribuendi alijs, ita qui manducat me, modo prę exposito, & ipse quoq; viuet propter me. Verũ similitudo hęc admodum dissimilis est, & tanta est differentia quanta inter creaturam & creatorẽ inter deum & hominem. Viuit enim filius propter patrem, quia ab illo habet vt sit vita: & vt oia quę sunt, in illo viuant: nos autem viuemus propter filium tanq̃ membra corporis sui cuius ipse est Caput quia ille filius est natura, nos autem gratia & adoptione. Gal. 4. Nec vero ait, sicut manduco patrem, viuo propter patrem. Non enim filius iuxta quod deus est participatione patri melior est, qui est natus ei per omnia ęqualis, sicut participatione filij per vnitatem corporis quam illa mãducatio potacioq; significat, nos efficimur meliores. Quod si iuxta quod dominus Iesus homo est, dicitur viuere propter patrem, ex eo factum est, q cum in forma dei esset, semetipsum exinaniuit, assumens formam serui, qua ad tempus celauit formam dei Exinaniuit dixi, propter verbum apostoli, alioqui semper plenus permansit gratia & veritate de cuius plenitudine omnes accipiunt qui membra sunt corporis sui: iuxta quod ipse dicit, qui manducat me, viuet propter me. **Hic est panis qui de coelo descendit. Non sicut mã ducauerunt patris vestri mana & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in ęternum.** Mortui sunt patris vestri non omnes sed multi eorum: qui in mannate illo nihil spirituale intelligebant, sed tanq̃ animalia immunda integrum glutiebant, non ruminabant, non terebant illud in mortario, non coquebant igni, vnde nauseabãt ad illud sicut ad rem leuissimam: cum ipsis nulla alia cura esset q̃ implere ventrem. Qui autem manducat hunc panem, qui credit vt incorporetur, vt iustificetur, & vt magnificetur, viuet in ęternum. Qui autem non manducat: nomen habens viuentis, mortuus est & ira dei manet super eum. Ioan, 3. Eusebius lib. 6. Cap. 35. Ecclesiasticę historię. Olim corpus domini dabatur in manus cuiuslibet credentis, quod secum domi portabat, communicaturus cum vellet, sed cum deprehensi fuissent multi qui indigne tractarent, & ad artes magnas illo impie abuterentur: abrogata est consuetudo F. A. C. Pag. 108. Ita legimus in canonibus apostolorum. Pręcipimus ne vnq̃ extero clerico siue laico de fragmentis oblationum domini ponatur ad mẽsam. Vnde enim scis tu qui passim sacrificij panes indignis impendis? si a mulieribus sunt mũdi. Olim cõmunicabant fideles sub vtraq; specie sed causa tollendi hanc consuetudinem multiplax fuit. Primum numerosa fidelium turba: & periculum effusionis. Secunda delatio vini ad loca remotiora. Tertium ne sacramentum verteretur in acetum: seruatum in dies multos pro ęgrotis: quibus alias vinum nocet. Quartum ne crederetur non esse Christum totum sub vtraq; specie. Et obserua decretum concilij cartaginensis tertij. Sacramenta altaris non nisi a ieiunis hominibus celebrentur: excepto vno die anniuersario: quo cęna domini celebratur. Nunc ecclesię consuetudini standum est omnino. Quin & in concilio elibertano statutũ huius factum est. Placuit picturas in ecclesia esse non debere: ne quod colitur aut adoratur in parietibus depingatur. Hęc ibi cuius oppositum tenet nunc ecclesia consuetudo. Et obserua diligenter quomodo vita ęterna promittitur credẽtibus, nulla interim facta memoria legis Mosaicę, quę suis obseruatoribus (siqui tamen prętiterũt quod Petrus id inficias) bona terre promisit, Esai, 1, Leui. 26, Capite.

Phili. 2. — Repeticio est. — Num. 11. — Leui/11. — Apoca. 3 — Actu. 15

F G H

Caput. viij. q multi ex verbis christi ex verbis dñi male itellectis: scãdalizati sunt & abierũt retro & dixit dñs ad. 12. Nũquid & vos vultis abire: Sequitur Christus dñs duodeci elegit & vnus ex illis diabolus erat

I

Hec dixit Iesus in synagoga, docẽs in Capharnaũ, Multi ergo audiẽtes ex discipulis suis. Dixerũt. Durus est hic sermo & quis potest eũ audire? Et hoc loco repetenda nobis est sententia Pauli, alijs sum? odor vitę ad vitam: alijs autem odor mortis ad mortem. Isti dicunt, durus est hic sermo Petrus dicit: verba habes vitę ęternę: de quo infra. Istiusmodi ergo sermonibus erudiebat bonus ac moralis magister plebem illam asinis & bobus crassiorem hebetiorem q iuxta Esaiam ab amore rerum visibilium & corporalium suuehere cupiens & trasferre ad coelestium studium. Verum tantum absuit vt populus rudis caperet verba Christi, vt discipuli quoq; eius non omnes sed multi, offensi verborum eius obscuritatem: dicerent ad inuicem, durus est hic sermo de comedenda carne & Sanguine bibendo viui hominis. Cuius enim aures ferant tam ferali pręcepta? Ad hec Augustinus Super Psal. 54. Molliti sunt sermones eius super oleum. Quędam in scripturis dura videbantur, cum obscura essent, exposita, mollita sunt. Nam & prima heresia in discipulis Christi velut ad duritiam sermonum eius facta est. Cum enim diceret, nisi manducaueritis carnem & Cętera: non intelligentes, dixerunt, sermonem istum quis ferat? Et separauerunt se ab illo, & remansit cum alijs duodecim. Ad quos & dixit. Nunquid & vos vultis abire? Et Petrus. Ad quem, te relicto? Q oi habes verba vitæ. Intendite obsecramus vos, & paruuli discite pietatem. Nunquid tam Petrus intelligebat secretum illius sermonis Domini? Non dum intelligebat, sed bona esse verba quę non intelligebat pie credebat. Durum ergo visum est illis septuaginta, quod dictum est: nisi manducaueritis carnem & Cętera, acceperunt illud stulte, carnaliter illud cogitauerunt, & putauerunt q precisurus esset dominus noster Iesus Christus particulas quasdam de corpore suo, & daturus illis, vnde dicunt, durus est hic sermo. Ipsi duri erant, non sermo. Nam nisi duri non essent dicerent sibi, non sine causa dicit hoc; nisi quia est ibi aliquid sacramentum latens.

2. Cor. 2. — Augustin — K

latens. Ma-

latens. Manerent cum illo Iudęi non duri: & discerent, ab illo quod illis descedentibus qui remāserunt didicerunt. Quod si Discipuli Christi scandalizati sunt quid inimici Christi? Reuersi sunt ergo canes ad vomitū suum, ad cępe & allia bellaria legis Mosaicę, ad lētes coctionem rufam, ad māna, lac & mel deserto pane vitę ęternę. **Sciens aūt Iesus apud semetipsum ꝙ murmurarēt de hoc discipuli sui: dixit eis, Hoc vos scandalizat? Si etiā videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius?** Hoc vos scandalizat. Duo dixerat Christus, quę dura visa sunt iudęis. Primum ꝙ descenderit de cœlo, vnde illi: Nōne hic est filius fabri. Secundum, nisi manducaueritis carnem, ad quod illi, quomō potest hic &c. Contra vtrunq; ergo Christus sedat scādalū. De primo dicit, si ergo videritis &c. & supplendum est videbitis me vera dixisse, quādo dixi, de cœlo descēdi. De secundo dicit infra: spiritus est qui viuificat. Est ergo oratio in absoluta: & aliquid sub audiendū est: illud videlicet, crederis ne tūc verbis meis? Vt oratio fiat absoluta. Quid igitur si videritis? Significās id futurum, quod admirabilius sit, nē-
A pe vt redeat in cœlum vnde venerat. Vnde illud: eleuamini portę ęternales, & introibit rex gloriæ. Si quidem iuxta dispensationē carnis: mysterium & victoriam crucis maior regressus est ad cœlos (si tamē infinito addi potest aliquid) ꝙ ad terras venerat, coronatus enim ascendit tanꝙ victor (comitatus duplici turma, Genes. 32.) Sicut scriptum est, egredimini & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eū mater sua. Cum ergo inquit videritis me super astra ferri, & collocare solium meū in mōte testamēti, num creditis facilius esse cœlum & terram trāsire, ꝙ vnū iota ex verbis meis? Nō enim eo modo quo putatis erogo corpus meum, gratia enim hec morsibus nō consumitur: nō magis ꝙ gratia Mosi, quādo abstulit ab eo deus vt daret septuaginta viris. Nū. 11. Sed spirituali mō me vobis cōicando, vos in corpus meum cōuerto. Vnde dicit, in cœlum me videbitis ferri integrum atq; perfectum, vt ne capillus quidem mihi defuturus sit. Scriptum quippe est, os nō cōminuetis ex eo, caput cum pedibus & intestinis vo-
B rabitis nec comedetis ex eo crudū quid. Nec enim per partes māducatur christus, sed diuiso sacramento, semp integer perseuerat: de quo alias. Vnū igitur vos rogo qui adestis, quiq; iuxta tēpus quo mecum versamini, debueratis esse cęterorū magistri: & vltra vulgus indoctum aliquid plus sapere, vtrum est difficilius (vt humano more loquar) descendisse de cęlo: an ascendere in cœlum? Certe hoc secundū difficilius videtur. Si igitur videritis me ascendentem, credetis ꝙ sim panis viuus qui descendit de cœlo? **Spiritus est qui viuificat: caro nō prodest quicꝙ. Verba quę ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt: sed sunt quidam ex vobis qui nō credunt.** Iuxta Chrysosto. Dicendo caro nō prodest quicꝙ, dominus nō de sua carne intellexit, sed de eius carne qui carnaliter accipiebat verba Christi. Nos tamē caute loquamur, quando ex verbis domini multi scandalum passi sunt. Est autem sensus hic huius textus. Sicut caro absente anima nihil aliud est ꝙ terrę onus, sed spiritus infusus corpore, pręs-
C tat ei vitam & sensum, ita verba mea iuxta carnem intellecta: non conferunt vitam, imo mortem inferunt carnaliter intelligentibus: sicut dicit apostolus de lege Mosaica, littera quidem occidit, spiritus autem viuificat: ita dicit Origenes. Est littera in euangelio quę occidat eum qui carnaliter tantum eam intellexerit: sicut illud de oculo eruendo: de manu precidēda, de anima odienda, de odio vxoris & parentum. Nam & carnem Christi quicunq; dentibus atterit, si non adsit spiritus charitatis, non vitam sed iudicium ęternę damnationis administrat iuxta apostolum. Vnde illud Hieremi. Capite. 11. Nunquid carnes sanctę auferent a te malicias tuas: in quibus gloriata es? Carnes sanctas vocat propheta sacrificia legis: holocausta & pro peccata. Sed si caro Christi carnaliter tantum sumpta nihil prodest sumenti (imo multum obest: dicente Paulo, ideo multi inter vos egrotant & multi diem obierunt) quando profutura erant iudęis sacrificia oblata ex capris & arietibus; Impossibile est inquit apostolus pecudum sanguine auferri peccata. Hebre. Capite. 10. Verba igitur quę loquutus sum vobis spiritus & vita sunt: sensum cō-
D tinent mysticum. Verba idest res ipsę significatę per verba: de carne videlicet mea manducanda. Intelligo enim per carnem & sanguinem verba mea, de quibus Petrus, verba habes vitę ęternæ. Hanc igitur spiritualem doctrinam, si cum Maria conferatis in cordibus, & moribus pręvobis feratis, in vitam vos perducet ęternam, sicut Heliam panis ille subcineritius & mysticus & aqua hausta deduxit in mōtem dei Oreb. Huius autem doctrine meę & internę vnitatis mysticum Symbolum vobis relinquam carnē meam & sanguinem. Quę tamen sine spiritu sumpta, nō plus proderit ꝙ Iudę. Quod si sunt multi qui non credunt, nisi fide Gręca, suo ipsorum malo nō credunt. Per quod ostēdit quod scādalū illorū nō procedebat ex duritia verborum Christi, sed quia ipsi increduli erant. Credat qui velit: neminem enim cogo, dicam licet alias: compelle eos intrare: nam tenera fides offerri potest: imperari non potest, persuaderi potest, quia omnium tangit deus corda, sed non omnes aperiunt pulsanti. Hec autem dixit Dominus propter id quod sequitur. **Sciebat eī ab initio Iesus qui essent credētes: & quis essēt**
E **traditurus eum, & dicebat. Propterea dixi vobis: ꝙ nemo potest venire ad me: nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi discipulorum suorum abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant.** Ex hoc idest ex eo tempore. Dicit autem Ambrosi⁹ super ad Ro. Capite. 8. q. 72. Discipuli erāt scripti in libro vitę scd'm pśentē iusticiā & reprobi secundum prę scientiā. Idē dicit Augustin⁹: idē Abulēsis: licet obster Nicolaus lira. Idē pōt dici de Iuda, de Saul deq; multis q nomē habēt viuētium, & tamen mortui sunt. De his Eccl. Cap. 8. Vidi impios sepultos, qui etiam cum adhuc viuerēt, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorū opum, & tamē ardēt apud inferos. Luce. 16. Sciebat ergo dominus qui essent credentes ad tempus, qui palęę essent: & qui grana. missa manu ad aratrum (Luce. 9.) retro erant aspecturi cū vxore Loth, quibus melius fuerat natos non non fuisse, Matthęi. 26. Viam veritatis non agnouisse. 2. Petri. 2. Ne duplo fierent filij gehennę.

Prouerbiū · Psalm. 23 · Hieronym. · Canti. 3 · Luce 23. · Esai. 14 · Matthęi. 5 · Exo. 12. · Hebre. 6 · Chrysost. · 2. Cor. 3 · Origenes. · Matth. 18. · Luce. 14 · 1. Cor. 11 · 1. Cor. 11. · Luce. 2. · 3. Reg. 19 · Luce. 14 · 1. Regū. 10 · Ambrosi. · Apoca. 3 · Genes. 19 · Matth. 26.

Dixit ergo Iesus ad duodecim. Nunquid & vos vultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus, Domine ad quẽ ibimus? Verba vitę ęternę habes: & nos credimus, & cognouimus, ꝙ tu es christus filius dei.

De pęni. Distin. 4. si ex bono, Item de cõse. Distin. 2. c. Forte. Hucuſq; inquit triũphare videbamini de rectoribus tenebrarũ, auctorem vitę ſequẽtes vultis igitur de cętero cẽseri in numero desertorũ stigmatibus impressis? Vultis repetere viã lactĩssimam, quę ab-
Matth. 7. ducit in flumẽ lęthæum? Cũ autem dicit per interrogationem, vultis exauctorari, ostendit liberũ sibi esse abuti libertate sua, quia iuxta Hiere. Cap. 2. Malum & amarũ est, reliquisse nos dominũ deum nostrũ, fõtem aquæ viuentis: & diuertisse ad cisternas nescio quas, quæ satiare nõ possum apetitũ nostrum. Ad
Augusti. hec Augustinus. Repellis nos a te, da nobis alterum ad quem nos cõferamus, te relicto. Chrysos. O quã
Chrisost. ti amoris verbũ, quo & parentibus & oibus rebus Christus preciosior ostenditur, ꝙ ꝙ qui ab eo disce- F
Genes. 5 dũt, nõ habent amplius quo fugiãt, nisi forte ad vmbrã cum Adam. Incipient enim euagari post greges
Canti. 1 hæreticorum, cũ verus & bonus pastor nõ in penetralibus sed in meridiana luce cubet. Et nos inquit cre dimus & cognouimus ꝙ tu es Christus filius dei. Quocũꝗ ergo pgamus, malũ pergemus. Iudęi autem
Psalm. 7. nos cognouimus (reuelãte nobis id carne & sanguis.) ꝙ sis filius Ioseph fabri. Et Petrus quidem qui ni hil sinistrũ de coapostolis cogitabat: pro se & pro cęteris respõdisse videtur, dicens, & nos cognouimus tamen scrutãs corda & renes deus verba Petri corrigit dicens, Nõne ego vos duodecĩ elegi, & ex vobis vnus diabolus est? Dicebat autem de Iuda simonis Iscariota, hic enim erat traditurus eum, cũ esset vnus ex duodecim. 1. q. 1. cap. Christus. 7. q. 1. Aduersitas. Iudas vocatur diabolus. Detulit dominũ christũ apud iudęos, ꝙ permiserit inungi ab vna femina forma decorã & effundi super verticem suum vnguẽtum magni pciĳ. Imo Diabolus erat quãdo dixit, quid vultis mihi G
Matth. 20 dare, &c. Quid inquit miramini multos a me discipulorũ abiisse: multi sunt vocati, pauci electi. Quid
Hierem. 18 dicimus, pauci electi? Nõne ego vos ex omni natione & gente iudęorũ duodecim eximios elegi, & tamen & tã paucis & singulariter electis: vnus diabolus est, vitio non natura, sicut Paulus qui & Saulus gratia dei fuit ex vase cõtumelię manu figuli trãsformatus in vas electionis: opus excelsi. Vos igitur nisi intelligitis vr̃a referre vt pmaneatis, abite cũ multis, vel pmanete vt sitis ex paucis electis. Dicendo autem christus: nõne ego duodecim elegi & vnus ex vobis/ &c. Ostendit/ ꝙ nõ est ignorãtia dixerat: Nũ-
Quęstio quid & vos vultis abire/ sed ex iniquitate vnius eorũ: qui sua prauitate factus est diabolus. Sed si Iudas diabolus est, ad quid electus est a domino? Quęstio hec p illud soluitur. 1. Reg. Ca. 9. Erat Cis filio Abiel filius nomine Saul electus & bonus, & nõ erat vir de filiĳs israel melior illo. Ergo quãdo in regem elect? est a domino, electus erat & bonus, & a deo bonus, vt ad munus regiũ exequendũ, nullus esset ęque bo-
Prouerbiũ nus. Quod si adepto principatu (magistratus enim ostẽdit virũ) factus est durus rigidus & maliciosus, H id nõ præiudicat electioni. Electus est enim quãdo dignus erat qui pręficeretur populo, ita enim dicit spiritus sanctus/ electus erat & bonus. Fortasis aũt dicẽdum eodem modo de Iuda quãdo in apostolũ ele
Actu. 9. ctus est. Possumus autẽ dicere ꝙ quãdo Saulus electus est in apostolũ, nullus illo deterior erat in populo iudęorũ, vt pote quem Lucas in actis mõti æthnę adsimilem facit, spirabat enim & vomebat igneu & flammas & cędes, & quantum in se erat nõ impugnabat sed expugnabat ecclesiã dei, & extirpare nitebatur, & tamẽ in dei predestinatione vas erat electissimũ, tuba euãgeliĳ, rugitus Leonis de tribu Iuda
Roma. 11 tonitru gentiũ: flumẽ eloquentię christianę: qui mysteria de vocatione gentiũ retro sęculis ignorata magis miratur ꝙ loquitur. Talis erat Saulus quãdo electus est, talis Saul, talis & Iudas, duo boni, ille neqꝫ
Theoph & pessimus, & tamẽ Saulus factus est de numero duodecim, Iudas autẽ pũaricatus: suspẽsus crepuit, & abĳt in locũ suum. occupauerat enim locũ alienũ Matthię videlicet. Theophi. Ex hoc loco illud discim? I ꝙ nõ coactione & vi quadã meliores facere cõsueuerit deus: neqꝫ eius electio cogat volũtatem nostram cum sit mala/ vt fiat bona. Admirare aũt ꝙ dęmõ in tãtum infensus est, vt potuerit etiã vnum ex duodecim abripere, qui excitabãt mortuos, & faciebant miracula, & fruebãtur spirituali & viuifica doctrina dñi. Et vbi post hae sa... spes nobis, qui spõte a iuuentute nos ipsos malicię mãcipamus? Ideo Ioãnes quasi admirãs dixit, vnus ex duodecim: legatis videlicet a latere Christi. Subĳciamus illud. Nõ ideo Iudas dñm erat traditurus, quia id ipsum pręsciebat dñs. Pręsciencia enim nõ imponit necessitatem rebus nec pręsciencia dei est quasi futurorũ, aut trãsiĳt in pręteritũ, sed omnia sunt ei pręsentia, siue pręterita, si
Gregori?. ue futura. Audi Gregoriũ libro Moral. 20. Cap. 25. Pene omne quod de deo dicitur: eo ipso iã indignum est ꝙ dici potuit. Nã cuius laudi nõ sufficit obstupescens cõsciencia, quãdo sufficiet loquens lingua? Sãctus autem spiritus hoc ipsum hominibus intelligentibus insinuãs ꝙ sint ineffabilia summa & Diuina his etiã verbis nõ nunꝗ de deo loquens vtitur, quę apud homines habentur in vicio, vt ex ĳsq̃ indigna K videntur hoibus, & tamen dicũtur de deo, admoneãtur ꝙ nec iã illa deo digna sunt, quę dum digna habentur apud homines, digna putãtur deo. Dicitur deus zelãs, Exo. 20. Iratus: Gene. 6. Pęnitens: ibidem. Misericors: Exo. 34. Et prescius sicut hoc loco. Ioan. 6. Cũ nec zelus, nec ira, nec pęnitẽtia, nec ꝓpriæ misericordia nec pręsciẽtia esse possit in deo. Hęc nanqꝫ omnia ab humanis in illũ qualitatibus tracta sunt dum ad nostræ infirmitatis verba descenditur, vt quasi quibusdam nobis gradibus factis & iuxta nos positis, per ea quę nobis vicina cõspicimus, ad summa eius quãdoqꝫ ascendere valeamus. Et tamẽ pręscius dominus futurorum iudã elegit. Ergo & diabolus electus est (sonat aũt delatorem & calũniatorem) in-
Augustin quit Augustinus sup Psalm. 55, Aut si electus nõ est quomõ duodecim elegit & nõ potius vndecim? Electus & ille est, sed ad aliud. Electi vndecim ad opus probationis: electus Iudas ad opus tẽtationis. Vnde posset tibi dare nasciture exemplũ: quos videlicet deuites malos, quos caueas falsos & fictos fratres,
Genes. 3 qui calcaneum tuũ obseruãs, nisi vt dicat tibi ecce ego mecũ habui vnũ ipsorũ. Videtur autẽ Augustin?

his verbis

his verbis astruere q̃ Iudas quãdo electus est a domino: iam erat diabolus: cuius oppositum diximus de mẽte Chrysostomi & Theophilati. Et Origines astipulatur Chrysostomo sup Matth. Cap. 2. Quomõ cũq; sit, qui se putat stare, videat ne cadat: & ex apl'o fiat proditor, si dederit locũ auaricię: quę est idola tria, Gal'. 5. Et omnium malorum seminariũ. Quemadmodũ aũt simonides dicebat ludẽs: argenti se arcam semp inuenire plenã, gratiarũ vero vacuam: ita improbi si recte suã perpenderint vitã, spe omni destitutã inuenirẽt, timore vero tristicia ac perfidia semper cumulatam inueniũt. Habent enim habitatores nõ vnum aut septem: sed integram demonum legionem, nisi forsan ipsi diaboli sunt sicut Iudas. Pro indesĩ dicere fas est ego perditos ac facinorosos homines neq; aliquo siue deorum seu hominum indigere vltore arbitror, satis superq; suam ipsorum cauterizatam conscienciam ad se ipsam plectẽdam ac torquendã sufficere. Hec ille. Vnde illud. Omnis qui me inuenerit occisurus est. Genes. 4.

1. Cor. 10. Simõides.

A

Caput. viij. Designãtur. 72. Discipuli qui obeant officiũ predicãdi. Iubẽtur ne ferãt sacculos neq; calciamẽta. &c. Qui alias iussa sunt apostolis cõuenit & tã cõferta turba ad dñm vt spaciũ nõ esset apostolis mãducandi. Dominus noster tanto spiritus feruore predicauit vt diceretur a suis in furorem versum esse.

B

Post hec autem designauit dominus & alios. 72. & misit illos binos ante faciem suam in omnẽ ciuitatem & locum: quo erat ipse venturus, & dicebat illis. Messis quidẽ multa: operarij autẽ pauci. Rogate ergo dñm messis vt mittat operarios in messem suam. Si iuxta sententiã Ambrosij, Augustini & Theophilacti septuaginta discipuli abierunt retro, a cõsuetudine & cõuictu domini seipsos subducẽtes: ipso facto veluti dãnantes doctrinam eius: quomõ nũc referũtur missi ante faciem Christi in omnẽ ciuitatẽ & locum quo erat ipse venturus? Possimus dicere: q̃ cũ dicit Lucas, designauit dominus alios septuaginta duos: isti duo & septuaginta subrogati sunt in locum eorum qui abierunt retro, sicut Matthias in locũ Iudę. Quod si dicas, dato q̃ positio Ambrosij Augustini & Theophylacti sit vera, tamẽ quãdo septuaginta duo abierũt retro, iam regressi fuerãt a predicatione, tũc textus iste, post hec aũt designauit dñs: alio loco inserendus est, videlicet libro. 4. Ca. 9. in fine, vbi post verba ista, post hec aũt, ponũtur ea quę hic sequuntur, videlicet & dicebat illis. Messis quidem multa. &c. Sed ad rem. Instituerat primum dominus duodecim apostolos tanq̃ exploratores duodecim terræ fluentis lacte & melle, qui in principio nascentis Ecclię sufficere videbantur seminando euangelio. Sed post

C

q̃ granum sinapis cępit explicare vim suam, & verus salomõ vincere cępit famã suam virtutibus suis. (3. Reg. 10) nõ solum regina Saba sed & adolescẽtulę sine numero currere cęperũt in odorem vnguentorũ Christi, ab oriẽte & occidente: vt recumberent cũ Abrah. in Isaac & Iacob. Sic ergo in dies ex crescẽte messę: de qua dictũ est, Ioan. 4. Necessariũ fuit augeri numerũ piscatorum, messorum, operariorũ qui messem includãt in horrea dei, de quibus horreis habes Matth. 13. Ioan. Cap. 14. Designauit igitur dominus duos & septuaginta & misit vel premisit illos binos sicut premiserat duodecim apostolos vt pararent domino plebẽ perfectã. De quo dictum est Matth. 10. Et dicebat eis. Messis quidem multa &c. Hoc inquit Gregorius sine magno merore dicere nõ possumus. Paruuli panẽ perunt, nec est qui impartiatur, quia si sunt qui bona audiant, (q̃ speciosi pedes euãgelizãtium bona) tamẽ desunt qui dicãt. Et quomõ inquis desunt? Cum sacerdotibus (mercenarijs potius) plenus sit mũdus. At in messe dei rarus inuenitur operarius. Omnes quę sua sunt querũt: nõ quę ouiũ Iesu Christi. Cõsiderate quid de ouibus agatur, quãdo pastores lupi fiũt, sicut videre est in Roboã. 2. Reg. 12. Impletum est illud, erit sicut populus: sic & sa-

Num. 13. Matt. 13. Canti. 1. Marci. 8. Gregori⁹. Phili. 3. Esai. 24.

D

cerdos. Nullũ puto fratres ab alijs maius pręiudiciũ q̃ a sacerdotib⁹ tolerat deus: quãdo eos qui ad aliorũm correctionẽ posuit deus, dare de se exẽpla prauitatis cernit. Si igit̃ sunt lux mũdi, sal terrę (Matt. 5) Ciuitates refugij, si dei coopatores iuxta apostolũ. 1. Cor. 3. Ostẽdant nobis manipulos quos cũ exultatione portãt ad aream dei: quãdo seminauerũt flentes & gaudentes de ruina vel cõuersione populi. Ostẽdãt vnum quẽ salierint verbo, quem eruerint de ore Leonis vel vrsi. 1. Reg. 17. Omnes volũt cum Helia pasci de farina viduę. 3. Reg. 17. Veniẽt pastores illi Petrus cum Roma: Andreas cũ Achaia, Thomas cũ india: Matthęus cũ æthiopia, Marcus cum Alexãdria: Paulus cũ multarum gentiũ populis: & isti mercenarij subdoli ostẽdent septem spicas corrosas vredine. Da vnũ qui pollicẽ sibi pręcidat cum Marco, ne vocetur a deo tanq̃ Aarõ: qui noctu laboret manibus vt vaccet interdiu verbo dei. 2. Thes. 3. Audi Malachiã cap. 1. Quis est ex vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? Horũ & similiũ ma-

Num. 35. Gregori⁹. Psam. 125. Genes. 41. Hebre. 5. Marcus.

E

gna copia est, qui fucorũ more depascũt sudores alienos. Sed quoniã messis Christi in dies magis ac magis suppullulat, & pauci sunt opatij qui iuxta apostolũ laborẽt verbo & doctrina (1. Tim. 5) Hoc est iuxta vetus verbum, plures sunt qui stimulo agant boues, pauci aũt qui iugũ subeant, multi qui imponãt onera importabilia (sicut Roboã. 3. Reg. 12) Pauci qui vel minimo digito velint ea attingere: Rogate dominũ messis (villici ergo estis nõ domini, Luc. 16. 1. Cor. 4) vt emittat quot quot sunt necessarij. Legimus autẽ supra Luce. Cap. 5. q̃ cum Petrus in verbi Christi laxasset rete, vsq; a deo repletũ est piscibus, vt solus eum ad terram pertrahere nõ posset. Petrus igitur & Andreas annuerunt socijs. Hoc est apostoli duodecim acceperũt coadiutores duos & septuaginta, Cur inquit Moses ad dñm imposuisti põdus vniuersi populi super me? Nũquid ego cõcepi hanc multitudinẽ vel genui eam, vt dicas mihi, porta eos in

Proberui. Matth. 33. Num. 11.

Y v sinu tuo

sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulũ? At hodie multi pomiliones qui esse subsentibus p deliti̾s
Iob. 30. ducũt, quasi athlãtes, sint humeros his oneribus deuotissime subijciũt vt qui iuuenes vitulũ sustulerũt.
Matth. 23. Nõ enim opus querũt cum apostolo, sed honorẽ & delicias: & vocari ab hoibus Rabbi. Et dñs. Cõgre ga mihi. 70. viros de senioribus israel, quos tu nosti, q senes populi sint ac magistri (nota verba dei) q̃s nosti senes esse moribus, ac magistros hoc est oparios in cõfusibiles iuxta apl̃m. 2. Tim, 2. qui doceãt & faciant. Quos nosti inquit. Nemini inquit apostolus. Cito manus imponat episcopus: ne cõicet pecca
1. Timo. 5. tis alienis. Et quare nõ illos dominus elegit, qui melius nouerat qui essent idonei? Sed ad sustinẽda onera carnalis populi suffecit electio tanti viri videlicet Mosi: in quo reuera erat spiritus dei, iuxta quod sequitur. Facies stare hos. 70. ante ostiũ tabernaculi, & ego descẽdam & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo: tradãq eis vt sustẽrent tecum onus populi, & nõ tu solus graueris. Qui ergo sustinere debet partem oneris populi iudaici: ita Mose eligitur, deq spiritu Mosi tepletur. Qui autẽ cooperatores sunt Dñi Iesu: de spiritu eius teplẽtur, & ab eodẽ eligũtur, & mittuntur, quia messis multa, operarij autẽ pauci/ qualis Paulus: Barnabas, Moses Iosue &c̃. Phociõ aliquando cõtra Macedones educẽs copias, ipseq celerrime occursurus, castris intra cõpectum hostium positis, cũ plerique ex suis aliunde alius ad eum cõcurrerent, atque officio velut imperatorio fungentes: dicerẽt, hic quidẽ, proximũ esse tumulũ pedite occupãdum: ille: Macedonẽ equite circũueniendũ: alius aliunde hostẽ adoriẽdum, stomacharus tãdem: o Hercules inquit, vt multos hic hodie imperatores video: vt paucos milites. Suis deinde in aciem explicatis, vnũ ex militibus videri elicto ordine, aliquãto lõgius in hostes prodire. Hic deinde cõspecto Macedone qui acer in armis sibi pugnaturus occurrerat, pedẽ metu referens, sese cõtinuo in pristinũ locum recepit. Tum Phociõ. Nũ te inquit hominũ ignauissime bini iam deserti ordinis pudet? Nã & quem imperator locum tibi decreuerat: & quẽ tu te tibi locũ delegeras reliquisti. Rogate ergo dominũ messis vt mittat
Actuũ. 17. nõ verborum satores, sed qui luceãt vita & doctrina. De quo Matth. 5. Quod autẽ binos mittit, charita
Eccs. 4. tẽ cõmendat, ve enim soli, duo autẽ mutuo fouebuntur: iuxta illud, clamabant alter ad alterum sanctus sanctus sanctus. Esai. 6. Et iuxta exẽplar quod Moses accepit a deo in mõte Exod. 25. Ala vnius cherub
Gene. 2. alã cõtingebat alterius, charitas enim minus q̃ inter duos haberi nõ potest iuxta Gregoriũ, ideo nõ est bonũ hominem esse solum. Premittit aũt dominus messores in omnẽ ciuitatẽ & locum, quia de eo qui eleuatur supra omne quod dicitur deus scriptum est, Daniel. Cap 11. Mittit manum suã in terras, & terra aegypti nõ effugiet. &c̃. Et Zach. Cap. 6. Vidi & ecce quattuor quadrige &c̃. Vide textum. Iam enim
1. Ioan. 2 mysteriũ operatur iuxta Paulum. 2. Thes. 2. Hoc est tã antichristi multi sunt qui circũeunt orbem non bini & bini: sed centeni & cẽteni: de quorum numero erat Pharao & exercitus eius, item & Senacherib.

Ite. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos: nolite portare sacculum neque peram neque calciamenta. Caiet. Mutãda phibet, nõ ea quibus erant calceati, sicut patet ex Marco. Ex industria (inquit iste) dixit Marcus q misit eos dñs calceatos sandalijs, prout erãt calceati: ne erraremus in Mattheo, intelligẽdo, christũ prohibuisse calciamẽta. Duplicata igitur calciamẽta prohibẽtur in Mattheo. Hic vero mittũtur calceati. Sãdalijs iuxta illorũ morẽ. Nõ enim fecit eos vẽdere calceos & emere sandalia. De figura enim colore magnitudine vestes vel calceorũ nil precepit Christus mutãdũ apostolis. Id obserua, virga ad offm̃ defensionis prohibita est: ad offm̃ sustẽtationis cõcessa est. Vide supra lib. 4. ca. 10. & 11. **Et neminem per viam salutaueritis.** Olim cum deus vltionũ vocaretur dominus,
Psalm. 93 postq̃ peccatorũ ac scelerum suorũ mẽsuras impleuerãt Amorrei, nõ agnos misit inter lupos, sed sicut
Deut. 7. scriptum est/ immissiones p angelos malos, decẽ plagas aegyptias, in sup inquit & scrabones mittet dominus tuus in eos, donec deleat eos atque disperdat, qui fugerint manus vestras; nec poterũt latere. Nunc
Psal. 84. autẽ postq̃ veritas de terra orta est, misericordia & veritas obuiauerũt sibi iusticia & pax osculate sunt pro muscis & ranis & scrabonibus agnos agnus dei ad nos destinauit: qui lupi eramus, scorpiones & vipere, & aspides surde, & si quid nocẽtius dici potest. Licet autẽ animalia ista contraria sint, vt alia ab
Gene. 49. alijs deuorẽtur (Beniamin lupus rapax) sed bonus pastor lupos gregi suo nocere nõ sinit, ideoque isti non ad predam sed ad gratiam diriguntur. Sollicitudo enim pastoris efficit, vt lupi in agnos audere nihil po
Ambrosi? ssint. Scriptum est enim. Lupi & agni simul pascentur. Esai. 11. & Cap. 65. Lupi bestie sunt que insidiantur ouilibus: circa pastorales versantur casas: habitacula domorum intrare nõ audent, somniũ canũ/ ab
Lupi. sentiã autem desidiam q Pastoris explorant, ouium guttur inuadunt, vt cito strangulent, fere rapaces idem q natura corpore rigidiores, vt si facile nõ possint in flectere. Impetu quodã suo feruntur, & ideo sepe deluduntur. Tum preterea si quẽ priores hominem viderint, voces eius quadam nature vi ferũtur eripere iuxta puerbium. De his dictum est Matth. Cap. 7. Hos igitur inter lupos malicia nõ natura, mi
Matt. 10 ssi sunt agni isti innocẽtia, serpentes prudentia. Qui merito dicere potuerũt illud Num. 13. Terra quam lustrauimus optima est, quod ex his fructibus potest intelligi, reuera autem habet ciuitates muratas, habet habitatores fortissimos (forti armato custodiente atrium suum. Luc. 11. Stirpem Enach vidimus ibi, & monstra quedam de genere giganteo, quibus cõparati, quasi locuste & pygmei videbamur. Pygmeos agruibus infestati, Homerus quoque prodit. Fama est, insidentes arietes capraruque dorsis: armatos sagittis veris tempe vniuerso agmine ad mare descendere, & oua pullos q earum alitum cõsumere, ternis eam expeditionem mensibus cõficere, alter futuris gregib? nõ resisti. Hi ternas epithamas idest palmos lõgitudine nõ excedũt. Lib. 7. Cap. 2. Plinius. Illi sunt leones & lupi & gigãtes & mõstra: nos pyg
Origenes. mei oues & locuste. Origines. Ita est reuera, sed regnum coelorum violenti diripiunt. Patria nostra coe
Matt. 11. lum est, ibi enim Paulus cõuersabatur viuens adhuc. Sunt igitur quedam spirituales nequitie, sunt gi
Phili. 3. gantes quorum potestati nullus homo valet resistere. Quorũ cõparatione nos locuste sum?, & precipue

si dubia sit fides nr̃a, & timore ꝑculsi terga vertamus, aut quia vxorē duximus carnem nr̃am, siue edificamus in terra: & plātamus plantationē infidelē, quā eruca depascet, locusta bruchus & rubigo. Ioel. 1. Tinea fures & latrones. Si vero iussa Iesu fideliter exequamur: gigātes abscedēt & corruet tanq̃ cera a facie ignes. Vult enim Christus dñs semp̄ res mirabiles facere: vult de locustis & pygmęis vincere gigantes, & de his quę in terra sunt nequicias superare cœlestes: sicut in cōsequētibus dicitur: ecce dęmonia subijciuntur nobis in noīe tuo. Et hoc est fortasse quod dicitur, qui credit in me, maiora his faciet. Ioā. 14. Maius enim mihi videtur (inquit Origenes) si homo in carne positus fragilis & caducus fide tamē Christi & verbo eius armatus, super dęmonum legiones calcet. Quāuis enim ipse sit qui vincit in nobis, & per nos triumphat (1. Cor. 15) 2. Cor. 2) Plus tamē esse dicit q̃ per nos vincit, tantū est vt nos armis istis semp̄ simus cōtecti, Quibus armis? Sine sacculo sine pera &c. Vnde Alexāder referente Plutarcho, Diogenes vitā obstupescēs, & animi celsitudinem: sępe dicebat: ni Alexāder essem, Diogenes essem. Ne. tamē (inquit Plutarchus) Dixit Alexāder: ni rex essem, nec si diues, nō enim formā sapientię pręferebat: nec purpuram vel diadema mātię vel surdido amiculo, sed nisi Alexāder essem, haud scio an Diogenes essem. Idest si in animo nō esset, iura & leges pacēq; grecorum in totā Asiam trāsfundere, & ad humaniorem victum perducere, nequaq̃ certe insigni delictiarum affluētia sectarem sed ęmularer ve opinor Diogenes inopiam. Num mihi bona tua venia Diogenes liceat Herculē imitari, & Liberi patris mei progenitoris generis q̃ mei ꝑ auctoris vestigia sequi, Interest autē quoniā Alexāder tyrannide violentia: armis & pens infiniti innoxij sanguinis effusione gētes sibi vel volentes vel inuitas subiecit, quibus iura & leges imponeret. Isti vero patiētia, prudentia malorum tolerātia, pauptate & humilitatę etiam dęmones sibi subiecerunt. Nec tamē Alexāder Diaboli martyr insignis, incruētus a tot cędibus domū reuersus est. Audi Plutarchū. En tibi Alexādri corpus, si nihil aliud certe ab imis vnguibus ad verticē sautiū atq; contusum ab hostibus, denique cęsum & iaculo & gladio & toru vibramine saxi ēnse dissecta galea capillo tenus. In Hyrcania obleso lapide collo, quo ictu tenebris ob oculos effusis: ad dies multos cęcitatē timuit Profecto nullus mihi Regum infestiore fortuna vsus esse videtur. Hec ille Nimirū scriptum est, erit ferus homo: manus eius cōtra omnes, & omniū cōtra eum. Hic est qui in expeditione sua sumptis triginta dierum cōmeatibus, cū domesticas possessiones regios q̃ reddituss maxime ex parte inter amicos distribueret, Perdicas vnus offerēte eo, nihil quicq̃ accipere voluit pet cōtatus q̃ ab eo, tibi vero Alexāder cęq̃d recepisti? Cū ille spes se sibi relinquere diceret: & nos inquit harū participes erimus. Sed quę tandē spes erāt quibus ille fretus, in Asiā transmittere exercitum decreuit? Pietatem in deos: fidem erga amicos, frugalitatē, cōtinētiam; aduersus mortē intrepidam expectationē: humanitatē: iogerēdis rebus celeritatē, & in primis adipiscēdę glorię proposituū. His igitur armis instructus: per fas & nefas singularis hic aper de silua: cornu nēpe illud insigne quod erat inter oculos hirci an potius hircus ipse: a deo spolia multorū regum multa coaceruauit: vt diuitias & reliquum eius instrumētum, multorum iuga dena milia & quinq; milia camelorū vexisse dicātur. Et hic est de quo dicit Plutarchus, q̃ frugalitate & fide in deos & ꝓposito glorię adipiscēdę armatus, tanta peregerit; tot vāstauerit regna: tā erga suos liberalis cōmilitones: ex sapru cyclopico & vita quā viuebat: dicens, Omnis locus quē calcauero, meus erit. Vos autē nihil tuleritis in via. Hic textus expositus est supra libro. 4. Cap. 10. & 11. **Et neminem per viam salutaueritis.** Non prohibetur prędicatoribus simplex salutatio, si quis occurrerit in via: quia Dñs Iesus iunxit se duobus euntibus in Emaus, & salutauit eos verbis pacificis, dicens, qui sunt hi sermones &c. Luc. 24. Iubet autē eos nō segniter obire sibi delegatā prouinciā, quibus eā grandis restabat vis, ne alicui obuij cōfabulatione effectātur ab iniūcto officio prędicationis: sicut dictum est Giezi ab Helisęo: accinge lūbos tuos, & tolle baculū meum in manu tua & perge. Si occurrerit tibi homo: ne salutes eum: & si salutauerit te, ne respōdeas illi. 4. Reg. 4. Dicūt Hebręi, q̃ Giezi ibat per viā, & occurrētibus dicebat, missus sum a domino meo, vt excitem puerum, vnde factum est, vt quia sero peruenit, puer nō surrexerit, quasi qui ita totus a calore refriguerit. Nō ergo salutationis sedulitas aufertur, sed obstaculū differēdę prędicationis. Tēpus enim tacendi & tempus loquēdi. In quācunq; domum intraueritis, vsq; ibi: appropinquauit in vos regnū dei, exposita fuit lib. 4. Cap. 10. & 11, hoc excepto. **Manducate quę apponuntur vobis.** Refertur autē ad illud, dignus est operarius mercede sua vel cibo, iuxta illud, ne obliges os boui trituranti. Deu. 25. Si nō boui trituranti, nū prędicatori euāgelizāti regnum dei? Vnde illud. Fili hominis Nabucodosor rex Babilonis seruire fecit exercitū suum seruitute magna aduersus Tyrum. Omne caput decaluatum, & omnes humerus depilatus est, & merces nō est reddita ei, nec exercitui eius de Tyro pro seruitute qua seruiuit mihi aduersus eam. Hieronym⁹. Ex eo q̃ Nabucodonosor mercedem accepit boni operis, spolia videlicet regni ęgypti: intelligimus etiā Ethnicos si quid boni fecerint: nō absq; mercede dei iudicio pręterire. Quod si de bobus cura est deo deq; coruis & gētibus idest de illis. 120. milibus, q apud Ionā nesciūt inter bonū & malū, merito & qui laborāt in area dei digni sunt mercede sua. Sed cum dicit, quę apponūtur, ad frugalitatem eos hortatur: ne videlicet nauseantes ad apposita, quod certe non fecerūt qui ex panibus hordeaceis pasti sunt, cępe & allia suspirēt, ortigometras, Numedicas, Meleagrides, Phasianus, & Cetebella struthionum ac gallinaceū lac, sed quę apponuntur: & sunt inuētu facilia. Augustinus sup Psal 103. Cū enim dixisset dominus. Māducate quę apponūtur vobis, ne illi dicerent, improbi erimus: ad mensas alienas indigebimus: vis nos esse ita frōtosos? Nō inquit, nō est illa donatio eorū sed vestra merces. Qui spiritalia semināt, debent carnalia metere, licet nō ea quęrant, sed hominis quęrant. Phil. 4. Sed tamē bos laborem arcę colerare nō potest: nisi interim de crimtra pascat. Quod ꝓsequitur, appropinquauit in vos regnū dei, docentur qd debeāt prędicare populus ad quos mittūtur, Ab eadē

anūtiatione

Marginalia: Deut. 20 · Esai. 17. · Psal. 67. · Luce. 10. · A · Alexander · Plutarch. · B · Gens. 16 · Danl. 8. · C · Alexādri. Diuitię · Deut. 11. · Luce. 10. · D · Eccs. 3. · 11. q. 3. ad mentiam. · Eze. 29 · Hieronim. · E · 1. Cor. 9 · Ion. 4. · Iuan. 6. · Augustin. · 1. Cor. 9

annũtiatione regni cœlestis Ioãnes anspicatus est prędicationē suam Matt.3. Et idē legimus de domino nr̃o Iesu christo, Matth. Cap. 4. Appropinquat regnũ cœlorũ suscipientibus apostolos, bono eorũ, qui

Matth.3

iustis suppeditauerunt necessaria facientes amicos de mamona iniquitatis. Luc.16. Et conuenit iterum turba ita vt nō possent neq; panem manducare. Et cũ audissent sui, exierũt tenere eũ.

Esai.54

Dicebãt enim: quoniã in furorē versus est. Quo sermone impletũ est illud, lauda sterilis quę nō paris, quoniã multi filij desertę: magis q̃ ea quę habebat septē viros, Matth.22. Et infra Ego sternam

Ephe.2

per ordinē lapides tuos, & fundabo ee in sapphyris. Christo igitur fundamento ecclesię de quo Paulus, fundamẽtum aliud nemo potest ponere, 1. Cor.3. Vt sup̃ edificarẽtur cõueniebãt turbę tãto studio audiendi verbũ dei: vt dñs Iesus nō fuerit ociũ vel cibum necessarium sumẽdi, quia vere dixit spiritus sanct9

Ioan.11

expediebat vt vnus hō moreretur pro pplo, ne tota gēs periret. Aperiebat ergo noster nazareus Ioseph

Genes.41.

horrea sua, & vẽdebat ægyptijs frumentum. Dicamus & nos. Omnes gẽtes venite, & qui non habetis argẽtum, emite absq; vlla cõmutatione vinum & lac. Esai.55. Nũc autē si requiras a me cui opi pasto-

3.Regũ.18

tes nostri nauãt opas suas (nō omnes: absit) forte aut stertũt cum Iona, aut curias terũt cum sacerdotibus illis, qui pascebãtur de mẽsa Iezabelis An quod magis credibile est, cotidie captãt secretũ horarium

Domitianus.

cũ Domitiano: quo tēpore nil aliud agebat: q̃ muscas captas stillo cõfigere, nesciẽs interim grex sibi cõmissus vtrũ albus esset an pullus. Nam q̃ muscas captabat, exercebatur vt bonus carnifex ad lanienam & inuestigato nouo quęstionis genere (o atrocem cerbetũ) quosdam distorsit, immisso p̃ obcena igne. Hic est qui summa impudẽtia: cũ procuratorũ suorum noie formalem dictaret epistolã, sic cępit, Dominus & deus noster sic fieri iubet. Vidisti mõstrum horrẽdum Romanũ? Audi exẽplar cœleste. Irruebat tã

Psal.44.

to studio turba pmiscua vt audiret verbũ christi, in cuius labijs effusa erat gratia copiosissima, spectaculũ certe dignũ visu (ardebat enim rubus nec cõburebatur: Exo.3) qui vt ne ieiunos dimitteret, ipsa cum suis tanq̃ bonus pastor ieiunus perstabat ad occasum vsq; solis: quia iuxta quod ipse dixit Ioan.4. Ego

Actuũ.10.

alium cibũ habeo, quē vos nescitis, nimirum salus credẽtium cibus sunt & potus saluatoris. Ita dixit & vicario suo: Petre occide & mãduca, quę a me iam sanctificata sunt. Cum autem omnia quę per eum gerebãtur (fama vulgãte) ad cognatos suos iuxta quod verbũ caro factum est delata essent, quibus imple-

Luce.4.

tis q; nota erat fragilitas eius: edebat enim & dormiebat, & cũ hominibus cõuersabatur (nemo autem pphet a acceptus est apud suos) de eius autē ęterna generatione nec per somnium opinabãtur, videbant autē eũ trahere post se turbas populorũ: noua quędam & admirãda docere, curare quẽuis morbũ idq; verbo, & gratia, demonibus impare & multa id genus opa, quę humanas vires excedũt quę oia cum potẽtię dei nō tribuerẽt, id reliquum erat, vt putarẽt in furorem versum, insani ipsi reuera, & phrenetici, qui demonibus imperantem in sanũ opinabãtur. In furore inquiũt versus est, p̃ extra se est: mẽti captus est. Id aũt dicebãt, cõferẽtes vitam Christi pręteritã cum tam repẽtina nouitate. Vsq; ad annos 30. Vacabat fabrili arti: litteras nō didicerat, Vnde audiẽtes q̃ doceret cũ magnitudine popularis coronę, cãt sunt in furorem versum &c. Cũ igitur essent cognati: sua inter esse putabãt id quod leges humanę permittũt vt mẽte (iuxta errorē suum ne insaniam) captũ & spiritu nascio quo arreptũ, in vincula cõijcerẽt dicẽtes, reuera in furorē versum est: idest dæmoniũ habet & furit. Quod si sui eũ arreptitium putant, q̃d putas de alienis? De hoc ita habes in actis cap.16. Eũtibus nobis ad orationẽ: puella quędã habẽs spũm

Chrysost.

pythonicũ obuiauit nobis, quę quęstum magnũ pręstabat dominis suis diuinãdo. Hec subsequuta Paulũ & nos, clamabat dicẽs. Isti homines serui dei excelsi sunt. Ad hec Chrysost. Sup̃ illud. 1. Cor. Cap 12. Scitis quoniã cũ gẽtes essetis. in idolis siquis vnq̃ ab immũdo spiritu depręhẽdebatur & vaticinabatur tanq̃ ductus trahebatur a spiritu deuinctus: nihil sciẽs quid diceret. Hoc enim vatis pprium est, mente cõmoueri & necessario compelli, & trahi tanq̃ furẽs percitũ. Propheta autē nō eius modi est, sed sobria

Num.22.

Plato

mẽte & firma & modesta loquitur, oia vt decet nouit & nō vt asina Balaã. Hoc inquit ita esse vos scitis, q̃ cũ gentes essetis, ad simulacra muta ducebamini &c. Vnde Plato. Sortilegi & vates dicũt quidem multa & bona: sciunt aũt nihil eorũ quę dicũt. Dicitur pythia mulier quędam sedere in Apollinis tripode deductis cruribus, inde malus spiritus deorsum redditus & p̃ genitales eius partes trãsiens: furore mulierē implere. Hãc autē crinem soluere, & debacchari, & spuma ora p̃fundere, ebria & insana verba proferre. Tanq̃ igitur ad harum rerũ nō ignaros, nō omnia diligẽter exequitur, cum nollet eos perturbare, sed tãtum in memoriã reducit, compẽdio vtens. Femina hec vocatur. 1. Reg. 28. Corrupto nomine habẽs spiritũ phytonicũ, dicendum aut pythonicum idest ventri loquũ. Grece autem, eugastrimythō. De hoc Leui. Cap. 20. / Deut. 23. / 1. Parali. Cap. 10. Vide textum. Item. 4. Reg. 21 / Esai. Cap. 8. & 19. In his omnib9

Nabrissẽsis

Pythones

locis / pro / phiton, phitonicus, phitonissa, inquit Nebrissensis noster, in greco est, eugastri mithos: q̃ gaster grece vẽter est, (vnde gastri marchia, quod corrupte dicitur castri marchia) mithos autē fabula siue verbũ. Sequitur de Antonio Nebrisensi. Videamus nũc vnde sic necromãtici dicãtur pythones: siue pythonis spiritũ habere. Est apud poetas fabula celebris, q̃ post diluuiũ sub deucalione terra madefacta, genuit immẽsę magnitudinis serpẽtem, quem dixere pythonem, dictũ a pythin quod est putrescere, ex

Sabellicus

eo q̃ ex terra putri sic ortus: aut in putredinem solutus. Hũc Apollo traditur sagittis cõfecisse. Verũ pytho hic iuxta sabellicum homo fęrus sera & prędonum principe. Nã cum latona ax calcidę eubocę ciuitate Dianã & Apollinem in Delphos transportaret, euenit forte vt iuxta specum in quo pytho (siue homo siue serpẽs: nō refert) latitare dictus est, prętereiret. Vbi vero iam prosiliens pytho, impetu ferretur in filios: Latona mulierũ more territa, filij auxiliũ inclamauit, his verbis. Iaculari fili. Ibi Apollo qui tũc forte gestabat arcum: misso telo pythonē interemit. Hinc Apollo victor iuxta Lucanũ in quinq; instituit sacros celebri certamini ludos, pythia p̃ domitę serpentis nomine dictos. Hinc pythius Apollo & pythię

Apollinis

Apollinis vates, quę illius spiritu raptę, futura aut occulta dicebāt, sedētes in tripode ex corio eiusdē ser petis induto. De pythia sacerdote Strabus de situ orbis libro. 9. Auctores inquit certi memorāt, diuinum ipm domiciliũ ,pfundam esse speluncam nō admodum ore lato patētem, inde auram quidē terreni sacro efflante numine, excelsum autem ostio imminere tripodē, quem cū pythia conscenderit, hausto diuinationis spū/dei respōsa referre & metro & oratione soluta. Ibi vates factus est Apollo, imo vatū quoq numē. Nam quattuor rex maxime decernūtur illi, diuinatio, sagittādi pericia: musica, & ars medica mētaria. Hec diximus cum bona venia sancti Thomę: quem vide: 2/2. q. 9. Art. 3. Veritas enim habet vt diximus hoc. Sed & fęminas has diuinatrices quas diximus engastri mythos appellari: philochorus in 5. De diuinatione libro scribit, solitas quoq fuisse carminibus mortuorum animas ex inferis excitare, Vide Hieronymū super Esai. 29. Ibi: erit quasi pythonis vox tua, per quę inquiens verba significat necromātiam, ,p quā animas euocare dicūtur & tenues vmbrarū imo dęmonum audire voces. August. Steuchus. Ventri loquę mulieres etiā tempestate nostra vidimus, quibus sedētibus, vocula quędam ab earum pudēdis excitabatur, respōdebat q sciscitātibus, ipse q audire volui, nō q vllā fidem his adhiberem: sed vt dęmonū pręstigias cognoscerem. Impurissimus enim dęmō impurissimā & fędissimā elegerat partē in qua versaretur, & inde respōsa efferret. Hec ,p excessum dixisse videbimur, exponētes illud, in furorē versus est, quę tamen non ingrata puto fore scripturæ sanctę candidatis. Sequitur.

Strabus. Philochorus. Hierony.

A

Caput. ix. De homine a dęmone possesso cęco & muto qui a dño sanatū est, dicētibus phariseis, christū dñm in potestate beelzebub eiicere demonia: aliis signum de Cœlo querentibus. Qui multis argumentis confunduntur a domino. De q peccato in spiritum sanctum.

B

TVnc oblatus est ei dęmoniū habēs, cęcus & mutus, & curauit eū ita vt loquęretur & videret/iuxta Matthęū/ Et cū eiecisset Dęmoniū stupebant omnes turbe & dicebant. Nūquid hic est filius Dauid? De pęni. Distin. 3. Sunt plures. Pro cęco & muto iuxta Matthęū grece est typhlos & cophos, cęcus & mutus: q & cophos grecis surdum significat, ob id opinor, q qui natura surdi sunt, iidem & muti sint oportet. Heret aūt oratio superioribus. Nā sicut patebit in cōsequentibus: scilicet erat incertum studia in cōtraria vulgus. Sui enim sicut dictū est, tati dñm in furorē versum vincire voluerūt. Et hoc tā impiū iudiciū a suis sustinuit dns, qui dei virtus erat & dei sapiētia. Pars populi erat licet dubitabat visis miraculis, nū ipse esset ille Christus filius Dauid, de quo dicitur, de fructu ventris tui ponā super sedem tuā. Pharisęi qui legis sciētiam profitebātur cecorū duces cęci, cōstanter asseuerabāt: dominū Iesum coopante Beelzebub dæmones pellere. Sūt inquiūt opa huius hominibus maiora, verum nū absq Theso, sed pręsidio principis tenebrarū ea ppetrat. Reliqua pars populi aliā necēit calūniam: illa signa terrena esse & inferiora signis factis a Mose in exitu israel de captiuitate Mizraim, minora inquā q ea q fecit Iosue, Samuel vel Helias. Nā Moses decem plagis flagellauit Mizraim mare diuisit, e petra aquā vni exercitui ,pduxit &c. Nū. 20. Iosue vnico verbo solem stare fecit & lunā die integro Samuel sereno tempore pluuias exciuit & fulgura. Helias ignem de cœlo deposuit, 4. Reg 1. Cōtra elemētī naturā, & cælum tribus annis clausit. 3. Re. 17. Tētantes igitur potētiam eius, signū de cœlo quęrebant (quasi credituri si vidissent) id facibus calūniaturi, vt pote magis remotū a sensibus, de quo tamē si doceri volebāt: audiāt Ioānem dicētem Ioan. 1. Luc. 3. Vidi cœlos diduci & vocem patris audiui dicētem, hic est filius meus, nō fabri nescio cuius. Deni ,p eo moriēte viderūt solem ęternam noctē minari orbi, ipsis pascha suum celebrātibus cum Barraba. Inter tot igitur voces ac sibila serpētum & insanorum iudęorū, quos afflatu suo repleuerat is q opatur in filiis incredulis: & qui semp errāt corde. ps. 94 Suscitauit & spiritus sanctus ip im fęmine vniusquę typum gerit ecclesię, hęc enim ex tollens vocem e medio turbarum, omnes has cōpressit calūnias dices. Beatus venter qui &c. Sed ad rem. Quattuor signa simul sunt in vno homine ,pperata. Cęcus videt, surdus audit, mutus loquitur, possessus a Dęmone liberatur. Vias igitur ad fidem occluserat Dęmon: oculos: aures & linguam, Vere ergo dixit propheta: q multa sunt flagella peccatoris: eorū aūt maximum illud est iuxta Augustinū, vt moriēs obliuiscatur sui hoc est mutus moriatur, qui quādo potuit cōfiteri/noluit. Ita dicit Lucas cap. 10. Abierūt latrones, semiuiuo relicto, plagis impositis multis. Quoniā tacui inquit, inueterauerūt ossa mea, dum clamarem tota die. Augustinus. Quid tacuisti? Quid clamasti? Tacui peccata, ebuccinaui merita cum pharisęo illo censore orbis totius. Vbi clamasti, vbi tacuisti? Peccata predicaui sicut Sodoma in triuiis & desiexibus viarū tacui autē apud eum qui claues habet & potestatem ligandi & soluendi. De huiusmodi igitur sequitur in eodē Psalmo. In chamo & freno maxillas istorū cōstringe. Vidisti hūc hominem cęcum & mutum? Chamo & freno cōstrictus est, vt discat iuxta apl̄m nō blasphemare: ideo enim Satanę traditus est. Cum eñ audis mutū: hominē effrenem & trilinguem infrenatum intellige, vt discat cōfiteri peccata, tacere merita, tacere peccata. Possumus autē dicere iuxta Chryso./q frenum hoc quo satanas peccatorum ora cōstringit, verecūdia sit, quę hominē mutum facit, & maxime fęmineū sexum. Ante peccatū inquit liberi sumus verū sequi velimus an Christum, vitam/vel mortem. Quod si semel Satanas freno suo ora nr̄a cōstrinxerit: deinceps sicut nauis fracto gubernaculo: pręcipites agimur: quo nos manū insedētis impulerit sicut asinam suam Balaā: nisi interim aliquis angelus magni cōsilii ingressus os nr̄m, soluat linguā nr̄am

Matt. 12. Marc. 3. Luce. 11.

C

Psalm. 131. Matt. 15 Prouerbiū

Iosue 10 1. Reg. 12

Matt. 27 Ephes. 2

D

Psal. 31. Augustin Idem Luce. 18. Esai. 3.

E

1. Timo. 1 Chrisosto. Num. 22

vt dicamus

vt dicamus, cur percutis me ecce iam tertio? Multa enim flagella peccatoris. Sicq; pro Balaã idest satana succedat ascẽsor rex pacificus, dicens. Laude mea infrenabo te, ne pereas. Illud interim annotandũ, quo modo mẽdatij inuentor qui serpentis natura mutos loquaces facit, hominẽ loquela a natura prẽditũ fecit mutũ. Nũquid nõ serpentina vox est illa, in Beelzebub ejcit dęmones? Videmus autem quomõ rem vnã & eandem diuersa specula diuersi mode representãt. Ita nũc alij mirãtur opus dei insigne: alij parui ducũt, alij blasphemãt, alij extollũt, alij cœleste signum petũt. Vt merito Pittacus philosophus rogatus ab Amase rege ægypti, vt ex oue quã illi dono miserat rex, remitteret ei optimã & pessimã partẽ linguam rãtum miserit. Nimirũ iuxta Iacobum lingua est fons de qua amarũ & dulce simul emanat calidum & frigidũ iuxta Satyrum illũ, vita & mors iuxta Salomonem. Prob. 18. Ad hec Augusti. Nõ est credẽda cõuersa fuisse anima serpẽtis in animã rationalẽ, cũ loqueretur Eug. Quãdoquidẽ nec ipsi homines quorũ rationalis natura est cum dęmõ in eis loquitur ea passione cui exorzista requiritur, sciũt quid loquãtur. Nã quod serpẽtes putãtur audire & moueri ad verba Marsorũ, etiam illic diabolica vis operatur. Et iã hoc nõ parua testatio est, naturã primitus humanã serpentis esse seductã colloquio. Gaudent enim dęmones (o gaudi ĩ amatum) hãc sibi potestatẽ dari, vt ad incãtationem hominum serpẽtes moueãt, vt quolibet modo fallãt quos possunt. Hoc autẽ permittũtur ad primi facti memoriã cõmendãdã ꝙ sit eis quę dam cũ hoc genere familiaritas. Cęterũ tãdiu dęmones loquaces fuerũt, quãdiu verbũ patris nõ affuit. Amõ autem cęca sunt muta & surda idola gẽtium, dicẽte Esaia. Bene quoq; aut male si poteritis facite & sciemus, ꝙ dij estis vos. Hierony. Nõ ꝙ dęmones assidẽtis idolis mala sępe nõ fecerint sed ꝙ nisi cõcessa eis fuerit potestas a dño, hoc facere nõ possunt. Siue hoc dicẽdum, ꝙ multa simulacra hominũ muta & insensibilia, nec bene possunt facere, nec male, nec pręterita nosse nec futura. Ventura inquit dicite nobis, Quo verbo significat post aduẽtum domini oia idola cõticuisse. Quę si aliquid habeãt pręscienciç cur de Christo nihil potuere pręedicere, nihil de ruinis & abolitione tẽplorum? Quod si aliqua prędixerũt, semper mẽdatium cõiunxere veritati, & sic sentenciam tẽperauerunt, vt seu boni seu mali quid accidisset, vtrũq; possit intelligi, vt est illud pyrrhi regis Epirotarum, Aio te Eacida Romanos vincere posse. Et Crœsi/Crœsus trãsgressus halym, magna regna perdet. Dicit autẽ S. Thomas. 1. p. q. 89. Art. 4. Dęmonas (forte autẽ intelligit de istis laribus qui nõ raro vel vidẽtur vel sentiuntur domi) facere aliquas leuitates: vt sint familiares hominibus, quos conãtur decipere. Eo enim tendũt eorum fallacię, siue ludãt siue illudãt, siue taceãt siue loquãtur. Et reuera (mea quidẽ sentẽcia) valde in hoc iudicia dei incõpręhẽsibilia vidẽtur, vt angelus qui signaculũ similitudinis dei dicitur, plenus sapiẽtia/ & cętera, eo demẽtię atq; cęcitatis deuenerit: vt forma assumpta vel catuli vel musionis siue puelli, illudat dormituris, vel dormiẽtibus opimenta detrahẽdo: parietes vnguibus exaret, nucib9 ludat, modo virum agat, mõ trãsformetur in fęminã: quę licet Augustinus nõ diffiniat, dicit tamẽ ea multorũ viridica voce prędicari, vt videatur impudẽtię esse hoc velle negare. Ad hec Chrysost. Quẽadmodum canis assistens mẽsę, si viderit hominẽ vescẽtem sub inde aliquid eorũ quę in mẽsa sunt ipsi projcientem, manet assidue & mẽsam sub inde repetit, quod si semel atq; iterũ sic astiterit: vt discesserit nihil adeptus, ptin9 abstinet veluti qui operam ludat. Itidẽ & satanas iugiter fores nostras pulsat Gene. 4. Verũ si pergas virtutis viam terere: abscedit. Tamẽ licet ipse nõ esuriat: nihilominus quia semper nocẽdi cupidissimus est, more prędonis suis cibaria prępparat, de quibus dicitur, sabbęi fecerũt tres turmas &c. Iob Cap. 1. Ne igitur credas ei mag is q̃ mures musioni mortem simulãti: & appẽso e ostij pessulo. Erat inquit Dęmonium: & illud erat mutum. Et forte dęmõ iste ille est de quo scriptũ est, egrediar, & ero spiritus mẽdax in ore omnium prophetarũ. Gregorius. Dęmõ fingens se pegrinum: clamat vespere: & traducẽs epm fortunatum virum sanctum, quasi eum eps domi nõ exceperit: a quodã viro exceptus est. Cõfabulantibus autẽ illis ad prunas, demõ filium hospitis in prunas pjecit, & occidit: & disparuit. Si huius causa quęritur inquit Gregorius, dicẽdum ꝙ multa videntur bona, quę nõ sunt: q̃a si oculus neq̃ est, totũ corpus tenebrosum erit. Arbitrãdum est ergo: hũc virum nõ pietate per motũ, pegrinum suscepisse, sed vt detraheret epo suo: vt melior a illo fecisse videretur, Accepit igitur mercedẽ operis sui. Satanas enim semper circuit, quęrẽs cui noceat. Presbyter de agro veniẽs: vir bonus iuxta ac religiosus, negligẽter dixit seruo: veni diabole discalcia me. Mirabile dictu, horrẽdum visu, mox affuit satan, & statim cęperũt corrigię calciamentorũ & caligarum mira celeritate solui, & dicto citius, vnde presbyter expauescẽs, clamauit. Recede miser, non enim tibi sed mãcipio meo loquutus sum, Quo iure corrigi potest (inquit Gregorius) antiquus hostis q̃ tã presto est factis corporalibus, q̃ nimis insidijs nostris cogitationibus insistat. Refert enim alias idem Gregorius de puello annorũ quinq;, qui propter blasphemias e sinu patris raptus est a dęmonibus. Mox enim vt eius animo aliquid obstitisset: maiestatem dei blasphemare cõsueuerat. Itaq; vidit mauros nigros ad se rapiẽdum venire, idq; cum recũbens in sinu patris: diceret, & nomẽ dei blasphemaret: animam reddidit. Qui igitur hũc miseru puellum blasphemare docuerat, is est qui nũc mutus refertur, cuius caput S. Margarita aliquãdo calcauit. Tãta autẽ est vicinitas silẽtij & sapiẽtię, vt etiã stultus si tacuerit: sapiens reputetur, imo dęmõ si tacuerit homo reputabitur. Prober. 17. Et sicut dicit sapiẽs quidam: silẽtij habemus magistros deos, loquẽdi homines. Nam dñs dixit. Sit sermo vester est, Est. Nõ Nõ. Et Paulus e tertio cœlo reuersus, nõ licet inquit homini loqui. Et mirabile est: vt quid audiuit arcana illa verba, si nulli erat loquutu us. Sed tẽpus tacẽdi & tẽpus loquendi. Ambrosius. Sicut olim dictum est satanę de Iob animam illius serua, ita nũc dictum est caco dęmoni huic, linguam illius serua. Quanta vis Christi: vt custodia hominis imperet etiam ipsi diabolo, qui semp vult nocere: sed vel inuitus prędę suę fit custos & obsequẽdat mãdatis cœlestibus. Nã alioqui si nõ seruasset linguam huius, iam illã certes cõmãducasset

prę dolo-

Esai. 48

Gene. 3.

Pittacus

Augusti.

Iaco. 3.

Hieronim

S. Thom.

Eze 28

Augustin

3. Regũ. 22

Gregori9

Matel. 6

Exemplũ

Aliud

2. Cor. 12

Eccs. 3.

Ambrosi.

F

G

H

K

pre dolore, sicut legis in Apoc. Cap. 16. Nã & mustella aliquãdo ingressa officinam fabri ferrarij limam offendit, quã circũlambebat, vrgente fame. Rasa igitur lingua: sanguis multus ferebatur, hec aũt ignoraba tur: rata ex ferro aliquid auferre, donec gliscẽte gula: linguã suã penitus absumpsit. Clemẽter igitur egit dei prouidẽtia cũ hoie isto blasphemo (vt ego reor) adhibẽs ei sue linguæ frenũ & custodẽ demonem, vt p eum torqueretur, cuius impulsu peccauerat. Vt autẽ meritas penas exoluit, solutũ est vinculũ linguæ sue: & loquutus est: & admirate sunt turbe, q iam Saul maledicus esset inter pphetas. Hieronym. Rem loquor in auditã: ex vno hominis ore diuerse voces & quasi cõfusi ppli clamor audiebatur, & loquitur

A Hieronimus de quodã demoniaco, quẽ sanauit. S. Hilariõ. Forte enim & iste obsidebatur a legione integra, sicut refert Marcus cap. 5. Et cũ tot essent intra hoiem (mirabile visu) vnus tãtũ loquebatur, tãta est cõcordia eorũ in malo. Memor esto illius satyri. Leotychidas ad eũ qui dixerat, demarati filios ipi maledicere, p deos inquit nihil miror: ne p enim illorũ quisquã benedicere posset, nisi forte psuasum est illis me mortuũ esse, nã viuendi nulli pepercerunt, quãdo autẽ parcerent, quãdo & de deo male loquuti sunt. Lisander ad quẽdam in se cõuitijs debachantẽ, dic inquit frequẽter, o bone dic, nihil omittas, si forte tuũ ns malis animũ quibus esse videris euacuare possis. Sed linguã iuxta Iacobũ nullus hominum domare potuit, cũ naues grandes vnico gubernaculo circũducantur equi aũt feroces vnico freno. Quia ergo linguã hõ domare nõ potest, quia nõ vult, Diabolũ accipit sessorem, vt vexatio apiat intellectũ. Eo aũt eiecto admirãtur turbe dicentes. Nũ hic est filius Dauid? Nã Messiam futurũ ex semine Dauid, nemo fere ignorabat ex iudeis, quãdo & ceci ipi clamabant: miserere nri fili Dauid. Imo mulier Cananea que nihil de scripturis diuinis audierat, eadẽ verba inclamabat Matth 15. De hoc habes Matth. 22. Quidã autẽ ex

B eis dixerũt. Hic nõ eijcit demones nisi in belzebub principe demoniorũ, & Beelzebub habet. Iuxta Marcũ. Quib⁹ v̄bis iuxta Hieronymũ, Christũ dñm diabolũ dicebãt, & cũ videret eũ in virtutibus deũ, Beelzebub calũniabantur in factis & hoc est peccatũ in spiritũ sanctũ, sicut dicetur. Euthealtici & epileptici nũ talia iactabãt. Ita dicit Chrysosto. Talia opa faciens, talia ab eis verba audiebat. Siquidẽ & de genere ei detrahebãt, fabrũ vocantes, itẽ de patria, quia a Nazareth nihil potest esse boni. Ioan 1. Itẽ de cibis, vocantes voracẽ. Denicq; neq; in cruce pẽdenti pepercerũt dicẽtes: Vah qui demoliris tẽplũ dei. Matth. 27. Sed & sepulto dño, seductor inquiũt ille &c. Dicẽtes vero in principe dæmoniorũ &c. Illud o s̄ñdit esse inter demones principatus, sicut dicitur ipe est rex super oẽs filios superbie. Et rursus. Nũc princeps mundi huius eijcietur foras. Ioan. 12. Et Paulus rectores vocat tenebrarũ harũ de quibus dicitur, hec est potestas tenebrarũ. Luc. 22: Vidisti vero linguam mortifero tinctã veneno, igne inflãmatam gehennali/quo mal tie culminis euecta sit, quẽ enim demones cõfitentur dicẽres, venisti ante tẽpus, vt torqueas nos, hũc eundẽ iudei in lege versati Beelzebub habere testantur. Sed his pestibus

C qui dicũt malum bonũ, lucẽ tenebras & dulce amarum, plenus est mũdus. Tiberio sedulo inquirẽti de quodam qui male de Cesare Augusto sentiebat, id vt Cesar resciuit, ita Tiberio rescripsit. Etati tue mi Tiberi noli in hac re indulgere: & nimiũ indignari queq̃ esse, qui de me male loquatur, Satis est enĩ si hoc habemus, ne quis nobis male facere possit. Vocẽ reuera dignam tanto principe. Pyrrhus in Ambracia vt quẽdam maledicum pelleret p̄cantibus, respõdit potius ad paucos illic manẽs, q̃ circũiens apud multos de nobis obloquatur. Tu autẽ memor esto versiculi illius: dixi custodiã vias meas, vt nõ delinquam in lingua mea, vana est enim religio eius, qui linguã suam nõ frenat, nõ refrenat Iaco. Cap. 1. Et alij tentãtes signũ querebant ab eo. 25. q. 2. Si ea. Ipse aut vt vidit vel sciẽs cogitationes eorũ dixit eis, Omne regnũ diuisum aduersus semetipsum: desolabitur. Matth; us/ & omnis ciuitas vel domus diuisa cõtra se, nõ stabit. Lucas, & domus supra domum cadet Marcus, si regnũ in se diuidatur: nõ potest regnũ illud stare. Et si domus super semetipsam dispartiatur, nõ potest domus illa stare. Si autẽ satanas consurrexerit in seme

D tipsum: dispartitus est, & nõ poterit stare, sed finẽ habet, Satanas accipitur p tota vniuersitate demonũ. Lucas. Si autẽ & satanas in seipsum diuisus est: quomõ stabit regnum eius (Idẽ dicit & Matthęus) quia dicitis in Belzebub eijcere me demonia? Omne regnũ primaratio qua pbatur vnum demonẽ nõ expelli ab altero. De Origene huius dominis Beelzebub ita dicit Hierony. Primũ omniũ Asie regnasse Ninum Beli filiũ omnes Grece narrãt historie, qui niniuẽ condidit sui nominis ciuitatẽ, cuius vxor semiramis muros extruxit Babylonios Hic aduersus zoroastẽ magnum regẽ Bactrianorũ forti certamine dimicauit, & in tãtam peruenit gloriã vt p̄rem suum Belum referret inter deos, hebraice Bel. Phenices & sidonij apellãt Baal, interpotetes haim. Didicimus exordium dæmonis imo hominis in deũ cõsecrati. Oĩa enim idola ex mortuorũ errore creuerũt. Hũc igitur Belum qui & Saturnus Moabite Beel phegor vocabãt: iudei vero vnius dei cultores: irridẽtes gentiles, eundem Beelzebub vocabãt. Baal enim vir dicitur: zebub musca tanq̃ muscarũ deum, propter sordes cruoris pe

E cudũ in tẽplo eiusdẽ immolatorum. Hũc deum siue demonem qui cõsulerent de salute sua nũtios misit Ochozias Rex israel. 4. Reg 1. Huius simulacro iuxta opionẽ Hebreorum presidebat demonũ princips & caput. De hoc autẽ quod dicit, alij tentãtes, dicetur infra. Ita p dñs non ad verba sed ad cogitationes pharisęorum respõdit, vt vel sic cõpellerentur credere potẽtie eius qui cordis videbat occulta, quod soli dei est. Omne regnũ inquit in se vel cõtra se diuisum: desolabitur. Hec est prima ratio, qua probatur vnũ demonem nõ expelli ab altero. Quomodo enim cõcordia parue res crescũt, sic discordia maxime dilabũtur. Vnde iuxta Boetiũ vna queq; res tãdiu est: quãdiu vna est. Secta aliquãto regnũ iudeorũ in duo regna diuisum, quia a dño factũ est verbũ illud, sicut habes. 3. Reg. 12. Nihilominus tamẽ vtrũq; regnũ sublatũ est, quia diuisum. Alterũ enim omnino defecit, sicut habes. 4. Reg. Ca. 18. Alterũ in q̃ttuor partitũ est tetrar.

Mustella. 1. Reg. 19. Hierony. Memor esto illius Satyri. Leotichides. Lisander Iaco. 3. Esai. 7. Matt. 20. Hieronim. Chrisosto. Matt. 11. Iob. 41. Ephe. 6. Iaco. 4. Esai. 5. Augusti. Pyrrus. Psalm. 38. Ninus. Hierem. 17. Boetius.

est tetrarchias, de quo dictũ est Luc.3. Roma quę a principio suę fundationis tres tãtum tribus habebat quasi tres paruos greges caprarũ: eo gl'ię opulẽtięq; euecta est: ꝓpter cõcordiã: vt Babylõ vocetur a Petro apostolo, 1. Pe. 5. Regnũ autẽ Romanum aliquãdo ad decẽ viratum: aliquãdo ad triũ viratũ, aliquãdo & ad duum viratũ deuolutum est, sed parũ stetit, quia omne regnũ diuisum desolabitur. Non enim vel in initio suo a duobus fratribus tegi sustinuit: sed fraterno cruore fundamẽta vrbis iacta sunt. Ita dixit Alexãder Dario imperatori oriẽtis. Nec cœlum sustinere põt duos soles, nec orbis duos imperatores. Ab initio quidẽ cum Nerua primus aliiq; postea simili exẽplo ducti, sibi consortem imperij delegissent duo interdũ principes eodẽ tẽpore extitere, qui se Romanorũ nuncupabãt imperatores. Postea vero q̃ Cõstãtinus relicta Roma ad oriẽtem descẽdit, factum cõsuetudine est, vt diuisum illud Oriẽtis, hoc occidẽtis impium diceretur, Fęde deinde vastãtibus Italiã Barbaris tẽpore Odoacri Tocilingorum Regis q̃ Augustulũ bello superauit, sublatũ impium, tercẽtum & triginta annis in occidẽti cessauit vsq; videlicet ad Carolũ Magnũ: quem a Leone põtifice impatorẽ legimus appellatũ. Cum autẽ impatoria dignitas apud priscos Romanos lõge inferior regia dignitate fuerit, merito quęritur: cur deinde impatoriũ nomẽ in tãto precio habitum sit, Diceretur forte, q cum illi qui respublicę Romanę rotiq; pene orbi dominabãtur, se nuncupatẽt impatores, forte posteri credidere: sicuti illi potẽtia cęteros ante ibãt, sic etiã nomẽ quo vtebãtur reliquis oibus pręferẽdum esse. Nec tamẽ dicimus, regnũ diuisum esse quãdo a multis regitur, quia & manus nõ ideo minus apta est labori & necessarijs opis, quia indigitos distribura est sicut videre est in illis. 70 senibus qui dati sunt Mosi in subleuationẽ oneris. Nume. Cap. 11. Sed regnum illud diuisum dicitur, quãdo quot capita sunt in eo, tot sunt & sentẽtię vel opiniones. Quomodo dixit Demarachus Corinthus Philippo regi percõtãti, quo nã modo Gręci mutuã inter se agerẽt cõcordiam Tua minimũ inter est inquit Philippe Gręcię curã suscipere, qui tot discordijs atq; calamitatibus propriã cumulasti regiã. De vnitate autẽ ita dicit ꝓpheta. O q̃ bonũ & iocundum habitare fratres in vnã arcã Noe. Genes. 7. Sicut fragmẽ inquit mali punici labia tua. Quot enim vides per orbẽ ordinata collegia aut Cęnobia habitare in vnũ: tot intellige mala punica, quę ex horto illo allata noscuntur, in quo erat cor vnum & anima vna. Omne autẽ regnum, ciuitas, domus, aut cõgregatio etiã si sit angelorum in qua sonuerint voces ille, ego sum christi: ego luciferi (Apoc. Cap. 12. Vide) Ego Pauli, ego autẽ Cephę nõ diu stabit. Quod si regnũ quod multorum cõsilio fulcitur: multorũ armis munitur: semel tamen ingressa discordia: diu stare nõ potest, nisi discordię auctores cito tollatur e medio, sicut patet in Absalone, 2. Reg. 18. Et Seba. 2. Re. 19. Regnum demonũ quomõ subsistere putamus diu posse, si demones cõtra demones pugnãt, qui nõ prudẽtia & cõsilio in rebus gerẽdis sed furore ducũtur: in omne malũ pręcipites: Nunc autẽ a deo cõcordes sunt in tuendo regno suo quod tyrannide parauerũt, vt legio integra demonũ summa cõcordia intra castrũ vnum eorũ vigiles pstẽt. Qui si forte fortuna electus fuerit vel vnus septẽ qua data porta reuertũtur. Certe si demõ inimicus est demoni, deberet iã venire mundi cõsummatio. Nec enim haberẽt in eo locũ cõtrarię potestates, quarũ inter se bellum & pax hominũ est. Nũc autẽ cum tot bella quoquouersum pullulẽt: vẽtis quattuor cõturbãtibus hoc mare magnum: regib9 internam hydrã impugnãtibus sed frustra, quomõ putamus demonas cõtra se pugnare? Quomõ inquit dicitis in ꝑncipe demonũ eijcere me dæmones? Vnde ergo illud: Adora corã me: & tua erũt oĩa hec q̃ cernis? Lu. 4 Si autẽ in Beelzebub eijcio demonia: filij vestri in quo eijciũt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. 1. q. 1. c. Bos, secunda ratio. Si inquit hoc vobis suggerit odium quo in me fermini, me opera & adiutorio demonis demones ab obsessis pellere: hi iuuenes discipuli mei, filij itẽ vestri: quos vidistis itidẽ factitãtes, cui9 ope, quo vel deo vel homine vel demone vel Thesęo inuocato, dæmones expellũt? Certe nomine meo: dicẽre Luca: in nomine tuo etiã demones subijciũtur nobis, ideoq; his iudicibus cõdẽnabitur incredulitas vestra. Hilarius. Digne in illos iudices cõstituti sunt, quibus id dedisse potestatis Christus aduersus demones reperitur, quod ipse negatus est habuisse. Sed iudęi iuxta Chrysostomũ non rem ipsam idest expulsionẽ demonũ, sed ꝑsonã persequebãtur. Ad hec Origenes sup Num. 22. Primo oium fatẽdum est, in quibusdã plus posse & plus valere verba q̃ corpora. Quia quod exercitus multarum gẽtium nequiret efficere, quod ferro & armis nõ posset obtineri, hoc verbis efficitur, & nõ dico sanctis verbis, sed verbis quibusdã quę inter homines habẽtur, quę quomõ nominẽ nescio, sunt tamẽ inutili arte cõposita, cuius artis vocabulum illud est, quod vnicuiq; appellare libuerit. Certe incãtatores ægypti virgã in serpẽtẽ verterũt verbis, quod tamẽ nulla fortitudo vel gẽtis exercitus facere potuisset, vel aquã in sanguinem vertere. Veruntamẽ virgã in serpẽtem versam in virgã rursus vertere nõ potuerunt, itidẽ de aqua in sanguinẽ versa. Balaã igitur famosissimus erat in arte magica, & in carminibus noxijs prępotẽs, sed ad malum nõ ad bonum. Et ideo quasi expertus in talibus, in opinione erat oibus qui erant in oriẽte. Nisi enim experimẽta eius plurima pręcessissent, q frequẽres hostem maledictis vertisset armatum, nõ vtiq; pręsumpsisset rex Balach, hoc posse fieri sermonibus, quod ferro & acie vix posset impleri. Certus ergo Balach de hoc, & frequẽter exptus, omissis oibus quę ad apparatũ pertinẽt belli, mittit ad eum legatos dicẽs, ecce populus exiuit de ægypto &c. Sed & amplius aliquid puto q mouerit regem. Videtur enim audisse q filij israel hostes vincerẽt oratione nõ armis: nec tam ferro q̃ precibus, sicut expresse habes Exo. 17. Et dixit Moab ad seniores Madian. Hunc ablinget synagoga. Hec omnes qui in circuitu modo sunt: sicut ablingit vitulus herbã campi. Aiebat super hoc hębreus quidã ex ijs qui crediderãt. Cur inquit tali exẽplo vsus est? Quia sicut vitulus ore herbã abrũpit de campo: ita & populus hic quasi vitulus ore & labijs pugnat, & arma habet in pręcibus. Habet igitur sciẽs Balach, mittit ad Balaã vt & ipse deferat verba verbis cõtraria & pręcibus pręces. Nec mireris si est in arte magica tale aliquid.

Roma. Alexander. Carolus. Imperium. Demarachus. Psal 132. Canti. 4. Actuũ. 4. 1. Cor. 1. Marci. 3. Hilarius. Chrysost. Origenes. Exo. 7. Balaam.

F G H I K

Esse enim

Esse enim hanc artem designat scriptura sed vt ea prohibet. Vnde saluator sciens quod verum est quod princeps quidem Dæmoniorum Beelzebub sit, in hoc non redarguit Pharisæos mendatij, sed respondit eis, si ego in Beelzebub & cetera. Vnde constat esse quosdam Dæmones malos, qui inuocati a Magis, ad sunt eis ad malum non ad bonum. Hucusque Origenes. Quod si ad malum adsunt tantum, expulsio autem Dæmonis ab homine opus bonum est, ergo opus illud non ope Satanæ sed virtute Dei factum est. Vide in legenda sancti Cipriani, & alibi. Quod autem dicit sanctus Thomas. 1. Quæstione. 60. Arti. 10. Ad tertium. Exorzismi Salomonis non habebant virtutem Dei contra Dæmones, nisi eos fecerit in gratia, quæritur primum cum bona venia eius, vnde constat adiurationes illas fuisse Salomonis? Aut nunquid gratia erat subiectiue in illis verbis? Vel quomodo tandiu in vsu fuerunt, si nihil profuerunt? Vel quomodo Salomon conferre potuit eam gratiam verbis suis, cum etiam verba sacramentalia nihil operentur, si desit intentio. Certe oppositum asserit hic Origenes. Nec enim virtute verbis inherente operantur Magi quicquid operantur, sed potentia Dæmonum, qui inuocati assistunt, si permittantur a Deo. Nec timuit Angelus (vt ita dixerim) qui occurrit Balsamo eunti vt malediceret Populo verba prophetæ vesani, quia potuit Angelus verbis opponere verba, per timuit vero ne permittente Deo, verbis suis inuocaret Dæmonum etia cornua, sicut legimus in Iob, & hi pugnarent contra Israel, ideoque dixit, peruersa est via tua, mihique contraria. Nec enim Angeli mali tantum pugnant contra bonos, sed & boni contra bonos, discordia admodum concordi, Daniel. Capite. 10. Porro si in digito Dei iuxta Lucam, Mattheus: si in spiritu Dei eijcio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum dei. In vos idest ad vos. Hieronymus, iste est digitus quem confitentur magi: Exod. 8. Quo & tabulæ lapideæ exaratæ sunt. Si igitur manus & brachium patris filius est, & digitus eius spiritus sanctus: (nam Matthæus pro digito Dei spiritum Dei posuit) Patris & filij & spiritus sancti vna substantia est non te scandalizat membrorum in æqualitas: cum ædificet vnitas corporis. Quid est autẽ quod consequitur, si potentia Dei patris non autem inuocatione alicuius Dæmonis Dæmones expelllo? Nemo est illud, ad esse iam regnum Dei: quod est vel Dominus noster Christus ipse, vel illud quod Ioannes predicauit, hoc est legem Euangelicam, & statum eum ac viuendi ordinem quem Messias positurus erat in orbe, lege abolita Mosi. Regnum quod prophetæ predixerunt venturum. Et apte contra Regnum Diaboli quod desolandum dixit e regione infert Regnum Dei, ex hoc quod in digito Dei dæmones pellebat. Vnde illud ex prophetia. Post dies illos dicit Dominus noster Iesus Christus, dabo legem meam (meam inquit) in visceribus eorum, non in lapideis tabulis, & in corde eorum scribam eam. Quo stilo quo ve calamo? Non ferreo, non Angeli manu, sed ego adero: & inclinatus scribam in terra. Adest igitur Regnum eius, de quo Daniel. Capit. 7. Huius tanta est potentia, vt vel vnus digitus eius potentior sit ad seruandum genus humanum quam vniuersæ Beelzebub copiæ ad perdendum, sit licet nulla in terra potestas quæ comparetur ei. Quod autem Magi dixerunt in tertio signo, digitus dei est hic, hunc habet sensum. Virtus est vel efficacia alicuius spiritus superioris: per quam Moses & Aaron operantur, quæ manifestatur in hoc tertio signo, prohibendo potentiam eius in cuius virtute nos fecimus primum & secundum signum, ne producamus cinipes vel sciniphes, (& sunt pediculi lingua Hebræa) qui aquam in sanguinem vertimus: & fecimus ranas. Vere vel apparenter. Hoc igitur modo pharisæi opinabantur Dominum nostrum Iesum Christum virtute principis Dæmonum ceteros qui virtute & potentia inferiores erant expellere. Sequitur. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma ei' auferet in quibus confidebat: & spolia eius distribuet. Mattheus ita. Aut quomodo potest quisque intrare in domum fortis: & vasa eius diripere: nisi prius alligauerit fortem? Et tunc domum illius diripiet. Idem Marcus dicit. Vniuersa arma Græce est τὴν πανοπλίαν, ten panoplian, qua voce Græci significat quicquid ad iustum apparatum armati viri pertinet. Nec dicit auferet: sed aufert αἴρει & distribuit: Διαδίδωσιν, Diadidosin presentis temporis: nec enim predicit quod futurum sit, sed quod fieri soleat proponit: similitudinem conferens. Ostendit autem Dominus noster Iesus Christus hac similitudine illud Pauli. 2. Corint. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus, refugisque spiritibus. Quæ enim participatio lucis ad tenebras, Domini nostri Iesu Christi cum Belial? Pugnant ex diametro, & sunt primo diuersi. Venit Dominus noster Iesus Christus in hunc mundum: vt dissoluat opera Diaboli. Itaque futurum est hic quod inter duos duces strenuos solet accidere (Dauid videlicet verbi gratia & Goliath) quibus omnis fiducia non in verbis sit sed in robore & armis. Horum alter quum multis copijs munitus & omni apparatu bellico, custodit arcem suam, in pace videntur esse sua omnia, quia nullum se potentiorem opinatur. Si autem alter eo fortior superueniens, consertis signis illum vicerit, nullo cum eo fœdere icto: fiet quod dicit textus. Vide ad litteram primum caput historiæ Iudith in principio. Ad hec Chrysostomus. Nunquam ergo debemus esse securi. Aduersarius enim noster, fortis victoris quoque vocibus comprobatur. Sed fortitudo Tyranidis suæ ex nostra desidia vires acquirit indies. Ceterum ante Domini nostri Iesu Christi aduentum erat fortis iste violentia multa attrahens & rapiens alienos greges ad antrum suum, dicente Iacob, descendam lugens in infernum. Et rursus, Quis est homo qui viuet: & non videbit Mortem, eruet animam suam de manu inferi? Psal. 88. q. d. Nullus: quia oẽs moriuntur. 4. Re. 14. Legimus de Cyclope quodã qui boues Herculis per caudas pertraxit in antrũ suum, inuersis vestigijs vt lateret furtum. Experrectus Hercules, cacum interrogat, Namquãque? Et vestigijs earum deceptus, scrutandum tamen sibi locum putabat, vt certior de hac reficeret.

Origenes. S. Thom. Iob. 1. Apoca. 12. Hieroni m Exod. 8. Matth. 3 Ioan. 8. Esai. 12 Iob. 41. Exo. 8. 1. Ioan. 3. Chrysost. Genes. 37 Hercules

Verum stante ante ostium caco, neq; se vidisse respondente: neq; petente sibi scrutandum antrum permittente: ac vicinos implorante, quasi indigna pateretur ab hospite, anceps erat Hercules. Subijt autē animum, vt armētum omne prope speluncam ageret. Vsq; consuetam vocem & odorem senserunt quę intus stabant boues, mugitu responderunt exterioribus, estq; facta vox earum furti accusatrix. Cacum ergo claua percussum sustulit: & boues eduxit, speluncam euertit: & super eum iecit. Attamē & ipse boues a Gerione per vim rapuerat. Habes fortem victum & occisum, & ablata spolia, euersum atrium siue antram, de quo Zacharię Cap. 9. In sanguine testamenti tui eduxisti vinctos tuos de Lacu. [Chrysost.] Chrysostom. Cępit regnum cœlorum vim pati ad prędicationem Christi: qui ad libertatem omnes vo- [Matt. 11.] cabat, qui pressi iugo ferreo ęgypti laborabant in luto & lateribus, & ea propter diabolus vehemen- [1. Cor. 16.] ter resistebat postq; plures iam a se videret deficere. Nusq; enim fortis iste irritatur grauius, q; cum suo- [Ceruus] rum instrumentorum multa eripi sibi videt. Quomodo dixit apostolus: ostium mihi apertum est magnum, & aduersarij multi. Hinnulus dixit aliquando ceruo. Pater tu maior & celerior canib⁹: & cornua prętera ingentia gestas: cur nam ergo eos sic times? Et ille ridens ait. Vera quidem hęc inquis fili. Vnum [Gene. 49] vero scio, q; cum canis latratum audiero, statim ad fugam nescio quomodo efferor. Natura enim timidi [Psal. 77.] nulla admonitione fortificatur. Vicit enim leo de tribu Iuda, qui ad prędam ascenderat crucem, & excitatus a crapula horarum ferme quadraginta (gustauit enim fel sed noluit bibere, Matt. 27) Percussit inimicos suos in posteriora, obprobriū sempiternū dedit illis. Quorum vox est, vę nobis, quia non erat heri tanta exultatio in israel, 1. Regū. 4. Nos igitur qui spolia fuimus olim fortis huius, gratias agamus victori mortis, qui morte sua vincula nostra dirupit. Ita Dauid occiso philistęo, gladium eius dedicauit templo, in quo ille cōfidebat. Huiusmodi gladius erat Saulus in manu Satanę, in manu autem dei vas electissimum. Actu. ca. 9. Sic Augustinus: sic Ciprianus sic mulier quę erat in ciuitate famosa peccatrix. Luce. Cap. 7. Sic Zacchęus Luce. Cap. 19. Sic Matthęus publicanus. Matth. Cap. 9. De hoc Zacharias Cap. 14. In illa die erit quod super frenum equi est sanctū Domino, & erunt lebetes in domo domini nostri Iesu Christi quasi phialę coram altari. Vasa profanis vsibus dedicata in domo Balthasar, restituen- [Dani. 5.] tur in templum dei vnde ablata fuerant. 4. Reg. Cap. 25. Sic ex lebetibus & vasis contumelię: fient phia- [Hierony.] lę quibus libetur domino nostro Iesu Christo, Hieronymus. Tempore solemnitatis perpetuę & pacis ecclesię, deuicto forti & pacatis omnibus atq; tranquillis nequaq; opus erit equitatu, sed omnis ornatus & decor phalerarum ad cultum Domini nostri Iesu Christi conferetur. Et erunt lebetes & Cętera. Per ea quę in templo erant Salomonis vasa videlicet aurea & argentea, metaphorice exponit illa quę [Hierem. 18] ad cultum dei pertinent in ecclesia dei viuentis, in qua sunt vasa electissima sicut Paulus. Actu. 9. cap. Quę olim lignea erant vel testacea sed posita in manu sua figulus reformauit sicut placuit in oculis suis

[A Ratio.] **Qui non est mecum: contra me est: & qui non colligit mecum dispergit.** Hec inquit [Deut. 30.] cum ita se habeant, vestra refert liberi enim estis (quibus dicitur: considera q; hodie proposuerim in con- [Matth. 6.] spectu tuo vitam & bonum, Dominum nostrum Iesum Christum, e contrario autem mortem & malum, elige ergo vitam, vt & tu viuas & semen tuum) cuius arma capessere, cuius q; militię ascribi velitis: siquidem his duobus dominis nemo potest seruire simul. In alter vtrius castris pugnandum est vobis. Claudicare non licet vtroq; inguine, 3. Reg. Cap. 18. Nec duobus sedere sellis. Qui cum Domino nostro Iesu Christo non est, antichristus est. Duabus autem sedere sellis est incertarum esse partium & ancipite fide ambabus satisfacere velle. Laberius Mimus in senatum a Cęsare lectus, cum a Cicerone ad consessum non reciperetur: dicente, reciperem te, nisi anguste sederemus, nimis mordaciter respondit, at qui solebas duabus sellis sedere: obijciens tanto viro lubricum fidei. Sed quod Cicero dixit, scomma erat in Cęsarem, qui in senatu passim tam multos admittebat, vt eos quattuor decem gradus capere non possent. Et cum omnium consensu turpissimum sit cum vtraq; parte colludere, Solon nihilominus le- [Titum. 1] gem tulit, qua punirentur hi qui in ciuitatis tumultu neutri parti adhęsissent. Qui voluerit esse amicus [Roma. 6.] Cęsaris inimicus dei constituetur. Iacobi. Cap. 4. Confitentur enim multi antichristi Deum ore, factis [Hierony.] autem negant. Hieronymus. Recordare tyrocinij tui diem, quo Domino nostro Iesu Christo in baptismate consepultus, in sacramenti verba iurasti. Dictantur enim verba solemnia imprimitur character crucis adiuratur hostis Domini nostri Iesu Christi, Satanas. Et vix vnum e mille inuenies, qui inquirat quid sit illud quod in baptismo Domini Iesu Christi sit pollicitus tot cum execrationibus, abrenūtio, abrenuntio, abrenuntio. Tracta est autem hec forma ceremoniarum baptismi a veteribus mili- [Milites.] tibus Nulli enim pugnare fas erat, nisi sacramento militari adactis, nec licebat exauctoratis in aciem descendere. Signabantur punctis: dabant nomina, iurabant se ad omnia ducis imperata presto futuros, & nec mortem pro republica recusaturos. Habes bonum ducem, qui pro grege suo mortem obijt. In [Apoca. 2] huius sacramenta iurasti, sub huius vexillo militas; esto fidelis vsq; ad mortem: dicens cum Paulo, bonum certamen certaui (2. Timot. cap. 4.) & dabo tibi coronam vitę, quam Paulus vocat coronam iusticię, quia meritis datur cum gratia factis. Et qui non colligit mecum: dispergit. Audi Ioannem. Hoc [Ioan. 11.] dixit spiritus sanctus quia Christus moriturus erat, vt filios Dei qui per orbem dispersi erant, congre- [Matth. 23] garet in vnum. Et id vnū ipse est, qui fecit vtraq; vnum, in vno enim consummatur arca. Gene. 6. Vnde illud. O quoties volui congregare filios tuos sub alis meis & noluisti. Et vt filios suos congregaret [Num. 21.] in vnum, quos perdix palantes disgregarat a pastore (Hiere. 17.) Leuauit dn̄s serpentē illum ęneum, in [Esai. 11.] signum. Et vt intelligas q; non iudęos tantum erat congregaturus a quattuor plagis terrę, leuabit inquit signū in nationib⁹, iuxta qd̄ scriptū est, post hęc vidi turbā magnā, quā dinumerare nemo poterat [Apoca. 7] ex oīb⁹ gētib⁹, stātes ante thronū ducis sui, amicti stolis albis & palmę (victorię insigne) i manib⁹ eorū.

Qui autem

Qui autem lupus est aut miluus rapere vult: dilacerate: dispergere. Neq; vnq; saciatur malis hominum lupi ist: dicere spiritu sancto. Infernus nunq; dicturus est, sufficit. De hoc vide totum capur. 34. Ezechi. Ideo dico vobis, omne peccatū & blasphemia remittetur hoibus, spiritus aūt blasphemię nō remittetur. Et quicūq; dixerit verbū cōtra filium hominis remittetur ei. Qui aūt dixerit cōtra spiritū sanctum: nō remittetur ei neq; in hoc sęculo neq; in futuro. Hoc iuxta Matthęū. Marcus aūt dixit. Amē dico vobis, quoniā omnia dimittētur filijs hominū peccata & blasphemię quibus blasphemauerūt. Qui autē blasphemauerit in spiritū sanctū: nō habebit remissionē in ęternum, sed reus erit ęterni delicti quoniā dicebāt: spūm immūdū habet. De peccato in spiritū sanctū multi multa dixerunt, quę nō sunt prętet fidem nec cōtra, & fere quot capita eaq; nō cōtemnenda imo grauis auctoritatis: tot sententię. Nos aūt vnica expositione cōtēti simus: eaq; est Hieronymi, Theophilati & Abulensis. Audiamus primū Hieronymū ad Marcellam. Si enim de eo quod in euāgelio scribitur, quicūq; dixerit verbum & cętera, Nouatianus affirmat, nō posse peccare in spiritū sanctum, nisi eū qui christianus sit, & postea negauerit, manifestū est iudęos qui eo tpe blasphemabāt, peccato blasphemię nō teneri, quippe q̄ impij coloni interfectis prophetis, de nece dñi cogitabāt, & in tantū erāt perditi, vt ad saluādos eos, se dei filium venisse respōderit. Vnde de toto ipius scripturę ordine cōuincendus est, nō his irremissibilem esse dictā blasphemiā, qui tormentis cōpulsi, & varijs euiscerati cruciatibus, dñm denegassent (id dicebat Nouatianus) sed his qui cū in virtutibus videāt opera dei: calūniantur & clamitant, dęmonis esse virtutem & omnia signa quę facta sunt, nō ad diuinā magnificentiam: sed ad diabolum pertinere. Vnde & Dñs toto respōsionis suę hoc agit argumento, vt doceat non posse satanam Eijci a satana, & regnū eius non esse inter se diuisum. Cum enim diaboli studium sit, dei ledere creaturam, quomodo eiusdem poterit esse voluntatis sanare languentes, & seipm de obsessis fugari corporibus. Probet itaq; Nouatianus, aliquē de his q̄ sacrificare cōpulsi sunt ante tribunal iudicis, respōdisse, oīa quę ī euāgelio scripta sūt miracła nō a filio dei, sed a Belzebub principe dęmoniorū fuisse effecta, & tūc poterit approbare irremissibilem in spiritum sanctū esse blasphemiam. Vt aūt & acutius aliquid interrogemus: respōdeat quid sit, cōtra filiū hominis dicere, & in spiritum sanctum blasphemare. Ego quippe assero iuxta sensum Nouatiani, eos qui Christum in persecutione negauerint, contra filium hominis dixisse, & non in spiritū sanctum blasphemasse. Qui enim interrogatur, an Christianus sit, & Christianum se non esse responderit, vtiq; negando Christum hoc est filium hominis, spiritui sancto non facit iniuriam. Si autem Christum negādo negauit & spūm, edisserat hereticus: quomodo non peccet in spiritum: qui filium hominis denegauerit. Aut si spiritum sanctum hoc loco intelligendum patrem putat, patris nulla est a negatore mentio facta, cum negaret. Petrus eo tempore quo perterritus negauit, in filium hominis an in spiritum sanctum videtur commisisse peccatum? Si id quod ait nescio hominem, ridicule voluerit interpretari: non Christum eum negasse sed hominem: mendacem facit saluatorem, qui se hoc est dei filium negandum esse prędixerat. Si autem negauit filium dei: vnde & amare fleuit, manifestum est peccatum in spiritum sanctū: ideo non posse dimitti, q̄ habeat blasphemiam, vt cum videas in virtutibus Deum, Beelzebub calūnieris in factis. Doceat igitur aliquem negatorem, Beelzebub vocasse Christum: & vltro referam gradum, negatorem non posse veniam consequi post ruinam. Aliud est enim tormentis credere, & se Christianū negare: aliud Christum Diabolum dicere. Hec ille. Abulensis. Omne peccatum & blasphemia remittetur: hoc est non imputabitur ei ad peccatum: quando in filium hominis ignoranter peccabāt, ideo de tali peccato non opus erat vt pęniteret. Quando autem in spiritum sanctum peccabant, opera dei satanę attribuentes: non remittetur eis huiusmodi blasphemia, nisi digne pęniteant. Debet ergo intelligi sic, q̄ nullum sit peccatum irremissibile, pęnitentia condigna subsequente. Sed peccatum in Dominum Christum vt in hominem quasi qui homo tantum esset, quia erat ex ignorantia inuīcibili (vt nunc supponimus) pęnitentia non indigebat. Theophylatus. Est autem intelligēdum, q̄ qui blasphemauerint in Spiritum sanctum, veniam non consequentur, nisi pęniteant. Cum vero in carne domini nostri Iesu Christi scandalizabantur: quia conuersabatur inter peccatores: manducabat, bibebat, atq; cętera (Honesta tamen) faciebat more filij hominis, cum viderentur rationabiliter offendi, aliquid excusationis habebant, & remissionis aliquid consequebantur, maxime vt ego arbitror qui zelo legis ducti: licet non iuxta scientiam: odio ferebantur in eum perfecto (Psalmus cap. 138.) Hoc est non personam oderant, sed id quod prima fronte (vt dicunt) vitij speciem prę se ferebat. Athanasius. Quandiu ad humana spectantes: mente claudicabant: dicentes: nonne hic carpentarij est filius? Marci. 6. Sustinebat eos, cunq; in filium hominis peccantes. Sed quando magis insaniunt dicentes opera dei esse Beelzebub, non amplius eos sustinuit. Sic enim & patres eorum sustinebat: quandiu causa panis & aquę murmurabant: sed postq; vitulum conflantes: in eum collata sibi diuinitus beneficia referunt, puniti sunt, primum quidem non paucis eorum occisis: tum & dicente domino: ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum. Itaq; vtraq; blasphemia contra dominum nostrum Iesum Christum est sed illa minor cum vocatur faber & fabri filius, & vinipotor, & vorax homo: hec maior cum dicunt, spiritum immundum habet. Hec ille. Quod autem Hieronymus videtur negare pęnitentiam negatoribus domini nostri Iesu Christi, qui eum vocauerunt Beelzebub: semper intelligendum est: si digne non pęniteat. Augustinus ita dicit. Non remittetur neq; in futuro & cętera. Quod non diceretur: nisi essent quibus & si non in isto, tamē remitteretur in futuro. Ex quo loco maxime purgatorium ponitur ab Augustino. Dicit autē idē Augus. in libro de correctione donatistarū oīne peccatū in spūm sctūm est irremissibile: sed illud tātū vz duricia cordis,

Prouer. 30. Matt. 12. 25. Distin. 6, qualis. Hieronim. Matth. 15. Pecatū in S. sanctū. Luce. 22. Matth. 26. Abulensis. Theophi. Roma. 10. athanasi. Exo. 32. Augusti.

cordis vsque ad finem vitę: qua hō recusat in vnitate corporis Christi quod viuificat spūs sanctus remissionē accipere peccatorū. Hoc peccatū non probatur ab aliquo esse cōmissum, nisi cum de corpore exierit. Quādiu vero hic viuit eum sicut dicit Apostolus. Patientia dei ad pęnitenciam adducit. Sed si homo secundum duritiam suam & cor impęnitens thesaurizat sibi iram quandiu viuit, nō remittetur ei neque hic neque in futuro. Hec sententia vera quidem est, verum de hoc textus euangelicus nihil hoc loco dicit. Nec video quare finalis impenitentia sit magis peccatum in spiritum sanctum nisi per appropriationē, quam in patrem vel in filium. Semper igitur verum est illud, quoties peccauerit frater tuus, & pęnituerit, dimitte ei vsque septuagies septies. Matth. 18. Siue peccatum habeat ad iunctam blasphemiam siue non. Et patet.

Roma. 2

Caput. x. De arbore frugi & putri de verbo ocioso de signo Ionę qui a ceto voratus est. De regina Austri quę in iuditio cōdēnabit generationē iudęorū, ninnal & ninuite quę penitētiā egerūt pdicante iona triduo.

F

Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Siquidem ex fructu arbor agnoscitur. Hieronymus. Syllogismo ineuitabili impetitur, & qui vtroque ferit cornu. Si diabolus malus est bona opa facere nō potest. Si aūt bona sunt quę facta cernitis, consequitur vt non sit diabolus qui ea facit. Isti sunt quos vates eorum tanto ante tempore digito notauit dicens. Vę qui dicitis malum bonum/&c. Dicet aliquis. Nonne multa miracula facta sunt opera dæmonum: & sicut scriptum est Matth. 24. Surgent pseudo Christi, & dabunt signa magna & prodigia & a deo magna, vt in errorem inducantur etiam electi: Si fieri posset. Ita est, interest tamen, quod illa facta sunt & ad ostentationem, ad quęstum, ad seducendos electos, ad retinendos impios in errore suo: miracula autem Christi facta sunt ad subleuandas miserias hominum, ad exaltādam gloriam dei, ad elidendam Satanę tyranidem, & ad bene merendum de rationali creatura. Siquidē ex fructu cognoscitur arbor. Ex arbore maligna diabolo videlicet quos fructus expectes nō video pręter quod quod dicit Paulus, manifesta sunt opera carnis, fornicatio videlicet: idolorum cultus, blasphemię & multa id genus, mare videlicet vnum malorum plenum. Eodem aūt loco ponit Paulus fructus arboris vitę, quorum primus charitas est mater virtutū, & deus charitas. Veruntamē ex vobis ipsis sumite argumentum, qui reuera in moribus & in verbis pre vobis fertis amaritudinem quam contraxistis a radice parentum vestrorum. Hanc eādem sententiam ponit Lucas cap. 6. De qua dictū est Matt. Ca. 7.

Esai. 5.

G

Vel sient

Gala. 5.

1. Ioan. 4

Progenies viperarum quomodo potestis bona loqui: cum sitis mali? Ex abundācia enim cordis os loquitur. Videtur autem dominus his verbis oblique in iudęos torsisse illud veteris prouerbij: nunquam efficies vt recte ingrediantur cancri. Nam cancris genuinum est oblique ingredi. Prius lupus ouem ducat vxorem. Quale enim lac suxistis a matre vestra Cethęa, qualesque mores inbibistis a patre vestro Amorręo, verba vestra venenata testantur (siquidem & a Ioāne progenies vocantur viperarum: Luc. 3) Nō vobis diua parens (Saram intellige) Abrahā nec generis auctor: perfidi/sed duris genuit vos cautibus horrens caucasus, hircanięque admorunt vbera Tigres. Nam cum lacte mutari pilum Plinius auctor est. Romulus & Remus a lupa nutriti (sit fera vel femina nō refert) fuerint licet deo vel homine sati, matre vero sanguinenara Regio, tamē mutauerunt cum lacte mores. Siquidem & scythę feminę māmarum papillas sanguine lettcio circūlinunt, vt pueri robustiores & ferociores euadāt. Vos igitur filij parentum nequam, viperarum, cancrorum scorpionum, quomodo potestis bona eructare, cū pleni sitis aceto veteris legis: Et sicut dicit Chrysosto. Vere deteriora residebant in visceribus eorum, quę aliquando eructauerunt dicentes. Non hunc sed Barrabam, Ioan. 18. Samaritanus est: Dæmonium habet/& cętera. Ad hec Origenes. Ex his quę Dominus noster dicit hoc loco potest ita occurri & dici. Quomodo saluator bonam dicit arborem & malam, & hunc sequutus Apostolus, oliuam ponit & oleastrum, cum vna sit omnium rationabilium creaturarum natura, & ad salutem equaliter habilis, & ad perditionem, si negligat. Videtur enim Dominus Iesus Christus oppositum asserere, cum alios dicit arbores malas, alios bonas: alios oleastros: alios oliuas. Ad hec dicimus. Sicut omnis materia corporalis: cum sine dubio vnius naturę sit per accidentes sibi qualitates diuersas species profert vel corporū vel arborum, ita & cum omnium rationabilium vna natura sit arbitrij ęqualiter libertate donata vnius cuiusque proprij motus ex arbitrij potestate prolati: vel ad virtutem vel ad vicia subiectam sibi animam perducentes, vel in bonę eam vel in malę arboris formam speciem, vt vocetur oleaster vel oliua: arbor fructifera vel sterilis, & hoc est quod Dominus Christus dixit, aut facite arborem/& cętera. Per quod ostenditur arborem bonam vel malam non nasci sed fieri: si de homine intelligas. Potest & illud dici, quod quanta est differentia in arboribus tanta est in hominum moribus. Quędam arbores nunquam sentiunt cariem sicut cedrus: spina alba, quędam breui putrescunt. Quędam semper virent sicut oliua palma: myrtus, citria: alię arbores vere tantum comam faciunt. Quędam steriles sunt quędam fructum cum flore continent, sicut malus citrea, & eodem modo intelligere possumus de creatura rationali. Solius autem Dei est nosse has rationabilium arborum differentias. Tu autem memento verbi illius, iam securis ad radicem arboris sterilis posita est, ita quod vt fieri non potest vt arbor agrestis fructus proferat mites, vt arbor venenati succi poma fetat salubria, ita vos nō potestis bene loqui cū sitis mali. Quia sicut ex succo radicis fructus trahit saporē, ita ex eo quod cōditū est in corde nascitur oratio, quia &

Prouerbiū

Ezech. 16.

Romulus

Chrisost.

Ioan. 8.

Origenes.

Roma. 11.

H

I

K

Luce. 3

bonus

Bonus homo de bono thesauro suo profert bona, & malus homo de malo thesauro suo profert mala. Augustinus. Vnde ergo dictum est vidit deus cuncta quę fecerat & erant valde bona. Res ergo mira cõficit, vt q̃a oĩs natura in quãtũ natura bona est, nihil aliud dici videat cũ viciosa nata mala esse nata dicit, nisi malũ esse qd bonũ est. Nõ enĩ põt esse malũ nisi aliqd bonũ. Quod cũ dici videatur absurde, cõnexio tamẽ rationis huius velut inevitabiliter nos cõpellit hoc dicere. Et cauẽdum est ne incidamus in illam sententiam, vę illis, qui dicũt malum bonũ. Sed cũ dicitur, bonus homo de thesauro suo & malus de suo pferunt bona vel mala, ideo sic proferũt, quia bonus seruat bonũ quod in illo creauit deus idest imaginẽ & similitudinem suam: malus autẽ cõuersus est in amaritudinẽ vitis alienę. Nõ enim ideo malus est hõ, quia homo, nec ideo malum quia homo. Qui enim dicit hoĩem iniquũ quia homo est, opus dei culpat. Qui autẽ vicium laudat, ipse dicit bonum malum, & vę ei qui ita dicit.

A Esai. 5. Dico autẽ vobis q̧ omne verbũ ociosum, quod loquuti fuerint hoĩes: reddent rationẽ de eo in die iuditij. Ex verbis enim tuis iustificaberis & ex verbis tuis condẽnaberis. 22. q. 5, Cap. Quoties. 23. q. 4. c, quęsitum. Quę sentẽtia illi repugnare videtur, nõ omnis q dicit mihi dñe dñe intrabit in regnũ cœlorum, sed qui fecerit voluntatẽ patris mei. Nam quãdo iustificandum ni putamus quẽq̧ ex verbis nudis, quãdo fides virtutũ radix, Prophetia & martyriũ sine charitate mortui sunt: nihil sunt: Est ergo sensus. Cogitationes nociuę & pestilẽtes soli cogitãti nocere possunt. At sermo venenatus qui iuxta Paulũ serpit vt cãcer morbus (2. Timo. 2.) Venenũ suum nisi cito occurratur trãsfert in multos. Si de verbis ociosis reddemus rõnem, quãto magis de blasphemia. &c. Vide historiam 2. Reg. Cap. 19. In principio itaq̧ sensus est. Si verba tua bona fuerint & pximis vtilia, ex illis nõ cõdẽnaberis, quãdo reddes rationẽ de omni verbo ocioso. Et est sentẽtia hęc similis illi, dedi eis pręcepta, quę

B faciens homo, viuet in eis. Itaq̧ de verbis nociuis ac cãcerosis sermonibus potest homo condemnari etiã nullis adiunctis malis opibus, iustificari aũt ex bonis verbis eũ cuius sunt opa nefanda nõ est possibile dicente domino, qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines: minimus idest nullus vocabitur in regno cœlorũ. Nõ enim de verbis rationem exiget iudex. Cum venerit in maiestate sua, sed de his sigillati inquiret quę habentur Matth. Cap. 25. Hec expositio est Abulensis. Ad hec Chrisostom⁹. Mirabile quidem dicere volo. Solet mihi non nunq̃ non tanto studio magna videri peccata esse, euitanda quanto parua & vilia. Illa enim natura ipsa spõte auertitur. hec autem hac ipsa re q̧ parua sunt, desides reddunt, & dum contenuntur, no potest ad eorum expulsionem animus generose insurgere: vnde cito ex paruis maxima fiunt. Nisi enim Iudas prius pecuniam pauperum surriperet, non post dominum suum auaritię morbo glliscente vendidisset. Sic fratres Ioseph qui prius illi inuidebant, post

C vendiderunt. Et Herodes qui in caute iurauit (forte ex industria) & de regno suo poterat disponere, caput baptistę, loco regni donauit. Qui enim parua contenit, Paulatim decidet. Eccl. c. 19. Alexandro frequenter in officinam Apellis aduentanti, & multa imperite differenti (quid enim Regibus cum penicillis & coloribus pictorum?) Silentium idem Apelles suadebat, rideri eum dicens a pueris, qui colores tererent. Iste tam potens in armis, tam impotens erat linguę suę: vt a pueris derideretur. Agesilaus princeps nobilis cum aliquos laudantes vituperantes ve audiebat, non minus eorum qui dicerent, q̃ de quibus diceretur mores expectandos esse aiebat. Sane Agatho abbas lapidem in ore triennium tulisse dicitur vt tacere disceret. Interrogatus deinde quid esset maximum ad dei faciens cultum, silentium inquit, inde orationem. Dixit autem Esaias: vę mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs sum. Tacuit enim quando tempus erat loquendi, & arguẽdi regem Oziam. 2. Paralip. 26. Felix tamen conscientia inquit Hieronymus: qui tantum in sermone peccauit: non suo vitio sed societate populi habentis labia polluta, quo cũ

D sępissime loqui cogatur. Ex quo ostenditur noxium esse viuere cum pctõribus. Ad hec idem Hieronymus. Omne quod nõ ędificat audientes, in periculum vertitur dicentium: obserua tamen verbum aureũ Ambrosij (Vę enim mihi est, si nõ euãgelizauero) videamus inqt ne & p ocioso silẽtio redamus rationẽ. Et hoc rursus annotandum rem omnium leuissimam verbũ videlicet (vt diuinus Plato) grauissime vindicant tum dij tum & homines inquit Plutarchus. Contra silentium vbiq̧ innoxium est. Pro inde Simonides merito dixit: nunq̃ se pęnituisse q̧ tacuerit, q̧ loquutus esset sępe. Cum aliquando in tonstrina sermo esset de Dionysio, diceretur q̃ Tyranidem illius adamantinam esse & in expugnabilem: ridens tonsor: hoccine inquit loqui vos de Dionysio, in cuius iugulo ego sub inde teneo nouaculam. Quod dictũ simul atq̧ Dionysius rescisset, Tonsorem in crucem sustulit. Absolutus est ergo iste a reddenda rations de verbo ocioso. Posthumię Romanę fęminę risus solutior, ac liberior cum viris confabulatio peperit infamiam, ita vt incestus accusaretur. Quanq̃ igitur compertum esset, illam a crimine abluisse, tamen

E summus pontifex Sp. Minutius dimissam admonuit, ne inuerecundius loqueretur q̃ viueret. Hunc autem locum de verbo ocioso exponens Alexander Ales, ita dicit, peccata venialia non sunt confitenda ex precepto. Delicta enim hec quis intelligit? Vel reddere rationem intelligitur sustinentia pęnę. Vel dies iudicij intelligitur omne tempus quo peccator intrat secum iudicium conscientię, in quo sese coarguit in generali de verbis ociosis, deq̧ alijs peccatis venialibus. Vel intelligitur de illis verbis quę sunt annexa peccatis mortalibus. Potest simpliciter dici: q̧ a deo ad viuum exigetur a nobis ratio vitę nostrę a iudice; cuius solius iudicium est secundum veritatem: vt etiam minuta que apud nos assiduitate viluerunt illic p factis cõputẽt. Qd' si de ocioso ṽbo exigemur rõnẽ, q̃nto magis de blasphemia i spũs sãctũ. Nec tñ de⁹ ad ṽba nuda respicit, sed ad malicia cordis obstinati: vnde ceu ex fonte emanãt sicut dictũ est, ex abũdãtia cordis os loqt. Vnde illud. Laua a malicia cor tuũ, Angerõa dea silẽtij romę colit, Harpocrates apud Egyptios. Illa ore obsignato ille ori imposito digito. Cõcludam⁹ cũ Catone vtices: quẽ cũ q̃dam repichẽ-

Augusti. Esai. 5. Hierem. 2. Matth. 7. 1. Cor. 13. Eze. 20. Matt. 5. Abulensis Chrisosto. Ioan. 12. Gen. 37. Matt. 6. Apelles. Agesilaus. Agatho. Esai. 6. Hieronim. Ambrosi⁹ Plato simonides Dionysi⁹ Plutarch. Posthumia. Alex. Ales. Cõfessio. Roma. 2. Cato.

reprehēderet, diceretq́; improbant homines hanc taciturnitatem tuam, vt liber inquit: dum modo vitā nō improbent. Et addidit. Ego vero tum demum hanc taciturnitatem meam abrumpam, cum talia dicere valebo, quę nō sint digna taciturnitate. Nec tamē iste famosus vir secūdum iusticiā politicā, linguas euasit hoium pditorū, forme enim quinquagies ei diem indictā ferūt. Postremo sex & octoginta annos natus, accusat⁹, vulgatū illud dixisse aiūt: difficillimū esse, cū int alios hoies vixeris, penes alios de his criminibus respōdere, quę ab aduersariis obiecta sunt. Tunc respōderunt ei quidam de scribis & pharisęis, dicētes. Magister volumus a te signum de cęlo videre. Qui respōdens ait illis. Generatio mala & adultera signū quęrit. & signū non dabitur ei, nisi signū Ionę prophetę. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terrę tribus diebus & tribus noctibus. Bene ergo dixit Helias propheta generationi huic viperinę: quo vsq́; claudicatis, a verbis ad opa: & ab opibus ad verba: Si signa placēt, videtis hoiem coram, in quo quattuor sunt pperrata signa, dæmones hoiem relinqre ad porcos migrare, mortuum quatriduanū viuere, loqui, epulari. Si verba placēt, vestros ministros rogate nunquid inquiūt sic loquutus est homo. Sed iudęis (inquit Paulus) mos est, subinde signa petere. Nā cū tēplum suū dn̄s cot repurgaret sordibus, quod signū inquiūt ostendis nobis? Ioan. 2. Et rursus dn̄o in cruce pendente: sole mortuo, terra nutāte, scissis Petris, monumētis reseratis, si fili⁹ dei est inquiūt, edat adhuc signū vnicum, id est vt descēdat de cruce: vt videamus: & credamus. Et putes aspides istos, a satana vere ratores, semē neq́; filios sceleratos serio loqui, vt si descēderet de cruce, crederēt. Viderunt quatriduanum prodire e sepulchro: idq́; quod magis mireris ligatis pedibus, nūquid crediderunt? Bona verba. Quid igitur? Voluerunt occidere eum quem vita quę erat apud patrē vita donarat. Et nūc si deo placet: volum⁹ inquiunt isti cēsores populi a te signū videre cęleste. De hoc dictum in principio capitis precedentis. Ad hec dn̄s. O generationē malā ob legis trāsgressionem (nę fantones) adulterā ob vr̄am traditionē, & ab ea quę deest defectionē, quę vix dum egressa de ægypto, & quę nō dum accepat Legē dotis nomine in mōte Synai iuxta Osee cap. 2. Morę impatiens, quasi vir suus diē obiisset, fac inquit nobis deos qui nos pręcedāt. Deos inquit, nō vnū sed plures. Vides adulteriū nę infandū & profanū? Nec refert dicere quoties exacerbauerūt deum in deserto, lege psalmū. 77. O inquit nationē penitus prauā & cordis adamātini, parens vester, nunquit signū postulauit, cū audiuit, egredere de terra tua? Sed sicut dicit Chrysost. Et verum dicit: iudęi multa signa viderāt, & nullum viderāt: Quādoquidē mens sine oculis videre potest, oculi sine mente minime. Ecce si quis tibi exponat ea quę non libenter audis: etiam si tota die audias dices cum ille finem dicendi fecerit. Surdo narrasti fabulam, priora non memini, media non intellexi, finem non audiui. Non meministi, quid dixerit Moses, cum mitteretur in ægyptum vt adduceret populum durę ceruicis in terram lacte fluentem? Non credent mihi, nec vel audient. Quid igitur? Da mihi signum vnum aliquod. Accipe signum duplex: in manu tua vnum, alterum in baculo tuo. Hoc est ergo quod sequitur generatio hec signum petit, & signum non dabitur aliud a signo Ionę prophetę, nā mysteria eadem, mors videlicet & resurrectio saluatoris in his duobus figuris pręsignata sunt. Virga enim in terram proiecta (sequere sensum litteralem) Dominus noster Iesus Christus est verbum caro, & in similitudinem carnis peccati pendens inter duos probrosos, & de cruce depositus, positus in sepulchro. Hanc virgam Moses rursus manu sua tenuit, quia non dabis sctūm tuū videre corruptionem. Accepit autem qui prius fugiebat, quia Apostoli proiecto serpente in sepulchro, & deuorato Iona, fugerunt. Sed Domino nostro Iesu Christo resurgente, agnouit Moses virgam suam, pastoris insigne, quam prius fugiebat, serpentem ratus. At iudęi qui non crediderunt signo priori, sed fugerunt dicentes, furati sunt eum discipuli sui, hoc est iam diu vidit corruptionem (Matth. Cap. 28.) Credent signo posteriori manus leprosę, cum intrauerit plenitudo gentium, Roma. Cap. 11. Sicut inquit fuit Ionas in ventre ceti. Ionam triduo illę sum vixisse in ventre ceti nemo mirabitur, qui meminerit qualiter vnusquisq́; nostrum mensibus nouem degat intra materna viscera. Pręter mitto autem illud quod dicit Plinius lib. 9, Capite. 3. Reperiri in indico mari Balenas longitudinis quattuor iugerum. Idem dicit libro. 32. Capite. 1. Iuba in his voluminibus quę scripsit ad C. Cęsarem Augusti filium de Arabia, tradidit cetos sexcentorum pedum longitudinis & trecentorum sexaginta latitudinis in flumen Arabię intrasse. Id si verum est, cetus vnus non Ionam vnum sed mille capere facile potuit. Cetus igitur iste deuorare quidem potuit sanctū Ionam: consumere non potuit: imo sicut scriptum est, O mors o cete ero mors tua, O inferne morsus tuus ero. Ionas figura mortis Domini⁹ Christi, resurrectionis prędicationis in omnes gentes. Ionas signum salutis gentibus, Dominus Christus signum reprobationis iudæis incredulis. Luce. 2. Capite. Ingressus ergo Ionas triduo ventrem ceti, eduxit secum vinctos e lacu in quo non erat aqua. Reuera autem Ionas profundum aquę ingressus est, & aquę intrauerunt vsq́; ad animam suam, (Psalm Cap. 68.) Quia ferrum quod requirebat noster Helisęus: infixum erat in limo profundi. 4. Regū, Capite. 6. Nulla autem erat aqua in carcere inferni iuxta Hieronymum, quia nulla ibi erat misericordia: sed omnes vna & eadem sentencia ligabat: siue esset infans vnius diei, siue Ioannes baptista, quo nullus maior in natis mulierum. Matth, Cap. 11. Requires autem, quare dixerit Dominus Christus, signum non dabitur eis, nisi signum Ionę. Augustinus super. Psalm. Cap. 65. In multitudine virtutis tuę mentientur tibi inimici tui: potentia Christi maxime in resurrectione apparuit. Multi sancti multa miracula fecerunt, nullus eorum mortu⁹, resurrexit, qa & q ab eis resuscitati sunt morituri resuscitati sunt. Sed nūqd virtute sua id fecerūt? In noīe Iesu Nazareni astat iste corā vobis sanus. Ambulauit sup mare, & iussit Petrū. Nunqd non ibi erat ipse dn̄s: quando se dimisit mare, vt Moses cū pp̄lo trāsiret? Quādo Moses petrā cōtentu in fontes aquarū

3. Reg. 18 — Matt. 8. — Ioan. 7. — 1. Corin. 1. — Marci. 15 — Ioan. 11. — Genes. 12 — Chrysost. — Exo. 4 — Roma. 8 — Psalm. 15 — Matt. 26. — Plinius. — Oseę. 13 — Zacha. 9. — Augusti. — Actuū. 4. — Exo. 14

F G H I K

aquarū. Nū.20. Quādo Iordanis cōuersus est retrorsum. Iosue.3. Quādo Helias dimisit Iordanē. 4.Re.2. idem dominus illa faciebat, qui fecit ista per carnē suā quę euāgeliū refert. Ipse illa faciebat p carnem seruorū suorum, illud tamē per seruos suos nō fecit. Quia ergo dicere possent iudęi, cum miracula faceret dominus, fecit hoc & Moses, fecit hoc & Helias, fecit hoc & Heliseus: possent sibi ista dicere, quia & illi/mortuos suscitauerunt, & multa miracula fecerūt: propterea cum ab illo signū peteretur/1.Ioā.2. Et nūc rursus/ pprīū signū cōmendās quod in se solo futurū erat, soluite inquit templū hoc, & ego in triduo excitabo illud. Et nūc, signū nō dabitur ei, nisi signū Ionę. Quomō fuit Ionas in vētre ceti? Nōne vt postea viuus euomeretur? Hoc fuit infernus dño, quod Ionę cetus. Hoc signū propriū cōmendauit: hoc est potētissimū. Ita dicit Origenes sup a Rom. 4. Suscitauit pater Iesum christū a mortuis. In quo ego quātū capio, illud aduerto, q multo sit magnificētius in laudibus dei, resuscitasse christum dñm a mortuis: q fecisse cœlū & terrā, & creasse omnes cœlestes virtutes. Illud enim fuit facere quę nō erant, hoc aūt reparare qd perierat, tabernaculū v3 Dauid iuxta Amos ca.9. Illud deniq; iussione hoc passione factū est. Hō autē siue iumentū gñali in fluxu cōcurrēte, generat sui simile, at semetipsum corruptū reparare nō potest. Magnificētius ergo est reparare tabernaculū quod ceciderat in vētre ceti (volūtate tamē dicētes: propter me orta est hec tēpestas) q illud primū erexisse in vtero immaculatę virginis numero dierū vel Annorū 46. Hoc est mēsibus/9/quibus femina illa beatissima virū circūdedit (Hiere.31) funibus nouis septē. Habeent signū Ionę accepunt, vt nullū velamē excusationis habeāt: si nō crediderint resurgēti, cui insultauerūt morienti. Et maxime quia quātū capio, de numero eorū erat ille q sepultus apud inferos, philosophabatur dicēs. Si quis ex mortuis resurrexerit, credēt ei fratres mei. Alioqui facilius est calūniari signa quę de cœlo ostēdūtur; q ea quę coram cernūtur oculis/audiuntur/tāguntur manibus, & sensibus exposita sunt.

Origenes.

A

Iudi.16
Zacha.12
Luc.16.

B Dices enim ex occultis & varijs aeris passionibus accidisse. Deniq; respōdebis Magos in ægypto multa signa fecisse. **Viri niniuitę surgēt in iudicio cū gñratione ista, & cōdēnabunt eā, quia pęnitētiā egerūt in prędicatione Ionę: & ecce plusq Iona est hoc loco.** Accusatur populus iudęorū in cōparatione niniuitarū: qui vidētes hominē tristem pegrinum: habitu naufragū, non indoctis humanę sapiētię verbis psuadere velle potētissimę antiquissimę ciuitati rē prima vt aiunt frōte incredibilē (id p gētibus alienis a testamēto dei qui nec aliud nouerāt q nasci & mori) euertendā illam post tres dies iuxta/70/aut post dies/40/iuxta Hieronymū. Niniuitę nō exibilauerūt eū, nō impetūt luto & lapidibus: nō cruci suffigūt tanq genū malū, nō vel compedibus vinctum includūt nemo, donec appeat vera ne prędicet an vana, sicut factū est prophetę Michęę.3.Re.22. Sed sicut scriptū est: ad primā eius prędicationē crediderūt viri Niniuitę dño. Et requirendū est quid crediderūt. Si enim crediderūt ciuitatē euertendā, quare prędicāt ieiuniū, & ieiunāt hoies & iumēta, & saccis induūtur vtriq;? Nihilominus ciuitas subruetur. Sed dices, ciuitas si obruatur, hoies saluari possunt p pęnitē, pellē enim p pelle & cūcta q habet hō dabit pro vita sua. Sed nō id videtur credidisse, alioqui fugerēt e ciuitate sicut Loth e sodomis (Gene.19.) quod tamē nō fecerūt. Quid ergo crediderūt: Nū illud/prophetā fuisse mētitū? Absit. Nō enim ieiunarēt, sed pgerent sui similes esse, sicut heri & nudius tertius. Crediderūt igitur quātū sapio (Nā & illis incerta & occulta sapiētię suę reuelauerat deus) q sentētia dñi vera quidē erat, sed tamen locū habebat appellatio in illis tribus vel/40 diebus. Si enim ferire vellet, nūq id prędicerit. Crediderūt q humiliatū cor in sacco, & cōtritū ieiunio deus non despiceret. Crediderūt possibilius fore vt mutaret dominus sentētiā iuxta Ambrosiū q nō acceptare pęnitētiā, si ex animo fiat. Et obserua quomō prędicāti Ionę vrbis subuersionē, adiūcti sunt duo vel plures pręcones ex parte senatus qui prędicarēt penitētiā. &c. Chrysost. Quid dicis? Et bruta ieiunāt? Equi & muli saccis indūtur? Etiā inquit. Sicut etiam diuite aliquo mortuo, nō serui solū & ancillę sed & equi saccis indūtur: & ad sepulcha mortuorū vt ad misericordiā vidētes cōmoueāt, pducuntur, sic & hic factū est. Deniq pueni verbū vsq ad regē, qui fugēs e solio, abiectis insignijs regalibus, induitur sacco sicut vnus e populo, videlicet quia ante deum non est seruus nec liber. Illud quoq; quod dixit pręco ex ore Regis, quis scit si conuertatur Dominus/iuxta Hieronymum/idcirco ambiguum ponitur, & incertum: vt dum homines dubij sunt de salute, fortius agant pęnitentiam, & magis ad misericordiam prouocent Deum. Et vidit Deus opera eorum: & misertus est populo suo. Et ecce plusq Iona hic. Hic aduerbium est loci, &c. Conferamus nunc si libet Ionam Iesu Christo. Ionas Niniuitis extraneus, tribus diebus tantum prędicauit, miraculum nullum fecit: excidium q prędicabat vrbis. Dominus Iesus Christus caro & sanguis iudęorum: tribus annis docuit, miracula multa fecit, Regnum cœlorum pęnitentibus repromisit. Nihilominus Niniuitę gens ex lex Ionam alias nec de facie notum audierunt, pęnitentiam egerunt, iudæi Dominum Christum prophetarum auditum, ad crucem animo obstinatissimo petierunt. Merito igitur surgent viri Niniuitę in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, iuxta illud Sapi. Cap.4. Condemnat iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius consummata longam vitam iniusti. **Regina Austri surget in iuditio cum generatione ista: & cōdemnabit eam. Quia venit a Finibus a terrę audire sapiētiam Salomonis, & ecce plusq Salomō hic.** Historia manifestior est q vt hic recēseatur. 3. Regum. Cap.10. Ibi tamen vocatur Regina Saba. Saba altera est in æthiopia, altera in Arabia. Hęc autem Regina Arabicę Sabę Regina erat, ex qua & magi Domino vix dum edito munera attulerunt, Iosephus aliter dicit. Vide Augustinus. Steuchū super Gene.10. Sed & sapiētia Salomonis nulli ignota est qui versatur in scriptura. Huius igit sapiētiā vt audiret regina Austri, relicto regno suo/venit in Hierlm & multis ppositis quęstiōibus, nō fuit sermo q regē lateret. Legimus Hiero. & qsdā lustrasse puincias nouos adisse ppłos, vt eos qs ex libris nouerāt, corā q viderunt, id qd fecit & nobilissima femina hęc

C

Iob.2.

Niniuitę.

Psalm.50

Ambrosi.

Chrisosto

D

Hierony.

E

3.Reg.4

Actu.17

sicut ipsa dixit, nō credebā narrātibus mihi, donec ipsa veni & vidi & audiui, & nūc cōfiteor q̄ vix me dietas virtutū tuarum & sapiētię tuę nūtiata est mihi. Hec illa. Et isti Sāniones quid? Demoniū habet, quid eū auditis? Surget igitur regina Austri in iudicio cōtra generationem hāc, qui pręsente dei sapientiā cōtempserunt, quando illa solo sapiētię studio allecta: relicto regno, venit vt doceretur aliena, quę forte apud suos sapiētissima habebatur, alioqui nō veniret vt tētaret eū in ęnigmatibus. Nec tamē vacua venit, sed ingētia munera secū attulit 3. Reg. 10. Verū enim vero si cōferamus sciēciā Salomonis, cū sapiētia Christi, hoc esset tubā tibię comparare luci tenebras, suem Mineruę. Ecce inquit plus q̄ Salomō est hoc loco, seipsum intelligēs. Inuenietur enim Salomō magis mutus q̄ pisces, iuxta prouerbium. Nec oportet hic immorari inquirendo in quo Christus dominus maior sit Salomone, de cuius beatitudine, nullus certior est scriptum est, qui se putat stare, videat ne cadat. 1. Cor. 10.

3. Reg. 10. Ioan. 10. Exo. 4.

Caput. xi. De spiritu immundo repetēte hospitium suū qui secū alios 7. adducit se nequiores, de muliere clamāte. Beatus venter qui te portauit. De Maria matre domini volente alloqui vnicum suum simul & fratres sui & quid ad hec responderit dominus.

Matt. 12. Luce. 11.

CVm immūdus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca arida quęrens requiem & non inuenit. Tūc dicit. Reuertar in domū meam vnde exiui & veniēs inuenit eā vacantē, scopis mundatā & ornatā. Tunc vadit & assumit septem alios spiritꝰ sceleratiores se & intrātes habitāt ibi, & fiunt nouissima hominis illius. Peiora prioris ostēdit dn̄s pręsenti ęnigmate (subobscure tamē) quid esset euēturum iudęorum genti pro sua incredulitate & blasphemia in spiritū sanctum, & in quā profundā cęcitatē deuentura esset natio hec praua & adultera, & quibus calamitatibꝰ afficiēda a Romanis principibus, & quomodo in quattuor vētos despergēda, & contemptui habēda ab omnibus gentibus: sicut est dicta hęc. Ponit igit dominus similitudinem hoīs obsessi a demone, qui postq̄ clemētia dei tanto malo exēptus est, & sanitati redditus, suo vicio & incuria, demone repetēte hospicium pristinū, lōge grauius laborat q̄ prius, & merito, quādoquidē qui vnicus egressus fuerat, septem secum adducit se nequiores, & potest intelligere prudēs lector septem milia pro septē, positum est enim septem pro multis. His igitur ingressus hospiciū miserabile ex cōsequēti fient nouissima hominis illius peiora prioribus. Egressus est satanas a populo illo: quādo acceperunt legem in Mōte Synai, & facta est iudęa sanctificatio dei (Psalm. 113) Dicētibus illis postq̄ audierūt legē librū legis, oīa quę loquutus est dominus faciemus, & obedictes erimus. Rursus satanas domum suā repetijt, quādo vitulum adorauerūt. Exo. 32. Et tūc fractę sunt tabulę legis. Iterū igitur recōciliato populo deo mediatore Mose, secūdas tabulas accepit. Post breue igitur tēpus tędere cępit populū itineris & laboris, dixit q̄ alter ad alterū. Cōstituamus nobis ducem, & reuertamur in ęgyptum. Nū. 14. Hoc igitur reuerti illorum, cōtempto pręcepto dei, & duce suo Mose: est id quod dicitur, reuertar in domum meā. Et nō putabant colūnam ducem vię huius pręposterę se habituros: Et obserua textū Nū. Cap. 14. Quomō ex duodecim exploratoribus missis a Mose: decē vita functi sunt, quia detraxerūt terrę quā missi sunt explorare. Et dicit Rabbi Salomō q̄ linguę eorū destuebāt veneno, & cęperūt exuberare, atq̄ subito vita functi sunt ante fores tabernaculi. Ex verbis enim horū exploratorū ortum est murmur cōtra Mosen & Aarō. &c. Sed si ęgyptus lętata est in profectione eorū, quia nulla erat domus in ęgypto in qua non esset aliquis defunctus, & ipsi alias ęgyptios expoliauerūt, Quomō reuerti volūt, seruiebāt igitur olim suis cupiditatibus, quādo sedebāt ad ollas carnium, dicētes Mosi: fetere fecistis odorem nostrum ante pharaonem. &c. Per legem autē, vt cūq̄ exempti sunt a satanę seruitute, iuxtrcū mutatiōe solis, exuere simul ęgyptios mores, iuxta illud Iosue. 5. Hodie abstuli a vobis obprobriū ęgypti. Sed vitula docta assucta iugo ęgyptiorum (Osee. 10.) Sub inde repetebat areā suam, repetebat idola, immolabat nō pecudes mō, sed sicut scriptū est, immolauerūt filios suos & filias Demonijs. De hoc plenus est liber Iudicum. Tamē audi locū vnum. Iudi. Cap. 2. Suscitauit dominus iudices, qui liberarēt iudęos de manibus vastantium, sed nec eos audire voluerūt, fornicātes cum dijs alienis (vnde vocantur supra generatio adultera) & adorātes eos. Cito deseruerūt viam, per quā ingressi fuerāt patres eorū, & audiētes mādata domini, oīa fecere cōtraria. Cūq̄ dominus iudices suscitaret, in diebus eorū flectebatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cęde vastantiū postq̄ autē mortuus esset iudex, reuertebātur (obserua verbum hoc reuertebātur, q̄a & satanas reuertebatur ad eos) & multo faciebāt maiora q̄ fecerūt patres eorū, sequētes deos alienos & adorātes illos &c. Ex hoc textu intelligēs quid sit, fiēt nouissima hominis peiora prioribus. Miserāt prius manus in prophetas, & adorauerūt opa manuum suarum, nouissime miserūt manus in filium dei: dicētes, ecce hęres, ecce somniator venit, occidamus eum Gene. 37. Ex quo crimine profunda quędam cęcitas & septuplo intērior, q̄ fuerat parētum suorum occupauit amicos eorū & dorsum eorum semp incuruat deus, maioribus prę mens malis, & exitiū illos manet lōge atrocius q̄ hac vsq̄ passi sunt, Dicēte Ezechiele cap. 5. Faciā in te quę nō feci, & quibus similia vltra non faciam propter omnes abominationes tuas. Hieronym. Dicēs, faciā in te iudicia, ostēdit sentētię veritatem: ne ira mēsuram pęccatī videatur excedere. Nec fecit in vlla natione talia qualia fecit in Hierusalē. Pulchre q̄ dixit, & similia vltra nō faciā, multo enim post interfectionē Christi duriora facturus est. Aliud est enim co-

De pęnit. Distin. 4. Reuertar. Zacha. 2. Exo. 24. Eze. 34. Esai. 105. Hieronim. Psalm. 147.

enim coluisse merdum idola: propter quę ante puniti sunt, & aliud dei filiũ trucidasse. Itẽ Hiero. Fiunt nouissima. Multo enim deteriori cõditione sunt heretici q̃ gẽtiles, qa in illis spes fidei ẽ (canis viuus) in istis pugna discordię: Leo mortuus. Loca arida vel in aquosa gẽtes sunt, de quibus Esai. 35. Letare desertum &c. Et bene desertum ad quos Ionas tantũ missus est ante crucẽ Christi. Domus iudęorũ vacua est: qa christũ nõ habẽt: quẽ discipuli furati sunt, iuxta fidẽ ipsorũ iudęorũ. Est tamẽ dom⁹ eorũ ornata mãdatis hominũ, siquidẽ panẽ nunq̃ presumũt, nisi lotis manibus. Matt. 15. De phylaterijs & stolis habes. Matt. 23. Quod autẽ nouissima eorũ sint multo deteriora prioribus patẽter ostenditur: quoniã ter p
A singulos dies blasphemãt in sinagogis satanę dñm Iesum, & aliud est nõ suscepisse Dñm Iesum, aliud ad mortẽ postulasse, & pretulisse ei Barrabã, & aliud eum nũc cotidie blasphemare. Septenari⁹ numer⁹ vt predictũ est vniuersitatẽ significat, vel propter sabbatum: vel quia septem virtutũ spiritus sup Dñm descendisse referũtur, ita e cõtrario vitiorũ numerus in diabolo cõsecratus sit, Vnde Hilarius. Vt tãta ini quitatis fieret possessio, quãta si in eum crederẽt futura fuerat gratiarũ. Ita sunt nouissima eorũ peiora, quia ex iudęis satanas metu legis excesserat, nũc autem in eos cum vltione repudiatę ab eis gratię reuertitur. Sicut q̃ facti sunt duplo filij gehẽnę canes isti reuersi ad vomitum suum. Abulẽsis. Exponit illud, per loca arida ad litteram, quia dæmones expulsi ab hoie aliquo, iussu dei mittũtur vel iubetur abire in deserta loca, vbi hominibus nõ noceãt, sicut habes Tobię cap. 8. Ipsi autem quęrũt requiẽ. Quam⁹ vt nocere possint hoibus, vel in anima vel in corpore vel saltẽ in substãtia. Siquidem & eorũ delitię sunt versari inter filios hominem. Circũeunt ergo num quẽ inueniãt angelica custodia destitutum, & hec est tota eorum ratio quare circũeunt & p ambulant terrã. Vnde q̃ primũ satanas vidit saulem diuina gratiã destitutũ (trãsierat enim ad Dauid) illico inuasit eum. Bellũ enim nostrũ pax illorum est. Itaq̃ sępe repe
B tũt domicilium vnde eiecti sunt, imo semp stãt pro foribus. Et iuxta Lu. cap. 4. Si recedũt, est ad tẽpus. Sciendum q̃ dæmones quidã cõparati alijs actioris ingenij, insipiẽtis videri possunt. Et dicũt quidã, minores dæmones a maioribus puniri: quãdo iuxta formã sibi a superioribus prefixam nõ pręualuerĩt in tẽtatione hominũ, quia forte minus caute se gesserĩt. Quãto enim dęmõ est in natura superior, tãto est ad nocẽdum potentior & sagacior. Quęrit inquit requiem. Dæmõ quiescere nõ potest: quia quocunq̃ pergit, infernus sequitur eum. Hãc igitur a penis requiem nõ quęrit: quia nunq̃ inueniet. Requirit igitur requiem prauę volũtatis suę, quia summe nocere auet. Id quãdo consequitur: quiescit quodãmodo, sicut freneticus cũ debachatur in hostem. Quãdo autẽ nõ datur nocere homini: porcos petũt. Si nec hoc, arboribus volũt nocere, &c. Apoc. 7. Quãdo autem nullum horũ permittũtur facere, dicũtur esse in locis aridis. Vide Thobię. 8. Et in historia. S. Philippi. Circũit igitur, quęrens aliquem Saulẽ: Achitophelẽ vel Iudam. Sũt insatigabiles, naturę velocis, & momẽto hic: & mox in oriẽte esse possunt. potissime quia
C multi sunt eorũ exercitus: vt vbicũq̃ homines sint: sint presto q̃ plures eorum, vt quouis modo noceant. Theophyl. Ita dicit. Remissio peccatorũ per baptisma leuior est i. est facilis. Postea autẽ nõ est locus secundi lauacri nisi per pęnitẽciam, quę valde laboriosa est. Verum si cõparetur pęnę purgatorij, dies vn⁹ pro anno cõputatur. Iuxta sensum moralẽ ornamenta ecclesię sacramẽta sunt Christi: fides, spes, prophetia, angelorũ lingue, martyrium eleemosinę, &c. Cęrimonię religionis fictę: tõsura: phylaterię indurię & multa id genus: q̃ religionis quidem sunt symbola, verũ si lampades sunt vacuę, domũ vacuam hospes q̃ abierat repetet, ornatã licet multis rimis cęlis. **Factũ est cum hec diceret: extollens vocẽ quędam mulier de turba: dixit illi. Beatus vẽter qui te portauit: & vbera quę suxisti. At ille dixit. Quinimo beati qui audiũt verbũ dei, & custodiũt illud.** Hierony. Fieri quidem nõ potest vt absq̃ morsu hominũ vitę huius curricula quis ptranseat. Malorũq̃ solatium est, bonos carpere, dũ prauorum multitudine vel peccãtium putãt culpam minui peccator⁹. Verũ falsus rumor cito opprimitur: & vita posterior iudicat de priore. Hac enim vna mulieris nescio cui⁹ vocẽ sug
D in modum phari inter tot fumigãtes tędas eluxit, inter tot crocitãtes coruos velut luscinia insonuit omis malicia pharisęorũ sopita est. Abscõdisti inqt hec a sapiẽtibus & prudẽtib⁹ & reuelasti ea paruulis. Reuera autem cuiusdã prodigiosę fidei mulier hec ostenditur, quę scribis & pharisęis dñm tentãtibus simul & blasphemãtibus, tãta eius incarnationẽ pre oibus syncueritate cognoscit, & cõfitetur, vt & presentiũ calũniam, & futurorum cõfundat hereticorum perfidiam. Nã sicut tũc iudei dñi nr̃i iesu christi opa blasphemãdo, verum cõsubstãcialẽq̃ patri eũdem dñm Christũ denegabãt, sic heretici postea negãdo immaculatam virginem spiritus sancti operãte potentia nascituro ex humãnis membris vnigenito dei carnis suę materiam ministrasse, verum cõsubstancialẽ q̃ matri filiũ hois fateri nõ debere dixerũt. Sed si caro verbi a carne virginis matris pronũtiatur: Extranea, sine causa vẽter qui eũ portasset & vbera quę suxit beatificarentur. Qua enim cõsequentia eius credetur lacte nutritus, cuius semine negatur esse cõceptus? Cum ex vnius eiusdem q̃ fontis origine iuxta phisicos vterq̃ liquor emanare credatur. Nec fortuitu vt
E singũt Sabelliani, repit paruulum, sed de certis mẽsibus. 9. Peperit filiũ suum primogenitũ. Et ideo beatus vẽter qui portauit precium mũdi. Vẽter hic paradisus est deliciarum: cõsitus regio cultu & manu, & in eo sunt vniuersa florũ genera & odoramẽta virtutum, & in medio eius lignũ vitę, dominus virtutũ. Vẽter iste aceruus est tritici, vallatus lilijs, Cã. 7. Vẽter hic vas illud est admirabile, op⁹ excelsi (Ecc. 43 in quo repositum est Manna cœleste precepto dei, ad rei ppetuę memoriam. Venter hic tunica Christi est in cõsutilis (Ioan. 19) In qua depicta erãt parentum magnalia. Et iuxta. S. Thomã habuit & beatus hic venter hoc priuilegiũ singulare, q̃ sicut illa virũ omnino nõ nouit, ita ipsa ab vllo viro cõcupisci nunq̃ potuit: tota pulchra alioqui absq̃ oculis suis. Cant. 4. Excessit autẽ Maria angelos in tribus, in quibus excedebat cęteros hoies, videlicet grę plenitudine: familiaritate dei, & puritate. S. Thomas. opusculo. 8.

Z v Deni p

Eccs. 9. Matth. 28. Hierony. Esai. 3. Esai. 11. Hilarius Matt. 23. Abulensis Iob. 1. Prouer. 8. 1. Reg. 16 Genu. 4. Dæmones Abulensis Matt. 8. Num. 14 1. Cor. 13. Hierony. Matth. 11. Beda. Luce. 2. Gene. 2. Exo. 16. Sap. 18 3. p. Dist. 3 Questio. 4

Deniq; dicit idem in/1/Distin.17.q.2/q; puritas Marię fuit maxima sub deo, quã sententiam cõfirmat An
Anselmus selmus, & tamẽ prędicatur a multis cõcepta in peccato originali p instãs verũ nos hec missa facimus,
Luc. 1. & audiamus voce ecclesię, beatus vẽter qui te portauit, quia beatã te dicent omnes generationes, quia
fecit tecum magna qui potuit & voluit, quia decuit, vt quã ad lucẽ gẽtium destinauerat, prauitati te-
nebrę nõ sineret inuolui nec p instãs. An nõ potuit filius cõferre matri, quod castaneę, vt a spinis remo-
ta cõcipiatur, alatur & formetur? Plane potuit, qui potui matrem morientiũ e state formare. Genes. 2.
De qua scriptu est: hoc nũc os de ossibus meis & de carne caro. Hec vocabitur virago, quia de viro sum
pta est. Beatus aũt venter ille de quo verbũ quod erat in principio carnẽ assumpsit, cuius & vbera sępe
sępius suxit. At ille dixit. Quin imo, beati qui audiũt verbum dei, & custodiũt illud. Quin imo grçce est
Menũge ea autẽ cõiunctio nec negat quod dictũ est: nec reijcit, sed infert q̃d est certius. Hoc est igitur q̃d
alias diximus Matt. 5. iũgere tintinabulis malo granata. Abrahã audiuit verbum dei, quãdo dictum est
ad illum: egredere de terra tua, Gene. 12. Custodiuit autẽ verbũ dei, quãdo iussus immolare, vnicum ni-
Gen. 22. hil cũctatus, noctu surrexit, vt iussa expleret. Qui igitur audit verbum & custodit: animal mũdum est
iuxta legẽ, findit enim vngulã, & ruminat/Leui. 11. Ad hec Augustin⁹. Quod mãna dicitur habere in se
Sap. 16. omnẽ saporem, hoc fidelibus potuit cõtigisse, qui panẽ illũ spiritualem ruminabãt, nõ illis aduersus de-
Augusti. um murmuratoribus, qui integrũ glutiebãt: qui pfecto alias escas nõ desiderarẽt, si hoc eis saperet mãna
quod vellẽt. Imo a deo despiebãt palato eorũ febricitãti, vt suspirarẽt cucumeres & pepones. Fuit ergo
Maria beata, quę portare meruit vtero suo eũ qui portat oĩa verbo oĩpotẽtię suę: ex quo illud cõsequu
tum est, vt tota vtero suo se infuderit gratię plenitudo, vt sit Maria fons ille qui in quattuor dimiditur
flumina. Gene. 2. Est autẽ beatissima; quia audiuit verbũ dei ex ore verbi quod erat in principio: vt me-
rito illa sola dicere possit q̃d scriptum est, osculetur me osculo oris sui. Ore enim ad os loquebatur cum
Num. 12 verbo dei, sicut alioqui solet amicus amicum: mater vnicũ suum, spõsam spõsus. Quia audiuit dixit &
custodiuit: & cõtulit in corde suo: q̃d alijs verbis dicit spõsa, fasciculus myrrhę dilectus meus, inter vbe-
Marci. 3 ra mea cõmorabitur. Adhuc eo loquente ad turbas Marcus ecce mater eius & fratres sta-
bãt foris, & miserũt ad eum, vocãtes eum, & sedebat circa eum turba, Dixit autem
Luce. 8. ei quidam. Ecce mater tua & fratres tui foris stãt: querẽtes te. Lucas. Volentes te vide
Matth. 12. re/Matthęus: querẽtes loqui. Hieron. Videtur mihi iste qui nũtiãt, nõ fortuito & simpliciter nũcia
re: sed insidias tendere saluatori, vtrũ spirituali operi carnẽ & sanguinem pręferat. Vides ergo quot ten-
diculę iuxta iter positę sunt saluatori? Psalm. 139. Sed frustra iacitur rete ante oculos pennatorũ: quorũ to
Proberu. 1 tum etiã corpus plenũ est oculis. Ezech. 1. Sũt enim multi & boni huiusmodi iani non sunt bifrõtes sed
Hieronim etiã facierũ quattuor, qui semp pvident bona ante deum & homines. Bene aũt inquit Hieronymus, q̃
1. Cor. 8. malicia nõ habet tãtas vires quãtos conatus. Perijet innocentia sisemp nequicię iuncta esset potentia
Ion. 3 (animã illius serua) & totũ quicquid cupit calũnia pręualeret. Quid in homine tutũ est, si innocẽtia cri
minosa est? Ecce inquit mater tua. Vnde inquit te toties vane iactas patrẽ habere in cœlo, cuius pater &
mater & fratres & sorores nõ ignoti sunt nobis in hac terra? Iuxta Marcũ cum cõsobrini aliquot cuperẽt
cõuenire dñm, nec possent adire ob turbam obsidẽtem fores domus: nihil aũt tunc sapiebãt de eo nisi q̃d
suggerebat caro & sanguis: voce quasi p manus tradita, homo quidã caro & nõ spiritus: interpellãs ser
monem domini: ecce inquit adsunt pro foribus mater tua & fratres. At ipse respõdens dicẽti si-
bi: ait. Quę est mater mea, & fratres mei qui sunt? Et circũspiciens eos qui in circuitu
suo sedebãt, & extẽdens manũ in discipulos suos: dixit. Ecce mater mea & fratres
mei. Quicũq; enim fecerit volũtatem patris mei qui in cœlis est: ipse me⁹ frater: soror
& mater est. Et hoc loco inquit Hieronym⁹ Manichęus negat Christũ natum de muliere. Sed si hunc
Hierony. vidit locum, quare nõ & illius meminit, pariet aũt filium, Matt. 1. Quodq; dicit, & fratres tui, non filios
Ioseph ex alia vxore vt quidã dicũt: sed cõsobrinos dñi filios materterę domini quę & ipsa est mater Ia
Abulensis cobi minoris & Ioseph & Iudę: & isti vocãtur fratres dñi. Abulensis. Cũ autẽ iuxta carnis propinquita-
Exo. 20. tẽ teneretur exire, dicẽte lege, honora parẽtes (quãdoquidẽ & alias cũ esset annorũ. 12. Neq; minori offi-
Luce. 2 cio pietatis additus, cessit tamẽ & obsecũdauit parẽtibus dicẽtibus, fili quid fecisti nobis sic) reddẽs ratio
nẽ quare finem nõ faciebat dicẽdi, inquit. Illa quidẽ est mater mea: sed tamen nõ minoris mihi curę est ho
minem patris prouehere. Nãq; & illi vicem gerũt parẽtum fratrum & sororũ iuxta spũalẽ cognatio-
nem, qui faciũt voluntatẽ patris mei. Et est similis hec sentẽtia illi, beati qui audiũt v̄bũ dei & custodiũt
illud. Quę est inquit mater mea? Chrisosto. Docet nos dominus in nulla cognatione cõfidentes: virtutẽ
nõ negligere. Si enim matri Christi nihil prodest/matrem esse, nisi virtus adsit, quis vtiq; alius per cog-
nationem saluabitur? Multę mulieres beatificãt virginẽ & eius vterũ, & optauerũt tales fieri matres, si
tamen hoc optasi possit. Quid est ergo quod phibet? Ecce latam vobis cõstituit viã, & licet non fęmi-
nis solum (quod magis mireris) sed etiam viris fieri matres Christi. Qui enim fecerit voluntatem patris
Augusti. mei. &c. Ita dicit Augustinus. Fęlicior est Maria cõcipiẽdo iuxta spiritum dominũ Christũ, q̃ generan
do carnẽ Christi, vtroq; autẽ genere cũ esset mater, tamẽ adhuc prępõderabat honor cœlestis patris. Ni-
Hieronim hilominus tamẽ finito sermone, morẽ gessit matri. Hieronym. O mysterium: matrem suã sibi dominus
abiurat, cũ extra verbi auditorium esset cõstituta, eo potissimũ tempore quo verbũ pręedicabatur a ver
bo. Subuasciturq; cur ad eum docẽda nõ intret, ad quem extranei etiam tam facile intrare possent. Hec
moralia sunt. Vere enim ingredi nõ poterãt, turba obsidente ianuam: quę dato q; agnouisset matrẽ do-
mini, nullo modo assurgeret veniẽti. Primũ quidem ne interturbaret sermonẽ: & secũdo quia mira sua-
uitate tenebatur: sedebat enim cũ Maria ad pedes domini, vni intenta rei, & q̃a optimã partẽ elegerat

non erat

nõ erat auferẽda ab ea. Legimus fratrẽ quendã in eremo cõuersantem, ad quẽ cũ secularis alter frater auxilij petẽdi gra aduentasset, respõdit se, adi fratrẽ nrm aliũ diuitem qui tali moratur loco, qui reuera iam diem suũ obierat. Cũq; miratus qui venerat, respõdisset, is frater ad quẽ me mittis, iã vita functꝰ est, ibi Monachus, & mihi mũdus crucifixus est: & ego mũdo mortuus sum. Ad hec A. Gel. lib. 1. Cap. 8. Queri solet, an semp in p oibus iussis patris parẽdũ sit. Sup hoc tres feruntur sententie. Vna est, in oibus patri parendũ. Altera est, in quibusdã parendũ, in quibusdã nõ parendũ. Tertia est, nihil necessum esse pri parere. Hã. ita cõfirmãt Aut recte inquiũt impat pater aut pperam. Si recte impat, nõ quia impat parendũ sed quoniã id fieri ius est: faciendũ est. Si perpam, nequaq; id faciendũ quod fieri nõ oportet. Cõclusio. A Nunq; est igitur pri parendũ. Hãc cõclusionem nõ appbamus: est enim friuola & inanis, sed neq; eam que primo loco posita est. Quid enim si pditionem patrie, matris necem, si alia quedã impet turpia & impia? Mediã igitur sententiã pbamus, quia optima ac tutissima visa est, quedã esse parendũ, quedam nõ obsequendũ. Sed ea tamẽ que obsequi nõ oportet: leuiter & verecũde ac sine detestatione nimia, sine obprobratione acerba reprehẽsionis declinãda sunt sensum, & relinquẽda potius q; respuenda. Sũt aũt quedã que aut honesta sunt aut turpia. Honesta siue impet pater siue nõ, faciẽda sunt, turpia nec si imperet. Que vero in medio sunt: & a Grecis tum adiaphora tũ mesa appellãtur vt in militiã ire: rus colere, honores capessere: causas defendere, vxorem ducere, vti iussum proficisci, accersitum venire: in huiusmodi rerum generibus parendum patribus censent. Hec ille. Tu autẽ memento verbi illius: ecce fili Ioãnes matrem tuam, curam illius habe. Ioan. 19.

Luce. 10 / Exemplum / Galat. 6 / A. Gellius

B Capit. xij. Lucerna corporis est oculꝰ de quo dictũ est. li. 3. ca. 8. Et hic dicitur aliquid. Itẽ. 72 reuertuntur cũ gaudio ad dñm & quid audierit ex ore Christi, Gaudete inquit quia nomina. &c. Item q dominus exultauit in spiritu sancto de profectu euangelij & q pater eternus reuelauit mysterium fidei paruulis & celauit illud sapientibus quodq; iugũ eius suaue est & onus eius leue.

Nemo accendit lucernã, & in abscondito ponit: neq; sub modio sed sup cãdelabrũ: vt qui ingrediũtur: lumẽ videãt. Lucerna corpis tui & cetera vsq; ibi tenebrosum erit. Iste textus expositus est libro. 3. Cap. 8. Vide ergo ne lumẽ quod in te est, tenebre sint. Si ergo totũ corpꝰ tuũ lucidũ fuerit: non habens partẽ aliquã tenebrarũ, erit lucidum C totũ, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Scriptũ est, iuste quod iustũ est exequere, quod certe lex nõ diceret: nisi opera ipa que sunt de genere bonorũ possent fieri sciente & cõsentiẽte sinistra manu, reserato ostio: & illota facie. Et hoc est quod dicit, vide ne lumẽ fiãt tenebre. Maledictus inquit dolosus, qui habet in grege suo masculũ, & offert dño debile. Quid est debile? Amputata cauda: auribus & testiculis exectis. Leui. 22. Si offeratis cecum ad immolãdum (ecce lucẽ factã tenebras) nõne malũ est? Et si offeratis claudũ & lãguidum nõne malũ est? Offer illud duci tuo inquit dominus: & si placuerit ei aut suscepit faciem tuã, idem ego faciã Certe has hostias si duci offeras, nõ modo respuet, in sup & putabit sibi factã iniuriã. Et vos inquit hoc audetis deo offerre: quod hoibus nõ auderetis. Si ergo totũ corpus tuũ lucidum fuerit &c. Qđ tũc fit, quãdo in opibus nostris soli deo placere querimus, & in factis nostris bonis quãtũ in nobis est, semper optamus secretũ. Simus igitur Argi, simus oculati quaqua versum, prouidẽtes semper Dñm ob oculos nostros, memores verborũ Pauli, si adhuc hoibus placerem, seruus Christi nõ essem. Potest intelligi D nose luminis lumẽ fidei: est enim colũna illa duplex que precedebat populũ quãdiu in via erat. Num. 9. Duplicem dixit: quia perdiem optiebat tabernaculũ nubes, & per noctem quasi species ignis. Docet ergo lumẽ fidei quid credẽdũ sit, & quid operãdũ. Sine hac luce preuia & duce: nõ mouebãtur filij israel de loco suo. Extra hanc viã quã docet fides, currere possumus nũq; peruenturi quo tendimus. Tũc ergo totum corpus nostrũ erit lucidũ totũ, cum credita, opere pre nobis tulerimus, vt dicatur de nobis illud, ecce verũ israelitã, in quo dolus nõ est (Ioã. 1.) hoc est nõ est sepulchrũ dealbatũ, sed omnis gloria eius abintus.

Luce. 11 / Deut. 16 / Malach. 1 / Gala. 1.

Reuersi sunt autẽ. 70 duo cũ gaudio dicẽtes, Domine etiã dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis. Videbã satanã sic fulgur de cælo cadẽtẽ. De peni. Dist. 2 Cap Citius. c. Principiũ. Facillime ait Tullius, ad res iniustas impellitur, vt quisq; est altissimo animo & glorie cupido. Qui locus est sane lubricus, q vix inuenitur, qui laboribus susceptis, periculis q; aditis: nõ quasi mercedẽ rerũ gestarũ desideret gloriam. Huic sententie arridit illud, bonũ certamẽ certaui: cursum cõ E summaui: inde seruaui, reposita est mihi corona iustitie. Sed isti nõ de infirmitatibus, ieiunijs vigilijs, flagellis, insidijs q; falso fratrũ iactabãt se, & de eo q abũdantius ceteris laborabãt, sed q dæmones pellebãt verbo, inuocato nomine Christi. At multi qui talia perẽgerũt, audituri sunt, Amẽ dico vobis nescio vos. Gregoriꝰ. Mire ergo vt in discipulorũ cordibus elationẽ premeret: iudiciũ ruine retulit, qđ ipse magister & caput elationis accepit, vt in auctore supbie discerent, quid de elationis vicio formidarẽt. Corruit aũt Satanas sicut fulgur: quia repente euanuit idolorũ cultus, & obsessorũ multitudo, vt qui olim pens toti orbi dominabatur, nũc atteratur pedibus credentiũ. Suoq; vicio qui quasi lucifer mane oriebatur, nũc tenebrarũ rector existens, non raro angelũ se lucis mentitur. 2. Cor. 11. Nolite ergo hinc extolli q dæmones vobis subijciuntur, imo qui se putat stare, videat ne cadat. 1. Cor. 10. Videas ne dicens: ascendã in coelum

Psalm. 44 / Tullius. / 2. Tim 4. / 1. Cor. 11 / Gregorius / Ephes. 6

in cœlũ,similis ero altissimo,sublata sede,tanq̃ fulgur preceps deciderit. Sed si in cœlũ erat,quomodo dixit,ascendam in cœlum?Sed Paulus in tertium rapitur cœlum,qui loc⁹ proprie beatissime trinitatis est Gaudere aũt q̃ per humilitate ascẽdere potestis,vnde ille corruit.,Omnis enim locus quẽ calcauerit pes vester/vester erit. Vnde illud.Ecce Adã factus est quasi vnus ex nobis. Gene.3. Augustinus. Hec verba dei sunt,nõ tam huic insultãtis,q̃ ceteros ne superbiãt deterrẽtis.Itaq̃ replicatũ est in caput proto plausti,quo exitu cõcupierit,quod a serpente suggestũ est:videlicet eritis sicut dij. Nõ solũ inquit nõ est factus qualis voluit,sed nec illud quod cõditus fuerat cõseruauit. Vnde tanq̃ excõicatus eiectus est a paradiso voluptatis,sicut solent in ecclesia a sacramẽtis visibilibus hoĩes ecclesiastica disciplina remoueri. Videbã inquit satanã.Quãdo?Quãdo in principio erat verbũ.Nõ mihi rẽ nouã refertis Olim enim ego videbã casum diaboli a sua celsitudine,quã in seculo obtinebat,causatũ a meo aduẽtu. Atq̃ vtinã solus precipitaretur,&nõ tertiã partẽ stellarũ secũ cauda in tartara ptraheret.Vtinã tertiam tãtũ partẽ hominũ suo cõsignaret charactere:bestia hec capitũ septẽ:& cornuum decẽ. Verum si Ioãni credimus:totus mũdus in maligno positus est.1.Ioan.5.Ecce dedi vobis potestatẽ calcãdi supra serpentes & scorpiones & super omnẽ virtutẽ inimici:& nihil vobis nocebit. Verũtamen in hoc nolite gaudere q̃ spiritus vobis subijciuntur. Gaudete autẽ quoniã noĩa vestra scripta sunt in cœlis. Ambros. Dñs Iesus veniẽs in hunc mundum p virginis partũ subiecit anime nostre omnes cõtrarias potestates,iuxta illud,ipsa vel ipsum cõteret caput tuũ(insidieris licet calcaneo eius)vt fide tua cõuersatione & opibus cõterãtur.Si ergo nõ cõteris aduersarium,tua culpa est:qui permissa nõ vteris potestate. Adduces inquit dracone in hamo,circundabis capistrũ naribus eius,illudes ei quasi aui:cuius potẽtie nulla similis sup terram Iob.41.Sed ego dedi vobis potestatẽ, & nihil vobis nocebũt,imo nec porcis nocebũt,nisi permittãtur.Quare vobis nõ nocebunt?Quoniã angelis suis Deus mãdauit de nobis vt custodiãt nos ab istis serpẽtibus & cetis qui inuadũt nos. Tobie.6.Et in manibus portabũt nos,ne offendamus ad hos lapides pedes nros. Q̃ facile q̃sq̃ cõsidẽter calcat sup serpẽtes istos & scorpiones,qui angelicis portatur manibus. Quã suauiter calcat vndas maris huius pcellosi,cuius ab huiusmodi manibus sustinentur mẽtum. Sçuiãt igitur quãtum licet serpẽtes isti,scorpiones,Basilisci & aspides,morsu visu & flactu:terreãt & rugitu:nocere vobis nõ possunt, nisi quatenus quibusdã Paulo similibus dãtur aliqui serpẽtes qui eos collaphizẽt,sed bono eorũ,ne extollãtur in supbiã magnitudine reuelationẽ & incidãt in tẽtationẽ & in laqueũ diaboli.Veruntamẽ in hoc nolite gaudere. Dæmones enim fugare & corporibus & id genus multa facere:aliquãdo nõ est meriti illius qui illa operatur sed inuocatio noĩs christi hoc agit,ad cõdenationem eorũ qui inuocãt,hoc est qui verbo credunt: factis negat,vel ad vtilitatẽ eorum qui vidẽt & audiũt,si forte cõuertãtur ad eum qui vult omnes salutẽ cõsequi. Pone enim q̃ noueris mysteria oĩa,martyrio tradas teipsum,ardeas in fornace septuplũ succensa, Dani.3 Omnẽ substãtiam distribuas in cibos paupum,rapiaris in tertiũ cœlum,& in paradiso verseris nõ triduo:sed annis/50/noli in hoc gaudere,quia Paulus post hec oĩa:dixit,ne forte cum alijs predicauero,ipse reprober a corona. Gaudete autẽ quia nomina vestra scripta sunt in albo cęli. Quia de multis q̃ dæmonia eiecerũt e corporibus scriptũ est.Deleãtur de libro viuẽtium,& cum iustis nõ scribãtur. Augus. Nunquid errore factũ est,vt illic scriberetur errore scribẽtis?Fratres nõ sic accipere debemus, q̃ quẽq̃ deus scribat in libro vitę,& deleat illum.Si hõ dixit,quod scripsi:scriptũ esto, deus quẽquã scribit, & delet?Prescius est,predistinauit omnes ante cõstitutionẽ mũdi regnaturos cum filio. Hos quos cõscripsit, cõtinet liber vitę. Apoc.Cap.20. Cęteri autẽ qui nõ sunt ibi scripti sunt ex parte antichristi,& cum eo mittẽtur in stagnũ ignis. Pro inde sine dubio nõ erunt antichristo cõsensuri,qui in libro illo scripti sunt Isti ergo quomõ inde delẽtur,vbi nun p̃scripti sunt?Hoc dictũ est secũdum spem ipsorum,quia ibi se scriptos putabãt:de quorũ numero phariseus erat,quo nullus maior in natis mulierum, se ipso teste erat em iusticia iustior:apud semetipsum. Quid est ergo deleantur de libro vitę?Et ipis cõstet nõ ibi esse. Vnde qui putabãt se scriptos esse,audiãt id quod sequitur,& cũ iustis nõ scribantur,de quorũ iustorum numero erat Moses:cuius verba sunt,aut dimitte eis:aut dele me de libro tuo.Exo.32.Illi ergo qui se sperabãt tanq̃ merito iustitie sue in libro scriptos esse Dei,quibus dicitur,scrutamini scripturas,in quibus putatis vos vitã ęternam habere(Ioan.5.)Cũ perducta fuerit dãnatio eorũ etiam cognitionẽ ipsorum,delebuntur de libro viuẽtiũ,dicẽte dño vnũ verbum,nescio vos,ite maledicti. Matth.25. Vos autẽ gaudete quoniã noĩa vestra scripta sunt in cœlis,nõ q̃ dæmonibus imperastis.sed quia vim intulistis regno dei. Siquidẽ & apud Lacedęmonas nec viri aut fęminę sepulchro licebat cuiq̃ nomẽ inscribere,nisi eorũ qui fortiter in bello periissent. In ipsa hora exultauit in spiritu sancto Iesus:& dixit, Cõfiteor tibi pater domine cœli & terre, q̃a abscõdisti hec a sapiẽtibus:& reuelasti ea paruulis. Ita pater quoniã sic fuit placitũ ante te. Vel iuxta gręcum:sic fuit bona voluntas coram te. Hετιου τοσγενετοευδοκιαεμπροσθενσου. Hoti hutos egeneto eudokia emprothen su. Noli ergo quęrere quare ille vocatur:& ille reprobatur,quia scriptũ est.licet mihi facere quod volo. Exultatio hec in spiritu sancto de successu euangelicę predicationis fuit,quoniã statim vt cępit predicare regnũ cœlorum sagena Petri impleri cępit,cum interim doctores legis per totã noctẽ laborãtes mare circũ euntes & aridam,vix vnum crearẽt proselitum. Quomõ vero multos piscarentur,quãdo nullus ad phase illorum admittebatur,nisi effuso primũ sanguine?Exo.12.Et his auspitijs initiabat legi Mosaicę, iugo alioqui grauissimo. Exultat igitur dominus q̃ adesset iam tẽpus euãgelicę libertatis(postq̃ lex soluerat pẽsum suum)vnde in cõsequẽtibus vocatur onus leue. Exultat in spiritu sancto,iuxta illud,nõ nobis domine:nõ nobis,sed nomini tuo da gloriã,quã certe nõ dabat deo phariseus ille(Luce.18.)Qui nõ erat sicut cęteri

hommes

Esai.14 / Deut.11 / Augusti. / Apoca.12. / Apoca.13. / Luce.10. / Ambrosi9 / Matt.8. / 1.Cor.12 / 1.Tim.6 / Hierony. / 2 Tim.2. / 1.Cor.13. / 1.Cor.9. / Psal.65 / Augusti. / Ioan.19 / Luce.15. / Matth.11. / Matth.55 / Matth.11. / lacedęmones. / Matth.11. / Luc.10. / Matth.23. / Actu.15 / Psal.113

F / G / H / I / K

homines, & hinc exultabat. Sed gaudiũ eius ad instar puncti fuit. Iob. 20. De hoc igitur gaudio quod est
in spũ sancto dicit Paulus, Gaudete in domino semper. Phil. 4. Hoc est gaudiũ cõscientię, quod nobis
inuitis, nemo tollet a nobis. Agit igitur grãs filius patri iuxta qđ formã seruũ accepit: quia minor est pre Ioan. 16.
q̃ hęc tã sublimia mysteria de incarnatione verbi, de lege Mosi abolita & lata lege euãgelica, de gentiũ
vocatione, de animę immortalitate, de ęterna bonorũ remuneratione, de resurrectione mortuorũ, de pe
ccatorum remissione in baptismate, de sacramẽto pęnitẽtię: de trinitatis super benedictę vnitate, de pau Roma. 1
pertate & perfectiõe euãgelica abscõderit a sapiẽtibus sęculi huius: qui euanuerũt in cogitationibus suis
A eaq; reuelauerit paruulis & humilibus iuxta sęculũ: quales erãt apostoli, & alii. 72. qui missi sunt in om
nẽ ciuitatẽ & locũ quo erat ipse venturus. Vide optime Daniel. Cap. 2. De his Paulus (1. Cor. 1) Videtis
vocationẽ vestrã &c. Moses quãdo sapiẽs sibi videbatur: eruditus omni sapiẽtia ægyptiorũ, cũ perge-
ret vt videret rubũ ardẽtem, audiuit ex ore dei, ne appropies huc. Postq̃ autẽ capite sequẽti agnouit in Exo. 4
sipientiã suam, dicẽs nõ sum eloquens. tũc meruit videre deum primũ per scapulas & secũdo facie ad fa- Exo. 33.
ciem, ita qui occultarat se a sapiẽte Mose, reuelauit seipsum Mosi paruulo. Dicit autẽ Plato de vno verũ Plato.
principio vnũ mirabile. Triplex est inquit ignorãtia, aut secũdum pecunias, aut iuxta formã corporis,
aut secundũ dotes animę. Nã pecunias plures se putãt habere: qui alias mẽdici sunt, sicut dictũ est cuidã
angelo. Dicis q̃ diues sis, sed si propius te inspicias. pauper es: cęcus &c. Corporis mẽtiuntur vmbram Apoca. 3
quãdo sol oritur vel occidit, virtutes aũt q̃ maxime omnes sibi arrogãt. Nam olim septem erant gręcię
sapiẽtes cantũ, nũc vero nõ inueniẽtur idiotę totidẽ, de quibus dicit Paulus q̃ euanuerũt in cogitatio Diogenes
nibus suis. Diogenes (verbi grã) pumicosa sidera/mũdi q̃ spiracla putat. Xenocrates ex nubibus ignitis Xenocrates
B cõcretas, extinctas autẽ interdiu, noctu carbonũ mõ recandescere, exortũ q̃ & occasus solis earum esse
accẽsus restinctus q̃. Quasi nõ viderimus anno dñi. 1539. Hora diei nona, sole ecclypsin patiẽte: Cœlũ
stellis ornatum. Hę sunt aniles fabulę sine capite & deliramẽta sapiẽtum illorũ, quę referẽre nescio quo Comẽta-
eu orbio, didicerũt, & scripta reliquerunt in libris suis, de quo alias dicetur fusius. Dicit autẽ cõmẽtator tor
Dionysij, q̃ ignorãtia de deo, est vere sciẽcia, quę verius fidelius q̃ negatur in oĩbus q̃ affirmatur. Qđ
cũq; enim de ipso negaueris, vere negabis. Si quide approbabis hoc vel hoc illũ esse, falsitatis redargue-
ris, quia oĩum quę sunt: quę dici vel intelligi possunt, nihil est. Melius ergo nesciendo scitur. Vnde dicit Dionisius
Dionysius super illud, nõ videbit me homo: q̃ debemus habere mẽtes nõ habentes oculos, iuxta illud Exo. 33.
Cãti. 6. Auerte oculos tuos a me, quia ipi me auolare fecerũt. Tũc enim Christus recedit, quando mens Canti. 4
oculis intellectualibus nititur supernã sapiẽtiam aspicere. Nõ enim intrat ad illam intellectus sed affec-
tus. Vnde illud. Vulnerasti cor meum in vno oculorũ tuorum, & hic est affectus amoris, vno enim qui
est eleuatio mẽtaliũ cõsiderationũ. Quod autẽ negãdo intelligimus quid deus sit, exemplũ accipe fabri 1. Cor. 13
C lignarij qui lignũ dolãdo pulchrã facit imaginem. Semper tamẽ videmus per speculũ in ęnigmate. Sed
reuelasti ea paruulis inquit eo modo quo oculi nicticoratiũ lumẽ quod habitat lucẽ inaccessibilem po- 1. Corin. 2.
ssint intueri. Et hoc est quod Paulus alibi dicit, prędicamus sapiẽtiã in mysterio abscõditã, nam lippiẽ Chrysost.
tibus oculis tenebrę cõmodiores sunt q̃ splẽdor lucis. Et quare dicit Paulus in mysterio abscõditam? My
steriũ est, vbi aliud dicitur, aliud creditur. Audio mortuũ christũ, & eius benignitatem q̃ primũ admi-
ror, audit Paganus, & imbecillitatẽ arbitratur, imo stultitiã. 1. Cor. 1. Audio q̃ mortuus est, & eius po-
tẽtiam obstupesco, q̃ nec mortuus vinci potuerit: sed mortẽ dissoluit. Audit ille resurrectionem, & fabu
lã arbitratur. Video baptisma, & intelligo regenerationẽ. Ille aquas Abana & Farfar pręfert aquis Ior-
danis. Quẽadmodũ expers litterarũ litteras videt, scripturę vim nõ intelligit (etiã si legat, vide Actu. 8 4. Reg. 5
neq; nouit quod oculorũ sensu pcipit: qui aũt litteris eruditus est, multã in his cõditã vim & totas his-
torias inueniet, eodẽ modo in mysterio vsu venit. Dicit Paulus, ecce mysteriũ vobis dico, oẽs quidem 1. Cor. 15
resurgemus/&c/ Inquit Atheniẽsis sapiẽs: nouorũ dæmoniorum annũtiator videtur. Verisimile est autẽ
D inquit Chrysost. Eos qui audiebãt, hec dixisse. Quid hoc rei est? Nũ quid vniuersus orbis decipitur: sophi- Chrysost.
stę, rhetores, philosophi, historici, pythagorici: platonici, epicurei, pipatetici, impatores/ cõsules, Reges Actuu. 17.
indigene, serui: Barbari Greci? His ne oĩbus duodecim piscatores & tẽtoriorum opifices & publicani sa
piẽtiores erũt? Et quis nam hęc pateretur? Curuus videlicet boues post se trahet. Et tamẽ his paruulis iux-
ta sęculum reuelauit deus hãc sapiẽtiam. Paruulis. Gręce est νηπίοις, nepiis idest stultis vel insipientibus
vt opponatur ei qđ pręcessit, sapiẽtibus & prudẽtibus. Ad prędicationẽ ergo horũ paruulorũ multi cõ-
uersi, veniebãt cõfitẽtes & annũtiãtes actus suos. Multi aũt ex eis qui fuerãt curiosa sectati: cõtulerunt
libros, & cõbusserũt eos corã omnibus/ Actu. 19. Abscõdisti inquit a sapiẽtibus. Augusti. Errare est sem Augusti.
per quęrere & nunq̃ inuenire, Error est falsi p vero approbatio. Nõ enim puto eum solũ errare, qui fal-
sam viã sequitur, sed etiam eum qui verã nõ sequitur, cuiusmodi erãt Accademici Ipsi dicunt, nihil se in
agẽdo sequi, nisi pbabile: & quęrũt magnopere veritatẽ, cũ eis sit pbabile, nõ posse inueniri. O mirum
E mõstrum. Sed ne mireris, abscõdit enim eã deus a sapiẽtibus huius sęculi, qui tamẽ professores erãt veri
tatis inquirẽdę. Idẽ Augustinus de doctrina christiana scimus q̃ momẽto temporis aduenienti spũ sãn-
cto, repleti eo apostoli, loquebãtur varijs linguis. Nos tamen nõ tẽtemus eum cui credimus: vt ad ipsum Augusti.
quoq; euãgelium audiẽdum atq; discẽdum, nolimus ire in ecclesiã aut codicem legere, aut prędicantem Actu. 26
audire, & expectemus rapi cũ Paulo in tertiũ cœlũ, & ibi audire ineffabilia verba, & doceri cũ Paulo
euãgelium, Gal. 1. Caueamus tales tẽtationes supbissimas & periculosissimas, magis q̃ cogitemus ipsũ
Paulũ licet diuina voce prostratũ & instructũ, (Abest hierusalẽ a Damasco iter dierũ sex). Ad hominẽ
tamẽ missum esse, vt sacramẽta perciperet, & copularetur ecclesię. Sic Corneliũ quãuis exauditas orationes
eius & elemosynas respectas angelus nũtiaret, Petro tamẽ traditur imbuẽdus, p quem nõ solum sacra

perciperet

recipet, sed etiã quid credẽdum, quid sperãdum quid diligẽdũ esset audiret. Sicut Moses qui cũ dño loqbatur, cõsilium tamẽ quo dei populũ regeret, a socero audiuit, cui paruulo imo nec dũ renato in fide deus id reuelauerat.

Exo.18.

Hoius rationẽ si vestiges, memẽto φ nicticoracis oculi opprimẽtur: si id pergãt pscrutari, a odies nihil aliud φ̃ ita pater fuit bona volũtas ante te. Gregorius 25. Moral Cap. 28. Itaq; consilium summę & occultę sapiẽtię satisfactio sit apertę rationis. Quibus nimirũ verbis exẽpla humilitatis accipimus, ne temere discutere superna cõsilia de aliorũ vocatione aliorum repulsione prçsumamus. Cũ enim intulisset vtrãq; videlicet abscõdisti, & reuelasti, nõ mox rationẽ reddidit, sed sic deo placitũ dixit (& loquitur dominus blãdictis effectu) hoc videlicet ostẽdens φ iniustum esse nõ potest, quod placuit iusto. Simile est illud: an nõ licet mihi facere quod volo? In cũctis ergo quę exterius disponũtur, apertę causa rationis est occultę iusticia volũtaris. De hoc Hieronymus sup illud 3. Reg. 1. Et rex Dauid senuerat. Nõne tibi videtur, si occidẽtem sequaris litteram, figmẽtum esse vel Athenaiõ Ludicra: frigidus senex obuoluitur vestimẽtis, & nisi cõplexu adolescẽtulę non tepescit. Omnes vxores eius quasi frigidę repudiãtur, & in vnius tãtũ grãdęuus calescit amplexibus. Abrahã multo Dauid senior fuit, & tamen viuẽte Sara, aliam nõ quęsiuit. Isaac duplices annos habuit, & cũ Rebecca iam vetula nunq̃ refriguit. Moses 120 annorũ Sephoram nõ mutauit. Quę est ista Sulamitis vxor & virgo, tam feruẽs vt frigidum calefaceret, tã sancta vt calẽtem ad libidinẽ nõ prouocaret? Posside sapiẽtiam ait sapiẽs. Prou. 4. Ama illam & seruabit te. Oẽs pene virtutes corporis mutãtur in senibus & crescẽte sola sapiẽtia: decrescunt cętera. Ieiunia, hospitalitas: defensio pauperũ, labor manuũ, instãtia orationũ, & cũcta quę per corpus exercẽtur, fracto corpore minora sunt. Nec hoc dico: φ in iuuenibus semp frigeat sapiẽtia, cum multi per exercitiũ virtutum & orationẽ sciẽciam cõsequuti sint, quę in pleris φ senibus ętate marcescit (nam in Salomone crescẽte ętate crescebãt incẽtiua carnis, & emoriebatur sapiẽtia) sed φ adolescẽtia multa corporis bella sustineat, & inter incẽtiua viciorũ & carnis titillationes quasi ignis in lignis viridibus suffocetur, & suum nõ potest explere fulgorẽ. Senectus vero eorum qui adolescẽtiam suam honestis actibus instruxerũt & in lege domini meditati sunt die ac nocte, ętate fit doctior, & processu tẽporis sapiẽtior, & veterũ studiorũ dulcissimos fructus capit.

Heronim.

Psam. 1.

Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filiũ nisi pater, neq; patrẽ quis nouit nisi filius: & cui voluerit filius reuelare. Quoniã cõfessio laudisqua vnigenitus dei filius patrem glorificat dicẽs, cõfiteor tibi pater, eũdem vnigenitũ patre, iuxta φ homo est minorẽ ostẽdit, rursus dicẽs, oĩa mihi tradita sunt a patre: eiusdem eũdem naturę glorię & equalitatis ostẽdit esse cũ patre a quo habet quicquid habet. Nã iuxta quod est mediator dei & hominũ, dicit data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Id autẽ dominus ad erigẽdos discipulorũ animos dixisse videtur, ex quo scirẽt, se talẽ habere dñm: qui oĩa possit: velit autẽ optima. Quod aũt sequitur, & nemo nouit filiũ nisi pater, ad illud refertur quod dixit, abscõdisti hec a sapiẽtibus. Nã mysteriũ incarnati verbi quis nouit? quis enarrabit? Quod si temporalem nemo explicat, ęternã generationem quis explicabit? Nec oportet hic immorari in dictione exclusiua nemo prçter filiũ, prçter patrẽ nullus. Sensus enim cũ sit manifestus, nõ est vis facienda in verbis, verũ videlicet spiritus agnoscat filiũ sicut & pater, & patrẽ sicut & filius, quorũ est enim vna essentia, sapiẽtia potentia & bonitas, vna est & noticia. Vide Matt. 24. Ibi, de die aũt illo. &c. Vnde cũ dictum est, caro & sanguis nõ reuelauit tibi sed pater meus, id verũ est quidẽ, nec tamen est verũ φ pater ei reuelauerit illud mysteriũ sine filio & spiritu sancto. Quod φ dicit, & cui voluerit filius reuelare, nõ opineris etiã si reuelet patrem filius: vel filius & spiritus sanctus patrẽ, hoĩem cõprehendere posse id quod est deus, quẽ certe nullus hominum vidit, vidit, videbit, videre potest. 1. Tim. 6. Et Ioã. Cap. 1. Nihilo autẽ minus angeli pusillorum semp vident faciẽ patris & filii & spiritus sancti, quicquid noĩe facies intelligatur. Sed alia est facies quam hic vidit Moses, de quo dicitur: palã & nõ per ęnigmata deũ videt perq; figuras, non per somnia aut visiones imaginarias; & alia de qua Paulus, eũc aũt facie ad faciem. Sed hec alietas nõ est ex parte dei, apud quem nõ est trãsmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Iaco. 1. Sed quia hic per speculũ videmus, per imagines & creaturas, dicat licet dñs, Moses nõ videt me per ęnigmata & figuras, in cœlo aũt cessabit omnis vsus specillorũ & speculorũ, & fidei velamen. Trinitas igitur beatissima sibi soli nota est ea natura rei, cęterum nota est iuxta Damascenũ & homini quẽ verbũ assumpsit, hoc tamen nõ habet ex natura sed ex gratia sicut verbũ dicit, & cui voluerit filius reuelare. Chryso. Philosophi de deo quęrentes, nil aliud se inuenisse cõfessi sunt nisi φ incognoscibilis est deus. Sicut qui in vagũ oceanũ vsurpat nauigare, cũ nõ potest trãsire, necesse est vt per eãdem viã reuertatur. Sic illi ab ignoto cęperũt (ignoto deo) & in ignotũ finierũt, toto cęlo errauerũt, quia sine lumine artici poli nauigabãt. Sicut aũt gratia vnionis naturę humanę ad verbũ singularis fuit, ita & cognitio beatissimę trinitatis illi animę collata singularis est, & nulli alteri collata, nec cõferenda, verũ aũt possibilis cõferri, video. Nõ enim repugnat ex natura rei. Quęre sapientiores.

Matth. 11.

1. Cor. 1.

Matth. 28.

Esai. 53.

Matth. 18.

Num. 12

1. Cor. 12.

Damascenus.

Cõfiteor tibi pater. Abulensis. Hũc locũ ita explicat. Quoniã quis videns φ sapientes iudęorũ nõ cõuertebãtur ad Christũ (vt ne dicã illud tulistis clauem scientię, ipsi nõ introistis, & ingredi volẽtes prohibuistis) rudis vero populus ei adhęrebat, suspensus & admirãs super his quę factitabat, superq; his quę procedebãt de ore eius, ex φ hoc & ipse velut cũrabũdus admiraretur, huic admirationi respõdet dñs, ideo simplices & idiotas domino toto corde adhęsisse, quia eis deus reuelauit sapientiã in mysterio abscõditã: abscõdit aũt a sapientibus, qui euanuerũt in cogitationibus suis. Cũ autem gratias agit, non ideo agit, quia deus abscõdit tãtũ mysteriũ a sapientibus, quia hoc magis est dolendũ, sed ideo gratias agit, quia reuelauit seipsum paruulis, qualis cęcus natus: qualis & mulier Samaritana. Tamen quia nulli reuelãtur mysteria hec, nisi Christo auctore & duce, sequitur, omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et

Abulensis

Luc. 11.

Luce. 4.

si replicas

si replices, quomodo Christus qui homo est: tātā habet potestatem? Respōdet dominus Christus quia si homo est: est & deus de deo quia nemo nouit patrem nisi filius: & is cui filius voluerit reuelare. **Venite ad me omnes qui laboratis: & onerati estis: & ego reficiam vos.** Grece. Αναπαυσω, Anapauso idest refocillabo, siue recreabo. Nec enim ad Cibū est referēdū, sed ad remediū lassitudinis, cū ab hoc verbo deductū sit nomē quod mox vertit requiē, dicens, inuenietis requiē animabus: Αναπαυσιν ταις ψυχαις ὑμων, Anapausintes phyches hymon Venite legis onere laborātes Actu. 15, Et peccatorū mole grauatos ad se vocat. Lex quidē pęnas ęternas nunq̄ cōminata est: quia bona ęterna nō pro-

A misit, euāgeliū vtrūq̄ fecit. Auferam inquit & confringā de ceruicibus vestris catenā & iugū ferreū, & pro iugo torquē reponā, iugū ligneum ac leue. Grauia esse peccati onera ex Zach. Ca. 5. Intelliges. Grauissimū aūt fuisse iugum legis Mosaicę, inde perpēdere licet (pretermitto enim verbum Petri Apostoli in actis Cap. 15.) Ex tot hostijs quot annis oblatis a singulis iudęis pro singulis ignorātijs & erratis: pro leprosis mūdādis, pro partu fęminarū, pro redēptione primogenitorū vel cōmutatione &c. Hieronym⁹ Sed si ad requiē vocat & protectat dn̄s laborātes, quid est quod sequitur. **Tollite iugū meum sup vos?** Augustinus. Sed huic iugo qui subiectus est: subiecta habet cętera. Amici autē huius sęculi tam tamē ab eius amplexibus separati, vt nihil sit eis laboriosius, q̄ nō laborare. Vocantur ergo ad ocium, vt ista nō diligant, quę diligi sine labore non possunt, quia cępę quas suspirabāt iudęi, sine lachrymis non edūtur. Ita dicit Glosa. Pepones porri & cępę sunt difficultates vitę pręsentis, quę nō sine luto agitur: & tamē cū lachrymis amatur. Vnde dicūt, recordamur pisciū, quos comedebamus gratis. Vetū operę preciū fuerat recordari luti & laterū, & flagellorū, quibus cōpellebātur soluerę per dies singulos pensum suū. Et tamē ab hac tam dura seruitute educti: & perducti in terrā vbi totos. 40. annos ocio torpebāt: vt vaca-

B rēt vni soli deo, illi quasi colūba seducta nō habēs cor, ad laborem cōsuetū voluerūt reuerti. Nū. 14. Prę ponētes siliquas porcorū pepones & allia Mānati mēsę cęlestis patris, sicut dicitur: ego refocillabo vos. Horū igitur dorsum semp̄ incuruat deus iudex iustus, vt quia iugū dn̄i leue abiecerūt, & Cęsareū elegerūt. Ioan. 19. Iugo illo premātur, quod nullus portare potuit. Actu. 15. Augustinus Beati omnes esse volumus. Quis negat? Sed aliud est de Siluestri cacumine videre patriā pacis sicut Moses. Deute. 32. Et iter ad eā nō inuenire & frustra conari p̄ inuia, circūobsidētib⁹ & insidiātib⁹ fugitiuis desertorib⁹: aliud tenere viā illuc deducētē tecta, cura cęlestis ducis munitā, & via ipsa ipē est: ipse & patria q̄ vocat nos ad requiē. Vbi: In pace in id ipm̄ dormiā & requiescā. ps. 4. O in pace o in idipsum, o qui dixit, dormiā refect⁹ & requiescā. Sed vitula triturę laboribus assueta, relaxata plerūq̄ ad eūdem laboris vsum etiam nō compulsa reuertitur, esse sub sentibus delitias reputat, & iuxta Hiere. (Trenorū. 3.) Inebriantur ab sinthio. Homo enim mūdi gloriā sitiens (vētos venatur teri) dū multas pro eo tribulationes exhaurit, amarum

C valde est quod bibit, sed quia hoc nimis auide sumpsit, eiusdē amaritudinis malū discernere iā pre ebrietate nō sufficit. Tollite igitur vos iugū meum: cuius alterū extremū ego iā tuli, iuxta quod scriptum est peccata nostra pertulit in corpore suo super lignū crucis. **Et discite a me: quia mitis sum & humilis corde. Et inuenietis requiē animabus vestris, Iugū enim meū suaue est, & onus meum leue.** Hieronymus. Virtus ergo discēda est, nec naturę tātum bonum sufficit, nisi quis erudiatur cōgtuis disciplinis. Nā reuera vitia sine doctore discūtur. Augustinus. Discite a me. Quid obsecro te per quē facta sunt oīa fili dei, & idem qui factus es inter oīa fili hominis? Quid vt discamus a te, venimus ad te? Quoniā mitis sum & humilis corde. Huccine redacti sunt omnes thesauri sapientię & sciētię abscōditi in te, vt hoc pro magno discamus a te: q̄ mitis es? Ita ne magnū est, esse paruuū, vt nisi a te qui tā magnus es fieret, disci oīno nō posset? ita plane, nec aliter inuenitur requies animę. Cū enim videret dn̄s Iesus, q̄ homo totā stirpem suā, male vsus libero arbitrio in se tanq̄ in radice dānasset, ipē nō rogatus: de coelo descēdit, & humanū genus superbia p̄ eūtem, sua humilitate sanauit, de qua Dauid. Ludā

D inquit & vilior fiam: eroq̄ humilis in oculis meis. 2. Reg. 6. Reuera pharisęus ille lōge aberat ab hac sentētia. qui magnus & excelsus sibi videbatur, in oculis suis, imo quod magis mireris, magnus erat in oculis dei, magnus tumore, nō meritis. Hierony. Perfacile est aliquam vestē habere cōtemptā: salutare submissius: manus & genua deosculari inclinato in terrā capite, oculisq̄ deiectis humilitatē & māsuetudinē polliceri, lēta voce sermones infringere, suspirare crebrius, & ad omne verbū peccatorē se ac miserū clamare, & si vel leui sermone offensus sit, cōtinuo attollere superciliū, leuare ceruicē, & delicatū illius oris sonum insano repēte clamore mutare. Aliā nos humilitatem Christus docuit, qui cū malediceretur preces cū lachrymis obtulit pro trāsgressoribus iuxta Esa. Ca 53. Et Paulum. Gregori⁹. Nōne cum esses paruulus &c. 1. Reg. 15. Cū te paruum cōspiceres: ego te magnū feci, quia vero te magnū cōspicis, a me paruulus ęstimaris. Quo cōtra Dauid cū regni sui potētiam corā arca saltādo despiceret dixit. Ludā & vilior fiā. Si ergo sancti etiā cum fortia agūt, de se ipis vilia sentiunt, quid dicturi sunt, qui sine virtutis

E operibus intumescūt? Nō ergo aspiciamus, quibus iā superiores, sed quibus adhuc sum⁹ inferiores. Quā regulā quia nō seruauit pharisęus, prelatus est ei publicanus. Hāc igitur humilitatē discite, si requiē desideratis animabus vestris. Cor enim impij quasi mare feruēs, quod quiescere nō potest. Esai. 57 Iugū enim meum suaue est. Pro suaue Grece χρηστον est chreston, quod magis facile sonat cōmodum, aut humanū. Hoc iugū alioqui graue onus videlicet integrū lignorū aīni vnius, Isaac propter obediētiā super se tulit a radice mōtis vsq̄ ad verticē eius. Hoc est super humerale pōtificis. Quia enim in humeris onera gestamus, hāc sup̄ humerali ornamur, cū vicissim onera proximorū supportamus, dicētes Dimittimus debitoribus nostris; dimitte nobis debita nostra. Siquidē iugū Christi iuxta Augustinū suspēdit ceruices: nō premit, dicēte Osee; ero eis quasi exaltās iugū super maxillas eorū. Hieronymus. Abstuli ab eis iugū

cuncta,

Hilarius. Leui. 26. Hierony. Augusti. Num. 11. Exod. 5. Osee. 7. Luc. 15. Psal. 65. Augusti. Osee. 7. Iob. 39. 1. Pe. 2. Augusti. Luce 18. Hieronim. Gregori⁹. Hebre. 5. Genes. 22. Exo. 28. Augusti. Osee. 11.

cūctarū in circuitu nationū, aut legē meam quasi grauissim ī iugi pōdus arbitrati sunt. Auriga enim bo nē sub iugo pressum, soluit, vt respiret, sic dñs subleuauit laborem filiorū israel dādo eis māna, aquā & coturnices. Sed quia legē ex timore implebāt, iugum eis importabile videbatur. Id ꝓ in nobis est videre (nō de oībus dico) quibus euāgelium veterauit, portamus enim pōdus diei & æstum: vti nobis videtur at ꝓ faxit deus, vt vel nouissimi accipiamus denariū illum patris familię. [Matth. 20.] Onus leue inquit, nāq; senex ille Nestore viuatior, portabat a quo portabatur, quod certe nō acceperat in promissione, sed hoc tātū vt videret lucem gētium & gloriā Luc. 2. Requiramus autē siquid in rebus corporalibus huic oneri exonerāti simile repiamus, Augustinus sup Psal. 59. [August⁹.] Occurrit vero nobis aliquid simile de pēnis auium, quę quodā singulari modo & corpulētius reddūt corpus & agilius. Pēnę auis ferūt a quibus ferūtur. Quid de quadriga dicā? Hęc admota iumēto, sarcinā quę vix moueri poterat auget quidē, sed facit portabilē, & cū ones addatur oneri, min⁹ onerat. [Genes. 29.] Dies vidētur qui anni sunt, sed magnitudo amoris dilatabat cor Iacob (Psalm. 118) Ad percurrēdam viam annorū. 14. At vero pressi iugo legis, sępe corde reuersi sunt in ægyptū, & vix viā dierum decē ānis / 40 / Peregerūt. Accessit euāgelij quadriga vel currus, & decalogo legis auxit euāgelicam perfectionē, sed difficultatem minuit. Quomō? Dñs Iesus iugū hoc altera parte subijt, duo autē mutuo fouebātur. [Eccle. 4.] Nō ergo nos dñs Iesus penitus exonerat, sed pro peccati (inquit Paulus) iugo ferreo glorificate & portate dnm Iesum in corpore vestro. 1. Cor. 5. Alias tūc vel maxime nos onerat deus: quando exonerat. Exonerat peccatis onerat beneficijs. Vnde illud. [Psam⁹. 115.] Dirupisti vincula mea (adamātina liter) quid retribuā tibi, pro oībus quę tribuisti mihi? [Augusti.] Augustinus. Quod onus est hoc: nisi ipsa charitas quę in duobus pręceptis impletur? Quicquid enim difficile est in pręcepto, leue est amanti. Vnde illud. Ego eum tollā. Nec ob aliud intelligitur recte dictū: onus meū leue, nisi quia dat spiritū sanctum, per quē diffunditur charitas in cordibus nostris, vt amādo / liberaliter faciamus, quod timēdo qui facit, seruiliter facit. Nec est amicus recti, quādo mallet si fieri posset, id quod rectum est nō iuberi. [Roma. 5.] Onus igitur Christi leue est, & si aliūde nō, saltem propter futuram retributionē: tam & si ad breue tēpus graue videatur. [Theophil.] Iugū vero legis nullus portare potuit, teste Petro. Actu. 15. Iugū Christi multi portauerunt & si contrāt aliquādo sub onere. Legimus quosdā suis legibus subdi voluisse, vt ad instituerę legis obseruātiam subditos vinculo fortiore cōstringerēt. Sed illi hoies peccare cū possent, merito subijciebātur, xpē autē venit legem implere voluntate nō necessitate, vt eos qui sub lege erāt redimeret, [Matth. 5] & pro iugo Roboam iugū imponeret quod ipse primū subijt, quādo pro inimicis mortuus est. Rom. 5. [3. Regū. 12.] Et obserua, quod iugū suaue & onus leue, idem sunt. Dicit aūt onus leue, tacite notās onera pharisęorum, quę nec minimo digito attingebāt. [Matth. 23.] Iugū inquit leue, nō asperū sed molle quod ceruices nō lędat. [Genes. 49.] Vnde illud, ligās ad vitē asinam tuā, quod teneritudinē pręceptorū Christi significat. Iugum autē a iūgēdo dicitur, quia charitas euāgelica omnes gētes sub vna copulat lege, iūgit uēn amicos & inimicos. Cęterū ꝙ lex noua grauior sit in multis lege Mosaica, nemo sapiēs ibit inficias, sed arcta est via quę ducit ad vitam. Matth. 7.

Caput. xiij. Beati oculi qui vident. De doctore regāte christū quid faciēdo cōsequeretur beatitudinem, de parabola hominis incidentis in manus latronum de sacerdote: leuita & samaritano.

ET cōuersus ad discipulos suos: dixit. Beati oculi qui vident quę vos videtis. Dico enim vobis, ꝙ multi prophetę: reges & iusti voluerunt videre quę vos videtis, & non viderunt, & audire quę auditis, & non audierūt. [Luce. 10 Matth. 23.] Vere ergo beati oculi discipulorū: qui nō solum pręferūtur sapiētibus sęculi huius, sed & summis viris veteris testamēti, quorum multi voluerūt videre & audire, dicamus & illud, voluerūt (nescio quomodo dicam, dicam tamē, quia spiritus sanctus dicit) osculari dñm Iesum, vel ab ore eius suauiari, [Cantic. 1] & nec viderūt nec audierūt, quāto minus nec cōplexi sunt, & ecce Simeon homo iustusquidē & timoratus & vere israelita in quo dolus nō erat: erat enim in eo spiritus sanctus (Luce. 2.) Et vidit & cōplexus est. [Ioan. 8.] Nam Abraham reuera vidit diem Christi sed a lōge. [Genes. 22.] Quid est a lōge vidit arietē? Vidit arietē post tergū. Simeō xpm dei: nō arietē: pręsentē nō post tergum. [Gene. 28] Vidit Iacob dñm, sed inter dormiēdum. Ad Mosen autē, nomen meum ineffabile nō indicaui eis. Dixit & Dauid, super senes intellexi. Ad apostolos aūt dicitur: beati oculi qui vidēt quę videtis, quoniam multorū iustorū oculi defecerūt (sicut oculi Annę matris Tobię) dicētes, [Tobię, 11.] quando consolaberis nos (Psal. 118.) Et vix inter tot iustorū desideria & clamores vni respōsum est: ꝙ nō videret mortem. &c. Forsitan autē apostoli christi & illi omnes ad quos verba ista dixit dñs Iesus, vel eorū plures nihil tale voluerūt videre vel audire, nisi quatenus iudęi erāt: & operiebātur Messiam suum, qui redēptur⁹ esset israel & regnaturus tēporaliter sicut Dauid & Salomō: de ęterna autē beatitudine sicut sapiebāt rariores erāt Phęnice. Ideo beati oculi vestri, qui vidēt & audiūt loquētem, qui loquutus est olim per os oium prophetarum qui a sęculo fuerūt. Potest illud dici ꝙ christus nō dicit, oēs prophetę & reges iusti ꝙ viri voluerūt videre, & nō viderūt, sed multi, ideo ꝓ si Abrahā, Iacob, Moses Dauid & horum similes quidā christum viderūt ante christi incarnationem, nō obuiat sentētię saluatoris, multi voluerūt videre & nō viderūt. [Ioan. 8.] Ergo Abraham vidit diem meū, & Iacob & Moses, demus hoc: vos autē in pręsentiatū tenetis & habetis verū Salomonem: & ad volūtatem interrogatis, & conuescimini ei. [Exo. 34.] Deni ꝓ iudęi intueri nō poterāt vultum Mosi glorificatū, sed oppāso vultui velamine, vestri aūt beati sunt oculi qui vi-

qui vident quę videtis. Beati autem qui non viderunt, & crediderunt. Ioannis. Cap̄. 20. Et ecce quidam legis peritus surrexit tentans eum: & dicens. Magister quid faciendo: vitam ęternam possidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens ait. Diliges Dominum deum tuum ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex omnibus viribus tuis & ex omni mente tua & proximum tuum sicut teipsum. Dixit q; illi, Recte respondisti. Hoc fac & vives. Magister hic litterę occidentis videtur esse de numero eorum ad quos Magister gentium scribit dicens. Cum deberetis esse magistri secundum tempus, facti estis bis pueri senes, quibus lacte opus sit, non solido cibo. Verba legis me

A moriter teoebat, vim legis ignorabat. Vnde probamus? Quis est inquit meus proximus? Si tales erant, Doctores talpis cæciores, quales putamus euasisse discipulos? Sed tentans inquit Dominum Christum hec rogabat, hoc est non vult doceri veritatem, sed calumniari: & habere laudem sed apud Homines de obseruaotia legis, qui tamen suo gladio iugulatur. Ad hec scieodum iuxta Boetium, q̄ omnibus insita est naturaliter cupiditas boni ęterni, quicquid sit illud: quod tamen laboribus nostris promereri non possumus, quia non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis. Conuentione autem patris familię in cuius domo mansiones multę sunt. (Ioannis cap̄. 14.) Datur labori vnius diei, imo labori vnius horę. Ita dicit Augustinus. Regnum dei tantum valet quantum habes. Id lex sub typo pręfigurauit. Volens enim Deus erigi sibi tabernaculum, in quo per vmbram quandam habitaret cum hominibus (rem a sęculis nunq̄ auditam) Proposuit edictum, vesiquis vellet Deo offerre primicias vltronee tamen, neminem enim cogit: offerrent qui haberent aurum, aurum: qui argen

B tum argentum, ac de inceps ęs, purpuram: Hyacinthum, Pilos, Caprarum: peles arietum rubricatas, ligna sethim: oleum aromata, gemmas ad ornandum rationale, byssum, coccumq; bis tinctum & cętera, vnusquisq; prout destinauit in corde suo: non ex tristicia aut necessitatę. Bene ergo dixit Augustinus regnum Dei tantum valet quantum habes, quandoquidem alij offerunt pilos caprarum, alij aurum & gemmas. Ita iuxta Euangelium alij portant poodus diei & ęstum, alij hora vndecima vocantur ad laborem. Itaq; dominus ad quęstionem propositam videlicet, quid faciens vitam ęteroam possidebo: respoodit. Fac illud quod lex tibi pręscripsit, Deut. Cap̄. 6. Videlicet dilige Dominum Deum tuum & cętera. Et quia probatio dilectioois exhibitio est operis, dilige proximum tuum sicut teipsum, hoc est, offer primitias tēplo dei erigendo, & labora manibus tuis in vioea patris familias. Vnde suppedites tibi necessaria, & proximo necessitatem patienti. Hoc igitur fac, & viues. Quomodo inquit legis, & ame quę

C ris tantus doctor quod alij debebant ex te addiscere? Quomodo legis, & quomodo intelligis? Nam praue intellecta: quomodo opere exhibebis? Quid scriptum est in lege dei quam ore: fronte: manu gestas: & alios docens, teipsum non doces, & factus est iam annos forsan triginta cęcus dux cęcorum. Sed audiamus legem. Diliges dominum deum tuum. Cum ergo quarter replicet lex, diliges ex toto, intellige quomodo amor dei sectionem non capit, nam quicquid alij dederis, domino detraxisti. Qui enim cum vxoreest, cogitat quę sunt mundi, quomodo placeat vxori (bona verba Paule, & quis vnq; ita desipuit vt putaret placere se posse vxori? Nisi forte stultissimus virorum Salomon) & diuisus est Vere diuisus est, de quo si vis plenius edoceri, lege, 3. Regū. Caput vndecimū. Gregorius Nisenus. Per cor caro vel substantia corporalis intelligitur idest nutritiua, per animam sensitiua, per mentem potentia intellectiua/ & consideratiua, per vires/cogitationes quę initia suot bonarum motionum & operationum. Denique sermo iste hyperbolicus videtur, quandoquidem iuxta Augustinum, pręceptum hoc in via implere non

D possumus, corpore aggrauante animam. Esto enim q̄ in quibusdam at lantibus & Paulo semilibus spiritus promotus sit, certe caro in nullo non est iofirma: quando animalia illa pennata quę vt in pluribus sequebantur motionem spiritus, reuertebantur tamen sicut fulgura io terrā. Quare? Quia esuritur/ & sititur, & dormiendum est, & indulgendum ocio. Paulus enim a paradiso reuertitur, & curam carnis gerit, quam nemo vnq; odio habuit. Iten Moses a colloquio dei post dies quadraginta reuertitur, & volens nolens ducatum populi suscipit, & vritur iste ęstu & gelu sicut pater suus Iacob. Gene, 31. Ad quid ergo impositum est hoc pręceptum populi dei, quod implere ex toto impossibile est, idest secundum oēs has circunstantias? (Nisi standum est semper in mōte cū Christo iuxta sētētiā Petri, Obstat enim Hieronymus Augustino dicens. Qui dixerit Deum pręcepisse aliquid impossibile, anathema sit. Solutio. Propositum est nobis signum vel scopus: quo actus nostros dirigamus. Vt si id noo datur, attingere signum id certe agamus ne longius aberremus a scopo. Nam si frequentes simus in amore dei (Sicut scriptum

E est, erit quasi signum io manu tua & ante oculos: in ore, in corde: & meditaberis sedens in domo, & ambulantes in itinere, dormiens, id autem impossibile: atq; coosurgens, scribes q̄ ea in limine & ostijs domus) forsitan aliquaodo etiam ipsissimam rem attingemus. Ita dicit Paulus. Ego fratres ooo arbitror me comprehendisse: hoc est attigisse scopum: nec tameo toto erro Cœlo, sicut legimus de sagittarijs quibusdam: quos irridens Diogenes: secus scopum sedit. Illis rogantibus: quare ibi sederet, ne me feriatis inquit. Vide Iudicum. Cap̄. 20. De fundibularijs tribus Beniamio. Quid igitur Paule? Oblitus priorum prosequor brauium supernę vocatioois. Ad hec Basilius. Si quis autem requiret quo pacto Diuioa dilectio poterit obtineri, dicimus quoniam doceri non potest Diuioa dilectio, nam neq; luce gaudere, neq; vitam tueri ab alio didicimus, vel amare parentes vel alumnos, & multo magis Diuinę dilectionis doctrina. Naturaliter enim bonum amamus, etiam proximū & cognatū, nec nō benefactoribus spōte affectiooē totam profundimus. Quorū ergo pręuentiēs dōs tradidit semina, horū consequētēr fruct? exquirit. Vnde Paul?. Nō quęro datū sed fructū. Datū est, q̄ hō naturalit' diligit serpm de

Luce. 10.
Deut. 6.
Hebre. 5.
1. Regū. 17.
Boetius.
Roma. 8
Augusti.
Exo. 25.
2. Cor. 9
Matth. 20
Ephes. 4
Roma. 2.
Basilius
1. Corin. 7.
Nisenus
Augusti.
Matth. 26.
Ephes. 5.
Hierony.
Deut. 6.
Exo. 13.
Phili. 3
Diogenes
Basilius
Phili. 4

hoc enim nullum accepit preceptum. Factus autem est: vt diligat Deum ante omnia, super omnia, proximum sicut seipsum. Sed qui struthionis more proximum quem videt, quo cum versatur, non diligit fratrem suum nescit Abel (Genes. 4.) deum quem nõ videt, quomõ põt diligere? Recte inquit respõdisti, hoc fac, & viues. Vitam tueri omne animal appetit, & serpens maxime: qui corpus exponit vt caput tueatur. Pellem & cetera dabit homo pro tuẽda vita sua, si Satanę credimus. Nãq; & vitę fons imminẽte morte pauere cepit, & tedere, & mestus esse. Si igitur vitã corporis oẽs tuentur, si tãti vitrum estimatur: quãti margaritũ? Hoc igitur fac in hac vita, & viues vitã eternã. Dicens autem hoc fac, illud explicat ꝙ nõ auditores legis: sed factores iusti sunt ante deũ. Solẽt (Inquit Hieronym⁹ ad Demetriadẽ virginẽ) Miseri parentes & nõ plene fidei christiani, deformes & aliquo mẽbro debiles filias (id qđ fecit M. Aurelius cũ Lipula filia quę casu in ignẽ ceciderat: vestalibus enim tradidit) quia dignos generos nõ inueniũt, virginitati tradere. Si tãti vitrũ &c. Si tãta cura paratur filię gener, & opes perituę, quãto studio parãdę sunt quę nec furibus nec tineis peruię sunt? Celestes enim opes vsu non consumuntur.

[i. Ioan. 4]
[Matth. 10.]

Ille aũt volens iustificare seipsum: dixit ad Iesum, Et quis est meus proximus? Volens inquit iustus videri apud semet ipsum (o vanitatem insignem cruce dignã) per inde quasi iam cõscriptus esset in albo celi digito dei viui, quasi iam prestitisset plenissime preceptum de dilectiõe dei, questionẽ mouet de dilectione proximi dicẽs. Et quis est meus proximus? Scriptũ est enim, Moabitę hostes vos sentiãt, Ipsi & Ammonitę nõ intrabunt ecclesiam in eternũ, quia noluerũt vobis occurrere cũ pane & aq in via quando egressi estis de ægypto. Deut. 23. Hęc ita se habent, sed permissa sunt populo adamãtini cordis, vt inimicos odissent. Illos signãter de quibus habes Exo. 34. Item: Nũ. 33. Amorręos/Chananęos/Ethęos/Pherezęos/Euęos & Iebusęos. Alias gẽtes expugnaturi, pacem primũ iubẽtur offerre Deut. 20. Amicum vero diligerent, quẽ iudei iudeũ tãtum esse opinabãtur. Lu. 10. Matt. 5. Postq̃ autem pax vera venit de celo, & fecit vtraq; vnũ, & dictum est Perto, occide & manduca (Actu. 10) Non est distinctio iudei & Ammonitę vel Moabitę, quot quot enim receperunt dominum Christum, acceperunt potestatẽ vt filij dei nominẽtur & sint, & proximorum nomine censeantur, imo quot quot hominum nomine censentur, proximi sunt sicut dicetur. Quis est inquit meus proximus, quo cum charitatem tenere debeo, vt si diceret dñs Iesus, ista illa est proximus tuus, illaturus esset, actum est, dilexi proximum meũ, legem ad vnguem prestiti, nihil restat, nisi rapi in curru igneo cum Helia (4. Regũ. 2) Aut cum Enoch transferri in paradisum delitiarum. Genes. 5. Vidisti Catonem tertium, qui Mosi ipsi de iusticia legis possit controuersiam facere? Quis est inquit meus proximus. Ad hec Chrysosto. Vide quomõ apostol⁹ oĩa hyperbolice ponit. Linguas nõ tantum hoĩum sed angelorũ, prophetiã non quãcũq;, sed vt oĩa nouerim: fidẽ non popularẽ, sed omnẽ fidem: si facultatũ tertiam vel quartã partẽ dedero, sed oẽs facultates, si mortẽ subeã pro christo nõ quãcũq; sed vt viuus ardeã: ita vt dissecemur mẽbratim, sicut fit in holocausto cremãdo: sed & sic mẽbratim cedẽdus: nudetur pelle prius oportet. Hęc inquit oĩa nihil sunt: si abest charitas. Et quomõ dixit, si vis perfectus esse, da oĩa pauperibus &c. Quomõ enim potest quis sua pauperibus distribuere charitatẽ citra? An id q̃d nõ est, per inde ac sit (exẽpli grã) subiecit? Q̃d per hyperbolẽ sepe fit: sicut ibi, licet vobis angelus de cœlo &c. Sic & illud Rom. 8. Scio ꝙ nec angeli separabũt nos a charitate dei. Sic & id quod sequitur istic, nec creatura alia, cum alia non esset, comprehẽderat enim omnes dicens: celestia infera &c. Rom. 8. Etiã igitur ibi q̃d nõ erat subijciẽs: charitatis magnitudinẽ hyperbole innuitur⁹. Sine charitate igitur homo es sonãs est, alios obturbãs, ipse vita & sensu carẽs. Suspiciẽs autẽ

[Num. 23.]
[Ephes. 2.]
[Roma. 10.]
[i. Ioan. 3]
[Chrysost.]
[i. Cor. 13.]
[Matt. 19.]
[Galat. 1.]
[Charitas]

Iesus dixit, Homo quidã descẽdebat ab hierusalẽ in Hiericho, & incidit in latrones. Qui etiam dispoliauerunt eum, & plagis impositis: abierunt semiuiuo relicto. Dixit faber locum hunc vocari Hebraice Maalech adomin, Grece autem anabasin pyrrhon, idest ascensum rufforum vel rubentium, propter sanguinem qui illic crebo a latronibus funditur. Et est confinium tribus Iudę & Beniamin descendentibus Hierichum, vbi & Castellum militum situm est ob auxilia viatorum. Ex quo patet historiam esse & non parabolam, id quod Dominus noster Iesus Christus dicit, homo quiddam & cetera. Itaq; Dominus noster Iesus Christus qui doctorem istum intus & in cute nouerat, qui putabat licere sibi odisse ceteros, iudeos dumtaxat diligere, respondit hac similitudine vel historia: rem totam ob oculos eius exponens, qua illud euidenter concluditur, dilectionem nostram ad omnes illos dilãtandam, qui ope nostra indigent. Nec enim raro fit, vt qui sanguine proximus est (Absalon & Cain) Affectu sit plusq̃ hostis, & e conuerso, sicut patet in beata illa femina (Ruth dico) que destinato animo (imo obstinato dicit textus) sequuta est socrum suam iudæam natione, cum ipsa esset Moabitis. Hoc est ergo quod dicit. Homo quidam & cætera. Nec refert inquit an fuerit Moabites, Scytha: ægyptius vel Amorręus, homo enim erat, qui ad imaginem Dei conditus est. Incidit in latrones, qui grassabantur in pretereuntes, de quibus habes Iob Capite primo. Horum tanta copia aliquando erat: vt referẽte Plutharcho, nauium & triremium numerus vltra mille esset & captę ciuitates ab ipsis quadringentę tenebantur: templa hactenus inviolata asyla adytaq; vastabant, terram Cœlo miscentes. Ad hos iam totę confluebant classes, incredibili luxu fastuq; intolerabili execrandę. Aliquando itaq; e captiuis quis cum se Romanum diceret, nomenq; profferret terrore metuq; in genti simulato, femur percussi: coram captiui procedentes, veniam per humiliter petiere. Persuadebatur captus, & supplices illos orantesq; aspiciens, letabatur. Inter hec alij calceos: alij togam ipsum induere, ne forte iterum in cognitus fieret. Cumq; non modicum spacium viro per ludibrium sic freti fuissent, ad medium tandem pelagus scalas extendebant, iubebantq; illum hasitanter ascendere. Abire q; volenti, impulsu ipsi suo obruunt. Hi sunt igitur sacculatij compilatores, in quorum manus Homo iste incidit.

[Faber.]
[Ruth. 1]
[Plutarch⁹]

Eumnu-

Eū nudatum, plagis impositis, semiuiuo relicto abierūt. Ac si dicas, sublato peculio: occisis filijs decem percusserūt Iob vlcere pessimo, a plāta pedis vsq; ad verticem: nihil reliquum illi facientes preter vxorem que curam illius gereret dicens. O bone vbi nō sis qui fueris, nō est cur viuere velis, pro inde benedic deo & morere. August. Nō mireris si primus homo incidit in latrones, cū esset in paradiso. Nō cecidit angelus de celo, & diabolus factus est? Cecidit & Salomō, per cuius os tāta loquutus est spiritus sanctus, & reprobatus est a deo. In quo docemur, in nullo hoium spem esse ponendā: quia hic qui edificarat templū dño, vsq; a deo laqueus illi fuit illa mulierū cupiditas, vt idolis sacrificare cogeretur. Expoliatū vero intelliges: cū audieris dicentem dñe, audiui vocē tuam & timui, eo q nudus essem. Sed tamē prouidētia samaritani indūtur pelliceis tanq peccati seruus, & morti iā addictus. An forte veste illa incōsutili indu-

A tus est, quā dñs exuit ascēsurus tribunal suū, vt te inquit Augustinus nudatū vestiret. Cooperuit aūt nuditatē & verecūdiam animę nēc purpura sua & alba veste. Hę enim vestes quattuor partes factę sunt, vt filios vestiret cōgregādos ex quattuor orbis partibus: iuxta quod dicitur, cito pro ferte stolā illā primā & induite illū. Luc. 15. Augustinus. Sic affecti sunt parētes nostri, vt solēt homines sub oculis hoium: qd erat pena peccati, cū videlicet vellent latere eū quem nihil latet, & carnē occultare cum corda inspiciat. Erubescebāt quidē erga seipsos, & perissomata faciebāt sed magis ab illo etiā succinti videri verebātur qui tanq familiari teperamēto per creaturā visibilem afferebat ad vidēdum velut humanos oculos. Sic enim apparebat, vt hominibus tanq homo loqueretur. Sicut Abraę ad quercū Mābrę, & hac amicitia pudorē onerabat post peccatū, quę ante dabat fiduciā. Nec nuditatē audebant ostendere talibus oculis, quę displicebat & suis. Ascondi me quia nudus sum. Stultū verbū & ex ore ceci prolatum: Quasi deo

B nudus displiceret, quem nudum fecerat. Sed quod curcę displicet, hoc deo displicere arbitratur. Dicit autē Abulensis, q forte quando dominus induebat illos, ipsi tenebant manibus suis perissomata illa: ne videlicet si deciderēt: apparerēt nuda verecūdiora illorum. Quis inquit indicauit tibi q nudus esses, idest q nūc magis erubescēda sit nuditas tua q antea? Nempe vermis ille immortalis. Esai. 66. Abierunt inquit, semiuiuo relicto. Augustinus. Ex parte qua potest hō deū p ea quę facta sunt cognoscere, viuit. Ex parte qua nō quod vult facit (Rom. 7.) Mortuus est. Doctor noster. Nihil amisit homo per peccatum ex ijs quę consequuntur naturam humanam. Alias frequenter peccans: posset totum amittere quod est. Vulnera tamen accepit, perquę sępe cum velle sibi adiaceat, perficere non potest. Et hec vocantur plagę a Luca, & alias flagella peccatoris. Psal. 31. Potētia enim naturalis volūtatis qua hō potest moderari inclinationem naturalē (quę est cōtra iustitiā infundendā nobis) quę est libertas nostra & de p se ratione volū

C tatis, semper est integra, quicquid deliret Heresiarcha luterus. Dicit enim post lapsum primi parentis libertas in homine est res & solo noie. Tamē quia vt dictū est, est vulnerata: sic adiacet, vt semper iaceat nisi samaritanus ille adsit: qui hoiem iumēto impositū ducat in hospiciū meritoriū. Hic est enim de quo dicitur, sanat oēs infirmitates tuas, redimit de interitu vitam tuā, & coronat te. Gregorius. Miserere mei qm infirmus sum. Ponamus ante mētis oculos aliquē grauiter vulneratū, & vix iā vltimos huius vitalis aurę trahentē anhelitus qui & nudus iaceat, & vulnus non dum ligatum ostendat, aduenientis medici desiderio confici, & agnitum vt sui misereatur precari. Omnipotenti medico nihil est insanabile, qui sicut medetur gratis, ita salutem restituit verbo. Hic igitur est qui descendit ab Hierusalem sed malo suo. Vnde factum est vt etiam Paulus quem nec mors nec vita separare possunt ab amore dei, ducatur captiuus a carne sua, tam impotenti ad bonum: ad malum tam prona, tam sollicita & importuna, vt ipsum etiā Sansonē ligatū funib9 septē, irridēdū tradat hosti & excoclādū. Accidit aūt vt sacerdos qui

D dā descēderet eadē via: & viso illo, pręterijt. Vide Deut. 22. Mercenarius em̄ erat, & nō pertinebat ad eū de ouibus: nisi cū tōdēdę erāt aut mulgēdę, dicā & illud: aut excoriādę. Similiter & leuita cū esset secus locū: & videret eū pertrāsijt. Quid si leuita iste minister erat illius epulonis pro cuius foribus iacebat Lazarus plenus vulneribus: quē diues ille nō semel ptrāsijt, cū videret animā exhalare pre fame? Sed forte & Lazarus iste hō gētilis erat, de huiusmodi aūt canibus nulla cura Iudeis. Sic em̄ edocti erāt a doctore isto qui rogabat dñm: quis esset suus pximus. Samaritan9 autem quidā iter faciēs: venit secus eū. Cōsurgēt igitur & samaritani in iudicio cū sacerdotibus istis & leuitis & cōdēnabūt eos, quia carnē suā despexerūt: nec miserti sunt sup cōtritione Ioseph, Amos 6. Et Gene. 42. Nos aūt nō habem9 pōtificē qui nō possit cōpati infirmitatib9 nris, tētatū per oīa. In eo em̄ in q passus est ipse & tētatus, potēs est & eis qui tētātur auxiliari. Heb. 2. Quid est qd & ipse passus est Incidit & ipse in latrones, alioqui nisi sacrilegi essent, sacra sublegassent iuxta Chryso. Nūq pręeligē-

E tēt latronē famosum, nunq paciscerētur cū Iuda latronū principe, nūq pecularētur vt obturarēt ora militū qui custodiebāt sepulchrū. Ipse igitur samaritanus incidit in latrones, qui & dispoliauerūt eū, & plagis impositis, sicut dicit Esaias a plāta pedis ad verticē vsq: abierūt celebraturi suū pascha profanū & impiū, illo semiuiuo relicto, mortuū est em̄ qd mori potuit, deus aūt vita est p essentiā. Auolauit igitur passer i desertū. Leu. 14. Passere alio imolato. Ex his igit quę passus est edoct9 experiētiā: venit secus eū. Et vidēs eū: mia motus est: & appropiās: alligauit vulnera ei9 infundēs oleū & vinum & imponens illum in iumentum suum: duxit in πανδοχεῖον. Quid si interim samaritanus iste vt hominem nudum vestiret, seipsum nudauit, sicut pedes pergebat, vt vulneratum gestaret? Duxit in stabulum: quia homo cum in honore esset, non intellexit, vnde amisso lumine intellectus, iumentis merito comparatur. Pandochium autem diuersorium significat meritorium, non stabulū, inde dicta vox Gręca, q accipiat quoslibet. Est antē iuxta mysteriū dom9 Raab, a cui9 fenestra coccinū pēdet sanguis vz mortis Christi insigne. Hec domus oēs recipit, sicut arca Noe, sicut vas illud missum Petro de Celo,

Iob. 1. | Prouerbi. | 3. Regū. 11. | Augusti. | Augusti. | Genes. 18. | Abulensis | Augusti. | Sco. 2. Dis. 57 q. 1. | Roma. 7. | Gregori9. | Psalm. 102 | Roma. 7. | Iudi. 16. | Ioan. 10. | Luce. 16. | 45. Dist. c. Disciplinā | Hebre. 4 | Chrysost. | Matth. 28 | Cap. 53. | Psal. 48 | Iosue. 2

quod non faciebat lex Mosi, de quo vide Deut. Cap. 23. **Et curam illius egit.** Cnius? Qui in latrones inciderat forsan Iudęus erat, is aūt qui hunc oculo misericordię prospexit samaritanus. Porro iudęi cum samaritanos nec colloquio dignētur, samarites iste immemor iniurię memor clemētię, non contentus priore mia qua saucij vulnera oleo fouerat & vino & obligauerat lenniscis: de portatum in diuersorium diligentius illic curam illius egit: etiam cum incepti itineris dispendio. Nocte inquit vrebar gelu & interdiu ęstu: & recedebat somnus ab oculis meis. Samaritanus enim erat idest custos greges ecclesiastici, de quo dicitur: non dormitabit neq; dormiet qui custodit israel. Quoniam autem vrgebat vię necessitas nisi enim ego abiero paracletus non veniet (Ioan. 16) **Postero die egrediēs protulit duos denarios & dedit hospiti meritorio, & ait. Curam illius habe, & quodcūq; super erogaueris: ego cum rediero, reddam tibi.** Sacerdos igitur & leuita hominem saucium gentilem rati, nullo sunt affectu misericordię tacti. At samaritanus homo ex lex, quod in lege legerat (si tamē legerat) opere exhibebat. Non videbis inquit bouem fratris tui aut ouem errantem, & pręteribis: sed reduces fratri tuo: etiam si non est propinquus, nec nosti eum (obserua diligenter hęc verba legis, nec nosti eum) & erunt apud te, quandiu quęrat frater tuus, idem facies de asino aut boue inimici tui. Deuter. 22. Hęc si legebat doctor iste stupidus cęcus, & tumidus, quomodo rogat, quis est meus proximus? Etiam inquit si non nosti hominem, etiam si inimicus sit, ne pretereas non dico hominem: sed nec asinū nec bouem, nec vel ouem. Si de bobus cura est deo quanto magis de homine? Nunquid autem samaritanus iste rogauit saucium cuias esset? Hominem agnouit, ac proinde proximum & fratrem, ideoq; curam illius egit. Et profectus, reuersurus qua hora non putamus, hospiti cōmendauit dicens, Esto Paule sollicitus sicut Martha, donec conualescat homo iste: non parcas pecunię, de meo eum cura & in pręsentiarum ecce didrachmum me habe fide iussorem, dimitte ei vsq; septuagies septies, si toties relabatur in pristinum langorem: septies enim in die cadit iustus, & resurget. Prouerbior. Cap. 24. Siquid igitur super erogaueris, ponens euangelium gratis: dimittens fratri tuo, qui tibi nihil remisit (Lac videlicet gallinaceum, & rara auis hec) Ego cum rediero reddam tibi omnia centuplicata. Matth. Cap. 19. De operibus super erogationis quęre doctores. Sed reperamus singula. Vidit eum Samaritanus. Plato. Nos dicere fortassis haud absurde possumus, visum esse amoris principium, spe vero illum augeri, nutriri memoria: vsu & assuetudine conseruari. Transiui per te inquit bonus Samaritanus: & vidi te conculcatum in sanguine tuo, & dixi tibi, viue. Vita ergo nostra ex visione nascitur Christi Domini, sicut scriptum est, aspiciam vos & crescere faciam. Leui. Cap. 26. Chrysostomus. Isti non dixit, vbi sunt nunc sacerdotes, pharisęi vel iudęorū doctores, sed per inde quasi venatū quem pīā maximū nactus esset, ita lucrū arripuit, quasi alter Martinus. Cū enim ęgeni pauperē pręter irent obuiū, intellexit vir deo pleo? prouidētia dei sibi reseruatum, vt nuditatē eius vestiret. Quod inquit habeo hoc tibi do. Actu. 3. Verū samaritanus iste dedit quod habuit, & multo plura promisit cū rediret: & ea sunt quę oculus non vidit nec in cor hois ascenderūt. Et quoniā samaritanus hic descendit eadē via vt mederetur cōtritis corde, & qui omnē substātiam suam erogauerat in medicos (Marci. 5.) Vnctus venit ad nos, ferens secum vinū & oleū: & hęc sunt duo vbera spōsi meliora vino, fragrātia vnguentis optimis, An forte vinū & oleū fontes sunt illi quos percussa bis petra protulit Nū. 20. De quibus Ioannes, continuo exiuit sanguis & aqua. Oleum infudit samarites cū dixit. Remittuntur tibi peccata tua Ioan. 8. Vinum apposuit, dicens noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat. Ioan. 5. Sic Moses oleum infudit cum dixit, aut dimitte eis, aut dele me. Vinum autem infudit dicens: ponat vir gladium super femur suum & cętera. Cęterum sicut dicit homo hic qui in latrones incidit, meliora sunt vulnera diligentis, q̄ fraudulenta oscula odientis. Sunt enim multi qui pro vino oleum infundunt, curantes contritionem populi mei, & promiserentes pacem, cum non sit pax. Hieremi. Cap. 6. Hieronymus. Hoc proprie de sacerdotibus & doctoribus intelligendum est (quorum Deus dissipabit ossa) qui diuitibus & eis quos vident in maximo honore constitutos, repromittunt prospera, & clementem pędicant Deum (sed vide q̄ comedunt de mensa Iezabelis) magis illos supplicio & iracundię pręparantes. Infundūt enim oleū, & habent semper in ore illud placebo hominibus in regione morientium. Psalm. Cap. 114. Sic curabat peccata filiorum suorum Heli sacerdos, cui dicitur ex ore Dei, filij quidem tui vna die morientur ambo, Eo q̄ noueras filios tuos iniq; agere, & non corripueris eos nisi lente & remisse. Vinum vero absq; oleo infundunt, qui alligant onera grauia, quę ipsi nec digito attingunt. Vnde illud. Cędam vos scorpionibūs. 3. Regū cap. 12. Rursus oleum sine vino infundebant quibus dicitur. Popule meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. Esai. 3. Hiero. Ille est ergo doctor ecclesiasticus, qui nō risum sed lachrymas mouet. Et sequitur. Isti qui te beatū pędicāt, viā gressuū tuorū dissipant. Qui pręcedere debebāt populū, facti sunt cęci cecorū duces. Matt. 5. Inuehitur aūt dñs cōtra Chaldęos Esai. 47. Dicēs. Iratus sum super populū meū, & dedi eos in manu tua, nō posuisti eis mias. Hierony. Quęstio nascebatur, cur irasceretur dñs cōtra Chaldeos, quos ipse misit ad capiēdū israel. Respōdet dñs: iratū se cōtra ppl̄m suū, et ripe eos voluisse nō pdere, hoc est vinū ifundere, sed mixto oleo, verbarare flagellis nō scorpiōibus ēga discidere, illos autem abusos esse crudelitate sua, & plus imposuisse plagarum, q̄ Dei vltio flagitabat. Magnum q̄ Babilonię crudelitatis iuditium est, ne senibus quidem pepercisse, quorum ętas inter hostes etiam venerabilis est. Sed & hoc signum superbię, q̄ pręsenti fęlicitate decepta, nō cogitauerit ambigua. Sequitur enim. Super senē aggrauasti iugū valde, & dixisti, in sempiternū ero dña. Ergo semp in psperis debemus cauere futura, nec traditos nobis opprimere, q os sunt & caro nra: q ad hoc erudiūt, vt meliores fiāt. Nā frangitur sępe a medicis mēbrū male sanū & tortū, vt fiat postea rectū, sitq; nouū vuln? in hoie male sano vt

bene sane-

Marginal notes: Actu. 10. — Gene. 31. — Psal. 120 — Exo. 23. — 1. Corin. 9. — Matt. 18. — 1. Cor. 9. — Alexāder. — Plato. — Ezech. 16. — Chrysost. — 1. Cor. 2. — Exo. 32 — Prouer. 27 — Hierony. — Psalm. 12. — 3. Regū, 18 — 1. Regū, 3 — Matth. 23. — Hieronim — Hieronim

Section letters: F — G — H — I — K

bene sanetur. Habet enim mater charitas inquit Augustin⁹ vulnera sua de quib⁹ dictũ est, meliora sunt vulnera diligẽtis Prober.27. Sed columba alis ferit nõ rostro, hoc est malis ferit sed aureis. Nec raro gallina euãgelica premit pede pullos suos nolens volẽs. Temporalia hec sacramẽta non sunt nisi quędam animę nostrę & vulnerum illius alligamẽta. Modo in diuersorio sumus: hoc est in cura sumus. Medicus aũt noster curãdis vulneribus nostris miscet amara iucundis; quia calix in manu eius plenus cum oleo tum & vino. Nomine autẽ duorũ denariorũ potest intelligi sciencia vtriusq; testamẽti, imber matutinus & serotinus, & duo gra viduę illius (ipsa est ecclesia) quę misit in Gazophilatium templi. Luce.21. Sunt in quã corpus & sanguis dñi, vnde ecclesia mirabiliter pascitur & nutritur. Sũt duo pręcepta charitatis, de quibus dictum est, diliges dñm deum tuũ, & proximũ tuum sicut te ipsum. Quęri posset: qd est q pro labore nostro impẽso in vineę cultura vnicũ tãtum denarium dat, pro cura aũt ęgrotãtis vinum expẽdit & oleum, duos in super argenteos, subnciẽs, siquid super erogaueris, &c. Augeamus quęstionis difficultatem, triginta argẽtei ex quibus emptus est sanguis Christi, sepulturę cesserunt hui⁹ saucij, siquidem statutũ est hominibus semel mori. Hebre.9. Denique venit (vt cõpendio loquar) filius hominis vt animã suã idest vitã suã daret redemptionem pro multis, vt mihi curarentur. Solutio. Qui proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomõ non cum illo omnia nobis donabit? Rom.8. Si inimicis mortem suã donauit, amicis & recõciliatis, quid mirũ si dabit vitã ęternam? Pl⁹ est enim impij iustificatio, q eiusdẽ iustificati glorificatio. Et pater. **Quis igitur horũ trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones?** Discipuli Christi, qui relicto eo in manus latronũ omnes terga verterũt, Petrus qui eũ tertio negauit, Iudas qui vẽdidit, an Ioseph ab Arimathia qui eũ simul cũ Nicodemo e cruce depositũ, sepulchro venerabiliter cõdidit. Ioã.19. **At illi dixit, suo** enim gladio erat iugulãdus tãtus magister israel. **Qui fecit misericordiã cũ illo. Et ait illi Iesus. Vade & tu: & fac similiter.** Nec enim doctor iste omnem mentem perdiderat, vt ignoraret illud in quo summantur lex & prophetę: omnia quęcunque vultis vt faciant vobis homines (homines dixit: siue sint Iudęi siue Barbari) & vos facite illis. Vade igitur & tu, & qui hucusque fuisti animal immundum iuxta legem, docebas enim nec faciebas, ruminabas, sed vngulam non findebas; fac similiter, & habebis vitam ęternam.

Margin: A · B — Augusti — Psal.74 — Ioelis.3 — Quęstio — Matth.17 — Matth.20. — Roma.5. — Scot In.4 Distin.50. In solu. ad primam. — Leui.11.

Caput. xiiij. De Marthę mynisterio & Marię ocio & quod dñs respõderit Marthę pro sorore sua maiora natu Maria. Quemõ dñs inuitatus a pharisęo ad mẽsam sedit illotis manibus. Et quid audiuit ex ore Xpi date inquit eleemosinam & ecce omnia munda sunt vobis.

Margin: C

Factũ est aũt dũ iret, & ipse intrauit in quoddã castellum: & mulier quędã Martha noie excepit illũ in domum suã. Et huic erat soror noie Maria, quę etiã sedẽs secus pedes dñi audiebat verbũ illius: Martha aũt satagebat circa frequẽs ministeriũ. περὶ πολλὴν διακονίαν. Peri pollen diaconian idest circa multã ministrationẽ. Q᷑ dicit, in q̃ddã castellũ, Gręce est εἰς κώμην τινὰ, is Komen tina idest in oppidulũ siue vicũ quẽdam nequis imaginetur arcẽ emilianã, faciẽs e musca elephãtẽ. Libet aũt exclamare cũ ppheta, o israel q magna est domus dei, & ingẽs locus possessionis eius. Cęlum olim mihi sedes erat, & terra scabellũ pedũ meorũ, terrã olim tribus appẽdebã digitis, cęlũ palmo & aqs pugillo metiebar. At postq verbũ abbreuiatũ est sup terrã & rex qui erat in accubitu suo, habitũ suũ mutauit (3.Reg.22. Habitu inuersus vt homo mutauit simul & regiã suam, in qua milia miliũ ministrabãt ei. Dani.7. Et ingressus est primũ quidẽ domũ quã iã cuius porta nũq aperierat. Secũdo diuersoriũ Bethleemiticũ, vbi maiestas diuina reclinatur in pręsepio: colonus enim futurus erat iuxta Hieremiã: & nũc tertio ingreditur oppidulũ quoddã alienũ: nec enim habuit quod vulpes. Ma.8. Forsan aũt alio diuerterebat noster Iacob (vel simulabat se lõgius ire, Luc.24. Et audiuit vocẽ inuitantis ac dicẽtis. Ad me intrabis dñe, quia mercede cõduxite pro mãdragoris filij mei. Gene.30. Cõgruit aũt locus hic: & cõcordat pręsenti euãgelio, nã & fęmina hec cuius vba ptulimus formẽ habebat ois Rachel: quę & ipsa pretulit odmẽ mãdragorarũ amplexibus viri sui Iacob, sicut diceruit. Ingressus est ergo dñs domũ Marthę (domus aũt hec erat in vico illo vel oppidulo) cuius vocẽ & si nõ audierat, audierat tñ affectũ. Mulier igitur ista excepit illũ gaudẽs, qa nõ vacuus veniebat, nõ solitarius ad domũ illã diuertit. Modicũ habuisti anteq venirẽ. Nihil verius. Et nũc diues effectus es, bñdixitq tibi de⁹ ad introitũ meũ. Qua bñdictione? Aue gra plena, dñs tecũ: bñdicta tu inter mulieres. Ipa eñi est Martha quę dñs excepit hospicio. Sed si ipsa est Martha: quę erit soror eius noie Maria? An forte ipsa est Maria ipsa & Martha ipsa Rachel ipsa & Lia. Audi Martham satagentem circa multam ministrationem. Peperit in diuersorio, reclinat dei maiestatem in pręsepio, circuncidendo adest vnico, fugit in ęgyptum. Annorum duodecim triduo absentem requirit, captum, proditum ab vno ex suis: abnegatum ab altero, crucem baiulãtem sequitur, pendẽtẽ intuetur & flentẽ: & aiam pri cõmẽdãtẽ, & vita functo laeua lancea cõfigi quę oia Simeon nomine gladij significauit Luc.2. Capite. Habes igitur Marthã circa multam ministrationem sollicitam. Mariam vis audire? Ipsa est quę conseruabat oia verba pastorũ, magorum, Simeonis: Helisabet, Annę viduę q̃ vnici sui: & conferebat ea in corde suo. Ipsa enim sęp⁹ sęptius

Margin: D · E — Genes.30. — allegorica Maria — Luce.2. — Ioan.19.

Hebre. 9. Apoca. 12. Luc. 11. 1. Cor. 6. Ioan. 14. Literaliter. Eccles. 1.

sedebat ad pedes domini, & audiebat verbum illius. Nam & in arca testamenti cum mannate & nucibus erant tabulę & virga hoc est Marię contemplatio, & Marthę idest pastorum exercitatio, vita & doctrina. Sic mulier illa quę visa est sole amicta, stellis coronata, habens aquilarum alas, nihilominus, cruciatur vt pariat: id autem Marthę est officium non Marię. Est igitur Martha, quia concepit, & peperit, & nutriuit: & ad mortem vsque obsequuta est filio suo. Maria est, quia virgo, quia audiuit verbum dei & custodiuit illud. Excepit igitur Dominum Martha excepit illum & Maria. Quomodo Martha? Glorificate & portate dominum Iesum in corpore vestro. Quomodo Maria? Membra vestra templum sunt spiritus sancti. Siquis enim diligit me, sermonem meum seruauit, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et huic erat soror nomine Maria. Martha laborabat circa multa, Maria vacabat vni tantum sed necessariæ rei. Sed audiamus Martham. Ego ecclesiastes fui rex israel, & proposui F in animo meo quęrere & inuestigare sapienter de omnibus quę fiunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum vt occuparentur in ea. Et ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus. Rex fui iam non sum, quia deposita regni purpura: contemptaque, quā male tenuerat potestate, in habitu pęnitentię reatum suum plangebat. Atque vtinam hoc verum esse constaret, & tam certum de pęnitentia illius quam non dubium de culpa testimonium haberemus. Ego inquit vos doceo, expertus sum vniuersa quę dico. Nam quanta sit vanitas in culmine terrenę potestatis quis scire melius potuit? Ego fui Rex non vno sed quadraginta annis, in tam nobili regno tam famosa ciuitate & tantis cum diuitiis tum & delitiis. Et hęc fui, iam non sum. Quare? Quia occupatus circa multa eaque superflua, vnum illud necessarium pene oblitus sum. Proposui quęrere de omnibus Magnum propositum, si ad effectu perueniri po[tuisset]. Quęrere ignota eaque superflua, & hac sapienter. Magna superbia de tam multis pręsumere. O cor insipiens, vnum cor quęrere de omnibus, & de omnibus quę fiunt sub sole, oblitus vnum illud G bonum quod est supra solem. Hanc occupationem pessimam dedit Deus hominibus. Dimisit eos vltro currentes in desideria sua. Quia enim mens nostra in illo vno bono stare noluit, in quo potuit feliciter requiescere dicens: mihi adhęrere Deo bonum est, proiecta foras extra semetipsam, veritatem quam intus cęca a fonte haurire non potest, quasi per riuulos quosdam visibilium rerum arescentibus pręcordiis, saltem sugere conatur. Vnde illud. Ecce eiicis me a facie tua, & ero vagus panicus & profugus in terra. Nos autem agamus gratias saluatori quia laborare nos facit in malo nostro, quia sepiuit vias nostras, absinthium & fel nobis inpoculum dedit: vt occupati in hac pessima occupatione pascendi porcos desideriorum nostrorum, tandem fessi, reuertamur ad vnicum illum bonum & nobis tam necessarium, si volumus esse beati Quis autem non vult? Occupationem inquit pessimam: quia alia est mala quidem de qua dicitur. sufficit diei malicia sua: & hoc de pręsenti loco: turbaris erga multa, quia esuritur, & sititur, quia algescit homo: & ęgrotat, & ęstuat, & moriendum est, & sępe nolentes patria pellimur. Hec igitur mala est, non pessima. Sicut autem optima occupatio ea est quę est circa vnum necessarium, ita pessima est ea quę est circa omnia Quid enim stultius quam propositū inquirendi de omnibus? Vt distenderentur inquit in ea. Hō videlicet bulla. Quod distenditur, foris quidem apparet maius (vesica verbi gratia) Intus autē inane fit, & a vera soliditate euacuatur. Ecce aūt proposuisti de oībus quęrere distētus es, abstulisti somnū ab oculis. fecisti, & defecisti, narra nūc nobis quem fructū inuenisti post tot & tātos labores. Inueni nō quod quęrebam: in oībus esse vanitatē & afflictionem spiritus. Redite pręuaricatores ad cor, nō est requies vbi eam quęritis. Vnū tātum est vobis necessariū. Sed sapiens Salomō quia hac nō successit, alia via aggressus est nō minus stulta priore. Magnificaui opa mea, ędificaui domos, plātaui vineas feci hortos & pomaria, extruxi piscinas aquarū, possedi seruos & ancillas (tacet autē vxores mille quod in primis dicendum erat) armēta quoque possedi & magnos ouiū greges vltra oēs qui fuerūt ante me in Hierusalē. Feci cātores & cātatrices & delicias filiorū hoīum, & supergressus sum I opibus oēs qui ante me fuerūt in Hierusalē. Et oīa quę desiderauerunt oculi mei nō negaui eis, nec phibui cor meū quin omni voluptate frueretur. Et hāc ratus sum partem meā, si vterer labore meo. Habes iterum occupationem pessimam Salomonis. Sequitur fructus. Cumque me conuertissem ad vniuersa opera & labores in quibus frustra (& vere frustra) sudaueram (id autem agricularum est qui de laboribus suis victitant non autem Regum qualis Salomon opulentissimus) vidi in omnibus vanitatem, & nihil permanere sub sole. Plantaui, ędificaui, congessi aurum, & vtrius sexus aures meas de mulcebat cantices. Denique in quancunque voluptatem me cupido traxisset, in frenis ferebar & pręceps, putabamque hoc esse fructum laborum meorum, si ipse in luxuria consumerer. Tandem in me reuersus, & quasi e graui somno euigilans, aspexi ad manus meas & opera mea plena vanitate. Et vere vanitate plena Nam si non saciatur oculus visu: quomodo non negasti eis, quicquid desiderauerunt? Feci quod potui, nec potui quod volui, quod tamen potui non negaui eis Illud inquirendum, quomodo tam sapiens Salomon K nunc conuersum se dicit ad videndum opera sua, cum nihil hactenus fecisse videatur, quam his rebus studiū adhibuisse. Nunquid non videbat quod faciebat? Sed vidit speciem, non preuidit corruptionem. Amor enim pręsentium dum in se totam animi intentionem conuerteret: & in eorum quę videbantur fallaci specie per carnis aspectum ingressus cordis quo per oculos occuparet, simul & pręteritorum memoriam abstulit & futurorum prouidentiam abscondit. Fit autem non nunquam vt temporalia bona tunc citius vana esse deprehendantur, cum magis abundare cęperint, quę sępe cum non habentur, prodesse potuisse existimantur, si affuerint. Cum vero habita mentis inopiam non expellunt, tum primum experienti quam exiguū pro laboribus fructū cōferūt manifestāt. Cū inquit me cōuertissem. &c. Videlicet aspiciēs qualis & quāta fructus tātos labores sequi potuisset, tūc inueni nō ęqua lance recōpēsari mihi fructū laborū meorū

Psalm. 72. Gene. 4. Osee. 2. Matt. 6. H Esai. 46. Salomon.

sed sudasse

sed sudasse me frustra: & post sudores tantos: nihil aliud reperi, quam vanitatē & carbonum thesaurū. Vidisti Martham satagentem anxie torqueri, difficultate rei consiciendę? Audisti proponentem inuestigare de oibus, laxasse frena cupiditatibus: cōgregasse aurū per fas & nefas, pauisse hędos suos musica & delitijs, & mulierū mille numero abusum libidinosis cōplexibus? Audi sequentia. Cū in oibus vidisset vanitatē & afflictionē spūs, & lusisse cum labores tum & impensas, nihilominus interim Martha. Stetit & ait. Domine nō est tibi curę: quod soror mea reliquit me solā ministrare? Dic ergo ei, vt me adiuuet. Quid ais Martha? Nū quia tu turbaris erga multā occupationē, omnes in eandē labyrinthū detrudere vis? Et cū tu adhuc tūdaris fluctibus, in portu existētes sytenarum more ad te pertrahere conaris? An nō licet tibi perire solā? Nū nō licet nobis pacatos esse, quia tu militiā complexa es?

3. Regū. 11.

A An & oculos nostros eruere vis, quia tu cęca terga vertis ad summū illud & necessarium bonū? Num difficilius putas placuisse vni bono, quam vxoribus mille? Dic inquit illi: vt me adiuuet. Quid si tibi inter vndas luctanti manū porrigēs, simul vtraque inuoluatur & submergatur? Nemo potest duobus dnis seruire. Aut sedendū est cum Maria, aut circa multa laborandū cū Martha. Dices. Num nō vni & eidem dño ministrabat & Martha & Maria? Fateor. Sed Primū quęrēdum est vnū necessarium, cętera secūdo loco. Felix tamē domus in qua Martha cōqueritur de Maria. Nā Mariam ęmulari sororē suam, prorsus indignū. Nō enim legimus Mariā causantē, quod soror sua solā reliqueri t vt vacaret vni & soli bono. Cęterū iuxta mysterium vtraque harū sororum altera indiget, vę enim soli. Frater aūt qui adiuuatur a fratrē, quasi ciuitas firma. Nō enim vacaret Marię sedere ad pedes dñi, nisi domi esset Martha quę cōuiuiū dño instrueret. Patet ergo quod etiā Maria indiget Marthę manibus. Nā quod Martha opam desideret Marię, ex ore eius audiuimus, dic illi vt me adiuuet. Et illud interim obseruādū, quod Maria notatur de ociositate, quia sedet: Martha satagēre. Sed ostēdamus exēplo, plus posse Mariā sedēdo, quam Martha circa multa satagēdo. Pugnabat exercitus dei cōtra Amalechitas, dixitque Moses ad ducē militię Iosue. Elige viros & pugna cōtra Amalech. Ego aūt stabo in vertice collis, habēs virgā dei in manu mea. Ascēdit igitur verticē collis Moses & Aarō & hur qui putatur esse vir Marię sororis Mosi & Aaron. Tres igitur erāt tantū in collis vertice, & triginta milia in planitie pugnātes, forte aūt & multo plures: sed nō refert. Cūque leuaret Moses manus: vincebat israel. Sin aūt manus Paulū remisisset (o magnū sacramentū) superabat Amalech. Quid ergo proderat Marthę in cāpo satagere, nisi Maria manus leuaret in vertice? Laborabat exercitus: ecōtra Vacabat Moses: & tamē vacando vincebat. Erāt aūt manus Mosi graues. Id autē perspiciētes Aarō & hur, quod victoria videlicet pēdebat a manibus Marię a manibus Mosi, sumētes lapidē, supposuerūt Mosi, in quo sederet Maria ad pedes dñi. Ecce Moses sedet, & adeo ociosus sedet vt

Ecc̄. 4.
Prouerb. 18
Exo. 17
Figura

Ambrosi9

C iuxta Ambrosiū, duo hoies manus eius sustineāt, sicque factū est, vt manus eius nō lassarētur vsque ad occasū solis, & fugaretur Amalech ab exercitu israel. Vides luce clarius quomō vtraque soror altera indiget, quia nec populus vinceret, nisi orāte Mose, nec Moses pseueraret in oratiōe, nisi sedēdo in petra: tenēdo in manu virgam dei, & manus eius hinc inde fulcirētur a duobus, iuxta quod premisimus, frater qui adiuuatur a fratrē quasi ciuitas firma. Itē illud, funiculus triplex difficile rūpitur. Ecc̄s. 4. Habes manus Marthę in armis, habes manus Marię in ofone. Et istę duę manus sustinent thronum veri Salomonis quę est ecclesia dei cūctis. Fecit enim deus duo luminaria magna vnū quod pręesset diei, alterū nocti: vtrūque necessariū. Sed luminare minus a maiore illustratur idest Martha a sorore sua Maria. Vnde super mēsam panū ppositionis duplex corona erat, altera maior minor altera idest aureola. Martha enī bonā partē elegit, sed meliorē maria. Denique beata illa fęmina (Ruth dico) duplū hordei collegit sedēdo, vel iacēdo ad pedes Booz, quam cōgregarat occupata circa multa, portādo pōdus diei & ęstū sequendo vestigia

Prouer. 18.
3. Regū. 10.
Exo. 25
Ruth. 3

D messorū. Vnde illud, hi nouissimi vna hora fecerūt, quia vs vni tātū intēti erāt rei, & tamen pares efficiūtur primis. Parū dixi, ęquati sunt prioribus, nā priores ipsi acceperūt & tantundē. Quod ergo martha dixit, reliquit me solā in ministerio: hoc illi dixerūt: hi nouissi vna hora fecerūt. Et respōdēs dñs dixit illi. Martha Martha sollicita es: & turbaris erga plurima: porro vnū est necessariū. Maria meliorem partē elegit: τὴν ἀγαθὴν μερίδα, quę nō auferetur ab ea. Non ergo opus Marthe reprehendit dominus (abit) quam curatanti hospitiis circa multa occupabatur: sed munus distinxit. Non tu malam, sed illa meliorem. Quare meliorem? Quia tu circa multa, illa circa vnum summum bonum ois boni bonum. Dicens autem Martha Martha, attentiorem reddit: sicut illud Abraham Abraham. Tenuit enim quodanmodo manum eius Diuina vox: & ictum vibrantis occupauit dextrę. Non semel vocat: ne aut non plene audiret: aut fortuitam vocem putaret. Sic ergo reuocauit, quemadmodum imperauit. Repetiuit ergo vocem, tanquam virtus ne pręueniretur studio deuotionis, & vna vox

Matth. 19
Genes. 22.
Ambrosi9

E impetum ferri & ferientis reuocare non posset. Sic mosi festinanti vt videret rubum ardētē, dictum est, Moses Moses. Sollicitā igitur & attentam reddit vox Domini Iesu Christi ipsam Martham, qui iudex cum esset, aduocatus. Interpellabatur. Sollicita es. Esto. Sed vt pascham angelorum panem. Anus paupercula cum Phelippum regem sępe interpellaret iudicem, ocium sibi non esse dixit Rex. Verula vero clamans ergo ne Rex quidem sis inquit. Quidictum admiratus: non illam modo verum alios quoque e vestigio audiuit. Quo contra legimus de Mose qui sedebat totos dies a manę vsque ad vesperam solus iudicans populum, qui tamen audiuit a socero suo, homine alias ex lege. Non bonam rem facis, stulto labore consumeris: vltra vires tuas est negocium, solus illud non poteris sustinere. Maria Marthę operam desiderat: & Martha adiutorium Marię. Esto igitur cu Maria in his quę sunt ad Deum: & constitue ex melioribus populi qui circa multa occupentur. Vide textum: memento autem quod aues oblatę in sacrificio ab Abrahā, non sunt diuisę: significat enim viros spūales, qui circa vnū necessariū occupantur,

Philippus
Exo. 18.
Genes. 15

Augusti. Generatū aūt actionū humanarum (inquit Augustinus) mater necessitas est. Tolle (verbi gratia) famē
Matt. 22. cui frāgis panem? Tolle morte, quem sepelis? Loquor aūt de honestis, nā adulteria, homicidia furta, &
id genus portēta multa nec reputo inter actiones humanas. Si ergo in cœlo nulla erit necessitas, sed eri-
mus omnes sicut angeli dei, recte dictū est ꝙ sancti quorum typū tenet Maria optimā partem elegerūt
de qua dicitur, in seculū seculi laudabūt te. ps. 83. Augustinus super ps. 83. Posuit dn̄s hominē in paradi-
Genes. 2 so: vt operaretur, & custodiret illum. In eo quod additū est, & custodiret, significatū est, qualis esset opa
tio illa. Namq; in tranquillitate vitę beatę vbi mors non est, omnis operatio est custodire quod tenes,
videlicet optimā partem quā nemo nouit nisi qui accipit, & vocatur pars, quia hic per speculū videtur
Exemplū. totū autē erit (quicquid illud est, quādo videtur facie ad faciē. Monachus quidā singulariter singularis
2. Thes. 3 singulos Monachorū reprehēdens, ꝙ nō semper vacarēt cum Maria vni bono: sed frequēter cum Pau- F
Exod. 23 lo apostolo laborarēt manibus suis, Maria aiebat, optimā partem elegit. Siluanus igitur Abbas hora
Matth. 4. prādij eum minime iussit vocari, dicēsq; homo sanctus esset, abiret in mōrem cū Mose. nec enim in so-
3. Regū. 17 lo pane victurus est homo. Nisi placeret potius ire cū Helia in torrētem Carith: & ibi opperiri annonā
a coruis allatam. Hęc ridicula sunt imo absurda, sed sicut scriptū est, labores manuū tuarum māduca.
Bōa vēta. ps. 127. Nec tamē inquit sanctus Bonauētura putes ociū esse, vacare deo, imo illud est negociū negocio
rū. Nunq̄ enim minus est solus animus q̄ cum est solus cum eo qui dicit ego sum qui sum. Exo. 3. Dica-
Sabellicus mus de assumptione virginis aliquid de mēte beati Augustini. Dicit autē A. Sabellicus Mariā assum-
Raphael. ptā in cœlū anno humane salutis septimo & quadragesimo. Raphael in cōmētarijs suis cōstāter asseue
Augusti. rat Mariā beatissimam vno tātum anno supersuixisse ascēsioni dn̄i nr̄i Iesu Christi. Ad hec Augustin?
Venerabile est mihi domine de matre filij tui loqui. Ineffabilem sanctificationis gratiam quā matri cō- G
cipiēdus prębuit cōceptus & natus nō abstulit. Quę quantū valuerit in corpore virginis, illi soli noti-
ssimū est, qui de eius carne suscepit naturā quā condidit. Sequitur. Quędam dicit scriptura, quę mere ad
litteram intelligimus, vt quod Abraham genuit Isaac &c. Quędam quę cū hoc recipiūt mysticum sen
sum sicut illud de trāsitu maris, de mānate, de petra vomente aqs, &c. Quędā quę pure sunt spūalia, ve
Exo. 32. illud, insufflauit in faciem eius spiraculum vitę. Genes. 1. De ambulasse ad auram. Gene. 3. volasse super
cherubin. ps. 9. Habere faciē & posteriora. Memores itaq; cōditionis humanę, mortem matrē filij tui su
bijsse temporalē dicere, nō metuimus, quam idē certe filius tuus qui & de? & homo de lege sortis huma
nę sustinuit. Sed si dicimus eam mortis teneri vinculis, & resolutam in cōmunē putredinē vermē ac cine
rem, deliberandū est, si hoc cōueniat tantę aulę dei pręrogatiuę. Scim? primo parēti dictum, puluis es, &
Gene. 3. in puluerē ibis. Quod si de morte dicitur, generalis sentētia est. Si de resolutione in puluerem hanc cōdi-
tionem caro Christi euasit. Excipitur ergo ab illa generali sententia de virgine sumpta natura. Quod si H
Ibidem. hec in corruptio Marię nō cōgruit, cōgruit tamē filio quem genuit. Mulieri dictū est, multiplicabo erū-
nas tuas & cōceptus, in dolore paries, sub viri potestate eris Erūnam Maria sustinuit, cuius animam se
ptemplicis doloris gladius pertrāsiuit, Sed cōceptus nō multiplicauit: nec ad virū cōuersio eius, nec sub
viri potestate fuit (sane intellige) quę de spiritu sancto concepit, sine dolore genuit, & sine pudore. Hoc
enim potuit efficere de matre, quia sic deus elegit nasci de homine. Maria ergo & si cōmunicat erūnis
Euę, nō cōmunicat parturiēdo cū dolore. Nō immerito ergo excipitur a quibusdā generalitatibus vera
existimatione quā rāta seruat gratia, & attollit dignitatis pręrogatiua. Quātum enim potestas Christi
possit, mūdi ostēdit vniuersitas, quātum gratia, Marię ostēdit integritas. Si ergo voluit integrō Marię
seruare pudorem, cur nō velit incorruptam a putredinis seruare fetore? Putredo namq; & vermis huma
nę est obprobriū cōditionis, a quo obprobrio cō Iesus sit alienus: natura Marię excipitur, quā Iesus de
Gene. 27. ea suscepisse probatur. Caro enim Iesu caro est Marię & multo specialius q̄ Ioseph Iudę & fratrū suo-
Maria. rū quibus dicebas, caro & frater noster est. Possidet Maria in cœlo corpus Christi quod genuit ipa cla- I
rificatū in dextera dei patris, & si nō suū per quod genuit tamē suum quod genuit. Et quare nō suū per
quod genuit? Si enim nō obuiauerit nec dū perspecta auctoritas, vere credo & per quod genuit, quia tā
ta sanctificatio dignior est cœlo q̄ terra, quoniā thronū dei, & thalamū verbi & domō domini dignum
est tibi esse, vbi ipe est. Tā preciosum enim thesaurō dignius est seruari in cœlo quam in terra. Istud er-
go sacratissimū corpus in quo Christus carnē assumptā naturę diuinę vniuit; hoc est sibi vniuit escā ver
mibus datō, & in cōmuni sorde putredinis & futurū de vermibus puluerē; quia sentire nō valeo, dicere
pertimesco. De quo si nihil altius sentirem q̄ de proprio, nihil dicerē nisi quemadmodū de proprio quod
absq; vlla ambiguitate soluēdū est in mortem vermes & cinerē, quod de Maria credendū non videtur,
quia hoc procul pellit incomparabile gratię munus. Si elegit diuina volūtas sola gratia inter crepitātes
Dani. 3. igniū flamās nō solum puerorū corpora illesa, verū & ipsa vestimēta seruare inusta, cur abnuat in ma-
tre propria: quod elegit in veste aliena? Qui seruauit Ionā incorruptū in vētre ceti & Danielem (Cap. 6) K
Ionę. 2. Ab intēperatissima fame leonū, nō seruauit matrē tantis dotatā meritis dignitatū? In Marię enim inte-
gritate plus potuisse gratiā quam naturam nō dubitamus. Sic per hoc digne videtur lętari Maria leticia
inenarrabili in proprio filio, cū proprio filio, nec vllā sequi debere corruptionē; quam nulla sequuta est tā
tum filiū parturiēdo integritatis corruptio, vt sit semper incorrupta quā tanta perfudit gratia, optimam
enim partem elegit: quę nō auferetur ab ea Pars hec amplexus sunt Rachelis: pro qua Iacob septē annis
Genes. 29. seruiuit socero in frigore & caumate, ieiunijs: nuditate, periculis in terra, in mari, in itinerib? in falsis fra-
tribus (2. Cor. 11.) Hęc enim sunt multa circa quę turbatur Martha, Iacob & Paulus in hac vita, quę in
septem ānis pręfiguratur, vt tādem (o tandē tādem) potiti optatis nuptijs Rachelis, transeant viri isti a
ministerio Marthę ad requiē Marię, quę nō auferetur ab eis. Dicam? in cōclusione si Martha reprehē-
ditur, quam

dirur, quã cura tãti hospitis turbabat, quid dicemus de eo qui de ampliãdis horreis cogitabat, argũ quem dam agẽs? Luc. 12. Et Martha seuera (nisi veritatis obuiamus verbis) circa vnũ occupabatur, & tamẽ culpatur, nõ quia turbabatur inter ministrandũ (absit) alioqui vnde dictum est, hospes fui & collegistis me? Reprehẽditur aũt quia Mariã vacãtem vni necessariæ rei pertrahere volebat ad multã, dicens cũ Petro, domine hic autẽ quid? Quid? Optimam partẽ elegit. Quãdo? Cũ dictum est illi, ecce mater tua. Ex qua illa hora accepit Mariã in sua, & nõ auferetur ab eo. Ioã. Cap. 19. Et pater. **Et cũ loqueretur: rogauit illũ quidã phariseus vt prãderet apud se. Iesus autẽ ingressus recubuit. Phariseus aũt cœpit intra se reputãs dicere, quare nõ baptizatus esset ante prandiũ.** Lege lotus esset, de simplici enim manuũ lotione loquitur sicut patet. **Et ait dñs ad illum. Nũc vos o pharisei quod de foris est calicis & catini mũdatis, quod aũt intus est vestrũ plenũ est rapina & iniquitate.** Pestis hæc hypocrisis vsque a deo mẽtes phariseorũ infecerat (Sileni enim erãt Alcibiadis an potius colossi) vt de nullo alio vicio toties increpati sint & notati a dño Christo, sicut patet in multis locis euãgelij. Et videtur pharisei morbũ hunc ex ægypto secũ aduexisse. Nã Herodotus de sacerdotibus ægyptijs ita refert. Sacerdotes quoquo die totũ corpus eradũt, ne quid eis inter deorum cultum aut pediculi aut alterius sordis creetur. Lauãtur cotidie frigida interdiu ter, noctu bis. Boues immolãdos vsque ad nimis examinãt, si pilum vel vnũ nigrum in eo viderẽt, nequaquã mundũ censent. Item linguam pecudis cũ stantes erecti tum resupinate exerẽdo si immũda sit. Inspicit & caudæ pilos, nũquid habeat secundũ naturam procreatos. Eam si fuerit his oibus mũda, notat alligato cornibus canabo, dein de applicita terra, sigillari anulo impressa, atque ita abducũt. Nam immolare non notatam, pœna mortis sancita est: ægyptij vero cõspersionem pedibus: lutũ manibus subigũt. Linea ferũt vestimẽta semper recẽs abluta, huic rei præcipue vacãtes. Virilia circũcidũt mundiciæ causa, pluris faciẽtes se mundos esse quam decoros. Nã de lotione vasorũ in quibus potũt æneorũ idem seruant quod pharisæi, cotidie ea lauantes omnes. Hæc ille. Hieronymus. Væ nobis ad quos vitia phariseorũ transierunt. Vox quidẽ Iacob est, manus autẽ sunt Esau. Id in nobis vere dicitur: nam in Iacob non erat verum. Adeo aũt malum hoc vbique grassans, inualuit & decepit in cautos, vt manus quoque (sensum alioqui certissimũ) falleret ipsius Isaac, sed caligabat beatus patriarcha præ senectute, lupus aũt veniebat in exuuio ouis vel hædorũ dautũ & vestibus Esau valde bonis. Rogatus igitur dñs a phariseo, nõ recusauit, qui venerat oibus mederi. Accubuit igitur sed illotus (grãde piaculum) id quod erat præter statuta seniorũ illius populi crassi ac carnalis: & qui iuxta Osee, totus degenerarat in folia. Sepulchra erãt, & omnis gloria eorũ a foris, intus aũt plena erãt aranearũ telis, muribus & id genus fœdibus multis. Phariseus ergo qui protam & puppim in sanctitate mẽtita collocarat & corporis mũditie, mirari cœpit, cur dñs nõ lauisset manus ante prandiũ, crimẽ videlicet maiestatis læsæ. Et hic de numero eorũ erat qui sanguinem quẽ Pilatus e manibus suis excussis super se accepit, mãducaturus suũ pascha execrandũ. Et dñs. O præposterã iusticiã: & iudiciũ cruce dignũ, vos pharisei quod de foris est catini mũdatis: ineuriosi satis super que de rapinis & mẽdacijs quibus pleni estis: ita vt iuxta quod scriptum est, talos a vertice vsque ad imos ex rapinis/fastu: liuore, hypocrisi, ignorãtia legis compositi sitis: aut sicut dixit Esaias, nõ est in corpore vestro vlla sanitas. **Stulti nõne qui fecit quod de foris est: etiã id quod de intus est fecit? Verũtamẽ quod super est date eleemosinã: & ecce omnia mũda sunt vobis.** Reuera nõ hoc ignorabãt pharisei qui legem dei in defesso ore totis diebus legebãt & relegebant: in qua scriptũ est: formauit deus hoiem de limo terræ: ecce exteriorẽ hominẽ. Et inspirauit in faciẽ eius spiraculũ vitæ, & factus est hõ in animã viuentẽ: ecce hoiem qui verus est homo & ad imaginem dei conditus & similitudinem. Sed vterque homo opus dei est. Si igitur tantopere placet mũditia, nõ obsto, sed totius cura habẽda est, maxime vero eius cuius pulchritudo iuxta apostolũ renouatur de die in diẽ. Et Petrus. 1. Cap. 3. Cõmendat ecclesiæ quoddã genus batismi, nõ carnis depositio sordiũ, de quo scriptũ est: lauare septies in Iordane, & mũdaberis, sed cõscientiæ bonæ interrogario in deũ. Caro enim domãda est: nõ lauanda, dicẽte Paulo: castigo corpus meum. 1. Cor. 9. Et si adhuc recalcitret, ejcienda, est ancilla cum filio suo, ne ludat & illudat ipsi Isaac filio liberæ. Hæc primũ oportuit facere, & illa si res ferat nõ præter mittere. Vos aũt cum sitis iniusticia insignes, viuẽtes vitam Cyclopicam sicut Ismael, putatis que eleemosynis possitis pestibus tot, oppleros animos repurgare, quas tamẽ non in hoc largimini, sed ad plausum hominũ: de quo dictũ est Matth. 6. Hæc expositio præsuponit textum qui Græce ita habet, Δοτε ἐλεημοσύνην, Dote eleemosinẽ idest datis eleemosynã, per quã putatis oia facinora vestra mũdari, sicut dictũ est Nabuchodonosor, peccata tua eleemosynis redime. Sed vide quid sequitur, forsitã miserebitur tui deus: & ignascet delictis tuis. Hec ad illũ dicta sunt. Vos aũt si recte offeratis: nõ autẽ diuidatis recte, nõne in peccatis vestris moriemini? Ioan. 8. Nã si eleemosynis possunt peccata mũdari, corde scatente rapinis, fastu & liuore, vnde dixit apostolus si distribuero in cibos pauperũ oẽs facultates meas: charitatẽ aũt nõ habuero: nihil mihi prodest. 1. Cor. 13. Si Paulo nõ proderunt eleemosynæ sine charitate, vobis proderũt plenis rapina & iniquitate? Vera est ergo lectio illa, quod super est datis eleemosynam, & putatis omnia cernina vestra per hoc mũdari. Sed vobis imponitis, & veritas in vobis nõ est. Traianus cõspiciens quendam quibus libet citra delectum elargientem, male inquit pereas, qui ex gratijs cum sint virgines, facis scorta. Id faciebant pharisei, de quo diximus Matth. 6. Alexãder Anaxarcho philosopho dispensatorẽ iussit quãtum peteret dare. Sed cũ dispẽsator dixisset illũ petere talẽta centũ: bene inquit facit, cum sciat se amicum habere, qui tot elargiri, & possit & velit. Perillus aũt ex amicorũ numero cũ filiabus dotẽ petisset, quinquaginta quidẽ talẽta illũ accipere iussit. Sed cũ ille dixisset, decem satis esse: tibi quidem inquit accipere, sed mihi nequaquã satis est

Matt. 25. Ioan. 21. Luce. 11. Herodotus. Genes. 17. Hieronim. Cap. 10. Matth. 27. Esai. 1. Genes. 2. Collos. 3. 4. Reg. 5. Gene. 21. Dani. 4. Gene. 4. Traianus. Alexãder. Perillus.

dare. Viuebat enim Alexãder vitã Cyclopicã, hoc est erat venator robustus ante dñm, Genes. 10. Erat homo ferus, & manus eius cõtra omnes, ideoq; imitatus ducẽ suũ satanã, qui dicit apud Lucã: hec oia tibi dabo quia mihi tradita sunt; quę alijs rapiebat alijs cõferebat, & hinc tota eius liberalitas. Quęre exẽplum Dionidis piratę infestãtis nauigãtes paruo nauigio, & quid captus dixerit Alexandro. Tu autẽ obserua verbũ illud. Eccl. 34. Qui offert sacrificium ex substãtia pauperis, quasi qui victimet filiũ in cõspectu patris sui. Ponit autẽ Alexãder de Ales hãc cõclusionẽ. 4. p. q. 3. Dñs quidã existens in charitate pręcepit dispẽsatori vt erogaret pauperibus aureos cẽtum. Quãdo vero dispensator actu illos distribuit, Dominus suus erat actualiter in peccato mortali. Huic nihil conferunt aurei isti ad vitam ęternam, quia peccans mortaliter: ipso facto reuocauit mandatum in quantum erat meritorium ad vitam ęternam, & hoc est quod dictum est: datis eleemosynam, putantes per hoc peccata vestra mundari, quod verum non est, sicut patuit ex verbis apostoli. 1. Cor. 13.

Genes. 16. Cap. 4 Ale. Ales.

F

Caput. xv. Quomõ apostoli necessitate cogẽte pretereuntes segetes legentes spicas terebant vel fricabant inter manus vt quoquo modo placarent ventrem rugientem & quid dominus responderit pharisęis & hoc murmurantibus.

Factũ est autẽ in sabbato secundo primo cũ trãsiret per sata: discipuli eius esuriẽtes cęperũt pregredi: & vellere spicas: & mãducabãt: cõfricantes manibus. Quidã aũt pharisęorũ dixerunt ei: iuxta Matthęum, Ecce discipuli tui faciũt, quod nõ licet eis facere in sabbatis. Idẽ dicit Marcus Lucas autẽ dicit. Quidã autẽ pharisęorum dicebãt illis. Quid facitis quod nõ licet in sabbatis? At ille dixit eis, iuxta Lucã. Nec hoc legistis quod fecit Dauid: vel iuxta Matthęũ & Marcum: non legistis quod fecit Dauid: Marcus: quãdo necessitatem habuit: tres euangelistę: & esuriit ipse & qui cũ illo erant: quomõ introiuit in domũ dei: idest in tabernaculũ domini dei: Marcus: sub Abiathar principe sacerdotũ, Tres euãgelistę, & panis propõnis sumpsit, & mãducauit: Lucas: & dedit ijs qui cũ ipso erant: tres euãgelistę: quos nõ licebat ei edere neq; ijs qui cum ipso erãt, nisi solis sacerdotibus. Sciendũ pro expositione huius verbi secundo primũ: q; iudęi quod vis festũ sabbatũ vocabãt, nã sabbatum requiẽ sonat. Sępe numero igitur incidebat festũ in parasceuẽ, & vocabãt parasceue sabbatũ propter festum. Ita q; quod proprie sabbatũ erat, nominabãt secundo primũ, q; secundum esset ab altero festo quod pręcesserat, primũ vero: propter dignitatẽ sabbati. Faber aũt aliter exponit Est inquit sabbatum secũdo primũ: secunda dies paschę: habet autẽ pascha septem dies. Erit aũt eadem sententia cũ pręcedenti, si festum incidens in parasceue sit pascha. Ad hec sciendũ iuxta Thaletem (& Augustinũ) q; necessitas validissimũ entiũ (cui nec dij obsistunt: dicente poeta, sic voluere parcas, quia volentem fata ducũt, nolentẽ trahunt) hęc ipsa mater est oium actionũ humanarum, ac propterea ipsa si vera est: absoluta est ab omni lege, quia quod nõ est licitũ, necessitas facit licitum: extra de obseruãtia ieiuniorũ. Ita in necessitate furari licet, quia & sic sublatũ furtum nõ est, vnde nec restituendũ. Ita occidere licet vt vitã nostram tueamur. De quo alias. Deni q; vim necessitatis intelliget: qui perpẽderit verba illa, angustię sunt mihi vndi q; hinc periclitor de animę vita, hinc de vita simul & fama. Et in eodem propheta. Cap. 13. Vidit rex q; irruerent in eum vehemẽter, & necessitate cõpulsus, tradidit eis Danielẽ virũ alioqui iustũ & sanctum. Premissis his, dominus Iesus qui iuxta propherã futurus erat velut colonus super terram; Hiere. 14. Venerat enim vt visitaret fratres suos, vt videret vtrũ nam prospera cũcta essent erga illos, & quibus cum ordinati essent. 1. Reg. 17. Venerat quęsiturus ouẽ illam cẽtenariã, Lu. 15. Quã ipse pusillum vocat gregem (Luc, 12.) Congregatum ex omni natione quę sub cęlo est: cuius ipse et fieret pastor (O profundũ clementię dei) ac proinde circuibat iudęę prouinciam, quocũq; eum voluntas spiritus sancti tulisset. Accidit igitur vt iter faceret per segetes. Discipuli vero qui pauperẽ pauperes ipsi sequebantur, iactauerant enim in eum omnẽ solicitudinem, cum pulli adhuc essent in plumes de cõmeatu nihil parauerant. Cũ igitur esurirent (venter enim auribus caret) boni cõsulentes quod sese offerebat, reuulsas spicas manibus fricãtes granis vescebãtur, siquidẽ natura paucis cõtenta est. Nã & adolescẽs ille pro magno ducebat implere ventrẽ de lẽtibus, Genes. 25. Marcus Apicius burges qui libros de gula cõscripsit (doctrinã admodum necessariã ijs quorũ deus venter est) pro qua multas absumpsit opes: heredem abintestato cõstituens ventrem suum: cum audisset in Aphrica cãcros marinos maiores nasci, pro quibus iam in gallia multa impenderat, illuc adnauigauit. Cũq; falsum id esse in itinere audiret, nauis gubernatorem vertere cursum retro iussit: execratus prouintiã & incolas. Nempe sicut voluptatem alij summũ malũ sic alij summum bonũ dixerũt. Nã epuloni apud inferos id tantũ turgerat, quo mõ linguã gulę ministrã: ex quo aliud nõ dabatur vel aqua refrigeraret. Epicurus voluptatẽ summũ bonum ponit, eã q; ita diffinit autore. A. Gellio [illegible] sarcos eustathes catasthema idest corporis cõstãtem habitum Speusippus vetus q; omnis Academia voluptatẽ & dolorem duo mala dicunt esse opposita inter se: bonũ aũt esse, quod vtriusq; mediũ foret. Critolaus & malũ esse voluptatẽ ait, & multa alia mala parere ex se se, iniurias desidias, obliuiones ignauias. Herocles stoicus ita dixit. Voluptatis finis meretricis decretũ est, imo mulię pecunias potius quęrunt q; voluptatẽ, Discipuli

6. q. Scrip. Thales. necessitas Dani. 13 Psal. 54. Luce. 15 Apicius. Phil. 3 Leui. 16. Epicurus. Speusipp9. Critolaus.

G H I K

aũt dñi a deo oĩs voluptatis expertes erãt & leges indixerãt ventri, vt plus prestarẽt q̃ Paulus precepit habẽtes alimẽta & quibus tegamur, his cõtenti sumus. O verbũ Paulo doctore gẽtium digno his cõtenti sum us. Apostoli igitur colũbę euãgelicę qui in horreis non congregabãt, granis pascebatur. At nunc est videre multos, quibus ad vnguem quadrãt verba Hieronimi dicentis. Natus in paupere domo, & in tugurio rusticano qui vix milio & cibario pane rugiẽtem vẽtrem saturare poteram, nunc similam & mella fastidio. Nimirum iuxta prouerbiũ, alia vita: alia dieta. Multi enim cõmutata in melius fortuna, lautius viuere incipiũt, dicã & illud, latius luxuriari: sicut dixit Aristophanes de quodã iuuene iã anum amicã fastidiẽte: postea q̃ desijsset egere, diuitem factum, nihil iã lens iuuat. Delicatus reuera est magister, qui pleno ventre de ieiunio disputat. Cum ergo discipuli necessitate vrgente spicas reuulsas fricarent (Erat aũt sabbatũ) Ecce adsunt momi illi Coricęi foris catones: Nerones intus, qui censoria notarẽt virga discipulos Christi. Quis aũt illos constituerat iudices fratrum suorũ? En inquiunt discipuli tui faciũt quod non licet. Ergo moriendũ est ne fiat opus seruile in sabbato. Licebit aũt iumẽta aquatum ducere, licebit vobis adulterari & mẽtiri & inebriari de sanguine animarũ pauperũ. Hec enim q̃a facitis vel maxime diebus festis, audistis ex ore Esaię. Neomentã & sabbatũ & festiuitates alias vestras non ferã. Solẽnitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta. Lauamini: & auferte malum cogitationũ vestrarum ab oculis meis. Nõ inquit legistis: vel neq̃ hoc legistis: quid videlicet fecerit Dauid (vos qui legis cognitionẽ profitemini) quãdo necessitatẽ habuit? Necessitas igitur quãdo nõ aliud, excusat factũ apostolorũ: de qua dictũ est supra, quę licitũ facit, quod alias non licebat. Historia habetur. 1. Re. Ca. 21 Ea sic habet. Cũ fugeret Dauid a facie Saul, venit in Nobe ad Achimelech sacerdotem quem hic vocat Marcus Abiathar. Erat aũt Abiathar filius Achimelech, & tũc administrabat sacerdotiũ sub patre suo. Exprimitur aũt hic nomẽ filij & nõ patris, quia occiso Achimelech precepto Saulis: Abiathar fugit ad Dauid & fuit comes peregrinationis eius. Historię reliquum vide loco suo. Quod aũt Dauid respondit sacerdoti rogãti, num mũdi essent pueri & maxime a mulieribus, vt vesci possent panibus propositionis & Dauid respondit, porro hec via polluta est, hũc habet sensum. Etsi in via aliquã cõtraxerimus immũditiã, tamẽ excusabitur in nobis propter cõtinentiã ab vxoribus. Et iuxta Hieronymũ loquitur de seipso in numero plurali: quia solus fugerat. Potest exponi secũdo sic. Licet prohibitum sit vti panibus propositionis, nisi sacerdotibus: tamẽ id quod alias nõ licet excusabile est, propter instãtem necessitatem. Potest tertio modo exponi. Frustra requiris de puerorum munditie: cũ nec quãtuncũq̃ mundis id liceat iuxta legem nisi sacerdotibus. Pueris vero cum sint laici nõ licet. Verũ necessitas omnia facit licita. Et hanc cõclusionem vult inferre dñs: tempore necessitatis oĩa esse mũda mundis. Cęterum id totum quod dixit Dauid cõmentitium erat. Sed nos alio properamus. De his panibus habes Leui. Cap̃. 24. Vide textum. Itaq̃ Dauid bifariã trãsgressus est legem. Primo quia comedit quod nõ licebat. Secundo quia comedit panes extra locum sanctũ, quod item nõ licebat, sicut habes Leui. Cap̃. 24. Hec duo excusantur propter necessitatem. Quod autem mentitus est sacerdoti, nescio si possit excusari, & maxime quia valde nocuit sacerdoti domini. De quo alias. **Aut nõ legistis in lege q̃ sabbatis sacerdotes in tẽplo sabbatum violãt & sine crimine sunt. Dico autẽ vobis: q̃ tẽplo maior est hic. Si autẽ sciretis: quid est misericordiã volo & non sacrificiũ: nunq̃ cõdemnassetis innocẽtes Sabbatũ propter hominẽ factũ est, & non homo propter sabbatũ. Itaq̃ dñs est filius hominis, etiã sabbati.** De pœni. Distin. 1. Cap̃. Libenter. Quod dicit maior est hic, ly hic est aduerbium locale, estq̃ sensus est hoc loco, quod sit maius tẽplo. Potest iuxta Grecum hũc habere sensum enim locũ esse sanctiorem templo: qui templi dñm teneret circũscriptiue. Hieronymus. Calumniamini, discipulos meos, cur per segetes trãseuntes, spicas triuerint sabbato: fame vrgente cũ ipsi sabbatum violetis in tẽplo cędẽtes victimas, holocausta super lignorũ struem incẽdio concremãtes. Et iuxta Ioã. Ca. 7. Circũcidentes paruulos in sabbato, vt dum aliã legẽ seruare cupitis, sabbatũ destruatis. Nunq̃ autẽ leges sibi contrarię sunt. Violare dicuntur sacerdotes sabbatũ sed imprõprie & materialiter tãtum, sicut q̃ pertundit venã, sanguinem quidẽ fundit humanum, sed sine peccato. Discipuli mei inquit cum necessitatem patiuntur, exemplũ Dauid sunt secuti Vos aũt vere sabbati trãsgressores estis Vnde probamus? Clemẽtes estis in iumẽta, quę propter hominẽ creata sunt, in homines innocentes seuerissimi censores: ad tubera autẽ vestra imo ad gibbas Talpis cęciores. Pretermitto aũt quod est caput in hoc facto, id videlicet q̃ maior templo est hoc loco, seipsum intelligens, qui sicut sabbatũ instituerat, poterat reuocare. Vrget aũt eos altero legis testimonio, interim taxãs eorum segnitiem in perscrutãdis scripturis, & cęcitatem in exponendis. Auctoritas est Osee Cap̃. 6. Estq̃ exposita Matth. 9. Inde vocatione Matthęi. Subijcit dñs tertiã rationẽ cum dicit, sabbatũ propter hominẽ institutum fuisse, & non e conuerso. Nec id mireris, quãdo verbum propter hominẽ caro factum est. Beda, Ita sabbatũ custodiri preceptum est, vt necessitate vrgẽte: legi nõ fiat iniuria si violetur. Nã & in sabbato Iosue muros Hiericho circuiuit septies Iosue. 6. Et machabęi in sabbato assumptis armis pro patria pugnauerũt. Omnia enim propter hominẽ condita sunt, aut iuxta apostolũ. 1. Cor. 3. Omnia nostra sunt, siue Paulus siue Cephas, siue mũdus: siue vita siue mors. Quod autẽ sabbatum sit pręcipue propter hoiem factum: patet Exod. Cap̃. 23. Sex inquit annis seminabis terram, anno septimo dimittes eam & requiescere facies, vt comedant pauperes populi tui, & quicquid reliquum fuerit comedãt bestię agri. Ita facies in vinea & in oliueto. Sex diebus operaberis, & septima die cessabis, vt requiescat bos & asinus tuus, & refrigeretur filius ancillę tuę, & aduena idest mercenarius. Nunquid de bobus cura est deo, deq̃ asinis & seruis & mercenarijs? Quãto ergo magis de filijs, de grege suo pusillo: qui in eum omnẽ iactauerat curam? De hoc dicitur Ioan. Cap̃. 9. Itaq̃ dominus

Heroicis. 1. Tim. 5. Hierony. Exo. 2. Hierem. 2 Hieronim Abulensis Hieronim. Beda. 1. Mach. 2

Abulensis

dñs filius hoīs, dominus itē sabbati, qui quid disponat in sabbato, id lex est: cuius verba sunt: an n̄ licet mihi facere quod volo? Matth. 20. Dicit autem Abulēsis, q̄ hec verba, dominus enim est filius hominis etiam sabbati, possunt intelligi de quocunq̄ homine & melius q̄ de christo, quia iuxta Marcū sabbatum cum propter hominem creatum sit, potest illud violare vt dictum est: si necessitas vrgeat & res fera. Si igitur propter ouem aut bouem honeste violatur: sicut habes. Exod. 23. Multo honestius propter hominem, multis enim passeribus meliores estis vos. Matth. Cap. 10. Conterentur autem & in consequentibus dentes istorum in ore eorum: vnde sequitur.

Cap. xvi. De hoīe cuius man⁹ erat arida quā dñs verbo sanauit de phariseis calūniātibus q̄ dñs sabbatis mederetur & quid ipse respōderit & dñs vidēs iam profundā cęcitatē contristatus est. De cōcilio phariseorū cū Herodianis inquirētiū quomō Iesum perderēt. Iesus cędēs furori eorū secessit inde & multos sanabat qui ad eū cōfluebāt ex diuersis prouincijs exponitur auctoritas ex. Cap. 42. Esaię prophetę.

ET cū inde transisset: venit ad synagogā eorū. Et erat ibi homo habēs manū aridā. Et obseruabāt eū, si sabbatis curaret. Et ait homini habēn manū aridā. Surge in mediū: & dicit eis. Licet sabbatis benefacere: an male: & animā saluam facere: an perdere? Hoc iuxta Marcum 3. Matthęus aūt ita dicit 12. Cap. Ecce homo manū habens aridā. Et interrogabāt eū dicētes. Si licet sabbatis curare? Vt accusarent eū. Lucas ita refert Cap. 6. Factū est autē & in alio sabbato vt intraret in synagogam & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. Obseruabāt aūt scribę & pharisęi si in sabbato curaret, vt inuenirent vnde accusarent eū. Potest aūt fieri vt pharisęi & scribę priores illū interrogarent; nodū quęrentes in iunco, vt accusarēt eū, sicut refert Matthę⁹ (Lucas aūt hoc tacet) ipse autē cōsequenter eos vrget argumēto vtrinq̄ cornuto, dicēs iuxta Marcum, licet ne sabbatis benefacere, an male? Quicquid respōderint cōtra illos est. Nā si non licet, cur ipsi oues extrahūt vel boues, ęgrotis medētur? &c. Si licet frustra tendiculas parant cōtra insontē: frusta calūniantur dñm, qui sabbatis opē ferat ęgrotis corporibus. Hoc illi intelligētes, tanq̄ aspides surdę silentio maliciā suam celant. Vnde sequitur iuxta Marcū. At ille tacebāt. Lucas. Ipse vero sciebat cogitationes eorū. Marcus. Circunspiciēs eos in ira & cōtristatus super cęcitate eorū, dixit illis. Matthęus: quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnā, & si ceciderit hec sabbatis in foueā: nōne tenebit & leuabit eā? Quāto melior est homo boue? Ita licet sabbatis benefacere. Theophilatus. Ostendit pharisęos propter auaritiam & vt ne priuētur oue, dissoluere sabbatū, propter inuidiā aūt nō ferre vt curetur homo. Glutiētes camelū, ex colātes culicem. Mirabilis pro inde cęcitas istorū, vt quos oportebat (nisi penitus exuissent humanū affectū) misertos hominis istius, interpellare clemētiam domini pro sanatione manus eius cuius opera solitus erat seipsum alere ac liberos (siquidē iuxta Lucā manus erat dextra quā aridā circūferebat) quod alias fecerāt pro seruo Cēturionis Matt. 8 ipsi tacite obserbabāt: nū illi manū restitueret: suspātes & captātes ansam vt accusarēt illum. Chrysostom. Quod si sabbatū propter hominē creatō est sicut & oīa alia, cur homo qui sabbato ligna colligebat lapidatur? Quoniā si statim quādo leges feruntur, cōtenerentur, nullo modo possent postea custodiri. Magnas enim vtilitates sabbati obseruatio attulit. Mites enim atq̄ humanos alterum ad alterum reddidit prouidentiā dei atq̄ gubernationē & creationē rerū docuit, rebus spiritualibus homines attentiores reddidit, semotos tātisper a curis sęculi. Nā quando lex de sabbato dabatur, si scriptū fuisset, bona quidē in sabbato, oīa faciatis, mala autē nō faciatis, nō conseruassent legē iudęi. Quo circa necesse fuit ab oībus eodē modo compescere. Nihil inquit in sabbato faciatis, sed occulte per hoc intelligēs, q̄ a malignitatę solū modo legis autoritas cohibebat. Nā alioqui lex a bono deo profecta, quādo a benefaciēdo prohiberet hominē? Vides ergo Dñs maliciā pharisęorū oculatā quidem in modū Argi ad calūniandum opera sua, cęcā vero ac stupidā ad intelligendum diuina opera, quiq̄ proposita interrogatione: qua prouocabātur ad resipiscendū, obstinata malicia velut cōiurati obmutescerēt, circuntulit oculos in illos ipso gestu sub indicās, quāta cū ira & dolore ferret illorū immedicabilē cęcitatē, qui cum se iactarent cęcorū duces, ipsi perdiderant cor, vel si habebāt emortuū erat sicut cor Nabal. Tāta igitur erat cęcitas illorum vt ad tristiciā potuerit inclinare patientiā eius, qui cum trāquillitate iudicat (Sap. 12) Et ad irā de qua dicitur, irascimini & nolite peccare. Psal. 4. Ambros. Hoc est, irascimini vbi culpa est, cui irasci debeatis. Nō potest enim fieri: vt nō rerum indignitate moueamur, alioqui nō virtus, sed remissio vocatur. Vel sic. Si irascimini, nolite peccare, sed vincite ratione iracundiam. Non inquā q̄ imperet iracundiam: sed quia id quod naturę esset, auferre nō posset, quasi bon⁹ medicus remediū dat. vt ipsa ira nō noceat. Vel sic. Si irascimini: vobis irascimini quia cōmoti estis, & nō peccabitis. Qui enim sibi irascitur, quia cōmotus est, desinit irasci alteri. Melior est enim patiēs viro forti: & qui dominatur animo suo expugnatore vrbiū. Prouerb. 16. Circūspicit eos in ira. Caret. Nō enim accepit Christus animū stoicum sed vere naturalem. Itaq̄ fuit in illo sicut vera tristicia ita & vera ira, sed citra peccatū. Cōtristatur, pro cōdolet. Duabus igitur pro passionibus vsus est hic Christus, ira cōtra vitiū, cōdolētia ad hoīes: vt intelligas

Theophi.
Matth. 23.
Chrysost.
Num. 15.
4. Regū. 25.
Ambros⁹

Marginal letters: G, H, I, K

nō ira-

nõ iratũ sequendo, sed condolendo, quod perfectę virtutis est. 2. Cor. 11. Tunc ait homini. Extẽde
manũ tuam. Et extendit & restituta est sanitati sicut altera. Hierony. Secũdum euangeliũ Hierony.
Nazarçorũ quod nuper de Hebręo trãstulimus in Grecum, iste homo cęmentarius erat, tali voce depre-
cãs dñm. Cęmẽtarius eram, manibus victũ quęritãs, precor te Iesu vt mihi restituas sanitatẽ, ne turpi-
ter mẽdicem cibos. Ambro. Audisti dñm dicẽtem, extẽde manũ. Cõmunis ista generalis q; medicina est Ambros.
& tu qui putas manum habere te sanam, caue ne rapina, ne ve sacrilegio contrahatur, sicut legimus
de Hieroboã Vide textũ. Audi sapiẽtem. Nõ sit manus tua porrecta ad accipiẽdum, & ad dandũ colle- 3. Regũ. 13.
A cta Eccl. 40. Audi rursus. Homo hoi seruat iram: ecce manum cõtractam, & a deo quęrit medelã, ecce Eccl. 28.
manũ porrectam ad accipiẽdum. Date igitur & dabitur vobis. Si enim nõ dimiseritis, nec pater vester
dimittet vobis. Matt. 6. Augustinus. Ad tam magnũ tonitrũ qui nõ expergiscitur, nõ dormit: sed mortu- Augusti.
us est, & tamen potẽs est deus mortuos suscitare. De auaritia Vespasiani ita refert. S. Tranq. Reprehen S. Tranq.
deti filio Tito, q; etiã lotij vectigal cõmentus esset, pecuniam ex prima pensione ad mouit naribus Ti-
ti, sciscitans, num odore offenderetur, & negãte illo, at qui inquit e lotio est. Dixit aũt Plato lib. De le- Plato.
gibus. 8. Liceat cui vis certa cõditione ad vrbem nostrã migrare, & hoc ita vt aliquam artem exerceat:
nec plures q̃ annos viginti a die cõscriptionis permaneat. Nullus duabus artib⁹ vacet ex peregrinis vi-
delicet, sed mulcta & vinculis vnã tãtum complecti cogatur. Hec lex si vim obtineret in nostra Hispa-
nia, nõ tot vacabundi & momi starẽt totis diebus ociosi in foro, digito notãtes eos qui pretergrediũtur
De quorũ numero erat quidã, quem sępe sępius soror a ludo redemerat. Agentem aũt cum ea Talionis Exemplum
q; ei pollicem dormiẽti recidisset, eras dignus inquit soror: vt haberes integrã manum? Clemẽter tecum
B actum est, vt vsum manus retineres ad cętera, ad ludũ vero aridã & inutilem. Nicolaus de moribus gen
tiũ. Lucani vt aliorum criminũ sit etiam & ocij causas agunt. Athenis etiã ocij causę forenses aguntur.
Et obserua Thesęum apud inferos perpetua ociositate dãnatum. Sed audi sequentia. Exeũtes autem
pharisęi consilium faciebant cũ Herodianis aduersus eũ: Lucas / repleti insipiẽtia, &
colloquebantur ad inuicẽ, quid nam facerent de Iesu: Matthęus & Marcus: quomodo
eũ perderẽt. Hieronym. Mirabilis pharisęorũ vęsania (vere enim psillis egebant & scutica,) quęren- Hierony.
tes dñm perdere, propter id solũ q; cęmẽtarius manum iussus est extendere in sabbato: cũ ipsi alias oues Chrysost.
& boues lapsas in foueas in sabbato subleuarẽt. Chrysostom. Vobis licet ouem in sabbato saluare, mihi
nõ licebat hominẽ verbo sanare? Ecce nec medicinã appono, nec manũ super illum extendo, dico verbo
& sanatur mãcus: & legẽ sabbati vestri nõ trãsgredior, & sine quouis opere opus virtutis. Consummo
Sed pharisęi plus diligunt ouẽ q̃ hominẽ. Vnde dñs sic soluit quęstionẽ suam, & ipsorũ, vt eos auaritię
C insimulet dicẽs, vos ouẽ extrahitis, bouem adaquatis: nõ quidẽ cõsulentes vitę pecudis (auertat deus) sed
auaritię vestrę, Ego vtilitati hominũ cõsulens, bene de oibus mereor. Alioqui lex ita dixit, omne opus Exo. 20.
seruile nõ facietis in sabbato. Denicq; si deus offenditur in opere sabbati, sine dubio infirmitas nõ fuga- Hierony.
retur, quia non potest iniuriã dei beneuolẽtia sequi. Sũt autem manus huius aridę digiti quincq; (non q;
plures nõ sint, rapinarũ enim & vsurarum delicta & artes quis enumeret) cupiditas acquirẽdi, radix oi-
um malorũ. 1. Tim. 6. Labor acquirẽdi per fas & nefas q;, pisciũ qui terũt semitas maris & inuicẽ deuorãt Cap. 1.
iuxta Habachuc. Sollicitudo cõseruãdi: & ampliãdi horreas. Luc. 12 / Studiũ multiplicandi: vę qui cõiun Esai. 5.
gitis domũ ad domum & agrũ agro. Infidelitas in dispẽsando, redde rationem villicationis tuę. Luc. 16.
Sunt tamẽ quidã de genere gigãtęo terrę filij, qui senos habẽt digitos cũ in manibus tum & in pedibus.
2. Reg. 21. Isti sunt Tantali erusicatores quorũ oculi nunq̃ saciãtur visu. Eccles. 1. Itaq; pharisęi more can-
tharorũ qui alieno stercore pascũtur: peruertẽtes naturę ordinẽ, flẽtes cum gaudentibus, & cũ flentibus
gaudentes, viso tã insigni miraculo, nunquid glorificauerũt deum, qui talẽ potestatẽ dedit hominibus? Roma. 12.
D Absit tãtus error a tã cordatis litteratoribus. Sed meditabãtur quomõ Iesum e medio tollerẽt, a deo ni-
hil est falsa iusticia pestilẽtius. Pleni igitur insipiẽtia (mãdragora em̃ erat iumẽtorũ) & liuore percitice ra-
bones isti cogitabãt & agitabãt cum Herodianis cõsilia phrenetica: quę tamẽ non potuerũt stabilire, Psal. 20.
quia nõ dum venerat hora sua & potestas tenebrarum. Luc. 22. Qui fuerint Herodiani isti quibus cum
consiliati sunt isti capita sine cerebro dicetur Matth. 22. Cum erit sermo de censu Cęsaris. Dominus er-
go qui nõ venerat vt redderet malũ pro malo (Rom. 12) Nõ perdere animas sed saluare cessit furori eorũ
vnde sequitur Marc. 3. Iesus autẽ sciens: recessit inde cũ discipulis suis ad mare, & mul-
ta turba a Galilęa & Iudęa sequuta est eum, & curauit eos, & ab hierosolymis & ab
idumęa, & trãs Iordanẽ: & qui circa Tyrũ & Sidonẽ multitudo magna audientes
quę faciebat, venerunt ad eũ. Et dixit Iesus discipulis suis, vt in nauicula sibi deser-
E uirẽt, propter turbã: ne cõprimeret eum. Petit nõ seruitiũ discipulorũ in naui: sed vsum nauis
ad sedẽdum ne comprimeretur, &c. Multos enim sanabat, ita vt irruerẽt in eũ, vt illum tan-
gerẽt quot quot habebãt plagas. Et spiritus immundi cũ illum videbãt, procidebãt 4. Reg. 5
ei & clamabãt dicẽtes: tu es filius dei, & vehementer cõminabatur eis: ne manifes- Chrisost.
tarent illũ. Chrysost. Nec enim potest fieri, vt malicia ratione placetur: Ignorãtia quidẽ ratione per-
suadetur, iuxta illud, pater & si rẽ grandẽ dixisset tibi, facere debueras nũc autẽ nihil difficile precepit, id
q; maxime si tẽpus vernum erat) sed lauare & mundaberis. Cęterũ destinata malicia potius irritatur. Ita
habes, 2. Reg. 20. Reddere Ionatha rationẽ Sauli patri quare Dauid abesset a mẽsa: iritatus Saul in filium
fili inquit mulieris vltro virũ rapiẽtis, nunquid ignoro q; diligis filium Isai in confusionem tuam? Alias
autẽ quando nõ dum cõsummata fuerat malicia Saulis in Dauid, placatus voce Ionathę iurauit Saul 1. Reg. 19
dicens; viuit dñs, quia non occidetur Dauid. Vulpes tñ hęc mutabat pilos, nõ mores, & tamẽ iuramẽtũ
firmum stetit

firmũ stetit, licet Saul cõsiliũ sepe mutasset in detrimẽtum alterius. Dedit igitur dñs locũ irę. Qui enim fu-
Actu.6. gerit submissus in sporta, denuo pugnabit, Sic cessit furori fratris sanctus Iacob. Gene.28 De hoc Ioã.10
Quod aũt sequitur: & multa turba: expositũ est Luc.5. Ibi: cum turbę irruerẽt. Item Matth.4. In fine. Et
Marc.14. Ibi/& cũ audissent turbę. Quod sequitur, & spiritus immũdi, expositũ est Luc.4. Ibi, obmu-
tesce. Pręcepit itaq; eis/vel dęmonibus iuxta Marcum vel apostolis iuxta Matthęũ: ne manifesta-
Esai.42 rẽt illũ. De quo dicitur Matth.16. Vbi ponuntur eadẽ verba. Vt adimpleretur quod dictũ est p
Sco.4.Di. Esaiã prophetã dicentẽ, Ecce puer meus quẽ elegi, dilectus meus in quo bene com
15.q.1 placitũ est animę meę. Ponã spiritũ meũ super eum. & iuditiũ gentibus nunciabit.
Nõ contendet neq; clamabit, neq; audiet aliquis in plateis vocẽ eius. Harundinẽ ca-
ssatã non cõfringet: & linum fumigans nõ extinguẽt, donec eijciat ad victoriã iudi
Hierony. tiũ: & in nomine eius gentes sperabũt. Hunc locum ita edisserit Hieronimus Ecce seruus me-
us Nec mirũ si vocetur seruus, factus ex muliere: sub lege cũ in forma dei esset, quandoquidẽ ministrare
Luce.22. venit. Matth.20. Et ego in medio vestrũ sum sicut qui ministrat, lauit enim pedes suorũ, & linteo ab-
stersit, id autẽ seruorũ est. Ioan.13. Et in ęterna retributione, pręcinctus transiens ministrabit seruis suis.
Luce.12. In quo cõplacuit sibi anima mea, cernens in illo oẽs esse virtutes, & ipse est dei virt? & sapiẽtia in quo
plenissime requieuit anima dei, quicquid sit illud quod nomine animę dei significatur. Dedi spiritũ me-
um super eum, de quo, Luc.3. Venit autẽ spiritus sanctus super Christũ (corporali specie sicut columba,
hoc est columbę species symbolũ fuit spiritũ sanctum descẽdisse super dñm Christum) non vt acciperet
quo plenus erat, sed vt agnosceretur quis esset: nẽpe filius dei dilectissimus. Iuditiũ gẽtibus proferet, de
quo dicẽdum Matt.25. Cum enim accepero tempus, ego iusticias iudicabo. Psal.74. Ad hec Plutarchus G
Si tarde & lente deum flagitiosos corripere videmus, non ideo accidit quoniã ob propriã animaduersio
nis celeritatẽ erroris vel penitentię crimẽ vereatur, sed vt a nobis feritatẽ ac vindictę impetum auferat
doceatq; nõ ira accensos, aut cũ furor ęstuat & feruet, rationẽ q; altius salcãdo exuperat (Veluti cũ sitim
famẽ ve saciare conamur) qui nos affecerũt iniuria vlcisci, sed illius imitatos mansuetudinẽ, hora cõsul-
trice nos vindicare, ne protinus impetũ sera & inutilis sequatur penitentia. Rapidę enim quẽpiam in-
cidere aquę, eiusq; se comittere gurgitibus leuius (vt Socrates aiebat) est periculũ q; furore & ira accen-
sum vindictã expetere, anteq; deferbuerit. Et huiusmodi vindictã, ira residente sumere: diuinę virtutis
cẽsere debemus esse particulã. Hãc enim deus ostendit, cũ paucos puniendos corrigit, tardius vero ani-
maduertendo: multos hortatur, iuuat, ac admonet. Et putes te audire loquentẽ, nõ Plutarchũ, sed spiri-
Esai.11 tũ sanctum. Nõ clamabit. Erit enim mitis & mãsuetus, quia sicut ouis coram tondente se, obmutescet. H
Esai.53. Alias aũt: hec dicẽs clamabit, qui habes aures &c. Luc.8. Nõ accipiet personã, nõ secundũ vi-
Plato sionẽ oculorũ iudicabit. Vnde illud. Actu.10. In veritate cõperi: q nõ sit personę respectus ante deũ. De
hoc Plato in dialogo. Partiti fuerãt imperium Iupiter Neptunus & Pluto postq; id a patre acceperũt.
Erat igitur de hominibus inter deos lex & regnãte Saturno, & adhuc est: vt hominũ quicunq; iuste &
Iudices. sancte vitã egissent: post mortẽ beatorum adiret insulas, ibi q; procul a malis habitaret in omni felici-
tate. Qui vero male, suplicij tartarũ ac carcerẽ adiret. Horũ aũt iudices sub Saturno & Ioue viuẽtes erãt
viuentiũ, ea die iudicãtes qua erãt morituri. Postea causę quodãmodo nõ recte iudicabãtur. Itaq; Plu-
to & qui ex beatis insulis hec curabãt, ad Iouẽ profecti, dicebãt, indignos ad se homines vtrobiq; acce-
dere, quibus Iupiter, ego inquit ne hoc fiat: prohibebo. Nũc enim causę inique iudicãtur, nã viuentes iu-
dicãtur. Multi autẽ inquit ille scelestas animas habentes (obserua verba Platonis amice lector) induti
sunt corpore pulchro, genere q; atq; diuitijs (sicut epulo ille ex Luca.16) Et cũ aderit iuditiũ, accedũt ad I
eos q; plurimi, q iuste vixerint testificaturi: iudices vero ab ijs perterre fiunt. Simul & ipsi induti iudicãt
suas ipsorũ animas oculis & auribus ac toto adoperti corpore. Hec itaq; oĩa ipsis obices sunt, sua vide-
licet & ipsorũ qui iudicãtur indumẽta. Primũ autem cauendũ est, ne ipsi prospiciãt mortẽ: nũc enim pre
norũt, sed Promethęo iã dictum est vt hoc prohibeat, postea hi oẽs nudi iudicãdi. Defunctos enim opus
est iudicari, ipsum q; iudicem nudũ esse oportet, defunctũ, anima ipsa animã ipsam cũ primũ quis dece
sserit cõtemplãtem, oĩbus cognatis destitutã: omne q; illud ornamẽtum relinquentẽ, vt ęquũ sit iuditiũ
Hec verba Platonis in dialogo de anima si conferantur cũ verbis Esaię nõ secundum visionẽ oculorum
iudicabit, & nõ accipiet personã, videbis oĩa ad amussim quadrarę. Prudẽs autem lector oĩa probet, &
quod bonũ est eligat. Sequitur. Nec audietur foris vox eius, quia nõ est missus nisi ad oues quę perierãt
Luce.23. domus israel. Calamum cassatum nõ conteret. Cunctis erit placabilis. Samaritanę, Ioãn.4. Peccatrici.
Luc.7. Etiã latroni ei primo in cruce insultãti. Et linũ fumigans nõ extinguet. Qui enim proximi erant K
extinctioni, dei clemẽtia seruabantur, sed cũ veritate oĩa iudicabit, sicut illud, qui sine peccato est, pri-
mus lapidẽ mittat. Ioan.8. Et illud, reddite quę sunt Cęsaris Cęsari. Et illud, erratis: nesciẽtes scripturas
Matth.22. Et in nomine eius oẽs gẽtes sperabunt, qui enim pręibant & qui sequebãtur, omnes clama-
bãt benedictus qui venit in nomine domini. Nec est mirũ si in deo nominatur aĩa: cum vniuersa huma
ni corporis membra secũdum leges Tropologię & diuersas intelligentias habere dicatur. Deniq; linum
fumigãs non extinxit, populũ videlicet de gẽtibus cõgregatũ: qui extincto legis naturalis ardore, fumi
amarissimi tenebrosęq; caliginis inuoluebatur erroribus: quẽ dominus nõ solum nõ extinxit & in cinerẽ
redegit, sed e cõtrario ex parua scintilla & pene moriente maxima excitauit incẽdia, ita vt totus orbis
Luc.12. arderet igne illo quẽ ipse misit in terrã. Potest & per calamũ cassatũ intelligi populus israel: qui fuit an
Matth.21. tea vocalis, & in laudes domini cõcinebat. Qui quoniã impegit in angularẽ lapidem & cecidit super eũ
fractus est. Sed tamẽ & ipsi vocãtur ad penitentiam, aut rogantur vt ingrediantur ad cõuiuium vituli.

Luce.5. Cęte-

Luc. 15. Ceterũ Esaias vnũ verbũ ad iecit, quod pretermissum est vicio scriptoris vt putat Hieronymus, videlicet nõ erit tristis neq; turbulẽtus donec ponat in terra iudiciũ. Hoc autẽ propriũ est Christi, quod tamẽ falso philosophi de Socrate gloriãtur, nunq̃ eũ plus solito nec tristẽ fuisse nec lętũ, nam hoc ad vnguẽ nec dñs xp̃s seruauit, nõ enim erat insensibilis lapis, sed cępit pauere & tedere, & iuxta Marcũ: cõtristatus est sup cęcitate iudęorũ, & iratus capite tertio. Refert ergo ad ęqualitatẽ mẽtis. Theophy. Donec ẽjciat ad victoriã iudiciũ. Ne eñ haberẽt qd' prętexerent, oĩa sustinuit, vt postea cõdẽnaret eos nihil cõtradicẽtes. Et quid nã est q̃d nõ fecit vt lucri faceret eos? Sed noluerũt. Vide Esa. 5. Et illud, hierl'z quę occidis ,phãs: o q̃ties volui cõgregare filios tuos sub alis meis & noluisti. Vide Lu. 14. Vñ i eũ gẽtes sꝑabũt.

Socrates. Matth. 26. Theophi.

A

Caput. xvij. De mulieribus quibusdã Christũ sequẽtibus & de parabo la seminãtis cui⁹ semẽ in terrę diuersas partes cęcidit cuius etiã tres partes pereunt vna faciente fructum edisserit dominus parabolam.

ET factũ est de inceps & ipse iter faciebat per ciuitates, euangelizans regnũ dei, & duodecim cũ illo, & mulieres aliquę que erãt curatę a spiritibus malignis & infirmitatibus, Maria quę vocatur Magdalene de qua septem dęmonia exierãt, & Ioana vxor Chuzę procuratoris Herodis: & Susanna & alię multę quę ministrabãt ei de facultatibus suis. Nõ ergo absq; cõpetẽti argumẽto vocatur genus muliebre deuotũ ab Augustino. Et arbitror q; sine nota adulationis possumus dicere dñm Iesum plura pietatis officia suscepisse a deuoto fęmineo sexu mulierũ, q̃ ex viris spiritualibus. Nã & vtebatur hospitio Marthę, cuius soror pedes eius vnxit, & extersit, Ioan. 12. Et Luc. 7. Ab altera idẽ suscepit officiũ: alia vnxit eius caput. Matth. 26. Mulieres lamentabãtur eũ cũ duceretur ad mortem. Luc. 23. Mulieres astabãt moriẽti Ioan. 19. Mat. 27. Luce. 23. Et studio pietatis parabãt aromata, & valde mane veniunt ad monumentũ. Et recedẽtibus cũctis Maria nõ recedebat, Ioã. 20. Mulier denicq; quedã extollens vocẽ de turba, beatus inquit venter qui te portauit. &c. Luce. 11. Deniq; sicut nũc refert Lucas, faciẽti domino iter per Castella comites erãt mulieres aliquę vere religiosę, de quibus dñs Iesus bene meritus fuerat, & ne ingratę essent beneficiorũ cumulo (quid enim retribuerent dño nõ dico pro oĩbus, sed pro singulis quę acceperãt de manu dñi?) Ministrabãt ei de facultatibus suis. Cui ei? Qui cũ esset diues, quippe qui pascit coruos inuocãtes. Psal. 146. Et implet omne animal benedictione. Psal. 144. Pro nobis egenus factus est, vt eius inopia nos ditesceremus. 2. Cor. 8. Chryso. Nõ poterat Christus qui ex quinq; panibus fecit supr esse duodecim cophinos fragmẽtorũ, seipsm pascere & suos qui secũ mulieres ducebat, & quę ei de suis facultatib⁹ ministrarẽt. Sed illud volebat in primis nos docere, q; illorũ summã curam gerit, qui opa misericordię exequũtur. Virginitas nãq; & ieiuniũ & ciliciũ soli faciẽti pro sunt, at vero eleemosyna quę est mater charitatis, oĩa cõplectitur, charitas inquã quę est propriũ religionis christianę insigne. Et intuere eleemosynę materiã, quę antea disiũcta erãt, cõuenere, atq; impedimenta oĩa sublata sunt, & cum ipsorum animę cõiunctę. Oĩum inquit erat cor vnũ & anima vna. Ceterũ qui pauper est, gaudeat q; quemadmodum qui nudi effugiũt, nemo facile tenere potest: qui vero vestimenta post se trahit, eũ quilibet cito apprehẽdit: eadẽ rations diues & pauper ęstimãdus est. Sed surdis canimus. Apostolus aũt Paulus vt aliquid super erogaret pro cura eius qui incidit in latrones: & vt esset seruus vtilis (Luc. 17. Nõ est vsus hac potestate; vt mulierẽ circũduceret, quę ministraret ei terenti euangelicã arcã, sicut ipse dicit. 1. Cor. 9. Et tamen dñs Iesus qui dat escã omni carni, loculos habebat. Ioan. 12. Qui alias dixerat, aspicite lilia, Matt. 6. Et sufficit diei malicia sua, hoc est iuxta Hieronymũ, sufficit nobis de pręsentibus huius sęculi cogitare angustijs. Quid enim necesse est sensum ad incerta & futura extendere, quę aut cõsequi non possumus, aut forsan cito inuenta perdamus? Quando ergo de futuris dñs nos cogitare prohibuit, cõcessit de pręsentibus propter humanę vitę fragilitatem. Suscepit igitur dñs oblatã a religiosis fęminis benedictionẽ, non extorsit ab inuitis. De hoc Paulus. 1. Cor. 16. Vnusquisq; vestrũ apud se reponat quod ei bene placuerit. Cui reponet? Ei qui sua nos ditauit inopia. Ergo & fęminę istę beatę inopia Christi diuites factę sunt. Quia & eorũ opus prędicabitur in toto mũdo. Sequitur. Cũ aũt turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarẽt ad eũ, Marcus. 4. C. Ipse in nauim ascendẽs: sedebat in mari: & omnis turba circa mare super terrã: & loquutus est eis multa in parabolis dicẽs, in doctrina sua. Exijt qui seminat, seminare semẽ suũ & dum seminat, aliud cecidit secus viã: Lucas: & cõculcatũ est, Tres euãgelistę/ & volucres cęli comederũt illud. Et aliud cecidit supra petrã, iuxta Lucã: & Marcũ, Matthęus dixit Cap. 13. In petrosa, vbi nõ habebat terram multã, & cõtinuo exorta sunt: quia nõ habebãt altitudinem terrę. Sole autẽ exorto ęstuauerũt: & quia nõ habebãt radicem aruerunt. Eadem in sentẽtia dicit Marcus. Lucas autẽ dicit Cap. 8. Et natũ aruit quia non habebat humorem. Tres euãgelistę/ Aliud cecidit inter spinas, & simul exortę spinę vel ascẽdentes spinę suffocauerunt illud: Marcus, & fructũ non dedit: Matthęus/ Alia aũt ceciderũt in terrã bonã: & dabãt fructũ aliud/100/aliud/60/aliud/30/Marcus/ & aliud cecidit in terram bonã: & dabat fructũ ascẽdẽtẽ, & crescẽtẽ: & afferebat/vnũ/30/aliud/60/aliud/100/Lucas/ & aliud cecidit i terram bonam: & ortum fecit fructũ centuplũ, Iuxta beatum Gregorium lectio huius sancti euangelij

Luce. 8. B De penit. Dist. 3. Ca. Sũt plures. Psal. 115. C Chrisosto Actu. 4. Luce. 10. D Hierony. 1. Cor. 8. E

euāgelij expositione nō indiget, sed admonitiōe, nā quam sapiētia dei exposuit, hāc humána fragilitas discutere quomō pręsumit? Et tamē dicendū est aliquid, si nō exponēdo, admonendo saltem. Scriptū est aūt Canti. 1. Similitudines auri faciemus tibi cū distinctionibus argēti, vsq; quo rex est in recubitu suo.
Origenes.
Origenes. Indicant angeli qui ante aduētū Christi velut paruulę adhuc spōsę tutelam procurabāt: ipsi enim sunt sodales spōsę, q̃ ipsi faciāt spōse non aurū, neq; enim tale habēt aurū quale dignū erat offerri spōsę, sed pro auro se similitudines auri facturos promittūt. Idem dicūt de argēto. Quasi enim habentes paruā argenti materiam, promittūt se ei facere nō similitudioes sed distintiones solas ac signa quędam
Hebre. 10.
parua velut pūcta inserta illi operi. Lex ergo & quęcūq; in illa ad vmbrā pertinent veritatis sicut dicit Apostolus oīa hec similitudines auri fuerūt quae fecerūt spōsę sodales sui, nō ipsum aurū quod significa- G
bāt (sicut & omnis iudaicus cultus) vt ex illis similitudinibus cōmonita & prouocata, veri auri desiderīū caperet. Sūt tamē in his paruę quędam distinctiones argēti iudítia videlicet sensus spiritualis verbi
Esai. 5.
& interpretationis rationalis, sed valde rara & exigua. Ante aduētum nāq; domini vix est vbi prophetarū aliquis paruū quiddā occulti sermonis aperuerit (verbi gratia) Vt cū Esaias dicit: vinea dn̄i domus israel est. Et Ezechiel duas sorores nominās Ollam & Oolibā Cap. 23. Et similia quędā (Vide Hier. 24.
Math. 27.
De duobus calatis ficorū) quę ex ipsis prophetis interpretata sunt & aperta. Istę distinctiones argēti dicūtur. Sed vbi saluator venit, & in passione sua velū est scissum, omnia quę velabātur, in luce prulata
1. Cor. 10
sunt. Tūc enim intelliximus q̃ petra est Christus, mare baptisma, nubes spiritus sanctus, Māna verbum
Exo. 12
dei: & agnus paschę saluator, & sanguis agni passio Christi: & velū templi caro eius, quo Diuina illa
Ioan. 5.
& arcana tegebātur. Hec sunt quę multi reges & iusti voluerūt videre (Luce. 10) Nec viderūt: nisi forte alōge sicut Abrahā, quia rex erat in accubitu suo, & loquebatur nobis per retia & cācellos, post parie- G
tē & velū: nō omnibus sed vix vni Mosi, sicut scripū est, cū ingrederetur Moses tabernaculū fęderis: vt cōsuleret oraculū, audiebat vocē loquētis ad se de propitiatorio quod erat super arcā testimonij inter duos cherubinos. Nū. 7. Nūc aūt postq; in fine sęculorum qui loquebatur de propitiatorio & per os oīum prophetarū, exijt seminare semē suū, & nō similitudines auri, sed verum secū attulit aurū, tanta turbarū multitudo ad eum cōfluebat, vt nauim sit cōpulsus cōscendere, quo cōmodius semē verbi cœlestis super rationalem terrā spargeret. Nā reuera ipso etiā seminâte, pars quędam cecidit secus viam, quędā in pe-
1. Cor. 13
trosa, quędam aūt inter spinas &c. Nec tamē ipse dominus qui aurū verum ecclesię attulit, omnia expo-
Gregorius
suit quę dixit, sicut dicetur in cōsequētibus, primū quidē quia adhuc videmus per speculum, & s. nō per velū & per parietem. Secūdo inquit Gregorius: vt sciamus & nos rerū significatione quęrere in his etiā
Origenes.
quę per se ipsum noluit explanare. Irruētibus igitur turbis: dn̄s cōcesa nauicula, dixit per similitudinem H
Exijt. Origenes. Est aūt parabola sermo quasi facti nō autem facti iuxta quod dicitur, possibilis autem fieri, rerū significatiuus, per trāssumptionem rerū earum quę in parabola dicūtur. Aenigma vero est pro-
Chrysost.
cessus sermonis in his quę tradūtur quasi facta, quę tamē non sunt facta, nec possibilia fieri, significant vero aliquid in occulto, sicut illud, ierūt ligna vt vngerēt sibi regem. Iudi. Cap. 9. Ad hec Chryso. Dn̄s
Genes. 3
quidem Iesus aduētum suum in carne exitō vocat dicēs, exiui a patre. Ioan. 16. Et hic. Exijt qui seminat. Apostolus aūt introitum vocat dicēs. Et iterū cum introducit primogenitū in orbem. Hebr. 1. Foris eram eramus, ex die qua in parēte nostro eiecti sumus de loco delitiarū: & accepimus hęreditatem terram atē tem & salsuginis, quę nec seri potest. Nū. 20. Et quasi positi ante regales aulas, quas pellibus induti, in-
Math. 13.
gredi nō poteramus. Ester. 4: Sed exijt ad nos filius dei: & seminauit bonū semē in terra rationali mentis nostrę, & emēdatos cęlesti disciplina, quia pro spinis fructū centesimum produximus, in aulā suam redu-
Genes. 4.
xit: sicut scriptū est, triticum autē cōgregate in horrea mea. Ceterū apostolus introitum vocat ex meta- I
phora hęreditātium, & ius dominādi in aliqua possessione sumētium. Exijt igitur ad nos qui foras vagabamur cum Cain: & iuxta verbū eius apud Ionam, velut iumēta nesciebamus quid esset inter dextrā & sinistram, miseratus exiliū nostrum: exijt aūt vt seminaret semē suum. Vocatur verbū dei semē, quia sicut ex paucis granis sępe multa seges cōsurgit, ita ex paucis verbis Christi multa supullulāt bona (verbi gr̄a) Sūt eunuchi qui seipsos castrauerūt. Propter regnū cœlorū. Verbū hoc vnicum licet sepultum in corde multorū multā virginū messem parturiuit. Itē illud Matt. 7. Oīa quę vultis vt faciāt vobis hoīes & vos facite illis, in hoc vnico verbo impleruttota lex imo & euāgelium. Itē illud, Eccs. 12. Time deum & recede a malo, hoc est omnis homo. Dicit hoc loco de aureola virginitatis, quā vere habuit Maria & q̃ nō est incōueniens aut cōtra honorē eius dicere eam fuisse tētatam de virginitate &c. Quādo vnic⁹ eius, dn̄s Iesus Christus de grauissima oīum tētatione impetitur puta idolatria? Chrysosto. Ab initio deus hominē formās, legem ipsi indidit naturalē. Et quid tandem est lex naturalis? Cōsciēciam nobis expre- K
Exo. 20.
ssit, & per se discibilē cōstituit bonorū & cōtrariorum sciēciam. Quid ergo promisit serpēs? Nō em̄ opus habemus dicere q̃ malum est fornicatio & bonū est cōtinētia, sed hoc ab initio scimus. Cum enim legislator diceret postea, nō occides: nō intulit, quia malum est cędes, quoniā hoc iam cōsciēcia nos docuit, & tanq; scientibus ita loquitur. De sabbato aūt quod nō est tale pręceptum, dicēs nō facies opus, addidit causam, quia hoc eodē die deus requieuit & tu seruus fuisti in terra ęgypti. Illorū sciētiam a natura ha-
Genes. 3.
bemus, horum aūt & similium nō item, quia pēdent a volūtate dei. Hinc Adā vt gustauit fugit. Nec em̄ erāt tūc litterę vel lex, & tamē nō solum se occultat, quin & vocatus, peccatū in alterū retorquet. Hoc
Augusti.
est igitur semē quod seminator seminauit, cū exijt primū. Vnde Augustinus. Etiam illi apud dn̄m inex-
Gene. 28.
cusabiles sunt, quibus lex scripta data nō est, quomō & qui audito euāgelio nō crediderūt quia per scalam Iacob, idest per librū operum dei poterāt nosse creatorem. Nā & seruus ille ignauus qui dixit: metis
Luc. 19.
vbi nō seminasti, & ipse vnū talētum acceperat, hoc est sciēciā boni & mali dicēte apostolo, gētes quę

legem non

legē nō habēt, naturaliter ea quę legis sunt faciūt, ipsi enī sunt sibi lex, qui ostēdūt opus legis scriptum in cordibus suis. Vnde illud Esa. 24. Terra interfecta est ab habitatoribus suis, q̄a trāsgressi sunt leges, mutauerūt ius, dissipauerūt fœdus sempiternū. Hierony. Audiāt iudęi qui se solos accepisse legē domini glariant, q̄ vniuersę ꝑmū gētes naturalē accepīt legē. Viue vocis oraculo vt ita dicā, nō scriptā: non exaratā, nō inculcatā auribus ore prophetarū. Et id circo postea lex data sit per Mosen, quia ꝑma lex dissipata est, de qua Paulus dicit, cū enim gētes. Itaq̧ seminator iste bonū semē seminauit, tamen pars seminis cecidit secus viā, & hoc oīno perijt, vel cōculcatū, vel ab auibus deuoratū. Et hę sunt aues q̄s Abrahā abigebat a sacrificio suo. Et quęrēdum videtur, si aues istę dæmones sunt, quomō pascūt verbo dei. Sed memēto q̄ escę eius electę sunt, iuxta Habac. Cap. 1. Dicūtur tn̄ vorare semē verbi cęlestis

Hierony.

Gene. 15

A quia tollūt illud penitus a memoria audiētis: iuxta q̄d iumēta quę nō rumināt sed vorāt statim omnia immūda sunt. Quęritur rursus quare herbę nociuę & melius fruges quarum nulla cura est agricolę vel holitori citius & vberius pullulāt in hortis & in agris, q̄ ea quę manu holitoris summa cura seminata sunt. Solutio. Sicut mulier vidua quę ex priore viro suscepit filios: si secūdo nubat viro qui & ipe domi habet filios ex vxore priori, huiusmodi vidua suis quidē filijs mater est: filiorū aūt mariti nō mater est sed nouerca. Ad hunc modū tr̄a quidē seminū quę penes se hꝫ mater est, idcirco horū pręcipuā gerit curā. Cæterū seminū vel holerū quę holitor serit vel plātat, nō mater est sed nouerca. Caro nr̄a de qua Paulus, scio q̄ nō habitat in carne mea bonū, virtutū nouerca est, vitiorum vero mater legitima. Vnde Paulꝰ licet carnē domet & i seruitutē redigat, nihilominus captiuus ab ea ducitur imo trahitur nescio q̄. Vnde exclamat, o me infelicē. Et vnde infęlicē? Datus est stimulus carni meę. De filijs aūt Agar qui ꝑprij sui sunt habes Gal. 5. De his quid dicit scriptura? Ejce ancillā & filios eius. Genes. 21. Et quare o

Leui. 11

Rom. 7.

Gene. 16.

B bona Sara o bona princeps lactasti & tuo sinu fouisti semē alienū, filiū carnis, filiū ancillę? Cuius manus cōtra oēs? Asinū inquit sub freno currere docebā: si forte curaret, & docto esset obediēs, verum q̄m oīs labor & impēsa perijt, ejce ancillā & filiū suum. At inquit Paulus bonū est q̄ vel sero sapuisti, sapiētia enim carnis inimica est deo, legi dei nō est subiecta, nec enim pōt. Rē igitur impossibilē nititur qui carnē sub freno currere docet, sui iuris est, vitiorū mater, nouerca virtutū. Si dicas/ Paulū fuisse mūdo mortuū & crucifixū? respōdeo, vna hirundo nō facit ver, Alias si mortuus erat, quomō captiuus ducitur? Rom 7 Quomō stimulis vrgetur? Et tu nūc & in terra hac cui maledixit dn̄s, & quā serpēs māducare iubetur, semina. Nihil aliud metes q̄ corruptionē. Gal. 6. Id ostendamus competenti historia. Deꝰ videns maliciam hoium, & q̄ ois homo corrupat viā suam (siquidem iuxta Philonē gigātes vastitate corporis ac robori cōfisi in armis suis/ quorū vsum inuenerūt, oēs opprimebāt, libidiniq̧ inseruientes, inuenerūt papiliones & instrumēta musica & oēs delicias, manducabāt homines, & procurabant abor-

Prouerbiū

Rom. 8.

Gal. 6.

Prouerbiū

2. Cor. 12.

Philo.

C fus, in edulū eū pręparabant, & cōmiscebantur matribus: filiabus sororibus masculis & brutis, & nihil erat sceleris q̄d non admitterēt, cōtemptores religionis atq̧ deorū) pręcauens in futurum, tactus dolore cordis, octo tm̄ animabus tanq̄ grauis vel spicis octo in arca reseruatis, vnde genus hominum secundo multiplicaretur, cęteros diluuio perdidit. Ex his octo animabus septē bonę erant vt pie credimus, vnaꝰ Cham anima maligna. Et tamen cum boni essent septem malus vnicus, nunc stultorum infinitus cum sit numerus, hoc est palearum ingentes aceruj, grana tamen per rara inferuntur dominicis horreis Mar. Cap 13. Aut sicut dictum est Abraę in visione, sic erit semē tuum: ostēsis stellis & arena. De vno tantū legimus, q̄ seminauerit in tr̄a & inuenerit centuplū. Gene. 26. Quod aūtē accedēte cultura tr̄a ꝓferat pro spinis frumēti copiā, ostēdamus sequēti exēplo. Plinius lib. 18. Caius furius e seruitute liberatus cū in paruo admodū agello largiores multo fructus perciperet q̄ ex āplissimis vicinitas, in inuidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret beneficijs, quam ob rē a Spurio Albino die dicta, metuens damna-

Gene. 6.

Gene. 15.

Plinius

D tionem cū insuffragiū tribus oporteret ire, instrumētum rusticū omne in forū attulit, & adduxit filiam validam atq̧ bene curatam ac vestitam, ferramenta egregie facta, graues ligones, vomeres ponderosos, boues saturos, posteaq̧ dixit. Venefica mea quirites hęc sunt, nec possum vobis ostēdere, aut in forū adducere lucubrationes vigilias q̧ & sudores. Quibus auditis, omniū sentētijs absolutus est. Dicit & idē Plinius lib. 18. Cap. 3. Manij curij post triumphos immēsum q̧ terrarum adiectum imperio nota contio est: perniciosum intelligi ciuem, cui septem iugera terrę nō essent satis. Hec autē mensura plebi post exactos reges assignata est. Quę nam ergo vbertatis tantę causa erat, vt vni ciui septem sufficerent iugera competenter culta, ad honeste & si non luxuriandum transigendum vitam, nunc autem nec 70 sufficiant? Ipsorum tunc manibus imperatorum colebantur agri (vt fas est credere) gaudēte tr̄a vomere laureato & triumphali aratore. Siue illi eadem cura semina tractabant qua & bella, eademq̧ diligentia arua disponebant, qua & castra, Siue honestis manibus omnia lętius proueniunt, quoniam

Idē Pliniꝰ

E curiosius fiunt, At nunc eadem illa vincti pedes damnatę manus in scripti vultus exercent, non tamen surda tellure: quę parens appellatur: colic̄q̧ dicitur & ipsa, honore hinc assumpto: vt nunc immutata ea, & indigne ferēte: credatur id fieri quod scriptū est, seminastis multū, & intulistis paucū. Et rursus. Esa. 5 Triginta modij semētis facient modios tres: & decē iugera vinearū facient lagunclam vnam. Nemo ergo miretur ergastulorum non eadem emolumenta esse, quę fuerunt imperatorum. Dona olim amplissima imperatorum ac fortium ciuium quantum quis vno die plurimum circum arauisset. Agrum male colere censorium probrum iudicabatur. Frugem quidem aratro quęsitam furtim nocte pauisse ac secuisse: puberi duodecim Tabulis capitale erat, suspensumq̧ cereri necari iubebant, grauius q̄ homicidio conuictum. Impubem pretoris arbitratu verberari, noxam ve duplionem ve decerni. Ad hec Origenes super Esa. Capite, 5. Quid vltra debui facere vineę meę quod non feci & Cętera.

Origenes

Inuenitur enim deus dedisse hoi omnes affectus oesq; mot⁹, quibus ad virtutē nisi possit, in super etiam vim rōnis in seruisse, quę trifariam diuiditur. Rōnalis discernit verū a falso, malū a bono, minus malū a maiore malo & itidē de bono. Cōcupiscibilis quę bonū eligit, irascibilis quę mala reijcit. Sed si his acceptis seminibus, homo neglexerit iter virtutis incedere: factus via ois malitię, petrosa & terra spinis

Hebr. 6 oppleta, hec iuxta apostolū maledicto ꝓxima est, & aliquo Sāsone indiget, q̄ vulpibus tercētū colliga

Iudic. 15. tis per caudas, & supposito igne: huiusmodi nociuas herbas spinas carduos, auemonas zizania & id

Hieronim. genus multa cōburat. Dicamus aliter de mente Hieronymi. Si dixerimus q; deus cotidie opatur aīas, & in corpore eas mittit nascentiū, tēdiculas ꝑferes o Augustinę infanictiū dicet lumq;. Vbi est iusticia dei, vt de adulterio incestuq; nascētibus aīas largiatur? Ergo cooꝑatur est maiorū hoium, & adulteris se

Gene. 19. minātibus corpa (imo filiabus Loth patēti cōmixtis) ipse fabricatur aīas. Quasi vitiū semētis in tritico sit, qd' furtu dicitur esse sublatū, & nō in eo q̄ frumēta furatus est. Id circo q; terra nō debeat gremio suo

Gene. 38 gemina cōfouere aut semina quia sator ea imūda ꝓiecit manu. Si igit Iudas (verbi gratia) in aliena seminauit terra ꝓputa in nurusua Thamar id quod deus seminat bonū semē est, quia aīa ad suā imaginē cōdita. Oia enim quę deus cōdidit & cōdit sunt valde bona. Alioqui vnde tot mōstra, tot fęminę pri⁹ parricidę q̄ parētes, tot sourn, qui p̄rem nō agnoscit nec m̄rem, sed sunt filij terrę, tot aborsus & furtiua puerperia? Sed hec missa faciamus. Ex hisque dicta sunt patet quid est quod dixit dn̄s, volucres cęli comederūt. Illud quia nō abscōdimus in corde nro semina verbi cœlestis. ps. 118. Nō cōseruauimus, cōferētes in corde cū Maria. Agrū nostrum nō sepsimus maceria timoris dei. Verum dānum agricola quod

Luce. 2.

sensit ex tribus terrę partibus, ex quarta parte resarcitur. Cętera in cōsequētibus exponētur. Et hęc dicēs clamabat. Qui habet aures audiēdi audiat. Sūt enim hoies quidā si Plinio credimus.

Plinius. lib. 4. Cap. 13. Quorū nuda alioqui corpa pręgrādes ipsorum aures tota integūt, vtētes auribus ꝓ vm-

Esai. 42. belis. Nō ergo oēs habēt aures ad audiendū, sicut nec oēs qui habēt oculos, vidēt. Surdi (inquit prophe ea) audite, & cæci intuemini. Sed si surdi sunt quomō audiēt? Quomō cęci intuebūtur? Hoc est ergo q̄d dicimus, q; sunt aspides quędam, quę nō exaudient vocē incātatoris etiā sapiētissimi qualis erat Stephanus in actis. Cap. 7. Aspides enim surde ad verba quę ꝓtulerat ex lege, cōtinentes aures, impetū fece-

Ceruі. runt in eū. De quo vide item Zach Cap. 7. Sūt enim multi sicut cerui, qui si aures demiserint, terra sunt surdiores, sin aūt eas erexerint, dictu mirū q̄ sunt acutissimi auditus. Alij (dictu mirabile) habent cum

Midas. Mida asinorū aures, oblōgas pilosas mobiles nō duas tātum, sed sex vel plures. Nisi placet audire poetam (refert autem) describentē mōstrum quoddā, cui quot corpore plumę tot surrigit aures. Alij aures habēt subula perforatas, Exod. 21. Vnde parum aut nihil retinent ex his quę audierūt, sunt enim serui peccati, qui noluerūt audire vocem libertatis. Ita dicit Hieremias. 6. Cap. Cui loquar? Incircūcisę sunt aures eorum, audire nō possunt. Hieronymus. Nec tamen caret impossibilitas supplicio, quę de contemptu & infidelitate descendit. Dicit autē dominus Esai. Ca. 59. Nō est aggrauata auris mea, vt nō exau

Hierony. diam. Hieronymus. Ex quo ostēditur, aures dn̄i quę iustos exaudiūt, & nō audiūt peccatores, nequam q̄ esse aurium nostrarū similes, quę emissam vocē siue iusticię siue iniusticię ęqualiter audiūt. Ex quib⁹

Cap. 50. verbis illud ostēditur, q; dn̄s dicēdo, qui habet aures audiēdi nō de corporeis loquebatur, sed de his de q̄bus Esaias, dn̄s aperuit mihi aurē: ego aūt nō cōtradico, factus obediēs vsq; ad mortē. Aures inquit ap

Cap. 23. tasti mihi (ps. 39.) Et in auribus aureos circulos vel in aures Eze. 16. Habes aūt apud eūdē prophetam aures tuas & nares pręcident, sicut Malcho Ioan. 18. Alijs autē aptantur aures & ornantur, alijs pręciduntur, alijs perforantur, sed quibus videro. Sequitur ex Marco Et cum esset singularis: interrogauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim parabolam dicentes. Quare in parabolis loqueris eis? Quibus ipse dixit. Quia vobis datum est nosse misterium regni

Matt. 13 cęlorū, illis autē qui foris sunt nō est datū sed in parabolis omnia fiūt. Mattheus. Et accedentes discipuli, dixerūt ei. Quare in parabolis loqueris eis? Quia vobis datum est nosse mysterium regni cęlorum, illis autem non est datum. Qui enim habet & cętera. Lucas. Vobis datum est nosse mysterium regni dei, cęteris aūt in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Mattheus. Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non vident: & audientes non audiunt neq; intelligunt, & adimpletur in eis prophetia Esaię dicētis. Marcus ita, vt vidētes videāt & non videant, & audiētes, audiāt & nō intelligāt, neq̄n cōuertātur & dimittātur eis pctā. Cū igit dn̄s finē fec ſiet pabolę, vt nequod v̄bū elaberet audiētibus, sicq; fieret terra secus via, aut petrosa & sterilis: ac ꝓinde clamādo altius subijceret: q habz aures audiēdi audiat, p hoc excitās aīos singulorū ad ꝑscrutādū q̄d sibi vellet similitudo seminātis ꝓposita; illi tn̄ bīr viri q̄s dn̄s aplos vocarat sensum parabolę nihilo magis calluerūt, q̄ reliq̄ multitudo. Et tn̄ seruātes reuerētiā magistro, & q̄a oia tp̄s habent loquendi, audiendi interrogandiq;, nacti solitudinem & oportunum tempus, Dominum conueniunt

Matth. 13 rogantq; dicentes. Quare in parabolis loqueris turbę, omnino a musis alienę? Rogant duo quis sit sensus mysticus parabolę propositę. Ad primū respōdet dn̄s, vobis datum est, &c. In parabolis loquor. Dicēdū q; nō est sensus litteralis q̄cquid significatur imediate ꝑ litterā scripturę, sed illud q̄d autor scripturę significare voluit, q̄d dicimus ꝓpter pabolas & metaphoras. Sēsus eīm l̄ralis semꝑ est v̄us: & tn̄ nō est v̄us (v̄bi gr̄a) si, apulis suis obūbrabit tibi, nec illud: oclī dn̄i suꝑ iustos: q̄a de⁹ nec h̄z scapulas nec oclos

ps. 90. Sunt igitur sensus isti parabolici: sensus autem litteralis est, q; deus habet nostri curam cum protegen-

ps. 33. do tum & dirigendo pedes nostros in viam pacis. Luce. Cap. 1. Habet consuetudo principium huius sęculi hoc peculiare, vt non passim omnibus sua mysteria communicent, sed sicut scriptum est de Dauid

de David fecit sibi, Banaiam filiũ Ioiadę auricularium a secreto. Habet S.C.C.R.M. Cõsilia multa. Cõsiliũ regiũ cui rex ipse preest. Cõsilium iusticię administrãdę, cuius pręsidens nulli subest, huius cõsi lia. 12. sunt cõsiliarii preter pręsidẽtem. Et cõsilium belli, ibi & rex pręsidet. Est cõsilium triũ ordinũ cruce signatorum. Et publicę magnę. Cõsilium bonorum. S.C.C. Maiestatis Inquisitorum hęreticę prauitatis. Cõsilium insularum cõsiliũ Aragonium, & aliud cõsiliũ in regno Nauarrę. Et in his. 9 cõsiliis & eorũ singulis sunt alii & alii auricularii a secretis. Habet & optimus maximus deus suos auricularios a secretis, sicut habes Amos. 3. Nõ faciet dñs verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Vide, 1. Regũ. 3. De Samuele. Genes. 18. de Abraham. Num celare potero Abrahę quę gesturus sum? Quasi dicat. Possum quidem, tamẽ quia singulari in eum feror affectu, nõ potero celare. Ex horũ

A numero erat qui inter cęnandũ recubuit super pectus dñi. Et huic dictũ est, cui dedero bucellam. Item Petrus cui dictum est, caro & sanguis nõ reuelauit tibi. Matth. 16. Itẽ Paulus qui raptus in secretũ secretorũ ęterni dei, audiuit arcana verba, quę nulli forsan loquutus est. Hoc est ergo quod dicit. Principes populorũ paucis hisq; selectis cõicant secreta sua, itidẽ & ego facio vobiscum, quos iam nõ dicã seruos, quia oia quę audiui a patre meo nota feci vobis. Cęterũ huic populo qui toti sunt carnei: oia fiunt per parabolas quęcunq; loquor & operor. Qui enim habet, dabitur ei & abundabit, & qui non habet &c. Videbatur cõcludendum, qui nõ habet, nõ dabitur ei, verũ qui talentũ sibi creditũ, perdũt incuria, datum aufereturidest quod remanebat. Excęcãtur enim & eradũtur in reprobum sensum, qui sup dona gratię nõ accipiũt. Vide vlterius in parabola de decẽ minis Luc. Cap. 19. Sequitur. Ideo in parabolis loquor eis, par pari repẽdo, quia vidẽtes nõ vidẽt. Hic textus vt patet intuẽti est diuersus in tribus euãgeliis. Imo & Ioãnes cap. 12. Ponit eũdem textum diuersum a tribus, vt si verba numeres: sint

B quattuor euãgelistę primo diuersi. Adhuc Lucas in actis cap. 28. Ponit eũdem textum ab iis diuersum. Et quod magis auget difficultatem, est illud quod Esaias Cap. 6. Vnde dessumptus est locus iste, ponit eũdẽ textum diuersum a quattuor euãgelistis: & ab eo quod ponit Lucas in actis. Adhuc Paulus ad Ro. 11. Eũdem textũ ponit diuersum a cęteris Operę preciũ vero facturus sum, si ponã hic siggillatim verba singulorũ, vt appareat cõtradictio, & tum demũ subiiciã solutionẽ. ¶ Esaias dixit. Vade & dices populo huic. Audite audiẽtes, & nolite intelligere & videte visionẽ, & nolite cognoscere. Excęca cor populi huius: & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis suis: & auribus suis audiat, & corde suo intelligat & cõuertatur & sanem eũ. ¶ Mattheus ita. Auditu audietis & nõ intelligetis, & vidẽtes videbitis, & nõ videbitis. Incrassatũ est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierũt, & oculos suos clauserũt ne quãdo videãt oculis auribus audiãt, & corde intelligãt, & cõuertã

C tur & sanẽ eos. Metaphora sumpta a crassitudine corporis impediẽte motũ & operationes, & significat oppressionẽ volũtatis ab abũdãte malicia, sicut cor Nabal, qui durus erat: pessimus, maliciosus, stultus, ebrius: filius Belial, 1. Reg. 25. ¶ Marcus ita. His qui foris sunt, oia in parabolis fiunt, vt vidẽtes videãt & non videant, & audientes audiant & non intelligant, ne quando conuertãtur et dimittantur eis peccata. ¶ Lucas dixit. Cęteris in parabolis, vt videntes non videant, & audientes nõ intelligãt. ¶ Ioannes dixit. Non poterant credere quia dixit Esaias. Excecauit oculos eorum, & indurauit cor eorũ vt non videant oculis: & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. ¶ Lucas in actis. Vade ad populũ istum & dic. Aure audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis & non perspicietis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt, ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur & sanem eos. ¶ Paulus ita dixit. Dedit illis deus spiritum compunctionis: oculos vt non videant, & aures vt nõ audiant vsq; in hodiernum diem ¶ Cęterum editio. 70. Congruit cum eo quod dicit Lucas in actis

D Vnde apparet. 70. consulto mutasse scripturam hębraicam ne impiis daretur ansa blasphemię, quasi deus esset nobis autor malorum. Verum multa sunt huiusmodi in sacris literis, quę habent eandem difficultatem, sicut illud. ego indurabo cor Pharaonis. Exod. Cap. 10. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. Psalm. Cap. 68. Est autem idioma scripturę quę hac figura cõminatur ac terret impios, velut iubens eos facere, quod suapte malicia facturi sunt, sicut dictum est Iudę fac quod facturus es. Item apud Ezech. Cap. 20. Et vos domus israel dicit dominus, singuli post idola vestra ambulate, & seruite eis. Et illud Amos. Cap. 4. Venite ad Bethel, & impie agite, & offerte mane victimas vestras tribus diebus. Et sacrificate de fermento laudem, sic enim voluistis filii israel dicit Dominus. Nunc audiamus. Origenem super Ezechi. Cap. 36. Auferam a vobis cor lapideum. Dicet aliquis, Si antequam auferat a nobis cor lapideum deus, nos illud a nobis auferre non possumus, vt obedientes simus, & dei voluntati non resistamus, consequens est vt in nostra potestate non sit abiicere maliciam sed in deo. Et si non in nostro

E actu est vt fiat in nobis cor nouũ, sed solius dei opus est, nõ erit opus nim secundũ virtutẽ viuere, sed in oibus opus gratię videbitur. Respõdemus hoc nõ taliter intelligi debere. Sed sicut si sit aliquis impitus & indoctus, is quidẽ sentiẽs impitię suę notã siue adhortatione cuiusq; siue prudẽtiũ quorũq; ęmulatione pulsatus tradat se alicui, a quo cõfidat posse se diligẽter imbui: & cõpetẽter erudiri. Is ergo qui iã prius obdurauerat in imperitia, si se vt diximus cũ oi animi intẽtione dat magistro, atq; ob tpa rurũ in omnibus te pmittit, cõpetẽter etiã magister pollicebitur, ablaturũ se ab eo oẽm impitiam, & insertanũ pitiã. Nõ quod ab nuenti discipulo vel renitẽti hoc se promittat esse facturum, sed offerenti se: atq; in omni obediencia mancipanti. Ita & diuinus sermo promittit his qui accedunt ad se ablaturum cor lapideum qui eius doctrinę suę praecepta custodiunt. Sic in Euangeliis inuenimus ęgrotãntes accedere ad saluatorem, rogantes, vt percipiam sanitatem & ita demum curari. Quod si obiicias id de pręsenti loco,

Consilia f.c.c.R.M.

Ioan.13.

2.Cor.12.

Ioan.15.

Cap.28.

Rom.11.

Ioan.12.

Origenes

Ezec.36.

dñm in parabolis loqui: vt videntes nõ videãt & cetera, vel quod ostẽdi videt, q̃ nõ est in potestate ẽa
rum vt salui fiãt, primũ quidẽ si nõ esset adiectum, ne forte apud Esaiam, cuius sunt verba originaliter
(Matth. 23) item apud Matthæum & Marcũ & in actis similiter, diceremus, quia nolebat eos quos saluator præsci
bat nõ esse futuros bonos intelligere regni cœlorũ mysteria, ne essent duplo filij gehẽnæ, & ꝓpterea lo
quebatur eis in parabolis, Sed quia dixit, ne forte cõuertãtur, & sanem eos aliter possum⁹ dicere. De⁹
qui occultorũ est cognitor, & nouit vniuersa anteq̃ fiãt, pro multa benignitate sua differt horũ talium
curas: & medicinã proferat in lõgius, atq̃ vt ita dicã curat eos, dũ nõ curat, ne eos prospera sanitas in
sanabiles reddat. sicut dictum, nũc ergo ne forte mittat manũ suã & comedat, & viuat in æternũ. &c.
(Genes. 3) Possibile est ergo vt apud illos quibus foris positis saluatoris nr̃i sermo fiebat, pro eo q̃ scrutãs eo da
præuidebat nõdum aptos manifestioris eloquij recipere doctrinã, profundioris sacramẽti fidẽ velato ser
mone cõtegeret ne forte velocis cõuersi ac sanati idest peccatorũ suorũ remissione celeriter accepta auer
sa facie, iterũ in eũdem reci[di]uerẽt morbũ: quẽ senserãt sine aliqua difficultate curatum. Quod si fiat: du
pliciter peccatur, post agnitã veritatis viã tanq̃ canes ad vomitũ reuerti, Et quis dubitat melius esse di
fferri & interim relinqui, vt si forte saci[e]tatẽ maliciæ aliquãdo cœperint, & horrescere potuerint sordes
in quibus nũc interim delectãtur, tũ demum eis cõpetẽter sermo dei manifestetur, & nõ sanctũm canibus
(Matth. 11) mittatur? Quod si vel in Tyro vel Sidone vel alijs in locis verbũ euãgelij nõ est prædicatum: forte in
terdum deus æquissima sua dispẽsatione dissimulat hoc ipm̃ illis præstare: ne scilicet videãt vel audiãt di
uinæ virtutis mysteria: ne signorũ virtutibus visis & sapiẽtiæ eius mysterijs agnitis & auditis: si cõtẽ
(Hieronim) pserint, grauiori impietatis aduersione mulctẽtur. Hæc Origenes. Ad hec Hieronymus. Sed'm. 70. fa
cilis est expositio, quomõ Esaias prædicet quid populus sit facturus. Secũdum autem Hebræos difficul
tas est, quomõ ipse deus præcipiat populo, vt auditu audiat, & nõ intelligat & postea propheta indu
catur loquẽs: & dum præcetur & dicat: exceca cor ppl̃i huius. &c. Itaq̃ Hieronym⁹ post lõgam digre
ssionem de prædestinatione gẽtium & vocatione, ita cõcludit. Nõ est ergo crudelitas dei sed misericor
dia vnam perire gẽtem: vt oẽs saluæ fiãt. Iudæorum partem nõ videre, vt omnis mũdus lumẽ accipiat.
(Ioan. 9) Vnde miraculũ cæci nati dñs ad Tropologiam vertit dicẽs, in iudiciũ ego veni, vt nõ vidẽtes videant
&c. Similis sentẽtia est illa, ecce positus est hic in ruinã &c. Luc. 2. Dicit ergo propheta O dñe præcipis
mihi loqui populo iudæorũ: vt audiãt & nõ intelligãt saluatorem, & videãt & nõ cognoscãt, si vis im
plere iussionẽ tuã, & totum mũdum saluari, quod & ego fieri desidero, excæca cor ppl̃i huius. Si enim
illi viderint & cõuersi fuerint, totus mũdus nõ recipiet sanitatem. Ego aũt de ista cõsequẽtia dubi⁹ sum
Quia etiã iudæis cõuersis: præcipiẽdum erat ap̃lis, ite in orbem vniuersum, & prædicate euãgeliũ omni
(Marc. 16, Matth. 15) creaturæ. Illud tamẽ dictum, q̃ iudæi si excæcati sunt, bono suo factũ est, aut ne deteriores fierẽt, si san
ctum cõculcarẽt. (Matt. 7) Et fierẽt filij gehẽnæ duplo, si relaberentur tanq̃ canes in pristinã infidelitatẽ
aut vt sanitatẽ acceptã boni cõsulerent: quæ Tyro & Sidoni oblata nõ est, Verum prima solutio supra
posita vniuersalior est & planior idioma esse sacræ scripturæ, cũ dicitur facere deũ, aut præcipere vt faci
at quis, quod ipse alias facturus erat, quod est iuxta prouerbium æquo vltro currenti calcaria adhibere.
Quid est calcar addere currẽti? Ducta est metaphora ab his qui cursu certant, quibus acclamatio solet
addere velocitatem, Meminit Dion Timotheum cantorem quempiam certa quadam cantione, que
Palladis vocabatur Alexandri magni animum repente ad belli cupiditatem incitare solitum, Atq̃ in
citabat ille quidem, sed sponte currentem: vt pote natura sanguinarium & belli sitientissimum. Alio
qui Sardanapalum illum πατιχβεγυ, idest mollissimum & effeminatum ijsdem modis haud vnq̃ com
mouisset. Itaq̃ quia Pharao Rex non insaniebat satis (iuxta Terentium) sua sponte: deus instigauit
(Prouerbiũ, Exo. 14) in insanientem. & cætera, Neq̃ enim deus indurauit cor Pharaonis, qui dicit: auferam cor lapideum. Eze
chi. Cap. 36. Alioqui ad quid eum toties cædebat: Sed ipse abusus dei patientia iam & flagellis posuit
cor suum velut adamanteum. Zacha. Cap. 7. Donec submersus est quasi plumbum in aquis marinis,
(Origenes.) Vide ad Roma. Cap. 2. Restat Explicatio illius verbi, incrassatum est cor populi huius, qđ posuit Ma
tthæus. Origenes. Hæc sententia eadem est cum illa: non permanebit spiritus meus cum hominibus istis
quia carnes sunt. Gene. 6. Sicut enim peccatum incrassescere facit, ita e contrario virtus subtilem ani
mam reddit, & vt extorqueam quodammõ vocabuli nouitatem, omne quod in ea corporeum est abs
(Psalm. 38) tergit & perimit, & potius eam incorpoream reddit, Vnde illud, tabescere fecisti sicut arachneam ani
mam eius, vt videlicet consumatur quicquid est crassioris materiæ circa eam, vt extenuet & eliminet
prudentiam carnis, & ita demum animam ad rerum cœlestium & inuisibilium reuocet intellectum.
(Ps. 72) De hoc Ezechi. Cap. 24. Legimus carnes missas in cacabos, & decoctæ sunt, & cacoctum est ius. Sus
cipient enim nos lebetes flammis succensi, in quos in iaciemur nos qui animas nostras incarnauimus,
iuxta illud prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, si non prius dum in hoc mundo sumus: pingueuerim⁹
per pœnitentiam, vt tabescant carnes, & crassitudo animæ nostræ deducatur ad subtilitatem arachneæ.
(1. Cor. 3) Vnde & Hieremias videt virgam vigilantem, & ollam succensam, vt siquidem per disciplinam virgæ
corrigamur, cacabo non indigeamus succenso, qui succenditur ligno fœno & stipula. Cum ergo dicit,
incrassatum est cor, ostendit q̃ primum tenue erat & subtile adeo creatum, sed illi crassescere fecerunt,
epulantes cotidie splendide, ac se ipsos adhortantes, vt semper in deterius proficerent, sicut scriptum est
cras moriendum est, comedamus & bibamus, Esai. Cap. 22.

Est autem

Caput.xviij. Exponitur parabola a domino per singulas partes.

Est autē hęc parabola. Matthens, Omnis qui audit verbum regni, & nō intelligit: venit malus, & radit quod seminatū est in corde eius Hic est qui secus viā seminatus est. Lucas ita Semen est verbū dei. Quod aūt secus viā hi sunt qui audiunt deinde venit diabolus, & tollit verbū de corde eorū, ne credētes salui fiant. Marcus ita. Nescitis parabolā hāc? Et quomō omnes parabolas cognoscetis. Qd' dixit dñs, subinctepans illorū tarditatē, quasi parabola hec facilis esset coniectu. Qui seminat verbū seminat. Hi aūt sunt qui circa viā vbi seminatur verbū, & cū audierint: cōfestim venit satanas & aufert verbū quod seminatū est in cordibus eorū. Ceci secus viam. Illud vult intelligi Christus, q̄ verbum dei non omnibus prodest auditum, & quibus prodest, non ęque prodest, quia possunt esse tot gradus beatorum, quot sunt beati, licet tres tantum hic ponantur. Dicit Abulensis: q̄ paruuli resurgent annorum,33. Tamen non accipient aureolam virginitatis, quia non pugnauerunt. Tollit autem diabolus verbum, suggerendo diuersa, afferendo alia de quibus cogitet, quod non raro fit. Vide Iudic.6. Satis bene. Quod seminator sit Christus, & semen verbum dei, dictum est in superioribus. Semen hoc cū vnicum granum esset antequā seminaretur vel sepeliretur, postquā terrę rationali conditum est, apud multos fecit & facit fructum centuplum, id autem ne fiat, venit malus & radit quod seminatum est in cordibus. Cor hominis Satanas ingredi quidem non potest (Absit) potest autem suggerere Homini vnde non credat. Radit igitur verbum, e memoria penitus auferens. Quare? Quia audit verbum & non intelligit, quia non aduertit, sed more ceruorum demittit aures, cogitatione sua non figit, vt illic radices agat. A veritate inquit Paulus auditum auertent, ad fabulas autem toti auriti. 2. Timo, 4. Cum videret sermo est de asini vmbra, & lana caprina. Continuo inquit adest Satanas & tollit granum, ne vt herbam gignat vnde vel tantillum pascatur mens nostra. Narrat Plinius lib.10. Cap. 4. De pica, quę cum diligentius visum ab homine nidum sensit, oua sua alio transfert, illud admiratione dignum in his auibus quarum digiti non sunt accomodati complectendis transferendisque ouis, is traditur modus. Nanque surculo superbina oua disposito, ac ferruminato aluis glutino, subdita ceruice, medio ęque vtrinque librato, deportant alio. Vides quanta in passeribus sollicitudo conseruandi oua sua, in quibus virtualiter est conseruatio speciei suę. Nos autem oscitantes vt ne dicam nauseantes & stertentes adsumus declamatoribus verbi dei aut de rebus sęculi confitentes sicut dicit Origenes. Sequitur. Matthę? Qui autem super petram seminatus est qui verbum audit, & continuo cum gaudio accipit illud: non habet autem in se radicem sed est temporalis. Facta autem tribulatione & persequutione propter verbum, continuo scandalizatur. Idem dicit Marcus. Lucas autem ita. Nam qui supra petram (Non ex intentione seminantis. Alios ludit tēt operā & impensam.) Qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum, Et hi radices nō habent: quia ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt. Hoc est igitur qd' scriptum est Apoca. Cap.10. Accipe librum & deuora illum, & faciet ama ricare ventrem tuum, & in ore tuo erit dulcis. Quid enim dulcius verbo illo, venite ad me qui laboratis & ego refocillabo vos? Voca operarios, & redde illis mercedem suam? Matth.20. Venite bñdicti patris mei Matth.25. Gaudete & exultate quoniam merces vr̄a multa est in cœlis. Matth.5 Neque ego te condenabo mulier. Ioan.8, Centuplum accipiet & vitam ęternam, Matth.19. Hęc omnia dulcia sunt super mel palato credentium Sed ecce Petrus oblitus dulcedinis verborum christi de quibus dixerat, verba habes vitę ęternę, interrogatus nō ab vno aliquo Goliath spurio, sed ab vna ex ancillis Cayphę, amaritudine mortis per cristus scandalizatus est: sicut & apl'i omnes, & verbum quod absente tētatione erat in ore dulce, flante procella timoris seruilis, amaricare fecit ventrē anime, & ex illa radice amara timoris pullulauit illud verbum infidelitatis nescio hoiem. Hi inquit nō habēt radices, sunt enim cucurbita Ionę: cito credunt, cito ęstuant & arescunt, vel si mordeantur nō ab vno ex lupis rapacibus, sed vel ab vno verme, sicut cucurbita illa Videns inquit ventum validum, cępit mergi, & ipse est qui ante temporis breuem morulam ambulabat (Sederat mare serenum) securus super aq̄s. Hi vocātur in Apocalipsi nec calidi nec frigidi: & claudicant vtroque inguine (3. Regum. Cap.18.) In modum arundinum quę a vento agitantur. Matth. Cap.11. Est amicus socius mensę, & non permanebit in die necessitatis. Et est amicus qui conuertitur ad inimicitiam. Petrus de prioribus erat amicis, Iudas de posterioribus. His pestibus plenus est mundus, qui non ficte sed reuera dicunt illud, illius ero, quem elegit Dominus. 2. Re.16. Imo iste non ficte sed vere dixit: illius ero, quē elegit dñs, licet nō ad intellectū audiētis Absalonis. Oia inquit quæ loquut? est dñs faciem?, & erim? obediētes. Ibi dñs qui ens intus & in cute nouerat, vtinā inqt aliqs daret eis talē mētē, vt verbis suis facta cōcordarēt, verū illi post breue tp̄s morauerūt gr̄iaz suā in similitudinē vituli comedētis fenū. ps.105. Quia nō habebāt radices: imo habebāt eas sed in ęgypto: etiā cū essent in palestina. Plantasti inquit eos: & radices miserunt, sed in terra. Sunt igitur temporales, & iuxta prouerbium: Adonidis horti: quos ad dies paucos vernantes in testalis quibusdam fęminę nutriunt fouentque. Itidem multi faciunt inquit Plutarchus/animum alentes in carne tenera mollique quę validam vitę radicem non admittat pullulātē in re videlicet momentanea multam in summus curam, videlicet pelliam lauantes, an potius laterem vel æthiopem, lusuri operā & impensam. Sequitur.

Plinius. Matth.13. Ioan.6 Luce.22 Iong.4 Matth.14 Cap.3. Eccl.6 Deut.5 Hiere.12. Ephes.5. Plutarch.

Qui autē seminatus est in spinis: hic est qui verbum dei audit, & sollicitudo seculi istius & fallacia diuitiarū suffocat verbū, & sine fructu efficitur. Hoc iuxta Mat. 13. Marcus ita. Hi sunt qui verbū audiunt, & erūne seculi & deceptio diuitiarū: & circa reliqua concupiscentiȩ introeuntes suffocant verbū, & sine fructu efficit. Eccle. 5. Qui amat diuitias, fructū nō capiet ex eis. Lucas vero dicit. Qui autē id quod in spinas cecidit rece perunt, hi sunt qui audierūt, & a sollicitudinibus & diuitijs & voluptatib⁹ vitȩ eūtes suffocantur: & nō referunt fructum. 49. Distin. Cap. Hinc enim. Superius dixit dominus, quod simul exortȩ spinȩ suffocauerunt semē, quod iā fecerat herbā & calamum, vt intelligas quod cū semine verbi dei, simul erat seminatum a nescio quo inimico humani generis semē illud quod Paulus radicē oium malorū apellat, & nunc voce dñi vocātur diuitiȩ fallaces & deceptrices. Est autē Grȩce, απατη τοῦ πλούτου, apatetu plutu. Indicat aūt grȩca vox diuitias fallaces dici, nō quod fallant hoc est frustentur hoiem, sed quod a via deducāt. Id enim est proprie verbū grȩcum, apatan, siquidē patos via trita est. α, vero dictio priuatiua. Vnde illud ex Antiphone apud Stobȩum, opes nos sicut medicus malus vbi cȩperint, reddunt videntes ilico cȩcos. Denique iuxta Horatiū vulgus diuitum dulci fortuna ebriū, hoc quoque putat suis diuitijs deberi, vt quicquid dixerint, id protinus velut eruditum oēs approbēt, cum notum sit illud Menādri, cȩcȩ diuitiȩ atque eos qui se intuētur cȩcos reddunt. Hieronymus. Blandȩ sunt diuitiȩ, & aliud agētes aliud pollicētes. Promittūt satietatē (interroga Tantalum) & suffocāt possidentes. Ad hec Chrysosto. Quomō autē credendum est sapintem colonum, in via in petris & in spinis seminasse: In agris certe stultum videretur, in animis autē atque doctrina probe ac laudabiliter. Terra em̄ petrosa siue spinosa semper cōseruat naturā suam. At in spiritualibus possibile est, vt lapis in terrām fertilē cōuertatur. Idē dicendum de terra spinis oppleta, deque terra quȩ maceria nō cingitur. Quod vero dicit, quod spinȩ suffocauerūt triticum: id nō est spinarū culpa, sed illius qui tanquam ignauus agricola spinas permisit inualescere. Per agrum hois pigri trāsiui & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticȩ & spinȩ, & maceria lapidum destructa erat. Itaque lapides macerie qui vallare debuerant agrum dispersi erant per iugerum: sicque in hoc vno agro tria hec reperiuntur, terra peruia omi trāseunti: lapidosa: & spinis oppleta. Quod autē dicit Alex. de Ales, 2. p. q. 81: quod flores post peccm̄ protulerunt spinas, credat qui voluerit. Quod dixit Marcus & erūnȩ seculi, Grȩce est: Καὶ αἱ μέριμναι: Ke he merimnȩ idest sollicitudines, de quibus late dictū est Mat. 6. Et dicetur in de diuitȩ ampliante horrea sua. Luc. 12 Sequitur ex Matthȩo. Qui vero in bonā terrā seminatus est vel excepit semē, hic est qui audit verbū & intelligit, & fructum affert: & facit aliud quidē cētum, aliud sexaginta aliud. 30. Idē in sentētia Marcus. Lucas autē dixit. Quod aūt in terrā bonam: hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbū, retinēt, & fructū afferūt in patiētia. Primū annotādū, id quod dictū est centesimū, 60, & trigesimū, grā exēpli positū esse, sicut & illud, alij dedit 5. talenta alij duo, alij vnum. Item illud de seruo debitore decem milium talentorum Matth. 18 Et de decem virginibus &c. Quod autem dicit verbum dei retinent, contra terram quȩ erat secus viam dictum est. Quod dicit, fructum afferunt, contra eos qui suffocantur. Quod dicit, in patientia, contra eos qui supra petram. Hieronymus. Sicut autem in terra mala tres fuerunt diuersitates, sic in terra bona trina diuersitas est: virginum videlicet, viduarum & continentium. Chrysostomus. Sed & hinc misericordia dei apparet, quod non ab omnibus vnam & eandem mensuram efflagitet, sed ab alijs quidem cētum ab alijs sexaginta ab alijs vero triginta libenter recipiat. De hoc Genes. Cap. 47. Accipite semina, & serite agros, vt fruges habere possitis. Quintam partem Regi dabitis, quattuor reliquas permitto vobis in sementem & in cibum familijs & liberis vestris. Glosa. Semen est verbum dei, agri corpora: que vomere prȩdicationis exarata, producunt fructum virtutum. Quinta pars redditur Pharaoni, quia. 5. sensuum censum regi Christo tenemur soluere. Nobis vero quattuor partes seruamus, quia de fructibus sensuum nostrorum meremus vitam ȩternam, quȩ consistit in glorificatione animȩ cuius sunt tres potentiȩ: & corporis immortalitatem. Ne vero mireris quod dictum est, fecit fructum centesimum quȩdam pars terrȩ, idem legis Genes. Cap. 26. De Isaac, quia nouauit sibi nouale iuxta Hieremi. Ca. 4. Possumus aliter dicere, quod quattuor nobis partes seruamus. Prima peccati venia integra, peccatorum tuorum non recordabor. Esai. Cap. 43. Secunda a futuris prȩseruatio, seruauite, ne peccares in me. Genesis. Cap. 20. Tertia gratiȩ augmentum, vt semen in nobis producat fructum centesimum &c. Quarta pars, vt si non dimidium, quod superest des pauperibus. Luce. Cap. 19. Quinta pars sunt decimȩ, quȩ iure deo debētur, quia inquit Ioseph, terra est pharaonis. Nā & teste Plinio, prisci Romāni ne degustabāt quidē nouas fruges aut vina, antequam sacerdotes primitias libassent. Aruorumque sacerdotes Romulus in primis instituit: seque duodecimum fratrē appellauit inter illos, ab Acca laurētia nutrice sua spicea corona, quȩ vitta alba colligaret in sacerdotio ei pro religiosissimo insigni data. Nec vacat a mysterio, quod fruct⁹ cētissim⁹ & in dextera, & in modū coronȩ figurat⁹ vel exprimit. De quo Lu. 15. Et vt refert Cato, quē virū bonū colonū dixissent Romani, āplissime laudasse existimabāt. Dona āplissima, imperatorū ac virorū fortiū, quantū quisque vno die plurimū circū arauisset. Cognomina etiā prima a cultura agrorū sumpta sunt. Pilūni qui pilū inuenerūt pistrinis: pisones a pinsendo. Iā Fabiorū Lētulorū, Ciceronum vt quisquis aliquid optime genus sereret. Plinius lib. 18. Cap. 3. Cȩterū ne hyperbole videatur quod dictū est terram pertulisse centesimū fructū, audiamus eundē lib. 18. Cap. 10. E modio si sit aptū solū quale est in Bizantio Affricȩ Campo centeni quinquageni modij reddūt. Misit ex eo loco diuo Augusto procurator ei⁹ ex vno grano (vix credibile dictu). 40. Paucis min⁹ germina. Misit et Nerōi similiter 340 stipulas ex vno

ex vno grano. Cũ centeno quidem & Leõtini Siciliç campi fundũt. Refert idem Plinius lib.18. Cap.22. Rem dignam scitu. Ciuitas Affricę in medijs sita arenis: syrtis petẽtibus lepein: quę magna vocatur Racape fęlici super omne miraculũ irriguo solo: ternis fere milibus passuum in omnẽ partem. Fõs abundae largus quidẽ, sed certis horarũ spacijs dispensatua inter incolas. Palmę ibi pręgrandi subditur olea. Huic ficus: ficui punica, illi vitis, sub vite seritur frumentum, mox legumen, demum olus, omnia eodem anno omniaq; aliena vmbra aluntur. Super omnia est biferam vitam bis in anno vindemiare. Et nisi multiplici partu exinaniatur vbertas, pereunt luxuria singuli fructus, nunc vero toto anno metitur aliquid. Hanc terrę vbertatem & nos imitemur, sicut nos hortatur Paulus: bonum inquiens facientes non deficiamus: suo enim tempore meremus vitam ęternam. Gala. Cap.6.

Idem.

A

Caput. xix. De parabola seminantis bonum semen & de homine inimico qui superseminauit zizania que & a domino exponitur iten parabola de grano sinapis.

Lterã parabolã proposuit illis dicens. Simile factũ est regnũ cęlorũ homini: qui seminauit bonũ semẽ in agro suo. Cũ autem dormirẽt hoĩes, venit inimicus eius: & superseminauit zizania in medio tritici & abijt. Cũ autem creuisset herba & fructũ fecisset: tũc apparuerũt & zizania. Nec ergo ipsa ğrta pars seminis quę cõseruata est incorrupta fiert hostis, dũ nos dormimus, & ignaui sumus. Cõgruit huic loco illud ex Cant. Cap.1. Posuerũt me custodem in vineis: vineã meã nõ custodiui Ita dicit August. Cũ negligẽter agerẽt prępositi ecclesię (sed nõ in extorquẽdis decimis) nẽpe imitãtes Ionã. Cap.1. Qui alijs exonerãtibus nauẽ, stertebat, vel Petrũ qui nec vna hora potuit vigilare cũ Christo (Mat.26.) Venit diabolus, qui nunq̃ dormit, & superseminauit eos quorũ rector est ipse. Ephes.6. Quorũ oculi obseruãt caliginem, & sic in tenebris quasi in luce ambulant Noctuę enim sunt, & antipodas imitãtur. At qui iuxta prouerbiũ, nõ decet pastorẽ solidã noctem dormire. Epaminõdas dux Thebanus cũ ciues sui festis quibusdã solutius cõpotationibus indulgerẽt, ille solus vigil atq; sobrius arma lustrabat, & vrbis obambulabat mœnia: dicens cũ propheta, super custodiã meã stabo, Habac.2. Rogatus cur id faceret, respõdit sobriũ esse ac vigilare, quo reliquis liceret temulẽtos esse ac dormire. Et Plutarch⁹ narrat regi Persarũ hũc fuisse morẽ, vt semper vnũ quẽpiã haberet cubiculariũ, cui hoc muneris erat delegatũ: vt mane regiũ cõclaue ingressus, his verbis eũ experge faceret. Surge rex ac negocia cura quę tẽ deus curare iussit. Nã teste Platone, principes qui noctu vigilãt, malis sunt formidabiles ciuibus, pariter & hostibus. Alias nullus dormiẽs est alicuius pretij. Ita Chryso. Non parũ periculũ prerupti pręcipitij pręsulibus hinc imminere videtur, quibus agrorũ cura cõmissa est. Liquido etiã hinc apparet, post veritatis semina iã collecta: erroris fraudem pullulasse, quod euẽtus quoq; rerum confirmauit. Falsi enim ꝓphetę post prophetas apparuerũt: & pseudapostoli post apostolos, & antichristi multi post dñm Christum. Nam diabolus nisi prius videat, quid sibi sequendum sit: aut quibus insidiãdum, cum quid faciendũ sit nesciat, nec conatur quidem. Sic ergo nũc postq̃ intellexit, ꝙ ab alio quidẽ cẽtũ ab alio/60/ab alio aũt/30/sunt producta, fraudẽ excogitauit. Nã quoniã euellere non potuit, quod actis radicibus, iam propagatum fuit, nec suffocare: nec vrere, fraude lẽtet nisus est sua disseminare semina, ea nempe quę olim seminarat in cęlo accusator fratrũ suorum, sed id egit, hominibus dormiẽtib⁹ Cũ inquit creuisset herba, apparuerũt zizania. August. Tormẽta enim quibus ecclesia premitur quãdiu fabricatur, nõ sentit, qui po..tus in ecclesia nõ proficit. Putat enim ꝙ in pace sunt oĩa. Sed incipiat proficere, & intelliget quod dictũ est, cũ herba creuisset &c. Omnes enim qui pie volũt viuere, persequutionem patiũtur, maligni aũt hoĩes proficiũt in peius. Quia non dũ impletę sunt iniquitates Amorreorum Gene.15. Est aũt zizania panis genus, sed quasi degener & in aliam mutatus speciem teste Hieronymo, Hispanice, Ioyo alias Vallico. Zizania aũt barbarũ est. Quãdiu igitur frumentũ erat sub terra latuit dolus. Cũ vero culmi spicis essent pleni, tũ demũ apparuerũt cõmixta semina Nouit tamẽ dñs qui sint sui (in cuius manu ventilabrũ est,) qui sint frumẽtũ, qui vel loliũ, vel palea. Accedẽtes autẽ serui patris familias, dixerũt ei. Dñe nonne bonũ semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo fecit hoc. De hoc bono semine dictum est in parabola pręcedenti. Vnde autem habeat lolium si requirat: respondet Dominus agri, inimicus homo fecit hoc. Dedimus autem nos locum diabolo contra edictum legis dicentis: agrum tuum non seres diuerso semine. Leui.19. Dęmones enim aues infaustę, illę quę noctu volitant, bonum quidem semen ab radũe e nouali mentis, superseminant autem lolium discordię in corde hominis qui totus ad pacem natus est. Eccs. Cap.7. Ita dicit, hoc inueni ꝙ fecerit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quęstionibus. Ipse se miscuit, ipse sibi fontem mali reperit, ipse hanc technam in seipsum instruxit, dictum de hęredipeta, qui veneno quo senem apperiuerat ipse forte fortuna captus interijt, ipse incidit in foueam quam fecit. Inimicus homo inquit fecit hoc. Et homo iste erat Diabolus. Sic per oppositum Iudas Homo quidem erat, sed Diabolus vocatur, Ioannis, Cap.6. Dicitur autem Sathanas homo inimicus: quia semper insidiatur calcaneo nostro, Gene. Cap.3. Et de illo dictum est, inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuũ & semẽ illius. Et hę sunt inimicitię, ꝙ inimicus iste semp vult cõmiscere semen suũ semini qđ seminauit xp̃s. Licet potuerit fieri ad lr̃am vt aliq̃s inimic⁹ pr̃is familię ad lr̃am fecerit hoc.

Math. 13. / B / Augusti. / Iob. 24. / Prouerbi. / C / Plutarch⁹ / Plato. / Chrysost. / D / Apoca. 12. / Augusti. / Luc. 11. / 2. Timo. 3. / Hierony. / 2. Tim. 2. / Luce. 3. / E / Historia / Psalm. 7

Gene,28 Serui aũt isti qui rogãt patrem familię, possunt intelligi illi qui terũt scalã Iacob. Nec tamẽ oportet arguere seruos istos ignorãtię: nõ enim omnia quę in parabolis dicũtur sunt necessaria, sed plura ponuntur ad eius cõplemẽtum. Alioquis homo iste qui hic dicitur obdormisse si aliquãdo dormit, cor tamẽ eius semper vigilat. Cãtic. 5. **Serui aũt dixerunt. Vis abeamus & colligamus ea? Et ait. Non.**

Roma. 2 **Ne quãdo colligẽtes loliũ, eradicetis simul & triticũ.** Vt merito dixerit Paulus: scimus quia soli
2. Tim. 2. dei iudiciũ est secũdum veritatem. Nõ inquit, ne forte det illis deus pęnitẽtiam ad cognoscẽdam verita-
Roma, 11. tem: & resipiscãt a diaboli laqueis, a quo captiui tenẽtur ad ipsius volũtatem. Potẽs est enim deus inserere illos, & facere ex loliis in quę degenerarãt, triticum. Potens est, si velint ipsi resipiscere, ablato corde lapideo ab illis, carneũ reponere. Ezech. 36. Ne forte ex arena fiãt stellę, quę erãt meretrices: fiãt virgines
Hieronim & latrones fiãt martyres, & lupi rapaces fiãt pastores. Hieronym. Mirabile est quod dicam: homines & angeli crudeles sunt ad comparationẽ clemẽtię dei. Serui volũt euellere zizania, sed pater inquit, si-
Ionę, 4. nite vtraque crescere. Dicamus illud Ionas vult subrutũ iri ciuitatem magnam Niniue, deus aũt, tu inquit doles super hędera in qua nõ laborasti: ego aũt nõ tãtum hominibus & muris: Quin & miserebor iumẽtis, siquidẽ & iumẽta ieiunauerũt & clamauerũt ad me. Vides clemẽtię dei profundum. Sinite igitur vtraque crescere. Simile est illud, mitte gladiũ tuum in vagina. Ioan. 18. **Sinite ergo pariter crescere ambo vsque ad messem, & in tẽpore messis dicam messoribus. Colligite primũ Zizania: & alligate ea in fasciculos ad cõburendũ, triticũ autem cõgregate in horreũ meum.** 2. q. 1. Multi igitur ex sentẽtia dñi necesse erit parcere Zizaniis, & cõditione qua sumus serui necesse est viuere inter Zizania, sicut lilia inter spinas, sicut homines inter scorpiones, quos occidere
Gene, 31 nõ licet, cauere aũt iubemur. Ezech. 2. Nõdum enim implete sunt iniquitates Amorreorũ. Si igitur separare nõ possumus lolium, quia solus dñs nouit qui sint sui. 2. Timo. 2. Et septem milia erant vbi vnus tãtum putabatur. 3. Reg. 19. Et e cõuerso vix tercẽtum erãt vbi triginta milia numerati sunt, Iudi. 7. Necesse est viuere inter lolium, quia & tu forte aliquãdo Zizaniũ fuisti, imo sine forte. Hęc enim fuistis ait
1. Cor. 6. Paulus, sed abluti estis, sanctificati, iustificati & trãslati de morte ad vitam. Inuicẽ igitur tolerate Zizania, qui iã estis frumẽta: nõ enim est triticũ, qui loliũ nõ tolerat. Audi vocem frumẽti. Cũ his qui oderũt
Augusti. pacem eram pacificus. Psalm. 119. Augusti. Graue nimis videbatur seruis bonis esse Zizania cum tritico sed nõ euelleretis inquit, imo tolerate, donec fodiatur peccatori fouea (Psal. 93. Et Tobię Cap. 8.) Et vos enim aliquãdo tolerati estis. Mirabilis quidem est dei patiẽtia, oportet eã patiẽter ferri, quod nõ oportet festinãter auferri. Hac patiẽtia factum est, vt furem dñs pertulerit, antequam traditorem ostẽderet. Qui sunt igitur hi qui nomine Zizaniorũ significãtur, qui quãdiu incertũ est vtrũ nam Zizania sint an triticum
Idem tolerãdi sunt? Augusti. Zizaniorũ nomine hęretici nũcupantur, qui inter Christianos quidem viuũt, si-
Hebre, 11. cut loliũ inter triticum, sed nõ cõmunicãt in radice idest in fide, sine qua impossibile deo placere. Schismaticos aũt nõ facit fides diuersa, sed cõmunionis dirupta societas. Vidẽtur autem spicis corruptis similes, vel paleis aristarũ fractis vel scissis & de segete abruptis. Cęterũ qui in eadẽ fide mali sunt, palea potius quam Zizania nũcupantur, quia palea etiã ipsum fundamẽtum habet cũ frumento radicemque commu-
Iudic, 15, nem. Et in tempore messis inquit, dicã messoribus, alligate Zizania in fasciculos. Hi sunt fasciculi, quos Samson supposuit vulpibus tercẽtum, supposito simul igne. His igitur vulpibus alloquitur dñs per Esaiam Cap. 50. Iuxta. 70. Ecce omnes vos ignem accẽditis, & cõfortatis flãmam. Ambulate in lumine ignis
Hieronim vestri, & in flãmis quas succẽdistis. Iuxta litteram significat iudaici populi captiuitatem qua Romanis traditi sunt, vt in pęnis atque suppliciis discãt dei potẽtiam, & redeãt ad salutem. Iuxta tropologiam aũt discimus pro qualitate peccati ignem vnũquemque sibi succẽdere. Et quomõ in eodẽ manẽtes lecto alii sani sunt, alii febriũ succẽdũtur ardoribus, ex diuersitate humorũ diuersa suplicia sentiẽtes, sic & ignis qui a peccatoribus succẽditur, materiam in peccatis habet, vt magis minus ve crucier. De his vulpibus rur-
Cap. 24 sus Esaias dicit. Visitauit dñs super miliciam cœli, & super reges terrę, & cõgregabũtur congregatione
Hierony. vnius fascis in lacum, & post dies multos visitabũtur. Hierony. Nõ ergo sola terrena sed & cęlestia visitabit. Visitabit aũt dominus secũdum idioma scripturarũ quasi ęgrotãtem militiã & exercitum cęli: & ferro & cauterii indigẽtem. De hac militia vide. Deut. 4. Caput igitur & corpus (De quo vide Danielis. 7) Cõgregabũtur quasi in vno fasce: quorũ typum ille tenet, qui male indutus, ligatis manibus & pe-
Obiectio. dibus, missus est in tenebras exteriores. Matt. 22. Sed si in fasciculos sunt colligãdi impii, quomodo dicit propheta cõgregãdos cõgregatione vnius fascis? Soluitur obiectio ex verbis Hieronymi hic positis: quod in vno & eodẽ manẽtes lecto, diuersa tamẽ sentiũt supplicia. Quod aũt sequitur: & post multos dies visitabũtur, nõ cõdonat tempus pęnitẽtię dãnatis post multa tempora sicut aliqui dixerũt: nõ enim dixit, visitabũtur a domino vel angelis, sed absolute, visitabũtur, ex qua ambiguitate verbi & remedium po-
Deut, 25 test intelligi, & correptio, quod postquam iusti pręmia receperint, illi in pęnis perpetuis visitẽtur. Sed si iuxta delicti mẽsuram erit & plagarum modus, quomõ dicit in vnũ fascem cõgregãdos, vbi nullus est ordo?
Gregori⁹. Iob. Cap. 10. Sed si ordo nõ esset, nõ diceret dominus, colligate in fasciculos ad comburẽdum. Audiamus Gregoriũ post Hieronymum. Fasciculos ad cõburẽdum ligare, est eos qui ęterno ignĩ tradẽdi sunt pares paribus sociare: vt quos similis culpa inquinat, par pęna cõstringat. Nam & in cęlo mãsiones multę sunt. Ioan. 14. Gehẽna igitur quamuis vna sit, sicut dixit Esaias, cõgregatione vnius fascis, nõ tamẽ cũctos vna eademque qualitate succendit. Nam sicut vno sole omnes tãgimur, nec tamẽ sub eo vno ordine oẽs ęstuamus, quia iuxta qualitatẽ corporis sentitur põdus caloris, sic dãnatis vna est gehẽna quę afficit, & tamẽ nõ vna omnes qualitate comburit, quia quod hic agit dispar valetudo corporum, hoc illic exhibet dispar causa meritorũ. Ab esse autem ordo in suppliciis dicitur, quia quibuslibet rebus in pęnã surgẽtibus

(animabit

(armabit enim omnem creaturã in vltionem inimicorũ) propria qualitas nõ seruatur, sed dolori succedet metus: & metui dolor, flãma succẽdit, nec illuminabit, vermis nõ moritur & ipsi morietur, & fiet
Esai, 66.
in eis mors sine morte, & finis sine fine, quia & mors viuit: & finis incipit. Triticũ autem cõgregate in horreũ meum. Quãdo igitur dicit dñs, quid paleis ad triticum, nõ dicitur de frumẽto cum est in agro: ibi enim eadem radice vtrũq; fulcitur, nõ cum est in area, quia simul triturãtur, sed vẽtilabro excutiẽte & flãte vento, tũc fiũt primo diuersa. Cũ autem dicat dñs: sinite vtraq; crescere: ne forte pro lolio eradicetis triticum, queritur quo iure, vulpes illę tercẽtum idest heretici quorũ illę figuram gesserunt, incendio tradũtur? Questio hec ex Deut. Cap. 13. Solui potest. Dicimus tamẽ breuiter q̃ ex ipso euãgelij soluitur
Questio,
A
textu. Cũ enim dicat dñs, ne forte eradicetis frumẽtum, illos prohibet eradicari: qui vtrum sint lolium an frumẽtum incertum est. Sed si argumẽtis idoneis zizania apparuerũt, quia semel malus semper presumitur malus, huiusmodi Zizania iubẽtur in ignem mitti, Et patet. Tũc dimissis turbis venit in domũ: & accesserũt ad eum discipuli sui dicentes. Edissere nobis parabolam Zizaniorũ agri. Qui respõdens ait. Qui seminat bonum semẽ, est filius hominis, ager aũt est mundus, bonum semẽ hi sunt filij regni: Zizania aũt hi sunt filij nequã, Τοῦ πονηροῦ, Tu poneru. Inimicus qui seminat est diabolus, messis vero, consummatio seculi est, Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colligũtur Zizania & igne comburũtur: sic erit in cõsummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos, & colliget de regno eius omnia scãdala & eos qui faciũt iniquitatem, & mittẽt eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentiũ. Tũc iusti fulgebũt sicut sol in regno pa-
B
tris eorũ. Hec omnia exposita sunt paucis demptis. Quod dicit filij neq̃, ly nequã est casus genitiui, tu poneru & videtur ad diabolũ pertinere: propter additum articulũ, sicut illud Mat. 6. Rise emas a po tu poneru liberanos ab illo malo. Dicuntur ergo impij semẽ neq̃ filij diaboli, iuxta illud, vos ex patre diabolo estis. Ioan. 8. Nõ quia genuit, sed quia instruxit mille artibus, filij enim huius seculi prudẽtiores
Luce, 16.
sunt filijs lucis: qui hic vocãtur filij regni. Filij aũt nequã rursus vocãtur hic scãdala, de quibus scriptum
Psal, 72.
est. Mei aũt pene moti sunt pedes, & gressus effusi: vidẽs pacem peccatorum. Quid enim tam abest vitę & vię quã terũt iusti, q̃ mores barbari impiorũ, quorũ alij vẽtrem pro deo colũt, Phil. 3. Alij Mamonę deseruiũt, Matth. 6. Alij Baal colũt sicut habes, 3. Regũ. 18. Alij Beelzebub? De quo: 4. Reg 1. In labore inquit hoĩum nõ sunt, prodijt quasi ex adipe iniquitas eorũ; posuerũt in coelo os suũ. August. Quare pene moti sunt pedes tui: a via arcta quę ducit recta ad vitam: ad viam amęnã & latã, in cuius extremo
Augusti,
late patet ianua ditis? Quia vidi peccatores pacem habere sanitatem diuitias, filios, honores, & Cętera
C
de quib? dicitur, recepisti bona in vita tua. Hec inquit omnia cum hic peccatores habeãt: in hac die quę
Luce, 16.
ad pacem sibi dat mũdus, ego flagellis cędor, & castigatio mea in matutinis, interim aũt nec panis micas accipio quę cadũt de mẽsa istorũ quorum deus vẽter est. Audi quosdã qui nõ pene sed omnino de-
Hiere, 44.
clinauerãt a via quę ducit ad vitã, Quãdiu libauimus reginę cęli: saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumq; nõ vidimus. Ex quo aũt tempore recessimus a cultu lunę: indigemus oĩbus, & gladio & fame cõsumpti sumus. Hos infandos & pessimos sermones cum audierit aliquis ex filijs regni, nisi intellexerit qualis finis maneat scãdala ista, qui tam impie blasphemãt dei maiestatem, ne vera mouebũtur pedes sui ad ęmulãdam eorum impietatem. Sed quomõ inquit facti sunt in desolationem subito? Velut somniũ surgẽtium. Fac hominẽ in somnis videre se inuenisse thesauros: diues est sed donec euigilet. Pauper dormierat, diues in somnis factus fuerat: si nõ euigilasset, diues esset. Atq; vtinã vel sic esset
Luce, 16.
diues videlicet dormiẽs, & nõ pauper & miserabilis apud inferos, & adeo pauper, vt vel stillam aquę mẽdicet, ab vno paupere que nudus tertius micas pre foribus eius mẽdicabat. Hęc igitur sunt scandala
D
quę nequã ille seminauit. Quale enim scãdalum putas erat epulo cotidie sibi parentãs splendide, Lazaro micas mẽdicanti? Ipsi inquit peccatores obtinuerũt diuitias, quia seruiũt reginę Coeli, ego autẽ famis pereo, qui deũ meũ timeo. Vbi est dei prouidentia? Sed messem expecta: & messores, & veniet falx illa
Apoca, 14
volãs: Zach. 5. Quę alibi vocatur securis, vt fęnum lignũ stipulã q; succidat. Mitte inquit falcem & mete, quia venit hora vt metatur. Iam inquit aruit messis, cũ mulier adhuc sint in flore, dicẽtes cũ Ezechia,
Esai, 38.
dum adhuc ordirer succisus sum. De hoc Dani. Cap. 5. Fecit Balthasar grãde cõuiuiũ. In quo erat gula,
Figura,
quia rex erat temulẽtus: & cęteri cõsequenter, luxuria, quia aderãt cõcubinę, superbra, quia cõiugę numero mille sedebãt & hi omnes principes, idolatria: quia laudabãt deos suos. Sacrilegium, quia profanabãt vasa cultus dei, bibẽtis in eis. Et ecce falcem vnã quę exarauit in pariete cõtra cãdelabrum verba tria videlicet, mane, thetel, phares. Hoc est numerati sunt dies regni tui atq; completi: põderatus es põdere sanctuarij, & inuẽtus es minus habens, Diuisum est regnũ tuum, & datum est Męđis & Persis. Et
E
his dictis, falce demessus est, dum adhuc ordiretur telam lõgissimam, in consulta in exorabili Athropo. Sũt igitur messores angeli, de quibus habes Ezech. 9. Vide textum bonũ. Horũ etiã ministerio vsus est dominus in perimendis primogenitis ægypti. Colligẽtur igitur ministerio angelico scãdala ista e regno ecclesię militãtis, & mittentur in stagnum ignis & sulphuris, & flat? domini succẽdens ignẽ illũ. Esa. 30 Vide Daniel. Cap 7. Hęc scãdala vocãtur Dani. 3. Naphtha stuppa: pix, & sarmẽta. Naphtha autẽ ignis est qui hispanice dicitur alquitrã. Cum igitur scãdala hec idest homines impij fornacem accenderent & ipsi essent alias Naphtha & stuppa & pix & sarmẽta, ignis videlicet infernalis cibus aptissimus, egressus ignis & flãma e fornace & effusa cubitis. 49. Incendit quos reperit de Chaldęis. Pueros autem quo modo tãgeret, quibus cum erat quartus similis filio dei? Quodq; dicit, ibi erit fletus & stridor dentium, exponetur, Matth. Cap. 22. Tũc iusti fulgebũt. Ita dicit Esaias, Erit lux lunę sicut lux solis, & lux solis
Esai. 30

 erit sep-

1.Corin.15 Dani.12 Hierony.

erit septẽpliciter sicut lux septẽ dierũ, in die qua alligauerit dñs vulnus populi sui. Ita Paulus, alia claritas solis, alia lunę, alia stellarũ: sic erit resurrectio mortuorũ. Ita Daniel. Qui docti fuerint, fulgebũt quasi splẽdor firmamẽti, & qui ad iusticiã erudiũt multos quasi stellę in perpetuas ęternitates. Hieron. Solẽt multi quęrere: vtrũ doctus sanctus & simplex sanctus eãdem mercedẽ habeãt: & vnã in cœlestibus mãsionem. Vnde nunc iuxta Theodotionẽ dicitur: ꝙ docti similitudinem cœli habeãt: & absq; doctrina iusti fulgori stellarũ cõparentur: tãtumq; sit inter eruditã sanctitatem & sanctã rusticitatem quãtum cęlũ distat & stellę. Si igitur sol & luna laboris sui & cursus pręmia cõsequẽtur, vt luna sicut sol fulgeat, & sol septẽpliciter fulgeat, sicut fuit lux septem dierũ, quãdo ab initio creatus est mũdus, quãto magis beatorũ corpora immutabũtur, & iuuẽtus renouabitur sicut aquilę eorũ qui propter dñm mortificauerunt ea cottidie: imo crucifixerũt cum cõcupiscẽtijs suis. Gal.5. Saluatorem expectamus dñm nrm Iesum Christũ, qui reformabit corpus nrm cõfiguratum corpori claritatis suę, vt corpora nostra que nũc arida sunt ante arcã testamenti vel sub altare dei, accipiant secundas stolas, vt incipiant germinare & folia & flores & fruct⁹ immortalitatis. Nõ ergo mirũ si iusti tũc fulgebũt sicut sol, q̃ mõ circuẽũt in melotis, de gẽtes in cauernis terrę, interdiuq; vrũtur ęstu & noctu gelu, & portãt põdus diei & estiũ, cũ inter scãdala ducãt in bonis dies suos. Iob.21. Quia em̃ oia ꝑpter hoiem facta in lapsu ei⁹ in deteri⁹ lapsa sunt, ipo reparato homine, in priorẽ statum reparabũtur. Vnde illud vidi cœlũ nouũ & terrã, &c. Apoca.21.

Psal.102 Num.17 Hebre.11

Caput.xx. Ponitur parabola de fermẽto a muliere abscõdito sub farinę satis tribus. Item parabola de seminãte & de Thesauro.

Matt.13. Luce.13

ALiam parabolã proposuit eis dicẽs. Simile est regnũ cęlorũ grano sinapis. quod accipiẽs homo: seminauit in agro suo. Quod minimũ quidẽ est omnibus seminibus, cũ autẽ creuerit maius est oibus holeribus: & fit arbor, ita vt volucres cęli veniãt & habitẽt in ramis eius. Hunc textũ ita ponit Marcus. Cui assimilabimus regnũ dei? Sicut granũ sinapis: quod cũ seminatũ fuerit in terra, minus est oibus seminibus quę sunt in terra. Et cũ natũ fuerit, ascẽdit in arborẽ: & fit maius oibus holeribus: & facit ramos magnos, ita vt possint sub vmbra eius aues cęli habitare. Potest dici secũdũ cõsequentiã textus hãc tertiam parabolã subiectã esse duabus pręcedẽtibus hac ratione. Dictũ fuit in prima parabola ꝙ regnũ cœlorum est sicut semẽ quod seminatur, cuius tres partes periterũt, vna tãtũ cõualuit & fructũ fecit. In secunda dictũ est ꝙ illius quartę partis quę seruata est etiã bona pars seminis ad mixtione loliorũ interijt atq; corrupta est. Ne ergo putaret aliquis cũ Helia, ꝙ solus ille relictus esset in regno cœlorũ quod est ecclesia, respõdet dominus, verum quidẽ esse paucos esse bonos respectu lapidũ, spinarum, zizaniorũ & scãdalorũ: cęterum pauci isti numero virtute sunt & multi & boni, sicut granum sinapis: quod accipiẽs homo, &c. Nec tamẽ est intelligẽdum ꝙ vnũ tãtum granũ seminauerit (sicut ferũt de lẽte hysopi) sed est modus loquẽdi scripturę, sicut Exo.8. Venit musca grauissima, & illud, vidit vnũ hominem nõ vestitum veste nuptiali. Seminauit enim dñs primũ duodecim grana, deinde duo & septuaginta. Deinceps seminatũ est granũ illud oium minimũ Paulus, ego enim sum minimus inter apostolos (1.Cor.15.) Qui Christi bonus odor fuit in toto orbe, postq̃ more sinapis ter virgis attritus est, semel lapidibus petitus: &c.2. Cor.11. Granũ ergo sinapis corpore quidẽ minimũ est inter cętera holera, at virtute & efficatia maximũ, & in hoc secũdo vera est similitudo, ꝙ videlicet nullum granũ tam paruũ inter holera, est tãtę efficatię ex ijs quę nouimus. Quod autẽ sequitur, & fit arbor & facit ramos magnos, rami pro ramusculis debent accipi, nisi dicas ꝙ in Palestina sinapes sint maiores q̃ in hac nostra Hispania. Nec enim adhuc vidimus sinapes tãtę proceritatis, vt possint sub vmbra earũ aues cęli habitare iuxta Marcũ, & nidificare in ramis iuxta Matthęũ. Itaq; potest esse ex parte sermo hyperbolicus. Habet aũt in hoc similitudinẽ arborũ, ꝙ habet fructũ in ramis more arborum, cũ cętera holera ipsa vel cocta vel cruda mãducentur sicut lactucę: raphani, Betę, pastinacę &c. Potest & illud dici: ꝙ nomine volucrũ intelligãtur passerculi minores, & hi aliquãdo visi sunt cõsidere in ramis sinapis: & quiescere sub vmbra: idq; sufficit ad veritatem similitudinis cũ veritate. Hierony. Quod minimũ est in holeribus. Ad primã quippe doctrinã fidem nõ habet veritatis, hominẽ deũ mortuum, & scãdalum crucis prędicãs. Cõfer huiuscemodi doctrinã dogmatibus philosophorũ & splẽdori eloquẽtię: & cõpositioni sermonũ: & videbis quãto minor sit cęteris seminibus semẽ istud euãgelij. Sed illa cũ creuerit, nihil mordax, nihil viuidum nihil vitale demonstrat, sed tenię sunt omnia arachnearũ telę, sine capite fabulę, & merę nugę. Hec aũt doctrina quę primum herba erat, iam arbor est replẽs terram, & quę lapillus erat, iã mons magnus est pręparatus in vertice mõtium, qui eleuatur indies supra omnes colles, & fluũt ad eũ omnes gẽtes. Ambro. Granũ hoc prima frõte specie sui paruũ vile despectũ, nõ saporem pręstans, nõ odorem. At vbi teri cęperit, statim odorem suũ acrimonia exhibet, & tãto feruoris calore succẽditur, vt mirũ sit in tam friuolis granis tãtum ignem fuisse conclusum. Cũ succum eius sumimus, vultu cõtristamur, frõte cõtrahimur, ad lachrymas promouemur, & ipsam salubritatẽ corporis nostri cũ quodã flectu austeritatis accipimus. Namq; & agnus cum amaritudinibus iussus est mãducari. Mãdata enim cęlestia quãdam amaritudinem pręse ferũt: puta nõ habendas binas tunicas, nõ peram, nõ calciamẽta. Amaritudo ista sermonũ salus est animarum. Dicitur aũt dominus Iesus granũ, quia cibus est vitę. Dicitur & flos, ratione puritatis, passibilitatis, odoris, decoris, & fructus qui florem cõsequitur. Vocatur & platanus iuxta aquas, vt magnitudo eius explicetur & amęnitas, &

3.Regũ.19. Matth.22 1.Cor.2 Hierony. Esai.2. Ambrosi⁹ Exo.12 Matth.10. Eccl.24.

fructuũ

fructuū exuberātia, per singulos videlicet menses, pferēs fructū vnum & folia eius ad sanitatē gentium Apoc. 22. Refert Plinius lib. 12. Cap. 1. De platano ad hunc modū. Nūc est platanus clara in lycia, sociata gelidi fontes amœnitate, itineri apposita domicilij modo cana. Octoginta atq; vnius pedū specu, numeroso vertice, & se vastis protegēs ramis arborū instar agros lōgis obtinēs vmbris. Vide eum. De sinapi autē ita dicit Plinius lib. 20. Cap. 22. Sinapim Pythagoras principatū habere ex ijs quorum sublime vis feratur/indicauit, qm nō aliud, magis in nares & cerebrū penetret, & iuxta Lucam, ardēs erat cor illorū duorum cū granum illud tereret ipsum ante nares eorū. Stomacho vtilissimum contra oīa vicia pulmonibusq; Excreationes faciles facit in cibo sumptū. Datur & suspiriosis, sensusq; atq; sternutamēta capitis purgat, aluum mollit, vrinā & mēstrua ciet, & vuluarū conuersionē subitū excitat, odore aceto mixto. Hec & multa alia dicit Plinius de natura sinapis, vt nō absq; multa cōgruitate regnū ecclesię militātis ei simile phibeatur. Est igitur regnū cœlorum ecclesia militās, quę prius parua erat & vbera nō habebat, donec atteri cœpit persequutionibus tyrānorū; qui supra scādala dicti sunt & more ingētis flamē quo magis in eā perflauerūt vēti persequutionum vt eam extinguerēt, eo magis vim caloris sui explicabat dicens. Obedire oportet deo magis q̄ hoībus. Ad hec Augustinus. Granum sinapis ad feruorē fidei pertinet, eo q̄ dicatur venena expellere. Et hoc mō verū est, quod supra dixit Hieronymus q̄ fides prima frōte videtur esse minor cęteris dogmatibus philosophorū, quia nihil verisimile pponit credēdum, sed difficilia creditu, & q̄ remota ab intellectu, & ea quę tradit, sermone nō admodum culto. Ego inquit cum venissem ad vos, nō veni in sublimitate sermonis, annuntiās gratum illud mortuū & sepultū, a iritum iatis propter scelera nostra, quod tamē iam viuit potētia dei, vt sit a modo arbor illa de qua Dani. Cap. 4. Assumamus autē & nos pēnas colūbę, vt volitantes ad altiora, possimus habitare in ramis huius arboris dicamus q; cū spōsa, ascēdam in palmā, & apprehendā fructus eius. Canti. 7. Aliā parabolā loquutus est eis dicēs. Simile est regnum celorum fermēto: quod acceptū mulier abscōdit in farinę satis tribus, donec fermentesceret totum. Quoniā sicut dicit Hieronymus, turba nō vnius sentētię est, sed diuersarū in singulis voluntatū, ideo loquitur ad eā in multis parabolis, vt iuxta varias volūtates, diuersas reciperent disciplinas. Vnde illud. Tolles tecū ex oībus escis quę mandi possunt, & cōportabis apud te & erūt tam tibi q̄ illis in escā. Glosa. Potuit Noe diuinitus admonitus quā cuiq; aialium congrueret escam pręter carnes reperire & cōdere, & oībus vesci cogit fames, & nihil est quod deus suaue & salubre facere non possit, qui etiā vt sine cibo viuerēt, diuina facultate donaret. Sunt enī multa animalia quibus caro cibus est, quę etiā fructibus vescūtur, maxime ficubus & castaneis. Simile est inquit regnū cœlorum &c. Dicitur autē abscōdi fermētum, quia cum fermētum sit modicū respectu totius cōspersionis occulitur in massa, vt totā vi sua fermētet. Forte similitudo hec desumpta est ex Gene. Cap. 18. Accelera inqt o bona vxor & cōmisce tria sata similę, & fac subcinericios panes, grece apocriphos, vt qued ibi vocat panis secretus, quia sub cinere coctus, vocetur hic fermētū in corde cōspersionis. Satū iuxta Hieronymū sesquimodium capit. Ita sata tria sunt modij quattuor cum dimidio. Modi⁹ autē tertia pars est amphorę: ita tria sata faciūt sesqui amphoram. Amphora autē vt conijcere licet ex Mathęo, ea est quā vulgus cācatum vocat. Inducitur autē parabola hec ad id quod pręcedēs. Chryso. Sicut fermentū transmutat multā farinam virtute sua in virtute suam, sic & vos totū mundū transmutabitis, iuxta illud Matt. 8. Multi venient ab oriēte & occidēte, & recūbēt cum Abrahā Isaac & Iacob, in regno cœlorū. Nomine autē horū patriarcharum quorum deus peculiariter dicitur deus Exo. 3. Et alibi, intelligūtur quicunq; iusti quacūq; ex parte orbis venturi sunt vt fermētentur a calore viuido fermēti huius, quod & ipm cōfectum est ex grano illo sinapis, aut tritici iuxta Ioānem cap. 12. Bene ergo tria dicūtur fermētāda sata vt spiritus & anima & corpus in vnū redacta, nō discrepent inter se, sicq; impetrēt a dño quodcunq; petierint. Aliter, legimus in Platone tres esse in anima passiones Τὸ λογικὸν idest rationale, Τὸ θυμικὸν idest irascibile, Τὸ ἐπιθυμητικὸν idest cōcupiscibile. Et putat ille philosophus rōnale nostrū in cerebro, irā in felle, desideriū in iecore cōmorari. Accipiamus ergo & nos fermētum sacrarum scripturarum, & tres humanę passiones in vnum redigētur, vt in ratione possideamus prudētiam, in ira odium cōtra vicia, in desiderio cupiditatē virtutum. Aliter. Alij mulierē istam interpretantur quę fidē dei & hominis farinę tribus satis miscuit, credulitatē patris & filij & spiritus sancti. Cumq; in vnū fuerint fermentata nō nos ad triplicē deum, sed ad vnius diuinitatis pducet notitiā. Mulier hec immaculata virgo est, quę nō ex qualibet farina sed ex simila, tria sata fide sua cōmiscuit in cōfuse & in alterabiliter. In Christo enim iesu tres sunt substātię, vna eterna, altera vetus, tertia noua, quia nouum faciet Dominus super terram. Hec vnio tam in separabiliter facta est; vt discedēte anima a carne: verbum deus a neutra se sigeretur. Vocat autē Georgius Merula similam, delitias tritice farinę. Vere enim verbum caro delitię sunt generis humani. Potest autē dici iuxta Hilarium q̄ fermētum est Christus, qui abscōsus fuit in tribus mēsuris videlicet in lege in prophetis & euangelio, & ipse omnia vnum fecit, quia quod lex figuris ad vmbrauit. & prophetę pędixerunt, id dominus Iesus opere exhibuit, sicut scriptum est, oportet impleri id quod scriptum erat in lege & prophetis & psalmis de me. Ceterum sicut dicit Chrysostom⁹ Tria sata posuit dominus: ponens numerum determinatum pro indifinito, nisi q̄ verisimile est, palestinas feminas tanta cōmuniter fermētare farinam. Et dicebat eis. Sic est regnū dei, quēadmodum si hō iaciat semē in terra & dormiat: & exurgat nocte & die. & semē germinet & increscat, dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat primum herbā, deinde spicam, deinde plenum frumētum in spica. Et cū ex se produxerit fruct⁹, statim mittit falcem

Marginalia: Eccl. 24. Plinius. Idem. Luce. 24. Canti. 1. Actu. 5. Augusti. Esai. 53. Matth. 13. Luce. 11. Genes. 6. Chrysost. Logicon. Thymicō. Epithimicō. Hierony. Hieroni. Georgius. Hilarius. Luce 24. Chrysost. Marci. 4.

falcem, quoniã adest messis. Hec parabola fere eadẽ est cũ illa de bono semine. Sed hoc interest, q ibi fit mentio de tritico & zizania vel lolio (Cuius quãdiu in herba est, & nondum culmus venit ad spicã grãdis similitudo est cum frumento, & in discernendo fere nulla distãtia) hic autẽ de tritico tãtum. Et obseruãdum q ibi dormiẽte patre familię: lolia sunt superseminata, hic autẽ somnus nõ nocuit agricolę, qm diligẽtibus deũ omnia cooperãtur in bonum, & alioqui etiam dormiẽs vigilabat. Ita q quod sequitur: semẽ noctu interdiu p tacitis incrementis exurgit absq cuiusuis opera, ad illud referri quod diximus: omnia cooperari in bonũ hoi qui in pace in idipsum dormit. Imo iustus si ceciderit e iã septies in die, Prouerb. 24. Nõ collidetur sed resurget, domino supponẽte manũ ps. 36. Ita Paulus siue mãducatis siue bibitis siue aliquid aliud facitis. quod est iuxta Originem, siue vxoribus cõgredimini, oia in dei laudẽ facite. Quod autem dicit, terra fructificat natura dũ nescit ille: exponitur per illud, F sunt iusti atq sapiẽtes, & opera eorũ in manu dei, & tñ nescit hõ vtrum amore an odio dignus sit, sed oia in futurum seruantur in certa. Quis eñi certus est de sua salute suoq in melius profectu, qñ Paulus incertus est dicẽs, & si nihil mihi cõscius sim, nõ tamen in hoc iustificatus sum. Audi sanctũ Iob. Si iustificare me voluero, os meũ cõdemnabit me. Etiã si simplex fuero, hoc ipm ignorabit (Obserua verbũ ignorabit) anima mea. Et infra. Si lotus fuero aquis niuis, & fulserint velut mũdissimę man9 meę, tamen sordibus intinges me. Gregorius. Deus nos sordibus intingere dicitur, quia quãto ad illum veri9 per bona opera surgimus, tãto subtilius vitę nrę sordes agnoscimus, quibus ab eius mũditia discordamus. Bene ergo dictum est, vltro terra fructificat cum herba tũ & spicam & plenũ frumẽtum, qd est: quodcũq potest manus sua instanter operatur, id tamẽ nescit hõ, quia nescit vtrum odio vel amore digna sint opera sua. Verbũ autem illud, vltro terra fructificat, potestatem liberi arbitrij ostendit in hoie, nihil enim est beatificabile in hoie de per se, nisi sit voluntarium. E cõtra autẽ nihil ardet apud inferos de per se, nisi voluntas, quę cum posset, noluit. Hic est vermis qui nõ morietur. G Ocimũ, blitum, napus, eruca tertio die erũpũt, Anetũ. 4. Lactuca. 5 Raphanus sexto, cucumis & cucurbitę septimo. Nasturtium ac sinapis quinto Beta ęstate sexto hyeme decimo. Cępe. 19. Die Origanũ post. 30. diem. Omniũ difficillime apium, quadragesimo enim die cũ celerrime, quinquagesimo eñ maiore ex parte emergit. Ad hec Ambrosius. Primũ facit herbã, Exerit tñ frequẽter misericors deus mirabiles ritos suę opationis effectus: & quibusdam mentibus nõ expectata profectuum mora, totum simul quicquid collaturus est inuehit. In Abrahę lumbis leui sanctificatur, & simul cum eo domus Aarõ, & sacerdotalis ordo benedicitur, Heb. 7. In Isaac de repromissione cõcepto omnium gẽtium vocatio & tota christi forma precõditur. Iacob nullo merito suffragante priusq nasceretur eligitur. Hieremię dicitur, priusq te formarem in vtero noui te. Ioãnes int ra materna viscera exultat repletus spũ scõ: & vt nullus inter natos mulierũ maior eo sit, prius sentit initia gratię q naturę. Verũtamen multo numerosior parsilla est hominũ, cui particulatim quicquid superna largitas donat, accrescit: vt cõferendo suũ munerũ causę de his quę sunt collata pariãtur. Et statim agricola falcem mittit. Nõ enim oium vnũ est tempus metẽdi. H Sũt enim quidã qui paucis annis expleuerũt tempa multa, & hi sunt de quibus dicitur: hi vna hora fecerũt, & pares illos nobis fecisti: qui portauimus põdus diei. Lodouicus eps Tolosanus annorũ. 22. Demessus est, Agnes annorũ 13. Caterina annorũ duo de viginti, pancratius annos nactus. 15. Martyrizatur (Sed vndas numero) & illa, 144. Milia de quibus Apoc. 14. Sunt & alij & ipsi quidẽ pleni bonis operibus: sed nõ ante senectutẽ. Nam Abrahę annorũ 75 dicitur, egredere de terra tua, hoc est ingredere primos virtutis limites: siquidẽ ante hoc pręc. piũ qualis fuerit Abrahã ignoramus. Annorũ autẽ 99: dictum est ad illum. Esto irreprehensibilis. Annorũ, 175 vita functo: dicit de eo scriptura: mortu9 est Abrahã plenus dierũ idest meritorũ. Qm ergo nõ oium iustorũ mer ta vno & eodẽ tempore cõsummãtur, soli9 autẽ dei est nosse tps vnius cuiusq (moritur enim Maria primũ secũdo Aarõ: iubente domino vt intelligas q mors eius nõ fuit naturę sed gratię, & ipse Moses qui etiã eodem mortis generę obijt) recte dicitur, statim mittit falcem, qm adest messis. Cęterũ Helias & Enoch falcem vbicũq sint nõ euaserunt: sequitur. I Et talibus & multis parabolis loquebatur eis verbũ prout poterant audire. & sine parabola nõ loquebatur eis: vt impleretur quod dictũ est per prophetã. Aperiã in parabolis os meum: eructabo abscondita a constitutione mundi. Seorsum autem discipulis suis disserebat oia. Hoc vltimũ quod dicit Marcus, seorsum autem oia discipulis disserebat, ad illud refertur quod supradictũ est, vobis datũ est nosse mysterium Ac pro inde dicũt aliqui q in his. 5. parabolis pręcedẽtibus & tribus sequẽtibus cõtinetur totus ecclesię decursus a tempore quo cępit euãgelium prędicari vsq ad cõsummationẽ sęculi: intererat autẽ apostolorum hęc oia ad plenũ intelligere, vt pote qui lux erãt mũdi & sal terrę. Cęterũ populo crasso in parabolis loquebatur: propter causas superius expositas. Vt impleretur quod dictum est, ps. 77. Propheta est Asaph. Aperiã in parabolis. Hieronymus. Cõsiderandum attẽtius & intelligendum, in hoc K psalmo describi egressum israel de ęgypto, & oia signa narrari, quę in Exodi cõtinentur historia. Ex quo intelligimus vniuersa illa quę scripta sunt, parabolice esse sentiẽda, nec manifestam tãtum sonare litteram: hoc enim saluator innuit dicẽs, eructabo abscõdita a cõstitutione mũdi. Oibus igitur omnia fiebat dñs vt omnes lucraretur: & iuxta prouerbiũ, polypi (Si ita loqui licet) mentem obtinebat. Namq & Dauid aliquãdo simulauit stultitiam ferebat enim res 1. Regũ. 21. Qui habet aures audiendi audiat. Simile est regnũ cęlorũ thesauro abscõdito in agro, quẽ qui inuenit hõ abscõditi, & pręgaudio illius vadit & vendit vniuersa quę habet, & emit agrũ illum. Ager in quo est thesaurus oibus obuius est; thesaurũ vix vnus videt. Ita licet omnes audiãt in euãgeliũ

nõ tamen

Margin notes: Roma. 8; Cantic. 5; Origenes; 1. Cor. 9; 1. Cor. 4; Iob. 9; Gregori9; Eccle. 9; Malach. 1; Sap. 4; Gene. 12; Genes. 25; Num. 20; Marci. 4; Matth. 13; Hieronim; Matth. 13.

...nē oēs obediūt euāgelio Rom. 10 Imo multis thesaurus hic carbones sunt, alijs scādalum gētibus ...na stulticia. Quid enim seculari hōi stultius, q̄ dāno presentium eterna sed futura mercari bona? ...maxime cum de illis bonis dicatur, q̄ oculus ea nō vidit, nec audiuit auris. Tamen si illa cōsiderent ...nobis promissa sunt ab illo qui mētiri nō potest, vilescēt animo oia que habētur in terra, que oia ...ulus noie stercorū cēset. Hilarius. Hic quidē thesaurus gratis inuenitur, euāgelium enim vbiq̄ pre... ...icatur, sed possidēdi huius thesauri in agro potestas, nō potest esse sine precio, quia cœlestes diuitie ...sine dano seculi possidetur. Vadit igitur & vēdit oia. Ad studiosum aūt ptinet nō solum opari, sed ...delectabiliter opari, charitatis gratiā generati habitus, operari ardua licet, cū delectatiōe, iuxta illud, ibāt gaudētes. A...iste illud, Agat ia...gentissime & gaudenter ibat ad carcerē. Thesaurus itaq̄ hic quantum

A ego sapio, denarius est ille, qui datur in sero diei cultoribus vinee. De quo Gregorius. Si consideremus que & quāta nobis promittantur in cœlis, vilescūt animo oia que habētur in terris. Ita dicit Paulus, q̄ raptum quidem, vidit ea...ne thesaurū situm nescio in corpore an extra corpus positus. Vt Christum lucrer, oia iam arbitratus veluti stercora. Nec tamen necessum est vt hūc compares thesaurū oia vēdere quod propriū est apo[stolorū]. Siquidē Abraham: Dauid, Iosaphat Ezechias Iozias diuites fuerunt, & cū diuitijs thesaurum hūc simul possederunt. Dixit tamē Dauid, quid mihi est in cœlo? Et a te quid volui super terram? ergo & rex iste oia dedit pessum propter nescio quem thesaurū quē in spe habebat in cœlo. Dixi propter nescio quem thesaurū; siquidem oculus nō vidit eū, nec in cor hominis ascēdit quid sit thesaurus iste, qui possideri potest, explicari nō potest. Augustinus. Quantum est, quale est? Quid est illud quod parasti mihi in cœlo? Et a te quid volui super terrā? Seruas tu mihi diuitias immortales teipsum, & ego volui a te in terra quod habēt & impij: aurum & argentum, gēmas, familias, quod habent scelerati multi. Hec pro magno desideraui a deo meo sup terrā, cum seruet se mihi in cœlo deus meus?

B Ego inquit protector tuus, & merces tua magna nimis. Genesis 15. Et quāti venit merces ista, hic thesaurus? Egredere de terra tua &c. Zacheus aūt dimidio bonorū suorum thesaurum istum emit vel agrum in quo latet. Namq̄ iuxta Augustinum thesaurus iste diuersis emitur pretijs, & ad illum emēdum nullus pauper. Dicamus & nos; ad illū emēdum oēs sumus pauperes: nō enim sunt cōdigne passiones momētanee huius tēporis, vt pro illis iuste cōmutetur thesaurus hic, qui replebit in bonis desiderium nostrum. Quid est ergo: pre gaudio illius vēdit oia? Omnia vendit, qui oia veluti stercora reputat comparatione thesauri huius. Nam de multis scriptum est: villā emi, habe me excusatum, quinq̄ iuga boum emi, habe me excusatum. Vxorem duxi, nō possum venire. Inuētum inquit thesaurum abscōdit. Gregorius. Depredari enim desiderat, qui thesaurum publice portat. Nō sum inquit sicut ceteri &c. Intellige ergo mecum, quomō orāti pharisæo (sed oratio eius facta est sibi in peccatū) assistebat satanas, & depredabatur oia bona que ille incaut' inter exectādum enumerabat, vt qui diues templum ascenderat,

C pauper cecus & miser domū sit reuersus. Hoc est quod superius dictum est, venit diabolus, & tollit verbum de corde ipsorum quia nō abscōderūt tantum thesaurum in corde: sicut dicitur de virgine Cecilia semper euāgelium christi gerebat abscōditum in pectore suo. 14. q. 5. Siquid. Talis erat lex tēpore quo Christus docebat. Inuēto thesauro a casu in agro alieno, dimidiū erat inuenientis vel reperientis. Vt ergo totū possideret: agrum emit. C. lib. 10. De thesauro L. nona. Ceterū verbū hoc de inuēto, vel repto thesauro Andreas nō seruauit ad lrām, sed thesauro repto, inuenim' inqt o fr̄ Messiā Xp̄m dominū.

Marginal notes: 1. Cor. 2. — Hilarius. — 2. Eth. — Gregorius — ps. 72. — 1. Cor. 2 — Augustinus — Gene. 12 — Augustinus. — Rom. 8 — Psalm. 102 — Luce. 14 — Gregorius — Luce. 18.

Caput. xxi. Parabola de hoie querente pulchras margaritas & de sagena missa in mare congreganti pisces ex omni genere que etiam a domino paucis explicatur.

D Iterum simile est regnū celorū homini negociatori querēti bonas & pulchras margaritas. Inuēta aūt vna preciosa margarita, abijt & vendidit vniuersa que habuit: & emit eam. Quicqd diximus de thesauro, id dictum puta de hac cœlesti margarita, que tm̄ valet vt a solo deo estimari possit. Est enim illud vnum & summe necessarium, & in se, q̄ solus deus habet necesse esse, & nobis quia sine illo beati esse nō possumus. Parū dixi, sine illo, semper miseri erimus pauperes & ceci. Inuenta inquit vna, vēdidit oia & mercatus est eam. Nec tamē sibi visus est factus pauperior, q̄ iam nihil haberet pristinarum possessionum, cum cōscius esset se habere & possidere margaritum, quod quanlibet exiguū, tamē oium terrenarum possessionū pretium superaret incōparabiliter. Oia inquit vēdidit Paulus. Ois enim qui in stadio currit, ab oibus se abstinet, & illi quidem vt corruptibilem vnionē accipiāt, nos aūt eternam margaritam, quā nemo estimare potest nisi qui accipit. Carbunclū gēmam possedit quidam Nonius senator, ob quā ab Antonio proscriptus fuit, qui hanc gēmam e fortunis suis secum detulit, sestertiū: 20. milibus estimatum hoc est, aureis nris quinquaginta milibus. Dubiū ne maior Antonij luxuria fuerit, propter gēmam hoiem proscribētis, an Nonij contumacia, potius proscribi passus, q̄ vnā perderet gēmam. Et hic igitur pro vna possidēda margarita oium detrimentum fecit, &

E hec iusta prouerbium vitrea. Si igitur tanti potuit estimari vitrum, quāti celeste margaritum? Gemmarum olim tāta fuit autoritas, vt Polycrati Seu ro Samio insularum ac litorū Tyrāno felicitatis sue quā nimiā esse fatebatur ipse, nec talius est [illegible] vnius gēmem voluntario dāno videretur, si cū fortune volubilitate paria faceret, planeq̄ ab inuidia eius abunde se redimi putaret, si hoc num voluisset.

Marginal notes: Luce. 15 — 1. Cor. 9 — Apoca. — Nonius. — polycrates

dolnisset. Assiduo ergo gaudio lassus profectus nauigio, in altū anulum mersit. At illum piscis eximiæ magnitudine regi allatus esc vice rapium vt faceret ostentum in culinā dni rursus fortunæ infortunatis manu reddidit. Hic tamē Tyrānus breui post modū super lignū in mōte edito pependit, nō enim dederat pauperibus sua vt margaritū emeret celeste; sed fortunę Hierony. O quātis sudoribus hæreditas aliena exoritur. Minori laboe margaritū Christi emi poterat. Hierosolymis Acotius quidam ex eminenti parte templi se precipitaturus (vrgebat enim vis hostium) luce inquit hęres meus esto: si me cadentem exceperis. Ruens autē suo lapsu hęredem peremit oneri sub eūtem ipse ꝑseruatus est. Legimus apud Budęum, Cęsarem margaritam vnam centum 50. milibus aureis emisse, vt donaret adultere. Minore igitur laboore margaritum celeste ēmi poterat. Quis enim tm̄ reliquit pro amore christi, quātum hic vni donauit meretrici. Sanius fecit qui dixit, pęnitere tanti nō emo. Plinius lib. 9. Cap. 35. Duo fuere maximi vniones per omne æuum: vtrūq; possedit Cleopatra ęg. ptiregina tum nouissima ꝑ manus orientis regū sibi traditos. Hęc cū exquisitissimis quotidie Antoniū saginaret epulis, superbo simul ac procaci fastu: vt regina meretrix, lauticias eius omnēq; apparatū obtrectans, quęrētę eo, quod astrui magnificētię posset: respōdit vna se cęnacenties sestertia absumpturā. Cupiebat discere Antonius, sed fieri nō posse arbitrabatur. Ergo sponsionibus factis, postero die quo iudiciū agebatur, magnificā alias cęnā ne dies periret sed cotidianā Antonio apposuit: irridēti, cōputationem q; expostulāti. At illa corollariū id esse, cōsumpturāq; se ea in cęna taxationē cōfirmans, solāq; se centies sestertium cęnaturā, inferri mensam secūdam iussit. Ex pręcepto ministri vnū tātum vas ante eā posuere aceti, cuius asperitas visq; in tabē margaritas resoluit. Gerebatq; auribus tum maxime singulare illud & vere vnicū naturę opus. Itaq; spectāte Antonio quid nam esset actura detractū alterum mersit: ac liquefactum absorbuit. Iniecit alteri manum Sed L. plancus iudex paratā alterā simili modo absumere, prohibuit, victūq; Antonium pronūtiauit homine irato.

F

G

Iterū simile est regnum cęlorum sagenę iactę in mare, & ex omni genere piscium contrahenti. Quā cum impleta esset, educētes: & secus littus sedētes, elegerūt bonos in vasa sua: malos aūt foras miserunt. Sic erit in cōsummatione seculi. Exibūt angeli: & separabūt malos ad medio iustorū, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentiū. 23. q. 7. C. 1. Cœlorū regnum inquit Gregorius id circo terrenis rebus simile dicitur, vt ex his quę animus nouit, surgat ad incognita quę non nouit, & per ea quę visu didicit, quasi cōfricatus incalescat: vt per hoc quod scit notum diligere: discat & incognita amare. Incognita quidē iuxta Augustinum diligere nō possumus, si oīno ignoramus. Dixit tamen Gregorius incognita pro inuisis, aut incognita in cōceptu proprio. Quia licet omnis creatura sit peregrina similitudo dei: quę enim participatio quod symbolum est inter lucē et tenebras? Nihilominus tamen inuisibilia dei per ea quę facta sunt intellecta conspiciuntur, suntq; scalę quędam, per quas ascēdimus in qualē qualē noticiam illius summi boni: de quo dicitur, ego ostendam tibi omne bonum. Creaturę autē vel sunt cisternæ quę continere nō valēt aquā, vel sunt (quod verius est) stillæ situlę iuxta Esaiā Cap. 40. Stillę autē quomōnos ducūt in noticiam oceani, nō video, nisi aliquibus lincibus, qui sciunt ex vngue vnico, totius leonis molē coniectare. Phidias ex vngue leonis cōspecto, totum leonem effinxit, quasi totum vidisset. Sic Pythagoras Herculani corporis mensuram ex Pisano stadio quod Hercules suis pedibus fuerat metatus rōcinatus est. Medici ex vnius arterię pulsu de tota hoīs valetudine iudicant: & cauda de vulpe testatur. Et illud, seruasti bonū vinum &c. Dicit ergo Simile est regnū cęlorum. Augustinus. Multi reprobi miscētur bonis, & vtriq; tanq; in sagenam euāgelicam colliguntur, & in hoc mūdo tanq; in mari vtri ꝑ inclusi retibus, indiscrete natāt, donec perueniatur ad litus vbi mali segregētur a bonis. Vnde Dauid. Annūciaui & loquutus sum multiplicati sunt super numerum. Hęc annūciatio Matth. Cap. 3. Cępit, dicēre Ioānes: pęnitentiam agite. Dicit autē hugo, referēte Alexan. de Ales. 4 p q. 68. q dominus soluēs pęnitētem a culpa, ligat eū vinculo perpetui odii eiusdē peccati, quę tamē obligatio ligat ad semp sed nō pro semper. Sagena autē hęc iuxta Hieronymum ex lineis veteris & noui testamēti cōtexitur, & vsq; hodie in medijs huius sęculi fluctibus tēditur, cōpręhēdēs quicquid incidit e fundo entium est, ideō bonos & malos pisces, cetos grādes & reptilia quę inuicem vorant facientes in homines sicut pisces maris. Boni innumerato sunt videlicet, 153 Ioan. c. 21. Mali sine numero sunt: dicēte dño, nescio vos. Nō ergo includeris sagenę fiducia libere delinquamus, & more cęterorū vorēmus inuicem, quia nō omnes quos sagena trahit (vel vnā vel sex tantem ex asse) piscatorū vasa recipient. Augustinus. Super ps 64, Mare in figura dicitur sęculum, salsitate amarū, procellis turbulētū, vbi hoīes cupiditatibus peruersis facti sunt velut pisces inuicem se deuorātes. Quis optat hereditatem, nisi morte alterius? Quā multi vt emāt, optāt alios vendere res suas? Quomō se inuicē opprimunt, & qui possunt deuorant? Et cū deuorauerit vnus piscis maior minorē, deuoratur & ipse a maiore. Testudinis quomō capitur verno tempore. O piscis male predā vis de paruo preda efficieris magno. Nos autem qui iam intra retia sumus, gaudeamus, quia id quod videtur captiuitas libertatē pariet, retia enim quę nos ceperunt, perducent ad litus. Vos igitur qui boni pisces estis, tolerate malos, retia nol rūpere, cū illis estis in mari, nō cum illis eritis in vasis. Sane piscatores illi sunt quibus dictū est, faciā vos piscatores hominū. Matt. 4. Interest autē q pisces etiā nescientes cōprehenduntur a sagena homines autem non nisi volētes, sed nec volētis nec currētis est capi, sed dei miserētis, qui trahit vel attrahit quos vult. Est igitur pręlicator similior piscāti cū arundine & hamo linee inserto, ibi enim piscis [illegible] hamū voret, non capitur. Sed qui volens cepit escā, nolens capitur ab hamo. Nescit tamen piscator quem piscem prensurus est, sicut scriptū est, in verbo tuo laxabo rete. Prędātur autē illi quorū tangit deus corda (1. Re. 10)

Exo. 33.

Lucianus.

Psalm. 39

Alex. Ales

H

I

Matth. 25

Augusti.

K

Rom. 9.

Luce. 5

De quarū

De quorũ numero erat ille, in cuius ore erat didrachmũ, Matt. 17. Qui pręcepto dei hęsit hamo Petri. Piscator igitur indifferenter malis & bonis piscibus verbũ dei proponit, nec ĩn est in potestate eius q̃s capiatur ad vitam, sed ille capietur, quem deus (volẽtẽ tamen) reti induxerit, vel esca pellexerit. Id ostẽdamus exẽplo. Cũ piscaretur aliq̃ndo Antonius triũm vt nihilq; capere posset pñte Cleopatra, angebatur. Iubet igitur piscatores clam submersos hamo quẽ demiserat pisces ãtea captos appẽdere. Per hunc modũ bis vel ter prĕda capta, nõ latuit ægyptiam admirari illa primum cępit ficte, deinde amicos rogare vt spectatores fierent eius miraculi. Cõueniunt frequentes postridie, scaphas conscendunt, demittit hamũ Antonius: piscatur q̃s nõ in solita arte. Regina vero cum bis aut ter celeriter Antonius iã pisces extraxisset, suppositicios, quendã ex suis prçuenire iubet, hamo q; Antonij piscẽ sale & fumo iã olim seruatum affigere. Antonius prędam a suis appensam ratus, arundinem sustulit, admirati primum omnes: inde re cognita, vehemẽter risere. Tunc Cleopatra comiter, relinque imperator inquit calamum nobis, nõ enim hec tua prĕda, sed vrbes: littora, reges nationes. Piscabatur itaq; Antonius, sed suppositicios pisces, alias luderet & ipse op amcum Petro, Luc. 5. Impleta igitur sagena ecclesię ex omni natione quę sub cœlo est, Apoc. 7. Id quãdo erit solius trinitatis beatissimę nosse est) Tunc canente tuba illa cęlesti & nouissima: angeli quibus hoc officiũ delegatum fuerit congregabunt electos simul & re ꝓbos a summis cęlorum &c. Matth. 24. Conclamabunt vasa: Et ouibus statutis ad dextram iudicis, siue raptis obuiam christo in aera, mali mittentur in caminum ignis, vt torreantur ꝑpetuo, iuxta quod scriptum est, transibunt mali ab aquis niuium in quibus vagabantur & habebant refrigerium suum, aut iuxta Luc. 6. Consolationẽ suam, ad calorem intolerabilem. Ibi erit fletus, sed inutilis, quia melius illis fuerat natos nõ fuisse. Intellexistis hec oĩa, dicũt ei etiam. Ait illis. Ideo oĩs scriba doct᷒ in regno cęlorum similis est hoĩ patri familias: qui profert de thesauro suo noua & vetera.

Historia.

2. Cor. 15.

1. Thes. 5.

Iob. 24.
Matth. 26

Cõclusio est inserta in oĩbus his pabolis, ea quę est, vt apl̃i intelligerẽt oĩa verba dñi & maxime sensum spiritualem harũ octo parabolarũ: ne qui futuri erãt lux mũdi & sal terrę: si dubia pro certis populis in prędicatione traderẽt & ipsi sicuti & pharisęi fierẽt duces cæci cæcorũ. Matth. 15. Cum igitur annuissent apostoli, subiecit & aliam similitudinem, qua hortatus est eos: vt hec & multo plura veluti apes argumẽtosę colligerẽt ex sacris litteris & reponerent in memorię pennario quo parati ores essent oblata occasione, depromere testimonia, siue pręmijs sit alliciendus auditor, siue supplicijs terrendus, siue de his quę sunt fidei erudiendus. Omnis inquit doctor vel scriba doctus. Grece, Μαθητευθείς, mathetethis, vt intelligamus ex discipulo factũ doctorẽ. Nam vt nemo recte imperat, nisi qui prius ipse paruerit imperio, ita nemo bene agit magistrum, nisi prius bonũ pręstiterit discipulũ. Hic igitur quibusmodi est, discipulus videlicet spiritus sancti, similis est homini patri familias. Cui cura incumbit alendę familię: qui debet habere multa reposita ꝓ imminẽtibus vel occurrẽtibus necessitatibus extra sportulã vel ratã portionẽ: & id vocatur thesaurus, in quo communiter sunt pecunię recens signatę & veteres. Pecunia vetus lex est Mosi: psalmi & prophetę, moneta noua testamentum nouum. Ex his aũt duobus rete suum cõponit bonus piscator, & implet thesaurum suũ doctus pręedicator, & seminat agrũ suũ sapiens seminator. Quod aũt scriptum est, nouis superuenientibus vetera projicietis, Leui. 26. Sẽsus est, pro agno immolate christum: & pro terrenis cœlestia suspirate bona, quę in illis terrenis pręfigurabantur (sicut gloria christi in vultu Mosi velato, Exo. 34) Ac proinde pręcessit, comedetis vetustissima veterũ. Prima enim & vetustissima promissio facta Abrę est: in semine tuo benedicẽtur oẽs gentes. Prima promissio facta hebręis illa est, Exo. 3. Ducã vos in terrã fluentẽ lacte & melle, & vtraq; tamen vnũ & idem significat videlicet vitam ęternam. Sunt ergo vetustissima promissa ante legem, sub lege vetera, in euangelio noua. Abijciamus igitur vetera quia carnalia sunt lac videlicet & mel, retineamus vetustissima, quę sola dei promissione tenebat Abraham & posteri sui cũ iure iurando: & in euangelio completa ex parte videmus: & complenda confidimus. Veruntamen & vetustissima & noua in veteribus pręfigurabantur, sicut scriptum est, ecce noua facio omnia, quod toties fit, quoties mysteria in lege abdita, in lucem eruuntur, a docto patre familię, cuius vox est in canticis. Cap. 7. Omnia poma noua & vetera seruaui tibi. Vt det inquit cibum seruis & familię in tempore suo. Matt. 24. Luc. 12

Prouerbiũ

Gene. 22.

Apoca. 21.

Sequitur. Et factum est cum consumasset iesus parabolas istas. Et cætera. Iste textus Mat. Cap. 13. Vsq; in finem capitis positus est supra lib. 4. Ca. 9. Et habet Marci ca. 6. Dicit aũt Theophila. Propẽ id q̃d hic dicit Matthęus: & scãdalizabãtur in eo. Oportebat sane magis glĩari q̃ tm̃ bonũ pr̃ia eorũ ꝓtulerit. Esto aũt q̃ hõ humilis fuerit dñs Iesus, an nõ & de᷒? Quid obstaret magnũ illũ i miraclis fieri? Cõ ꝓbãt igit̃ inuidi & insipiẽtes, & q̃ nihil aliud sapiebãt, nisi q̃d sibi erãt caro & nõ spũs. Seq̃tur Frẽs aũt habuit dñs & sorores Ioseph filios, q̃s genuit ex vxore frĩs sui Clope. Mortuo eñi absq; liberis Clopa Ioseph iuxta legẽ vxorẽ ei᷒ accepit, & pueros ꝓcreauit sex, q̃tuor mares fęminas duas, Iacobus: Ioses, Simõ Iudas, Maria quę dicebat̃ Clopa filia Clopa iuxta legẽ & Salomẽ. In ꝓlogo sup Ioãnẽ addit tertiã filiã: & vocat eas alijs noĩbus vz Marthã Esther, Salomẽ. Sed si Salome filia est Ioseph, quomõ est soror immaculatę virginis? Quomõ in quã est filia. S. Annę? Dicit doctor hic q̃ est soror virginis cognatione, quia est filia viri sui. Idem dicendum de Maria Clopę quam Ioannes Cap. 19. Expresse vocat sororem immaculatę virginis. Hec positio si vera est, Ioannes euangelista & christus dominus, non video quo gradu consanguinitatis copulentur ad inuicem. De hoc alij viderint. Certe non videtur improbabilis hęc positio. Cui tamen hęc non placent, diem dicant Fabro episcopo: ego iudex nolo esse, vnusquisq; in suo sensu abundet. Positio tamen ista ex diametro pugnat cum intentione Hieronymi qui asseuerat Iosephũ sanctũ virginẽ fuisse. Finis. Explicitur liber quintus.

Theophil.

Tunc accesse-

LIBER SEXTVs INCIPITVR.

Caput. I. De pharisęis notantibus discipulos domini, q manducarent panē illotis manib⁹, q merito reprehēdūtur de sua iusticia p̄ postera.

Matth. 15
Marci 7.

TVnc accesserunt ad eum qui ab hierosolymis venerant scribę & pharisęi: Marcus, & cum vidissent quosdā ex discipulis suis cōib⁹ manibus idest nō lotis mānducare panes, vituperauerunt. Pharisęi enim & omnes iudęi nisi crebro lauerint manus nō mānducant: tenētes traditiones seniorū, & a foro veniētes: nisi baptizentur, nō comedūt. Et alia multa sunt quę tradita sunt illis seruare baptismata calicū & vrceorū & ęramētorum: & lectorū. Et interrogabant eū pharisęi & scribę. Quare discipuli tui nō ambulant iuxta traditiones seniorū? Sed cōibus manibus manducāt panē. Matthęus. Nō enim lauāt manus suas, cum panē mānducant. Quod dicit & lectorū, lectos appellat Marcus spōdas vel ceruicalia in quibus accumbebant sumentes cibum, nō solum in quibus dormitur. Hec igitur oia scribę & pharisęi venerabile reuera ac suscipiēdum genus hoium qui soli sibi iusti ac sapientes videbantur non enim sanctescebāt: Sed erant sanctissimi. Frequenter lauabāt: & more hunc a deo superstitiose obseruabāt, vt etiā si fame discrutiarent, nō caperent cibum, nisi prius lotis manibus, vrceis & cęteris.

Fabet.

Faber. Vt suam auaritiam explerent hęc statuerunt. Nam qui manus nō lauisset manducaturus panē, d larus, repręhendebatur vt transgressor, & purificatione aliqua redimebat offensam. Vide lib. 5. Cap. 14. Aliqua bona de hac materia Iuxta quod dicit Hieronymus, licet alias vna quęq; gens habeat suas cōsuetudines (verbi grā) quia iberes omni loco canes alunt, Bachtri siquādo a morbo reualuerint canibus se obiiciūt, Sidones parētes deuorāt, excepto capite quod in aurant, Tibareni post vxoris partum ipsi per inde quasi peperint, reuincto capite cubant, Sauromatę inter pocula filias vendunt, Gordiū regem creant, qui sit corpulentior, persarū mos est inter pocula cōsultare, hec in quā cum sint propria singularū gentiū, viciū tamen publicę cōsuetudinis illud est. q in minimis sumus oculatissimi ante & retro: iani bifrōtes & Argi, cęterū in maximis negligentes, hoc est iuxta sentenciā saluatoris liquam⁹ culicem, camelū glutimus. Videmus festucam in oculo alieno, trabem nō videmus in nostro. Matth. 7. Horū figuram satis cōgrue gessit Dauid, qui a corde suo percussus est: quādo orā pręcidit clamidis regis Saul, peccatum reuera nō admodū grāde. Quādo autem occidit Vriā fidelem militem, & vxorem eius collocauit in sinu suo, nō est percussus (sed regibus licet quicquid libet) a corde suo, sed nunciati sibi mortem Vrię, dic inquit Ioab duci exercitus. Hec dicit rex. Nō te frangat ista rex. Nam ipsum Dauid vsq; adeo nō fregit, vt morte Vrię vel maxime sit gaudio affectus. Et addens peccatū pctō: misit statim & tulit & duxit quā polluerat, trāslato videlicet luctu mariti, qui vt ego reor vno die finitus est cum alioqui fletus hic fuerit quasi ad nouercę tumulū. Quod tunc fit, quādo gestu dolemus, cūre gaudeamus. Nō enim cōsentaneū est, priuignum moleste ferre nouercę mortem. Et tamē officii causa nōnūq; ad tumulū illachrymat. Ita dicit mimus publius in simili, hęredis fletus sub persona risus est. Bethsabee ex muliere adultera facta & regis vxor, mirabile dictu, mater Salomonis imo & veri Salomonis

Hierony
Moles
Matth. 23.
Figura
Prouerbiū

Marci. 6
Luce. 1
Iob. 1.
Matt. 25

Ad hūc modum Herodes prophanas timuit ius iurādum, nō horruit tanti viri homicidium. De iustis aūt scriptum est. Luc. 1. Erāt iusti ambo ante deum: incedentes in oibus mādatis eius, sine quetela, hoc est dilecti erāt deo & hoibus Ecci. 45 Item illud. Dicebat enim. Ne forte peccauerint filii mei: ecce cauet maxima, & benedixerint deo in cordibus suis, ecce minima Cauebat in filiis peccata ope perpetrata, quę generāt mortem. Iacobi 1. Cauebat peccata in sola cogitatione. De hoc Eccs. Cap. 8. Vidi impios sepultos, hoc est sepulchra de albata (qñ quidē habētes nomē viuorū, mortui erāt Apoc. 3) Qui tādum viuerēt, in loco sancto erāt (idola abomināda) fulti tēporali dignitate, & laudabātur in ciuitate quasi iustorū operum, induti cōtra legis pręceptū vestem ex lino & lana cōtextam, Deut. 22. Dicitur siquidem de multis qui in loco sancto sedet: noster pręde cessor bonę memorię (prudens lector meū esto) quorum tū dominus nec memorerit per labia sua. ps. 15 Nec nostra refert inquirere quo pręcesserint successores suos isti pręde cessores, qui cū viuerent, in loco sancto erāt. Sed iā aperiamus cui ista pręmisimus

Matth. 24

Hierony.
Luce. 18

Hieronymus. Mira pharisęorū scribarumq; stulticia: dei filiū arguunt, quare discipuli eius hominū traditiones nō seruent. Nō enim lauant manus &c. O deploratā cęcitatem, & oradura. Quis hos censores ferat? Quis ve Moinis istis Argis etiam si sanctior sit pharisęo illo: qui nō erat sicut cęteri, ad plenū satis fecerit? Vitupauerūt inquit discipulos dñi, q manibus cōibus vescerentur pane, probrum cruce dignū. Proh superi. Quomō nō est aperta terra & deglutiuit homines, qui tatum flagitii perpetrarūt. Quod illud? Nū adulteri erāt, aut homicidę, nū cōpilatores aut blasphemi? Nō sed mānducabāt panem cōibus manibus. Nō lauāt manus. Notatur Cimō q loquebatur altius q̄ deceret principem. Paniculus

Abulensis

excreabat frequētius, Lycurgus de ambulabar demisso capite. Scipio stertebat inter dormiēdum: Cato vtraq; elitabat mādibula: Pōpeius vno se scalpebat digito, Iulius. C. male hoc est laxo cingulo ambulabat. Et tamen in his principibus satis multa erāt que digna erāt laude humana saltem, in hostes etiā in iunco nodum quęrunt. Et fortassis dns Iesus (iuxta Abulensem) de industria id fecit, & obliuionem immisit quibusdam ex discipulis, vt illotis manibus, ad mensam accederent, pręsentibus pharisęis, vt ansam haberet coarguēdi pharisęorum prępostetam iusticiam, qui sicut ad maxima crimina erant Talpę

ita admi-

ita ad minima erant Agri, eo res mortalium deuolutę sunt. Habebant autem Sacerdotes inter cętera templi ornamenta & labrum ęneum in quo lauabantur aggressuri ministeria templi: idque labrum speculis mulierum ornatum erat, Exodi Capite. 38. Vt siquid maculę hęreret in vultu, inter abluendum videntes abstergerent. Et hec erat tota eorum mundicies, dicente Synagoga vnum verbum, Nigra sum ecce interiora fileni, sed formosa: ecce exteriora. De ecclesia autem aliter dicit Spiritus sanctus. Nolite me considerare quod fusca sim, quia decolorauit me sol, inter coquendos lateres. Exo. Capite. 1. Ois enim gloria filię regis abintus. Psalmus Capite. 44. Sit licet & foris circumamicta varijs ceremonijs, quę sanctitatem quidem non faciunt tamen oportet habere testimonium etiā ab his qui foris sunt. Vt homines qui ea dūtaxat quę parent, vident, iudicare recte possint. Solus quippe deus intuetur cor. 1. Re. 16. Item illud Canti. 4. Quā pulchra es amica mea, quā pulchra es. Ecce exteriora. Absque eo quod intrinsecus latet, ecce interiorē & verā pulchritudinē. Et tamē pharisęi nisi crebro lauerint manus panē nō māducāt, anime enim nulla cura: quorū interiora plena erāt pestibus mille. Iste cū audissent ex ore Iudę: peccaui: & cętera. Quid dixerūt? Quid nra id interest? Tua certe referebat, videre quid faceres, mutare cōsiliū tibi nō licet cū detrimento alterius. Denique tradēres dnm Pilato tanquā reū mortis, ipsi (si deo placet) pretoriū ingredi nō audēt, vt nō cōtaminarentur: sed sctificati, māducarent suū pascha prophanū cōtaminaturi potius pretoriū, si ingrederētur. Vide eorū amentiam singularem. Aliud certe genus baptisma tis inducit ppheta dicens, lauamini, mūdi estote &c. Esai. 1. Chryso. In extremā ego lapsus miseriam, ne desperes. Et si nanque in habitū venisti, & quasi in ipsam naturā vitij, ne timeas. Propterea nāque non colores euanidos: sed subiectis fere cōsubstātiatos in cōtrariū dixit statū vēturos. Si fuerint inquit peccata tua vt coccinū, quasi nix dealbabūtur. Cęterū circa cultū corporis multos legimus morosiores: nō nullos aūt incuriosos. Iulius C. referēte Tranquillo, adeo morosior erat, vt nō solū tōderetur diligenter ac raderetur, sed velleret etiā, quod & matronę quędā apud nrātes nō raro faciunt, vt placeāt hoibus, nā deo, nra nō refert diffinite. Itē de Othone. Faciē cottidie rasitabat, ac pane madido linebat, idque instituit a prima lanugine ne barbatus vnquā esset, idest ne hō vnquā esset. De Aug. C. Ita refert. Adeo erat ois lenocinij negligēs, & in capite comēdo incuriosus, vt raptim cōpluribus simul tōsoribus operam daret, eoque ipso tēpore aut legeret aliquid, aut etiā scriberet. Vides tātus princeps quāti fecerit mūditiam corporis. Transgrediuntur inquit traditiones seniorum. Augustinus. Ad discendum nulla mihi ętas sera videri potest, quia & si senes magis deceat docere quā discere, magis tamen discere decet, quā quid doceant ignorare. Sed isti non causa doctrinę cōueniunt magistrum, sed vt de traditionibus hominum arachnearum telis, lana caprina litem excitent, terram miscentes coelo. Forte autem eius modi farinę multas traditiones habebant cuiusmodi C. Cęsar proposuit Romano populo. Prima constitutio: vt vberi vineatum prouentus bene dolia picarentur. Altera nihil equę facere ad viperę morsum quā taxi arboris succum. Mirum si non instituit homo prouidus, si Coelum rueret, quid faciendum. Lycurgi filius togatus de paucitate legum ipsius inquit, eos qui non multis vtuntur verbis, neque multis legibus indigere. Nihil grauius dici potuit. Non enim multis traditionibus opus est, sed vnum tantum est necessarium. Denique cum apud Anacharsum percrebuisset, Solonem leges describere, quo populum regeret, operam eius & studium vehementer irrisit, quippe qui existimaret se iniurias ciuium ac cupiditates litteris coercere posse, quę nihil ab arachnearum telis differrent. Sed quemadmodum illę sic hę ex captis animalibus debiles ac imbecilles detinent, a potentibus autem atque locupletibus rumpūtur. Id ita esse audi. Cū Alexander postquā Clitum amicissimum sibi ira precipiti iaculo confecisset, noctem sequentem nūc vociferans, nunc lamētaos fęuis exegisset luctibus, ipsius ęqualeea veriti silentia, iacebat enim elinguis, nullis editis vocibus, in cubiculū irrumpunt. Cum autem Vates Aristander tum in somnio Clyti tum alijs et prodigijs ea iam pridem ex fatorum serie obtigisse memorasset, tantus Nebulo, sedari non nihil dolor visus est. Cęterum Anaxarchus alia vsa aggressus est. Hiccine inquiens, hic est Alexander, quem cum orbis terrarum perspectet: is more mancipij luget abiectus, hominum leges & ignominiam reformidans, quibus ipse se legem & iustitię metam constituisse debuerat, per illam quam victor obtinet maiestatem? Non autem inanis cuiusdam glorię cupiditate victum, seruilem animum induere. An ignoras inquit pro inde fas iusque cōminus assidere Ioui, vtque quicquid Reges perpetrauerint, licere iustumque esse? Hac vsus oratione Anaxarchus adulatione plena, ęgrum Regis leuauit animum, & calcaria adhibuit ad similia patranda, hoc est gladium tradidit furioso. Stultissimus autem virorum Alexander, si sidem prestitit tanto blacteroni. Patet ergo ex dictis, humanas constitutiones nil aliud esse quā arachnearum telas. Ceremonię autem vnde dicantur vide Valerium Maximum libro primo, Capite primo. Nam quod dicit Alexander de Ales & alij eum sequuti: non possum persuaderi id illos sero dixisse. Transgrediuntur inquit traditiones seniorum. Traditionem inquit παράδοσιν. Nec enim queruntur de omnibus, sed de vna dumtaxat paradosi. Si autem precepta iudęis data per Mosen, precepta non bona vocantur Ezechie. Capite vigessimo. De ipsis arachnearum telis quid sentiendum sit video. Hieronymus. Non dixit, dedi eis precepta mala, sed non bona, non enim sequitur, hoc non est bonum, ergo est malū. Quod si ceremonię legales non bonę erāt quid est quod pharisęi calumniantur apostolos: quasi institutionum humanarum transgressores? Chrysost. Non bona dixit hoc est nihil magnum ad virtutē cōferētia, vnde subiunxit, iustificationes in quibus nō viuent. At qui superius dixerat, quę faciens homo viuet in eis. Viuet, quia nō occidetur tanquā legis trāsgressor, morbos pestes effugiet & bellorum incursus, & bona terrę comedet. Nō viuent aūt, quia lex nihil duxit ad perfectum. Heb. 7. Et iuxta Chrysost. Talia precepta data sunt eis, vt eorum licentia cohiberetur, qui

Canti. 1.
Figura.
1. Timo. 3.
Matth. 27.
Chrysosto.
Tranquil.
C. augusti.
Augusti.
C. Cęsar.
Lycurgi filius.
Anacharsis.
Luce. 10.
Alexander.
Anaxarch.
Hierony.
Chrysosto.
Chrysosto.

retur, qui in oĩa mala pruerãt. Et si vera si pharisęi seruassent quod eis mãdarat Moses Deut. Cap. 4. Nõ onerassent miserãpl ebẽ tot traditionibus inutilibus, vt merito Petrus legẽ iugũ vocet intolerabile. Nõ addetis loquit ad verbum quod vobis loquor, neq; auferetis ab eo. Isti igitur leuiora traditionũ suarũ ad vnguẽ seruabãt, grauiora nec digito attingebant. Erat & locus Romę vbi cautum erat, ne alicui despuere liceret, qđ ibi sacra quędã diis eet occulcata, adeo plena sunt oĩa humanis institutis: & diis dæmonijs. Nõ lauãt & quis manus. At qui scriptum est Deut. Cap. 25. Nõ habebis domi diuersa põdera, aliud ad accipiendũ, aliud ad vendẽdũ. Gregorius. Scimus q valde claudit oculũ cordis amor priuatus. Sũt enĩ multa quę nos cõmisimus, quę id circo nobis leuiora videntur, q̃a oculis clausis nobis in nr̃a deceptione bl dimur. Quo fit, vt & nr̃a grauiora leuiter & proximorũ mala leuia grauiter iudicemus. Dignus est morte qui hoc fecit, hoc aũt dixit Dauid, nesciens q cõtra se sententiã ferret, at postq̃ audiuit, tu es ille vir qui fecisti hoc, nõ confirmauit sentẽtiam dicens fixũ esto quod loquutus sum: sed appellationẽ interponit dicens, peccaui dño. Vere ergo dixit Gregorius: priuato nos amore diligimus (id aũt fons est oĩum malorũ) & diuersa penes nos habemus põdera. Sed ad rẽ, Athenienses habebant optimas leges, quas quia optimę, Romani mendicauerũt ab eis, cęterũ ingenia habebãt barbara. Vnde factũ est vt nõ ingenia legibus, sed leges deseruirẽt ingenijs, sicut dicitur de Lesbia regula. Ita iudæi dura ceruice legẽ quidẽ a sęculo cõfregerant, imo ante cõfregerũt q̃ ad eos ferretur Exo. 32. Cõstitutiones aũt suas ad vnũ faciebãt obseruari a populo, in eis prorã & puppim sanctitatis metitę cõstituentes. Et cũ propria vinea nõ cęderẽt iuxta prouerbiũ, siquidẽ magistratus & alienę vitę cẽsores in primis suos suorũq; vitã corrigunt, discipulos dõ virga Mercuriali & cẽsoria notabãt neglectę religionis Vere dixit sapiẽs, statera dolosa abominatio est ante deũ. Prouerb. 11. Glosa, Vel pecunię vel iudicij, vel dum quis melio a sua bene gesta q̃ proximorũ iudicat, sicut pharisęus ille, & malegesta leuiora. Vel, q bona agit in publico, mala in occulto: accusat de riso solutiore vxorẽ, cũ forsan ipse vim intulerit alienę, imponit onera, quę nec digito tangit. Trãsgrediuntur traditiões seniorũ. De his senioribus vide Num. 11 Hi iuxta Nicolaum ab illo tẽpore semp permanserunt in populo israel: & instituebãtur p impositionẽ manus & residebãt in hierusalẽ. Fiebatq; ad eos recursus (Vide alias fabrũ) in ambiguis (Deut. 17.) & difficilibus quæstionibus, quarũ decretũ vim legis habebat, quam transgredi nefas erat. Hi statuebant multa ad cõmunẽ populi vtilitatẽ, quorũ vnum hoc erat ad honestatẽ pertinẽs, lauare manus &c. Et obseruat q cũ dicũt, q̃re discipuli tui &c. Nõ hoc inquirũt velut volẽtes scire, vtrũ nã pbabilem aliquã causam Christus pro illorũ excusatione afferret; putabãt enim nullã nec vel saltẽ apparentẽ posse adduci, sicut si dicatur alicui, quare adulteriũ perpetrasti: Dñs igitur Iesus nõ ferens tã improbã de re nihili cauillationẽ, percutit illos acriori comminatiõe, ac suo eos funiculo ligat. Imo inquit, quare vos trãsgredimini mandatũ dei propter traditionem vestrã: Nã deus dixit, honora patrẽ tuum & matrẽ, & qui maledixerit patri vel mr̃i, morte moriatur, Vos aũt dicitis. Quicũq; dixerit patri vel matri, munus quodcũq; ex me est, tibi proderit: & nõ honorificabit patrẽ suum aut matrẽ. Et irritũ fecistis mãdatũ dei propter traditionẽ vestrã. Marc. 7 ita dicit. Vos aũt dicitis. Si dixerit hõ patri vel matri, corbã quod est donũ qđcunq; ex me tibi profuerit, & vltra nõ dimittitis eũ quicq̃ facere patri aut matri, rescindẽtes (abrogãtes) verbũ dei per traditionẽ vestrã quã tradidistis: & similia huiusmodi multa facitis. Hierony. Falsam ergo calumniam vera responsione cõfutat. Et licet multos potuerit impingere lapides nempe non, sed quingentos, oam loquit similia multa facitis, vnico tamen deiecit fortes istos Golias spurios, & deiecit eorũ cõtriuit in ore ipsorũ. Cęterum textus iste prout iacet, ordinari nõ potest, sed est oratio hiin absoluta ac pro inde multipliciter exponitur a multis. Sciendũ primo q corbã vel carbam donum significat hebreis, sed id tãtũ quod in tẽplo offertur, vel tẽplo dicatur. Vnde & locum in quo huiusmodi dona seruabantur Corbanã vocabãt teste Hieronymo. Quidã igit̃ ṽba hęc, munus quodcũq; filio tribuãt qui sic loq̃tur patri. Donariũ qđ ex me vẽturũ erat in corbã idest Gazophylatiũ tẽpli, id eorũ cõsumetur in tuos vsus, tibiq; iuuãdo impẽdit, nimirũ fraudato tẽplo. Ideo ergo dicit pharisęis, vos aũt dicitis, q illi docerent liberos ad eũdẽ modũ loq parẽti q̃ patre dũ metu sacrilegij abstinebãt ab ijs quę videbãtur donata tẽplo, penuria cõficerẽtur, atq; ita q̃d impẽdẽdum erat iuuãdis parẽtib⁹ lege naturę et Mosaica id in lucrũ cedebat sacerdotũ, ppt suã traditionẽ. Alij referũt hec ad pharisęos, q his verbis terrerẽt creditorẽ, grauãtẽ soluere q̃d deberet! Nã arte id agebãt pharisęi, vt si quis debitor esset, vnde vel ob inopiã vel ob potẽtiã nil posset extorqueri, creditor pecuniã eã cõsecraret Corbonę, iãq; iuse exigẽdi trãstulerat ad illos, qui debitorẽ terrebãt adhuc modũ. Tu pecuniã deo dicatã apud te detines, & in profanos cõsumis vsus qđ tẽplo cõsecratũ ẽ, atq; ita fraudabatur creditor pecunia. Verũ hic sensus nõ facit ad honorẽ parẽtũ, nisi forte creditor illã pecuniã daturus erat parẽtibus. Est aũt sensus: vt filius dicat, quidquid tẽplo dicauero, id prĩ impẽsum est, nẽpe deo q loquit̃ apud Malachiã, si ego pr̃, vbi est honor meus! Atq; ita irrisum parẽtẽ destruat. Põt aũt textus sic legi. Quicquid muneris a me pfectũ erat, id in tuũ v̄titur cõmodũ, & nõ honorificabit prẽm suũ aut matrẽ nempe filius sic edoctus a vobis. Hierony. Pharisęi puertẽtes iura naturę, docebãt filios vt dicerẽt ad parẽtes, qui filios cõueniebant vt eos alerẽt, & redderent beneficia senibus quę paruuli & in cunis agẽtes acceperant. Donũ qđ altari sum pollicitus: & in tẽpli dona promisi: si tu a me accepis cibos, vertetur in eius refrigeriũ, atq; ita fiebat; vt cõfectis egestate parentibus, sacrificiũ offerrẽt filij, qđ sacerdotes vorarẽt. Quõcũq; exponas, sensus est q parẽtes fraudabãt a dimẽso suo, opa & fraude sacerdotũ. Ambro. Sup Lucã. Pasce parẽtes. Et si pauetis mrẽ, adhuc nõ reddidisti dolores, nõ cruciat⁹ q̃s pro te passa ẽ.

Nuo obsequia

Marginal notes: A Ba. 15. Matth. 23 — Gregorius — 2. Reg. 12 — 2. Reg. 19 — athenienses — Hiere. 2 — Prouerbiũ — Nicolaus. — Matth. 15 — Hierony. — 1. Reg. 17. — Corban. — Cap. 1. — Hierony. — Theophy. — Ambros⁹

Margin letters: F, G, H, I, K

Nō obsequia quibus te illa gestauit, alimēta quę tribuit tenero pietatis affectu immulgēs labris tuis vbē ra, nō reddidisti famem quā pro te illa tolerauit, ne quid quod tibi noxium esset ederet, ne quid quod la cti noceret, hauriret. Tibi vigilauit, tibi fleuit, & tu illam egere patieris? Si nō donasse extraneis graue est, quāto grauior excludere parētes? Sed dicis, te quod eras parētibus collaturus ec lesię malle conferre. Nō quęrit deus de fame parentū. Dicit pharisęis dñs, vos quare dicitis parēt. bus quos lex pręce- pit honorari, manus quodcūq; &c. Idest cū petat aliquid ad sumptū egens pr̄ aut mr̄ a filio, quia lege timens, excusationē nō dandi requirit, dicere solet, munus quod ex me est tibi proderit, vt dicatā Deo pe. uniam, pr̄ religiosius accipere formidet. Sed hec traditio hoium est excusationes obtexentium auari- tię suę. Nā si iuxta diuinum oraculū cōtumelia parētis morte luitur, quāto magis fames, quę morte gra

Exo. 20.

A uior est. Quo loco dñs insolētem infrenat iactantiā. Multi enim ve pdicētur ab hoībus, ecclesię cōfe- runt, quę suis auferunt, cum misericordia domestico progredi debeat pietatis officio. Ita p iudęi dñi ho- minū traditionē sequebātur, dei negligebāt, discipuli qui loti a dño erant, manus nō lauabant. Vno em baptismate christus oīa soluit baptismata. Ad hec Plato. 11. De republica, Cuius ergo pater aut mater vel horū parētes senio cōfecti quasi thesaurus quidā domi iacēt, is putet nūq altud sibi tale simulacrā magis q̄ efficax domui suę affuturū, si recte vt decet ab eo colitur. Nā Edipus cōtemptus a filijs, eā il- lis imprecatus est: quę exaudita effectaq; adeo apud oēs feruntur. Nihil enim imprecatione parētis nō soluta perniciosius filio. Nemo vero cum parentes ab eo contemnuntur, eos nō solum putet, adeo ora- tiones eorum exaudiri, sed cum etiam honorantur, ac ideo cum letiores bona liberis a dijs petunt, exau diri eos similiter existimare debemus: atq; ideo nobis equa inde distribui, aliter dq; ni si non essent, qd absit. Hec ille. Pietas vel maxime cōmendatur in ciconijs: quę parentes grate fessos alant, iuxta prouer

Plato.

B bium Antipelargim. Honos his serpentium exitio tantus, vt in Thessalia capitale fuerit occidisse, ea demq legibus pęna quę in homicida. Plinius. Quod Plato moltorum meminit, non mireris. Gentilis em erat de quo alias latius. Subijciamus orationem legatorum Romanorum ad M. Coriolanum ducem Vols- corum, quem Romani patria pepulerant. Si adem ae ioi na ma quod e bi aspirat moderari, & fortuna parce vti: cogitanti q̄ res omnes mutationem habent, nec aliquid in eodem permanere diligit. Sunt em dijs excellentia omnis odiosa: & vbi ad arcem illius elationis venerint, vertuntur rursus in nihilum. Ne- mini enim mortalium dij futurorum scientiam vt haberent dedere certam. Nec inuenies ex omni quo sui res omnes ex sententia venerint. Ita p si sapis: hominem prius expecta q̄ incipias, nec tantum alterum quod euenire velis, sed quod sit quo p pter sententiam euenturum. Primum ergo missi sunt ad eum legati. 5. Secundo decem. Tertia sacerdotes plurimi & illa trissimi. Quarta igi ur vice veniunt matro- nę Romanę multę quidem cum infantibus, precedente eas Veturia matre Coriolani eum & Volūnia

Historia.

Sabellicus

C vxore cum duobus paruulis. Miratus est vero Coriolanus mulierum audaciam: q̄ ausę essent sine ho- minum custodia ad vallum hostium venire cum illęs: ac pudoris a opinionis rationem non facientes, in- fectis hominibus videri, ne p metu in periculorum ęstimantes dum modo consulerēt patrię. Deni p ma tre cum cętera intra vallum recepta, atq; iam sedente, Coriolanus a se ade adiecit, haud o portere ra- eus locum se altiorem habere q̄ matrem ne p veti potestate se aduersus eam illa. Deni p orationem ha- bitam ad filium talē fine Veturia clausit. Odij principat? Romani custodes, date pias pulchras q̄ Mar tio cogitationes, & vt nuper adueniente me, secures depo uit, & hastā sellam remouens a tribunali po- suit, cętera q̄ omnia quibus lex ornat imperatorios magistratus, clarum omnibus fecisse volens, q̄ se alijs quidem imperare, matri vero subesse conuenit: sic nunc ipse me honoratam circunspectam q̄ fa- ciat elargiens q̄ communem patriam, pro infelicissima me felicissimam fęminarum omnium demons- tret, sic p ęquā nichil. p est, filij gentoue eo volui matrē, nūc etiā & aliū humilē habitū p salute pa- D trię mihi tertiā q̄ tolerabo. Et hęc dicēs, seipsam pricit humi: atq; complexis manu vtraq; pedes Martij filij deosculata est. Cadēte p ea, matronę cęterę exclamauerunt omnes vlulatum alēti & longum. Qui vero erāt in cōsilio Volscorum nō pertulerūt veritatem aspectus, auerterūt se ab eo. Ipse vero desiliens de sella, circūcadens q̄ mrī, erexit eam de terra Pauli spirantē, atq; cōplexens, Multas q̄ effundens la- chrymas: dixit. Vincis mater nō felicem victoriā, nec tibi, nec mihi seruantē pietam. Me vero piū charita- tis p plenissimū filium pdidisti. Breui enim post hec lapidibus obrut? est a Volscis. Dixit autem mater, referēte Val. Max. Lib. 5. Cap. 4. Expugnasti & vicisti irā meā. Patriā, precibus huius admonitus cuius vtero cōceptus sum te q̄uis merito mihi inuisam vtero huic dono. Caterū Nero monstrū humani ge- neris mortis terricus matris, pdere eā statuit. Et cū veneno ter tentasset, sentiret q̄ antidotis premunitam lacunaria quę noctu sup dormiētē laxata machina deciderēt pauit. Hoc cōsilio p cōscios parū celato, so lutile naue. cuius vel naufragio vel camerę ruina periret cōmentus est. Sed vt eā nando euasisse comperit inops consilij, Lucium Agerinum libertum eius incolumem eam cum gaudio nunciantem, obiecto clam

Val. M.
Suetonius
Nero.

E iuxta pugione, vt percussorem sibi subornatum, arripi constringi q̄ iussit, matrem p occidi, quasi depre- hensum crimen voluntaria morte vitasset. Adduntur his atrociora: ad visendum interfectę cadauer oc currēs (pij filij auertite aures, oculos claudite) cōtrectauit mēbra, alia vituperās, alia laudās, siti q; interim ob orta, bibit. Nec tamē sceleris cōscientiam quā q̄ & militum & senatus populi q̄ gratulationibus cōfirmaretur, aut statim aut vnq̄ postea ferre potuit, sępe cōfessus exagitari se materna specie, verberibus furiarū ac tędis ardētibus. Vnde eo viuēte, visa est Romę statua eius a cōopera deligata: simul p titulus Ego qd potui: Sed tu culeū meruisti, dicēte lege, q̄ sustulerit prēs vel mrēi, morte moriat. Ad hec Plato 10. De re publica. Si quis Atheniēsis sacrilegus in deos, aut parētib? imoriger? vel prię pditor deprehēsus fuerit, hūc lex q̄ ex patto orat docti a educatus p, a maxima scelere non abstinuit (obserua verum

Platonis, maximũ scelus) sanari nõ posse existimet, pena huic mors, malorũ minimũ, vituperatus autẽ vt exẽplo alios iuuet, extra fines pdatur. His enim qui insanabiles sunt, satius est mori q̃ viuere, ac si vita priuetur, dupliciter prodesse ceteris, nã horum exẽplo ceteri terrentur, & improbis hoibus ciuitas mũdatur. Et infra. Quicũq; parẽtibus aut auis inferre man⁹ ausus fuerit: nec superiorum indignationẽ deorũ, nec inferiorũ supplicia veritus, sed quasi nesciat que sint dicta a priscis hoibus dispiciens, preuaricatoris vltimo vt expietur supplicio eget. Mors aũt vltimũ nõ est, sed extrema magis sunt inferorum supplicia que licet verissime narrẽtur, auertere tñ huiusmodi aios nequeũt. Qm̃ si auerterẽt, nulli qui parẽtes pulsarẽt vnq̃ reperirentur. Ita dicit Origenes sup leuiticũ. Nomẽ pris grãde mysteriũ est, & nomẽ matris arcana reuerẽtia est. Pris ministerio in carne natus es, labore etiã matris curaq; & ministerio nutritus es. Nullo ergo genere aduersus eos habẽdũ est certamẽ, nec verbo quidẽ, ipi viderint. Quãtũcunq; deseruerimus obsequii, nõ dum reddidimus vicẽ gratie qua geniti sumus fortassis & eruditi, & honestis artibus instituti, & ipsis autoribus agnouimus deum: & ad ecclesiã dei venimus. Propter hec oia honora parẽtes, & q maledixerit eis moriatur. Leui. 24. Hoc est eadẽ pena plectat qua & q nomẽ dei blasphemauit. Ad hec Plinius lib. 7. Cap. 36. Pietatis exẽpla infinita sunt, sed Rome vnũ, cui cõparari cũcta nõ possunt. Humilis in plebe & ideo ignobilis puerpa supplicii causa carceri inclusam mrem cũ impetrasset aditũ a ianitore, semp excussa nequid inferret cibi, deprehẽsa est vberibus suis alens eã. Quo miraculo salus matris donata filie pietate est, ambe q; ppetuis alimẽtis, & locus ills eidẽ consecratus est dee templo pietatis extructo in illius carceris sede. Videsq; merito pharisei tanq̃ de genere filii Cham & non Abraham notantur, q cum ipsi primum mãdatum secunde tabule darent pessum, consulentes auaritie sue, discipulos Christi mordebant, q scita seniorum parui ducerent, vnde audierunt iuxta Marcũ. Relinquentes mandatum dei, tenentes traditiones hominum: baptismata vrceorum & calicum. Bene reiicitis mandatum dei vt traditionem vestram seruetis. Quod q̃ perfricte frontis sit nemo non videt. Vnde audierunt quod sequitur.

Origenes. Plinius.

G

Caput. ij. Vocantur hypocrite: vt pote quorum omnis gloria a foris erat, cum cor sit fons & origo omnium malorum: parum autem aut nil confert ad anime mundiciam manducare lotis manibus.

HYpocrite bene prophetauit de vobis Esaias dicẽs. Populus hic labiis me honorat: cor aũt eorũ lõge est a me. Sine causa aũt colũt me: docẽtes doctrinas: mãdata hoium. Principio sciẽdũ hypocritas duplices esse, nã alteri induta persona se se alios mẽtiũtur, de qbus dicitur, intrinsecus aũt sunt lupi rapaces, nã ad extra oues sunt. Alteri quibusdã mẽtitis coloribus facta delibuta, simili mentiũtur id qd nõ sunt: demoliẽtes facies suas. Est aũt tertiũ genus eorũ q pallorẽ induũt & sanctitatẽ simulãt ieiuniis cõfecta facie. Ad vnum aũt hypocritã tria reqrunt. Primũ q malus sit. Secũdo q bonitati simulet in actu exteriori. Tertiũ q intẽdat p hoc gliam aucupari humanã: & p hoc tertiũ a ceteris pctõribus distinguit. Occultare em̃ pctm̃: nõ est malũ, sed false iusticie spẽm pre se ferre, vt inde gloriã veneris: id malũ est. Iustus em̃ imitat naturã, hypocrita aũt artẽ. Natura primũ format cor (id nunc supponimus) & ab interioribus pcedit ad exteriora. Ceterũ ars interiora nõ curat sicut p̃in picture, & huiusmodi est hypocrita. Vñ vere vocãtur sepulchra, & inde illa vsq; nimis curiosa sollicitudo abluendi cyphos &c. Idq; frequẽtissime, quibus biñ loris, se qui sanctiores se reputabãt reliq̃ plebe, ad mãducandũ aspides surde. Vnde Esaias. Oua aspidũ ruperũt: & telas arachnee texuerũt. Hiero. Vt eorũ venena sua mẽte suscipiãt, hoc de ouis. Et telas texuerũt, qbus muscas & culices & parua aĩalia capiẽt, fortia em̃ quasi p aerẽ vacuũ transuolãt. Arachneus ordit telas, tãtiq; operis materie vterus eius sufficit, siue ita corrupta alui natura statuto tpe, siue est intus quedam lanigera fertilitas; tã moderato vngue, tã tereti filo & tam equali deducit stamina ipso se pondere vsus. Texere amedio incipit. Circinato orbe subtegmina adnectens, maculas q paribus semper interuallis, sed sub inde crescentibus ex angusto dilatans indissolubili nodo implicat. Quanta arte celant pedicas scutulato rete ad capiendas muscas circa grassantes! Lib. 11. Cap. 24. Meditãtur quidem in lege domini die ac nocte, sed aniles fabulas mussitantes. Vnde qui de ouis eorum comedere voluerit, frangens reperiet putridum: & in ipso regulum. Qui enim prima fronte deceptus: oua putauerit gallinarum, si fregerit, inueniet regulum, aut aspidem iuxta symachum, vel viperam iuxta Aquilam. Igitur qui traditiones iudeorũ diligenter considerare voluerit, patenter inueniet in eis latere principem omnium serpentium diabolum. Hec ille. Hypocrite inquit. Queritur, num exemplo Christi liceat predicatori, notare iuxta Esaiam aliquos digito suo, exprimendo in particulari vicia eorum. Abulensis. Si predicator contendit cum aliquo verbis tantum, ad eius correctionem & non potest aliter probare quod opponit, vel se defendere; licet ei exprimere peccatum alicuius, si tamen notum est apud alios, & maxime q̃ id prodit, ad defensionẽ sui. Et ita in foro cõtẽtioso licet litigãtibus obiicere crimina (vera tamen, non conficta, quod malum malum est, nec tamen insuitatum apud vitilitigatores) & defectus in alterutrum: vt consequantur id quod intendunt, si tamen iustũ est, vt obiicere excõicationẽ: piuriũ, simoniã, vsuram. Tamen q obiicit tenetur probare, alias seruet ordinem frẽne correctionis. Vocantur igitur isti hypocrite: qui sua consulentes comodia: parentum honos non faciebant nauci. Aliud honoris genus, est illud De quo Genes. Cap. 9. Sem & Iaphet pallium imposue-

12. Dist. C. Omnia. Matth. 7

H

Hypocrita

I

Esai. 59.

Abulensis

K

Aduocati.

Genes. 9

imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerūt verēda pris sui, faciesq́ eorū auersę erant & pris virilia nō viderūt. Gregorius in dialogo. Libertinus monachus pcussus a suo abbate (ira gliscēte) scabello, vnde facies eius liuida & tumes facta est, Cū die sequēti cogēte necessitate foras egrederet̄ inquisitus vir sanctus de liuoribus faciei. heri (loquit) peccatis meis facientibus, in scabello impegi, atq́ hoc pertuli. Ita nec pris prodidit vitiū nec mendatij incurrit pctūm. Bene igitur pphetauit de vobis Esaias dicēs Populus hic in lege mea meditatur die ac nocte, cęterū cor eorū p usq́ bis diapasson abest a me Vnde hoc? Appropinquat populus hic labijs & ore deo, quia vnius dei cultū se habere gloriatur, & respuere idola, sed cor eius lōge abest ab eo, quia nō recipit dñm Iesum christū. Quid aūt si iudęi tale opinabātur se habere cor, quale erat cor Mahomad, de quo tradūt Agareni ad hunc modū. Pōderauerūt angeli cor Mahomad cum decē gētis suę cordibus, deinde cū mille, & maioris pōderis inuētū est. Dixitq́ vnus angelus ad alterū, si cum oibus cordibus ponat in altera parte trutinę, adhuc prępōderabit. Annorū enim q̄tuor cū esset, angeli apertis eius visceribus, cor extraxerūt & lotū intus & incute, reposuerūt huic pphetę satanico. Talia erāt iudeorum corda, quibus deus lapidea abstulerat, & reposuerat carnea. Id optādo dicimus, nā vide quid sequitur. Sine causa colūt me, docētes doctrinas, & seq̄tur appositiue, mādata hoium. Quare frustra? Quia abrogātes verbū dei, via suā iusticiā voluistis statuere. Pro irritū fecistis, qd' habz Marcus, Gręce est, ἀκυροῦντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, akyrūtes ton logon tu theu Est aūt akyrun proprie, detrahere authoritate, & irritū facere, quod aliqn fuerit cōprobatū. Vnde illud Esaię, Cap 1. iuxta. 70. Caupones tui miscēt aquā vino. Hierony. Lex Dei pura atq́ syncera & vt ita dicā mera veritate subnixa, violata est traditionibus pharisęorū. Ois quę doctor qui auctoritatē scripturarū p quā potest audiētes corripere, vertit ad grām, vt nō corrigat sed vngat, & aures prurientes delectet, vinū sanctarum scripturarū violat atq́ corrūpit sensu suo, cū e cōtrario dns aquas verterit in vinum, & tale vinū quod miret Architriclinus. Ioan. Ca. 2. Et conuocatis ad se turbis, dixit eis. Audite & intelligite. Marcus. Nihil est extra hoiem introiens in eū, quod possit eū coinquinare, sed quod pcedit ex ore coinquinat hoiem. Eadē Matthęus in sensu. Hiero. Quare ergo idolothitis nō vescimur? Et illud. 1. Cor. 10. Nō potestis bibere calicem domini & dæmoniorum. Dicimus q̄ ois creatura dei p se munda est, sed dæmonum inuocatio eam facit immundam. Et videmus ex vno sermone christi omnem superstitionem obseruationum iudaicarū fuisse elisam quę in cibis sumendis abominandis q́ religionem suam licam arbitrabantur. Vnde & Petro dictum est semel & secundo, quod deus sanctificauit, tu ne cōmune dixeris. Cōmune dicitur, quicquid lex vetat: & interdicit eius vsum. Chryso. Iudęis corpus mortuum vetabantur tangere, & pecude mortua videlicet vacca rufa mundabantur. Vnde apparet q̄ puerilis erat illa doctrina. Ad hec Augustinus. Machabęos cum ingenti admiratione suscipimus. 2. Mach. Cap. 7. q̄ escas quibus nunc licite christiani vtuntur attingere noluerunt, quia pro tempore illo non licebat. Simile est quod re est scriptura de ligno scientię boni & mali. Non enim lignum illud malum erat, cuncta enim quę fecit deus erant valde bona. Factum est autem mortiferum precepto dei. Ita intellige de cibis in lege prohibitis. De prohibitione carnium in ecclesia quęre iura ecclesiastica. Quod autem scriptum est Genes. Cap. 7. De animalibus mundis introduces septena & septena, munda hic ea sunt: non quę iuxta legem, sed quę apta sunt cōmuniter ad vescendum. Alioqui eo tempore nondum lata fuerat lex de animalibus mundis & immundis: nec forte ferretur si vitulum non adorarent. Exo. 32. Ad hec Augustinus. Non quod intrat in os. Hoc audiens carnalis, gulam parat voracitati; audit iustus, & a ciborum discernendorum superstitione munitur, sciens verissime a veritate dictum, ea tantum coinquinant hominem, quę ab ipso procedunt homine interiori. Auersus itaq́ dominus a pharisæis, qui nihil aliud captabant q̄ vnde illum calumniari possent vel in verbis vel in factis, conuocatis turbis ad se; dixit illud quod premisimus, non quod intrat in os cōmunem facit hoiem & impurum. Et cum introisset in domū a turba: Marcus. Interrogabant eum discipuli eius parabolam. Hoc dixerūt discipuli, quia post illa verba quę procedunt de hoie, coinquināt hoiem, subiecit dñs iuxta Marcum. Qui habet aures audiendi audiat, per quę verba dominus mystice se loqui alias insinuauerat. Luc. 8. Ideo apostoli parabolam opinabantur, cum sermo planus esset sicut dicetur. Matthęus autem dixit. Accedētes discipuli ei? dixerūt ei. Scis q̄ pharisęi audito hoc verbo scādalizati sunt? Quibus verbis illud videtur significare, q̄ siue loqueretur parabolice siue de plano: nihilo minus pharisęi offendebantur & merito, quando quidem non cogitantes nisi carnem quod ipsi erant, his verbis Dominus Iesus fere totam legem videbatur abrogare quę consistebat in cibis & potibus & in varijs baptismatibus & iustitijs carnis iuxta apostolum ad Hebr. Cap. 9. Quę omnia eodem capite, sanctum sęculare vocat, & imposita erant populo illi carnali vsq́ ad tempus euangelij, quando iuxta sententiam domini veri adoratores in spiritu adorant patrem: & veri Hebręi rationabilem exhibent Latriam. Roma. Cap. 12. Est autem scandalizare, dicto facto ve occasionem ruinę in peccatum alicui prestare. Facilius tamen scandalum nasci permittitur, q̄ veritas relinquatur, & maxime id temporis quando veritas pdicabatur a veritate Sūt quidā inquit Paulus qui vos cōturbāt: volētes subuertere euāgeliū dei. Chryso. At qui vnū aut alterū pręscriptū induxerāt pseudapostoli vt circūcisionē & sabbatū, sed moneta regia vel si parū mutiletur, totū nomisma adulterinū fit. Qui sabbato ligna colligebat, lapidat. Nū. 15. Qui arcā tetigit (2 Reg. 6) Quę in humeris eorū portanda erat. Nū. 7. Itē 1. Paral. 15. Et tu excusatione habitum putas q̄ dogmata cęlestia corrūpit? Si igit scādalizati sunt, nihil nr̄a refert, nr̄as ptes exeq̄mur, ad hoc veni in mūdum vt testimonium feram veritati, omnis qui est ex veritate audit vocem meam, ipsi qui in sordibus sunt,

Gregorius
Exemplū
μαμαρ
Ezech.36.
Rom.10.
Hierony.
Hierony.
Actu.10.
Chrysosto.
Num.19.
Augusti?.
Genes.2.
Abulensis
Leui.11.
Augusti?.
Ioan.4.
Gal.1.
Chrysost.

fordescat adhuc. Omnis plātatio quā nō plātauit pater meꝰ, eradicabitur. Ergo & illa quę plātauit Hieremias. Cui dictū est, cōstitui te sup gētes & regna, vt euellas & plātes. Ergo & illa quę plātauit Paulus, replēs euāgelio dei, puītias ꝗs pagrauerat ab hierl'm p circuitū vsq; ad mare illyricū Sūt autē illyrici Dalmatę, ad quos Paulus proficiscēs ab hierosolymis, pertrans eūdo Cęsaream, Sidonē, Seleutiā, Pieriā, Cilitiā: Licaoniā: Antiochiā: Pāphiliā, Lyciā, Cariam, Ephesum: Et hinc quoq; p varia ęgęi maris discrimina in Europā trāciēs, Lustrās Atticam Boetiā, Achaiā, Thesaliam, Epirū Apoloniā, Macedoniā quę iam illyricis appropinquat: deuenit. Absit, vt ea labores Pauli de quibus ipse gloriatur dicēs, abūdantius oibus laboraui eradicādi sint. Nā vide quid dicat post verba illa, ego plātaui. Neq; qui plantat aliquid est, neq; qui rigat, sed qui incremētū dat deus, dei aūt sumus coopera tores: & id quod per nos videt facere deus, ipse facit, qui opatur in nobis & velle & perficere. Phil. 2. Noie autē plātarū dominus, traditiones humanas intelligit, quę horti erant Adonidis, de ꝗbus Esaias Erubescetis sup hortis quos elegeratis, cū fueritis velut quercus de fluētibus folijs, & velut hortus absq; aqua. Peribūt igitur oēs institutiones quas hoies ad suū quęstū & gl'iam ex se se cōmenti sunt. Ac p inde. Sinite illos, cęci sunt, & duces cęcorū. Cęcus aūt si cęco ducatū pręstet, ambo i foueā cadunt. Hierony. Hoc est quod apostolus dicit Titū. 3. Hęreticū post vnam & alterā correptionē deuita: sciēs ꝙ subuersus est qui huiusmodi est. Chryso. Malū certe maliī est, siquis cęcus existat. Quod si talis quispiā existēs: nō solū ipse ductorē aspernetur, verū etiam ipse ducis locū retineat, vide ꝗ multiplex culpa cōtrahitur. Si enim piculosum est cęco duce carere, multo piculosius profecto erit, si alijs vidētibus ducis loco velit pręesse, quorū figuram verissime expressit Balaā ille, qui angelū non videbat, quē videbat asina. Magnū malū, sed nō infrequēs apud nrates. Cū nauta errat, modicū affert nauigātibus nocumētū. At vero si ipse gubernator, totius efficit nauigij pnitiē. Trūca aure vel manu parū nocet, at effossis oculis totū pear corpus necesse est, & maxime si abijciat cæcus ducē, sicut legimus de Sāsone. Sinite igitur illos, cęci sunt, verū iuxta prouerbiū cęci licet, si viā recte doceant, omnia quę dixerint vobis facite, scd'm aūt opa eorum nolite facere. Vnde illud Malachię. Cap. 2. Labia sacerdotis custodiūt sciam, & legē requirēt ex ore eius, quia angelus dñi est. Vos autem recessistis de via & scandalizastis plurimos in lege. Hierony. Custodiūt scietiā, vt dēt seruis cibaria in tpē suo, sicut Noe in arca, Genes. 6. Et legē requirēt &c. Quia officiū sacerdotis est, de lege interrogatū respōdete. Angelus enim dñi est, & dei ad populū nūtiat voluntatē. Vnde rōnale in pectore sacerdotis est, & in rōnali doctrina & veritas, vt discamus sacerdotē doctū esse debere, & pręconē dominicę veritatis. Vos autē cū deberetis esse duces in bono, facti estis scandalū & occasio delinquēdi populo. Melius esset vt huiusmodi ductoribus suspēderetur mola &c. Matt. 18. Respōdēs autē Petrus, dixit ei. Edissere nobis parabolā istā. At illi dixit. Siccine quoq; vos sine intellectu estis? Qui putatis me parabolice loqui, cū nulla sit in verbis meis parabola, Theophyl. Petrus quia sciebat legē prohibere esum omnium, & timebat dicere dño, ex his quę dixisti, offendimur, apparēt enim legi aduersa esse, simulat ignorantiam & interrogāt. Et dñs. Nō intelligitis: ꝙ omne quod in os intrat, nō potest eum coinquinare: quia nō intrat in cor hois, sed in vētrem vadit, & in secessum emittitur, purgans omnes escas? Hieronymus. Ex hac sentētia quidam calūniantur, ꝙ dñs phisicę disputationis ignarus, putet oēs cibos in vētrē ire, & in secessum digi, cū statim infusę escę p artus & venas & medullas neruos ꝙ fundatur, Vnde & multos qui vicio stomachi pptē sustineant vomitū, post cęnas & prādia statim euomere qd' ingesserint, & tn̄ corpulentos esse, quia ad primū tactū liquidior cibus & potus p mēbra fundatur. Et tn̄ qui hęc dicūt, nō ibūt inficias, cū huiusmodi liquescēs esca in venis & artubus fuerit digesta, per occultos meatus corporis quos Gręci poros vocāt, ad inferiora delabi, & in secessum mitti. Itaq; id quod impurū est, in vētrē vadit, nam multa sunt quę transeunt in substātiā corporis. Esto tn̄ ꝙ nō abiceret in secessum, nūꝗd ppterea aiam cōem faceret? Loquit tn̄ eis dñs scd'm iudaicā infirmitatē & ꝗbi io fide rudibꝰ, et ꝗ audire meruerūt, estis adhuc sine intellectu etiam Petrus cui pater reuelauit incarnati verbi sacramentum. Vnde Moses tanto tempore dicit esse immundos, quanto cibus intus manet in vespere autem iubet lauari & mundos esse, quasi tempus digestionis & egestionis dimetiēs. Considerandum tamen ꝙ cibus infusus ventri, habet partes aliquas terrestres, minus videlicet aptas ad nutrimentū, hasq; post decoctionem quę fit in stomacho, natura trāsmittit ad intestina, & inde per secessum dilabūtur. Cęterę subtiliores transfusę ad hepar, digeruntur, & aliquid ex eis in sperma transit, tempore quo natura potens tam in mare ꝗ fęmina sperma gignit: vocando large sperma sanguinem fęmineum ex quo formatur fętus. Reliquum illarum partium transmittitur ad venas, & inde per omnes artus corporis & transit in mēbra. Et siquid in hac vltima digestione superest, emittitur per nares, per saliuam, per sudorem, per poros vel per alias euaporationes, sed nō p secessum vllo modo. Quomōcunq; autē intelligas verbū dñi, id semper verū est, nō qd' intrat in os coinquinat hoiem, illū nēpe qui ad imaginē dei cōditus est, qui renouatur de die in diem, nam terrenꝰ homo, potius corrūpitur in dies & fugit velut vmbra. Iob. 14. Itaq; recapitulando, qd' in ventrē trāsfunditur, trifariam diuitur: pars enim per secessum, pars in carnē & sanguinē & semē transit, pars per poros sudores nares saliuasq; defertur. Quę autem procedunt de ore: de corde exeūt, & ea coinquināt hominem. De corde em̄ exeūt cogitationes malę: homicidia, adulteria. fornicationes furta: falsa testimonia: auaritia: nequitia blasphemię, dolus impudicitię: oculus malus: superbia stulticia. Omnia hęc mala ab intus procedunt: & coinquinant hominem: non lotis autem manibus manducare, nō coinquinat hominē.

Augustinus

Marginal notes: Apoca, 22 — Roma. 15. — 1. Cor. 15. — 1. Cor 3 — F — Chrysost. — Num. 22 — Iudic. 16. — Matt. 23 — G — Hierony — Exo. 28. — Theophy. — H — Hierony. — I — Matth. 16. — Abulensis — 2. Cor. 4. — K — 11 q. 3: Ca. Int' verba.

Augustinus. Quid si aliquis nō loquat, & tñ cogitet mala, dicēs in corde cū Esau: Venient dies luctus pris mei, & occidā frēm meū: Sed si in corde id tñ dixit, quis annūtiauit hāc cogitationē Rebeccę: alta enim sequitur. Nūciata sunt aūt hęc Rebeccę. Prauū est cor hoīs & profundū, quis cognoscet quę in eo gerūtur: Ego dñs. Ipse ergo potuit illā cogitationē reuelare sanctę Rebeccæ. Nō igitur refert an nominet furtū vel adulteriū ore suo quis, ecce enim adhuc in stratu suo tacēs, nec surgēs vt furtū faciat, vigilat tñ, & tēpus captat vt hoīes dormiāt: iā deo clamat, iam fur est: iā facinus de ore interiore processit. Quādo facinus de ore ꝓcedit: Quādo voluntas faciendi decernitur. Decreuisti facere: Dixisti. Dixisti: Fecisti. Decreuisti hoiem occidere: Dixisti in corde Adhuc viuit homo, & tu homicida punitis. Quid sis enim apud deum quęritur, nō quid nōdum apparueris apud hoīes. Silētiū est, & clamat pectus. Sed auribus cuius: Nēpe illius cuius verbū est, quid clamas ad me: Hieronymus. De corde enim exeunt cogitationes. Ergo aīę pricipale nō scd'm Platonē in cerebro, sed iuxta xp̄m in corde est. Et arguēdi sunt ex hac sentētia, qui cogitationes a diabolo immitti putāt, & nō ex propria nasci volūtate. Diabolus adiutor & incēsor malarū cogitationū pōt esse, autor esse nō potest. Sin aūt semper in insidijs positus, leuē cogitationem nrarū scintillam suis fomitibus inflāmauerit, nō debemus opinari eū, occulta quoq; cordis rimari, sed ex corporis habitu & gestibus existimare quid versemus intrinsecus Vt si crebro viderit nos pulchrā mulierem aspicere, intelligit cor amoris spiculo vulneratum. Quę igitur procedūt de corde fonte oīs mali, ea sunt quę hoiem bestijs assimulant, ps. 48. Vnde vocātur hoīes in scriptura multis bestiarū noībus, equi in saniētes propter luxuriā, Hiere. 5. Vulpes propter dolositatē. Matth. 8. Hirci, quia pugnaces. Danie. 8. Vel propter stulticiam: sicut habes in fabula æsopica. De cogitationibus prauis, Hiere. Ca. 4. Cōclusio Scoti in 2. Distin. 42. Cogitatio de obiecto illicito procedēs ex cōplacentia voluntatis in illo: post deliberationē: est peccatū mortalę. De oculo impudico, Gene. 39. Ibi post multos aūt dies. Et Dani. Ca. 13. De falso testimonio, 3. Reg. Cap. 21. De sancto viro Naboth. In hac enim historia tria occurrūt maxime obseruāda. Primā stulticia regis, qui anulū tradidit reginę, imo ferę atrocissimę. Secūdā reginę cor plusq; satanicum: quę tātum facinus cōmenta est cōtra virū vndiq; integerrimum. Tertiū leuitatē populi tam facile obsequētis regię iussioni iniquissimę. Adde quartum, q; inuēti sunt facile duo testes in illa ciuitate, qui vel pecunia vel precibus corrupti, testificarentur cōtra sanctū virū cū iureiurādo, vnde ille lapidibus obrutus eit, & vinea sua cessit regi. Themistius, Hęc est illa improbitas (loquitur de mēdatio) aduersus quā solum nulla datur custodia. Nā qd' vnicū habebamus cōfugiū nēpe iusiurandum, hoc ipso maxime abutitur vir perfidus, quod cōmisit malū facinus inficiendo. Ambro. Decubat lecto Achab, quia nō dedit ei vineam Naboth. Qz euidēter expressa est diuitū cōsuetudo. Contristantur: si aliena non rapiant, renunciant cibo, ieiunant, non vt peccatum minuant, sed vt crimen admittant, Et ecce Iezabel auaritia videlicet, adest presto dicens. Ego tibi dabo vineam. Tu tristis es: quia vis mensuram considerare iusticię, vt alienum ne eripias. Ego habeo mea iura meas leges. Quas: Falsa testimonia: mendatia & mille huiusmodi fraudes & technas, quibus per fas ne fas q; cougrego multa in malum meum: male enim parta, male pereunt. Salis enim onus non raro vnde venerat illuc abijt. Negotiator quidam nauem o nustam sale vehebat, nautis dormitantibus, in fluxu aquę marinę sentina vehementer ad aucta, & salem vniuersum soluit & corrupit, & nauem ipsam demersit. Itaq; quod ea aqua marina natum fuerat in eandem denuo liquefactum est. Phocion cum sibi ad populum dicenti parum fidei haberetur, dictorum suorum inuocat testem Alcibiadem. Hic autoritatem sibi non tam virtute, q; enutritę barbę prolixitate, graui supercilio laternaq; Laconita quęritabat. Alcibiades igitur cum vt populo assentaretur, veritatem negaret, continuo accedens propius Phocion, illiusq; barbam in speciem mulcendi apprehendens, q; deceret inquit hanc barbam & indumenta boni viri insignia priusq; mentireris deposuisse. Erat autem lex fori in regno Legionensi anno Domini. 1058. Ita dicens. Diruantur a fundamentis domus eorum qui falso contra aliquem detulerint. Nō lotis autem manibus & cętera. Nam Pilatus quidem manus suas lauit, sed inter nocentissimos illos Scorpiones, cor autem eius longe erat a iusticia. Solon cęnans apud Anaxarchum ita repertus est dormiens, vt manū dexterā ori, sinistrā pudendis teneret superpositā, & patet quare: De ore em̄ exeūt, & c̄

Gene. 27
Hiere. 17
Exo. 14.
Hierony.
Figura.
Ambrosi.
Prouerbiū
Phocion
Mentiri.
Matth. 27
Solon

Caput. iij. De mulier Cananea, cuius filia possidebatur a dœmonio, & sanatura Christo propter magnam fidem parentis.

ET egressus inde Iesus, secessit in ptes Tyri & Sidonis, Marcus: & ingressus domū, neminē voluit scire, & nō potuit latere. Matthę. sed Marcus, nā ecce mulier cananęa, Marcus, gētilis sirophęnissa genere Matthę. a finib. illis egressā: Marc. cui filia habebat spū; imūdū intrauit & ꝓcidit ad pedes eius: & rogabat eū vt dęmoniū eijceret a filia sua, Pricipio videt narratio Marci obuiare narrationi Matthęi, cum Marcus dicat cananęā dñm xp̄m intra domū cōuenisse, Matthęus aūt in via. Pōt dici id qd verū est, q; cananęa primū alloquuta ē dñm itera gdes, sed ille interi cū silētio domū egress. cū nō respōdisset ei vbū: egressa est illa post bonū pastorē Canicula enim erat, clamās obuixe secūdo, id quod dicit Matthęus, Miserere mei dñe fili Dauid filia mea male a dęmonio vexatur. Qui etiam nunc secūdo nō respondit ei verbum. Nunc requirendum quomodo chananęi cū essent e numero gētium quę iussę sunt stirpitus euelli de terra, adīo, ad huc supererant. Ita em̄ habes Nū. 33. Qū trāsieritis Iordanem intrantes terram Chanaam

Matt. 15
Marci. 7

disperdite cunctos habitatores terrę illius, cōfringite titulos, & statuas cōminuite. Siu autem nolueritis interficere habitatores terrę, qui remāserint erunt vobis quasi claui in oculis & lanceę in lateribus, & aduersabuntur vobis in terra habitationis vestrę, & quicquid illis cogitauerā facere vobis faciam. Vide ad hoc Iosue. 15. Item Iudi. Cap. 2. In fine. Habes aūt & Iudi. Cap. 3. Ad hūc modum. Hę sunt gentes quas dñs dereliquit, vt erudiret in eis israelē & oēs qui nō nouerāt bella chananęorū, & postea discerēt filij eorum certare cū hostibus, &c. Ad hec sciēdū q̄ hiram rex Tyri & Sidonis fuit amicus Dauid. 2. R. 5 Fuit amicus Salomonis. 3. Re. 5 Et ita māserunt semp̄ Tyrij & Sidonij cōfęderati iudęis. Iusserat Dñs Deut. Cap. 20. Iudęis vt nullū cum chananęis inirent cōmertium, id aūt iudęi seruare noluerūt, sed q̄sdā ex eis fecerūt tributarios, cōtra cæteros arma sumpserunt. Et quia tp̄e Salomonis regnum iudęorum erat in suo vigore: quicūq; residui fuerāt ex Chananęis facti sunt tributarij Salomoni. 3. Reg. 9. /2. Paral. 8. Nā philistęi chananęi erāt. Cæterū Tyrus & Sidō iuxta Hieronymū sup Ezech. 28. Vna prouintia erat. Esse autē decem Syrias: quarū tertia vocatur Phęnicia in qua est Tyrus & Sidon, dictum est. Luc. 2. Et inde mulier hec vocatur Syrophęnissa idest oriunda ex Syria phęnitię. Dñs itaq; pertęsus iudęorū pręposteram ac superstitiosam religionem, quippe quide manibus abluendis vsq; nimis sollicit. cō

P

Ioan. 4.
Actu. 10
Hieri. 14.

scientię mille inustę cauterijs nullā gererent curā, secessit a iudęa & trāsiuit ad gentes a quibus in spū & veritate erat adorādus, dicēte Petro, in veritate cōperi, q̄ nō est personę respectus apud deum. Venit ergo in fines Tyri & Sydonis, sed veluti furtiuus hospes: qui quasi colonus futurus erat in terra: & ne irritaret ociipedes illos: qui q̄m pro canibus & pestibus ducebāt Chananęos, molestissime laturi erant si doctrinā suam christus qui iudę⁹ erat, ad illos transferret. Quod autē dicit Marcus, eum voluisse latere, nec tamē potuisse. Nimirū canicula hęc sagax oderata est eū cuius nomē & vbera fragrant Cāt. 1. Ipse quidē speciē pię se tulit ho¹s quasi volētis latere (sicut alias fingit se lōgius ire) vnde domū secreto ingressus est, verū quod nō potuit latere, id nō per se stetit. Adeo enim bonus odor mirabilium suorū omnē morbū sanātis, aures & nares prouintię iudęę perculerat. Vt in odorem vnguentorū suorū currerent nō tantū vna regina Saba, sed multę ex adolescētulis circū ad iacētibus quorum vox est, traxisti nos post te, curremus. Harū de numero Cananęa erat, genere infami apud iudęos. Verūtamē potēs est deus de canibus sicut & de lapidibus excitare filios ibi Abrahę. Luc. ca. 3. Quod autē mulier hec sit filia Abrahę nō carne sed spū, sub indicat id Matthęus, dicens, Mulier hec a finibus illis egressa est, imitata Abrahā cui dictū est, egredere de terra tua, de cognatione & domo paterna. Gene. 12. Sic & Ruth vt inferetur populo dei de terra sua egressa est. Origenes. Mirū negociū, iudei psequūtur: & agnitū dominū occidūt extra vineam, alienigena hęret & approximat, de gētibus nouella plantatio. Mulier caput peccati: arma diaboli: expulsio paradisi: mō euāgelista efficitur. Nō est inquit bonū in actibus meis: nō enim dicere possum, memēto quomō ambulauerim corā te, ad portum cōfugio qui apud Ionā iumētorū misereris: miserere mei dñe fili Dauid. Dauid pater tuus homo iuxta coetuū (Actu. 13.) Hostibus suis nō semel clemēter indulsit: in morte eorū pias lachrymas fudit, sepelientibus eorū ossa grās retulit, seq; eos beneficijs affecturum repromisit, esto & tu domine filius tanti regis, electi a deo patre tuo iuxta volūtatē suam bonam beneplacentē & perfectam: & miserere mei secūdum magnā misericordiam tuam Cherubim a cōspectu domini tremunt in cælo, & in terra mulier nō formidat, instat iportunē, sed oportune valde, & vocē suā exaggerat dicens. Filia mea male a dęmonio vexatur. Vtinā defuncta esset inquit prius q̄ sic viueret. Mortua enim & sepulta transacto tēpore iam oblita essem vulneris mei & doloris. Nunc vero cadauer est semp̄ in domo mea: cuius cadaueris domus mea sepulchrū est, imo loco filię dęmonium habeo domi. Qui ex vobis patres fuerūt adiuuēt vba mea: quę matres lachrymētur vna mecū, quia nō sufficio explicare dolorē quē mulier ista sustinet. Nō iuit ad seductores, nō quęsiuit inanes ligaturas: sed accessit ad dñm Iesum, perit & obsecrat, & lamētum suū pducit in clamorē, & amator omniū deus nō respōdit ei verbum. Dixit dñs ad quēdam qui sui videndi maximo tenebatur desiderio. Zachęe festinus descēde, quia hodie in domo tua oportet me hospitari. Nunc vero toties vocat⁹ tacet fons vitę: & pius medicus abnegat medicinam, quē ouis errabunda de Cęlis attraxerat. Abneganti aquā, aquam viuam repromisit, huic autē miserę: nec verbo dignatur, cū alias samaritanā satis lōgo dialogo dignatus sit. Quid est hoc? Si fugiētes requiris, errātes reuocas: veniētes osculo excipis & cōplexu si ad petēdū incitas, & vt pulsemus hortaris (Luc. 11.) Si ostio astas & pulsas, & manū tuam aliquando mittis per foramē vt excites dormiētes & stridētes & cūctātes surgere ad aperiendū, si ad lōge positos clamas Prouer. 9. Si nollentes cōpellis, Luc. 14. Quare nō suscipis pulsantē mulierem? Ad hec Chryso. Nullū ego dico a salute sua desperare debere: & si ad vltimā oīmodis malis obsessus peruenerit senectutem. Quare? Si ira dei esset passibilis affectus, recte diceremus nō posse iam restringi flāmam, quę tot ac tantis peccatorū accensa sit malis. Cū vero impassibilem esse diuinam naturā diffinitio veritatis ostēdat, intelligere debem⁹, q̄ iā & si pęnas infert, nō hec cū ira passibili, sed cū ineffabili clementia facit medentis, nō punientis affectu. Ideo valde libēter suscipit pęnitentē. Euidentius aūt testimoniū nobis dabit rex ille impius Achab, qui cupiditatis quidē suę prędam vxoris nequitia quęsiuit, sed perturbatus ipsius sceleris immanitate, pęnituit: & cilitio circūdatus: facinus suum fleuit (atq; forte ficte) nihilomin⁹ aūt erga se dei clemētiam prouocauit. Et obserua quomō dñs in modū admirantis dicit ad Heliā, nōne vidisti Achab humiliatū coram me? Quasi diceret, cū esset rex, & in profundum malorū venisset, nihilominus sero licet, resipuit. Similiter vides in rege Babilonio, qui oēs sibi aditus salutis excluserat, p hoc q̄ se deū fecit, & qui prius summo deo credere videbatur, & in regno suo deum Danielis deū verū esse prędicari fecit. Et nō solum post hec hunc ipsum negauit, sed in tantam rursus insaniam deuolutus est

Q

Luc. 24.
3. Reg. 10.
Origenes.
Matth. 21
Esai. 36.

H

2. Reg. 10
2. Reg. 2.
Rom 12.

I

Luc. 19
Luce. 15.
Canti. 5.
Chrysost.

K

3. Reg. 21
Prouer. 18.

vt seruos

vt seruos dei qui nõ adorassẽt imaginẽ suam in fornacẽ precipitaret. Et tamen neq; ibi quidem curę eius
Dani. 3.
obliuiscitur miseratio dei, sed in ipso ignis incendio idest fornace eciã eum tibi nõ terroribus sed mira-
Figura.
bilibus mitigaret, Vidit enim in fornace cũ tribus pueris, quartũ similẽ filio dei. Et ne quis videns nõ vri
pueros, putaret phantasma esse nõ flãmas, quę videbantur, permisit exuri fornacis ministros, vt osten-
deret q̃ nõ solum vere ignis erat qui videbatur, sed erat preceptum dei ignis virtute validus. Talis est
igitur (mihi crede) erga homines misericordia dei, nunq̃ spernit penitenciã, si ei sincere offeratur. Id nisi
ita esset, nonne importunus improbus & morosus atq; in officiosus videbatur Abrahã in dialogo illo
Gene. 18
cũ dño habito vere admirabili, & clementissimã prę se fereas bonitatẽ dei: in quo Abrahã toties repli-
cat verba illa, si fuerint. 50. iusti, si fuerint 45, si fuerint, 40, si fuerint 30, & cetera. Et tandẽ si fuerint de-
A
cẽ iusti, nunquid nõ parces ciuitati propter decẽ? Et misericors dñs, quid inquit rogas, nũ parcam propt
decẽ? Circũ ite vias hierusalem: & cõsiderate, & quęrite in plateis eius, an inueniatis virum facientem
Hiere. 5.
iudiciũ, & propitius ero ciuitati propter vnũ. Deniq; quãdo nullus reperitur viuens iustus, cuius intuitu
ciuitati parcat, recurrit ad defunctorũ merita dicens, propter Dauid seruum meũ protegam ciuitatẽ istã
sed & propter me. 4. Reg. 19. Vide Deut. 3. Cap. Textum satis aptum huic proposito. Ibi, sufficit tibi.
Deniq; sancta ecclesia cuius typum sancta hec cananęa gessit, nouies quotidie replicat verbũ hu9 mu
lieris inter celebrandum sacramẽtũ sumę pacis cum dicit Kyrie eleyson, hoc est dñe miserere. Ipse est em
ps. 102.
qui propitiatur oĩbus iniquitatibus nr̃is, Doctor noster in 4. Distin. 22. Peccata semel dimissa nunq̃ re
uiuiscunt, merita vero mortificata persequens mortale restituũtur nobis reuersis ad prẽm, dicẽte eo, cito
Luc. 15
proferte illam stolam primã qua nudati sunt parentes sui. Genes. ca. 3. Sanat omnes infirmitates, vt im-
pium sit ab eo dimidiam pręstolari indulgentiam. Redemit de interitu vitam nr̃am. Iustus enim si cę-
Psalm. 36
ciderit nõ collidetur quia dñs supponit manũ suam. Ne enim Balaa incideret in angelicam rõphaeam:
B
ipsemet Angelus asinam diuertebat a via. Coronat nos in misericordia & miserationibus pro labo-
ribus nostris momẽtaneis. 2. Cor. 4. Dicẽte dño ad vnũ quenq; nr̃m, restituam tibi oẽs hereditates pr̃is
2. Reg. 9
tui, & comedes panem in mensa mea semper. Renouabitur vt aquila iuuentus tua, tua inquit, qui ex fi
lio regis factus fueras subulcus, quę renouatio intelligitur noĩe stolę, calciamẽtorũ, annuli, & instructi
epuli cũ symphonia multorum. Nõ secũdum peccata nr̃a fecit nobis, qui pro tribus verbis videlicet do
2. Re. 12
mine memẽto mei (Luc. 23) imo pro duobus, peccaui domino, pęnam ęternam in temporalem trãsset,
sicut dicitur, dominus quoq; trãstulit peccatũ tuum. Quantum distat oriens ab occidente longe fecit a
nobis iniquitates nr̃as, aut sicut scriptũ est Matth. 7. Proiciet in profundũ peccata nr̃a, & hi sunt ægy
Exo. 15.
ptij qui submersi sunt quasi lapides in mari (quod penitẽcię sacri formã prętulit) vt nec vnus ex eis su-
peresset. Deniq; quomõ miseretur pater filiorũ misertus est dominus timẽtibus se, qm̃ ipse cognouit fi-
gmentũ nr̃m, quia sine manu plastę nostri, nihil possumus, nõ dico facere, sed nec cogitare quidẽ iux-
C
ta sentẽciam iten Pauli. 2. Cor. ca. 3. Noua autem misericordia illa est, qui replet in bonis desideria nos-
Inan. 15
tra, nec enim oculi viderũt, &c. Quę deus pręparauit dil gentibus eum. 1. Cor. 2. De hoc vide Iudith. 8.
Et cũ talis sit misericordia dei qualẽ vel ex aliqua parte explicare tentauimus, nihilominus fęminę hu-
ic misericordiam petenti, nec verbo dignatus. Diximus in principio huius libri de honore parentũ, dica
mus nunc de cura & amore parẽtum erga filios. Diligebat sanctus Isaac filium suũ primogenitũ Esau
quia eius venationibus pascebatur. Cęterũ Rebecca propensior erat in Iacob, quia vir simplex & do
Genes. 25.
mesticus. Ambro. Accipe bonũ certamẽ inter parentes, mater circa iuniorẽ tenera pietate, ppensior erat
Ambrosi9
pater circa seniorem, naturã honorificentię seruabat. Sic dũ singulos singuli fouẽt, nõ in vnũ vterq; cõ-
spirant, neq; defraudãt alterũ. Itaq; pio affectu Isaac & Rebecca certabãt, vt neutrũ inferiorẽ facerent
Figura.
sed vtrũq; ęqualẽ. Persę liberos a q̃nto anno vsq; ad vigesimũ, tribus dũ taxat rebus instituunt, equita
re, arcu sagittas emittere, vera loqui. Eisdẽ quęcũq; facere fas nõ est, ea nec dicere. Apud ægyptios alẽ
D
di parẽtes nulla nolẽtibus filijs, filiabus & vt nolint summa necessitas est. C. C. Caligula infantẽ diu-
Caligula.
sillam per oĩum dearũ templa circunferens, mineruę gremio imposuit, alendãq; & instituendã cõmen-
dauit. Neq; vllo firmiore inditio sui seminis esse credebat, q̃ feritatis, quę illi quoq; tãta erat, vt infestis
digitis ora & oculos simul ludentiũ infantium incesserit. Vidisti sepectrum ingens? Ex feritate liberos
agnoscebat. Vocouio tres secum filias deformissimas ducẽti obuiã factus Cicero, phębo clamauit ex-
Vocouius.
tincto, hic pignora seminauit. Id si ad mores referas, festiuius erit. Ne pauones autẽ tigrium pantherarũ
q̃ maculas & tot animalium picturas cõmemorem, paruum dictu sed immẽsum ęstimatione tot gen-
Plinius.
tium sermones, tot linguę, vt externus alieno pene nõ sit hoĩs vice. Iam in facie vultuq; nr̃o cũ sint de
cẽ aut Paulo plura membra: nullas duas in tot milibus hominum indiscretas effigies existere, quod ars
nulla in paucis numero pręstat affectãdo. Similitudinum quidẽ in mente reputatio est, & in qua credã
tur multa fortuita pollere, visus, auditus, memoria: haustę q̃ imagines sub ipso cõceptu (Vide in ge-
E
nesi) Cogitatio etiã vtriuslibet animo subito transuolans effingere similitudinẽ aut miscere existima-
tur, ideoq; plures in hoĩe q̃ in ceteris oĩbus animalibus differẽtię, qm̃ velocitas cogitationũ animiq;
celeritas & ingenij varietas multiformes notas imprimit cum ceteris animantib9 immobiles sint ani
mi & similes oĩbus singulis q̃ in suo cuiq; genere. Est autẽ videre multos nõ absimiles struthionibus,
qui durantur ad filios quasi nõ sint sui & relinquunt in terra oua omni transeunti. Cato censorius eos
Cato.
qui vxorem vel liberos verberassent, quasi in sanctissima deorum tẽpla manus intulissent impios esse
Iob. 39.
putabat. Eumq; maiore laude dignabatur, qui bonum maritum se ageret, q̃ qui in ordine senatorio
magnus esset. Qui circa Socratem illius prisci nihil amplius admiratus est, q̃ q̃ difficilem & contu-
Socrates.
macem coniugem & insanos liberos nactus, cum eis comiter atq; humaniter vixisset. Qui Cato vbi

 filiolo auctus

filiolo auctus est, nisi res publica impedimēto esset, nullum officiū sibi antiquius duxit, q̄ vt in tempore quo infans lauaretur & velamētis inuolueretur visendi causa domū veniret. Hunc suo lacte vxor aluit. Quē vt seruorū beneuolentia & charitate muniret, ancillarū puellorum interdum vberibus suis admouit, haud ignara quāta necessitudine pleri q; cibo sodalitio cōiuncti sunt. Cesarē cum peregrinos quosdā Romę locupletes hoies canum catulos circūferētes gremio intueretur, interrogasse ferūt, num

Cesar.

apud illos mulieres liberos parerēt. Sapiens profecto & digna principe admonitio, qua arguit eos, qui pietas naturā eā indulgētiā & charitatē quę maximè debetur hoibus inferas impēdunt, id quod hodie nō infrequēs est apud matronas nostrates. Sed quare? Secretū meum mihi: Sed ad rem. Iesus fons bonitatis nō respōdit ei verbū. Inflāmabat autē per hoc desiderium eius. Vera enim fides dilatione augescit

Gene.22.

Vnde & Abrahā cum tētaretur: locum immolandi vnici ad diem vsq; tertiū nō vidit. Simile est illud

Augusti.

Iudi. Cap.3. Dimisit has gētes vt in ipsis expiretur israelē, vtrum audirēt mādata domini. Augustinus. Nō vt sciret deus qd nesciebat qui pre cognitor est oium futurorū, sed vt ipsi scirēt & simul alij virtutē

Eccl.34.

quę āliās sibi incognita erat. Nā alioquiq; nouerat probatissimā huius cananęę patiētiā et humilitatē fidei syncerę cōiunctam? Qui nō est tētatus quid scit? Sed audi quod sequitur. Et accedentes discipuli sui, rogabāt eū dicētes. Dimitte eam: quia clamat post nos. Dimitte inquiunt illam

De penit. Distin.1.c. Importūa

Grece ἀπόλυσον, apolison, absolue illā, siue vt impetrato quod petit, abeat: siue vt aliquo pacto illi satisfaciat. Ipse autē respōdit. Nō sum missus nisi ad oues perditas domus israel. Ergo clemētior erit suo plaste lutū, suo creatori factura. Quomō ergo verū erit quod scriptum est: si vos cū mali sitis, nostis bona dare filijs quāto magis pr̄ vester dabit spiritum bonum petentibus se? Legimus de

Titus Galienus. Artaxerx.

Tito imperatore q delitię Romani populi vocatus est, adhunc modū. In cæteris vero desiderijs id obstinatissime tenuit, neque sine spe dimitteret. Et q̄ magis mireris, legimus de Galieno imperatore oium mortalium nequissimo, qui nihil vnq; perēti denegaret. Quid dicā de Artaxerxe qui agricolę cōcauas manus aqua plenas offerēti, phyalā aureā aureis plenā dari iussit. Et esse tot & tātis patronis pro muliere paupcula intercedentibus, quā vnico poterat verbo ditare, postulata cōcedere, in pace dimittere, tā de inquit, quid & vos luditis opas? Nō sum missus nisi ad duas vel tres oues perditas domus israel, feme neq; filios sceleratos. Vnde ergo illud, ipse erit expectatio gētium? Gene:49. Vnde illud, ab ortu solis

Hierony.

vsq; ad occasum, magnum est nomē meum in gentibus? Ad hec Hieronymus. Quod aūt non respōdit fęminę obsecrāti primū, & nūc secundo: nō sum inquit missus nisi ad oues quę perierūt &c̄, nō de superbia pharisaica venit, nec de scribarum supercilio, sed ne ipse sentētię suę videretur esse cōtrarius qua iusserat, in viā gentiū ne abieritis. Nolebat enim calūniatoribus ansam mordēdi quoquomō dare, donec

Matth.10. Theophil.

mysterio mortis suę expleto, diceret apostolis, ite prędicate euāgelium omni creaturę &c̄. Theophyl. Dimitte eā inquit. Nō tanq; immisericordes, sed magis volētes persuadere dn̄o, sicut illud, aut dimitte eis aut dele me de libro tuo. Exo.32. Neq; enim deleri volebat Moses, sicut nec apostoli volebāt mulierē dimitti vacuā. Ad hec Chrysosto. Q: nouum q̄q; in auditum est hoc, iudęos ingratissimos tōnibus

Chrysosto

etiā inducit: & blasphemātes rogat, & tētātes nō negligit, hāc autē quę spōte venit, & quę licet nulla lege sic cōmonita: tamē tāta cum reuerētia accessit, nec rogantibus apostolis misericordiā impetrat. Et forte multi audiētium scādalum passi sunt. Illa vero nec mota quidē fuit. Nō sum inquit missus nisi ad oues Esto. Et tamē per hec admonemur, q̄ etiā beneficio indigni assidua efflagitatione eo digni efficimur, dabit enim propter improbitatē talias nō daturus. Ad hec Hieronymus Quare ergo dixit do

Hierony. Luce.11.

minus, Ioan.10. Alias oues habeo quę nō sunt ex hoc ouili? Quomō enim habet alias ad quas tn̄ nō est missus? Nisi quia significauit p presentiam corporalē nō se missum nisi solis Iudęis, qui viderūt & oderūt eum, ex quibus in canum rabiem cōuersi, & multi tamē inde & post crediderūt. Expresso autē vellere iudaicę gētis, gratia noui testamēti trāsiuit ad gētes. Hoc est quod in secūdo signo area rore perfu

Iudi.6. Figura. Ione.4.

sa est: vellere pmanente in sua ariditate idest in sua incredulitate. Simile est illud, propter hoc preoccupaui vt fugerē in tharsis. Vidēs enim Ionas cæteros prophetas mitti ad oues pditas domus israel, vt ad penitētiā populū prouocarent, Balaā quoq; diuinū de salute populi iudaici prophetare, dolet se solum electum, qui mitteretur ad Assyrios inimicos israel, & ad ciuitatē hostiū maximā in qua cultus idolo-

Nū.28.

rū & ignoratio dei erat. Deniq; timebat, ne arescente cucurbita, floreret desertum. Esai.35. Vnde Ionas imitatus Cain, fugit a facie dn̄i, cōfugit ad mare. Hoc autē proprie cōuenit fugitiuo & timido, nō lo-

Gene,4. Cap.2.

cum fugę eligere, sed primā occasionē arripere naugādi. Nō sum inquit missus nisi ad oues. Hę autem in Zacharia pupilla vocātur oculorum dei, propter excellētissimum Charitatis affectū. Apud ezechielē vero scorpiones vocātur. Ad hec Origenes Quid est, nō sum missus nisi ad oues? Quę est hęc excu-

Origenes.

fatio tua? Num ideo te corpore velasti, vt vnū tātum terrę angulum liberares: & relinquens totum orbem, & de israel tantum modo curās, relinquis nationē oium terram desertā? Non vides iniuriā patris

Matt.9.

tui in dæmonum culturis exerceri? Quādo natus es in carne, quos vocasti? Nōne magos? Venit vel mittit ad te cēturio, rogās pro seruo suo, & dicis, ego veniā & curabo eum, prę silirens vota peritis. Apud Samaritas quibuscū Iudęi cōmertium nō habēt, biduo docuisti, nullus q ad te pro sanitate venit repulsam qui passus feratur, sola hec mulier audit, nō sum missus nisi ad oues, quarū vlulatus illi sunt, crucifixe crucifixe eum. Et rursus Genes.37. Ecce somniator venit. Pastor aūt bonus eo affectu loquu-eus videtur, quo nemo vnq; carnē suam odio habuit. Ephe.5. Cęterū verbū hoc, nō sum missus, molestius fuit ipsi mulieri, priori repulsa, qua nō respōdit ei verbum nec intra ędes nec p viam. Nulla siquidē reliqua spes videbatur super esse huic fęminę, audito, nō sum missus nisi ad oues domus israel, quarū de numero ipsa nō erat. Verum illa adeo nō despōdit animū; tot impetita arietibus: vt ansa sit pprius

accedere.

accedere. Venit enim & adorauit eum dicens. Domine adiuua me. Quia enim vidit cananea exclusam apostolorū precē, maiore sibi importunitatē opus esse intelligēs, ipsa se ingessit, & stetit ante christum dominū. Vnde cōsequutū est, vt acciperet nō tantū micas, nō vel tres panes, sed quotquot habebat necessarios. Adiuuame. βοήθει, idest sucurre. Nam adiuuamus laborātes. Boetin inde dictū, q̄ ad vocē periclitantis & quiritātis accurritur. Tamē verbū christi dicētis, nō est bonum sumere &c. Ferenil cōcludit, sed ita loquitur dn̄s, vt esset locus mulieri replicandi, q̄ tantus pastor panem habebat & pro ouibus & pro canibus. Abulēsis. Sicut aūt dicit Salustius ac Xenophō, nō supplicijs aūt lachrymis muliebribus auxilia deorū petantur, vigilando agēdo, bene cōsulendo, & cū Minerua manū admouēdo prospere oia succedunt. Vbi te socordię atq̄ ignauię tradideris: nequaq̄ deos implores: irati infestiq̄ sunt. Neq̄ enim si te ipsum minime custodias, adeo seruat. Est autem mercatura quędam inquit Homerus inter deos & hoies, vt illi nobis bona honesta q̄ dent: nos eis sacrificiū atq̄ preces. Sacrificiū aūt cordis cōtriti & humiliati deus nunq̄ despexit, nunq̄ dispiciet. Et obseruandum iuxta Ale. de Ales, q̄ ad cognitionē liberi arbitrij nō peruenerūt philosophi, quia nō peruenerūt ad cognitionem meriti quod est ex gratia & libero arbitrio. Cōsideratur aūt tripliciter. Primo mō vt nō cogitur, et hoc modo est indifferens ad malū & ad bonū. Secundo modo secundū naturā iuxta quā assimilatur deo & hoc modo dicit Anselmus, q̄ facere malū nō est pars libertatis. Tertio modo in quātum tēdere potest in malum, & hoc modo nō est in deo. Nobis aūt apposita est vita & mors, Deute. 30. Lignum vitę & lignum sciētię, Gene. 2. Oia autem possumus in eo qui nos cōfortat, & illo cōfortate: qui est angelus magni cōsilij, nec dum cōtra hoies, sed cōtra deum fortes erimus. Hunc igitur cōfortatorē & coadiutorem inuocat mulier ista dicens. Domine adiuuame. Sicut enim respirare iugiter indigemus, ita etiā semper adeo mēdicare auxilium: vt si nō quia amicus, det quia frōtosi sumus & improbi. Certe nō erat pulchrū tollere panē filijs & dare canibus & tamē dedit, quia fęmina hec importuna fuit Iudęis vero e regione mōstrauit, q̄ desidiosis nec illa quidē tribuat quę illis fuerāt pręparata. Fiāt aures tuę intēdentes in vocē depręcationis meę. Gregorius. Dū enim potēs quis supplicantē aliquē audire negligit, quasi primo aditu repulsus, exaudire qui supplicat diffidit. Si vero qui rogatur primo audire libeter cępit, & alijs semotis negotijs verbis solūmodo rogantis intendere, cōtinuo qui rogaturus venit: quandā cōcipit impetrandi fiduciam: & ipsa quodā modo spe animatus, suam liberius prosequitur causam. Id autē totū p oppositum factum est, quia nec primū roganti, nec secundo, intercedētibus apostolis, nec tertio accidenti pedibus eius fęmine aures pręstitit apertas bonus optimus ac maximus deus dei filius. Sequitur enim iuxta Matthęū in textu. Et respōdens Iesus ait. Nō est bonū sumere panē filiorū & mittere canibus vel catellis: τοῖς κυναρίοις, Tis Kynarijs. Marcus: sine prius saturari filios. Nō est enim bonū, & cętera. Illa procidit ad pedes domini & adorat eum, dum vocans cęli & terre, ille vero pro pane lapidē reponit, & cōtumeliā pro beneficio, canē illam vocās. Augustinus. Fęmina hec suscepit humiliter cōuitium & meruit beneficiū, nō enim ex corde dn̄s humiliat & abijcit filios hominū, sed vt humiliatos exaltet. Neq̄ tamē illud dicendū erat cōuitium quod a domino dictū erat Seruus si domino suo tale aliquid dicat, cōuitiū est. Dn̄s autē oium cū tale aliquid seruo dixerit, dignatio potius dici potest. Canis animal iuxta legē adeo immūdū, vt nec offeratur, nec cōmutetur: nec redimatur, sed oino primogenitus occidēdus est. Vide Deut. 23. Vocantur aūt gētes canes propter immūdiciam coitus: vnde orta est secta Cynica, & equi parantur in crimine ipsis meretricibus, de quo vide Deut. Cap. 23. Cęterū iuxta Plinius lib. 8. Cap. 40. Ex ijs animalibus quę nobiscū degunt: fidelissimi ante oia sunt canes & equi. Et pugnasse aduersus latrones canē pro dn̄o, accepimus, cōfectū q̄ plagis a corpore nō recessisse, volucres & feras abigentē. Ab alio in epito agnitum in cōuētu percussorem domini, laniatu & latratu adactū vt cogeretur fateri scelus. Propter bella collophonij itēq̄ castabalenses cohortes canū habuere, ęęq̄ primę dimicabant in acie, nunq̄ detrectantes. Soli dominum nouere. Et ignotū quo p̄ si repēte veniat intelligūt. Soli noia sua, soli vocē domesticam agnoscūt. Itinera q̄uis lōga meminere, nec vlli pręter hoiem memoria maior. Impetus eorū & sęuitia mitigatur ab homine cōsidente humi. In venatu solertia & sagacitas pręcipua est. Scrutatur vestigia atq̄ persequitur comitantē ad feram inquisitorē loro retrahēs, q̄uis aquā transiliēs se occultasset, quā significans, demōstratio est cauda primum, deinde rostro. Ergo etiam senecta fessos cęcos q̄ ac debiles sinu ferūt, vētos & odorē captantes, protendentesq̄ rostro cubilia. Indiam petēti Alexandro Rex Albanię dono dederat plaudicanē inusitatę magnitudinis vnū, cuius specie delectatus, iussit vrsos: mox apros & deinde Damas emitti, cōtēptu immobili iacēte. Eaq̄ segnitie tanti corporis offensus imperator, interimi iussit. Nūciauit hoc fama regi. Itaq̄ alterū mittens, addidit mādata: ne in paruis experiri vellet, sed in leone elephanto ve. Nec distulit Alexander, leonēq̄ fractum potinus vidit. Postea elephantū iussit induci haud alio magis spectaculo letatus. Horrentibus quippe p totū corpus villis: in gēti primū latratu intonuit. Mox in ceruicem assultans, cōtra q̄ belluā assurgens, hinc et illinc artifici dimicatione q̄ maxime opus esset infestane atq̄ euitans, donec assidua rotatū vertigine afflixit, ad casum eius tellure cōcussa. Sine igitur prius saturari filios, & cū illi mactantes allia, dixerunt anima nostra nauseat ad Manna istud, tunc & vos saturabimini. Quos igitur dominus prius oues vocarat, nūc secūdo filios appellat, sic enim vocantur in Exodo, filius meus primogenitus israel. Et hi sunt ouis illa cēteoaria, Luce. 15. Et rentera iuxta Hieronymū Iudęorū gens gentibus crediturus cōparata, vix vna est de cētū. Canes autem ethnici propter idolatriam dicūtur, qui esui sanguis dediti & cadauerbus mortuorū: ferūtur in rabiem. Ad eorū morsum vnicū remediū oraculo quoddā nup repertū est, radix siluestris rosę quę Cynorhoda appellat.

Salustius. Homerus. Alex. Ales

Anselmus. Phil. 4. Gene. 32.

Psal. 129.

Gregorius

Augustinus.

In glosa.

Plinius.

Canes

Num. 11.

Hieronym.

Collumela. Psal. 58. Luce. 16.

appellatur, autor Collumella est. Veruntñ filij isti iam versi sunt in canes, & modo famē patiuntur vt canes, & mendicant micas panis ad ianuā diuitis, populi videlicet ex gētibus, nec tñ accipiunt peccatis suis obstātibus Actu. 13. At illa dixit. Etiā domine, nam & catelli edunt de micis quę cadunt de mensa dñorū suorū. Marcus autē. Catelli comedūt sub mensa de micis puerorū. Rogo te amice lector, quis iudęorum huiusmodi cōuitio nō fuisset nō dico iritatus, sed canis more in rabiē exagitatus? At mulier intelligens quis esset, quo cum loquebatur, nec recusat canis cognomē nec dolet iudęos filiorum noie honorari, sed dominos in super eos appellās, & amplectēs domini responsum quod prima frōte cōtumeliā pręse ferre videbatur: vnde videtur repelli, ansam arripit ne possit a deo dimitti vacua. Sint inquit illi filij sint & oues, sint domini: num propterea nos vel in numero seruorū mercenariorum & canum nō repones? Si in numero mercenariorū me constituis, mercenarij tui omnes

Prouer. 31.

abundāt panibus. Luc. 15. Si in numero seruorum, omnes serui tui vestiti sunt duplicibus. Si in numero canū, iuxta verbū tuum fiat mihi. Iā vacua nō recedā a mēsa, & canes pascuntur cum gregibus. Cum

Figura. Ruth. 2

canibus sedebo ad pedes domini, dicā audacius, sedebo cum Maria. Luce. 10. Ibiq; pascar de micis tuis domine mi. Memēto domine Aui tui Booz, qui vacuā Ruth vnā ex maioribus tuis, abire nō tulit, sed proijcite (inquit ad messores) de industria ex manipulis vr̃s, vt absq; rubore colligat. Etiā si vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eā. Messem tuā filijs serua & ouibus & pueris, ego micis contenta sum & apluda quia canis sum. Veruntamē micę istę manati pręferūtur, excludunt enim ęternam famē. Hierony.

Hierony.

Scio me nō mereri panē filiorum, nec integros posse capere cibos, nec sedere ad mēsam cum patre sed cōtēta sum reliquijs catulorum, reliquijs filiorū vel puerorum, vt per humilitatē micarum ad panis integri venrā magnitudinē. Ipsi qui sunt boues pleno ore in area sagmentur, mihi satis est si digner vel

De stupore Isaac Scot 4. Disti. 30 q. 1, F. Gene. 27. Figura Chrysost. Iudi. 1.

manipulo vno ex area tua. Ego sum illa Ruth quę sequor vestigia messorū tuorū. greges ouiū tuarum vacua veni, vacuā a facie tāti pastoris abire nō expedit tibi, qui audis inuocātes coruos ps. 146. Num vnā tm̃ habes benedictionē? Et mihi obsecro vt benedicas. Cumq; eiulatu inquit magno fleret, volens nolēs, in pinguedine inquit terrę & rore cęli erit benedictio tua. Habes igitur hic q̃ sum E au, qui propter improbitatem suam accepit quod alias nō erat accepturus, benedictionē breuē quidem verbis, sententia incōprehensibilē, Quid est enim ros cęli & terrę pinguedo, nisi verbū caro? Hec est benedictio collata gētibus. Etiā inquit dñe. Chrysost. Nō ignoro quin hec necessaria alimēta iudęis seruādas ne Veruntñ si canis sum, cur vetor a colligēdis micis? Fortassis olim sub mensa pris mei. 70. Reges amputatis pollicibus micas colligebāt, nunc nutante fortuna, canum more micas bellatorū habetis vice. Hoc inquit habeo pro magna gratia: in numero canū esse, & nō ab aliena sed a propria mēsa comedere dominātes. Hanc enim grām Ammonitę & Moabitę nō sunt consequuti: de quibus dixisti Deut. 23. Isti nō intrabunt in ecclesiā in ęternum. De maioribus autē meis quid pręcepisti? Omnino exterminādos esse de terra, sicut dictum est in principio capitis huius. Certe inquit dñe. Verum dicis, prorsus verum dicis, canis sum, sed tua sum qualis qualis Sed canes admodū necessarij sunt ouibus seruādis, dicito vno ex sodalibus tuis, eoq; in pręuidēdis luporū incursibus oculatissimo, in pascēdis ouibus peritissimo. Scio q̃ post discessum meū intrabunt in ouile lupi multi, & graues & rapaces, & si forte absuerint canes dormiētibus pastoribus, actū est de ouibus. Canē igitur si me agnoscis, pasce velut canē de sui furibus canum tuorum. Tūc respōdens Iesus ait illi, O mulier magna est fides tua. Marcus. Propter hunc sermonē vade: Matthęus fiat tibi sicut vis. Ecce diploma pricipis copiosissimū. Marcus. Exijt demoniū a filia tua. Et cū abijsset domū, inuenit puellā iacentē supra lectū & demoniū exisse, & sanatā ex illa hora. Magna est fides tua. Magna eius prudētia, quia verū medicum quęsiuit, sapiētissime respōdit, moderata est verba sua, nec indignatur in aliorū laudibus, aut tristatur: aut cōtradicit verbis christi: sed ex verbis eius occasionē arripit loquēdi audacius, nec fert moleste propriū cōuitium, si tū cōuitium est, quod creator rogat creaturę. Magna est eius perseuerantia: quia in domo rogat, obsecrat in via, adorat, instat: replicat: fide velut patrono suggerēte vba. Magna paciētia, cū vocatur canis: & ipsa catellā se agnoscit, vnde oblata: blādientis loqns affectu, cum dicit, etiā domine, nā & catelli, vocat inimicos dominos: quos dñs filios vocauit. Magna fides, qua credidit, dñm posse pręstare quod rogabatur (etiā absente filia) deum p̃ hoc credēs & Messiam, quē filium Dauid vocat. Credidit denique verbis christi dicētis: vade: & sicut credidisti &c. Sine fide autē impossibile est placere deo. Heb. 11. Vnde directe tota pręedicatio christi & gesta eius fuerūt propter introducendam & plātādā fidē in corde credētium. Ioan. 20. Hęc autē scripta sunt: vt credātis &c. Hierony. O mira rerum conuersio. Israel quondā filius, nos canes: sed pro diuersitate fidei ordo nomium cōmutatur. Sic Petrus primū quidē audit, Beatus es Simō, & secundo, vade post me satana. Itaq; vt scitemus silentiū domini ex rōne tēporis nō ex voluntatis difficultate proficisci: adiecit: O mulier: mulierē vocans quam canē appellarat. Augustinus. Quare nō dixit: o canis? Mutauit igitur christus vocabulum, quia mutatum vidit eius affectum. Neq; enim laudauit in ea fidem qua etiā dæmones credunt. Quod autē toties exulcerata est, forte fuit: quia nō pro se rogabat, sed pro filia, neq; pro peccatorū remissione, sed pro corporis sanitate. Peccatorum enim remissionē si peteret, statim audiret, fiat tibi sicut vis. Nā iuxta Chrysosto. Beneficia corporalia sępe differt deus rogātibus dare, peccatorū remissionē si ex corde petis, crede te accepisse. Peccaui domino. Dñs transtulit peccatū tuum. Magna ergo quasi gratis donat: parua aliquādo negat. Dedit nobis vnica lachryma redimere mortē ęternā, tēporalem nō item. Statutum est semel mori. Ambro. Ergo regnum cœlorū vim patitur. Vere enim hec regnū cœgit, perrmax in precibus sapiēs in respōsis, fidelis in verbis. Pręteretuntē reuocat, tacētem rogat; excusantē adorat, negātē iclinat.

Actu. 20. Matth. 15. chananęa. Anacephaleosis. Fides. Hierony. Augusti9. Iacobi. 2. Chrisosto. Ambrosi9.

Vadatis

Vidisti fidē humilitatem, & patiētiā eius? Per fidē credidit, per patientiā perseuerat in prece, p humilitatē se catulis cōparat. Denique dicēte dño, nō licet mittere canibus panē filiorū, illa potes inquit si velis. An nō licet tibi facere quicquid velis? An oculi Iudęorū nequā erunt (quid tua refert) si bonitatē feceris cum vna ex ancillis tuis ex caniculis tuis? Quicquid enim feceris bonum est, quia velle non potes nisi optima. Magna est, inquit fides tua. Propter hunc sermonem quo toties repulsa per ostiū iustitię, reuersa es per ianuam clementię, scias factum esse sicut vis. Amon enim dæmonium exijt a filia tua. Sic mulier fragilis funiculo triplici, quasi p crenas inflexit dei clementiam. Credidit igitur mulier sermoni dñi, eoque rursus adorato, benedictione percepta, domum reuersa, inuenit puellam sanę mētis factam iam ex spelunca latronum templum spiritus sancti, vt par est credere. Vere ergo scriptum est, quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis. Marci. Cap. 11.

A

Caput. iiij. De quodam surdo & muto quem sanauit dominus missis in aures digitis: & tacta lingua eius saliua sua, & precepit dominus ne cui vulgaret miraculum: cuius tamen preceptum omnino non seruauerunt, sed vbique predicabant famam & potentiam Christi.

ET cū transisset inde Iesus, venit per sidonē ad mare Galilęę, inter medios fines decapoleos. Matthęus, & ascendēs in mōtē sedebat ibi. Et accesserūt ad eum turbę multę habētes secū mutos, cęcos claudos debiles & alios multos, & proiecerūt eos ad pedes eius & curauit eos. Marcus. Adducūt aūt ei surdū & mutū, & deprecabantur eum: vt imponat illi manum. Et apprehendens eū de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius, & expuens, tetigit linguam eius: & suspiciens in cęlum, ingemuit: & ait illi effeta, quod est, adaperire. Cū igitur hoc vnico signo veluti facto apud gentes vnico grano euāgelici seminis sed furtim vt predictū est, iter suum dñs remetiretur, regressus ad mare Galilęę, itinere facto per regionē decapoleos, de qua dictum est Matth. Cap. 4. versus finem, antequā mōtē cōscenderet, adducūt ei quorū intererat miserandū spectaculū, hoiem videlicet surdū & mutū: cōsequitur enim mutū esse, qui natura surdus est. Et forte iste nō propter pctā sua talis fact⁹ est, sed vt manifestaretur potētia dñi Iesu in eo, qui & loquitur ad Mosen. Quis fecit os hoīs? Quis fabricatus est mutū & surdum, vidētē & cęcum? Nōne ego? Ad hunc igitur plastem in cuius manu sumus sicut lutum in manu figuli, adducitur hō iste surdus & mutus, vt restitueat vas cōfractum in pristinā formā, eā vcz de qua scriptum est, inspirauit in faciē eius spiraculū vitę, & factus est hō ad imaginem & similitudinē dei. At qui deus & audit & videt & loquitur. Quomō enim nō loquitur, qui fecit os hoīs? Quomō nō audit, qui fabricatus est surdum & audientē? Adducūt igitur ei hoiem truncū potius q̄ hoiem, ad eum qui potest, & vult, & gratis donat quod rogatur, & cui nihil est impossibile. Et deprecabātur vt imponat illi manū. Siquidē manus illę tornatiles & potestate plenę formauerunt primō vas illud totum in circuitu, sicut testatur Iob, super rotā quandā iuxta Hiere. Cap. 18. Rota autē hęc omnia cōdita sunt super, quę iuxta prophetam homo cōstitutus fuerat, dicente scriptura, faciamus hoiem, vt pręsit oībus. Genes. 1. Vide ergo vas dissipatum, cui velle adiacet, perficere aūt nō potest. Rom. 7. Nā si voluntas in hoie libera nō est, sed captiuus ducitur quo nō vult, vere cōparatur iumētis, & similis factus est illis. Videns inquit se cōcepisse prolē cuius manus cōtra omnes, cōtēnit dñā suam. Hō surdus velut aspis ad bona, ad mala alter Midas, mutus corpe est loquēdi, alias in ore eius facile reperies tres ordines dentiū. Tāta est aūt dei bonitas, vt pro fide aliorum alijs medeatur, sicut fides cananeę profuit filię domi manēti. Poterat aūt dominus vnico verbo sanitati restituere hunc miserū hoiem, qui alias sola voluntate aquā in vinum cōuerterat, sed maluit facere quod rogabatur. Cur enim tangere hoiem detrectaret, qui tactu suo fugarat lepram? Qui hoiem e limo plasmarat? Pōt aūt cōgrue dici (siquidē omnis christi actio nostra est instructio) q̄ nō absque mysterio, hunc priusq̄ sanaret, primū a turba subduxit. Secūdo digitos in aures immisit. Tertio saliua linguam eius tetigit. Quarto in celū suspexit. Quinto ingemuit. Sexto estote apertę aures dixit, vt septimo loco sanitas cōsequeretur. Quē ergo simul & semel sanare poterat paulatim curat vt magnitudinē humanę infirmitatis ostēdat, quę vix & quasi p gradus ad sanitatem redeat. Et grām suā nobis indicat, per quā singula pfectionis incremēta adiuuat. Expuens ergo, linguā tetigit (sicut alias oculos cęci nati) quia linguam nrām & p inuisibilia diuine pietatis dona & p ostensa a foris sacramēta assumptę humanitatis abstersit, ita dicit Theophy. Expuit dñs, vt ostēderet omnes partes carnis suę sanctas ac diuinas esse, adeo vt sputū solueret lingue vinculū, tā & si superfluitas sit omne sputū, sed in dño admirabilia erāt omnia ac diuina. Quod igitur primum eum a turba subducit, hoc significat quod de cananęa scriptum est, a finibus illis egressa est. Et illud, dissimulāte Loth, apprehenderūt angeli manū eius & vxoris ac duarū filiarū, eo q̄ parceret dñs illi, eduxeruntque eū extra ciuitatē ibique loquuti sunt ei dicētes, Salua aiam tuam: noli respicere post tergū, ne stes in omni circa regione sed in mōte saluum te fac. Vade tu & fac similiter, nā quę retro aspexit in statuam salis cōuersa est. Quid est aūt q̄ digitos misit in aures? Digiti isti dona sunt cęlestia quę Eliezer suspēdit auribus Rebeccę, vt obedientiā prestaret preceptis dei, nō enim oēs obediūt euangelio, hoc est nō oēs aures habent vt audiant. Dicit. Vnde illud, vos semp spūi sancto restitistis. Quomō restitistis? Audi Zachariam. Auerterūt scapulam

B

C

D

Matth. 15.

Exo. 4.

Hiere. 18.

Genes. 2.

Cant. 5.

Psalmus. 8.

Gene. 16.

Dani. 7.

Ioan. 2.

Genes. 2.

Ioan. 9.

Theophys.

Genes. 19.

Figura.

Gene. 24.

Actu. 7.

Zach. 7.

scapulam se edêtes, & aures suas aggrauauerũt ne audirẽt, & cor suũ posuerũt vt adamãtẽ (vides surditatem võlũtariã) ne audirẽt legẽ & verba quę misit dñs p manũ prophetarum priorũ. Et facta est indignatio magna a dño. Quę illa? Loquutus sum, & nõ audierũt, clamabũt & nõ exaudiã. Hoc est par pari referrẽ. Misit igitur digitos in aures, p dona sancti spiritus mentẽ huius hoĩs ad obedientiã disponẽs

Esai. 50

iuxta illud, dñs aperuit mihi aurem: ego aũt nõ cõtradico, sicut cõtra dixerunt iudęi sermonibus Hieremię. Vide eundẽ Cap. 44. Tetigit & linguã saliua. Saliua sapiẽtia est cœlestis, p quã docemur terrena

Iacobi. 3

despicere & amare cœlestia. Est enim & sapiẽtia sęculi huius terrena, animalis diabolica: de qua Dñs, filij huius sęculi prudẽtiores sunt filijs lucis. Luc. 16. De hac scriptum est 1. Esdre. Cap. 4. Nos autẽ memores salis quem in palatio comedimus, & quia lęsiones regis videre ne fas ducimus, idcirco nunciamus regi, q si ciuitas illa (Hierusalẽ visio verę pacis) ędificata fuerit, possessionẽ trãsfluuium nõ habebis. Hãc igitur sapiẽtiam terrenã & animalẽ videlicet augere cẽsus regios per fas & nefas docet serpẽs ille prudẽtissim⁹ omniũ bestiarũ. Gen. 3. Cui⁹ verba sunt ad suos ministros qui sale de mensa eius comederũt. Venite sapiẽter opprimamus populũ dei, ne forte, multiplicetur, & si ingruerit cõtra nos bellũ, addatur inimicis nřis (angeli boni sunt qui cũ reprobis bellũ cõtriuerunt, Apoc. 12) expugnatisq; nobis, egrediatur liber de terra. Exodi. 1. Tetigit ergo dñs linguam eius, vt saperent ei cœlestia, desiperet omnis creatura. Vnde Paulus. Nihil iudicaui me scire cũ essem apud vos, nisi dñm Iesum & hunc (quẽ veluti digito illis ostendit) crucifixum. Hoc tantũ sapiebat Paulus & sapiebat Paulo, cuius deus tetigerat linguam. Suspexit autẽ dñs in cœlum, quia omne datũ optimũ e cœlo proficiscitur. Quid enim habemus, q nõ dono accepimus? An forte in cœlũ aspexit, miseratus hoĩem qui a tãta gloria in latrones incidens, nudatur & vulneratur, & semiuiuus relinquitur, repletus multis miserijs quãdiu vixerit, & fugit velut vmbra, quarũ miseriarum nõ minima pars est illa, q nõ iste mutus erat, ne posset cõfiteri peccata, surdus ne posset doceri diuina pręcepta. Hunc igitur dñs curaturus, quinto loco ingemuit dicens. Pęnitet me q fecerim hoĩem, qui vitio suo degenerauit in iumẽtum. Quomõ? Turtur & hirundo & ciconia & miluus cognouerũt tẽpus aduentus sui, populus aũt meus nõ cognouit iudiciũ domini. Quomõ dicitis sapiẽtes sumus & lex dñi nobiscũ est? Quomõ dicitis nõ sumus surdi & muti, si hirũdinibus & turturibus inferiores reperimur. Hyppopotamus assidua satietate obesus: exit in littus, & recẽtes harundinũ cęsuras speculatus, vbi acutissimũ videt stipitẽ, imprimẽs corpus, venã quandã incurue vulnerat, atq; ita pfluuio sanguinis iam morbidũ alias corp⁹ exonerat et plagã limo rursus obducit. Ibis aũt auis rostri aduncitate p eã partẽ se proluens qua reddi ciborũ onera maxime salubre est. Dictamũ herbam extrahẽdis sagittis cerui mõstrauere pcussi, telo pastu eius herbę eiecto. Chelidoniã visui saluberrimam hirundines mõstrauere, vexatis oculis pullorũ illa medẽtes. Ingemuit igitur dñs, qui alias lachrymatus est, & dixit, effetta quod est adaperire Gręce ἐπ φχθα, epphatha. Reliquit aũt hic vocẽ hebręam Marcus, sicut superius in de filia Archi synagogi dixit Talita cumi, quod ibi expositũ est. Est aũte verbũ hebręũ hiphathah vnum ex eorũ genere verborũ quę hebręi grauia vocant: & quę vim habeãt transitiuã, quasi dicas pręsta te apertũ, siue sias apertus. Vnde in exorcismis pueri baptizãdi, cũ dicitur ephetta quod est adaperire: ly adaperire imperatiuũ est vocis passiuę, adapire adaperitator, & loquitur sacerdos ad aures, quasi dicat aures estote. Siue sitis apertę. Nec mora subsequuta est sanitas, iuxta prouerbium, dictum & factum. **Et statim apertę sunt aures eius: & solutũ est vinculum linguę eius, & loquebatur recte.** Hoc est loquebatur expedite. Quid est vero loquebatur recte & expedite? Loquela vnã quęq; prodit cuius sit etiã Petrũ apostolũ, ex abundãtia enim cordis os loquitur. Voces enim signa sunt latentiũ in anima passionum, quia exulcerati pectoris, amara sunt suspiria. Cęterũ expedite nõ loquebãtur illi de Tribu Ephraim, qui cũ rogarentur cuius tribus essent, dicerẽtq; nõ sumus ephratęi, audierũt: dicat igitur quilibet vestrũ sebboleth, qui cum reuera essent ephratęi. labijs incircũcisis & tardioris linguę sicut Moses. Exo. 4. Balbi & blesi, pro sebboleth, chebboleth perperã pronũciabant litterã sade vertentes in schim. Vnde vno die trucidati sunt 42 milia pro põte, vel in fluminis transitu a Galaaditis, tũ momenti habet etiam apud hoĩes expedite loqui. Erat sebbolet symbolũ pugnę nup commissę a Galaaditis duce eorũ Iephthe. Iudi. Cap. 12. Cõtra Ephratęos. Est aũt multorum sermo velut cãcer morbus, & multi pacẽ prędicãtes, mordent genuino: & morsus eorũ quasi si scorpio pcutiat hoĩem, Apoca. 9. Flagelli plaga liuorẽ facit, plaga aũt linguę cõminuet ossa. Mors illius mors nequissima, & vtilis potius infernus q̃ illa. Eccl. 28. Hęc aũt verba digna sunt memoratu. Sequitur. **Et pręcepit eis ne cui dicerẽt. Quãto aũt eis pręcipiebat, hoc potius amplius prędicabãt: & eo amplius admirabãtur dicentes. Bene omnia fecit, & surdos fecit audire: & mutos loqui.** De pręcepto isto dictum est Mat. 8. De leproso mũdato. Item. Matth. 9. De puella excitata. Est aũt sensus, nõ q dñs nollet sciri opus diuinę potẽtię, alioqui nõ diceret, luceant opa vřa bona &c. Sed qm̃ diuina opa meliua ipsa per se loquũtur, sicut scriptum est, cœli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius. Et alibi. Delectasti me dñe in factura tua. ps. 91. Et illud Sap. 13. A magnitudine enim speciei & creaturę, cognoscibiliter poterit creator horũ videri. Vnde hoĩes illi a spiritu sancto edocti, sic intelligẽtes diuina mãdata, eo magis prouocati sunt ad pdicãdum gloriã dei, quo vehemẽtius phibiti sunt id ne cui dicerent. Et eo magis admirabãtur potẽtiam eius qui cir alia faceret, nõ solũ n pecuniã nõ extorquebat (absit) verum nesciri sic quidem volebat, quo ad sua id referebat. Referebat autem admodũ nostra id scire, vt quo ad possumus, bene mereatur de oĩbus mortalibus eum qui solẽ oriri facit sup bonos & malos. Tantum ergo aberat, vt facerent quod erãt iussi, vt hoc amplius etiam prędicarent q essent prohibiti. Dicebant aũt nõ sine admiratione, reuera bene oĩa fecit quia & surdos fecit audire, & mutos loqui. Hoc est

eloquiũ

Marginal notes: Esai. 50 — Iacobi. 3 — F — 1. Cor. 4 — Luce. 10 — Iob. 14 — G — Genes. 6 — Hiere. 8 — H — Matt. 26 — Matt. 16 — Iudic. 12 — I — 3. Timo. 3 — Matt. 8 — Psalm. 18 — K — Matth. 5

elogiū bonitatis diuinę. Sicut enim nemo mortaliū sapit oībus horis iuxta prouerbium, ita nemo mortalium fecit oia bene. Dicebat aliquādo Fabius pictor, teste Quintiliano, fęlices futuras artes, si soli artifices & hi optimi de ijs iudicarēt. Nunc vero cum (teste philosopho) oculi nřī per inde sint ad opera naturę cōsideranda sicut oculus noctuę ad lumē solis, quę ista demētia est huiusmodi cæcos velle disputare de coloribus, hoc est de dei opibus? Cū scriptum sit, vidit deus cuncta quę fecerat & erāt valde bona. Et vt de cæteris taceam, dixit aliquādo Aldefonsus rex Castellę, huius nominis decimus, nec in corde suo id dixit: quod & ipsum esset insipientię & blasphemię plenum, si affuissem ego cum deo cuncta componens, oō nulla melius ordinata essent, quę nunc absona videntur. Ita cęcus iste & insanus & phreneticus (sed erat rex) lumē volebat mutuare soli. Bñ oia fecit. Dices. Si oia quę deus fecit sunt valde bona, quid interest inter creatorē & creaturam. Dicimus q bonitas in creatura accidēs est, deo aūt id quod est. Creatura habet aliquē gradum bonitatis participatę, quia oia in mensura & numero & pōdere cōstituta sunt, ab vno optimo & maximo bono, & ois boni bono. Creatura bonum qđ habet cōtingenter habet, deus habet necesse esse, & necesse bonū esse. Sed si bona sunt oia suo mō quę deus fecit, vnde orta sunt tot bestiarū genera ac venenatarū animātium hoī infesta quę vel solo visu nocent? Augustinus. Propter pctā tua o homo Nā ante peccatū Eua familiariter colloquebatur serpentem. Et Noe paruo labore ea oībus animātibus induxit in arcā, & vescebatur inter ea quasi pater familias inter seruos ac domesticos, impartiēs eis demēsum Cibi. Et quādo leones pepercerunt Danieli. Muscę infestę erant Pharaoni. Exo. 8. Sed & nunc be tię magna ex parte hoīs dñatui subijciuntur. Bene igitur oia fecit. Alij eursus quęrunt quare deus hoīem tentari permisit, quē vincendū prędidebat. Et nōne rursus si impeccabilem cōderet, dicturus eras, quare nō reliquit eum in manu cōsilij sui? Bene ergo oia fecit talē creando, qui esset quod vellet. Alij dei prouidenciā cæcam opinantur, vt qui sinat bonos abs opēs cōculcari & ionā acerbo vocari. Habat. Alij inclemētē deū dicunt, vt q pro vno pctō mortali ęternaliter puniat. Alij rursus prouidētiā calūniantur: dicentes sępe pluere in mari, quādo segetes aridicate marcescunt. Et quod magis dolendū est: sępe segetes inter triturandū obortā tēpestate, verritur ex area, & perit omnis labor & impensa. Videmus & iuuenes reipublicę vtiles morte acerba subtrahi, viuere aūt capularios senes, qui pactus oneri sunt ꝙ vsui. Videmus cornices, coruos & ceruos viuaces, quorū admodum parua vtilitas. Homo aūt qui bene meretur de oibus, breui viuit tempore, & interim multis eeipletur miserijs. Hec & multa id genus dixerūt scrutatores cæci & vani operum dei, ad quę oia vna sit responsio, terribilis est deus in cōsilijs suis sup filios hoium. Tamē quod nemo sane sapiēs ibit inficias, bene oia fecit. Post hęc autē cōscendit dñs mōtem & ibi sedebat, nēpe fessus ex itinere, & vt interim bonꝰ pastor operiretur turbam quę qm multos secum portabant cum claudos tum & debiles aliosqꝫ corereptos langoribus, cōsequi eum nō poterant. Illos igitur oēs proiecerunt ad pedes eius, sicut scriptum est, accedamus cum fiducia ad thronum gratię eius, qui sanat contritos corde, & alligat (Samaritanus enī est) omnes contritiones eorum Psalmus. Cap. 146. Gloria in excelsis deo qui talē potestatem dedit hominibus. Factum est igitur gaudium magnum in illa die, quādo muti, cęci claudi, debiles & paralitici omnes sanitate recepta: cum gaudio in sua sunt reuersi. Gloria in excelsis deo & in terra pax. &c.

Philosoph. Quintilianus. Genes. 1. Aldefōsus. Prouer. 8. Sap. 11. Augusti. 9. Genes. 6. Dani. 6. Eccl. 5. Iob. 14. Psalm. 65. Heb. 4.

Caput. v. Quōmō dominus Iesus satiauit. 4000. Hominū extra paruulos & mulieres ex panibus septem & paucis piscibus: & quomō superfuerint sportę septē. Accedunt pharisęi signum petentes, datur eis signum Ionę. Itē audiunt q sciunt presagire serenū tēpus & pluuiā ex quibusdā signis in cęlo visis, nesciunt autem nosse tempus aduentus sui Messię.

IN diebus illis iterū cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarēt, conuocatis discipulis, ait illis. Misereor super turbam quia ecce iam triduo sustinent me: & perseuerant mecum: nec habent quod manducent & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via. Matthęus. Dimittere eos ieiunos nolo: ne deficiant in via. Marcus. Quidam enim ex eis de longe venerunt. Helias pane & aqua ab angelo refectus est primū: & secundo, nē in via deficeret, 40. Lassus subsisteret. Sicut aūt dicit Hieronymus oēs natura humana prona est ad clementiam; & in alieno peccato quisqꝫ sol miseretur, vt merito dixerit apostolꝰ, qui suorum & maxime domesticorū curam nō habet: hic infideli deterior quādo cum Samaritano miserebitur eius qui in idit in latrones? Estote inquit bonus optimus & maximus deus & vos perfecti sicut & pater vester, vt benefici sitis in omnes, caro enim & os vestrum sunt. Nero naturę humanę monstrum, animaduersurus in latrones duos, Burrus eius pręfectus exigebat vt quos & ex qua causa animaduerti vellet. Hoc sępe dilatum vt aliquando fieret instabat. Inuitus multo cum chartam ptulisset traderetqꝫ, exclamauit Nero: vellē nescire litteras. Audisti vocē clemētię plenā, indignā reuera tam sęuo Nebulone. Nec libet referre crudelitatem Cęsaris. Is enim perusia capta, in plurimos animaduertit, orare veniā vel excusare conātibus, vna voce occurrens, moriēdū esse dixit. Scribunt quidā trecentos ex deditis electos vtriusqꝫ ordis ad aram Iulij Cęsari extructā hostiarū more mactatos, Pluton videlicet ac diis inferis pręclara victima & tanto princ ipe indigna. Dñs autē Iesus postꝗ & ipse vulneratus est sicut & nos, & p oia assimilatus est fratribus vt misericors fieret (Heb. 2. Neqꝫ ꝗ tactus dolore cordis intrinsecus; dicit.

Marci. 8. Matthę. 15. 3 Reg. 19. Hierony. 1. Timo. 5. Matth. 5. Nero. Cęsar aug. Esai. 53. Genes. 6.

feeus, dicit fecũ, delebo hoiem quẽ creaui, pœnitet enĩ me fecisse eos. Quid ergo? Miseret me turbæ, quæ iã triduo perseuerãt mecũ: nec habent quod mãducent. Hi eũ fame laborẽt (ingens telũ) interim vt taceant, tacendo tamẽ loquuntur (sicut Daniel in lacu Leonum) dicẽtes, sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, ita oculi nostri ad dñm Iesum vt misereatur nostri. Triduũ transijt, quæ attulerãt cõsumpta sunt, ieiunos si dimittã viros fœminas paruulos, & aliqui ex eis desiderati fuerint, ego reus videbor animarum illarũ omnium. Et quid faciam noĩ meo magno? Dicetur enim. Non poterat hic homo potens ope & sermone, qui cæcis donauit visu claudos gressu, & debiles pristinæ restituit sanitati, istos omnes in hoc deserto pascere: qui & alias multo plures ex quinq; panibus satiauit? Adde q̃ quidam de lõge venerãt. Vnde? De pascẽdis porcis. Luc. 15. Et quid hoc ad rẽ? Portãt ventrem vacuũ, vnde laborãt saguntina fame. Super subulcis igitur istis cõmota sunt viscera bonitatis dei, & isti qui heri cupiebant implere vẽtrem suum de porcorum siliquis, quia venerunt ad christum, mensæ cælestis participes effecti sunt. Et siqui ingredi detrectant, cõpelluntur. Luc. 14. O profundum clemẽtiæ tuæ o Christe pastor bone, cõpelle inquis eos. Adrianus impator cum priustuz hostẽ haberet, quẽ summe perdere cuperet, creatus imperator inquit: effugisti manus meas. Cæterũ iuxta Senecã tam oĩbus ignoscere q̃ nulli crudelitas est. Legimus in chronicis de Ranemiro fratre Dñi Ioannis Aragoniæ regis: qui deposito monachali habitu, regno prefectus est, quoniã Ioannes rex filios nõ reliquit. Hic igitur cum moribus probus esset, nõ tamẽ morẽ ei gerebãt magnates regni. Tale igitur cõmentuz machinatus est. Edixit per preconẽ se velle cymbalũ fundere quod tiniret in toto regno. Ad tantũ facinus iridẽdum cõuenerunt maiores regni in oppido de Huesca euocati tamen. Ex oĩbus igitur principibus qui malo suo conuenerãt ad huiusmodi spectaculum, quindecim sigillatim accersitis, & capite plexi, nullo eorũ fraudẽ presagiẽte, eũdemũ capita parentũ filijs primogenitis illorũ ostendit dicens, optimũ est aliena insania perfrui, nã & de vestris capitibus comitia agẽtur, si res ferat. Id diximus propter verbũ senecæ, tam oĩbus ignoscere crudelitas est, q̃ nulli. Et responderũt ei discipuli eius. Vnde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Hæc iuxta Marcum, Matthæus ita. Vnde ergo nobis in deserto panes tot, vt saturemus turbã tantam? Diffidẽtiæ plena est vox ista: nec absimilis illi, sexcẽta hominũ milia peditum sunt populi huius, & tu dicis, dabo eis carnes mẽse integro? Nũ. 11. Et sequitur. Nũquid ouium & boum multitudo cędetur: vt possit sufficere ad cibũ, vel omnes pisces maris in vnũ cõgregabũtur, vt eos saciẽt? Quo loco dicit Rabbi aquiba, q̃ tãtum peccauit hic Moses, quãtum. Nũ. 20 Ad aquas cõtradictiõis: & forte grauius, quia diceret domino, dabo vobis carnes mense integro, donec exeat p̃ nares vestras, ille respõdit, nũquid cędetur &c. Nã cõgregari omnes pisces in vnũ videbatur impossibile. Tamẽ inquit ille peccatũ Mosi nõ fuit punitum, quia erat secretum. Obserua aũt diligẽter, q̃ de mãnate nõ permisit iudæos colligere nisi pro singulis diebus excepto q̃ feria. 6. Duplum colligebãt cæterũ de carnibus secus fuit, collegerũt enim pro mẽse integro. Pluebat enim dñs coturnices in circuitu castrorũ, ita vt a quolibet latere castrorum in oppositum latus viginti essent parasangæ vel. 80. miliaria Reuera aũt tam Moses q̃ apostoli ex preteritis mirabilibus dei argumẽta fidei colligere debuerant, q̃a preteritatum rerũ exhibitio est futurarũ certitudo. Et ille viderat mare diuisum, ægyptios submersos ad vnũ, aquam dulcẽ factam, immisso ligno, aquã e petra productam, Exo. 17. Et isti viderãt quinq; panes multiplicatos, & innumeros fere saturitate donatos, quorũ multi aderãt. Et tamẽ quis inquiũt poterit istos saturare in solitudine, vel vñde nobis in deserto tot panes? ita sibi exciderant, rudes & obliuiosi & qui nil credebãt nisi fide Grecatad nihil aliud aspiciẽtes, nisi q̃ populus ille biduano ieiunio latrantẽ gestaret vẽtrem. Et dato q̃ pecunias haberẽt apostoli, locus ipse desertus inops erat oĩs alimẽti, vẽter aũt pecunia nõ pascitur. Abulitus prefectus Alexandri cum nullũ ei cõmeatum preparasset, tria milia minuũ talẽta attulit. Id argẽtum Alexãder equis apponi iussit, quibus minime gustãtibus, quæ nã inquit cui cõmoditas apparatus? Sequitur. Et interrogauit eos: quot panes habetis? Et dixerunt, Septẽ: paucos pisciculos: Iuxta Matthæũ. Et precepit turbæ discũbere sup terrã. Apostolos rogat, vt mẽtes eorũ erigat, sicex mõ interrogationis rememorẽtur alterius miraculi, & ante credãt q̃ videãt. Audis bonæ cõuiua delitias & paupertatem mẽsæ dominicæ? Sed hac paupertate oẽs diuites facti sunt, & qui aderãt & nos, & nati natorum & qui nascentur ex eis. Verũ operæ pretium erit cõferre huic mẽsæ apparatũ mẽsæ Salomonis. Erat igitur cibos mẽsæ Salomonis per dies singulos. 30. Chori similæ, & sexaginta chori farinæ: decẽ boues pingues: & viginti boues pascuales, & cẽtum arietes: excepta venatione ceruorũ capreariũ bubalorum & auiũ altilium, sed incrassatus est dilectus (sic enim vocat⁹ est adeo 2. Reg. Idida idest amabilis domino) & recalcitrauit, & dereliquit factorem suum. Cibus ergo mẽsæ christi panis nudus est iuxta Marcum, Matthæus adiecit vice bellariorũ paucos pisciculos, paucos numero, modicos quãtitate. Mullũ ingẽtis formæ (piscis est) Tiberius Cæsar missum sibi, cũ in macellum deferri & vendere iussisset, amici inquit oĩa me fallunt: nisi istũ mullum aut Apicius emerit aut Publius Octauius. Vltra spẽ illi cõiectura processit, licitati sunt, vicit Octauius, & ingentẽ cõsequutus est inter suos gloriam, cum quinq; sestertijs (aurei sunt duodecim & semis) emisset piscẽ, quẽ Cæsar vẽdiderat, ne Apicius quidẽ emerat Popinæ professor insignis. Illud oẽm fidem excedit, quod legimus apud Macrobiũ, asinius celer vir cõsularis mullum vnũ septẽ milibus nũmũ mercatus est idest aureis/75/ tantus olim erat Luxus in ciuitate illa quã Petrus apostolus Babylonẽ vocat, figuratiuo noĩe. Nã Per id temporis vbiq; cãtabatur inuitatoriũ illud, comedamus & bibamus, cras enim moriendum est. Esaiæ Cap. 22. Hieronym⁹. Captiuitate presente & obsessa hierusalẽ, cum ferrũ fames sitis vrgeret vrbem, Hieremias ad pœnas ppl̃m prouocabat. Cap. 24. Et e cõtrario reges ac pricipes & vulgus miserabile desperatione

pereuntium

Dani. 13
Psal. 122.
Iosue. 7.
Adrianus.
Seneca.
Ranemir⁹
Moses.
Exo. 15
Ioan. 6.
Alexander
Tiberius.
Macrobi⁹
1. Petri. 5
Hierony.

F G H I K

peuntiū se tradebat epulis, Nihil aūt sic offendit deū, q̄ post peccata erecta ceruix, & ex despatione cō-
temptus. Comedamus inquit, nā apud inferos mēdicandū est nobis cū epulone. Precepit ergo domi-
nus turbę vt discūberet super terrā: & accipiēs septē panes & pisces: & grās agēs
fregit & dabat discipulis, vt apponerēt. Et apposuerūt turbę, & comederūt oēs &
saturati sunt. Et sustulerūt quod superfuerat de fragmentis septē sportas plenas.
Erāt aūt qui manducauerāt quattuor milia Hoīum ferme aut circiter quattuor milia, extra
paruulos & mulieres: & dimisit eos. Et ascēdens in nauiculā, venit in fines Magedā
vel dalmanutha, iuxta Marcū. Si igitur is grās egit, cui nō erat rapina esse ęqualē pri p omnia, oia
enim dedit pater in manu eius (Ioā.13) Quanto magis nos gratias agere cōuenit, qui p singula momen-
ta in ipso mouemur & sumus! Si enim Dauid dixit, quid retribuā dno p oibus quę retribuit mihi, vide
licet agnosces pauptatē suā, vt qui oppressus erat ęre alieno talētorū decē miliū, quanto id magis nos
dicere oportet, nō de oibus sed de singulis! Quid enim vel p singulis nobis collatis ei retribuem?: Quid
p eo q manu eius vtraq; formati sumus! Psal.118. Quid pro eo q pręlati sumus oibus aiantibus! Quid
p eo q oēs angeli ministerio nr̄o deseruiūt! Heb.1. Quid p eo q vocati sumus ad vineę culturā! Acce-
pit inquit panes Quot! Nec tu habe oculos ad numerū panū. Nā si beneficia in rebus nō in ipsa bñfaciē
di volūtate cōsisterēt: eo maiora essent, quo maiora sunt quę accepimus. Id aūt falsum est: (memēto vi-
duę) non nunq̄ enim magis nos obligat. Qui dedit parua magnifice, fac mihi primum de ipsa farina sub
cinericiū panē paruulū. 3.Re.17. Qui regum ęquauit opes animo, vidua inferens duo ęra. Qui exiguum
tribuit sed libenter: afferam buccellam panis, Genes.18, Qui paupertatis suę oblitus, nostrę cōsulit: sicut
testatur Paulus de Macedonibus, supra virtutem inquiens voluntarij fuerint in erogāda eleemosyna.
Id autem videre licet & hic. Nam apostoli postulati panes, quas pro commeatu suo attulerant, nihil mo
rati sunt, quin imo si res ferret seipsos impenderent & super impenderent pro tuenda vita illorū quatri-
duo perseuerant cum domino Iesu. Charitas enim vera non quęrit quę sua sunt. 1. Cor. 13. Deniq; ma
gis nos deuincit, qui non voluntatem tantum iuuandi habuit, sed & cupiditatem, iuxta illud, btūs qui
intelligit super egenum & pauperem. Psal.40. Hic enim tota die miseretur & fęneratur: sed dño. Quo-
modo tota die, & quomodo fęneratur: si iustus est! Tota die miseretur, qui semper requirit cui misereatur
Sicut dixit Dauid. Nunquid super est aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam! Vide bo-
num textum. Habeo inquit rationem patris tui Ionatę, immemor iniuriarū aui tui. Nam sicut occasio-
nes quęrit vir durus & malitiosus & pessimus (adde & stultus) ne benefaciat sancto viro Dauid (1.Re.25
Vt ab amico discedat, ita iustus semper intelligit super egenum & pauperem. Et fęneratur inquit. Cui!
Fęneratur domino, qui miseretur pauperis. Prouerbio.19. Quantum retribuet? Centuplum accipietis &
vitam ęternam. Matth.19. Qui accipere se putauit cum daret. Vnde illud. Si inueni gratiam in oculis tu-
is, ne transeas seruum tuum. Id circo enim ad me declinastis. Ad quid declinauerunt ad te viri isti tres. O
pater Abraham! Ad quid declinauit Maria in domum Elisabeth: Luc. Cap.1. Ego sum inquit qui grati-
am inuenio, qui beneficio afficior, si mensę meę pauperculę licet velitis esse participes. Nam si quod di
ctum est, ad hoc declinastis intelligas prout verba sonant, id erat verecundia afficere beatos illos viros:
sed declinastis: me vobis quasi vim inferente. De hoc item habes Genes, Cap.19. De Loth vim inferen-
te duobus viris vt declinarent in domum suam. Non enim beneficium dabat, sed accipere se putabat
nec fallebatur. Qui dedit, tanq̄ non recepturus, quod solius dei proprium videtur, qui bonorum nos-
trorum non indiget, licet dicat se esurire in pauperibus, & in eis iniuria affici, qui tangit vos inquit pu-
pillam oculorum meorum lędit. Qui occasionem qua prodesset, & occupauit & quęsiuit, iuxta illud,
posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas. Et rursus. In via hac qua gradieris,
firmabo super te oculos meos. Psalmus. Cap.31. Et illud Oseę Cap.2. Sepiam viam tuam spinis, quod
est, posuisti in neruo pedem meum, vt vel volentes vel inuiti a via dei non recedamus. Ita Dominus
pro dilectione quo ferebatur in Salomonem, quia filius erat Dauid viri iuxta cor dei (Actu. Cap.13) Quę
primum Salomon idem tria erexit sacella tribus parentis imo multo plura excitauit ei in regno tres
Tyranos vt vel sic resipisceret a tanta vęsania. Vę autem illis de quibus Apostolus, tradidit illos Deus
in sua desidera, in reprobum sensum. Tu autem qalcunq; ades mensę Christi, vide in te bonitatem Dei
& seueritatem in multis diffidentię filijs. Quam bonitatem! Tu sustines Dominum ad multum triduo
ille sustinet te annis decem, forte & annis triginta. Nam eos de tempore diluuij annis centum sustinuit
Verum ille semper sui similes esse per gentes: thesaurizabant sibi iram in die irę. Roma. Cap.2. Acce-
pit ergo panes Dominus, gratias egit, fregit, ipse est enim manus patris, per quam Deus implet in bo-
nis desideria nostra: tribuens mensuram bonam & Caetera. Luce. Cap.6. Fregit ergo & dedit discipu-
lis, vt apponerent turbę, Dei enim cooperatores summus. Et comederunt omnes, & saturati sunt, quod
tunc vere erit, quando iuxta Paulum Deus erit omnia in omnibus, qui nunc est singula singulis. 1. Cor.
Cap.15. Est enim beatitudo status omnium bonorum aggregatione perfectus. Deniq; sustulerunt
septem sportas plenas ex reliquijs mensę Coelestis. Has septem in pręcedentibus assignauimus.

Dedit enim parua sed magnifice Regum excessit opes animo. Exiguum tribuit, sed libenter pau-
pertatis suę oblitus: nostrę succurrit necessitati. Non voluntatem tantum habuit iuuandi: sed cu-
piditatem. Accipere se putauit cum daret. Occasionem qua prodesse occupauit, quia & pręsenti-
bus & futuris prospexit dicens, misereor super turbę, quia non habent quod manducent. Et obserua quomo
do iuxta litteram Ioannes cum Petro non implebāt pręceptū dei, Exo.23. Nō apparebis ante deū vacu
us, q̄ rogāte paupere hoīe eleemosynā, dixit Petrus, argentū & aurum non est mihi. Verum si ad aium

Margin: A, B, C, D, E; Luce.16. Phil.2. Actu.17. Psalm.115. Luce.21. 2.Cor.8. Martinus. 2.Cor.12. Psal.38. 2.Reg.9. Prouer.18. Genes.18. Psalm.18. Zach.2. Iob.13. 3.Reg.11. Rom.1. Rom.11. Genes.6. Psal.103. 1.Cor.5. Boetius. Actu.3.

aspicias, omnes regum opes superabat, dicens, quod autem habeo hoc tibi dnm do, surge & ambula. Cętera patēt. Quod aūt dicit Matthęus dūm cōscēsa nauicula, venisse in fines Magedā, Gręce est Magdala, Marcus dicit Dalmanuta. Idē est locus, sed Polynumios, & nūc vocat Macera cōtra Iesuram. Hieroni9 legit, Magedā. Sequitur. Et accesserunt ad eum pharisęi & sadducęi tētātes: & quęrētes ab eo signū de cęlo: Matthęus, rogauerūt eū, vt signū de cęlo ostēderet eis. Marcus, & ingemiscēs spū ait. Quid generatio ista signū quęrit? Amen dico vobis: nō dabitur generationi isti signū. Matthęus, facto vespere dicitis: serenū erit: rubicūdū est em cęlū. Et mane hodie tēpestas: rutilat em triste cęlū. Faciē ergo cęli di iudicare nostis: signa aūt tēporū nō potestis. Lucas aūt hęc verba ad turbas dixisse dūm refert, Dicit enim. Dicebat aūt ad turbas. Cū videritis nubē oriētē ab occasu, statim dicitis, nimbus venit, & ita fit: & cū austrū flantē: dicitis: q ęstus erit: & fit. Hypocritę faciē coeli & terrę nostis probare: hoc aūt tēpus quomō nō probatis? Quid autē & a vobis ipsis nō iudicatis quod iustū est. Sēper ergo iudęi sui similes esse pgunt, corde incircuncisso, eoqȝ adamātino iuxta Zach. 7. Adde quod dicit Paulus: quoties legitur Moses, velamē est positū sup cor eorū: vt etiā si credere velint, nō possint: quia excecauit dn̄s Iesus christus oculos eorū: & indurauit cor eorū, vt nō videāt, nec intelligāt, nec cōuertant, sicqȝ nec sanētur, sed semp claudicēt, & cęcutiāt cū patre suo Iacob, & palpēt in meridie q̄si in tenebris, sicut dixit ad eos Moses Deut. 28. Qui tot visis signis cęlestibus & admirādis: & quę diuinā potētiā liquido prę se ferūt, adhuc rogāt vt signū videant. Dicam vnū, quod tamē nō asseri, suspicor aūt, q Abrahā ideo nō accepit ex terra sibi pmissa vel vestigiū pedis iuxta Stephanū in actis, quia dubitate visus est de diuina pmissione, dicēs Genes. 15. Dn̄e deus vnde scire possum, q possessurus sum terrā illā? Cęperūt ergo pharisęi iuxta Marcū conquirere & disputare cū Iesu, q̄si miracula quę edebat, nō fierēt virtute coelesti, q essent plebeia pro indesi vellet pharisęos lōge supra vulgus sapiētes hoīes heroas & semideos sibi credere, ederet signū aliquid coeleste, sicut dictū est Matth. 12. Dn̄s sciēs illos calūniaturos quicquid fecisset, pbabilius enim poterāt tribuere Beelzebub, si quod signū e sublimi proditū esset, vbi versantur principes & rectores tenebratū harū, maxima cū Magorū familiare sit, subito ciere imbres: excitare tonitrua, ac fulmina: mouere grandinē ac tēpestatē, q̄s ea quę manibus suis cōtrectabāt, & videbāt oculis: ingemuit spū, quasi dolēs de illorū psida cęcitate, & velut indignās apud se ait. Quid generatio ista &c̄. Quęnā est hęc natio tā ptinax in credendo vt tot visis miraculis, adhuc signum requirat, quasi nullū ante hac viderit? Erāt pharisęi iudęi quidē natione, moribus Athensēsis. Vide Actu. 17. Ad hec dominus iuxta Matthęum. Faciem coeli &c̄. Obseruatis faciē coeli & terrę (idem dicit Lucas) nec vos fallit vestra coniectura, quandoquidem hinc colligitis prelagia rerum futurarum, quę tamen modicum conferunt ad ęternam salutem, & tamen in his toti estis oculati. Qui fit autem vt hoc tempus, hunc annum placabilem hunc diem ęternę salutis, ex tot pdictis inditijs non intelligatis adesse? Vere qualis est vestra sanctimonia, talis & vestra prudentia, omnia vestra fucata sunt. Hypocritę inquit Lucas, faciem coeli & terrę nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem & a vobis ipsis non iudicatis quod iustum est? Estqȝ sensus. Aliunde captatis argumenta ex quibus coniectetis ea quę sunt extra vos, & earum rerum quę intra vos sunt: & quarum ex vobis ipsis colligi possunt argumenta nullam facitis coniecturam, quia animę vestrę nullam habetis curam. Facto inquit vespere dicitis & cętera. Theophilatus. Reprehendit tentatiuam illorum quęstionem & inquit, q sicut signorum apparentium in Coelo aliud quidem pluuiarum, aliud autem serenitatis inditium est, & nemo videns pluuiarum signum, serenitatem requirit, vel serenitatis signum videns, pluuias timet, sic & de me cogitare oportet, q aliud tempus sit huius aduentus & aliud futuri. Nunc opus est miraculis in terra, quę autem in coelo fient, vsqȝ in illud tempus reseruabuntur, quando sol extinguetur, Luna occultabitur: stellę cadent & cętera. Basilius. Est autem notandum, q necessarię sunt humanę vitę siderum coniecturę, dummodo quis vltra mensuram non perquirat eorum inditia. Interest nautę prenosticari procellarum pericula; viatori mutationem aeris; colono fructuum copiam & Caetera. Vnde illud. Turtur & irundo cognouerunt tempus aduentus sui. Hieronymus. Sensus est, q etiam paruę aues sua norint tempora, & sciant quando ad calida festinantes loca, rigorem hyemis debeant declinare, & rursum veris principio ad solitas venire regiones. Hęc presagiunt auiculę edoctę a natura, vos autem o pharisęi qui scienciam legis iactatis (vt videtur) asinis iuxta Esaiam videmini stolidiores. Vere mendacium operatus est stilus vester, nam iuxta vestram peruersam legis expositionem, non dum venit vester Messias, & impletur in vobis illud Osee. Cap. 3. Dies multos sedebunt filij israel sine Rege, & sine sacrificio & sine altari & Caetera. Et post hęc (n longum longum post hęc) reuertentur, & quęrent Dominum, & hi sunt qui norunt faciem coeli iudicare & signum petunt, cum tot viderint, quę certe excitare poterant in saniam illorum si sanabilis esset. Hucusqȝ ergo perfidi & insani & amentes pharisęi quocunqȝ terrarum seruitutem durissimam seruiunt, alūt tamen spem inanem, prestolantes aliquando affuturum suum diu expectatum antichristum, quia scriptū est Esai. 49. Vultu in terra demisso adorabūt te &c̄, de hoc Plinius late loquitur libro. 18. Capite 35. Purus oriens Sol atqȝ non feruens, serenum diem nunciat, at hybernam pallidus grandinem. Si & occidit pridie serenus, & oritur, tanto certior fides serenitatis. Ventos predicit, cum ante exorientem eum nubes rubescunt. Quod si & nigrę rubentibus interuenerint, & pluuias. Si circa occidentem rubescunt nubes, serenitatē futurę diei spōdet. Si in exortu spargētur partim ad austrū ptim ad aquilonē, pura circa Solem serenitas sit licet, pluuiam tamen ventosqȝ significabunt. Si in occasu solis pluet, aut radij in se

Matth. 16. Marci. 8 Luc. 12 2. Cor. 3. Ioan. 12. Actu. 7. Ephes. 6. Esai. 61. Theophy. Basilius. Matth. 24. Hiere. 8. Hieron y. Esai. 1 Plinius.

F G H I K

dñj in senu subtrahēt asperā, in proximum diē significabūt tēpestatē. Si nubes solē circūludēr, quāto minus luminis relinquēt, tāto rurbidior tēpestas erit. Quod si exortu sit, ita vt rubescā nubes: maxima ostēdetur tēpestas. Si in exortu lōge p nubes sparger radios & porriget, & medius erit inanis, pluuiā significabit. Si ante ortū radij se ostēdunt, aquā & ventū. Proxima sunt lunę presagia. Quartā eā maxime obseruat ægyptus. Si splēdens exorta puro nitore fulserit, serenitatē, si rubicūda vētos: si nigra pluuias portēdere creditur. In quinta cornua eius obtusa, pluuiā, erecta & infesta semp ventos significat. Si quartum orbis rutilus cingit, vētos & himbres prēmouebit. Si plenilunio p dimidiū pura erit: dies serenos significabit, si rutila vētos, nigrescēs himbres. Nascens luna si cornu supiore obatro surget, pluuias decrescēs dabit, si inferiore, ante pleniluniū, si in media, nigricia illa fuerit, himbrē in plenilunio. Si in ortu cornua crassiora fuerint, horridā tēpestatē. Si sexta decima vehemētius flāmea apparuerit, aspas tēpestates presagit. Cū repēte stellarū fulgor obumbratur vti neq; nubilo neq; caligine fluitās, graues tēpestates denūtiātur. Si volitare plures stellę videbūtur, quo ferūtur albescētes, vētos ex ijs partibus nūtiant. Arcus cū sunt duplices, pluuias denuntiāt, nec tamē semp a pluuijs serenitatē nō perinde certā. Atrocissimę pluuię erunt, cū ex oībus quattuor partibus cœli fulgurabit. Cū ab aquilone tm̄, in posterū diē aquā portēdit. Cū ab austro vel choro aut fauonio nocte serena fulgurauerit, vētū & himbrem ex eisdē regionibus demōstrabit. Tonitrua matutina ventū significant, himbrē meridiana. Nebulę e mōtibus descēdentes vel in vallibus sedētes serenitatē pmittunt. Equidē & mōtiū sonitus nemorū q; mugitus tēpestatē predicūt, & sine aura quę sentiatur folia ludētia, aquisq; pluma innatans. Presagiūt & aīalia, conchę adhęrescētes, echini arena suburrātes se tēpestatis signa sunt. Ranę quoq; vltra solitū vocales: & fulicę matutino clangore, mergi anatesq; pennas rostro purgātes, vētū presagiunt. Grues silētio p sublime volātes serenitatē. Hirundo iuxta aquā volitās, vt pena sępe pcutiat, hiemē: & Ardea in medijs arenis tristis. Hec & multa genus huius dicit Plinius vbi supra, sicut boues olfactātes cōtra cœlū, seq; lambentes contra pilum, & vermes terrę erumpētes. Et in cōuiuijs mēsis q; nr̄is vasa quibus esculētū additur sudorē repositorijs linquentia, diras tēpestates prenuntiant. Hęc dicta sunt propter illud verbū, faciē cœli & terrę nostis iudicare, signa autem tempum aduentus Messię non potestis. Non potestis autem quia nō vultis, quia autem non vultis: quoties igitur Moses, velamen oppandit deus cordi vestro, vt cum volueritis, non possitis. Alioqui si vellent, ex prophetia Iacob Gen. 49. Ex hebdomadibus Danielis. Cap. 9 Ex statua cuius caput aureū & pedes ferrer. Dani. 2. Ex verbis Aggei, Cap. 2 Exq; multis alijs locis scripturę intelligere poterant, impletum esse tempus aduentus desiderati cunctis gentibus, exq; testimonio Magorum Matt. 2. Et Ioannis baptistę & cętera quę sparsim dicta sunt in superioribus huius operis. Itaq; relictis illis, ascendit iterum nauim: & abijt transfretum. Ve autem eis cum recessero ab eis. Osee. 9. In terra enim scribentur.

Sol. Luna. Stellę. Fulgur. Aīalia. Hiere. 17.

Caput. vi. De cauēdo a fermēto pharisęorū & sadduceorū et Herodis Et quō apl'i nō intellectis verbis dn̄i: vocātur modice fidei, cęcatū hn̄tes cor, hn̄tes oculos sine lumine itē aures statuarū, & tandē euigilāt a cęcitate sua. De quodam cęco quem Dominus illuminauit expuens in oculos eius, & manibus suis bis impositis super oculos eius.

ET cū venissēt discipli sui trāsfretū: obliti sūt pāes accipe, iuxta Mathęū: Marc⁹. Et nisi vnū panē nō habebāt secū in nauim. Qui dixit illis. Intuemini & cauete a fermēto pharisęorū & sadducęorū, Marcus, & fermēto herodis. At illi cogitabāt intra se dicētes vl'ad alterutrū dicētes: panes nō habem⁹, nō accepim⁹. Pricipio annotandū: q hęc cōduplicatio v'borū intuemini, & cauete, epitasim cautiōis h3. Beda fermētū pharisęorū est decreta diuina suis traditionib⁹ (arachnearū telis) post ponere, legē v'bis pdicare: impugnare factis, dn̄m tētare, nodū v'l'm in scirpo quęrētes: doctrinę eius nullā fidē adhibere, mirāda opa ei⁹ dæmonib⁹ attribuere: mētā anetū & oē holus decimare, camelū vorare: colare culicē. Matt. 23. Bn̄ aūt dixit philosophi⁹, q ignorātes significationes vocablorū, cito palogizātur. Dictū est in supiorib⁹, q simile sit regnū cęlorū idest doctrina euāgelica fermēto. Mat. 13. Habz igit & rector tenebrarū harū suū fermētū, de q paulus, epulamini, nō in fermento malicię aut nequitię. 1. Corin. Cap. 5. De hoc fermento nequitię habes Osee. Cap. 7. Quieuit Paululum ciuitas a commixtione fermenti, donec fermentaretur totum. Et loquitur de vitulis aureis quos fudit Hieroboam. Hieronymus. Quicquid enim necessitate sit, cito soluitur, quod voluntate arripitur, perseuerat. Hieroboam autem vim non intulit populo, sed suę eum dimisit voluntati. Tamen fermentum hoc quod abscondit Hieroboam in vitulis duobus aureis adeo explicuit vim suam paulatim sensimq;, vt omnes Reges decem tribuum ceciderint, omnes adorauerint vitulos: nullus recesserit a peccatis Hieroboam, qui peccare fecit israel. Quid plura? Omnes quasi clibanus idolatrię igne calefacti sunt & huiusmodi fermento corrupti, deuorauerunt iudices suos, vt etiam qui bonus esse poterat per naturam, videns & principes & populum idolis subditos, & illos putare deos, etiam ipse a scelere deuoraretur. Vidisti fermentum malitię? Deserto creatore, seruire creaturę. Patres quidem istorū vnū adorauerant vitulum, Exo. Cap. 32. Sed ille anteq; fermentaret populum contritus est. Isti autem duos

Marci. 8. Beda. 3. Reg. 12. Hieronim

coluerunt vitulos, idq; annis multis, quia paruus error in principio, maximus est in fine. Vñ lex cauet in Exo. 12. Septē diebus idest toto tpe vitę huius nō inuenietur fermētatum in domibus vestris. Qui enim comederit panē fermētatum doctrinæ pharisęorū: Sadducęorū vel Herodis, pibit aia eius de cœtu israel. Id aūt iudęi adeo sup̄sticiose obseruabāt, vt 14. die immediate post meridiē omne fermētatum domo pellerēt, scrutantes arculas & parietū rimas, ne forte minū oīa aliquid fermētati panis domi resideret ita p̄ oia erant sup̄sticiosi iudæi, sicut dictū ē Matt. 15. Iudæi igitur ꝓfecti ex ægypto, omne fermētū reliquerāt Egyptijs, mores tamē eorū secū ferebāt, quos imbiberāt a teneris vnguiculis. Vnde illud, hodie abstuli a vobis opprobria Egypti. Est igitur fermētū pharisaicū doctrina eorum peruersa, qua prorā & puppim religionis totius in delectu ciborū & varijs baptismatibus ponebāt. Id aūt falsum esse iam erāt edocti apostoli. Nec tamē hunc errorē oino posuerāt; quāquidē Petrus visione Cœlesti edoctus est, nullū cibū esse coēm &c, Actu. 10. Sadducęorū fermētū illud erat, animā perire cum corpore, resurrectionē nō esse, neq; esse angelū aut spm. De hoc vide in actis Ca. 4. Itē Ca. 55. Doctrina Herodis eadē erat cū doctrina Sadducęorū. Dicit aūt Glosa ordina. q̄ Herodiani erāt doctores, qui Herodē Christū esse dicebant. Theophyl. Fermētū Herodis est adulteriū, homicidiū, periuriū, simulatio religionis, odiū Ioannis & christi. Si igitur tam exitiale & mortiferū erat hoc triplex fermētū pharisęorū, sadducęorū & Herodis merito audiūt apostoli, intuemini, & cauete. Itaq; apostoli cū audissent dñm nominantē fermētū, nō intelligētes quidē quid sibi vellet sermo christi; aliud ex alio reminiscūtur, hoc est tunc venit illis in mentē q̄ inter proficiscendum panes nō accepissent, & hac de re tacite secum cōferunt, quasi peccassent in cogitāria & obliuione tot viri, nam vnū duntaxat panem secum habebāt in naui. Et reuera si fide erga dominū Christū securi essent a famis periculo, nō reuocaret in cogitantiā eorū, fermēti faciens memoriam Sed apostoli nō ex fiducia in Christū, sed ex obliuione humana & inter his quę loquebatur & faciebat dñs, obliti sunt panes accipere. Vnde qui verebantur increpari de incuria, obiurgantur de sup̄flua sollicitudinę. Sequitur enim. Quo cognito ait illis Iesus. Quid cogitatis q̄ panes non habetis. Nōdū cognoscitis & intelligitis: Marcus, modicę fidei adhuc cęcatū habetis cor vestrū. Oculos habētes, nō videtis: & aures habētes: nō auditis. Vere intellexerāt apl̄i miraculū/5/ panū, cum ad essent & vidissent turbā pastā, & tot cophinorū reliquias. Sed nō intelligebāt potentiā operantis, licet bis hoc signum fecisset. Nō intelligebāt q̄ in Christo esset potestas faciēdi quicq̄d vellet. Ideo nesciebāt vnde hoc fieret: & quomō, ideo nō cōfidebāt q̄ posset eadē facere mō vel maiora. Ergo idola erāt apl̄i iuxta vocē veritatis, sicut dicit ꝓpheta, oculos habēt & nō vidēt &c. Psal. 113. Inde illud Pauli. Cū deberetis esse magistri cęterorū: tot iā pręceptis cęlestibus catechizati, tot miraculis illuminati siquidē estis lux mūdi. Matth. 5. Vt quibus datū est nosse mysterium regni celorū nō p̄ enigmata & figuras p̄abolicas, & quibus cum loquor q̄si amicus amicū, Num. 12. Opus habetis lacte velut paruuli & nō solido cibo. Timetis vos obiurgādos esse, q̄ de cōmeatu vobis nō ꝓuidistis. Illud potius sucurrere debuit memorię vestrę, si oculos haberetis si aures: si tantulū fidei (nā certe similes estis statuis) si nō penitus vobis excidissetis, q̄ habētes vobiscū eū qui ea/5/ panibus/5/ milia hoīum saciauit, fame periclitari nō potestis. Hoc enim sequitur. Nec recordamini quādo quinq; panes fregi in/5/ milia, & quot cophinos fragmētorū plenos sustulistis: Dicūt ei. Duodecim. Quando septē panes in quatuor milia, quot sportas fragmētorū tulistis: Et dicūt ei. Septē. Et dicebat eis. Matthęus. Quomō nō intelligitis, q̄ nō de pane dixi vobis: cauete a fermēto pharisęorū & sadducęorū: Quomō nō intelligitis: [illegible], pos/u/notte, vt sic obiurgātis. Qui fit vt nō intelligatis! Tunc intellexerūt: q̄ nō dixerit cauendum a fermēto panū: sed a doctrina pharisęorū & sadducęorū. Hęc igitur opa christi apostoli memoria retinebāt: vtrunq; enim istorū miraculorum infra annū factū est, sed apl̄i nō ruminabant iuxta quod lex sancit, vt essent animalia munda, sed integra omnia deuorabant. Et quia de conchis istis margaritas nō legebant, frāgentes testam (vnde dictum est, qui habet aures audiendi audiat) merito audiūt: habetis obcęcatū cor sicut reliquum vulgus. Audiunt & illud, modicę fidei. & vere modicę, quippe qui post tā domesticam cum christo cōuersationem modio salis absumpto: tot imbres cælestis doctrinę (nam seorsum illis oia explicabat, quę cæteris loquebatur in parabolis, Marci. 4) illi p̄inde rudes ac insipiētes p̄sistebant sicut promiscua turba. Erāt aūt apostoli in hoc vituperabiles, non q̄ panes non acceperant, imo laude digni vt pote qui de postridiano minime cogitabant: vocantur tñ cęci surdi ea cordes & lethargica non sapiebant nisi iuxta carnem, prudentia autem carnis mors est. Itaq; vel sero sapiunt boni phryges, vexatione reprehensiones aspere aperiente intellectum. Scriptum est autem Psalmus. 140. Corripiet me iustus & increpabit (o insensati Galatę) oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Iustus etiam cum flagellat medetur, peccator etiam quando vngit pungit acriter. Percutiam inquit, & ego sanabo, hoc est, ad hoc percutio vt sanem, sicut dicitur: vulnerata charitate ego sum. Canti. Cap. 2. Vnde illud. Non vt confundam vos hec scribo: sed quia mitiori cauterio sanari non poterat tumor vester. Ita Dominus noster Iesus Christus qui mitis erat & humilis corde, non vt confunderet pullos suos, excordes vocat, sed vt excitet eos quasi dormitantes & obliuiosos. Caetera patent. Et veniunt Bethsaida & adducunt ei cęcum: & rogabant illum vt eum tangeret. Marci. Cap. 8. Et apprehensa manu cęci, eduxit eum extra vicum, & expuens in oculos eius: impositis manibus suis: interrogauit eum si quid videret, & aspiciens ait. Video homines velut arbores ambulantes. Maxima mirabilia solo Verbo perfecit, minoribus tot adhibet remedia, quia defectum alienę fidei supplet ad efficaciam potestatis ordinarię. Quę facit oia quęcunq; vult.

Merito

Fermentū — Iosue. 5 — Theophil. — Heb. 5 — Rom. 8 — Esai. 28 — Deut. 32 — 1. Cor. 4 — Matt. 11

F — G — H — I — K

Merito aũt dixit ecclesia, oleũ effusum nomẽ tuum. Nã sicut de reprobis scriptũ est Sap. 2. Vbiq; relinq̃-
amus signa stulticię nřę (pręclarũ cõsiliũ & tãtis catonibus dignũ) ita & bonus odor Christi quoquo v̈
sum effusus erat, & iã latere nõ poterat, vellet licet iuxta q́d supra dixit Marcus in de Cananęa. Ca. 7
Nemo erat qui se abscõderet a calore eius & luce, qui illuminari vellet. Horũ ex numero erat cęcus iste
qui sicut cõsequẽtibus patebit, nõ erat vt cunq; cęcus, sed ipsa cęcitate cęcior, & de numero eorũ sup
quorũ cęcitate dñs cõmitatus est. Accessit igitur hic ad lucẽ vt illuminaretur, sed aliena adiutus ope, &
cõtactũ exorat sacrę manus. Igitur & isti qui cęci duces erãt cęci, cẽturio enim gẽtilis homo licet, nihil
tale rogat, sed tãtũ dic inquit verbo. Verũ nõ oĩbus ex ęquo illuxit christus, quia alij ex vtero ꝓgrediũ-
tur cęci. Ioan. 9. Alij ab vtero exultãt in gaudio & in spũ sctõ. Et de aplis dictũ est Paulo supius, adhuc
A excęcatũ habetis cor. Duobus igitur eget cæcus hic iuxta tropologiã, ministerio sacerdotũ & potestate
manus christi. Ita habes in actis de Saulo, qui apertis oculis, nihil videbat. Quare? Quia Christũ nõ vide
bat, quia Xpm in cognitum persequebatur. Abijt Ananias ad cæcũ Saulũ, & imponẽs illi manꝰ dixit
Saule frĩ (qui pridie prędo erat & aper ferus, & mõs Ethnę) dñs Iesus quẽ tu ꝑsequeris, miseratus cęcita-
tẽ tuã, qui solẽ vis a cursu suo sistere, lunã cœlo deponere, diẽ hesternũ reuocare, misit me ad te, quia tu
ęgrus medicũ adire nõ poteras, vt videas, & implearis spũ sctõ. Et cõfestim vt imposuit manus Anani-
as Saulo pisci magno bonoq;, ceciderũt velut squamę ab oculis eius & visum recepit. Et requirẽdũ vi-
detur, nũ potẽtiores fuerint manus Ananię ad cęcitatẽ Sauli effugandã: q̃ manus dñi Iesu. Quis id cre
dat? Quid enim fecit Ananias, nisi quod iussus est? Nõ enim ille illuminauit cęcũ Saulũ, sed qui postra
uerat & excęcauerat, illuminauit tamẽ eũ ministerio Ananię. Itaq; sicut multa dñs loquutus est ꝑabo-
lice: quę sensum habebãt spũalem, ita multa gessit ꝑ corpus, quę typũ prę se ferebant eorũ quę gerẽda
B erãt olim in ecclesia: sicut illud q̃ annos nactus. 12. Remãsit in tẽplo Luc. 2. Flagello expulit nũdinãtes
a domo sua. Itẽ q̃ crucẽ primũ sup se tulit, Ioan. 19. Et deinde tradita est Simoni. Matthę. 27. &c. Igitur
d̃is pręsenti ęnigmate illud ostẽdere vult, q̃ nõ oẽs qui cæci sunt ęque ꝓfunde dormiũt, quandoquidem
solo respectu christi excitatur & illuminatur Petrus. Rursus de quibusdã scriptũ est, qui vsq; ad ebrieta
tẽ hauserãt de calice meretricis. Apoc. 17. Eris sicut dormiẽs in medio mari, & q̃si sopitus gubernator a-
misso clauo, & dices. Verberauerũt me, sed nõ dolui, traxerũt me, sed nõ sensi. Quãdo euigilabo, & rur
sus vina reperiam? Iste ergo cæcus q̃ profunde dormiret, per hoc ostẽditur: q̃ impositis manibꝰ christi (mi
rabile est aũt quomodo cęcitas cõtacta, nõ fluxit tan q̃ cera a facie ignis) & oculis saliua eius attactis,
nec id consequutus est quod Saulus: sed rogatus ecquid videret: video inquit hoies velut arbores ambu-
lãtes. Id aũt nõ est videre. Et pręstat iuxta Origenẽ detineri proba ignorãtia, q̃ falsa sciẽcia. Quid enim
hoi cum arbore? Nisi q̃ iuxta philosophũ homo est arbor euersa. Et si hoc vidit cęcus iste, acutissime vi-
C dit, hoies videlicet ambulãtes euersos antipodas. Quid est quod dicimus? Cũ caro dominatur, & anima
ancillatur, cũ ancilla hęres est dominę suę, homo euersus est. Quãdo hõ dicit malum bonũ, & bonũ ma
lũ, euersus est. Quãdo sensualitas captiua pertrahit rõnẽ, & ligat sicut Dalida Sãsonem: hõ iste euersus
est Iudi. 16. Hoies sunt, & arbores putas. Quare? Quia pomiliones cum sua basi metiris. Vidi impios al
tiores cedris, & sonãte voce de cælo, pręcidite arborẽ: excutite folia & fructus, qui arbor putabatur im-
mẽse magnitudinis, bos apparuit annis, 7, pulsus regno, vt intelligeret q̃ nõ erat arbor sicut ipse somnia-
uerat, erat autem homo sed euersus, & in bestiam conuersus, quandiu oculos ad Cœlum non leuauit cę
cus hic (Rex licet) & cognouit creatorem suum, exclusa cæcitate. Hõ inquit Seneca, putridum animal
& morbidum & quem causa fletus vitam auspicarum putes, interim o quantos tumultus hoc tam con
temptum animal mouet, in quot cogitationes (oblitus conditionis suę) venit. Immortalia & ęterna vo
luptat animo (vtinam ęterna voluptaretur) & in nepotes pro nepotes q̃ disponit, cum interim longa co
D nantem & ordientem telam longissimam, mors opprimat, quę non raro (imo frequentissime) in ex-
pectata venit. Comodus imperator pro Marci filio Herculem Iouis filium se iussit appellari, deposito
q; principum Romanorum cultu, Leonis pellem indutbat: manu Clauam gestans. Statuas sibi iussit
poni tota vrbe, inq; ijs vnam pro curia quę arcum contenderet, vt etiam imagines ipsę terrores atq; mi-
nas pręse ferrent. Hic est qui simulacro illi collosseo quod Romanis venerabile est, solis effigiem gerens
Capite dempto, suum imposuit. Verum quod nostra refert, si homines isti Cælum humi ne corruat hu-
meris sustineant, si orbem manu sua gestent, tridentem clauam aut fulmen, sicut homines morientur, &
sicut arbores steriles & purulentę ęternę tradentur incendio, & iam securis ad radices earum posita est
Sequitur. Deinde iterum imposuit illi manus super oculos, & cępit denuo videre, &
restitutus est: ita vt clare videret omnia. Et misit illum in domum suam dicens. Va-
de in domum tuam & si in vicum introieris, nemini dixeris. Primus igitur gradus ad lu-
E cem percipiendam ille est, agnoscere cæcitatem tuam. Id enim significauit cæcus hic cum ait, video ho-
mines velut arbores. Secundus est manui te medici ex toto committere, sicut dictum est, apprehendit
Dominus manum cæci, & eduxit eum (felix tanto duce cęcus iste, vt vere dixerit Iob, oculus fui cæco,
& pes claudo) extra vicum, cum sancto enim sanctus eris, & cum peruerso peruersus, propter quod O/
O/O/ fugite de medio Babylonis, fugite de incendio sodomorum, nolite iugum ducere cum infidelibus,
recedite a tabernaculis impiorum & nolite tangere quę ad eos ꝑtinẽt, ne inuoluamini in peccatis eorũ.
N ũ. 16. Tertius gradus est sustinere medicamẽtũ impositũ, iuxta illud. Si bona suscepimus de manu dñi,
mala q̃re nõ sustineamus? Quartus gradus est videre oĩa sicut sunt. Proinde siq̃n videris hoies q̃ in tene
bris positi, dicunt, quis vidit aut nouit nos? Qui dicũt malũ bonũ &c. Nõ tibi subeat admiratio, ꝑdide-
rũt enim oculos, ideo dicũt: quis videt nos? Perdiderũt gustũ, ideo dicũt amarũ dulce, perdiderunt mentẽ

Matth. 8 — Luc. 1 — Actu. 9. — Ioan. 2. — Luc. 22. — Prouer. 23 — Psalm. 67. — Origenes. — Prouer. 30. — Esai. 5 — Psal. 36. — Dani. 4 — Seneca. — Comodus — Luc. 3. — Iob. 29. — Zach. 2. — Iob. 2. — Esai. 29 — Esai. 5.

ideo dicūt bonum malū, nec habēt aliquid hominis preter figurā. Qui autē opa Christi lucē receperit ita vt Hoīem intus & incute videat: hic luce clarius videbit: ꝙ nemo eorū quos purpuratos videt fęlix sit, nō magis ꝗ̄ vnus ex illis quibus sceptrū & chlamydē in scena fabulę assignāt, qui cū pręsente populo lati incesserint & coturnati, peracta scena, psona deposita: ad staturā suam redeūt. Alti vidētur Sassones: Golię, Hercules, & Antęi & ac lātes quādiu stant sup mōtes. At si semel fortuna quę arridebat terga verterit (interroga Antoniū, & Pōpeium) id quod frequēter facit, videbis potētes depositos de sedibus, & pēdētē aliū e quercu. 2. Reg. 18. Aliū e ligno cubitorū. 50. Ester. 7. Aliū e muro bethulię. Iudith. 14 Alterius manū cōtra tēplum suspēdi, caput in summa hierosolymorū arce: linguā particulatim auibus dari. 2. Mach. 15. Et hic est impius Nichanor qui interrogauit, sū esset potēs in cœlo, qui imparet agi diē sabbatorū, & cū respōsum esset, est, subiecit ille, & ego potēs sum sup terram, qui impero sumi arma, & negotia regis impleri. Hęc blasphemus ille, qui qm̄ arbor putris erat, ęterno traditus est incēdio, & pijt cū sonitu memoria eius. Misit aūt cęcum dn̄s iā illuminatum in domū suam, de qua dicitur, redite pręuaricatores ad cor aut iuxta prouerbiū in vos metipsos descēdite, id quod alijs verbis dicit Salomō. Nisi cognoueris te o pulchra inter mulieres, abi post vestigia gregum tuorū. Origenes. Agnosce o anima pulchritudinis tuę causas inde descēdere, ꝙ ad imaginē & similitudinē dei creata es. Nisi ergo cognoueris, ꝗ̄ pulchra eras ab initio, ꝗ̄uis & nūc cæteras pcellas mulieres, & pulchra inter eas sola dicaris, tamē nisi cognoueris teipsam quę sis (nō enim ex cōparatione inferiorū volo bonā videri pulchritudinē tuā: sed vt tibi ipsi & decori tuo collata respōdeas) iubeo te exire: & in vltimis gregum vestigijs collocari, & iā nō oues neq; agnos sed hędos pascere, qui a sinistris iudicis statuendi sunt. Duplici autem mō debet anima cognoscere semetipsam. Quid quidē sit ipsa, & qualiter moueatur. Si boni affect⁹ sit an mali. Si erga omnes virtutes eundē tenorē habeat, an erga necessarijs tātū. Si mali sit, vtrū conetur ad bonū. Sed & hęc necessariū est cognoscere, vtrū mala quę facit, ex affectu & studio opetur, an fragilitate quadā: & vt Paulus dicit, ꝙ ꝗ̄si nō vult agens, & quę odit faciēs Rom. 7. An sit glorię multū cupida aut parū, aut oino nihil, quod inde colliget, si laudibus multū aut parū delectatur, aut omnino nihil, idē dicendum de obprobrijs. Si ergo per singula se non cognoscat, vt pote quę iam lumen oculorum accepit de manu domini, sed indifferenter vt commune vulgus ambulare voluerit, exeat huiusmodi anima in vestigijs gregum. Vltimus enim fiet & nouissimus, qui primatus suos non intellexerit. Qd̓ ꝗ̄ sequitur. Nemini dixeris, sępe expositum est. Est ꝗ̄ ratio manifesta indicti silentij, quia vbi in domum ipse venisset, res ipsa loqueretur apud eos qui cęcum nouerant, & cęcū adduxerāt ad dn̄m Iesum xp̄m.

Seneca. | Nichanor. | Esai. 46. | Canti. 1 | Origenes | Matt. 25. | Anima. | F | G

Caput, vij. Quē me dicunt esse turbę: & dicētibus ap̄lis: alij sic vel sic, rogātur illi: & Petr⁹ vice oīum respondit: tu es xp̄s filius dei viui. &c. Et dominus pręcepit eis ne pro tunc dicerent eum esse Iesum Christū.

H

Bethsaida aūt venit Iesus in ptes Cęsareę Philippi, & cū esset sol⁹ orās, iuxta Lucā/ erāt cū illo & discipuli. Et intrrogauit illos dicens. Quē me dicūt esse turbę: iuxta Lucā. Marcus. Quē me dicūt esse hoīes Matthę⁹. Quē dicūt hoīes esse filiū hoīs? Ex hoc triplici textu ad inuicē collato, pꝫ nō habere locū cōmētū Hieronymi dicētis, nō dixit, quē me esse dicūt homines, sed filiū hoīs: ne iactāter de se quęrere videref. Nā Marcus & Lucās expsse dicūt, quē me dicūt. Pręterea sciēdū, ꝙ Cęsatea hęc ipa est Dan, quę est alterū extremorū trrę Chanaā a pte aqlonari, & Bersabeę alterū a pte australi. Vide. 1. Re. 3. Cęterū Philipp⁹ fr̄ Herodis tetrarcha iturę. Lu. 3. Qui ei ciuitati p̄erat, mutauit nomē ciuitatis, ab itegro resarciēs, & gl̄osā faciēs in honorē Tiberij Cęsaris. Ea aūt nūc vocaf Paneas iuxta Hieronymū. Dicif aūt Cęsarea Philippi a Phelippo instaurata. Est em̄ alta Cęsarea i trra palestinę, quā pr hui⁹ Philippi Herodes vꝫ magnus in honorē Octauiani Cęsaris ędificauit Cęsareā appellās, quę p̄us turris Stratonis vocabaf, distat ꝟo vna ab alta ꝗ̄si miliarib⁹ 120. Est aūt Cęsarea Philippi in puincia phęnicis, vbi Iordanis ad radices oris Libani, hꝫ ꝗ̄ duos fontes vnū noīe Ior et alterū dā ex ꝗ̄bus cōflaf nomē Iordanis. De hac aūt intrrogatione dictū est lib. 4. Cap. 20. In fine. Qd̓ aūt dicit Lucas: ꝙ dn̄s sol⁹ orabat, hoc significat iuxta mysteriū, ꝙ ille sol⁹ nouit ꝗ̄d orādū sit, nā de hoib⁹ gn̄alē sentiam ptulit Paulus dicēs: Quid orem⁹ nescimus, sed sp̄us sc̄us adiuuat infirmitatē n̄ram, docet ignorātiā n̄ram, caro em̄ ad bonū semp ībecilla est, ad malū ptioax & iportuna. Itaq; etiā adiuta a sp̄ū sc̄tō, sequif quidē sp̄m, sed a lōge, sicut petr⁹ dn̄m, qui licet sero, puenit tamē. Interrogatio aūt dn̄i non de igoorātia venit, nō magis ꝗ̄ qn̄ dixit Adā vbi es? Gene. 3. Et descēdā & videbo &c. Gene. 18. Sed explorat⁹ fidē discipulorū, qui futuri erāt fūdamēta ecclesiastici ędificij de cælo descēdētis, prius vulgi sententiā inquirit, ne videlicet illorū fides subnixa videatur sup vulgari ppl̄i opinione: sed mera veritatis agnitione. Scinditur enim incertum studia in cōtraria vulgus, vt iuxta puerbiū, quot capita tot sensus sensu vacuos facile repias. Quē me esse dicūt inqt. Hilarius. Ergo vltra hoc ꝙ reuera erat filius hois, aliqd latebat in ꝗ̄d se fides credētiū debebat extēdere. Origenes. Primū aūt ex hoc loco discimus, illo tēpore diuersas fuisse opiniōes de xp̄o apud iudęos. Nō solū autem hoc, sed etiā illud, vt nos ꝗ̄ volumus ēe xp̄i imitatores, sēp scrutemur, ꝗ̄lis opinio sit apd̓ hoīes d̓ nobis: vt si qd mali dicif, occasiōes mali illius oīno p̄cidam⁹ a nobis. Si qd aūt dicif bōi, ei⁹ occasiōes āpli⁹ augeam⁹. Prouidem⁹ em̄ bōa, nō tm̄ corā deo, sed etiā corā hominibus. 2. Cor. 8. Et Paulo superius. Deuitantes hoc ne quis nos inimulet furti,

Chryso.

Matt. 16 | Mar. 8 | Lu. 9. | 50. pasāgę | Rom. 3 | Matth. 26. | Apoc. 21. | Hilarius. | Origenes. | I | K

Chriso. Nō ignari sumus o mnē pecunię cōtrectationē suspitionē progignere, presertim ingētem, nec vlla re citius corrūpi mētes hoium. Si igitur Paulus prouidit ne furti apud discipulos suos suspitione laboraret & propterea assumpsit secū socios in dispēsatione pecuniarū, quomō nō nos omnia facere cōuenit, per que suspiciones intesimātur maligne, & si irrationabiles fuerint atq multū a nr̄a existimatione distātes? A nullo enim vicio nos tātum absumus, quātum a furto Paulus, & tamē cum procul esset: nō neglexit suspicioni multorū mederi, que nō solum irrationabilis sed furiosa erat. Sequitur. At illi dixerūt Alij Ioānē baptistā: alij autē Heliā: alij vo (Marc⁹) quasi vnū de prophetis, Lucas. Quod vnus propheta de prioribus surrexit. Requirēdum videtur, quare inter tot opiniones vacillātis populi in modū arūdinis, nulla relata est que diceret, aliq dicūt te esse Messiā iu-

A deis promissum? Cum id suspicati sint aliquādo de Ioāne baptista. Ioā. 1. Et hoc ipsum dixerūt aliquado illi quinq mille hoies qui saciati sunt ex panibus quinq, hic est vere propheta qui vēturus erat in mundū. Dicēdum q id cauerāt principes sacerdotū, vt extra synagogā fieret (malū grāde et malum) quisqu is illū Messiam cōfiteretur. Opinio autē de Ioāne idcirco fortaissis erat, quia vita eius & doctrina in admiratione fuerat apud populū. Et huius opinionis fuit Herodes cū familia sua sicut habes supra Matt. 14. Alij Heliam. Origenes. Videlicet existimātes, q aut secūdam natiuitatē suscepit Helias, aut ex eo tempore in corpore viuēs, apparuit illo tpe. Scriptura enim nō dicit illum mortuū, sed p curru ascendisse in coelum. Alij Hieremiam, cui dictū est, cōstitui te sup gētes, eradicare demoliri & plātare, que reuera erāt in Christo verissime cōplenda, nam Hieremias quibus gentibus aut regnis prelat⁹ est, vt edificaret, aut demoliretur edificata? Propheta erat sed iudeorū tātū. Nā q Hieremias perrexit in egyptū cum quibusdā iudeis post captiuitatē Babilonicā & ibi prophetabat, sicut habes Hiere. 43. Nō voluntarius perrexit

Abulensis

Origenes.

4. Reg. 2

B sed volēs nolēs. Christus aūt dn̄s eradicauit oīa legalia, & demolitus est tēplum a fundamētis, & plātauit granū illum sinapis de quo dictum est Matth. 13. Et fundauit ecclesiā de qua in cōsequentibus. Voles vero dn̄s periculum facere & habere exploratum (ipse aūt solus nouit secreta cordium) quātum sui in fide profecissent, cor mitabilibus oculis eorū obiectis, tāta hausta coelesti doctrina, tā syncera eius demulsi cōuersatione, rogat eos dicens. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petr⁹ dixit, iuxta Mattheum. Tu es Christus filius dei viui. Marcus: Tu es xp̄s. Lucas: Christū illum dei, vel tu es ille Christus. Tu es lapis ille quē Iacob supposuit Capiti suo vt quietius dormiret, quādo vidit scalā illam, qua recta in coelū itur, Genes. 28. Licet via illa in pēdulo sit, & quē surgēs erexit in titulū & oleo vnxit. Hic est lapis de quo in cōsequētibus, sup hanc petrā edificabo ecclesiā meam. Christus igit ipse est lapis vnctus a Iacob (christus enim vnctus significat) & petram sup quā fundatur ecclesia cōgregata ex iudeis & gētibus, sicut arca Noe repleta est ex animalibus mūdis & immūdis.

24. q. 1. Nō turbat. Et cap. Si Petrus.

Figura.

C Interest autē q in arca plura erant animalia mūda q imunda, in ecclesia autē e cōuerso, multi enim sunt vocati ad ecclesiam, imo oēs vocant, pauci aūt eligunt. Matth. 20. Quē me esse dicitis? Licet autem opinio vulgi esset in laudem christi, quia tamē imperfecta erat & vacillans, reijciēda fuit, & tamen proponenda apl̄orum cōfessione, hec est prius referenda, vt excluso errore poneretur veritas, qui modus seruatur in disciplinis liberalibus. Arguitur enim ad oppositū veritatis &c. Simul & nos instruimur qualis erat apud populum opinio de Christo, quia nemo de illo opinabatur quid sinistrum (paucis demptis sed vna erant hirundo) sed ea que laudabilia erant. Sic deprehenditur peruersitas iudeorum, qui illū occiderunt, qui in honore erat apud omnes. Origenes. Iudei sciebant de Christo estimationes dignas velamine quod positum erat super cor eorum. Petrus autem quasi nō carnis & sanguinis discipulus, sed qui reuelatione Dei patris erat dignificatus, denegauit quidem aliquid eorum esse Iesum, que arbitrabantur esse Iudæi. Cōfessus est autem quoniam tu es Christus filij dei viui, illius qui dicit per os Mosi Deut. 32.

Gené. 6.

Abulensis

Christus.

Origenes.

D Viuo ego, per quem & in quo oia viuunt. Et fons quidem vite proprie dicitur deus pater, qui dicit per Hieremiam prophetam, me dereliquerunt fontem aque viue, vita autē est quasi de fonte aque viue procedens, qui dixit ego sum via veritas & vita. Petrus itaq p primum audiuit, vos autem quem me esse dicitis, qui hucusq silentium tenuerat, ibi preueniens cæteros, fit q os toti⁹ apostolici senatus, imo toti⁹ ecclesie, que quia vnica est, vnicam confessionē protulit de vnico fundamento ecclesie, christo filio dei sicut alibi legimus, extollens vocem mulier de turba: dixit: Beatus venter qui te portauit. Vna igit mulier ibi: & vnus Petrus hic viuum Christum cōfitentur. Quia & femine illi nō caro & sanguis reuelauit sed pater coelestis. Cæteri vero apostoli calculo silentij sui confessionem Petri approbauerunt. Si enim aliter sentirent de Christo, vnusquisq suam sententiam in medium attulisset. Forte enim & Iudas per id temporis idem credebat quod ceteri. Respōdens aūt Iesus dixit ei. Beatus es Simon bar Iona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pr̄ meus q est in celis. Et ego dico ti

Cap. 2.

Ioan. 14.

Luc. 11.

E bi q tu es Petrus, & super hāc petrā edificabo ecclesiā meā, & porte inferi nō preualebunt aduersus eā, Vide Dan. 7. Respōsionē igitur Petri approbans dn̄s iesus calculo suo, quid nobis credendum sit, tacite insinuauit. Ad hec Chrysost. Beatus es Simō filius Ione. Nā quia prēm meum predicasti, ego etiā illū noio qui te genuit, ac si diceret. Quēadmodū tu es filius Ione sic ego pr̄is mei q in celis est (& deus est viuus est) filius sum. Nā alias sup fluū esset dicere, tu es filius Ione. Verū quia Petrus dixit: tu es filius dei: vt sic se filiū dei ostēderet, sicut ille Ione fili⁹ erat eiusdē vsubstātie cū prē, id circo illud adiecit. Beat⁹ es inquit. Qua beatitudine? Quia p hec xp̄i vba certior factus ē de cōsequnda beatitudine. V̄ n illud. Ego rogaui p te, vt nō deficiat fides tua. Quid ē aūt caro & sāguis nō reuelauit tibi. Vtrū reuelatio hec p fidē tate rei credite, an p visionē cōspecta i er⁹ mēre fuerit nō mihi videt elucere inquit Augustinus. Ad hec Hierony. Neq enim p doctrinam pharisęorum sed p dei grām xp̄s dei fili⁹ Petro

Chrysosto

Luc. 22.

Augusti⁹.

Hieronim

DD iiij reuelat⁹

reuelatus est. Et quidē apostoli quādo mittebantur in prędicationē, credebāt Christū filium Dei inquit
Origenes.
Origenes, nō tñ agnoscebāt. Sed postea proficiētes etiā cognouerūt. Vnde illud Ioan. 16. Nūc scimus q̄ scis oīa, & nō est opus tibi vt quis te interroget, in hoc credimus q̄ adeo existi. Erat aūt dñs Christus li-
Ezechi. 2
Esai. 55
ber ille signatus de quo Apoc. 5. Scriptus intus & foris. Intus p̄ hoc q̄ in principio erat verbū, cuius generationē quis enarrabit: Foris: quia verbū caro factū est. Intus, quia inuēta est Maria hñs de spiritu sancto, intus tu es christus filius dei viui. Foris quia alij eū Heliā alij vnū ex prophetis opinabātur. Foris legit Samaritana dicēs, quomō iudæ⁹ cū sis. Foris reclinatur in pręsepio, Luc. 2. Intus adoratur a pastoribus, a magis, a Simeone. Foris esurit & tētatur, Matt. 4. Intus panes multiplicat, sup̄ aquas ambu-
Xp̄istus.
lat, Matt. 14. Dæmonibus impat, mortuos excitat. Foris moritur, Intus resurgit. Nō ergo caro & sanguis eum reuelauit Petro, qm̄ si ad carnē aspicis, caro hoiem ostēdit mortalē, nō aūt Deum dei filiū. Et
P
q̄n fuit Petrus apud patrē: Sed opibus credidit Petrus, quę illum dei filiū clamāt. Tamē in cōsequen-
Matt. 17.
tibus reuelatus est Petro Ioāni & Iacobo in mōte Thabor. Sed miro quodā mō cum interior huius libri scriptura magis imperuia sit, amplius hoīum mētes turbat scriptura exterior. Manichęi enim christū deū cōfitentur, sed eundē hoiem esse negauerūt. Isti mira puersitate quod vidēt negātes, quod nō vidēt
Manichęi,
cōfitētur. Vtrāq̄ aūt scripturam Ioānes breui formula explicuit dicēs. Quod fuit ab initio quod audiuimus de verbo vitę, ecce interiorē libri scripturā. Et vidimus oculis nr̄is & manus nr̄ę cōtrectauerunt, ecce exteriorē. Reuera aūt & Petrus vtrūq̄ cōplexus est vno videlicet verbo quod est Christus. Dicit
Ambrosi⁹
aūt Ambrosi⁹ sup̄ ad Phil. Cap. 2. q̄ ante incarnationē dñs nr̄ aut christus pōt vocari aut Iesus, quia simul ambo noīa & hois filium & dei filiū significāt, dicēte Paulo, petra aūt erat Christus. Caro igi-
1. Cor. 10.
tur & sanguis in Christo potius velabāt q̄ reuelabāt id quod latebat post parietē carnis nr̄ę in christo sed sic latebat vt eminēs p̄ retia, ex parte videretur, sicq̄ locū haberet fides. Verū Petrus reuelatione dei
G
Canti. 2
patris rē vt dicitur acu tetigit, quia sicut Thomas, aliud vidit & aliud credidit. Sic Petrus carnem vide
Ioan. 20.
bat & sanguinē, deum autē cōfessus est. Nā reuera & Thomas reuelatione dei patris dixit, Dominus
Hieronim.
meus, & deus meus. Sequitur. Et ego dico tibi. Hierony. Dico tibi nō sermone casso & nullum habēte opus, sed dico tibi: quia meū dixisse fecisse est. Dico tibi q̄ tu es Petrus, ego aūt sum petra. Et sup̄ hanc petrā (fundamētū enim aliud nemo pōt ponere pręter id quod positū est primū a Iacob. Gene. 28. Secūdo ab Esaia cap. 28. Et nūc. Tertio ab ap̄lo Petro) ędificabo ecclesiā meam, & portę inferi nō pręualebūt aduersus eam. Sūt aūt portę inferi vel hęreticorū doctrinę, quę vt cācer morbus serpūt. 2. Tim. 2. Sūt & Tyrāni portę inferi, qui multos post se greges trahūt pditorum hoium, & hi simul cū hęreticis christianos conātur protrudere in baratrū. Hęretici quidē persuadēdo, Tyrāni & cogēdo, sed nō pręua lebūt: nisi q̄tenus pmittūtur cribrare electos sicut triticū. Luc. 22. Verbi gratia, Gelasio sedēte, Trasimū
Trasimun
dus
dus Vādalus tēpla christiani nois tota clausit Affrica, cētum viginti antistites ex ipa terra in Sardiniā
H
Olympius
relegauit. Potuisset aūt Barbarus hic suę impietatis admoueri, p̄ ea signa quę sub idtp̄s Cartagini fa-
Barbas.
cta dicūtur. Olympius Arrianus antistes sanctā Trinitatē in publico detestatus, tribus ictus fulminibus piit, ita vt cōsumptum sit cadauer cęlesti flāma. Et alius pari titulo & a mētia cum catechumenum baptismo admouisset, hęc q̄ effari cępisset: baptizat te Barbas (id enim ille episcopo hęretico fuit no-
Psal. 92.
mē) in nomine patris, p̄ filiū, in spiritu sancto ferunt aquā nusq̄ extitisse. Quo miraculo motus qui caracterē expectabat, ad orthodoxos trāsijt. Portę igitur inferi nō pręualebūt aduersus eā. Tūditur tamē fluctibus nauis in medio mari (mirabiles enim elationes maris) dormiēte domino. Matt. 8. Sed nō pręua-
Bonifaci⁹
lebunt aduersus eā. Et sciēdū q̄ Bonifacius tertius summus pōtifex egit ab initio suę administrationis cū phoca, vt Romana ecclesia esset oīum aliarū caput, Est q̄ id ęgre nec sine multa cōtētione apostolicę sedi datū, Gręci id ad se decus attrahētes, ibi christianę pietatis arcem esse oportere asseuerando,
Sabellicus
vbi & impij. Romanus pōtifex cōtra, cōstantinopolim Romanā esse Coloniā predicare, Romā velut
I
matrē ac dominā adhuc esse, quod ipsi Gręci p̄ se lle faterētur, qui suū principem Romanorū imperatorē suis diplomatibus & libellis inscriberēt, ipiq̄ Cōstātinopolitani Romei gręca voce dicerētur. Adiecit & illud, apostolicā sedē Petrū qui fuit apostolorū princeps, & cui animatū potestas primū est adeo attributa, Rome nō Bizātij fixisse, fixā & stabilitā posteris per manus tradidisse. Et Romanus pontifex p̄ hęc tenuit, vt Romana sic ecclesia oīum princeps declarata: & portę inferi nō pręualebūt aduer-
Psal. 17.
sus eā. Vide ad hoc Distin. 96, Cōstātinus. Dixit autem & Dauid, exaltas me de portis mortis: videlicet
2. Reg. 16
adulterij adiūcto homicidio, & hostiū blasphemia, & numerati populi, 2. Reg. 24. Et sentētię latę cōtra innocētem Miphiboseth, ac insipiēter cōfirmatę. 2 Reg. 19. Et nisi quia dominus adiuuit eū, paulo-
Hieronim.
minus in inferno habitasse anima eius. Psal. 93, Hierony. Sup̄ hāc petram. De hac scriptū est Esa. 28. Ecce ego mittam in fundamētis Sion lapidē probatū, angularē pręciosum, in fundamēto fundatū. Ostēdit pprobera his verbis, Siō iterū reędificandā nō opera Salomonis, qui sacella dijs extruxit. 3. Re. 11. Non
Psalm. 117.
manu Dauid qui multū sanguinē fudit 2. Para. 22. Sed manu eius qui dicit, sup̄ hāc petrā ędificabo eccle
K
siā meā. Cęterū ipsa cōsequentia textus nos a cōi sensu litterę excludit. Dicit enim Esaias, qui crediderit in illum lapidē probatum adeo, reprobatum a iudęis corā Pilato, Ioan. 19. Nō festinet, vel iuxta 70. nō cōfundetur. Quis enim vnq̄ credidit in lapidē, nisi forte qui cōfidūt in opibus manuum suarū? Hic
Hieronim.
est lapis de quo Zacha. 3. Sup̄ lapidē vnum septem oculi sunt. Quis aūt vidit lapidē oculatū nō duobus sed septē oculis? Sequitur in Zacharia. Ecce ego celabo sculpturā eius. Hieronym⁹. Clauis, lancea flagellis, spinis & cruce: arūdine & collaphis. Bene ergo celatur lapis iste, sine manibus pręcisus de mōte (Danie. 2) Multorū manibus, quia ecclesia cui⁹ fundamētū erat, ex omni natione cōgregatur quę sub cœlo est. Apoc. 7. Est igitur christus lapis & fundamētū ecclesię, probatus a patre dicēte, ipsum audite.

Matth. 17

Matt.17. Angularis quia ipse est pax nr̃a qui fecit vtraq; vnũ. Ephes.2. Est preciosus, quiã mors eius ꝓ ciũ est mundi. Vnde illud, nõ auro empti estis: sed precioso sanguine agni in contaminati.1. Petri.1. Est aũt firmiter fundatum, aut sicut dicit Esaias in fundamẽto fundatum quia portę inferi nõ ꝑualebunt aduersus ecclesiã fundatã sup christum. Quindecim enim cubitis altior fuit arca omni mõte qui sub cęlo erat, ideoq; extollere potuerũt arcam, submergere nõ potuerũt, quia clausit a foris ostium dominꝰ ne ingrederentur arcã aquę Tyrãnorum, hæreticorum & rectorũ tenebrarũ sęculi huius. Huius arcę me sidianum vnicum est, cũ arca esset capacissima, quia vnicũ est ecclesię fundamẽtum. Est autẽ ostiũ in latere: quia latere christi aperto Ioã.19. Patuit ingressus ad vitã. Et porte inferi nõ ꝑualebũt aduersus eã. Audi Esaiam cap.33. Oculi tui videbũt hierusalẽ habitationẽ opulẽtã, tabernaculũ quod nequaq; trãsferri poterit, nec auferentur clauiꝰ eius in sempiternũ & omnes funiculi eius nõ rumpentur. Exponamus hoc per verba Zach. Cap.12. Ponã hierusalem lapidẽ oneris cunctis populis. Hierony. Mos est in vrbibus palęstine, vt in viculis oppidis & castellis rutundi ponãtur lapides grauissimi ponderis, ad quos iuuenes exercere se soleãt: & eos ꝓ varietate viriũ subleuare alij ad genua, alij ad vmbilicum, alij ad humeros & caput, nõ nulli sup verticẽ & caput, erectis iunctisq; manibus, magnitudinẽ virium demõstrãtes. Est ergo sensus, Ponã ecclesiam cunctis gẽtibus quasi grauissimũ lapidẽ subleuãdum. Leuabũt quidem eam, tunditur enim ecclesię fabrica ꝑflantibus vẽtis quattuor, videlicet dæmonum, tyrãnorum, hęreticorum: & eorum qui falso fratres vocãtur ab apostolo, & pro viriũ quãtitate impugnatur. Sed necesse est dum leuatur, in ipso nixu & eleuatione põderis grauissimi: lapis scissurã aliquã vel rasuram in leuãtium manibus relinquat, omne em̃ agens in agẽdo repatit, nec tñ porte inferi ꝑualebũt aduersus eam. Refert Herodotus de Amase rege ægypti, q; attulerit ędificium ex solido saxo ex vrbe Clephant ina Memphim, in quo ꝓtrahẽdo cõsumpserunt triennium duo milia virorum electorũ. Eius tectum extrinsecus erat 21. Cubitorũ lõgitudo Quattuordecim latitudo, octo sublimitas; ex vno lapide. Intrinsum, 18, cubitorum lõgitudo, quinq; aũt sublimitas. Hoc tẽplum ex vno lapide excisum est, & grauissimum licet, multę tamẽ manus ꝑualuerunt & trãstulerũt illud. Tabernaculum aũt Christi quod fundauit nõ Moses sed deus nequaq; trãsferri poterit, & portę iferi nõ ꝑualebũt aduersus ecclesiã, fundata ẽ enim supra firmã petram. Tẽplum quidem primum Romę Iouis capitolini Tarquinius Demarati filius Sabina bello ędificaturum se vouerat, ędificauit autẽ eum Tarquinius supbus filius vel nepos eius qui vouerat. Excidit autẽ Tyrãnide anteq; absolueret. Hoc tẽplum bellis ciuilibus cõsumptum est. Nolo dicere, ꝑualẽtibus portis iferi aduersus eum, potius aũt dolẽtibus, dirui sacella sua; latmnũ speluncas. Secundum instaurauit Sylla, quod in Vitellij seditionibus euersum est ac dirutum: portis inferi lamẽtãtibus interire lucra sua. Tertio Vespasianus de integrõ reficere aggressus, opus ꝑfecit, quod vna cũ interitu principis inflãmatum est, iterum atq; iterũ eiulantibus portis inferi dirui delubra sua. Quartum a Domitiano perfectum est. Huius autẽ quarti inquit Plutarchus quod nostris tẽporibus Romę est priuatę diuitię omnes si quis rõcinetur, ne ad deaurationẽ quidẽ suffi.eres: cũ duodecim milia talẽtũ impẽsa excesserit. Cæterum tẽplum illud Pãtheõ toto orbe famosum M. Agrippa gener C. Augusti Ioui vltori dedicauit, referẽte Plinio lib.36. Cap.15. Itẽ Sabellico, quod etiam tẽpore Plinij sic vocabatur, vẽ ꝓ hac videatur a prima sua fundatione, Ioui & ijs oibus dedicatum fuisse. Huius tẽpli memoria hodie in benedictione est Romę. Teplum Salomonis bis dirutum est, & tãdem aratum est: de quo Matth.24 At ecclesia ędificata de viuis & electis lapidibus: supra fundamẽtum apłorum & prophetarum christũ cõcuti põt, cõburi nõ potest, dirui nõ potest, trãsferri nõ põt, nisi a leua presentis vitę ad dexteram virgę regnę, quãdo implebit illud, dextera illius amplexabitur me. Quare nõ ꝑualebunt: Quia sup hãc petrã serpẽs imprimere vestigia vlla nõ potuit. Prou.30. De his portis infernalibus ita dicit Poeta. 6. Eneidos. Respicit Enęas subito & sub rupe sinistra mœnia lata videt: triplici circũdata muro, quę rapidus flãmis ambit torrẽtibus amnis Tartarius Phlegetõ, torquetq; sonãtia saxa. Porta aduersa ingẽs solidoq; adamãte columnę, vis vt nulla virum: nõ ipsi excindere ferro celicolę valeant, stat ferrea turris ad auras. Tesiphone q; sedẽs, palla succincta cruenta vestibulum insomnis seruat, noctesq; dies q;. Habet enim infernꝰ noĩa singulis portis imposita, nõ enim vnus tãtum patet aditus: quia iuxta Origenem fere tot sunt claues virtutũ & mortis quot porte cœlorũ & infernorũ: quia ṽtutes reserãt Regnũ cœlorũ & peccata portas inferorũ. Arca ergo Noe fluitabat sup aquas, tabernaculum portabatur, & trãsferebatur, tẽplum Salomonis, cõflagrauit; ecclesia firma stabilitate subsistit quia fundamẽtum eius nutare nõ põt trãsferri nõ potest, quia vbiq; est exuri nõ potest, quia deus est, ignis cõsumens est. Porte inferi nõ ꝑualebũt aduersus eã. Tripliciter ostẽdit q̃re heretici tã grauiter puniunt. De hęre. Cum secundũ. Primo cõtrahẽtes nuptias incestas, eo ipso suarũ rerum dominiũ ꝑdunt. Itẽ raptor ṽginis inuitis parẽtibus cõtrahẽs cum illa: volẽte licet eadẽ. Itẽ ille qui illicitas ac ꝓhibitas merces trãsuehit ad terras infidelium vel alibi vbi ꝑ leges nõ licet. Bona igitur hereticorum qui grauius horribilius ac detestabilius q̃ ꝑdicti delinquunt, ipso iure de frm nrorum cõsilio decernimus confiscata vide sup illud, auferte ab eo minã. Luc.19. Et tibi dabo claues regni cęlorũ & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cęlis: & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cęlis. Faber. Claues regni cœlorum ꝓ doctrina Christi idest fidei Christi & ṽbo dei esse accipiendas ex Luc.11. Intelligimus. Harum vna erat, tu es Christus filius dei. Quę sunt igitur credenda & facienda, hęc ligauit sup terram Christus, & tradidit Petro. Quę ṽo dixit nõ credẽda & non facienda, soluit ea sup terram & sunt soluta in cælis. Hec expositio plusq; bis diapasson abest a cõmuni schola theologorũ. 19. Distin. Itã dñs. 50. Distin. Fidelior. C. Vt constitueretur. 3. q. 6. Dudum. Augustinus. Remissio

A B C D E

Gene.7.
2.Cor.11
Herodotꝰ
Matt.7.
Romanus templum,
Cant.2.
Poeta.
Origenes.
Matth.16
Heretici
Faber.
11.q.1. Relatum.
August.

peccatorum quę ciues ad ęternam colligit patriam: habet aliquid cui p vmbrā quādā sim le fuit asyllū illud Romuleum, qua multitudinē qua illa ciuitas cōderetur terrena, cum in principio muris est clausa, quorūlibet delictorū cōgregauit impunitas. Erāt enim muri amplissimi: ciues pauci, donata est remissio criminū quorumlibet confugientibus ad tēplū pro libertate, vnde magna pars populata est. Ita dicit Plutarchus. Primis vrbis fundamētis iactis /12. Kalendas Maij, accersitis ex Hetruria viris, qui sacris quibusdam ritibus & litteris singula edocerēt atq; exponerēt, fossa rotūda effossa, primitijsq; omnium quibus lege quidē vt honestis, natura aūt vt necessarijs vtebant, in eam depositis, & ad postremū ex qua quisq; profectus erat terra particulā quādā ferētibus/eodē conijciētibus & cōmiscētibus ac in figura circuli circūscripta vrbe, deinceps sacrū quēdam locum eo cōfugiētibus pfugium statuētes, Asylum vocant, eoq; oēs sine vllo discrimine excipiunt: nec dn̄o seruus, nec debitor creditoribus, nec homicida magistratibus deditur, cū dicerēt, firmū ratum id oībus pythico oraculo esse oportere, vt q̄ celerius vrbs cōpleretur. Ab initio tradūt haud plures mille domos fuisse. Aucta est igitur Roma donatione criminum: quo ad ius & forum hoīum attinet; peccata enim ille solus pōt remittere qui dixit ad Petrum tibi dabo claues regni cœlorum. Regnū aūt hoc ecclesia est, quę te vera asylū est peccatorū, & peccatorum remissio vsq; ad decē milia taleta, id q; nō semel, sed vsq; septuagies septies. Hilarius. Ob earū cœli ianitorē cuius arbitrio claues ęterni aditus tradūtur, cuius terrestre iudiciū pręiudicata authoritas sit in cęlo, vt quę in terris sunt ligata aut soluta, statuti eiusdē cōditionem obtineāt & in cœlo. Chryso. Et quidē peccata soluere solus deus potens est, & vt futura ecclesia tot fluctibus impetu irruētibus immobilis maneat, cuius pastor & caput piscator homo atq; ignobilis terrarū orbe reluctāte, adamantis naturā firmitate superet: hec in quam oīa quę filius dei sunt, se Petro pollicet daturū. A pr̄e inquit accepisti mei cognitionē. Et ego ergo dabo tibi aliquid, id sunt claues regni cœlorū, Accipies & a spiritu sancto, vt quorū remiseritis peccata: remissa sint vsq; septuagies septies. De hoc vide de peni. Distin Prima. C. mēsuram Et 26. q. 7. C. tempora. Dicit hoc loco Abulēsis q; vsus clauiū nō potest exerceri in eis qui sunt in purgatorio quia sunt sub terra & nō super. Quę tamen ratio non cogit. Nā si credimus Gregorio in dialogis, multi acceperūt purgatoriū sup terram. Dices/quomō ecclesia excommunicat vita functos: & absoluit excōmunicatos iniuste? Nā cæteris pręter missis, dicit Hostiensis & Ioannes Andreas in Cap. proposuit, de cōcessionibus prębendarū, q; etiā vita functus summus pōtifex pōt cōdēnari de heresi. Hec inquit Abulensis requirūt lōgum tractatum. Dicit & illud, q; defunctis nullę indulgētię cōcedi possunt directe: nō facta videlicet cōmemoratione viuorū. Gabriel ita dicit. Cū dicitur, indulgētias p modū suffragij applicari posse vita functis, intelligitur q; nō p modum iudiciarię potestatis, sicut possunt pdesse viuis, qui subsunt potestati pōtificis, sed pficiunt eis p modum suffragij, dum illud sit pro eis ab alio, qđ ipsi pagere nō possunt vita functi, licet nō minus pfit eis: q̄ si ipsi fecissent viui in gratia existētes. Homo enim viuens potest absolui a iudice, & penitētiam impositam sub ire deuote, quorū nullum potest facere iam functus. Volūtate tamen pōtificis qui vices habet Christi pōt sibi applicari indulgētia p modum suffragij. Hęc ille. Sed nos caute pedē retrahamus ab hac inextricabili labyrintho, quā multi ingressi sunt, nescio aūt siquis regressus sit. De potestate Papę multi fecerūt lōgos tractatus de numero clauium: an sint aureę aut ferreę, de vsu earum, de purgatorio vbi sit & quomō sit: itēq; de clauiū abusu inferendo sentētiam excōicationis p rebus nihili & friuolis, ac lana caprina. Vtrū clauē scientię habeat qui nec vel legere scit expedite, & maxime si episcopus ordinans eade rusticitate laborat. Quomō enim potest eradere clauē scientię cęcus cæcū ducēs? Vtrū brutum possit baptizari, vtrū sacerdos possit absoluere eam qua cū peccauit. An cōfessio debeat fieri laico in casu necessitatis. Vtrū Empyreū cœlum cōtraxerit aliquā infectionē ex culpa dæmonū, quia dato q; sic, etiam sup ipsum cœlum Petrus haberet potestatē si cœlum pctm cōfiteretur, hec inquā & multa id genus quę nr̄am superant capacitatē dimittamus his qui nos sapientiū censentur. Ad hęc Hieronymus. Istū locum episcopi & presbyteri nō intelligentes, aliquid sibi de phariseorum assumūt supcilio, vt vel dānent innocētes vel soluere se noxios arbitrentur; cū apud deū nō sentētia sacerdotū sed reorum vita quęratur. Legimus in leuitico vbi iubentur leprosi vt ostēdant se sacerdotibus, & si leprā habuerint, tunc a sacerdote immundi fiant, nō q; sacerdotes leprosos faciant & immundos, sed q; habeāt notitiam leprosi, & nō leprosi, & possint discernere qui mundi & immundi sint. Sic episcopus vel sacerdos nō eos qui insontes sunt vel noxios, sed p officio suo cum peccatorum audierint varietates, sciūt qui ligandi sunt qui ve soluēdi. Hęc ille Franciscus Maro. Quęritur igitur quę sint istę claues ecclesię, imo quęritur quare duę tantū ponant. Quid enim si dicamus in domo dei quę magna est iuxta Baruch, tot esse claues, quot & ecclesiastica sacramenta? Nū succēsebūt nobis pictores qui duas tantū suspendūt e manibus Petri? At iuris periti duas tantum afferunt videlicet scientiam & auctoritatem. Ex quo id loco scripturę deduxerūt? Hoc aūt non capio, qm̄ sciencia est apud pręcisos, qui nullā habent clauem q̄uis sciencia sit necessaria (bona verba Francisce) ad istas clanes regulandas, quia si errarent (id quod fit sępe sępius, Balaā pdeuia vrgente asinam) nec clauderent nec aperirent. Videtur q; claues istę sint potestas ligādi & absoluendi. Vnde dn̄s exponens quid intellexerit p claues, subiecit, quodcūq; ligaueris &c. Cōsuetudo seruatur q; principibus primo venientibus in regnū offerātur claues, in signū dn̄atus supremi. Huius moris instar claues Petro se daturū pmittit, significans q; supremā potestatem in ecclesia sua illi daturus est. Erit inquit solutum quicquid solueris. Ita q; soluere nō est tantum a peccatis, pęnarū pręceptorum iuramentorū votorū q; vinculis, sed a nodis emergentium difficultatum circa ea quę sunt fidei declarando absoluere. Sic eodē modo ligare. Ligaueris inquit, nec dicit, putabis te ligare, aut pronuntiabis te ligare; sed ligaueris in veritate sup terras.

Quę enim

Marginal notes: Plutarch. — Roma. — Hilarius. — Matt. 18 — Chrysostō. — Abulensis — Andreas. — Gabriel. — Matt. 15. — Hieronim. — Scot. in 4. Dist. 14. q. 4. Arti. 3. — F. maronis — Claues. — Num. 22

Section letters in right margin: F, G, H, I, K

Quę enim subtus terrā sunt qualia sunt quę in purgatorio sunt vel apud inferos, sicut exēpta sunt a cognitione Petri, ita ab eius iurisdictione. Trāsierūt siquidem a foro militātis ecclesię ad forū Christi regnātis in cœlo. Sed hęc tā stupenda efficatia librāda traditur Petro, ne dicat, sic volo sic iubeo, alioqui volūtarias imo prauas pōtificū ligationes & absolutiones cœlestis cogeret curia approbare, quod non solum stultū est, sed & blasphemū. Caiet. Sētentia enī pōtificis maximi iusta vel iniusta timenda est ab his quibus sunt. Dices. Cū in rebus sensibilibus eadē quę claudit clauis apiat: quid necesse est ponere claues duas. Potest dici quod per claues has intelligitur duplex autoritās vna in foro iudiciali & altera in foro pœnitētiali, dicente Petro: ecce duo gladij hic Luc. 22. Sed Petrus vt ingenue dicā quod sentio ostēdens gladios duos, nihil tale nō dico cogitauit sed nec somniauit quidē, sed male intellectis verbis Xpi ostēdit gladios qui erāt in mēsa. Ego vt meā sententiā proferam (sequatur quisque quod libuerit) nec pono A clauē vnā, duas, septē, aut cētū, sed tot quot sunt necessarię ad dispensādā pecuniā dominicam, siquidem ministri christi sumus: & dispēsatores mysteriorum dei. Porro economi magni patris familię non vnā aut duas claues domus accipiunt, sed omnes claues domus. Habet enī domus dei portas, 12. Iuxta Apoc. 21. Pręter illas quę sunt in interioribus domus, de quibus dicitur, introduxit me rex in cellaria sua. Et rursus Lętatus Rex in aduentu nuntiorum Marodach Regis Babylonis, & ostendit eis domū aromatum, & aurum & argentū, & pigmēta varia, vnguenta quoque odoris optimi. 4. Reg. 20. Ad similitudinem igitur domus magnę cui pręfertur aliquis economus (Sicut habes Genes. 39. De sancto viro Ioseph) dixit dñs Petro, post quam detracta erate ex latere meo (Ioan. 19) ędificauero ecclesiā noīe meo, ipsa est Eua mater viuētiū, Genes. 2. Tibi dabo claues eius. Nā si tā ędificata esset sup fidē Petri inquit Hieronymus, nō audiret postmodū vade post me Satana. Igitur intelligamus hāc ędificationem in futuro promissam nō de pręsenti datā (Stante adhuc tabernaculo quod vmbram habebat ecclesię christi ędificā B dę) quia nunquam post tale edificium sup eum ędificatum cōtra Petrū pręualerēt inferi, nec in eo prauę persuasiones inuenissent locū. Gregorius. Quodcūque ligaueris. Vt igitur tāta valeat homo de terra: cęli & terrę cōditor venit de cælo. Atque vt iudicare caro etiā de spiritualibus possit, hoc ei largiri dignatus est factus pro hoībus deus caro, quia inde surrexit vltra se infirmitas nostra: vnde infirmata est sub se firmitas dei. Ita & Ambro. Famulus claues accepit, dominus ordinet potestates, ipse est enī qui vitę & mortis habet claues, & cui voluerit, tradit illas. Qui aūt pecunia emere vult ius potestatis tanquam fulgur de regno ecclesię deturbatur. Dicit aūt Abulensis, quod claues ecclesię datę sunt, nō aūt Petro, vsum tamen accepit Petrus. Alioqui si personę datę essent, quoties ille moreretur (vel a fide discederet) toties christus deberet successorē creare, nisi id fieret quod refert Raphael de quodā, qui rogatus vt magistrum ordinis crearet apud vmbros, se ipsum instituit dicens, se quidē aliorū mētes ignorare, suā probe nosse, vt se iam se futurū oīnō si pręesset. Quare oēs calculo electionē cōprobarunt, resque vti promiserat fideliter ac prospere C oībus cessit, Cæterū iuxta Paulū, in ecclesia dei nemo assumit sibi honorem, sed vocatus a deo tanquam & Aarō, & sicut Petrus cui dicitur, tibi dabo claues, pasce oues meas. Alex. Ales ita distinguit. Peccatorū remissio potest esse tripliciter. Vel quo ad delectionē culpę, & sic est dei solius, Ego sum qui deleo iniquitates tuas. Esai. 43. Secūdo modo quo ad remissionem pœnę vel solutionē: & hęc est collata christo homini, qui soluit pro nobis quę nō rapuit. Tertio modo dicitur peccatū remitti quo ad cōmutationē pœnę: sicut dicitur voce prophetę ad Dauid, 2. Reg. 24. Trium tibi datur optio. Et illud, diē pro anno cōputaui tibi. Ezech. 4. Et hęc est collata ministris. Ad hęc Gregorius. Tu es Petrus. Cōsiderandū nobis est, cur deus eum quē omni ecclesię pręficere volebat seipsum negare permisit, quod nimirū magnę pietatis actum est dispēsatione, vt in sua culpa disceret qualiter aliis misereri deberet. Accepit ergo Petrus claues vt sit ouibus vice matris, quia ipse aliquando gestatus est manibus boni pastoris, quādo iam iā submergebaē in medijs fluctibus, & audiuit: modice fidei, quare vacillasti? Errasti prius, nec semel &c. Sequitur. Et ille increpans illos, iuxta Lucā, & cōminatus, iuxta Marcū: Matthęus, D Lucas Marcus. Pręcepit vt nemini dicerent hoc ipsum de illo, quod ipse esset Iesus Christus. Increpās illos. Melius iuxta Marcum legitur, & cōminatus est. Alias cur increparet Christus discipulos ob hoc responsum, ob quod tantopere, collaudatus est Petrus iuxta Matthęum & Marcū? Lege ergo, interdixit eis, siue pręcepit ne cui dicerent. Ne dicerēt eum esse christum. Nā cum antea missi sunt apostoli & 72. Discipuli ad prędicandum: non docebant iudæos dominum esse Christum vel messiam quia, hoc nullibi legitur sed id tantum anunciabant ad esse regnum Cœlorum. Matth. 10. Et consequēter dicebant quis mittebat illos, videlicet Iesus Nazarenus propheta magnus vir potens ope & sermone. Luc. 24. Non itaque dicebant, eum esse Messiam, quia nec dum ipsi id plene nouerant.

1. Cor. 4.
Matt. 16
Hieronim.
Gregorius
Ambrosi9
Sep. 16
Actu. 8.
Abulensis
Volatan9
Heb. .
Ioan. 21.
Ale. Ales.
Num. 14
Gregorius
Matt. 14
Matt. 16.
Mar. 8.
Luce. 9.

B Caput. viij. Pręđixit Christus suis quot: & quāta passurus erat hierosolymis. Petrus autem dicens, nolo te mori: vocatur sathanas. Siquis vult post me venire abneget semetipsū & tollat crucē &c. Nulla datur pro anima cōmutatio. Filius hominis reddet vnicuique iuxta opera sua.

EXinde cępit eos docere, ꝙ oportet filium hominis multa pati hierosolymis: Matthęus, oportet eum ire hierosolymam, & multa pati & reprobari, iuxta Marcū, a senioribus & scribis & principibus sacerdotū: & occidi: & post tres dies resurgere. Et palam verbū loquebatur. Oportet eū pati multa. Hoc ideo prędixit, quia voluit ob oculos ponere oēs circūstantias mortis suę, ꝙ crucifigēdus, a quibus, quo loco & tēpore, a quibus tractāda & cōcludēda mors sua. Ex quibus oībus patet ꝙ volūtarie oblatus estaries ille hęrēs inter vepres. Dicet aliquis. Si tātopere dn̄o placuit cōfessio solida Petri (Petros enim Gręce saxum significat sicut & cephas syro sermone) vt pro remuneratione eius eū Petrū appellet & beatum & claues regni cœlorū ei peculiariter tradat, quid F est ꝙ nunc eū cum cęteris deterret & increpat ac pręcepit, ne veritatē summe scitu necessariam doceant

Origenes.

apud populū? Ad hęc Origenes. Si enim apostoli qui multo tempore iuxta eū fuerunt: & viderunt miracula vniuersa quę fecit, & testimonium phibuerunt verbis eius, ꝙ verba erāt vitę ęterne, Ioan. 6. Et illud, nunc scimus ꝙ scis oīa. Ioan. 16. Scādalizati sunt in nocte qua tradebatur, quid arbitramur passuros eos fuisse qui primū audiebant, si audissent ꝙ ipse erat Messias, viderent autē ipsum postea mori vt hōiem: & hoīem probrosum: & sepeliri? Vnde Paulus Athenēsibus adhuc rudibus in fide nō Christum

Actu. 17

annūciat esse dei filium sed virum quendā, dicens. Tēpora ignorātię dispiciens deus, nunc denunciāt oīb' hominibus pęnitētiā agere, eo ꝙ statuit orbē terrę iudicare in ęquitate, in virū quē statuit pręstare fidē omnibus resuscitās eum a mortuis. Post mortē aūt eius & resurrectionē, quādo rebus ipsis quod dicebatur, poterat probari, Paulus christum & hūc crucifixum predicat gentibus, eundem & dei filium. Ante passionē ergo prędicatur esse christus, nō autem filius dei; ne vidētes eū post mori, ex hoc scandalū paterētur credentes G

i. Cor. i

Post crucem autem & Christus & filius dei, & mortuus, quia cōfusionem crucis aboleuerat gloria resurrectionis. Necessaria res est ergo, prędicare christum Iesum crucifixum, inutile aūt est ipsum quidē prędicare, crucē autē eius tacere, per quā triumphati sunt principes tenebrarū. Et nō sic mihi inutilis videtur qui Iesum quidē Christum dicit, tacet aūt natiuitatem eius ex virgine, aut stellā natiuitatē eius ostendētē, & angelorum exercitum cōcinentē aut alia miracula vel signa quę fecit: quomō, qui Christum quidem eum dicit: crucifixum aūt eum abscōdit. Hęc Origenes & Hieronymus. Hoc est igitur quod sequitur, exinde cępit eos docere, ꝙ oportet filiū hoīs, &c. Necessitas autē hęc cōsequētis nō est, est aūt conse-

Heb. 9.

quentię. Ex quo enim sapiētia dei quę habitat in cōsilio; oīa disponens suauiter sic ordinauit, (Sap. 8) Vt morte intercedēte sua in redēptionem earum pręuaricationum quę erāt ante legē sub lege: & tēpore gratię, repromissionē ęterne hęreditatis accipiāt qui credunt in noīe ei') oportet o pe exhibeat quod ꝓmisit. Propter me orta est hęc tēpestas, mittite me in mari. Ionę. 1. Oportet ergo exaltari filium hoīs, quia H

Ioan. 3.

ipse pręcepit Mosi vt exaltaret serpentē ęneum. Nū. 21. Vt omnis qui credit in illum, nō pereat sed habeat vitā ęternā. Et hisce quidē de rebus iā alias dn̄s cōmonuerat apostolos sicut patet in hoc quod premisimus de serpēte exaltato, & filio hoīs exaltādo, & in illo de Iona qui fuit triduo in vētre ceti, sed sub obscure videbatur loqui, & maxime quia apostoli ferre nō poterāt sermonē de morte Dn̄i Iesu, quem totis visceribus diligebant: nunc aūt iuxta Marcū, quando id videbātur laturi mitius & fortius, qui de domino vere sapiebāt, id eis palā loquutus est. Et palā loquebat: καὶ παῤῥησίᾳ idest libere & audacter. Neqꝫ enim hoc dicebat nisi suis, sed aperte & sine inuolucro queādmodum solebat in multis, tam & si sermo hic esset durissimus. Verū qm̄ magno affectu ferebātur in dn̄m Iesum; nō tulerūt mortis factam mētionē, licet, subiecisset dn̄s; tertia die resurget. Id aūt maxime verū fuit de Petro. Sequitur enim. Et assumens eum Petrus. Apprehensum eū vt solēt familiarius aliquid dicturi. Ac reprēhendēs, cępit illum increpare dicens. Absit a te domine, nō erit tibi hoc. Gręce est ἵλεώς σοι κύριε: hileos si kyrie: propiti' tibi domine. Sub audi, esto, aut sis, atqꝫ ipsa ybi ommissio facit ad affectū I Petri. Multus amor presagire facit falsum, somnia enim sibi fingunt amātes. Est autē sermo abominantis peculiaris iudęis. Pōt legi propitius sit tibi deus, sed Hieronymus primum posuit. Peccatū quidem Petri magis fuit insipiētię nō sapiētis quę dei sunt, ꝙ irreuerētię arguentis dei filiū. Amor enim nescit impetū, sed dilectus meus mihi, & ego illi, Canti. 2. Sed dum Petrus oblitus erat momēto tēporis christum esse filium dei viui? Absit. Sed tamē perinde ac si oīno excidisset a memoria; dominū audet icrepa-

Luc. 2.

re, dicens, nō fiet istud Ita mater eius immaculata: quid inquit fecisti nobis sic? Primū quidē seorsum illū cōueniens (quod & ipsum reuerētię causa fecit) dixit, propitius tibi esto. Demū sumpta maiore fiducia,

Prouerbiū

sicut Abrahā in colloquio illo Gene. 18. Intulit verbum multę ac singularis demētię, dicens; hoc nō fiet: nam obstabimus nos. 12. hoīes inermes, idiotę, & timidiores pisandro, qui a deo timidus fuit: vt timeret ne suam ipsius animā alicubi videret, quę se viuum reliquisset. Nō igitur fiet hoc, quia parati sumus ꝙ primū captus fueris: fuga nobis cōsulere quocunqꝫ nos tulerit mortis met'. Verū o bone Petre si hoc nō K fiat: claues regni nunqꝫ accipies. Quod si forte inquit ita futurū p tuam sapientiā ex stellarū cursu & cōcursu pręuidisti, qm̄ hęc nō raro fallunt cōiectores: pone timorē hunc, quia reuera nō fiet istud. Hierony-

Hierony.

mus. Sępe diximus, nimiū ardoris amoris qꝫ ꝙ maximi fuisse Petrū erga dn̄m. Quia ergo post cōfessionē suā: qua dixerat, tu es Christus &c. Audierat. beatus es Simō, ac repete audiuit, oportet filiū hominis multa pati, nō vult destrui cōfessionē suam, nec putat fieri posse, vt vita moriatur. Assumit ergo eum i affectum suum, vel separatim ducit, ne pręsentibus cęteris: magistrum videatur arguere, habēs Zelum

Rom. 10

sed nō secundū scienciam, dicitqꝫ. Propitius sis tibi domine. Nō potest fieri, nec recipiunt aures meę, vt filius dei occidatur Et hic est articulus fidei apud sarracenos, filium dei mori nō potuisse; agētib' iudęis

Origenes.

Origenes Nō fuerat reuelatū Petro, oportere christū pati: & occidi talē ac tātum christum videlicet dei filium: ideo accipiens eū, & quasi oblitus dignitatē christi, qm̄ filius dei viui nihil dignum increpatione dicit aut facit, cępit increpare, dicēs, esto tibi ꝓpitius, quasi christus necessariam haberet ꝓpitiationem qui ipse est ꝓpitiatio ꝓ peccatis nr̄is. Reuera nesciebat Petrus q̄d diceret. Huiusmodi sunt verba adulātiū pestiū humani generis, quorū vnū refert audite. Tiberius cū aliquando in senatum venisset, surgens adulator quidā & manu silentiū indicēs, ait. Hoibus liberis libere esse loquendū, nihilq; metu dissimulādū, eorū quę ad publicam vtilitatē ptineret. His verbis cum oēs attētissimos reddidisset tantus Cato, facto silētio, auscultāte Tiberio, audi Cęsar inquit, in quo te quidē culpamus omnes, etiā si nemo palā audeat dicere Negligis teipsum, corpusq; tuū exponis ꝓ nobis, nec interdiu, nec noctu quiescens.

A Hęc nebulo ille cruce dignus Sic Antonio impatori cum Egyptiā deperiret, & incensus esset, amici oleū igni sup infundētes: hoc est malū malo meditātes, psuadebant illi ipsum ab illa adamari, & ciuitates rigidū ac supbū vocabāt. Mulier inquiebāt, relicto regno tā opulēto, amore depit, tecum militans, cōcubinę culta specieq; Ast immota tibi duro sub pectore mens est. Talis obiurgādi libertas similis est lasciuientum mulierculatum aut catulorū morsibus, excitat enim tm̄ ac titillat, & hoc ipso q; dolorē facere videtur, delectat: nō aliter ac vinum alioqui remedium efficax aduersus cicutam, si pariter vtrunq; cōmiscuerint, plane vim veneni reddūt immedicabilē, q; vini calore celerius ad cor penetrat. Vę inquit ꝓpheta ijs qui cōsuunt ceruicalia sub omni cubito vel capite, quę cū videantur capitibus leniti, cedūt magis & obsecundāt. Nō aliter ergo ac siquis hoīs tubera fistulasq; habētis, medico ferro pilos incidat & vngues, hi assentatores obiurgādi libertatē his admouēt partibus, quę nō dolent neq; molestiam adferunt. Petrus itaq; timēs ne periret morte christus dn̄s, & p cōsequēs beatitudo sua, & ipse lusisset operas

B suas, reliquerat enim oia vt centuplū acciperet, vt vitam ęternam, esto inquit tibi propitius. Sed psuasio hęc satanę erat, qui loquebatur per os eius: ipso ignorante. Sed audi sequētia. Qui conuersus vidēs discipulos suos cōminatus est Petro dicēs. Vade post me satana: scādalū mihi es iuxta Matthęū, quia nō sapis ea quę dei sunt: sed quę sunt hoīum. iuxta Matthęum & Marcum. Videns dn̄s cęteros apostolos nō dissentire a Petri sentētia stulticię plena & insipiētię, cōuersus ad illos, & in vno omnes feriens, sicut in vno cōfessionē oīum probauerat, graui equidē sed medicinali ac p necessario flagello Petri insipientiā ferit dicēs. Vade post me vel retro me satana, non enim est tuum pręire sed subsequi, nisi noctua mutuat lumē soli, vel currus trahit boues. Hiero. Et si enim error pietatis, error tn̄ est & error in fide, & in apl'orum vertice, qui tamē nō admodū nocet: pręsente magistro. Cęterū satanę dicitur abi in gehēnam, Petro autē vade post me, hoc est noli pręire quē subsequi debes. Nolite recede a tergo dn̄i, sed seruite illi in toto corde vestro. 1. Re. 12. Iuxta Hilariū, in eum p quem

C opinio hec suggerebatur Petro: vt diceret, absit a te &c. Cōuersus dn̄s, dicit satana scandalum mihi es. Nō enim cōuenit existimare, Petro satanę nomē & offensionē scādali deputari, post illa indultę & beatitudinis & potestatis tāta pręconia. Sed quia infidelitas oīs diaboli opus est, Petri respōsione dn̄s offensus, cū opprobrio nominis infidelitatis istius est detestatus autorē. Satā hebręis aduersarium sonat. Vnde Petrum satanam vocat dn̄s, quia humano affectu aduersabatur cōsilio diuino. Ita totidē verbis nūc repelit Petrum, qui ꝓus ante tentantē satanā Matth. 4. Nō sapis quę dei sunt. Sed quę hoīum iudicas id quod oīs homo Quid illud: Bonū esse viuere, & mortē omne animal fugit. 8. Ethic. Amicus optat amico maxima bona videlicet esse & viuere iuxta hominē igitur Petrus recte sapiebat, tamē aliud dispensuerat sapiētia dei: videlicet mori: vt homo viueret: & beate viueret, id aūt pater cœlestis nō reuelarat Petro. Ita habes. 2. Reg. 16. Quādo ben saruię carnali mēte duci suo Dauid adiunctus erat, statim vt audiuit illatas cōtumelias in christū domini, quare inquit maledicit canis hic moriturus domino meo regi? Vadā & amputabo caput eius. Ibi Rex. Quid mihi & vobis bene saruię (Zaruia soror erat matris ipsius

D Dauid) cur efficimini mihi hodie in Satan? Nā Semei orabat misericordiā, agnita culpa sua Abisai autē volebat vt oino occideretur. Sicut igitur filius Zaruię vocatur satan, quia occidere volebat ipsum Semei, ita p oppositū Petrus vocatur satan, quia mori nolebat christū dn̄m. Male itaq; suadētes (bene dicit deo & morere) angeli apostatę appellatione cēsentur, qui verbis plenis veneno, ad illicita quasi diligētes pelliciunt. Scandalū inquit mihi es. Quare quia non sapis quę dei sunt, & deinceps tuā vis de morte mea stabilire sententiam Quę sunt aūt dei quorū ignorātia teneris? Oportet filiō dei distrahi ꝓcio admodū d cori: & crucifigi inter duos ne ꝓ: & mori, & die tertia resurgere: pacificatis quę in cœlo & in terra sunt, p sanguinē crucis meę. Collos. 1. Hāc summam diuini cōsilij circa redēptionē generis humani Petrus vnico verbo irritabat dicens, nolo te mori. At qui o Petre ego volo ꝓ te mori. Tu autem calicē quē dedit mihi pater nō vis vt bibā? Cum sic igitur sapias, valde desipis, ac ꝓ inde volūtati meę obsistens, de qua scriptum est, oblatus est, quia ipse voluit, scādalum mihi es. Nō q; dn̄s Iesus persua-

E sione cuiusuis hoīs possit declinare a rectitudine voluntatis suę, sed intelligitur iuxta illud, vt in errorem inducantur si fieri potest etiā electi. Sed id nō est possibile. Matth. 24, Marcus. Et cōuocata turba cū discipulis suis: dixit eis. Siquis vult post me venire, vel me sequi: Matthęus, Marcus Lucas/abneget semetipsum & tollat crucē suam, Lucas, cotidie, Tres euāgelistę & sequatur me. Abneget; valedicat vitijs: tollat crucē castigādo corpus. Qui enim voluerit animā suam saluā facere: perdet eā. Qui aūt perdiderit animā suam propter me, & euangelium iuxta Marcum: inueniet eam. Hęc est noua christi doctrina: id suadere, quod inopinabile videtur pma fronte. Iuxta quod dicit Augustinus, quid aliud homo in pōpa huius mundi appetit, nisi solus esse, si fieri possit, cui cuncta subiecta sint? Peruersa videlicet imitatione dei, quē si subditus imitaretur, scd'm

pręcepta eius

Origenes.
Matt. 17
Adulator.
Antonius.
Adulati.
Ezec. 13.
Match. 15
Hierony.
Hilarius.
Zach. 11.
Ioan. 18.
Esai. 53
Vide. 2. macha. 7. Ca.
August.

precepta eius viuẽdo, per eũ haberet subdita cetera, nec ad tantã deformitatẽ veniret, vt bestiolã timeret qui vult hoibus impare. Inuicti esse volumus, & recte, habet enim hoc animi nr̃i natura post deũ a quo ad eius imaginẽ factus est, sed eius precepta erãt seruãda, quib⁹ seruatis, nemo nos vinceret. Nũc vero dñi ipsa cuius verbis turpiter cõsensimus, domatur dolore pariẽdi: & nos in terra laboramus, & velle adiacit, pficere aũt nõ possumus: & stimulis satanę frequẽter vrgemur, & cum magno dedecore sugamur a vitijs, ita qui nolumus ab hoie vinci, itã nõ possumus vincere. Quãto honestius hõ nos vincit q̃ vicis. Qui ergo recedẽdo a mãdatis dei, nõ iuxta apostolũ, in oĩbus vincimus (Rom. 8) Sed in oĩbus superamur, & qui obediẽdo vxori, sicut dij esse volumus, nec tamẽ id cõsequuti sumus: nunc vel sero resipiscamus, & audiamus vocẽ post tergũ monẽtis. Quid? Hęc est via, ambulate in ea, & nõ declinetis ad dextrã: nõ ad sinistrã. Esai. 30. Hanc viã qui ducẽ prępofuerit vię suę, cõsequetur verã libertatem quã oẽs magnopere suspiramus dicẽtes. Pater adueniat regnũ tuũ. Sed tu qui libertatẽ filiorũ dei suspiras, vide qua itur illo. Fiat volũtas tua, de qua nunc dicit, siquis vult post me venire &c. Nullum enim cogit dñs; dicat licet, ego sepiã viã tuã spinis. Is igitur qui particeps regni mei esse vult, abneget semetipsum, & tollat crucem suã cotidie: & sequatur me. Ad hęc Gregorius. Qui enim ad fidei agonem venimus, luctamẽ cõtra malignos spiritus sumimus. Nihil aũt illi propriũ in hoc mũdo possident. Vnde ergo oĩa seculi huius bona satanas pmittit vni dño christo? Sed ille nõ raro mentitur. Et si hoc nõ rapit aliquos vt alios ditet, sicut patet in Iob. Nos igitur nudi cũ nudo luctari debemus, nã si vestitus quisq; cũ nudo luctatur, cito ad terram psternitur, quia habet vnde teneatur. Quid enim sunt terrena oĩa: nisi quędã corporis indumenta? Hęc enim Iob ad se adiecit, cũ diabolũ cõtra se in cãpo, occisis filijs sublato peculio ad pugnã nudũ venire cõspexit. Dedit enim pellẽ & oĩa quę habebat p tuenda anima sua. Et certe lõga nostra desideria increpat vita breuis In cassum enim multa portamus, cũ iuxta sit quo pgimus. Quibus onusti pgimus! Vxoribus quattuor (graue onus si vel vnã tantũ duceres) filijs duodecim, magna copia Gregũ; adde idola quę vna ex vxorib⁹ ferebat secũ, inscio sctõ viro Iacob. Ad hęc Orig. Scidit Iob vestimenta sua. Surrexit ad duellũ & ad cõstantiã ostẽdẽdã. Nũc inquit tps est belli & coronarum cõpositio & audatię manifestatio, nec verbis pugnãdũ sed re. Verba enim satis multa iactabat Golias in ventũ, cũ aũt ventum est ad certamẽ, hęsit. Cõscidit Iob vestimenta, sicut Dauid deposuit arma, nã q; & armorũ satis super q; gestabat philistęus. Nã & vete talis fertur mos in aliquibus gẽtibus, vt cum ad durũ pręlium venerint, scissis vestibus, nudo pectore, cõtra aduersarios audacissimi currant. Sic Iulius Cęsar in pręlio ancipiti equũ dimittebat, Nã & Iosaphat rex quia cultu indutus regio pugnabat, vix mortẽ effugit. Achab vero qm̃ pilũ mutauit nõ mores, etiam in habitu plebei pugnans, occisus est. 3. Reg. Vltimo. Ecce inquit Iob corpus nudũ, dorsum detectũ & in flagella maiora paratũ. Sicut autem dicit Hieronymus, clamat christus, siquis vult venire post me, abneget semetipsum, & ego onustus & multa suffarcinatus supellectili arbitror me eũ sequi posse, qui exultauit vt Gigas ad currendam viam. Quid christiano fęlicius: cui promittitur regnũ cœlorũ? Quid eo miserius & laboriosius: qui omni hora de vita animę periclitatur? Abneget inquit semetipsum. Quid enim vetus & carnalis homo nouerat postq; pelles illas induit mortis symbola, nisi sua retinere, aliena rapere si posset, purpura vorator, & tenacior polypo, vel cõcupiscere si nõ posset? Huic igitur late puaganti morbo (radix oĩum malorum iuxta Paulũ 1. Tim. 6.) Mederi volens dñs, qm̃ iniquum petendũ est vt iustum accipiamus, siquis inquit vult reuerti ad delitias illas oriẽtales vnde pulsus est in parẽte suo, propter cõcupiscentiã scientię mali, abneget & sua & semetipsum. Id aũt valde laboriosum, sed regnũ cœlorum vim patitur. Nulla autem maior vis, q̃ abnegare quod sumus. cum velimus esse quod nõ sumus Sed tu sequere eum qui semetipsum adnegauit, vel iuxta Paulũ exinaniuit, propter quã abnegationẽ deus pater sup exaltauit illum. Origenes. Nemo post christum ire põt: si primũ seipsum nõ abneget: hoc est priorẽ vitã carnalem penitus exuerit, sicut serpens pellem. Sic Paulus seipsum abnegauerat: quãdo dicebat, viuo ego iam nõ ego viuit vero in me christus. Quali enim deposuerat Paulus vitã suam: susceperat aũt christũ in se, sicut asina illa euãgelica, vt viueret in eo quasi iusticia & pax nr̃a Iesus christus. Vnde illud, 2. Regũ, 11. Arca dei & israel & iuda habitant in papilionibus: & dns meus Ioab & serui dñi mei sup faciẽ terrę manent & ego ingrediar vt comedam & bibã & dormiam cũ vxore mea? Nõ faciã omnino. Tollat inquit crucem suã, quã tamen christus dominus primus tulit, & tum demum tradidit Simoni, & portãdo eam, iugum suum suauius & leuius fecit. Crux itaq; quã christus portauit nr̃a erat, soluit enim ipse quę nõ rapuit (Psalm. 68) Verum portãdo eã, suã fecit, quia in ea de principibus tenebrarũ triumphauit. Quãto ergo magis nos nr̃am tollere debemus, si ipse maledictũ factus est in cruce nostra, vt nos a maledicto eximeret legis? Gal. 3. Sed sicut dicit Gregorius, sunt multi qui nõ suam portãt, sed crucem christi, in angaria tamẽ. Quod enim p angariam agimus, nõ hoc ex studio amoris opamur, sed coacti. An nõ Iesu crucẽ portat in angaria, qui quasi ad pręceptũ dñi carnem domat, laudibus anhelat, spũalem vero patriam nõ amat? Vnde Simõ crucem portat, sed nequaq; moritur, quia omnis hypocrita p abstinentiã corpus macerat, sed tamẽ per amorem glorię mũdo viuit, quo cõtra dicitur de ijs qui mũdo mortui christo viuunt, signa Tau (T. signum est crucis) sup frõtes virorũ dolentium & gemẽtium super cunctis abominationibus quę fiunt in medio ciuitatis, hi enim soli ante vertũt iudaicũ vitionis diuinę. Tollat inquit crucẽ suã: quia nec Noe nec Iob nec Daniel liberabũt filios suos, sed ipi iusticia sua liberabuntur. Ezech. 14. Erat aũt mos, vt cruci adiudicatus, ipe sibi crucem portaret, de quo suo dicetur loco. Facit tamen quęstionẽ si hoc verũ est, q̃re nihil tale obseruatũ est in duobus latronibus qui cum dño crucifixi sunt, Forte & ipi tulerunt cruces suas, sed id scribere non referebat, Forte solus Christus crucem super se

tulit Iudęis

Marginalia: Genes. 3. — Rom. 7. — Matth. 6. — Osee 2. — Gregorius — Iob. 2. — Gene 32 — Origenes — 1. Reg. 17. — Iulius. C. — Hieronim — Prouerbiũ — Matth. 11 — Phili. 2. — Origenes. — Gal. 2 — Matth. 21. — Gregorius — Ezech. 9. — F — G — H — I — K

tulit iudeis dantibus opam, vt insigni cõtumelia afficeretur: qui regem se fecerat iudeorũ: sicut ipsi men titi sunt, sed mẽtita est iniquitas sibi ipsis. Quoniã autem nullus erat morti propinquior: ꝙ qui sibi met crucẽ baiulabat, inquit dñs, tollat crucẽ suã & hoc cotidie iuxta Lucã, vt cotidie se moriturum putet, di cẽs cũ Paulo, tẽpus meę crucifixionis meę mortis instat. Bonũ certamẽ certaui, meipsum abnegãdo, cur sum cõsummaui crucẽ cotidie portando, fidẽ dño meo seruaui, a vestigijs eius nõ recedẽdo, eiq; in cru ce cõmoriẽdo: & in corpore meo supplendo ea quę deerant verbera & obprobria, pro corpere eius qđ est ecclesia. In reliquo reposita est mihi corona iusticię. Abneget igitur semetipm, & sequatur me. Augusti. Quoniã volũtas est causa peccati: si causam ipsius volũtatis requiris, & hãc inuenero, nõne causã etiã eius causę quę inuenta fuerit quęsiturus es? Et quis erit quęrẽdi modus, cũ te vltra radicem quęrerẽ

Psal. 26.

2. Tim. 4

Augusti9.

A nõ oporteat? Caue enim ne pures: quicq; potuisse dici verius: ꝙ illud, radix oium malorũ est cupiditas, hoc est plus velle ꝙ satis est, tantũ aũt satis est, quãtum sibi exigit naturę in suo genere cõseruande modus. Hęc auaricia cupiditas est, cupiditas porro improba volũtas est. Ergo improba volũtas malorum oium causa est. Huic igitur radici dominus securim apponens, siquis inquit vult me sequi: abneget semetipsum & tollat crucẽ suã quasi christi signifer & sequatur vitę ducẽ. Legimus apud Trãquillum rẽ non illepidam. Sergius Galba imperator tutorẽ ꝙ pupillũ cui substitutus heres erat veneno necasset, cruce affecit. Implorãtiq; leges, & ciuẽ Romanũ se testificãti, ꝗsi solatio & honore aliquo penam leuaturus mutari, multoq; prẹter cæteras altimẽ & de albatũ statui crucẽ iussit, inq; in ea eum secundo iussit affigi. Et hic crucẽ suam tulit (imo duas tulit) & in ea mortuus est. Sed quia dominũ nõ est sequut9, dicẽs cũ vno ex latronibus, nos quidem digne, sed leges implorabat tãti parricidij reus, a cruce trãsiuit nõ in paradisum sed ad tartara. Qui enim voluerit animã suam saluam facere &c. Anima hoc loco pro vita

1. Tim. 6.

Sergius. Galba.

Luc. 23.

B accipitur. Augusti. Magna & mira sentẽcia, quẽadmodũ fit hois in aiam suã amor vt pereat odium nẽ pereat. Si male amaueris, tũc odisti, si bene oderis, tũc amasti. Audi bene odiẽtẽ. Castigo corpus meum & in seruitutẽ redigo. Quare Paule? Ne male amãdo, reprobus a corona beue illud odientiũ. Nemo quidẽ carnẽ suã odio habuit, sed fouet & nutrit. At si vidẽs se cõcepisse, lasciuiat, quod nõ raro fit, subijciẽda est disciplinę, neq; enim timendũ est vt fugiat cũ Agar. Virga & cibaria & onus asino: panis & disciplina & opus seruo. Eccl. 33. Seruo aũt maliuolo torture & cõpedes, multã enim maliciã docuit ociositas. Nihil ergo aliud per hanc sentẽciã docemur, ꝙ illud, sub potestate viri eris, & ipse dominabitur tui. Per virũ rõnem intellige, sensualitatẽ per feminã. Põt intelligi verbũ hoc aliter iuxta Augustinũ, ꝙ videlicet martyres ne vitã suã perderẽt dñm Iesum christũ, alij quidẽ sunt ferro perempti, alij flammis exusti sicut Laurẽtius, alij flagris verberati sicut fere oẽs martyres, alij cruciati patibulo sicut Petrus & Andreas, alij demersi pelago sicut clemens Nazarius & Celsus, alij viui decoriati sicut Bartholomeus, alij lapidibus obruti sicut Stephanus (sed vudas numero) alij truncatis manibus: mamillis suspẽdi per crines,

Augusti9.

1. Cor. 9.
Ephes. 5.
Gene. 16

Augustin9

C cõfixi lãceis & sagittis, pectinibus ferreis exũgulati, loculis plũbeis viui inclusi, in sartaginibus ferreis infusa cera adipe & pice torti, spectaculũ cõtumelię facti sunt in populis, ne vitã corporis plus ęquo amãtes verã amitterẽt, cuius vox est, ego sum via veritas & vita. Quodq; dicit, propter me & euãgelium pro inde valet pro cõstãtia euãgelicę cõfessiones, iuxta illud, propter verba labiorũ tuorum, ego custodiui vias duras. Omnes enim qui pie viuere volũt in christo Iesu: persequutiones patiẽtur. 2. Timo. 3. Quid enim prodest hoi: si vniuersum mundũ lucretur: animę vero suę detrimẽtũ patiatur, vel iuxta Lucã. Quid proficit homo: si lucretur &c. Se aũt perdat: & detrimentũ sui faciat? Lucrũ animę inquit Origenes, nõ stat cũ lucro mũdi. Si christum lucri facere vis, cætera des pessũ velut stercora oportet. Vnũ e duobus eligẽdum est nobis; siquide nemo põt duob9 dominis seruire, aut lucrari aiam & christum cũ rerũ tẽporalium dispẽdio, si ita res ferat, vel mũdi amicitiã cõplecti, cũ vitę ęternę dãno sunt aũt multi qui dum duos lepores sequuntur, nullũ cõprehẽdunt, de quorũ numero fuit

Psal. 16.

Origenes
Matth. 6.
Prouerbiũ

D Absalõ, Abimelech, Zãbri & his similes, qui pro adipiscẽdo regno, animę iactutã fecerũt, & breui & sedibus deturbati, descẽderũt ad inferos cũ Abirõ. Aut quã dabit homo cõmutationẽ pro anima suã? Origenes. Homo quidẽ nõ põt dare aliquid pro cõmutatione animę suę, semel in iniquitatibus suis vẽditus, quia iã nõ est sui iuris, qui ipsum aiam debet. Deus aũt qui diues est dedit pro animab9 nris cõmutationẽ sanguinem vnici sui. De hoc dicetur Matt. 20. Ibi, aiam suam dare redẽptionẽ. Chry. Oia dedit nobis deus duplicia, manus: oculos, aures, animã vnã tantum, huius si iacturam feceris, actũ est, scito ꝙ nõ licet bis in bello peccare, nisi quod scriptum est, redẽptio animę viri propię diuitię. Prouer. 13. Diogenes cũ in Philippi castra venisset, eo rpe quo parabat cũ Grecis cõfligere, adductus est ad Regẽ. Is cũ illum non nosset, rogabat nũ explorator esset. Prorsus inquit Philippe explorator amentię per quam nulla addactus necessitate huc veneris, vna hora de regno simul & de vita periculũ facturus, aleã ꝙ iacturus. Hic de regno & vita aleam iactabat, nos vitã ludimus ęternam & animam, quę

Num. 16
Origenes.
Esai. 50.
Chrysosto.

Diogenes

B nullo precio ęstimatur corruptibile. Ad hęc Plato in phedone. Graue periculũ est, siquis neglexerit animã. Si enim mors totius dissolutio esset, nimirũ improbi lucrarẽtur, cũ & a corpore & a viciorũ prauitate cũ animę interitu liberarẽtur. Nunc aũt cum anima immortalis appareat; nulla supest malorum declinatio, nulla salus: nisi vt optima & prudẽtissima fiat anima. Nihil enim aliud cũ migrat, ad manes secum trãsfert, prẹter eruditionẽ atq; educationẽ. Ergo & illi qui de ęterna retributione nihil audierũt: animã tamen nõ parui pendẽrtã censent. Vę enim impio in malũ. Esai. 3. Ambro. Exiguus sit tibi totus mũdus pro vnius animę dispẽdio. Nõ auro redimitur: imo potius amittitur. Cæterũ animã simul cũ corpere interire democritus & epicurus asserit. Pythagoras, rõnis quidem cõpotẽ partem nõ interiturã. Animam enim tam & si deus nõ sit, opus certe ęni dei esse, rõnis aũt exortẽ partem iterituram.

Plato.

Ambrosi9
democr.
Pythag°.

Plutarchus.

Plutarch9 Nõ est cõsentaneũ bonorũ ac fortiũ virorũ corpa vna cũ animis preter naturã in cœlum transmitti, sed animos virtute excultos existimãdum est omnino nõ repugnãte natura, diuino quodã decreto, ex hoibus in heroas, ex heroibus in dæmones, ex his vero cũ penitus veluti in mysterijs purgati expiatiq; fuerint. Deposita mortali omni ac terrena mole, non ciuili lege (sicut sępe factum est apud Romanos, vt etiam meretrices in deorum numero referrentur) sed vt veritas & ratio dictat, in numerũ deorũ referri, pulcherrimũ ac beatissimũ statum cõsequuntos. Ergo & iste animę immortalitatẽ posuit. Cęterũ Aristoxenus cõsentiens cũ sadducęis, imo amentiã eorũ supans sesquipede: negauit esse animã aliquã, sed sicut in fidibus ex intẽsione neruorũ effici cõcordẽ sonũ, quẽ Greci harmoniã vocant. ita in corporibus ex compage membrorũ ac viscerũ & vigore, vim sentiẽdi existere. Ad hęc Hilarius. O felix iactura & beatum dãnũ ditescere nos dñs detrimẽto animę & corporis voluit, & esse sui similes hortatur: quia ipse in figura dei cõstitutus, vsq; ad mortẽ humilis factus, principatũ potestatis totius quę in deo est accepit. Quę enim cõmutatio pro aĩa cũ fuerit amissa quęretur? Actũ est. Plinius lib. 4. Cap. 12. Sũt gẽtes quibus soles semel in anno brumaq; occidũt: regio aprica semestri luce, felici tẽperie, oĩ afflatu noxio carens. Domus ijs nemora lucíq; & deorũ cultus, viritim gregatimq; p ambulãt, discordia ignota & ęgritudo omnis. Mors nõ nisi facietate vitę, epulatis delibutisq; senibus luxu ex quadã rupe in mare saliẽtiũ, hoc gen9 sepulturę beatissimũ rati. Isti quot annis primicias ferũt Apollini Pythio, Delõ, quẽ pręcipue colunt, a quo didicerũt (est enim mortis inuẽtor) vt se e rupibus pręcipites darẽt, sicq; maeutinus in cerberi faucea deciderẽt. Terribilis in cõsilijs deus super filios hoium. Sed quã cõmutationẽ dabit homo pro anima sua? Deliberãdum est igitur diu quicquid statuẽdum est semel. S. ĩẽdũ aũt q priscorũ cõmercia olim nõ moneta sed mutua rerũ pmutatione cõstabãt: & id vocaeur hic ἀντάλλαγμα, antallagma. Est igitur sensus. Oĩum rerũ iacturã esse faciẽdã citius q vitę, quę si semel pereat, nihil est eãcharũ quo possis illã redimere, quicquid dederis. Quod si tãti vitrũ id est vita corporis, quanti Margaritum id est vita aĩę ęstimãda est? Abneget igit semetipsũ, qui animę lucrũ vult facere. Neminẽ tamẽ cogit. Nõ enim ad onera & terrores vocat, ad lateres coquẽdo p demẽso cibo alliorũ, ceparũ, peponum & pisciom: sed ad ineffabilia bona, quorũ natura ea est, vt facile p seipsam nos inuitare possit. Nec mirũ: si iudęis licuit dicere, recordamur pisciũ & alliorũ (& flagellorũ quare nõ iam quibus cædebamini, vt soluerctis pensum vestrũ?) & quãdo sedebamus ad ollas carniũ saturi. Nã sicut qui vim facit, plerunq; auertit, sic qui liberos auditores cõstituit, multo magis attrahit. Si quęras quid sit abnegare seipsum, intellige prius quid sit abnegare aliũ. Qui alium abnegauit (quisquis is sit) si cædi videat in carceri vinculis, vel quicquid aliud mali cõtigerit, nõ curat nõ auxiliatur, nec in aliquo mouetur, quippe quẽ abnegauerit, & nihil sibi illius curæ incũbat, sed iuxta apostolũ mihi ille crucifixus est & ego illi. Eodẽ modo vult nos dñs facere cũ corpore nr̃o, si pfecte eum abnegauimus, hoc est nõ semel aut bis sed p omnẽ vitã crucẽ nr̃am baiulamus vt animã lucremur. Vnde sequitur. Filius enim hois vẽturus est in gloria pr̃is sui cũ angelis suis, & tũc reddet vnicuiq; secũdũ opera sua. Venit semel ex humilitate forma serui assumpta, & nõ habebat speciẽ neq; decorẽ (Esai. 53.) Vnde sui eum nõ receperũt. Ioan. 1. Reuera aũt referebat vt talis veniret qui peccata multorũ portaret, & pro eis doleret. Nõ enim decebat in maiestate sua pro nobis dolere, sed mutato habitu, sicut habes apud Zachariam. Iesus erat indutus vestibus sordidis alba videlicet, & purpura & chlamide, quę bene sordida dicũtur: quia in eis illusus est in passione sua. Vestes hę vocãtur saccus a propheta, cõscidisti saccũ meum, & circũ dedisti lętitia. Hinc est q sacerdotes magnus ingressurus semel in sanctũ sctõrum cum sanguine hirci oblati pro peccato populi (de quo vide late p totũ caput. 16. Leuitici) nõ induebatur vestibus & ornatu põtificali, sed vestimẽtis cõibus omib9 sacerdotibus: videlicet femoralibus, tunica linea, Zona linea & cydari linea capiti imposita. Quod exponens Paulus ad Heb. 9. Ita dicit. Christus Iesus põtifex futurorũ bonorũ introiuit semel nõ in tabernaculũ manu factũ, sed in ipsum cælũ, nõ cum sanguine hircorũ aut vitulorũ, sed pro propriũ sanguinẽ ęterna redẽptione inuẽta. Et quia cũ sanguine introiuit: rubra facta sunt vestimẽta sua id est caro sua, sicut calcãtium in torculari. Verũ cũ venerit reddere vnicuiq; iuxta opa sua, quia vt iudex veniet, aliam formã aliã põpam pręse feret, de quo vide expresse Danielis Capite. 7. Tũc reddet vnicuiq; iuxta opa sua. Alijs dicet: tollite quod vestrũ est: & intrare in gaudiũ dei vestri. Alij aũt audient: ligatis manib9 & pedibus, mittite eũ in tenebras exteriores. Matt. 22. Quousq;? Donec soluãt extremũ quadrãtem. Si requiras, quomõ Achã peccãte in furto anathematis, sex & triginta viri p peccato eius in bello occubuere: & cũ eo lapidato, simul cõsumpti sunt liberi sui, si verũ est, filius nõ portabit iniquitatem patris. Ezech. 18. Dicitur q p peccato pr̃is filius nõ punitur ęternaliter. Tẽporaliter aũt secus est, nec infreqns in diuinis scripturis, sicut factum est tẽpore Noe, & Sodomis. Deniq; parẽtes nr̃i comederũt vuã acerbã, & dẽtes nr̃i obstupescũt. Ezech 18. Cũ aũt venerit filius hominis in glĩa patris sui tũc reddet vnicuiq; &c. Qui enim erubuerit me & sermones meos: hũc filius hois erubescet cũ venerit in maiestate sua & patris & sanctorũ angelorũ. Nõ inquit pudeat discipulum eadem vel similia pati, quę scit ptulisse magistrum. Magister enim vester pposito sibi gaudio, qñ cũ ramis exceptus est, sustinuit crucẽ, cõtemptoq; honore illo ad instar puncti, & cõfusionẽ cõplexus, pepẽdit enĩ inter duos latrones, in dextera dei sedet. Vos igitur recogitate eũ qui talẽ sustinuit a peccatoribus cõtradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficiẽtes, ne erubescatis de cruce dñi dei vestri, quã ille cõtẽpto gaudio libẽter p nobis pertulit. Damascenus. Oĩs quidẽ christi actio & miraculifica operatio maxima & diuina & sumẽ adorãda & admirãda est, omniũ tamẽ admirabilissimũ est preciosa ipsi9 crux siquidẽ cõpleuit christus in ea opus suum quod cęperat diebus sex; & cõpleto, requieuit in ea in meridię.

Vnde Paulus.

Margin notes: Plutarch9; Aristoxen9; Hilarius.; Phil. 2; Plinius.; Psal. 65.; Ambrosi9; Origenes.; Gal. 6; Matth. 16.; Zach. 3.; Psal. 28.; Figura.; Esai. 63.; Matth. 18.; Iosue 7.; Luc. 9.; Matth. 21.; Heb. 12; Damascenus. Section letters: F, G, H, I, K.

Vnde Paulus. Tātum abest vt erubescam de cruce dñi mei, vt in nullo alio sit mihi gloriādum. Vnde & sacerdos summus sanctū dñi in frōte portet, in qua sedes est verecūdiæ. Qui igitur me erubuerit: par pari referēs (O profundū bonitatis dei) licet nō æqua sit dñi & serui cōditio, Erubescam & ego eum, cū venero in maiestate patris mei &c. Dicet enim. Amē dico vobis nescio vos. Qui autē me cōfessus fuerit & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice, & filius hoīs confitebitur eum cū venerit in gloria patris sui cum angelis sanctis. Quia enim mūdus omnib⁹ modis & remis & velis cōsurget aduersus professores nois Christi, & nullum nō mouebit lapidem, nullam nō admouebit machinā, exilia carceres tormēta proscriptiones & omnigena mortis genera: in hoc statutu quicūq; cōfessus fuerit me & verba mea, contēpto mortis timore, & filius hoīs cōfitebitur eum et agnoscet tanq; verū & ingenuum filiū & militem fidelē, qui iuxta prçceptū meum pdidit animā suam, vt in vitā æternam inueniret eā. Amē dico vobis, sunt quidā de hic stātibus qui nō gustabūt mortē, donec videāt filium hoīs venietē in regno suo. Marcus. Donec videant regnum dei veniēs in virture. Grçce legitur, Ελ λυθυια ρεν δυναμει, elelythyan endinami idest venisse in potētia. Caietanus dicit q loquitur de tempore resurrectionis. Lucas, donec videāt regnū dei. Hieron. Poterat apłorum tacita cogitatio istius modi scādalum sustinere. Occisionem & mortē in ianuis dicis ad esse, quod aūt dicis te affuturū in gl̄ia & redditurum pmia his q te confessi fuerint & verba tua in generatione ista adultera, quę gl̄iam sua mutauit in similitudinē vituli, & peccatrice, quę multum vixit in oculis mariti, quiq; vt tibi obsequerētur seipsos abnegauerūt, hoc in dies erit, & in tpa lōga differtur. Prçuidēs ergo occultorū cognitor quid possint obijcere, psentem timorē prçsenti cōpēsat pmio dicēs: sunt quidā de hic stātibus & cętera, vt q̄lis est postea venturus, ob incredulitatē vr̄am psenti tpe demōstretur. Ita & Hilarius. Opus erat veri ac mani esti exēpli autoritate, vt contra vim seuiumq; iudicij optabile fieret psentiū dānum lucro deinceps nō ambiguo futurorū. Postq; igitur & tollendā crucem, & perdendā animā & dāno mūdi cōmutādam vitę ęternitatē monuerat, ad discipulos cōuersus, ait, quosdā ex ijs futuros qui nō gustarent mortē &c. Ex cōditione aūt gustus tenuē quādam fidelibus libationē mortis ostēdit, quod Paulus, ego inquit iā de libor. Cū inquit gustasset, noluit bibere. Mat 27. quia mors Xp̄i/40/horarum tm̄ erat futura. Origenes. Sciendū q aliud est mortē videre, aliud mortem gustare, aliud mortē sequi aliquē, sicut dicit, mors sequebat eū: aliud mortē cōprehēdere eū quē sequitur. Videt mortē, qui a cōcupiscentia sua tētatur, gustat, eū pstat cōsensum. Sic Eua vidit lignū pulchrū visu & ad vescendū suaue (id vnde nouerat?) Ecce videt mortē. Comedit & dedit viro, ecce gustus mortis. Sequitur aūt eū mors: cū dura cōsuetudinis catena implicat, vt si velit explicare sese, nō possit, incuruatus multo vinculo ferri, sicut Manasses. Cōprehēdit & deglutit sicut Ionā cetus, vel sicut Sāsōn a palestijnis, & eo malorū ibitūr, vt exoculatus, occidat seipm cū Philistęis. Qui aūt sequitur dn̄m, incōprehēsibilis est a morte. Ad hęc Ambrosius. Sēper dn̄s sicut ad prçmia erigit futura, atq; vtilērerū secularium docet esse cōtemptū ita etiā infirmitatē mētis humanę psentium remuneratione sustētat. Arduū quippe est crucē tollere, animā periculis: ac morti corpus offerre, negare qd̄ sis, cū velis esse quod nō es. Raroq; quis excelsa virtus futuris cōmutat psentia. Et difficile videtur hoibus, vt spē periculis emāt, dānoq; psentiū futurę locū mercētur gratis. Ergo bonus dn̄s nequis desperatione frāgatur aut tędio, qm̄ vitę huius illecebia cōitātem quoq; mouet affectū (ducet te quo nō vis) cōtinuos viuēdi successus fidelibus pollicetur. Qui sunt illi? Si fortis es contemne mortem, dicens, mihi viuere Christus est, & mori lucrū. Si Imbecillis, fuge: submissus in porta. Actu 9. Fugiens enim denuo pugnabit. Sed nemo potest mortē fugere, nisi vitam sequatur Christum, qui mori nescit, de qua dicitur, nō gustabit mortem, donec videat regnum dei vel filium hominis venietem in regno suo. Theophyl. Regnum dei vocat transfigurationem, eo q ineffabilis eius potestas ibi refulserit, & q Germanus filius patris ostensus sit, & q dignitas secundi aduentus in splendore faciei Christi claruerit. Hanc igitur gloriam qua cum venturus sum secundo, dabitur vt videant aliqui ex vobis quatenus oculis corporis videri potest. Tamen scriptum est: in cor Hoīs non ascenderunt quę deus prçparauit amatoribus suis. Videbunt igitur isti qui viderint non faciem meā sed posteriora mea vel scapulas cum Mose. Exo. 33. De hoc in consequentibus dicendum.

Gala. 6. Matth. 7. Hierony. Psal. 105. Hiere. 3. Hilarius. 2. Timo. 4. Origenes. Apoca. 6. Manasses. Iudi. 16. Ambrosi. Ioan. 21. Prouerbiū. Theophy. 1. Cor. 2.

Caput. ix. De transfiguratione dn̄i in monte prçsentibus Petro: Iacobo, Ioanne, Mose & Helia: & sonante voce patris, deq; silentio apostolis imposito: donec a morte resurgeret dominus, quod verbum ipsi nō intellexerunt. Quod Ioannes baptista erat spiritu Helias.

ET post dies sex. Iuxta Matthęum & Marcum, iuxta Lucā. Fere dies octo assumpsit Iesus Petrū & Iacobū & Ioānē fratrē eius: & duxit illos in mōtē excelsum solos vt oraret, & trāsfigurat⁹ est ante eos. Et resplēduit facies ei⁹ sicut sol. Lucas. Et facta est dū oraret species vult⁹ ei⁹ altera. Matthę⁹. Vestimēta ei⁹ facta sūt alba sicut nix: Marcus. Facta sunt splēdētia & cādida sicut nix, q̄lia fullo non pōt sup terrā facere. Lucas. Et vestitus ei⁹ albus & refulgēs. Matthę⁹, & ecce apparuerunt illis Moses & Helias cum eloquētes. Eadē dicit Marcus. Lucas, & ecce duo viri loq̄bātur cū illo erāt aūt Moses & Helias visi in maiestate: & dicebant excessum eius quē cōplectur⁹ erat in Hierusalem.

Matt. 17. Marci. 9. Luce. 9.

coheret & pendet sentẽtia ex precedẽtibus. Dixerat enim dominus: sunt quidã de hic stantibus, qui nõ
gustabunt mortem, donec &c̃. Quoniã igitur iuxta prouerbium, qui cito dat, bis dat: ingratum est enĩ

Prouerbiũ

beneficium (iuxta Senecam) quod diu inter manus dantis hesit (plerique enim sua beneficia aspitate ver-
borum & supercilio perdunt, vt impetrasse peniteat, quia tãtum gratie demimus, quãtum more adijci
mus) dñs elapsis diebus fere octo a facta promissione: ex duodecim tres selegit (in ore eorum duorum vel

Deut. 17
Agesilaus

trium stat omne verbum) qui regnũ videret & claritatem in qua vẽturus est: nõ comitatus paucis acte
nuibus discipulis: sed cinctus vtrũque latus innumeris sanctorũ angelorum turmis. Agesilao princip. La
cedæmoniorum cũ quidã diceret aliquando, promisisti: ac sepius id replicaret, per iouem inquit, si qui-
dẽ iustũ est, sin minus dixi quidem, sed non promisi. At illo subijciente, atqui oportet regem prestare que
quid vel capite annuerit: non magis inquit q̃ eos qui ad regem accedunt, petere decet iniusta & dicere.
Non est enim obligatoriũ contra bonos mores prestitum iuramẽtum. ff. eo titulo, lege contractus. Du- F
xit aũt tres tantum, quia & si multi sunt vocati, paucis tamẽ sua secreta sacratiora reuelat deus Eccl. 6.

Ioan. 13.
Ioan. 6.

Multi pacifici sint tibi, & cõsiliarius sit tibi, vnus ex mille. Ex his tribus vnus tãtum recubuit sup pec-
tus Iesu. Ex duodecim electis vnus erat diabolus. Ex vndecim vnus auricularius a secretis secretorũ. Ex
duodecim duo tm̃ euãgelistę, Matthęus & Ioãnes. Ex duodecĩ duo mittũtur vt adducerẽt asinã & pu
llũ. Matt. 21. Ex duodecim tres ducũtur in mõtẽ hodie, ijdẽ tres assumũtur seorsum & audiũt, tristis est

Matt. 9.

anima mea vsque ad mortẽ. Matt. 26. Hi etiã viderũt dñm excitãtẽ filiã Archisynagogi. Quare ergo hos
tres potius assumpsit q̃ ceteros, nostra nõ interest scire, nec vestra refert inquirere, cũ illud habeamus ex

Actu. 10
Matt. 20.

ploratum, personę respectum non habere locum apud deum. Quod si ille bonus fuit, illos tres assumen-
do quibus reuelaret gloriã regni sui, nõ facit nobis iniuriã, quia & nos videbimus eũ sicuti est post dies
fere octo, idest post septẽ dies in quibus hic laboramus cũ Martha circa curam fratrum, & hominis illius
qui incidit in latrones (Luc. 10) vt in octauo resurrectionis sedeamus cum Maria. Ascendit aũt dñs in mõ

Exo. 24

tem vt oraret, qui descẽderat prius, laturus legem populo suo. Sed ibi ascendente Mose & descendente G
domino, gloria dei visa est, sed in specie fumi vel nubis, & quasi ignis ardens in vertice mõtis. Ignis te-
rrorẽ legis significat: nubes eius obscuritatẽ: quę vmbrã tantũ habebat futurorũ bonorũ: Heb. 10. In euã
gelio aũt quod lõge excellentius est pro igne venit spiritus sanctus, & pro nube splendor vultus Iesu: de
quo nũc sequitur. Et trãsfiguratus est ante eos. Hieron. Resplẽduit facies eius. Ergo nõ substãtia tollitur

Hierony.

sed gloria commutatur. Resplẽduit enim sol qui latebat sub nubilo vel nebula carnis suę, aut nube leui
iuxta prophetã: hoc est qui latebat post parietẽ sancti sanctorũ, paululũ reuelato velo colm̃ũ quatuor
aminuit per cãcellos & retia. Cant. 2. Et pro fumo thimiamatis qui obijciebatur oculis summi sacerdo
tis: quãdo reuelabat velũ, ne videret quę erãt intra sancta sctõrũ, nubes obiecta est oculis apostolorum
quãdiu enim viuitur hic, per speculũ videmus. 1. Cor. 13. Eminuit aũt christus dñs per retia, quia ab hu-
meris & supra altior fuit omni rõnali creatura. Eminuit em̃ vitę puritate, doctrinę pfunditate, miracu
lorũ multitudine & magnitudine, & nũc glię maiestate, nõ quidẽ ex collogo cũ deo sicut Moses: Exo. 34 H
Sed ex naturę nrę cũ diuina psona vnitate, sicut visus est aliqñ in spẽ electri, qñ argẽtũ fusũ p aurum.

Hugo.
Phil. 3

Dicit aũt Hugo. S. Vict. q̃ dominus Iesus vnũs visus est dotibus q̃tuor, quibus donabũtur corpa bto
rum, dicente Paulo, reformabit figulus ille de quo Hiere. 18. Corpus humile nostrum, & configurabit il
lud corpori claritatis suę, in qua oẽs visus fertur, quando resplenduit facies eius velut sol dierũ septẽ. Sub

Matt. 4

tilitate visus est, nascens de terra inuia. Esai. 53. Agilitate ambulans super aquas & quando collocat⁹ est
supra pinaculum templi, claritate visus est hodie, refulgẽs velut sol. Induerat enim formam serui, & hãc
Paulisper celans: ostendit habitum regię maiestatis, De qua Esai. 6. Vidi dominum sedentem super soli
um excelsum in monte Thabor: & plena erat omnis terra vel domus a maiestate eius. Seraphin q̃ sta-
bant hinc inde, Moses sunt & Helias, hoc est lex & prophetę, qui Christum prenuntiauerunt venturũ
& moriturum, sicut in consequentibus dicetur: loquebantur de excessu eius. Pro hoc igitur excessu cla-
mabant seraphin dicentes, sanctus qui omnia creauit, sanctus qui omnia gubernat, sanctus qui morte I
sua hominem reparauit, dñs deus: qui hominẽ glorificaturus est. Ceterum dotem impassibilitas in sa-
cramento summę pacis accepit. Dicit enim Hugo: corpus Christi apostolis impassibile traditũ in sacra
mento. Erat quidem corpus Christi quando primum institutum est sacramentum passibile quidem &

Exo. 34.
Abulensis

mortale, sed prout erat in sacramẽto impassibile erat vel erat impassibiliter sicuti & modo. Sicut autẽ
dicit Abulens. Dñs vt cõciliaret autoritatẽ tã legi in tabulis deformatę q̃ legis latori qui eam manib⁹
ferebat, voluit vultum eius fulgere: sed nõ sicut sol, velamine tamẽ egebat, vt cõtueri posset eũ popu-
lus. Apostoli pro velo lineo nube obumbrantur: quia multo intensior erat claritas vultus Christi clari-
tate vultus Mosi, & quantum distat vmbra a sole. Est autem ordo textus talis. Post sex dies a facta p-
missione assumpsit dominus tres apostolos, & conscenso monte, cępit orare: & interim contigit apo-
stolos illos tres grauari somno, hoc enim dicit Lucas. Petrus vero & qui cum illo erant: graua-
ti erant somno: & dormientibus illis a secus dominum Iesum, mutatus est vultus eius: & vestes sue
solis claritatẽ & niueũ candorẽ prę se ferebãt, & venerũt Moses & Helias: & cęperũt colloq dñm chri K
stũ. Interim aũt euigilãt apli, Lucas, & vigilãtes, viderũt maiestatẽ eius, & duos viros qui
stabant cum illo: cum eo loquentes, & tunc perseuerauerunt Apostoli in visiona illa mirabili, Lu-

Num. 32

cas, & factum est cum descederent ab illo, Moses videlicet & Helias, Matthę⁹, Marc⁹ Lucas
Ait Petr⁹ ad Iesum. Domine: rabbi preceptor bonũ est nos hic esse. Si vis iuxta Ma
tthęũ, Lucas & Marcus loco illius, si vis: posuerũt cõiunctionẽ copulatiuã dicẽtes: Et faciamus hic
tria tabernacula: tibi vnũ Mosi vnũ & Helię vnũ, Lucas & Marc⁹: nesciẽs qd diceret. Gra

somno, propter corpus corruptibile quod gestabant. Caro enim nunquam non est infirma nisi quando ad ma lum stimulat. Vnde illud, posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi met grauis. Vnde Helias cui grandis reuera restabat via, tempus aūt breue iuxta apostolum: vix excitante eum angelo semel & secundo, iter arripuit. Somnus autem hic precedens visionem glorię Christi, illum significat de quo propheta, cum dederit dilectis suis somnū, ecce hereditas domini. Et illud, multi de his qui dormiūt in puluere terrę euigilabunt. Dani.12. Dormiunt autem & impii somnum suū, & excitati a tuba dicente, ecce sponsus venit (Mat 25.) Nihil inuenient in manibus suis, quoniam nihil posuerunt in manibus Christi. Dormientibus igitur illis in pacē idipsum, trāsfiguratur dominus: hoc est mutatus est vultus eius. Sciendum iuxta Abulensem, quod cum dicitur Mosi, non videbit me homo & viuet, hoc non refertur ad visionem essentię dei, quia Paulus viuens eam vidit. Quid enim si Paulus ponat hanc disiunctiuam, nescio an in corpore an extra corpus: nam vtra pars teneri potest, Essencia enim Diuina cum videatur per intellectum, nō causat aliquam passionem in corpore. Non ergo oportebat Mosen mori huic visioni: vt nudā dei essentiā videret. Et reuera si id ex natura sua repugnaret, omnibus repugnaret. At de anima Christi nullus ambigit de Mose & Paulo Augustinus concedit. nec desunt qui id asserant de immaculata virgine Denique in cęlo omnibus id concessum est. Nec exploratum habemus verum omnes sancti qui rapientur in nubibus in aera obuiam Christo: gustabunt mortem, nam Hieronymus ad Marcellam, exponens illud 1. Cor. 15. Omnes quidem non dormiemus iuxta textum Grecum, tenet quod non omnes morientur, idem tenet. Chrysostomus Super eundem locum. Augustinus disputat hoc, super quartum Cap. Primę ad Thessalonicen. Ita quod cum dicitur, non videbit me homo & viuet, refertur visio hec ad quoddam corpus luminosum, quod formauit deus ex aere, & ostendit Mosi, posito intra concauum rupis, de quo alias dictum est. Nam quod excessus & intensio luminis causet immutationem maximam in oculis intuentium, patet hoc loco, vbi habes apostolos a nube obumbrante & a voce sonante perterritos, cecidisse in terram, & timuisse valde. De hoc vide textum Danie. Cap. 10. Verumtamen scriptum est, auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt. Gregorius. Oculos auertere iubemur, quos ad videndum deum aliquantulum aperimus ne videre eum sicuti est, quantumcumque videamus arbitremur: quando ipsi seraphim stabant quidē & volabant, & clamabant. S. S. S. Sed tamen quod pace eorum dicam, & ipsi foris stant, imo & ipsi faciē suā vel dei velant, vel vtramque vt ostendant, quod omnium fugit oculos, & quo propinquius videtur, eo magis inuisibilis esse cognoscitur, & super omnem conatum nostrū se exaltatum manifestat: adeo vt si comprehendere conens in comprehensibilem, & inuisibilem videre, moriendum sit tibi, sicut fertur de Homero alias de Aristotile nesciente soluere problema illud piscatorum quorundam, quos cepimus, non habemus: habemus autem quos non dum cepimus. Itaque oculi mentis quasi hoc efficiunt, vt auolet, quia per hoc tantillum quod videtur, valde remotus & auolans a nobis apparet. Accedet enim homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Ita Moses quando primum audiuit mysterium ineffabilis trinitatis secus rubum, videlicet vocem Dei dicentis, ego sum Deus Abraham: declinauit vultum in terram, & pallio obtexit oculos, non audens aspicere contra beatam visionem rubi: ignis et vocis. Qui ergo videre vult gloriam Dei, declinet vultum, oculos contegat, corruat in terram, dormiat cum Iacob mundo, vt vigilet corde Domino Iesu Christo. Cantic. Cap. 5 ita habes Ester, cap. 15. Ingressa Ester cuncta per ordinem ostia (multa enim sunt nobis relinquenda retro, priorum obliti Phili. Cap. 3. Circa quę Martha occupatur, si peruenire volumus ad eum qui supra omnia est, intra omnia: & extra omnia) stetit contra Regem, vbi ille residebat super solium regni sui, indutus vestibus regijs, qualia fullo candefacere non potest, eratque terribilis aspectu. Cumque eleuasset faciem, & ardentibus oculis, furorem pectoris indicasset, Regina corruit, & in pallorem colore mutato, lassum super ancillam reclinauit caput. Anima enim tanto sibi vilescit, quanto amplius de Dei maiestate cognouerit, vnde dicit. Loquar ad Dominum, & si breui decinerescam. Sane hec ostia post se relinquebat sensuum videlicet corporeorum, qui priorum oblitus: minabat gregem cogitationum suarum ad interiora montis Dei Oreb, vbi videtur dominus Iesus Christus non in igne: non in spiritu conterente petras, non in commotione, non in ignis, sed post sibilum auręque tenuis, videtur autem ab Helia: sed operiente vultum pallio, & stante in ostio speluncę carnis suæ, in corpore quidem sed extra corpus vt ita dicam. Videtur & abque, qui cum Mose vultum declinant, cum Apostolis mundo dormiunt, & cum Regina caput reclinant super ancillam vt Regina dominetur, caro ancilletur. Et hoc sequitur in Ester, conuertit Deus spiritum Regis in mansuetudinem: & festinus exiliuit de solio, & sustentauit eam vlnis suis donec rediret ad se, & his verbis blandiebatur, surgite & nolite timere. Sequitur iuxta ordinem textus quem assignauimus, de Mose & Helia colloquentibus Dominum nostrum Iesum Christum, & excessum quem completurus erat in ciuitate illa prophetarum interfectrice, de quo excessu Origenes inquit. Extremum dilectionis Domini nostri Iesu Christi factum est & derisionis: quando postquam fecerunt sibi lusum filium Dei sputis illitum & palmis Cæsum, crucifixerunt inter latrones, & posuerunt super caput eius quasi deridentes, literas dicentes. Iesus Nazarenus: Rex Iudæorum. Ergo nunc manifeste intelligere poteris: quis sit hic excessus, quando ipse qui eum completurus est, sudore primum perfusus sanguineo exclamat ante Crucem, o vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte si est dolor sicut dolor meus, & in Cruce pendens, pater vt quid dereliquisti me? Matthęi. Capite. 27. Denique eo mortis genere mortuus est: quo nullū probrosius tam apud gentes quam apud Iudæos, dicente lege, maledictus omnis qui pendet in ligno. Bene ergo excessus dicitur, quando & viuentem flagellis cęsum crucem sibi baiulare fecerūt, & pēdēti insultauerūt, & sitienti felle succurrerūt, & mortuum latus pupugerūt, & sepultū seductorē

EE ij appellauerūt

Marginal notes: Iob.7. 3.Reg.19. Psal.126. Psal.75. Exo.33. Abulensis. Augusti9. 1.Thes.4. Hierony. Exo.33. Canti.6. Gregorius Esai.6. Homerus. Psal.63. Genes.28. Figura. Genes.18. Exo.3. 3.Reg.19. Genes.18. Origenes. Matth.27. Luc.22. Trena. Deut.21.

appellauerunt, & resurgentem, sublatum mentiti sunt. Matt.28. De hoc igitur excessu loquebantur Moses & Helias cum dño Iesu. Erant autem Moses & Helias visi in maiestate iuxta Lucã, hoc est similiter maiestate fulgentes qua dñs Christus, licet non eadem mensura. Loquebãtur aũt de excessu mortis quẽ
Origenes. cõpleturus erat, vt tãtę glorię suauitas, mortis mœrore temperaretur. Ad hęc Origenes. Sciendum quia in
Exo. 4. lege vultus quidem Mosi glorificatus refertur, tectus tamen velo. Deut. 34. Manus vero eius missa intra sinum leprosa effecta est sicut Nix. In quo mihi videtur forma totius legis plenissime designari. In vultu eius sermo eius, in manu aũt opera designantur. Quia ergo ex operibus legis nullus iustificãdus erat nec aliquid ad perfectum duxit lex, idcirco manus Mosi leprosa fit: & in sinu iubetur recondi, tanquam nihil
Figura. hil perfecti operis habitura. Facies vero glorificata est: sed velamine tegitur, quia sermo legis habet sciẽ
Hebr. 7 tię gloriã sed occultam, quandiu non complebat excessum illum agnus, vt librum aperiret & solueret
Apoc. 5. signacula eius. Nihil ergo gloriosum habet Moses pręter faciẽ: Christus autem tot' apparuit gloriosus etiã vestimenta eius id est ecclesia eius, quę visa est sole amicta. Apoc. 12. Itaque in mõte hoc vbi dominus
Exo. 33. transfiguratus est. Impleta est promissio facta Mosi, videbis posteriora mea. Vidit enim ea quę in fine F
sęculorũ facta sunt, videlicet verbũ caro, & gauisus est. Et necessario gauisus est Moses, qm qui vultu tantũ glorificato mõtem ascendit: totus gloriosus descẽdit de mõte: in quo visus est in maiestate & gloria. Deniq; gaudebat Moses: quoniã impletũ videbat quod ipse prędixerat, prophetã suscitabit vobis
Deut. 18 deus de medio vestrum: & videbat eum adesse: & hoc facere sermonibus suis. Quod autẽ Moses velamẽ ponebat super faciẽ suam alloquuturus populum: duo pręfigurabat. Primũ q filij israel gloriã quidẽ Christi intueri nõ possunt, vnde velãt vultum eius in domo principis sacerdotũ. Luc. 22. A vultu autem
Figura. Mosi glorificato auertere nõ possunt oculos, vnde ille velabat faciẽ, per mysterium illud significãs (qd est secundum) in fine sęculorum euacuandã gloriam suam, pręsente luce euangelij. Vtrum autem Moses vere in anima & corpore venerit, qui iubente domino vita fuerat functus, & Helias cuius mors nõ legitur iterum in propria persona visus fuerit, vel vtrum angeli eorum personas pię se tulerint: alijs relinquo G
Luc. 1 diffiniendũ, vtrũq; possibile est, primũ tamen videtur veri', ex quo tres euangelistę id asserunt. Ostenduntur aũt mendaces & qui dñm Heliã esse dicebãt, & qui dñm Mosi cõtrarium asseuerabãt. Si requiras
Luc. 16 quomodo apostoli hi tres agnouerũt Mosen & Heliam, requirã a te quomodo Ioãnes baptista semestris ab vtero matris cognouit & adorauit verbũ caro vix dierũ octo in vtero immaculatę virginis. Et quomodo Adã post soporem dixit: hoc nunc os de ossibus meis. Quomodo epulo apud inferos agnouit lazarũ in sinu Abrahę quiescentẽ. Itaq; per spiritum sanctum potuerunt nosse eos, & cum eis pariter viderunt gloriã & maiestatem transfigurati verbi spacio horę vnius vt nũc supponimus, breuẽ satis moram & breuẽ ebrietatem, his qui vellent semper sic esse. Idẽ volebat & Paulus, quãdo sedẽs cum Maria
2. Cor. 12 audiuit illa ineffabilia verba, quę sicut audire nõ licet loqui. Factum est autẽ cũ discederẽt Moses & Helias a dño Iesu, inquit Petrus ad eum: Domine vel magister, bonum est nos hic esse. Melius est esse hic
Theophy. qualiubi. Si vis faciam' hic tria tabernacula. Theoph. In solita igitur visio obstupescere cũ fecerat, aut H.
iuxta Lucam & Marcum nesciebat quid diceret, voles Iesum manere in mõte & nõ descendere & pati pro nobis. Sed & in hoc nesciebat quid diceret, quia quando hęc dicebat Petrus, iam Moses & Helias abierant: sicut patet expresse in textu Lucę. Veritus aũt Petr' ne pertinax videretur: dixit si vis. Verum iuxta Marcum & Lucam, non habet locum cõmentum hoc Theophyl. illi enim non dixerunt: si vis,
Genes. 28 sed sicut supra annotauimus. Sed tamen tu ne dixeris cum Petro bonum est nos hic esse, nã oportet sem-
Chrysosto per proficere, & ad alia quę ante nos sunt festinare: angelos ęmulari qui terunt scalam Iacob. Chrysos. Quod si Petrus tenuem quandam futurę glorię imaginem vidẽs, omnia subito proiecit ex animo, dulcedine visionis quam perspexit illectus: quid diceret, si ipsam rerum faciẽ vt se habet veritas contemplaretur! Nempe deficiet spiritus eius, diceretq; cum regina Saba: vere vicisti famam tuã virtutibus tuis, bo-
3. Reg. 10. num est nos sic esse hic: ebrios videlicet in pace in id ipsum. Dissolui enim & esse cum Christo melius est. Faciamus igitur tria tabernacula. Quibus verbis etiam tacite reuocat dominũ: ne in hierosolymam I
se conferat crucifigendus. Sed nesciebat quid diceret: quia sua tãtum quęrebat, amor aũt sui probrosum
Plato. nomen iuxta Platonem, fons est omnium malorum. Ita Moses dicens: ostende mihi faciem tuam, nes-
Exo. 33. ciebat quid diceret, namq; & ipse ebrius erat, sed ebrietate vere sobria. Tamen Petrus grauiter errabat
Ps. 110. qui redemptionem missam populo Dei, apud se detinere volebat, & melius illi esset si natus non fuisset, nihil enim nobis nasci profuisset, imo obfuisset multum, si redempti non essemus. Cæterum si iuxta Apocalipsim Ioannis Cap. 21. Expleta vineę cultura, absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & mors vltra non erit, neq; clamor neq; dolor neq; frigus nec caumata, quę necessitas erit tabernaculorum? Quę propter vitanda incomoda & iniurias prasentis vitę primum instituta sunt: quę autem sint mansiones illę de quibus Ioannis Cap. 14. Suo loco dicetur. Deniq; errabat: qui ante
Heb. 9. pugnam & victoriam Coronam petebat. Ignorabat & illud, q statutum est hominibus semel mori.
Hierony. Coapostolorum suorum oblitus penitus. Hieronymus. Erras Petre & nescis quid dicas. Noli tria K.
Tabernacula quęrere: cum vnum sit Tabernaculum Euangelij, in quo lex & Prophetę recapitulanda sunt. Si autem quæris tria Tabernacula, nequaquam seruos cum Domino conferas, sed fac tria Tabernacula imo vnum Patri & filio & Spiritui sancto, vt quorum vna est Diuinitas, vnum sit
Ioan. 14 & in pectore tuo Tabernaculum. Hoc cum pręparaueris, audies Dominum dicentem: ad eum venie-
Genes. 18. mus & mansiones apud eum faciemus, ponemus tabernaculum in medio eius. Leui. 26. Hoc tabernacu-
Deut. 19 lũ pręparauerat pr̃ fidei nostrę, quando sedebat ad ostium in feruore diei: & vidit tres viros ad se declinãtes, & trib' vnũ tãtũ tabernaculũ tetẽdit, qm hi tres vnũ sunt. De hoc & lex. Tres ciuitates segabis

in medio terrę fluentis lacte & melle, & in tres equaliter partes totam terrę tuę prouinciam claudes. itaq; terra diuisa in tres partes equales (quāta est enim lōgitudo ciuitatis tāta & latitudo & altitudo eius, eternus enim pater, immēsus & omīps, itē filius & spiritus sanctus) in qualibet eius parte sunt tres ciuitates, hoc est dictū, in patre est filius & spiritus sanctus, & in filio pr̄ & spirit⁹ sanct⁹, & in spū sancto pr̄ cum filio. Quę cū ita sint: noli requirere tabernacula eria; vnus est enim deus pr̄ & filius & spirit⁹ sanctus. Et iuxta sententiam apostoli deus qui fecit mūdū & oia quę in eo sunt, cęli & terrę cū sit dominus & oīa portet verbo potētię suę, nō in manu factis tēplis habitat, qui tribus digitis (ecce rursus beatę trinitatis mysteriū) appēdit molē terrę. Esai. 40. Sed nesciebat tātus vir quid diceret, quid postularet dixit aūt q̄ desideriū illi suggessit, alioqui quis faber idoneus esset fabricādis tātis tabernaculis? Si cęli cęlorū te capere nequeūt; quāto minus te nō capiet domus hec quā ędificaui? Quę reuera angustissima erat & toto orbe famosa. Talis inquit esse debet, vt in cūctis nationibus nominetur. 1. Paral. 22. Petrus Iacobus & Ioannes piscatores erant, fabri nō erant, & esto essent, vnde necessaria oia cōpingendis tribus tabernaculis? Denicq; nec meminit cibi, nō potus, nō indumētorū, sed omnē curā iactās in dño, tabernaculorum tm̄ meminit, ita sibi totus exciderat, priorū oblitus, imo sui oblitus. Vix dum aūt Petrus verba finierat. Hęc inquit illo loquēte, facta est nubes. & obumbrauit eos, & timuerūt (Marcus) erant enim timore exterriti: intrātibus illis in nubem. Oborta est aūt nubes, subito vt obūbraret apostolos, nō iā sustinētes in corpore mortali tātę glorię spectaculū. Quod aūt exterriti erant forte timebāt quia viderāt talē visionem: cū dictum esset Mosi, nō videbit me homo & viuet. Et rursus de manue pr̄e Sāsonis scriptū est, morte moriemur, quia vidimus dñm. Ipse aūt cū vxore sua nō dñm sed angelū viderāt Iudi. 13. Intrātibus inquit. Quia nō dicitur q̄ nubes descēdit ad illos Christū videlicet Mosen & Heliā sed q̄ ipsi intrauerūt in nubē quę ipsis imminebat de cęlo, vnde vox sonuit, ideo intelligēdū est, q̄ illi tres eleuati sunt paululū a terra vsq; ad nubē illam inclusiue, & hoc est quod dicit, illis intrantibus nubē. Vnde dicit Lucas causatum timorē tribus apostolis. Et merito: timebāt enim se relinqui videndo dñm cum Mose & Helia intrare in nubē. Ad hęc Hieronymus. Requirebat Petrus e frōdibus tabernaculū: & accepit protentorio nubē, de qua Esaias, ascēdet dñs super nubē leuem: ea est caro verbi, quę nullo est pegrauata peccati onere. Et rursus. O obūbrasti super caput meū in die belli, quo caro concupiscit aduersus spiritum, vt nō quod volumus bonū illud faciamus, sed quod odimus malū. Rom. 7. Hoc bello factū est vt ancilla ejceretur foras cū prole sua nolēte volēte Abrahā, qui sane hoc casu iubetur morē gerere vxori suę Genes. 21. De hoc habes Esai. 4. Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab ęstu, & in securitatem & abscōsionē a turbine & pluuia. Hoc est dictu. Habuit populus iudaicus suam colūnam nubis, qua duce terram ingressus est promissionis. At nobis ecclesię super omnē gloriā synagogę. Vmbra enim spiritus sancti illam longe dignitate pęcellit, sicut sol vmbram. Et nubis hec erit tabernaculū q̄d protegat nos ab ęstu quo caro concupiscit. Aduersus spiritum: a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano. Omne enim quod est in mundo, aut est ęstus carnalis concupiscentię sagitta volans. aut negocium per ambulans concupiscentia oculorum, piscium perambulantium semitas maris, aut dæmonium meredianum, cuius vox est, super astra cœli exaltabo solium meum. Erit nobis & nubis hęc in securitatem & absconsionem a turbine persequutionis illatę, & a pluuia, ne prosperitate mentes fidelium dissoluantur. Ergo protegente spiritu sancto ecclesiam suā: secura est & a turbine persequutorū & a pluuia viciorum. Dū igitur Moses & Helias nubem intrarent euanescentes ab oculis discipulorū (par enim erat vt vmbrę legis & prophetarū cederēt gratię & veritate) Ecce vox de nube dicēs. Hic est filius meus dilectus / Marcus / charissimus Matthę⁹, i quo mihi bñ cōplacui / Tres euāgelistę / ipm̄ audite. Hic est vir iuxta cor meū, qui faciet oēs volūtates meas. Actu. 13. Id dictū est de Dauid, quod iuxta litterā et cōgiuere nō potest: peccacauit enim grauiter, idq; nō semel aut bis: & multum sanguinē effudit innoxiū: ita vt in ędificādo tēplum deo viuo pręferatur ei Salomō: qui fuit famosus stulticia, & criminosus libidine & vanitate seculi prodigiose diues. De dño aūt Christo filio Dauid: & Dauid radice, vere dicitur, faciet oēs voluntates meas, ipsius enim est vox illa, non mea voluntas pater: sed tua fiat. Ipse est qui peccatū non fecit: & peccata oium credentium tulit, ipse est in quo & per quem pater omne bene placitum suum impleuit. Ipsum igitur audite. Vnde illud Ioel. 2. Letamini in domino, qui dedit vobis doctorem iusticię: & descendere faciet ad vos himbrem matutinum & serotinum: hoc est irrigauit nos sciencia vtriusq; paginę proferens e thesauro suo noua & vetera. Matt. 13. Sine hoc duplici himbre, duplici fonte: terra animę nostrę arida est. Ipsum ergo amodo audite, non iam Mosen, non prophetas, qm̄ ipse est character expressus substantię meę, & illum audientes, me auditis. Et videtur deus pater replicare auribus apostolorū verba illa ex ore Mosi prolata Deut. Cap. 18. Ipsum audies, vt petisti a domino deo tuo in Oreb, dicens. Exo. 20. Vltra non audiam vocem domini dei mei, & ignem hunc maximū amplius nō videbo, ne moriar. Et ait dñs. Bñ oīa sunt loquuti, pphetā suscitabo eis &c. Ipm̄ audietis. Et audiētes discipuli: ceciderūt i faciē suā: timuerūtq; valde. Et accessit Iesus & tetigit eos, dixitq; illis. Surgite & nolite timere. Leuātes aūt oculos suos neminem viderunt nisi solum Iesum secum. Quod ceciderunt, humanę fragilitatis est. Nam & cum fieret vox super firmamentum animalia illa pennata & oculata stabant & submittebant alas suas, maiestatem dei silentio demonstrantes, cui silet omnis laus. Sed & quatuor & viginti seniores illi cum quatuor animalia darent gloriā deo. Procidebāt ante sedētē in throno, mittētes coronas suas ante eū. Procidebāt aūt in facies, agnoscentes figmentum suum, quia velut iumenta sunt comparatione, Non q̄ in cœlo casui sit locus: postq̄

Marginalia: Actu. 17. — 3. Reg. 8. — Digitus; Pugillus; Palmus; — Exo. 33 — 13. Capi. — Psal. 139. — Genes. 21 — Exo. 40 — Psal. 90. — 1. Ioan. 2. — Esai. 14. — 1. Paral. 22 — Matth. 26. — Iosue. 15 — Psal. 68 — Apoc. 4

1. Cor. 13. 1. Cor. 4. Eccl. 45. Dani. 10. Hieronim. Matth. 11.

serpens secum traxit tertiã partem stellarũ. Tamẽ ibidẽ constituti, semper habent illud in ore, misericordias domini in ęternũ cantabo: quia gratia dei sum⁹ id qđ sumus. Qđ igitur ceciderũt, fragilitatis est & humilitatis. Nã septies in die cadet iustus. Prouer. 24. Quia bonarũ mẽtium est, culpam suspicari vbi culpa nõ est. Vnde illud. Nihil mihi cõscius sum. Ecce culpã depicatus, sed nõ in hoc iustificatus sum: ecce culpã suspicatur. Cadũt igitur iusti sed in facie, & septies in die etiã dilectus deo & hoibus Moses cadit tamẽ in faciẽ: timẽtis: ne cũ aliis prędicauerint, ipsi reprobentur. 1. Cor. 9. Nemo enim scit vtrum odio an amore dignus sit. Eccl. 9. Accessit autẽ Iesus & tetigit eos, recepere iam priore specie, & voce consueta consolatur illos, dicẽs, surgite, timorẽ ponite. Tactu igitur dñi fugatur ois timor, sicut solidatę sunt bases Danielis ex cõtactu angeli, & fugatus est omnis timor a Iacob, nisi quod ad tẽp⁹ claudicauit Genes. 32. Leuãtes autẽ oculos neminem viderũt nisi solũ Iesum. Ita viso Iesu, euanuit Moses, nusq̃ cõparuit Helias: lex enim & prophetę vsq̃ ad Ioannẽ. Hieron. Ego libera voce pronuntio, ceremonias Iudęorum & perniciosas esse & mortiferas christianis: & quicũq̃ eas obseruauerit: siue ex iudęis siue ex gẽtibus, eũ in barathrũ diaboli deuolutum. Vmbra enim fugatur a sole & figura a veritate. Et descẽdentibus illis de mõte pręcepit illis Iesus dicẽs. Nemini dixeritis visionẽ: donec filius hoĩs a mortuis resurgat. q̃ Maria celauit partũ virginalẽ annis 30. S. Bonauentura inquit. Marcus. Et verbũ continuerunt apud se, cõquirentes quid esset: cũ a mortuis resurrexerit. Lucas. Et nemini dixerũt in illis diebus quicq̃ ex iis quę viderant. Nemo ibit inficias, cęteros apostolos si visionẽ hanc beatã relatione triũ agnoscerẽt: tristicia absorbendos, vt ne dicam inuidia exarsuros in tres. Nã & alias decẽ indignati sunt de duobus: q̃ dextras sibi partes Christi ac sinistras prępiperent. Esto enim sancti essent: hoies tamẽ erãt. Ponit Hieronymus secũdã causam dicẽs. Futuri regni pręmeditatio & gloria demõstrata fuerat in mõte. Nõ ergo vult hoc in populos prędicari, ne incredibile esset pro rei magnitudine: & post tãtã gloriam apud rudes animos sequẽs crux scãdalum faceret. Chilõ rogatus: quid esset difficile, arcanũ inquit reticere, tanta est lingue oĩum maxime volubilis in cõtinencia: cũ alioqui nihil videatur factu facilius q̃ silere, sed sapiẽti & sciẽti tẽpus esse tacendi & tẽpus loquendi. Nã & cum aliquando probrosus homo quidã inter tormẽta magis mutus perstatet q̃ pisces, ne proderet socios criminis, quantam (inquit Agesilaus) homo scelestus ad res flagitiosas & turpes taciturnitatem, quãtam tolerãtiam adfert. Socrates dicebat, carbonẽ ignitum facilius in lingua cõtineri posse: q̃ sermonẽ arcanum. Euripides cũ ei graue olẽtia oris obiiceretur a quodã: multa enim dixit secreta in eo cõputruerunt. Aristoteles quid nam in vita difficillimũ esset interrogatus, dixit tacere quę dicẽda nõ sunt. Audiuit apostol⁹ arcana verba, quę &c. Ad hec Chrysosto. Hoc maxime ridiculum est, q̃ talem habentes vitã, ac suę salutis immemores, cum aliquid arcanum dixerint, rogant audientem & adiurant, ne cuiq̃ ipse amplius dicat, hinc declarantes: q̃ rem reprehensione dignam cõmiserint. Si enim illi ve nemini dicat rogas, multo magis te priorem huic dicere minime oportuit. Si nõ vis sermonem efferri, sepeli apud te, certus existens, q̃ non rumpet vterum tuum. Nam postq̃ sermonẽ alteri prodidisti: superflue & inutiliter admones & obtestaris pro dictorũ custodia. Qui enim nunciauit (volat enim irreuocabile verbum) deinceps in agonia est: suspicatur & timet & linguam suam mãdit, timens ne coryceos aliquis auscultauerit, reuertens oẽ ex musca elephantus fiat: vt quod (Verbi gratia) Christus dixit de templo corporis sui, aliquis sycophanta interpretetur de templo Salomonis, sicq̃ superfluam & inutilem inimicitiam is qui dixit operetur. Tacens vero his omnibus liber est. Multi igitur sicut patet in superioribus iussi tacere miracula Iesu Christi, multo magis ea diffamabant, dicentes bene omnia fecit, Marci. 7. Isti autem tres viri quoniam audierant vocem patris dicentem, ipsum audite, pręcepto Christi obtemperant, & silentio premunt visionem cœlestem. Clarissimum patientię documentum Leęnę meretricis, quę torta, non indicauit harmodium & Aristogitonem tyrãnicidas. Anaxarchus cum simili causa torqueretur, pręcisam dentibus linguam vnamq̃ spem iudicii in tyrãnum expuit. Sed aues hę phenices sunt. Cęterum conquirebant apud se de verbo isto, donec a mortuis resurgat filius hominis: primum quidem quia moriturum Dominum omnino non credebant: sicut dicitur. Luce. Cap. 18. Secondo suspicabantur q̃ statim post mortem & resurrectionem affutura esset regni eius gloria: cuius iam pignus tenebant: & primitias delibauerant. Conquirebant ergo & mente dicentes. Quomodo Dominus Iesus Christus moriturus est: post visus est in gloria patris sui: ad quam gloriam sancti peruenturi sunt post mortem & resurrectionem? Videbatur enim iam impletus in domino nostro Iesu Christo finis & effectus resurrectionis. Obuiat autem ei quam diximus positioni, suspicatos videlicet fuisse apostolos istos tres: Dominum Christum statim post mortem & resurrectionem: gloriam suam ostensurum credentibus: id quod ipsi obiiciunt domino, sequitur enim, & interrogauerunt eum discipuli, dicentes. Quid ergo scribę & pharisęi dicunt: q̃ Heliam oporteat primum venire. Videtur nomen scribę cuius toties fit memoria in Euangelio sumptum ex Nume. Capite. 11. vbi dicitur, senes populi ac magistri. Itaq̃ scriba non significat quod forte sentire cogimur: sed quod ex Num. Cap. 11. Colligi potest, scribas videlicet esse principes & summos viros ac sapientissimos, quales essent rhetores ac sophistę apud Grecos. Et obserua q̃ apostoli quia piscatores erant & a mathesi alieni, allegant verba doctorum legis cum dicunt, quid ergo scribę &c. Habes de hoc Malachi. Cap. vlti. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam & cętera, iste q̃ sensus. Si iam apparuisti in gloria (sed fallebãtur apli) (tu qui xp̃s es & Messias in lege pmissus, quõ adhuc pharisęi pstolãtur aduẽtũ Helię, cũ ille te pcedere debuerit nõ subseq̃? Aut igitur non statim a resurrectionę tua venturum est regnum (cuius iam mora inuitat sicut sępe dixisti) vt nos suspicati sumus, aut aliud habet arcanum sensum prophetę

Matth. 20. Hieronim. Chilon. Eccl. 3. Agesilaus. Chrysost. Silentium. Ioan. 2.

vaticinium

vaticinium qui nos fugit. At ille respondens ait eis. Helias quidē venturus est, & restituet omnia. Dico autē vobis ꝙ Helias iam venit, & nō cognouerunt eū, Cognouerunt quis esset quia filius Zachariæ nō tamē cognouerint, ꝙ esset Helias in spiritu. Sed fecerunt in eo quęcunqꝫ voluerunt. Quid fecerint euāgelistę nō dicūt, nisi ꝙ capite plexus est. Sic & filius hominis passurus est ab eis/Marcus/Et quomodo scriptum est de filio hoīs: vt multa patiatur & contēnatur. Tunc intellexerūt discipuli, ꝙ de Ioāne baptista dixisset eis. Hieronim⁹. Nisi causas nouerimus huius interrogationis, stulta videtur & extra ordinata eorū interrogatio. Quid enim pertinet ad ea quę dicta sunt, de Helię aduētu quęrere? Traditio igitur hębreorum est iuxta Malachiam sicut dictum est, ꝙ Helias pręueniat aduentum Christi, vt reducat cor patrum in filios, sicut dictum est Luc. Cap. 1. Existimant ergo discipuli, transformationem glorię hāc esse quā in monte viderāt

A & dicunt. Si iam venisti in gloria, quomodo pręcursor tuus non apparet, maxime quia Heliam videtant recessisse. Quando autem adiiciunt, sed hę dicunt ꝙ Heliam oporteat primum venire, primū dicē do, ostendunt ꝙ nisi Helias venerit, non sit secundum scripturas saluatoris aduentus. Respondit igitur dominus, dico vobis ꝙ Helias iam venit, &c. Ipse qui venturus est in secundo mei aduentu iuxta corporis fidem, nunc per Ioānem venit in virtute & spiritu, sicut dictum est Luc. 1. Et non cognouerūt eū: hoc est spreuerunt: & dederunt caput eius pro saltu vnius puellę impudentissimę. Marci. 6. Sic & filius hominis passurus est ab eis, passurus in quam iuxta quod scriptum est de illo Esai. 53. Sed quomodo Herodes & Herodias, Qui Iudęi non erant sed proselyti. Dicunt dominum crucifixisse? Iuxta Marcū scriptum est vt contēnatur, & de Herode scriptum est, ꝙ misit dominum Christum sindone alba indutū

Lucę. 23.

B crucifixit autem, quia remisit ad Pilatum, vt cruci suffigeretur. Ergo cum Iudęis & ipse voluntatem suam iunxit, sicut & pharisęorum factio in nece conspirauit Ioannis. Nam permittentes Herodi vt occideret Ioannem, cum possent prohibere, ipsi occiderunt. Abulensis. Ita dicit. Pharisęi negabant dominū esse verum Messiam, sed alterum nescio quem expectandum: quem Helias pręcederet iuxta vaticinium Malachię. Discipuli autem hi tres ex visis in transfiguratione, testimonio Mosi & Helię & voce delapsa e nube: cognouerunt Christum esse vere Messiam, vnde mirantur ꝙ pharisęi in lege versati negarent, quem pater de cœlo quasi digito ostendebat &c. Quid est autem restituet omnia? Conuertet ad dominum omnes Iudęos. Rom. 11. Restituet eos quos antichristus peruerterit: ita dicit Augustinus/ Gregorius. Nā & si ad cœlū raptus est Helias (4. Reg. 2) Vt perhibetur, mortem distulit, non euasit. Restituturus est enim oīa. Veniet enim vt & pręedicationis munera impleat, & carnis debitum soluat. Stat igitur solutio obiectionis apostolorū sed in primā expositione quę est Hieronymi, in hoc, quod apostoli putabant illā visionē quā viderant fuisse veram gloriam vnigeniti, quam ostendet electis in secundo aduentu, cum hec vix vmbra fuerit illius illam autem secundam pręcedet Helias. & patet.

Abulensis

Augusti⁹. Gregorius

C

Caput. x. De hoīe habēte domi filiū lunaticū quē apostoli sanare nō potuerūt. Et quomō sanauit illum domin⁹, pręrequisita primum fide parentis pueri. Apostoli rogant dominum secrete: quare non potuerunt ejicere dęmonem illum, & audierunt, propter incredulitatē vrām & de potentia fidei si sit vel tanta quantum granum sinapis.

Marci. 9

Actū est autem in sequenti die veniens ad discipulos suos (Videtur noctu factam transfigurationem: quia non est credendum ꝙ tota illi die & sequenti nocte perstiterint soli cum Christo in monte) Vidit turbam magnam circa eos, & scribas conquirentes cum eis & confestim omnis populus vidēs Iesum: stupe factus est, & expauerūt, & accurrētes

D salutabant eum. Forte quidam splendor insolitus remāserat in facie Christi/ ex gloria trāsfigurationis, sicut in Mose ex colloquio dei. Exo. 34. Postqꝫ igit impleuit dn̄s verbū suū, quidā de hic stātibus nō gustabunt mortē donec videāt regnū dei, & cū tribus descēdit e mōte, vētū est ad turbę cōspectū, quę cōfluxerat ad reliquos nouē aplōs, & siqui cū eis erāt ex cęteris discipulis Christi, quos dn̄s Iesus ad radices reliquerat mōtis dicēs, expectate hic cū turba, postqꝫ adorauerimus, reuertemur ad vos. Offendit aūt & ibi quosdā & scribis disputātes nescio quid cū apostolis nouē, de quo in consequētib⁹. Itaqꝫ ppl's qui pter spem vidit dn̄m Iesum e mōte descēdere cū trib⁹ aplis, obstupuit imo & siderauit & salutauit seruatorē eius vbis bn̄ ominatis. Desiderio eñ desiderabāt videre eū, in quē desiderāt angeli intueri, quē multi Reges desiderauerūt. Lu. 10. Siqd̄ē imago erat bonitatis diuinę, Sap. 7. Speciosus forma p̄ filijs hoīum. Et ergo

Genes 22

Psalm. 44

E salute optāt, quē Simeō saluatorē vocauit. Lu. 2. Et cui iuxta mysteriū dictū est, salus nr̄a in manu tua est, respiciat, nos tm̄ dn̄s de⁹ nr̄, & lęti seruiem⁹ regi. Bn̄dicūt: lęti seruiem⁹ regi, qa oīs seruit⁹ quę hoi exhibet, h̄ admixtā amaritudinē: cū oīs hō naturę lege liber cōdit⁹ sit. Oīs aūt seruit⁹ quę deo exhibet lęticiā h̄: qm̄ est a natura, dicēte pphetā: mihi flectet oē genu. Quę aūt a nā sūt, ea libere exequimur, nullā passi molestiā, Marc⁹. Et itrrogauit eos, q̄d īter vos cōqrebatis? Qd nō ex ignorātia itrrogat sed idcirco interrogat: vt oib⁹ fieret manifestū id de q̄ pharisęi cōferebāt vel disceptabāt cū discipulis domini. Discipuli eñ pudore suffusi tacebāt, tacebāt aūt & aspides surdę, pharisęi, q̄ nomē dn̄i & potentiā eius cōtra dęmones haud valere causabātur. Pudor in aplis hinc ortus est: ꝙ frustra tētassent sanare lunaticum. Exposuit autem per ordinem gestę: homo quidā de quo in consequentibus Sequitur enim:

Iudi. 5.
Gene. 47
Seruitus.
Esai. 45

Matth. 17.

Matthęus. Ecce homo genibus prouolutus: Lucas, exclamauit dicēs. Magister obsecro te: respice in filiū meū, quia vnicus est mihi. Matthęus, Miserere filio meo: quia lunaticus est: & male patitur: nā sępe cadit in ignē & crebro in aquā. Marcus: Attuli ad te filiū meū habētē spiritū immūdū, qui vbicūq; eū apprehēdit: allidit illum: & spumat & stridet dētibus, & arescit. Lucas: Et dissipat eū cū spuma & vix discedit dilanians eū. Et obtuli eū discipulis tuis (tres euāgelistę) & nō potuerūt eijcere eū & curare eū. Hic est ergo homo qui calcaria addidit pharisęis vltro insanientib⁹ & paratis carpere doctrinā christi quotiescūq; se offerret occasio. Dixerat supra dñs. Si ego in Beelzebub ejcio dæmones: filij vestri in

Luce.10.

cuius potestate eadē factitāt? Nēpe in eadē virtute qua ego, a quo acceperūt hāc potestatē calcādi supra serpētes istos & scorpiones. Opponebāt ergo pharisęi. Si eade est virtus in vtrisq;, quare nūc inuocato noie magistri, discipuli nihil possunt cōtra dæmonia? Quęstio hec infra soluitur. Dicit ergo homo hic dño. Vnicū habeo filiū, ac proinde vnice dilectū, sed nō vna percussum plaga, imo multis iuxta prophetā vexatū flagellis. Psal. 31. De his Esaias Cap. 1. Primū quidē lunaticus est. Hierony. Non vere lunaticus erat, sed putabatur ob dæmonū fallaciā: qui obseruātes lunarii tempora, creaturā infamare cupiebant, vt in creatorē blasphemię redūdarēt Spiritus enim immūdus vbicūq; nanciscitur oportunitatē, apprehēsum allidit, ficetissimus est enim supra q̃ credi possit humani sanguinis, vt merito dixerit spiritus sanctus de illo, infernus nunq̃ dicturus est sufficit. Denicq; ingentē iacturā arbitrātur cū eijciūt ab obsessis corporibus, dicētes venisse ante tēpus ad torquēdū nos. Matt. 8. Augustinus. Subtilitate & miris modis & inuisibilibus p subtilitatē suorum corporū ad tēpus assumptorū (21. De ciuitate dei) corpora hoium nō sentiētium penetrādo, seq; cogitationibus eorū per quedā imaginaria visa miscēdo, siue vigilātiū siue dormiētiū. Quidā iracūdias suscitāt, & bellorū dissemināt zizania, & cōcitant odia, sicut scriptū est, cō surrexit Satā cōtra israel, & incitauit Dauid vt numeraret populū. Ne reputes aūt vnū esse Satā in terra, hęc est enim oium doctorū opinio (inquit Origenes) q̃ Aer iste qui cœlum & terrā medius diuidens inane oppellatur: plenus sit spūalibus nequitijs, sicut aer ariolmis. Nō ergo miraberis, si quē semel apprehēderit, allidat: deijciat in ignē & aquā, & stridere faciat dētibus: spumis more iumēti ora compleat arefaciat, dissipetq; & sic vix facietur pęnis eius, vt eūdē di. edat: qui tamē non simpliciter discedit, sed ad tēpus Luc. 4. Et multo cōmitatior reuersurus q̃ abierat. Matt. 12. Hūc igitur vnicū filium tam anxie vexatū, deterioribus nēpe fortunę q̃ vnū ex iumētis attuleram tibi: cuius notui sicut cōpertum habeo dęmones obsequūtur: cui vēti & mare obediunt: sicut multorū relatione audiui, qui cum nō tu ad esses, vicarijs tuis tradidi sanandū: nec tamē res pro voto successit. Quo sermone iuxta Hieronimū, latenter accusat discipulos: cū tamē impossibilitas curādi interdum nō od imbecillitatē curātium, sed ad eorum qui curādi sunt fidem referatur, dicēte dño nō semel: fiat vobis iuxta fidē vestram. Et propterea cū multi leprosi essent tēpore Helisęi in israel, vnus tātum mundatus est. Luc. 4. / 4. Reg. 5. Cap. Et illud quo nihil est manifestius: nō poterat ibi virtutē vllam facere &c. Marci. 6. Capite. Respōdens autem Iesus ait. O generatio incredula & peruersa: vsq; quo tandem ero apud vos & paciar vos? Hierony. Nō q̃ tędio superatus sit is qui mansuetus ac pius nō aperuit sicut agnus coram tondēte se os suum, sed q̃ in similitudinem medici: si ęgrotū videat cōtra pręcepta se gerere dicat, vsq; quo accedā ad domum tuā? Quousq; artis perdā industriam, me aliud pręcipiente: & te aliud perpetrante? ἕως πότε ἔσομαι. Quousq; tandē. Nec est ociosa cōiunctio expletiua: sed impatientiā quādam tędij indicat. Curauimus Babilonē, hoc est curare voluimus, pēsum nostrum soluimus, perijt labor & impēsa omnis, in his qui rursus crucifigunt filium dei. Heb. 6. Recedamus de medio eius, pluet enim dominus super eā ignem sulphuri admixtum, ipse igitur ęgrotus se interimit, qui pręcepta medici seruare nō vult. Parū est hoc, nisi phreneticus dicat medico, ne vltra videas faciem eam, alias scito te moriturum. Exo. 10. Veruntamē quoniam scriptum est, cum irat⁹ fueris, misericordię recordaberis, percutis enim & medeberis, nō enim humilias ex corde, & abijcis filios hominū (Treno. 3.) Qui omnia diligis, & delitię tuę sunt habitare cum filijs hominū, hec inquā oia cum sciamus, & illud exploratum habemus, qd dicturus es in consequentibus, Afferte huc illud ad me. Quod enim dixit, vsq; quo tandē ero vobiscum: nihil aliud significauit, q̃ habere desiderium ingens patiendi & hauriendi calicem illum quem accepit a patre, pro salute hoium. Quod autē iudęi vocentur generatio incredula & peruersa: aut sicut audierūt ex ore Mosi generatio praua atq; peruersa Deut. 32. Vel iuxta prophetam: generatio quę non direxit cor suum, nec est creditus cū deo spiritus eius, hoc est, quę in pręceptis dei haud ambulauit, nec credidit promissionibus eius, sępe diximus, & dicturi sumus. Incredula igitur merito vocatur. Que eñ nō credebat signis quę videbat, sicut dictū est Matth. 12. Quādo crederet itaque quam remota erant a sensibus corporis? Sed oium iudęorum vna vox illa erat: nisi videro nō credam, Imo multis visis, volumus inquiunt signū de cœlo videre. Matth. 12. Tāta erat igitur pertinacia iudaica in credēdo, vt vis patiētia dei tulerit eos, in vno oēs notans, qui adamantinū haberet cor & ceruicem durissimam, Et attulerunt eū, Et cū accederet, Marcus, & vidisset eum: statim spiritus conturbauit illū, & elisus in terram voluptabatur spumās: Lucas, & dissipauit eū. Sunt enim & delitię dęmonum esse cū filijs hoium. Sed interest. Dominus enim vt probet & in melius semper prouehat creaturam suā: dæmones vt perdāt: elidant & agant in pręcipitium aliquod. Optant enim & illi quod dixisse legimus C. C. Caligulam, vtinam omnis populus Romanus vnā tantum haberet ceruicem, vt simul omnes vno perderē ictu gladij, ac pro inde cum ipsis vidit ante vniuersorū iudicem, qui eum velut fulgur deturbarat, in tartara (siquidem posuerūt omnem frontem: & nihil est quod timeant, dati in

Marginal notes: Prouer. 30. — Augusti⁹. — Demones — 2. Reg. 24. — Origenes. — Hieronim Matth. 9 — Hieroni. Esai. 55. — Hierē 51. — Hab. 3. — Prouer. 8 — Ioan. 18. — Psalm⁹. 77 — Ioan. 20 — Prouerb. 8 — Caligula.

reprobū

reprobum sensum) in vltimo vale tursit hoiem: quē totum nō est permissus pdere. Nō tamē diu habita
bit iuxta te malignus, neqꝫ permanebūt iniusti ante oculos tuos. Marcus. Et interrogauit patrem
eius. Quātū tēporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia. Et frequen-
ter eū in aquā misit & ignem, vt eum perderet. Et hic est finis intētus dęmonū, perdere ouē
illā cētenariam, quā bonus pastor vt saluaret venit. Trāsibunt aūt & lunatici isti qui iuxta sapientem
vt luna mutātur & frequentius eurypo mari, ab aquis niuiū ad calorem intolerabilem, ita dūtaxat vt
vernum tempus & ęstiuum in aquis feruētibus agant, hyemem in aquis niuium. Quare? Quia dedit
ei deus locū pęnitencię, & ille abutitur eo in superbia. Et sequitur ibi: obliuiscatur ei⁹ misericordia, dul
cedo illius vermes. Hęc est pars eorū qui vt luna mutantur: & nunqꝫ in eodē proposito permanēt. Sciē
dum vero iuxta Paulū Rom. 1. Gregorium & Augustinū, ꝙ quorundā peccatorū perpetrādorum faci
litas, pęna est aliorum pręcedētium: dicente Hieremia, null⁹ est qui agat pęnitētiam super peccato suo
dicēs: quid feci? Sequitur. Omnes cōuersi sunt ad cursum suum quasi equus impetu vadēs in pręliū. Qui
enim primum cūctanter peccabāt, & quasi necessitate cōpulsi vel impulsi a cōcupiscencia sua illecti &
deliniti, quę molesta & adolescētię (Gene. 39.) Demum laxātes frena lasciuię sicut dicitur: noluisti eru
bescere, velut equi effrenes agūtur in prelium per deuia quęqꝫ per tenebras & lubricū. Psal. 34. Interim
angelo tenebrarum fodiēte calcarib⁹ asinus istos: qui quasi iumēta computruerūt in stercore suo Ioel 1.
Donec veniāt in profundum malorū. Prou. 18. Hoc est enim quod dicit Marcus, ab infantia factus est
homo iste spelunca latronum. Si requiras, cum infantia peccati sit expers, & pęna inferri non debet, nisi
subsit culpa: quomodo iuuenis hic ab infantia traditus est angelo satanę, qui eum collaphizaret? Forte
peccato parētis id factum est, sicut alias diximus & dicetur Ioan. Cap. 9. Et obserua ꝙ Paulus nō co-
llaphizatur a satana, quia peccauit, sed ne extolleretur, & peccaret. Vnde & illud ex Iob, nō peccaui, &
in amaritudinibus moratur oculus meus. Iob. 17. Legimus autem de alijs iuxta quod dicit Paulus, ꝙ ex
vtero matris suę segregātur in obsequium dei, sicut Isaac/Sāson/Hieremias/Ioannes baptista. Quare
ita? Num personę respectus est ante deum? Absit, sed iuxta prophetam nimis profundę factę sunt cogi-
tationes dei circa filios hominum: & plus distāt a sciētia nostra ꝙ̄ cęlum a terra. Sed siquid potes, ad-
iuua nos misertus nostri. Iesus autē ait illi. Hoc si potes credere, oia possibilia sunt
credenti. Quid est: siquid potes? Quo verbo confirmatur id quid diximus de mēte Hieronymi, ꝙ fre-
quenter salus donatur iuxta mensuram fidei eorum qui sanantur, licet hoc loco nō lunaticus sed pater
eius misericordiam oraret. Vnde illud Esai. 51. Iuxta. 70. Sicut beta semicocta filijs tui, Hieronymus. Qui
semel incredulus est, apellatur beta cruda. Qui aūt simplici cōtemptus fide, absqꝫ ratione & dogmatū
veritate facit opera, potest dici beta cocta. Qui autē inter vicia atqꝫ virtutes medius fluctuat, & du-
plici corde accedit ad seruitutem dei, claudicās vtroqꝫ inguine rectissime vocatur beta semi cocta: qui
neqꝫ calidus est neqꝫ frigidus. Qui huiusmodi est (inquit Iacobus) similis est fluctui maris: qui a vento
circūfertur. Non ergo existimet homo ille, ꝙ accipiat aliquid a domino. Vnde sequitur. Tu dicis: siquid
potes, adiuua nos, ego autē vice versa dico: si potes credere (potes aūt si velis: sed sine me nō potes ve
lle Ioan. 15) Credēti oia sunt possibilia. Ergo vtrūqꝫ alterum indiget. Per quod ostēdit ꝙ non ex defectu
potētię curatiuę sed ex defectu fidei difficultas curę prouenie bat. Deus quidē multa donat ingratis &
incredulis: etiam cum nō rogat ur: imo etiam cum dicunt ad illum betę istę crudę recede a nobis, scien-
tiam viarum tuarum nolumus. Iob Cap. 21. Cęterum cum rogatur: nisi fides adsit, nō concedit petita:
sed si potes credere, oia possibilia sunt credēti. Iuxta quod dicit Augustinus: nihil tam in nostra potesta
re est ꝙ̄ fides. Cætera enim potest homo: facere nolens, quia cōpellitur: credere vero nō nisi velit. Nū-
quid enim Petrus quan do dixit, nō noui illū, fidem a corde abiecerat? Absit, Quia sicut nemo potest
compelli vt corde neget, sic nec compelli potest vt corde credat & vice versa. Nemo quidem potest ve-
nire ad me, nisi tractus a patre meo, sed quoniam tractus iste liber est: si tu potes credere, potest fieri qđ
vis. Confer fidem huius cum fide eius quę dixit, si tetigero fimbriam tātum: salua ero, & videbis ꝙ̄ me-
rito dicitur huic, o generatio incredula. Siquid inquid potes. Si nō credebas illum posse quare adduxis-
ti ad illum vnicum tuum? Sed amor parētum nullū nō mouet lapidem, quo filijs succurrat. Ad hęc Au-
gustinus. Ex fide ideo dicit Apostolus iustificari hoiem, nō ex operibus, Roma. 3. Quia ipsa prima dat,
ex qua impetrētur cętera quę propria opera nūcupātur, in qb⁹ iuste viuitur. Et nota errorē Augustini
de predesti. sctōrum. Cap. 3/ ꝙ fides esset ex nobis: & nō donum dei. Cur autē fides nō omnibus datur
quęstio est apud eundem insolubilis. Sequitur ex Marco. Et continuo exclamans pater pueri
cum lachrymis aiebat. Credo domine, adiuua incredulitatē meam. Hoc est credo ꝙ po
ssis quod hucusqꝫ ambigebam, adiuua fidem meam: vt cōfidam ꝙ & velis. Nam qui adiuuari petit in
quit Augustinus aliquid potest. Vnde ergo dictum est, sine me nihil potestis? Sed vide quia vt aliquid
possimus: adeo habemus: qui dat nobis & velle & perficere. Misericordia enim eius pręueniet me. Prę
uenit vt velit si velit, subsequetur, vt offerat ouem cum cauda Leui. 22. Vnde illud. Egressus Tobias,
inuenit iuuenē splēdidum stātem pręcinctum & quasi paratum ad ambulādum. Tobię. 5. Et infra. Ego
ducam & reducam filium tuum ad te. Habes angelum magni cōsilij pręuenientem viam nostram, &
ducem se vltro offerētem ac comitem, qui nos ducit & reducit, sitqꝫ comes noster quocunqꝫ pertexeri-
mus: & in via hac quā gradiemur firmat super nos oculos suos sed in bonū nō in malū. Psal. 31. Amos. 9
Quod autem cum lachrymis misericordiam implorat, id circo facit, quia nulla merita habebat quę al-
legaret. Clamor autem signū erat ingentis ex verbis domini conceptę fiducię ac melioris spei, erga do
minum Christum, vnde dominū eum vocat. Sequitur ex Marco. Et cū vidisset Iesus cōcurrētē

Marginalia: Psal. 1. — Luc. 15. — Eccl. 27. — Iob. 24. — Gregorius — A — Cap. 8. — Hieremi. 8. — Num. 22. — Questio. — 2. Cor. 12. — B — Actu. 10 — Psal. 91. — Hieronim — C — Augusti⁹. — D — Ioan. 6. — Augusti⁹. — Augusti⁹. — E — Genes. 24.

turbā: cōminatus est spiritui immūdo: dicēs illi. Surde & mute spiritus ego precipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. [Baruch. 5] Sed si surdus erat spiritus hic, quomō audiuit & obediuit? Quomō stelle vocate respōderūt, ad sumus, quomodo & adolescēs qui efferebatur, Luc. 7. [Matt. 9.] Quomodo Lazarus quatriduanus audiuit voce dicētis: veni foras. Voluit autē dñs turbam adesse, vt testes essēt tāti miraculi, cum alias turbam iussit eijci, suscitaturus filiā Archisynagogi. Et obserua, q̄ dominus nō iuuenē increpauit qui torquebatur, sed spiritum improbissimum. [Tren. 1.] Homo em̄ fœdus est, vicia eradicāda, vel curāda ad instar ignis cauterio, si vino nō sanantur. Vnde illud, de cœlo misit ignē in ossibus meis: & erudiuit me. Eruditio hęc sanitas est animę, quando vexatio intellectū [Esai. 28.] aperit & excitat mētem, quę male sana securitate torpebat. Vnde illud Cant. 2. Vulnerata charitate ego sum. Vulnera ista charitatis occidendo viuificādo: & pūgendo vngunt. Ita Apostolus hoīem for- [1. Cor. 5] nicarium iubet tradi Satanę, vt spiritus eius saluus fieret. Exi inquit ab eo, & amplius ne reperias hospicium tuū, id autē dixit dñs, vt perfectam in lunatico ostēderet sanitatē. Nō enim raro cyclops iste tristaux domū suam reperit, si vacuā inueniat, ornatā licet (& scopis mundatam) sicorū folijs. [Matth. 12.] Et exclamans: & multum discerpens eū, exijt ab eo, & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerēt: q̄ mortuus sit. Iesus aūt tenens manū eius eleuauit eum & surrexit. Matthęus, & curatus est puer ex illa hora, Lucas, & reddidit illum patri suo. [Iob. 38.] Obediuit igitur spiritus nequā precepto eius qui vectes posuit mari dices, hucusq; venies, & non procedes amplius, & hic cōfringes tumētes fluctus tuos. Cōfregit ergo cetus hic qui mare cōturbat fluct⁹ suos in puero isto discerpēs eum & quasi mortuū relinquens, hoc est eo vsq; nocuit quo ad est permissus, exijt tamē nolens volens. [Num. 11.] Habes aūt imaginē peccatoris, qui diu assuetus olim cepis ægyptiatū, cōsuetudinē in alteram mutauit naturam, iuxta illud: si mutare potest æthiops pellem suam & pardus varietates &c. Hic er- [Hierem. 13] go nisi tenēte domino manum suam, nunq̄ resurget. Quod aūt dæmō exclamauit exiturus, ostendit q̄ [Gregorius] vete inuitus emigrabat. Ad hoc Gregorius super illud Iob. 40. Stringit caudam suam quasi cedrū. Sciendum est, q̄ plerunq; eis quos Satanas ceperit, tūc grauiores culpas ingerit, cum presentis vitę termino illos propinquare cognoscit: & qui se cōsummaturū tentationem considerat, eo eis iniquitatis pondera grauiora coaceruat. Nā cū dominus diceret, precipio tibi surde & mute spiritus exi ab eo, exclamās & discerpēs exijt. Ecce eū non discerperat cū tenebat, exiens discerpsit quia nimirum tūc peius cogitationes mētis dilaniat, cū iam termino egressus sui diuina virtute cōpulsus appropinquat, & quē mutu possederat, cū clamoribus deserebat. Erat aūt spiritus hic surdus & mutus: nō formaliter sed effectiue Inte rogauit & tempus ex quo traditus fuerat huic tortori nequissimo, vt ex temporis diuturnitate miraculosa curatio cōmendabilior haberetur. Ostenditur aūt & fragilis satanę potentia, qui toties tētauerit occidere puerū, mittendo in ignē & aquā nec tamen potuit: sed id fecit quod est permissus, iuxta illud, animā illius serua idest vitā. Nā reuera satanas pręoptaset perdi re potius vitā Iob, q̄ decē filios: q̄ vxorem, q̄ boues camelos asinos & oues, siquidem Iob pro decem milibus cōputabatur. [Iob. 2.] Sed animā serua. Vitā autē animę etiam tentauit, cū per os vxoris loquutus est, pone in cœlum os tuum, & morere. Dicens aūt & morere, suadet ei vt vitā sibi abrūpat laqueo, imitatus Iudam. [2. Reg. 18 / Matth. 27.] Vtrāq; igitur mortem suasit illi satanas ore vxoris, sed neutram intulit, quia nō est permissus. Ossa enim eius electe sunt, verum non [Iona. 2.] raro iubetur cetus hic euomere Ionas quos vorauit, vnius quorum vox illa est, eruisti animam meam ex inferno inferiori. Psal. 85. Et cum introisset in domū/Matthęus & Marcus. Discipuli eius secreto interrogabāt eum. Quare nos nō potuimus eijcere illum? Dicit illis Iesus. Propter incredulitatē vestram. Amē quippe dico vobis: si habueritis fidem sicut granū sinapis: dicetis mōti huic, transi hinc illuc: & transibit. Et nihil impossibile erit vobis. Cęterum hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Hęc igitur omnia tacite spectabāt apostoli, no audentes interpellare dñm, & cōsiderantes apud semetipsos quomodo ęgre sanatus fuerat filius, cuius pater nec calidus nec vel tepidus fuerat in credēdo, prętērea acceperāt apostoli potestatem super oīa dæmonia, de quo & .70. Gloriati sunt apud dominū. [Luc. 10.] Quia ergo hanc solum inter tot a se expulsos eijcere nō potuerūt, cępit animos illorū sollicitudo quędam humana, ne aliquo demerito suo (delicta enim quis intelligit?) Hanc gratiam gratis datam perdidissent, [4. Reg. 4.] quomodo dixit Heliseus, anima eius in amaritudine est & dñs celauit a me. [Ezech. 3.] Nō enim semper spiritus [4. Reg. 2] sanctus tangit mētes prophetarū, sicut dictum est cuidam, linguam tuam faciam adhęrere palato tuo. Sic Heliseus tentauit diuidere aquas Iordanis, nec obtinuit prima vice. Sic Helias orauit p pluuia, nec id cōsequutus est, vsq; quo septies orauit. 3. Reg. 18. Verū est ergo q̄ spiritus prophetię nō semper adest prophetis (Vide. 4. Reg. 3) Nec sermo prędicatoribus, nec virtus edēdi miracula apostolicis viris, illi tamē timebāt ne suo demerito hāc gratiam perdidissent: iuxta illud, auferte ab eo minam. [Luc. 19.] Interrogabāt eum ergo secreto, (nam apud multitudinē pudore suffusi silent) iemotis arbitris, dicētes. Quare nos nō [Chrysosto] potuimus hūc dęmonē eijcere, cū potestas hec abste nobis semel sit tradita? Respōdit dns. Propter incredulitatem vestram. Ergo nō inaniter sibi metuebāt apostoli. Chrysost. Sicut multoties accedētis fides sufficit ad effectū miraculi, sicut patet in Cēturione & Cananęa, ita multoties facientium miracula sufficit fides: etiam non credentibus illis, sicut patet in eo quē a mortuis suscitauit beata Agnes, & in omnibus signis quę fecit Moses in Exodo. [Cap. 19.] Cap. 7. 8. 9. 10: &c. Hoc aūt loco ab vtrisq; ab erat fides, quia ille frigidus erat pater videlicet pueri, & apostoli ad multū tepidi, lunaticus surdus & mutus. Apostoli enim audiant, propter incredulitatē vestram, pater autē pueri, o generationē inquit incredulam. Poterat dicere dæmō iste neq; illud ex actis, Iesum scio, scio & Paulum vos aūt qui non creditis, quomodo

nomē

nomen Iesu inuocatis.Rom.10. Petite inquit in noie meo & accipietis. Ioan.16. Hierony. Ergo quoties nō accipimus nō prestantis est impossibilitas: sed culpa deprecātium. Si enim habueritis fidē sicut granū sinapis, &c. Hieronymus. Mons iste dæmō qui expulsus fuerat intelligitur. Vnde stulticiæ arguendi sunt qui dicunt, omnes credentes ne paruā quidē habuisse fidem, quia nullus eorū mōtes trāstulerit, & ecce dęmonia subijciuntur eis. Sed hoc genus dæmoniorū nō nisi in oratione & ieiunio. Sunt ergo fortè alia genera quę leuius expelluntur. Sunt & quę difficilius, De hoc Luc.17. Ibi domine ad auge nobis fide. Cęterum dęmones nihilo magis coguntur exire per ieiuniū & oratiōnē, q̄ satanas ad sonū cytharę. Nā ieiunio & oratione coguntur exire, quare dictū est, propter incredulitatē vestram: Vtrūq; igitur necessarium erat, sed fides potius. Disponitur tamē animus credentis contra potēriam dæmonū, & roboratur cum oratione tum & ieiunio. Apostoli aūt cōmorante dn̄o in monte, turbis admixti: nec ieiunabant neq; orabāt; fidē autē satis modicum habebant, vt pote qui nō habebāt quātitatē vnius grani sinapis, tantula enim fide possunt mōtes transferri. 1.Cor.13. Quod autē dicit dn̄s: & nihil impossibile erit vobis: eodem modo intelligitur sicut illud, oīa possum in eo qui me cōfortat. Sic enim cōfortante dn̄o sanctum Iacob: prę ualuisse visus est angelo quo cum luctabatur Genes.32. Dicēre angelo: dimitte me aurora est. Vnde tātę vires in Iacob? Nēpe quia iuxta Osee.12. Fleuit & rogauit eū, hoc est orauit & ieiunauit, & credēdo luctatus est vsq; manę. Factum est tamē aliquando iuxta Beldacē ad litterā vt mons trāsferretur alio, oratione cuiusdam sancti viri: cū improperarent tartari christianis hūc locū euangelij. Et Eusebius narrat simile de rupe, quę oratione sancti viri Gregorij cessit tm̄ spacij quantum opus erat ad condendam ecclesiam.

Hieronim. 1. Reg.16. Phil.4. Beldacus. Eusebius

A

Caput.xi. Iesus nolebat conuersari in iudęa & quare de festo scenopegię. iterum prędixit eis quę & quāta passur⁹ erat in hierusalem: ad quę tamen illi penitus erant velut statuę.

B

T inde profecti prętergrediebantur Galilęam, nec volebat quēq; scire. Nō enim volebat (ioannes) in iudęā ambulare, quia quęrebāt eum iudęi interficere. Erat aūt in proximo dies festus iudęorū scenopegia. Cū audieris, nō volebat quemq; scire vbi esset, & nō volebat in iudęam ambulare, simul & memento verbi illius: oblatus est quia ipse voluit, & quando voluit Esai.53. Itē illius, baptismo habeo baptizari: & coarctor donec perficiatur. Itē illius, desiderio desideraui hoc pascha māducare vobiscum. Prętergrediebatur igitur velut fugitiue Galileā, & in iudęam cōuersari nolebat: ne irritaret ac suscitaret obstipedes illos pharisęos vltro currentes in effusionē sanguinis innoxij cuius illi sitientissimi erant (Verbi gra) Statuerant iudęorū principes, ac cōsilio definito decreuerant: Dn̄m Iesum quouis modo e medio tollere, illud tantum cauētes, ne fieret in die festo, nō propter festi religionē, sed propter tumultū qui in bonis posset in populo: & ne perderent prędā. Verū oblata occasione Iudę dicentis, ego eum vobis tradidero, cōsilium mutauerunt in die eius quasi sapientes: pacti cum eo argēnteos 30. Hanc igitur aniam ne daret eis dominus, subtraxit ab breui presentiam, quia oīa tēpus habēt & ante cōdendam erat euāgelium, & facienda miracula. Nā propter eandem causam fugit in ęgyptū: & elapsus e de manibus volētium eū pręcipitare. Luc.4. Augustinus ponit alteram causam dicēs, Quā dolaruit vt homo, nō potentiam perdidisse putādus est, sed exēpla nostrę infirmitati prębuisse. Ille enim quando voluit captus est, ligatus & attonsus, videlicet quādo soporauit potentiā suam in gremio dilectę suę. Nā q; Samson tertio ligatus est, sed frustra, hoc prefigurabat, q; dn̄s sępe insidias iudęorū perpessus est, sicut habes, Matt.2. Luc.4. Ioan.8. Cęterum quādo voluit noster Sāson sciens & prudens manum misit in ignem, cōcussit geminas columnas & mortuus est triduum. Sed quoniā erāt futura membra eius fideles qui non haberent illā potestatem quā ille habebat: q; latebat, q; se tanq; ne occideretur occultabat, hoc indicabat facturā esse mēbra sua, quorū ipse caput erat. Sępe igitur significatū est in capite, q; futurum erat in corpore. Ita refert historia de sancto sebastiano viro cum primis religiosissimo. Christo cotidie sedulum exhibebat officium, sed agebat hoc quatenus sacrilegis regibus esset occultum nō passionis timore perterritus, nec patrimonij sui amore cōstrictus, sed ob hoc tantū sub chlamyde terreni imperij christi militiā gerebat abscōditā, vt christianorū animus quos in tormētis videbat deficere confortaret, & deo redderet animas, quas satanas conabatur auferre. Fugit & Iacob in Mesopotamiam, ne fratrem irritaret fratres, cuius benedictionem anteuerterat. Est & aliud fugę genus (oportet enim sapiētem quendā protheum agere si res ierat) de quo 1. Reg.21. Venit Dauid ad Achis regem Geth fugiens a facie Saulis. Dixerūt q; serui Achis eo cōspecto, Nōne huic cōcinebāt puellę per choros dicētes, percussit Saul mille & Dauid decem milia: Extimuit igitur Dauid hec audiens a facie Achis: ne cupiens vitare Charybdim in Scyllā incidisset. Sūptum est autem prouerbiū ab homerica fabula, quę narrat Vlixem dum metu Charibdis propius ad scyllam nauem admouet, sex e comitū suorum numero perdidisse. Salustius putat Scyllā saxum esse in mari prominens, quod procul visentibus muliebrē formam imitetur: in quod illisi fluctus, quoniā & luporum eiulatum & canum latratum videntur imitari finxerunt illā a pube huiu modi feris succinctam esse. Quoniā ergo fugere pedibus nō dabatur, mutauit Dauid os suum corā eis: & stultorum more collabebatur inter manus inimicorum: & impingebat in ostia, vel iuxta Hebręos pingebat in ostijs (vtens carbone pro penicillo) quasi stultus; & defluebāt saliuę eius

Matth.17. Marc.9. Ioan.7. Luc.12. Ioan.11. Matth.2. Augusti⁹. Iudi.16. Figura. Sebastian⁹ Iacob.28 Prouerbiū 1.Reg.18. Prouerbiū

C D E

falitq; eius in barbã, & sequitur. Et ait rex. An desunt nobis furiosi, quia introduxistis istum, qui fureret me præsente. Dimittite illum hinc: ne ingrediatur domũ meã. Simulauit igitur Dauid insaniã, vt tutus esset apud hostes israel. Quod ergo Dauid fecit: simulãdo insaniam, hoc fecit dominus subtrahendo pharisęis pręsentiã suam. Erat aũt in proxima dies festus iudęorum scenopegia. Dicitur aũt scenopegia a σκηνὴ, scenos, quod est vmbra vel tabernaculũ, & πήγνυμι, pegnymi, quod est figo, quasi dicas fixio tabernaculorũ. Vnde & Paulus artifex erat scenofactorię artis hoc est tentoriorũ. Actu.18. Vnde vocatur pellio a Chrysostomo. Hec est interpretatio huius nominis, quicquid alij somniẽt. [Origenes dicit quarat furores.] De hoc ita sanxit lex. A.15, die mensis septimi a Martio, erũt ferię tabernaculorũ septẽ diebus dño, cõgregatis fructib⁹ terrę vestrę. Die primo & die/8/erit requies idest sabbatum. Sumetisq; vobis die primo fructus arboris pulcherrimę, est aũt malus citrea, spatulasq; palmarũ & ramos myrti, & salices de torrente, & lętabimini corã deo vestro, & habitabitis in vmbraculis septẽ diebus, vt discãt posteri vestri, q in tabernaculis habitare fecerim filios israel, cũ educerẽ eos de terra ægypti. Leuit.23. [Leuit.23.] Ratio igitur institutionis festi huius ex textu isto liquet, vt videlicet qui alias obliuiosi erãt (vnde iubẽtur fimbrias in pallijs assuere, vt recordentur mãdatorũ dei) discerẽt q in tabernaculis habitarint patres eorũ annis quadraginta. [Figura. Num 29] In q cõmendabilis est dei clemẽtia, prouidẽtia atq; iusticia. Clemẽtia q pepercit eis iuxta Ezechiel. Cap.20 Toties volẽtes in ægyptũ reuerti. [Deut.29] Prouidẽtia, q pauerit eos annis/40/vestimẽta eorũ calceamẽta seruando illesa. Iusticia, q cũ infra dies decẽ cõtingere potuissent terram fluentem lacte & melle: tandiu in deserto nube nõ deserente castra, commorati sunt: donec impleretur ann⁹ quadragesimus, & interimeretur omnes qui a viginti annis & supra egressi fuerãt de ægypto, Vide Nũ.26. Cap. Item Deut. Cap 1. & 2. [Exo.40.] Cęterũ iuxta mysteriũ tabernacula quę iudęi iubentur collectis fructibus erigere, ea sunt de quibus Petrus, faciam⁹ hic tria tabernacula. Et propheta o q amabilia sunt tabernacula tua dñe virtutũ atria & altaria, nidi quos passer inuenit, vbi reponat pullos suos. [Matth.17. Figura. ps.83.] Denique & colũba illa quę extra arcã non inuenit requiem pedibus suis: habet foramina in cauerna macerię & in foraminibus petrę, vbi requiescit. Filij hominũ in tegmine alarum tuarum sperabunt. Psal.35. Cauerna macerię ea est ex qua crate destracta, Eua formatur, & intra quam Thomas manum misit, & requieuit spiritus eius in pace in id ipsum. [Cant.1.2 Thomas] Psal.4. Foramina petrę loca sunt clauorũ. Vmbra alarũ Christi crux christi est, vbi tanq in tabernaculo pastor cubuit in meridie Cant.1. De hac vmbra dicit sponsa, sub vmbra illius desideraui, & sedi. Et sequitur de fructibus arboris pulcherrimę: & fructus eius dulcis gutturi meo. Myrtus boni odoris est, & significat famã eius de quo sponsa, vnguẽtum effusum nomẽ tuũ. Cant.1. Et rursus. Christi bon⁹ odor sumus in omni loco. 2. Cor.2. Salix aũt castitatis est insigne. Plinius lib.24. Cap.9. [Plinius.] Salicis flos tritus cũ folijs furfures purgat in facie. Folia cõtrita & pota in teperantiam libidinis coercent atq; in totum auferunt vsum, sępius sumpto. Hęc ille. Quod aũt dicit textus q dies octaua huius festi erit ęque solemnis sicut dies prima, illud significat: q illi iusti collegẽrũt in horreis cælestibus die octauo idest in resurrectione oĩum: qui festa legis hic spiritualiter celebrauerint septẽ diebus idest per totã vitã quę diebus septẽ euoluitur, in quibus Martha circa multa occupatur. Luc.10. Trãsibit enim Ruth (ipsa est ecclesia) a pedibus Booz vbi noctu requieuit in spe ad amplexus eiusdem, vel ad amplexus Rachelis. Genes.29. [Ruth 3 Figura.] Trãsibit in quã a frõdibus & fructibus ligni pulcherrimi ad fructus ligni vitę: quod est in paradiso Dei. Hęc sunt igitur tabernaculorum festa vera, quę in mysterio Hebręi celebrare iubentur, quibus oĩa in figura contingebãt, quorũ vox est, aduena ego sum & peregrinus, sicut oẽs patres mei. Psalm.38. Hinc & illud quod legimus, Abrahã toties mutasse tabernaculũ suũ spacio annorũ cẽtum. Nã annorum/175/mortu⁹ est, annorum/75/iubetur egredi de terra sua. Genes.12. [Genes 25.] Vide super illud, ecce audiuimus eum in ephrata. Psal.131. Cęterũ iuxta Platonẽ deus hoium labores miseratus, sacra festaq; instituit, in quibus humana fragilitas recreetur. [Plato.] Est enim iuxta Metrodorũ vita sine festiuitatibus, sicut lõga via sine diuersorijs. Ad hoc pertinet quod scriptum est in institutione festi huius, lętabimini corã dño deo vestro, id quod vere fiet in patria collectis fructibus, sicut scriptum est, dicite iusto qm bene, quoniã fructum adinuentionũ suarũ comedet, quãdo requiescet sub vite sua, & sub ficu sua, nullo eos inde deterrente per circuitum. [Esai.5.] 3. Reg.4. Erãt aũt apud Romanos sacra quędã quę bonę Deę dicebantur ad quę hoies omnino nõ ingrediebantur, vt mũdiusherẽt. [Ioan.3 Bachanalia.] Cęterũ Bachanalia noctu celebrabãtur (qui enim male agit, odit lucẽ) vbi nudus vterq; sexus impunissime cõmiscebãtur: tyrijs Pãpinisq; vnctis; ex his aũt duobus festis collatis ad inuicem, intelliges quibus technis quibusq; imposturis serpẽs prudentissimus fallebat gen⁹ humanũ, nũc castitatẽ cõmendans in tribus vel quatuor vestalibus, nũc eam prostituens terrarũ quaque versus. Erant & athenis sacra eleusinę cereris: quibus nemo sibi delicti conscius intererat, non impune exiturus, si secus adesse tentaret. Persę neq; statuas neq; tẽpla neq; aras extruunt, & qui hęc faciunt insanos putant, ob id vt mea fert opinio inquit Herodotus, q nõ vt gręci sentiũt, deos ex hoibus esse ortos. [Herodot⁹] Moris habent, celsissimis cõicensis mõtibus, Ioui hostias immolare, omnẽ gyrũ cęli iouem appellãtes: soli lunę q sacrificant, telluri, igni aquę & ventis quibus solis gubernantur. Habẽt Romani inter cętera portenta quę propę infinita erant, Lupã Romuli nutricem, quã diuinis prosequuti sunt honorib⁹ [Lupa.] quę cũ vxor esset Faustuli, propter vulgati corporis vilitatẽ, lupa inter pastores idest meretrix appellata est. Habẽt & Floram eiusdem probitatis fęminam, habẽt deam Cloacinã: deos pallorẽ & pauorẽ, deã febrẽ, venerem caluam, deã mutã vnde nati sunt Lares. [Dij Rom.] Denique habẽt Adonidem & deum terminum, qui nihil aliud est q vnus lapis, qui cedere noluit Ioui, quãdo Tarquinius capitoliũ ędificare instituit. Cũ enim eo in loco multa essent deorum sacella, oibus consultis per augurẽ: cesserunt loco, dẽpto lapide hoc, qui forte cũ mutus esset a natura & surdus cõsequenter, non audiuit augurẽ consulentem num

cedere

credere vellet Ioui optimo Maximo lenoni adulteroque qui nutu suo totum treme facit olimpum. De his hactenus. Nos enim adoramus quod scimus, illi quod edocti sunt ab eo qui dixit, eritis sicut dij. Quia enim ipse nõ potuit esse altissimo similis in cęlo, fecit quod potuit, vt velut deus coleretur in terra. Sequitur ex Ioãne. Dixerunt aũt ad eum fratres sui. Trãsi hinc & vade in iudęam, vt & discipuli tui videãt opera tua. Nemo quippe in occulto quid facit, & quęrit ipse in palã esse. Si hęc facis, manifesta teipsum mũdo. Manifestatione suam in iudęa vocãt manifestatione mũdo, quia propter cõcursum iudęorum ad teplum qui dispersi erãt toto orbe Hierusalem famosa ciuitas erat, vbi & erat summa totius populi, & Romanus pręses. Neque enim fratres eius credebãt in eum. Cũ igitur dominus Iesus multis editis miraculis multã sibi excitasset inuidię materiam (sed apud scarabeos) apud suos (figulus enim inuidet figulo, & faber fabro) Nazaręus videlicet, apud quos eo magis contẽptui erat, quo domestice notus esset intus & in cute vt filii fabri opinabatur: quã flãmam magis ac magis excitabat domus ac parentũ sors infima. iuxta quod lilium erat conuallium recessit inde in Galilęã. Quoniã aũt ob tẽpli celebritatẽ & festi tabernaculorũ intrare multa turba concurrebat quot annis ex circũ adiacẽtibus Prouincijs, iuxta illud ex actis Cap. 2. Erãt in hierusalẽ in tecto pentecostes viri religiosi ex omni natione quę sub cęlo est, sui affines dñi Iesu iuxta quod formã serui accepit, rudes adhuc (nõ loquitur euãgelista de Simeone & Iuda apostolis & Thadęus vel Lebbęus, Iacobo & Iosepho qui fratres domini appellãtur) & nihil aliud quam quę carnis sunt sapientes, rei propinquitatis iure, quippe qui alias voluerũt dñm Christum ligare tanquam in furorẽ versum, accedunt confidentius quam par sit, & cõsilium suggerũt nõ inutile iuxta vanitatẽ capitis sui. Dicũt ergo. Trãsi hinc & perge in iudęam regni iudęorum caput, vbi licebit multos aggregare discipulos, si videãt opera quę facis. Hęc autẽ hortantur eum, vt qui esses glorię quidẽ cupidus, aliis aũt inuitamẽtis. Diu in iuuenti delituisti apud Galileos, trãsi in iudęã si in summo vis esse honore apud omnes. Si de cœlo venisti, id quod frequẽter habes in ore, fac id mũdo notum. Nemo quippe in occulto quid facit &c. Grece [illegible] hic bene annos en parrhsia ine, idest, & quęrit ipse in libertate esse, hoc est libere & audacter loqui. Ne vero subeat tibi admiratio, cognatos domini Iesu orationẽ tã arrogantẽ & impiam ac prorsus per triticę cumulã frõtis habuisse ad dñm Christum, quandoquidem nec illi qui summa necessitudine & carnis cognatione ei coniuncti erãt, credebant in eum. Ita verum est illud, nemo propheta acceptus est in patria sua. Ad hęc Theophyl. Nullus in occulto quid facit, id quod est forensium & quęrit ipse in palã esse, id quod vanę glorię. Si bona sunt quę facis videãt opera tua, & glorificent patrem tuum qui est. Si autẽ te occultas manifestum est, quod mala faciens odis lucem, ipsa igitur propinquitate fastidierũt eum sicut illud, & quis pater eius? Quod igitur dicũt: nemo in occulto &c. formidinem incusant, suspicãtes simul quę siebant, nõ vere facta esse, dicẽtes vero: & quęrit in palã esse, amorẽ glorię ei inurunt. Verũ quod dominus nõ formidine subtraxerit sese iudęa, sequentia manifestãt. Nõ formidabat, qui pharisęorũ & sacerdotũ vitia digito notabat, id quod nõ semel. Glorię vanę nõ tenebatur cupiditate, quia mittens cõsiliarios suos in templũ, ipse solus perstat. Gloriã tamen cũ voluit; accepit a pueris cõcinẽtibus Osãna, Matt. 21. A Simeone & Anna Luce. 2. A patre ad Iordanis baptisma Luc. 3. ac in mõte Thabor Matth. 17. Et rursus Ioan. Cap. 12. Denique vix dum editus erat in lucẽ & ecce exercitus angelorũ cõcinunt gloria in excelsis deo. Luc. 2. Et illud: beatus venter qui te portauit. Luc. 11. Dicit ergo eis Iesus: tẽpus meũ non dũ aduenit, tẽpus aũt vestrum semper est paratum. Respodet ad illud, si hęc facis. Non potest mundus odisse vos. Me aũt odit, quia testimoniũ perhibeo de illo, quod opera eius mala sunt. Christus erat odio iudęis, non propter ignorantiã mirabiliũ quę patrabat, sed quia veritatẽ pdicabat. Vos ascẽdite ad diẽ festum hunc, ego aũt non ascendã ad diẽ festũ istum quia meũ tempus nõ dum impletũ est. Quod dicit ego aũt nõ ascendã, Grece est pręsens tempus: Ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω, ego vpo anabeno, idest ego nõdũ ascẽdo, alioqui mentitus videri poterat (absit) qui se negauerit ascẽsurum cũ tamen ascenderit, festo iamdimidiato. Dabant igitur dño cognati sui cõsilium cõsequẽdę glorię, veluti seculariter moneres ne esset ignobilis & lateret, sed acquireret sibi nomẽ iuxta noia eorũ qui fuerũt famosi in terra. Et dñs: Tẽpus exaltationis meę pręcedet ignominia crucis, dicẽte Paulo, propter quod deus super exaltauit illum, sic Amã exaltationem in ligno. 50. Cubitorũ pręcessit exaltatio eius, qua rex Assuerus posuit soliũ eius sup oẽs principes quos habebat. Nam & illi gloriã quęrebãt qui audierunt, nescitis quid petatis. Videtis quo & nõ qua eundũ sit. Dominus vt ordinate peruenirent ad vitã, reuocat eos ad viã. Patria est vita Christi qui ipse est & vita: via est passio Christi. Potestis bibere calicẽ? Ecce quã venitis, ad celsitudinẽ quã desideratis. Qui recusat ingredi viã, quid quęrit patriam? Delectat vos magnitudo premiorum, nõ terreamini magnitudine certaminũ & laborũ. Itaque gloria vt cõiter sequitur fugientes: & sequẽtes se fugit. Theophyl. Tẽpus hoc lugẽdi est: lamẽti tempus est, cũ veritate quidem obsistitur, diuina autẽ voluntas nõ seruatur. Vestrũ igitur tẽpus qui cũ iudęis conspiratis, & mũdo additi estis, & terrena tantũ sapitis, semper est paratum. Dicite in bonis dies, iugulate arietes, coronate vos rosis: cras imo forte hodie morituri, vocate noĩa vestra in terris vestris, Psal. 48. Erigite turrim pertingentẽ ad cœlũ. Genes. 11. Mihi vero precedet mors & crucis obprobrium, ideo tempus meũ nõ dum adest. Testudines tãte magnitudinis indicũ mare emittit, vt singularũ superficie habitabiles casas integãt, atque inter insulas rubri pręcipue maris his nauigẽt Cymbis. Capiuntur multis quidẽ modis, sed maxime euectę in summa pelagi, toto dorso (per trãquilla fluitantes) eminente. Quę voluptas libere spirãdi in tm fallit oblitas sui, vt solis vapore siccato cortice, non queãt mergi, inuitęque fluitent opportunę venantium prędę, sed fefellit eas vernum tempus. Titus capta hierosolyma,

A Canti. 2.

Matth. 13. Marci 6. Marci 3.

B

Luc. 4. Theophy. 1. Reg. 10.

C

D

2. Reh. 7

Hester. 5 Matth. 20 Augusti.

Theophy.

E

Esai. 22. Sap. 2.

Titus.

hierosolymis, omnia circũ loca cadaueribus repleuerat. A finitimis aũt gẽtibus ob victoriam coronã sibi offerentibus respuit, dicitans se tali honore indignum, nõ enim se esse talium operũ auctorem: sed Deo [Plinius.] irã cõtra iudęos demõstranti suas manus prębuisse. Et hic coronã quam apud exteros respuit: apud suos promeruit. Sed si tẽpus dñi nõdum aduenerat, quare & ipse ascendit post quattuor dies ad diem festum? Ascẽdit, sed secreto, sed nõ ad delitias, quibus soluuntur cõmuniter hoĩes diebus festis. Nã quãdiu pascha [Luc.12] cũ suis nõ manducauit, nec baptismo baptizatus est Sanguinis sui, coarctabatur reuera. Tẽpus inquit vestrũ semper est paratũ, lata est via amęna & prona & a multis deteritur, verum labyrinthus est vnũ [Matt.7.] tantum habens ingressum imo multos, exitum nullũ, Vtrũ quis recte faciens grassetur ad immortalitatẽ si cœlum datũ est ijs qui terra indigni erant? Nã reuera in tanto principũ Romanorum numero (vt de cęteris taceã) vix paucos reperies tolerabiles, paucissimos probos, plerosq; ostẽta potius q̃ hoĩes: & humani generis pestes. Iulius sanguine parauit imperiũ, vnde amicissimorũ cõiuratione perijt. Augustus re- [Cęsares.] stitutor pacis tẽporalis, alias sęuus. Sueto. Cap. 15. Sub cuius imperio nascitur rex pacificus. Tiberius tristissimus oĩum mortalium, luxuris auaricię & cędibus vacans: Caligulę nepotis astu perijt. Caligula fax humani generis dictus, qui vnã ceruicem optabat Romano populo, cõiuratione occiditur. Claudius vecors cuius sęuitiam ac luxuriã referre animo nõ sedet, Agripinę vxoris insidijs tollitur, veneno dato in boleto. Nemo portẽtum Romani imperij, qui imperij Romani maiestatẽ parẽtum cęde polluit, libidinis adeo effrenatę vt matri vim intulisse credatur, sua ipsius manu perijt. Galba sęuitia & auaritia inuisus cunctis, breui occisus est. Otho male principatum adeptus, post quadrimestre tempus papillã sibi pugione transfixit. Inuasit & imperium vitellius, hõ ingenio fędo: vẽtri natus, & q̃d vsu in his venit sęuitia pat, perijt morte oium fędissima, per vrbẽ tractus. Post tot tyrãnides successit tolerabil' princeps & iuxta humanã iustitiam laudabilis fere per oĩs Vespasianus. Successit & huic Titus delitię Romani populi. Domitianus cęde illustrum virorũ inuisus oĩbus, suorum cõspiratione sublatus est. Nerua bonus & clemẽs, & qui semper de oĩbus bene meritus esse videatur. Optimus omnium Traianus. Quãta fuerit in eo bonitas acclamationes fieri solitę principibus declarãt, cum Augusti fęlicitatẽ bonitatẽ Traiani his adpręcarentur. Taceo de cęteris, quia vix inter sex vnũ reperies qui dignus fuerit mediocriter Romano imperio. Nam q̃ Domitius & Cõmodus vterq; sceleratissimus dei vocabulũ vivi etiã vsurparũt [Domitius] insanię tribuẽdum videtur potius q̃ impudẽtię. Fertur enim equis auriga, nec audit currus habenas, dũ cũrrũt enim hoĩes sensualitate nõ ratione: tẽpus vidẽtes paratum. Et tamẽ Octauian' Augustus vir eruditus & perspicax & perpetuo sanus, id quod raro reperies in his qui sedẽt in lateribus aquilonis, nõ semel deponenda imperij mole cogitauit: & fecisset, si nactus fuisset in cuius humeros citra publici status [Augusti'.] detrimẽtum onus reclinare potuisset. Sed aues istę bene ominatę raro orbẽ nostrum inuisunt. Inter centum qui imperium inuadũt, vnum vix reperies Gregoriũ qui deponat. Tẽpus enim vestrum semper est paratum, & tamẽ multi retibus vẽtos venantur, & cornu hiantes sicut Amã & Adonias nõ raro deluduntur. Vide Ester. 6. & 7. Cap. Nõ potest inquit odisse vos mũdus. Quare ita? Omne animal diligit sibi simile. Eccl. 13. Et volatilia aggregãtur ad ea quę sunt sui generis. Vnde illud. Venite coronemus nos rosis. Sap. 2. Venite ędificemus turrim. Genes. 11. Venite sumamus vinũ, comedam', cras moriturĩ. Esa. 22 Aliq dicũt, venite insidiemur sanguini, deglutiamus insontẽ sicut infernus viuentem. Venite occidam' eum. Matt. 21. Vides quomodo oĩa animalia aggregãtur ad sibi similia. Non ergo potest mũdus odisse amicos suos, qui vt ei morẽ gerãt ambulant vias difficiles, nec in vacuum, nã comedent & ipsi fructus viarũ suarum. Prouer. 1. Me autẽ odit, quia testimoniũ perhibeo de illo &c̃. Vnde illud. Ecce inquiunt hęres venit, qui olim somniabat: venite occidamus eum. Odetãt eum inquit scriptura & adeo oderant vt nec possent illi quicq̃ pacifice loqui, cũ frater esset, sed nõ ex matre, imo dominus Iesus os erat & caro iudęorũ, sed ex matre tãtum. Et venite inquiunt videamus si sermones sui veri sunt, quibus testificat [Genes. 37. Sap. 2.] de mũdo q̃ opera eius mala sunt, morte turpissima cõdemnemus eum. Nam grauis est nobis etiã ad videndum. Vide cõsummati odij manifesta signa. Nõ possumus videre (tolle crucifige eum) non possumus audire: nõ pacifice loqui, occidamus eũ. Quare? Quia testimoniũ perhibet de hoĩbus huius mũdi, q̃ mala sint opera eorũ Vos igitur qui ciues mũdi estis, hospites ęgli, & ore aperto vẽtos hauritis, qui Dauid [2. Reg. 15. Amos. 8 Hierony.] deserto, toto corde sequimini Absalonẽ, ascẽdite ad diẽ festum, ego cõuertam festiuitates vestras in luctum, & cãtica vestra in planctum, &c̃. Pręterit enim statua mũdi huius quã adoratis in puncto, iuxta Iob: & velut somniũ horę vnius iuxta Dani. Cap. 2. Ego aũt nõ ascendam. Hierony. Impossibile est placere omnibus, nec tãta vultuum quãta sentẽtiarum diuersitas est. Nõ oĩbus placebat dominus Xps, nec rursus apud omnes veritas quã prędicabat pariebat ei odiũ, quia inter cõfertos paleatũ cumulos & aceruos, reliquit sibi dominus septẽ milia grana, quorũ quodlibet pro decẽ milibus cõputatur, qui veritatem complexi sunt, & pro illa ruenda in area huius sęculi ferreis tribulis attriti sunt, & cõculcati pedi [3. Reg. 19] bus multorũ iumẽtorũ. Verũ nõ in perpetuum trituras triturabit, nec vexabit frumentũ rota plaustri: nec vngulis suis cõminuet eũ. Esai. 28. Nã frumẽtum reponetur in dominicis horreis. Matth 13. Vę aũt [Matth. 17 Marci. 9. Luce. 9] Assur virga furoris mei. Esai. Cap. 10. Sequitur. Conuersantibus aũt in Galilęa stupebãt omnes in magnitudine dei. Oĩbusq; mirãtibus, in oĩbus quę faciebat, dixit ad discipulos suos. Ponite vos in cordibus vestris sermones istos. Futurũ est enim vt fili' hominis tradatur in manus hoĩum: & occident eum & tertia die resurget. Et contristati sunt vehemẽter: & ignorabãt verbum: & timebãt interrogare eũ: iuxta Marcũ, Lucas ita dicit. Erat velatũ ante eos verbũ: vt non sentirent illud, & timebãt eum interrogare de hoc verbo, Quod stupebãt omnes in magnitudine operũ domini, refertur ad sanationem Lunatici. Et

Lunasti. Et iuxta Augustinū: omnes quātum reor mirabātur, sed nō omnes cōuertebantur, quia iuxta Paulū: nō omnes obediūt euāgelio. Rom. 10. Sed multi ingrediuntur rete Petri, & ex tam multis piscibus vix vnus & alter apponitur Christo in mēsa. Ioan. 21. Et is assus (Laurentius) trāsiuimus enim per aquā & ignē: & eduxisti nos in refrigerium. Denique ex septē animātibus mūdis arcam ingressis vnum tātum offertur dño in holocaustum. Mirātibus igitur oībus opera Christi, rerum acquirursus ingerit suis de excessu mortis suę sermonē dicēs. Ponite in cordibus vestris. Forte autem apostolo, titillabat aura quędam pparatis glorię, qui talem nati essent doctorē, qui & admirabilis esset apud oēs, in cuius noīe & ipsi eadē patrarēt miracula. Vos inquit de victoria tractatis, deque spoliis diuidēdis: de sedēdo in mōte testamenti. Nō meministis scriptum esse, nō glorietur accinctus ęque vt discinctus: Id potius vobis curādum, vt imitemini magistrū, & faciatis quod me videritis facere. Iudi. 9. Futurum est oino, vt filius hois tradatur in manus hoium. De hoc dictū est Matth. 16. Hoc ergo figite alte in cordibus: crucē flagella & cōtumelias omnis generis, hac enim itur ad astra. Grece tamē nō est, ponite in cordibus vestris: sed θέσθε εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν ista ota hymon idest in aures vestras: hoc est diligēter auscultate quę dicturus sum. Refertur enim ad sequētia. Porro in auribus dixit potius quam in cordibus, propterea quod nō essent intellecturi. Sequitur enim mox, & cōtristati sunt vehementer, & ignorabant verbum. Nimirū videbatur illis Dominus refricare cicatricē: quę iam p tēpus coierat, & obduxerat cutē. Quę enim grauius dolēt: etiā ante tactū cōdolescūt. Augustus filiarū suarū & neptis infamē vitā morte ipsa grauius tulit, nec eas aliter appellare consueuerat, quam tria carcinomata sua, nimirū quod earum nō sine cruciatu recordaretur. Quod si Cęsar vitam infamē filiarum dolebat, multo magis apostoli mortē eius propter quē omnia reliquerāt. Ignorabāt enim morte Christi mortē abolēdam. 1. Cor. 15. Cōtristati sunt ergo, & vehemēter cōtristati, nec aduertebāt quod sequutū est, tertia die resurget. Illud aūt obseruandū quomō apostoli tristātur idque vehemēter, nō intellectis verbis Christi tradetur filius hois in manus hoium. Sed adeo amore inhęserāt dno amandigno sup amorē mulierū, vt nō sustinerēt ęquis auribus audire: quod esset moriturus, idque fieri. et nō crederent fieri posse vt mors dñaretur Christo, qui mortuos vita donabat. Hoc enim significāt euāgelista cū dicit ignorabāt verbum hoc, occidēt eum. Quod autem timēt interrogare, primū quidē reuerētię fuit erga magistrum, tum & timoris & sobrietatis, ne audirent quod Petrus, vade post me satana. Velatū ergo erat eis verbum, & oino eos latebat, mors Christi, & nihilominus contristatur sed nō audēt interrogare, nisi quod suspicabantur illum parabolice loqui, sicut multa eos docuerat in parabolis.

Augusti 9.
Psal. 65.
Genet 8.
3. Reg. 20.
A
Prouerbiū Aug. Cęs.
B
Matt. 16.

Caput. xij. Christus ascendit in tēpiū ad festū scenopegię quasi occultus, & murmur multū erat de eo, diuersęque opiniones in ppło. Mirātur quomō docēt quę nō didicerat. Longū sermonē cōfert cū Iudęis, quod illi vt legem seruent circuncisionis, legem soluunt de sabbati obseruantia idem autem fecit dominus sanando paralyticum in sabbato.

C

Vt autē ascenderunt fratres eius: tunc & ipse ascendit ad diem festum: nō manifeste sed quasi in occulto, Ascēdit ergo vt impleret legē, qui legē tulerat Exo. 23. Tribus tēporibus apparebit omne masculinū tuum in conspectu dei. Ascēdit tamē occulte, quia nō gloriā quęrebat sed vtilitatē hoium amator oium deus. Quādo autem moriturus venit, nō occulte venit, sed acclamāte turba benedictus qui venit in nomine dñi. Matt. 21. Nisi quod gloriā tunc oblatā pro sua mansuetudine demētia & bonitate libēter accepit optimus & maximus dñs deus. Iudęi ergo quęrebāt eū in die festo: & dicebāt. Vbi est ille: Et murmur multus erat in turba de eo. Alij enim dicebāt, bonus est: alij vero nō sed seducit turbas. Nemo tamē palā loquebatur de illo propter metum iudęorū. Requirebāt dñm in die festo, vel quod alias nō defuerat ab eo tēpore quod factus annorū duodecim ascēdit in templum cum parētibus; factus sub legē, vt eos qui sub lege erāt redimeret, vel quod verius est, requirebāt eum quia iam pridem statuerant apud se pharisęi maxime vt nacta occasione, manus illi iniicerent. Cū igitur ad esset quidem nec tamē prodiret in publicū, cępit scindi incertum studio in contraria vulgus, impleto illo, hic positus est in ruinā & resurrectionē multorum, & reuelabūtur multorum cordiū cogitationes. Luc. 2. Alij dicebāt bonus est, quorū tetigerat deus corda & quibus pater de cœlis reuelarat. Matt. 16. Alij autē, nō, sed seducit turbas, planus enim est. Et si requiras ab istis serpētibus per quorum ora satanas loquebatur, in quo seduxit turbas, iste qui viam dei in veritate docet? Nō habēt quid respondeāt: quādoquidē non sunt illi qui loquuntur, sed spūs blasphemię qui loquitur in illis. Sicut aūt dicit Dionysius halicar. Est agere in multis homini fęliciter lubricū & inutile, nam insanę gloriationis causa existēs hoc multis, ac minister quidā excedentiū naturā humanā cupiditatum latet, quod multis accidit. Id & si locum non habeat in eo qui peccatū nō fecit, nec peccare potuit, ędificat tamē nos quibus dicitur: beati estis, cū male dixerint vobis hoies. Matth. 5. Hūc enim humiliat, & hūc exaltat. Et iuxta eūdē Dionysiū reprehēdere quidē pręterita valde facile est (atque vtinā sutor ne vltra crepidā) res vero pulchras aggredi: difficile & paucorum Oium facillimū est verbis ductare bella. Quod est e plaustro loqui, at periculum facere, paucorum neque absque Theseo. Hec dicebat Seruius consul, quia accusabatur, quod per imprudētiam imperitiamque ductandi exercitus, pręcipuum robur Romani exercitus amiserat. Certe res magnę magnis itē periculis emuntur. At qui faxit deus vt post multos deuoratos labores nō ludamus operā & impēsas. Murmur multū erat de Christo.

D
Gal. 4.
1. Reg. 10.
Matth. 23.
Dionysius
E
Seruius.

Psal. 57. erāt de Christo in populo, Christus aūt dñs tanq̃ surdus nō audiebat. Quare ita? Nunquid nō habebat
sapiētia dei q̃d momis illis respōderet mille ꝓ vno? Sed tēpus tacēdi. Loquetur aūt cū tēs tulerit, & loquet
velut parturiēs. Esai. 42. Apelles perfecta opa sua proponebat in pgula trāseuntibus, atq; post ipm ta-
bulā latēs: vicia quę notabit auscultabat, vulgū diligētiorē iudicē q̃ se pręferēs. Feruntq; a sutore repre-
hensum, q in crepidis vna intus pauciores fecisset ansas. Eodē postero die superbe emendationem pristinę
admonitionis. Cauillāte circa crus, indignatū prospexisse denūtiantem: ne supra crepidā sutor iudicaret.
Alioqui cęcus male de coloribus disputat. Et iuxta Quintilianū fęlices essent artes, si soli artifices de eis
Chrysosto iudicarent. Ad hęc Chrysosto. Illā quidē existimo opinionem multitudinis esse, bonꝰ est, hāc vero prin
cipū sacerdotū, nō, sed seducit turbas. Nā & sepulto dño, ita cōcionati sunt apud pilatū isti zelatores rei
Matth. 27. publicę. Dñe recordati sumus (sero quidē o boni) q seductor ille &c. Nos aūt audiamus Paulū. Vt sedu
Gregorius ctores, & veraces. Nā peruersorū derogatio: vitę nostrę approbatio est. Quia iuxta Gregoriū iam oste
ditur aliquid nos habere iustitię, si illis odio sumus, qui deo sunt odibiles iuxta Paulū Rom. 1. Gloriatio
nostra nō ab ore hoīum petēda est, sed a conscientia, teste incorruptibili. 2. Cori. Dixerūt iudęi de Pau
lo vase electissimo, tolle de terra huiusmodi pestē nec enim fas est eū viuere, Actu. 22. Vide itē Cap. 28.
in principio. Bene dixit dñs de eo adhuc vase contumelię (Rom. 9) Vas electionis est mihi iste. Actu. 9.
Vtris igitur credēdū est? Nō ergo de capite nr̃o xp̃o tātū, murmur multus spargebatur in populo, sed q̃d
pręcessit in capite, id futurū est in mēbris. Tā turpe est aūt laudari a turpibꝰ, q̃ turpem esse, aut laudari
ob turpia. Quod aūt dicit, nemo palā loquebatur de illo, nō ad pharisęos & sacerdotes referas, hi enim
nō in abditis & cū laudibus detrahebāt glorię Christi, qui alias male loquuti sunt de deo. Psal. 77. Qui
igitur palatū habebāt sanum, & collābatū oculos: hec apud se dicebāt, Hic homo bonus est, viam vir-
tutis terit, opa eius deū clamāt, verba eius potestate plena sunt, totus est desiderabilis. Nulli nocuit, mul
tis profuit, medicinas suas gratis impartitur, pauper incedit: verax est, nā sobrietatē in eo laudare super G
fluum fuerit. Hec apud se dicebāt multi quibus mens sanior erat: tamē propter metū iudęorū digitū ori
Luc. 22 imponebāt. Quo timore factū est vt nō populares mō sed ipse Christi vicarius futurus diceret, nō noui
illum. Iā aūt die festo mediāte vel circa mediū festi ascēdit Iesus tēplum & docebat.
Et mirabantur iudęi dicētes. Quomō hic litteras scit: cū non didicerit. Ascēdit ergo do
minus dimidiato festo, propter bonos, qui dicebāt, vere bonus est, nō ascendit autē in principio festi, ne
iritaret scorpiones illos. Et mirabātur iudęi dicētes. Quomō &c. Insipientię plena interrogatio. Cur enī
nō idem rogant de Amos propheta qui pastor erat sicomoros vellicās, quo maturius maturescerent, &
tamen dicit Cap. 3. Nō faciet dñs verbum, nisi reuelauerit secretum suū, &c. Cur nō idē quęrunt de Hiere
mia, cui dicēti, A. a. a. Nescio loqui, respōsum est, quę mādauero tibi loqueris. nō quę didisceris in iudęo
rum diatribis. Quare nō idē de Ezechiele, qui manu dei cibatur volumine legis? Cap. 2. Quomodo ingt
scit litteras? Intellige ergo iudęos diligēter examinasse ante actam vitā Christi ab infantia vsq; ad iuue H
tutem, & inuenisse q fabrili operā nauauerit, nō literis. Paulus nō ab hoie accepit vel didicit euāge-
lium quod prędicauit in gētibus; nā legem Mosi quā doctus est ad pedes Gamalielis stercus reputauit,
Actu. 22. vocatus a Christo. Dominus Iesus patris sapiētia erat per quē deus cuncta cōdidit, sicut scriptū est, cum
Prouerb. 8 ipso eram cūcta cōponens. Quia aūt & homo erat, vidimus eū plenum gratia & veritate Ioan. 1. Item
Augustiꝰ. Collos. 1. Mirabātur tamē iudęi. Vnde Augustinus. Multi nouerāt vbi natus, queadmodum educatus,
nunq̃ viderāt enim discentem litteras: audiebant autem eum de lege disputantē etiā adhuc puerū: legis
testimonia proferentē, quę nemo poterat proferre nisi legisset, nemo legere, nisi litteras didicisset, vnde
mirabantur. Sed quare id nō rogauerīt quando annorū 12. Sedebat in tēplo inter doctores legis audiens
illos & interrogans? Theophy. Profecto inquiunt, ex serpēte illo cunctis animātibus sapientiore litte-
Theophy ras habet, cū non didicerit, sicut quis videns pauperem repēte diuitem factum, vnde inquit habet hic om
nia hec? Nēpe ex furto. Vide quo processit istorū insania! Respōdit aūt Iesus & dixit. Mea do-
ctrina nō est mea, sed eius qui misit me. Siquis voluerit volūtatem eius facere: cog- I
Ioan 7. noscet ex doctrina vtrum ex deo sit: an ego a meipso loquar, Qui a semetipso loqui
tur, gloriā propriam quęrit. Qui aūt quęrit gloriam eius qui misit eum hic verax est
& iniusticia in illo nō est. Possemus dicere cum Platone in Menone (sed aliquando bonus dor-
Plato. mitat & insanit Plato) nostrum addiscere esse quoddā reminisci, q videlicet anima cuiuslibet nostrum
sępe reuersa fuerit in hoc sęculum post multa sęcula & multa rursus annorū curricula. Quod si verum
est, iudęorum nulla est quęstio, quia iam in sęculis quę nos pręcesserunt dominus Iesus didicit hanc sa-
pientiā quā nunc docet. Hec redicula sunt, in nobis dico: in Christo verissima, quia Dominus possedit
me in initio viarū suarum, ab ęterdo ordinata sum, anteq̃ terra fieret, nōdum erāt abyssi & ego iā con
Prouerb. 8 cepta eram. Hāc igitur sapientiā quam filius per ęternā generationem accepit a patre, ex tempore fac-
tus homo, docuit in tēplo sancto suo, sicut scriptū est Prouer. 9. Sapientia ędificauit sibi domum & cęte
ra quę alibi exponentur. Cū ergo dicit dominus. Mea doctrina nō est mea, sensus est: doctrina quā do- K
ceo vos, nō habeo per exercitum litterarum, habeo aūt per ęternam generationē, vel si ad hoiem referas
habet per id quod requieuit sup eum spiritus sapiētię: intellectus, cōsilii: fortitudinis, scientię & pieta-
tis & timoris domini. Eodē modo dicendū de prophetis & apostolis, iuxta quod dicit Petrus: nō enim
Esai. 11. volūtate humana allata est aliquando Prophetia, sed spiritu sancto inspirati, loquuti sunt sancti Dei
homines. Et quod magis mireris spiritu sancto moti loquuti sunt perditi hoīes sicut Balaā et Cayphas
2. Petr. Ioan. 11. Est ergo generalis regula omnis bona doctrina nō est eius qui docet: sed eius qui posuit in visce
Iob. 38. ribus hoīs sapientiam, qui dedit gallo intelligentiam, &c. Siquis vero voluerit facere voluntatem eius
qui misit me

qui misit me (nullus enim cogitur, quia cogi non potest) is cognoscet doctrinam meã, an ex deo sit, an arte quauis magica acquisita. Vos igitur qui dixistis audiente Mose, omnia quę loquutus est dominus faciemus & obedientes erimus, quod verbis promisistis, opere exhibete (nõ enim auditores legis sed factores iustificabuntur ante deum, Rom.2) & tunc cognoscetis vtrum doctrina mea ex deo sit an non: vtrũ doceam aliud ab eo quod docuit lex & prophetę. Cognoscetis doctrinã meam quadrare cum vita vestra, nunc autem cum alia promiseritis: alia exhibeatis: pugnat ex diametro doctrina mea cum moribus vestris. Cognoscetis q a me ipso non loquar, sicut nec Moses qui legem dei ad vos detulit. Non loquimur autem hic de iudaicis ceremonijs, has enim dominus in multis dedit pessum, & morte sua ex toto abrogauit: de quo alias. Cęterum qui a semetipso loquitur (vno deo excepto patre & filio & spiritu sancto) qui suę glorię studet & suo marsupio, qui aliud docent aliud faciunt, qui alligant onera super humeros

Exo.24.

A alioru̅, quę nec digito attingunt, qui vngunt & non pungunt: qui more cauponum aquam vino miscent, hi siquid boni interdum docuerint: receperunt mercedem suam hic: gloriam quam quęrebant, duplici contritione alio conterendi. De quorum numero erit antichristus: de quo Mat. Cap.24. Qui autẽ quęrit gloriam eius qui misit illum (ipse est dominus Iesus, factus obediens patri vsq; ad mortem, hic verax est, veritatem docet, quia docet quod doctus est vt doceret, legatum enim eum misit pater ad gentes iuxta Abdiam, cuius legationis summa illa est, pęnitentiam agite, credite euãgelio, Marci.1, Baptizanti in noĩe patris & filij & spiritus sancti, Marci.16. Et salui eritis, appropinquauit enim regnum cęlorũ. Et iniustitia in illo non est, quia sicut non aliud doceo q̃ quod lex vos docuit, siquis eam spiritualiter calleat (alias littera occidit) ita non aliud facio q̃ lex pręscripsit, imo multa supra legem operor, sed sum legis conditor, ideo iniustitia in me non est. Nonne Moses dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem? Quid me quęritis interficere? Respondit turba & dixit. Dęmonium

Matth.23.

Hiere.17

Matt.3.

2.Cor.3.

B habes. Quis te quęrit interficere? Quid est inquit q tantopere gloriamini de lege quam per manus Mosi primum & secundò ad vos misit dominus deus? Quam esto nullus ad plenum pręstare potuerit (Actu.15) Vos tamen fere in nullo obseruatis. Vnde id probas? Lex ita loquitur Deut. Cap.6. Diliges Dominum deum tuum, & proximum sicut teipsum. In his duobus pręceptis tota lex recapitulatur, vos autem quomodo legem impletis, qui me interficere quęritis, hominem qui bene meritus sum de vobis? Si hunc inquiunt dimittimus, venient Romani. Ioan. Cap.11. Si hunc dimittis, non es amicus Cęsaris. Ioan. Ca.19. Et illud, expedit vt vnus moriatur. Ioan. Cap.11. Patuit est autem q nemo ex vobis facit legem, insuper & qui mortuos vestros vita donauit interficere vultis, & donastis vita homicidam insignem. Vos inquit miramini, quomodo litteras sciam: quas non didici, ego illud maxime demiror, quod ẽ omnes iactatis legis scienciam & nullus ex vobis pęstat opera, digna videlicet talione illis respondens.

. Ad hęc igitur insana plebs Heliotropio versatilior, quę superius dixerat, bonus est: nunc stimulata

C a pharisęis (qui insidias suas depręhensas videbant de perdendo vitę auctore) adducit homicidio contumeliam non leuem (sicut edocti erant), & dicunt, Dæmonium habes. Hoc tamen dixit turba ignorans consilium Iudæorum de occidendo Domino nostro Iesu Christo. At sanctus Dauid cum audiuit ex ore prophetę. Tu es vir qui fecisti hanc rem, non pretendit excusationes in peccatis, non dixit ipsi Nathan, Dæmonium habes, quis interfecit Vriam? Nihil tale dixit, sed peccaui Domino Iesu Christo. Audi Hieremiam. Quomodo confunditur fur quando depręhenditur, sic confusi sunt domus israel ipsi & Reges eorum principes & sacerdotes & prophetę eorum. Hieronymus. Quamuis sit impudens & procax vultus furantium, tamen erubescit, cum in furto fuerit depręhensus. Quã igitur attritę frontis sint Iudæi; inde ostenditur, q oẽ id quidem pręstant quod latrones: sed peccatum peccato attexentes, Dæmonium inquiunt habes. Mentiris: filius meus viuit, tuus mortuus est. Respondit Dominus Iesus Christus & dixit eis. Vnum opus

2.Reg.12

Hiere.2.

August.

D feci & omnes miramini. Vnde mirabantur. Videbant quasi contraria in vno eodemq; opere. Diuina potentia quia solo verbo sanatur Paralyticus, sabbati violatio: peccatum maiestatis lęsę. Hinc ergo admiratio de nodo isto plusq; Herculeo populo rudi. Propterea Moses dedit vobis circuncisionem: non quia ex Mose est, sed ex patribus. Et in sabbato circunciditis Hominem. Si circuncisionem accepit homo in sabbato vt non soluatur lex Mosi mihi indignamini: quia totum hominem saluum feci in sabbato. Ego si legem solui: hominem liberaui, vos ad malum soluites. Neq; a vobis qui in grauioribus rebus legem soluitis me accusari oportuit, qui legem euertitis. Medici si estis, curate vos met. Isti habentes albuginem & squamas in oculis: festucas acutissime cernebant (mirabile dictu) in aliorum oculis. Sed erant iam, quos nulla ciconia irrisit atergo. Grande quippe & detestabile malum q homines ad suos defectus communiter talpa sunt cęciores ad proximorum autem maculas leuissimas licet oculatissimi & lynces. De hoc vno opere mirabili videlicet de paralityco duode quadraginta

E annis sanato, dictum est Ioannis Cap. 5. Suscipiunt igitur omnes opus insigne & admirandum, sed censores reipublicę illud calumniantur (o profundũ cęcitatis iudaicę) q sabbatũ erat quãdo dixit ęgroto tolle grabatũ tuũ, sabbato eñ requieuit deus ab omni ope suo. Sed eo mõ intelligit requieuisse, quo intelligẽdũ est laborasse. Hęc est calũnia quã toties murmurãt ei, vez q benfecerit multis in sabbato. Quis hos Catões censorios nõ velit cũ antrõ detradi i tartara! Ego inqt hoiem sanitate donaui sabbato, vos odiũ reponitis p dilectiõe (ps.108) Vos mortẽ mihi molimini i sabbato, vt nr̃i vi ifert sabbato! Igit more pharaõis phanatici isti ex dei mirabilib9 duriores redũt. Nũqd añe tãta ẽ sabbati obseruatio vt hoiem arceat a reb9 necessarijs: Id ita esse nõ a me accipite, sed a Mose vestro quẽ mordicus tenetis: iuxta litteram

Ioan.5.

Num.15.

Iudęi.

occidêrem. Queritur ergo, cuius sit maior autoritas sabbati obseruatio: an circumcisionis? Nempe circumcisionis, quia licet vtrũq simul Moses tradiderit, tamẽ circũcisio lõge olim mandata est patribus. Gene. 17. Vos aũt in sabbato circũcidistis hominẽ, qui sabbato edit⁹ est in lucẽ, nec p hoc videmini violare sabbatũ (& ita est reuera) ob reuerentiã circũcisionis lõge antiquius ac iuxta mysteriũ forte sacratius, cui putatis iure cedere debere sabbati obseruantiã. Si igitur hoiem circũcidistis in sabbato, ne lex soluatur: & sacerdotes in tẽplo operãtur ea quę ptinẽt ad cultũ dei, nec videtur violare sabbatũ, quo iure mihi succensetis, q totum hoiem sanitate donauerim in sabbato, idq citra sanguinis effusionẽ? Chrysosto. Vide ergo quo pacto tũc maxime stat lex, cũ soluitur: & sabbati solutio legis obseruatio est. Vt nisi sabbatũ soluatur: necessarium sit legẽ solui quã deus vobis cõstituit. Quod dicit, totũ hoiem saluum feci, propterea dicit, q iudęi vnã tãtum particulam infantis pręcidẽdo, quasi curabãt, vt nisi sanguis funderetur in carne, peccatum originale nõ expelleretur ab anima. Dicit autem Abulen. Sup Genesim, q iudęi paruulos defunctos ante diem octauũ circũcidebãt vita functos. Dicit item illud. Parens pueri si eum octaua die nõ circũcideret, morte plectebatur. Dicit & illud. Si puer parẽtum incuria nõ esset circũcisus, & veniens ad adultam ętatem, se circũcidi nõ faceret, eandem pęnam subibat. Et sciendum q ex nullo textu scripturę habetur q circũcisio sit iuris sacerdotũ. Nam Abraham seipsum circuncidit & suos. Gene 17. Et Sephora filium suum. Exo. 4. Et Iosue pręcipitur, circũcide secundo filios israel. Quo tempore populus, circũcidendus multus erat nimis: sacerdotes admodum pauci. Quilibet ergo circũcidebat filios suos vel vernaculos. Quod autem dicit, circuncide secundo vocat secunda circuncisio, quia interpollata fuit annis 40. Doctores autem iudęorum rogati, quare annis 40 nullus iudęorũ est circũcisus, toto inquiunt illo tẽpore nõ flauit Boreas, qui vẽtus q frigidus sit, aptissimus est sanando infanti recens circuncisio. Vides doctorũ legis cęcitatẽ cimeriam. Dicit autem Augustinus sup illud quod diximus, Sephorã vxorẽ Mosi circũcidisse filiũ suum: adhũc modũ. Viri sublimis culpa graue peccatũ est. Idcirco nõ immerito infestum sibi angelũ Moses vidit in via: & paratũ ad vindictam. Pergebat Moses ad filios israel, & signũ iustitię in filio incircũcisio nõ ferebat, in q ĝhari sciebat iudęos, vt aut ipse sollicitator diceretur, aut nõ ab eodem deo missus, qui abrahã elegerat. In Madiam enim habitans: filios suos minime circuncidit: quos aut ducere secum ad ęgyptum nõ debuit, qui cęteros ibat inde educere, aut certe circuncisos assumere. Hac ergo ratione sephorã accepta petra filium circuncidit. Propterea Moses, &c. Hoc est: vt non miremini opera mea in sabbato: vt intelligatis licita esse opera mea in sabbato, q dei sunt opera. Sed adtem. **Nolite iudicare secũdũ aspectũ sed iustũ iudiciũ iudicate.** Poterant illi obijcere, Tu homo tressis te ęquiparas Mosi tanto viro dei? Ad hęc dominus. Nolite, &c. Quasi dicat. Nõ quia Moses habet apud vos plus autoritatis q ego, ex personarum dignitate ferre debetis sentẽtiam, sed a rerum natura hoc est enim iuste iudicare. Id autem iuxta Augustinum: magni reuera laboris est, non personas iudicare sed causas. Quis est ergo qui non iudicat iuxta faciem? Qui ęqualiter diligit. Nec tamẽ cum homines diuerso modo pro suis gradibus honoramus, timere debemus ne personam accipiamus, quia non est potestas nisi a deo. Quę autem a deo sunt: ordinata sunt. Nec enim laudam⁹ verbum Pauli dicentis percutiat te deus paries de albate, ad summum sacerdotem qualẽ qualẽ: nã correxit verbũ suum Paulus dicens, nesciebam fratres q pontifex sit. Sed nunquid vere Paulus ignorabat illũ esse pontificẽ? Nõ crediderim. Quomodo ergo se excusat? Cessit tumultui. Itaq Paulus gemino nomine concedit turbę, primum agnoscens esse pontificem, qui reuera nil aliud erat q paries dealbatus, simea in purpura. Deinde conuitium esse quod illis conuitium videbatur, cum non esset, nisi libera reprehensio. Verum vt ego libere quod sentio dicam: da mihi vnum ex his qui sedent in cathedra pestilentię, qui non iudicauerit iuxta faciem, & facies peccatorum aliquando non acceperit (sed vna hirundo non facit ver) & ego confidenter dicam, non solius dei iuditium esse iuxta veritatem. Verum vt redeamus in gratiam cum apostolo, dicimus q humana iuditia multis alijs de causis claudicare solent, q ex personarum respectu, ideo vere dixit Paulus, scimus q solius dei iuditium est secundum veritatem. Scriptum est enim, ego sum iudex & testis, qui cœlum & terram impleo. Hiere. Cap. 29. & Cap. 23.

[Margin notes: Chrysosto. — Abulensis. — Gen. 17. — Exo. 4. — Augusti. — Augusti. — Rom. 13. — Actu 23. — Paulus. — Psalm. — Rom. 2.]

Caput. xiij. Christus palam docebat & libere, nec tamen iudęi aliquid in eum audent, Christus cum venerit, nemo scit vnde sit. Quęrebant illum apprehendere nec tamen potuerunt. Miserunt ministros vt apprehenderetur, & reuersi sunt infecto negotio: dominus autem dixit: Quęretis me: & nõ inuenietis, & quid illi ad hęc respõderit, Flumina aquę fluent de ventre credentium.

[Margin note: Ioan. 7.]

Dicebant ergo quidam ex hierosolymis. Nõne hic est, quẽ quęrũt interficere? Ecce palam loquitur. & nihil ei dicunt. Nũquid vere cognouerũt principes: q hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit, Christus autem cum venerit nemo scit, vnde sit. Hic inquiunt qui occulte ascendit ad diem festum, ecce docet palam, & apparet potestas, quod timor putabatur. Et mirantur quidam qua potentia non teneretur, cuius mortẽ tantopere desiderabat. Quid sibi vult pharisęorũ tã pposterũ silẽtiũ, q absentes loquũtur de plaustro, cęterum cum adsunt, nec My audent mutire? Nunquid cognouerunt principes q hic est dominus Christus? Nihil ei dicunt, nihil ei faciunt; concluserat

enim dñs

enim Dominus leonē in illorum rictus. Ad iacebat vel scilicet voluntas non deesset. Itaque non plene intelligentes potentiam Christi, putauerunt principum esse scientiam, qui ipsi cognouerant eundem esse christū ideo pepercerit ei, quē oībus neruis occidēdū quęsierunt. Atque ita silētio suo approbāt qd' an te impugnabant. Qui enim tacet, cōsentire videtur. Loquitur iste cōfidēter nullius magnitudinē virtutum nec in cōclaui sed in tēplo, quo oēs cōueniunt, sacerdotes aūt & pharisęi prudētes & scientes domi delitescunt. Quid ergo cōsequitur, nisi illos vere agnouisse dominum Iesum esse Christum dīxit. Nemo mortalium sapit oībus horis, & sapiētium est mutare cōsilium. Sed apponūt sibi ipsi quęstionē dicentes. Sed hunc scimus vnde sit &c. Sed si nemo scit vnde oriundus sit Christ', quomō interrogati sacerdotes, vno ore respōdēt, in Bethleem Iudęę, iuxta vaticinium Michęę? Vt igitur occidāt eum, sciunt vnde sit, vt in eum credāt nesciunt vnde sit nesciunt verum sit albus an pullus. itaque excepto virginis cōceptu & partu, quę duo solus post virginē nouerat Ioseph, alterū reuelatione angeli, alterū quia ipse affuit. De christo iuxta carnē bene sciebāt iudęi. Si igitur scriptura & genus christi, quia de domo Dauid, & locum natiuitatis eius, quia Bethleem, & nomē quia Emanuel, & tēpus aduētus eius nō tacuit, quia septuaginta hebdomadę abbreuiatę sunt &c. Vnde optimo hec apud iudęos nata est, quid nescirent vnde venturus esset? Quia videlicet dixerat propheta, generationē eius quis enarrabit? Vnde sequitur, **Clamabat ergo Iesus in tēplo docēs: & dicēs. Et me scitis & vnde sim scitis: & a meipso non veni sed est verus qui misit me, quē vos nescitis. Ego scio eū: & si dixero quod nescio eū ero similis vobis mendax, sed scio eū: quia ab ipso sum: & ipse me misit.** Faber. Et me scitis ac si dicat, dicitis quod me scitis, & vnde sim: at neque me scitis neque vnde sim scitis. Augusti. Et me scitis, & me nescitis: scitis vnde sim: quia a Nazareth imo a Bethleē, cuius parētes nostis. Secundum aūt quod forma dei factitabar sub forma serui, a meipso nō veni. Quia si ego sum qui sum, a me ipso tamen non sum, & ideo a me ipso nō veni. Aduentus autē eius incarnatio est eius. Idcirco enim dicitur Dominus Christus venisse & missus esse, quia in terris visus est, & inter homines versatus. Alioqui nec carnem a cœlo attulit (absit) nec deus eius modi naturę est qui migrare possit alio, quia cœlum & terram ego impleo. Et dato per possibile vel impossibile quod essent cœli tot numero quot sunt stellę & tot orbes terrę quot stillę pluuiarum: nihilominus verum esset cœlos & orbes terrarum ego impleo. Scio ergo a quo missus sum: quia eadem est scientia patris & filij & spirit' sancti. Et si dixero quod nescio eum, & cętera. Hęc conditionalis vera quidem est, cuius tamen vtraque pars est falsa. Quia nec ille dicturus est nescio patrē, nec mentiri veritas potest. Non tamen pro hoc iudęi digni sunt reprehensione, quod patrem Domini iuxta quod Christus deus est de deo non nouerint, qui natura inuisibilis est, nec sensibus corporis percipi potest. Sunt autem per hoc venia indigni, quod doctrinam filij dei patris non audiunt, nec credunt in eum qui recta perducit ad patris notitiam, qui enim videt me videt & patrem meum. Cęterum hęc verba altissima de ęterna filij diuinitate apud multos qui iuxta carnem tantum sapiebant, fabulę videbantur ęgęque sine capite. Quid enim cęcis cum speculis? Et quia capere non poterant verba eius, non autem poterant: quia non credebant, non credebant, quia nolebant: nolebant autem, quia non erant ex ouibus Christi prędestinatis. Ioan. Cap. 10. **Quęrebant eum apprehendere & nemo misit in illum manus: quia nondum venerat hora eius.** Hora autem eius voluntas est eius, de qua scriptum est si ergo me quęritis, sinite hos abire. Ioan. Cap. 18. Et rursus, propter me orta est hęc tempestas, me sors comprehendit: me sortes dirigente, ego sum caper ille sortibus comprehensus, cuius sanguine sanctificatur sanctum sanctorum & sanctum, mittite me in mare. Iudęis ergo non deerat animus homicida, sed deerat occasio, imo deerat diuina prouidentia: sicut scriptum est: oritur sol: & occidit, & ad locum suum reuertitur, & gyrat per meridiem. Ergo ortus Domini nostri Iesu Christi habuit tempus suum in plenitudine temporum. Gal. Cap. 4. Habuit & mors sua, quando forte diuina comprehensus est. Habuit & resurrectio eius, tertia videlicet die a deuotatione Iona, habuit & ascensio eius, quadraginta mansionum expletu de cursu, vt perueniretur ad montem dei Oreb. 3. Regum. Cap. 19. Et hęc quatuor mysteria, quatuor verbis comprehendit spiritus sanctus dicens, oritur sol, occidit, ad locum suum reuertitur, gyrat per meridiem. Nemo inquit in eum manus misit. Absit. Nam nec caput peccati in Iob ausus est manum mittere, sed tu o deus extende paululum manum & tange cuncta quę possidet. Sed & Dauid non in Regem iniquum sed in fimbriam eius mittens manum statim a corde suo percutitur. Nemo ergo in illum misit manum: ne seuiret in eum diuina vltio, sicut in Hieroboam. 3. Regum. Cap. 13. **De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant Christus cum venerit: nunquid plura signa faciet, quam quę hic facit?** Ita iuxta quod scriptum est: abscondisti hęc a sapientibus & reuelasti ea paruulis: impleri cernimus. Sacerdotibus & pharisęis in sua incredulitate manentibus, reuelatur dominus Iesus Christus paruulis iuxta sęculum: qui persuasi sunt a doctrina & miraculis Domini nostri Iesu Christi. Qui si non plene agnouerint veritatem (quis autem plene agnouit, si Paulus videt per speculum, si Moses videt nescio quę posteriora diuinę maiestatis,) dicebant tamen quod veritas habet Dominus Iesus Christus alius non videtur nobis expectandus, nam esto quod veniat nescio quis alius Antichristus qui se Christum mentiatur, num plura signa facturus est, quam hic facit? Nam si hic non est Dominus noster Iesus Christus, vnde tanta virtus in verbis eius? In potestate spiritus imperat, venti & mare obediunt, ei. Matthęi. Capite. 8. Sequitur. **Audierunt pharisęi turbam murmurantem de illo hęc: & miserunt principes & pharisęi ministros: vt apprehenderent Iesum Christum.** Egressa est iniquitas inquit propheta de Babylone a senioribus & iudicibus, qui videbantur regere populum. Videbantur inquit, in veritate autem peruertebant & euertebant.

Matt. 2. Math. 1. Daniel. 9. Esai. 53. Faber. August. 19. Exo. 3. Baruch. 3. Hiere. 23. Iuan. 18. Leui. 16. Eccl. 1. Christus. 1. Reg. 24. Math. 11. Exo. 33. Forte. 3. die scenopęgię Daniel. 13.

Esai.1.

Cũ enim capita ęgrotatẽt, mercẽt corda tristicia sęculi quę mortem operatu(2.Cor.7) Affricuetunt lepra subiecto corpori. Egressa est iniquitas, vnde iustitia, vnde doctrina, castitatis amor, honorũ cõtemptus, iniuriarũ obliuio, studiũ bonorum quę oculi nõ viderũt dimanare expediebat ad populũ. Pro his igitur omnibus multę pestes egressę sunt, auaritię studiũ perpetuum. Hiere.6. Iniuriarũ retaliatio: bonorum odium, & veritatis, ad viuum cẽsura virę alienę. Sed audi Esaiam. Omnes principes tui infideles

Cap.1

ecce fontẽ omniũ malorũ socij furum: omnes diligũt munera, pupillo nõ iudicãt, causa viduę nõ ingreditur ad eos, nisi pręcedat oĩum regina pecunia. Statim enim vt audierint sonitum eius vel a lõge, omnia

Daniel.5
3.Reg.2.

ostia pate fiunt, & sequitur, pete mater mea, nec enim fas est tibi quicq̃ negare, quia sicut ego alias dixi, pecunię obediũt om̃ia. Eccs.10. Isti sunt igitur qui mittunt ministros nõ qui interrogent num ipse sit Christus, sicut alias miserunt ad Ioãnem (Ioan.1.) Sed vt apprehendãt eum, cuius nõdum venerat hora

Cato.1.2

Sed audiamus Augustinũ, imo Catonẽ, referẽte Augustino. Nolite existimare maiores nostros armis rempublicã fecisse maiorem, ex paruula. Si enim ita esset, multo pulcherrimam nos haberemus, quippe sociorum atq; ciuium pręterea armorum atq; equorũ maior nobis copia est q̃ illis. Sed alia sunt quę illos magnos fecerũt, quę nobis nulla sunt, domi industria, foris iustum imperiũ, animus in cõsulẽdo liber (esto mecum prudẽs lector) neq; dicto neq; libidini ob noxius. Pro his nos habemus luxum, auaritiam,

Daniel.5

publice egestatem, priuatim opulentiam. Laudamus diuitias (vt ne dicã adoram⁹ statuam auream) sequimur inertiam, inter bonos & malos discrimen nullum, & vt coronidem imponamus huic nostrę orationi, omnia virtutum pręmia ambitio possidet, fures possident, quo factum est: vt qui pellicere debuerant populum ad doctrinam Christi, hi vt partes suas tuerentur, sua quęrentes, non bonum reipublicę, inito consilio, ministros mitterent qui cõprehenderent veritatem & iustitiã & eum qui de populo illo tã optime bene meritus fuerat, & hoc postq̃ audierunt talia de eo iactari in populo, cũ venerit nescimus quis Christus: nũquid plura signa faciet q̃ hic facit. Videbant enim gloriam Christi in dies augeri, illorũ vero penitus aboleri apud populum. Dixit ergo eis Iesus. Adhuc modicum temp⁹ vobiscũ sum, & vado ad eum qui me misit. Quęretis me & inuenietis: et vbi ego sum vos nõ potestis venire. Sex menses fluxerunt a scenopegia vsq; ad pascha Christi. Miserunt ergo qui ap-

Iudi.16.
Figura.

prehenderent Samsonem nolentem, & persuadent Dalilam oblata pecunia: vt inquirat a viro suo, vbi sit fortitudo sua, sed quia non dum venerat hora eius vt comprehenderetur; delusa est diligentia Philistinorum. Nescitum est enim in quo vel maxime esset fortitudo eius. Quia ergo non poterant comprehendere nolentem Helisęum, missi sunt vt apprehenderent a docente, inuitantur enim ad mensam & apposita est eis ciborum magna pręparatio: 4.Reg. Cap. 6. De qua in consequentibus dicitur, nunq̃ sic loquutus est homo. Interim autem dixit eis. Adhuc modicum. Tacet Ioannes aduentum lictorum, qui-

Prouerbiũ

bus pręsentibus, dixit, adhuc modicum tempus & cætera. Quoniam inquit scio futurum: vt quęratis me, nec inueniatis: quandiu pręsens sum, apprehendite me, credentes in me. Et iuxta prouerbium; nosci te tempus Rebus enim in omnibus inquit hesiodus. Illud optimum erit: si quis tempus spectauerit ap-

Hesiodus.
Occasio.

tũ. Surrexi cunctanter vt aperirem dilecto, ille autem iam alio declinarat. Canti. Cap. 5. Inde ille voces coruinę. Domine Domine Domine aperi nobis. Matth. 25. Cap. Tantam enim vim habet oportunitas vt ex honesto inhonestum: ex damno lucrum, ex beneficio maleficium faciat. Inuenies enim spinam vbi

Matt.25.

nuper asparagus erat, vt non sine causa veteres oportunitatem diuinitate donasse videantur, quia breuiter rerum omnium naturam permutat. Ad huc modicum tempus vobiscum sum, quęrite me dum hic pręsens est, ne audiatis malo vestro, nescio vos. Quid est autem quęretis me & non inuenietis? Et q̃ndo inquiri potest: nec inueniri? Vel vbi quęri potest nec inueniri, si nusq̃ deest? Verum iuxta formam serui non vbiq; est Dominus noster Iesus Christus, sed sedet ad dexterãm patris. Hanc igitur pręsentiam corporalem multi iudęorum qui ad pręedicationem Petri conuersi sunt: requirebant dicentes. Quid facie-

Actu.2.
Psal.58.
Matth.27.

mus fratres? Denique quęrent eum nec inuenient illi de quibus scriptum est, conuertentur ad vesperam & famem patientur vt canes & circum ibunt ciuitatem: requirentes quem pręsentem non agnouerunt imo agnitum ad crucem petierunt, pręferentes ei Barabban. Vnde illud Osee. Capite. 3. Dies multos expectabis me, non fornicaberis: & nõ eris cum viro, sed ego expectabo te. Hęc est forma status iudaici in pręsenti tempore: non fornicantur cum idolis: nec tamen subiecti sunt viro suo Domino Iesu Christo, sed expectant ei subijci in fine sęculorum. Et sequitur in Osee. Quia dies multos sedebunt filij israel sine Rege & sine sacrificio & sine altari & sine Ephod & sine teraphim, vel sacerdotio & manifestationibus, & post hęc reuertentur & quęrent Christum Dominum Deum suum & Dauid Regem suum,

Hierony

Chaldaice Messiam suum, Hieronymus. Post passionem Domini nostri Iesu Christi vsq; ad pręsentem diem Paulominus quater centessimus annus expletur, (dicamus nos, a natiuitate sua annus 1551 est) & quantum tempus resideat vsq; ad diem iudicij: nec angeli norunt. Hi sunt ergo multi dies quibus

Matth.24.

infelix synagoga & mulier adultera hordeo pascitur, & sedet contracta sine Rege Christo & sine sacrificio: tẽplo subuerso, & sine instrumentis sacerdotalibus, sed tãdẽ reuertẽtur & quęrẽt regẽ suũ Dauid. Sępe qdẽ sępius ille miserat manũ suã per foramẽ, vt aperirẽ ei: & q̃a cũctabãt surrexi & dormitãti

Canti.5

similis, ille alio declinarat. Quęsiui illũ & nõ inueni, vocaui & nõ respõdit mihi. Seq̃tur. Inuenerũt me custodes qui circum eunt ciuitatem, percusserũt me: vulnerauerũt me, tullerunt palliũ meũ. Adiuro vos

Zach.2.
Amos.6
Treno.5

filię hierusalẽ si inueneritis dilectũ meũ, vt nũtieris ei, q̃ amore lãgueo. Cãt.5. Hic textus expõni non eget, si ppẽdas quomõ iudęi dispsi in q̃tuor vẽtos. Cęli iuxta Zachariã, ablato regno, palãtes palpãt sicut cęci pietẽ, q̃a occidit eis sol in meridie: quẽ pñtẽ cõtẽpserũt. Cęterũ dñs Iesus in q̃ntũ deus est, & si difficilis sit inuẽtu, tñ solus est qui frustra nunq̃ quęri potest, neq; cũ inueniri nõ põt. Bonus est enim

sperantibus

ſperātibus in ſe, animę quęrenti illum. Quomō tamē inueniri nō poſſit nō video, ſi in illo mouemur & ſumus. Actu.17. Quid eſt aūt quod ſequitur: & vbi ego ſum vos non poteſtis venire? Dixit prius, vado ad eum qui miſit me, & nūc rurſus, vbi ſum. Ibat igitur per mortem ad patrem, cū quo erat & in quo ſe cundū quod deus. Ire igitur ad patris ęqualitatē, creaturę eſt impoſſibile, ire autē gloria immortalitatis credētibus in eum qui iuſtificat impium poſſibile eſt. Iſtis aūt quibus eū loquebatur quatenus infideles erāt, hoc etiam erat impoſſibile. Vnde dixit: vbi ego ſum vos nō poteſtis venire. Poſſibile eſt vt attrahamini a patre meo, referat autē veſtra, ne tracti, retrorſū abeatis cum vxore Loth. Dixerunt ergo iudęi ad ſemetipſos. Quo hic iturus eſt, quia nō inueniemus eum? Anguſtia iudęorum erat ne Ieſus euaderet lupos hiantes, coruos carniuoros. Nunquid in diſperſionē Gentiū iturus eſt & docturus gentes? Nū ibit docturus iudęos per orbē diſperſos, vbi nō poterimus exercere poteſtatē in illum? Actu.2. Iudęi qui erāt in Grecia, Gręci vocantur: ſicut & aduenę Romani: iudęi q̄ erāt Romę? Quis eſt hic ſermo quē dixit: quęretis me: & non inuenietis: & vbi ſum ego: vos nō poteſtis venire? Hoc igitur timebā perditi hoies, ad malū quidē toti oculati ante & retro, ad bonū prorſus inertes talpę, ne ſi veniſſet deſideratus cunctis gentibus, innoteſceretq; quoq; uo verſus fama nōiſeius, iudęorum de vnius dei cultu tanq̄ Vnicornium ſingularis ſuperbia ſe ſup terrā magnificare nō poſſet. Nā reuera niniue cōuerſa, exaruit cucurbita Ionę. Mirabile eſt aūt quod dicunt, quo iturus eſt, quia nō &c. Qui enim ſum me deſiderabant vt abiret, ne eum amplius vel ſomniarēt, vel viderent: quomodo nūc dicunt, quo iturus eſt, quia eum nō poterimus inuenire, tanq̄ ſi eo abſcedente, illum quęſituri eſſent? Potius ergo debebāt rogare vt q̄ citius abiret. Et tamē ſi nō erat futurū vt abiens deſideraretur, nihil magnū dixiſſet, quo vado nō poteſtis venire. Quis eſt inquiunt iſte ſermo, quęretis me? O pingue & craſſum cerebrum, & cornea fibra, adhuc quęritis eum, & non creditis veniſſe, errantes ab vtero, nec credetis, donec intret gētiū plenitudo, & hic eſt ſermo quem dixi vobis. Verūtamen iſti ꝓphetabāt ignorantes q̄ dns relicta hereditate ſua & domo ſua, & anima ſua, quia facta eſt mihi quaſi Leo in ſilua: & dedit cōtra me vocē dicens, tolle tolle crucifige eū, trāſiturus erat ad gētes, ſicut e't dies hęc, illi aūt interim famē patiūtur, vt canes, quia dixerūt, nō eſt nobis pars in Dauid. 2. Reg. 19. In nouiſſimo aūt die magno feſtiuitatis: ſtabat Ieſus & clamabat dicens. Siquis ſitit: veniat ad me & bibat. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura: flumina de ventre eiꝰ fluent aquę viuę. Obſerua multos libros excidiſſe nobis: ſicut liber Nathā, Gad, Ahię. Addo, Semeię, Ozai bel o rum dñi. Libri iuſtorum: Samuelis. Lamentationum, Ieſu filij Anani. Vbi autem ſcriptum ſit, flumina & cętera, nulli bi legimus, & tamē ſcriptum eſt, quod dñs ſcriptam teſtatur, inquit Hieronymꝰ. Hoc autem dixit de ſpiritu quem accepturi erant credētes in eum. Non dum enim erat ſpiritus datus, quia Ieſus non erat glorificatus. Merito igitur dominus in nouiſſimo die feſtiuitatis alloquitur turbas quaſi viatica illis impartiens domum rediturus, ne deficerent in via. Cū his enim qui diebus intermediis deliriſerant intenti, in tempeſtiuum erat colloqui. De die iſto nouiſſimo dictum eſt ſupra, vbi expoſitum eſt, quid eſſet ſcenopegia. Quod autem Dominus Chriſtus clamat: deſiderium ſuum explicat ſalutis humanę, ſicut alias dicit, o mulier ſi ſcires donum dei: & cętera. Siue igitur ipſe ſitiat: ſiue ipſe nobis propinet fontem aquę viuę gratis, vtrunq; vnum & idem ſignificat. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura, hoc eſt ſicut credere in me docet ſcriptura, videlicet opere & ſermone, vel qui credit in me id quod de me ſcriptura credendum docet eſſe videlicet Chriſtum Dominum Ieſum deum & hominem, de huiuſmodi credentibus flumina magna fluēt & c. Hoc facile quis deprehendet, ſiquidem Petri linguām, Pauli impetum, & Stephani ſapientiam conſiderantes: quos dicentes, nihil effugit, ſed omnes ſequuntur, tanq̄ a fluminibus quibuſdam impetu ruentibus rapti. Sunt autem flumina hec iuxta Ambroſiū. Septem dona ſpiritus ſancti, quæ tamen non omnia de ventre ſingulorum fluxerant, ſed alij datur ſermo ſapientię & cætera. 1. Corin. Cap. 12. Quidam ergo vnum effundunt flumē quidam duo vel tria. Paulus autem forſitan ipſe eſt de quo loquitur ſcriptura Eccl. Cap. 24. Ego effudi flumina, ego quaſi fluuius doris exiui de paradiſo. Et tanto impetu fluxit Paulus (Ruebat enim de excelſo tertij cæli) vt abundantius omnibus laborauerunt. 1. Corinē. Cap. 15. Abundantiorem & copioſiorem populorum multitudinem potauerit: omnibus omnia factus, vt omnes lucraretur. Et hic eſt qui olim ignes vomebat & cędes & minas in diſcipulos Domini noſtri Ieſu Chriſti. Hoc autem dixit de ſpiritu & cætera. De quo ſcriptum eſt, nonne omnes iſti qui loquuntur Galilæi ſunt? Ecce autem muſto cum pleni ſint, omnium noſtrum qui adſumus (adſumus autem pęne ex omni natione quę ſub Cœlo eſt) linguis loquuntur, cum nunq̄ exceſſerunt fines regni iudæorum (Matthęi. Cap. 10.) Sed ſpiritus hic quem accepturi erant credentes in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: non erat eo tempore datus quo Dominus Ieſus Chriſtus hęc loquebatur, & ſubiicit Euangeliſta cauſam, quare non erat adhuc datꝰ quia videlicet Ieſus Chriſtus non erat glorificatus. Sed ſi ſpiritus ſanctus non erat datus ante Domini Chriſti glorificationem & conſeſſum ad dexteram patris, de quo ſpiritu ſcriptum eſt, Numeri. Cap. 11. Congrega mihi ſeptuaginta viros, quos tu noſti q̄ ſenes ſint ac magiſtri populi, & duces eos ad oſtiū tabernaculi, facieſq; ibi ſtare tecum, vt deſcendam & loquar tibi & auferam de ſpiritu tuo tradamq; eis, vt ſuſtentent tecum onus populi, & nun tu ſolus graueris? Dicendum iuxta Chryſoſtomum/ q̄ equidem de hoc fonte ſpiritus ſancti & antiqui patres biberunt (conſequente eos petra. 1. Cor. 10.) Sed parciꝰ & tenuiꝰ & ſibi ſolis: niſi hoc excepto q̄ Moſes impetrauit ex modico oleo q̄d penes ſe habebat 70/ſenibus ad ſuſtinendū onꝰ ppli illiꝰ, quādiu Ieſus nō erat glificatus. Nūc aūt poſtq̄ nō de ſtilla olei Moſi, ſed de plenitudine xp̄i hauſimꝰ Ioā. 1. Dicēte Ioele, effundā de ſpū meo ſup omnē carnē, nō ſtillę

Margin: A, B, C, D, E, F; Ioan. 8. Aggei. 2. Ione. 4. Hiere 12. Ioan. 19. Pſal. 58. Ioan. 7. Ioan. 4. Apoca. 22. Ambroſi. 1. Cor. 12. 1. Cor. 9. Actu. 2. Chryſoſtō.

Psal.45. Hierony. Luce.23. Matt.27.

deflu͂xit ex capite Aarō in orā vestimētorum suorū, sed flumina de vētre credētiū, quę lętificāt ecclesiā dei viuētis. Nō igitur erat spiritus datus in figura ignis & linguarū & in tā larga effusione, quia Iesus nōdum erat glorificatus. Nō erat datus sub hoc noīe spiritus sanctus, datus tamen fuerat sub noīe prophetię, sicut Helisęus accepit spiritum duplicē. Hieronymus. Gloria saluatoris patibuli triūphantis est. Crucifigitur vt homo exaltatur & glorificatur vt deus, dicēte Luca; vidēs aūt cēturio quod factum fuerat, glorificauit deum dicens, vere hic homo iustus erat. Et quid est quod vidit factū esse? Fugit sol, terra tremuit, mortui excitati sunt, percutiētibus pectora sua oībus qui aderāt, oībus dixi pro multis, nam q̄dam eorū more insanientiū pręter euntes mouebāt capita sua. Glorificatus est igitur dn̄s moriēs, resurgēs & exaltatus supra omnē principatū &c. Et pro gloria triplicis huius triumphi datum est ecclesię paupculę hoc donum donorū maximū & in tāta abūdātia. Nā si antea nō dabatur, quo spiritu impleti sunt prophetę, qui de futura hac gratia prȩloquuti sunt? Quo spiritu Hieremias sanctificatur in vtero? Ioānes baptista repletur spiritu sancto adhuc ex vtero matris suę? Simeon respōsum accepit, nō visurum se mortē priusq̄ videret dn̄m Christum? Luc.2. Oportebat igitur primum glorificari dn̄m: dicēte eo: si autē abiero mittā vobis spiritum paracletum. Si requiras iuxta Augustinū, quare & modo nō loquitur christianus varijs linguis, sicut & tunc? Dicendū q̄ iam ecclesia loquitur oībus linguis, & quod pręfiguratū est in illis paucis, impletū est in toto mūdo. Ea dona si tu nō habes, ama vnitatē ecclesię, & q̄cquid habēt, & ego habeo, tuum est. Oculus solus videt in corpore; sed nūquid sibi soli? Imo oībus mēbris. Si aliquis ictus in pedē veniat, auertit se oculus inde vt nō pręcaueat? Rursus sola manus operatur in corpore, sed nunquid sibi soli? Nā si ictus aliquis eat in faciem; nunquid dicit manus, nō me moueo, quia non tendit ad me? Nunquid dicit, non sum custos fratris mei? Veniat igitur & bibat qui voluerit de plenitudine Christi, quandiu fons patet iuxta Zach.13. Non excidat sibi lacunas quę per ęstū arescunt: ne & ipse fiat quasi mirice in deserto in terra salsuginis. Hiere.17. Augustinus. Non promisit diuitias honores potestatem in hoc sęculo, in quo qui plus potest, satis modicum potest. Hec autem oīa dantur etiam hominibus impijs, ne magnipēdātur a bonis. Nō promisit lōgituitatē quā oēs optāt anteq̄ veniat, cū venerit murmurāt. Nō pulchritudinē quam vel morbus vel senectus excludit. Vitā ęternam promisit, vbi nihil timeamus: vnde non emigremus, non moriamur, vbi nec decessor plangitur: nec successor speratur.

Luc.1. Augusti⁹. Ioan.16. Genes.4. Hiere.2. Augusti⁹.

F G

Caput. xiiij. Quidam dicebant: hic est Christus, alij hic est propheta, & facta est dissensio in populo. Rogantur ministri quare non comprehenderint dominum Christum, & quid responderunt, deq; Nicodemo agente & tuente partes Domini nostri Iesu Christi.

Vetur⁹ est.

EX illa ergo turba cū audissent hos sermones ei⁹, dicebāt. Hic est vere propheta, alij dicebāt: hic est christus. Quidam aūt dicebant, nunquid a Galilęa venit christus? Nōne scriptura dicit, q̄ de semine Dauid & de bethleē castello vbi erat Dauid venit christus? Dissensio itaq; facta est in turba propter eū, quidā aūt ex ipsis volebāt apprehēdere eum, sed nemo misit super eum manus. Intēdit ergo Ioannes describere quę erāt de Christo opiniones in Iudęa, postq̄ alij euangelistę descrip erāt in Galilęa: quē dicūt hoīes &c. Hęc ergo ppl̄itā varia dissona ac diuersa opinio de dn̄o Christo, ostēdit plane aliquid magnum latuisse sub velamine eius quod videbatur. Quia olim nihil aliud videbat Moses (verbi grā) q̄ ardētē rubū, erat tamen angelus in rubo qui nec ardēbat nec videbatur: & tamē vox eius vere audiebatur. Ita & hic, alij dicunt pphetā est, id aūt verū est, alij dicunt, hic est christus: & hi vere loquebātur, sed acrius videbāt q̄ primi vtrunq; tamē verum, quia & Christus subus erat de pctōribus natus, quorū plures enumerat Matth.1. Et angelus erat magni cōsilij ante secula genitus ex paterno vtero. Alij dicūt, nunquid a Galilęa venit Christus? Nō; sed de semine Dauid de ciuitatula Bethleem. Et hi similiter verū dicūt. In quo ergo fallebātur isti? Cōis erat opinio iudaici ppl̄i, Christū dn̄m nō in Bethleē sed in ciuitate Nazareth natū esse, quia ibi nutritus fuerat nutritus, & ibidē parētes sui habebāt domiciliū: cū & a Galilęa auspicatus bi prędicationē suā. Totū aūt hoc verū erat, excepta natiuitate sua sup̄ dicta de qua dictū est. Luc.2. Ex hoc aūt vno (paruus enim error in principio, maximus est in fine) q̄ in Bethleē natus est, & parētes habuit ex eadē ciuitate; ac proinde de Tribu Iuda, tota eorū qui fallebātur argumētatio refellitur. Descēdit enī dn̄s de semine Dauid, habuit parētes Bethleemiticos. Nihil aūt obest, si enutritus est in Nazareth, quia & id scriptū erat: Nazareus vocabitur. Matt.2. Cęterū si qui tot factionibus circa veritatem de Messię aduētu inter se dissidebāt, doceri vellēt veritatē; poterāt rogare parētes vel affines dn̄i Iesu: qui ascēderāt ad diē festū; & ab eis discere de natiuitate christi dn̄i; nū in Nazareth aut in Bethleem editus esset in lucē. Poterāt illud itē edoceri, q̄ vere de tribu Iuda parētes sui Origenē traherēt. Hęc enim nō lōge petēda erant, cum ad essent a quibus doceri possent rē admodum necessariā. Nec enim hec secreta erant, cū notum esset etiam cęcis & tonsoribus iuxta prouerbium, quisq; iudę⁹ de qua tribu esset, & de qua ciuitate, id summe cauente lege. Leui. Cap.25. Et euidentius Num. Cap.36. Ibi nubant quibus volunt, tantum vt suę tribus hominibus, ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in Tribum. Quod autem quidā voluerūt apprehēdere dn̄m Iesum, forte erant ex factione pharisęorū, quorum facta quia tegebantur, eis mortem gerebant, Deus autem dissipauit ossa eorum qui hominibus vt placeant veritatē

H I K

cōprehē-

cōphēdere voluit. Sic itaq; dissensio multitudinis occasio est sctis euadendi, sicut legis in actis Cap.23.
De apostolo Paulo. Quod & id ipsum ecclesię cōtingit, sub typo miraculi, diuiso siquidē mari in diui-
siones, ipse sunt hęreti. orum sectę cōtra sese pugnātes (sicut facies tercētum vulpiū, Iudi.16) Filij israel
graduntur per siccū via regia, sequētes angelum magni cōsilij. Venerūt ergo ministri ad pōti-
fices & pharisęos. Reuertuntur aūt ex leonibus & tenebratū ministris versi in oues: dicamus quid
andarius, versi in euāgelistas, venerūt aūt, malū apportātes nūtium & amatū valde omenti admirteo-
tes aspicias, quiq; prędā pręstolabantur iam diu cōcupitā. Dns autē cerberos istos delusit hiantes & ani
ma christi sicut passer erepta est de laqueo venātium. Et dixerūt eis pōtifices & pharisęi. Qua
re nō adduxistis illum? Respōderunt ministri. Nunq; sic loquut⁹ est homo: sicut hic
loquitur. Vides energiā verborū christi! Leones venerāt & infideles, testes veritatis agnitę reuersi sunt
hoc est volētes capere, capti sunt, sed ad vitā, qui vitā capere volebāt ad mortē. Ita habes de Saul. 1.Reg.19
Qui misit semel secundo & tertio apparitorea qui caperēt sanctum David, qui mēs capti sunt a spū san-
cto, & cęperūt simul cum cuneo prophetarū quos inter erat Samuel laudes dicere dño. Nunq; inquiunt
sic loquutus est homo. Ita enim demulsi sunt animi istorū satellitū ad verba domini Iesu, quēadmodum
spū irus Saul refocillabatur, cāgēre cytharam suā sancto David. Nā iuxta prouerbiū, animo ęgrotāti me
dic⁹ est oratio. Id maxime verū est, si ęger sis, id ꝑ nō ex malitia. Nā huiusmodi animos inuidia tabidos
si oratione leuare velis: et procul dubio intare crabones, & ignem suscitare bene cōditū. Sed postq; Na
bal carmeli digesset vinum, loquuta est ei vxor sua prudētissima, iten illud. Pater si rē grandē dixisset ti
bi propheta facere debuitras 4.Reg.5 Ad hęc lupi illi. Nunquid & vos seducti estis. Nun-
quid ex principibus aliquis credit in eū aut ex pharisęis? Sed turba hęc quę nō no-
uit legē. maledicti sunt. Semp ergo boni isti sui similes esse pergūt: habētes frequēter in ore suo ꝟ-
bum hoc: seducit turbas, seducti estis, seductor ille dixit. Nēpe illis solis sol iustitię illuxerat, cęteris susti-
nētibus tenebras triduanas. Exo.10 Cū aliquādo pręses Berillus dixisset inter cętera beatę Sabinę: con
iunxisti te christianis: oblita es natalis tui, & deorū quorū iram vereor ne incurras, reuertere ad domum
tuā & dimitte hanc nefandā virginē seraphiam, quę male ficijs te & plures demētauit a deorum cultu-
ra, Sabina subiunxit. illius sanctę puellę de qua dicis, maleficijs eius me suasam, vtinam & tu suadere-
sis, sicuti & ego suasa sum, agnosceres enim veritatē: ad quā omnis homo natus est. Certi si seducti su-
mus, si persuasi, ab eo qui viam dei in veritate docet, seducti sumus. Quod aūt dñs verax sit, & verita-
tem doceat ipsi sunt testes, qui eū cōprehensum miserunt. Et vide mihi quibus argumētis isti; Achilleis
cōclusionem hāc blasphemam inferunt, videlicet eum seductorē esse. Nūquid aliquis ex pricipib⁹ credit
in eum! Ambro, Vt iuste videretur, nō credidisse, si multos cōspirationis suę fecissent socios, quia quod a
paucis defenditur, solet minus probatum videri. Vulpes aliquādo capta laqueo, vix abscissa cauda eua
sit. Conuocatis ergo cęteris, persuadebat quo turpitudinem suam celaret, vt omnes caudas sibi ampu-
tarent, superuacuum videlicet onus & indecens: & nulli vsui aptum. Cui vna ex illis respondit. Heus
tu nisi tibi hoc conduceret, nobis non consuleres. Hoc & isti. Referebat enim admodum sua ipsorum, vt
nullus crederet in dominum nostrum Iesum Christum, sed ipsi essent populi miserabil' anchora sacra. Ab
argumento igitur insipientię pleno contra ministros syllogizant, q; videlicet turba est quę credit: ipsi
secus, qui apud Esaiam principes vocantur Sodomorum. Sed audi Hieremiam. Indurauerunt faciem
suam supra petram, & noluerunt reuerti. Ego autem dixi. Forsitan pauperes sunt & ignorantes viam
Domini nostri Iesu Christi. Ibo ergo ad optimates, ipsi enim cognouerunt viam Domini, & ecce ma-
gis ipsi confregerunt iugum. Hieremi. Cap.5. Hieronymus. Cernens populi infidelis pertinaciam, hoc
mecum ratione tractabam, Forsitan vulgus ignobile dei non potest nosse doctrinam. Pauperes enim
sunt verbo Dei, qui opera victitant manuaria; & idcirco excusabile est, quia propter imperitiam Dei
non valet nosse mandata. Pergā ad eos qui pręsunt populo & loquar eis, ipsi enim voluntatem Domi
ni Iesu Christi cognouerunt. Et ecce ipsi magis confregerunt iugum. Quos magistros putabam; inuen-
ti sunt peiores discipulis, & quanto in diuitibus maior auctoritas, tanto maior insolentia peccatorum.
Sed turba hęc inquiunt maledicta est, & inquit ad hęc Rebecca idest ecclesia, super me veniat fili mi
hęc maledictio, & sanguis eius idest vitę sanguinis eius super vos. Vere ergo dixit. Chrysostomus, q;
pręstat proba ignorantia detineri; q; falsa opinione mancipari. Nam qui nescit, facile ratione conuin-
citur, qui vero scire se credit cum nesciat non potest facile veritatem suscipere, sed maiore sudore opus
est, vt anteq; vera inculcentur, falsa ex eius animo eijciantur, quia in charta vbi nihil scriptum est, fa-
cillime scribitur, litteris vero plena: non similiter certe, necesse est em̄ priora delere. Illud non est pręter-
mittendum, quomodo rudis populus & maledictus iuxta sententiam istorum: qui soli sapiunt, Gali-
lęi gens semi pagana, confines enim erant Gentibus: Samaritani Gens ex lex Chananęi ethnici, & pe-
ccatores & vt vnico verbo concludam Dæmones ipsi Dominum Iesum Christum confitentur Chris-
tum Dei, soli autem Sacerdotes & principes populi, penes quos erat religionis caput, id detractabant
tollentes clauem scientię, & alios prohibentes ne crederent: & dicentes, nisi populus hic execrabilis ita
q; expostulantibus Pharisæis, cur qui missi fuerant non obissent mandata, quasi qui iam seducti essent
a veritate: non excusant merum multitudinis: sed in genus fatentur, siquidem hoc animo adisse Iesum
vt eum caperent, sed breui oratione verum efficaci sic velut incantatos ac transformatos, vt quod des-
tinarant, reluctantibus animis efficere non potuerint. Et nescio si aliquod testimonium ferre potuerit i
synagoga pharisęis pręsentib⁹, q̄d magis eradicaret illorū pręduū cor incredēdo. Verū illi velut aspides sur
dę dissimulāt furorē animi sui, & mitt⁹ ministris q; pro destinata malitia sua respōdunt; cum dicunt:

Exo.14.
Psal.123.
1.Reg.16
Prouerbiū
1.Reg.25.
Sabina.
Matt.22.
Ambrosi⁹
Vulpes.
Cap.5.
Hierony
Gene.27
Matth. 25.
Chrysost.
Luce.11

Nũ & vos qui nostri estis: qui a Satana estis seducti estis cũ promiscua multitudine? Sed hanc multitudini reuelauit deus, quod Petro quãdo dixerunt, o rex israel, benedictus qui venit in noie domini. Et pro his maledictis Christus dominus factus est obprobriũ hoium, & tanq̃ male dictum in cruce pependit.

Matt. 16. Gala. 3.

Dixit Nicodemus ad eos ille qui venit ad Iesum nocte, qui vnus erat ex ipsis. Nunquid lex nostra iudicat hoiem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat. Dolẽdũ quidem est in tam cõferta multitudine scribarũ, seniorum principum sacerdotũ & populi capitũ vnum tãtum reperire qui veritati patrocinaretur, tot hinc inde impetitæ calũnijs, si iuxta prouerbiũ vni testi nec Cathoni credendum est, & iuxta philosophum vna hirundo non facit ver. Veruntamen si hoies tacuerint: veritas ipsa loquetur dicens: ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimoniũ perhibet de me qui misit me pater. Veruntamẽ Nicodemus vnus licet, tamẽ pro decẽ milibus cõputatur, quia magister erat in israel de quo Ioan. Cap. 3 Et quia in ore duorũ vel trium testium stat omne verbũ, habemus Saulũ qui & Paulum doctorem legis, doctũ ad pedes Gamalielis. Hic aũt quale testimoniũ perhibuerit veritati, qui edoceri velit, legat caput. 9. Actorũ apostolicorum. Denique iuxta eundẽ Lucã in actis Cap. 6. Multa etiã turba sacerdotũ obediebat fidei. Nicodemus igitur cũ intelligeret sacerdotes & pharisæos obstinatis animis cõiurasse in mortẽ domini Iesu, ita moderatur orationẽ suã, vt & veritati ferret nõ leue suffragiũ & irã eorum effugeret. Ea enim loquutus est, pro innocẽtia domini tuẽda quæ pro improbo quoque viro sed nõ dum testibus cõuicto dici poterãt. Nõ proprie Christum excusando velut insontẽ (erat enim discipulus christi occultus) sed obijcit q̃ dãnatur inauditus. Obijcit aũt nõ ex meritis christi, sed ex vi legis dicẽtis, iuste quod iustũ, &c. Nos inquit legẽ habemus, quæ nullũ (vt iscitum est) cõdẽnat, nisi aut deprehẽsum in flagranti delicto, vel confessum libere, vel conuictum testibus idoneis. De hoc habes in actis. Cap. 6. & Capi e. 24. item Cap. 7 in Iosue. Item Nũ. 1 Ca. Si ergo hic mos seruatur apud nostrates inquit Nicodemus iuris consultissimus, & idẽ mos seruatur apud Ethnicos, estque ius cõmune apud omnes gẽtes quæ rõne vtuntur, cõcedamus saltẽ hoc iuris huic, quod commune est omniũ, & ab ipsa lege datur maleficis. Quid aũt æquius quid verius dici poterat in proõ cinctũ veritatis? Volebat aũt Nicodemus vt eũ audirẽt isti aspides surdæ, quia forte & ipsi incãtarentur & mutarẽtur in alios viros, sicut qui missi sunt vt cõprehenderent illum. Sed audiamus orõnem Cæsaris in senatu clemẽtia plenã. Omnes qui de re dubia in medium cõsultãt patres conscripti, odio vacare debẽt, gratia, ira, misericordia atque cæteris animi affectibus qui plurimũ in causa sunt: vt quid verum sit nõ ita facile animus perspiciat. Nulli homini suæ iniuriæ paruæ videntur, multi etiam grauius ferũt q̃ par sit. Sed aliqs alia licẽtia est. Multo insignius peccãt, qui alto & excelso loco constituti sunt q̃ qui humili & obscuro. Quæ in priuatis iracũdia dicitur, in summo imperio superbia & crudelitas, vt quo amplior sit fortuna minor sit peccandi licentia. Nam q̃ decius cõsul tam acerbe de pœna differuit cõtra coniuratos, vt nouum suppliciũ excogitandũ diceret: ego & si certo scio, eũ reipublicæ causa dixisse, quæ dixerit, eius tamẽ sententiæ nõ subscribo. Tãtum enim abest vt maiores nostri per exquisitos cruciatus voluerint Romanũ ciuem necatum iri: vt lege etiam sit cautũ: ne verberari quidem possit. Ergo dimittamus eos dixerit aliquis, catilinæ q̃ exercitum augebimus? Minime, sed ita censeo, publicandas eorũ pecunias, ipsos in vinculis per municipia habẽdos, ne quis postea de his ad senatũ referat, aut cum populo agat. Qui aliter fecerit, cõtra rempublicam omniumque salutẽ fecisse credatur. Verũ quia iste vnus tãtũ erat, nõ persuasit prævaluit oratio portij Catonis, & cõiurati omnes laqueo necati sunt intra carcerẽ: Lẽtulus, Cethegus Statilius Geparius cum cæteris, Catilina aũt prælio cõcidit. Sed audiamus quem finem habuerit oratio Nicodemi pro tuenda veritate. Sequitur. Respõderunt & dixerunt ei. Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare scripturas & vide, q̃ a Galilæa propheta nõ surgit. Si propheta nõ surgit a Galilæa, multo minus Messias, ergo est falso propheta, morte pro inde dignus: Christus tamẽ nõ Galilæus erat, sed Betlehemites. Et reuersi sunt vnusquisque in domũ suam. Galilæum vocãt per cõtemptum: quasi dicant. Huic turbæ quæ ad legis scientiã per inde est quasi Midæ aures ad cytharam Apollinis venia dari potest, quæ ignorantiã potest prætendere, tu aũt qui magister diceris israel hæc ignoras, q̃ a prouincia Galilææ propheta nullus surrexit? Scrutare inquiunt scripturas: quo verbo eum ignorantiæ & desidiæ notãt in euoluẽdis sacris codicibus. Prætermisso aũt q̃ nugãtur isti doctores, forte autẽ & mentiuntur, sed nihil refert, nam a Galilæa surrexit magnus propheta Heliseus: & Tobias & Debbora. Quod argumẽtum est, nõ surrexit: ergo nõ surget. Sed & hoc prætermisso, q̃ a Nazareth verus propheta nõ surrexit, quid valet obiectio ista ad verba Nicodemi? Nec enim ille dixerat dominum Iesum prophetam esse, non enim de hoc magnopere laborabatur, sed quisquis is esset hominum, prophetarũ deorum ve, seruandum cum eo iuris ordinem, nec condemnandum (procul a Ioue & a fulmine) antequã audiretur. Sed quod tu iudicium requiris iuxta iuris ac rationis ordinem, vbi liuor iudex est: & testes ijdem ipsi qui accusatores. Sciebat enim Pilatus: q̃ per inuidiam dominum Iesum eradidissent sibi. Est autem hoc in hominibus acerbissimum, eum qui multum sapit minime potentem esse. Hoc quidam ex persis dicebat, qui inuitus Mardonium ducem sequebatur exercitus, malo ipsius & totius aciei. Quare ergo eũ sequeris? Hospes inquit, quicquid ex deo fieri oportet, id homini inevitabile est. Nihil verius. Vnus erat Nicodemus, & illi multi & sapientes apud semetipsos iuxta prophetam, & tamen iste vnus dissipauit omne consilium eorum (sicut olim ille bonus Chusi Arachites) non quia potens, non quia sapiens iuxta illorum sententiam, cui dicunt, scrutare scripturas. Vnde ergo vnus tot Demosthenum soluit consilia tot Ciceronum repulit argumenta, vt stabilire non possent consilia quæ apud se statuerunt? Quia quod Deus statuit apud se, id homini inevitabile est. Itaque reuersi sunt vnusquisque in domum suam in fecto negotio

Ioan 8. Deut. 17. Leui. 24. Cæsar. Actu. 22. Math. 27. Sententia. 2. Reg. 16. Psal. 32.

negotio. Forte autem quidam ex eis (quod opinando dicimus) imitantes Achitophelem, laqueo vitam finierunt. Sed id ipsi viderint. Nos hoc vnum scimus: q non dum venerat hora eius, vt transiret de hoc mundo ad patrem. Ioan. Cap. 13.

Caput. xv. De muliere comprehensa in adulterio & quo iure domin⁹ absoluit illā & remisit in domum suam.

A Iesus autē perrexit in montē oliueti: & diluculo iterū venit in templum. Et omnis populus venit ad eū, & sedens docebat eos. Adducūt aūt scribę & pharisęi mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medio, & dixerūt ei. Magister hęc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege aūt Moses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc aūt dicebant tentātes eum: vt possent accusare eū. Mediator dei & hoium homo Xps Iesus, qui salutem nostrā venerat operaturus in medio terrę: postq bonā diei partē in populi doctrina exegisset, quoniā carnem gestabat mortalem, imminēte nocte, secessit in mōtē oliueti in cuius decliuio erat Bethania gratū dn̄o ac nō infrequens hospitiū, in domo Marthę. Apud hierosolymitas enim velut Samaritanus habebatur, sicut patebit in cōsequentibus. Post gestem igitur noctis (debuit enim per oia fratribus assimilari) rursus diluculo sol iustitię ortus, venit in tēplum; & omnis populus cōfluxit ad eum, quia in veritate nunq̄ sic locutus est homo. Verbum aūt Regni Cœlorum quod ipse prędicabat incognitū erat apud iudęos: illud tantum docebantur: si me audieritis, bona terrę comedetis. Vnde illud Deut. 11. Terra ad quā ingredieris possidendam, nō est sicut terra ægypti de qua existi: vbi iacto semine in hortorū morē aquę ducūtur irriguę: sed montosa est & campestris, de cœlo expectans pluuias, quā dominus deus tuus semper inuisit, & oculi illius in ea sunt a principio anni vsq ad finem eius. Hec ibi. Item illud Genes. 27. Det tibi deus de rore cœli &c̄. De regno cœlorū nihil somniabāt: maxime cum multi eorū Sadducęi videlicet qui a iustitia hoc est cędec nomē acceperant: animę immortalitatē nō crederent. Sedens igitur dn̄s velut magister (Scimus enim q a deo venisti magister. Ioan. 3) Docebat eos, eo habitu significans se nihil timere pharisęorū insidias, quia sagittę paruulorū factę sunt plagę eorum. Nostis loquit Augustinus, quēadmodum sibi faciunt de cānis sagittas infantes. Quid feriunt aut vnde feriunt? Quę manus aut quod telum? Vere plagę eorū similes sunt eis quas pueri inferunt cum suis aculeatis sagittis. Dominus Iesus quē pridie tenere volebant, nunc docet, & in templo sedēs docet, & omnis populus venit ad eum, ipsis interim cōmanducātibus linguas suas pre dolore. Sed nunc operę precium est audire, in quo insidias tendūt clemētię domini nostri Iesu christi. Adducūt ei mulierem in flagranti crimine adulterij (malū nō infrequens apud deuotum femineum sexum) comprehensam. Iam ergo id exēplo ratum habeant pharisęi, q pertrahentes eā in templum et ad templi dn̄m, e templo extrahere nō licet. Nō eīm in tēplo dānantur hoies vltimo supplicio, sed absoluūtur, dicēte Salomone, 3. Reg. 8. Si peccauerit tibi populus (nō est enim homo qui nō peccet) & iratus, tradideris eos inimicis & captiui ducti fuerint in terra inimicorum longe vel prope, & egerint penitentiā in corde suo (obserua verbū, in corde suo) & cōuersi, te deprecati fuerint dicētes. peccauim⁹, inique egimus, impie gessim⁹: & reuersi fuerint in toto corde & orauerint contra terram (Require de Daniele mane) ciuitatē & templū tuum: exaudies in cœlo preces eorū. Hec igitur mulier peccauit, tradita est in manus inimicorum suorū, qui estis vos, cōuersa est in toto corde suo; orat in corde veniā peccati sui, dicens peccaui in coniugem, inique egi contra me, impie gessi contra te qui iudex crederis viuorum & mortuorum, miserere mei iuxta magnam misericordiam tuā. non potest non exaudire illā iudex iustus cui illam statuistis. Augustinus. Dicebant iudęi apud semetipsos. Verax putatur, mansuetus videtur, de iustitia illi calūnia nectenda est. Sed num quoquo modo ad illum pertinebat illius causę examinatio, qui nec iudex erat nec sacerdos? Quid dicimus, nō erat iudex: non sacerdos? Nonne eum tanq̄ impostorem & seductorem tradocebāt per ora vulgi? Nūc autē (si deo placet) magistrū eum vocant, cuius sententię cuiusq arbitrio stare velle se simulant, steteruntq etiam nolentes. Reuera aūt omni fariam ad eum pertinebat causę illius decisio, qui solus poterat legē reuocare quā tulerat. Lex quidē illam ream constituebat; sed secreto dei iudicio apellatum est a lege ad legis cōditorem: qui nō vult mortē peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Verūtamen legis lator nō reuocauit legē de adulteris: nō dispensauit in lege, sed exposuit quomō & a quibus sit executioni tradēda. Vt nō perdat (inquiunt isti boni) mansuetudinem, in qua populis amabilis factus est, sine dubio iubebit eam solui (omino verum suspicamini) & hinc occasionem nanciscemur occidendi illam. Hę sunt sagittę eorū, & hę plagę eorū. Sed nos interim loci cōgruitas de adulteris aliquid dicere cogit. Vide Herodotum de candaulo Lysdorum rege & de eius vxore. Lege & Hiere. 29 Mechati sunt &c̄ Et super hoc Hiero. Vide Platonē inde amore prope nescio quid delirantē. Nō te pigeat videre Augustinū casum nouū referentē Anthiochię de quodā viro qui auri libram debebat creditori. Refert autē audire Plutarchum de Alexādro loquētem in hunc modū, Quod pulcherrimū & gratia Regali dignissimum fuit, mulieres ingenuas modestissimas q captiuas quidē nullū ex eo turpe vel audisse vel intellexisse vel expectasse cōtigit, nec eas perinde ac in hostium castra, verū etiam in sacris ędibus castisq virginum cubilibus conseruatas, & nullius prospectas oculis vixisse. Et profecto Darij cōiugem vniuersas decore ac forma Reginas anteisse, quēadmodū & Darium cunctos specie ac

Ioan. 8 / Leui. 20. / Psal. 75. / Hebr. 2 / Ioan. 7. / Esai. 1. / Actu. 23 / Psal. 61. / Augusti⁹. / Asylum. / Dani. 6. / Augusti⁹. / Ezech. 18. / Herodot⁹. / Plutarch⁹. / Darius.

proceritaté viros supasse memoriç traditum est. Simillimas q̃ parẽtibus fuisse puellas. Has igitur si quã do Alexãder aspiceret, dicere g iocum solebat, dolores oculorum persiçe sunt puellç. Cõtra dum earum formis suç cõtinẽtię & modestię specimé ostendebat: ipsas velut exanimes statuas pretermittebat. Alexãder enim seipsum magis q̃ hostes domare opus Regiũ existimans (id quia nõ fecit Holofernes caput amisit) nõ has aut quãpiam ante suam coniugem preter vnã Barsenem attigit. Interim notãda singularis insania amor & Sichen filię sui & totius populi circũcidentis se vt vxorem duceret idem Sichen quam violarat. Et cum vxores dotatç veniãt in domum virorum, ipse vice versa augere inquit doté, & munera postulate: libẽter tribuã quod petieritis, rãtũ date mihi hanc puellam. Huiusmodi est amor cçcus. Nã Orpheus cãtu deos infernos demulsit, ab amore aũt superatus est vxoris. Argeus quibusdam laudantibus nõ suas sed quasdam ex vxoribus alienis, per deos inquit de vxoribus aliorũ nihil temere dicẽdum est. Ipsas prorsus ignarari quales sint: preter q̃ ab ijs quibus cũ viuũt. Verũ hic oppositum videm⁹. Nõ enim maritus adduxit mulierem in adulterio cõprehensam sed pharisçi. Hçc inquiunt mulier modo deprehensa est. Lex feminas ancillas propemodum fecit maritis. Vnde per legẽ sacrificium Zelotypię offerre compellebãtur. Quoniã igitur sçpe audiuimus vxores adulteras occisas a viris lege id permittente, de viro nihil eale legimus: ipsi quod de iure nõ possunt, de facto faciunt, idq̃ nõ raro. Quid est aũt quod faciunt de facto? Adulterãtur frequẽter, negant impudẽter, nec raro vxores e medio tollunt, id quod sçpe quidem tẽtauit Dalila, fecit aũt semel: quia nõ nisi semel fieri potest. Sed ad rẽ. Qui olim Susannã de adulterio sollicitarant, ex adulteris facti testes & iudices, nũc ipsi fiunt accusatores & testes & iudices: cũ dicunt, lex eam iubet lapidari, eã mox tradem⁹ populo lapidandam, nisi tu aliter cẽses. Sed quid respõdit is cuius solius iudiciũ est secundũ veritatem? Descendã & videbo. Genes. 18. Nam iuxta A. Gellium iudicia festinata pęnitẽtiam sçpe pariunt. Vide 2. Reg. Cap. 16. Optime, & obserua locum illum diligenter. Vnde Grçci cũ vrgentur ad sententiã ferendam antẽq̃ de causa liqueat, respondent, patres suos apud antipodas solem nõ vidisse: sed expectasse donec & ipsis oriretur. Dicunt enim properam esse viatorẽ, qui crassis adhuc tenebris aggreditur viã: Vnde cũ fœmina quędam virũ interemisset & filiũ eiusdem quia ab eis optimę indolis filiũ quẽ ex priore marito susceperat cõperisset occisum, adducta ad iudicem Dolobellam, ipse Athenas ad Areopagi cognitionem tanq̃ ad iudices grauiores causas detulit: quia nec absoluere duplici cçde contaminatã, nec punire tutius iusto dolore cõpulsam sustinebat. Illi inspecta causa, & accusatorẽ & fœminam post centum annos redire iusserunt. Iã dominus qui sciebat pharisços vndecunq̃ fenestram quçrere qua ingressi accusarent eum, quid respõdit zelatoribus legis Mosaicç & patronis castitatis, quã ipsi nec a limine salutanãt? Verbo quidẽ nihil respondit, sed inclinatus in terram deorsum digito scribebat. Anteq̃ enim se inclinaret in terram, nõ in terra scribebat sed in lapide. Iam fructuosum aliquid erat terra de domini litteris pariturum. In lapide scripserat, significans duritiem iudęorum. In terra scripsit, significans fructũ christianorũ. Scripsit ergo in terra, nolo mortem peccatoris qui ante in lapide dedit in lege scripserat. Leui. 20. Adultera lapidetur. Augustinus. Peccata nostra pęnã merentur nõ veniam: attamen tu dñe publicanis, meretrices & latrones, qui de vẽtre ceti cruci, sinu excipiuntur pastoris. Licet enim domine in cũctis operibus tuis sis mirabilis mirabilior tñ crederis in operibus pietatis. Si pęniteo, parcis, si redeo suscipis: dum differo prçstolaris: si dormito excitas, si cũctor pulsas, dicisq̃ de singulo nostrum, seruate mihi puerũ Absalom (2. Reg. 18) Et aliud, misericordiã aũt meã nõ dispergam ab eo. Quod si nõ me correxero, tot iudicibus astabo, quot me prçcesserunt in ope bono, tot arguẽtibus cõfundar, quod mihi prçbuerunt bene viuẽdi exẽplar, licet nõ ignorem, q̃ quãto superior est deus hoĩe: tãto peccata nostra inferiora sunt eius bonitate. Nã & quod dominus inclinatus scribit, bonitati suç acceptũ ferre debemus, ne vultum cõfunderet fœminç, quç nudata erat castitate, id qd̃ videre licet in parentibus nostris. Nõ ergo dixit dominus, nõ lapidetur, ne legẽ videretur abrogare. Nec rursus dixit, lapidetur: absit, in tẽplo enim erat, & ad pedes eius qui ouem cẽtenariam quęsiturus venerat. Inclinatus igitur scribit in terra nescio quid. illud scio q̃ scripsit inclinatus, quia nõ secundũ visionem oculorum iudicabit, nã adulteram publicã modo quodam mirabili absoluit, adulteros secretos contra faciem suam ipsorum statuit, dicens, qui sine peccato est &c. Opus suũ probet vnusquisq̃ inquit Paul⁹. Gal. 6. Nunquid enim si sacerdos malus est, inde solatium capiet subditus? Vnusquisq̃ reuera onus suum portabit. Cũ ergo perseuerarent interrogãtes: erexit se, & dixit eis. Qui sine peccato est vestrum ἀναμάρτητος, anamartitos: primus in illam lapidem mittat. Quod si dicamus pharisços illos & scribas numero 40, deuouisse se nõ manducaturus, donec lapidarent illum, si cõtra legem pronũtiarẽt, ideoq̃ armatos venisse lapidibus? Forrasse enim ideo instabãt, sed malo suo, nã inciderũt in foueam quã fecerant. Quid ergo dicit iudex? Lex iusta iustos item habeat ministros, ac pro inde si quis vestrum impeccabilis est, hoc enim significat vox illa anamartitos, licet illi per me vt primus in illã lapidem mittat. Gregorius. 14. Mor. Cap. 15. Ad aliena punienda peccata isti festinãbant, & sua reliquerãt. Reuocantur ergo ad cõscientiã intus, vt prius propria corrigãt, & tunc aliena (si zelũ dei habẽt) reprehẽdãt. Hinc est q̃ cũ tribus Beniamin in carnis scelere fuisset obruta, collectus omnis israel, vlcisci iniquitatem voluit. Sed tamen semel & iterum in belli certamine ipse postratus est: tertia aũt vice peccatricẽ tribum valde feriens, pene funditus extinxit. Quid est q̃ in vltione sceleris israel inflamatur, & tamen prius ipse prosternitur, nisi q̃ prius ipsi purgandi fuerãt, per quos aliorum culpç feriuntur, vt ipsi iam mũdi per vltionem veniant, qui aliorũ vitia corrigere festinãt? Nicolaus. Vmbrici cũ controuersias inter se habẽt: pugnant armati sicut in bello, & qui suos aduersarios interemerint, iustiorẽ causam habuisse videntur. Primus igitur lapidem illi mittat, qui cũ Paulo dicere potest, nihil mihi cõscius sum. 1. Cor. 4. Qui sine pec-

Margin notes: Iudith. 13. — Gene. 34. — Orpheus. — Argeus. — F — Num. 5. — Iudi. 16. — Rom. 2. — A. gellius. — G — Historia. — Exod. 32. — Ezech. 19 — Augusti⁹. — H — Psalm. 88 — Genes. 3 — Luce. 15. — Esai. 11. — I — 5 q. 7. Qui sine peccato en Capi. postulat⁹. — Actuũ. 23. — Psal. 7. — Gregorius — K — Iudi. 20. — Figura.

sine peccato est inquit. O vocē libertatis plenā & quā ille solus vsurpare potest, qui dixit. Sed quare non instant, quis te constituit iudicē nostrum? Tu quis es, qui iudicas de aliorū interiori cōscientia? Cū id dei solius sit; qui loquitur p prophetam, prauū licet cor & profundū ego dñs scrutor. Nēpe metuebāt sibi, ne adhuc acrius ferirentur. Chrysippus in libro de honesto & voluptate imaginē iustitię facitq fieriq; solitā esse dicit a pictoribus rhetoribusq; antiquis ad hūc ferme modū, referente. A. Gel. lib. 14. Cap. 4. Forma atq; filo virginali, aspectu vehementi atq; formidabili, luminibus oculorum acribus: neq; humilis neq; atrocis, sed reuerēdę cuiusdā tristitię dignitate. Ex imaginis aūt istius significatione intelligi voluere iudicē qui iustitię antistes est, oportere esse grauem: sanctū, seuerū, incorruptum, inadulabilē, cōtraq; improbos nocētesq; immisericordē atq; inexorabilē, erectū q; & arduū ac porētem vi & maiestate ęquitatis veritatisq; terrificum. Et quidē huiusmodi facies iustis grata, iniustis molesta est. Id vobis manifesto sit inditio atq; argumēto, q postq; iudex erexit se, & intuitus est eos dicēs, qui sine peccato est vestrū (memēto iudę & Thamar) primus lapidē mittat, nō sustinuerunt verbū (imo lapidē aut fulmē quo percusserat cōsciētias singulorū) Quin nec faciem eius: nam cōtinuo fluxerunt sicut cera a facie fulminis. Sequitur. Et iterū se inclinans scribebat in terra. Forte illud iuxta Ambrosiū, vides festucā, quę est in oculo fratris tui, trabē aūt in oculo tuo nō consideras? Quid enim si dicamus pharisęos istos castitatis patronos nō semel ad eūdem offendisse lapidem adulterij: cū fęmina hęc semel offenderit? Et illi nullum reperiunt accusatorem ista aūt multos, eosq; nō vltimę classis. Vę tamen impio in malum. Esai. 3. Sequitur. Audientes aūt hęc, vnus post vnū exibāt incipientes a senioribus. Vsq; ad postremos, & remāsit solus Iesus, & mulier in medio stās. Discipuli tamen ibi aderant. Scribebat igitur dñs in terra, vt aliud agēdo, & multo diuersius ab eo quod rogabatur: pharisęos ad quęrendū in solertiores redderet, quo deinceps ex respōso maiore verecundia discedere cogerentur. Terra inquit terrā accusat. Bis ergo scripsit in terra, quia tabulę legis bis exaratę fuerunt populo illi adamātini cordis. Zach. 7. Scribebat aūt in terra iuxta Hieronymū eorū peccata qui accusabāt, & oīum peccata mortaliū, iuxta illud, recedentes a te, in terra scribētur. Alij dicūt q scribebat illa verba, qui sine peccato est vestrum. Scripsit bis, primum refellens sycophātas illos, secundo scripsit, absoluēs adulterā. Quod aūt scripsit sentētiā proferens inclinatus, illud significat q manus Moā alioqui grauissimas suis manibus hyacinthis plenis leues reddidit, nā manus Mosi minimus digitus grossior erat dorso veri Salomonis. 3. Re. 12. Requirēdum est aūt num inueterati isti semē Chanaam & nō Iuda secū habitātes & manticā suā proprius inspiciētes, ac sic a cōscientia perculsi: abscedunt? Bona verba, meliora loquere ac sanciora. Quare ergo vnus post vnū egrediuntur, incipientes a senioribus? Forte seniores ętate & capularij, iuniores erāt libidine. Ita q fraudati a spe sua, nō inuenientes an am vt accusarent eū, abscedūt. Fugit enim impius, nemine persequēte: Prouer. 28. Verū cōscientia mille testes est iuxta Prouerbium. Bias interrogatus quę nā res in vita metu careret, bona cōscientia respōdit. Periāder rogatus, quid esset libertas, recta cōsciētia dixit. Quod si requiras ab istis proditoribus castitatis quare nō adduxistis & adulterum? Respōdebunt id quod legis in Daniele. Cap. 13. Aperto ostio, abijt, & nequiuimus cū cōprehendere. Quid aūt si adulter aderat inter pharisęos? Nec miveris hoc, quia & alias Thamar accusata, & sentētia prolata a iudice (sed incōpetēti) inquit, dicite iudici, q sentētia sua ipso iure nulla est, alioqui agnoscat quis deposuerit pignora hęc penes me, eius enim vterū porto, ipse aūt nesciens, in gemellos senrenriā protulit, qui est criminis caput. De hoc diximus alias. Erigens se aūt Iesus, dixit illi. Mulier vbi sunt qui te accusabant? Nemo te cōdenauit? Quę dixit. Nemo domine. Dixit aūt Iesus. Neq; ego te cōdēnado. Neq; ego te cōdemno, κατακρίνω, catacrino. Vade & iam amplius noli peccare. Hęc est prima pars iustitię, vt eos qui idonei testes nō sunt vel accusatores iudex bonus a suo ablegęt tribunali. Illis igitur digressis, erexit se iudex iustus & patiens: & dulci alloqui cōpellans mulierē: ne forte absorberetur maiore tristitia, mulier inquit vbi sunt qui in te sęuire volebāt (potius cōtra me) Nam ego nescio vbi sunt: quia indigni sunt sciētia mea. Vt video inquit illa: cōsulētes rebus suis, fugerūt ne audirent quod Dauid ex ore Nathā, tu es vir qui fecisti hāc rem. Discesserūt igitur, ne forte paterentur eadē vel similia quę senes illi apud Danielē, Cap. 13. Nemo te cōdēnauit. Nemo dñe. Deus qui iustificat quis est qui cōdēnet? Nū Iesus qui cū lachrymis & clamore valido orauit pro nobis patrē? Verū apud te nullus iustificabitur, aut sicut dixit Moses seruus tuus: nullus apud te Perse innocens est, & ideo tu potes me cōdēnare, qui solus potes facere mūdū de immūdo cōceptum semine. Iob. 14. Sed nunquid creatura clemētior erit suo creatore? Igitur neq; ego te cōdemnabo. Augustinus. Sed quid est domine? Nanq faues peccatis? Nō plane: sed vade & iam amplius ne pecces. Ergo et dñs dānauit, sed peccatū, nō hominem. Nā si peccatorū fautor esset, diceret, neq; ego te cōdēnabo, vade & viue vt vis, de mea liberatione esto securus. Ego quātumcūq; peccaueris: te ab omni pęna etiam gehenę & inferni terroribus liberabo. Nō hoc dixit, sed noli deinceps peccare, ne deterius tibi aliquid cōtingat, quia si nō vigilaueris: mouebo cādelabrum tuum de loco suo. Apoc. 2 Cōferamus aūt clemētiam dicētis, neq; ego te cōdemnabo cū seuitia C. C. C. Qui malo totius reipublicę Romanę natus est. Cū enim ad saginam ferarū muneri pręparatarum carius pecudes cōpararentur: ex noxijs laniandos annotauit, & custodiarū seriē recognoscens, nullius inspecto elogio, stans tantū modo, intra proticum mediam, a caluo in caluum duci imperauit tanq; pecora ad victimam. Deniq; quosdam ad bestias dānauit, nō ob aliud: nisi q nunq; progeniē suum detestassent. Ad hęc Augustinus super illud Hiere. Cap. 3. Si dimiserit vir vxorem suam. In euāgelio postq; Christus dixit adulterę, neq; ego te cōdēnabo, quis nō intelligat, debere ignoscere maritum, quod videt ignouisse dominū amborum? Nec iam se debere adulteram dicere, cuius pęnitentis crimen

Marginal letters and notes: A; B; C; D; E — Hiere. 17. Chrysipp. Psal. 67. Ambros. Matth. 7. Hierony. Hiere. 17. Exo. 17. Prouerbiū. Genes. 38. 2. Cor. 2 2. Reg. 12 Hebre. 5. Exo. 34. Augusti. Ioan. 5. Caligula. Augusti.

2. Reg. 3. *Augu li.2.* *Ambros.2* *lex de adulteris.*

crimē, diuina credit miseratione delectū. Sic Dauid Saulis filiā quā pater eiusdē ab eo separatā dederat alteri, tanq̄ noui testamēti prefigurator, sine cūctatione recepit, imo diligēter repetijt. Alioqui si vos o viri impunitatem hinc datā putatis vxoribus vestris, siquis vestrū sine peccato isto est, primus in illam lapidē mittat. Et hinc factum est inquit August. ut quidā presumptores fidei minime, hoc caput de muliere adultera e suis codicibus auferrēt. Legāt igitur isti, quid imperator Antonius nō vtiq̄ christianus de hac re cōstituerit, vbi maritus vxorē de adulterij crimine accusare nō sinitur, cui moribus suis nō prebuit castitatis exēplū ita vt ambo dānentur, si ambos pariter impudicos cōflictus ipse cōuicerit. Per iniquum enim mihi videtur esse, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quā ipse nō exhibet. Hec ille de adulterinis coniu. Lib. 2. Capite. 8. Ambros. Nemo te cōdēnauit. Nā cū rene occiditur, persona magis q̄ culpa punitur. Vbi vero culpa deponitur, absolutio personę est, pęna peccati. Amplius ne pecces, hoc est, ex quo te Christus redemit, corrigat gratia: quā pęnā nō emendaret, sed plecteret. Subijciamus pro coronide huius pericopes legē de adulteris feminis, quę cōdita est a sex & sexaginta episcopis anno domini sexcētesimo. 31. Regnāte in hispania & Gallia Sisuando Gotho: Femina in adulterio deprehensa quę cōgressa est viro vxorato, tradatur potestati vxoris eius quęcū adulterata est, vt vlciscatur se iuxta beneplacitum suum. Item altera lex siqui reperti fuerint vicio sodomitico subiecti, q̄ primū castrētur, abscindātur & tradātur episcopo, qui eos in carcerē detrudat vbi pęniteāt, porro vxoribus eorū liceat nubere. Hec ibi. Sed oīa tēpus habent. Et annotanda prisca cōsuetudo veterū, iuxta quā si calculi infragantiū essent ęquales, absoluebatur potius reus q̄ dānabatur. Si quęras quare hoc potius q̄ illud. Respōdet philosophus: multis nomothetis visum esse conuenire, vt reliquis partibus, reo magis q̄ actori faueatur. Vel q̄ accusator accedit paratus, ac pręmeditatus, reus ad multa nō preuisa compellitur respōdere. Vel q̄ cōsentaneū sit reum vt qui maiore periculo dicat, ob metū quędam pretermisisse potius q̄ actorem. Vel q̄ in ancipiti negotio, potius ad eā partem oporteat vergere, vbi si forte sit erratum, peccetur leuius. At minus est malū absoluere nocētem, q̄ innocētem dānare, presertim in capitalibus causis: vbi si contingat errare iudicem: non est quo faciat in posterum erratum suum, extincto homine. Contra si elabatur nocens, poterit alio iuditio pęnas dare. Vel q̄ accusatio propior est suspitioni maliuolentię q̄ defensio, sicut in presentiarum factum est, & ideo qui iudex fuerat interpellatus a maleuolis accusatoribus, factus est aduocatus adulterę, subiecit tamen, amplius noli peccare.

Lex altera.

Caput. xvi. Ego sum lux mūdi, & de hoc multa. Ego vado & queritis me: & in peccato vestro moriemini. Tu quis es? Principiū qui & loquor vobis. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis: & c.

Iterum ergo loquutus est eis Iesus dicēs. Ego sum lux mūdi. Qui sequitur me nō ambulat in tenebris, sed habebit lumē vitę. De hoc dictū est Ioan. 1. Ibi, erat lux vera. Principio annotandū, q̄ cum Dñs dicit, sum lux mūdi, ostendit q̄ ante aduentū suum in mūdū, mūdus in tenebris erat, id quod prefigurauit, q̄ sol quarto die creatus est, vt intelligas tria tempora precessisse eius aduentū videlicet ante legē, sub lege, & in initio gratię. In ortu quidē suo noua quędam lux orta visa est populo dei de qua Lucas, claritas dei circū fulsit illos. Cap. 2. Et Matthęus, ecce stella quā viderant precedebat eos, sed lux ista paucis illuxit, tribus vel quattuor pastoribus, demus fuisse decē: & tribus magis. Factus aūt annorum/30. Cępit explicare radios suos, predicare regnū cœlorum, & sanare quēuis morbum, vnde cęperūt adolescentulę quaqua versum currere in odorem vnguētorū suorum. Canti. 1. Secundo annotandū: q̄ cū dicit sum lux: ostēdit: q̄ est maxime a nobis cognoscibilis. Nihil enim videri potest sine lumine, lumine ipso excepto. Videbimus enim aliquando lumē in lumine tuo, hoc est videbimus deum nō per speculum, nō in enigmate, sed facie ad faciē. Ad hęc Seneca. Quid est in quo erratur, vt cū omnes optēt vitā beatā vix vnus ex centū illam attingat: in hoc videlicet q̄ nolunt illud sine quo nō bene viuitur. Nam & illi qui beati sunt, nō propterea sunt q̄ bene viuere voluerunt, sed quia bene vixerunt. Mali aūt beati esse volūt: bene viuere nolūt. Nam cum summa vitę beatę sit solida securitas, sollicitudinis colligūt causas & per insidiosum tramitem, nō tantum ferunt sarcinas sed trahunt, ita lōgius ab effectu eius q̄d perunt semper abscedūt, & feruntur retro, quod euenit in labyrintho properantibus, ipsa illos vellocitas implicat. Certe Laban nunq̄ post dies septem cōprehenderet sanctum Iacob, si per inde vacuus rediret sicut Iordanē transierat. Nūc autem quattuor comitatus vxoribus reuertebatur in patriam, ac numerosa prole multoq̄ cū pecore. Qui aūt sequitur eū qui exultauit vt Gigas ad percurrendā viam, nudus sicce sequatur, cōsequetur eū nunq̄, quippe qui nec illud habuit quod habet vel vulpes. Sed ad rem. Anaxagoras rogatus, ad quid homo natus esset, respōdit nō minus impudēter q̄ mendaciter, solis cœliq̄ vidēdi causa natus est homo. Et hāc vnam vocē mirātur omnes philosophi, ac tāto philosopho dignā iudicāt. Illud aūt cōsequitur ex hac positione, vt homo cęcus homo nō sit. Deniq̄ vt iste nō videatur oīno desipere, nō defuerōt qui dicerēt, Christū dñm solem fuisse istum oculis carnis visibilem expositū & publicū nō tantū hoībus sed etiā & iumētis ad videndū. Sed si sol iste est christus dñs, quomō verum est oīa per ipsum facta sunt? Sed hec quoniā vel cęcis nota sunt, transeamus ad alia. Vocatur tamē deus sol iustitię in Malachia Cap. 3. Et Ioannes dicit, deus lux est, & tenebrę in eo nō sunt vllę, quo sermone ostenditur iuxta Hieronymū: oīa aliorū lumina aliqua sorde maculari. Inde illud viri iuxta cor dei. Deus meus illu-

Ebre. 8. Cap. 2. *Psal. 35.* *1. Cor. 13.* *Seneca.* *Gene. 31.* *Figura.* *Matth. 8.* *Anaxagoras.* *Ioan. 1.* *Hierony.*

meus illumina tenebras meas. Cęterū referente Plutarcho, Anaximāder/Metrodorus, Crates solē omnium planetarū supremum asseuerat: post quem lunā, infra hos errātes inerrantesq; collocāt. Plato post hęrentiū situm primū locat Saturnum, secūdo Iouem, tertio Martē: quarto luciferū, quinto Mercurium sexto Solē, septimo Lunā. Solem Anaximāder terrę ęquale dixit, Heraclitus aūt latitudine pedali, Epicurus tātus esse quātus apparet. Xenophanes cōplures soles arbitratur, Lunas q; per alios atq; alios terrarū tractus. Id q; argumēto esse potest, q; iuxta Pliniū aliquando visi sunt soles duo, nō nunq; & tres. Hęc & multo plura philosophi illi qui sapiētes habiti sunt nugati sunt. Quoniā enim antequā verus nobis oriretur sol, nullus homo de cęlo descēderat, qui tenebras has cimerias fugaret, sicuit vnicuiq; sicut dicit Lactātius suam de sole luna & astris deq; beatitudine Academiā instituere. Verū quod veritas dicit id tantū verum est: qui sequitur me, nō ambulat in tenebris. Nā si de sole isto materiali intelligas, q sequitur me: nō ambulat in tenebris, sequere eū qui mane oritur: & videamus si nō in tenebris ambulabis. Nōne cum occiderit, quātumcūq; post illum curras, in tenebris remanebis? Licet enim tu eū nō deseras: ipse tamē deseret te. Quid quod ille semp tendit ad occasum, tu aūt forte ad oriētem festinas. Vocatus est aliquādo Cęsar sol oriens, imo ipse seipm vocabat, idē & Pōpeius, idē legimus de Alexandro sed soles istos quicūq; sequuti sunt, quia in tenebris ambulabāt, ligatis manibus proiecti sunt in tenebras exteriores. Illū ergo sequere quē tenebrę nō cōprehēderunt, de quo Tobias: quale gaudiū est mihi, qui lumē cęli nō video: illum sequere de quo inferni incolę dicturi sunt, ergo errauimus (sero sapiūt phryges) a via veritatis, & iustitię lumē nō illuxit nobis. Verū quod pace eorū dico, nugātur, illuxit enim eis sed ipsi oculos suos clauserunt, aut declinauerūt cū sensibus illis capularijs, ne recordarētur iuditium dei iustorū. Vnū est autem quod vel maxime auertit homines a sequela solis huius, quoniā via qua eos ducit ardua est, & angusta, & a paucis teritur, hanc q; primū ingressus fueris, atergo insequetur te Pharao cū exercito suo, a frōte aūt Edom, dicens, nō transibis per me, alioqui armatus occurram tibi. Nū. 20. Ita dicebat Hieronymus Iouiniano ęquāti nuptias virginitati. Ne glorieris q multos discipulos habeas, filius dei docuit in iudęa, & duodecim illum apostoli tātū sequebantur. Torcular calcauit solus, & Petri quoq; erga eum trepidauit cōstantia, Pharisęorū autē doctrinę omnis popul⁹ applaudebat dicēs: crucifige crucifige eum. Ioan. 19. Nā reuera iuxta prouerbiū difficilia quę pulchra. Eusebius. Principatū gerens, ne reminiscaris iniuriarum & dissensionum & inimicitiarum, si quę tibi priusqū aliquibus intercerūt nō enim ad regnandū promotus es, vt teipsum vlciscaris, sed vt custos esses magnę deę iustitię minister atq; interpres. Principatū quem geris, exorna, teipsum aūt nō immutes. Locū tuum ne dimiseris. Rectorē te posuerūt, &c. Ne magis alios hoīes reuerearis, q teipsū, neq; magis de linguas, si nemo rescicturus sit, q si omnes. Epictetus. Sicut sol nō expectat precea & prestigias vt exoriatur, sed illicō fulget ita & tu spōte bene fac, & ęque ac sol amaberis. Ita dicit lux mūdi, estote clemētes sicut pater vester, q solem suum oriri facit super omnes. Ipse est Christus deus noster. Qui igitur sequitur solem qui occasum nescit, habebit lumē vitę. Dixit Esau frī suo Iacob. Gradiamur simul, & Ero comes vię tuę. Et ille. Nosti domine q paruulos habeā teneros & oues & boues fętas, quia si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. Pręcedat dn̄s ante seruum suum (in columna nubis, vel sicut stella Magos) & ego sequar vestigia tua paulatim, sicut videro paruulos meos posse: donec perueniā ad montem dei Oreb. Id futurū est sero licet, si nō respicias cum vxore Loth, si nō recedas a via, mugias licet pro vitulis reclusis. 1. Reg. 6. Si nō dormites cum Helia, 3. Reg. 19. Ne forte audias: nescio vos. Dixerunt ergo pharisęi. Tu de teipso testimoniū perhibes, testimoniū tuū nō est verum. Respōdit iesus & dixit eis. Etsi ego testimoniū perhibeo de me ipso: verum est testimonium meū: quia scio vnde veni & quo vado: vos aūt nescitis vnde venio aut quo vado vos secūdū carnē iudicatis: ego nō iudico quenq;. Et si iudico ego: iuditium meū verum est: quia solus nō sum, sed ego & qui misit me pater. De seipso in neutram partem loquendū philosophus docet. Nā seipsum laudare nulla cogēte necessitate, ac dicere: nullo licet audiente nō sum sicut cęteri omnes, insignem stultitiam arbitratur Paulus. 2. Cor. 11. Seipsum aūt vituperare, id licet tolerabilius (fuimus enim nos aliquādo insipientes inquit magnus Paulus vas electionis) deiecti tamē animi est, nisi fiat deo tantū teste, vt dicas, peccaui domino. 2. Regū. 12. Deus propitius esto mihi peccatori, loquar dn̄o cum sim cinis. Genes. 18. Quod si aliquoties viri sancti meritorū suorum recensent catalogum, semper tamē coronas subijciunt pedibus dei. Apoc. 4. Sicut Dauid gloriatur apud Saulem q occiderit Leonē & vrsum, sed vt fidem sibi cōciliaret de occidendo Goliath. Sic Iob Cap. 31. Per totū Gregorius. Iob id circo res gestas & virtutes suas tā latius narrat, quia inter increpationis verba deprehensus & percussionis verbera a spei fiducia mētē suā labe factari cōsiderat. Multa quippe & egisse se mala ab amicis suis audierat. Et ne verbis pariter & flagellis pressa in desperationem mens corruat, hāc per suarū virtutum memoriā ad spem reformat, vt nequaq; se debeat in calamitate deijcere, qui trāquillitatis suę tēpore meminerat tā sublimia egisse. Paulus vero peccata nullo cogēte explicuit. 1. Timo. 1. Reuelationē aūt illā beatā, vix necessitate adactus, post annos quattuordecim retulit, nec tamē apertius, sed scio hoīem inquit. Quod vero dn̄s se lucem mūdi dicit, principio quidem quid māgnū de se dicit? Qui perpetua mūdum rōne gubernat, tempus ab ęuo ire iubet, & stabilis manēs dat cūcta moueri terrarū cęli solisq; sator. Loquitur tamen de se pro capite nostro, cui silet omnis laus. Refert aūt nostra & admodū refert scire, q ipse sit lux mūdi: quē qui nō sequitur, toto errat cœlo. Proinde & si ipse de se ferat testimoniū: testimonium eius summa veritate fulcitur, esto id iura nō permittant, quod tamē referente Val. Max. Aliqū cōcessum est alicui. Sed nemo verius hoc facere potuit q Christus dn̄s qui nō quęrit

Marginalia: A, B, C, D, E; Plutar. Plato. Xenophanes. Lactātius. Matt. 20. Cap. 3. Sap. 5. Figura. Exo. 14. Hierony. Esai. 63. Genes. 33. Figura. 3. Reg. 19. Genes. 19. philosoph⁹. Luce. 18. Titum. 3. Luc. 18. Gregorius. 1. Reg. 17. 2. Cor. 12. Psal. 68.

querit gloriã suam sed est pater eius q̃ quęret. Et testimoniũ ei⁹ verissimũ est. Vnde merito ipse dicit. Et ego sum qui testimoniũ perhibeo de me ipso, quia is sum qui mẽtiri nescio, mẽtiri nõ possum etiã si velim, vtrũq; aũt impossibilis. Verũ est ergo testimonium meũ, quia scio vnde veni & quo vado, vtrunq; vos ignoratis. Dictũ autẽ est in pręcedẽtibus, q̃ dñs Iesus habuit testimoniũ ab angelis a dęmonibus, a pastoribus a Magis, a Simeone & Anna, a Ioãne baptista sępe sępius: a patre de cœlis, & a suis discipulis: & tamẽ si nullũ esset hoĩs de me testimoniũ inquit, si solus de me testificarer; nihilominus si sciretis qui sim: & vnde venerim, nõ tam atros mihi cõuitium irrogaretis, dicentes veritati: testimoniũ tuum non est verum. Homines igitur possunt falli & fallere, mẽtiri & mẽdatiũ dicere, in me nullum istorum cadit.

Prouer. 8.

Quare ita? Nihil ex me loquor, sed ex ore eius vnde prodij primogenitus ante omnẽ creaturam, nec alio tedo q̃ ad exaltandã gloriam eius a quo missus sum. Cęterũ iudęi scire vnde veneras dñs Christus aut quo ibat, nõ poterant, quia sciri nõ potest, põt tamen credi. Quo nõ autẽ possit sciri reuelatione patris vel filij, dictũ est Matt. 11. & 16. Cap. Quid est aũt, vos secundum carnẽ iudicatis? Id tamẽ de me creditis quod videtis: side videlicet Gręca. Hoiem tantũ creditis, cuius testimonio nõ statur, si quãdo de se ipso testificatur, nisi iuxta quod iura sanciunt aliquãdo statur iuramẽto alicuius decisorio, quia aliter liquere nõ potest de causa. Et hoc modo videlicet iudicare iuxta visionẽ oculorũ, christ⁹ dñs nullum iudicat, sed cor ipsum rimatur & intuetur. Iudiciũ igitur vestrũ prauum est, quia impie dãnatis in vestrũ ipsorũ malum, quod amplecti debueratis vtraq; manu, ego nullum iudico, nũc enim tempus est miserẽdi.

1. Reg. 16. Psal. 11. Iob. 36

Iudicãdus enim veni nõ iudicaturus, & causa mea quasi impij iudicabitur, verũ si iudicarẽ aliquẽ iudicium meũ verũ esset: quia nõ sol⁹ ferrẽ sententiã, sed ego & pater qui misit me. Et in lege vestra scriptũ est: q̃ duorũ hoĩum testimoniũ verũ est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimoniũ perhibet de me qui misit me pater. 2. q. 4. Cap. 1. 3. q. 2. Cap. Admonere

Danis. 13.

Id quidẽ scriptũ est Deut. Cap. 17. In ore duorũ vel trium peribit qui interficietur. Nemo occideter, vno cõtra eum dicente testimonium. Id temẽ si esset vsquequaq; verum, diceretur vere littera legis interfetris. Nã duo testificati sunt cõtra Susannam: nec tamẽ stetit testimoniũ eorum, nõ autem stetit: quia separati sunt ad inuicem. Cõtra sanctũ Naboth nõ duo tantũ, sed maior forte pars ciuitatis stetit, auctrice tanti sceleris impijssima Iezabele.

3. Reg. 21.

Stetit aũt ad tempus, tamẽ recidit sup caput eius, quãdo pręcipitata est e fenestra, 4. Reg. 9. Verum si duos istos vel tres intelligas patrẽ & filium & spiritum sanctum, tunc vere dixit scriptura, in ore duorũ &c. Ad hęc Chrysost. In his quidem in ore duorum vel trium testium stat omne verbũ, nullusq; horũ sibi ipsi testis esse potest, sicut nec vnus solus (Cato licet) est fide dignus. Denique homo cũ a se ipso dignus fuerit fide, testimonio nõ indiget in aliena re. In propria vero cũ testimonio alieno indigeat, nõ adhuc dignus est fide. Hic vero totũ est cõtrarium. Et enim in propria re testans & ab alio testimoniũ habens vnicum tñ videlicet a patre. dixit se fide dignũ esse.

Chrysosto

Dicebãt ergo ei. Vbi est pater tuus? Sed si pater Christi est deus vane rogant vbi sit, vnde nõ merentur audire responsum. Respondit Iesus. Neq; me scitis, neq; patrẽ meum. Si me sciretis, vtiq; & patrẽ meum sciretis. Hęc verba loquutus est Iesus in gazophylatio docẽs in tẽplo, & nemo apprehendit eũ, quia nondũ venerat hora eius. Illi quidẽ simpliciter videntur interrogate, tamẽ iuxta Theophyl. improperabant ei, quasi ex adulterio vel fornicatione genito, & propriũ genitorẽ ignorãti, sicut modo vocãtur. S.P. Vel tanq̃ homini, quẽ naucipenderent, eo q̃ pater eius putabatur Ioseph, quasi dicãt, Ignotus & tressis homo est pater tuus, quid toties nobis nescimus quẽ patrem inculcas? Nisi forte tu es alter Melchisedec, cuius parẽtes scriptura non dicit, apator proinde & ametor. Heb. Cap. 7.

Theophy.

Et dominus Iesus. Neq; me scitis &c. Sciri nõ possum nisi patris reuelatione: qua vos indigni estis. Quod si me sciretis & patrem meũ sciretis, nõ enim tã ouum ouo simile, patris enim filius imago est absolutissima ... numeris. Quod aũt dicit textus, forsitan & patrẽ meum: pro forsitan Gręce est ἂν, an, estq; cõiunctio explectiua, quasi dicat, sine dubio cognouissetis & patrẽ meum, cũ patris & filij vna sit essentia, maiestas & gloria. Hęc loquutus est Iesus in Gazophylatio. Est aũt gazophylatium locus frequens populo, in quo cõferebãtur dona quę vsibus templi donabãtur, quę tamẽ oĩa velut deo cõsecrata: in quęstum vsumq; sacerdotũ cedebãt, id quod nõ infrequens est apud multos ex nostratibus, quorũ vox est, qui altario deseruiũt &c. 1. Cor. 9. In alia significatione accipitur Gazophylatiũ. 4. Reg. 12. Et Luc. 21. De quo videbitur ibi. Quod aũt nemo in eũ manum misit, Ioannes reddit causam, quia oĩa tempus habẽt.

Dixit ergo iterũ eis Iesus. Ego vado & quęritis me, & in peccato vestro (infidelitatis) moriemini. Quod licet videre Romę vbi iudęi publice viuunt. Quo ego vado vos nõ potestis venire. Dicebãt ergo iudęi. Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit: quo ego vado: vos nõ potestis venire? Rogo inquit Hieronymus, post tot documenta tot exẽpla scripturę, vnde in nobis crescit impunitas delinquendi? Quis est hic presumptuosus spiritus, q̃ sanctio animo nostro operatur audatiam, vt cũ sanctos hoĩes de leuibus etiã culpis videamus esse punitos grauiter, & nos cotidie in maioribus & pluribus delinquẽtes, grenos in media dãnatione fore credamus? Quanq̃ leue nunq̃ sit: deum etiã in exiguis contẽnere, qui nõ tãtum ad qualitatem peccati aspicit: sed ad personę cõtemptum. Quis nõ leue putaret, q̃ Oza imprudẽs arcã manu contexit: quã inclinarãt boues lasciuiẽtes? Et tamen mortuus est atq; vtinam nõ in peccatis suis. Quid de eo qui ligna sabbato colligebat? Nũ. 15. Et tamen pręcepto dei lapidatus. Quid de propheta domini quem pseudo propheta seduxit, & reduxit, & quia comedit cõtra quod in mãdatis acceperat, a leone suffocatus est.

Hierony.

2. Reg. 6.

3. Reg. 13

Manãder.

Bis peccare inquit Menander: nõ est viri sapiẽtis. Nã quis est homo qui nõ aliquando dormiet, si iustus cadit septies in die? Prouer. 24. Dicebat autẽ & scipio, nõ est sapiẽtis viri dicere οὐκ ᾤμην, non putaram, id est nõ cogi-

nō cogitabam Primus lapsus imprudētię datur, quis enim sapit oībus horis? Verū iterum ad eundē offendere lapidē insipiētis est, nō imprudētis. Nā vulpes difficile capitur iterū in eodē laqueo. Vides iudicia dei abyssum multā, qualiter nec semel pepcit prophetę, qui tamē falsus est? Quāto deteriora patietur qui filiū dei cōculcauerit, & sanguinē eius polluerit in quo sanctificatus est, & spiritui gratię cōtumeliā fecerit? Nempe in peccatis suis morietur. De hoc, Nū.16. Ignis egressus a dño interfecit 250 viros qui offerebāt incēsum. Loquut⁹ q; est dñs Mosi dicēs. Pręcipe Eleazaro filio Aarō sacerdoti, vt tollat thuribula quę iacēt in incēdio (igne dispersso) quoniā sanctificata sunt in mortibus peccatorū, producatq; ea in laminas & affigat altari, vt cernāt ea pro signo & monimēto filij israel: ne videlicet similia peccantes: & ipsi in peccatis suis moriātur. Et obserua quoniā isti viui sepulti sunt cōtra cōmunē consuetudinē. Et intelligendū est q; simul eodē momēto tēporis ducēti quinquaginta qui thuribula acceperunt, quorū dux chore erat cōsumpti sunt ab igne in atrio tabernaculi, & Dathā & Abirō cum suis coniuratis absorti sunt cum tabernaculis & vniuersa substātia eorum. Ita nec illi interitum fugierunt istorū, nec isti illorum incendiū, impleuerāt enim mensuram peccatorū suorū. Nūc igitur vos nolite illudere, ne forte constringātur vincula vestra a carnificibus satanę, sicut factū est in Absalon, cui satanas scalas ademit. Nisi q; nō raro multi ipsi fiunt suorū ipsorum carnifices; vt nulli sit dubiū q; in peccatis suis moriantur. Adhuc inquit escę erāt in ore ipsorum, & ira dei venit super illos, & in peccatis mortui, nunc apud inferos digerūt coturnices. Tu aūt memor esto verbi illius, omnis qui inuenerit me, occidet. Peccator enim immortali existēs, pęnę ęternę adiudicatus est, licet sit tecū Iona, tā enim sorte diuina cōprehēsus est. Verūtamē iuxta Senecā tūc cōsummata videtur malitia hoīs, cui nō solum turpia delectāt, sed & placent. Quādo aūt dicitur placere? Cū iuxta Augustinū, pudet nō esse impudetem, quādo prędicātur in triuijs turpitudines, & dicimus, erit sicut hodie, sic & cras & multo amplius. Itaq; tacētibus pharisęis ad vba christi & animū homicidā celātibus quādiu opportunitatem nanciscerētur perpetrādę impietatis suę, subiecit dominus quod pręmisimus, ego vado & quęritis me. Quęretis autem nō studio credēdi sed persequēdi, quibus verbis tacite cōuenit & peruersā cōsciētiā eorū cauterizatā, qui quātumcūq; niterētur perturbare cōsiliū dei, nō poterāt, sed postq; inquit impleuero id ad quod a patre meo missus sum, vado idest pergam per mortem & resurrectionis gloriā ad eū quo cum sum: & a quo nunq; recedēs missus sum. Vos aūt nisi cōuersi fueritis credēdo: in peccato vestro moriemini: qui enī nō credit, iā iudicat⁹ est, & ira dei manet super eum. Quod aūt dicit, quo vado, nō potestis venire, id palā est, primū quidē manēte incredulitate, quo mōre poterāt in gloriā quam oculus non vidit deus absq; te quam pręparasti diligentibus te? Qui nō credit, quomodo diliget? nouissa quidē amare possumus, incognita minime. Fides autē est oculus mētis, sicut oculus est causa cognoscēdi homini. Hoc est dictu, sicut oculis cognoscimus hominem, sic fide deum. Secūdo quia nō sunt cōdignę passiones huius temporis ad futurā gloriam, ad quā iuxta formam seruilem iuit dñs Iesus, per viam crucis suę. Dicēdo aūt, ego vado, ostēdit q; nullo cogēte, crucē tulit humeris suis, nisi forte Abrahā angariare potuit alium iuxta Isaac, vt onus lignorū subiret, cum Abraham annorū 130 Isaac aūt iuueni annorū 30 vt olet credimus. Ad hec iudęi. Nūquid interficiet semetipsū, &c. O impiam & insanā vocem O filij scelesti & degeneres, vipera u progenies, adeo ut filii boni de hoc iusto viro iuxta cor dei, qui tot apud vos miraculis patrauit, omnibus clarus & charus eua... satire potuerit vt id solum q; interficiat semetipsum vos eius saper esse arbitrati estis, videlicet vt vel sic effugiat manus vestras? Quasi vos ipsos ipsi interficere nō possitis, exemplo amici vestri iudę mercatoris pessimi. Nūquid inquit interficiet semetipsum. Impius Tiberius Cęsar mortem adeo leue supplicium putabat, vt cū audisset vnū e reis Carnulium noīe anticipasse ea exclamauerit, carnulius me euasit. Et cuidam precātione maturitatē respōdit, nōdum tecum in gratiam redijt. Suetonius. Hoc ergo timēt carnifices isti, ne dominus Christus sibi morte inferat, vt effugiat manus eorū. Seneca. Quęris amice quod sit ad libertatem iter? Quęlibet in corpore tuo vena. Hęc gentilis iste dixit. Sed nebulonibus istis, si ad esset voluntas sese occidendi, deesset forte animus, sicut legimus in Nerone, qui ferrū iugulo adegit quidē, sed adiuuāte epaphrodito a Libellis. Rursum q; alias pcurrit se pręcipitaturus in Tiberim, sed & ibi defuit animus. Quid igitur erat impedimēto: q; minus ex tot mortis generibus vnā quā mallet arriperet, vel traderet se principi suo: qui eos cū astra ex altaret cū Simeone illo, & inde pręcipites daret in tartara. Nū interficiet semetipsum? Hoc est, num anteuertet voluntatē nostram: atq; ita liberabitur a molestijs persequētium eum? Quod enim illi animo homicida decreuerāt se facturos nacti opportunitate, hoc opinabātur illum perpetraturū, vt manus illorum euaderet. Et dicebat eis. Vos deorsum estis: ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis: ego nō sum de hoc mūdo. Dixi ergo vobis q; moriemini in peccatis vestris. Si enim nō credideritis q; ego sum: moriemini in peccato vestro. Quod dicit deorsum: & de hoc mūdo, eadē est sententia. Quomō autem dominus Iesus est de hoc mūdo, per quē factus est mūdus? Vnde illud. Clarifica me o pater apud te metipsum claritate quā habui priusq; mūdus fieret apud te. Nō erat igitur de mūdo, quia cōuersatio eius cęlestis erat non terrena. Illi autē de mūdo erāt, quia puluis erāt, & mūdum amabāt, & qui poterāt, cum mūdo gaudebant, & dies suos in bonis ducebāt & quia mūdum dilexerūt, cum mūdo trāsierūt: cuius figura in trāsitu est, dicente propheta: mane sicut herba floreat & trāseat, vespere decidat, induret & arescat, & aridum in ignē mittetur & ardebit. Ad hec sciēdum q; Apollinarius hęreticus male intellectis verbis istis: non sum de hoc mūdo, dixit q; corpus christi nō fuit verum corpus idest ex quattuor elemētis cōflatū sicut corpora nostra sed de sursum attulit corpus cęleste. Obstat aūt Ioannes dicēs. Miles lācea latus eius pupugit, & cōtinuo exiuit sanguis & aqua, Sāguis vnus ex quattuor humoribus, aqua vnum ex quattuor elementis, ostēdūt

Psal.35 | Heb.10. | Figura. | 2.Reg.18 | Psal.77. | Genes.4 | Seneca. | August.? | Esai.56 | Ioan.3 | Esai.64. | Rom.8 | Genes.22 | Seneca. | Ioan.17. | Iob.21. | Psal.89. | Apollinari⁹ | Ioan.19.

Chrysosto.

ostēdunt ꝙ verũ corpus accepit. Chrysost. Nõ sum de mũdo idest de numero vestrũ qui mũdana curatis. Dixi ergo vobis, idq; ne memoria excidat denuo replico ꝙ moriemini in peccatis vestris, si nõ credideritis, ꝙ ego sum, nec subiecit, Christus, propheta, Messias, vel desideratus cunctis gētibus, nihil horũ subiecit, sed vtitur verbo essentiȩ suȩ, iuxta quod dixit duci eorũ, ego sum qui sum, hoc est nomē meũ. Nisi

Exo. 3.

ergo credideritis ꝙ ego sum quē pater misit redēptorē & redēptionem populo suo, moriemini in peccato incredulitatis, quod est peccatorũ maximum, sicut fides est fundamētum ecclesiastici ȩdificij, iuxta illud, sup hanc petrã ȩdificabo ecclesiã meam. Vnde infans q̃ primũ attingit fores ecclesiȩ: illud principio

Matth. 16

rogatur, quid petis? Respõdetur, fidem. Dicebãt ergo ei. Tu quis es? Dicit eis Iesus. Principio qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui & iudicare, sed qui me misit verax est, & ego quȩ audiui ab eo hȩc loquor in mũdo, & non cognouerũt ꝙ patrē suũ dicebat deum. Chrysto. Cõsiderãda est amētia iudȩorũ, qui post tempos tãtum & signa mirãda &

Chrysosto.
Esai. 1.

doctrinã cœlestē interrogãt quis sit vt merito cõqueratur dñs per ꝓphetam, cognouit bos possessorē suũ & asinus prȩsepe domini sui, israel aūt me nõ cognouit. Tu igitur pharisȩe stulte & cȩce qui sapiētia legis tumes, & ne hoc cognoscis quod boues quod asini (animal prorsus stolidum & a musis prorsum alienum) interroga asinũ illum super quē nullus hoium sedit, q̃ obsequens fuit dño suo, interroga piscē illũ

Matth. 21
Matt. 17

in cuius ore Petrus inuenit statherē, interroga ficum illã quã dominus verbo suo radicitus arefecit, interroga parētes puellȩ & matrē iuuenis vita donati: interroga cȩcos illuminatos, & dȩmones e corporib⁹ pulsos, roga mare se datũ verbo tantũ, & hi omnes docebũt te, id quod nũc tu animo obstinato & cæco rogas dicēs, Tu quis es. Principiũ inquit. Sciēdũ ꝙ Grȩce ly principiũ nõ est nominatiui casus sed accusatiui positi vice aduerbij ita videlicet, τὴν ἀρχὴν, Ten archen. Quod aũt Augustinus exposuit, credite me esse principiũ, nõ cõsequutus est sensum euãgelistȩ. Dicit tamē ipse, ꝙ ly principiũ nõ est nomi-

Augusti⁹.
Chrysosto.

natiui casus, quod verum est. Chrysosto. Ita legit. A principio loquor vobis quasi dicat: sermones meos indigni estis audire, nõ solum vt dicã vobis quis ego sum. Vos enim oia tētãtes loquimini, & hec omnia possem arguere & vos punire, vnde sequitur: multa habeo &c. Quidam doctor sic legit. Principio vel in primis quod & loquor vobis idest a principio dixi vobis me esse verbũ patris, & modo, & Paulo ante q̃ obijceretis mihi hãc quȩstionē dixi, me esse lucem vitam & seruatorē mũdi. Potest & hic esse sensus vt rogat⁹ dñs quis esset, respõderet: Hoc primo loco dicã, is sum q̃ loquor vobiscũ, nã cȩtera de me indigni estis qui audiatis. Potest sic intelligi, vt hec cohȩreant cũ his quȩ proxime sequuntur. Multa habeo de vobis dicere, primũ ob id ipsum ꝙ loquor vobis: quo beneficio vos prȩbetis indignos, multa habeo quȩ de vobis dicam, hoc est multa sunt de quibus vos accusem & cõdēnem, plura habiturus, si dicã quis sum nimirũ deus homo. Nã id accessisset illis ad cumulum impietatis, cũ hec ipsa quȩ iam audierãt, incitarēt

Chrysosto.

illos & inflãmarēt ad cõsilium perdendi illum. Sencit & alias Chrysost. Ita hec verba, principiũ &c. Vt Christus nihil respõdere dignatus sit, ad id quod interrogãt, Tu quis es: vt qui digniores essent qui audirēt, quid ipsi essent, nimirũ impij & scelerati, q̃ quis esset dñs, cui insidiabantur. Itaq; quod Augustinus conatur exponere Christũ dixisse se esse principiũ, nihil tale probatur ex hoc textu. Quid enim intelligerēt iudȩi, ex verbis dñi, dicētis credite me esse principium. Quod principiũ, vel cuius rei principiũ? Denique quã consequētiam habet, sum vel credite me principium, & multa habeo de vobis loqui? Tamē cui hȩc nõ placēt, cõsulat alios. Certe ex textu grȩco nullo modo elicitur iste sensus ego sum principium vl̃ credite me principium. Caiet. Hec dictio principium est grȩce accusatiui casus, aut est aduerbium. Et in casu quidē accusatiuo cõstruere hunc textũ fateor me nescire: propter quod aduerbialiter hũc textum intelligo. Primũ quidē dico vobis: quia & loquor vobis. Multa possum de vobis loqui & iudicare. Hoc est in primis quia & ego personaliter loquor vobis prȩdicãdo, manifestãdo mysterium salutis mũdi, ideo possum multa de vobis tum loqui testificãdo iniurias mihi a vobis illatas, tum iudicare damnando: sicut dicit infra: si nõ venissem &c. Hoc igitur significatur, ꝙ quia Iesus loquutus est eis, ideo multa de ingratitudine & prauitate eorũ potest loqui & iudicare. Sicut cõmemorando eorũ facinora, explicat se iudicē, nõ actu, sed potētem iudicare si velit. Et hoc est primũ quod respõdet quȩrētibus, tu quis es. Sed quia iudicium in futurũ seruabatur, ideo modus explicãdi se iudicem tanq̃ officij veri quidē sed futuri, introducitur cum aduerbio τὴν archen, & cõiunctione aduersatiua, sed trãseunte ad officium prȩsens, sed qui misit me: &c. Ordina ergo sic. Primũ dico quia & loquor vobis, multa possum de vobis dicere & iudicare sed quoniã hoc seruatur in futurum, dico prȩsens officium meũ, qui me misit, verax est &c. Ita ꝙ petentibus iudȩis, tu quis es, respõdet quo ad prȩsentia: sum missus legatus a verace verax ad loquendũ mundo. Cũ ergo rogatis vt dicam vobis quis sim: id tãtum dico, me esse qui loquor vobiscum. Multa habeo de vobis loqui, hoc est si loqui vellem, multis vos possem noibus dãnabiles ostēdere homicidas adulteros: rapaces, inuidos: & vacuos oibus bonis: sed secretũ meum mihi. Vos nũc implete mensuram patrum

Esai. 24.
Luce. 15.

vestrorum Matth. 23. Nõ enim veni iudicare, sed ouem quȩrere quȩ perierat. Sed qui misit me verax est. Quo sermone ostēdit doctrinã suam veritate plenã esse, cum ipse sit veritas & filius eius qui verax est. Hoc aũt dicit dñs, vt inducat & suadeat eos ad credēdum. Si enim credãt, multa inde bona cõsequētur primũ quidem credētes, cognoscēt quis sit dñs christus, id aũt vitȩ ȩternȩ est pignus. Secũdo in peccatis suis nõ morietur. Tertio accipient potestatē vt filij dei nominētur & sine. Quod aũt dicit, & ego quȩ ab

i. Ioan. 5.

diui loquor, (nõ dicit, quȩ vidi; quia ea sunt inexplicabilia) auditio eius nihil aliud est q̃ eius ȩterna generatio, per quã accepit ab ȩterno esse & scire & posse quicquid velit. Potest intelligi iuxta quod verbũ caro factum est: & tũc auditio eius, est plenitudo gratiȩ spiritus septiformis quȩ infusa est animȩ illius beatissimȩ: de qua Ioãnes, vidimus eum plenum gratia ad remissionē pctõrũ, & veritate in rectitudine

prȩceptorum

p̄receptorum suorū. Quod autē sequitur: nō cognouerunt q̄ patrē suum dicebat, nō mireris. Quādoquidē Philippus cōsequēti tēpore dixit ad dñm christum, ostēde nobis patrē. Ioā. 14. Isti autē quomodo de patre eius somniarēt vel diuinarēt potius: Quādo a sclo nō est auditū vt quis duos patres haberet. Verū isti ideo nō cognoscebāt; quia nō credebāt. Dixit ergo eis Iesus. Cū exaltaueritis filiū hominis: tunc cognoscetis q̄ ego sim: & a me ipso facio nihil: sed sicut docuit me pater hec loquor. Et qui me misit, mecum est, & nō reliquit me solū: quia ego que placita sunt ei facio semper. Nō de oībus qui aderāt loquebatur dominus christus. Vide in actis. 2. Nūc inquit me rogatis, quis sum cognoscetis id, cum me exaltaueritis in cruce. Vexatio enim aperiet intellectum, que in culpa incredulitatis clausit. Quomō: Euersa ciuitate & templo, & ablato a vobis regno tunc dicetis: merito hec patimur (sero sapientes) quia peccauimus in fratrē nostrū: videntes angostias animę illius, dū deprecaretur nos, vt ingrederemur ad cōuiuiū (Luc. 15) Vt ingrederemur rete petri: & nō audiuimus. id circo venit super nos ista tribulatio. Tūc ergo cognoscetis. Potest aūt & sic exponi iuxta quod refert Lucas: multi ex iudęis qui cōuenerāt ad spectaculū illud: serpētē videlicet exaltatum in deserto, reuertebātur percutiētes pectora sua. Luc. 23. Item in actis. 2. Multi ex iudæis ad cōtionē Petri cōpūcti corde: dixerūt apostolis. Quid faciemus fratres? Videbāt se enim inueniabili crimine dānatos nec inferius eo de quo dicitur: peccastis domino peccatū maximū. Ascēdā ad dñm, si quo modo quiuero eū deprecari pro scelere vestro. Itaq; qui receperūt sermonē Petri, qui p̄ ignorātiā postulatāt dominū obstinatis vocibus ad crucē, baptizati sunt, & appositę sunt domino in die illa animę circiter tria milia. Et hi sunt de quibus nūc dicit dñs, cū exaltaueritis filiū hominis: tūc cognoscetis. Quid? Quis sim, vnde venerim, quis me miserit, & doctrinam meā summa veritate suffultā. Vnde August9. Differo cognitionē vestrā, vt interim impleā passionē meā. Quare ita? Vt nemo desperet quorūcūq; cōscius sibi delictorum, quando deus omnem patientiam ostendit in paulo. Nam & latro qui dominum Iesum blasphemās impetebat a cruce transfertur in paradisum. Crux ergo Christi exaltatio eius est: dicente Paulo: propter quod & deus super exaltauit illum. Crux Christi gloria eius est, quia a cruce agnosci cœpit quis esset: quia vere filius dei erat iste. Matth. 27. A cruce cognouimus q̄ a se ipso facit nihil qui tamē omnia quę vult facit in cœlo & in terra. Psalmus. 113. Cognouimus & illud: q̄ qui eum misit in mundum: nō reliquit eum solum. Quod si clamauit in cruce: se derelictū, in eo derelictus est, vt impleret ad quod missus erat. Alioquin nisi derelinqueretur vt mortem gustaret triduo (sed viuebat Ionas in vētre ceti) non agnosceretur, dicente domino, cū exaltaueritis filiū hominis: tunc cognoscetis, quis sim. Quod autē sequitur: quia quę placita sunt ei facio semper: sępe expositum est: q̄ voluntas patris & filij eadem est Iuxta formam autem serui quam assumpsit, loquitur ipse: non mea voluntas sed tua fiat. Ipse enim solus plenissime impleuit voluntatem patris, qui peccatum non fecit. De cæteris generalem sententiam protulit Ioannes, si dixerimus: peccatum non habemus, veritas in nobis non est. 1. Ioan. 1.

(Margin: Genes. 42. — Num. 21 — Exo. 32 — August9 — Luce. 23 — Phil. 2 — Heb. 2 — Ion. 1 — Esai. 53 — Ioan. 8)

Caput. xvij. De multis qui in Iesum crediderunt ad quos multa dixit quę necessaria erant ad cognoscendam veritatem. Ipsi quoq; multa responderunt gloriantes se filios Abrahę nemini q; vnq; seruisse.

Loquente hęc illo, multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderunt ei iudęos. Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem: & veritas liberabit vos. Discipuli mei eritis. Quo fructu? Cognoscetis veritatem: & quid prodest mortalibus veritas? Veritas liberauit vos. Vnde nisi a morte æternā? Multi inquit crediderunt ex ijs qui audierunt. Quare non omnes? Quia noluerunt. Et nunquid non tetigit Deus corda omnium qui audierunt? Tetigit, sed multi auerterunt scapulam recedentem: & abierunt alius in villam suam alius ad probandum quinq; iuga boum & cætera. Ad hos igitur qui crediderunt, sermo christi dirigitur, si manseritis in sermone meo. Mansio hec per charitatē fit: qui enim manet in charitate: in deo manet & deus in eo, q̄a deus charitas est. Qui manet in vnitate & pace: in deo manet: quia ipsa est pax nostra: qui habitare facit vnius moris in domo. ps. 67. Sicut aūt dicit Hierony. Nō quęrūtur in christiano initia sed finis: q̄a Paulus male cępit, & tū bonū cursum cōsumauit. Iudas bñ cępit (si et cępit) male aūt laqueo vitā finiuit. Vos igitur si manseritis in eo quod cępistis cognoscetis plenius veritatē (ex parte enim cognoscimus in presenti: etiā Paulus 1 Cor. 13. Et veritas liberabit vos. Quid est hoc? Audi Paulū. Iā nō estis ancillę filij: sed liberę. Et qui ex seruis & filijs ancillę fecit nos christus ingenuos: Ipse ex libero factus seruus. Formā eñ serui accepit. Vñ? Ex carne eius cui9 verba sunt: ecce ancilla dñi. Pro seruitute igitur qua nr̄ Iacob seruiuit apud Labā annis 20 duas ancillas accepit vxores & totidē liberas: duas vero sorores: ex q; vxorib9 his q̄ttuor: filios genuit duodeci liberos oēs, q̄a apud dñm nō est seruus neq; liber. Sacramētū hoc magnū est. Denique apud Esaiā ita loq̄tur dñs. Seruire me fecisti in peccatis tuis, & p̄ębuisti mihi laborē. Seruiuit igitur dñs p̄ nobis seruitutē durā, & lōgā annorū 33 vt nos libertate donaret, sedeamus ad mensam suam in regno eius, & ille transiens ministret nobis Luc. 12. Ad hęc iudęi. Respōderunt ei. Semen Abrahę sumus, & nemini seruiuimus vnq; quomodo tu dicis: vere liberi eritis. Artificiose loquuntur libertatem ab extremis euentes. Non intelligentes enim quę sit vera libertas: ea enim non mutat statum fortunę: Corpus ex amens

(Margin: 1. Ioan. 4 — Hierony. — 2. Timo. 4 — Gal. 4 — Figura. — Collos. 3 — Cap. 43 — Luce. 12)

[1. Pe. 2. Ephes. 6.] eximens a iure serui (alioqui Paulus non diceret cum Petro, serui subditi estote in omni timore dominis nō ad oculū seruiētes) sed animum a metu mortis, a prauis cupiditatibus, a tyrānide diaboli, respondēt indignabundi, tumebāt enim nobilitate maiorum iuxta carnē, Nos ingenui sumus, ex ingenuis nati, & [Ezech. 14.] posteritas Abrahę, nec vlli vnquam seruiuimus. Ezech. Sed maledictus homo qui cōfidit in homine, sit licet ille [Dionysi-dorus.] Abrahā, sit Dauid, sit Ezechias aut Iosias, quia nec Noe nec Daniel nec Iob liberabūt filios suos, si increduli fuerint. Quis enim iuxta prouerbiū laudabit patrē, nisi improbi filij? (Ait Dionysidorus) illi [Psal. 80.] videlicet qui cū ipsi nulla re præstent, maiorum quorūdā virtutibus nituntur, eorūque gloriā ad suā laudē frequēter vsurpent. Quid est ārie, nulli vnquam seruiuimus? O amētiam singularē. Nū ægyptijs nō seruierūt & Babylonijs? Et manus Ioseph in cophino. Quid est illud, eduxi vos de fornace ferrea, cōfregi catenas de ceruicibus vestris, vt ambularetis erecti? Leui. 26. Nunquid ad præsens tributa Romanis non soluitis? [Chrysost.] Quod si semē se iactāt Abrahę meminisse debēt Thamar & Balę & Gelphę, & Raab & Ruth. Ad hec [Et Cap. 7.] sciendū iuxta Chryso. quod tres seruitutes iudęi seruierūt grauissimas, quarū nullā deus illis intulit, nō prę- [F] [Gene. 15.] dictā. De primā dicitur ad Abrahā, Peregrinū erit semē tuū annis/430/& affligent eos, & cętera. De secūda Hieremias Cap. 29. Et cū fuerint impleti/70/anni. &c. Et quia expressum erat tēpus huius secūdę captiuitatis videlicet anni/70/Daniel nō ante deprecatus est pro iudęis captiuis, sicut habes Dani. ca 9. Donec implerentur anni/70/videlicet ne frustra oraret, & audiret id quod Hieremię Capit 7. Tu noli orare pro populo isto, & non obsistas mihi, sicut olim fecit Moses Exo. 32. Quia nō exaudiam te. Et obserua interim quomodo Daniel deprecans pro peccatoribus, meminit meritorum patrum pręcedentium. Denique inducit ipsam ciuitatem, ceu mulierem aliquam captiuam, & ait Ostende faciē tuam super sanctuarium tuum. Postquam circumspectis oībus, neminem vidit qui posset deum reddere propitium, ad ędificia confugit (mirabile dictu) & ciuitatem ipsam obijcit, eiusque desolationem ponit ob oculos. De tertia autem captiuitate dicitur Dani. 9. Quę durauit tempus & tempora & dimidium temporis. Quartā eis predixit dominus Iesus Luce. Cap. 19. De quarta eu Osee Cap. 1. Voca nomen eius absque misericordia [G] hoc de decē tribub9. Et Cap. 3. Multos dies imo multos annos sedebunt filij Israel sine rege. Quę cū ita se habeāt, qua frōte dicūt boni isti, nulli vnquam seruiuimus? Quod si legas & librum iudicum, videbis eos manifeste nugari. Legimus & Exo. Cap. 1. Mortuo Ioseph & fratribus, surrexit in terra rex nouus qui ignorabat Ioseph. &c. Eant nūc & dicant iudęi, nemini seruiuimus vnquam, & meminerint quomodo pręs- [2. q. 7. §. nec] eorum cędebantur flagellis, vt ostium soluerent: hoc est consuetum numerum laterum. Exo. 5. Quomodo [Sco. 4. Di. 36. q. prim.] inquiunt tu dicis, liberi eritis? Respondit Iesus. Amen amen dico vobis: quod omnis qui facit peccatum, seruus est peccati: seruus autem non manet in domo in ęternum, filius au- [Prouerbiū] tem manet in ęternum. Si ergo vos filius liberauerit vere liberi eritis. Scio quod filij Abrahę estis: sed quęritis me interficere: quia sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem loquor, & vos quę vidistis apud patrem vestrum facitis. Vos inquit de alia seruitute intelligitis (a qua reuera immunes non fuistis, sicut patet ex dictis, sed estis & nunc iux- [H] [Genes, 39.] ta prouerbium seruorum ciuitas) ego vobis aliam ingero, quę vera seruitus est, qua seruitute Ioseph dominus erat herę suę, & hera ancilla erat serui sui. De hac dici tur, maledictus Chanaam, seruus erit fratrū suorum. Genes, Cap. 9. Seruorum ciuitas dicitur prouerbialiter de conuictu hominum improborum furacium aut ignobilium. Est ciuitas in Tracia, & in hanc Philippus collegisse dicitur velut in sentinam infames ac moribus improbatis vt sycophantas: falsos testes pręuaricatores & id genus alios ad numerum duum milium autore Theopompo. Narrat & Plinius de gente Hessenorum in Syria ad quos fugitant vsque quaque nocentes. Quę sola in toto orbe sine vlla fœmina viuit, omni venere abdicata sine pecunia socia palmarum. In diem ex ęquo conaenarum turba renascitur, longe frequentantibus quos vita fessos ad mores eorum fortunę fluctus agitat. Ita per sęculorum milia (incredibile dictu) gens ęterna est, in qua nemo nascitur, tam fęcunda illis aliorum vitę penitentia est. Lib. 5. Cap. 17. Hęc ergo seruitus corpora- [Philo.] lis propter peccatum inducta est in filijs Cham, qui patris verenda retexit, ac deinceps in omnes dimanauit ad quos dicitur, qui facit peccatum, seruus est. De hoc Cham, ita dicit Philo. Erat ipsi Noa inter [I] cæteros filios Cham, qui semper magicę ac veneficę studens, Zuroastis nomen consequutus est. Is patrem odio habebat, quod alios vltimo genitos ardentius amabat, se vero despici videbat. Potissime vero idem infensus erat patri ob vitia. Itaque nactus oportunitatem, cum Noa pater madidus vino iaceret, illius virilia comprehendens, taciteque submurmurans, carmine magico patri illusit, simul & illum sterilem perinde atque castratum effecit. Neque deinceps Noa fœmellam aliquam fęcundare potuit. Hec ille. Hic Noa donatus est cognomento ianus ob beneficium inuentę vitis, siquidem iano Arameis sonat viti fer & vini fer. [Esai. 52.] Hæc est igitur vera libertas, peccatorum excutere vincula, iuxta quod dicit propheta, solue vincula colli tui captiua filia Syon. Cum audis captiua, intellige veram seruitutem, nam quando hec dicebat propheta, iudęi libertate fruebantur. Et illud Esai Capite. 50. Quis est iste [Hierony.] liber repudij: quo dimisi matrem vestram, aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram. Hieronymus. Pu- [K] tatis mea duritia matrem vestram terrenam Ierusalem esse protectam, & quod ego mentis rigidę dederim ei libellum repudij, & non potius quod verum est, intelligitis illam suo ante vitio recessisse? Dicen- [Zacha. 7.] te enim me ad eam, quiescite agere peruerse: discite bonum facere, audire me noluit, sed auertit scapulam recedentē. Sed forsitan libellū repudij ostēdere nō potestis: & aliquis creditor meus exigēs pecuniā cū nō essem an soluēdo: vos in debiti cōpēsationē suscepit. Nō est ita, sed scelera vr̄a vos dęmonib9 vēdiderūt vt pōtiis soli voluptatib9 iretis: & vos parētē, & illa cōiugē derelinqret. Vnde adulteram m̄rem vr̄am

vltima te-

vltra tenere nō potui, sed volentem abire permisi, quia illa iuxta me discooperuit, & suscepit adulterum Esai. 57. Vide & Cap. 28. Optime. Quod autem peccatis suis vnusquisq; venundetur, dum proprio arbitrio derelicti, nostra voluntate vel ad bonum vel ad malum ducimur, Paulus dicit. Rom. 7. Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Et quomodo auari & raptores serui sunt Mamonę, sic omne peccatum dominatur peccatoribus. Hec ille. Ad hęc Augustinus. Plerumq; homines cum dominos malos patiuntur: venales se petunt, nō quęrētes dominum non habere, sed saltem mutare. Seruus peccati quid faciat? Quem interpellet? Apud quem se venalem petat? Deinde seruus hominis aliquando sui Domini duris imperijs fatigatus, fugiendo, requiescit. Seruus peccati quo fugit? Serum se trahit, quocunq; fugerit. Non fugit seipsam mala conscientia, fugerit licet Adam ad vmbram. Genes. 3. Et Ionas in mare, tamen nemo est qui de manu eius possit erui. Fugiamus ad Christum, qui solus nos potest manu mittere

Augusti⁹.

Iob. 10.

A non imitemur Agar, venales nos petamus, vt eius sanguine redimamur. Gratis inquit venundati estis, & vere gratis; nisi q multi ordinem peruertunt naturę. Quomodo? Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedes amatoribus tuis, vt intrārent ad te vndiq; ad fornicandum tecum. Eze. Cap. 16. Hieronymus. Non es imitata callidas meretrices, quę solent difficultate augere libidinis precium sed dedisti quę accipere debueras. Vnde illud ad regem quendam, peccati autem seruum & vere seruum Venundatus es vt faceres malum. Non potest igitur homo peccatum facere, nisi prius venundetur: & cū inferno ineat pactum iuxta prophetam. Et quod illud fędus? Addiximus nos satanę perpetuę seruituri, pro peccato quod eo suadente commisimus, & nemo potest duobus dominis seruire. Quę igitur nobis reliqua spes? Si vos filius liberę manu miserit, liberi eritis. Augustinus. Non tamen dicat Christianus, liber sum, seruus eram faciam a modo quod volo. Nemo me prohibeat a volūtate mea. Sed si ista volūtate libera peccatum facis, seruus es peccati. Noli ergo libertate abuti ad peccādum, sed vtere ad bene de

Hierony.
3. Reg. 21
Esai. 28

Augusti⁹.

B oribus promerēdum. Erit enim volūtas tua libera, si fuerit iustitię ancilla. Cęterū quādiu nō quod volumus agimus, sed captiui abducimur, & velle adiacet nobis; nec possumus perficere, quia lex in mēbris repugnat legi mētis, nō habemus perfectam libertatem; sed sumus ex parte serui, appropinquat tamen redemptio nostra. Luc. 21. Nullum autem ociū seruis multorū dñorum, & qui iubēt cōtraria. Ad hęc Plato in Gorgia cui peccare grauiter licet, prope miser est. Qui peccauit grauiter, iam miser est. Qui peccat nō luit pęnas, miserior, porro cum laudatur in desiderijs animę, omniū miserrimus & deplorat⁹. Multis enim peccati refertam animam ad inferos descendere: extremum est omnium malorum. Cum igitur ad iudices perueniunt, Asiatici quidem ad Radamantum, is eos sistens; vnius cuiusq; animam intuetur cuius tamen anima illa fuerit non attendens; sed plerumq; magni persarū regis vel alteri⁹ potētis obuiā animā cōtemplatus, nihil in ea inspicit sanū, sed periurijs atq; iniusticia quasi quibusdā cicatricibus infectā, qualia cuiusq; actio impręssit cōtraxitq; animum, nihil recti habentem, nihil a seruo cauterizato differētem, pręterea ob peccadi licētiam mollemq; lasciuiā & in actibus singulis intēperātiam in cōpo-

Rom. 7.

Plato.

C situm penitus ac turpem. Animū igitur sic affectum cōtemplatus, statim ibi trāsmittit vbi meritas luat pęnas, si sanabiles sunt. Sin secus: ex his exēpla sumuntur, ex quorum numero sunt Tyrāni multi, reges potentes, ciuitatum gubernatores, quippe cum hi ob ipsam, peccādi licētiā grauissima ac pfanissima peccata cōmitāt. Attestatur aūt nobis Homerus, q reges & potētes inducit apud inferos omni tēpore cruciatos, ceu Tātalū, Sisyphū & Tiriū, & iuxta poetam sexto eneidos, hic genus antiquū terrę Titania pubes, fulmine deiectū, fundo voluitur in imo, hic Aloidas geminos immania vidi, corpora qui manibus magnū rescindere cœlum Aggressi superaq; iouem detrudere regnis. Vidi & crudelis dātem salmonea pęnas, dum flāmas iouis & sonitus imitatur olympi & cętera. Proinde arduum est o callicles ingētiq; laude dignum, vt quis magna peccādi licētia cōstitutus, iuste trāsigat vitam, paucią; tales reperiūtur. Itaq; iudex cum aliquem eiusmodi deprehēdit, nihil aliud circa ipsum nouit, sed id tātum vtrū sit malus. Cūq; id compererit, dimittit in tartarū, obsignās verum sanabilis vel insanabilis videatur. Bonos vero & qui

Homerus.

D suis cōtētti fuerint ad insulas trāsmittit beatorū. Ego igitur o callicles ab istis sermonibus flector, & iam cōsidero qua ratione iudici sanissimū animū ostēdere possim. Quā ob rē oēs populi spernēs honores, conabor reuera q maxime potero, bonus viuere atq; mori. Hec ille. Et putes te (paucis exceptis tu autem prudēter sepa preciosum a vili) Paulū audire nō Platonē. Ita dicit & Augustinus. Homo nihil agit cōtra naturā, nisi cū peccat, qui tamē supplicio redigitur ad naturā. Cū igitur libertate donamur a Christo intellige iuxta Chryso. q iugū tibi seruituris relaxauit, nō vt exilias aut calcitres, sed vt absq; iugo composite incedas, vt qui portas sup te dñm christū, incedas in quā rectus, sicut dicit Leui. 26. Qui ig facit peccatū seruus est pcti, seruus aūt nō manet in domo in ęternū, excluditur em domo cū libuerit dño, sicut scriptū est: eijce ancillā & filiū eius. Gene. 21. Domū hāc quidē p quā ecclīam intelligim⁹, mali idest pcti serui intrāt cū liberis & seruis iustitię: nō tn manēt in ea in ęternū, qa veniet iudex cuius iudiciū est scd'm veritatē, & sepabit hędos ab ouibus, seruos a filijs, pisces malos a bonis & paleā a frumē-

Augusti⁹.
Chrysosto
1. Cor. 6.

Rom. 2

E to & arenā a stellis & margaritis. De hoc habes Gene. 47. Emit Ioseph oēm trām ægypti, vēdētib⁹ singlis possessiones suas p frumēto. Abulē. Trāstulit igr Ioseph ægyptios, de ciuitate i ciuitatē ita vt nullus ægypti⁹ remaneret in loco natiuitatis suę, sed indigenas fecit aduenas: qd factū ē, vt Pharao caperet possessione realē ois terrę: sic ex ciuibus & liberis facti sunt coloni & serui, ex quo seruorū more omnes verterūt. olī. Erat aūt olim apud Athenięses equi caracter frōti impressus seruitutis argumētū. Aliquādo aūt apud Siciliam aduerso Marte prelīātibus Athenięsib⁹, multi ex eis huiusmodi caractere infrōte inurebātur, et sic vēdebātur in seruos. Sed ingenuitatis & pudoris quā p se ferebāt significatio, eorū plurimis adiumēto fuit, Empti enim aut statim a dominis manu mittebātur, aut in magno honore habiti apud

Abulensis

Seruitus.

apud dominos permanebāt, quia nō omnis qui serui caracter prę se fert, seruus est, oīs aūt qui facit peccatum, seruus est peccati. De hoc Eccl.10. Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorē egrediens a facie principis, positum stultū in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. Vidi seruos in equis, & principes ambulātes super terram, quasi serui essent. *(Ester.6.)* Verūtamen quādo Mardochęus per ambulat vrbem in equo de sella Regia, Amā principe pręcedēte & clamāte, hoc honore cōdignus est, quē rex voluerit honorare, nō per errorem principis sed prouidētissima dei prouidentia factum est, qui nō raro deponit potētes seruos peccati de sede, & exaltat humiles. *(Luce.1.)* Nā Amā iste peccati seruus depositus de equo sellę regię exaltatus ex in ligno. Scio q̄ filij Abrahę estis, &c. At qui idem possunt dicere Agareni, idem & idumęi. Sed hec quota gloria est? De lapidibus potest deus excitare numerosam prolem Abrahę. *(Luc.3)* Abraham pater iussus immolare vnicum, nec momēnto pro crastinauit quod iussus est, vos aūt quęritis quomodo occasione inuēta me interficiatis filium eius, cuius verbo ille iussus paruit. Quare aūt tātum vultis perpetrare scelus? Quia verbum meum nun capitur a vobis. Non capitur autem, quia toti estis carnes, & anguillarum more toti in cęno versamini, quia carētes pennis, ad liberiorem auram idest vitam spiritualem nunq̄ aspirastis. Si filij estis Abrahę, patrem exprimite moribus. Mores vestri Amorreum potius referūt iuxta Ezechielem, aut Sodomitas iuxta Esaiam. *(Cap.15.)* Cap.1. Ego quod vidi apud patrem loquor, vos quę vidistis apud patrem vestrum facitis. Abraham enim sustulit filium suum (iussus) & immolauit: iam enim cruentauerat dextrā si ad voluntatem respicias, vos sufferre vultis & filium dei: si oportunitatem nanciscamini, refert tamen admodum inter patrem vestrum & vos, qui estis filij eius iuxta carnem. *(Gene.22.)* Vterq; homicidę estis: sed vos veri homicidę, ille pater multarum gentium vocatus, quia fecit illam rem, & non pepercit filio suo propter deum. Potest sic intelligi illud quod dixit dominus, quę vidistis apud patrem vestrum, vt pater iste sit diabolus vel Cain qui homicida erat ab initio, de quo in cōsequentibus dicetur, & sic exponit ordinaria, vt sit sensus, quę vidistis apud diabolum vel apud Cain: hoc facitis. *(Chrysosto.)* Potest legi iuxta Chrysosto. Hoc facite & sic planior est textus. Verum iudęi cum respōdent, pater noster est Abraham, alium patrem intellexisse videntur in verbis domini dicentis: quę vidistis apud patrem vestrum, facitis. Nam quomodo faciebant opera Abrahę, si opera Abrahę bona erant, eorum autem praua? Dicunt itaq;. Pater noster vere est Abraham, quem tamen nobis alium patrem ingeris, pręter Abramum? *(Textus.)* Dicit eis Iesus Si filij Abrahę estis, opera Abrahę facite. Nunc autem quęritis me interficere: hominē qui veritatem loquutus sum, quam audiui a patre meo. Hoc Abraham nō fecit: vos facitis opera patris vestri. Arguit a destructione consequentis ad destructionem antecedentis. Iā inquit non semel audiuimus q̄ filij sitis Abrahę: sed requiro cum bona venia, vnde illę voces audite vocem domini populus Gomorrę? Semen neq; filij scelerati, blasphemantes sanctum israel, filij desertores, sodomorum principes? Sodomorum principes generosam Abrahę familiam nuncupari audiuimus. Populum olim in hęreditatem dei selectum, improbabiles esse hostias, pertęsa ieiunia, abominabiles solēnitates, auertēdi a conspectu adeuntium oculi dei, obstruendę ab auditu precātium aures. Quare? Manus vestrę plenę sunt sanguine: & nō cuiuscūq;, sed sanguine agni immaculati, nō ob aliud, nisi q̄ verba mea non habent locum in vobis, quia veritatem loquor vobis, quā audiui a patre meo. *(Psal.1.)* Hęc si ita se habēt, vnde tumēt corda vestra q̄ filij sitis Abrahę, cum vel vmbram virtutis eius non exprimatis. Dicit aūt Boetius in tertio innobilitate generis hoc est optimum, q̄ per id est imposita ipsis in genitis quędā necessitas, ne a maiorū suorum probitate degenerēt. *(Boetius.)* Vnde illud. Attēdite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernā laci de qua pręcisi estis, ipsi sunt Abraham & Sara. Horū igitur imitamini opa: quorū tantopere suscipitis noia. Caro enim nō prodest quicq;. Beati aūt qui audiūt verbum dei & custodiūt illud. Hinc iudęos ad baptisma veniētes Ioānes viperarū partus vocabat. *(Luc.11.)* Nūquid enim Abrahā vipa erat. Eorū ergo vocātur filij quorū exprimūt mores. *(Origenes.)* Nihil aūt mihi cōducit inquit Origenes martyr pr̄: si nō bonus ero, & ornauero generis mei nobilitatē. Gloriatio nostra inquit Paulus testimoniū est cōsciētię, non aūt atriū plenū fumosis imaginibus: quia iuxta Platonē nullus rex nō ex seruis est ortus, nullus seruꝰ nō ex regibus. *(Plato.)* Oia ista lōga varietas miscuit, & sursum deorsumq; fortuna mutauit. Nonne Iacob seruiuit apud Labā annis/20/: & tamē ex ipso nati sunt reges circiter/40. Sed & alibi legimus (miserabile dictu, miserrimū visu) Reges/70/amputatis pollicibus, micas legere sub mēsa Adonibeze. *(Iudi.1.)* Itaq; si filij estis Abrahę exprimite patrē in moribus, & nō vipas: nō scorpiones. Quid est aūt, vos facitis opa pr̄is vr̄i? Nā in pcedētibus dixerat, quę vidistis apud patrē vr̄m facitis. Quis est iste pr̄, cuius opa iudęi tātopere imitātur? Id paulisper differamus. Quāto aūt plus valeat institutio q̄ genus, Lycurgus elegāter ostēdit: prolatis apud multitudinē duobus canibus, quorū alter in generosa matre natus, pter institutionē grauiter est ferā insequutꝰ: alter ĝnosis ortꝰ parētibꝰ, q̄ institutꝰ nō eēt, ēpit relicta fera: ad odorē cibi restitit. *(Exemplū.)* Dixerūt itaq; ei: nos ex fornicatiōe nō sumꝰ nati, vnū pr̄ẽ habemꝰ deū: dixit ergo ei Iesus. Si deꝰ pr̄ vr̄ esset: diligeretis vtiq; me. Ego em̄ ex deo pcessi & veni, Neq; em̄ a me ipso veni, sed ille me misit. Quare loq̄lā mea nō agnoscitis? Quia nō potestis audire sermonē meū. Q.d' dicūt ex fornicatiōe nō sumꝰ, plane nugātur, sicut et i eo q̄d dixerūt, nulli vnq̄ seruiuimꝰ. Nā Phares filiꝰ Iudę ex fornicatiōe natꝰ est, vnde illi nati sunt, sicut dictū est Matth. Cap.1. Q.d' si intelligāt q̄ nō sunt nati ex Agar ancilla, in amaritudine fellis loquūtur, nō parcētes vel ipsi Abrahę, qui tamē nullo iure culpato cōcubitu visus est. Q.d' aūt plane nugētur hi boni Sycophātę, p̄ legēti.1. Esdre.10 Nos (inquiūt patres istorū) pręuaricati sumus in deum nostrum: & duximus vxores alienigenas de populis terrę, imo sup induximus, viuētibus prioribus, sicut habes Malac.2. Et nūc si est pñia in israel, percutiamus fędus cū domino Deo nostro, & proijciamus vniuersas vxores, & eos qui de eis nati sunt. Ita decretum est.

dentum est. Verum autem & opere expletum ipsi viderint, textus nō dicit. Sciēdum autem iuxta Hieronymum super Esaie Cap. 26. q̄ illi suggillatione dn̄i iudei ita loquuti sunt, quasi dicerēt iuxta Abulē. Non sumus ex fornicatione sicut tu, quod ideo putabant, quia Ioseph videbatur minus aptus ad generandum, imo quia nō semel aut bis christus patrem testatus est se habere cęlestem. Nam & Luc. 3. Putabatur esse filius Ioseph. Dicamus & illud, q̄ patrem Romuli & Remi hucusq̄ ignorāt historiographi, & nihilominus illi fuerūt famosi in terra, nati licet ex incestu. Isti aūt nūc patre gloriātur Abrahamo, nūc inquiunt vnum patrem habemus deum. At qui deus pater est omnium nō iudęorum tantum, sicut testatur Paulus, quādoquidem & Abraham quo parēte gloriantur, pater multarum gētiū vocatus est. Quid autem impudentius q̄ homines tam nefandos patrem suum dicere deum, quos Ioānes nec hominū nomine dignatus est: sed progenies vocauit viperarum: Ad hec dominus, si deus pater vester esset, diligeretis me filium eius: & iuxta q̄ homo sum, caro & frater vester. Nunc autem pro dilectione reponitis odium. Psal. 108. Ego enim deo processi & veni. Processi natus, quia deus: & veni, homo factus: iuxta qđ attestatur & Nicodemus magister israelis, a deo venisti magister. Quare loquelam meam nō agnoscitis Quia nō potest audire sermonem meum. Nō potestis autem, quia nō vultis. Sicut dictū est Petro, loquela tua te prodit. Matt. 26. Et quę est loquela christi: Doctrina euāgelica, quę paupertatē spiritus cōmēdat, ad castitatē hortatur, ad patiētiā inuitat humilitatē māsuetudinē: & cōtemptū vitę huius trāseuntis velut somniū noctis vnius, regnū cœlorū promittit vere pœnitētibus. Hāc loquelā iudei nō agnoscebāt, quia toti carnis erāt, & iuxta Hieremiā a minimo vsq̄ ad maximū oēs auaritię vacabāt, vnusquisq̄ ad vxorē fratris hinniebat. Hiere. 5. Amabāt primos accubitus in cœnis, & vocari ab hoibus raboni. vnde loquūtur in Exo. 20. Nō loquatur nobis dn̄s, ne forte moriamur: sed tu Moses loquere nobis. Verūtn̄ inquit si oīno res fert vr̄a, audire nomē patris vr̄i, quē moribus vr̄is exprimitis, is nō est Abraham nō est deus, absit enim vt tā pius tā bene meritus de oibus pater meus tā nocētes viperas, aculeatos scorpiones, rapaces lupos, tā dolosas vulpes: habeāt filios. Vos ex patre diabolo estis: & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio & in veritate nō stetit: quia nō est veritas in eo, cū loquitur mēdacium: ex proprijs loquitur, quia mēdax est: & pater eius. Ego autem si veritatem dico vobis nō creditis mihi. Habetis igitur triplicē patrem deum quia creauit: Abrahā quia genuit: Satanā, quia docuit & instruxit, dignū videlicet patella operculū. Hic pater iuxta Ambro. Sic amat filios suos vt perdat & secū detrudat in tartara, sicut gluto porcellum vt deuoret. Hic est igitur pater vester, cuius desideria &c. Quo sermone. Ostēdit illos paratissimos filios diaboli, vt pote qui anteuerrant iussa patris, paratissimi ad implenda desideria eius. Pater ergo mire affectos homicidij mendatijq̄ libidini, quę maxime propria mala sunt diaboli. Vnde illud. Si ejcias nos hinc, permitte nos ingredi porcorum gregem. Matth. Cap. 8. Qui permissi, momēto temporis omnes illos suffocauerunt. Dæmone siquidem vrgente vel dæmonibus, Pharao cum suo exercitu ingressus est mare Rubrum, quando ad vnum omnes submersi sunt quasi plombum in aquis vehementibus. Sed vndas numero. Nec tamen nos debemus eo vsq̄ desipere: vt dicamus cum Manichęis, esse quādam naturam mali, & gentem quandam tenebrarum cum principibus suis: vnde diabolus Origenem ducat, & hinc dicunt natam vel genitam carnem nostrām, & secundum hoc dictum putant a domino vos est patre diabolo estis, q̄ essent illi velut natura mali, ducentes Origenem de gente contraria tenebrarum. Et hanc positionem tam deliram tenuit Augustinus annis nouem cum esset manichęus. Tangit aūt hoc loco ordinaria aliū sensum horū verborū, vos ex patre diabolo estis, quasi iudęi generari potuerint autore & patre diabolo: sed iste intellectus nullo modo cōgruit huic loco. Dicit aūt Augustinus incubos & succubos dęmones a tam multis affirmatiue impudētię videatur id velle ire inficias. Doctor nr̄ ita dicit in 2. Distin. 8. Tractādo quas operationes pōt angelus exercere in corpe assumpto. Quātū ad generationē dicendū, q̄ illa fit virtute seminis decisi a mare in feminā: in qua seruatur virtus patris, sicut Dcōter dicitur. si ipse angelus pōt illud semē ab aliquo succūbēdo recipere, & seruare illud in sua naturali qualitate cōuenientī suę generationi naturali, quo vsq̄ illud trāsfundat, ipse nihil facit ibi, nisi quia primo recipit in corpe illo assumpto: illud quod postea mouet localiter in aliquā cui est incubus. Et si illud semē anteq̄ sit receptum in matrice, nō amittat suā qualitem naturalē, pōt per ipsum fieri generatio sicut si immediate transfunderetur a primo decidente in eandem matricem. Et hoc modo attribuitur dęmoni generare, quia primo fit succubus, & postea incubus semen a decidente primum transfusum transfundit in vuluam, Hęc ille. Homicidę tres. Primus, Diabolus. Secundus Cain. Tertius Iudæi. Dicitur autem Diabolus homicida: non propter aliquem singulariter, sed pro toto genere humano quod peremit, in quantum in Adam omnes moriuntur: siquidem inuidia eius mors introiuit in orbem, imitantur autem illum qui sunt ex patre eius idest vos qui estis filij eius: vultus enim desideria eius perficere. Iam enim mysterium operatur (.2. Thess. Cap. 2.) Estis igitur vos vice Satanę hoc est vicarij eius. De hoc Apoca. Cap. 6. Ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum nomen illi mors, & infernus sequebatur eum, de quorum numero vt videtur estis, qui desiderijs patris vestri obsequimini. Iste igitur cui nomen mors accepit potestatem a deo super quattuor orbis partes interficiendi in gladio, idest in bellis vnde iuxta poetam bellum ab inferis emittitur in hunc orbem. Nam si in bello non est regnū diaboli, vbi quęso est: infame, eo enim autore non raro sterilitas occupat terram, locusta, brucus, eruchā & rubigo inuadit segetes, grando & tēpestates subripiunt frumenta e manibus, & impletur illud, videbis & inde nō comedes. Visę sunt olim in Gallia locustę sex alarū: bidentes, quę oīa depastę sunt, terras operiētes velut nix, Chronica. Accepit potestatem interficiendi morte, & bestiarum immissione, de quibus

Hieronym. Romulus. Rom. 4. Luc. 3. Ioan. 8. Matt. 26. Hiere. 5. Ambrosi. Augusti. Doctor ne. Incubi. Ioelis. 1. 4. Reg. 7.

nūc suę sedemus, illud tātom refricātes memorię, quot hoīum examina propter insanum fęminarū amorē male perierunt. De his aūt beatus vide. Nū. Cap. 25 In principio. Vide 3. Reg. Cap. 11. In principio. Vide, Genes. 34. Iudi. Cap 20. Hoc vnum dicam. Quot annis pugnatum est a Romanis ciuilibus bellis, p violata pudicitia Lucrecię! Quot a Grecis pro rapta Elena! Vere ergo dicitur, ille erat homicida ab initio, & in veritate non stetit. Voluit enim sedere in monte testamenti, quando cęteri stabant, ideo tanq̃ fulgur e cęlo precepitauit, & sic corruit, vt nulla sit spes resurgendi. Gregorius. Si angelorum substantia a mutabilitatis motu fuisset aliena, bene ab autore condita, nequaq̃ in reprobis spiritibus a beatitudinis suę arce fuisset aliena. Quid est, beatitudines, suę arce? Id qđ nūc veritas dicit, in v̄itate nō stetit. Quęcunq̃ igitur sit illa beatitudo in qua cōditi sunt apostatę spiritus (non enim viderunt deum per essentiā) ea vocatur a dn̄o veritas in qua nō steterūt nisi forte nescio quā morulā vel morulas, de quibus cōsulendi sunt maiores nr̄i. Dicit aūt Augustinus de angelis, simul cōdens naturā, et simul largiēs gratiā, ex quo infertur q̃ creati sunt in gratia, & in hac grā vel in hac veritate nō stetit. Nā gratia est beatitudo inchoata, quia est pignus hęreditatis ęternę. Eph. 1. Et ita Gregorius dicit, bn̄ ab autore condita. Posset dici q̃ bene cōditi sunt, quia oīa quę deus cōdidit erāt valde bona. Gratiā aūt acceperūt per bonum motum in deū. Nō deest tamē qui dicat, 7 diebus oēs angelos perstitisse in grā, Septimo enim die deus vidit omnia, & erāt valde bona. Geraldus o domis. t. Sen. Distin. 4. q. 4. Sed quia hec probari nō possunt ex scriptura, illud teneamus, q̃ in veritate nō diu stetit; etsi videtur stetisse, qui dicitur, cecidisse, quāto autē tempore steterit, ipse solus nouit: qui eum e cælo velut fulgur deturbauit. Fulgure aūt nihil velocius, licet sit cōtra naturā ignis. Nō igitur stetit in veritate: quia nō est veritas in eo: nō magis q̃ lux in tenebris. Est enim mēdatij pater, hoc est inuētor. Is enim & deum apud Euam detulit, dicēs, scit enim de⁹, q̃ in quocūq̃ die comederitis, aperientur oculi vr̄i, & hoīem apud deum, cū dixit, nūquid Iob frustra timet deū? Cū igitur loquitur mēdatiū, ex proprijs loquitur. Hoīes cū mētiuntur, aliena vtūtur ad inuētione & fraude, diabolus ꝑpropria vtitur: nā Euā morte vēdimauit, vnde serpens vitā promiserat, & cęcitatem mentis vnde lumē oculorū expectabat: & seruitutē inuenit, vnde putabat se inuēturam libertatē. Potest autem dici iuxta Augustinū, q̃ hoc loco diabolus nomē sit operis, nō naturę: iuxta illud, cur efficimini mihi hodie in satā? 2. Re. 19. Et sic noīe diaboli Cain significatur, cuius imitatores facti iudęi, saluatorē peremerūt, qui salutē mūdi venerat operari in medio terrę. Sicut enim Satanas simulauit se nescire preceptū traditū hoī, quādo dixit, cur precepit vobis deus? Sic & Cain interrogatus de fratre quē occiderat, finxit se nescire, & propterea vocatur diabolus, & cū loquitur mēdatium ex proprijs loquitur. Augusti. Nullo ergo modo dixerimus, eos qui asserūt aliquādo esse mentiēdū, id asserēdo esse veraces, ne quod est absurdissimū & stultissimū credere, veritas nos doceat esse mēdaces. Quale est enim vt esse adulterādum nemo discat a castitate, proximū offendēdū nemo discat a charitate, & esse mētiendū discamus a veritate. Porro si hoc nō docet veritas: nō est verū, si nō est verum nō est dicēdum, nunq̃ est mētiendum. Nisi q̃ iuxta Platonē (si tamē ille id serio dixit) solis pertutis amātiū dij dāt veniam. Permittitur & medicis nugari aliquoties, vt dicāt ęgrotis pharmaca facilia esse haustu. Thales rogatus, quātum distaret a mēdatio veritas: quātum inquit oculi ab auribus. Eneidos. 6. Est autem diabolus mendax etiam cum verū loquitur, non enim dicit veritatem, nisi vt fallat, de quo vide in actis Capite. 16. Dolens (inquit) Paulus q̃ spiritus pythonicus per os fęminę veritatem diceret: hāc videlicet, isti hoīes serui Dei excelsi sunt, qui anuntiant vobis viam salutis, dixit spiritui. Precipio tibi in noīe Iesu christi, exire ab ea. Loquitur autē Augustinus, in qua lingua loquutus sit serpēs Euę mendatium illud famosum, eritis sicut dij &c. Satanas loquebatur, sed ore serpentis. Si enim hodie non desunt qui latratus cānum intelligant & luporum vlulatus, & barritum elephantorum & cantum gallorum: quare non magis rudis adhuc mulier scire potuit & intelligere sibilum serpentum, cum multos sciamus auium voces discernere? Nam & constat diabolus eius lingua vti, cuius corpus intrauerit, nec aliter falleret mulierem. In hoc non est magnopere laborandum, quia mendatium quocunq̃ idiomate dicatur, mendatium est, etiam si linguis loquamur angelorum. Pericles cum amicus eum rogaret: vt pro causa eius falsum deieraret, his ad eum verbis vsus est. Oportet me amicis opitulari, sed vsq̃ ad deos. Si me sympratin Tis philis, allamechri theon. Aul⁹ Gellius Lib. 1. Capite. 3. Siquidem iuxta sententiam maiorum iuste negatur, quod iniuste petitur. Quid iniustius q̃ negare veritatem.

Gregorius — Augusti⁹. — Genes. 1 — Luce. 10. — Genes. 3. — Iob. 1. — Augusti⁹. — Psal. 77. — Augusti⁹. — Plato. — Thales. — Augusti⁹. — Pericles.

F — G — H — I

Caput. xviij. Dominus Iesus quia veritatem dicebat iudęis, vocatur Samaritanus, vocatur & a Dęmone possessus: & tandem lapides tollunt vt eum velut blasphemum lapident. Iesus cedens furori eorum, abscondit se. & cętera.

EGo autem si veritatem dico vobis: quare nō creditis mihi. Ne iudęi se excusarent dicentes: non credimus tibi, quia homo peccator es, innocentiam suam tuetur cum dicit. Quis ex vobis. Causa domine per se nota est, quoniam veritas nulli adulatur: sed tu es vir qui fecisti hanc rem. Et illud. In faciem ei restiti quoniam reprehensibilis erat, Gal. 2. Veritas amara est, quia retulit ad patrem rixam fratrum, oderant eum. Genes. 37. Est & rugosę frontis, qui tamen iuxta Menandrum, in lucem etiam non quęsita venit, & fortior rege, vino & muliere. 3. Esdre. Cap. 3. Dicit autem Augustinus verbum aureum, si mens nostra veritatem qua

2. Reg. 12 — K

creata est

creata est posset intueri, nullo modo lux corporea esset manifestior quam illa quę verissime dicitur de beatissima trinitate. Vnde sequitur, quod ea quę sunt manifestiora in natura, nobis sunt occultissima: quę tamen in se sunt ipsa luce clariora. Ad hęc Lactātius. Fuerūt philosophi illi antiqui digni cognitione veritatis propterea quod eam nullum non mouendo lapidem quęsierant. Alij a patria peregrinati sicut testatur Hieronymus de Platone, alij sua reliquerunt sicut Gymnosophistę, quos inuisit Apollonius de quo Hieronymus in primo prologo libri vitę Cap. 1. Alij sibi oculos eruerunt. Alij se ipsos castrauerūt, vt omino expediti veritatem consequerentur. Sed quia veritatem sine lumine fidei hoc est suo Marte requirebāt currebant quidem sed extra viam, ac proinde toto errabāt cęlo, vnde luserunt laborem & impensam. Nā quod Academici philosophi eo venerūt amētię: vt dicerent, veritatem quidē nullam esse, esse tamen aliqua verisimilia, quorum impudens mendacium Augustinus hoc refellit argumento. Si nulla est veritas, quomodo est aliquid verisimile? Si veritas tibi nunquam visa est, quomodo affirmas hoc simile esse rei, quam nunquam vidisti? Iten ex his philosophis quidam dubitant verum nam sint aliqui dij. Quidam multos esse credunt. Quidam nullum esse contendunt. Quidam deos si sint, nostra non curare opinantur. Quidam negant esse animam aliquam, alij mortalem animam asseuerant, alij immortalem. Alij prędicāt metamsychosim animarum. Tales mundi animam deum dixit. Anaximāder cęlestia sidera deos esse, Socrates & Plato vnum vnigenitum suapte sponte natum, singulare verum germanumque bonum, hec autem omnia in mentem spectant, mens igitur deus, abiuncta quędam forma idest nulli omoioo materię mixta, nulli patibili rei coalita. Democritus deum mentem ignitam mundi animam. Epicurus specie humana deos, cogitatione autem non sensu pęceptibiles prę exilissima imaginum natura. Eraclit⁹ omnia ex fati pręscripto euadere dixit, hanc autem eandem & necessitatem esse, quę naturę pręualet vniuersę iuxta Talerem. Anaxagoras dixit promiscue ab initio manebant corpora, mens vero diuina digessit ea omniaque procreationem effecit. Et vt inquit Plutarchus labitur Plato & Anaxagoras in eo vel maxime, quod deum res humanas curare, aut hominum causa iuxta Platonem etiam mundum construxisse censuerūt. Animal enim cum beatum sit, & senij expers, tum bonorum numeris omnibus cumulatū: omnisque omnino exors mali, humanarum procul dubio securus est sollicitudinum: alioqui qui miser non sit: si opificis structorisque more efferendas onerum moles subeat: architectandi vel mundi cura angatur. Age vero si deus est, huiusque procuratione administrantur humana quo ob rem cum deterrimo quoque fortuna prędare agere solet, cōtra cum pręstantissimo quoque pessime! Ecce tibi Agamenon regnatorque bonus simul atque accerrimus armis, ab adulterio adulteraque aceeptus, dolo interemptus est. Hercules cū de rebus humanis optime meruisset, noxijs plerisque monstris orbe defecato: a de ianira veneuatus, & in cautus confectus est. Ex quibus verbis videtur Plutarchus prouidentiam dei negare (imo absolute delirans, negat) & notare positionem Platonis de prouidentia dei in rebus, cum magis ipse turpiter labatur. Diagoras Millesius, Theodorus Cyrenensis Eumerus Thegeates deos prorsus nullos esse censuerunt. Euripides. Fuit tempus cum soluta erant mortalium omnia, & vita belluina, violentięque administra. Postea vero ex lex vita inductis antiquata est legibus postea vbi inquit manifestaria arcere delicta lex poterat, clam vero delinquebant multi, tum quidam peritus vir mendaci adorsus oratione veritatem restringere, & suadere mortalibus quod deus esset, in senescibili per enoans vita, qui hęc & audit & videt menteque prępollet collatus est. Tollamus inquit poetica deliramenta, congruenter callimacho ita dicente. Si deum nosti, scito quoque quod factu nihil deo impossibile. Atqui deus non omnia posse palam esse. Quando quidem si deus est, faciat inquit atram niuem, ignemque gelidum & qui sedet vt stet: adde illud si libet, faciat ex homine asinum & versa vice. Proinde Plato ille grandiloquus cum inquit, de⁹ affermauit mundum ad sui exemplum ipsius: olet obsoleta Arcadum cascorumque nugamenta. Nam quo pacto deus seipsum intuens, ipse mundum affinxit, aut quomodo globosum, cum sit ipse etiam breuior homine! Sed Ego arenam videor metiri, ac potius insanire, tot insanorum philosophorum opiniones & deliramenta recensens, qui tamen omnes hoc vnum constanter asseuerarunt, sine veritate mundum non posse subsistere. Vnde mendaces vbique male audiunt. Apud Persas tria tantum peccata sunt: quorum vnum mendacium est idque grauius. Apud Corinthios qui mendacium dicit, lapillum gestat in ore mense integro. Apud Romanos vno mense arcetur ab Ambrosia in altero sęculo. Apud nostrates mendax certo dentium multatur numero. Et qui semel falso iurat, perpetuo arcetur a testimonio ferendo. Denique iuxta leges Gothorum excluduntur a testimonio ferendo homicidę: sorti legi, serui fures, peccatores noto [illegible] qui venena propinant, qui vim intulerunt feminis, qui semel falsum deierarunt apud iudicem & qui sortilegos consulunt. Subijciamus illud in laudem veritatis: Deus autem veritas est. Dominus noster Iesus Christus astans iudici: & rogatus, num Rex esset, ego inquit in hoc natus sum, & veni in hunc mundum, non vt Regno clarus & conspicuus essem: siquidem Regnum meum (non enim abnuo me Regem esse) non est hinc, sed vt testimonium perhibeam veritati. Adde quod pro hac tue[illegible], mortuus est, vt tenet doctor noster in tertio. Namque quam rara auis in terris sit veritas: qui scire velit: legat tertiū Regum, Caput. 22. Hinc Moses toties imperium mittentis deprecatur. Esaias quia tacuit: quando loquendum erat pro veritate, virum se labijs pollutum vocat: Helias Iezabelem veritas fugit, qui Regem Achab non timuit, Hieremias seductum se conqueritur a domino Iesu Christo quia missus est pręadicare veritatem. Cap. 20. Ionas missus pręadicare excidium Niniue fugit in Tharsis. Petrus interrogatus, tertio negat veritatem. Hinc est quod doctores nostri concedunt sanctos veteris testamenti licet alias iusti essent, mentitos fuisse: sicut Saram, Gen. 18. Idem legimus de Rachele. Gen. 31. De Iudith, Ca. 10. De Ioseph, Gene. 44. & Ca. 42. De Iacob, Gen. 29. De Aaron, Exo. 32.

Lactanti⁹ | academici. | Tales. | Anaximā. | Plato. | Democrit⁹ | Epicurus. | Eraclitus. | Anaxagoras. | Plutarch⁹ | prouidētia | Agamenō | Hercules. | Diagoras. | Euripides. | callimach⁹. | Persę. | Ioan. 18 | Scotus. | Exo. 4. | 3. Reg. 19.

Augusti.9. Tātę molis est in oibus omnia vere loqui. Hęc igitur cū ita sint, si iuxta Augustinum, beatitudo quam pręstolamur nihil aliud est q̄ gaudiū de inuēta veritate, si hęc ex ore meo auditis: qui mētiri nescio, mē-
2.q.5.questio. tiri nō possum (oīs aūt homo mēdax) quare nō creditis mihi? Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatē dico vobis: quare non creditis mihi? Positum est hic, arguet ἐλέγχει, elenchi, pro potest arguere. Et arguere dixit: pro cōuincere, nō pro accusare, nam id est elenchin, alioqui nun semel delatus est tanq̄ legis trāsgressor, cōuictus aūt, absit: iterūq̄ absit, ecce agnū Dei qui solus potest
Matth.126. peccata remittere. Et tamē vocatus est homo vorax. Matth.11. Seductor. Matt.27. Ioan.7. De quo vide
Amasis. sup̄ illud, nō erāt cōuenientia testimonia. Si veritatē dico vobis quare nō creditis? Eadem est sentētia cū pręcedenti. Amasis cū priuatus ageret, sępe in necessitatem coactus furabatur, qui cum negaret: ad oracula ægypti vbi furtum fecerat adductus, raro cōuincebatur, frequenter absoluebatur. Regnū adeptus, id egit Quicūq; dij eum absoluerāt, horum templa neccurę habuit, neq; aliqua re ad stabilimentum donauit, neq; adiens sacrificauit, vt pote mēdatij auctores. Qui autem eum pronūtiauerūt furem, hos tanq̄ vere deos & veritatis cultores maxime colūt. Verūtamen dæmones nō ideo veritatē colūt, quia veritatem diligāt, absit, sed vt semel verum prędicēdo: cēties mētiantur: sicq; imponāt hoibus, & in pręcio sint apud eos. Qui ex deo est: verba dei audit, propterea vos nō auditis: quia ex deo nō
Psal.30 estis. Dixerāt iudęi in supioribus, nos vnū patrem habemus deum. At qui de⁹ verax est, veritas est, ve-
Prouer.6. ritatē diligit: ecce enim veritatem dilexisti, mēdacium odit, perdes omnes qui loquūtur mendacium. ps.5. Sex sunt quę odit deus, ex quibus tria ad mēdacium referūtur, linguam mendacem odit, testē fallacē, pferētem mendacia. Si igitur deo patre auctore gloriamini, doctrinam eius audire. Quia sicut viam si cę-
Tullius. cus commōstret sequēdus est: ita veritatem quicūq; doceat audiēdus est. Nam & iuxta Tulliū, cuius au-
Gregorius res clausę sunt, vt veritatem ex ore amici audire nō possit, huius salus desperanda est. Gregorius. Si enim verba dei audit, qui ex deo est, & audire verba eius nō potest: quisquis ex illo nō est, interroget se vnusquisq;, si verba dei aure cordis percipit, & intelliget vnde sit. Cœlestē patriam desiderare veritas iubet, carnis desideria cōterere, pro veritate ad mortem vsq; certare, a mūdi gloria declinare, aliena nō rapere, propterea largiri, post deum veritatē colēdam. Pēset vnusquisq; vestrum apud se: si hę voces dei in cordis sui auribus radices miserunt, & q̄ iam ex deo sit, cognoscet. Propterea vos nō auditis, quia ex deo nō estis: mores em̄ vestri pugnāt ex diametro cū v̄bis meis. Respōderunt ergo iudęi & dixerunt ei Nōne bene dicimus nos: q̄ samaritanus es tu: & dęmonium habes? In quibus verbis filij Belial manifeste explicāt cuius filij sint, qui tā optime de illis meritum, samaritem vocant (Samaritę
Theophy. aūt nō egregie iudaizabant) & possessum a dęmone: quasi dicerēt: hoiem exlegem & eutheon vel epi-
Matt.12. lepticon, quē dęmones ipsi cōfitebātur Christum dei: vel muti. Matt.9. Forte aūt quia sępe cogitationes eorum traduxerat, dęmoniū habere cogitabāt: putantes a dęmonibus ei reuelata cordis eorum arcana, vel quia dæmones pellebat e corporibus. Isti igitur ex abūdantia cordis loquebātur & eructabāt quo pleni, erāt, digni qui a dęmonio asportarētur vltra fluuium piscis & sulphuris Acherōtis, aut Tesiphone traderētur flagellādi scorpionibus, donec cōfiterentur id quod dæmones ipsi. Nōne inquiūt tu rē ipsam declaras, id quod nos iam diu opinabamur, q̄ samaritanus cum sis, iudęus videri velis, & dæmoniū ha-
Prouerbiū beas, cū patrem tuum deum voces? Quę dolet (iuxta prouerbiū) ea quidem molestum est cōtingere, & vnusquisq; inuitus audit sua incomoda, maxime ea quę sint cum aliqua infamia cōiuncta, veluti turpitudinem generis, vitium formę: & pro inde ciuilitatis est, nemini suum refricare vulnus, nec hulcus tāge-
Hiero.9. re. Sed tu quam ciuilitatē requiris in regulis istis, qui vel visu ipso nocent? Qui fanda obijciūt & nefanda qui iuxta prophetam docuerunt linguā suam loqui mēdacium, & acuerūt eam sicut serpētes. ps.139. Ad hec autē quod mansuetudo dñi Iesu respōderit (erat enim māsuetissimus sup omnes habitātes terrā. Nū.12) Audiamus. Ego dęmoniū nō habeo, sed honorifico patrē meū, & vos inhonorastis me: ἠτιμάσατε, cōtumelia afecistis: nec leui. Ego aūt nō quęro gloriam meam est qui quęrat & iudicet. Amen amē dico vobis, si quis sermonē meum seruauerit, mortem nō gustabit in ęternum. Ad samaritani cōuitium q̄q̄ apud vulgus promiscuum magni probri loco ducebatur, tamē quoniā nihil aliud erat q̄ vęsani hois & furore perciti cōtumelia, per inde quasi illum barbarū vocassent aut hoiem trellem fungum ve, pro nihilo respōdere duxit. Scriptum est enim, ne respōdeas stulto iuxta stultitiam suam, ne similis illi videaris. Prouer.26. Respōdet aūt ad illud, dęmoniū habes (blasphemiā in spiritum sanctū) q̄ id manifeste cedebat in iniuriam dei patris. Per quod do-
Augusti.9. cemur iuxta Augustinū, vt quoties nos aut fama nostra lęditur, malū malo nō medeamur, sed vinca-
Rom.12 mus bonitate nostra malitiā fratris. Hec enim facientes, carbones ignis cōgregamus sup caput eius, quibus inflāmetur ad redamandum. At cum gloria dei lęditur, ibi dētes ostēdamus: dicētes dura ceruice & corde incircunciso, vos semper spiritus sancto rebelles fuistis. Et hic est qui cum lapidibus impeteretur, p
Ioan.8. saxis crepitātibus orationē reposuit flexis genibus. Dęmoniū nō habeo. Vere ego dixit Petrus, cū ma-
Gregorius ledicereturnō cōminabatur. Gregorius in dialogo. Cōstantius vir sanctitate famosus, ad sui cōtępla-
Exemplū. tionem multos attrahebat. Erat autē pusillus forma exili atq; despecta. Multis igitur concurrentibus ad visendū, vnus quidā eo viso, derisit dicens. Vah ego grādem hominē credidi, iste de homine nihil habet pomillio est, Zacchęus est. Hūc complexus vir sanctus, gratias egit dicens. Tu solus es qui habuisti oculos apertos in me. Nā qualis vnusquisq; apud se lateat, cōtumelia illata probat. Atq; vtinam talione cōtēti essemus, & nō pro verbis multi reponerēt alapam dicētes, sic respōdes pōtifici? Ioan.18. Ego inquit dęmoniū nō habeo. Gregorius. In quibus verbis quid aliud q̄ superbia nostra cōfunditur, quę si exagitata vel leuiter fuerit (tāge mōtes & fumigabunt. ps.103) Atrociores reddit iniurias q̄ accepit (o infamē vsu-

mē vsurā) facit mala qui potest, minatur quę nō potest. Vnde illud Iudith. 1. Indignatus Nabucodonofor rex propter cōpremptos legatos suos, iurauit per thronū & regnū suum, q̄ defenderet se de oibus regionibus his, & eamē in Bethulia amisit ducē exercitus: & exercitus ipse ex magna parte interijt. Loqui tur enim superbia in corde istorum. Turpe est ve accepta iniuria taceas: sed respōde stulto iuxta stulticiā suam ne sibi sapiēs videatur. Nam qui cōspicit, q̄ accepta cōtumelia taces, nō putat q̄ patientiā exhibes, sed q̄ illata crimina recognoscis. Sed inde vox ista nascitur, quia cum in terra gloriā quęrimus, placere ei qui nos de cælo cōspicit nō curamus. Poterat dn̄s dicere ad plaustra ista cōuitijs onusta, qui dicit quę vult, audiet quę nō vult, vos nedęmoniam habetis, nō vnum sed singuli vestrum legionem integrā, qui & facti estis spelunca latronum, & si hoc diceret, verum diceret. sed nō erat tempus eo tempore nō veritatem prędicare, sed iniuriam retaliare videretur. Medicus enim cum esset patiētia sibi opus

Prouer. 26.
Prouerbiū

A erat. Quomodo medicus nō curat quicquid audiat ad phrenetico, sed quomō conualescat & fiat sanus, insanus, nec si pugnum ab illo accipiat curat. Ille facit noua vulnera, medicus veterem febrem sanat. Sic & dominus ad iudęos tanq̄ ad phreneticos venit: vt quicquid audiret vel passus esset, cōtemneret: hoc ipso eos docēs humilitatem: vt sanarētur a superbia dęmoniū inquiens nō habeo, Sicut aūt dicit Plutarc. Nobilissima & summa virtute ornata ingenia quia nō ad volūtatem cōsilia sua referūt, multitudini per raro placere cōsueuere. Si vero publicos errores hoīum peccādiq̄ licentiam comprimere studeāt, ad intolerabile sui fastidium vulgus accēdunt, per inde ac medicorum vincula quę tam & si ad pulchrum naturę ordinem mēbra componāt, toleratu eamē difficillima sint. Hinc cōsilium illud nō continēdum Parisatis Artaxerxis matris ore prolatū ad quosdam, quo cōsulebat, vt quoties principē alloquerētur, byssinis & mollibus vterētur verbis, quia veritas semper sui similis est, malum parit partum. Quid ergo dicit veritas? Dæmoniū nō habeo, sed honorifico patrem meum, sicut alias dixit, in domo patris mei oportet me esse Luc. 2. Et rursus, nolite facere domum patris mei domum negotiationis, & rursus tertio, do-

Augusti?.
Plutarch.
Parisatis.
Ioan. 2.
Matth. 5.

B mus mea domus orationis est &c. Matth. 21. Et pater nō mea volūtas sed tua fiat. Vos autem cōtumelia affecistis me. Hilarius. Et nūquid dn̄s christus a nobis honorem mēdicabat? Num a somno stupidis, nūc de luxu nocturnum fessis, nūc post rixas & cędes dierū male cōscijs, post cōuiuia ebrijs? Non. Sed tamen si ego dn̄s vbi est timor meus? Si pater vbi honor? Vos inquit de quibus omnifariā meritus sum optime in honorastis me, etiam prępferētes mihi virum vndequaq̄ scelestum & sordidum Barrabam videlicet. Legimus de Cęsare adhūc modum. Huic principi Reges amici & socij populi Romani singuli in suo quisq̄ regno cęsareas vrbes cōdiderūt, & cūcti simul ędem iouis olympici Athenis antiquitus inchoatā perficere cōi sumptu destinauerunt, genio q̄ eius dedicare. Ac sępe regnis relictis nō Romę modo sed prouincias peragrātes cotidiana officia togati, ac sine regio insigni more clientum pręstiterūt. Quo quid possit honorificētius homini cōtingere nō video, a rebus quidē humanis. Vos aūt populus meus & quos oues & filios peculiari quoddam nomine dignatus sum, contumelijs affecistis me. Ad hec Plato. Quod

Hilarius.
Aug. Cæ.
Matt. 15.
Plato.

C dijs amicum est sanctū est, quod nō amicū profanum est. Itaq̄ mercatura quędam est inter deos & homines sanctitas hęc. Nihil enim nobis est bonum quin illi prębeant. Quę vero a nobis accipiūt, quid illis cōferunt? Possunt ne ex acceptis a nobis aliqua ex parte iuuari? Itaq̄ honorem sibi exhibitum gratū quidem habēt, nō autem vtile. Soli tamē deo inquit Paulus honor & gloria. Ego tamē nō quęro gloriam meā, quā si auerem sicut Abimelech, oblatam nō fugerem. Ioan. 6. Ad crucē requirētibus nō occurrerem. Est qui quęrat de quo Paulus, propter quod deus pater sup exaltauit illū: & dedit illi nomē &c. Et rursus. Ipse est qui cōstitutus est a deo patre iudex viuorum & mortuorū. Vnde illud. Ego sum q̄ sum Absq̄ tuo imperio nō mouebit quisq̄ manū aut pedem Genes. 41 Est qui quęrat & inquirat, o filij augurtatricis semē adulterum & fornicatricis filij, super quē lusistis, dilatastis ora velut amētes, dicentes, Vah qui demoliris templum dei. Est & qui iudicet idest vlciscatur tot in me irrogata scomata, quādo ego cū lachrymis & clamore valido orabam pro vobis, & iram iudicis flexi ad clemētiam. Si igitur non sanius

1. Tim. 1.

D sapueritis videre: ne deterius vobis cōtingat. Itaq̄ vos in honorastis me venum datū decoro prętio denariorum triginta. Pater exaltauit eductum de carcere & vētre ceti, & dedit mihi omne ius in cœlo & terra. Amen amen dico vobis, siquis sermonē meū seruauerit. &c. De hoc dictum est ibi, beati qui audiunt verbum dei. Luc. 11. Qui igitur tali pastus fuerit cibo mortem ęternam nō videbit. Si enim lignū vitę quod erat in medio paradisi vitam donabat: per multa sęcula, multo magis sermo christi trāsfusus in animę viscera, pręseruat eam ab omni corruptione. Dixerunt ergo iudęi. Nunc cognouimus q̄ dęmoniū habes. Ergo hactenus temere diximus, dęmoniū habes, nōne benedicim? sed vnde cognoscant, Christum dęmonium habere? Quia verba eius manifeste falsa reputabāt, & impossibilia: illa videlicet: siquis sermonem meum &c. Sed sapere secundum carnem mors est. Qui enim vere sapiebat, verba inquit vitę ęternę sunt verba tua, quę seruātes, cōseruabunt in vitam ęternā, quia mortem nō videbit secundam. Abraham mortuus est: & prophetę mortui sunt, & tu dicis: siquis sermonē meum seruauerit, mortē non gustabit in ęternum: Nunquid tu maior es patre

E nostro Abrahā: qui mortuus est: & prophetę mortui sunt: Quem te ipsum facis: esse mortem primā & secundam, sicut resurrectionem primā & secundam, oibus palam est qui sacras litteras vel a limine salutauerūt. De morte secunda dicitur cuidam episcopo Apoc. 3. Nomē habes q̄ viuas, & mortu? es. Et Paulus 1. Timo. 5. Vidua in delitijs viuēs, mortua est. Et illud: qua hora comederis morte morieris. Mors prima illa est, statutum est hoibus semel mori, Heb. 9. Quod siquis dicat esse tertiam mortem pęnę videlicet ęternę: de qua dicitur, sepultus est in inferno, Luc. 16. Et illud. Mors peccatorum pessima, nō obsto, dum modo illud nobis cōcedatur, dominum Iesum de altera quidem morte loqui cū

Apo. 20 c. 21. & 2. C.
Gene. 2.
Psal. 33

[Matt. 8.] dicit, morte nō videbit in ęternum: & de altera iudęos intelligere, quādo dicūt, Abrahā mortuus est. Et obserua φ christus dixit, mortem nō videbit, illi aūt repetūt dicētes, mortem nō gustabit. Christus p verbum videbit significauit mortē spirit⁹ actione immaterialissima qualis est visio. Iudęi qui de morte corporis intelligētes, actionem materialissimam qualis est gustos, repetūt: dicētes, nō gustabit. Potest autē dici cōgruēter: φ mors secūda de qua dn̄s dicit: dimitte mortuos sepelire mortuos suos: est quidam (vt ita dicam) gustus & delibatio mortis tertię & ęternę. Vnde illud. 2. Paralip. Cap. 21. De rege impio Ioram, Percussit eū dn̄s alui lāgore insanabili, Cūq; dies succederet dies, & tēporum spacia voluerētur, duorū annorū expletus est circulus, & sic lōga cōsumptus tabe, ita vt egereret etiam viscera sua (qualis enī vita talis & mors) lāgore pariter & vita caruit, mortuus q; est in infirmitate pessima, quia de morte mala & secunda: quā hic gustarat biennio, trāsijt ad tertiam & ęternam, vnde sequitur, & nō fecit ei populus iuxta morem cōbustionis exequias, quia deletus erat de libro viuētium Psal. 68. Vide autē quomō veteratores boni isti sui similes esse pergūt: dicētes, nūc cognouimus φ demonium habes, nūc reuera penit⁹ mētem perdiderit. Sicut enim accepta cōtumelia bonus fit melior. dicit enim Paulus, diligētibus deum [Rom. 8] oīa cooperātur in bonum, & illud, bonū mihi quia humiliasti me, ita accepto beneficio, vesanus fit insolētior: incrassatus enim recalcitrat. Deut. 32. Abrahā inquiūt mortu⁹ est, & prophetę, quis est enim homo qui viuet & nō videbit mortem? Psal. 88. Si Abraham eam vidit & Isaac & Iacob & Moses & Aa- [Moses. 3. Reg. 1.] rō, & Sāson & Iosue qui stare fecit solem, & Ezechias, qui solem itē retrocedere fecit, dn̄o obsecūdante volūtati eius, 4. Reg. 20. Si Dauid vir iuxta cor dei ingressus est viā vniuersę carnis, qui tamē sermonem dei seruauit, sicut nos hi quos recēsuimus, num tu maior es his oībus, qui vere mortui sunt? Quē teipsum facis? Dicēdo tātū videlicet esse sermonis tui, vt seruatus, seruet a morte. Fabri cū sis filius. Erige tibi statuam cubitorum sexaginta. Quod si maior es patre nostro, quibus id nobis argumētis persuades: Quomodo alijs promittis quod nō sunt cōsequuti viri ad vnguem iuxta cor dei? Quomodo alijs promittis, quod ipse nō habes? Qui similis nobis per oīa videris. Quē teipsum facis, qui id pmittis quod solius dei est? Nūquid tu maior es patre nostro Abrahā? Debebāt inferre: nūquid tu maior es deo (cuius sermo seruatus, nō prohibuit quin moreretur Abrahā & prophetę omnes, cui dicas, siquis sermonem meum &c.) sed passio impediuit cognitionem veritatis & ordinē cōsequentiamq; sermonis. Respōdit Iesus, ad illud quē teipsum facis. Si ego glorifico me ipsum: gloria mea nihil est. Est pr̄ me⁹ qui glorificat me: quē vos dicitis, φ deus vester est: & nō cognouistis eum, ego autē noui eum. Et si dixero φ nō scio eum, ero similis vobis mēdax. Sed scio eum: & sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: vidit & gauisus est. Ad illud respōdet, nūquid tu maior es, &c. Ad hęc igitur tam insanae cōtumelias sic responsum suum temperauit dn̄s Iesus, vt quoniā nōdum erāt capaces cęlestis mysterij, sub indicaret quidem se maiorem esse prophetis: & ipso Abraham, & idem se ex diuina potētia posse pręstare re quod verbis pollicebatur, cęterum apud iudęos arrogātię speciē vitaret, & cōmotos crabones amplius nō irritaret. Si ego inquit glorifico meipsum &c. Ille seipsum glorificabat: qui pēnas pulchrior me explicabat etiā extra [Luc. 18.] nidum dicēs. Nō sum sicut ceteri. itē ille qui pręcepit omnes deos exterminari de terra, vt ipse solus dice- [Iudith. 3] retur deus ab ijs nationibus quę potuissent Holophernis potētia subiugari. Ad dn̄s Iesus nō suam sed patris gl̄iam quęrebat. Patris autē & filij & spirit⁹ sancti vna est diuinitas, ęqualis gloria, coęterna ma- [Lactanti⁹] iestas. Lactātius. Christus dei filius veniēs veritatem docere, fidelitatem patri suo exhibēs, illud in primis docuit quod Moses, & populus primum audiuit a deo videlicet audi israel, dn̄s deus tuus deus vnus est. Exo. 20. Deut. 6. Vnde dn̄s Iesus nunq; se deum dixit, licet diceret se esse Messiam, Ioan. 4. Et remunera- [Ioan. 20.] uerit cōfessionem Petri dicētis tu es christus filius dei, Matt. 16. Et verba Thomę dicētis, dominus meus & deus meus, & dixerit inter orādum, hec est vita ęterna, vt cognoscāt te solū deū verū, & quem misisti Iesum christum. Ioan. 17. Nō enim seruasset fidelitatem, si missus: vt deos tolleret de terra (quorum nu- [4. Reg. 21] merus infinitus erat etiam apud iudęos tempore Manasses) & vnum assereret, induceret alterum pręter vnum. Hoc enim nō erat de vno facere pręconium, nec eius qui miserat, sed suum proprium negocium agere. Et propterea licet deus esset, cui nō erat rapina vt diceret se patri ęqualem & cōsubstātialem, noluit tamē deus vocari in terra, sed filius hominis. idq; sępe sępius, sicut patet per totum de cursum euāge- [Phili. 2. Heb. 5 Matth. 16] lij. Nō igitur glorificauit seipsum vt pōtifex fieret, imo interdixit apostolis ne alicui dicerēt, φ ipse esset Iesus christus. Et tribus ne dicerēt visionem quā viderāt in mōte. Matt. 17. Quod tamē verbis noluit dici & vulgari in populo, operibus & re ipsa euidēter ostēdit. Nō igitur ipse se glorificauit pater tamē ei⁹ miraculis & cęlestibus signis doctrinam eius cōfirmauit de cœlo, dicēs, ipsum audite. Quod si more humano gloriam mihi arrogarem apud homines: inanes esset hec gloria quę pręterit velut vmbra. Nabu- [Dani. 4. Matt. 21.] codonosor enim heri caput suum exaltabat sup nubila, hodie fœnum sicut bos comedebat. Heri Christ⁹ audiuit: o rex israel, hodie audit, nō habemus regem pręter Cęsarem. Verūtamē si gloriam affectarē. nō ab hoibus mēdicarem illam est enim in cælis pater meus qui glorificat me, quoties res fert, & glorificabit, si ita res tulerit, quem vos dicitis φ pater vester est, verum sicut exaltātur cęli a terra, ita exaltantur vię eius & cogitationes suę a vestris, quia reuera nō cognouistis eum: sed quem ore cōfitemini, factis negatis. Ego autem noui eum, nemo enim nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et si dixero φ nescio eum &c. At dominus Iesus cum sit veritas, mētiri nescit: mētiri nō potest, sed nec mēda- [Actu. 13] tium dicere, & sermonem eius seruo, sicut alias diximus expoōētes illud, inueni Dauid filium Iesse virum iuxta cor meum: qui faciat omnes volūtates meas. Cęterū φ Abrahā laudibus plusq; satis est sup astra extollitis (quo autore generis vestri gloriamini, a cuius moribus longissime ab estis) interim mihi inuidentes,

inuidētes, ꝙ fabri cum sim filius (vt dicitis) illi me preferam, de hoc nihil nūc dicā, tamē illud velim vobis persuadeatis, ꝙ magnus licet fuerit in oculis dei (id quod verū est) exultauit tamē, sibiq; felix futurꝰ visus est, si cōtingeret ei diem meum videre, id quod multi iusti desiderauerūt. Etreuera nō est fraudatus a desiderio suo, vidit enim a lōge licet, & gauisus est. Chryso. Diem hūc christum in ligno pēdētem significare videtur, quē in arietis oblatione Isaac prefigurauit. Alex. Ales dicit cū Augustino, ꝙ Abraham cognouit trinitatē personarū in vnitate essentię: quādo tres vidit & vni loquebatur, dicēs: domine si inueni gratiam oculis tuis, ne trāseas seruum tuū. Ecce vnitatē. Sequitur, lauētur pedes vestri, & requiescite sub arbore &c. Ecce trinitatē, tres enim erāt, q lauari iubētur, & requiescere in vnico tabernaculo patris fidei nostrę. Ad hec Augus. Si diē suum voluit dn̄s tempus suum intelligi, testimoniū profecto perhibuit Abrahę, ꝙ fide fuerit incarnationis imbutus. Secūdum enim hoc habet tēpus, diuinitas aūt eius omne

A tempus excedit, per quē cōdita sunt tempa. Potest etiam dies hic exponi iuxta eūdem Augustinū de incarnatione Christi: quādo Abraham vocato seruo, dixit ad eum, tāge femur meum, & iura mihi per deū celi. Ego diē hūc pro meo capite eum intelligo de quo dictum est, in semine tuo benedicētur oēs gentes Genes. 22 Est igitur dies hic, tota vita christi & mors eius resurrectio & cōsessus ad dexterā patris, quem diem Abrahā videre nō potuit sine summa exultatione, semē suum videlicet sedere in dextera maiestatis dei. Vidit aūt Abrahā nō faciem sed posteriora. Exo. 33. Post tergum enim suum vidit arietem hęrētē cornibus. Et hoc ad mortem eius pertinet: ꝙ aūt post triduum viuum reduxit filium ad matrem: immolato ariete, gloriā resurrectionis Christi prefigurauit, sicut Ionas post triduum viuum euomitus. Ad hec illi carnales & qui nihil aliud suspicabantur esse dominum Iesum ꝙ hominem, cōmunē conceptum cōsuetudine viri & feminę tria respondent. Quid est hoc? Quinquaginta annos nō dum habes: & Abraham vidisti? Chrysost. Quadraginta legit. Sciēdum ꝙ ab ortu Abrahę vsq; ad predicationē christi numerātur anni bis mille, quattuor & quadraginta. Quid est ergo, quinquaginta annos nō dum

B habes? Esto enim haberet centum, esto quingentos, esto mille: num videre poterat dominꝰ oculis ipsum Abraham. Dn̄s quidē nō dixit, ego vidi Abrahā tamē vtrūq; verum est, ꝙ vterq; alterum vidit, neuter vidit alterum. Verumquādo isti de ęterna generatione Christi suspicarentur aliquid, si doctor eorum Nicodemus audiens dn̄m differentem de spirituali regeneratione per aquam, tam crasse respondit, nunquid potest homo vterum matris repetere cum sit senex? Domini Iesu parentes agnoscebant, idq; argumento erat euidēti dominum annos quinquaginta nōdum nactum, ideoq; plusq; admirantes, & quasi attoniti facti dicunt. Num tu antiquior es parentibus tuis: qui apud Nazaręos nō admodum senes versantur? Vix enim dum parens tua annum attigit quinquagesimum, quę te ante annos ab hinc viginti circiter in templo reperit, cōferentem cum doctoribus nostris quędam mysteria ea lege nostra. Dn̄s autē velut protocatus eorum conuitijs, & pullos suos degeneres quidem & notos ad volandum prouocans: vnū protulit verbum: quo subobscure quidem aperuit tamen quis esset: iuxta ꝙ in principio erat verbum &

C deus erat verbum apud deum, iuxta naturam enim diuinam tempus non nouit neq; secula, sed semper idem fuit ante secula, & paterna vsus voce (sic enim loquitur Deus pater ad Mosen, ego sum qui sum) Amē amen inquit dico vobis, anteq; Abraham esset ego sum. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum, Iesus aūt abscondit se: & exiuit de templo. Deus cum iuxta Dionysium ens & intelligibile non sit, sed super vtrumq;, nemo vlla intelligentię actione diuinam substantiam poterit consequi, potest tamen assequi passione, dicente domino, nomen meum I.H.V.H: non reuelaui eis Et rursus. Cui voluerit filius reuelare. Matth. Cap. 11. Vnde proculus. His qui ad summum bonum venire cupiunt, non sciencia & exercitatione ingenij opus est, sed quiete & tranquillitate, quę quidem diuina fides est, quę nos ad summum bonum trahit. Quod autem dominus dicit, sum ante Abraham, contra Fotinum hereticum est, qui Christum asserit ante Mariam non fuisse. Hanc igitur vocem, ego sum anteq; Abraham fieret, veluti blasphemam (solus enim deus habitat ęternitatem, Esai. Cap. 57) Tamq;

D lymphatici & maniaci non sustinent, sed ad lapides currunt, qui corda gestabant adamantina, & incircumcisa, id quod iam attentarant contra Mosen: Exo. Cap. 17. Dominus autem Iesus qui calamum cassatum non contriuit, cessit furori eorum, quibus adhuc persuaderi non poterat mysterium incarnati verbi, de quo Paulus Eph. Cap. 3. Mihi minimo sanctorum data est gratia hęc, euangelizare in inuestigabiles diuitias Christi in gentibus & cętera. Itaq; sicut alias per medium illorum transijt, qui eum precipitare voluerunt, ita nunc clam egressus est templum, ipso facto prenuntians: ꝙ relinquenda esset eis domus sua sicut tugurium in cucumerario. Et vide vesaniam gentis huius, qui nullo seruato iuris ordine, ipsi fiunt testes iudices & carnifices, idq; intra ambitum templi, quod nullo modo licebat. De quo vide 4. Reg. Cap. 11. Non enim laudamus quod iussit Salomon Banaię super Ioab. 3. Reg. Cap. 2 Dicit enim lex Exo. Cap. 21. Si quis per industriam occiderit proximum & per insidias, ab altari meo euellam eum, vt moriatur. Sed isti habentes furorem amentem pro zelo dei ad lapides currunt, vesania arma ministrante. Dominus igitur tepuens pro odio dilectionem, abscondit se, ne tanti sanguinis fusi rei essent an-

E te deum. Ita tamen dixerat ad eos dominus ore Mosi, abscōdā faciem meā ab eis, & cōsiderabo nouissima eorū, hoc est videbo & subsanabo & ridebo in eorū interitu. Tu aūt fruere aliena insania: & si semel tenueris, non dimittas, donec benedicat tibi, & accipias nomen quod nemo scit, &c. Apoca.

Chrysost. — Alex Ales — Genes. 18 — August. 9. — Genes. 24. — Figura. — Luc. 2. — Deut. 32. — Exo. 3. — Dionysius — Bao. 6. — Proculus — 23. q. 3. Tolerandi. — Matt. 12 — Luc. 3. — Genes. 32 — Apoc. 2.

Caput. xix. De cęco a natiuitate, quem dominus noster Iesus christus luto facto ex sua saliua mirabiliter illuminauit id factū est die sabbati.

Et pretereūs

Esai.59 · Isai 5

ET preteriens Iesus, vidit hoiem cecũ a natiuitate. Et interrogauerunt eum discipuli sui. Rabbi quis peccauit: hic an parentes sui: vt cecus nasceretur? Respõdit Iesus, Neq; hic peccauit neq; parentes sui: vt cecus nasceretur: sed vt manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me: donec dies est. Venit nox quãdo nemo potest operari. Quãdiu sum in mundo lux sum mũdi 24.q.1.Cap.1.De pęni. Dist. 3.Cap. Productor. Si iuxta prophetã oẽs ceci editi sumus a natura nouerca, in tã profundissimis tenebris cõstitutis, rogabit nos aliquis quis ostẽdit nobis bona? Nam quis promiserit nobis scientiã boni & mali ex scriptura nouimus. Ad hec propheta Signatum est super nos lumen vultus tui.

Augusti.

Augustinus. Hec interrogatio condigna est oium stultorũ, qui etiã ceci accusare audẽt ordinẽ rerũ, cũ tempora presentia putãt esse peiora q̃ preterita fuerunt, siue de ipsa futura vita que nobis promittitur dubitãtium vel desperãtiũ, qui sepe dicũt, quis nouit si vera sunt, aut quis venit ab inferis, vt ista nũciaret: Magnifice igitur & breuiter sed intrinsecus videntibus, ostẽdit que bona querẽda sunt, respõdens illorum interrogationi, qui dicũt, qs ostẽdit nobis bona, signatũ est inquit sup nos &c. Hoc lumẽ est totum hois & verum bonum, quod nõ oculis sed mẽte cõspicitur. Signatum aut dixit in nobis, sicut denarius signatur regis imagine. Bonũ ergo eius est verum atq; eternum, si renascẽdo signetur. Nullus igitur adeo cecus editus est a natura matre oium (paucis exceptis qui mẽte capti edũtur, pretermitto & mõstra quędam de quibus Plinius. Libr.7. Cap.2) Qui cũ venerit ad annos discretionis, nõ intelligat vel illud, quod tibi non vis alteri ne feceris. Tobie,4. Et illud, homines per rationẽ prestare iumẽtis, tũ & illud, esse aliquẽ viuũ nescio quẽ deũ, qui res humanas moderet. hoc em p lumẽ rationis nobis cõcessũ intelligimus sicut multa alia: nisi sint mõ-

Psal.52. · Eccs.3. · Sap.1.

stra quędam (vt diximus) que in iumẽta degenerarunt, sicut dicit propheta: qui dixerunt in corde suo, nõ est deus, nõ est prouidẽtia, nõ est alia vita q̃ presens, nõ est ratio reddẽda de actibus nostris: sed hois & iumẽti vnus est interitus, & equa cõditio. He igitur voces nõ hoium sunt sed iumẽtorum qui ceci nati sunt: & nunq̃ eis illuxit sol iustitię.

Seneca.

Hi similes sunt ancille senece, de qua ille, rem incredibilẽ tibi narro amice, sed veram, Nescit se esse cecam (alter Balaam) sed rogat pedagogum vt recedat de domo in qua est: dicẽs domum tenebrosam esse. Ita Paulus dicẽtes se esse sapiẽtes, stulti facti sunt, quorum stultitiam ex parte attigimus Cap. Precedẽti. Isti igitur ceci difficile ad sanitatem veniũt, quia se esse cecos nesciũt nesciũt autẽ quia in ergastulo exilij huius editi sunt a nouerca matre. Ceci qui aliquãdo viderunt, ducẽ querũt, nos sine duce erramus, dicentes. nõ sum ego sicut ceteri hoies, illi sunt vel talpe: vel ad multũ cy-

Genes.48. · Cap.4. · Cap.21.

clopes, aut Arimaspi, vel cecutiũt cum Iacob, nos sumus Argi oculati ante & retro ad malum, more noctuarum videntes in tenebris, iuxta quod dicit Hieremias, sapiẽtes sunt vt faciãt mala, bene autem facere nesciũt. Hac aũt cecitate nihil reor esse miserabilius: benefacere nesciũt: habitus enim malefaciẽdi versus est in alteram naturam, sicut dicit & Iob, sciẽtiam viarum tuarũ nolumus. Vidit igitur dñs cecum a natiuitate; nõ clamantem, nec cecitatem suã agnoscẽtem, qui putabat tenebras lucẽ esse, quẽ quia dominus forte attẽtioribus aspexit oculis, ansam prebuit apostolis sciscitãdi dñm, num a peccato eius factum esset parentum ve, vt cecus nasceretur.

Theophy.

Theophyl. Nũ apostoli qui piscatores erãt, musarum academias nunq̃ vel a limine salutauerãt audierãt de metamorphosi aiarũ ex Platõe, vt dicãt, peccauit, vt cecus nasceretur

Ioan.5.

Questio tamẽ nõ oĩno vana est. Dixerat dñs paralytico, amplius noli peccare, ne deterius tibi cõtingat Inquiunt ergo isti. Esto q̃ propter peccata paralyticus egrotauerit, de hoc quid dixeris? Num & iste peccauit? Nõ. A natiuitate enim cecus est. Num parẽtes? Sed filius nõ portabit iniquitatẽ patris.

Ezech.18.

Quod si filij moriũtur in tempore nõ suo propter peccata parẽtum: misericordia dei est: ne maliciam imitentur eorum. De quo vide 3.Reg.14. Nã q̃ filius quem Dauid susceperat ex adultera: vita functus est infantulus, cõfirmauit dñs sentẽtiam parẽtis dicẽtis, reddet quattuor oues pro vna, & infans hic fuit vnus ex quattuor

Figura. · 2.Reg.12.

secũdus Annõ, tertius Absalõ, quartus Adonias. Iste itaq; nõ peccato parẽtum orbus oculis natus est, tamẽ nõ raro peccato parẽtum edũtur filij ceci, surdi, mutili, supfluis digitis, paralytici, mẽte capti & id genus multis ob noxã miseris: quia ad vxores mẽstruatas accedũt mariti: ignorantes illud, tempus amplexãdi & tempus deo vacãdi. Hoc ergo modo palam est filios peccato parẽtum mulctari sed in corpore.

Eccs 3 · Ezech.18. · Abulensis. · Anima.

Ideo quod dictum est, filius nõ portabit iniquitatem patris, de pena eterna intelligitur, ea enim nunq̃ infertur filio, peccãte parẽte, sed anima que peccauerit, ipsa morietur. Sortitus sum inquit sapiẽs animam bonam. Abulẽsis. Anime sunt magis vel minus perfecte, secũdum quod sortiũtur corpora magis vel minus bene complexionata. Quod si anime crearẽtur extra corpus, nulla esset inter animas rationales inequalitas in perfectione. Tãta igitur potest esse differentia in animabus in perfectione naturali, quanta potest esse in corporibus informãdis ab eis: sic intellectus & volũtas sunt inequales in multis. Videmus etiã multos ex vtero matrum mẽte captos, rationis oĩno expertes: velut anima immersa sit materie indigeste.

guillielmus.

Guilielmus paris. Vtrum aũt ad infusionem anime curãde expectet deum totum corpus esse organizatum dubium est. In multis enim videmus diminuta corpora, sicut & in multis supflua velut sex digitos, vtrumq; sexum &c.

Problema. · Eccl.31

Sicut enim deus nõ reuocat animam, abscisso pede vel manu: ita nõ expectat vt partes iste sint formate. Nõ igitur peccato parẽtum iste cecus natus est, sed dei prouidẽtia, vt manifestetur magnalia dei in illo. Et num iniuria afficitur homo, tot annos cecus existẽs: nõ ob aliud nisi vt glorificetur deus? Sed que iniuria? Nequius oculo quid creatum est? Vtinã nos annis centum eadẽ afficeremur, vt tãdem cum oculis corporis acciperemus de manu dñi & oculos mẽtis.

Eccl.31

Verum cũ dicit, vt manifestẽtur opera dei, ly vt, nõ tenetur reduplicatiue sed cõsequutiue quasi dicas: ille quidẽ natura errante & deficiente

& deficiēte in necessarijs (idquod nō raro fit) cęcus editus est, tamē opera dei in eo manifestabūtur. Vt si anthropographus aliquē discipulo describendum hoiem aliquem tradat, et dicat, dimitte mihi oculos: vt ostēdam in eis artis meę peritiam, vel ipse discipulus dormitabūdus oculos nō affigat imagini. Ita Apelles bis imaginē veneris depinxit alteram a vertice vmbelicum vsq;, alteram a talis vsq; ad pectus, neutram perfecit: sed neq; est inuētus anthropographus aliquis qui ambas illas imagines perficeret propter operis pulchritudinē, & artis subtilitatem. Nō est occultatum vnum aliquid ex ossibus meis a te, qui ea in occulto cōpegisti, quādo pelle & carnibus vestisti me: & coagulasti sicut lac. Siquidē manus tuę fecerūt me & plasmauerūt me totum in circūitu, & sicut videtur, oculos prętermisisti prudēs & sciens (sicut costam creasti in Adā superfluam vt ita dixerim, summe aūt necessariam vxori fabricādę primo omnium parēti) vt post ānos triginta eos ex limo formares (dignū opus tāto plaste) & ostēderes te esse eundem figulum, qui formasti primū hoiem de puluere terrę. Vt manifestentur inquit opera dei. Theophy. Simile est illud, vt iustificeris in sermonibus tuis, ps. 50. Nō peccauit Dauid: vt iustificaret deus, sed qa ex ope peccātis Dauid cōtigit iustificare deum. Nam cū deus quidem tāta illi dedisset, quāta accipere dign⁹ nō erat, ipse aūt trāsgressus legem: cędem cum adulterio cōmisisset, & regno abusus esset in cōtemptum dei quid aliud ex facinore accidebat, q̄ oīno q deus qui iudicabatur & disceptabat cum Dauid (Nathā interprete) iustificaretur & victor appareret, Dauid dānato? Quia a quo regnū acceperat, illius leges rejecit propter istud ipsum q rex erat. Nam si priuatus fuisset, nō duo illa mala facile simul cōmittere potuisset. Vincit & aliter deus, cum iudicatur, nō habere prouidētiam de hoie, cum tam acriter punit peccatum secretū tāti regis, tāti vatis. Sequitur. Me oportet operari opera eius qui misit me. Quę opa? Cōis sententię est doctorum q opa dei circa creaturam, siue creationis siue gubernationis, iustificationis aut glorificationis cōmunia sint toti benedictissimę Trinitati, ideo opa patris mittētis opera sunt filij qui miss⁹ est, vocat tamē opera dei patris ea quę ipse opabatur, in quibus patrādis potētiam dei patris prę se ferebat. Oblitterata enim erat de memoria hominū gloria dei patris, dicēte spiritu sancto, vnaquęq; gēs fabricata est deum suum, imo multi noui & recētes venerunt in terram iudęam, derelicto vno antiquo & vero deo. Dñs aūt Iesus cuius verbis nō per inde fides adhibebatur, factis sibi mirabilibus fidem cōciliabat, vt crederetur filius eius esse, qui cōditor est cœli & terrę, cuius tamē cultus vt dicebam fere euanuerat de memoria hoīum, quē dominus quasi ex post liminio reuocabat ad terras. Vnde dicit, quandiu sum in mūdo, lux sum mūdi. Cuius mūdi? Qui lucem presentem licet, & magnam nō tamen agnouit, tā profunda cęcitate laborabat, tam profunde stertebat. Augustinus. Mens sine oculis carnis humana est: oculi autē carnis sine mēte beluini sunt. Quis enim nolit se esse hoiem etiam cęcum, magis q̄ iumentum cum oculis lynceis? Et quidem oculos si semel amiseris, actum est. At oculos mētis etiam centies amissos recuperare licet. Vnde probas? Quādiu sum in mūdo, lux sum mūdi. Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestrę nō cōfundentur cęcitate. De hisce animę oculis dicit Augustinus. Nunquid homo iste etiam si in originali natus nō fuisset, viuēdo nullum peccarū cōmiserat? An quia oculos nō habebat, cōcupiscētię minime inuigilabat? Quāta mala cōmittūt cęci. Mens mala clausis oculis nō videbat? Sed nouerat cogitare & cōcupiscere aliquid forte quod cęcus nō posset implere, Sed in corde iudicari a cordis inspectore tātum possumus. Si igitur cęcus es, accede quādiu lumē adest: quia venit nox, & forte est in ianuis. quādo nemo poterit operari, cuius rei testes sunt quinq; virgines stultę. Quę est igitur hęc nox in qua nulli sit copia operādi? Media nocte clamor factus est. In hac nocti veri hębęi donātur libertate mari transito, ægyptij submergūtur quasi plumbum. De hac nocte in qua nemo potest operari, intelligitur illud, ligatis manibus & pedibus, proijcite in tenebras exteriores. Huic igitur quo minus operetur duo obstant & quia in tenebris est profundissimis: & quia ligatas habet potētias quibus operādum est. In hac nocte diues ardebat, & stillam aquę tāto incēdio restringēdo mēdicabat. Dolebat, angebatur, satis patiebatur; nec ei subueniebatur, & conatus est benefacere. Quomodo? Mitte inquit o pater Abraham Lazarum ad fratres meos, vt illis dicat quid hic agitur, imo quid patior. O miser quādo viuebas tempus erat operandi, modo iam in nocte es. &c. Hoc cum dixisset: expuit in terram: & fecit lutum ex sputo: & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei. Vade: & laua in natatoria siloe, quod interpretatur missus. Abijt ergo & lauit, & venit vidēs. Nouū certe malagmatis genus, nā quo materia vilior, eo sapiētia mirabilior artificis. Nam qui cęlum & solem fecit, ex eadem materia facere potuisset & hoiem, sed infirmitatis causa ex limo factus est. Nec tamē hoc mirabilem vim creatoris decerit, sed intēdit, quoniā in luto & fauilla tātam posuit harmoniam: tales sensus tam varios & oīmodos, & tātum philosophari valētes. Quid enim fit ex luto nisi lateres & tegulę? Verūtamen optim⁹ artifex inde formauit tam pulchrum oculū, cui tātam vim indidit: vt aeris tātam altitudinem prospectet & exiguę pupillę adiutorio tot corporum species simul cōprehendat, & interim nō laborat, imo oculus nō faciatur visu, cum pedes & manus cito lassentur, quoniam cum sit membrorum oium maxime necessarium, ipsum labore premi nō permisit. Est enim oculus corpori: quod sol mūdo. Illudq; mirabile q oculos iā cęcos, iterū luto excæcat sapiēs medicus, & actū agit, vt nobis videtur, vt loti a luto videant. Quē? Eum qui primū totum hoiem ex luto formauit. Illud obseruādum: q Naamā iussus lauare septies in Iordane, recedebat indignans, cū vtiq; magna esset id temporis opinio Helisęi. Hic aūt cęcus poterat quidem dicere, ego cū sim cęcus: iste iterum excęcat me luto. Quis vnq̄ est sic sanatus? Sed nihil horū dixit, sed abijt & lauit, & vidit. Credibile enim erat, a pluribus abeūtem illitis oculis visum, & re insolita oium in se oculos cōuertisse. Cū enim nō facile esset creditu, cęcum visum recuperasse, multos vię lōgitudine testes Momos & diligētes spectatores nō sine risu rei insolētia cōparat, vt attentiores facti iam non

Marginal notes: Apelles. · ps. 138. · Iob. 10. · Genes. 2 · A Theophy. · B 4. Reg. 17 · Deut. 32. · Augusti⁹. · Augusti⁹. · C ps. 33. · Exo. 14. · Matt. 20 · Luc. 16. · Augusti⁹. · D Chrysosto · Oculi. · Eccl. 1 · E 4. Reg. 5

iam nō possent an is esset dubitare, Quod siquis roget quomō ablato luto viderit: me modū nescire ꝓfi-
Chrysosto: teor inquit Chrysost. Neq; enim ipse qui curatus est nouerat, sed factū vidit & factorem, modum deprę-
Hugo. f. v.: hendere nō potuit: qui aūt posset, cęcus existens? Hugo. Natura adseruitutē cōdita creatorem suū demō-
strauit, sed erat similitudo peregrina ad excellentem & dn̄antem maiestatē. Duo aūt simulacra proposita
sunt homini, in quibus inuisibilia dei videre potuisset, vnum naturę & alterū gratię. Simulacrum natu-
rę erat species magnitudo ordoq; huius mūdi. Simulacrum gratię erat humanitas verbi. Nā fecit deus ex
luto nostro medicamētum, adiuncta saliua sua, quo liniuit oculos nostros, & dixit ad nos, ego sum q lo-
quor tecum, Ioan. 4. Itaq; ipsa dei sapiētia nisi prius corporaliter cognita fuisset, nunq̄ lippiētis animę
Gregorius: acies ad illam spiritualiter contemplandam illuminare potuisset iuxta Gregorium. Ne ergo tu in verbo
dei despicias homo formā serui, per illam enim illuminaris ad diuinitatē. Quasi lutum tibi videtur & li-
mus terrę, quod deus assumpsit ad vnitatem personalē, sed vide quoniā luto quod pedibus tuis cōculca-
F
bat, tu qui cęcus natus es, oculi illuminātur. Lutū inquit posuit sup oculos meos. Si factū aspicias, nihi-
lo magis profuit super oculos posuisse q̄ super pedes caput aut manus. Si ad mysterium, ideo super ocu-
los positum est lutum, vt ad memoriam reuocet homini, quis hesterno die fuerit. Quasi dicat cęco nato.
Eccli. 10: Quid superbis terra & cinis? Memēto quid fueris, quid es, quid futurus es, & vnde tumeas nō habes. Id si
Genes. 18: sapetēt patētes nostri, vt dicerēt cum Abraham: loquar ad dn̄m cum sim cinis, nequaq̄ fidē prestarent v-
bis serpētis dicētis, eritis sicut nescio qui dq. Dicerēt enim, ego ante horas sex e limo formatus, deus quo-
Hiere. 22.: modo ho? Tu igitur terra terra terra vnge hoc collyrio oculos tuos: & abi in cognitionē tui & nosce te-
Esai. 43.: ipsum, & recipies visum. Dic prior iniquitates tuas, ecce luto super oculos, vt iustificeris, ecce lumen
oculorum. Sedebat igitur cęcus nō procul a templo mēdicans. Siloe aūt vnde piscina nascitur fons est ad
radicem mōtis Siō. Siloe autem lingua syrorū interpretatur missus. De hoc igitur fonte ad nos misso de
Ambrosi9: sinu patris dicit Zach. 13. Vnde & illud. Ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere.
G
Reuera cū ipse posset visum videndi Saulo reddere (Actu 9) Eum tamē ad Ananiam misit, vt eius bene-
dictione Saulo refunderētur oculi quos amiserat. Ideō & hoc loco cęcus ad fontem mittitur idest ad sa-
cramētum pęnitētię, vbi senectus oculorum renouatur, & peccator deponit oculos lupinos Sauli, & ac-
cipit colūbinos Pauli. Verum Saulus ante sacramētum baptismatis nouo sanctificationis genere spiritū
sanctum accepit, ab eo qui potētiam suam nō alligauit sacramentis. Et patet. Sequitur. Itaq; vicini &
qui viderāt eum prius q̄ esset cęcus, dicebāt. Nonne hic est qui sedebat: & mendica-
bat? Alij dicebāt hic est, alij autem nequaq̄: sed similis est ei: ille vero dicebat: ego
sum. Aperti enim oculi vultum trāsformarāt: vel rei nouitas in dubium vertebat miraculum. Iuxta tro-
pologiā vtriq; verū dicebāt. Ille eñ erat sed nō erat ille. Saulus q̄ & Paul9, nō erat Saulus cęcus, erat aūt
Paulus vidēs. Vnde illud: 1. Reg. 19. Quod in prouerbium abijt apud Hebręos. Num & Saul inter pro-
Actu. 9.: phetas? ita de Saulo: nōne inquiunt, hic est qui ecclesias deuastabat nudius tertius? At qui tūc cęcus erat
H
Receptis oculis: palynodiam recātauit dicens, hic est Christus, hic est filius dei. Et multo magis cōfunde-
bat iudęos, q̄ prius vexarat christianos. Itaq; dissentiētibus iudęis inter se, cęcus ipse, imo inqt sum idē
ille mēdicus & cęcus a natiuitate: quē sępe vidistis ducem vię, sequētem, vt vox quoq; agnita fidem a-
strueret miraculo. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit ille ho-
mo qui dicitur Iesus, lutum fecit: & vnxit oculos meos, & dixit mihi, vade ad nata-
toria Siloe & laua, & abij & laui & video. Sciēdum q̄ res hęc nō ita vnde facta est sicut refer-
tur a Ioanne. Oportet ergo intelligere, q̄ aut cęcus dixerit, quid vultis mihi facere, aut q̄ et sine interro-
gatione dictum fuerit, bono animo esto, permitte luto quod fecit Iesus vngi oculos tuos, & illuminabe-
ris. Homo inquit ille imago bonitatis diuinę: cui propriū est benefacere, cum nihil illum rogarem: & si
rogarem, nihil aliud rogare q̄ id quod claudus qui sedebat ad speciosam portā templi orauit Petrum &
Actu. 3: Ioānem, vidit me sedentem & nihil minus cogitātem q̄ de lumine oculorū, & miseratus plasma suum:
Ephe. 3: dedit nō postulatus id quod habebat, nā argētum & aurum nō habebat: vnxit oculos meos, & laui &
video, quia abūdātius potest dare q̄ nos petimus aut intelligimus. Et ecce oblatam occasionem calūni-
andi opus adorādum domini Iesu, quia admixto saliuę luto digito suo, aliquid seruilis operis fecisset in
sabbato. Sequitur enim. Et dixerunt ei. Vbi est ille, Ait. Nescio. Adducūt eum ad pharisę-
os qui cęcus fuerat. Erat aūt sabbatū quādo lutū fecit Iesus: & apperuit oculos eius
Iterū ergo interrogāt eum pharisęi, quomodo vidisset. Ille aūt dixit eis. Lutum mihi
posuit super oculos, & laui & video. Dicebāt ergo ex pharisęis quidā. Nō est hic
homo a deo, qui sabbatū nō custodit. Illud principio annotādum, q̄ volētes miraculum obnu-
bere, gloriosius faciūt. Circūducentes enim hoiem nō ignotū qui a pueritia mēdicabat cęcus ex istēs, nūc
vidērem oibus manifestum faciūt: oculos ferērem de nouo formatos e luto, mirabile dictu, mirabile visu
ab illo hoie qui dicitur Iesus, quē cęcus quidē de noie nouerat, de facie enim quomodo nosset? Vnde cum
rogatur, vbi est ille, nescio inquit iam missus ab illo in fontē Siloa, quādo reuersus sum vidēs, Iesus de-
K
clinarat a loco illo, quem tamē etiam tacēte cęco, oculi eius nouiter producti manifestum faciebāt. Cę-
co igitur cōstituto in medio malignātium, nihil metuēs, cum rogaretur de lumine oculorum, simpliciter
vt res habebat exponēs: turbati sunt insipiētes corde, & in hāc vocē proruperūt. Nō est hic homo a deo
tam & si patrem deum habet in ore. Nam si deum haberet patrem, nō violaret sabbati religionē huius-
modi factis, quod deus iussit obseruari. Quibus factis? Digitis duobus ex saliua & puluere lutum fecit:
& liniuit oculos cęci. Pro hoc igitur crimine maiestatis lęsę, hic homo nō est a deo, vt merito dicat Au-
Cap. 2.: gustinus, q̄ diabolus inuidia est diabolus. Et Malachias dispergam super vultū vestrū sterc9 solēnitatū

vestrarum, &

vestrarũ, & sabbata vestra odiuit anima mea, facta enim sunt mihi molesta. Dicit aũt Augustinus, q̃ preceptũ de sabbato nõ est morale, sicut illud, nõ occides, nõ furaberis, ideo in casu necessitatis apostoli tricabãt spicas. Verũ in casu necessitatis etiã furari licet. Patet tamẽ q̃ nõ est morale, quia oĩno cessauit sabbati obseruãtia, dicãt licet doctores q̃ religio sabbati ex ea parte quã est morale translatũ est ad diem dominicã. Quod aũt dicãt, nõ est hic homo a deo, scẽdum iuxta Chrysostomum, q̃ pharisei nec. Vel somniabãt christũ esse filium dei. Qui enim nõ reputabãt esse hominẽ dei, quomodo dignitatẽ vnigeniti cõiectaret? Ad hęc Abulẽsis. Dato q̃ medicis nõ liceret bene facere in sabbato (id aũt opinari absurdũ est) licebat tamẽ christo, qui verbo tãtum medebatur, quod medici nõ faciũt. Tamẽ aliquo modo dici poterat, q̃ curationes medicorum (nõ quidẽ omnes) magis licite fiebant in sabbato, q̃ sanationes christi. Quare? Quia multę curę medicorũ nõ poterãt in diem sequẽtem differri sine ęgrotãtis detrimẽto, sicut patet ad sensum, multę aũt sanationes christi poterãt in diem posterum differri sine detrimẽto ęgrotãtis, sicut patet in cęco nato. Hoc quo ad solutionem sabbati materialiter, dictũ sit. Alias opera christi opa erãt dei patris. Poterat aũt hebręus sabbato asinum e fouea extrahere, & si de iure nõ posset faceret de facto, nec tamẽ poterat, q̃uis mille asinos lucraretur: bis mille passus cõficere vno die sabbati. Dicit & hoc loco Abulẽsis, q̃ forte ab ipso Mose vel ab aliquo propheta vel viro sancto, vel ex traditione antiquorũ iudęorũ habitũ est, q̃ iudęi sabbato possent mille passus in directum progredi, iuxta illud, sabbati habẽs iter. Quid si iter sabbati erãt bis mille? Quid si plures? Dicit idẽ doctor q̃ oĩa pręcepta quę erãt in duabus tabulis permãsura erãt, excepto pręcepto sabbati in quãtum erãt cęremoniale. Sed vnde habemus hãc cõclusionẽ, q̃ nõne pręcepta erant moralia, & hoc vnũ tantum partim morale partim cęremoniale? Ita exponũt omnes doctores catholici, dicẽte domino vnum verbũ, sabbata vestra neomenias & kalendas odiuit anima mea. Et illud quod pręmisimus ex Malachia, dispergam super vultum vestrum stercus solẽnitatũ vestrarum. Vide de conse. Distin. 2. Cap. Missas, & doctores nostrũ m. 5. Dt. 27. & c. 17. Nõ est igitur hic hõa deo vt plebs stulta opinatur, qui pręceptum de obseruãtia sabbati totiẽs in lege repetitum nihili nõ facit. Et reuera nullũ pręceptũ ex decalogo toties replicatur in lege sicut pręceptum sabbati, sicut habes Exo. 16. 20. 31. Cap. Leui. 16. 23. 26. 25. Cap. Nũ. 28. Cap. Deut. Ca. 5 Multis locis. Item in Esaia, Hieremia & Ezechiele plusq̃ decies. Quod de cęteris pręceptis decalogi Dominus non legimus. Tamen iam solemnitates vestras odiuit anima mea, & facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens, vt dominus laborẽ sustineat vbi iudęi requiem inueniunt. Verũ iniqui sunt cętus istorum, postq̃ in die festo quo ipsi libertate donati sunt manus mittunt in heredem. Matth. 21. Sed dimittamus paulisper momos istos, qui nocte matre & somno patre geniti sunt iuxta Hesiodum: quibus mos est, ipsos quidem nihil operis edere, sed aliorũ hominũ deorũ ve opera curiosis oculis cõtemplari, & siquid est omissum aut perperam factũ (vel ipsis videtur) id summa libertate carpere, & transeamus ad sequẽtia, habet & ipsi momũ suum, cuius tribunali sistẽdi sunt, qua hora nõ opinãtur, qui gressus eorum dinumerat. Alij dicebãt. Quomõ potest homo peccator hęc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicũt ergo cęco iterum. Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Quẽ tu putes illum, ex hoc q̃ vt dicis aperuerit tibi oculos? Ille aũt dixit. Reuera propheta est. Nõ crediderunt ergo iudęi de illo: q̃ cęcus fuisset: & vidisset; donec vocauerunt parentes eius qui viderat, & interrogauerunt eos dicentes: Hic est filius vester quẽ vos dicitis, q̃ cęcus natus est? Quomõ ergo nũc videt? Hoc argumẽtũ aut obiectiõ quomõ potest homo hęc signa facere, ad hoiem tantũ est, siquidẽ antichristus & multi coniurati sui dabũt signa & portẽta adeo multa & stupẽda, vt electi ipsi inducãtur in errorẽ, si fieri posset. Matth. 24. Vide. Matt. 7. Itaq̃ signa sctitatẽ qdẽ nõ faciũt, ostẽdũt tñ aliqñ. Interest tamẽ, q̃ signa quicũq̃ fecerũt vel facturi sunt, fecerũt inuocato nomine christi, vel permittẽte domino Iesu christo, vt probẽtur electi, oportet enim hęreses esse inquit Paulus, vt qui probati sunt manifesti fiant, nũ ministri christi sint, num antichristi. Dominus aũt Iesus signa quę fecit, propria potẽtia & vi maiestatis suę fecit, qui portat omnia verbo omnipotẽtiæ suę. Et secũdũ hoc vere dictũ est, quomõ põt homo peccator virtute propria hęc signa facere? id enim oĩno adinatõ. Quod aũt sequitur schisma erat inter eos, iuxta illud accipiendõ est, Ioan. 7. Alij dicũt, bonus est, alij aũt impostor est, seducit turbas. Momi igitur isti qui humano pascũtur stercore sicut boues apud Boetos, quorũ cor quasi mare feruẽs quod quiescere nõ potest (Esa. 57) Hi sunt qui nũc secũdo rogãt cęcum sentẽtiã, dicẽtes, Tu quid dicis de homine illo, nec tamẽ eũ suo cõpellãt nomine, quia nemo potest dicere dominũ Iesum nisi in spiritu sancto, sicut nuper audiui, cũ dęmõ quidam adiuratus rogaretur vt diceret dñm Iesum, respondebat, Rau, Rau. Itaq̃ cęcus nihil veritus, ingenue & simpliciter quod credebat cõfitetur, propheta inquiens est vere, nisi vos altius aliquid & sublimius de eo creditis, qui legis estis doctores, neq̃ enim cęcus iste plene cęcitatẽ mẽtis deposuerat. Adeo aũt miraculũ illud famosum erat & admiratione dignũ, vt multis ex ijs qui videbãt, persuaderi nõ posset, hoiem illũ eundem esse, qui cęcus natus fuerat, quę tamẽ omnia in gloriam cedebãt christi. Defecerũt enim scrutãtium cõsilia maligna, & res in diuersum cedebat. Vocãt igitur parẽtes cęci &c. Chrys. Cõsidera quot modis miraculũ obtegere conati sunt. Verũ huiusmodi est veritatis natura, vnde magis oppugnatur, inde clarior fulget. Nec sic credĩtũ factũ esset, & si omnes vellẽt illud prędicare, quomõ persuasum est, multis illud impugnãtibus. Itaq̃ respõderunt eis parẽtes eius. Scimus q̃ hic est filius noster, & q̃ cęcus natus est. Quomodo aũt videat nescimus: aũt quis eius apuit oculos, nescimus ipsum interrogate, ętatem habet, ipse de se loquetur. Duo igitur parẽtes cõfitẽtur duo eũt iniciati, reuera aũt parẽtes bene nouerãt quod inficiebãtur, relatione alij, sed ob metũ iudęorũ sic loquũtur, nã teste euangelista, iam inter sacerdotes & pharisęos cõuenerat (sicut dicetur) vt qui dñm

Christum

Matth. 12.
Chrysost.
Abulensis
Actu. 1.
Abulensis
Hesiodu
Iob. 14.
1. Cor. 12.
1. Cor. 12.
Dęmon.
Chrisosto.
Psal. 65.
De cõs. dis. 4. cum pro paruulis.

Christum Messiam cõfiterentur, excõmunicatus haberetur, samaritanus inq̃, & veluti vnus ex ethnicis, in quorum cõsilio nõ intret anima mea inquit pater eorũ Iacob. Ita ergo visum est illis qui prora & puppis erãt populi illius, a quibus iã dñs abstulerat caput & caudam, & dederat pueros principes eorũ & effeminatos. Esai. 3. Quia persequuti sunt hoiem pauperẽ, qui tanta bona operatur & tot in medio eorũ. Et dilexerũt maledictionẽ, & veniet super eos. Cęco nato dixerãt, tu quid dicis de illo, nomẽ eius oblitterãtes, quia grauis eis erat & ad videndũ & ad nominãdũ, & nũc rursus parẽtes rogãtes duobus his ad negationẽ inducere conãtur, quẽ dicitis, q̃ natus est cęcus, & quẽ dicitis, q̃ nũc videt, quasi dicit iuxta Theophy. Aut hoc falsum est q̃ nũc videat, aut illud primũ, q̃ cęcus natus est. Sed cõstat q̃ videt ergo falsum est quod cęcus natus sit. Vides cęcitatẽ istorũ deploratã? Imponũt parẽtibus q̃ cõfinxerint filium cęcum natum, idq̃ nõ vno sed annis triginta. Vt obnubat miraculum adorãdum saluatoris, ita omnem frontem posuerant, & mentem perdiderant isti qui non erant sicut cęteri. Sequitur.

Genes. 49
Esai. 3.
Psal. 108
Theophy

F

Caput. xx. Continuatur historia de cęco a natiuitate vbi pharisęorum versutissima sciscitatio & nimis pertinax demõstrat & quãto ipsi magis ingrere nitũtur, tãto magis veritas stabilitur & clarificatur suis ita q̃ se impetunt hastilibus suisq̃ telis vulnerantur.

HEc autẽ dixerunt parentes eius, quoniã timebãt iudęos. Iã enim conspirauerãt iudęi, vt siquis eum cõfiteretur esse christum, extra sinagogã fieret, propterea parẽtes eius dixerunt: ętatẽ habet ipsum interrogate. Parentes igitur (vt sunt timidi homines, quibus res est angusta domi & curta supellex) diuinantes, pharisęos ansam venaticalũniæ, caute respõdẽt istis momis, qui nõ veritatẽ scire cupiebãt (quid enim illis cũ veritate?) Sed quomodo possent genuino mordere. Quod inquiunt scimus loquemur, & testabimur quod videmus. Hic est filius noster, hic cęcus editus est: cuius rei testes est tota ciuitas. Cęterũ collati visus, nec modũ scimus, auctorem nec de nomine nouimus. De his duobus ipse rogandus est, nec enim puer est, sed ętatis integrę. Quę oĩa pharisęorũ auribus valde amara erãt videntium conatus suos frustrari, & ludere se operas & impẽsas. Itaq̃ vocauerunt rursus hoiem qui fuerat cęcus, & dixerunt ei. Da gloriã deo. Nos scimus q̃ hic homo pecator est. Dixit ergo eis ille. Si peccator est: nescio. Vnũ scio: q̃ cũ essem cęcus: modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomõ aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iam & nõ audistis: audito interso? Quid iterũ vultis audire? Nũquid & vos vultis discipuli eius fieri? Quid est autẽ, da gloriam deo? Si verba numeres, nihil melius dicere potuerũt. Adhunc modũ dixit sancto Iob vxor sua, benedic deo. Cap. 2. Augustinus. Da gloriã deo, hoc est, nega quod accepisti. Omne donũ bonum de sursum est, hic autem homo cum peccator sit, quando impetrabit aliquid a deo? Sed si peccatur est, rogo vos cum bona venia vnde id nostis? Quare eum nõ conuicistis peccati, quando audistis, quis ex vobis cõuincet me de peccato? Vxor Pilati dicit, nihil tibi & iusto isti, Matt. 27. Centurio dicit, hic homo iustus erat, Luc. 23. Ioãnes, ecce agnum dei, vos autem nos scimus (mẽtiuntur autẽ reuera imo deperibãt mendatiũ, fuistimi veritatis cultores: quomodo enim scire poteit, quod esse nõ potest) q̃ hic homo peccator est. Et oculatus hic cęcus si peccator est, id penitus ignoro, id mihi nunq̃ persuadebitur. De quo & Iudas, peccaui tradens iustum. Matt. 27 Item Lu. 4. Scio te q̃ sis sanctus dei. Satanas igitur caput & doctor omnium iniquorum, christum cõfitetur sanctũ dei: isti qui mẽbra sunt eius, nos scimus inquiunt q̃ peccator est. Venit autẽ princeps mundi huius & in me nõ habet quicq̃. Hoc confitetur & bonus hic cęcus: peccatorẽ penitus ignoro, quia via viri in adolescencia sua incognita fuit penitus serpenti, dicẽs propheta. Iniquitatẽ nõ fecit, nec dolus est inuentus in ore eius. Hoc igitur ignoro. Do autẽ gloriam deo, ne ingratitudinis nota inurar, q̃ cum essem cęcus annus circiter 30 nunc acutius ipsis lyncibus video. Et illi rursus. Quid fecit tibi? Quomõ oculos tibi aperuit? Quid refert o pharisęi de hoc vno opere tam anxie discrutiari vos, cum propter opera sua mirãda, fama sit super ęthera notus? Itaq̃ isti more vertagorum iterum atq̃ sępius inde reuertũtur. Hi enim venatione sibi proposita, nũc huc nũc illuc discurrẽtes, & ad eundem redeuntes locum: nunq̃ finem faciunt interrogandi, quomodo vides, quid tibi fecit, quomodo aperti sunt tibi oculi, da gloriam deo, donec cęcus iste pertęsus impudentẽ horũ sycophantiã, multo cum stomacho adhunc modum respondit. Iam semel atq̃ iterum ordinem retetuli, & audistis, surda licet aure. Quorsum opus est toties aures vestras grauare re nõ admodũ grata vobis? Quantũ capio quantũ sapio: Nisi forte quod magis optarem, & vos (sapientium enim est mutare cõsilium) veritate agnita, ex magistris, & doctoribus sicut Nicodemus vultis huius hominis potentis opere & sermone fieri discipuli. Et putes cęcum istum serio loqui. Sed quomodo putauit tigres illos a tanta insania ad tam sobriam mentẽ momẽto vno conuersum iri? Facilius solem quis a suo cursu sisteret, & chalybem in plumbi verteret mollitiem. Vide enim quid sequitur. Maledixerunt ergo ei ἐλοιδόρησαν: elidoresan: conuitiati sunt. Et dixerunt. Tu discipulus illius sis, vel illius es, nos autẽ Mosi discipuli sumus. Nos scimus q̃ Mosi loquutus est deus, nunc autẽ nescimus vnde sit. Respondit illi homo & dixit eis. In hoc mirabile est: q̃ vos nescitis vnde sit, & aperuit oculos meos. Scimus autem q̃ peccatores deus nõ audit, sed siquis dei cultor est, & voluntatem eius facit: hunc exaudit.

Isa. 14. 2.
G
Augusti.
H
Ioan. 8.
Ioan. 14
Prouer. 30.
Esai. 53.
I
Chrysost.
K

exaudit. A sęculo non est auditum: quod quis aperuit oculos cęci nati. Nisi esset hic a deo, non posset facere quicquam. Maledixerunt inquit, hoc est conuitia ei sunt : id enim significat verbum elidoresan, tale tamen maledictum & contumeliosum conuitium inquit Augustinus, super nos & super liberos nostros. Est autem conuitium: si cor eorum discutias, non si verba numeres. Dominus autem ita loquitur ad eos, maledicam benedictionibus vestris, idest his quę nunc benedictionib⁹ meis possidetis, Malach. 2. Siue quicquid a vobis benedictum fuerit, a me maledictum erit, inquit Hieronymus. Et rursus propheta. Maledicent illi, & tu benedices. Ps. 108. Et pater eorum Iacob. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, Genes. 27. Et quę qualis ve est ista maledictio & execrandum conuitium! Tu inquiunt sis additus doctrinę hominis istius, nos Mosen ore corde et opere gestamus. Denique vsque in hanc diē vbi in terrarum dispersi sunt: discipuli sunt Mosi, & proinde velamen habent super cor suū iuxta Paulum. (2. Cor. 3. Quia enim dominum abiecerunt ne essent sub eius magisterio, & Mosen complexi sunt cęcitas huius transijt ad cor eorum, quia sic dixerunt illi, nos Mosi sumus discipuli. Optimā partem elegerūt, sero auferetur ab eis. Nos inquiūt scimus quod Mosi loquutus est deus. Esto Loquutus est ipsi Cain, loquutus est & ad Balaam Sequitur cętera. Hūc nescimus vnde sit. Nugātur boni isti. Vel si nesciūt, ideo nesciūt, quia nescire volunt. Hec aūt ignorātia duplici digna est cruce. Verumtamen si nesciūt nesciant quid nostra refert, si volentes & scientes descendāt in infernum viuentes! Nos aūt scimus quod & huic loquutus est deus tanquam filio vnigenito (nam Mosi si loquutus est, tanquam seruo loquebatur) cuius rei testes sunt Ioannes baptista, Luc. 3 Ioannes euangelista, Petrus, Iacobus: Moses & Helias, testes sex, omni exceptione maiores, adde euangelistas tres Matthęum, Marcum, & Lucam, qui testantur hanc veritatem. Et quid testantur isti de domino Iesu christo? ipsum audite: ipsum audite. Non Mosen. Et quid isti? Nos Mosi discipuli sumus. Inopes igitur consilij, quid facturi erāt cum nō valerent aliquid extorquere, quod nō cederet in gloriā christi? Quali igitur delirium & vertiginem capitis pacierēs, ad eosdē meandros reuoluūtur. Et quia nec sic aliquid proficiūt, mēdacio se tuētur dicētes, hūc nescimus vnde sit. Et isti sunt qui apud Marcū & Matthęū dixerūt nōne hic est Faber filius Marię, &c. Marc. 6. Matt. 13. Sed audi cęcum agētē iam fortius causam bene de se meriti Iesu. Mirabile videtur illud: cū vos fidem soleatis a miraculis mendicare (iudęi enim signa quęrunt) & nunc videatis insigne signum, & cuiusmodi a sęculo nō est auditum, dicatis autem, hunc nescimus vnde sit. Si opus probatis, negari enim non potest, (quid autem mea interest si negetis?) probetis personam necesse est. In euangelio tamen etiam peccatoribus concessum est miracula facere. Nos scimus quod peccatores deus non audit, sed cum extenderint manus suas ad deum inter orandum, imitantes Mosen. Exo. 17. Auertam faciem meam ab eis, quia manus eorum plenę sunt sanguine, Esai. 1. Certe si non esset hic homo a deo, non poterat facere tam pręclarum signū propria & natiua potentia. Nā peccatores in patrandis miraculis deus non audit. De quo vide. 5. ij. 18. Et in Actis Cap. 19. Audit autem deus peccatores, quoties corde contrito & humiliato suorum flagitant veniam peccatorum. Exemplum habes, Luce. Cap. 18. De Publicano: & Luc. Cap. 23. De latrone. Exaudit autem & cultores suos deus, sicut legis, 3. Re. 18. De Helia. Item Exo. Cap. 17 De Mose orante in monte. Ad hanc tam liberam & veram orationem oratoris nostri ex cęco, pro veritate (siquidē hic literas nūquam viderat, nunquam didicerat) prorsus indignati pharisęi, cū iā spes nō esset vt ille vel metu vel pecunia vel prece corruptus, sentētiam mutaret, palynodiā recantaret cum Stesichoro, qui cum Helenam carmine vituperasset, oculis orbatus est, ne sic diuersum diceret a veritate, cęcitatem rursus incurreret & oculorum & mētis, in verba cōtumelię plena erūpūt, vtres enim erāt veneno pleni mortifero, exprobātes ei pristinam cęcitatē & fortunę tenuitatem cum dicūt, In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Quasi vero scelerosum nasci oporteat, qui cęcus, mācos, leprosus, aut aliqua corporis parte truncatus edit⁹ est in lucem: quod verum non est, sicut dictum est in principio capitis pręcedentis. Et esto in quibusdam verum sit quod propter peccata parentum contingant huiusmodi mōstra, de hoc ita dixit veritas, neque hic peccauit nec parentes sui, vt hic cęcus nasceretur. Itaque veritas quę omnia vincit, & huic cęco odium peperit, quia lumen prędicat quod accepit. Heri inquiunt stipem mendicabas a transeuntibus, nunc iam repente fonte Caballino labia proluens, in poetam mutatus es, factus doctor antequam discipulus! Monstrum horrendum ingens. Denique tanquam leprosum. Eiecerunt eum foras. Velut putridum membrum. Bono tamen suo eiectus est foras cęcus iste, erat enim synagoga eorum non Dei: sed Satanæ, & sermo eorum vt cancer morbus serpit. 2. Timot. Capite. 2. Eiectus est igitur, ne vltra esset Discipulus Mosi, sed eius a quo oculis donatus fuerat, pulchrum donum, inestimabile bonum. Vnde sequitur. Audiuit aūt Iesus, quod eiecerūt eū foras, & cū inuenisset eū, dixit ei, Tu credis in filiū dei? Respōdit ille & dixit. Quis est dn̄e, vt credā in eū? Et dixit ei Iesus. Et vidisti eū & qui loquitur tecū: ipse est, & ait ille. Credo dn̄e. Et procidēs adorauit eū. Hilari⁹. Ne dānū sibi putaret esse, carere synagoga, cui immortalitatē fides xp̄i redhiberet. Succedebat em̄ mēti eius pro Mose christus, qui illuminat oēm hoiem, qui ad eū accedit. Et tū hic acceptis oculis, adhuc nesciebat xp̄m, audit tū (accepto lumine) qui loquitur tecū ipse est. Sic vere opa dei i illo manifestata sunt. Reuelata sunt secreta sapiētię dei vni samaritanę Ioā. 4. Et vni cęco, quę celauit de⁹ a sapiētib⁹ sęculi hui⁹. Eiectū igitur cęcū a cōuētu malignātiū gallina euāgelica sub alis suis protexit. Cū inquit inuenisset eū, inuenit em̄ christus quem quęrebat. Quęrebat aūt, vt lumē mēti eius refunderet, vt totū sanaret hominem, qui totus cęcus editus fuerat a natura. Nā quod interioris hoīs hō iste nō dū accepit lumē oculorū, sequētia manifestant. Rogatus em̄ vtrū crederet in filiū dei, dixit: quis est dn̄e, vt credam in eum? Dicēdo autem, quis est domine, &c. iā parabat oculum refundendo lumini, sed ignorabat a quo. Vnde intulit domin⁹. Iam vidisti eum. Videtur

Augusti⁹.

Hierony.

Ps. 54.

Teophyl.

prouerbiū

Hilarius.

Matt. 11
Matth. 23.

A B C D E

dominus data opera dixisse, vidisti eum, vt ei in memoriam reducat, q a se oculos acceperit, quos mater natura negarat. Cum emphasi ergo legendum est, vidisti eum: quem videre & diligere vita ęterna & beata est, & qui loquitur tecum ipse est. Et ait ille, Credo domine, iam enim oculis cordis videbat eū, quē prius nec de facie nouerat. Vnde procidens adorat eum cum magis illis beatis. Matth. 2. Vidisti bonitatē dei, tam clementer tam benigne reuelantis se vni cęco deploratę sortis, & qui iuxta pharisęorum sententiam, in peccatis totus natus fuerat. Vide & seueritatem eius in incredulos pharisęos, qui legis scientiam sibi arrogant, tollentes clauem, ipsi non ingredientes: & ingredi volentibus ostium occludentes, cum dicunt, hunc pullus sit an aliunde nescimus, Mosi discipuli sumus. Sequitur enī. Et dixit ei Iesus. In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident cęci fiant. Et audierunt quidam ex pharisęis qui cum ipso erant, & dixerunt ei. Nunquid & nos cęci sumus? Dixit eis Iesus, si cęci essetis, non haberetis peccatum. Nunc vero dicitis: videmus peccatum igitur vestrum manet. Quare? Ob id videlicet, q cum sitis cæci (nec leuiter) vobis bene oculati videmini. Est autem sententia hęc similis illi, ego indurabo cor pharaonis idest ostendam q durum sit, ita hic, videntes excecabo, idest ostendam q cęci sint. Quoties legit Moses, inquit ęmulator ille acerrimus Mosaicę legis, & impugnator pertinax euangelicę veritatis, velamen est super cor doctorum legis. Ego inquit indurabo cor Pharaonis, & sequitur, ingrauauit Pharao cor suum, flagro enim erat, proficiens in peius. Nectamen dictum est, ingrauatum est cor Pharaonis a deo. In voluntate quippe hominis est origo viciorum inquit Augustinus: mouentur autem causis corda hominum, alia sic, alia vero sic, etiam non diuersis causis sępe diuerso modo iuxta proprias qualitates, quę ex voluntatibus veniunt. Veni ergo vt cęci lumen accipiant, qui cęcitatem agnoscentes, medico obtemperant dicenti vade & lauare. Qui autem videre se putant, & pro inde vti ipsis videtur cum medico non egeant, illo abeunte, cessantibus collirijs, cęci remanebunt. Nam q sibi bene oculati viderentur Augustini, sequentia manifestant, cum dicunt: nunquid & nos cęci sumus? Est autem sententia hec, in iudicium ego veni, &c. Similis illi. Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionē multorū. Et illi, Christi bonus odor sumus, alijs & vitam, alijs autem ad mortem. 2 Cor. 2. Cæterum quod dicit, vt videntes, ly vt non tenetur reduplicatiue vt ita loquar: sed consequutum est id ex aduentu christi, sicut expositum est ibi, vt manifestentur opera dei in illo. Audierunt ergo hunc sermonem christi quidam ex ijs qui sibi oculati videbantur, & sermone christi videbantur quasi digito notari, nec fallebat eos opinio sua. Hinc tot accedunt proprius ad dominum Iesum dicentes. Nunquid & nos in numero reponis cęcorum? Abiit inquit veritas. Quomodo enim cęcos vocem, qui duces estis miserandę plebis? Concedit ergo vobis oculatos esse, sed ad cumulum damnationis vestrę. Si enim cęci essetis, vt diceretis cum Paulo, ignorans erraui, peccatum non haberetis, vel excusabile esset crimen vestrum, dicente domino, pater ignosce ignorantibus quia nesciunt quid faciunt, nunc autem dicitis nullo egemus duce, peccatum vestrum manet. Siquidē & noctuę oculi caligāt in luce, & quo fuerit nox obscurior, eo cōtra vsum aliū cęterarū inoffensos exercet volatus. Quo iuditio sui declarat, esse aliquos, qui cum oculos habeāt ad vidēdū, videre nō soleāt, & visus sui officio solis fungatur in tenebris, & si subito apparuerit aurora (dn̄s Iesus) arbitrātur vmbrā mortis, & sic in tenebris quasi in luce ambulant. Prēbat idiotę enim & talpas esse, q esse oculatos apud vos metipsos. Est aūt gens quędā iuxta Armenium historiographum (vocātur cathānij) aiūt q solos hoīum duobus luminibus cernere, cęteros mortales aut cęcos esse, aut altero oculo captos. Magnū ingenij acumē, sed iactātia maior. Hos si cōferas cū pharisęis, superāt sesquipede indęorū pr mores. Vnde ostēdimus? Audi. Docēt pharisęi forpices, siue forfices in principio mundi creata esse, & cęlestē nidē, & virgā Mosi, tabulas legis, arietē quē immolauit Abrahā, & dęmones qui aliquādo vidētur, cœlos creatos de luce vestimētorū dei. Et pro coronide insanię suę dicūt, Adā & Euā creatos esse simul cōiūctos in lateribus iuxta delitamēta Platonis, q serpēs qui Euā seduxit, cōgressus est illi. Quod Ioseph de facto ingressus est vt coiret cū dn̄a sua, sed venit angelus Gabriel & rapuit sibi genitalia. Quod Dauid pręsente Bethsabea cōgressus est cū Abisag. 13 Vicibus breui tempore. Quod Iael cognita est a Sisara. 7. Vicibus, postea occisus est ab ea. Quod āsina Balaā dixit ad eū, ego sum asina tua sup quā equitas interdiu, & vxor tua noctu. Hec & multa huiusmodi fabulantur isti doctores in suis synagogis, quę dictu quoq scelesta sunt qui merito audiunt, quia cęci nō estis, peccatū vestrū manet. De quo vide Ioan. 3. Origenes. Et siquādo videris ingeniosam animā ad intelligēdū velocem & alacrem, nō meditantem eloquia dei, cognosce q nō propter cęcitatem nō videt ea que cōtinētur in scripturis, non ob id q in tenebris sūt, sed quia claudit oculos. Ponit aūt Abulēs. hāc cōclusionē sup illud, Deu. 27. Maledictus q errare facit. Cęcū in via. Grauius peccat vnus ex heresiarchis sicut Arrius vel Sabellius, q Iudas, qui auaricia cęcus magistrū tradidit. Ille enim penitēs licet infructuose, nulli cęco scādalū fuit, illi multos secū in pcipitiū abduxerūt. Iis ergo qui volūtate cęci erāt dicit dn̄s Hiere. 2. Scito q̄d feceris, Hiero. Claudos oclos agit denegātis, vt cernat qd erubescit aspicere. q destiuata malicia oclos declinauit in terra, vt nō recordaret iustorū iuditiorū dei. Dān. 13. Vn̄ illud puerbiū: nosce teipm. Plat. Huius noticię exēplar in visu solo inueniri posse videt. Cōtēplare em̄ si oclo nr̄o (quēadmodū hoī) cōsuluisset, vide teipm, quō id admonuisse arbitraremur? Nōne vt in illo inspiceret oclus, ex cuius intuitu, seipm visurus eet? Cōsideremus ergo in q̄d potissimū intuētes illud ipsi simul ac nos ipsa viderem. Certe in specla et alia huiusmodi. Aduertis em̄ q facies hoīs in oclm intuētis in opposito visu relucet velut in spclo quā supmā vocamus pupillā simlacrū inspiciētis existēs. Itaq oclus ita se demū cernit: cū in oclm inspicit, id q pterea intēdit q̄d oclo oppositū ē, & q oclus ipse videt. Qd si cętera corpis mēbra oclo depso aspiciat, haud quaq seipm aspiciet. Ita oclus cū seipm visurus est, in oclm aspicere debet: atq in eū locum oculi

Marginal notes: Rom. 11. Luc. 11. 2. Cor. 3. Exo. 10. Augustinus. Luc. 2. Matth. 15. Luc. 23. Ambrosius. Iob. 24. Cathānij. Fabula. Indęi. Origenes. Abulensis. Hierony. Plato. prouerbiū

F G H I K

locum oculi (centrum videlicet) in quo virtus est oculi: acies pupillę videlicet. Eodem modo anima, si seipsam nosse vult, in animam intueatur, in eumq́ pręcipue locum animę in quo est virtus animę sapiẽtia videlicet iustit a charitate: & in aliud cuius est hoc simile. Hinc illud Esaię ad quosdam qui sibi toti oculati videbantur ante & retro, dicentes: num & nos cęci sumus? Redite inquit pręuaricatores ad cor vobiscum habitate. Si momos imitari libet, cum maxime liceat: in vos ipsos descendite, & intra sinum vestrũ manum cum Mose mittite, ne forte si sero resipiscatis, oculos quos culpa infidelitatis clausit, pęna ęternę dãnationis aperiat. Qui enim non credit, peccatum eius manet, iam iudicatus est. Et licet interim in bonis ducant impij dies suos, in puncto ad inferna descendent. Iob. 21.

Esai. 46. Exo. 4.

FINIS.

LIBER SEPTIMVS INCIPITVR.

A

Caput. i. Qui non intrat per ostium, fur est & latro, Ego sum ostium ouium. Per me si quis introierit: hęc inueniet.

AMen amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ouile ouiũ: sed ascendit aliũde, ille fur est & latro. Qui aũt intrat per ostiũ, pastor est ouiũ, huic ostiarius aperit: & oues vocẽ eius audiũt. Et proprias oues vocat nominatim, & educit eas: & cũ proprias oues emiserit: ante eas vadit (id fit frequẽter: sed nõ semper) & oues illũ sequũtur quia sciũt vocẽ eius. Alienum aũt nõ sequũtur, sed effugiũt ab eo, quia nõ nouerũt vocẽ alienorum. Hoc prouerbiũ dixit Iesus, illi aũt nõ cognouerũt quid loqueretur eis. i. q. 1. Cap. Vt euidẽter. Dns Iesus verbũ in principio apud prẽm nisi hoiem diligeret quẽ crearat, nunq̃ colon? fieret in tẽrra, vt ouẽ ad pascua vnde aberrarat reuocaret, quę in manus pdonũ incidẽs: expoliata velleribus donorũ gratuitorũ, semiuiua iacebat: clamãs interim ex intimis cordis. O bone pastor cui? delitię sunt versari inter filios hoiũ: indica mihi vbi pascas & cubes in meridie, ne deuius vager post sodales tuos Mosen, Aarõ, Iosue, qui licet minauerint cõmissas oues ad interiora deserti, nunq̃ gregẽ introducere potuerũt in pascua illa quę reuera fluũt lacte & melle. Et isti quidẽ pastores vez Moses Aarõ, Iosue, Sãsõ Dauid Salomõ &c. Per ostiũ ingressi sunt in dñicũ ouile, quia vocati a deo tanq̃ & Aarõ. Veruntamen per id tpis ostia tẽpore cęlestiũ clausa erãt. Et claues in manu boni pastoris. Fuerũt aũt & multi pastores in israel pdones potius, qui nõ intrauerũt p ostiũ, de qbus scriptũ est, ipsi regnauerũt & nõ ex me, principes extiterũt & nõ cognoui, Aurũ suũ & argẽtũ suũ fecerũt sibi idola vt interirẽt. Hiero. iuxta litterã loquitur de regibus ex linea Hieroboã, quorũ nullus bonus extitit. Nõ enim statim quia deus iratus est Salomoni, regnũ eius diuidi voluit, & id circo israel bene suscepit regẽ. Debuerat enim interrogare dñm: an vellet hoc fieri. Oportuit eñ filiũ hois tradi, sed vę illi per quẽ traditus est. Istis aũt qui a seipsis regnauerũt nõ suffecit hoc scelus, nisi maiore impietate facinus duplicarãt: vt argẽtũ suũ & aurũ qđ ad ornarũ acceperãt a me, in idola verterẽt. De his vide, 3. Re. 12. Qđ diximus de regib? israel iuxta sensum litteralẽ: dictũ puta de pastoribus qui pfuerũt Romano imperio, deq́ sacerdotibus regni vtriusq́. Qui p ostiũ nõ intrauerunt, & pascunt seipsos iuxta prophetã de lacte & carne ouium christi: de ouibus nulla cura. Isti vel sunt fures, vel mercenarij, an forte lupi, vel iuxta Zachariam idola, pastorũ licet portent insignia: Aeli? Spartianus. De seuero imparore senatus ita iudicauit, illũ aut nasci nõ debuisse, aut mori, q̃ & nimis crudelis, & admodum vtilis reipublicę videretur. Amor autem tantus extitit populi in M. Antoniũ die regij funeris: vt nemo illum plãgẽdũ cẽsuerit, certus oibus q̃ ad tẽpus accomodatus, ad deos redijsset, & sacrilegus iudicatus est, qui eius imaginem in sua domo nõ habuit. Seuerus moriẽs, septẽ annorum canonem, ita vt cotidiana. 75 milia modiorum expendi possent reliquit. Olei vero tantum, vt p quinquennium non solum vsibus: sed & totius italię quę oleo egeret, sufficeret. Vltima verba eius hęc fuere. Turbatã rẽpublicã vbiq́ accepi, pacata relinquo. Pertinax imparator vocatus est cõtra christologus, bene loquẽs: male faciẽs: erat eñ pastor verbo tenus tãtũ. Sed his sanguisugis & fucis plenę sunt respublicę. Fuerũt & apud gẽtiles philosophi de virtutibus & vitijs multa tractãtes, diuidẽtes, diffinẽtes, acutissimos syllogismos cõcludẽtes, ita vt si liberet, hoiem asinũ pbarẽt & ecõuerso. Parati reddere rõnem de quacũq́ re rogarẽtur. Qui etiã eo vęsanię deuenerũt, vt dicerẽt, sectã nrãm tenete, si vultis bõ viuere Currebãt, sed extra viã sinistram, foris erãt, fures erant & latrones. Dñs itaq́ q̃ alias multis ad hoc vsus similitudinibus oẽs inuitabat ad se, nũc panẽ se vocãs, q̃ dat vitã mũdo, nũc aquã, quę omnẽ extinguit sitim. Ioan. 4. Nunc lucẽ quę vere illuminat, nunc seminatorẽ cœlestis doctrinę: hoc loco idẽ agit, seipm ostiũ vocãs, pastorẽ & ostiarium, de quibus per singula dicẽdũ est. Dicit ergo. Amẽ amẽ dico vobis, nullu apud esse optimo ouilis mei, q pri? nõ fuerit discipul? xpianę disciplinę. Nã q̃ sedere vult in cathedra pestilẽtię: & docere qđ nõ didicit, ille fur est & latro. Ascẽdit & irrũpit in ouile, irrequisito ostiario. Itaq́ signa furis hęc sunt, palã nõ ingreditur, sed furatur corda sicut Absalon. Nõ ingreditur vt pascat, sed vt mactet sicut Roboam, qui cędit populum scorpionibus. 2. Regum. Cap. 12. Aliud docet, aliud facit q̃a alligat onera ouibus, quę nec digito attingit. Signa aũt boni pastoris hęc sunt. Ingreditur per ostiũ sicut Aarõ (& q̃s est iste q vocat tanq̃ Aarõ? Da mihi alterũ Gregoriũ) vocẽ ei? oues audiũt, q̃a fulget doctrina, ante oues vadit, quia facit quod docet, ne audiat, medice medicus esto tui. Et talis pastor magnus

Luc. 10. Prouerb. 8. Canti. 1. Exo. 4. Hab. 5. Amos. 8. Hierony. Matt. 26. Ezech. 34. Cap. 11. Luc. 4. 2. Reg. 15. Heb. 5.

B

C

D

E

 vocabitur in

vocabitur in regno cælorum. Et proprias oues vocat nominatim, id quod proprium est optimi ac maxi-
Demetri⁹. mi & boni pastoris. Alioqui quem dabis mihi de pastoribus nostri gui (forte sunt septem illi) qui oues
suas vocet nomine proprio? Cum multi atque alii sint ignorent penitus, neque visitent, nisi cum aliæ sunt
Chryso. 5. messæ ad metendum. Chryso, Quod autem dominus ostium se apellat, nemo turbetur, siquidem & pas-
torem se & ouem dicit, & gallinam, Matth. 23. Et si requiras quo intratur per ostium hoc, nemo id scit,
nisi qui ingreditur. Illud tantum scimus, quod intus sunt pascua quæ oculi non viderunt nisi forte oculi Sau-
Luc. 10 li qui & Paulus. Est igitur dominus ostium, quando nos patri offert, pastor, quando nostri curam gerit,
1. Pe. 5. sicut bonus ille samaritanus. Est autem ouis, cum carne sua nos alit, & cum pro nobis offertur. Est & oui-
Augusti⁹. le, cum more gallinæ sub alis suis nos protegit a leone circumeunte ouile dominicum. Ad hæc Augusti⁹.
Sicut in consequentibus dicit dominus, exponens quod dixerat, ipse est ostium, qui & pastor, humilis ia
nua. Qui igitur per hanc intrat, oportet humilem esse, vt sano capite possit intrare. Sed si ille est ostium
quem dicemus ostiarium? Cauendum est enim quelibet inueniam⁹, ne maior existimetur ipso ostio. Os-
tiarius enim ostio preest, non ostium preponitur ostiario. Et forte sicut ipse est ostium, ita ipse & ostia-
rius, quia ipse pastor, ipse & agnus, & hæc omnia in similitudine, quia nullum horum est in veritate. Ni-
si forte spiritus sanctus ostiari⁹ est, de quo dicitur, ipse vos docebit omnem veritatem. Ostium quid est?
Ioan. 16 christus, quid est christus? Veritas. Quis aperit ostium, nisi qui docet omnem veritatem. Ostium sane hoc
vnicum est in arca Noe idest in ecclesia, & ipsum non a fronte sed ex latere. Significat autem iuxta Ori-
Origenes. genem, quod multi vocantur ad fidem, nam Noe toti mundo predicabat, imminere cataclysmum orbi, sed
pauci saluantur, quia octo animæ tantum inuenerunt ostium. Et obseruandum quod ostium arcæ clausit do
minus, quia ille est ostiarius, qui claudit & nemo aperit, & nemo potest venire ad ostium, nisi a patre
Ioan. 6. attractus. Clausit autem ostium, ne ingrederentur aquæ, & submergeretur arca, portæ enim inferorum fu-
Ioan. 19. res & predones non preualebunt aduersus eam. Atque ostium illud quod apertum est in latere ostiarii tor-
Ps. 45. mentis ideo apertum est, vt costa detraheretur, & ecclesia fabricaretur, flumina fluerent, quæ lætificant ci-
uitatem dei. Exposito igitur quis sit verus pastor, patet quis sit alien⁹, quem oues fugiunt. Hoc prouerbium. &c.
Prouerbium euangelista pro parabola posuit, quia pleraque prouerbia parabolam habent admixtam. Oues igitur fu
1. Reg. 21 mme fugiunt vlulatus luporum. Sues autem & hirci habent suos pastores (sicut Doec idumæus) quorum voce ag-
Ps. 48. noscunt, de quo⁹ scriptum est, sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Itaque cum pharisei non intelli
gerent quid sibi vellet hec parabola, cum dominus dignat⁹ est aperire, vt magis redderet attentos, & alti⁹ insideret ani-
mis illorum quod per similitudinem esset infixum, vnde sequitur. Amen amen dico vobis, quod ego sum os-
tium ideo omnes quotquot venerunt ante me, fures fuerunt & latrones, sed non audierunt
eos oues. Ego sum ostium: per me siquis introierit (ingressus per fidem est) saluabitur, & in
gredietur & egredietur, & pascua inueniet. Fur non venit nisi vt furetur, & mactet &
perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. De ostio expositum est. Quid est aut,
Exo. 4 quotquot ante me venerunt fures fuerunt? Num & Moses fur erat, qui multis vltrocitroque cum deo collatis ser-
monibus, ægre tamen persuasus est vt preesset populo dei? Num Aaron signo mirifico designat⁹ sacerdos? Num. 17
Iudi. Num vel Dauid precepto dei in Regem vnctus? 1. Reg. 16. Num vel Iosue in quo erat spiritus dei? Num. 27. Num
vel Sampson ab angelo prenunciatus parentibus? De illis igitur loquitur, qui non missi, ipsi se ipsos adeo im-
missos iugabantur dicentes, hæc dicit dominus, de quibus vide Hiere. Cap. 14. Cap. 23. Cap. 27. Isti igitur quod
visionem capitis sui loquebantur, sua tantum quærentes: non ad pascua vocabant Greges sed ad lanie-
Bernardus nam. Fures enim erant. Vnde probas? Audi Bernardum. Quem dabis mihi o papa Eugeni de tota maxi
ma vrbe, qui te in papam receperit, pretio seu spe pretii non interueniente? Et tunc potissimum volunt
Phil. 2. dominari, cum professi sunt seruitutem. Omnes crede mihi quæ sua sunt quærunt lanam/lac/caseum, ag-
num: non quæ Iesu Christi. Inter hec tu pastor procedis deauratus, tam multa circundatus varietate. Oues
quid capiunt? Si auderem dicere, demonum magis quam ouium sunt pascua hæc. Scilicet sic factitabat Petr⁹, sic Pau
lus ludebat. Vides omnem ecclesiasticum zelum feruere sola pro dignitate tuenda. Hæc ille lib. 4 De consideratione.
Chrysost. Ad hec Chryso. Quid ergo dicem⁹ infelicib⁹ illis & miseris, qui semetipsos ad alios regendos precipitant,
& se in tantorum suppliciorum abyssum iactant? Omnium quos regis rationem reddes. Vnde ergo miror si aliquis
rectorum potest saluari. Si rectores & pastores difficile saluantur, predones & idola saluos fieri quomodo pu-
tamus? Siqui necessitate compelluntur, nullum poterunt habere refugium, quid erit se ingerentibus cum Ado-
2. Reg. 15 nia? 3. Regum. Cap. 1. Septa transilienti, cum Absalone? Vocem pastoris mentienti cum Iuda? Cuius vox
Regula. est: Aue rabbi. Matth. Cap. 26. Qui non intrat per ostium fur est. Semper erit fur. Quia non firmatur
tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit. Quidam per simoniam est electus, & post processu
temporis optime administrauit pastorale officium, & fuit diu toleratus in sua administratione. Num hu-
ius promotio validabitur. Ita videlicet quod assumat vires vt sit canonica? Minime, quia quod ab initio non
Siluerius. valuit, tractu temporis non conualescit. Subest enim impedimentum videlicet simonia. Ita legim⁹ de Silue-
rio papa: qui eleuat⁹ est a Theodato tyranno in summum pontificem sine deliberatione decreti. Hic enim theo
datus pecunia corrupt⁹ talem timorem incussit clero, vt qui non consentirent in eius electione, gladio punirent
Hic tamen Siluerius optime se gessit in administrando pontificatu, cuius martyrium ecclesia celebrat. Tamen
quia non intrauit per ostium, permisit Diuina prouidentia, vt depositus ab episcopatu, deportaretur, quia
non firmatur &c. Vnde inter reges decem tribuum nullus inuentus est qui iuste regnaret, sed alter altero de
3. Reg. 12 terior, quia non firmatur tractu temporis. &c. Primus autem illorum regnum inuasit. Ego sum ostium. Neque enim
Actu. 5. est aliud nomen datum hominibus in quo & per quem ingredientes, possint salutem consequi. Per
me siquis introierit, credendo, saluabitur, sicut saluæ factæ sunt octo animæ quæ ingressæ sunt arcam
ab inundatione

ab inundatione diluuij. Genesi 7. Sequitur autem exponendo quam salutem cōsequetur, qui per christū ingressus fuerit: Homo interior & exterior pastum inueniet in sacra scriptura. Ingredietur, ad cenaculū/ illud expleta quod erat in tēplo Salomonis, ad quod per vnum tantum ostium ascendebatur 3. Regū. 6. Fruetur enim bonis illis quę oculi non viderunt. Egredietur autem & videbit turbam illam magnā quā dinumerare nemo poterat, amictos stolis candidis, tenentes palmas, coronis decoratos, cantantes semper quasi canticum nouum. Apoc. 7 & 14. Quando regina resumpto spiritu, dicet, vicisti bone pastor et pacifice Salomon famam tuam virtutibus tuis. 3. Reg. 10. Potest dici quod homo ingrediens per ostium fidei ouile dominicum, habebit pastum interioris hominis cum Maria, sedēdo ad pedes domini Iesu, & pascua exterioris laborando cum Martha circa ministerium vnde necessitatem tribuat patienti. Vnde illud, labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Psalm. 127. Theophy. Ingreditur, qui curam gerit interni hominis, qui renouatur de die in diem iuxta imaginem eius qui creauit illum. Egreditur, qui mortificat membra quę sunt super terram, Christo confixus, talis enim pascua inueniet hiberna verna & ęterna. Sequitur Fur non venit, nisi vt furetur. Nullum maius furtum, quam quod deo surripitur nulla funestior mactatio, quam quę dęmonibus fit in animarum perditione, id quod lamentabatur Paulus pastor dicens. Scio & bene scio, quod intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, qui e gregis alieni malis sibi lucrum turpe comparent. Et ex vobis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. Habes digito prędemōstratos & pręuisos fures, audi vocem veri pastoris: qui non venit vt mactet: sed iuxta quod alias dixit, impendar & super impēdar pro animabus vestris. Sequitur enim in actis. Argentum & aurum aut vestem nullius (non dico abstuli) concupiui, sicut ipsi scitis: quoniā ad ea quę mihi opus erant & his qui mecum sunt, ministrarunt manus istę. Beatus est enim magis dare quam accipere. Hęc ille. Ego autem veni vt vitam habeant oues quę mortuę erant, vel pastoribus sęuientibus, vel saltem dormientibus. Veni vt morbidę conualescant, esurientes saginentur, dispersę congregentur, confractę consolidentur: & abundantius habeant, iuxta illud saciabor cum apparuerit gloria tua. Vnde adhuc sequitur. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem & vniuersaliter qui non est pastor, cuius non sunt oues proprię: videt lupum venientem & dimittit oues & fugit, & lupus rapit & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est: & non pertinet ad eum de ouibus. Idest non curat oues. Potest enim ad nos pertinere, quod tamen curę non sit: tu igitur cum audis sum ille pastor ille bonus ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς: ho pimen, ho kalos, intellige pastores omnes qui per illud tempus pręerant dominico gregi, fures fuisse aut mercenarios: de quorum numero Annas erat & Cayphas, de quibus vide late Ezech. Cap. 34. Ibi enim post multa, ita habes. Cum austeritate imperabatis & cum potentia: & dispersę sunt greges mei eo quod non esset pastor, licet multi essent fures. Namque iuxta Hieronymum, pastores nostri honorem se putant consequutos, non onus. Et esto onus consequuti sint, habent multos humeros super quibus illud partitum reclinent, nam ipsi nec digito attingunt, sed epulantur splendide cotidie qui mercenarij sunt, ac deinceps fulcrones isti stertunt cum Iona, ouibus satagentibus circa multa, nec cessat maris tempestas, donec ipsi bono nauis & remigum submerguntur (cito mecum bone lector) cum Abiron, non euomendi a ceto tertia die. Isti igitur sunt qui sunt veri mercenarij, qui non per ostium ingressi sunt, sed manu ancillę, pecunia suppeditante scalas. Cuius non sunt oues proprię. Ergo omnis alius a Christo est mercenarius, quia nullius sunt oues propriæ nisi Christi Nam & Petro dicit pastor bonus, pasce oues meas non tuas. Mosi dictum est, ascende de loco isto tu & populus tuus quem eduxisti & caetera. Exod. Cap. 33 Et infra. Non ascendam tecum, sed Angelus meus, sed hec eo tempore dicta sunt, quando ipse populus relicto pastore, vitulum adorauit. Itaque pręter Christum cæteri pro tanto dici possunt pastores, quod dicere possunt cum Paulo Christi cooperatores sumus, viuit in me Christus, & per me loquitur Christus Sed antequam dicamus signa boni pastoris, operę precium fuerit audire ordinem quo pastores hodie consecrantur. Neque enim rogantur tertio an diligant Deum, sicut Petrus creandus pastor. Quid igitur? Ordinandus, primum interrogatur, verum nam velit episcopari. Bona verba quę sunt pręsules summi ac veri pastoris. Qui enim episcopatum desiderat (& quis non desiderat?) Bonum opus desiderat. Et quod est illud bonum opus? Animam si res ferat, dare pro ouibus: infirmum consolidare, errantem reducere, esse inter subditos sicut pastor inter oues. Audi Paulum. Facti sumus in medio vestri tanquam paruuli: tanquam si nutrix foueat filios suos, ita desiderantes vos cupide, volebamus enim tradere vobis non solum euangelium dei, sed etiam animas nostras. Quare animas? Quia bonus pastor animam suam dat pro ouibus idest vitam. Ac inquit Gregorius: cum incomparabiliter sit melior anima qua viuimus substantia quam exterius possidemus: qui non dat pro ouibus pecuniam: qui tollit pellem de super humeris ouium: quando daturus est vitam suam? Bonus pastor non sibi pręsumpsit honorem, sed qui loquutus est ad eum dicens: filius meus es tu: ipse misit cum dicēs. Vade & vide si cuncta prospera sunt erga pastores fratres tuos & pecora, & renuncia mihi quid agatur Venit igitur bonus pastor, & inuenit pastores in lupos versos. Qui primum enim appropinquauit: coniurati illi expoliant eum: & in puteum demittunt, denique exorati ab vno eorum, extractum distrahunt precio admodum decoro. Tu igitur considera quid fiet de ouibus, si lupi sunt pastores. Ecce isti interim ebrij de sanguine ouium: incedunt bene curata cute, fulmina gestantes baculorum vice: sicut legimus de Alexandro. Eratis sicut oues errantes inquit Petrus pastor, sed conuersi estis ad pastorem & episcopum animarum vestrarū. Nā Salomō ditissimus licet ouiū regū excoriabat tamen oues, vt vesti et lupas quas domi alebat numero mille circiter. Vnde dixit populus

Section letters in the left margin: A, B, C, D, E.

Margin notes: Lucæ. Theophy. Collos. 3. — Faber. Actu. 20. — 2. Cor. 12. — Psa. 16. 7. q. 1. Aduersitas. 7. q. 1. Non omnes. — Hierony. Matt. 23. — Num. 16. — Ioan. 21. — Episcop⁹. — 1. Tim. 3. Matt. 20. 1. Thes. 2. — Gregori⁹. — Psa. 2. Genes. 37. — Apoc. 17. 1. Pe. 2. Alexāder. Salomo.

Roboamo, Pater tuus durissimū imposuit nobis iugum, tu esto contentus lacte/lana/caseo, tantum pelles nostras ne tollas, sed concede vt respiremus paululum. Et hic Salomon est rex pacificus, cuius vultū omnis terra desiderabat. Sed deprauatus est per vxores alienigenas. 3. Reg. 11. Veruntamen pastoris imaginem Dauid puer prę se tulit, qui pascebat ouibus, sęuiebat in leones & vrsos & gigātes. Verum princeps pastorum constitutus, rapuit & ipse more lupi ouem alienam, pro qua quattuor soluit, imo/14/soluit filios quattuor & vxores decem. Hunc igitur Dauid volens dominus pręficere populo suo, tertio inunxit, vt totus esset clemens & boni pastoris imitator pius, sicut habes. 1. Reg. 16/2. Reg. 2. Et 2. Reg. Ca. 5. Vnde illud, memento domine Dauid: & omnis mansuetudinis eius. ps. 131. Denique Moses pręficiens populo dei/40/annis pręfuit primum ouibus soceri sui Iethro, vt pasceret clemens esse in oues domus israel cuius alias manus grauissimę erant, & cornuta facies. Exo. 34. Bonus igitur pastor vitam suam expēdit pro ouibus suis, sicut scriptū est, nocte vrebar gelu, interdiu caumate, somnus recedebat ab oculis meis, ne captum tibi a bestia ostenderem. Oues tuę & caprę steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi. Quando bonus pastor hędum de grege comedit, qui suo oues & lacte doctrinę & sanguine pauit? Quando ostendit captum a bestia, qui quo nos libertate donaret, ipse a ceto triduo deuoratus est? Nam Iudas, seipsum ipse mactauit, laqueo appensus. Habet autem bonus pastor cauterium proprium quo oues suas dignoret in fronte: de quo Ezech. Cap. 9. Signa. T. super frontes gementium. De hoc & Exo. ca. 12. Habet vinum & oleum curandis ouibus morbidis, ac fouendis. Luc. 10. Habet & canes qui gregem tuentur, ne quos pariantur per effusas tenebras luporum incursus. Habet autem & virgā de qua Miche. 7. Pasce populum tuum in virga tua, vt quia bonus est pastor & animam suam pro suis posuit ouibus, ipse eas pascat, quas tanti ęstimauit. Puto autem inquit Hieronymus, quia populus israel durę ceruicis erat & semper carnes ęgyptias suspirabat visum esse Mosen non solum in ęgypto aduersus ęgyptios, sed in deserto aduersus iudęos virga & ea ferrea. Hanc virgam pastor noster habuit, quandiu prędicauit populo israel secundum carnem, qui populus erat seruiens in timore cum Agar. Apostolis autem virga excussa est de manibus, & seueritas legis euangelij clementia temperatur. Audite me inquit domus israel, qui gestamini a meo vtero, & a mea vulua, vsque ad senectam ego ipse, vsque ad canos ego portabo. Esai. 46. Creator enim omnium parcit creaturę suę, & non solum pręcedit oues more pastoris: sed gestat fessas in gremio, fouet in vulua, quod omnem fidem excedit. Non quod ineffabilis dei incomprehensibilisque maiestas aut vterum habeat aut vuluam, sed quo nos affectum dei per nostra verba discamus. Melior est tamen iniquitas viri quam benefaciens mulier. S. Bonauentura. Prefertur pastor rigidior aliquantulum remisso qualis erat Heli, hic enim idolum vocatur Zach. Cap. 11. Asino exulcerato dorso, & pascenti in prato coruus insedit (vti fit aliquoties), & rostro vlcera vlterius exulcerabat: saltante asino, & orcante, non ridente, agasone vidente & effuso in cachinos. Lupus casu pręteriens & videns tragędiam dixit. Miseri nos, quos si tantum viderit agaso persequitur quo ad potest, huic autem coruo & arridet. Nimirum lupos in melota ex ipso vel aspectu dignoscere licet pastoribus oculatis & narise munctę, qualis Paulus. Multi tamen ludunt de alieno corio, ridentes mala ouium suarum, sicut agaso ille, ridēte misero asino. In hos vere quadrat prouerbium illud, ouem lupo cōmisisti. Ita dicit Cicero in tertia philippica. In contione dixerat Antonius, se custodem futurum vrbis. O pręclarum custodem ouium (vt aiunt) lupum. Custos ne vrbis, an direptor & vexator esset Antonius? Verum tamen non raro hec videmus fa ctitari apud nostrates, vt illi custodes sunt ouium, qui magis custodia indigebāt, & impletur rursus illud ex triuio, ale luporum catulos. De hoc ita dixit quidam, de oue catulum lupi alente. Lacto lupum vberibus proprijs, non sponte, sed me demens adigit pastor vt id faciam. In me rursus erit fera, postquam creuerit ex me. Nam haud vnquam vertitur officijs. De huiusmodi igitur pastoribus sequitur. Mercenarius autem & qui non est pastor, qui non potest dicere cum Paulo, filioli quos iterum parturio, videt lupum & fugit. Hi struthiones sunt potius qui relinquūt oua sua conculcāda trāseūtibus. Isti pennas habēt, volatū nō habēt, nec imitātur bonū pastorē, qui alis suis sicut aquila protegit pullos a luporū morsib⁹. Deu. 32 Cum pastore sunt in cęna, sed videntes venientem lupum Iudam videlicet, cum luporum caterua, omnes fugiunt. Non ergo pastor sed mercenarius est, qui nō pro amore intimo oues dn̄icas sed ad tēporales mercedes pascit. Mercenarius est, qui locū pastoris tenēs, lucra animarū nō quęrit. Mercenari⁹ est, qui ad prędicādū mut⁹, adiuta extorquēda sthētore est vocalior. Mercenari⁹ est, qui oues nō curat, curat aūt seipsum & equos & canes, & accipitres sublimitas, & quō ducat in bonis dies suos Iob. 21. Dicamus vbi gr̄a de vno. C. C. Ca. in nepotinis sumptib⁹ oīus pdigiorū ingenia supauit, comēt⁹ nouū balneariū vsum, portentosissima gn̄ra ciborū atque cęnatū, vt calidis frigidisque vnguētis lauaret, pciosissimas margaritas aceto liquefactas sorberet, cōuiuis ex auro panes & obsonia apponeret, aut frugi hoiem esse oportere dictitā, aut cęsarē. Quin etiā nūmos nō mediocris sūmę e fastigio basilicę iullię p aliquot dies sparsit i plebē, mercenari⁹ eni erat, & hec erat pars sua, ludere de corio alieno, sicut diximus. Visus est aliqn̄ mercenari⁹ hic insignis prędo in socco muliebri, plerūque vero aurea barba fulmē tenēs ac fuscinā, aut caduceū deorū insignia, cū cū potētiū, hoc ē bonorū pastorū, atque etiā veneris cultu cōspect⁹ ē. Qui & triūphalē ornatū assidue gestauit, interdū & magni Alexād thoracē repetitū e cōditorio ei⁹, qd' & nr̄is tēporibus vidim⁹, & videmus in multis pastorib⁹, qui sub stolis illis albis gestāt nescio quę noua cilicorū gn̄a, non ex pilis camelorū cōtexta. Sed ex qua lana sit regras, nr̄a nō refert dicere, vr̄a nō refert audire. His pestib⁹ plena est ecclesia. Prouideat aūt dn̄s hoiem qui sit sup multitudinē hāc, & possit exire & intrare: & educere eos & introducere, ne sit populus dn̄i, sicut oues absque pastore. Vtinā aūt respōdeat dn̄s qd' sequitur tolle Iosue in quo est sp̄us dei, & pone manū tuā sup eū. Qui sic subrogatur, sic ordinatur; sic cōsecratur

non est

1. Reg. 17. — 2. Reg. 20. — Exo. 17. — Moses. — Genes. 31 — Actu. 20. — Num. 11. — Hierony. — Genes. 16 — Matt. 10. — Idem. — Eccl. 42 — 1. Reg. 2. — S. Bonauē — Fabula. — Prouerbiū — Prouerbiū — Gal. 4 — Iob. 39. — Gregorius — Caligula. — Caligula. — Num. 27.

F — G — H — I — K

nõ est opus rogetur vtrũ velit ordinari an nõ cogẽdus enim est: sicut exterminari debet qui nõ vocatus se ingessit. Sed mortuis verba facimus. Est igitur pastor diligẽdus, mercenarius tolerãdus, potest enim ex Saulo fieri Paulus, hoc est ex mercenario legis Mosaicę pastor ouiũ christi, nã ipe aliquãdo ignes vomebat & minas: Actu. 9. Nũc christi bonus odor est in oĩ loco. Cęterũ lup⁹ aut fugãd⁹ est aut fugiẽd⁹. Pastor tũ dicat cũ pastorũm principe: si me tãtum quęritis: o lupi, has oues in pacatum abire sinite. Ioan. 18. — 2. Cor. 2.

Caput. ij. Ego sum pastor bonus. Et quis est mercenari⁹. Signa mercenarij & boni pastoris. Et alias oues habeo &c. Potestatẽ habeo ponẽdi animam meam: dicebant multi. Quid eum auditis: qui demonium habet? Alij autem sanius sapiebant.

A — EGo sum pastor bonus: & cognosco oues meas: & cognoscũt me meę. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrẽ & animã meã pono pro ouib⁹ meis: & alias oues habeo quę nõ sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocẽ meã audient, & fiet vnũ ouile & vnus pastor. Repeticio huiusmodi sententię cõfirmatio est, quasi dicat. Nõ ex accidẽte dono bonus sum, sed id habeo a natura. Nemo autẽ bonus hoc modo pręter vnũ deũ optimũ maximũ. Et cognosco oues meas. Nouit enim dominus qui sunt illi septẽ mille q nõ curuauerũt genua sua ãte Baal. Rom. 11. Nouit & tercẽtũ illos apud Gedeonẽ. Pastoribus aũt qui nõ habẽt tã p p caces oculos dicit pastor bon⁹. Nõ eradicetis zizania, &c. Matth. 13. Sicut nouit me pater. &c. Sicut enim hoc loco omni modã ęqualitatẽ cognitionis explicat. Et animã meã pono. Augustinus. Cũ magno põdere dictũ est, Ego eã pono. Nõ glorietur iudęi, sęuire potuerũt, potestatẽ habere nõ potuerũt: Ecce enim vna respõsione prostrati sunt. Qui cęciderũt ad vnã — Iudi. 7. — Augusti⁹ — Ioan. 18.

D — vocẽ morituri inter duos neqꝫ, quid facerẽt ante tremendũ tribunal iudicaturi? Abulẽs. Paradoxa. 3. Quod aũt posuit dñs christus animam suam ante tempus a natura constitutum, (siquidem crucifixi triduo solent superuiuere) actu id valde meritorio fecit, quia difficillimo, sicut Isaac/Aaron/Moses iussi sunt diẽ obire ante tempus a natura pręfixum. Num. Cap. 20. Deut. Cap. 34. Genes. Cap. 22. Licet sententia Isaac reuocata sit. Pastor igitur animam expendit, fur prędo & mercenarius & lupus oues deglubit. Antonius cum Ephesum in Asiam ex Gręcia. Venisset: & eo Reges Reginęqꝫ Orientis ad eum salutandum confluerent, sese luxuiq vitro illi offerentes diu illuc per luxum inusitatum debachatus, cum de pręmoribus vitia pro arbitrio suo statuisset, prędictarum rerum impendijs exhaustus, altera tandem vectigalia Asiaticis populis imperare mittitur. Ibi Hybreas quidam Orator nobilis qui causam Gentium Asiaticarum agendam receperat, huiusmodi oratione vsus esse dicitur. Si potes o Antoni alterũ vectigal eodem anno exigere, illud etiam potes te ęquum est, binas vt eodem anno ęstates binosqꝫ etiam autunnos habeamus. Ducenta tibi talentum milia Asia iam pependit; hęc si tu non accepisti: exige ab ijs — Abulẽsis — Antonius

C — qui acceperunt. Si cum acceperis, iam non habes, quid nunc causę est quin & ipsi pereamus? Hęc ille. Et alias oues habeo. Vnde illud, pręedicate euangelium omni creaturę. De hoc habes Ezech. Cap. 37. De duabus virgis & vnico pastore Dauid videlicet. Vide Zach. Cap. 9. In fine. Venient enim multi ab oriente & occidente (in semine enim tuo benedicẽtur multi ex omnibus gentibus) & recumbẽt cũ Abraham Isaac & Iacob Matt. 8. Et fiet vnũ ouile & vnus pastor, ipse est enim pax nostra qui fecit vtraqꝫ vnum Iã erat vnus pastor, sed extendit calciamentum suum vsqꝫ in idumeã, qui missus fuerat ad oues perditas domus israel. Vnus est ergo pastor bonus, cęteri vicarij sunt, aut iuxta Paulum dei cooperatores. Vide super illud: nisi ad oues perditas domus israel. Matth. Cap. 15. Et super illud ecce Magi ab orientibus, Matth. Cap. 2. Vide Zacha. Cap. 10. Propterea diligit me pater quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam. Quia ego pono animam meam propterea diligit me pater: vt iterum sumam ego eam. Non est ego de dilectione patris simpliciter & absolute intelligendum, sed est — Marci. 16

D — sensus. Tam gratum est patri me ponere animam meam idest voluntarie mori, vt quia ego animam meam pono, propterea ex hoc, merito me diligat ad tantum beneficium: scilicet vt iterum sumam eam hoc est vt resuscitem me ipsum, quod plus est quam quod dicit apostol⁹. Propter quod deus pater exaltat illum. Nam hic significat: q datum est filio, vt ipse met resuscitet semetipsum. Caietanus. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a meipso. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo, iterum sumendi eam. Hoc mandatum accipi a patre meo. Dissensio igitur iterum facta est inter iudęos, propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis. Demonium habet & insanit, quid eum auditis? Alij dicebant. Hec verba non sunt demonium habentis. Nunquid Demonium potest cęcorum oculos aperire? Sciendum q dilectio patris ad filium iuxta quod Deus verbum, ęterna est. Dilectio autem patris ad eundem iuxta quod homo: non ex eo est, quia posuit animam suam pro ouibus,

E — simul enim creata est anima illa beatissima & repleta gratia & dilectione dei patris summe dilecta. Sine omni enim merito suo data est ei summa gratia possibilis creari iuxta doctorẽ nostrum in, 3. Di. 13. q. 2. Licet enim de oĩ hoie scriptũ sit: faciam⁹ hoiem ad imaginẽ & similitudinẽ nrãm, sol⁹ tñ xp̃s iuxta qd̃ hõ verissime pręse tulit imaginẽ & similitudinẽ dei patris, iuxta illud, specłm est sine macula & imago bonitatis dei, Sap. 7. Orige. Sicut enim in speclo oib⁹ motib⁹ atqꝫ oibus actib⁹ q̃bus is q intuetur specłm mouet vel agit, iisdẽ etiã ipsa imago quę per speculum deformatur actibus vel motibus commouetur vel agit: in nullo prorsus declinans, ita etiam splendor & imago dei de se vult intelligi, cum speculum — Scotus. — Origenes.

 immacu-

immaculatũ paternę dei bonitatis vocatur a spiritu sancto. Potest aũt dici, ꝙ aliquis effectus amoris cõsequutus est mortẽ christi preter ea quę dicit Caietanus: videlicet glorificatio corporis sui post triduum cõsessus ad dexterã paternę glorię: & ꝙ cõstitutus sit iudex viuorum &c. Et ꝙ accepit nomen quod est super omne nomẽ. Quod aũt dicit, nemo tollit animã meã a me, ostendit ꝙ oblat⁹ est, quia ipse voluit Esa. 53. Sicut Isaac volens ligatur, & colligatur super struẽ lignorum. Gene. 22. Et aries ille qui uru dei hęsit inter spinas. Sic Ionas in se sententiã tulit dicens, propter me orta est hec tempestas Ergo nemo tollit animã a me. &c. Sequitur. Potestatẽ habeo &c. Et est eadẽ sententia. Augustinus. Nõ incõuenienter animaduerti potest, ꝙ positum est, ego: ad significãdũ ꝙ sua volũtate mortẽ sustinuit. Nõ ergo insultẽt vos me tanꝗ inuitũ cępistis & occidistis, sed ego dormiui in sinu Dalidę, & media nocte cũ Sãsone surrexi, & iterũ assumpsi animã meam. Quid aũt est hoc mãdatũ accepi a patre meo? Hilarius, id exponitur per illud: educ de custodia animã meã. ps. 141. Quanꝗ enim potestatẽ haberet ponẽdi animã, & resumẽdi, tñ semper charissimi filij honorẽ paternę maiestatis reseruauit, sicut illud, tu autẽ dñe resuscita me ps. 40. Itẽ illud, nõ derelinques animã meã in inferno. ps. 15. Augustinus. Nemo tollit. Et hoc maxime mirati sunt qui pręsentes erãt cũ post illã vocẽ in qua figurã peccati nostri edidit, cõtinuo tradidit spiritum Lõga enim morte cruciabãtur ligno suspẽsi. Vt igitur ostẽderet suã mortẽ esse voluntariã, accelerauit eã per miraculũ, sicut habes in principio capitis huius. Ita dicit & Origenes, forte idcirco anticipãdo excessit ã corpore, vt illud seruaret ne ei cũ latronibus crura frãgerẽtur. Propterea enim vtriusꝗ latronis cruribus cõfractis illũ nõ attigerunt, quia iã tradiderat spiritum. Ita dicit Tho. 3. p. q. 47. ar. 1. Christus naturã suã corporalẽ in sua fortitudine cõseruauit vsꝗ ad extremũ in suo vigore, vt ostẽderet, ꝙ illata passio eius animã per violentiã nõ eripiebat, sed ipse eã cũ voluit voluntarie posuit, in cuius signũ clamans voce magna tradidit spiritũ. Quod aũt dissensio facta est inter iudęos propter hos sermones, nõ miteris positus est enim in signũ cui vbiꝗ terrarũ cõtradicitur, vel moribus, vel ab hęreticis & infidelibus. Vnde illud ex actis, Cap. 28. De secta hac notũ est nobis, ꝙ vbiꝗ ei cõtradicitur. Dæmoniũ inquit habet, aut certe insanit: insanũ aũt audire, dementis est. Quid enim diceret insani & amentes nisi insana & vęsana verba? Ipse inquiũt dementat, sed & auditores suos desẽntat. Ex abũdãtia enim cordis os loquitur quia voces sunt signa latentiũ in anima passionum. Alij aũt quorũ tetigerat deus corda (tetigisse autem mundasse est, sicut tetigit seraph labia prophetę carbũclo sublato de altari) sanius sapiẽtes, dicebãt. Reuera si attẽtius & propius inspiciatis, licet hec verba nõ sunt dæmoniũ habentis, pręsertim cum dictis eius astipulẽtur opera. Si enim loquitur ea quę sensum humanũ excedũt, etiã videris eũ factitare opera quę diuinã potẽtiã prę se ferũt. Nũ entheasticus & a dęmone possessus potest cęcorum oculos aperire? Dęmõ malignus oculos oĩum dextros vult effodere: si vtrũꝗ nõ potest. Alias, a sęculo nõ est auditum ꝙ dęmones reddãt lumẽ oculorũ, quorũ opera parentũ nostrorum oculi aperti sunt ad malũ sed malo eorũ. Nos igitur iuxta sentẽtiam Pauli imitãtes pastorũ nostrum, quoties fama nostra lacessitur, per infamiã & bonã famam, vt seductores & veraces, taceamus quia dominus pugnabit pro nobis. Exo. ca. 14. Pindarus cũ ei quidã dixisset, ꝙ ipsum vbiꝗ & apud omnes prędicaret, & ego inquit refero tibi gratiã efficiens vt vera prędices. Cæterum placere oĩbus nõ tã difficile est ꝗ impossibile, dicat licet Paul⁹, placere oĩbus per oĩa textus tamẽ Pauli ita dicit, sine offensione estote, hoc est enim aproscopi, hoc est tales estote, vt nulli sitis offendiculo, quod in vobis est, si autem illi scandalizantur, sinamus illos, cęci sunt, & cęcorum duces. Hierony. Fęlix autem qui sic pugnat cõtra aduersariorum libidinem meriti magnitudine, vt contra illum nec fingi quicꝗ sinistrum possit. Nullus enim fingere audet, quod a nullo putat esse credendum. Quod si id assequi nõ possumus: saltẽ hãc adhibeamus vitę nostrę diligentiã, ne malę mentes occasionem inueniãt detrahẽdi. Sunt enim multi qui cum gibbas suas non videant, etiam in iunco nodum quęrunt. Dicit scriptura de Mose: dilectus deo & hominibus, verum ipsi non omnibus placuit. Sed neꝗ Paulus ipse, sicut patet in actis apostolicis.

[Marginalia: Sco. 3. Di. 16 q. secunda. 7. — Augusti⁹. — Indi. 16. — Hilarius. — Augusti⁹ — Thomas. — Luc. 2 — Matt. 12 — 3. Reg. 11. — 2. Cor. 6 — Pindarus. — Matth. 15. — Hierony. — Eccl. 45]

Caput iij. De colligẽtib⁹ didrachma de pisce capto in mari & de multis ibi cõtẽtis in textu vez de quęstione apl'orũ q̃s maior videretur. &c.

[Marginalia: Matt. 17]

ET cum venissent caphamaum: accesserunt qui didrachma accipiebant ad petrum: & dixerũt ei. Magister vester num soluit didrachma? Ait. Etiã. Ordo text⁹ perplexus est propter narrationem Marci Cap. 9. Ordinamus aũt eum, sequentes Abulẽsem Christus dominus existens in Galilęa prędixit se tradẽdũ gẽtibus sicut superius patuit Matth. Hoc eodem Cap. 17. Post hec veniebant in Caphamaum ciuitatem Galilęę, & in via anteꝗ ingrederentur vrbẽ, inquirebãt cõtendendo, quis eorũ maior esset. Et ingressi ciuitatẽ, anteꝗ peruenissent in hospiciũ, occurrerũt illis hi qui colligebãt tributum. Et ingressis domũ pręuenit dominus Petrum, ne sermonem cõfereret de didrachmate. Quãdoquidem dominus anteuerteret volebat verba Petri, atꝗ ita sequitur quod dicit Matthęus, pręuenit dominus Petrũ dicens (domum videlicet ingressis) Quid tibi videtur Simõ? Reges terrę a quibus accipiunt tributum a filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi Iesus. Ergo liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos: vade ad mare & mitte hamũ: & eum piscem qui primus ascenderet tolle. Et aperto ore eius inuenies staterẽ: illum sumens: da eis pro me & te. 11. q. 1. C. Magnum. 24 q. 1. Est & aliud. 25. q. Finali tributum.

Missus ici-

Missus igitur Petrus ad lacum vt piscaretur piscē vñ cēsum solueret, quãdiu nõ est reuersus, nihil loqut⁹
est dominus Iesus. Regresso igitur Petro, dixit dominus id quod Marcus refert, vt domũ peruenerũt, in
terrogauit eos dominus dicēs, quid in via tractabatis? Ex quo patet, φ cõtentio apostolorũ prius cępta
est, φ illud quod Matthęus refert, magister vester nũ soluit cēsum? Quia cõtētio in via cępit, interroga
tio & solutio cēsus in vrbe, & tamē cēsus primũ solutus est, de inde cõclusa cõtētio. Dicamus igitur pri
mũ de cēsu, quia primū solutus est, & sequēti loco de cõtentione. Et cum venissent caphamaum. Sed si
scriptũ est ps. 68. Quę nõ rapui, tũc exoluebã, quomodo rursus scriptum est, vocē exactoris nõ audiuit — Iob. 39
vnicornis? Gregorius. Quis intelligi exactor alius nisi diabolus potest, qui semel in paradiso hõi malę — Gregori⁹.
persuasionis numum obtulit, & cotidie ab eo huius debiti exigere reatũ quęrit? Huius exactoris sermo
est malę suggestionis inchoatio, huius exactoris clamor est iam nõ leuis sed violēta tētatio. Clamorem
A ergo exactoris nõ audire est violētis tētationibus nõ cõsentire. Audiret enim si ea quę suggesserit face-
ret. Quomodo igitur vocē exactoris audiuit dominus, qui peccatum nõ fecit? Cuius tabernaculum scru
tatus Labã per ocium diligentissime, nihil inuenit eorum quę quęrebat. Genes. 31. In me inquit nõ ha- — Ioan. 14
bet quicq̃. Et tamē quę nõ rapuit exoluit, soluit pro nobis decem milia talēta, qui ipsam animam debe — Matt. 18
bamus. Factus est igitur dominus sub lege seruorũ, vt eos qui sub lege erãt redimeret, & redēptos manu
mitteret, sinens eos sui iuris esse. Gal. 4. Memētote tamē verbi illius, qui facit peccatũ, seru⁹ est. Ioã 8.
Itaq; ingresso domino ciuitatem, qui cęsaris nomine tributũ corradebãt, veriti adire dominum Iesum,
qui iam apud populum magnã sibi cõciliarat autoritatē, miraculis vita & doctrina (alias ipse vocem
exactorũ nõ audiuit) cõuenerũt Petrum, qui forte senior erat, & dexter erat christo, dicũtq;. Magister
vester num est insoluēdo didrachma? Petrus cũ nudior esset paxillo: vel nudior liberide, cuius est vox — Actu. 3.
B illa, argētum & aurũ nõ est mihi, nec tamē vellet offendere ocipedes illos, qui raptu viuũt, respondit — Prouerbiũ
dñm christum huc vsq; semper soluisse cēsum, & soluet deinceps inquit, licet in pręsentiarũ pecunia nõ
suppeditet. Legēdũ est igitur, num soluit? Vel num est in soluendo? De pręsenti. Si enim legas, nõ soluit
mētitus esset Petrus, qui dixit etiam. Est itaq; sensus, vt intelligamus, exactores illos nõ percõtari, num
Iesus iam soluisset censum, sed deberet ne soluere: & an illius esset soluere, & annuit Petrus. Est autem
drachma nomismatis genus, octaua pars vncię, põdere argētei vnius. Inde didrachmum, duplum dra-
chmę. Tristabatur itaq; Petrus, cũ promiserit se tributum soluturũ, nec tamē haberet vnde, & tamē nõ
audebat vt verisimile est, sermonē de censu facere domino: cuius paupertatē tãtam nouerat (testis ocu
latus) vt sciret illum nõ habere quod vulpes. Matt. 8. Hac igitur anxietatę soluit illum dominus, quem
nõ latebat quid Petrus animo versaretur. Simõ inquit quid tibi videtur? Reges terrę, &c. Hieronymus. — Hie. ony.
Post augustũ cęsarem iudęa facta est tributaria: & omnes cēsi capite ferebãtur. Luc. 2. Rursus quoniam
dominus nutritus fuerat in Nazareth quod est oppidum Galilęę, Capharnaũ ciuitati subiacens, ex mo
C re poscũt tributa, & pro signorum magnitudine hi qui exigebãt nõ audent ipsum cõuenire sed discipu-
los, siue maliciose interrogãt, vtrum reddat tributa, an cõtradicat cęsaris volũtati. Quod autē Petrus
interrogatur a domino, antequã ipse dominũ suggereret de tributo, ideo factum est, ne scandalizarentur
discipuli ad postulationem tributi cũ videant dominum nosse: quę in absente gesta sunt. Quid ergo di-
cit? Reges terrę, &c. Ergo filij liberi sunt, obscure sub indicans se terrę marisq; & quorũcunq; quę coeli
ambitu cõtinentur dominũ esse, nullique mortali principi debere tributũ, nec suos discipulos vt pote fili-
os tanti regis & dominãtium domini, sed ne prouocati isti crabones maiora peccent, abi in mare, &c.
Soluit igitur dominus censum quia formam susceperat serui, vt impleret omne iustitiã. Nos infęlices qui — Matt. 3.
christi cēsemur nomine, & nihil dignũ tãta facimus maiestate ille pro nobis & crucē sustinuit & tributa — Idem.
soluit, nos pro illius honore tributa non soluimus, & quasi filij Regis a vectigalibus immunes sumus.
Quod siquis roget quomodo mittat in mare Petrum, cum Iudas legatur. (Ioan. 12) Portasse in loculis
D pecuniam, respondebimus, rem pauperum in vsus suos cõuertere nefas putanit, nobisq; idem dedit exē-
plũ hec ille. Origenes. Sunt ergo aliqui reges terrę, & eorũ filij qui nõ dant tributum & alij pręter filios — Origenes.
eorum extranei a regibus terrę, ex quibus accipiunt reges terrę tributum. Extranei quidem extra patriã
suam liberi sunt, propter eos aũt qui dominãtur eorum & deprimũt sicut ęgyptij filios israel serui sunt
propter quos seruientes formam serui accepit Iesus, qui nullũ opus fecit luteum aut seruile, & tributum
soluit. Ne inquit scãdalizemus eos. Alioqui vnde liquebat apud exactores census, dominum Iesum regē
esse, & discipulos suos superiores omni iure humano? Et maxime cum eo tempore nec vmbra regni esset
apud iudęos. Hoc igitur nouissima quod christus soluit pro se & pro Petro (forte solus Petrus domum
habebat apud capharnaitas, vel alias cęteri iam soluerãt, si tenebãtur) nõ erat in domo Iesu, sed in mari — Idem.
& in ore piscis marini, quem ipsum arbitror adiuratum ascēdisse ad hamũ Petri: & cõprehensum ab eo
qui fuerat piscator hominũ fact⁹, in q̃b⁹ erat qui nũc moraliter dicitur piscis, vt tollatur ab eo nomisma
E quod habebat imaginem cęsaris, & fiat inter eos qui piscati sunt eum. Qui ergo habet imaginem cęsa-
ris, reddat ei primum quod suum est, vt post valeat reddere deo quod suũ est. Quoniã igitur Iesus nõ ha — Matt. 22
buit imaginem cęsaris, princeps enim mũdi huius in me nõ habet quicq̃, propterea nõ ex proprio sed ex — Ioan. 14
cõuenienti loco maris cęsaris imaginem accepit, vt det eam regibus terrę, vt nec arbitrētur exactores esse
eum debitorem regum terrę. Reddidit enim debitum, nõ suscipiens eum nec possidens, nec acquirens, vt
ne sit aliquando imago cęsaris apud inuisibilem deum. Qui enim sic dare potest, maior est quam qui de
beat, & tamē cum dat christus dominus quod nõ debet; docet aliquoties esse pręstabilius de iure nostro
decedere, φ cum improbis de iure cõtendere, pręsertim cum cõtēditur de lana caprina, & cõscientia non
lęditur. Cõuenięter autem possumus vti aduersus auaros hoc textu, qui nullam habēt in ore suo loq̃lam

nisi pecuniæ. Tales semper sunt in mari & in salsis fluctibus, eo magis sicientes quo amplius hauserint. Cuidã cum suaderetur, vt cõfiteretur peccata sua, morte iã in ianuis præsente, nihil aliud respõdebat, nisi quãri vẽderetur talẽtum piperis, & in hec verba miseram efflauit animã.

Hierony. Ad hęc Hieronymus. Quid primũ mirer in hoc loco nescio. Vtrum præsciẽtiam an magnitudinẽ saluatoris. Præsciẽtiam ꝙ nouerat piscẽ habere in ore staterem, & ꝙ primus capiẽdus esset. Magnitudinẽ, si aduerbum eius statim in ore piscis stater creatus est, & quod futurũ erat, ipse loquẽdo fecerit. Stater duo habet didrachma, vt ostendatur iuxta mysticos sensus similitudo carnis peccati in christo & in nobis, dum eodẽ & seruus & dominus precio liberãtur a tributo. Sed & simpliciter intellectum ędificat, ꝙ dominus tantę paupertatis fuerit ꝙ vnde tributum solueret nõ habebat. Quod aũt Petrus mittitur ad mare pręter cęteros, ideo factũ est, quia opus illud admiratione plenum, fidẽ multã pręexigebat. Ita dicit Chrysosto.

Chrysost. Sicut autem obstupescis de christi potentia, ita admirare Petri fidem, ꝙ rei tã difficili obediuit. Sed alias Petrus in

Luce. 5. verbo domini rete laxauerat, nec frustra, ideoq; de fide eum remunerans, da inquit staterẽ pro me & re

Ambrosi9 tã bonus Petrus ꝗ̃ herus eius. Dicit aũt Ambrosius, ꝙ multi piscis reperiũtur in vẽtre siluri cum capiẽ, qui & ipsi alios vorauerũt. Tu igitur o diues caue hamum: caue rete: caue fundã, caue vel nassam vel fuscinam. Caue ne te vnda maris in sicco exponat.

Hyppas Num. 5. Hyppas tyrãnus monetã principatus sui iussit minori cõmutari, quã a se coactam rursus in pristinã ęstimationem reduxit. Hic est qui cuilibet infanti in lucem edito oboli vnius tributum imposuit, forte imitatus dominum, qui primogenitos israel quinq; siclis cẽsuit redimi. Lacedemonij Folminẽsibus amicis pecuniã in reditum patrię rogãtibus, iusserant serues & veterina vnã diem ieiunare, impensamq; hãc dare amicis.

Cordau19 Cordanlus magister equitum Mãsoli regis finxit regẽ velle comas incidi, ꝙ his opus haberet, effecitq; vt iuuentus quę studebat comę & elegãtię, data pecunia cũ eo trãsigeret: edictumq; victaret.

Dionysi9 Dionysius iussit describi orphanorũ substãtiam & qui illam detineret, eoq; modo ea vsus est, donec illi ad ętatẽ integrã peruenissent. His & alijs modis (rapinarum enim generũ quis intelligat?) Prĩces isti magni & mali vorãtes inuicem, vitam suam trãsigunt, donec hamo vno aliquo (mortis enim genera quis enumeret?) capiũtur: & iuxta prophetam, diuitię quas vorauerũt extrahuntur a ventre eorum. Iob, 20. Reuerso igitur Petro, soluto cẽsu. Dixit dominus discipulis suis. Quid in via tractabatis? At ille tacebãt, siquidẽ in via inter se

Marci. 9 disputauerãt: quis eorum maior esset. Et sciẽdum principio, ꝙ Matthę9 in principio capitis duodeuigesimi loquitur de regno cœlorum idest vita ęterna, apostoli tamen nõ cõtendebant de primatu in

Abulensis hoc regno, sed de principatu in regno Messię, quod ad esse opinabãtur. Ita de alio discipuli interrogabãt, & de alio dominus respõdebat, & nõ iuxta quod illi rogabãt. Reuera enim nesciebãt quid interro

Luce. 9 gabãt. Vnde Lucas ita dicit, qui minor est inter vos, hic maior est. Pater aũt ꝙ in hoc sęculo nõ est maior qui est minor, sed qui minor est hic per humilitatem, maior est in cœlo. Patet ergo ꝙ de alio interrogabãt, & de alio respondet dominus. Matthęus vero quia nõ introducit hãc quęstionem factam ab apostolis quasi ab eis primũ mota esset, sed vt haberetur occasio ad respõsionem christi, christus autem dominus loquitur de primatu regni cœlorum, posuit quęstionẽ quasi mota esset de primatu regni Cœlestis, cũ reuera apostoli de regno terreno tractauerint, & inter se, quasi ignorante domino christo. Quid inquit in via tractabatis? Quasi enim essent ciues mũdi: ambitionis veterno laborabãt, quia si sancti erãt, homines tamẽ erant. Vnde illud ea actis Cap. 1. Domine nũ in tempore hoc restitues regnum israel. Et isti enim quicũq; fuerint somniabãt nescio quod regnũ, cũ christi regnum nõ esset ex hoc mundo, sed

Ioan. 18. ęternum, quod nõ corrũpetur. Daniel. 7. At illi tacuerũt: cũ suspicarẽtur (nec falsi sunt) huiusmodi morbum improbaturũ dñm, qui ipse alias fugerat, ne rex fieret. Ioan. 6.

Themistocles. Themistocles cum adhuc adolescens esset, nihil splendidum a se fieri dicebat, neminem enim adhuc se inuidum habere. Et enim quẽadmodũ cantarides lętioribus frumẽtis & viridioribus rosis maxime innascũtur, ita inuidia eos pręcipue tangit

inuidia. qui ad virtutem gloriãq; grassari videtur. Rursus magnitudo viciorum odium auget. Idcirco calũniatores Socratis vt pote qui ad viciorum culmẽ peruenerat, adeo oderunt Athenienses, vt neq; eis ignẽ accẽdere, nec quęrẽtibus respõdere, neq; qua illi se abluissent aqua vti voluerũt, donec illi cum perpeti odium amplius nõ possent: suspẽdio interierunt. Cęterũ inuidi perire eos quibus inuidẽt, nollent, fęlicitatẽ tamẽ eorum graui animo ferũt, prohibentq; si possunt. Et per inde ac ea altissimis ędibus eã partem quę suas obscuriores reddit deposuerint: bene secum agi existimãt. Hoc est ergo quod dicit Marcus, apostolus inter ambulãdum de primatu cõtendisse, nolẽtes aliquem sibi pręferri, cũ oẽs iuxta cõditionẽ sę

Sabellicus culi viderẽtur aequales. Multum diuq; de iure auspitiorum est inter Ap. Claudium &. P. decium disceptatũ. Vterq; erat cõsul. Ibiq; cum multa vltrocitroq; dicta & respõsa essent, postulabat enim plebs: vt ex suo quoq; corpore põtifices & augures crearẽtur: eo decius sermonem suum deflexit. Vt diceret, non oportere claudium suam & aliorũ nobilitatem tam insolẽter plebi exprobrare, quãdo illi qui primo Romę Patricij facti essent nõ e cœlo fuissent missi, sed qui nec patrem ciere auumq; potuissent: at filium suum & patrem & auum cõsularem ciere posse & alijs innumeris id licere. Itaq; iuxta Matthęum. Cũ accessissent discipuli ad dominum (Tributo soluto) dicentes. Quis putas maior est in regno cęlorum: iesus aduocans puellum, statuit eum in medio eorũ quem cũ cõplexus esset, dixit. Amẽ dico vobis: nisi cõuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum cęlorũ. Ianua cœli foramẽ est acus, hac statura qui sunt procera ingredi non possunt.

Hierony. Hierony. Quid cõsequẽtię habet hoc ad ea quę pręcesserũt? Quia viderunt apostoli pro Petro & domino idem tributũ redditum: ex ęqualitate pręcij, arbitrati sunt Petrũ oĩbus apostolis esse pręlatũ qui in redditione tributi domino fuerat cõparatus. Verum si contentio eorum in via cępit iuxta Marcũ

& consequentes

& cōsequēter ante sermonē de cēsu iuxta Mattheū, aliūde videntur apostoli occasionē nactos fuisse vt cōtenderent de principatu. Potest dici apostolos audito illo sermone, q dominus tradendus esset & occidendus, licet cōtristati essent vehementer: nihilominus cępisse cōquirere, sublato magistro e medio, quis ex duodecim videretur esse maior. Si vero post solutionē tributi suspicati sunt de Petro, q ipse esse maior iuxta Hieronymū, nō obsto. Nā potuerūt eale aliquid suspicari de Petro ante sermonē de tributo, propter verba illa quę Petro dixit dominus, super hāc petram ędificabo ecclesiā meā, & tibi dabo claues regni coelorū. Hoc igitur forte cōtendebāt, quis videretur esse maior in hoc regno, cuius Petrus erat clauicularius. Dicit ergo. Nisi cōuersi fueritis. Dices Nūquid potest homo in ventrē matris introire, & renasci? Sed inquid Paulus: malicia paruuli estote. 1. Cor. 14. Illud autē nō deraptim obseruandum, de hac animi humilitate nō fucata & suppositicia nihil apud sapientes sęculi reperiri. Omnes enim ad populū

Matt. 19

Ioan. 3.

A

faleratibāt: etiā duo catones nominatissimi qui de coelo nescio quo demissi in terras dicūtur vt litē cū vitijs cōsererent. Et quia hominibus placere voluerūt, receperūt mercedem suam, deus autē dissipabit ossa eorū. ps. 52. Ad hęc Hieronymus Videns ergo Iesus cogitationes eorū: & causas erroris intelligens: vult desiderium glorię humilitatis cōtentione sanare. Puellū statuit (Asisin, nō astatuo dicit, statuit) Eū videlicet qui nō venit vt ei ministraretur. Quod autē dicit, efficiamini velut paruuli, nō ętatē exigit paruulorū aut quātitatē pomilionū, sed innocētiā, vt quod illi per annos possident, hi possideant per industriā. Paruuli neq mouētur ad irā, quę vocatur trabes in oculo: nec oculo adultero vident fęminā, nō aliud cogitāt & aliud loquuntur. Nisi ergo his paruulis per omnia similes sitis: nō intrabitis in regnū coelorū. Cyrillus. De pascitur enim inanie glorię morbus vt plurimū homines qui pręeminēt alijs. Sistitur puer: rudes enim erāt, & visibili exēplo erudiūtur, sicut Esaias posuit sub oculis iudęorū captiuitatē eorū, nudus ambulās tribus diebus. Cap. 20. Ad hęc Origenes Arbitror quoniā maximū apostoli existimabant

Matth. 6.

Hierony.

Matt. 20

Matt. 7.

B

honorē collatū Petro, in eo q christus pro se & pro illo didrachma soluerat, quasi per hoc iudicasset, eū cęteris discipulis meliorē, cupiebāt, quod suspicabātur, caute cognoscere. Sed etiā quia christus tres secū in mōtem detulerat: quorū vnus erat Petrus Quin & ipse dicens, tu es christus filius dei viui, audierat a christo: beatus es Simō Bar Iona &c. Ex his ergo dubitabāt vt mea fert opinio, quis esset inter eos maior. Reuocabatur autē eorū opinio de Petri maioritate forsitā ex eo quod dixerat dominus Petro, vade post me Satana, quod nulli dixerat cęterorū. Et iuxta quod dicit Hieronymus alibi, nō suffecerat apostolis dudū super dignitate quęsisse, quis eorum esset maior, sed in ipso necessitatis & passionis articulo scribitur de eis, facta est cōtentio inter illos &c. Optimū reuera & oportunū valde tēpus instante cruce de dignitate cōtendere, sed homines erāt adhuc: & nec dū nuces reliquerāt, vt possent cū Paulo dicere, cū autē factus sum vir, euacuaui quę erāt paruuli. Erāt igitur ętate viri, sensu pueri. Quicūq ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cęlorū, & qui susceperit vnū

Origenes.

Matt. 17

Matt. 16.

Luce. 22.

Hierony.

1. Cor. 13

25. q. qrta

Cap. Duplicit.

C

paruulū talē in nomine meo, me suscipit. Qui autē scandalizauerit vnū de pusillis istis qui in me credūt expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundū maris. Sciēdū q Chryso. Textū pręcedentē simpliciter exponit de regno cęlorū dicens Tu autē cōsidera, q nulla apostolis de rebus sęculi huius quęstio est. Nos autē nec ad eorū defectus possumus peruenire, nec quis sit futurus maior in regno coelorū, sed quis in terris maior sit, quis potentior quis ditior quęrimus. Et sequitur apud eundē Nullū aliud signū vęcordię quęras in homine, q cū se cęteris maiorem esse cōtendit, sicut si homo pomilio excellere se putet cedros altitudine. De hoc vide Daniel. Cap. 5. Illud mirabile, quomodo superbia ex oppositis oriatur. Nā aliqui quidē quoniā parētes atauos pro auosq humiles habuere, ipsi autē sunt patētes, superbiūt, sicut Roboā. Alij vero quoniam illos claros habuerūt, licet ipsi sint infimi etiā superbire nō erubescūt, iuxta illud Ioan. 8. Pater noster Abrahā est. Quomodo ergo poterimus vtrorūq tumorē deprimere? Si ad alios quidē dicas, tu qui de magna no-

Chrysost.

Idem.

3. Reg. 12

D

bilitate maiorū te iactas, si pro auos tuos ascendas, forsitā inuenies aliquos ex eis opere manuario victitasse, ad alios vero dicas, si progrediaris vltra patētes & auos, forsitā inuenies aliquos te clariores fuisse. Id potest videri in statua illa ascendēdo & descendēdo. Dani. Cap. 2. Qui ergo humiliauerit se interius sicut paruulus hic videtur humilis exterius, hic maior est, & tāto maior quāto humilior. Quis autē humilior, q qui in forma dei esset pedes suorū lauit, crucē sibi baiulauit? Ioan. 19. Hic ergo maximus est in regno coelorū. Qui ergo susceperit hospitio vnū aliquem talē (non q talis possit inueniri) me suscipit. De hac habes Matt. 10. Qui autē scādalizauerit vnū de pusillis istis &c. Grece tamē nō est paruul? sed παιδίον idest puellus. Facit enim ad emphasim: quia nō inuitat eos ad imitationē cuiuscūq pueri: sed pueri ad modum posili, Et paruulus esse potest & qui natu sit grandis, cuius modi sunt pomiliones & pigmei populus poeticus. At hic innocētiā & simplicitatē intelligi vult, qua prima pueritię ętas prędita est. Cū autē dicit, & qui susceperit vnum talē puellum: nō loquitur de exhibēda hospitalitate, sed vt simus co-

Ioan. 13.

E

mes & vrbani ad pusillos. Vide. 1. Thes. Cap. 2. Quod autē dicit de mola asinaria, certū ex istū duabus rebus significat magnitudine saxi & profunditate maris. Hilarius. Cōmuni omniū sensu quod expedit, vtile est. Quid ergo vtilitatis est, mola asinaria collo appēsa demergi? Mors enim tā grauis proficiet ad pęnā, & nescio quomodo erit vtile id expetere: quod vltimū sit malorū. Quid ergo sentire oporteat intuendū est. Molę opus labor est cęteris, nā clausis iumētorū oculis, agūtur in gyrum. Et sub asini quidē nomine frequenter gentes cognominatas accepimus. Igitur gentes quod agūt nesciūt, & in vitę suę opere de tenebris, cęci labores ignorātia detinētur. Iudęis autē lumen scientię in lege pręstatum est, qui si christi apostolis scādalo sint: recte illigata collo mola asinaria, demersi in mare fuissent: hoc est in ignorātia sęculi & gentiū detinerentur, quia illis tolerabili? fuisset nescisse christū, q iustis prophetatū nō recepisse

Hilarius.

Nam si non

[Ioan.15.] Nam si nõ venissem & loquutus eis nõ fuissem, peccatũ nõ haberent, Hęc expositio mystica est. Simplex [Philoph.] sensus hic est. Mors quidẽ vltimũ est terribilium, tamen tolerabilior est qui mori iubet, q̃ qui iubet male viuere, Male autẽ viuit qui scãdalo est vni ex minimis. Tolerabilius est ergo, vita excedere, q̃ animã occidere & tuam & fratris cui scãdalo es. [1. Cor.8] Vnde Paulus. Sic aũt peccãtes in fratres, & percutientes cõscientiã eorum infirmam, in christum peccatis. Qui aũt nõ est mecum, cõtra me est. Luc.11. Sicut aũt dicit [Hierony.] Hieronymus, omnis qui scãdalizatur minimus est: maiores enim scãdala nõ recipiũt. Sed quomodo [Matt.16.] christus dicit Petro, scãdalũ mihi es? Quãtum videlicet in te est. Cæterũ sermo iste quicũq; scãdalizauerit licet generalis sit: tamen & apostolos ferit, si videãtur de primatu cõtendere ab eis quos ad humilitatem christi hortãtur. Quod ergo dicit, expedit: ideo dicit; quia multo melius est, pro culpa breuem recipere pęnam, q̃ ęternis seruari cruciatibus. Naum. Cap.1. Loquitur aũt dominus iuxta morẽ prouintię, quo maiorum criminũ ista apud veteres iudęos pęna fuerit, vt in profundũ ligato saxo demergãtur. Origenes [Origenes.] ita dicit. Molã asinariam vocat dominus corpus peccatoris grauissimũ, quod corrumpit & aggrauat animã, [Sap.7.] quod suscipiet peccator in resurrectione, vt cũ illo demergatur in abyssum. Apoc.18. Sequitur. Siquis ergo scãdalizauerit fratrẽ pro quo christus mortuus est: veniet qui requirat animas, quę propter nos perierunt. Vę mũdo a scandalis. Necesse est enim vt veniãt scandala: verũtamẽ vę homini illi per quẽ scãdalum venit. Si aũt manus tua vel pes tuus scãdalizat te, abscide eum: & proijce abs te. Bonũ est tibi ad vitã ingredi debilẽ vel claudum: [E] q̃ duas manus vel duos pedes habẽtẽ, mitti in ignem ęternum. Et si ocul⁹ tuus scãdalizat te, erue eum et proijce abs te, bonum est tibi luscum in vitam intrare, q̃ duos oculos habẽtẽ: mitti in gehẽnam ignis. Sciendũ primo q̃ hębrei nõ habent cõparatiuum, sed exprimũt illud p̃ bonũ & q̃. Vide hũc textum Marci Cap.9. Vbi ter replicãtur hec verba, vbi vermis [Chrysost.] eorũ nõ moritur, & ignis nõ extinguitur. Ad hęc Chrysost. Medici cœlestis vox ista est, qui nihil quod ad se pertineret prętermisit. Cęterũ quoniã nihil vtilitatis ignauissimi homines cõsequuti sunt: id circo eos deflet, quia etiã post tot & tãta sibi allata sanitatis remedia, in morbis suis perseuerãt. Veluti siquis febricitãti cui sępe medicus affuerit & sedulo, tamen quia pręcepta ei⁹ cõtempsit: eũ plorans, dicat vę homini illi agrauit ęgrotatione, quã per ignauiam auxit plurimã. Verũ ibi ploratus nihil conducere potest. Hoc aũt genus curationis satis est vtile: mala videlicet prędicere, & deflere impęnitentes. Intellige aũt, quoniã vbi glorię cupiditas est, ibi quia liuor vires suas exercet, nulla syncera potest amicitia inueniri, sed queadmodũ qui eodẽ artificio quęstũ habent, sic omnes qui vnã rem in sęculo auent (ambitiosis notãtur) syncero nequeunt ac puro amore cõiungi, vnde fit, vt bellum intus sine indicijs sem- [Matth.18] per agatur. Vę aũt illi per quem excitat. Vę mũdo a scãdalis. Poterat instare quis. Si expedit scãdalizãti: Vt suspẽdatur mola &c. Cũ omnes fere scãdalizent aliquãdo, omnes igitur perituri sunt, quod si id [Lex diuia.] videtur incõueniens, igitur parcetur multitudini; respõdet dominus recte. Si omnes scãdalizent: omnes peribunt: vę enim mũdo: nisi pęnitẽtia sequatur. Hoc enim interest inter leges ciuiles & Diuinas. [H] Lex ciuilis parcit toti regno vel ciuitati, quia lex est propter ciuitatẽ & nõ ecõtra. Lex dei punit quinq; ciuitates, [Genes.6] imo totũ orbẽ: octo tãtũ exceptis, quia boni erãt. Denique christus vt legi dei satisfaceret, ipse [Luc.15] moritur pro mundo: tãta est apud deũ rectitudo iustitię. Subijcit aũt parabolã de 100 ouibus: cuius cõclusio hęc est, sicut pastor vel vnã ouẽ requirit errãtem: nolẽs aliquã perire, ita nõ est voluntas dei: q̃ pereat [Origenes.] vel vnus ex pusillis: & ideo nemo debet eũ cõtẽnere, aut scãdalizare. Origenes. Vę mũdo. Tale est ac si dicat dominus. Sicut necesse est mortalẽ mori; & impossibile est vt nõ moriatur, & sicut necesse est mãducare hominẽ in corpore cõstitutum, quia sine esca nõ viuitur, sic necesse est venire scãdala. Impossibile est enim inuenire hominẽ sine peccato, & absq; peccato suscipere posse virtutes. Quia neq; potest esse verũ bonum, nisi habeat impugnationem mali. Et scãdala quidẽ venire necesse est, nõ tamen per illum nescio quẽ venire necesse est. Propter quod ei per quẽ venerit vę erit, quoniã dedit locũ malignę operationi, in se volẽti scãdalizare. Et vere quędam scadala ex nobis ipsis nascuntur sicut Iacobus, Cap.1. dicit: vnusquisq; tẽtatur a cõcupiscẽtia sua. [I] Quędam extrinsecus veniũt vel ab extraneis vel a proximis: forte quędã a dæmonibus rectoribus tenebrarũ harũ, iuxta illud, cõsurrexit aũt satã cõtra israel, & incitauit [Ephes.6] David vt numeraret israel, 1. Parali. 21. Itẽ illud ex Matth. Cap.16. Satana scãdalum mihi es. Hieronymus. [Hierony.] Vę homini illi. Nõ q̃ necesse sit venire scãdala, alioqui nulla esset culpa scãdalizãtium, sed cum necesse sit in hoc mundo scãdala fieri: vnusquisq; suo vicio scãdalis patet. Vę ergo illi, qui quod necesse [Abulensis] est vt fiat: vicio suo facit vt per se fiat. Abulens. Multa hic dicit de prędestinatione. Dicit autẽ q̃ de rigore sermonis nõ est cõcedendũ aliquem esse prędestinatum vel pręscitum, quia participia hęc designãt rẽ iam prępteritam, prędestinatio aũt nõ est pręterita nec futura nec est in isto instãti in quo sumus, quia sicut pręteritum iã nõ est, & futurum nõ dum est, quorum vtrunq; repugnat deo, ita & esse in isto nũc nostro, est nõ fuisse ante hoc, neq; post hoc futurũ esse, & hoc etiã repugnat ęternitati, Itaq; prędestinatio vere est tamẽ nec pręterita nec futura, nec pręsens in nostro nũc, sed in nũc ęternitatis quod coexistit [Matt.13.] omni nunc nostro. Hęc ille. Vę igitur illi per quem inimicus homo superseminauit zizania. [K] Ita & Paulus [1. Cor.11] oportet hęreses esse, nec tamen arbitrij libertatẽ his verbis dominus tollit, nec necessitatẽ aliquã vel violentiã virę ponit: sed quod procul dubio ob prauã hoium mentẽ futurũ erat, prędixit, ob eorum qui curari nõ poterãt voluntatẽ. Nõ enim q̃ hęc prędixerit facta sunt sed prędixit quod futurũ erat omnino. Quod si ei qui vnã animã scãdalizat expedit vt suspẽdatur mola &c. Pastor qui nõ vnã animã sed vrbem [Chrysost.] & plebes & omnes subiectos sibi scãdalizat, quot suspẽdijs dignus est? Chrysost. Infęlicissime hominum atq; miserrime nõ vides cuius rei desiderio tenearis! Si solus ac priuatus esses, quantumlibet multa peccaueris,

q

peccaueris, vnius a te ratio exigenda est. At si omnibus prelatus es, cõsidera quot capitum tibi pene debetur. Si aūt manus tua, &c. Hoc totū expositū est Cap. 5. in Matthęo. Lib. 3. Cap. 5. Ad hęc Hieronym⁹. Ecto per tropologiā dictū sit, pro amicissimis & cõsanguineis & fraterno nobis & coniugali sanguine & amore sociatis, facile ne arbitramur ob quasdā offensas tātā subito abscindere charitatem: Sed regnū cœlorū vim patitur. Vnde illud Ezech. 24. Veni & faciā, nō trāsibo nec parcā, nec placabor. Hierony. Vt in hocertā ostendā clementiā meam, instar medici: qui putridis nō parcit carnibus, vt sana mēbra saluentur: crudelis q est, vt misereatur, nec cõsiderat patiētis dolorē sed vulneris sanitatē, magis volēs vnū membrū perire, q̄ totū corpus interfici. Quid est aūt melius est tibi vnoculū vel deficoculū intrare in regnū? Nā qui regnū cœlorū ingressi fuerint, nō vnoculi ingrediētur, sed integri & perfecti: vt nec capillus vnus desit, quāto minus oculus lucerna corporis, Matt. 6. Sēsus igitur est, Prestat vel solos saluari. Loth

A (Verbi gratia) cum filiabus extra ciuitatē: q̄ ardere: simul cū affinibus & cõsanguineis. Hoc sub alijs verbis dictū est Luc. 14. Siquis venit ad me & nō odit patrē suū &c. **Videte ne contēnatis vnū ex pusillis istis qui in me credūt, Dico enim vobis q̄ angeli eorū semper vident faciem patris mei qui in cęlis est.** Hierony. Parentes & vxores & omnis humanus affectus abscindēdus est, quando scandalo nobis est, iuxta illud: quasi vna de insipiētibus mulierib⁹ loquuta es. Item illud, q̄d facitis fratres flentes & affligētes cor meū? Et cętera quę vide Actu. 21. Cæterum & magnos & pusillos & propinquos & extraneos mater charitas cõplectitur, sicut gallina illa euāgelica. Dico enim vobis q̄ angeli eorū semper vident faciē patris mei: id quod negatum est in terra Moisi amicissimo dei, Num. 12. Hierony. Sicut enim abscindēdos vel eruendos oculos & man⁹, idest perfidos homines qui scādalo sunt corpori ecclesię dominus pręcipit, ita quoq̄ monet ne quē ex paruulis idest humilibus iuxta sęculū qui simpliciter ac fideliter credūt in dei filio cõtenamus, qui nō solū serui sed & filius per adoptionis grām

B nūcupatur, dicēte domino vnū verbū clemētię plenū, qui tāgit vos, pupillam lędit oculi mei Zacha. 2. Quādo aūt tuta posset esse humana fragilitas ab his cyclopibus corticeis qui perambulāt terrā, nisi sanctorū angelorū muniretur custodia? Cū rex syrię mitteret equites qui Helisęū captū ad se pertraherēt: nocte venientes circundederūt ciuitatē Dothaim in qua erat propheta. Cõsurgens aūt mane minister prophetę, videns q̄ ciuitatē circūdatā grādi exercitu: nūciauit ei dicens: heu heu heu domine mi, quid faciemus? Et ille noli timere inquit timorē, plures enim nobiscū sunt q̄ cū illis. Vide textū sequētem. Et 2. Mach c. 5. & Cap. 9. Deniq̄ vt intelligas verbū Helisęi, plures sunt nobiscū, audi Paulū, Omnes sunt administratorij spiritus in mundū missi. Si aūt intelligis quomodo angeli sunt numero/99/homo aūt vna tātū ouis intellige quomodo plures sunt nobiscū: nimirū si tertia tātū pars cecidit, & ea impugnat hominem: due reliquę partes nobiscū sunt. Hi sunt qui frequēter terūt scalā Iacob, tanq̄ strenui administratores ouis cētenarię curę suę cõmissę, quę olim paruula erat & vbera nō habebat. Canti. 8. De hoc vide Daniel. 14.

C De prādio allato ab angelo Danieli qui erat in lacu cū leonibus: allatū est autem a iudęa, quę vasta intercapedine aberat a Babylone, quasi alubi prandiū nō inuenire angelus quod ferret, & maxime cum multi iudęorū essent in Babilone in qua ciuitate lacus erat. Vide iudith 13. Ezech 9. Exo. Cap. 12. Deniq̄ angelus descēdens in fornacem: ipsam quidē in similitudinē vertit roris flantis: pueros aūt absoluit, ignē excutiens chaldęos multos cõbussit, & cū pueris intra fornacem in modū puellarū choros duxit. Semper inquit vident faciē patris, imitātes eū de quo Ioannes, aduocatū habemus apud patrē, dominū nostrū Iesum christum. Isti igitur sunt patroni nostri, qui ius nostrum tuentur: habemus enim nescio quem accusatorem, qui fratres suos accusat apud iudicem die noctuq̄ dicens, medi⁹ fidius, talis vel talis homo nō frustra timet dominū: Bene ergo nobiscum egit dei prouidētia, vt cōtra hūc sycophātā inrequietū & insomnē: qui vel de lana caprina nobis negociū facessit, habeamus & angelū vnū qui semper pro nobis videat faciē patris. Dicit aūt Origenes, q̄ vnusquisq̄ angelorum in cõsummatione sęculi aderit in iudi-

D tio, adducens secū eos quibus pręfuit, quos adiuuit: quos instruxit: & pro quibus vidit semper faciē patris. Et puto ibi etiam inquisitionē futurā, nō quidē an culturę hominis angelus defuerit, sed an culturę angelicę nequaq̄ digne segnitia humana responderit. Dicit Abulēsis hoc loco, q̄ immaculata habuit duos angelos custodes, verū idū verū est: alter eorū pro milibus mille cõputatur, de quo scriptū est, deus in medio eius & nō cõmouebitur. Sequitur de Abulensi, Quidā asserunt ab infusione animę angelū deputari infanti: quod inquit ille probabile est. Hoc vnū scim⁹, q̄ angelis suis deus mādauit de nobis: vt sint comites perpetui vię nostrę, donec ingrediamur viā omnis carnis. Dicit aūt S. Thomas q̄ Angelus potest immutare volūtatem hominis persuadendo tantū, vel ecōcitando passiones, iuxta illud. Ioan. 13. Cū misisset in cor iudę vt traderet dominum. Cõfortant & angeli intellectum & illustrāt phantasmāta: & memoriā excitant sicut dicit Origenes super illud Ester. 6. Noctē illā duxit rex insomnē. Si aūt verū est, q̄ angeli semper vidēt faciē patris pro nobis, quomō dicit propheta, facies hominum velut pisces maris?

E Sed hoc nō sic sentit propheta; quod esset negare prouidentiā dei in rebus, sed impacientiā humanam in sua persona exprimit. Quomodo enim potest nos habere deus velut reptilia, quorū capillos numeratos habet: Matth. 10. Vnde & cherubini qui sunt in sancto sanctorum versas habent facies ad exteriorē domū, quia nostri qui adhuc foris stamus custodes & rectores curā gerūt salutis, & tamen cū facies ad nos cõuersas teneāt, semper vident faciē patris. Augustinus. Illud obseruādū, q̄ cū angeli ab initio mūdi soliti sint videre faciē dei, inde hodie nō minus mirātur eam q̄ in primo die, alioqui assiduitate vidēdi vilesceret angelis ipsis visio illa, sicut legimus de mannate. Nū. 21. Origenes. Adest ergo vnicuiq̄ nostrum angelus bonus, qui tegat, qui moneat, qui gubernet, qui pro actibus nostris corrigēdis & miserationibus exposcendis videat faciem patris, et iterum sicut Ioannes dicit vnicuiq̄ ecclesię generaliter angelus pręest, qui

Marginal notes: Hierony. — Matt. 11 — Hierony. — Luc. 14. — Genes. 19 — Hierony. — Iob. 2. — Matt. 17. — Hierony. — 4. Reg. 6. — Hebre. 1 — Luc. 15. — Genes. 28 — Figura. — 1. Ioan. 2 — Apoc. 12 — prouerbiū — Origenes. — Abulens. — ps. 45. — Thomas. — 3. Parā. 3 — Figura. — Augusti. — Origenes.

preęest: qui vel laudatur pro bene gestis populi, vel etiã pro male actis culpatur. In quo etiã stupendi mysterij admiratione pro moueor, q̃ in tãtũ deo cura de nobis sit, vt etiã angelos suos culpari pro nobis & confutari patiatur. Sic etiam videmus, q̃ pueri indisciplina in pędagogũ retorquetur. Arbitrij aũt liberi est anima, & ideo iustum dei iudicium est, vt quę nõ acquiescit monitis angeli custodis sui, diruat macceria eius, & fiat oibus inculcatinnem. Certe maior deo cura est de nostra salute, q̃ diabolo perditionis nostrę. Hęc Origenes. Sit tamẽ multo plures teruit viam lactissimam. Matt. 7. Et sequitur in eodem. Rẽ gti sane quibus ex causis, nõ nullos pueros videmus, ab ipso dęmone possessos esse natos, alios vero a pueritia diuinasse: alios a prima ętate pythonem habuisse, alios ab ipsis vtero sanctificatos in prophetas. Illud mirabilius, de pueris anteq̃ ederẽtur dictũ est, maior seruiet minori. Imo illud dicit textus, duę gẽtes sunt in vtero tuo. Illi vocãtur principes gentiũ & populorum, qui nõ dum acceperãt nomẽ illorum: & iam victus est, qui necdum editus est, iam q̃ alter accepit coronam, cum nõ dum itum sit in stadium. Denique baptista exultat in vtero & Zoroastes ridẽdo nascitur. Summa respõsionis hec est, incõprehẽsibilia sunt iudicia dei, & abyssus multa, & iudicia eius licet nobis imperuia, vera tamen sunt & iustificata in semetipsis. ps. 18. Venit enim filius hominis quęrere & saluum facere quod perierat. Perierat aũt decima pars substãtię dei, hoc est ex drachmis decem: vna, exq̃ ouibus cẽtũ vna de quibus Luc. 15. Dicetur. Sequitur ex Marci Cap. 9, post illa verba, q̃ duas manus vel duos pedes habẽs, mitti in gehẽnam ignis. Omnis enim igne salietur & ois victima sale salietur. Pendet aũt sententia ex verbis illis: si manus tua scãdalizat te, vel oculus tuus, nõ parcas nõ miserearis. Oibus enim affectibus humanis debet esse superior, qui semel misit manum ad aratrum sancti euãgelij: vt & si mugiat pro vitulis reclusis (1. Reg. 6) Retro nõ aspiciat cum vxore Loth (Genes. 19) Quia nõ erit aptus regno dei. Nam quemadmodũ nulla victima iuxta legẽ legitima est quę nõ fuerit vel igne salita vel sale vel vtroque, ita necesse est omni homini qui christi nomine vult cẽseri, vt igne purgetur ab omni humano affectu, etiã si sit manus pes aut oculus tuus, & sale cõdiatur, ne possit infici malorum cõtagio. Theophyl. Omnis enim igne salietur idest probabitur; id quod & Paulus dicit, vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Victimę ergo sale cõditę vegetę sunt & validę, nõ infirmę & pigrę & inutilę. Vermis nõ moritur & ignis nõ extinguitur. Vermis & ignis quę puniunt peccatum, vniuscuiusque sunt cõsciẽcia & memoria peccatorũ eorum quę in hac vita fędesunt acta, quia quasi vermis absumit, & quasi ignis ardet. Vnde illud poetę. Nec nõ & Tityõ terrę omnipotẽtis alũmum: cernere erat per tota nouem cui iugera corpus, porrigitur rostroque immanis vultur adunco, immortale iecur tõdens fęcũdaque pœnis, viscera rimaturque epulis habitatque sub alto, pectore nec fibris requies datur vlla renatis. Faber. Omnis enim igne salietur, omnis videlicet vermis igne salietur, & omnis victima sale salietur. Ergo vermis anima iniusta: victima anima sancta, ignis tenebrę exteriores, perpetua dei ignorantia. Saliri ad immortalitatẽ, siue in tormentis siue infęlicitati reseruari. Vermis non moritur, quia anima immortalis est, siue fęda siue pura sit. Vnde illud: nouissime inimicus destruetur mors. 1. Cor. 15. Cętera patent.

Elai. 5. Genes. 25. Figura. Rom. 11. Marci. 9 Luc. 9 Leui. 2. 1. Co. 3 Theophy Poeta. Faber.

Caput. iiij. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum. Si septies in die peccet, & peniteat: toties dimitte illi, & de hoc multa. Quecunque ligaueritis super terram. Si duo ex vobis consenserint. Quoties peccauit frater meus: dimittam vsque septies: Imo vsque septuagies septies.

SI autẽ peccauerit in te frater tuus: vade & corripe eũ inter te & ipsum solum, Lucas. Et si penitenciã egerit. Si pęnituerit vel resipuerit, ne accipias de satisfatione & pęna, dimitte illi & si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te dicens, pęnitet me: dimitte illi. Matthęus ita. Si te audierit, lucri fecisti fratrem tuum. Si autem te nõ audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Caietanus. Sermo hic de fraterna correptione nõ intelligitur de peccatis secretis, quia peccatis secretis nõ correctis, nõ possunt adhiberi testes correctionis. Et rursus in secretis nõ est ad vlteriora procedẽdum cõtra impenitẽtem. Nam nõ dicitur, si secũda lapsus fuerit, adhibe tecum, sed si te nõ audierit; adhibe &c̃, vt intelligamus q̃ absque recidiuo cõtra impęnitẽtem minimum primus secreto, procedẽdum mãdat ad vlteriora, vt in ore duorum &c̃. Cõsistat omne verbũ. Itaque si frater correptus fuerit habes intẽtum, sin minus, pro fueris reipublicę: arcebitur lupus a gregis consortio. Sit tibi sicut ethnicus. Et vtinam hec diffinita a christo sentẽtia seruaretur: & innocẽtes qui nil peccauerũt nõ cum eis inquinarẽtur, quia videlicet colloquuntur vel simul vescũtur cum huiusmodi ethnicis. Hęc ille. Verum nõ raro filij & affines portãt iniquitatẽ parẽtum & amicorum. Iosue. 7. Num. Cap. 16. De fraterna ergo correctione tam multa dicũtur a multis, q̃ nullum eorum est in vsu apud eos qui christi nomine cẽsentur. Omnium enim fere vox est illa impietate plena, nũquid ego custos sum fratris mei? Lex autem nõ solum fratris curam mãdauit, sed & asini & bouis, de quo vide Deut. Ca. 22. Ad hęc Hieronymus. Quid necesse est in multorum scãdalum ruinam q̃ proferri quę secreto aut corrigere valeas aut emẽdare? Tu autem qui hęc legis: audi sapiẽtem. Intellige qui sunt proximi ex te ipso. Augustinus. Nemo est qui securus posset esse in hac vita, quę tota tẽtatio est, vt qui potuit fieri ex deteriore melior, nõ possit fieri ex meliore pessimus. Omnibus enim dicitur, qui se putat stare videat ne cadat. 1. Cor. 10. Ponamus te fuisse hominem illũ qui

Genes. 4. Hierony. Eccl. 31. Augusti9. Luc. 16.

inciditin

incidit in latrones, rogo velle vt te preteriret sacerdos & leuita, & adeo tui nõ misererētur, vt ciuitatem ingressi, diceret omni volēti audire, venite & videte vereda patris nostri? Genes. 4. Nõ ergo mihi dicas, nū quid custos sum hois nec de facte noui? Frater enim tuus est velis nolis, nõ ro no est, si in te deliqt contra te peccare potuit. Audi Augustinū. Peior es tu tacēdo, quā ille cõuiciado. Gregorius. Consideremus, quod aut tales sumus quales nõ nullos corrigimus, aut tales aliquãdo fuimus, etiam si & nos insipiētes inquit Paulus vas sapiētie. (Titum. 3.) Vt tãto temperantius humili corde corrigamus, quanto nos verius in iis quos emēdamus agnoscimus. Si aūt tales nõ sumus, nec fuimus, quales sunt quos corrigimus, ne cor nostrum inde superbiat, alia eorū bona ante oculos ponamus. Quę si omnino nulla sunt, ad occulta dei iudicia recurramus. Quis enim crederet quod per meritū Saul lapidatū Stephanū postea esse futurus erat, qui in morte eius lapidātiū vestes seruabat? Audi ordinē correctionis mirabilē. Habeo contra te pauca. Sed hoc habes bo-

Gregorius

2.q.1. Si peccauerit. 11. q. 3. Precipue.

Actu 9.

A

nū quod facta Nicolaitarū odisti, quę ego odi. Item illud ego te vnxi depost fœtantes & vnxi te in regē. Ecce qualem habui ad te volūtate cum eis fratres minimas. Et adijciam tibi multo maiora olim voluentibus annis. Quare fecisti hāc rem? Ex quibus liquet quod ex syncera dilectione procedebat Diuina correctio. Quę omnia forsitā soli Dauid dicta sunt per Natan, quia adulteriū secrete cõmiserat: verūtamē quoniā vxorem publice duxit quam secrete polluerat, nec peoiturus, audiat illud, tu fecisti abscōdite, ego aūt faciam verbum istud in cõspectu omnis israel & in cõspectu solis huius. Nam vero illud, peccaui domino, post latā in se diuinā sententiam protulit. Et obserua iuxta Augustinū quod Dauid de morte Vrię nõ interrogatur, sed solum de adulterio, vt in solo adulterio discerei cetera in dānationis suę. Intelligimus etiā quāta temperātia multas vxores habuerit, quando de vna in qua excessit magnum ale ipso puniri coact? est. Dñs autem Petrum negātem solo respectu corrext, & Iudam verbis illis, qui intinxit mecum manū in catino. Matth. 14. Et Paulus. Si preoccupatus fuerit aliquis in aliquo delicto, vos qui spirituales estis

Apoc. 2

2. Reg. 12

Augusti?.

Luc. 22

B

hm̄oi ne tradacatis, sed instruite, cõsiderās teipsum (o tei fuin teipsum) ne & tu tentens. Quomodo autem Petrus corripiēdo occiderit Ananiam eius quod vxorem vide al as Actus. Facies inquit domin? lucernas septem, sunt aūt ecclesię septē de quibus Apoc. 1. Et pones eas super cādelabrum vt luceāt doctrina & ardeāt vita. Verum quoniā nõ raro bonus dormitat Helias. 3. Reg. 19. Bonus Dauid 2. Reg. 12. Bonus Ionas (imo destertebat Ionas) bon? & Petr?, & Hymnus pro fama. Matt. 26. Emittit fumū, idē quod myxus igne agēte, ingrossatur & crassescit, iacet & e mētoria, reprehensione videlicet fraternā: & vbi ea quę emūctę sunt extinguatur: vt sit correctio inertie & ipsum solum. Quę omnia ex auro erunt, vt fiat totum pro dilectione christi. Cum Socrates acrius obiurgaret familiarem quępiam in cõuiuio, cum eo disceptās nõne satius fuerat inquit Plato, hęc illi seorsum dixisse? Et Socrates at tu sane nõne satius fecisses: si seorsum ista mihi dixisses? Porro cum Pythagoras in familiarem quępiam asperius coram multis fuisset inuectus, adolescētem laqueo prefocasse guttur ferūt. Ex eo tempore nunquā Pythagorā quenquā alio presente reprehēdisse. Siquidē vt morbi parum honesti sic & peccati reprehēsionem secretā esse cõuenit, nõ

Gal. 6.

Exo. 25

Figura.

Socrates.

C

vt ceu ludi solēnes vniuerso populo ostentetur: nec ex alienis erratis sibi parare gloriam: sicut solent chirurgi in theatris, ostētātes quos morbos susceperint curādos. Dexterrimus aūt modus obiurgādi erit, si qui obiurgat: se modis omnibus admisceat culpę, & laudē leuiter admiscere obiurgationi. Nam sicuti bon? medicus magis cupit somno seu cibo morbum ęgroti depellere quā castorio aut scāmonio, sic & bonus pater laude potius quā reprehēsione gaudet vti ad emendādos suorum mores. Hęc inquit fecisti, & tacui. Itē idem Plutar. Qui sit alium obiurgaturus, nõ hūc oportet facetum aut clamosum aut improbum esse verū eū esse cõuenit, in quē nullum cõuitium aut crimē hęreat. Deus enim nulli magis pręcepisse videt illud, nosce teipsum, quā ei qui sit alium vituperaturus. Ne si dixerint quę volūt, audiat quę nõ volūt. Sed quoniā his sane tēporibus ad libera loquendū pene vocem amisit amicitiā, super est vt ab inimicis verū audiamus. Nam vti Telephus cū medicum amicū nancisci nõ posset, vulnus hostili lāceę submisit, sic hi

Plutarch?

Ps. 49.

Plutarch?

Telephus.

D

quibus nõ adest beneuolus admonitor, male volētis inimici verba ferāt oportet, quo mala ipsorum castigēt. Quo quidem in tempora rem ipsam spectare cõuenit, nõ animum maledicētis. Sicut enim is qui Prometheū cogitabat occidere casu tuber ita percussit ac dissecuit: vt seruaret hoiem; rupto ergo tubere, periculo liberaret, ita nõ raro fit, ve cõuitium per simultatem & odium impactum, medeatur animi malo vel ignorato vel neglecto. Claudius bis & tertio domum Appij claudij adierat, cõsulturus ei de multis, sed nõ licuit, arcētibus eum a ianua setuis. Qui primū igitur est oportunum tempus nactus Claudius, tempus fert inquit, vt dicātur pulchra Appi & vetusta coram omnibus potius quā ousquā. Tu eñ memēto illius prouerbij, mores amici noueris, nõ oderis. Admonet aūt in amicorū moribus quędā vicia dissimulāda, sic vt intelligātur quidem, sed tamē tolerentur, ne seuerior & oculatior in obseruādis amici malis, subuertat amicitiā. Hoc aūt preceptum locum habet in leuioribus morbis, nõ in his quę ad famam aut ingēs periculum pertinant amicorū. Nõ sēda sunt igitur vicia, vt aut corrigas: aut certe minuas, at nõ sic vt ob ea vi

Claudius.

Prouerbiū

E

dearis amicum odisse. Siquidem nulli futurus est amicus, qui nihil viciorū in amico ferre possit. Chryso. At inquies. Ipsa nõ ignorat, quod malum est quod agit, quādo fornicatur vel alia pctā cõmittit. Quid ergo ei ego dicturus sum? Verū est. Sed cū quis in passione detinetur, nõ facile sibi solus sufficit. Quia & infirmus scit quod aqua frigida malū est si potetur, & tamen obortę appetit aā, & habet opus qui eū prohibeat. Nõ enim oium ait dicera: propitius sit mihi dominus, ne faciā hoc: & bibam sanguinem pro aqua 2. Regū. 23. Scriptū est aūt, odio habuerūt corripientem in porta. Hierony. Grāde peccatū est hoc, maxime si te nõ odio sed amore corripiat, & si solus ad solū secūdum euāgelij formam. Dicit aūt Abulens. quod correctio hęc potest fieri per tertiā personam, si id cõferat ad vtilitatem corripiēdi. Dicit secūdo, qui denūtiat prelato peccatū mortale de proximo suo vt iudici, nõ seruato pręcepto euāgelico, corrige eū inter te &c. Peccat

Chrysost.

Amos. 5.

Hierony.

Abulensis

Augusti⁹. te &c. Peccat mortaliter, quacunq; id intẽtione denũtiet. Nã dicere prelato, est dicere ecclesię. Augusti. Quãdo in te solum peccat frater te solo sciẽte, si palã arguis, nõ es corrector sed proditor. Peccata autẽ

Gregorius publica iuxta Gregoriũ: nõ sunt secretã admonitione punienda. Hinc Petrũ Paulus publice vescentem cũ gẽtibus, & in aduẽtu nũtiorum iudęorũ a Iacobo: subtrahentẽ se publice coram oĩbus coarguit, q̃a reprehẽsibilis erat. Gal. 2. Correctus igitur si te audierit, sanius sapuerit, dimitte illi etiã si septies in die cõtra te peccet. Nã iniuriam dei nõ est nrm remittere, sed sacerdotum qui vice dei funguntur. Nõ q̃ possit lędi proximus, quin offendatur deus. Qui enim tãgit vos &c. Zacha. 2. Si igitur te audierit lucri fecisti fra

Chrysost. trẽ, in quo iuxta Chryso. Ostẽditur, q̃ inimicitia dãnum est cõmune. Nã dicẽs, lucratus es, ostẽdit q̃ & tu & ille dãnum passi eratis in discordia. Itaq; per salutẽ alterius nobis quoq; acquiritur salus. Corripe ergo, ex funga: nõ extinguas. Si aũt te nõ audierit idest audire neglexerit: adhibe vnũ aut duos. &c. id fit: siue vt pudore cõpetenti corrigatur, qui tamen cõsistat citra infamiã: siue vt testimonio duorũ possit reuinci. Sed si ego solus noui peccatum fratris, quomodo duos adhibebo testes, quibus corã fratrẽ con uenIã? Negauit enim ille obiectũ crimẽ, & me sycophantam vocabit. Sed tu imple pensum tuum, siue

F

Abulensis ille sanetur, siue fiat insanior. Abulens. Peccare in te idest te sciẽte: & in te idest cõtra te, eadẽ sunt. Quã

Vide inprĩcipi. ca. hui⁹ do igitur peccat frater in me, si solus noui, tunc vere in me solum peccauit. Sed si multis vidẽtibus, mihi fecit iniuriam: etiam in illos peccauit, quos testes oculatos suę prauitatis fecit, & quos scãdalizauit. Ita q̃ siue sit peccatum directe cõtra deum, siue cõtra proximum, si fiat nobis sciẽtibus, fit cõtra nos, cũ nos scãdalizet. Et sciẽdũ q̃ ad hoc q̃ locũ habeat fraterna correctio, pręsupponitur q̃ delinquens maneat in peccato suo, nõ intẽdens dimittere illud, & quia cũ tale proposito nunq̃ offendẽs adiret offensum, necesse est vt offensus adeat ęgrotãtem, vt suadeat eum resipiscẽtiam. Vnde dicit: vade & corripe, quia ille

Matt. 5. nunq̃ te adibit. Cõsiderandũ autẽ q̃ dominus tres modos instituit quibus peccata relaxarentur. Prim⁹ vt nos remittamus de cordibus nostris. Secũdus vt offendẽs recõcilietur offenso, relicto interim munere ante altare. Tertius vt offensus cõueniat offendẽtem & corrigat eum. Tamẽ omnes tres necessarij sunt simul, si perfecta debet fieri recõciliatio, sicut patet intuenti. De primo dicetur in consequẽtibus. De secũdo diximus. Matt. 5. Tertius modus habetur in manibus. Multa diximus: dicam tamẽ vnũ id q̃ nõ siccis

G

Actu. 17. oculis (mihi crede bone lector) ita pręceptũ de correctione fraterna abijt in obliuionem, vt nouorũ dęmoniorũ videatur anũtiator, quisquis de hoc sermonẽ fecerit ad populum. Huius rei duplex causa videtur. Offensus dicit, nunquid custos fratris mei sum? Genes. 4. Offendẽs autẽ, quis te cõstituit iudicem super nos? Exo. 2. Subijciamus tertiam (& notate verba) quia veritas semper odium parit, semper dixi, & sępe sępius: & huius veritatis testem inuoco ipsam veritatẽ. Itaq; si nec te nec duos a te adhibitos Testes audierit, dic ecclesię. Si aũt nec ecclesiã audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amẽ dico vobis quecunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & quęcunq; solueritis super terrã, erũt soluta & in cęlo. Hierony. Dicens: sit tibi sicut ethni

Hierony. Sco. 4. Di. 23. q. 1. A. cus, ostendit maioris esse detestationis, qui sub nomine fidelis agit opera infideliũ, q̃ hi q̃ aperte gẽtiles sunt. Publicani enim vocãtur per tropologiam hi qui sęculi sectãtur lucra, & exigũt vectigalia per fraudes furta scelerataq; periuria. Verũtamẽ prius omnis mouẽdus est lapis, q̃ fama traducatur proximi. Corrigendus est frater vultu ipso soluto tristiori & sermone deiectiori, debentq; intercidere verba lachrymę vt nõ solum videat sed & sentiat correctionem ex amore procedere nõ ex odio. Verum vt dixi hic mo-

H

prouerbiũ dus apud nostrates vacat de facto, & in vtroq; foro iudicatur secundũ allegata & probata. Lapsus sum & necesse est me palinodiam cãtare. Videmus enim publicos concubinarios quasi patres familias alere filiorum examina, id ipsum nõ ignorãte ecclesia, primũ, secũdo, & tertio, denuntiatos, & tamen prospe-

Hiere. 12. re agunt, & tradũt nuptui filias, & nurus domi introducũt filijs: & tamen nõ habentur sicut ethnici, sed ipsi ligant & soluunt & fulminãt anathemata: dicũt & factũ est. Mittunt radices in terra & faciũt fructũ. Itaq; si a deo est per fricę frõtes iste qui frater appellatur, vt nec pudore nec metu iudicũ cõmoueatur, tum defer ad ecclesiam, vt vel multitudinis cõsensu vel eorũ, cẽsura qui ecclesię pręsunt emendetur. Quod

I

Num. 5. Hiere. 30 si vsq; adeo est insanabilis vt more pharaonis semper pergat esse sui similis, sit vobis sicut vnus ex leprosis Mosaicę legis, qui extra castra ejciebãtur, ne alijs affricet lepram suam, ex qua ipse insanabilis est, & plaga sua facta est desperabilis. Amẽn dico vobis &c. Poterat quispiam dicere, qualis est ecclesię sentẽtia q̃ ve seuera: vt propterea quis sibi timere debeat, quia ab ea habetur, quasi pręcisum mẽbrum ac tabe confectum? Medius fidius dico vobis inquit: quęcũq; alligaueritis in terra, ligata erũt apud me in cęlo. Verumtamen nõ raro quem iudex dãnat & lex absoluit christus: sicut patet in adultera. Ioan. 8. et in

Psa. 93 latrone. Luc. 23. Et quem iudex absoluit, cõdẽnat christus dominus: sicut patet in Barraba. Lento aũt gressu ira dei ad vindictam procedit: cum primũ dicit, corrige eum inter te & ipsum solum, & secundo adhibe tecum vnum vel duos: & tertio dicit ecclesię & quarto sit tibi quasi membrũ pręcisum, donec fodiatur peccatori fouea. Quę fouea? Aperta est terra & deglutiuit Dathã. Nũ. 16. Et rursus, apertum est mare

Alex. Ales Cap. 24 & deglutijt exercitũ Pharaonis, Exo. 14. Dicit aũt Alex. Ales vnũ verbũ, estq; mirabile in auribus meis. Ecclesia inquit iuste excõicat, si subest recta intẽtio, videlicet q̃ nõ fiat pro ablato aliquo tẽporali sed pro peccato. Hanc conclusionem cõmunis cõsuetudo exibilat, & ideo valeat Alexãder noster, & secretum meum mihi inquit Esaias. Quis tamen nõ rideat & irridat; imo cum Paulo apostolo defleat q̃ facile & pro rebus nihili pro occiso sue: pro furato cane, pro sublato mustione, pro eradicato surculo: pro di

K

anathemá rupta maceria vineę, pro pęforato pariete: proq; patrata cęde leuicula, quia nõ cõparet auctor criminis & id genus infinitis penenennis (Quę omnia ego sępe his auribus hausi facturus cõcionem populo) sonant in ecclesijs anathemata, pulsantur cymbala: extinguntur lucernę? Siccine factitabat Petrus, &

abutebatur

Luce. 15.

abutebatur potestate sibi tradita Paulus, sic ludebat Gregorius, sic intonabat Innocentius, sic Sixtus sic Siluester nõ imitabili fulmine terram concutiebat, sic pastor bon⁹ ouem humeris impositam reduxit in caulas. Sed audiamos Scotum in. 4. Distin. 25. Excõicationes a iure aliquando possibile fuit numerare, quia paruus erat numerus videlicet sub Gregorio nono. Sed hodie quis numeret? Et cum augeantur so infinitum, crescentibus motibus capitum, non potest circa hoc membrana implere. Hoc tamen dico, q̃ nec a iure nec a iudice debz infligi: nisi p mortali, nec p quocũq; sed graui, cũ quo etiã cõcomitatur cõtumatia. Valeat igitur & noster doctor &c. Iam quas tragedias excitent isti qui βουλας vel indulgẽtias prędicant quia pauci non dant nummina sua, quis ferat? Mentior, si non referendo quędam ex multis archiepiscopo hispalensi, ille maximo soluebatur risu, licet alias podraga grauiter ęgrotaret. Sed risus ille mixtus erat veris lachrymis. Iterum dico vobis: q̃ si duo ex vobis consenserint super terram: de omni re quacunq; petierint: fiet illis a patre meo qui in coelis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum. 26. Distin. De q̃bus. Sciendum q̃ textus hic non intelligitur de cõgregatis ad orationẽ, sicut patet intuẽti textũ pręcedentẽ. Agitur enim in pręcedentibus de pęnitentia imponẽda peccatori peccãti in fratrẽ, qui nec resipuit admonitus semel & secũdo, donec causa deuoluta est ad ecclesiam, vel de pęnitẽte absoluẽdo a pęnitẽtia iã imposita, quia resipuit. Ita enim dixit dñs, quęcũq; alligaueritis vel solueritis &c. Nã alias de orõne, sępe vnus exauditur Moses vel Helias vel Samuel, & rursus multi nõ exaudiũtur, quia man⁹ eorũ plenę sunt sanguine. Q d' vero dicit: de ni re q̃cunq;, ly q̃cunq; & si nõ semp distribuat, hoc tñ loco distribuit pro omnibus de quibus est hic sermo. Est autem, quod id quod ligauerint (claue non errante) ligatũ erit & solutum quod soluerint. Dicit aũt Alex. Ales q̃ ecclesia oratione cõi nõ orat pro excõicatis: tñ orõne priuata nemo phibetur orare p illis. Multi enim innocẽter excõmunicãtur ab ecclesia, & ipsi tenentur ecclesię nõ obedire in casu dato, quia ecclia nõ iudicat de occultis, & totius (verbi gratia) cõpellitur cohabitare Cecilię vxori, cũ iuxta veritatẽ sacri nõ illa sit vxor sua sed Lucia qua cũ pri⁹ cõtraxit, sed apd' iudicẽ probat et secũdũ & nõ primũ. Origenes hũc locũ vertit ad tropologiã exhortãs ad castitatẽ coniuges. Duo igitur sunt vir & vxor, qui si ex cõsensu separẽtur vt vacẽt orõni, cõsequẽtur qd' petierint, pręstante eisdẽ per talẽ castitatis cõsensum. Idẽ põt dici si caro & spũs cõsentiãt, vt caro ancilletur spirit⁹ dñetur, hoc est Agar subijciatur herę suę. Dicit aũt duo vel tres, alludẽs ad illud Deu. 17. In ore duorũ vel triũ testiũ stabit omne verbũ. Cõmẽdatur aũt his sermonibus cõcordia frm, siquidẽ duo vel tres (funiculus aũt triplex difficile rũpit) p oĩa cõcordãtes diuino beneplacito, obtinere possũt qd' nõ põt ciuitas discors, q aũt possũt: vno ędificãte & decẽ diruẽtibus? Vna manu in ope, & in armis altera? Neemię. 4. Stabãt itaq; Moses sex tribus sup vnũ mõtẽ ab bñdicẽdũ, & rursus sex reliquę trib⁹ ad maledicẽdũ. Deu. 27. Itaq; sicut alias diximus, vnus hõ orõne sua cęlũ clausit plusq̃ triennũ 3. Re. 17. Cũ multorũ orationes dñs cumulũ vocet & porcorũ grũnitũ iuxta Hieronymũ sup Amos. 5. Quõ aũt duo vel tres possũt ecclesiã repręsentare, vel quo & quę psone sunt cõuocãdę, vt cõciliũ cõgregatũ dicat legitime & in spũ scõ vt dicat, in medio eorũ ego sum, nõ conuenit apd' nẽs iuris pitos de hoc, imo reuera quot capita tot sẽtẽtię. Illud dicã, dicã aũt qd' sentio, vix & ęgre repire est duos vel tres, q̃ oĩ faciẽ dicãtur cõgregati in nomine christi, ea vz tãtũ quęrẽtes quę coẽm veritatẽ oĩũ christi cõcernũt, quãto ergo minus inuenientur cẽtũ cõgregati in christi noĩe, qui vere possint dicere, visum est spũi scõ & nobis. Actu. 15. Verumtñ nos qui omnes sumus stemus statutis ecclesiasticis dicẽ, quodcũq; ligaueris vel ligaueritis. Et illud, ne transgrediaris terminos antiquos ques posuerunt pr̃s tui, qm̃ qui dissipat sepẽ, mordebit eũ coluber. Sapiendũ est sed ad sobrietatẽ. Rom. 11. Tũc accedẽs Petrus ad eũ: dixit, Dñe quoties peccabit in me frater meus, & dimittã ei vsq; septies? Dicit illi Iesus. Nõ dico tibi vsq; septies, sed vsq; septuagies septies. De peni. Dist. 3. Cap. Septies. Nõ eñ Petrus p id tẽporis didicerat misericors esse ex his quę passurus erat. Nõ legerat illud ex Paulo, põtifex pręficiẽdus pplo ex hoibus assumitur, vt cõdolere possit his q ignorãter errãt: sciẽs, qm̃ & ipse circũdat⁹ est infirmitate. Sed & alias Petr⁹ spũ feruidus duos ostẽdit gladios, quorũ neutro opus erat: trãslato iã sacerdotio Mosaico in q offerũtur pecudes, & ideo gladius necessari⁹ nõ erat. Nũc aũt cũ aries imolet nõ Isaac, gladio tm̃ spũs opus est. Vere bone pastor Petre actũ erat de nobis, si vsq; septies tm̃ dimittẽdi essemus, qñqdẽ hõ tot⁹ teres & q̃dratus hoc est iustus: prudẽs, tẽpatus & fortis septies casurus est i die. Prouer. 24. Quã ergo magis stult⁹ q velut luna mutat. Eccl. 27. Imo inqt dñs christus, dimitte illi toties (inqt Hierony.) q̃ties ille peccare non poterit hoc est septuagies septies, si toties lapsauerit. Oporter igit inqt Hilari⁹: sine mõ ac numero veniã nos reddere flagitãti, nec cogitãdũ q̃ties remittam⁹. Et hęc venię assiduitas plane docet nullũ oino penes nos irę tpa esse oportere, qñ & nobis p euãgeliũ gr̃a; sine mõ & sine numero venia collata est. Vide enim quid dicit Paul⁹. Donantes vobis metipsis. Ergo nobis miseremur, cum fratri ignoscimus. Dubitabat autem Petrus an vsq; septies liceret fratri remittere; nam vltra hunc numerum pro explorato habebat non licere. Nam lex nec semel parcebat duobus conuicto testibus. Chrysostomus. Petrus dicit, vsq; septies, Dominus autem suam in medio egit misericordiam, vt ex comparatione discas, q̃ licet septuagies septies parcas, & omnia generaliter peccata proximo continue remittas, quantum est aquę stilla ad immensum pelagus, tantum est imo vero longe minus humanitas tua ad immensam dei bonitatem qua tibi sit opus iudicando, & rationem reddituro. Quam ob rem qui bonitate sola remisit decẽ millia talenta seruo, non ante positam rationem remisit, quia voluit vt disceret, quantis eum debitis liberaret: vt vel ita fieret in conseruo mansuetior. Nam si post q̃ debiti magnitudinem & venię largitatẽ didicerat, conseruum suffocabat, nisi talibus eum pri⁹ erudisset medicamẽtis, ad quid nõ erupisset crudelitatis?

Abulensis

4. p. q. 93. Articu. 6.

Origenes.

Eccl. 4.

Figura.

Hierony.

Prouer. 22.

Eccl. 10.

Heb. 5.

Luc. 22.

Ephes. 6.

Genes. 22.

Hierony.

Hilarius.

Collo. 3.

Heb. 10.

Chrysost.

sed quomõ Petrus dicit, dimittã vsq; septies, cũ iuxta Lucã Petrus audierit ex ore dñi, si peccauerit in te frater, dimitte septies in die? Si toties pœniteat post lapsum suũ. Potest dici, Lucã intermisisse interrogationẽ Petri, quã Mattheus posuit. Non igitur nõ vsq; adeo stultissimus vt gustatũ toties voremus hamũ, vnco plus cẽties gręce sauciati, sed sapiamus vel sero. Tu tamẽ (cuius refert (refert aũt oium) orãti veniã fri dimittere vsq; septuagies septies/490/vicibus, dimitte & dimitteris, da & accipies mẽsurã bonã, &c. Luc. 6.

Caput. v. Ponitur parabola regis ponentis rationem cum seruis, quorum vnus debitor inuentus est decem miliũ talentorũ: & concluditur

IDeo assimilatum est regnum cœlorum homini regi qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cępisset rationem ponere: oblatus est ei vnus qui debebat ei decem milia talentorum. Pro rationem ponere Gręce est, συνᾶραι synare, idest conferre, ac simul subducere aut suscipere computum, nam id hoc loco significat ratio. Ea tollendis calculis cõficiebatur aut certe explicandis aut complicandis digitis vtriusq; manus. Pẽdet autem sententia ex pręcedentibus videlicet ex verbis Petri dicẽtis, domine dimittam vsq; septies? Ostendit enim dominus subsequẽti similitudine, non tam esse clemẽtiam, vt tu miserearis conserui tui, q̃ cõmutatiuam iustitiam. Quomodo inquies? Peccauit in te proximus tuus. Esto, Quis est enim qui non peccet? Peccauit autem septies in die, & tu hominẽ peccauit. Quid si tu in deũ peccasti, & nõ septies sed septuagies septies? Igitur & numero vincis peccata proximi & quãtitate. Tu igitur rogatus dimitte denarios/10/vel cẽtũ, vt tibi remittãtur talẽta decẽ milia. Ad hęc Hierony. Si frater noster ꝓ qualibet causa nos lęserit, dimittẽdi habemus potestatẽ imo & necessitatẽ, qua pręcipimur vt debitoribus n. indebita dimittamus. Si aũt in deũ q̃s peccauerit, nõ est nr̃i arbitrij. Dicit enim scriptura. 1. Re. 2. Si peccauerit hõ in hoiem, rogabit ꝓ eo sacerdos. Si aũt in deũ peccauerit, q̃s orabit ꝓ eo? Nos e cõtrario in dei iniuria benigni sumus, in nr̃is cõtumelijs exercemus odia, in iũco etiã nodũ ingẽtes. Et cũ dicat scriptura q̃ã est hõ q̃ nõ peccet, facile tñ multos reperies, qui posita oi frõte dicãt dño, nõ sum sicut cęteri Lu. 18. Qui si ad rõnẽ vocẽtur & calculos (id qđ Dauid deprecabatur dicẽs: nõ intres in iudiciũ cũ seruo tuo dñe) inuenientur debitores decẽ miliũ talẽtorũ. Sed ad rẽ. Simile factũ est regnũ cęlorũ &c. Tps est inq̃ Petrus vt iudiciũ incipiat a domo dei, cũ seruis em̃ suis cępit rõnẽ ponere. Quorũ bonorũ? Cleõ ꝑnceps Atheniẽsis q̃ primũ rẽpublicã attigerat destinauit, vocatis amicis oibus, soluere se velle dixit amicitię vinclũ, subdi itq; rõnẽ, solere amicitias pleraq; iusta & recta subuertere, q̃ hoies rẽpublicã administrantes, vt pote affectu & mollitie occupatos quãdã, sępe numero a via reducit recti iudicij. Item Pericles rõnem viuẽdi & cultũ corporis tradit immutasse, incessu tardo: oi e neglectus, cõposito ore & vultũ sibi cõstantẽ soliti pręsa ferre; postremo non antũ cõtera intra amiculum, vnã oino vsurpasse viã, quę ad forũ & ad curiã duceret. Et isti quidẽ hoibus addituri erant rõnem, quos vel fugere licebat, vel fallere poterãt, quiq; corpus tantũ occidere poterãt. Tu aũt audi Iob loquẽtẽ Cap. 9. Vere scio q̃ nõ iustificetur homo cõpositus deo, qui si voluerit cum eo cõtẽdere, nõ poterit ei respõdere vnũ pro mille. Id cũ ita sit, nos interim cũ Iona deiiciemus, post horas tres vocãdi ad calculos vel sortes & ligatis manibus deuorãdi a ceto. Cęsar August⁹ delata ad se magnitudine ęris alieni quã quidã eques Romanus dũ vixit excedẽtẽ ducẽties celauerat, culcitram emi cubicularẽ in eius auctione sibi iussit. Et ꝑceptũ mirãtibus, hãc rationẽ reddidit, habẽda est a ratione culcitra, in qua ille cũ tãtum deberet: dormire potuit. Tu igitur qui vnus es ex his qui nomine censeris seruorũ cinctus antequã voceris ad calculos, audi quid censeat lex. Si pignus a proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei. Gregorius. Frater noster debitor noster efficitur, cum quilibet proximus aliquid in nos deliquisse mõstratur. Peccata quippe debita vocamus. Matth. 6. A debitore autem nostro pignus accipimus, quãdo erratis eius nos cõfessionem peccati tenemus. Qui enim peccatum quod cõmiserat fatetur, iã quasi pro debito pignus dedit. Id nos ante solis occasum reddere debemus, ne & nos interim ad rationem vocemur, & pro cẽtũ argẽteis decẽ milia talẽta cogamur soluere vel in numerato vel in aia & corpe. Da noia & quiditate talẽti nihil certũ inueniri põt. Est em talẽtũ/12/librarũ, item cẽtũ/20/item librarũ centũ. Itẽ & librarum/80/ item librarũ sexaginta. Itẽ talẽtũ drachmarũ duodecim de quibus fusius disputat Budęus, ideo decẽ milia talẽta posita sunt pro ingenti summa ęris alieni. Forsitã aũt seruus hic tot debitor dicitur talentorũ: quia sequutus est mulierem sedentem super talentum Intellige autem vnum quodq; maximum peccatum talentum dici damni dominici. Et forsitan hic decoctor tot talenta dilapidauit & decoxit, sub inde versuram faciens: quot perdit homines, qui receperunt eum talia operantem peccata. Intellige ergo, q̃ ois bona actio lucrũ est, & mala potest dici dispẽdiũ. Vnde illud Rom. 6. Quẽ fructũ habuistis in illis in q̃bus nũc erubescitis? Imo oium bonorũ quę operatus est iustus nõ recordabor, si semel missa manu ad aratrũ respiciat. Lu. 9. Et sicut est differẽtia inter lucrũ & lucrũ pecuniarũ, sic in bonis opibus, q̃a aliud est tradere corpus vt ardeat. 1. Cor. 13. Aliud dare calicẽ aquę frigidę. Hãc autẽ rõnẽ cũ seruis inquit Origenes nõ multo tẽpore perficiet deus. Volẽs enim deus vẽtilare oium mẽtes, vt vnusquisq; sentiat ꝓprios actus bonos vel malos, scito oia ab oibus oi tẽpore gesta singulis quibusq; faciet in mẽte ad esse ineffabiliter quadã vi tute. Potest enim hec oia celeriter facere deus, qui ne cũdẽ aĩ cœlũ & terrã & oia quę in eis sunt, nõ indiguit spacio tẽporis aliquius. Na & si videatur in sex diebus fecisse oia deus, audendũ est sanẽ & dicẽdũ, quoniã tẽpus futuri iudicij nõ opus habebit spacio tpis, sed sicut resurrectio dicit facta in momento

Hierony. Mart. 6. 1. Re. 2. Ps. 142. 1. Pe. 4. Cleon. Pericles. Matt. 10. Cę. Augu. Gregorius Exo. 22. Origenes. Zach. 5. Ezech. 18. Origenes.

in momento in ictu oculi, sic puto iudicium fore. Oblatus est igitur vnus qui debebat &c. Qui enim in vno offenderit, factus est reus totius decalogi Iaco. 2. Scriptum est enim 3. Reg. 6. Vnum erat opus peni tus in vtroque cherubino, quia deus in proximo & in deo diligendus est proximus. Vnde Paulus. Nemini quicque debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Rom. 13. Vide vrbanam comitatem Pauli quomodo verbis byssinis & aureis suadet & persuadet Philemoni: vt ignoscat seruo fugitiuo & compilatori, vocans eum filium & viscera sua, & sese constituens fide iussorem suffucatæ pecuniæ, seipsum vocans senem & compeditum & custodiam. Sed cum inita ratione seruus ille. Non haberet vnde redderet, iussit eum dominus eius venundari & vxorem eius & filios: & omnia quæ habebat: & reddi. Legimus Milonem debuisse sestertium septingenties æris alieni. Et num id Clã rege erat: etiã si centies liceret seruus, quis inde conflatum nõ æquare debiti qualitatem? Quomodo vero distractus seruus, effugeret Regis potestatem, cum sit nemo qui de manu eius possit eruere? Iob. 10. Sed vide quod magnum malum est & seruitus durissima dei seruitutem effugere, aut eijci a facie dei sicut dicit Cain. Gen. 4. Vnde illud. Dabo eis pauxillum auxilij quia humiliati sunt: & non stillabit furor meus super hierusalem per manum Sesac, veruntamen seruient ei, vt sciant distantiam seruitutis meæ & seruitutis regni terrarum. Vide Iudith Cap. 5. Non ergo iubet venundari eum & peculium eius quia id faciendum esset, sed vt intelligeret quod prædiximus Capite præcedenti videlicet quantum debebat domino suo, vt accepta remissione copiosissima, misericors, esset & ipse in conseruum. Ita intelligitur illud, oculum pro oculo, vt intelligat qui iniuriam fecit, teneri lege talionis, nisi Iesus iniuriam remittat. Et obserua verbum illud. oblatus est ei vnus nam ipse nunquam compareret, nisi sisteretur ante tribunal Christi. Cæterum qui testimonium habent a conscientia sua sicut Ezechias, educ inquiunt de custodia animam meam. Psalmus. Cap. 141. Sed rarae aues hæ. Procidens autem seruus ille, orabat rogabat adorabat obsecrabat eum dicens. patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius: dimisit eum: & debitum dimisit ei. Chrysostomus. Vide diuinæ largitatis super abundantiam, petenti temporis dilationem, idque forte duplici corde sicut rei exitus docuit, totum dimisit debitũ. Volebat autem id a principio dare, sed nolebat solum suum esse donum, sed & supplicationis illius, vt non incoronatus abscederet. Propterea inquit expectat dominus, vt misereatur vestri. Esai. 30. Grandis clementia dei vt expectet nostram pœnitentiam, & donec nos a vitijs conuertamur, ille potentem contrahat manum, ne ferire cogatur: & parcit, vt exaltetur illius misericordia, & bonitas creatoris nota fiat cunctis. Agesilaus calumniatores quam fures maiore odio persequebatur. Maiorem enim iacturam esse putabat amicis quam pecunijs orbari. Vnde rex hic iacturam fecit immensæ pecuniæ: ne seruo vno infideli licet orbaretur. Priuatorum errata æquo animo ferebat, regũ intolerabilia rebatur, ex illorum enim peccatis pauca, ex horum vero quam multa mala euenire iudicabat. Vnde Dauid quia rex erat, quattuor soluit pro vna oue imo multo plures, & semestre exilium, licet dixerit domino, peccaui, patientiã habe in me. Ad hæc Theophyl. Disce quod deus plura dat quam petimus, quia tanta est misericordia dei, vt & id quod admodum durum videbatur, nempe quod iusserit vt venderetur seruus, non est duritia dixerit, sed vt resipiscere faceret seruum: & persuaderet illi vt ad preces se & obsecrationem conuerteret. Sequitur de Agesilao. Magnanimitate non in inferenda sed in remittenda iniuria vtebatur. Eum cognatorum studiosum consanguinei nũcupabant. Qui eius opera vterẽtur, in excusabilem, qui ei inseruissent, memorem. Qui iniuriam passi essent, adiutorem. Qui in eodem periculo vna cum ipso ob eruarentur, post deos saluatorem. Denique quis morte sua tantam hostibus lætitiam præbuit, quantam hic Agesilaus, & si iam in extrema senectute obijsset? Confer si libet huius liberalitatem cum nostri principis clementia, qui vna nuda prece exoratus tantam summam remisit vni seruo, eritque conferre bonum malo & lucem tenebris. Tamen vtinam vel hunc a longe nos Christiani imitemur Gentilem principem, qui magnitudinem animi non in inferenda iniuria, sed in remittenda ostendebat. Nos tamen illud interim non fugiat, quod extra carcerem constitutis decem milia talenta remittuntur in carcere vero semel coniectis nec vel vnus quadrans, etiam post annos centum mille. Egressus autem seruus ille a facie Domini: inuenit vnum de conseruis suis. qui debebat ei centum denarios: & tenens: suffocabat eum dicens. Redde quod debes. Et procidens conseruus eius rogabat eum dicens, Patientiam habe in me: & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abijt & coniecit eum in carcerem: donec redderet debitum. Hactenus igitur bonus visus est seruus hic veterator versipellis, nam & confessus est debitum, & promisit se omnia redditurum (rem admirator) & procidit & adorauit, sed sequentia sunt præcedentibus valde indigna, quandoquidem sub eodem momento temporis quo absolutus est, accepta apocha inuentum conseruum suffocabat; neque ex seipso cognouit que erant proximi sui, nec reuersus est verba illa, per quæ ipse consequutus est misericordiam tam facile, neque portum per quem naufragium ingens effugerat agnouit, sed omnia illa propter denarios centum, enciens erat fera molestior, suffocans conseruum. Quid agis o homo? Non animaduertis mucronem in te ipsum agere? Obtorto inquit collo pertrahebat in colliquium, vel scalas gemonias: factus ex creditore carnifex & iudex propter denarios centum. Caligula cum lautiore in conuiuio effusus subito in Cachinos; consulibus qui iuxta cubabant: quid nam videret quærentibus, quid inquit nisi vno meo nutu iugulari vtrunque vestrum statim posse? Quoties autem vxoris ceruicem vel collum exoscularetur: addebat, tam bona ceruix simul ac iussero, demetur. Sed hic imperator erat cui quicquid libet; licet in omnes (vt dicunt) at malicia serui huius quem Tigrem non imperabat: Suffocabat eum: ne rogare posset dilationem. Immemor misericordiã quã obtinuit ipse rogãdo.

Huic o bona

1. Cor. 15.
182281700ō.
2. Paral. 12
Matt. 5.
Chrysost.
Hierony.
Agesilaus
2. Reg. 12
Theophy
Agesilaus
Chrysost.
Eccl. 28.
Caligula.

Regula.

Hui o bone an diuitias patiẽtię & bonitatis & lõganimitatis dei cõtẽnis? Quas dudũ in te ipso ęxpertus es? Coniecit inquit illum in carcerẽ. Quia non erat insoluendo. Mora autẽ sua cuilibet est nociua. Qui dã est in mora soluẽdi decimas, si interim casu fortuito pereunt igne vel aqua vel furto, tenetur nihilominus ad solutionem. 16. q. 1. Decimę. Verum est ꝙ agricolis propter sterilitatem aliquãdo est remittẽda pars census vel fructus. Vide de rerum permutatiõe. Propter sterilitatẽ. Decimę quidẽ personales illi ecclesię debentur: vbi quis percipit sacramenta. De decimis ad apostolicę. De cęteris sequere consuetudinem diu obseruatam. In cuius territorio sunt prędia soluendę sunt de iure, sed standũ est cõsuetudini, si est prescripta. Et quia semel cępi, quęrunt iuris periti, vtrũ de illicite acquisitis debeat solui decima. Nã si debeat, meretrix potest & debet, & videbitur sacerdos pręstare fauorem criminibus. De his & huius sce quęstionibus habentibus difficultatis plurimum, ipsi viderint. Quis enim pręsumat huiusmodi nodos enodare plusquam Herculeos? Quantum autem ego capio, quantum sapio: nunquam de huiusmodi decimis cogitauit deus optimus maximus, nunquam de illis statuit summus pontifex eius vicarius. Rogo ergo vbi illud, diliges proximum sicut teipsum? Vbi tollenti pallium dimitte tunicam? Sed egressus fuerat a facie domini liber factus ęris alieni: & factus seruus peccati creditor iste inexorabilis, qui viscera exuerat humana, & adamantina induerat contra pręceptum apostoli. Verum qui micas negauit, talione mulctabitur vt nec stillam aquę accipiat. **Videntes autẽ conserui eius quę fiebant: contristati sunt valde & venerunt & narrauerunt domino suo omnia quę facta fuerant.** Sunt enim coricei multi ea his qui terunt scalam coeli, quorum relatu noster Mydas omnia nouit, iudex alioqui ipse & testis oculatus. Hiere 29. Sunt & alij cursores qui terrã perambulant, qui facta referunt & infecta, accusantes fratres suos die ac nocte. De his Zacha. 1. Isti igitur coricei idest angeli eodem modo dicũtur hic tristicia affici, sicut Luc. 15. Dicuntur gaudere de inuenta oue. Non tamen concedendũ est de angelis qđ tristari possint quouis modo, qui semper vident faciem patris. Quod autem possint gaudio affici ibi dicetur. Dęmones autem vtrum lętari possint de perditione hominum, videto. Isti enim sunt tortores cui traditus est seruus hic omnium nequissimus. **Tunc vocauit illum dominus suus & ait illi. Serue neque omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui: sicut & ego tui misertus sum?** Obseruandum ꝙ conserui non detraxerunt de seruo neque apud regem, sed rem factam simpliciter exposuerunt, nec fecerunt e musca elephantũ, quod non raro fit. Sed nec Dominus cum eum tantorum talentorum debitorem inuenit nequam vocauit, sed singularis ingratitudinis notam, quando nexus factus est ea libero. Ad hoc enim solutus erat tanto ęre alieno, vt ipse ea accepto beneficio factus melior, incipientem Dominum sequeretur, sed seruus erat, & peccati seruus, & seruus peccati nequissimus. Dicitur nequam, quasi dicas nequicquam, qui nec quicquam ad frugem facit, sed est per omnia inutilis. Omne inquit debitum dimisi. Magna Dei misericordia.

Theophy. Esai. 28.

Cum in eum peccatum est, ad nudam preculam totum dimisit. Cum autem in conseruum videt crudelem, tunc suam reuocat liberalitatem, monstrans illi ex te ipsa, ꝙ non tantum offensus fuerit, quantum offenderit seipsum. Vnde dominus par pari rependens, in vincula illum coniecit, vt vexatio aperiat intellectum quem clausit ingratitudo insignis. Seruus hic non de cellatio iubebatur eleemosynam facere: sed patiens estu in me, dolo quicquam remittas de debito, omnia reddam tibi, accepta aliquali dilatione.

Esai. 26.

Misereamur impio inquit optimus & maximus deus. Respondet Esaias. Et non discet facere misericordiam. Pręstat enim incentiuum delinquendi facilitas venię. Quid enim hac facilitate venię facilius? Misertus est dominus serui illius? Qui si anno vno vel decem venderetur in seruum, & tunc demum redimeretur a domino suo, forte dicens misericordiam ea his quę passus est in seruitute, solutus, clementior esset in conseruum. Nunc autem accepta remissione quam nunquam sperare ausus esset, conseruum diuexabat pro centum denarijs. Non ne ergo vel maxime id tua referebat, misereri, sicut tui misertum est? Sed hic solutus a tanto debito, iam non erat sicut cęteri. Non opus habebat dicere illud, dimitte nobis debita nostra. Et hic est qui nuper animam debebat imo & animam vxoris & filiorum. Dicunt autem iuxta Prouerbium: animam debere teste Donato, hi qui immodico ęre alieno tenentur, vt plusquam omnes facultates quis debeat: ac denique seipsum debeat. Erat enim antiquis lex, vt qui soluendo non esset in nexus addiceretur creditori, luiturus corpore idest opera quod ęre non posset. Exstat apud Gellium lex duodecim tabularum, quę iubeat dissecari corpus eius qui multis creditoribus deberet: nec esset soluendo rei. **Et iratus dominus eius: tradidit eum tortoribus: quoad vsque redderet vniuersum debitum.** Horrendum est enim incidere in manus Dei viuentis. Hebręo. Cap. 10. Quę multo sunt grauiores manibus Mosi. Exod. Capite. 17. Vnde Iob. Veruntamen manum tuam longe fac a me. Iubetur igitur tradi Tortoribus qui iam aderant (Nempe Corui triduo ante preuolantes, vbi cadauer est futurum, sicut Legimus de Marco To. Cicerone) Quo ad vsque redderet vniuersum debitum. Theophylatus. Cogita igitur quantum malum sit vindictę cupiditas, quandoquidem donationem Dei reuocat & irritat: tam & si dona Dei ea sint, quorum non pęniteat illum, reuocantur tamen hac ratione & irritantur. Hęc eadem sententia est Chrysostomi. Quamuis inquit irreuocabilia sint dona dei, (Rom. 11.) Tamẽ tãtũ valuit malicia, vt hãc legẽ soluere videatur. Dixerat dñs, dimittite & dimittetur vobis, hic aũt anteuertẽt seruũ in benedictionibus, prior ipse dimittẽs. Sed quia nequã seruus dñm nõ est ęmulatus (deuenõ irriderat inqt Paulus) reuocat cõcessa. Vnde cõiectus est ibi vbi nunquam soluet vel vnicũ quadrãtẽ. Dicu hoc loco Abulẽs. Nõ est necesse semel cõfessa ꝑpi relapsum iterũ cõfiteri, qm̃ esset ꝓcessus i infinitũ, sufficit dicere, alias sępe offendi ad hũc eũdẽ lapidẽ. Illud igitur in primis hoc loco istruimus inqt Origenes, ꝙ etiã pctõrũ quę iã nobis a deo idulta sunt reuocationẽ faciet deus, nisi idulserim⁹ offendentib⁹

Decimę. Matt. 5. Collos. 3. Luce. 26. Genes. 28. Apoc. 12. Theophy. Esai. 28. Esai. 26. Theophylactus. Abulensis. Origenes.

offensionibus nos ita ex corde, vt ne modicā aliquā memoriam offensionem earū apud nos referuem? Vidimus inquit Raphael Gabrielem Brixiēsem. Ordinis minorū summi ordinis sacerdotem, qui Mathię regis pānonię res diu procurarat, iurare solitū annos/50/nulli mortaliū vel minimo seruo succensuisse, quę res illum ad eūdem honorē perduxit recta. Iubetur igitur seruus tradi tortoribus, de quibus scriptū est, qui me comedūt, nō dormiūt, Iob. 30. Et rursus. Vermis eorū nō morietur, ignis nō extinguetur, quia nunq̄ deficit materia combustibilis. Esai. 66. Dicente propheta, superbia eorū qui te oderūt ascēdit semp. ps. 73. Scotus de verme. 4. sen. Dist. 50. q. 6. Q. Vnde sequitur cōclusio totius parabolę. Sic & pater meus cęlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris.

cardinalis.

Hieronymus. Formidolosa sentētia, si iuxta nostram mente dei sententia flectitur atq; mutatur. Si parua nō dimittimus, magna nobis a deo nō dimittūtur. Et quia potest quisq; dicere, nihil habeo cōtra eū ipse nouit, habet deum iudicem, nō mihi curę est, quod velit agat, ego ignoui ei, cōfirmat sentētiā suā, & omnem simulationem fictę pacis euertit dicens, si nō dimiseritis vnusquisq; fratribus vestris de corde. Id vtrum vere fiat solus deus nouit, qui discretor est cogitationū & intētionū cordis. Inde Paulus. Omnis amaritudo & ira & indignatio tollatur a vobis. Eph, 4. Augusti. Nēpe sicut nullū in vulnere valet medicamētum, si intus sit ferrum, ita nihil pficit oratio, imo fiet ei in peccatū, in cuius pectore mortiferū versatur odium. De cordibus vestris inquit. Ad tam magnū tonitru qui nō expergiscitur, nō dormit sed mortuus est, & tamen potens est ille mortuos suscitare. Erat Athenis templū in quo erāt imagines principum piorum, templum autem illud misericordię vocabatur. Nullus ibi oraturus ingrediebatur sine scitu senatus, qui & esset pius testimonio multorum. Sic legimus de Claudio imperatore, ad quem ingressa anus petitura iustitiā, lachrymis perfusa, lachrymas eius imperator manu sua abstersit (rē sęculis inauditam) quin & ipse fleuit. Fac & tu similiter, id p ex corde. Alioqui narra siquid habes vt iustificeris, si nihil debes domino tuo. Esai 43. Et si sapiens es, audies illud ex minio: optimū est aliena insania frui.

Hieronyi.

Heb. 4.

Augusti?.

De pęnit.

Dis. 4 ll p

Dist. 4. c. 1.

Hystoria.

Admonet autem, vt ex aliorum erratis ipsi cautiores efficiamur, & alienis periculis reddamur prudentiores, & aliorum desipientia (mementote vxoris Loth) nobis sapiēdi prębeat occasionem. Fęlix quem faciunt aliena pericula cautum. Augustinus. Quātūlibet enim mihi rectus videar, pducis tu de thesauro regulam: coaptas me ad eam, & prauus inuenior. Quomō sim rectus? Dimitte fratri ex corde. Quō aūt peccata semel dimissa redeāt propter ingratitudinē, vide de penitentia distin. 4. Dicit & doctor noster in 4. Dist. 22. questione. 1. S. Quorū sententia hęc est. Ęque punietur ęternaliter qui in vno tantū offenderit, sicut q in decē milib?, pęna aūt nō erit vtrisq; ęque intēsa, sicut cū duo febre torq̄nt die vno, sed hic qdē remissius ille aūt intēsius, sed vterq; quādiu nō est insoluēdo extremū quadrātē. Nō igitur redeūt peccata dimissa ppter icidētiā, sed obligatio ad eādē dānatiōē, aggrauata ppt remissiōē pctōrū pterit orū

prouerbiū

Augusti?.

Scotus.

Capit. vi. Quidā eijciebat dęmones, nec tamē sequebatur christū: quē apostoli volētes prohibere: nō permittūtur. Attēdite a fermēto pharisęorū. Nihil opertū. Quis me cōstituit iudicē super vos? Cauete ab omni auaricia. De homine cuius ager attulerat fructus vberrimos: & quid dicebat animę suę inter dormiendum: & quid audiuit ex ore dei.

RESpōdēs aūt Ioānes dixit illi. Preceptor vidimus quendā in noīe tuo eijciētē dęmonia: qui nō sequitur nos: & prohibuimus eū. Iesus aūt ait. Nolite prohibere: nemo est enim qui facit virtutē in nomine meo. & possit cito male loqui de me. Qui eīn nō est aduersus vos pro vobis est. Nemo quidē dicere pōt iuxta apostolū dñs Iesus nisi in spū scō. Tāta tū est virtus noīs christi: vt ad eius inuocationē dęmones liquefiāt sicut cera a facie ignis: etiā inuocātibus illis qui audituri sunt, nescio vos vn sitis. Ma. 7. Iste tū nō oīno videt incredulus, cū dicat dñs, q nō est aduersum vos p vobis est. Vn & illud Phil. 1 Dū mō christus annūtiet siue p occasionē excitādi laborē vinculis meis, siue p veritatē nō refert, dū mō quis studeat talētū dñicū augere. Nolite suspicari eū malo animo facere, qui rē vere piā facit. Hic certe cui dęmones obediūt nō sit licet de numero duodeci, nō sit licet de numero/72/aliqd tamē habet veritatis, nec est oīno malus. Nemo eīn est q inuocato noīe meo, dęmones pellat, & facile de me male obloquatur. Id eīn si faciat, res ipa arguet eū. Dicet eīn ei. Qua frōte ab ore tuo nomē meū male audit, qd' ī ppulsādis dęmōib? tā efficax expe?tus? Rē quā hic opat bona est cōsulere saluti pximorū, intētionē iudicare vrā nō refert, nolite phibere. Theop. Sed si q nō ē aduersum nos, p nobis ē, quō alibi dixit q nō ē mecū, cōtra me ē? Sed hoc, q nō ē mecū, de dęmonib? ē dictū, q stu dēt a diuinis abstrahere, & quę dei sunt dispgere. Qd' aūt hic dicit, de hoīb dictū est, q ad deū quosdā adducūt p miraculorū operationē. Ioānes itaq; bono zelo motus nō eū sed' inscientiā hūc velut alienū a cōsortio apl phibuit: ne talia facitaret, & q incertum recte ne an secus fecisset, rē magro retulit. Et ingt dñs. Bti q nō viderūt & crediderūt. Pōt aūt dici q sibi & hic tacit? qda affect? inuidētię. Solis enim duodecim dñs Iesus donarat potestatē eijciēdi dęmones (dimitte/70 duos) hāc dignitatē nō putabāt alijs communicandam. Et dominus. Miraculum non est eius qui facit, sed eius qui potentiam suam edit per ministrum hominem. Nolite ergo prohibere eum opus enim bonū operatur sicut & vos. Et factū est cum consummasset Iesus sermones istos, migrauit a Galilęa & venit in fines iudęę trans Iordanem, & sequutę sunt eum turbę multę: & curauit eos ibi. Medicum esse

Marci. 9.

Luce. 9.

1. Cor. 12

Theophy

Ioan. 20.

Matt. 19.

Marci. 10

Luc. 12.

 dominū

dominum Iesum potentissimũ cum opere tum & sermone ex multis locis euangelij palã est. Vnde illud Esai. 51. Cõsurge hierusalẽ, que bibisti de manu domini calicẽ ire eius. Vsq; ad fundũ calicis sopotis bibisti & potasti vsq; ad feces. [Hierony.] Solẽt medici inquit Hieronymus amarissimum antidotum quod ex gustu nomẽ accepit dare stomacho nauseanti, vt noxios humores euomat, & possit coctos cibos atq; digestos in aluum trãsmittere: quos phlegmatum magnitudo digeri nõ sinebat. Igitur hierusalem quę propter peccata sua tãta passa fuerat quanta legimus de emorroysa, nihil tamẽ melius habens, nũc tandem eũ sequuta qui visitauit nos oriens ex alto curata est, [Marc. 5.] id olim medicus hic fecerat cũ patre iudęorũ Abraham iuxta Hiere. Cap. 31 Iuxta. 70. Inuenit calidum in deserto ipsum israel cũ occisis gladio. Cũ omnis mũdꝰ [Idem.] idolatrię gladijs vulneratus, iaceret exanimis, inuenit israel in Abrahã habere calore fidei, quasi medicꝰ qui post prælium inter cadauera mortuorũ vbi quenq; senserit, pulsantibus venis aliquid habere vitale, adhibet curam vulneribus, vt restituat sanitatem. Id igitur sępe fecit dominus per prophetas suos, sed cũ sanare vellem israel, reuelata est iniquitas Ephraim, [Hierony. Oseę. 7] Hierony. Multa sępe israel accepit vulnera idolatrię, & maxime illud, quando in eremo vituli cõflauerũt caput, vnde & ego qui malo penitentiã peccatoris q̃ mortem, vulnera populi mei sanare conatus sum. Et cum hec omni arte tractatem, vt miserabilis populus curaretur: subito extitit Hieroboam de tribu Ephraim qui vitulos aureos fecerit, & malicia Samarię reuelata est, sequentis ducem tamq; impietatis regem suum. Tãdiu ergo ęgrotauit iudęorũ gẽs quandiu reges suos & prophetas falsos sequuta est, qui pacem prędicabãt & sanitatem, cum a plãta pedis vsq; ad verticem non esset in corpore locus sine vulnere. [Esai. 1.] Q̃ primum igitur sequuti sunt eum qui dicit, perditio tua ex te, tantum modo in me auxilium tuum, curati sunt, Oseę. 13. **Multis igitur turbis concurrentibus,** [Luc. 12.] grece, τῶν μυριάδων τοῦ ὄχλου, ton myriadon tu ochlu: idest innumera turbę multitudo: **ita vt se inuicem conculcarent: cępit dicere ad discipulos suos. Attendite a fermento pharisęorum, quod est hypocrisis.** De his silenis intus foris Catonibus intus Neronibus dictum est Matth. Cap. 6. Et Cap. 15. Et dicetur Matth. 23. Ibi enim vocantur sepulchra aptissimo nomine, quandoquidem nomen habentes viuorum putabantur enim dum viuere, mortui sunt. Apoc. 3. Imo nomen habentes mortuorum, viuunt malo suo apud inferos teste Luca. ca. 16 Isti enim sunt qui cum vultu hominis possident mentem aut bouis aut Leonis aut aquilę. Vnde vocantur in scriptura multis nominibus videlicet animalia quattuor facierum, sunt enim homines natura, leones ferocitate, boues cupiditate, aquilę superbia. Ezech. 1. Vocantur quattuor metalla aurum, argentum, ęs, ferrum Dani. 2. [Figura.] Primum quia ęternos se putant, secundum propter diuitias, tertiũ propter eloquentiã quartum quia indomabiles ad bonũ. Vocãtur, leenę, vrsi, pardi, bestię terribiles Danie 7. Vocantur equi rufi, nigri albi varij & fortes. Zach. 6. Vocantur venti Dani. 7 Vocantur cornua quattuor Zacha. ca. 1. Vocantur pestes videlicet eruca, locusta, bruchus, rubigo. Ioelis. 1. Vocantur item & cherubini sup quorum dorsa dominus sedet. Quare autem idem homines eadem gens vocentur tot nominibꝰ? primo diuersis prudenti lectori sequendum relinquo. Illud tantum dixisse satis sit, q̃ sileni isti quantum cũq; diuersas assumant personas siue aquilarum siue leonum, veniet tamen tempus quãdo implebitur id quod sequitur ex Luca, [Gene. 3.] **Nihil opertum quod nõ reueletur: neq; abscõditum quod non sciatur.** Quia folia ficus nõ contexerunt animę nuditatem oculis dei. [Fabula.] Notissima est fabula asini, qui nactus leonis pellem; vagabatur, cętera animalia territando. Cęterum cõspecta vulpe, tẽtauit & hanc deterrere. Hęc autem (aliquando enim asinum orcantem audierat) ad ipsum ait. Et ego timuissem; nisi rudentem [Genes. 27.] audissem. Sic & Iacob cõtectum licet duplici psona, vox sua pdidit. Monedula in colũbario visis colũbis bene pastis, dealbauit se, iuitq; cũ illis, vt eadẽ mensa reficeretur. Hę vero donec tacebat; colũbã [Monedũa.] ratę; admissa est a cęteris. Sed cũ aliquãdo oblita, vocẽ emisisse, eius natura agnita, expulsa est. Rediens igitur ad monedulas, illę ob colorẽ cum ipsam nõ agnoscerent: similiter expulerũt, vt duorũ appetẽs, neutro potiretur. Isti sunt qui loquũtur iudaice, pferentes pietatẽ in habitu ornato, loquũtur & azotice, vitã agentes in dẽ (2 Esdrę. Cap. 13) Nihil tamẽ opertũ quod nõ reueletur. Xenocrates singulas diei partes certis negotijs assignãs, silentio quoq; suã partem dabat. Vnde Simonides dicebat, nunq̃ se pęnituisse silentij: dictorũ aũt sępius. Euripides. Homo aut dic aliquid silentio melius, aut sile. Isocrates orator cum loculeius quidam nomine Carron in disciplinam eius recipi vellet, duplicem mercedem postulauit. Illi vero causam interroganti: dixit, alteram peto: vt loqui discas; alteram autem vt tacere. Sicut enim Socrates dicebat; carbonem ignitum facilius in lingua quis continebit, q̃ secretum arcanum. Hinc per [Eccs. 8. Eccs. 3.] miraculo habita graue olentia orisecripidis: de qua aliàs. Sed dices. Quomodo ergo multorum vicia nesciuntur, & sunt iusti quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum, & sunt impij qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant: Et mortui laudantur in ciuitate quasi iustorum operum. Respondemus: q̃ omnia tempus habent, & veniet iudicij dies, quando nihil, opertum quod non reueletur: & occultum quod non sciatur. Sequitur ex Luc Cap. 12. **Ait autem ei quidam de turba. Magister dic fratri meo, vt diuidat mecum hęreditatem, At ille dixit ei. Homo quis me cõstituit iudicẽ aut diuisorem supra vos: Dixitq; ad illos videte & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusq; vita eius est: ex his quę possidet.** Magister inquit frater meus occupat velut maior natu cõem hereditatẽ: ac tergiuersans, pcrastinat partitionẽ, hic mihi succurrat autoritas tua. Dñs aũt a quo ante hac nullꝰ rẽ tã humilẽ & futilẽ ausus fuerat petere, aspere respõdit, dicẽs. O hõ qui terrena tãtũ sapis, q̃d mihi cũ trienis negotijs, q nõ habeo q̃d vulpes. Mat. 8. [Ephe. 2.] [Augustiꝰ.] An mũdus hic nõ habꝫ iudices, q lites tã humiles & nauci dirimãt. Augusti. Nõ dedignabat dñs cõpescere cupiditatẽ, sed nolebat fieri iudex ad diuisionem, q pax nostra est, qui facit vtraq; vnum. [Ambro.] Ambro.

Bene terrena

Bene terrena declinat, qui propter Diuina descenderat, nec iudex esse dignatur litium & arbiter facultatum, viuorum habens mortuorumque iudicium. Non ergo quid petas, sed a quo petas intuendum est, imo vtrumque. Nec maioribus intento animo putes minoribus obstrependum. Contemptibiles inquit Paulus qui sunt in ecclesia iudices horum constituite. 1. Cor. 6. Vnde Moses audiuit & merito ex ore soceri sui gentilis hominis, Stultam rem facis, stulto labore consumeris, ducens a mane diem in vesperam forenses derimendo causas. De hoc dicetur Ioan. Cap. 11. Tu igitur homo illius hereditatis memento quae diuisionem non capit, nec minuitur heredum copia, de qua dicitur, beati pacifici, quoniam ipsi hereditabunt terram. Quo verbo notatur homo iste, qui reuera non erat cultor pacis, ex quo volebat a fratre secedere sicut olim factum est inter Abraham & Loth, Genes. 13. Deus autem non est deus dissensionis sed vnitatis. 1. Cor. 14. Vnde illud. Erat eis cor vnum & anima vna, &c. Actu. 4. Qui autem agrum voluit diuidere, & fraudare ecclesiam, morte plexus est. Actu. Ca. 5.

Exo. 18. Matt. 5.

A O homo quis me constituit iudicem super vos? Non est enim sine culpa: qui rei quae ad eum non pertinet se immiscet. Vnde illud: quis te constituit o Moses iudicem super nos? Exemplum de clerico sagittante, & Monacho chirurgo, & medico imperito, & iudice qui per inscitiam male iudicauit. Hieronymus. Agricolae cementarij: fabri metallorum, lignatij: lanarij quoque & fullones & ceteri qui variam supellectilem & vilia opuscula fabricant: absque doctore esse non possunt: quod cupiunt. Quod medicorum est: promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est: quam sibi passim omnes vendicant. Vere infamis presumptio est: docere quod ignores, imo vt cum stomacho loquar, neque hoc quidem scire quod nescias: vnde multi palynodiam coguntur recantare. Multi autem ad sensum suum incongrua aptant testimonia, & ad voluntatem suam sacram scripturam trahunt repugnantem. Ad haec Plato. Homo moriturus cum velit suorum omnium esse dominus, haec solet & quidem cum ira dicere. Graue est mihi, si mea non licebit cuicunque voluero relinquere, & alijs plurima alijs pauciora, prout erga me boni mali ve liquido inuenti sunt tum in morbo tum in senio, tum

Regula. Exo. 2. Hierony.

B in alijs fortunis meis sufficienter probati. Et nonne inquies superiores qui hanc legem condiderunt, testamenta videlicet rata fore in omne euum, recte sanxerunt? At mihi certe molles fuisse videntur, & ad minimum rerum humanarum rerum inferendis legibus respexisse. Quomodo illi morituri hominis commoti lachrymis: legem illam scripserunt, per quam licet, de suis vt cuique velit disponere. Sed ego qui leges condo, nec vos vestros esse arbitror, nec rem familiarem hanc omnem esse vestram, sed totius vestri generis preteriti atque futuri, multoque magis vniuerse ciuitatis & genus omne & diuitias esse. Haec cum ita sint, siquis assentatiunculis in morbo & senio vos aggressus, preter honestum testamentum condere persuaserit, nonquam id fieri sponte concedam, quia iuxta apostolum nihil intulimus in hunc mundum. 1. Tim. 6. Haec Plato. Ad haec Herodotus. Spartiatis cum Argiuis inciderat contentio de agro. Decretum est ab vtrisque, vt trecenti vtrinque dimicarent, & vtri superiores extitissent eorum regio foret, caeteri in suam quisque terram proficiscerentur, ne si adessent, parti succumbenti auxilium sui ferrent. Conflictum est, atque ita quidem vt equo marte pugnantibus, ex sexcentis tres tantum superfuerint, & id noctis interuentu.

Hystoria.

C Ex Argiuis duo Alcheor & Chromius, qui tanquam victores, agros cursu contenderunt, ex Lacedemonijs vero Othryades, qui spoliatis Argiuorum cadaueribus, eorum arma ad suorum castra detulit, & se in suo ordine tenuit. Postero die re audita, vtrique affuerant, sibique victoriam vendicabant. Argiui quidem quod suorum plures superfuissent. Spartiatae quod eorum qui superfuerant, illi fugissent, suus perstitisset, & hostium cesos expoliasset. Ex contentione tandem concurrentes pugnant, & multis vtrinque cadentibus: Lacedemonij vincunt. Othryadem qui vnus ex trecentis delectus reliquus superfuerat, aiunt, pudore Spartham reuertendi ob socios interfectos in eodem agro sibi mortem consciuisse. Tanti constitit ager ille, diebus illis, vel mihi vel tibi: non autem diuidatur. 3. Reg. 3. Videte itaque & cauete ab omni pleonexia, nomen videlicet a plus habendo dictum, quod fit, vbi quis fraudatis alijs, plus vsurpat sibi quam par est. Videte ergo & preuidete hanc hydram trifaucem imo triceps, ne circumueniamini ab ea. Siquidem sanguisuga haec nunquam dictura est, sufficit, non magis quam infernus. Quia non in abundantia cuiusque &c. hoc est, abundantia non facit ad hanc tranquillitatem (dicente

Prouer. 30. Eph. 5.

D Tobia, nunquam fuisset pecunia illa pro qua misimus peregrinari lumen oculorum nostrorum. Cap. 5.) Facit autem magis ad oppositum: ad curas multas quae somnum furantur ab oculis, vnde vocatur seruitus idolorum. Quare? Chrys. Quia auarus pecunijs congregatis non audet vti: sed vt rem sacram nepotibus asseruat, libentius oculos traditurus quam hoc sculptile, est enim ei anima & vita, scilicet vxorem cum dote fidemque & amicos & genus & formam regiam pecunia donat. Et breuiter omnia mala (bona volui dicere) pariter veniunt cum illa sicut patet consequenter. Dixit ergo similitudinem ad illos dicens. Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se dicens, Quid faciam quia non habeo, quo congregem fructus meos: & dixit, hoc faciam. Destruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo quae nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animae meae: anima habes multa bona posita in annos plurimos requiesce: comede: bibe: letare. Iste est ager quem iuxta Lu. 8. Protulit spinas, & quia petrosus fouere non potuit iacta semina &c. Pessimus inquit Gregorius quod votis hominis hic appetijt, vt vberes fructus ager illius afferret.

Chrysost. Pecunia

Gregorius

E Ecce autem vt res pro voto successit, quia fructus vberes ager attulit, sed ad recondendum loca non sufficiunt multiplicatus diues: quid faciat ignorat. O angustia ex facietate nata. De vbertate agri angustiatur animus Tantali. Dicens namque quid faciam, sic indicat, quod votorum suorum effectibus pressus, sub quadam rerum sarcina laborabat, sicut textio ille apud poetam. Tabescere fecisti sicut arachneum vel arachneam animam eius. Omnia enim quae diuites moliuntur & texunt, tam nihil sunt, quam ea quae texit arachneus licet varia videantur & composita, exquisita & quadam arte digesta: sed enim telae erant arachneorum, quas diuites texuerunt, & interim seipsos euisceraverunt, & opus eorum tanquam textrina arachnei dissipatum est. Non tibi videtur arachneam texuisse, qui quiescens in lecto, imo inquietus, ex omni & argua: destruere vetera horrea parabat: mutaturus quadrata rotundis? Proh superi. Adeo durus erat-

Psa. 38.

Nabal iste stultus & malitiosus, vt anteꝙ colligeret frumēta, inclusit illa & seipsum cum illis. Et vide in sipientiā huius. Reposita inquit in annos multos, qui nec diē sequētem visurus erat. Esto inquit Chrys.

Chrysost. ps. 89.

Fructus habeas in horreis annos multos vnde potes habere? Nisi tu es Ezechias alter. An nō legisti illud: dies nostri sicut arachneus meditabūtur. Quomō arachneus mittit fila, & huc illucꝙ discurrens texit tota die (hic aūt & noctu ordiebatur, mirabile dictu) labore grādi, fructu nullo, sic vita diuitum pa ambulat mare & aridā, ordiens telā lōgissimā, sicut dicitur, reposita in annos centū, quā nobis ignorātibus & in cōsultis imo & inuitis præcidit Athropos. Nisi quod multi imitātes Penelopē, cōtexta retexūt, mutātes vt diximus quadrata in rotūda, quia sunt capaciora. O curas hoīum nunꝙ finem habituras, quia igni hic nunꝙ dicet sufficit. Sed diuites inquit Chryso. Dicūt, ideo diuitias expetere, quia voluptatem ad manus habēt & honorē & officia, & diues potest facile vlcisci eos qui iniuriā inferre tētauerint. Hę sunt causę vaę o stulte, nā neꝙ sapiētiorem (diuitias enim litterę nō sequūtur) neꝙ temperātiorem, neꝙ clemētiorem diuitię hoīem facere possunt. Ad hęc Hierony. Super Esai, Cap. 38. Nulla res mortaliū longa est. Omnisꝙ fęlicitas dū tenetur, amittitur. Cū enim tribulationis tēpus aduenerit, omne quod præteritū est nihil adiuuat sustinētem. Vnde stulta epicuri sentētia est, qui asserit, recordatione præteritorū bonorū mala pręsentia mitigari. Imo iuxta Boetiū, summū infęlicitatis genus est fuisse fęlicem, & nūc mendicare stillā aquę. Luc, 16. Vnde dicit Ezechias, repucabo omnes annos vitę meę in amaritudine animę meę. Hoc est, vna hec infirmitas gaudia præterita vertit in mœrorem. Vnde dicitur, stulte hac nocte, &c. Nō enim dicetur Tātalis istis, qui duxerūt in malis dies suos & ambulauerūt vias difficiles, postꝙ in puncto ad tartara descēderūt, forsitā hec olim meminisse iuuabit. Illi enim hoc vel maxime vellet obliuisci, sed audiēt velint nolint hui o stulte nō recordaris ꝙ recepisti bona in vita tua? Nihil aūt insipientius ꝙ nō prouidere nouissima, & breuia putare perpetua. Philosophus quidā cū domū opulenti esset ingressus & auro oīa pauimēta fulgerent, in faciem dicitur domini domus expuisse, & increpitū respōdisse, cū sibi id facere vlla in parte domus haud licuisset coactum se vultum eius cōspurgasse. Destruā inquit horrea. Hoc est iuxta prouerbiū, exacta via viaticū quęrere. Vnde illud Tullij. Auaritia vero senilis quid sibi velit: nō intelligo. Potest enim quicꝙ esse absurdius, ꝙ quo minus vię restat, eo plus viatici quęrere? Porne sequēti anno agrum tuum multo vberiores fructus allaturū, nū secundo apothecas demoliturus es, vt capaciores rędifices. Vę qui cōiungitis domū domo & agro agrum copulatis. Esai 5. Ex horū numero erat qui lecto decubuit, quia nō dedit ei vineā Naboth. 3. Regū. 21. Ambrosi. O ꝙ euidenter expressa est diuitum cōsuetudo. Cōtristātur si aliena nō rapiāt, ieiunāt: nō vt peccata minuāt, sed vt crimē admittāt. Quid dicimus, ieiunāt? Hic nōne animā suam alloquitur, dicēs comede & lętare? Pelagus futurorum ita loquitur, quasi dicat, cras moriendū est, interim aūt nullū sit pratum (sumētū enim erat) quod nō pertrāseat luxuria nostra. Sap. 2. Sed ad Achab reuertamur. Ecce Iezabel auaritia adest dicēs. Ego tibi dabo vineam. Regibus enim oīa licent in hoc somnio noctis vnius, de quo Dani. 2. Videmus em̄ quomodo ingurgustis quidā nati educatiꝙ, domos ac stirpes architetacti sint grandierū pēnātium ęmulas quę triduo excitatę, publicoꝙ dispēdio expolitę, haud scio an mox collapsurę sint, si sūmus opt. deinde tādē in mēbranas cœlestes respexerit dicens, stulte hac nocte diruetur horrea tua, licet hirudines hę cutē nō sint missurę, nisi plenę cruore. Verū diues hic nō plenus sed esuriēs & sitiens coactus est dimittere cutem. Nemo aūt nescit hirūdinē vbi semel hęserit vix posse reuelli, donec suctu sanguinis expleta, decidat hi sunt diuites magnas inter opes inopes iuxta prouerbiū. Tātali pęnę. Sola aūt virtus comes est defunctorū, sola nos sequitur misericordia, quę cœlestiū dux prętia mānsionum pecunię vilis vsura tabernacula defunctis acquirit ęterna, quę deus finxit, nō homo iste, qui sperauit in multitudine diuitiarū suarū: & pręualuit in vanitate sua, sed ad breue tēpus, dicēte propheta, deiecisti eos, dum alleuarētur. ps. 72. subito defecerūt. Quid est subito? Velut somniū inquit surgētium. Sic defecerūt quomodo somniū euigilātis. Dū dormit diues est, euigilat & apparet somniū suum somniū fuisse, nō veritatē. Hic tamen diues erat vigilādo. Sed quādiu diues? Hac nocte repetetur a te anima tua. Quid igitur dicebat Argus hic interiisse gladium aię suę? Anima mea habes, &c. Totū hoc falsum est, nec enim animo, sua erat, nec habebat bona, nec multa, nec annos multos. Nam si bona sua essent, quare non secum detulit. Si bona erant, quare eum miserum fecerunt? Si anima erat sua a quibus exactoribus est repetita? Haalō tartarorum rex cum ingēti exercitu domo profectus, primū omniū vniuersam subiecit perfidem sex mensium spacio: vnus dumtaxat locus capi nō potuit: quē natura munitissimū latrones insederāt. Dena milia equitum hic ad obsidionem relicta, quę in septimum & secūdū annum post ea distracta est, omniū quarum hodie extet memoria haud dubie lōgissima, vestium vt ait Aytonus defectu demum deditio facta est. Deinde Baldocha vrbs vi capitur, quę olim fuit Babylō cōdita a Semiramide. in hac sedes erat calphi, qui Makometanę sectę summo fungebatur magisterio. Vrbs excisa est. Immēsum pōdus auri Gazaꝙ omnifariā cōgesta calphi studio, rege & exercitū ditauit. Hic cauillabūdus Haalon victor; ęquum est inquit, cū quęstuosum noiem cibis vesci nō nisi preciosis. Ite & calphum (erat enim ad id ludibrij seruatus) medijs auri gēmarūꝙ aceruis statuite vescatur epulis, has illi affatim ad omnia ventris desideria ministrate. Et ille ita plures dies asseruatur, in media diuitiarum affluētia fame cō sumptus est, magno eorum documēto qui naturę obliti (paruo enim cōtenta est) nullū sibi habēdi fine cōstituūt. Dicit aūt Plato. Ei qui velit esse diues, nō cumulandam pecuniam, sed minuendam cupiditatē cōseo. Quare nunꝙ quislibet ab inopia erit, qui nullū cōstituens cupiditati modum. Continuo diuitiarum exagitetur ardore dicens, affer affer. Prouerbi. 30. O dolium Danaidū in explebile. Requiesce igitur, comede, bibe & lętare. Hic est paradisus quem promisit Makometus suis cultoribus, e quorum numero erat Heliogabalus, qui linea aut vestē nunꝙ iterauit

Margin notes: Chrysost. — Hierony. — Epicurus. — Boetius. — Iob. 21. — Luc. 16. — Exemplū. — prouerbiū — Tullius. — Ambrosi. — 1. Cor. 15 — Figura. — prouerbiū — Prouerbiū — Ambrosi. — ps. 72. — Augusti. — Hystoria. — Diues. — Plato.

G

H

I

K

Attalus.

nunq̃ iteratis, aut mulierẽ teste Volaterano. Cęterũ Attalus pręceptor Senecę laudare solebat culcitã quę resisteret corpori, & tali inquit vter etiã senex, in qua vestigiũ apparere nõ posset. Tali vsus est Iacob. Genes. 28. Et Ioannes baptista annis circiter 25 pro epulare grece ἐυφραίνου, euphrenu idest lętare. Cęterũ verum hoc euphrenome inde dictum est, q̃ animo bono sit, & omnes vitę voluptates cõplectitur, quibus animus oblectat se. Omnia igitur bona sua diues hic sensacus tribus verbis complexus est dicens, comede bibe, requiesce & lętare, quia gaudiũ tuũ ad instar puncti erit. Iob. 21. Sigismũdum Cęsarem allata quadraginta milia aureorũ somnus destituit cogitãtem, in quos vsus illos expendat. Iubet itaq; accersiri per cubicularios cõsiliarios & duces militum. Veniunt trepidi omnes media nocte timentes, ne quid aduersi accidisset, & rogant imperatorẽ causam sue vocationis tam repentinę. Ille confestim aperta arcula, inter eos qui aduenerãt aureis distributis, ite inquit, iam secure tranquilleq; nobis dormire licet, nam quod mihi somnum ademerat: vobiscum exit. Vtinam sic sapuisset homo iste caro & nõ spiritus.

Tophy.

A Throphi. Euge quales animę affectiones, nam comedere & bibere irrationalis animę bonũ est igitur cũ etiã ipse talẽ animã sortitus sit, merito illi hec tribuis. Per lętare vero dominus, clare affectiones declarauit libidinosas & intemperatas: quę sacietatem ciborũ & potuum comitãtur. Talia igitur secum musitãti & exultanti, q̃ optimũ natus esset & per oportunũ cõsilium. **Dixit ad illum deus. Stulte hac nocte animã tuam repetunt a te. (Ad standum iure) Que aũt parasti cuius erũt? Sic est qui sibi thesaurizat, & nõ est in deũ diues**, Stultus reuera qui sibi nestoris annos promittebat, in consulta Athropo. Repetent inquit a te animã exactores quidã crudeles. Chryso. Exposcebãt enim fortisã eam terribiles quędam virtutes ad hoc missę. Quoniã si de ciuitate in ciuitatẽ transeuntes, egemus ductore, multo magis anima absoluta a corpore, & ad futurã vitam trãsmigrans, indigebat ducatu. Ecce ego inquit ingredior viã vniuersę carnis. Ob hoc multoties recusat anima: cum debet exire de

3. Reg. 2.

B corpore, etiã anima Hilarionis viri integerrimi. Semper enim stimulat nos cõscientia peccatorũ, sed pręcipue cũ debemus trahi ad iudiciũ. Tunc enim tota cõgeries criminũ innouatur, & prę oculis posita: mentem percellit. Et sicut custodię semper quidem dolorosi sunt, tũc autem pręcipue cũ debent iudici sisti, sic & anima semper quidẽ mordetur a verme, dicens, omnis qui inuenerit me, occidet me: tũc autem magis cũ viderit adesse exactores. Marius primus omnium romanorũ septies cõsul obijt annorũ duorũ & sexaginta. Difficile dictu paludatus ne magis [illegible] fuerit, an perniciosus in toga. Verũ inexpleta honorum cupiditas, omniũ illi malorũ causa fuit. Moriẽs crudelẽ fortunã dixisse fertur, q̃ priusq̃ cõsilia & vota sua explere potuisset, vita decederet, omnia successuum & honorũ quę illi in vita cõtigerant: vt ex ipsius apparet querela oblitus. At quãto Antipater Tarsensis gratior, qui vita migraturus, eidẽ fortunę gratias egisse fertur, q̃ cũ semel omnino se mari credidisset, optima vsus esset nauigatione. Hic itaq; qui centũ sibi promittebat annos, nõ per annauit, vt ina pernoctaret. Sed sic certe res habet: qui totus ex fortuna

Genes. 4.

Marius.

Hierony.

C pẽdet, nec sacietatẽ sentit vllã, nec integrã fęlicitatẽ. Quã fęlicitatẽ? Diues & fęlix inq̃t Hieronymus: nemo esse potest. Hac igitur nocte repetet anima a te, cũ enim dixerint pax. & c. 1. Thess. 5. qua male abusus es. Gregorius. Nocte anima reddere permittetur, qui nocte nõ prouidens, in tenebris cordis abstrahitur. Nã si sciret hic bonus quã hora exactores sui venturi essent: vigilare vtiq; Matth. 24. At qui hic totus erat vigil & pernox, Sed exactores nõ perfosso pariete, sed per fenestras irruperũt, quas in caute muniteras. Et vide mecũ quomodo cũ homine mox fatang [illegible] futuro tã familiariter loquitur deus, dicẽs, stulte, nec habiturus pęnitentię locum, vt vel herede instituerẽt. Nã dictũ est ad eum, quę parasti, cuius erũt? Intestatus obijt: vilicus enim erat [illegible] fortunam suam lamẽtaretur rogatus a Catone causam tã atrox luctus: ego inquit ago annũ 77 sepeliui parẽtes, auiam, duas amitas, patrueles quinq; sorores nouẽ, vndecim fratres, tres vxores, ancillas cõcubinas quinq; quatuordecim filios septem filias nuptas, septẽ & triginta nepotes, neptes quindecim, duos amicos quasi anima mea. Tãdẽ inter tot clades vnũ nepotẽ reliquit mihi fortuna: & eũ pessimũ, cuius oĩa erũt quę cõgregaui. Sed diues iste adhuc infęlicior est: quia & anima sua a modo iam nõ eius erit: & quę congregauit per nefas, nescio cuius erunt. Ad aliud igitur exercebat animã per cogitationem, sed alio missus est per sentẽtiã. Dicẽte pphe-

Hystoria.

Hab. 2.

ta, vide ne repẽte cõsurgat qui mordeat te. Et mortuis et Le aspides insanabilis. Deut. 32. Sic est qui thesaurizat in terra, & nõ est in deũ diues. Quid est esse diuitem in deum? Argentũ & aurum nõ est mihi, quod autem habeo: hoc tibi do. Actu. 3. Item illud tanq̃ nihil habẽtes: & omnia possidentes. 2. Cor. 6. Fenerat

Prouerb. 19.

autem domino, qui miseretur pauperis, pro ignore autem isto quod accomodauimus domino (2. Reg. 1.) Cẽtuplũ accipiemus, & vitã ęternã. Matth. 19. Diues autem hic qui nihil dedit domino ad vsuram, vacuus descendet ad tartara, ferens tantum secum importabile onus peccatorum suorũ. De quo vide Ezech. 32. Vos autem nolite in sublime extolli. Luc. 12. Augustinus. Primum enim homo temporalia ad necessitatem implendam quęrit. Cum ad hec abundauerit, incipiet superbire. Tale est hoc, ac si se vulneratus quis iactet q̃ habeat multa emplastra domi & lemuscos: cum hoc melius illi esset, vt vulnera non

Augusti.

E haberet nec vno quidem indigeret splenio vel emplastro. Sed Martha non raro turbatur erga multa superflua: cum vnum tantum sit necessarium. Luc. 10.

Caput. vij. Nolite timere pusille grex: vendite vestra, date eleemosinam. Vbi est thesaurus ibi & cor. Sint lumbi vestri pręcincti, & lucernę ardentes, & c. Quis putas est fidelis seruus, beatꝰ ille seruus quem dominus inuenerit vigilantem.

Nolite timere pusillus grex paruule gregule, quia cõplacuit patri vestro dare vobis regnũ. Luce. 12. Vendite quę possidetis, & date eleemosinã. Facite vobis sacculos qui nõ veterascũt thesaurũ nõ deficientẽ in cęlis, quo fur nõ appropiat neq; tinea corrũpit. Vbi enim est thesaurus vester: ibi & cor vestrũ erit. Sicut alias dixit Ambro. Raro quis excelsa virtus futuris commutat pręsentia, nisi forte vnus Abraham sed hic multa secũ tulit, imo vt pace eius dicam, ea tantum dimisit, quę ferre non potuit, & alter Moses, qui oues dimisit, vt pręficeretur populo dei: & fieret deus Pharaonis. Exo. 7. Omnes igitur pręferũt pascerem qui in manu haberũt: volanti vulturi. Et hec ratio est: q grex domini p pusillus est, respectu eorũ qui adorãt statuã. Daniel. c. 3. Vnde illud. Pene moti sunt pedes mei, videns pacẽ peccatorum, fructũ abũdãtia oium bonorũ (copie cornu) qui & possidẽt ex annona filiorũ, & quomõ ducũt in bonis dies suos, Iob. 21. Et tu prope es ori eorũ vt annuas quicquid petierint, & lõge a renibus eorũ, quia flagellum nunq; appropinquauit tabernaculo eorũ. ps. 90. Et si appropiquauit aliquãdo, firmamentum in plaga eorũ nullũ. In labore hoium nõ sunt sed vocãt nomina sua in terris quasi gigantes illi famosi scientes bellum. Baru. b. 3. Et tandẽ ingrediũtur in abundãtia sepulchrũ, sicut infertur aceruus tritici in tẽpore suo. Rursus arduũ est, crucẽ cordis tollere, et cũ carne domestico hoste cõfligere, possidere ad fores vitulũ repellere, quod certe nec Sãson potuit perficere. Iudi. 16. Arduũ est spẽ factus retis magno emere, tolleri palliũ tunicã dimittere: remittere fratri ex corde. Matth. 18. Ideo igitur quia hec omnia & singula ardua sũnt, grex domini pusillus est. Tamẽ vos qui de numero estis tercentum, qui stãtes (inclinati iacẽ parum) in aqua & lingua aquã more canum hauritis, nõ magnum est quod suadeo: vẽdere pręsentia, & reponere in manus pauperũ, iuxta verbũ Laurẽtij (ipsi enim sunt sacculi qui nõ veterascũt) quoniã complacitũ est patri vestro pro exiguis externa & pro terrenis dare cęlestia, quę in cor hominis nõ ascederũt. 1. Cor. 2. Quo inquit fur nõ appropiat. Augusti. Intelligat charitas vestra. Si amicus tuus intraret domũ tuã, & inueniret te in locũ humidũ frumẽta posuisse, qui forte sciret naturã corruptionis humorũ quã tu nesciebas: daret tibi huiusmodi cõsiliũ dicens frater perdis quod cũ multo labore collegisti. In loco posuisti humido frumẽta, paucis diebus ista putrescũt. Horrea quidem tua pulchra sunt & capacissima & latronibus tuta, at a tineis vnde tueberis, & ab humiditate? Exẽplo sis tibi ille, qui auari vit, quę cõgregasti, cuius erunt? itaq; respõdebis. Quid facio frater de frumẽto meo? Leua in superiora: quo fures illi qui fecerũt ista cornua, nõ appropiãt. Sed tamẽ iam Iob anteuenerat fures illos, & parauerat ubi thesaurũ in coelo & sacculu ingentis summę. Sicut scriptũ est. Si negaui quod volebã pauperibus & oculos viduę expectare feci: & cętera quę habes Cap. 31. Tu igitur para tibi saccũ vnum vel plures ex his qui reuera nõ veterascũt: vt cũ defeceris in senectute bona & plenus dierũ, recipiãt te in ęterna tabernacula. Ex quibus quãdo hec dicebat dominus, grex eius pusillus erat numero, merito maximus. Nũc vices cõmutatę sunt, arca dei plena est quadrupedibus & volucribus: sed homines vix octo, quorũ erat cõuersatio in superioribus arcę. Leosthenes dux creatus, & cui dã pręfectus bello, cum ingẽtes copias coegisset: & multi mortales tum numerũ tum militũ ornatum admirarẽtur, rogatus Phocio qualis sibi ille exercitus videretur, belle me Hercules inquit ad stadium decurrẽdum instructus, lõgitudinẽ vero belli curium expaueo, q ciuitati nostrę intelligo, neq; naues neq; militẽ neq; pecuniam in supplemẽtum superesse. Hoc est pręsentibus cõtenti sumus, futura non prouidemus. Quomodo & alter dixit; cum infesto Marte pugnatum esset, romanorũ multa corpora video, romanũ nullum. Dicamus nos, christianorũ multos videmus, qui oia sua pauperum visceribus incluserũt: corpora pro domino (sem adinatõ) igni tradiderunt, loquentes angelorum linguis, sed thesauros in terra cõdũt quia vt hominibus placerẽt: talia factitabant. Chrysost. Et sic cũ indulgẽtia possum dicere: maiorẽ dat virtutẽ homini hypocritę cõcupiscentia vanę laudis, q fidelibus spes regni coelestis. Tamen vos quicũq; numero ouium mearũ censemini, nolite despõdere animum, quia cõplacuit patri vestro dare vobis regnũ. Pusillus est grex christi: quia in ciuitate Hiericho vna tãtum domus seruatur ab excidio. Iosue. 6. In ciuitatibus quinq;, tres animę tantum eruũtur quasi per vim ab incedio. Genes. 19. Et inter cõdensas cadentium in gladio turmas, vix decẽ reperti sunt signati signo salutis. T. qui effugerunt aciem gladij coelestis vindictę, hoc enim significat littera. T. Quę extrema est alphabeti hebraici, iuxta quod dicit Hieronymus, q in multitudine pec. ãt. ã religio sę super fuerit sanctorũ, septe milia videlicet. 3. Re. 19. Lis erat olim grãdis inter leenã & vulpem super generositate, & cum vulpecula altu omni soluto, extremũ hoc obiecisset per inde ac in eludibile: multos pario catulos, tu vero vnũ, generosa leena respõdit, vnũ quidẽ pario id verum, ἀλλὰ λέοντα, alla leonta, vnũ sed leonem: quod in prouerbium abijt, quãdo dicimus animi pręstãtiam virtutẽq; insignem spectari oportere nõ vilem numerum & inutilem quo vulpes obgãniens superbiebat. Aristoteles de partu leęnę aliter sentit. Ad idem facit quod legimus apud Plutar. Post aduersam Agidis pugnã Antipatro petente obsides pueros. 50 Eteocles Ethorus dixit, se pueros quidẽ non daturũ, ne paterna priuati educatione, malis moribus imbuerẽtur, quo sane carẽtes ne ciues quidẽ essent sed senes ac mulieres duplo si velit plures daturum. Illo grauia minitãte, nisi acciperet, vna voce respõderũt. Si grauiora morte imperitas, facilius moriemur. Nõ igitur refert an sit multitudo credentium, sed illud maxime refert, an omniũ ouium christi sit cor vnum & anima vna, idẽ velle & idem nolle. Quod aũt sequitur, vbi est thesaurus tuus, expositũ est Matth. Cap. 6. Est enim iuxta Augustinũ anima nostra verius vbi amat, q vbi viuificat, dicente Paulo. Gal. 2. Christo confixus sum, viuo iam nõ ego. Quia anima eius versabatur in cęlestibus non tantum triduo, sed annis sex & viginta. Sunt lumbi vestri pręcincti

Ambro. Genes. 12. ps. 72. Hiere. 12. ps. 48. Iob. 5. Matt. 5. Iudi. 7. Augusti. Luc. 16. leosthenes Marcellus Chrysost. Ezech. 9 Hierony. Fabula. Plutarch. Actu. 4. Augusti. Luc. 12.

F G H I K

precincti, & lucernę ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectãtibus dominum suũ, quãdo reuertatur a nuptijs, vt cũ venerit & pulsauerit: confestim aperiant ei. Beati serui illi quos cũ venerit dominus: inuenerit vigilãtes: amẽ dico vobis: ꝙ pręcinge se: & faciet illos discũbere: & transiens ministrabit illis. Celebraturo in mysterio pascha suum populo iudaico: & mox egressuro de ægypto (vtinã autem corde sicut & corpore) ac festinãti ad terram quę fluit lacte & melle, talia dantur mãdata, vt ante omnia renes suos accingãt: & calciatis pedibus, baculos tenẽtes, agnum festinãter comedãt: qa nõ habẽt hic ciuitatẽ manẽtem. Quattuor igitur hęc quę iubẽtur facere, videlicet renes accingere: baculos tenere, calceatos esse: vesci festine, nihil aliud ostendunt per mysteriũ, ꝙ oportere nos semper in procinctu esse, & similes iudęis illis expectãtibus imperiũ Mosi serui dei, quãdo iuberẽtur egredi de terra seruitutis, iussi eñ sunt (cogẽte pharaone) exire nactu, ideoꝗ licet scriptũ nõ sit, simul cũ pręcinctis lumbis lucernas tenebant. Nã in tenebris pascha illud mirabile iuxta mysteriũ quomodo celebrarẽt? Illi ergo parati erãt: vt sequerẽtur ducãtum angeli qui pręcedebat eos in colũna nubis & ignis (Num. 9.) vt introduceret eos in terrã quę deuorat habitatores suos, quã sępe pęgsi vię tędio ꝓ nihilo habuerũt ps. 105 Nos aũt ꝑcinctis lũbis ꝑcinctis & mamillis vt sim⁹ casti corde & corpe, carnẽ redigẽtes in seruitutẽ spiritus, & lucernas tenẽtes iuxta illud, inter impios lucetis sicut luminaria cęli, stemus super custodiam nostrã, vt cũ venerit & pulsauerit, nõ dicamus, expoliaui me tunica mea: quomodo induam illam? Si enim cũctabundus surgas, abeũte occasione, remanebit penes te comes pęnitẽtia, & talione mulctaberis, quod videre licet in illis ꝗn ꝗ virginibus fatuis, qui pulsant, sed bylã inclamãt. Ad hęc Gregorius: Quid est ꝙ lumbis pręcinctis lucernas copulauit? Virtus eius in lumbis eius & fortitudo eius in vmbilico ventris. Est sedes libidinis viris in lumbis, fęminis in vmbilico. Vnde illud Ezech. 16. Quando nata es o meretrix, nõ est pręcisus vmbilicus tuus. Et Dauid qui vxorẽ rapuerat alienã. lumbi mei inquit impleti sunt illusionibus. Psalm. 37. Itaꝗ lumborum nomine castitas pręfiguratur. Sed sicut dicit Hieronymus: multa sunt quę bono ꝓpria carẽt, nisi aliarũ rerũ iuuẽtur auxilio: vt est mellis species, nisi cerarũ custodia & fauorum cellulis cõseruẽtur: naturalem gratiã perdit. Sic vini species boni odoris vasclm quęrit, vt genuinę suauitatis gratiam nõ amittat. Sic virginitas propter vitam ęternam seruatur, sed ecce quinꝗ virgines pręcinctę erãt, quia virgines erant: tamẽ quia lucernas moribũdas tenebãt (lãpades nostrę extinguitur) & pulsante domino nõ aperuerũt, foris remãserũt. Vnde videtur esse eadẽ parabola illa decẽ virginũ cũ ista de pręsenti loco. Nõ igitur sufficet castitas sine bono opere, nec bonũ opus est aliquid sine castitate. Siquidẽ oportet nos habere testimonium etiã ab ijs qui foris sunt. 1. Tim. 3. Et prouidemus bona nõ tantum corã deo, sed etiã ante homines. Nã & teste Nicia, vitę nostrę pręsidem turbã fortissimus, multitudiniꝗ procul dubio seruire cogimur. Quod autem dicit, quando reuertatur a nuptijs, nuptias vocat cum diẽ, quo assumptus in cęlum, carnem nostrã in paternę glorię dextera collocauit: dicẽte propheta: astitit cõiunx a dextris tuis. Venit vero cũ diem suum iam in ianuis adesse prenũciat. Pulsat, cum per ęgritudine molestias mortem vicinam denuntiat. Veruntamen dies domini si Paulo credimus, tanꝗ fur venit & in expectatus, sicut Heli sacerdoti, sicut Sisarę, Iudi. 4. Item Ozę, 2. Re. 6. Sed vndas numero. Beati aũt serui qui cõfestim aperiũt pulsanti, Sicut Aaron. Nũ. 20. Et Moses, Caꝑ. 34. Nã aperire iudici pulsanti nõ vult, qui exire de corpore trepidat, scit enim ꝙ ad diẽ perditionis seruatur (quis autem non pertimescat?) & videre eum quem cõtempsisse se miser meminit iudicem formidat. Oportet igitur vt iuxta prouerbium leporis vitã viuamus, semper anxij & trepidi. Animal enim hoc omnium pręde expositũ, ne somnũ quidẽ capit, nisi oculis apertis. Beati autem serui, quos cũ venerit domin⁹ &c. Et vnde beati serui, de muliere nati, qui & breui viuunt tẽpore. Iob, 14. Et interim multis replentur miserijs: Et iuxta Paulũ, cotidie moriantur vnda excipiente vndam, & pugna pugnã: & tentatio tentationem: & semper incipiendum ab vltimis, alioqui vndas numeras & nescis. Vnde beatus, qui exclamat: o me infelicem, qui captiuus ducor. Hieronym. Reuera nihil homine iusto fortius, qui vincit diabolum, nihil imbecillius, qui a carne superatur. Dauid Goliã postrauit, fęmine manus dedit. Idem pater in Samsone. Beati tamen serui illi qui si alias dormitauerint cum Helia, tamen dormiẽtes vigilãt, vt cõfestim aperiant pulsanti: quẽdoquidem dominus par pari repẽdens, pręcinget se, & faciet illos discũbere, qui tamdiu pręstiterunt in stadio nunc currentes (nõ in incertum) nũc pugnantes (nõ tamen aerem verberantes) nũc luctã conferentes sed nõ cũ laruis, sed iuxta eũdem Paulũ, bonũ certamẽ certantes, cursum cõsumãtes, fidẽ seruantes. Quod reliquum est, igitur pręcinget se dominus ad retributionẽ coronę iustitię, & transiens ministrabit seruis illis. Quomodo aũt transire dicitur, qui nusꝗ deest? Primum dicendum nõ omnia quę in parabolis dicũtur exponenda esse, sed dictum est, trãsiens, quia qui multis ministrat, transit ab vno in alterum & sic cõsequenter. Trãsiet tamen amans in amatum, quãdo repleuerit in bonis desideria nostra, in bonis inquã quę in cor hominis nõ ascẽderunt. Quãdo vtroꝗ irriguo potabimur, Iosue. 15. Quãdo paruulorũ more sugemus, & replebimur ab vberibus diuinę cõsolationis. Esai. 66. Quãdo abũdãtius tribuet, ꝙ petimus aut intelligimus. Ephes. 3. Quando videbimus oculo ad oculum deum sicuti est in mãsionibus illis de quibus Ioã. 14. Pręteriens itaꝗ, & obseruans quid quisꝗ postulet ministrabit illis. Quę? Quis potest capere quantus sit deus? Et manifestum est ex seraphim, qui se obtegũt propter excellentiam diuini luminis, Erit itaꝗ deus omnia in omnibus iuxta Paulum, 1. Cor. 15. Et hęc est summa bonorũ quę ministrabũtur seruis illis beatis, pro labore horę vnius in vinea patris familię, Matth. 20. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit: & ita inuenerit, beati sunt serui illi. Nõ refert inquit qua parte noctis veniat (id enim incertum esse voluit) sed quacũꝗ vigilia noctis venerit (sunt aũt in nocte vigilię

militares

Exo. 12. Figura. Heb. 3. Num. 13 Canti. 5 prouerbiũ Gregorius Iob. 40. Hieronim. Matt. 25. 2. Cor. 8. Nicias. 1. Thes. 5. 1. Reg. 4. Iob. 21. prouerbiũ 1. Cor. 15. prouerbiũ Hierony. prouerbiũ 1. Cor. 9 2. Tim. 4. 1. Cor. 2. Esai. 52. Esai. 6. Theophy

militare(qui attuor)beati futuri sunt:si dominus inuenerit eos ostiū suum implētes. Ex quibus verbis illud innuit dominus, q nunq̄ in hac vita cessandū est, sed ita viuēdum, quasi dies ille hodie sit vēturus: de q dicitur, iā nō poteris villicare. Luc. 16. Et rursus, auferte ab eo minā. Luc. 19. Et illud. Dicit spiritus vt requiescāt a laboribus suis. Potest & illud dici: q nō omnes vocatur sicut nec ad vineę culturā, ita nec ad rationē reddēdā villicationis suę (Luc. 16.) In eadem parte & vigilia noctis, sed alij iuuenes, alij adolescētes, alij ętatis integrę, alij senes, alij decrepite ętatis, sicut patet ad sensum. Beati igitur sunt illi qui etiam dormiētes, argi sunt: quorū inter dormiēdū cor vigilat, quia viri sanguinum nō dimidiāt dies suos, quia nunq̄ incipiunt viuere, ut scriptū est Esai. 38. Dū adhuc ordirer: succidit me, nihil stultius, nihil vitiaci? Sed vide quid sequitur. **Hoc autem scitote: quoniā si sciret pater familię, qua hora fur veniret, vigilaret vtiq; & nō fineret perfodi domū suam. Et vos estote parati, quia qua hora nō putatis, filius hominis veniet.** Quid certius morte inquit Augustinus, & quid incertius hora die mortis in certius? De die inquit illo neq; angeli sciunt, neq; filius, nisi solus pater. Matt. 24. Quod non tantum de resurrectione generali omniū verū est, sed diem & horā mortis suę nullus certo nouit quod pater in Isaac immolādo &c. Idē habes in Susanna. Dan. 13. Nā & homines qui diluuio absumpti, nouissi sciēt qua hora cataclysmus inundaturus esset, cōfugissent ad arcā, quā tamē iam a foris clauserat dominus. Imo inundāte iā diluuio dece vel octo diebus, nō credebāt orbē submersum iri. De quo dicitur Mat. 24. Si itaq; sciret pater familię qua hora Dietarius vēturus esset, vigilaret sciēra. Ponit enim dominus velut parabolā hominis alicuius: cuius domus inter dormiēdum perfossa sit. Nullus inquit pater familię tam socors esset, qui pateretur domū suam a fure nocturno perfodi, si certo nosset quo tempore venturus esset. Quod si illi vigilat: ne fraudetur & spolietur bonis suis: quanto magis vobis vigilādum est, ne pereat omnis labor vester & impensa: Qui labores: quia pertulistis portādo pōdus diei & ęstum in cultura vineę patris familię. Matth. 20. Castigādo carne & in seruitutem redigēdo spiritus. Estote igitur parati, precincti lūbis, ardētes lucernas, imitātes grues. Hę enim quādo proficiscūtur, iuxta Plinius. Lib. 10 Cap. 23. Cōsensu: volāt ad prospiciendum alte: ducē quem sequātur eligunt, in extremo agmine per vices acclamāt dispositos habent & qui gregē voce cōtineāt. Excubias habēt nocturnis temporibus, lapillū pede sustinentes, qui lassatis somno decidens, indiligētiā arguat. Cęterę dormiūt capite subter alam cōdito: alteros pedibus insistentes. Dux erecto prouidet collo ac prędicit. Vade igitur ad gruem o piger, & disce vigilātiam, quia re vera, qua hora nō putaris venturus est fur, & eo tempore, quo multos desistentes pręoccupabit. **Ait autem ei Petrus. Domine ad nos dicis hanc parabolam an ad omnes? Dixit autē dominus. Quis putas est fidelis dispēsator & prudēs, quē cōstituit dominus super familia suā: vt det illis in tempore tritici mēsuram?** Ad hāc Petri interrogationem ita dominus respōdit vt intelligat Petrus: multa quidē ad omnes pertinere, qui sunt ex auditoribus, sed pręcipue illorum referre qui duces sunt verbi, & pastores animū christi. Quod dicit, quis putas: per idē valet vt quis. Quē inquit arbitraris esse seruum fidelem, rara auis, (pugnāt enim cōiter ex diametro seruitus cū fidelitate) quem cōstituit dominus super familiam suam. Dicēdo aūt, quē cōstituit dominus, ostēdit q multi per se instituuntur sicut Dathan & Abirō, multi constituuntur a regina pecunia, multi ab ancilla ostiaria simonia. Itaq; si rerum preciositas de raritate pēsatur, quid rarius? inter tot examina pastorū aut mercenariorum q̄ vnus fidelis & prudens, quē reuera dominus ipse instituerit? Dicens fidelem: Iudā notauit, qui fur erat. Ioan. 12. Dicēdo aūt prudens, Petrū admonuit qui quia temere se admiscuit iataoq ministris, negauit in genue veritate, quā ei pater cœlestis reuelarat. Dictū est ad Noe Te vidi iustū & prudētē qui des dimēsum cibū in tempore (siquidē beneficium nō in tempore nomē beneficij perdit, post bel uni videlicet auxilium) bobus, equis, asinis, capris & omni volatili in arca inclusis. Dictū est de Mose ecce cōstitui te deum Pharaonis. Exo. 7. Dictū est de Aarō, quē elegero, germinabit virga eius. Nū 17. De Dauid, surge, vnge eū, ipse est enim. Tanq; igitur rē Charā & carā inuentuq difficilem, dixit quis inuenietur fidelis & prudēs, qui nō sua quęrat, qui totus sit oculus: sit Ianus & Argus, vt pręficiatus familię christi. Nā Iudas a deo infidelis erat: vt preciū mūdi in suum verterit lucrum. Sabellicus. Tāta in Hanibale duce vis esse credebatur vt nibus circa illū inuētibus, magno tamē terrori esset hostibus. Nec mirū, in nullo imperatorū maior viguit solercia, quę tāta in vno extitit, vt eū tot annos in hostili terra exercitū ex omni colluuione gentiū mixtum rexerit, quibus nō lex, nō mos, nō lingua vna fuisset aliusquidem habitus alia vestis alia arma, alij ritus, alia sacra, ita tamen arcto vinculo oīum animos copulauit, vt in summa itipēdij & rerū omnium penuria, nullam sit expertus seditionem. Audi & Plutar. Neq; enim tanq̄ ad nundinas & lucel a eundē est ijs qui sibi gubernacula reipublicę cōmitti volūt, quēadmodū Stratoclem illum & Dromoclidē accepimos, solitos se se mutuo ad messam auream inuitare, sic enim laco tribunal & curiā appellitare cōsueuerūt. Ad hęc Chryso, Rarus est dominoo propter dominū seruiēs, de quo Malach. Cap. 1. Quis in vobis qui claudat ostia, & incēdat altare meum gratuito? Hieronymus. Nō dico pōtifex, nō sacerdos, nō leuita, nō cātor, sed nec ianitor quidem & is qui ignem supponit altari eiusque iisi sine mercede. Significat autē decimas oīum frugū quę erant ministrorū templi. Et prudēs inquit, quia in omnibus oportet a sei pso agat, cū nō possit dominum cōsulere sicut Moses seruus dei, de quo vide Nū. Cap. 7. in fine. Vide. 1. Petri. 5. In principio. Vt det illis inquit triticimen suram. Grece σιτομετριον, sitometrion, quod referri potest ad omnem cibum, id quod latine vocāt demensum, siue quod ad certum modū tribuatur, siue q in singulos mēses redderetur iuxta donatiū. Quē inquit cōstituit dominus dicens, pasce pasce, pasce oues meas. Siquidem multis cōpetit illud. A remo ad tribunal, dicisalitum, vbi quis repente (Saul & Dauid) ab infima cōditione prouehitur ad honesti muneris adaw-

Apoc. 14. Matt. 20. Canti. 5. Psal. 54. Augusti. Genes. 22. Genes. 7. 1. Cor. 9. Grues. Num. 16. Matth. 16. Genes. 6. 1. Re. 16. Sabellicus Hanibal Plutar. Chrysost. Hierony. prouerbiū

F G H I K

muneris administrationē. Id quod haud scio an vlli cōtigerit fęlicius nostro sęculo q̄ Iulio secundo. Nā ferūt hūc iuuenum ad stipē s. alnū remo subigere solitū. Et tamen a remulco nō solū ad tribunal verum etiā ad summū illud rerū humanarum culmē euectus est, deo volēte, vel cōniuēte. De prudentia autem ita dicit Plato. Beatissimas fore respublicas, si qui earum gubernationi pręessent, aut sapientia prędıti essent, aut studio sapientię tenerētur. Nā si cęcus cęcum ducat &c. Matth. 15. Consummato pręlio quodam ab Alexandro in vrbe Nisa, ex obsessis vrbibus supplices aduenere legati. Qui primū in armatum terribilē cōspicati virū, stupore perculsi, stetere. Allata post modū sella, grādęuū quendā nōie Acuphin sedere iussit. Tū eius splendorem ac clementiā admiratus Acuphis, interrogat, quid nam facturi tuam assequi beneuolentiā possumus? Cui Alexāder. Si suū te ciues principē creauerint, & ad me centum prętātissimos miserint viros. Tū ridens Acuphis, maiore cū dignitate imperabo inquit, si nequissimos ad te misero. Sapiētię plenū verbum & tāta senectute dignū, ac ipse pręterea dignus qui cōstitueretur super illā prouintiā. Audi alterū. Taxiles princeps ęgyptius his verbis aggreditur Alexandrū, quē salutatum venit. Equidem si te ditior aut locupletior sum, in dandis ad te beneficijs paratus aduenio, sin inferior existo, tua in me cōfer officia. Alioqui quid mutuo decertandū est nobis bellum, si nō aquā aut necessariū nobis cibū intercepturus aduētaris? Pro his enim duobus strenuos ac sapiētes viros belligerare decet. Ea re lętatus Alexāder, virū comiter amplexus: at qui putas ait sine bello hac sermonū familiaritate nos amicitiā esse assequuturos? At qui ne superes faxo. Ego enim hoc vno tecū bellandi genere coixissime decertabo: (id belli genus apud nostrates insuetatū est) ne q̄uis frugi vir, & cōspicua benignitate existas, ingratitudine vincar abs te. Id quod re impleuit Alexāder, paucis ab illo acceptis, & multis collatis. Ita sermo principis huius eruditus & mollis, & fregit animos Alexādri: & sine belli strepitu pacē suę quęsiuit prouintię cū multa summa pecunię. Dominus inquit dedit mihi linguā eruditā, vt sciā sustētare eū qui lassus est verbo. Hieronymus. Magnę ergo scientię est dare in tēpore cōseruis cibaria: & audientiū cōsiderare personas: sunt enim multi qui pro aure calcaneū curant, aut eundē calceū omni aptāt pedi, pro lachrymis risum sępe excitātes in ecclesia. Beatus ille seruus quē cū venerit dominus, inuenerit sic facientē. Vere dico vobis, quoniā super oīa quę possidet cōstituet illū. Siquidē exploratā habens dominus fidelitatē eius in paruis, in dimēsis videlicet, pręficiet eū omni terrę ęgypti: ac veluti terrā omniū cōsortem habere dignabitur, iuxta illud, tu eris super domū meam (nunquid enim sapētiorem aut cōsimilem inuenire potero?) & ad tui oris imperiū cunctus populus obediet, vno tantum regni folio pręcedā te, & cętera quę habes Genes. 41. Cęterum stella a stella differt: & Paulus pastor pro decem milibus computatur, sicut dictum est pastori vni constituto super gregem domini. 2. Reg. Cap. 18. Vnusquisq; tamen mercedem accipiet iuxta laborem impensum.

Iulius. — Plato. — Alexander. — Taxiles. — Esai. 50. — Hierony. — prouerbiū — Matth. 24 — 1. Cor. 3

Caput. viij. Continuatur materia de seruo infrugifero, qui vapulauit. Plagis multis: ignem veni mittere in terram baptismo suin baptizād⁹ & coarctor &c. De galileis quorū sanguinē Pilatus miscuit cum sacrificijs eorū. De illis quos opp. sit turris siloe: q̄ erāt numero duodeuiginti

Quod si dixerit seruus ille in corde suo: moram facit dominus meus & cęperit percutere seruos & ancillas: edere & bibere: & inebriari: veniet dominus serui illius in die qua nō sperat & hora qua nescit, & diuidet eū partemq; eius cum infidis ponet vel hypocritis. Iuxta Matthęū, fidus enim nec simulat neq; dissimulat. Itaq; si seruus ille versipellis nec probatę fidei fuerit, nec prudēs, sed elatus absentia domini sui, ac cōmissa pręfectura dixerit secū, dominus meus fortasse nunq̄ rediturus est, faciā quod libet: & abutens potestate sibi tradita, cęperit (ex pastore versus in mercenariū aut in predonem) sęuire in cōseruos & ancillas, immemor verborū illorū: rectorem te posuerūt esto in medio eorū (noli extolli) quasi vnus ex ipsis: quasi paruulos & nutrix fouet filios suos, nō solum nō pascēs: verum pro cibo reponens verbera: & dicens: ego cędā vos scorpionibus. 3. Reg. 12. Ipse autē interim epuletur cotidie splendide & inebrietur de sanguine sanctorū. Apoc. 17. Domini bona luxu & epulis prodigens, quid futurum sperat in tali & tam nefando nebuloni? Veniet dominus die & hora q̄ nō sperat: & amputatus a familia sua Depositus ob administratione. Ligatis manibus & pedibus proijcietur in tenebras exteriores: & partem eius ponet cū his qui nō credūt: & ira dei manet super eos. Ioā. 3. Sic diuisa est anima Baltasar a corpore suo, & regnum diuisum Medis & Persis. De quo vide Danie. 5. Sunt ergo serui quidā infideles, qui desperātes: semetipsos tradiderūt (ac venū dederūt) vt facerent malum Ephe. 4. Pro desperātes Grece est ἀπηλγηκότες: apelgecotes: significat autem eos qui post q̄ peccauerunt, nō dolent quasi dicas indolorios: qui nequaq; sentiētes ruinā suam: qui aūt sentiant cum sint opinione Sadducei, feruntur in pronum: & tanq̄ bestię ferrū videntes: in mortem ruunt: qui a cū pacta fecerūt. Esai. 28. Qui non modo non dolent: imo & gloriantur, putantes se quandam turpitudinum palmam & victoriā cōsequutos. Hinc ergo incipiunt insanire, bibere & saginari tanq̄ pecora ad laniena destinata. Hiere. 12. Sicq; sensim paulatimq; descendunt in malorum profundum. Prouerb. 18. Sic hora qua non putat seruus hic vrgebit super eum puteus os suum: corpus tradetur vermibus: anima exactoribus de quibus supra diximus hoc Cap. Luce videlicet. 12. De huiusmodi seruis vere dixeris illud ex triuio, frōs occipitio prior, Et q; sensu tutius geri negocia, vbi pręsens ac testis adest, is cuius agitur negotium. Vnde prouerbium

Matth. 24 Luc. 12. — Eccli. 32. — Hierony. — Ps. 68. — prouerbiū

Plinius. Maio-

Plinius. Plinius. Maiores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt. Aristoteles. Quidã interrogatus, quę
A. Gellius res potissimũ saginaret equum, respõdit, oculus domini. Vnde illud ex Gellio. Cũ quidã corpulentus ac
nitidus, equum haberet macilentu ac strigosum, rogatus quid esse in causa, respõdit, mirũ nõ esse debe-
T. Liuius. re, quandoquidẽ ipse se pasceret, equum curaret seruus. ita dixit & Titus Liuius, nõ satis fęliciter solere
Terentius procedere, quę oculis agas alienis. Et illud Terentij, ita vt fit domini vbi absunt, significans peregre pro-
fectis heris, ministros ea facere indiligẽtius & peccare licẽtius, sicut in pręsentiarum videre licet. Ille
aũt seruus qui cognouit voluntatẽ domini sui, & nõ se pręparauit, & nõ fecit secun
dũ voluntatem eius: vapulauit multis. Qui autem nõ cognouit, & fecit digna pla-
Plutarch⁹ gis: vapulauit paucis. Iuxta Plutar. Maxima nec peccãti seruo infligebatur pęna, vt is plaustri lig-
num cui temo astringitur spectãte vicinia ferens circũ ageretur. Quod vbi factum erat, infidus a domesti-
cis & vicinis existimatus, furcifer appellabatur. Vos aũt eum timete qui corpus & animã potest perdere
Chrysost. Matth. 10. Chrysost. Vide q̃ multa varia discrimina in vno peccato cõsiderãtur. Aliud ante legẽ aliud
post. Aliud sacerdotis, aliud principis, aliud laici, aliud ditissimę, aliud pauperrimę: aliud filię sacerdotis
aliud ancillę: aliud ignorãtis, aliud scientis volũtatẽ domini sui. Sed & post exẽpla peccare, grauioris pę
Leui. Cap. nę causa est, sicut in Cain & Lamec. Grauius etiã in delitijs peccare, sicut epulo ille. Luc 16. Prodit em
4. 5. 21. quasi ex adipe iniquitas illorum. ps. 72. Locus etiam iuxta illud, auferte ista hinc. Ioan. 2 Et illud, quem
occidistis inter templum & altare. Matth. 23. Et personis, quia aliud est peccare in deum, aliud in paren
tem, aliud in fratrem, proximum, aliud in extraneum. Item quando seruus peccans, multa bona conse-
quut⁹ fuerat a domino suo, sicut dictum est ad Dauid, ego te eruli, & c. 2. Re. 12. Ita dicit Paul⁹. 1. Cor. 10
Nõ simus cõcupiscentes malorum, ne q̃ fornicemur & c. Et infert apostolus. Hęc autem in figura facta
sunt nostri, qui certe ignorãtiam prętendere nõ possum⁹, ad excusandas excusationes in peccatis, cũ non
clam nobis sit, seruos illos de fornace ęgypti eductos donatos liberrate pro sua in deum ingratitudine
ps. 140. & corde adamãtino talia sustinuisse, qualia deus nõ fecit omni nationi. Aliud est enim preceptum trãs-
ps. 147. gredi, aliud trãsgressioni cõtemptum annectere. Vnde illud, Desperaui, nequaq̃ faciam. Hiere. 2. Suade-
batur autem a marito, vt adulteram resipisceret. Cũ igitur dici, desperaui: intellige q̃ nõ ignorans peccat,
sed volens & sciens manũ mittit in prauas, & prudens iuxta prouerbiũ, id quod est malorũ maximum
vnde vapulauit multis. Vnde illud Exo. 33. iam nõ depone ornatũ tuum, vt sciam quid faciã tibi. Nõ q̃
prouerbiũ deus scientiã mendicet a nobis, sed abiecto culriori ornatu, & assumpto cilitio & cinere, iuxta mensurã
cõtritionis cordis eorum qui tãto scelere morte deuouerãt, sicuti erat poterat facile, quãtum populo idolatrę
auferendũ erat de pęna imponenda a domino pro peccato illo, quo vitulo hostias immolarũt, dicẽtes, is-
Abulensis ti sunt dij tui, dignũ parcius operculum, iuxta mensurã enim delicti & medicinę acrimonia apponitur.
Deut. 25. Vnde illud, 2. Re. 7. Arguã eum in virga virorũ, & plagis filiorũ hominum. Horũ duorum prius refertur
ad gladiũ inimicorum, iuxta plaga: posterius aũt ad incõmoditates corporum humanorum: febres: pestes
1. Cor. 11. quibus pro peccatis suis homines a deo corripiũtur: ne cũ hoc mundo dãnẽtur. Seruus igitur sciens pec-
cans flagellatur gladio inimicorum, sicut Dauid qui prudens rapuit vxorẽ serui sui. Vide sentẽtiam latã
Figura. contra eum 2. Re. 12. Ignorãter peccauit qui flagellat⁹ est plagis maximis ppter sublatã vxorẽ ipsi Abrahę
Genes. 12. sed ipse sororẽ eã dixerat, dicẽte illa de viro suo, frater meus est. Plagę istę iuxta Hebręos hę sunt, q̃ cõ-
clusit deus vuluas ancillarum & ouium regis ne cõciperent, donec re intellecta, vxorem viro suo reddi-
dit. Dicamus aũt in laudem Sarę castissimę feminę. Ecce enim si ipsa diceret, vir meus est Abraham, ille
occideretur, & illa seruaretur & ex vxore vnius priuati hominis fieret vxor tanti regis. Sed dei prouiden-
tiam falli impossibile est. Habes aũt & 1. Re. 3. De altero seruo sacerdote licet, qui prudẽs & sciens pecca
bat sicut scriptum est. Prędixi Heli q̃ iudicaturus esset domum eius in ęternum (ecce vapulabit multis)
eo q̃ nouerat indignẽ agere filios suos (obserua verbum hoc, eo q̃ nouerat) & non corripuerit eos. Ipse
igitur corripietur plagis virorum, quia filios non corripuit, quos certo nouerat inique agere: & si corripuit
nõ seuere emendauit, sed eneruiter & verbis effęminatis, ideo vtrunq; vna die amisit in bello, ipse sub
eodem momento audiens captã arcã dei: cadens retrorsum e sella in qua sedebat, fractis ceruicibus, mor-
tuus est, 1. Reg. 4. Sed & in hoc seruus hic vapulauit multis, q̃ iniquitas domus Heli nullis muneribus ex
piata est, quia nullus de filijs suis successit ei in sacerdotij functione, quod ipse tenuit annis quadraginta
quia vterq; filius gladio occubuit Philisthijm. Omni autem cui multum datũ est: multum quę
retur ab eo: & cui cõmendauerunt multum plus petent ab eo. Quo sermone illud videtur
innuere dominus, q̃ qui gregi ecclesię prefecti sunt, onus susceperunt verius q̃ honorem & qui quinq; ta-
lenta acceperit, totidem redditurus est rationem, & ratio hec ad viuum exigetur. Vnde illud. Vę mihi est
1. Cor. 9 si nõ euangelizauero. Vę mihi si talentũ cõcreditum centuero in sudario, Luc 19. Vnde illud Iacob ad La-
Genes. 31. bã socerum. Oues tuę & capręę steriles nõ fuerunt, omnes gemellis fętibus, & sterilis nõ est in eas. Gen. 4
Genes. 30. Sed & illud refert nosse. Iacob propositis virgis ex parte nudatis a cortice, faciebat vt oues parerent fęt⁹
maculosos & respersos. Sed Iacob suis tantum cõmodis seruiebat nõ soceri, cuius erant greges. Decorti-
Gregorius care virgas ex parte iuxta Gregorium nihil aliud est iuxta mysticum sensum, q̃ sacrę scripturę in parte
seruare veritatem historię, & in parte requirere sensum allegorię, id quod Paulus multis in locis strenue
& fęlicissime facit, vt est illud verbi gratia, scriptum est, q̃ Abraham duos filios habuit. &c. Gal. Ca. 4
Et illud, maledictus qui nõ permanserit in omnibus quę scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. Gal. 3. Et mi
ca quę habetur. 1. Cor. 10. Et ad Rom. Ca. 9. 10. & 11. Et pene innumera per omnes epistolas suas numero
quatuordecim. Quod igitur dicit, cui multum datum est, ad scientiam legis refertur, quę posita est prout
dicit a saluatore mundo, more saccr nostri Beniamin. Genes. 44. Quod autẽ dicit, & cui cõmẽdauerunt
multum, ad

mirũ, ad omnes refertur, quę traditę sunt sodalibus veri pastoris, alii plures alii pauciores, nulli omnes, nisi forte Petro & eius successoribus. Non enim negãdũ est esse aliquas oues christi in aliquo orbis angulo & recessu, quibus tamen de christo non est annũciatũ, de quibus scriptũ est, reliqui mihi septẽ millia, &c. 3. Reg. 19. Ad omnes igitur qui ouibus christi pręsunt dicit Paulus. O Timothee depositum apud te custodi, quia cui multũ cõmendauerunt, plus exigẽt ab eo. 1. Tim. 6. Quę enim potest esse excusatio pastoris, si pellẽ ostẽdat domino? eruebã inquit de ore vrsorũ. 1. Reg. 17. At qui o bone pastor Dauid clamandũ erat id quod sępe sępiusque oues pene occuparentur a lupis leonibus & vrsis. Fili hominis speculatorẽ dedi te domui israel, & audies de ore meo verbũ, & annũtiabis eis ex me. Vide Ezech. Cap. 3. Satis optime. Sed quomodo clamabant, qui relictis ouibus, cur taxerũt? Vę mihi quia tacui. Esai. 6. Ignẽ enim veni mittere in terram: & quid volo vt accendatur. Baptismate autem habeo baptizari: & quomodo coarctor vsque dum perficitur. Ignis hic ille est de quo dicitur, semper ardebit in altari meo. Explicat autem his verbis desiderium salutis humani generis quã dominus summe desiderabat & eius desiderio omnis mora lõga erat. Quod si ignis hic quẽ de coelo attulit nõ arsit in omnes; nec vim suam explicuit quoquo versus, nõ per dominũ stetit, qui vult omnes saluos fieri, vult omnes ardere desiderio coelestiũ, sicut corda illorũ qui cõtẽdebant in Emaus, sed quia multi ardentes igne cupiditatis, fugiũt flãmas charitatis. Dominus aũt ignẽ opposuit igni sicut scriptum est: assumpto thuribulo & imposito igni, occurre igni vastãti populũ. Ignis igitur doctrinę euãgelicę aut purgabit (deus enim ignis cõsumens est. Deut. 4) Hominẽ ab omni terreno desiderio: vt impleatur illud, de excelso misit ignẽ in ossibus meis, & erudiuit me, aut ęterno igni adiudicabit incredulos, sicut scriptum est, ite in ignem ęternũ maledicti. Matth. 25. Dicit aũt dominus per Ezechielem Cap. 22. Versa est mihi domus israel in scoriam omnes isti ęs & stãnũ & ferrũ & plũbũ in medio fornacis scoria argenti facti sunt. Sequitur. Eo quod versi estis in scoriam, ego congregabo vos in medio fornacis: & succẽdam vos in igne furoris mei: & cõflabimini vt cõflatur argentũ in medio fornacis. Sed isti malo suo cõflati sunt, vrbe subuersa, incenso templo, illis partim occisis ferro, partim vẽditis: partim in captiuitatẽ adductis. Sic misso igne in ossibus eorum, in viris bellatoribus, in sacerdotibus & in principibus, apprehenderunt disciplinam, pęna ignis & captiuitatis aperiente eorũ intellectum. Ad hęc Ambrosius. Vtinã impleat dominus verbũ suũ, vt hic cõflemur, vt exurat lignũ fęnũ & stipulã, & quicquid est seculare consumat, grauis plũbum iniquitatis quod in plerisque est, liquefiat igne diuino, & ferreus quidẽ peccati rigor superno mollescat incendio. & nõ cauabis feruemur ęternis: & ollę succensę iuxta Hiere. Cap. 1. Bonus est igitur ignis iste, quo vasa aurea & argentea pulchriora redduntur, omni consumpta scoria, quo & omne corpus ecclesię in mutuam adolescit cõcordiam. Est aũt & alienus ignis quẽ diabolus accẽdit ex eo quẽ secũ portat semper, quẽ accendentes filii Aarõ, statim mortui sunt. Leui. 10. Origenes. O infęlicem animã: cuius fides ignis extinguitur (Lampades nostrę extinguũtur: Matt. 25) & refrigescit charitatis calor, ad quã cũ venerit coelestis põtifex, quęrens ab ea ignitos carbones super quos incensum offerat patri, nihil inueniet pręter aridos cineres & frigidas fauillas. Sũt aũt multi quos inflãmat furor, exurit libido, incendit fornax auaritię: sed omnis iste ignis alienus est a deo, quẽ qui accendit, sententiam Nadab perferet, audiet enim ambulate in flãmis quas succendistis vobis. Esai. 50. Audi ministrũ vnum fornacis Babylonicę. Nero nec populo aut mœnibus patrię pepercit. Dicẽte enim quodã in sermoni cõmuni, me mortuo, terra misceatur igni. imo inquit, me viuẽte, planeque ita fecit. Nã quasi offensus deformitate veterũ ędificiorũ & angustiis flexuris que vicorum incendit vrbẽ, vt plerique cubicularios eius cũ stupa tędaque in prędiis suis deprehensos non attigerint, per sex dies septemque noctes ea clade sęuitum est, ad monumentorũ bustorumque diuersoria plebe cõpulsa. Arserũt domus priscorũ ducũ, hostilibus adhuc spoliis adornatę, deorũque ędes ab regibus ac deinde punicis bellis notę dicatęque, & quicquid visendũ atque memorabile ex antiquitatẽ durarat hoc incendiũ e turri prospectãs, lętusque flamę vt aiebat pulchritudine, cãtabat iterũ halosin. i. expugnationẽ troię in habitu scenico. Videbatur aũt Nero cõdendę vrbis nouę & cognomẽto suo appellãde gl[illegible]iam quęrere. Quippe in regiones 14. Roma diuiditur, quarũ quattuor integrę manebãt: tres solo tenus dejectę: pro ruptisque per immẽsum ędificiis, vt cõtinuę violentię cãpus, & velut vacuũ coelũ occurreret. Septẽ reliquis pauca tectorũ vestigia supererãt lacera & semiusta. Domuũ & insularũ & templorũ quę amissa sunt numerum inire, haud promptum fuerit. Iã opes tot victoriis quęsitę, & grœcarũ artiũ decora, monumẽta ingeniorũ antiqua & incorrupta, multa omnino desiderata sunt. Hominũ fœminarũ paruulorũ quot interierũt magis incertũ, & multo copiosior numerus quã domorũ. Abolendo aũt rumori quo ferebatur iussu Neronis ignem suppositum: Nero reos subdidit christianos videlicet, & exquisitissimis pœnis affecit de quo dicetur alias. Roma autem impendio Neronis breui reparata est. Vę tamen illis qui incendio assumpti sunt. Cornelius tacitus. Cęterũ Romani lichnũ nõ extinguebant, sed per se languescere sinebant, illud inuentes nõ oportere quod animatũ sit: nisi noceat corrũpere ne ve interficere, quasi animal ignis sit (quod & opinati sunt ęgyptii) nec immerito, nam & alimento indiget: & per se mouetur, & cũ extinguitur velut si occidatur vocem emittit. Denique ignem esse quid diuinum poetarũ fabulis celebratũ est: cũ dicũt promethęũ cõsilio vsum Mineruę ignem e coelo ioue inscio rapuisse: hominibusque dedisse. De vestalibus manifesta est historia: quibus cura summa est ignis seruãdi ne intereat quod Romani super omnia timebãt interitũ vrbis id assumẽtes omen. id quod sacerdotũ referebat iuxta legem. Quod si forte fortuna extinctũ fuerit, nouũ excitant ex fomẽtis & solari radio in vase triangulari, id quod ecclesia quot annis facit in sabbato pręcedente pascha: quia & die pręcedenti percusso silice idest lapide qui fecit vtraque vnum: moriente vita: ignis excitatus est in mentibus credẽtiũ. Itaque nobilissimum quoddã ignis extitit in ipsa natura: &

Marginal notes: 1. Reg. 17. Figura. Luc. 12. A Leui. 6. Luc. 14. Num. 16. Treno. 1. Figura. B Ambro. Origenes C Leui. 10. Tranquillus D Roman. E Leui. 6. Ephes. 2.

natura: & motio quędã vel cũ motione totius generatio. Aliũ vero materis quę calore vacat, ociose ignauiterq; vacãs & cadauere similis, ignis virtutem tanq̃ animam cupit, & paulatim suscepto igne, ad agendum quid vel patiendum vertitur. Nũma igitur vir sapiẽtissimus qui in colloquium cum musis per sapientiam veniebat hunc custodire ignem quasi cęleste quid perpetua vigilia ne consumeretur voluit, tanq̃ ęterna virtus quę omnia seruaret esset institutus vestalibus. Sed multo antiquior est legis traditio.

Numa.

Siquidem Numa Pompili⁹ regnauit post Romulũ. Regnabat aũt apud hębreos Ezechias tempore Romuli, qui fuit quintus decimus rex a Saul. Numerus ergo tempora regum/15/& etiam iudicum israel ante quorum principatum ignis seruare pręceptus est, Leui.6. Et videbis quanto antiquior est diuina sanctio de igne seruando, & quem vult vt semper ardeat & latius grassetur in corde credentium, ignis enim hic charitas est, quę nunq̃ deest, sufficit, imo tunc perfecte ardebit cum venerit quod perfectum est. 1. Cor. 15

Prouer. 30.

Et baptismate habeo baptizari de quo dicendum Matth, 20. Ibi, potestis bibere calicem. Quod autem dicit, & coarctor donec perficiatur, ingens explicat desiderium manducandi nobiscum suum illud pascha nouum & mirabile, in quo amans transit in amatum. Vnde Petro dicenti: domine si percutimus in gladio hos satanę ministros: qui reponunt odium pro dilectione: responsum est. Quid agis o Petre! Calicem quem dedit mihi pater non vis vt bibam! Ioan. 18. Denique mesticiam illam voluntarię assumptam quã inter orandum pręse ferebat, ob eum metu mortis sue (vita enim erat amicta pellibus hędorum, Gen. 27) sed mortu redemptionis nostrę assumpserat vnde augebatur & coarctabatur valde, donec operi ad quod missus fuerat culmen imponeret: dicens consummatum est. Spes autem quę differtur, affligit animam. Prouer. 13. Sic itaq; amor ipsum stringebat, vt omnia momenta ipsi (oppositum legimus de Iacob) lõga viderentur. Q̃ primum igitur christus dominus suo proprio sanguine baptizatus, torcular calcaut solus, & cinctis vestibus vitus in cruce, accensus est ignis ille diuinus, catenus q̃ exarsit, vt dicat Paulus. Mors quidem vltimum est omnium terribilium, tamen amodo pro iusto & bono forsan quis audebat orte subire, quum iustus & bonus dei filius pro impijs libentissime sustinuit, & adeo libenter, vt dicat, coarctor donec perficiatur. Christus enim ab instanti conceptionis suę meruit nobis, quia ab illo instanti habuit meritum passionis, & in illo interiori actu consistit principaliter ratio meriti, licet actus exterior aliquid bonitatis addat super actum interiorem Scotus in 4. Distin. 2. Vnde videbantur Christo anni/33/quasi essent anni tria milia, pręamoris magnitudine.

Ioan. 19.

Esai. 63.

Rom. 5.

Luce. 13.

Aderant autem quidam ipso tempore nunciantes illi de galilęis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum: & respondens dixit illis. Putatis q̃ hi galilęi prę omnibus galilęis peccatores fuerunt, quia talia passi sunt. Non dico vobis: sed nisi penitentiam habueritis: omnes similiter peribitis, sicut illi/18/supra quos cecidit turris in Siloe: & occidit eos, Putatis q̃ & ipsi debitores fuerunt pręter omnes homines habitantes in hierusalem? Nõ dico vobis sed si non pęnitentiam habueritis: omnes simul peribitis.

Theophy

De hoc ita dicit Theophylactus Docebat Iudas Galilęus de quo Lucas in actis, Cap. 5 Non ferendum vllum omnino hominem dominum dici, neq; honoris vel modestię gratia, & ne regem quidem ipsum. Vnde & multi ipsorum grauiter ferebantur: qui & docebant: sacrificia a Mose constituta non offerenda, eo q̃ pro Cęsare & Romanorum gente fierent sacrificia. Verisimile est igitur Pilatum ob hec indignantem, iussisse occidi Galilęos illos super sacrificia quę ab eis prohibebant or fieri pro Romanorum gente, & ita commiscere sanguinẽ eorum sanguini sacrificiorum. Vos inquit prohibetis immolari pacifica pro salute Romani populi, vos simul immolabimini cum pecudibus, & sanguine vestro placabitis numina Romanorum. Itaq; quoniam erat enorme quod patrarant (vt visum est Pilato) ad terrorem omnium horrendo supplicio puniti sunt. De quo vide ad litteram. 4. Reg. 10. Historiam lepidam de sacerdotibus Baal occisis in templo inter sacrificandum. Cum ergo galilęi sacrificarent ritu suo, pro se ipsis deo vero, inter sacrificandum occisi sunt a militibus Pilati. Hec positio verisimilis est. Quod si aliter res se habeat, illud tamen consequitur ex facto Pilati, enorme fuisse peccatum eorum, in quos tam seuere animaduersum est. Annunciauerunt igitur hęc quidam seruatori, vt aliqua ex parte prefacta, volẽtes per hoc discere: quid in eo sibi placeret. Putabant enim quidam, illos iustissime passus: vt pote seditiosos, & irritantes Pilatum in odiũ iudęorum. eo q̃ vrgebant, cęsarem non appellandum dominum id quod iu totius iudęorum gentis inco modum cedebat. Applaudebant autem sibi vt videtur: qui hec referebant, & quasi manus suas lauabãt in sanguine peccatorum illorum, quasi ipsi nihil tale perpetrassent, quia non simili pęna luebant. Quibus obstat Chrysostomus dicens. Multi & hoc tempore talia perpetrant; qualia sodomitę: nec ciuitates eorum subuertuntur. Genes. 19. Et multi talia qualia illi de tempore Noe; nec tamen diluuio submergũtur. Idem dici potest de Pharaone indurante cor suum & submerso in mari. Multi murmurant cõtra deum nec tamen mordentur a serpentibus. Num. 21. Multi immolauerunt filios suos dęmonijs: quorum sanguinem nullus miscuit cum sacrificijs eorum infandis. Ideoq; vos ne puteris galilęos hos prę omnibus peccatoribus huius sęculi facinorosos fuisse, quia in opinata morte sublati sunt. Non enim ideo mors eorum mala censenda est, quia repente occisi sunt, sed quia male vixerunt. Vos autem pestilente flagellato, apprehendite disciplinam ne forte irascatur patientia dei: & pereatis sicuti & illi. In illis ergo qui sublati sunt videte seueritatem dei, in vobis autem quibus deus misericordię tempus prorogat, videte bonitatem, alioquin nisi pęnitentiam egeritis, & vos excidemini: iam enim securis ad radicẽ posita est. Lu. 3 Excidemini inquam sicut & illi duodeuiginti: super quos cecidit turris & c. Vnde illud Osee. 13. Occurrã eis quasi vrsa rapta catulis. Quando: Hieronymus. Quando ducentur captiui in Assirios. Aiunt q̃ bestiarum scripsere naturas: inter omnes feras nihil esse vrsa sęuius: cum perdiderit catulos: vel indiguerit cibis. Et

ps. 57.

Chrysost.

Prouer. 13.

Rom. 11.

Hierony.

cibis. Et non solum occurret eis quasi, sed in omnia animalia fera quę nutriuntur in siluis sua dicit se esse vertendum, quando iuerint ad Assyrios, ne cū ibi dura fuerint perpessi, non potentię & indignationi domini: sed hostium fortitudini assignent miserias suas. Horrendum est ergo incidere in man⁹ dei, qui tamē seipsum gallinę similem facit: Matt. Cap. 23. Itaq; illi qui occisi sunt a Pilato, & illi supra quos turris cecidit, peccatores quidē erant: nec tamen soli illi erant, quia stultorū infinitus est numerus. Positi sunt autem in exemplum nostrum, in quos fines sęculorum deuenerunt. 1. Cor. 10. De hoc vide. 2. Macha. 3. De Heliodoro flagellis vsq; ad mortem cęso, quia cōpilare voluit tēplū dei. Cęterū vita corporalis non est multi facieda: quā multi nec optarent viuere, imo vt fęlicius cū christo viuerent: nauci fecerint. Prenestū oppidū sylla cum vi cepisset: ciuesq; omnes ad vnū necandos constituisset, vnū illum qui hospes eius fuerat hospitij nomine eximere voluit. Ille contra, nolo inquit occisori patrię salutis accepte gratias habere, simulq; ciuium se turbę immisit: & vna cum reliquis trucidatus est. Vos tamen nolite abuti patientia dei, qui potest corpus & animam perdere in gehennam. Matth. 10. Quicq; fecit semper omnia quęcunq; voluit in cœlo & in terra. Psalm. Cap. 113. Cuius voluntati potentissimę resistere pot est nemo. Qui respicit terram & facit eam tremere. Columne enim cęli contremiscūt & pauent ad nutū eius teste Iob. Cuius potentiam etiam ipsi dęmones experti credunt & contremiscunt vt Iacobus refert.

Hebre. 10. Ecca. 3. Sylla.

Caput. ix. Deficit infrugifera annis tribus, quę iubetur succidi: sed prece agricolę sequitur vno adhuc anno. De muliere, quę cœlum aspicere omnino non poterat: sanata a domino: & de archisynagogo indignāte super hoc. Et quid audiuit ex ore Christi domini.

De q Dani. Cap. 10

Dicebat autem & hanc similitudinem. Luce. Capite 13. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua: & venit quęrens fructum in illa: & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineę. Ecce anni tres sunt: ex quo venio quęrens fructum in ficu hac: & non inuenio. Succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat? Hac Dominus Christus similitudine: confirmat pręcedentem sententiam, illam videlicet: q Deus multis modis duritiam adamantinam cordis nostri mollire gestit: nunc ablandiendo: iuxta illud, qui laboratis venite ad me. Matthęi. Capite Vndecimo. Audite me qui portamini a mea vulua. Esai. Capite. Quadragesimo sexto. Nunc terrendo, iuxta illud: viuo ego in ęternum: si acuero vt fulgor gladium meum, reddam vltionem hostibus meis. Quod si nec suadendo blandiendo & demulcendo: nec minitando & deterrendo: commutamur in melius, sed in deterius proficimus iuxta prouerbium: Mandrabuli more res succedit: funditus iubet nos exterminari de terra. Natum est autem prouerbium de Mandrabulo: q homo iste cum thesaurum repetisset, primum auream ouem posuit Iunoni Samię: proximo anno argenteam: tertio ęream. Adde quarto nullam. Quid si quinto oblata omnia subripuisset? Ita dixit Menedemus: per multos Athenas venire studij causa, principio sapientes: deinde Philosophos: postea rhetoras, postremo idiotas euadere. Hęc est statua illa famosa Danielis. Dixit autem Plato. Si quis seipsum vincat: omnium victoriarum tum primorum optima est. Rursum ipsum seipso inferiorem esse: omnium & turpissimum est & ignauissimum. Vnde illud. Destruet te Deus & emigrabit de tabernaculo tuo: & radicem tuam de terra viuentium. Videbunt iusti & timebunt & super eum ridebunt. (Vt canit Propheta regius. Psalm. 51.) Timebunt iudicia Dei abyssum multam: ridebunt quia gratia Dei pręuia & comite, dederunt fructum suum in tempore suo. Bene in tempore suo, quia ficus hec tota degenerauit in folia: etiam expectante Domino Iesu Christo annis tribus: forte & triginta folia l autem non cooperuerunt verenda patrum nostrorum. Qui autem folia non poma de ficu carpserunt: eliminati sunt a paradiso deliciarum. Venit igitur secundus Adam, & iam non folia sed fructum quęrebat. Requirebat autem non q Clam illum esset ficum a fructu vacuam esse: sed vt ostenderet in figura: q iam synagoga fructificare deberet, que tot annis luxuriauerat in folia. Denique ex sequentibus docet, non se ante tempus venisse, qui per triennium venit. Venit autem, quia fame laborabat, & desiderio salutis humanę. Vnde illud Mich. Capite Septimo. Ficus immaturas desiderauit anima mea: quasi dicat. Non inueni eos panem, prę famis magnitudine, quisquilias & furfures requisiui. Quid autem intelligat Dominus noster Iesus Christus per ficus immaturas ipse exponit dicens: non est iustus in terra. Vbiq; insidię & fraus, innoxius sanguis effunditur: pre auaritia & libidine germanitas ignoratur. Et non solum faciunt, sed defendunt quoq; mala: & nominibus commutatis, bonum dicunt quod malum est. Princeps postulat, & iudex annuit: sic alium iudicans: quomodo ipse ab alio iudicatur: vt pergitent sceleribus suis mutuum fauorem, (mutuo mali scabunt,) & in alterius crimine se defendant. Hi sunt fructus ficus huius quam Dominus Christus plantarat manu sua, quę vti videtur iam degenerarat in caprificum. Qui igitur trāsgreditur naturalem legem, decalogum Mosi, pręcepta euangelica, ficus est sterilis. Ficus hec maledicto proxima est, nisi aliquis propitius agricola prece sua ira m Domini ad clementiam inclinet dicens, cum iratus fueris, misericordię memor eris: dicens. Ego parcā Niniue ciuitati ppter 120 millia caprificoaque in

Deus, &c. prouerbiū Psa. 51. Gene. 3. Hierony. Esai. 5. Hab. 3.

Ione 4. Figura.

ea sunt, ad quos nullus agricola te preter o Iona missus est, & ecce quot Calathos ficuū bonarū bonarū valde reportasti per triduum quo inibi fuisti, synagoga autem post tot annos nihil aliud profert quàm ficus malas malas valde, eo quòd comedi non possunt. Vide Hiere. 24. Audi alterum agricolam interuenientē pro ficu. Nū. Cap. 14. Dicente domino, feriam eos pestilentia atque consumam, te autem faciam principē super gentem magnam (nescio quam) & fortiorem quàm hec est, respondit agricola. Bene sic habet res, Vt audient ægypti de quorum medio eduxisti populum istum: & habitatores terre huius, qui audierunt, quòd tu domine in populo isto sis, &c. quibus verbis iram domini ad clementiam deflexit. Seruata est igitur ficus prece agricolę anno vno placabili, hoc est vsque ad tempus Titi & Vespasiani, quādo radicitus euulsa est de terra sua, & sedet quasi vidua domina gentium, facta non tributaria sed ancilla, sine rege, sine sacrificio & sine templo Osee. 3. Cum igitur dicit: succide eam, cōminatoria sententia est, nō edictū sententię latę (sicut illud: niniue post tres dies subuertetur. Ione. 3.) sed predicentis quid passura sit, nisi pro folijs fructus primi temporis proferat. Dicēti ergo dño, succide eam, vt quid vel terram onerat? (Quo verbo ostēdit infrugiferā ficū nō solū indignā stercoratione & cultura verū etiā & loco quē occupabat) aptior profecto nutriēdo igni, sicut scriptū est, ōis arbor acarpa exciditur & in ignē mittitur: Respōdit agricola: dñe dimitte illā & hoc anno: vsque dū excodicē illā: & mittā stercora. Et siquidē fecerit fructum (non est succindēda) sin autē in futuro succides eam. Græca vox κοπρίαν, copria stercorationem sonat magis quàm stercus. Et stercoratio nō solū fit ex animaliū excremētis verū etiam e stipulis culmis aut terrę medulla. Quod autē dicit, sin autē vel siquidē fecerit fructū: subaudiēdū est, dimittemus illā aut aliud cōmodius Est enim ecclypsis, siue anapodotō, sicut illud, quos ego, sed motos. Et illud, si cognouisses & tu. Luc 19. Et illud, quęcunque iuraui mna in nomine domini. Ad hęc Theophy. Dimitte illam horno Cultor vineę vel custos noster angelus est, vel etiam homo ipse: siue enim vineę quisque cultor est Sępe igitur cū in letales morbos vel alia pericula incidimus, sine o domine dicimus etiā hoc anno & pœnitētiā agemus. Phocion princeps cum aliquando a suis reprehenderetur, quòd hominē improbū in iudicio defendisset, at nemo bonus inquit eius modi patrocinio eget, Licet enim malos tueri & lacere, idem sit quod male facere iuxta Paulū, nō tamē vt hoc fugiendū est, ita habendū est religioni cōtrariū nocēre aliquādo & nefariū defendere. Vult hec multitudo, patitur cōsuetudo, fert etiā humanitas. Iudicia enim teste Tullio semper in causis verū sequi, patitur nō nunquā verisimile, etiā si min⁹ sit verū. Quid est autē, donec mittā stercora circa illā? Stercora hec ea sunt: in quibus hoies cōputruerūt velut iumēta, quę tūc circa ficū aggregantur, cū peccata reducūtur ad memoriā: vt vel pudore suffusi, cōuertamur ad meliorem frugem, iuxta illud, cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. Audi agricolam mittētē stercora circa ficum, Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Hiere. 2. Et Cap. 3. Leua oculos in directum, & vide vbi nunc prostrata sis. Tu enim polluisti terram malitijs tuis Sequitur. Quamobrem prohibitę sunt pluuię. Si ergo peccatis huius meretricis quę ad omnea sine rubore facta est, benedictio dei a rebus ablata est, vt pluuia non descendente, non esset germen in arboribus, quanto magis fic⁹ ipsa sterilis est, quę sterilitatem terrę induxit! Impinguatur igitur fimo suo agricolę opera, & circunfoditur clauis timoris ęterni ignis quandiu securis apposita non ferit, dicente domino, ne extendas manū super puerum, neque facias illi quicquā. Genes. 22. Ego occido, vt viuificem. Aliquando autem incidim⁹ ficus: sed rusticia clementię admixta, iuxta illud, radices in terra sinite. M. Vario principatum dat stercorum fimo ex auiarijs. Proximum columella columbarium: post columbas caprarum, ab hoc ouium, deinde boum, nouissimus iumentorum, Nuper repertum oleas gaudere maxime cinere & calcarijs fornacib⁹. Inter omnes autem constat: nihil esse vtilius lupini segete, priusquā siliquetur aratro: vel videntibus versa, manipulis ve circa radices arborum vel vitium obrutis. Faba etiam stercorat. Lino segetē cauri & auena & papauere Virgilius asseuerat. Gregori⁹. Ex stercore igitur ad fructum resuscit arbor, quia de consideratione peccati homo ad bona opera excitatur: sicut habes. Nū. 17. De ligno arido, quod ante arcam dei positum, sub vna nocte protulit folia, flores & fruct⁹. Sin secus in futurum succides eam, nondū enim implete sunt iniquitates Amorreorum Iudęorum, donec mittan manū in heredem vineę. Mat. 21. De his Amorreis habes Genes. 15. item Deut. Cap. 32. Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum israel. Hoc est constituit terminos Chananęorum Eueorum, Amorreorum & cæterorum vsque vndecim gentes secundum multitudinem filiorum israel. Isti enim populi separati sunt, vt cum implessent peccata, terra eorum cederet filijs israel possidenda. Abulens. Et ficus istę rationales sunt, possuntque ex sycomoris fieri (accedente cultura) ficus bonę valde. Qui autem terram inutili vmbra obnubit, sibi neque, nulli frugi, quomodo cœlo dignum putamus? Isti ergo exterminati sunt & ad inferos descenderunt Baruch. 3. Cap. Isti vocantur apud Esaiam galli gallinacei, quasi infęcundi & steriles. Ambrosi. Quod de Propositis dictum est, omnibus cauendum arbitror, & nobis maxime, ne fęcundum Ecclesiæ locum vacui meritis occupemus, qui quasi malo granata benedicti, fructus ferre debemus interiores mutuę charitatis sub vno vtero matris ecclesię conclusi: ne aura noceat, ne grando decutiat: ne ęstus cupiditatis exurat. Sine igitur illam Domine & hoc anno: vincens in bono malum: donec experiar extremam curam: & explorem num vitio soli sterilis sit. Quod si & hoc anno luserimus operas nostras, excidessam: ne saltem officiat vineę. & castigata pestilente, stultus sapientior erat. Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. Ecce autem mulier quę habebat spiritum infirmitatis annis duodeuiginti & erat inclinata: nec omnino poterat sursum aspicere. Quam cum videret Iesus. vocabit eam ad se: & ait illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua: & imposuit illi manus: & confestim erecta est: & glorificabat Deum.

Luc. 4. Treno. 1. 3. Reg. 20. Theophy. Photion. Roma. 1. Tullius. Iacē. 1. Deut. 32. Dani. 4 Gregorius Gene. 15. Hiere. 24. Cap. 22. Ambros⁹ Rom. 12. Prouer. 19. Luc. 13.

F G H I K

Mulier hec

Mulier hęc quę imaginem pręsefert ut populi gentium formam iumenti induerat. Prona enim cum spectent animalia cętera terram, os homini natura mater sublime dedit, cęlumque videre, & erectos ad sidera attollere vultus, quia vita eius ex inspiratione cępit diuina. Hęc autem omnino cęlum intuere nō poterat, quia creatorem non agnoscebat, dicente vno ex gibberosis istis eoque nō sine forte Maximino Augusto, quis est creator: nisi inuictus Hercules. Proh stupor, quasi cęlum non esset & terra & ornatus eorum ante inuictum Herculem creatorem. Non poterat itaque aspicere sursum & si vellet, quia quando potuit noluit. Vnde illud alterius gibbosi regis licet, peccaui super numerum arenę maris, & multiplicatę sunt iniquitates meę, incuruatus sum multo vinculo ferri, & non est respiratio mihi. Ergo peccata animam ad terram inflectunt, vt non meminerit creatoris cuius sed homo totus more serpentis repter super terram, qui vt esset cęli ciuis conditus est. Hinc Augustinus. Suspirabam ligatus non ferro, sed mea ferrea voluntate: vellę meum tenebat inimicus, & inde catenam mihi fecerat, & constrinxerat me. Cętera hęc adamantina alibi cor durum vocatur, quod nec compunctione scinditur, nec pietate liquescit, nec mouetur precibus, minis non cedit, imo flagellis obduratur, preceps ad omne probrum, preteritorum immemor beneficiorum, iniuriarum tenax, pręsentium negligens, futura non prouidens. Ipsum denique est quod nec deum timet, nec homines veretur. Quę igitur reliqua spes huiusmodi pastibus? Actum est: nisi qui potens est dicat, dimissus es ab infirmitate tua. Hęc mulier quam alligarat satanas. Chrysostomus. Vt consuetudinis vires intelligas illud considera, siquidem ipsa dei precepta non nunquam superauit, imo ipsa quoque dei beneficia. Nam & magi cum manna haberent, allia suspirabant: & cum libertate fruerentur, seruitutis recordabantur, & ęgyptum sępe numero expetebat propter consuetudinem: a deo violenta res est. Ad hęc Augustinus super illud, nolite fieri sicut equus & mulus. Qui concupiscentias suas perseueranter sequuntur, dorsum quodammodo habent ad deum, quamuis inuitati & constituti sępe illum retorto collo conentur aspicere, sed nullo modo possunt. Coguntur enim sequi quo ducit eos Balaam, nisi interim angelus magni consilii excutiens sessorem suum, dicat: dimissa es o anima ab infirmitate tua. Omnino inquit cęlum aspicere non poterat. Augustinus super illud, clamor sodomorum multiplicatus est. Quia nō solum iam apud eos non ponebantur illa flagitia, verum etiam publice velut lege frequentabantur. Peccata enim magna cum in vsum venerint, aut parua aut nulla esse putantur, iuxta illud, absque peccato & innocens ego sum, auertatur furor tuus a me. Sequitur. Ecce ego iudicio contendam tecum, quia dixisti, non peccaui. Per hoc autem magis prouocatur ira dei, non lugere quod feceris, in super & vanas excusationes obtendere peccatorum, contemnere admonentem, sicut dixit spiritus sanctus, peccator cum venerit in profundum malorum, hoc est cum transformatus est mente in iumentum, contemnit, dicente Dauid, appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & dorsum eorum semper incurua. Vt qui in sordibus est, sordescat vlterius. De his qui mundo viuunt: mortui sunt christo Ecclesiastes ait. Vnus est & secundum nō habet, non filium non fratrem (auarus enim nescit consanguinitatis vinculum, dicens, quis est frater meus?) & tamē laborare non cessat, terram suffodiendo talparum more, nec saciantur oculi eius diuitiis, nec recogitat apud se dicens, cui laboro? Interroga diuitem illum de quo Luc. Cap. 12. Isti ergo sunt qui cęlū nō possunt aspicere, quia cū inferno pacta fecerūt, & vbi est thesaurus eorū, ibi & cor. Matt. 6. Hanc igitur fœminā quā primū intuitus est dns, posuit sup eā oculos in bonū & nō in malū: quia prospexit de cœlo humilitatē ancillę suę. Et hoc quod vidit eā mox sequutus salutis omē fuit: nā secundo loco vocauit eā ad se, & tertio loco imposuit illi manus, manus enim illę fecerāt & plasmarāt illā tota in circuitu, & nūc demū restituetur in pristinā formā, sicut beneplacitū est in oculis figuli. Et illa cōfestim vt erecta est, & vidit eum in quē desiderant et angeli intueri, glorificabat cœlestē archiatrū, cuius gratuito bñficio a morbo cū diuturno tū & immedicabili exēpta fuerat. Sequitur serpētina vox iudaicę pdidię & sterilis ficus. Respōdēs autē archisynagogus indignās: quia sabbatis curaret Iesus: dicebat turbę: sex dies sunt, in quibus oportet operari: in his ergo venite & curamini: & nō in die sabbati. O natione peruersam & infidele, quomō potestis bñ loqui cū mali sitis! Ita ne more testudinū torpēdū est in sabbato, vt nec bñ mereri ęgrotis liceat, & sanitates donare verbo tātū, & imposita manu? Quasi ipsis non liceret vel scalpere caput, vel nares emūgere. Sed cęci erāt: & vere ad terrā inclinati nō annis 18, sed forte quinquaginta: isti quia Archisynagogi vocabant, & velamē sup cor eorū. 2. Cor. 3. Hic ergo archisynagogus inuidia tabidus, & liuore cęcus quasi rem scitu dignam docturus tantum blaterat, surgit in medio ppłm alloquu res, & manu silētiū indicēs ait. Sex dieb' fecit dns cęlū & terrā. Id notū est cęcis & tonsoribus. Septio requieuit. Vere aūt nō magis quieuit i septio, quā i pmo nec magis laborauit i 1 quā in 7, sed sic scriptū ē, pr meus vsque mō operatur, & ego opor. Sed audiamus tātū nebulonē, tā ipsū & tā sophisticosū. Vobis quā medico egetis: sex dieb' curari licet, 7 loco nō mouēdū, medicus odiūdus nō ē, nec si adsit: ita gādus vt venā tēret vl fibrā, nō licet vbo dicere, extēde manū aridā, Matt. 12. Nō licet in terrā spuere & oculos cęci luto linire, aut si apis mordeat: nō licebit maluatiū tritū aut hederā vulneri iponere, ad dolorē mitigādū, sed oino moriēdū nobis est, quia sic docet i synagogis. Vere liquātes culicē, vorātes camelū. Hanc igitur tā isipiētē vocē & pfidā nō tulit dns xps sed suo eā gladio iugulās: dixit. Hypocrite vnusquisque vrm sabbato nō soluit bouē suū aut asinū a pręsepio: & ducit adaquatū? Hanc aūt filiā Abrahę quā alligauit satanas ecce decē & octo annis: nō oportuit solui a vinculo isto die sabbati! Merito igitur hypocrita vocatur Momus iste, & in isto vno omnes, ore enim eius omnes archisynagogi loquuti sunt, qui asinis ipsis stolidiores probantur propter ignorantiam crassam, & hypocritę aut simię in purpura per falsam iusticiam, qui cum ipsi asinos soluant die sabbati, Dominum notant, quia soluit quos satanas ligauit, hoc est quia dissoluit opera diaboli. Opa autem & vincla satanę nihil

Genes. 1.
Ouid. 1. Meta.
August'.
Oratio. Manasse.
August'.
Rom. 2.
Luc. 18.
Luc. 15.
Chrysost.
Num. 11.
August'.
Genes. 18.
Hiere. 2.
Hierony.
Prouer. 18.
Gene. 4.
Esai. 28.
Iob. 10.
Matt. 18.
Ioan. 5.
Exo. 16.
Apis.
prouerbiū
1. Ioan. 3

satanę nihil aliud sunt quam peccata, iuxta illud, iniquitates suę capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. De his vinculis dicit propheta anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Et illud Esai. 28. Nolite illudere, ne forte constringantur vincula vestra, sicut constrictus est Sanson (Iudic. 16.) qui se liberum putabat velut onager in solitudine. Iob. 39. Iste enim vincula quę prius velut arachnearum telas rumpebat, nouissime adamantina reperit. Si itaque a bono omne opus seruile interdictum est sabbato, vere plus operis facit, qui soluit iumentum & adaquatum ducit, an ego qui vnico verbo manibus impositis hanc Abrahę filiam in staturam suam erexi? Num clementiores estis in asinos quam in fratres? Litteram legis ita olim Moses constrinxit antequam ad vos perueniret post dies quadraginta. Nos igitur confracta testa, nucleum legimus. Feriandum est in sabbatis, sed ab operibus mortuis & mortiferis, vt vacemus deo, vacemus & proximo. Si vobis cura est de brutis, est & mihi, maxime autem de his qui cognouerunt possessorem suum, & de his asinis qui cognouerunt pręsepe domini sui, de quorum numero est femina hec, quam ligauerat satanas. Et cum hec diceret, erubescebant omnes aduersarij sui, & omnis populus gaudebat in vniuersis quę gloriose fiebant ab eo. Confusi sunt, nec tamen compuncti, sed dentibus suis fremebant & tabescebant, furore licet dissimularent tanti doctoris qui eis doceret quę nesciebant, doctrinam tamen eorum miser populus velut oracula suscipiebat. Apollinis. Populus ergo nactum se videns ducem ac pręceptorem iustitię, qui effunderet super eos imbrem matutinum & serotinum, idest doctrinam legis & euangelij, & vtroque eos potabat irriguo, gaudebant in omnibus quę gloriose fiebant ab eo. Pharisęi videbant gloriam christi in dies succrescere, grano sinapis explicante vim suam, synagogę vero pulchritudinem in dies euanescere, vnde mœrore conficiebantur, quia non poterant stabilire consilia sua.

Caput. x. Proponitur domino questio: vtrum ne liceat homini dimittere vxorem ex quacunque causa, & de hoc multa: de libello repudij a Mose concesso iudęis, propter eorum duritiam. De triplici eunuchorum genere.

Matt. 19.
Marc. 10

POst hec migrauit Iesus a galilęa: & venit in fines iudęę trans Iordanem. Omnis prouincia israel iudęa dicitur, sed ad differentiam Samarię & Galilęę & decapoleos illa pars meridiana vocatur iudęa, in qua est tribus Iudę & Beniamin. Et accesserunt ad eum pharisęi, tentantes eum & dicentes. Licetne homini repudiare vxorem suam quacunque ex causa? Ordo iste iuxta Matthęum & Marcum perplexus est, ideo sic ordinandus est iuxta Augustinum de concordia euangelistarum. Licet ne homini repudiare vxorem quacunque ex causa? Marcus. Respondit dominus. Quid vobis de hoc pręcepit Moses? Qui dixerunt. Moses permisit scribere libellum repudij & dimittere. Mattheus. Qui respondens: ait illis. Non legistis: quod qui fecit hominem ab initio: masculum & feminam fecit eos: & dixit: propter hoc dimittet homo patrem & matrem: & adherebit vxori suę, & erunt duo in carne vna. Itaque post hac non sunt duo sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit: homo non separet. Dicunt illi. Quid ergo Moses mandauit dare libellum repudij & dimittere? Respondit Iesus. Ad duriciam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem creaturę non fuit sic. 32 q. 5 Puto christianum, item, 30, q. 1. Cum ad, 33 q 2. Per totum. De questione hac proposita domino, si doceri vellet malignis isti discipuli malorum ouorum mali corui, Malachias legis doctor consulendus erat Cap. 2. Cuius testimonium quia alias posuimus, hic supersedemus, Lib 7. Cap. 4. ibi vide multa ad hoc propositum. Proponunt itaque pharisęi cornutum argumentum vtrinque feriens. Si enim dicat licere diuortium, secum pugnabat eum oppositum docuisset Matth. Cap 5 Sin negaret licere repudium, pugnabat cum lege quę repudium permittit. Propositę igitur questioni respondet dominus iuxta Marcum, quid inquiens de hoc scripsit Moses? Quoniam enim iuxta apostolum, qui in lege peccauerunt, per legem iudicandi sunt, pharisęi ex lege interrogantur: qui legis litteram mordicus tenebant, vim legis ignorabant. Nam lex simpliciter & de plano scripsit per Malachiam, quid vellet legis conditor, permissio autem illa de repudio cordis eorum adamantinis concessa est, non tanquam licita simpliciter, quia non consonabat legi naturali, quando enim Moses separaret quod deus coniunxerat? Sed tamen minus malum comparatione maioris speciem habet boni. Ne igitur ex odio occiderent vxores, permissi sunt abijcere, perdita illarum castitate. Sed audi Chryso. Quando Moses filios israel eduxit de ęgypto, genere quidem erant israelitę, moribus autem ęgyptij vel Amorręi. Propter mores igitur hos ferinos quibus putabant omnia sibi licere in vxores quę libuisset, contingebat vt vir odiret vxorem propter aliquam eius fęditatem, propter iugulum videlicet vel quid simile (malum intolerabile in vxore) & quia dimittere non permittebat, paratus erat vel occidere, vel abuti ea tanquam ancilla, iuxta quod dixit Malachias. Huius igitur flagitij aliquale remedium erat libellus apostasię. De hoc posset dici inquit doctor noster, quod sicut deus dispensauit in digamia, vt scilicet vir vnus duceret plures vxores propter bonum prolis, sicut dictum est, ad David, dedi tibi vxores domini tui (2 Reg. 12) Ita & iudęis concessum est vxores dimittere propter maius malum euitandum. Christus autem dominus in euangelio restituit matrimonium iuxta quod primum a se institutum est in lege naturę. Irritauit igitur dominus lucescente euangelio eum contractum qui licuit tempore legis Mosaicę, is erat accomodatio corporum ad tempus ad procreationem prolis, quandiu vxor placeret viro, quod tamen non licebat vxori, ex quo patet contractum hunc vere claudicare, siquidem vir & vxor non ad paria iudicabantur. Ad hęc dominus. Non legistis, quod qui fecit hominem ab initio & cetera. Dicens autem, non legistis, socordię arguit eos & ignorantię, quasi vel prima legis verba memoria excidissent, quę parens omnium a sopore exurgens, eructauit in sacramentum

Rom. 2.
Chrysost.
Deut. 24
Vide. 4. 3. 1
Scotus.

ecclesię: iuxta

ecclesiæ iuxta apostolum dicentem, sacramentum vel mysterium magnum est hoc. Ephes. 5. Sed quod erat sacramentum apud iudæos, quando quilibet pro libito nuptias iterabat? Quis ergo potest vel poterit separare costam Adami ab Eua ea qua illa formata est, [illegible] poterit vxorem abijcere quã semel duxit. Qui fecit hominem ab initio, fecit eos masculum & fœminam. Probatio est demonstratiua, quoniam ex facti definita summitur argumentum efficax sicut ex verbis eiusdem. Volũtas enim dei quæ ex lex legum in natescit nobis vel verbis vel factis. Dicit autem Abulens. [illegible] hoc loco, quod habere duas, vel plures vxores non fuit prohibitum iudæis: et si dicas, quod vnitas vxoris est de iure naturali, vnde illud probabis apud gentem qui de Adam & Eua nunquam somniauerunt? Licet igitur vnitas vxoris sit de iure naturali: est tamen preceptum hoc de talibus preceptis, quæ non habent vim obligandi determinate, nisi per aliam legem positiuam aut consuetudinem confirmentur. Vide Deut. Cap. 21. [illegible] Deut. 17. Vbi videtur deus concedere regi plures vxores, licet non plurimas. Et id maximo est argumento, quod nullus prophetarum inuenitur de hoc notasse vel populum iudaicum vel vnum aliquem ex principibus, cum multi eorum legantur plures duxisse vxores simul. 2. Parali. Cap. 11. & 13. Ad hæc Augustinus super illud Deut. Ca. 22. Hæc sunt signa virginitatis ita dicit. Satis hinc apparet quẽadmodũ lex iudaicas fœminas viris & pene famulas esse voluit vxores, quia dicẽs vir aduersus vxorẽ testimoniũ vnde lapidaretur illa: si hoc verum esse demonstraretur, ipse tamen non vicissim subibat talionem, si hoc falsum esse constiterit, sed tantummodo castigatur & damnificatur, eique perpetuo iubetur adherere qua carere voluit. In alijs autem causis eum qui testimonio falso alicui nocuerit, quod si probaretur occidendus erat, eadem pœna plecti iubet qua fuerat, (si verum esset) ille plectendus. Bene ergo dixit Paulus, Sacramentum magnum in Christo & ecclesia, quia sicut Dominus Iesus Christus quod semel accepit nunquam dimisit, ita nulli licet, neque licebit dimittere vxorem quam semel legitima duxit. Dicamus iuxta Philosophum in Lib. 7. Politic. Cum sit finis gignendi vt plurimum viris quidem septuaginta annus: mulieribus autem quinquagesimus, ita ab initio coniungendi sunt, vt ætatibus ad hunc finem concurrant. Ad continentiam etiam vtile est nuptias fieri seniores, intemperantiores enim esse videntur, cum puellæ veneri assuescunt. Puellas autem circa ætatem duodeuiginti annorum nuptui tradere congruit, masculos autem circiter ætatem annorum sex & triginta. In hoc enim tempore vigentibus corporibus coniungentur, ac procedente tempore simul apte desinent procreare posse. Sequitur. Pregnantes mulieres curam habere corporum oportet, non pigrescentes, neque subtili vtentes alimonia, prouideatque legis lator, vt singulis diebus iter quoddam faciant ad deorum sacra mulieres quæ sortitæ sunt concipiendi honorem. Hæc ille. Chrysostomus. Masculum inquit & fœminam: non masculum & fœminas, aut econuerso: vt vna fœmina vnum masculum putet esse in mundo: hoc est quælibet mulier putet sa esse Euam, & quilibet masculus qui vxorem duxit, putet se esse alterum Adam. Non enim duas aut tres costas deus sed vnam tulit. Quod si tu duas vel tres quæris vxores: quomodo [illegible] dices, hoc nunc os de ossibus meis? Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet, pro coniunxit. Græce est συνέζευξεν idest synezeuxen idest coniungauit, & eodem iunxit iugo, translatum a bobus idem ducentibus iugum, nisi quod non taro vterque non vno premitur tantum, sed multis, dum ille pluribus innititur costis, & illa sub potestate multorum est, malum commune apud nostrates. De hoc Hispalenses rogandi sunt verusque seaus. Et obserua quod in lege fœminæ non id tantum cogebantur subire sacrificium zelotypiæ de quo Num. Cap. 5. Sed & ostendere (proh pudor) signa virginitatis, si res ferret iuxta illud Deut. Cap. 22. Hec sunt signa &c. Ita autem iuxta Abulensem vel erat tunica linea in qua primum cum viri fœmina congressa est, vel strati linteamina. Alij dicunt quod nocte precedente thalami secreta cubilia aderant matronæ fideles, & tangentes genitale virginis & probantes eam virginem, earum testimonium sub sigillo & testibus obsignatum, parẽtibus puellæ vel cuius referebat tradebatur. Quod si primo modo intelligatur, tunica illa linea vel pãnus martyriorum iuxta Esaiam magna custodia asseruabatur, vt ostenderetur si res ferret, marito forte accusante vxorem & cetera. Dicit autem hoc loco Abulensis multa: qualiter videlicet feminæ imponũt viris multimodis fraudibus: mentientes florem gratia quod non sunt, quæ & pudor dicere prohibet, & alias non sunt contra fidem: dum interim nouerint mariti illud prouerbij: fecem bibat, qui vinum bibit, non potest displicere, quod semel placuit. Cum ergo quæritur si licet homini vxorem dimittere, respondeo, Iudeo licet, quia Deus iten dixit de synagoga, ipsa non vxor mea: & ego non vir eius. Viro Christiano & casto qualiscunque vxor bona videtur: quia perfecta charitas vitia non sentit vxoris inquit Chrysostomus. Sicut si videas hominem assidue amicitias medicorum colentem, ex ipsa re statim intelliges quod infirmus sit. Sic cum videris virum de faciendo diuortio inquirentem, cognosce quod vir hic lasciuus est. Vxor quidem si vera vxor est: neminem debet putare sapientiorẽ fortiorẽ nec pulchriorem viro suo. Et si alter sit formosior: tamen in oculis suis, (ita enim simeæ videbantur catuli sui) alter formosior non debet apparere: quoniam perfectus amor vel odium verum iuditium non cognoscit vt in pluribus: & quod de vxore dixi: de viro intellige. Propter hoc inquit relinquet homo patrem & cætera. Propter quid? Quia ex viro est vxor, & ex vna carne ambo, vnde quasi in linea descendentium ponitur vxor saltem Eua. Dices. Ergo nunc maior charitas esse debet inter fratres & sorores, quia isti quidem ex eisdem parentibus exeunt, vir autem & vxor ex diuersis: sed non ita est, quia fortior est constitutio Dei dicentis, relinquet homo patrem & matrem, quam virtus naturæ. Non enim præcepta Dei subiecta sunt naturæ, sed e conuerso. Dices, Si ad hoc deus creauit masculum & fœminam ex vno: vt sint vnum: quare de cetero vir & mulier non ex vno vtero nascuntur vt pater sponsæ sit & socer filij sicut quædã aialia: vel volatilia? Chry. Quia deus masculũ & feminã creauit quidẽ propter necessitatẽ filiorum

Textus. Abulensis Vxor. Augustinus. Filosophus. Chrysost. Sco. 4. Di. 31. q. vnica Abulensis. Cap. 64. Osee. 2. Chrysost. Chrysost.

filiorum procreandorum: tamen semper castitatis fuit amator, idem illum typum non seruans in omni filiorum procreandorum: tamen semper castitatis fuit amator, idem illum typum non seruans in omnibus, vt siquidem homo vult vxorem ducere secundum primam institutionem conditionis humanę, intelligat, quid est vir & vxor, quia ex vno sunt ambo, caro de carne & os de ossibus. Si autem noluerit continere, nō habeat necessitatem, ne forte videatur propter suam incontinentiam, alteram perdere quam volebat vel alteram quę volebat in continentia esse. Iam ergo non sunt duo sed vnum. Quod si vnum, contra naturam est vnam costam in duas secare. Sed & contra naturam est separari per libellum repudij, sicut contra naturam est vnam costam in duas secare. Siquis habens vxorem fidelis, audi decretum concilij Toletani pro illo tempore forte vtile & tolerandum. Si quis habens vxorem, & pro vxore concubinam habet, a cōmunione non repellatur, tamen vt vnius mulieris aut vxoris aut concubinę, vt ei placuerit sit coniunctione contentus. Hęc ibi. Decretum hoc modo nullo pacto ferendū. Semel enim a principio matrimonium sanciebatur, libellum repudij incognitum erat ante legem. Apud Romanos per annos ferme sexcentos a condita vrbe repudium incognitum fuit. Vini feminis omnino interdictus vsus. Auro feminę non vtebantur, pręter vnico digno quem sponsus oppignerasset pro nubo anulo. Hęc dicit Tertullianus in laudem Romanarum feminarum. Quę si conferantur cum his quę factitant matronę sęculi nostri, mera videbuntur somnia. Quod vero quidam dicunt erunt in carne vna idest ad vnam prolem procreandam, non suscipit Abulensis, quia non est ad intentionem Christi. Vult enim Christus dominus hoc probare, q ex quo duo sunt vna caro, non sunt separandi, quia sunt vnum corpus, cuius pars quędam est vir videlicet os, fœmina autem eiusdem corporis pars altera est videlicet caro. Sunt autem vna caro non veritate naturę sed fictione iuris, & sacramento ac institutione Diuina. Connubia enim partim sunt de iure Diuino videlicet quantum ad inuentionem, partim de iure naturali, quantum ad copulam, partim de iure gentium & ciuili quantum ad verba & formulam quibus matrimonia contrahuntur. Et quantum ad gradus, ius naturale dicit parentem & diuinum: relinquet homo patrem & matrem. Legimus tamē gentes quasdam matribus congressas, sicut alias diximus de Semiramide id statuente licitum fore in regno suo. Verum quod Deus coniunxit, homo non separet. Apud Sauromatas nulla virgo nubit, priusquam aliquem hostium interemerit, vnde multę earum decedunt virgines vetulę, q legi satisfacere nequeant. Transi quidem virgines filias communes faciunt omnibus, vxores asseruant vehementer: magno quidem precio emptas. Ita & Christus Dominus ecclesiam vehementer asseruat, vsque omnis zelat, quam tantum emit. Certe si viri sęculi nostri tanti vxores emerent quanti Iacob Rachelem, pro qua seruiuit annis quattuordecim in frigore & cauma te, nunquam de repudio cogitarent. Sed isti non ad vxorem (ut licet altera Elena pulchritudine, Sarra sanctitate) ad dotem vero oculum habent. Vnde nuptię grecę vocantur synalagma .i. permutatio, vt vere dixerit hiponacies, duos esse dies fęlices maritorū primus qui vxorē duxit secundus quo tandem extulit, factus heres ex asse totius dotis. Non enim meminerunt verbi illius, propter hanc relinquet homo patrem matrem, propter vxorem videlicet non propter dotem, sed surdis narrant sine capite fabulam. Ad hęc Chrysto. Equidem si quamquam ex huiusmodi cōnubio geniti sint hoies vna carne videlicet, primus tamen statim in eam semine parentum procreatorum adeo insaniuit in fratrem solum, quid putas fecisset, si non ab eadem prorsus radice pullulasset genus humanum? Cæterū autor omnium virum imperare, illam sub esse iussit, esse enim inter ęquales gmulationem nouit. Itaque non fuit esse democratiam sed regnum, δημοκρατία, principatus est populi. Et tamen inquit faciamus ei adiutoriū simile. Et hoc alterū vinculum est. Sumus enim terū quę nři gra productę sunt studiosiores. Porro ne illa vicissim q esset pręsidio data, surgeret, & vinclum rūperet, ea crate fecit: partē corpis esse volens. Sed & aliā cōstrictionis formā cōmētus est, cognatorū cōnubio interdicto, ad alienos nos deducēs, illosque vicissim ad nos pelliciens, sic integras sępe familias vnius nimphę grā cōciliādo. Vnde dicit lex Leui. 18. Turpitudinē sororis tuę nō reuelabis. Satis causę sit cur illas amas, ea ndē te esse vtero prognatū, alter tibi cōpetet aliq. Cōstituit itaque nos deus a natura, a cognitione, ab affinitate: a lingua a loco. In paradiso enim collocaras parētes nřos, vari lingues nō fecerat. Quos igitur dm tāto fędere copulanit a prima cōditione, hō quo iure separat: Nec em tātū postq creata est fœmina, copulata est viro, sed ea nōdū pducta e costa, dicit: masculū & fęminā creauit eos, & bndixit eis. Quare id? Quia nō est bonū hoiem esse solū. Gen. 2. Qui igitur vxorē separat a viro, hoiem vulnerat grauit, nēpe nō in pede vł manu, sed in corde: crate em a corpe eius excidit cordi propinquā. Nō q oēs tales sint. Nā multę similes sunt vxori Iob, cuius verba sunt, benedic deo & morere Iob. 2. Est aūt in scriptio veteris monamēti: quę hodie via tiburtina Romę legit ad hūcmodū. Heus viator cōmodū hic vir & vxor nō litigāt. Quis sum nō dico, at ipsa dicā. Hic bebri⁹ ebri⁹ ebriā me nūcupat. Hei vaur adhuc mortua litigat? Vt merito de huiusmodi nuptijs Alexādriades dixerit, nuptiarū diē multorū malorū initiū esse, cui astipulat doctor gētiū dicēs. Tribulationē tamē carnis habebūt huiusmodi, licet & huiusmodi vxores ducūt, idē de maritis: qui iuxta nomē suū stulti sunt, duri, malnsoli & pessimi. 1. Re. 25. Tamē qđ deus cōiūgit &c. Sūt tamē multi cuculos imitātes, qui semp in alienis thoris oua sua collocāt, nidos em coccyx nō facit, ac p inde oibus inuisa est auis hęc & omnis mali & merito, quippe quę alios nō agnoscit. Vnde dicit Abra: eam reprehensibilis Ambro. Vt de te vxor meritu cōqueri nō possis. Cōquesta est em vxor apud vnū de ancilla sua dicens. Inique agis cōtra me. Ad illā em ingressus Abrahā suadēte vxore, vidēs se cōcepisse, insolentius se gerere cœpit cōtra dominā suā, id vidente Abraamo, & permittēte. Legimus de Eduardo Rege Anglię, qui percussus a saraceno interpugnandum venenato gladio, inualida ad sanandum medicorum ars, vxor eius filia Regis Hispanię charitate vxoria plagam coniugis veneno infectam lingua dietim sugens ac lambens, sanitati restituit virum: illa q euasit, iam enim non duo erant sed vna caro. Achates vnd

Genes. 2. 31. q. 1. Cū igitur.

Abulensis

Cōnuba.

Transi.

Figura. hiponades

Chrysost.

Figura.

Vxor.

Alexādriades.

1. Cor. 7.

Coccya.

Ambrosi⁹

Gene. 16

Eduardus

Achatis.

F

G

H

I

K

lege patria

lege patria obtemperabant vxoribus. Parthi vxorte vendebāt, postquam eis pepererant octo vel decē liberos, vel pro alijs iunioribus aut pulchrioribus mutuabāt, iniquissimi omnium hominum, qui tam arctas & longas amicitias tam facile dirimebant. Apud Cymbros patres filias ducebāt, nouum nuptiarum genus. Verum nemo hoc miretur, quando Nero virum exectum pro vxore duxit, sicut alias dictum est, sed hoc nuptiarum genus non dei sed satanæ opus est, cuius opera quinque ciuitates igne consumptæ sunt. Est igitur diuortium contra naturam, quia vna caro diuiditur, contra legem, quia separatis quod deus coniungit, & facti duo, rursus ait, facietis ex duobus vnum, nam Adam & Eua primum erant vnum vt ita dicam, quia vna hirundo non facit ver. Pręmium ergo nuptiarum iuxta Hieronymum, est ex duobus vnum carnem fieri. Hos separare homo nō potest, nisi forsan solus deus. Homo separat, quando propter desiderium secundæ vxoris primā dimittit. Deus separat qui & coniunxerat, quando ex consensu propter seruitutem dei, eo quod tempus in arcto est, sic habent viri vxores, quomodo beatus Delphinus coniugem suam, qua cū plures annos in virginitate vixit, & moriens virginem reliquit. Quod si qui vel vxam ducit, diuisus est iuxta Paulū sed tantum cogitans, quomodo placeat vxori (rem vt reor impossibilem) placuisse vxoribus creditur Salomon, qui tamen adeo eis placuit: vt sacella ædificauerit dijs earum, magnum ille quomodo potuit rex pacificus? sit tamen adeo eis placuit: vt sacella ædificauerit dijs illum repudij malum. 3. Reg. 11. Sed ad rem Responderunt pharisęi. Quid ergo Moses mādauit dari libellum repudij? Chrysost. Qui malam conscientiam habent & malam causam, fugiunt ad potentes, vt & si iustitia nō potest vincat persona. Moses inquiunt qui fuit quasi visibilis lingua inuisibilis dei, qui incorruptibilem gloriam corruptibilibus oculis vidit, & testimonium diuinitatis in vultu portauit ad populum. Tu autem homo tressis Faber fabri lignarij filius, quomodo destrues quod ille constituit? Si filius dei es sicut dicis, quare destruis ministerium tuum? Si homo sicut nos, quomodo reprehendis autorem tuum? Si malum est quare præcepit? Si bonum, quare abrogatur? Sed Moses propter duritiā cordis vestri visus est ad vos Lesbia regula, & id permisit. Dicitur autem Lesbia regula, quoties pręposterè non ad rationem factum sed ratio ad factum accōmodatur, & cum lex moribus applicatur, nō mores ad legem emendantur. Quemadmodum inquit philosophus plūbea Lesbię ędificationis regula. Ad lapidis enim figurā trāsmouetur neque manet regula sed noie tenus tantū. Ad duritia inquit vestrā ad matrimoniu &c. Et certe dominus nō propriā sententiam protulerat, sed veteris historię & mandatorū dei fuerat recordatus, qū dixit, ppter hāc &c. Quod autem nunc dicit, propter duritiam vestram, sensus est. Nunquid potest deus sibi esse contrarius vt aliud ante iusserit, & sententiam suam nouo frangat imperio? Non ita sentiendum est inquit Hieronymus. Sed Moses cum videret propter desiderium secundarum coniugum quę vel ditiores vel iuniores vel pulchriores essent priuas vxores interficiant aut amaram vitam ducere, maluit indulgere discordiam quam odia & homicida perseuerare. Quo argumento iudæorum carnales mentes ostenduntur eatenus, vt vel iura naturę peruerterent. Et considera quod non dixit, propter duritiam cordis vestri permisit, vobis Deus, sed Moses, vt iuxta Apostolum consilium sit hominis non Dei. Vnde Chrysostomus. Frequenter vobis Moses propter duritiam vestram iniustitiam quasi iustitiam pręcepit in eremo Deo hostias offerre. Dicit enim per prophetam: non sum loquutus cum patribus vestris de verbo victimarum. Sed quia patres vestri egressi sunt de ægypto corpore non animo, nam totum ægyptum secum in moribus circunferebant, hoc videns Moses circa studia sacrificiorum carnalium inclinatos: si mandasset eis recedere ab eis: non fuerat audiendus; quia annosa passio medicamento momentaneo non curatur, iussit eos sacrificare quidem, sed non dæmonibus sicut in ægypto, sed Deo vero. Dimidium mali permisit: ne perderet totum. Hac ratione permisit vos dare libellum repudij, quia melius iudicauit permittente lege matrimonia solui: quam odio compellente: homicidium fieri. Permisit vobis facere mala, ne faceretis peiora, quomodo permittuntur in ciuitatibus lupanaria iuxta Augustinum, ne fiant turpiora quę nec nominare licet. Sicut si hominis seruum furacem & ebriosum, consideratus Dominus Christus quod si vtrunque in simul mandauerit obseruare, nihil proficiet: mandat illi vt bibat quidem quantum vult: sed publice bibat: vt hoc quidem quod bibat sit secundum modum bonum, vt paulatim discat obedire pręceptis. Ita dicit doctor noster cum Dominus Christus dicit, ad duritiam cordis vestri hoc volui Moses permisisse, dico quod Dominus Christus per hoc verbum permisse, intelligit, quod Moses hoc non pręcepit: nec consuluit, nec approbauit: sed tanquam ex quadam necessitate licitum, non prohibuit. Nec id est permissio tantum, sed dissimulatio cuiusdam illiciti. Quod itaque dicit, ad duritiam cordis vestri, non concludit hoc esse illicitum, quoniam non raro fragilitas subditorum id deposcit, vt aliquid remittatur de iustitia strictat quod alias vtile esset non concedi, si subditi tractabiles essent ac bene morigerati. Fuit igitur consilium Mosi; non autem Dei sanctio, non inquam consilium hominis qui pręceperit libellum dare repudij & vt vxor dimitteretur (quid enim inclementius quam abuti castitate vxoria?) sed qui dimiserit inquit, det ei libellum, vt iram temerariam eijciendi vxorem libelli cogitatio temperasset. Vide Deut. Cap. 21. Textum expressum contra hanc expositionem. Quoniam igitur omnis res per quascunque causas nascitur per easdem dissoluitur, & matrimonium non facit coitus sed voluntas, ideo non illud soluit separatio thori vel corporis, sed voluntas. Cuius voluntas? Dei & viri & vxoris. At Deus nunquam volet, licet vos melius velitis; stat semper scriptura reclamans, quod Deus coniunxit, homo non separet, excepta causa adulterij sicut dicetur, sed hæc separatio sacramentum non soluit. Imitare ergo Deum, vt sicut ille nunquam dimittit populum suum, nisi ad hęresim transierit: sed peccantem erudit & castigat tamen misereri non cessat. Psalm. Cap. 88. Visitabo in virga iniquitates eorum & cætera, sic & vir meretricem quidem idest adulteram dimittat

Parthi. Cymbri. Hierony. 1. Cor. 7. Chrysost. Exo. 34. prouerb iii. Hierony. Chrysost. Here. 7. Augusti. Scotus. 4. Dist. 33. q. 3. In solutione. Chrysost.

(quoad thorum intellige) alias autem male moratam castiget & teneat. & fecem bibat, qui vinum bibit. Vide Matt. 5. Dico autem vobis: quicunque dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationem & aliam duxerit: mechatur. Et qui dimissam duxerit: mechatur. Quia poterat

Hierony.

fieri inquit Hieronymus, & aliquis calumniam faceret innocenti, & ob secundam copulam nuptiarum veteri crimen impingeret, sic primã dimittere praecipitur, vt secundam prima viuente non habeat. Nam si non propter libidinem sed propter iniuriam dimittis vxorem, quare expertus priores infelices nuptias, nouarum te immittis periculo? Et quia poterat euenire vt iuxta eandem legem vxor quoque marito daret libellum repudij, eadem cautela praecipitur, ne secundum accipiat virum: ne vel aliue ducat vxorem eã, quod si duxerit, vterque adulter sit, neuter coniunx. Ergo nodus iste Herculanus incidi potest morte alterius coniugis, dissolui non potest. Ostendit autem Festus Pompeius antiquitus fuisse morem, vt noua

Festus.

nupta laneo praecingeretur cingulo vinctu nodo Herculis, vt actissimam inter coniuges necessitudinem significarent. Iugum autem hoc grauissimum esse ex ore multorum audiuimus, siquidem vir potestatem

F

1. Cor 9.

non habet corporis sui, sed est seruus, & foeminae seruus, quae primam & veram seruitutem mundo inuexit. Quibus autem casibus matrimonium contractum non teneat, non est propositi nostri diffinire, sed sunt consulendi iuris periti. Multa enim circa sacramentum matrimonij statuit ecclesia: quae dominus Iesus non tradidit; dixit tamen de pastoribus ecclesiae, qui vos audit, me audit. Et illud, quaecunque ligaueritis super terram ligata erunt. Matth. 18. Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa hominis cum vxore: non expedit contrahere matrimonium. Qui dixit illis. Non omnes capiunt

Matt. 10

Hierony.

verbum istud: sed quibus datum est. Hierony. Reuera graue pondus vxor est, si excepta causa fornicationis eas dimittere non licet. Quid enim si temulenta fuerit: iracunda malis moribus, vaga iurgatrix, maledica? Tenenda erit istius modi. Esto sit pulchra diues casta, generosior codro: & vrbana, quid si superba est, & ex cauda vult fieri caput? Volumus nolumus sustinenda est. Cum enim essemus liberi, voluntarie subiecimus nos seruituti. Adolescens quidam referente Laertio, nuper vxore ducta, titulum

G

huiusmodi inscripsit aedibus suis, Iouis filius Callinicus Hercules hic habitat, ne quid introeat mali. Dio-

Diogenes

Socrates.

genes legens hunc titulum, ad scripsit. Post bellum auxilium, videlicet iudicans tam tunc receptum in eas malum, sed malam hoc multi dicunt bonum, & amaris hoc multis dulcescit. Socrates Xantippem & Myrtho habebat vxores: quae cum crebro inter se rixarentur, & ille eas irrideret, quod propter se foedissimum hominem, simis naribus recaluata fronte, capillosis humeris & repandis cruribus disceptarent, nouissime verterunt in eum impetum, & male mulctatum fugientem que diu persequutae sunt. Deinceps cum infinita conuitia ex superiori loco ingereret Xantippe restitisset, aqua perfusus immunda, nihil aliud respondit capite deterso quam illud, sciebam vt ista tonitrua imber sequeretur. Sed de his plura norunt mariti practice, quam nos referre possimus ex historijs gentium, quia illi sunt oculati testes, & fide graeca omnia sciunt, & forte plura sciunt quam vellent. Et sicut refert Dinon, Semiramis petijt a rege Nino viro suo, vti quinque dies imperitaret, stolam ac coronam sibi aptasse, ac pro tribunali consedisse, deinde imperasse Satellitibus, vt

H

Ninum sic exutum ornamentis regijs interficerent. Non igitur expedit vxorem ducere, si iuxta prouerbium lupum aure per omnem vitam tenere debes. Aut si nuptiae sunt quales eae quae aegyptiae dicuntur, sumptum prouerbium Anotissima fabula aegypti, qui filius/50/totidem fratris filiabus maritos dedit, At hi omnes vna dempto noctu a sponsis iugulati sunt. Conclusio. Mulier si pulchra est, difficile seruatur, si foeda tormentum est retinere domi, quod nemo habere dignetur. impudica seruari non potest, casta seruari non debet. Infida enim custos est castitatis necessitas. Et illa vere pudica dicenda est, cui licuit pecca-

Photong?

re si voluit. Vnde Phmong? rex Graecorum die qua vita functus est, ait Leontio fratri. Ad summam felicitatem nihil mihi deesset, si vxor mihi semper defuisset. Cur Leonti? Et quomodo vxor obstat: Et ille

Cato.

Mariti sciunt omnes Ita & Cato Vticensis, Si absque foemina posset esse mundus, conuersatio nostra non esset absque dijs, Vt merito dixerit Petrus, si ita est causa cum vxore, non expedit vxorem ducere. Hanc autem responsionem apostolorum non improbat dominus, quos vt cum plena libertate euangelij semina

I

quoquo versus spargerent liberos esse volebat a matrimonij iugo & seruitute; quia rex licet non habet

1. Cor. 7.

potestatem corporis sui, verum tacite subiudicat non esse meum fugere onera matrimonij, nisi siquis sit firmo destinauerit animo, gratia dei comite, quando & Paulus a stimulo carnis vrgetur: cõtra eum frustra calcitrat. 2. Cor. 12. Vnde dicit dominus; non omnes capiunt verbum hoc, non sunt capaces vt possint ascendere culmen montis huius qui est propositum virginitatis perpetuae, propterea quod hic affectus corporis sic omnium est communis vt non alius sit violentior aut magis furiosus. Non ergo omnibus da-

Plutarch?

tum est in totum abstinere a congressu foeminae. Sicut autem refert Plutarchus in vita lycurgi, licebat seniori viro iunioris vxoris, siquem ex iunioribus honestum ac probum diligeret probaretque, illum ad vxorem adducere (o tempora & fraudis satanae) & vbi eam generoso illius semine complesset, suum ipsorum quod natum esset efficere. Licebat item probo viro qui faecundã aliquam pudicamque mulierem alterius pram admiraretur, marita illius suadere, vt cum ea ipse congrederetur: tanquam in solo fertili bonos filios saturus. De hoc alij viderint ego illud ingenue dicã, id ipsum apud nostrates licere de facto, quod illi lege per-

K

mittente factitabant, & multi Talione mulctantur & nesciunt nicient licet saepe vertagi isti. Caeterum

Abulensis

sicut dicit Abulens. Bellum hoc plusque ciuile plusque domesticum solidatum est, nec possumus illud declinare nec fugere nec artificiose placare: malum intestinum inexorabile, denique grauius quam omnia quae

Luc. 14.

cum vxore toleranda sunt, quam vel fugere vel placere vel disciplinae subdere licet. Vnde illud, vxorem duxi, habe me excusatum. Hoc est ferum sum vxore ducta, non possum ire, Ita ergo intelligitur verbum ipsi non omnes capiunt χωροῦσιν, chorusin, quomodo capacem vocamus qui tam est spaciosus: vt posset

recipere quod

b, ... f

recipere quod infertur. Itaq; capere non equiualet vel nō pollet idē quod intelligere, procliue est enim intelligere quod dictū est, verū verba christi nō descēdunt in animos multorum, q; sint alijs affectibus occupati, vt illic nō sit locus diuino cōsilio, de nō ducenda vxore. Hi aūt affectus vocātur quinq; iuga boum, villa & vxor. Tu aūt obserua verbū hoc, sed quibus est datū de hac tantum virtute dictū; que vera cœlestis est, in carne videlicet preter carnem viuere. Na homo quidē cū ad ceteras virtutes a natura incl atur, in hac natura omnino repugnat, quia inimicus nō tātū ad fores pulsat: sed ligere in visceribus. Dicit multa hic Abulen. De ligātis, & quomodo hoīes per artes maleficas faciūt vt genitale eorum videatur malus, feminis, q; sit secundū veritatē & q; ipse patiātur delectationē solito intensiorē, cū hec & similia nō sint in veritate. Sic feminae quedā per eandē deceptionē illusę horrent penē viri quasi iust? ma tus. Dicit & illud. Demones nullo modo cōpelli possunt quibuscūq; maleficijs in verbis vel signis, vt ad sint cū inuocētur, sed ipsi mentiūtur se cōpulsos, quo facilius fallant. Secus est aūt de ecclesiasticis exorcismis, tūc enim reuera coguntur exire de obsessis corporibus. Alioqui si demones cogi possent per maleficia, nunq; id ducerent hoīes per quod cogi possent, cū sint superbissimi. Et verū est q; sepe sęptus Deo permittente ipsi ligant cōiugatos, quod tamē de adulteris nunq; legimus. Hęc ille. Augustinus. De agone christiano. Inter certamina christianorum bella castitatis sunt duriora. Id testimonio est Paulus, qui pro hac tātū pugna remouēda orauit tertio, cōtra hanc exclamat se miserum, hanc vocat angelum satanicum: de hac noluit tentari dominus Iesus Christus lilium inter spinas & flos campi. Quia igitur virginitas dicit statum perfectum factus/non vult deus omnibus dare perfectionem istam. Et si multi ex naturali desiderio inclinenē quasi a se ipsis ad eam consequendam idest conseruandum, non concurrit cum illis deus efficaciter, & ita non seruant illam, quia deus non vult dare hanc margaritam oibus, & sic verum est, q; non omnes capiunt verbum hoc de virginitate conseruanda. Vnde iuxta sacros canones tenus fracti voti non tenētur, qui tem oralem obsequium in perpetuam obseruantiam religionis cōmutauit; cuius precipuum votum castitas est. De voto & voti redemptione. Sequitur textus. Sunt enim eunuchi qui de vtero matris sic nati sunt. Et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus eunuchi. Et sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnū cœlorum. Qui pōt capere capiat. Eunuchus ab hominibus factus, o.a potest facere in femina etiā virgine hoc vno tantum excepto, q; semē nō emittit. Eunu Xos grece p inde sonat quasi cubilis custos, q; Barbari huiusmodi effeminatis portentis suas vxores seruādas cōmittere soleant, Vide Ester Cap. 1. Ceterū vi execti spadones vocantur. Magister sentēciarū aliter exponit, id ipse videas. Dicitur eunuchus ab eune cubile & echo, custodio, teneo. Sunt igitur tria genera eunuchorum, vnum eorū qui nō possunt vel nō appetunt cōgressum feminae, alterū genus eorū qui vi execantur, tertium eorum est qui volētes propter regnū cœlorum sibi ipsis immittunt castitatis frena. Ceterū qui vi vel metu includuntur in Cęnobijs ad nullū istorū triū generum videtur pertinere, nisi necessitatem in voluntatē cōuertant, sicut legimus de Paulo primo eremi cultore, referente Hieronymo. Noui enim & bene noui feminā quādam que annis [illegible] in Cęnobio & professa est solēniter tria religionis vota: & semper perseuerauit in proposito nubēdi, & tandem nupsit publice in episcopatu [illegible]. De his plura dicere nō licet, ne malū bene cōditū excitemus. Ita q; de tertio genere dictū est, sed quibus datum est. Datur tamen his qui petierūt, qui vt acciperent corpus disciplinę subdiderunt cum Paulo. Qui potest capere capiat. Qui potest emere hanc margaritam virginitatis, emat, & has sicut vxor in prurna. Qui impotens est, maneat integer. Genesis. Nā Lucretia & Thamar vim passę sunt, 2. Reg 13. Altera Thamar concubitū suffurata est. Nā Bethsabee fortitan nolens volens tacuit: futura regina & tot regū mater ex plebeia. Malefici quidē quādo hoīes ligāt, vel faciūt circa coitum alia, faciūtq; hęc mediātibus aliquibus obseruationibus re ū quas ligant vel exurunt & terrę infodiunt, vel demergūt pelago, tamē nulla actio vel operatio vel causalitas inde est, ad ea quę patitur, vir vel femine ligati, quia illa nō sunt huiusmodi quibus iuxta naturam suam cōpetit talis efficacia. Etiā dato q; haberent: tamē agere non possent propter elongacionem, cum secundum naturā impossibile sit esse actionem nisi per cōtactū. Sed dæmones hęc factitant per motū sui ipsorū, sine applicatione alterius sed cōprimendo viri verenda aut ponendo aliquid intra organa genitalia, quo posito, statim cōcidat genitale mēbrū ante cōtactū feminę. Volunt tamen demones q; superstitione istę sint pręstigiæ magis hominibus imponāt: subijciantq; cultui suo. Si dicas, inuentis maleficijs & solutis: cessant impedimenta: verum ais, sed dæmones id faciunt, vt fallant, tota enim operatio à demones est. Verū autem liceat maleficium tollere recurrendo ad maleficos, Dicit Abulen. q; nullomō licet. Querę S. orom. Legimus de Agathone viro forti cui tegmē lupina pellis, certamēq; ei cū aprīs lupis ac tauris, quorū omnium vulnera ostētare solebat, vescebatur lacte asinino, quod ei leuius iucūdiusq; videretur. Cratera ei iussu Herodis allatum lac, respuit dicens, haud purū esse, q; odore muliebri offenderetur, cū esset castissimus. Sciscitans de inde Herodes, cōperit id mulierem lac mulsisse, miruq; id oibus visum est. Euchrates philosophus manibus vxorē nō attingebat. Orpheus iuxta fabulas cātu deos inferos demulsit, ab amore aūt superatus est. Itaq; qui potest capere capiat, sicut dicit Paulus, de virginibus preceptū domini nō habeo. 1. Cor. 7. Ambro. Non enim imperari potest virginitas, sed optari, nā quę supra nos sunt, in voto magis q; in magisterio sunt. Si autē quis mihi pretendat vestales virgines & palladis sacerdotes, qualis ista est non morū pudicitia sed annorum, quę nō perpetuitate sed etate prescribitur. Ipsi docent virgines suas non debere perseuerare nec posse, qui virginitati finem dederūt. Decēnio inquiunt doceātur, decennio laborent, decēnio doceant, & deinceps nubāt si velint. Qualis eū illa religio, vbi pudicę adolescētes iubent esse, impudicę an? O mysteria o mores, vbi necessitas impon. castitati, autoritas libidini dat.

XX Ceterum vel-

Margin notes: Genes. 4 · Abulensis · Demones · 2. Cor. 12 · Cant. 2 · Virginitas · 3. q. 5 Tūc saluabitur · Hierony. · 1. Cor. 7. · Genes. 38 · Bethsabe. · Abulensis · Demones · Agatho. · Ambros.

Ceterũ Vestales hę nõ propter regnũ cœlorum eunuchizabantur. Da quo alias. Illud obseruandum q alias diximus: cum essent Romę Vestales sex seruantes virginitatem ad tempus, erant Corinthi feminę numero mille prostitutę in honore veneris. Hierony. Bene ergo dixit Paulus, de virginibus preceptum domini nõ habeo, 1. Cor. 7. Quia contra naturam imo vltra naturam est, nõ exercere quod nati sumus: interficere in nobis radicem nostram: & quasi intra fornacem positi corporis nostri, rorem non flammę experiri cum tribus pueris, Dani. 3. Et in humano corpore angelicam conuersationem acquirere. Vt autem refert Plutar. Ignominiã quãdã hi qui vxores ducere noluissent Lycurgus addidit, arcebantur enim in gymnicis ludis a spectaculo, per hyemẽ vero principes iubebant eos in orbem nudos forum circuire. Ita vero circũ euntes canebant in semetipsos compositum quoddam carmẽ, quo significabant eos iure pati, quoniam legibus non parerent. Honore autem quo iuuenes prosequutus maiores priuabãtur. Quã ob rem dictum illud in Dercyllidam dãnant nemo tam & si probatus ille dux extitisset. Superueniente enim sibi, quidam ex iuuentute subsellium haud cessit, inquiens. Nanq enim mihi tu qui cederet genuisti. Ceterum epaminondas dux nobilis cum iã iã efflaturus animam reprehenderetur a Pelopida duce nobilissimo, q vxorem non duxisset, quasi male in eo patrię consuluisset vide inquit ne tu peius consulas, qui talem ex moriens relicturus sis, habebat enim Pelopidas filium vnicum, & hunc infamem. De hoc Plato sta sanxit / 4 / de republica. Qui vxorem non duxerit quinq & triginta annos nactus, ne solitariã vitam lucro sibi & voluptati fore censeat tanta in annos singulos mulctetur pecunia. Si de maximo censu est, singulis annis drahmis centum mulctetur. Si de secundo censu septuaginta. Si de tertio sexaginta. Si de quarto triginta drachmis. Siquis autem singulis annis non persoluerit, deceplum debeat. Quod autem dicit Plato hoc loco, q per generationem acquiritur immortalitas, id dixit, presupponẽs mudi eternitatem, tamen Alexander dicebat duabus potissimum in rebus mortalem se intelligere, sopore videlicet & coitu, quas sola naturę infirmitas pareret. Ad hęc Augustinus. Ita verum est nõ omnibus dari a Deo, vt multi hodie facilius se tota vita ab omni concubitu abstineant, q modum teneant nõ cocũdi nisi prolis amore: si matrimonio copulentur. Multos habemus virgines & integros, quem tandem habemus aut audiuimus inter familiaria colloquia, siue eorum qui coniugati sunt, siue qui fuerunt, indicantem nobis: nũ q se coniugi fuisse commixtum: nisi sperando conceptum: igitur qui potest capere verbum Christi, eligat cum Christo & immaculata virgine optimam partem, quod si non se continet, nubat. Melius est enim nubere q vri. Non q non comburatur coniugatus, quia hoc tubi illius proprium fuit, in quo arsit homo, sed vretur licet non ita potentius. Exod. Capite 3.

Lutanas. Hierony. Plutarch. dercillidas Pelopidas Plato. Alexãder. Augusti. 1. Cor. 7.

Capit. xi. Offeruntur domino paruuli vt imponeret illis manus, indignantibus super hoc apostolis. Paruulorum est regnum cœlorum, Ponitur & parabola hominis habentis oues centum: & vnius perditę & inuentę: & cum gaudio reuertę ad caulas.

Mat. 16 Marci. 10. Luce. 18.

TVnc oblati sunt ei paruuli vt manus eis imponeret & oraret. Discipuli autem increpabant offerentes. Quos cũ videret Iesus, indigne tulit, iuxta Marcum. Et conuocans illos dixit. Sinite paruulos venire ad me, & nolite eos prohibere talium est enim regnum cęlorum: vel regnum dei. Amen dico vobis: quisquis non receperit regnum dei velut paruulus, non intrabit in illud. iuxta Marcum & Lucã Marcus. Et complexans eos: & imponens manus super illos: benedicebat eos. Quoniam de innocentia eorum qui sequuntur agnum quocunq ierit sermo precesserat, commodum offertur exemplum simul & absolutę puritatis & iustitię sine qua virginitas fatua est, quia nomen portat siue reportat lampadem idest virginitatẽ, quia castrauit se propter regnum cœlorum: portat autem vacuam: quia humilis non est. Super quẽ autem requiescet spiritus meus: & ad quem aspiciam nisi ad pauperculum spiritu & contritum & trementem sermones meos? Esai. 66. Hieronymus: habitator celi qui in terris templum se habere denegat humilem & quietum & trementem sermones suos hominem libenter assumit in templum: & hunc complexatur: huic benedicit loquẽs. In pinguedine terre & in rore cœli de super erit benedictio tua. Gene. 27. Aderant igitur parentes qui summe optabant paruulos suos offerre omnium bonorum datori vt eis manus imponeret: benedictus enim erit: cui tu benedixeris, & maledictus cui maledixeris. Num. 22. Maledixit serpenti. Genes. 3. Maledixit & ficui, & radicitus exaruit. Optabant igitur parentes vt manum imponeret paruulis & pro eis oraret: tanq, vt quemadmodum nouerant contactu manuum suarum omnem morbũ liquescere sicut cera ante ignem, ita contactu eius filios seruaret infantes a morbis & ruinis ab incursibus & demonijs meridianis. & a ceteris nocumentis quibus etas illa subiecta est; nisi sanctorum angelorum muniatur custodia. Apostoli igitur qui adhuc tanq homines sapiebant: indigne ferebant id: existimãtes tantę maiestati non congruere infantium ac feminarum importunitate diuexari: cui milia milium ministrant angelorum. Augustus. C, animi laxandi causa modo piscabatur hamo: modo talis nucibusq ludebat cum pueris minutis, quos facilitate & garrulitate amabiles vndiq cõquirebat, precipue Mauros & Syros. Vnde communi consensu & sententia populi pater patrię uppellatus est. Cur igitur Dominus Iesus qui apud Esaiam loquitur, portamini a meo vtero & a mea vulua hoc officij genus detrectaret? Qui pater vocari voluit; qui se gallinę similat, pastorem vocat bonum; vt infantes in vlnas susciperet (hoc enim significat

Apoc. 14 Hierony. Matt. 21. Psa. 67. Dani. 7. A. Cęsar. Esai. 46.

significat verbum ἐναγκαλισάμενος enancalisamenos in vlnas suscipere, sicut ipse infans dierum quadraginta a Simeone susceptus est) cōplexaretur & eis benediceret, qui crucē super se tulit. Dominus ergo tam & si non ignorarit hęc a suis officiosa quadam sedulitate geri, indigne tamen tulit factū apostolorū, qui summā eius modestiā nōdū plene intellexerant, cū ex vnoviugue liceret eis si perspicaces essent totius leonis coniectare molem, vnde ait. Sinite paruulos &c. Hieronymus. Nec tamē dixit horū est regnū dei, sed taliū, qui malicia sunt paruuli iuxta apostolū. 1. Cor. 14. Nā sunt & pueri annorū cētū q maledicti sunt, Esai. 66. Sūt & paruuli ętate, malicia iuuenes, quibus maledixit sanctus Helisęus, & lacerati sunt ex eis quadraginta a duobus vrsibus. 4. Re. 2. De his paruulis habes Gene. 19. Vallauerūt domum Loth a puero vsq; ad senem. Notādū verbū a puero ad senem vsq;, cum vtraq; ętas ista inofficiosa esset ad vitiū illud. Quales putamus parētes qui tales instituerāt filios! Nō igitur ętate paruulorū dabitur regnū cœlorū, sed vitę immaculatę: de qua dicitur senectus illius venerabilis est, qui cōsummatus in breui expleuit tempora multa. Benedixit igitur paruulis, id deposcēte parentū simplici & syncera fide. Augustinus. Si peniteo parcis, si reuertor suscipis, dū differo, prestolaris. Doces ignorātem Abimelech. Gen. 20. Mœrentem mulces Cain. Gene. 4. A ruina suscitas Dauid. 2. Reg. 12. Quē humero imponis. Luc. 15. Paruulos amplexu dignaris, & subulcū osculo suscipis. Propter veritatem & māsuetudinem tuā incēde, prospere. Dicit Alex. Ales. 1. p. q. 59. In fine, q paruuli in limbo existētes licet nō videāt ipsum fontē lucis dei tamē vidēt & intelligūt cętera per ipsum, & sic cū misericordia puniūtur, quia nō habēt omodā carentiam. Addit huic cōclusioni S. Thomas illud. Animę separatę decedētes cū originali statū, cognoscūt omnia naturaliter cognoscibilia a ratione & multa alia. 2. Dist. 33. q. 2. Hęc cōclusio quia nō cōtradicit scripturę, licet ex ea nō probetur, teneri potest. Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores vt audirēt illum: & murmurabant pharisęi & scribę dicentes hic peccatores recipit: & manducat cum illis. Cōqueritur dominus per prophetā de populi sui duritia & adamātino corde, nec tamē cōquetitur q peccauerit septuagies septies dietim: Matt. 18. Solus enim deus est in quē peccatū cadere nō potest: cōqueritur aūt: q ex quo peccauit, nō imitatus est parētem suū, qui nuditatem suā agnoscēs, cōfusus erubuit. Vnde dicit ad eos. Cōfusi sunt, quia abominationē fecerūt: Quin potius erubescere nescierūt. Hiere. 6. Tādiu spes salutis est inquit Hieronymus quandiu delictū sequitur verecūdia, & cōsciencia peccatorū lucet in facie: sicut scriptū est, nō audebat oculos ad cœlū leuare, sed inserebat pectori, vbi cōsciencia rodebatur a verme illo athanato. Tu igitur qui cū Dauid iniquitatem tuam cognoscis (nā isti cēsores erāt populi, māticā suam nunq; inspiciebāt, ac proinde murmurabāt) & peccatū tuū coram te est semper, & nō a tergo, ne cūcteris venire ad eū qui toties replicat verbū illud, reuertere: reuertere: reuertere: reuertere sulamitis vt intueamur te. Ad litterā tāgit reditū filiorū israel de captiuitate babylonica: & dicit quater reuertere, quia quidā cū Zorobabel quidam cū Esdra, quidam cū Neemia, nō nulli cū Machabęis vel alias redierūt. Verū peccator toties discedit, quoties peccat mortaliter, & fit porcorū subulcus. Reuertitur aūt, cū sapit vel sero, de quo infra. Ad hęc Chrysosto. Si ita dei esset passibilis affectus, recte diceremus, nō posse iā restringi flāmā, quę tot ac tātis accēsa sit malis. Cū vero impassibilē esse diuinam naturā diffinitio veritatis ostēdat, intelligere debemus, q iam & si puniat deus, & si pęnas infert: nō hoc cū ira passibili sed cū ineffabili clemētia facit: medētis nō punietis affectu & ideo valde libenter suscepit penitētē. Cur aūt nō susciperet: etiā murmurātibus insanis freneticis, cum in hūc mūdū iuxta apostolū nō in aliud venerit! In quid! Vt peccatores susciperet, quorū primus ego sum sed ideo misericordiā cōsequutus sum, vt in me primo ostenderet christus omnē patiētiā ad exemplū eorū (pros hypotyposim) qui credituri sunt illi in vitam ęternam. Chryso. Quod Paulus dicit tale est. Sit ciuitas quędā populosa cuius ciues omnes mali sint alij plus alij minus. Omnes tamē peccatis obnoxij, vnus aūt inter cęteros sit sceleribus famosus sicut alter Absalō, ac prę oibus supplicijs dignus, quippe q omne genus nequitię exercuerit, patrē suū pellens regno, quęrēs ad mortem oibus neruis, vxores eius in facie omnis populi polluēs. Si igitur dixerit quispiā, regē omnes velle venia donare, qui partes eius adiuuerūt & fouerūt, nō ita verbis eius fides adhibebitur, sicuti si videat eū qui plus oibus grauius q deliq; venia esse donatū, si viuus repertus fuerit, dicēte domino seruate mihi, seruate puerū: seruate puerū Absalonē. 2. Reg. 18. Nulla enim iā ambiguitas remanere poterit, nullus scrupulus, quin toti regno existimetur velle ignoscere regē, quādo vident eū absolutū, qui erat tantorū malorū autor & caput. Hoc est ergo quod Paulus dicit. Cū vellet deus certos facere homines: q oia eorū peccata donare paratus est, eum elegit qui plus oibus deliquerat, cui scelera cūcta dimitteret nouo remissionis genere. Me enim potito venia, nemo iam de se dubitare permittitur. (Sic enim habet cōsuetudo loquēdi, si huic ignouit deus decem milia talentum, neminē puniet. Vt per id ostendatur, ipsum quidem venia indignū fuisse, verū eam aliorū pro salute meruisse. Ita ergo dicit. Vt alij spem cōciperent remissionis peccatorū suorū qui minus peccauerūt, ego in exemplū propositus sum, in quo deus omnē patientiā ostendit. Omnē inquit. Nullus est inquit in quo maior sit habēda patientia q in me, qui fui blasphemus &c. Iden si tantū ac talem peccatorem e media reuocauit via eūtem pręcipitem spirantem flāmas & cędes: & ad tertiū cœlū euexit, nemo miretur, si minores peccatores suscipit & manducat cū illis Et si parua sunt ista adijcies multo maiora. 2. Reg. 12. Quę illa! Osculo dignabitur suauū, quem humeris imponet, quatriduanū male olentē mensę suę participem efficiat, Ioan. 12. Erant igitur appropinquantes ad Iesum peccatores insignes quales erant publicani. Quare! Prędicabat secūdam tabulam post naufragiū: quia satius erat recurrere, q male currere: & manus eius tornatiles erāt: & nō quales Mosi, Exo. 17. Aut Roboam 3. Reg. 12. Absoluebat a culpa & a pęna: illud tantū subijciens: iam noli peccare. Ioan. 5. & Cap. 8. Tenemur enim iuxta

Alexandrum

Luc. 2. Hierony. Augusti. Ps. 44. Alex. ales S. Thom. Hierony. Luc. 18. Ps. 50. Cant. 6. Chrysost. 1. Tim. 1. Chrysost. 2. Reg. 15. Paulus. Actu. 9. Analogia Cap. 5.

Alexandrum, semper nolle peccasse, sed nō pro semper. Verū insani dti qui dicere poterāt cū Paulo nihil mihi cōscius sum, de pręsenti (1. Cor. 4.) & scio q̄ nec mors poterit me separare a charitate christi, de futuro: ac cōsequenter nō erant sicut cæteri, vt qui inuulnerabiles essent, & medico nō egerent nō sanctescebant, deum viuebāt: dui sā erant, murmurabāt de medici bonitate mansuetudine & clemētia, q̄ opas suas gratis expendebat: peccatores ad pęnitētiā inuitabat. isti sunt locustę illę de quib⁹ Apoc. 9. Quę habebāt facies quidē hoīum, capillos mulierū, quia molles vita: dentes leonū, percutientes lingua, caudas scorpionū, dicētes bonū malū & malū bonum. Esai. 5. impetu equi, patris osores, mōstra horrenda. Vidisti chimeras, foris Aarones, intus Abirones. Murmurabāt inquit q̄ bonus medicus versabat inter ęgros illos ad curā suscipit, cum illis manducat. Nam illi adeo sani sibi videbantur, vt dicerent, medice esto medicus tibi, num & nos in numero cęcorū reponis? Ioan. 9. Medicus autem in domo tua o Zacheę oportet me manere. Et sequitur de sanitate donata, hodie domui huic salus a deo facta est. Luc. 19. Quare domui huic? Quia hic filius est Abrae, qui & ipse agnouit infirmitatem suam dicens. Loquar ad dominum meum, quāuis sim puluis eu prima origene, & cinis quia mortalis. Cinis enim signum est ignis extincti. Dominus tamen qui omnes vult saluos fieri, & nullum non mouet lapidem vt omnes ad agnitionem veritatis perueniant, tres subijcit parabolas in consequentibus, in quibus vnū hoc tantum infertur christum dominum in hunc mundum ad nihil aliud venisse q̄ vt veritatem doceret, ad illam peccatores attraheret, attractos sanaret & humeris impositos secum in cœlestia transferret. Est autem discrimen inter istas tres parabolas iuxta Chrysostomū, q̄ pater quidem non requirat filium peregrinantem, occurrat tamen venienti, pastor vero ouem errantem requirat & humeris imponat, drachmam vero etiam lucerna accensa quęritur diligenter, sed tamen gaudium in tribus vnum est. isti igitur murmurabant de pastoris sollicitudine in requirenda oue, quoniā iuxta philosophū, omnino perditi non miserentur, nihil enim se amplius passuros arbitrantur, vltima iam passi. Verū isti non ideo non miserebantur quia perditi erāt sed propter id quod sequitur ex philosopho, nec illi miserentur, qui se fęlices esse credūt, nihil enim se pati posse existimant. 2. Rheto. Cap. 8. Dimittamus igitur hos qui soli sapiunt, & audiamus pastorē. Ait ergo ad illos parabolam istam dicens. Quis ex vobis homo qui habet centū oues & si perdiderit vnam ex illis: nonne dimittit/99/in deserto: & vadit ad illam quę perierat donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam: imponit in humeros suos gaudens & veniens domum conuocat amicos & vicinos dicens. Congratulamini mihi: quia inueni ouem meam quę perierat. Dico vobis q̄ ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pęnitentiam agente: q̄ supra/99/iusti qui non indigent pęnitentia. Obseruādum principio q̄ quę ouis est, ea est & drachmam item & filius perditus. Qui sunt autem isti pastor mulier & pater? Deus pater, Christus Iesus & ecclesia. Christus nostro suo corpore vehit, qui pelles peccatorū nostrorum in se suscepit: quas resurgens: in lectulo sepulchri reliquit. 1. Reg. 19. Quęrit ouem nos ecclesia, suscipit pater cœlestis: & susceptos induit & mensę suę participes facit: & osculo dignatur, quo plena significatur reconciliatio: & non sicut Dauid: cuius verba sunt, faciem meam non videat. Sed de pastore primum dicendum est. Diues reuera est pastor iste: cuius natura humana centesima pars est. Habet enim angelorum archangelorum thronorum dominationum principatuū, potestatuum & virtutū cum assistentium tum & ministrantiū innumeros greges siue exercitus: quos in deserto siue in montibus iuxta Matthęum reliquit, a quibus homo ille montanus ab errans, statim morsus luporum incurrit. Tanti igitur bonus pastor ęstimauit vnam hanc ouem (sed vide q̄ centenaria est) vt propter illam requirendam, reliquum gregem deserat, qui nusq̄ abest, & ipse iuxta Augustinum inter requirendum iudaicis vepribus laceratus sit. Hęsit enim aries ille inter vepres i. dest brachia crucis, cum in monte requireret Isaac illum, qui figuram gessit humani generis. Et ne omnis hæc pręda esset cyclopum, oblatus est aries: q̄a ipse voluit. Esai. 53. Vna ouis errauit, quia in Adam omnes peccauerūt, nam & Eua de latere ei⁹ formata est sic in Adam omnes moriuntur. Illud interim annotandum q̄ si oues decem tantum essent, aliqua videbatur adhibenda cura pro vna quæ erat decima pars, nunc autem cum esset pars centessima, quanta est clementia pastoris. Chryso. Pastor bonus vnam se ouem dicit venisse quęsitum, cum tot errauerint, de quibus ipse (prętermitto serpentes & reptilia ostensa Petro inter orandum) non sum missus nisi ad oues quę perierunt domus Israel: sed vna certe est, qui sic omnibus quasi vni Diuina beneficia conferuntur. Vnde Paulus. Quod autem viuo in carne in fide viuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum p me. Gal. 2. Et hinc symphonidea noster Dauid affligebatur: quia non vsuram terrenorum debebat soluere debitorum, donorum autem cœlestium multam debebat summam. Quid inquit retribuam domino, pro omnibus quę retribuit mihi? Sed videamus si possumus quid est quod dicitur, vna errauit, & illa centenaria. Nam & Abraham tandiu filium non accepit ex diuina repromissione, quandiu non est ingressus annū centessimum. Sciendum igitur iuxta Bedam & Nebrissensem nostrum, q̄ computatio per digitos digesta apud antiquos in leua fiebat vsq; ad nonaginta nouem. Cum autem dicebant centum, a leua transibant ad dexteram, dicentes centum eisdem digitis in dextera, quibus dixerant decem in sinistra. Verbi gratia. Minimus digitus medię volę appressus: vnū significat. Medicus cum minimo eidē volę appressus duo. Medius qui & infamis dicitur cum prędecentibus appressus: tria. Minimus sublatus, reliquis duob⁹ appressis: quattuor. Medico tantum impresso: quinq;. Medico tantum impresso volę: sex. Minimus radici manus impressus: septem. Cum dicimus octo, medicum cum minimo pones. Medius, medicus, minimus radici manus impressi: nouem sunt. Indicis summitas nodo pollicis medio admota decem sunt. Pollex in partem manus domesticam inflexus: sunt viginti. Pollicis atq; indicis summitates coniunctę, sunt

Marginalia: Rom. 8. — Genes. 4 — 1. Tim. 2 — Chrysost. — Filosoph⁹ — Luc. 15. — Matt. 18 — Serpens. — De pęnit. Dist. 1. cap Serpens. — Genes. 27. — 2. Reg. 14. — Luce. 10 — Augusti⁹. — Genes. 22 — Rom. 5. — Genes. 2. — Chrysost. — Actu. 10 — Matt. 15. — Ambrosi⁹ — psa. 115. — Beda. — F — G — H — I — K

contracti, sunt triginta. Pollicis nodus nodo medio indicis cōdilo impressus, sunt quadraginta. Pollicis exterior artus imitat grecę litterę γ. incuruatus ad palmā, sunt quinquaginta. Index sup summitatē pollicis circūductus sunt sexaginta. Pollex atq; index diuaricati atq; distēti, sūt septuagita. Pollex indici atq; medio immersus, octoginta. Indicis apex radici pollicis admotus, sūt nonaginta. Deinde trāsferētes supputatione in manū dexterā, cētū designabimus, vbi fuerūt decem in leua. Ducēti vbi viginti & sic vsq; ad nongētos. Mille vero in dextra vbi vnū in sinistra. Quid ergo inferre volumus ex his, nisi illud, q tādiu ecclesia est in leua (per quā vita presens figuratur iuxta Gregoriū) quādiu vna hęc ouis requiritur & a leua trāsfertur ad dextrā cū Maria ad vnū bonū & necessariū? Vt videlicet vna ouis vna ecclesia vni bono hęreat dicens, huius lęua eius sub capite meo, a mō dextera eius amplexabit me. Cāt. 8. Nō ergo mireris si de toto grege laetum & ob vnius ouiculę salutē angeli lętātur in cœlo, quādoquidem ipsa inuēta, ecclesia a leua trāsfertur in dexterā, interim oēs angeli sunt ministri eius, terētes frequētissime scalam illam Genes. 28. Et quod magis mireris, pugnātes ad inuicē iuxta Danielē pro cōmissis sibi gregibus. Nec angeli tātū sed omnis creatura iuxta apostolū gemit & parturit more fęminarū. Ro. Cap. 8. Sed liberabitur ab hac seruitute in die qua alligauerit dominus vulnera ouis huius. Esai. 30. Et sol lucebit septies, & luna sicut sol. Quod si cui videtur iudiciū pro vna oue inuēta gaudere pastorem, audiet, amice patiēge nō facio tibi iniuriā. Si ego bonus sum, quare oculus tuus neq; est? O quāta fęlicitas, vt de nostra salute exultēt cœlestia, imo pastor ipse cōgaudere mihi inquit, quia nō lusi operas meas, sed inueni quod quęrebam. Sed vt dicā cū bona venia pastoris, quot quęrebat & quot inuenit? Cētū requirebat & vix vna inuenit. Vnde probas? Si fuerit multitudo filiorū Israel velut arena maris, reliquię saluę fiēt. Reuocat eam ouem hāc cētenariā pastor ad caulas, nō violēter vrgēs (absit) aut verberibus stimulo ve agitās: qui enim ita reuocāt, dolorem super dolorem vulneribus pastoris adiciūt, sed humeris suis, humeris autem christi iuxta Ambro. brachia crucis sunt. Illic peccata nostra deposuimus, in illa patibuli nobilis ceruice requieuimus. Nā & optimi medicorū misericordius gerūtur erga grauius ęgrotātes. Adeo igitur ęgrotabat ouis hęc, & impotēs erat ad bonū vt humeris egerit pastoris. Cæterū cū peccatores vocentur in scriptura lupi graues, leones, pardi, vulpes, boues, scorpiones aquilę vppupę &c. Qui sunt isti qui oues vocātur a dnō? Nō enim loquitur de iustis, sed de his qui ab errauerūt a reliquo grege. Reuera tales eramus quales ostēsi & sumus in visione vicario boni pastoris Actu. 10. Sed abluti sumus vino, sanctificati oleo: iustificati aqua & sanguine, 1. Cor. 6. Et mutauimus varietates nostras exuētes veterē hominē. Collo. 3. Sicut de quodam lupo scriptum est: Beniamin lupus rapax: nū semper lupus? Absit. Mane rapax: vespere ouis. Cęterū cōparatione serpētis illius qui callidior erat cūctis animātibus: ois homo ouis est. Vocātur etiā peccatores oues. iuxta illud alias oues habeo, quę nō sunt ex hoc ouili gratia prędestinationis iuxta illud: nouit dñs qui sunt eius. 2. Tim. 2. Hęc est igitur ouis cētesima quę post se traxit pastorem samaritanum, qui descēdit eadē via: quia & ipse vere incidit in latrones. Luc. 10. Angelos aūt apostatas quia sanatiui nō erat nō quęsiuit. Cū igitur audis, quis homo habēs cētū oues, angelorū & hominū creationē intellige, licet de angelis quādo creati sint scriptura nō dicat: nec in hoc inter doctores cōuenit. Quādo aūt dicit, & si perdiderit vnā, lapsum primorū parētū cōmemorat cū dicit, relinquit 99. in deserto vel in mōtibus, formā serui assumptā intelligit, in qua cū hominibus cōuersatus est, & apud Labā seruiuit annis viginti Genes. Cap. 29. Et videbātur ei dies pauci pre amoris magnitudine quo ferebatur in Rachelem, Rachel aūt ouis interpretatur. Seruiuit igitur in frigore & caumate, nullū interim nō mouens lapidem, vt oues suę fœcūdę essent, nulla sterilis: nulla preoccuparetur a leone rugiēte: & quęrente quē glutiat, oēs inquā gemellos parerēt. Cāt. 4. Cū aūt dicit: inuētā ouem, humeris impositā, reuectat in pascua tēpus illud signat: quo Iacob expleto ministerio apud Labā, qui Iordanē vacuus trāsierat, baculo tātū innixus Genes. 32. Cū duabus turmis regressus est ad parētes. Duo greges isti oues sunt cōgregatę ex Iudęis & gētibus ab eo qui fecit vtraq; vnū. Eph. 2. Nec magni refert verū sint duo greges an ouis vnica, quia ex reginis septuaginta cōcubinis octoginta: & adolescētulis absq; numero vna impletur & cōstituitur ecclesia. Cāti. 6. Vna virgo casta iuxta apostolū. Cū aūt audis cōuocat amicos vt gaudeant & cōgaudeāt pastori, intellige ineffabilem bonitatē pastoris huius, qui per inde quasi qui insigni lucro auctus sit (oue vna cōditor cęli & terrę, in cuius cōspectu oēs gētes quasi nō sint: & quasi nihilum & inane reputatę sunt, & quasi stilla situlę & momētū staterę Esai. 40.) Amicos cōuocat: amicorū enim omnia sunt cōmunia, & lucrū & dispēdiū. Proficiet aūt nobis nisi mētem perdidimus ad incētiuū probitatis, si vnusquisq; nostrū cōuersionē suā gratissimā fore credat cętibus angelorū amicis pastoris: ministris huius ouis, quorū aut desiderare patrociniū: aut vereri debemus offensam. Imo & iuxta Gregoriū cū nos ad cœlū reducimur, solēnitatē lętitię boni pastoris implemus, lupis interim sęuissimis frementibus & tabescētibus. Cōclusio. Dico vobis: gaudiū est in cœlo super vno peccatore volato a cœto, & rursus euomito, &c. Ione. 2. Alex. Ales, Sciēdū q cæteris paribus deus plus diligit iustū qui nunq; cecidit, q peccatorem qui frōtem omnē posuit, & penituit. Cōtingit aūt nec raro vt peccator cauis videlicet mortuus resurgat: & anteuertat meritorū pręrogatiua leonem vita functū Eccl. 9. In casu igitur dato plus diligitur peccator pęnitēs, sit verbi gratia Saulus qui & Paulus, q vnus e turba iustorū, non quia peccator fuit, sed quia pęnitētia ductus retulit triginta argēteos, & deinceps abūdātius cæteris apostolis laborauit in multiplicādo cēsu christi. 1. Cor. 15. Vnde vox illa veri pastoris post dominū Iesum. O filioli quos iterum atq; iterū parturio, donec formetur Christus in vobis Gal. 4. Hiero. Quātis difficultatibus & doloribus fętus promātur ex vtero: maledictio illa declarat dicēs, in dolore paries & tristicia. Volēs aūt apostolus ostēdere pastorū & ouiū sollicitudinem: quos patiātur affectus ne discipuli excidant a salute: dicit, filioli. Di-

Margin notes: A; Gregori⁹. Luc. 10.; Capi. 10.; Matth. 20.; Esai. 10.; ps. 65.; B; Ambrosi⁹; Luc. 10.; Genes. 49.; Gene. 3.; C; Baruc. 3. Figura.; 1. Petri. 5.; D; 1. Cor. 7.; Ambrosi⁹; Gregorius; Alex. ales; E; Matth. 27.

Hierony. 1.Cor.4

filiuli. Dixerat. 1.Cor.4. Si multos pedagogos habeatis nō tñ multos parētes, sed iā nō qsi pr sed vt mē loquit, cū dicit, quos iterū parturio, vt vtriusq; anxietate & pietate m:e parētis agnoscāt. Tātis autē difficultatibus nascit hō: quantis postea ne intereat enuerit ur, & tutius illud, sollicitudo oium ecclīarū.

Caput. xij. De drachma decima perdita: & tandem inuenta: post euersitam domum. Parabola de parēte habente duos filios: cuius iunior recedens a domo paterna: cito omnia decoxit. & factus est suarius.

Vt quę mulier habens drachmas decem: & si perdiderit drachmā vnam: nonne accendit lucernam: & euertit (scopis) domum: & querit diligenter: donec inueniat eam? Et cum inuenerit: cōuocat amicas & vicinas dicens, congratulamini mihi: quia inueni drachmā quam perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. Quod fęminę assimiletur bonus dominus nō nouum est apud eos qui scripturas legerit. Vnde illud, nunquid obliuisci potest mulier: vt nō misereatur filii vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego nunq̄ obliuiscar tui, Et illud. Audite me domus Iacob, q portamini a meo vtero qui gestamini a mea vulua. Drachma decima ipsa est ouis centesima, siquidem decies decem cētum sunt. Hāc drachmam tanti ęstimauit christus: vt pro ea triginta distraheretur argenteis. Hanc si mulier perdiderit videns perijsse sibi non iam ex centum vnum, sed vnam ex decem: dispendium longe maius, nōne accēdit lucernam (vt die nocteq; videatur quę iisse) & euertet domum totam, euertere autem insipientię videretur, & scrutabitur omnes domus angulos, nihil non mouebit loco, & breuiter non faciet quęrendi finem donec eam inueniat: Quod si contingat inuenire: labor enim improbus omnia vincit, conuocabit vicinas &c. Est enim reuera dominus deus iuxta Augustinum auarus nostrę salutis, vt vel ibi velit colligere, vbi nihil seminauit. Ex quibus verbis soluitur quęstio quę fieri poterat nobis a dicentibus quę est ista drachma (est autem vnciæ octaua pars) idem cum denario diurno, de quo Matth. 20. Aut cuius p̄cij: pro qua inuenienda non horam vnam sed annos tres & triginta mulier expendit, accensa lucerna de qua dicitur, tu es lumen ad illuminationem gentium? Sed precium numismatis huius ille solus ęstimare potest, qui imagine sua absignauit. Drachmum hoc adeo degenerat in argentum reprobum & in scoriam, vt imaginis illius caput tantum seruaret quod conditum erat, cętera aut argentea, aut ęrea aut ferrea, aut terrena essent. Et hęc eadem imago in quattuor erat diuisa formas, quarū vna tantum erat humana: bestiarum tres. Bene ergo dixit propheta: homo cum in honore esset, nō intellexit, vnde comparatur nō vni sed multis iumētis insipientibus, vt sit aquila per rapacitatem, bos per stoliditatem, leo p̄ sęuiciam, homo per rationem. Venit ergo dei sapientia accensa lampade carnis suę, sicut scriptum est, vi debat q̄ rubus arderet, nec tamen cōsumeretur, non enim consumpturus & perditurus venerat peccatores, sed illuminaturus: q̄a lampas erat iuxta Esai. Ca. sexagesimū secūdo. Et q̄a drachma hoc intra domum perditum fuerat, sed in fixum erat in limo in altitudine maris, & nō erat substantia, nō q̄ homo p̄ peccatum desierit esse quod erat, sed quia de esse gratię transijt ad nō esse culpę: sicq; tanta erat paupertas in homine, vt nō haberet vnde seipsum redimeret: Christus autem cum esset diues quippe qui in forma dei erat, pro nobis factus est pauper, vt eius inopia ditaremur, eius sanguine digoorarémur, redimeremur. Vnde ipse quęsiturus drachmum hoc, venit in altitudinē maris, vt educeret de lacu miserię in sanguine testamenti sui vinctos suos. Venit in quam noster Isaac, & eruderauit puteos quos palestini terra obstruxerant, & inuenit aquam viuam. Gene. 26. Sicut igitur intra puteum erat aqua viua: sed terra obstructa, ita & mulier drachmum nō extra domum, sed intus inuenit, postq̄ accendit lucernam: & mundauit domum a sordibus, quas lōgi temporis ignauia cōgesserat. Origenes. Intra te est imago regis cœlestis. Filius dei pictor est huius imaginis: & quia talis ac tantus est artifex, obscurari per incuriam potest deleri per maliciam nō potest. Manet enim semper imago dei in te, licet tu tibi ipsi super inducas imaginem alicuius quadrupedis vel serpentis, iuxta illud, facies omnium sicut nigredo ollę. Naum. 2. Nam iustorum facies similis est vultui Mosi qui fulgebat ex colloquio diuino. Exo. 34. Hęc est igitur moneta Regia quam mulier requirebat: & inuenit, & inuētam eliquis nouem annumerauit: tanto per eā locupletior factus (qui bonorum nostrorū nō indiget) quanto haec carius redemit: de qua redemptione & p̄cij excessu colloquebantur Moses & Helias. Luc. Cap. 9. Iam semel dixi, q̄ legendum est euertit: nō autem euerrit. Si igitur mulier sic est affecta erga nummos suos, vt doleat quicq̄ perire, & rursus vehementer gaudeat inuentum esse quicquid perierat, cito esset fere nullius momenti, quanto magis deus optimus maximus nihil vole perire ex his drachmis quę imagine sua characterizatę sunt, & pro quibus seruandis semet in mortem tradidit, baiulans sibi crucem. Ioan. 19. Gloria sit tibi christi. Sequitur. Ait aūt, Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescētior ex illis patri. Pater da mihi portionem substantię quę me contingit & diuisit illis substantiam, Et non post multos dies congregatis oībus: adolescentior filius peregre profectus est in regionē longinquam: & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose: lucrando: lustrando & dies suos in bonis ducendo. Parabola hec tetra licet generaliter intelligi possit de quolibet peccatore facto licet: tamen resipiscente: (sero dixi, quia post lōgas amicitias & consuetudinem cum amatoribus secundum prouerbium huius: factus tamen est recurrere q̄ male currere per viam latissimam) & de iusto, qui nunq̄ declinauit ad dexteram

Marginalia: Esai. 49. Esai. 46. — August. Luc. 15. — Hiere. 6. — Figura. Ps. 48. — Exo. 3. — Augusti. Ps. 68. — Zach. 9. — Origenes. — Drama. Dragma. Drachma — Ps. 15. — prouerbiū

ad dexteram sine ad sinistram, sed semper via regia incessit tamen pro tēporis illius quo dicta est ratione peculiariter significat gentes, quę aliquando erant sine deo, sine spe sine promissionibus, quę per gratiā euangelij ex cauda factę sunt caput, cancellante Iacob manus suas super caput Ephraim & Manasse: & Iudęos, qui iustitiam suam volentes statuere, hoc est iustificari ex operibus legis, ex capite in caudā versi sunt, iuxta quod ex ore Mosi dudum audierunt, constituet te dominus in caudā & non in caput. Pater igitur hic ille est de quo Esai. Cap.1. Filios enutriui annis quadraginta, & exaltaui de iugo captiuitatis eę, ipsi autem spreuerunt me pendentem in cruce. Huius patris figuram gessit Noe, cuius pudenda vnus e filijs irrisit. Genes.9. Oculum autem qui subsannat patrem, suffodiant eum corui carniuari. Pro.30 De his duobus filius dictum est Rebeccę. Gene.25. Duę gentes & duo populi sunt in vtero tuo, maior seruiet minori. Et obseruandum φ hic vocatur maior Esau, qui vix momento tēporis precessit fratrem suum Iacob, & qui hoc loco vocatur minor vel adolescentior. Nam gentes natu quidem maiores sunt iudęis, sed ad fidem vnius dei priores sunt iudęi, iuxta illud, quādo diuidebat altissimus gentes, quādo separabat filios Adam constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum israel. Pars autē domini & funiculus hereditatis suę Iacob idest iudęorum populus. Deut.32. Vnde israel vocatur filius primogenitus Exo. Cap.4. Ad hęc Hieronymus. Quod si superbierit israel, audiens se esse primogenitum, intelligat primogenitum idcirco se dici, quia secundi filij significentur ex gentibus. Non enim appellatur vnigenitus: qui excludat cęteros, sed primogenitus vt monstret alios secuturos. Et tamen iuxta mysteria scripturarum non primogeniti accepiunt hereditatem; sed secundi. Primogenitus fuit Cain, sed Abel munera placuerunt deo. Primogenitus Ismael, sed Isaac accepit benedictionem & hereditatem. Primogenitus Esau, sed benedictionem patris Iacob supplantator antiuertit. Genes.27. Primogenitus Ruben, sed tamen benedictio seminis christi transfertur ad Iudam quartum filium. Idem videre licet in Mose & Aaron, in Dauid & fratribus suis. Itaque illi iuxta vocationis ordinem primi fuerunt & appellabātur caput, nos secundi qui dicebamur cauda & canes. Matth.15. De illis autem dictū est, voca nomen eius absque misericordia. Osee.1. De gentibus, acceperunt potestatem vt filij dei essent quotquot crediderūt in nomine eius. Sed ad rem. Adolescentior itaque filius adolescentiam atque stulticiā in consilium adhibens (ij si duos Catones) sicut legimus de Roboam, patrem adiens, da mihi inquit me cessam hereditatem (quod nos legitimam vocamus) quę me contingere potest iure hereditario, experiar enim meo Marte quid vel quantum lucri augere possim extra vel vltra sortem. Id pater indulgentissimus libenter facit: quis vt predictum suarus est oppido quam salutis nostrę, dicens, vade vade ad formicam o piger, & disce sapientiam quę cum non habeat ducem nec preceptorē, parat in estate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. Apes vtiles faciunt labores, formice condunt. Et siquis comparet onera corporibus earum fatebitur multis proportione vires esse maiores. Gerunt onera morsu, maiora auersę postremis pedibus adoriuntur: humeris obnixę. Et ijs sicut apibus reipublicę ratio: memoria & cura. Semina arrosa condunt, ne rursus in fruges exeant e terra. Maiora ad introitum diuidunt. Madefacta proferunt atque siccāt. Operantur & noctu plena luna, interlunio cessant. Iam in opere qui labor, quę sedulitas? Et quoniam ex diuersis conueniunt, altera alterius ignara: vt signa inuicem recognoscant: certi dies ad recognitionem mutuā nundinis dantur. Quę tunc earum concursatio, φ diligens? Cum obuijs quędam collocutio atque percontatio. Silices itenere earum attritos videmus, & in opere semitam factam: nequis dubitet qualibet in re quid possit quantulacunque sedulitas. Sepeliuntur inter se viuentium solę preter hominē. Lib.11. Cap.30. Tanta est vero desidia nostra & segnities, vt a formicis erudiri possit, quę preceptore nunque vsę sunt. Dimisit igitur illis substantiam, data cuique facultate vtendi concessis pro libita, idque non sine spe lucri. Chrysosto. Quod dicit diuisam vtrique substantiam ex equo, hoc intellige, φ nullus homo aut peccator aut iustus nascitur (regula tamen hec instantiam patitur in aliquibus: & quo ad originale peccatum in omnibus, excipio semper immaculatam, quę sicut lilium exorta est inter spinas, Cant.2.) sed quę ex deo est in prima natiuitate hominibus substantia rationalis diuiditur equaliter cunctis nascentibus. Pr enim nec nolentem recedere detinet, ne liberi arbitrij auferat libertatem & potestatem, nec alterum manere cupientem cogit abscedere, ne forte sequentium malorum quę postea his suo vicio accedent, ipse potius autor esse videatur, si illis libertatem proprię voluntatis abstulerit. Hieronymus. Accepit ergo partē substantię, vt viueret quilibet non ex imperio dei idest non ex necessitate sed ex voluntate: vt virtus haberet locum, vt a cęteris animalibus distaremus: dum ad exemplū dei permissum est nobis facere quod volumus, vnde & in peccatores iustum iudicium: & in iustis iustum premium retribuitur. Hinc vox illa quorundam abutentium libertate sibi concessa, Recede a nobis: scientiam viarū tuarū nolumus. Iob.21 Idem enim est dicere, recede a nobis: & recessit adolescentior a patre. Vtrobique enim liberum significatur arbitrium. Veruntamen vę eis cum recessero ab eis, Osee.9. Vel cum recesserint a me. Vnde illud, ecce ejcis me a facie tua, Genes.4. Ambro. Nihil enim grauius, φ errantem a deo deseri. Mors enim peccatoris finem peccandi adfert vita autem diuino gubernaculo destituta, precipitatur: & in grauiora prolabitur, vt si gregem pastor relinquat. Omnis inquit qui inuenerit me; occisurus est: homo preditus presentē mortem veretur, ęternam negligit. Sed a quo timebat occidi, qui solos parentes habebat in terra? In quo dominus fidem posuerat publicam. Potuit quidem incursus bestiarum timere; qui legis diuinę iura violauerat, potuit & parentes timere: qui hominem docuerat occidere. Hęc ille. Sciendum autem iuxta Abulē. ius primogenitorum octuplex erat, quę Esau vendidit ipsi Iacob. Primum omnes primogeniti sacerdotes erant. Secundo primogenitus sedebat ad mensam dexter patri, accipiebatque partem maiorē. Tertio primogeniti benedicebant cęteris fratribus iuxta illud; incuruentur ante te filij matris tuę. Quarta

induebantur

Num.20 Figura. Genes.48. Deut.28. Hierony. Primogenitur Genes.4 1.Reg.16 3.Reg.12 Prouer.6. Chrysost. Hierony. Ambros. Abulensis Genes.25 Gene.27

A B C D

Induebantur vestibus cultoribus in neomenija & festis, de quo vide ibidem. 5 erant principes caeterorum adhrēt tetribus, Ibidem. Sexto duplicem portionem hæreditatis accipiebāt, De quo Deu. 21. Et Gen. 49 Maior in dono &c. Septimo primogeniti tedimebātur 5 sichis ita q quod sanctum. Octauo benedicebātur a parētibus vita functuris: Genes. 27. Si requirae quare portio duplex quę iure primogenituræ de-
Genes. 49. bebatur Ruben: trāslata est ad quartum filiū videlicet Iudam: & nō ad secūdum Simeonem vel tertiū, Leui videlicet: dicitur q isti duo primū inter se cōtulerūt de morte fratris sui Iosephs: vnde dixit pater eorū, in cōsilio eorū nō intret anima mea, Itaq adolescēs nō post multos dies diuēditis omnibus quę iure hæreditario acceperat, & cōtracta pręsente pecunia: recessit in regionem remotam quasi alter Cain a fa-
Genes. 4. cie domini. Nō q locus aliquis sit forte vbi nō sit dominus, in ipso enim mouemur & sumus, sed quo sua mente diuisus existet a domini cōspectu, Cain dico propter homicidium, & prodigus hic per animi leuitatem. Sicut enim peregrinātes a sęculo, pręsentes sumus dño, sic affixi terrenis rebus, a coelestibus exu-
Genes. 11. lamus. Postq enim moti sunt hoies ab oriēte: & a vero lumine recesserunt, tūc aduersus deum impieta-
P̄se 72. tis suę ędificauere turrim. Mihi aūt adhęrere deo bonū est. Itaq nō loco sed affectu discedim⁹ a deo, iuxta
Hierony. illud cor eorum lōge abest a me Esa. 29. Recessit igitur a patre, sed malo suo. Quid aūt faceret: adolescēs & solue & futurus, & viuēs peregre: & diues iuxta secundum. Nempe quod fecit Roboam, qui cito vi-
3. Reg. 12 litauit & dissipauit regnum, quod Salomō, qui anno ium 12 regnare cępit, & regnū perdidit, viuendo luxuriose. Et tamē multa cōgregasset per fas & nefas, sicut scriptum est, pater tuus aggrauauit iugū no-
Eccle. 2. strum: nihilominus dicebat. Detestatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissime laborauit, habiturus post me hæredem quem ignoro vtrum sapiens an stultus futurus sit, & dominabitur in
Crates. laboribus meis: quibus desudaui & sollicitus fui Eccle. 2. Vnde crates dicere solebat, q si licuisset, vbi in altissimam vrbis partem cōscēdisset, se vociferaturum aiebat. Quorsum ruitis homines, qui omne in cōparandis pecunię vestram studium facitis: filiorum vero quibus eae relinquitis, nullam curam saue suscipitis. Hi patres haud aliter faciūt, q qui magnam calceorum sedulitatem habēt, cum interim pedem ip-
Aristipp⁹. sum parui pēdāt. Quoppiam ab Aristippo percōtāte, quantam instruēdi gratia filij mercedem postularet, mille drachmas dixit. Ille vero herche ait per magnum postulatū, seruū enim comparare mille drachmis possum. Et ille duos inquit seruos habebis. Et vt summatim dicam, quo nā modo absurdum non est filios nostros quo dextra cibos capiāt ita assuefecisse, vt si leuam procēdāt: cōtinuo increpemus, nullam autem facere prouidētiam vt idoneas atq legitimas audiāt disciplinas. Profectus igitur adolescēs dancus & inuestie in regionem remotissimam, & ibi in auspicato cito dissipauit substātiam suam, in quano sudauerat, e corio alieno lata scindēs lora, imitatus Esau: qui pro coctione rufa primogenita distraxit, vi-
Genes. 25. uēdo luxuriose. Et si obiectus verba hæc, intelligas quomodo luxuria cōsumit cum vitam & famam, tū substātiam & cōscientiam. De substantia patet in pręsenti loco De fama habes Luc. Cap. 7. De muliere famosa. Idem videre licet in Salomone, qui inclinauit femora mulieribus, & dedit maculam in gloria sua. Eccle. 47. Nam de vita prouerbium testatur, sero sapiūt phryges. Hi enim tot iam acceptis cladibus,
Phr ges vix decimo demum anno de restituēda Elena cōsultare cęperūt: quam si statim initio reposcenti Menelao reddidissent, innumerabilibus sese calamitatibus subduxissent vide Iudi. 20. Cæterū quod dicit viuendo luxuriose, gręce est ζῶν ἀσώτως: zon asotos hoc est viuēdo vt ederet: epulādo scortādo: Aleis e perā impēdēdo. Luxus enim vel storia est quid est quicquid extra necessitatem carnis cupiditatibus impēditur, cum obstet Paulus dicēs: curam carnis ne feceritis in desiderijs Rom. 13. Quasi adolescens hic diceret
Eccle. 2. cum Salomone, Nō prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur. Vnde breui omnia decoxit &
Dionysi⁹ prodegit Dionysius filium cui principatū relicturus erat, cū accepisset ingenui hominis vxori vim intulisse: iratus interrogauit, nūquid tale in se deprehēdisset. Cæterū adolescēs cū respōdisset, tu nāq patrem tyrānū nō habuisti, ne tu filiū inquit es habiturus: nisi ab istorū perpetratione destiteris. Ad eūdem vero filium in cubiculū ingressus cū vidisset poculorū & argēteorū & aureorū multitudinem exclamauit, nō es principatu dignus, qui tot populis a me acceptis: neminem tibi amicum feceris. Sed omnia illa cito dissipauit viuēdo potando, epulando coridie splendide, Si requirat quare pater filiū abire permisit, quem sciebat omnia breui dilapidaturum: hoc est quęrere quare hominem deus fecit qui posset peccare. Augu-
Augusti⁹. stinus. Num vsq a deo despiciendum est: vt homo videat melius aliquid fieri debuisse: & hoc deū vidisse nō putet: aut putet vidisse, & credat fatere noluisse aut voluisse quidem, sed facere non potuisse: Si enī melior est, qui nō possit peccare: nūquid malus est, qui potest si nolit, non peccare: Nisi dicas cū Lutero heretico: liberū arbitriū post lapsum res est de solo nomine. id autem dicere hęreticum est. Dissipauit igitur substantiam, quia voluit, & quia a patre recessit, & tam longe peregrinatus est, vt & semetipsum relinqueret. Nam si seipsum non reliquerat: quid est quod dicitur: in seipsum reuersus: Reliquerat & pa-
Augusti⁹. rentem: pro vnico & vero & viuente deo: multos falsos & cōfictos colēs deos. Augustinus. Quid tam longe ab eo qui fecit te, q figmētū quod tibi ipse esse fecisti: Liber eras apud patrem: recedens: seruus fa-
Herodot⁹ ctus est. Hec mutatio non dexterę excelsi: sed adolescētis stultę est. Refert aūt Herodotus sub Amaside rege ægypti hāc fuisse memorabilem sanctionem: vt singuli quot annis apud Nomarchen idest cuiusq prefecturę pręsidem profiterentur vnde viuerent: qui autem hoc non faceret aut genus vitę approbare apud pręsidem non posset, huic pęna extremū supplicium esset. Sequitur ea Athenęo. Menedemus & asclepia-
Athenę⁹ des erāt iuuenes, ambo philosophię quidē studiosi sed egestate pressi. Hos Areopagus propter estate accitos. interrogare instituit. Quo nam pacto fieret, vt cū diea ipsi totos philosophia operam darent: nihil in censu habentes: bona nihilominus habitudine corporis viderentur. Ad hęc illi respondentes: cum pistorem quendam accersiri postulassent, & is ad esset, eum roterrogandum dixerūt Qui cum rogitantib⁹

Areopagitis

Areopagitis dixisset vna quaque nocte illos in pistrinum descendere solitos, ibique frumentum molentes pro nocturnis operis drachmas vtrunque singulas ferre, admiratus senatus, ducentas eis drachmas ob virtutem decreuit. Hic autem adolescens multo plures per ocium decoxit viuendo luxuriose. Plutar. Cum multa nefanda scelera essent in vrbe a Demetrio perpetrata, quæ omnem ciuitatem dolore ingenti repleuerant, illud præcipue grauiter Athenienses offendit: quod cum illi 250 talenta magna celeritate Demetrij congregata, ad eum detulissent (sunt autem aurei 150 millia) confestim omne illud argentum Lamiæ ac cæteris scortis ad fucum mundumque muliebrem dari Demetrius iussit, opus non indignum tam impio tyranno. Vnde illud ex prouerbio. Cupidinum crumena porro solo vincta est. Plutarchus hoc inter cæteras amoris laudes commemorat, quod e sordido splendidum, e parco liberalem, e tristi ciuilem, e timido audacem reddit hominem. Proinde cupidinis loculi porri folio vincti dicuntur, quod facile soluantur, vel quod admodum fragile sit porri folium, vel quod natura porri est calefacere, ciere vrinam, irritare venerem, mouere menses, & aluum in Iare iuxta Dioscoridem. Consumpsit igitur omnia breui, quia iuxta prouerbium compendiaria res est improbitas, at singulæ virtutes magno labore parantur. Fitque nescio qua naturæ corruptione, vt quæ turpia sunt nobis doctoribus cooperantibus nouerca natura protinus arripiamus, atque honesta vix laboribus diutinis inculcentur. Sequitur: Et postquam omnia consummasset (alias consumpsisset) facta est fames valida in terra illa, & ipse cœpit egere. Et abijt & adhæsit vni ciuium regionis illius: & misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant, & nemo illi dabat. Fames malum magnum videlicet quia venter auribus caret: ideo non placatur verbis. Fertur aliquando tanta fame laborasse Athenienses, vt de mure qui mortuus ex tecto cecidit quidam pater cum filio decertauerit. Facta est igitur fames & ea valida, nempe iuxta prouerbium: periculosum est canem intestina gustare; significat autem moraliter haud facile temperaturum a peccando, qui semel illecebram illam velut autoramentum viciorum degustauerit, quemadmodum qui semel scortum attigerit, aut semel vitam aulicam fuerit expertus, quoties memores salis quem in palatio comedimus, nunc extra aulam regiam positi, penedia torquemur valida, verum huiusmodi mendicorum pera nunquam impletur. Pulchre autem epulas tantas fames sequitur: quia extrema gaudij luctus occupat Prouerb. 14. Seneca. Isti non conuiuantur, sed iusta sibi faciunt. Mortuis certe interdum parentatur. Quantum autem a funere absunt equidem acerbo, qui ad faces & cereos viuunt, vino somnoque sepulti? Hanc vitam multos agere nouimus: inter quos Attilium Butam, cui post patrimonium ingens consumptum Tiberius paupertatem conquerenti, sero inquit experrectus es: sicut epulo apud inferos, cœpit igitur egere. De hoc ita dicit Ezechiel Cap. 16. Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti dona amatoribus tuis vt intrarent ad te, contra consuetudinem omnium prostibulorum. Cœpit ergo egere, quia vnde luxuriaret non habebat, omnibus exhaustis. Et inquit dominus: ne si rursus abundare contingat pergas esse tibi similis, & velis iterum frequentare lupanaria, ecce ego sepiam [illegible], & anres tuas perdam, vt fugiant amatores tui fœditatem tuam. Denique sepiam vias tuas spinis, vt vel necessitate compulsa paupertatis: famis, & sedis deformitatis, reuertaris ad virum tuum priorem, qui parens vocatur hoc loco, qui ad primam vocem bona ei fuerat cuncta largitus. Adhæsit autem vni ciuium, cuius verba sunt, hec omnia mihi tradita sunt, quia nemo potest duobus dominis seruire. Matt. 6. Huic igitur adhæsit, & comedit illi mers, malleus vniuersæ terræ (Hiere. 50) Perdix quæ fouet quos non peperit, quod cum dolore lamentatur gallina illa euangelica dicens: filios enutriui & exaltaui, ipsi autem (sed anates erant) spreto parente, contulerunt se vni ciuium seculi huius. Qui autem hæret, in laqueo est, sicut Iudas. Misit autem illum in villam suam. Villa domus est in agro. Villa hæc mundus hic est qui in maligno positus est. Misit autem vt porcos pasceret. Ille qui suatim vixerat: ab hoc autem animante frustra lac expectes, aquam facilius epumice. Sciendum quod suatim porcos clamantes resupinant, sic efficiunt vt minus clament. Aspicientes enim sursum, & videntes quæ nunquam viderunt: obstupescunt & silent, attoniti & amentes ad cœlestia, ad terrena argi. Hos porcos dæmones libenter inhabitant sed libentius præcipitant in mare. Miser igitur pastor hic qui olim nauseabat ad manna. Num. 11. Nunc patrimonio ex patrato, auet implere ventrem (id autem impossibile) ex siliquis porcorum, & nemo illi dabat, id autem prouidentia patris fiebat, vt fames & inopia reuocaret, quem saturitas excluserat. Hieron. Cibus dæmonum luxuria est & cæteravicia, quæ affectum apientes statim vt demulcent, ad visum suum prouocant, ex quibus luxuriosus non potest saturari, quia semper voluptas famem sui parit; & eram facta non faciat, nempe siliquæ inanes sunt, iuxta quod Paulus dicit quem fructum habuistis, in illis in quibus nunc erubescitis? Rom. 6. Theophy. Quid est pascebat porcos? Qui in peccatis potens est, alios docet maliciam & lutosam operationem, iuxta illud, in iugo malicias tuas docuisti vias tuas. Et isti sunt præfecti Pharaonis de quibus Exo. Cap. 5. Et nemo inquit illi dabat, quoniam solus deus faciat mentem, sed is abest, dæmones vero multo magis solliciti sunt, ne vnquam malicia saturi simus. Sciendum ergo quod cum satanas aliquem sua arte deceperit, & proprium ei imposuerit iugum, vltra ad abundantiam viciorum non impellat, sciens eum esse iam mortuum. Scriptum est tamen, fiant viæ illorum tenebræ & lubricum, & angelus domini impellens eos. ps. 34. Quæ impellit? Vt disponat de rebus suis, & laqueo pereat cum Achitophel. Cupiebat ergo implere ventrem: cuius deus venter erat. Phil. 3. Venter autem plenus in luxuriam despumat. Merito siliquis appetijt nec accepit, qui deum ventrem colere maluit, quam apud patrem epulari ex adipe frumenti. ps. 80. Dicebat autem Socrates qui res præcoces magno emerent, eos desperare, quod ad tempus maturitatis essent peruenturi. Alioqui stultum est, & pluris & deterius emere, cum paulo post liceat & minoris & meliores. Sicut autem homines tenues obscuro loco nati nauigant adeuntque ad illa loca quæ nunquam antea adierant, vbi neque noti essent quo venerunt, neque semper cum cognitoribus esse possunt, ita & iuuenis hic postquam omnium iacturam fecit, & cœpit egere apud eos, quos inter abundare consueuerat, ciuitate deserta desertum petijt: vt fieret socius fabulatorum, qui post se trahebat copiam iuuenum stultorum. Vbi enim non sis qui fueris, non est cur viuere velis.

Pluta. Plutar. prouerbium Fames. Prouerbium [illegible] prouerbium Seneca. Ezech. 16. Ezech. 13. Osee. 2. Apoc. 6. Hiere. 50. Ezech. 1. Ioan. 5. Fues. Hieron. Theophy. Hiere. 2. Reg. 17. Socrates.

prouerbiū

viuere velis. Ibi ergo constitutus, volebat quod Danaides filię implere per foratum dolium, id est mulgendo hircum supposito cribro. Quid est cribro aquam haurire? Sumptum est prouerbium a fabula Danaidum puellarum quas Plato scripsit apud inferos propter occisos viros hoc pęnę genus pendere: vt assidue aquam in dolium pertusum vasis item pertusis inferant, Insuper omnem operam sicut qui mulget hircum cribro supposito. Sequitur.

Caput. xiij. Ponitur reliquum parabolę: quali videlicet habitu adijt patrem: & quomodo exceptus est cum osculis & epulo & choris.

In se autem reuersus ait. Quam multi mercenarij in domo patris mei abundant panibus ego autem hic fame pereo. Surgam & ibo ad patrem meum & dicam ei. Pater peccaui in cęlum & coram te: iā non sum dignus vocari filius tu?: fac me sicut vnum ex mercenarijs tuis: & surgens venit ad patrem suum. Hieronymus. In hoc loco intelligimus, quod prouidentia dei sępe nobis accidant mala: ne habeamus ea quę diximus, vexati calamitatibus pressi, clamemus sicut filij Israel, Exo. 5. Redite preuaricatores: redite ad cor. Esai. 46. Non est enim requies vbi eam quęritis. In tet a tal fugitis & vmbra mortis requiem quęritis? A lupo videlicet lanam aut epumice aquam Origenes O quam multi mercenarij. Nulla maior miseria quam fuisse fęlicem. Huic tamē maior calamitas erat recordari quod fuerat, quam pati quod pessiert ego inquit non habeo quod porci. impletum est in me illud, abi post vestigia porcorum. Canti 1. Super flumina Babylonis sedimus & fleuimus, Quid? Num quod captiui tenemur in terra aliena? imo illud potius dolemus, dum recordamur tui O syon, illa igitur defleat peccator: quod quandiu porcos pascit, in obliuionem abierant omnia bona quę fecit. Ezech. Quod inquit ex iudęis oa pręsentia tantum bona a dei obsequio non recedunt, & ego egestate conficior. Qui autem diligit, oo ideo imparata custodit, quia aut timore pęnarum aut pręmij auiditate compellitur: sed quia hoc ipsum quod adeo iubetur est optimum. Chryso Quod si ęquale tempus delitijs positum esset & pęnę, esset aliquis ita demens: vt eligeret pro vno die delitiarū vnam diem sub ne pęnarum? Cum soleat dolor vnius horę & quilibet cruciatus corporis in obliuionem mittere omne tempus pręteritum in voluptate consumptum Nam & prodigus hic forte infra mensem annem substantiā dilapidauit, porcos autem pluribus decennio pauit, loterim rugientem vix dimidians ventrem. Hieronymus super Amos Cap. 8. Vetus narrat historia tam latina quam Gręca nihil fame durius, quę sępe compellit obsessos humanis vesci carnibus, & in suam sęuire naturam, ita vt nec parentes paruulis parcant liberis, & maritalis affectus dudum amatę vxoris membra dilaceret. Si hoc facit fames corporum, quid de fame dicendum est animarum, quę nūc opprimit populum iudęorum, a quibus ablata est lex, & prophetę aeterno conticuere silentio! Mouentur a mari ad mare, & ab aquilone in austrum toto orbe peregrini, & verbū dei non valent inuenire, quia ipsum negauerunt ante Pilatum Et cum mercenarij idest populi gentium qui conducti sunt ad laborem vineę abundent panibus, ipsi ea filij facti suarū, fame pereunt, vorauerūt enim multa prius, quando videlicet carnes exibant per nares eorum. Num. 11. Fame inquit pereo. Ingens autem telum necessitas, aduersus quam ne dij quidem resistunt. Vnde illud Titi Liuij, parendum necessitati (imo dei voluntati) quam nec dij quidem superant. Et licet iuxta prouerbium sera sit in fundo parsimonia, melior est sera quam nulla. Admonet autem aurea hęc sententia in tempore parcendum rebus necessarijs: nec imitandum profusiorum vulgus. qui cum demum incipiunt parcere, postea quam viderint minimum super esse, potest sic intelligi de sinamus optimos illos annos ignauiter effluere, sicut multi qui iam natu grandes animum ad res honestas applicant, tandem in se reuersi. Vinum quidem in medio dolij est optimum & saluberrimum, quemadmodum summa pars olei potissimum laudatur, mellis infima. Tempus autem omne aptum est ad promerendum vitam ęternam, quia multi vocantur ad culturam vineę hora prima, multi hora sexta, multi hora nona, tamen adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, nō recedet, ab ea. Cęterum Fabius euentum stultorum magistrum appellat (Et sicut Demosthenes dixit, pęnitere tanti non emo) quo edoctus adolescens iste, aut sicut Plinius dixit, misera illius experientia facta prudentia, tandem in se reuersus, dixit. O quot mercenarij. Vere malo accepto: stultus sapit. Sed iuxta Plautum fęlicior sapit quam alieno periculo sapit. Hesiodus. Iupiter iratus prometheo propter ignē furto sublatū e cęlo ac mortalib? datū: cupiēs illū simili retaliare dolo: vulcano mādat vt e luto puellę simulacrū fingat deinde singulos deos deasque monet vt ei simulacro suas quisque dotes adiūgeret. Hāc igitur probe ornatā pādorā Iupiter cū pixide pulcherrima quidē illa sed intus oē calamitatis gen? occulēte ad prometheū mittit. Is recusato munere: frem admonet, vt siquid muneris se absente mitteret, ne acciperet Redit pādora persuaso epimetheo: pixidē donat: tā simul ac apuisset, euolātib? morbis sensisset iouis dona nō dana, sero nimium sape capit. Itaque adolescēs hic post mala prudētior fact? est. Et obserua, quod poetę necessitatē deā faciunt peratū matrē, quę & ipsę inexorabiles vocant, Hāc philosophi fatū vocāt quod est ętina terū series ne ella rio coherētiū, cui veluti cedēs iupiter apud poetā, fata inge viā iuenient. Apud catholicā tū ecclesiam fatū nil est. Greg Quotiens p cogitationū motū mentū extra nos ducimur, & nos sum?, & nobis rū nō sum?: quia nos ipsos minime vidētes, p alia vagamur. Simile ē illud: cūque me cōuertisse ad vniuersa quę fecerit, &c. Surgā ergo & vi?cti? sapiā, & ibo ad prēm meū, & dicā ei. Pr peccaui. Ne lętis inimica mea sup me quia cecidi, cōsurgā. Verē aūe ques & rectores tenebrarū harū (Eph. 6) quorū vni adhęsit adolescēs hic, lętati sunt quia cecidit & excidit a dilectione parētis, sed gaudiū earū in tristiciam conuertetur, iuxta quod sequitur

Hierony.

Origenes.

Psa. 136.

Hierony.

Chrysost.

Hierony.

Matth. 20.

prouerbiū

T. Liuius.

Prouer. 22.

Fabius.

Plinius.

Gregorius

Matt. 7.

si cecidi, resurgam. Surgam, qui cecideram, ibo: quia longe ab erat a patrem, quia suarius factus fuerat peccauerunt inquit, & non filij eius. Deut. 32. Deniq; proposuit se dicturum, fac me vnum e mercenarijs. Sed postq̃ osculo eum dignatus est pater: iam generosissime deprecatur nomen mercenarij. Surgam inquit. Augustinus. Et dixi nunc cœpi. Cum dixisset, nunc cœpi, non ait, hec mutatio liberi arbitrij mei, sed dextre excelsi. [ps. 76.] Sic itaq; dei gratia cogitetur, vt ab initio bonę mutationis suę vsq; in finem cõsummatio nis qui gloriatur in domino glorietur. [2. Cor. 10] Bonum est igitur homini, vt de viribus arbitrij sui non presumat quoniam qui putauit sine dei adiutorio seruare & multiplicare quod acceperat, recedens a patre: omnia consumpsit, & fame coactus dixit, surgam, si tamen surgere potuit sine eo a quo recessit. [Augustin.] Vere autem non potuit, nisi hic plus potuit q̃ Paulus, cuius verba sunt, velle adiacet mihi, perficere non possum. [Rom. 7.] Et nisi pater occurisset, nunq̃ peruenturus erat, quo proposuit se iturum. Nam & illam cogitationem vnde haberet, cum in se reuersus est, nisi pater illi inspirasset? Non q; sufficientes simus aliquid cogitare q̃d bonum sit ex nobis &c. 2. Cor. 3. Surgens ergo & patrem adiens, quid dixit? Pater peccaui in cœlum. Dicens autem peccaui coram te & coram angelicis spiritibus, totam spem venię peccatorum suorum in confessione humili cum corde contrito constituit, ad hanc velut ad anchoram sacram confugit, quoniã scriptum est, dixi cum adhuc longe essem, confitebor iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. [ps. 31.] Ad alium autem seniorem ita loquitur pater. Quid vultis mecum iudicio contendere? dicere? Hieronymus. [Hierony.] Prona est ad sui excusationem humana peruersitas, vt quicquid merito sustinent iniuste sustinere videantur, & propriam culpam referant ad iudicium dei. Dixerunt enim absq; peccato & innocentes sumus. Per hoc autem magis prouocatur ira dei: non lugere quod feceris: in super & vanas excusationes obtendere peccatorum. Grandis certe offensa est, nolle placare quem offendimus. Hic itaq; adolescens, non inficiatur culpam: non extenuat, non parenti imputat, non dicit, serpens decepit me aut suasit vxor: non intercessores mittit: sed ipse patrem suum adijt. [Genes. 3.] Audiui a fide digno rem scitu dignã. Fœmina quędam peccatum cõmiserat, & quia pudore arcebatur, ne adiret sacerdotem, subornauit consobrinum suum, vt ipse pro ea confiteretur delictum: & cunctantem, duabus collatis interulis. Per pulchre elabaratis, demeruit & persuasit vt adiret sacerdotem. Vtrum autem adierit incertum est, illud autẽ certum q; accepit interulas. Cõcepta igitur fiducia surgit adolescens, & totum festinus relegit iter, lachrymis angelos exorans, vt patrem offenderet placatum. Cum autem adhuc procul ab esset, vidit illũ pater ipsius: & misericordia motus est: & accurrens cecidit super collũ eius: & osculatus est eum dixit q; ei filius. Pater peccaui in cœlum & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus. [Luc. 15.] Bene cum adhuc longe esset, vidit illum pater, ipse enim attrahebat eum suo spiritu remissionis in charitate perpetua, & spę venię concepta. [Hiere. 31.] Misericordia autem tactus est, quoniam vidit filium in habitu suarij macie confectum: caumate decoloratum: confusione plenum, vt pote qui vix haberet vnde operiret pudenda: deniq; non erat ei species neq; decor: cui similis non erat in formę elegantia cum esset apud patrem, nam a vertice talos vsq; non erat in eo vlla macula. Nunc autem omnis gloria eius in confusionem versa erat. [2. Reg. 14.] Misericordia igitur motus occurrit venienti: & corruit super collum eius: & osculatus est eum. Conuertimini inquit ad me, & ego conuertar ad vos. Zacha. 1. Alex. Ales. [Alex. ales.] Non q; gratia sit ex merito, prout sonant verba: sed ostenditur dei liberalitas, qui non se negat facienti quod in se est: etiam si sit in peccato mortali. Aperit enim deus manum suam & implet omnem hominem, qui manum extendit vt accipiam quod deus donat. [Sabellicus] Inferamus hoc loco orationem Iudę ad Ioseph pro Beniamin fratre falso delato. [Genes. 44.] Si aut natura aut consuetudine ita inter homines comparatum esset prefecte vir clarissime vt nihil ab ijs qui inter cæteros imperium & iudicia exercent preter leges spectandum conferetur, nec aliter q̃ ab euentu delicta iudicanda forent, nullum certe locũ nobis ad deprecandum hodie relictũ putaremus. Verũ nemo vnq̃ ita humanitatẽ exuit: vt clemẽtię qua nulla magis homini cõuenit affectus oĩno factus sit immemor. Ita fit, vt in manifesto etiam crimine, quia homo apud hoĩem dicat nemo fuerit vnq̃, qui nõ ante supplicium imo in ipso supplicio non aliq̃d sperauerit. Verũ si vnq̃ spes clemẽtię in miserabili causa miseris reis affuit, adest mihi hodie, adest & fratrib⁹ meis vir mitissime, vel quia apud te virũ nõ solũ sapiẽtẽ cœlestiq; mẽte preditũ puerilẽ culpã deprecamur, vel q; natura quisq; in ꝑprijs q̃ in alienis ſitamur: exorabilior, nihilq; haberi soleat gl'osius ꝑncipe aut eo qui in alios imperiũ teneat impune leso. Oportet igitur cũ cęteras virtutes tuas tũ clemẽtiã ipsam nõ deprehensum facinus qd' nõ magis perseturbę & detestabile est, q̃ a nrę familię moribus & fama alienũ spectare, sed flagitij autorem: qui ea sit adhuc ętate, vt q̃d rectũ quid honestũ sit haud um̃ino intelligat. Oĩa iura diuina & humana ignoscũt ijs, qui cũ a lege & ęquitate ab errauerint: nesciãt tamẽ se peccare. Consilium enim non euentus constituit crimen. Quamq̃ ab æquitate tua suppliciter contendimus, vt identidem secum insecti criminis consideret rationem. Nam quod ad nos attinet, nullo modo persuaderi nobis pot, adolescẽtẽ rude timidũ, nihil ambitiosum nullius rei cupidũ id scelus nõ solũ non perpetrasse, sed nec cogitasse quidẽ. Quare te p quicq̃d in cœlo numeris est, per regiũ Pharaonis nomẽ per genium tuũ pietissimũ oramus: vt hãc culpã siqua culpa est, eã maiorũ nrorũ Abrahã Isaac & Iacob iusticię ac pietati: miserabili patris senectę nris lachrymis cõdones. Vel si stat sentẽcia, puerũ ad supplicium trahere nos reliquos cũ eo, quãdo ita mori factus sit, q̃ ad exiliũ & erũnas seruari ad vnũ tollito. Cũ hec Iudas dixisset, oẽs rũ fletu in illũ manus intẽderũt. Nõ se poterat vltra cõtinere Ioseph, sed occurrẽs cecidit super collum filij vt iacentem erigeret, vt ceruicem eius iugo exuat seruitutis, & collo eius iugum suauę suspendat hoc est mandatorum suorum facilia pręcepta ex gr̃a magis q̃ ex merito sup populũ iunio rẽ collocauit: dicẽtẽ seniore: nolum⁹ hũc sup nos regnare. Lu. 19. Chry. [Genes. 45.] [Chrysost.] Osculat aũt p̃r' os filij, p̃ qd remissa

 de corde

2.Reg.12. de corde confessio pœnitentiæ exierat, quam pater lætissime excipit, iuxta illud, peccaui domino, dominus
transtulit peccatum tuum. Sequitur. Pater peccaui in cœlum. In extrema inquit rerum desperatione cui
potius me committam quam patri? Quia si ego totum exui filium, num ille poterit oblivisci filium quem in
manib⁹ suis descripsit? Esai.49. Natura sua clemens est & exorabilis, sicut patet satis in Niniuitis quorum
maliciæ ascenderant ad cœlum vsque. Iong.1 Pater inquit noli expectare vt meum crimen & calamitatem
Esai.1. ex aliis discas, qui vltro te prouocent ad vindictam. Pater ee, in te peccaui, & corā angelis tuis. Qui enim
patrem familiæ offendit, & domesticis eius iniurius est. In cœlum etiam peccat, qui peccatum suum prædicat sicut sodoma. Etiam nomine cœli ecclesia significatur, in quam peccat, qui ad ea recedit, extra quam
salus non est, & ipse est domus Raab olim meretricis. Iosue.6. Nunc sponsæ dilectissimæ christi. Pater peccaui. Forte enim ideo patrem audet vocare, quia plena mente conuersus est, & quia osculam accepit,
denique ex illa substantia quam illi fuerat pater aliquando largitus, nam qualis qualis, filius tamen erat.
Pater ergo & si non sim dignus qui filius tuus vocer, te ipse filium pœnitentem: qui mercenariis tuis peccantibus parcis vsque septuagiesseptiees. Dicis enim per prophetā: reuertimini filii, & sanabo auersionem
vestrae, quia ego vir vester, ego pater vester. Hiere 3. Hieronymus. Libenter deus suscipit pœnitentes: &
occurrit filio inopia & squalore cōfecto statimque induit pristinis vestibus, & reddit gloriā reuertenti, ita
dūtaxat, vt reuertatur in ploratu. Quāuis aūt propria voluntate ad dūm reuertamur: tamē nisi ille nos
traxerit & cupiditatem nrām suo roborauerit præsidio, salui esse non possumus. Dixit aūt pater ad
Sco.4.Di. seruos suos. Cito proferte stolam primā: & induite illū: & date anulum in manu ei⁹
22.q.1. & calciamenta in pedibus suis: & adducite vitulum saginatū: & occidite: & mādu-
cemus & lætemur εὐφρανθῶμεν: Euphranthomen: quia hic filius meus mortuus erat.
& reuixit: perierat: & inuentus est. O profundū clemētiæ bonitatis tuæ christe pater misericordia
ps.24. rū: quā profusæ sunt misericordiæ tuæ cū his qui vere conuertuntur ad cor. Dicens enim cito proferte illam
stolā: illā primā, ten stolen ten proten, ostēdit quod hō omno sunt in obliuione iusticiæ quas fecit hō cū esset
in domo prīa, dicat licet Ezech 18. Omnium iusticiarū eius nō recordabor. Nā cū illā priorē stolā proferri iu-
Genes.2. bet, qua adolescēs ambulabatur in domo prīa, qua parētes nostri induti, nō erubescebāt: & sine qua nullus intet esse pōt cōiunctio nuptiarū de quo Matth.22, & Ester.4. Illud innuere videt, quod vere pœnitētib⁹
restituūtur in integrū oia quæ recedētes a prē dilapidauerūt viuēdo luxuriose. Hoc est enim quod dicit proferte stolā illā priorē. Cito inquit, quod certe impaciētis videt esse animi nō sustinētis videre nudū a grā, quā
Luc.14. iā cōfessus fuerat culpā. In domo enim tua oportet me epulari. Et rursus Ne timeas, quia faciā tecū misericordiā propter Ionathā patrē tuū, & restituā tibi oēs agros prīs tui Saul, in sup & comedes panē in mēsa
Figura. mea semp. 2.Re.9. Quādo igit iuste cōuersamur, deus pater noster est, qn recedimus (quē recessum Miphibosephi præfigurauit, qui vtroque claudicabat pede) tutor noster est, qui tan quā cōsilii inopes e nido anolauimus. Vnde prē videns filiū pānosum lachrymātē, iniuriæ immemor: memor clemētiæ: prīdēe verba filii
quæ cū lōge ab esset fuerat meditatus, singultibus alias sermonē intercidētibus (plus tū clamabat tacēdo) nō sinit filium verbis, nō minat eculeū aut verbera, nō abdicationē, nō iurit fugā: nō luxū & substātiam dilapidatam: calamū enim cassatum nō conteret, Matt.12, Sed cōtentus iubet mercenariis, stolā
priorem circundar, & date inquiens anulum in manu eius, & calceamenta in pedibus, & adducite vitulum ex armento iniūguem & saginatum τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν, ton moschon, ton siteuton, illum vitulū illū saginatū. Vere signatus est plenus grā & veritate: de cuius sagina oēs accepimus. Ioan.1 Vere
saginatus qui pro totius mūdi vita immolat⁹ est, nec refert vtrū vitul⁹ sit, aut vacca rufa ex lege. Nū.19
Hic vitulus a patre datur nobis & tamē ipse dicitur gaudere in victima filii sui, sic enim deus pater di-
Ioan.3. lexit mundum, vt filiū suū vnigenitū daret. Nā Abrahā arietē dedit. Imo qui alim dedit arietē Abrahæ, ip-
Genes.22 se vitulū dedit idest vnicū suū immolandū pro nostra & pro totius mundi salute quo ad sufficientiam.
Luc.10. Queritur aūt si stola hec cessit latronibus, nudato patre oium illa, cū descenderet ab hierusalē, quomō
nuc dicitur esse apud patrē? Sed ligato forti, spolia eius oia ablata sunt, & distributa illis quorū erāt. Vnde illud. Esai 9. iuxta septuaginta. Quia oēm stolā cōgregatā dolo & vestimētū cōmutationis restituēt
& cupiēt potius igne esse cōbusti, quā restituere, restituēt tamē. Spolia igitur ablata de domo cyclopis ha
Genes.27. iue ecclesiæ idest Rebeccæ tradūtur asseruanda, & a domo eius petūtur, cū peccator reuersus denuo induēdus est, serui aūt sacerdotes sunt. Anulus signaculū est fidei, obiectum aūt fidei deus. Est etiā anulus pignus æternæ hereditatis. Ecclesia aut desponsata est christo iuxta Paulum. 2.Cor.11, Spe autem vxor est
sicut dicit Paulus Eph.5. Et huius spei pignus anulum accepit, matrimoniū aūt celebrabitur, quando im
Plinius. plebitur illud, tenui eū nec dimittam Cant.3. De anulis ita dicit Plinius Lib.33. Cap.1. Anulū quis primū fecerit nō traditur, licet apud Prometheum ferreū eum dederit antiquitas, vinculūque id nō gestamen
intelligi voluerit. Lōgo quidē tempore apud Romanos ne tātū qui legati ad exteras gētes ituri essent anuli publice dabātur, quoniā forte ita exterorū honoratissimi intelligebantur. Ii quoque in publico aureis
vtebātur: intra domos ferreis. Quo argumēto etiā nūc sponsæ anulus ferreus mittitur, isque sine gēma Vide Ester.3. Itē 3.Reg 21. Et Budæo referente Plaiū, hac de causa cōstitutū est (vt qui a iā ānulorū vsus vilue
Budæus. rat. Cū anulis etiā spadōes vterēt) ne cui is⁹ anuli eēt, nisi cui igenuo ipsi prī auoque prīno sestertia/400/cē
A.Gellius. sus fuissent, 3 aureo ille, & lege Iulia theatrali in/14/ordibus sedēdi. De hoc A.Ge. Lib.10, ca 10. Veteres
Græcos anulū habuisse in digito accepimus sinistræ man⁹ qui minimo est proxim⁹. Causam esse hui⁹ rei
Appiō in libris ægyptiacis hāc dicit, quod in sectis apertisque hūanis corpib⁹, vt mos ī ægypto fuit, repertū est
neruū quēdā tenuissimū ab eo vno digito de quo diximus ad cor pertingere: propterea nō ita scitū visum esse,
eū potissimū digitū tali honore decorādū, qui cōtinēs & quasi cōnex⁹ eē cū pncipatu cordis videretur. Siue igitur
anulus insigne

insigne [illegible] pon alio rum, sius honoris, siue pro sanitate induatur, illud liquet non omnes indifferenter eo vt os sufficiens legatos, liberos & ingenuos, sicut adolescens hic, qui nunc anulo donatur in digito medico, iuxta illud, pone me sicut signaculum super cor tuum, desertum videlicet, vt intelligas quoties ad anulum oculos conuerteris, quo te amore prosequutus sum, cum a pascendis porcis ad me redires honore vacuus plenus confusione. Date ergo ei anulum: & calciamenta, alioqui pascha celebrare nõ poterat. Exo. cap. 12 De quo paschate dicitur, manducemus & epulemur, quia filius hic perierat & inuentus est, de his calceis habes Ezech. 16. Calciaui te hyacintho nec vbi coluber insidians plantam ingredientis inuaderet & super aspidem & basiliscum incederet, Scriptum est enim ipsum conteret caput tuum, & tu calcaneo eius insidiaberis. Genes 3. Qui igitur huiusmodi calciamenta acceperit vt amodo sic in coelo conuersatio eius, hic dignus est, qui cum omnium parente sedeat ad mensam, & epuletur de vitulo saginato, cuius coctae carne pascimur, & cruore potamur. Chryso. Vidisti quanta sit penitentiae vis, quanta virtus Filius prodigus recepit prioris gloriae statum per penitentiam, quam senior frater habebat per perseuerantiam, et si audere in talibus fas est, mihi videtur, quod ex conuersione hac etiã aliquid amplius meruit. Senior enim frater dicit, quod post tot annos seruitutis, nec hedum acceperit, & filius hic perditus accepit vitulum illum insignem plenum gratia & veritate, Sequitur. Et ceperunt epulari. Epulum autem hoc ipse met instruxit, qui est sacerdos & hostia, pater excelsus & pater multorum, ipse enim accurrit ad armentum, & tulit inde vitulum tenerrimum & optimum. Genes. 18 Et rursus. Propter scelus populi mei percussi eum. Populus autem iste ipse est & adolescens hic perditus: sed iam penitus, quem pater (vt est oculata pietas) a longe vidit, & quia penitentem presciuit: a longe ei prouidit de vitulo saginato, sicut scriptum est: deus prouidebit sibi victimam fili, pone curam. Ex tunc igitur prouidit & promisit & modo exhibuit, videlicet vbi venit plenitudo temporis. Gal. 4. Audi autem vocem penitentis filij. Nos quidem iuste. Luc. 23. Tu autem christe bone qui pascha nostrum immolatus es, memento mei, dum veneris in regnum tuum. Quibus verbis etiam ante mortem vituli philosophatur de resurrectione bonus hic neque bonus latro. Sic & Abraham, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Erat autem filius eius senior in agro: & cum veniret & appropinquaret domui audiuit symphoniam & chorum Graece συμφωνίας καὶ χορῶν symphoniam & choros: idest concentum & saltationes & tripudia, gaudentium cum patre gaudente: & vocauit vnum de seruis: & interrogauit, quid haec essent. Isque dixit illi. Frater tuus venit: & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem & nolebat introire. Frater hic grate senior inuidia infamis, ille est, qui interrogatus a domino de fratre quem sustulerat, negauit (posita omni fronte) scire alibus an alter esset, cui custos datus non fuerat. Hic igitur in agro erat, qui conuictus criminis, egressus a facie dei, aedificauit ciuitatem primam in terra. In agro erat, quia acceperat in repromissione, omnis locus quem calcauerit pes vester esto vester. Abraham autem qui futuram ciuitatem inquirebat: nõ accepit in terra nec vestigium pedis. Act. 7. Erat igitur in agro, qui villam emerat, & boum iuga quinque quibus agrum coleret, terrae semper incuruus, vxore ducta: atque vtinam vnica tantum, & non sub inde vxores ducens, datis prioribus apostasiae libello. Deut. 22. Et proinde conuiuium dedit pessimum quod pater instruxerat filio, Luc. 14. Hic igitur appropinquans domui, audiuit multorum concentum, de quibus Lucas, facta est cum angelo multitudo coelestis exercitus Laudantium deum. Luc 2. Hieronymus. Male quidam de latinis symphoniam putant esse genus organi, cum concors in dei laudibus concentus ex hoc vocabulo significetur, iuxta illud. Vbi eras quando me laudabant astra matutina, & iubilarent omnes filij dei. Iob. 38 Quod igitur nunc dicit, audiuit concentum canentium crotala sistra & choros ludentium & saltantium, arma lustria, & chironomia id ipsum supra significatum est: cum dixit, gaudium est in coelis super vno peccatore &c. Vocauit igitur vnum de seruis. Sic Petrus: qui iudaeorum apostolus institutus est. Gal. 2 Is ergo interrogatus a seniore fratre idest a iudaeis, quare introisset ad gentes [illegible] erant hic frater minor, exposita visione de qua Actu. 10. & 11. Intulit, cum coepissem loqui, cecidit spiritus sanctus super cornelium gentilem & eos qui cum eo venerant, sicut in nos ab initio. Recordatus sum autem verbi domini dicentis, Ioannes baptizauit aqua, vos autem spiritu sancto. Si ergo eandem gratiam dedit gentibus [illegible] filio, quam & nobis qui credidimus in dominum Iesum christum, ego quis eram qui possem prohibere deum? His auditis, tacuerunt & glorificauerunt deum dicentes. Ergo & gentibus penitentiam dedit deus ad vitam. Ex horum numero erat frater hic senior, non autem meritorie iuxta carnem [illegible] ipsam. Hic enim non glorificauit clementiam patris, quod gentium suscepit penitentiam, sed indignatus & detractans; nolebat ingredi: inuidia liuidus. Plutar. Cur o homo in aliena mala (imo in bona) perspicaces habes oculos, in tuis caecutis? Inuerte cognoscendi studium. Et si cordi est, aggredi malorum hystoriam, habes affatim domi quod agas. Nunc vero sicut fabulae narrant, Lamiam quidem domi canere caecum, oculos habere in vasculo repositos, verum vbi prodit foras reponit. Etenim sicut gallina in aedibus frequenter cum cibus sit appositus, subit angulum, ibique scalpens terram, sicubi vt in fimo granum appareat vnum, itidem isti qui lamiarum vicio laborant: aegyptius quidam rogatus, quid ferret velatum, ideo inquit obuelatum est, tu vero cur curiose vestigas, quod occultatum: etenim si nihil esset mali, non fuisset occultatum. Hoc autem loco inuertenda est sententia. Interrogãti enim fratri, quid hoc esset, respondendum est si non esset bonum, honestum id quod audis: non fieret publice, in domo patris tui, illo presente & congaudente. Quare ergo ingredi detrectas? Sequitur in Plutar. Age si aesculapius cum esset heros, tenens remedia & instrumenta, iuxta domum astans, percontaretur: num quis haberet fistulam iuxta posticum aut num vxor cancrum in membro pudendo (quamquam huius artis curiositas salutifera est) attamen nemo in fallor non abegisset per contatorem, qui non expectata necessitate, inuocatus venisset ad aliena mala cognoscenda. Non interioris flagitij culpa est, inuitatum fratrem gaudere cum gaudentibus nolle. Arbitror enim fratrem seniorem; si audisset; venit frater tuus perditus; & pater tuus Scorpiandibus Caesum: in ima

[Margin notes: Ps. 90. Hierony. Chrysost. — Genes. 18 Esa. 53 — Genes. 22 — Genes. 22 — Genes. 4 — Deut. 11 Heb. 11 Luc. 14 — Hierony. — Plutarch. — Lamia. — Plutarch. — Rom. 12]

scalarum gemoniarum conclusit, festine ingressurum, dicturumq; mert o hec patitur, quia peccauit in parentem suum. Nunc autem audiens choros saltantium, iratus stat pro foribus homo morosus nec. Plutar. Cætera quidem mala etiam cum viget morbi vis, vt cunq; cedunt, & admittunt orationem opiferã verum ira secus, sed in liberos & in parentes, ac per iouem etiam Deos, deniq; bestijs ac vasis anima carentibus irascitur. Nam & Xerxes ipsi mari notas ac plagas incussit: ac monti misit epistolas in hãc formam. Atho infælix ad cœlum vsq; porrecte ne meis operibus iactas tuos lapides ad elaborandum difficiles, alioqui excisum te proijciam in mare. Vidisti Regis potentissimi impotentissimum animum? Hic igitur senior frater (fratrem dico, sed fera q̃dẽ erat) vsq; adeo ira incanduerat, vt domum etiam rogante patre, ingredi detrectaret. Audi amice lector amenam fabulam verissimam. Duo vicini cum aliquando litem conferent de lana videlicet caprina, eo ventum est, vt alter diceret. Ego cœlum ingredi omnino nolo, si tu illuc iturus es. Respondit alter non minus stulte q̃ impie. Vere ego non beneficio sed iniuria affectus ero a deo, si me existente in cœlo, teipsum inducat illuc. Ecce quomodo frater senior nollebat ingredi cõuiuiũ: infidelitate cæcus. Acta sunt hæc in diocesi Hispalẽsi oppido de Φραϑεναλ. Sequitur. Pater ergo illius egressus: cepit rogare illũ. At ille respõdens dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi: & mandatum tuum nunq̃ preterivi: & nunq̃ dedisti mihi hedum: vt cum amicis meis epularer. Sed postq̃ filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam (alias tuam) cum meretricibus: venit: occidisti ei vitulum saginatum. At ipse dixit illi. Fili tu semper mecum es: & omnia mea tua sunt. Epulari autẽ & gaudere oportebat: quia frater tuus mortuus erat: & reuixit: perierat & inuentus est. 24. q. 1. C. Quemadmodum. Vidisti irrationabilem & preposteram iram fratris tristicia absorti, vnde maxime gaudere debuisset. Audi clementiam patris, quomodo supplex ad concordiam inuitat & adhortatur rogatq; filium (hoc enim significat verbum παρακαλέω parecali, rogare) dicens ore Pauli: pro Domino Iesu Christo legatione fungimur, tanq̃ deo per nos exhortante, obsecramus vos vt reconciliemini deo. 2. Cori. Cap. 5. Porro qui fratrem quem videt resipiscentem & sapientem sanius non diligit, Deum quem non videt quomodo potest diligere? Quomodo autem fratrem diligit de cuius bono tam ægre tristatur? Rogat autem pater filium: cum iubere possit; sed tamen neminem compellit, dicat licet alias, compelle eos intrare. Sicut enim volentem abire non prohibuit, ita seniorem fratrem nollentem ingredi non compulit sed adhortatur & inuitat, ille autem cor suum posuit vt adamantẽ, aures velut aspidis surde. Iuxta Zach. Cap. 7. Dixit enim. Ecce tot annis seruio tibi, & mandatum tuum nõ preterivi. Hieronymus. Quasi hoc ipsum non sit preterire mandatum patrem non audire rogantem, & saluti alterius inuidere ante deum iactare iusticiam que ex lege est, cum nemo ante deum iustus sit, quando in angelis suis reperit prauitatem. Iob. 4. Quis enim potest dicere: mundum est cor meũ purus sum a peccato? Prouer. Cap. 20. Ille forsan qui clamat in auribus dei, non sum sicut cæteri homines, huiusmodi enim & sui similium est vox ista, tot annis seruio tibi: & mandatum tuum non preterivi. Et tamen frater iste senior: sic loquitur insultans gentibus, toties ob idolatriam in captiuitatem traditus. Alioqui vnde audiuit ex ore Mosi, ego scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam? Deut. 31. Et rursus ex ore Stephani. dura ceruice vos semper spiritui sancto rebelles fuistis. Actu. 7. item Zacharias posuerunt cor suum velut adamãtẽ ne audiret legẽ. Cap. 7. Et nũc si deo placet mãdatũ tuum inquiũt nunq̃ preterivimus. Itaq; tam impudens & frontosum mendacium, nec refellendum putauit pater. Hieronymus. Oro te nonne tibi videtur, ea que ille phariseus de publicano dixerat, iste dicere de fratre? Et nunq̃ inquit dedisti mihi hedum, vt cum amicis meis epularer, huic autem (quem ex inuidia nec fratris nomine dignatur) vitulum saginatum adde & multorum concentum. Tantus inquit sanguis effusus est, tot paruulorum circuncisa preputia, & nullus eorum nos libertate donauit. Ipse Iosias qui placuit in oculis tuis, Machabei qui pro tua hereditate pugnabant, hostium gladijs occubuerunt, & nullus cruor eorum vinctos tuos posuit in libertate. Ecce adhuc Romano imperio subiacemus. Non Propheta non Sacerdos non iustus immolatus est pro nobis: & pro luxurioso filio preciosus sanguis totius creature creatoris effusus est. Et cum merentibus minora non dederis, immeritis maiora tribuisti. Theophyl. Occidisti vitulum. Tanta est Dei benignitas & tã liberalis ter sua dona nobis cõicat, vt & indignatio & obmurmuratio inde nasci posset. Verũtñ o fili qd deteriora causaris: cũ habeas vitulũ tenerrimũ? Quid eũ hedũ exposcis: cui missus est agnus? Nec simules nescire eum iã missum, quẽ Ioãnes digito ostẽdit, dæmones testificati sunt, angeli agnouerũt, & pater de cœlis. Quando autẽ pater inquit: fili tu semper mecũ es; nõ confirmat dictũ filij stulticie plenũ: videlicet nunq̃ mãdatũ tuũ preterivi, sed iraicẽtẽ filiũ alia ratione cõpescit. Neq; enim dixit, bene dicis fili: quia mãdatũ nõ preteristi, sed mecũ es semper: lege videlicet qua constringeris, mecum es: nõ quia precepta mea impleueris, sed q̃ te in regionẽ lõginquã abire passus nõ sum. Nõ aũt mirãdũ est ausum eũ patri tã procaciter mentiri, qui fratri potuit inuidere. Maxime cũ in die iudicij quidã impudẽtius sint nugaturi dicẽtes, quãdo vidimus esurientem, & nõ pauimus te? Fili inquit, oia mea tua sunt, legem prophetas & eloquia dei, omnia autem dicit idest partẽ maximã. Nihil inquit tibi decedit, q̃ in fratrem vtor clementia: si omnia mea tua sunt, quamq̃ nihil illi vnq̃ negasse credendum sit quem ad suum vitulũ hortatur edendum. Omnia ergo patris filij senioris sunt, vel iudeꝰ sacramẽta possidẽs veteris testamẽti: vel baptizatus etiã noui. Et hec est substãtia diuisa duobus: quia iudei terrena acceperũt bona, sacramẽta carnalia, christianus pp̃ls bona eterna sacramẽta cœlestia. Ambro. Constitue mihi aliquẽ ex his qui sibi iusti videntur, qui trabẽ in oculo suo nõ videt, & alieni festucã viri ferre non possunt, quomõ indignãtur quãdo alicui peccatũ fatenti (nũquid pro his vobis nõ occidet Semei) & indulgẽtiã deplorãti venia rela-

(Marginal notes, left: Plutarch. · Xerxes. · 1. Ioan. 4. · Luc. 14. · Hierony. · Luc. 18. · Hierony. · Luc. 18. · 2. Para. 25. · Theophy. · Matt. 20. · Hierony. · Matt. 25. · Ambrosi. · Matt. 7. — right: F · G · H · I · K)

venia relaxatur: Quomodo aures eius cōtentum populi spiritualem ferre nō possunt: cōuiuiū patris & domesticorum dat pessum: tumes de legis obseruantia: alias impius qui fratrem accusat corā patre quem pater excusat dicens, adolescens erat: semel errare hominum est, quando nō raro bonus dormitat Dauid, potius gaudendum est, q mortuus cum esset (anima enim quę peccauerit morietur) reuixit &c. Caeterum si parabola exponatur de iusto & peccatore, illud primo mouet inquit Hieronymus: cur iustus salute peccatoris inuideat, & in tantum iracundia replicatur, vt nec fratris misericordia nec patris precibus nec totius domus iucunditate superetur. Sed sciendum q dei solius est perfecta iusticia qui solem & pluuias ęqualiter super omnes infundit. Nostra autem opera in eius comparatione sunt sicut pānus mēstruatę. Quod autem in sanctis inuidia cadere possit, inde patet, q matre petente pro filijs grandia, reliqui decem indignati sunt. Matt. 20: idem videre licet in his qui conducti sunt ad vineę culturā. Vnde illud. Nō iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuēs. Nō dixit omnis homo: sed omnis viuens, idest nō apostolus, nō propheta, ad maiora cōscendo nō angeli cęterę q virtutes. Est ergo deus in quem peccatum cadere non potest cętera cum sint liberi arbitrij: iuxta q homo ad imaginem & similitudinem dei conditus est, in vtramq partem possunt suam flectere voluntatem. De hoc dictum est superius iuxta Theophylatū Itaq iudęus grauius peccauit inuidendo: q gentilis ab errando.

2.Reg.19. Ezech.18. Hierony. Esai.64. ps.142.

Caput. xiiij. Magister quid faciam boni &c. Pręcepta nosti. Hęc omnia seruaui. Vnū tibi deest: vēde oia, qui cōtristat⁹: abijt. Facilius camelus trāsibit foramē ac⁹; q diues ĩgrediat cęlū. Sed deo oia sūt possibilia

ET cum ingressus esset in via: procurrens quidam princeps: iuxta Lucam, genu flexo ante eum: rogabat eum dicens. Magister boni quid faciam boni: vt vitam ęternam percipiam? Vel possidebo. Iesus autem dixit ei. Quid me interrogas de bono: iuxta Matthęum vel quid me dicis bonum? iuxta Marcū Lucam. Matthęus: vnus est bonus deus: Marcus & Lucas, nemo bonus: nisi vn⁹ & solus deus. Matthęus. Si autem vis ad vitam ingredi: serua mādata. Dicit illi, Quę? Iesus autem dixit, Marcus & Lucas: pręcepta nosti. Nō dixit: legem Mosi nosti, ne excludere videretur homines legis naturę a consequenda vita ęterna. Tres euāgelistę. Non occides vel homicidium facias, nō adulteres: nō mechaberis: nō facies furtum nō falsum testimoniū dices: Marcus: ne fraudem feceris; Tres euangelistę honora patrē tuū & matrē: Matthęus, Diliges proximū tuū sicut teipm. Quęritur demū et Augustini, si omnes volunt esse beati (sicut dixit Mimus quidā omnes volūt id vnū, emere vilius: vēdere carius) idq solū in volūtate sit, siquidē & deus vult oēs hoies saluos fieri: cur nō oēs hāc beatitudinē adipiscūtur, sed vix excētū vnus accipit palmā? An forte eo euenit, q aliud est velle bn̄ aut male: aliud intueri aliquid per bonā aut malā volūtatē. Nā illi qui bt̄i sunt, quos bonos esse oportet, nō propterea sunt bt̄i, q bt̄e viuere voluerūt, nā hoc volūt etiā mali, sed q̄a recte viuere volūt: qd' mali nolūt. Nō ergo mirū si mali nō adipiscūtur quod volūt idest vitā beatā, illud em̄ cui comes est, & sine quo ea nemo dignus est recte videlicet viuere nō itidē volūt. Cū aūt dicimus volūtate hoies esse miseros, nō ideo dicimus: q miseri esse velint sed q in ea volūtate sunt, quā etiā eis inuitis miseria sequatur necesse est. Itaq ergo princeps hic vnus e magnatibus iudęorū cū desiderio teneretē vitę beatę, in qua erūt sancti sicut angeli: sciens autem q beatitudo non datur voluntati nudę ab operibus: alioqui nulli auidius auent beatitudinem, q hi qui tanq fulgura e coelo deturbati sunt, datur autem volenti bene viuere, & bene viuenti, gratia dei sum id quod sum. 1. Cor. 15.) ideo procurrens genu flexo, vel accurrens πρὸς δρόμον, prosdramon ante dominū iesum, rogat eum dicens. Magister scimus, q viam illam doces qua recta itur ad astra quid ego faciendo: vitam ęternum possidebo? Damnati summe appetunt beatitunē: & forte imensius q nos in via, licet eam apprehendant vt impossibilem eis, Et maxime delectarentur in consideratione illius obiecti, si permitterentur, & in hoc forte summe tristantur, quia sic detinentur ab igne in consideratione sua, q non permittuntur considerare deum, vt est obiectum naturalis beatitudinis, nec seipsos, in quo maxime quiescerent Scotus in: 4. Dist. in 49. q. 10. Seneca: ille beatus est (inchoatiue) qui omne bonum animo habet, qui neminem videt: quo cum se commutatum esse velit, vt videlicet non sit sicut cęteri omnes. Luce. Capite 18. Dicens ergo: quid faciens boni, ostendit q non auditores legis iustificabuntur ante Deum, sed factores. Roma. Capite. 2. Cuius factores? Si tradidero corpus flammis, bona pauperibus, charitatem autem non habuero, nihil sum. 1. Cor. Capite, 13. Cymbalum sum. Disputante Philippo cum quodam fidicine de pulsandarum fidium ratione, cum sibi hominem probe refellere videretur, ridens (vt inquiunt) ille, dij melius o Rex ait, ne vsq adeo miser sis, vt hęc me scias melius. Alię artes & alia opera decent Regem, vt Rex merito dici possit, hec tu tanq superflua missa facias, id potius inquirendum quid faciemus vt possimus esse beati. Et forte iste non tam doceri cupit a Domino Iesu Christo quid facere debeat, q ob ea quæ fecerat laudari. Et Dominus Christus. Quid inquit me dicis bonum vel interrogas de bono? Cum vnus tantum sit Deus qui bonus sit. Si inquit Bonum cōfiteris: confitere & Deum. Conuertuntur enim duo hec nomina, Deus natura, bonum est: & bonū per essentiā de⁹ est: id aūt dixit dn̄s corrigēs fidē eius. Theop. Nemo bon⁹ &c. Partim q nos vt luna mutamur, partim q bōitas nr̄a ad diuinā bonitatē collata malicia est, & pān⁹ mēstruatę. Ori. Qd' ergo inueniē

Matt.19. Marci.10. Luc.18. 23.q.4.ca. Eavidicta. Augusti. 1.Cor.9. Matt.22. Luc.19. Seneca. Philippus. Theophy. Esai.64. Origenes.

io aliis appellatio boni, vidit enim deus cūcta quę fecerat & erant bona & valde bona, abusiue tamen dicitur de illis bonitatis ratio. Serui sumus inutiles, cū fecerimus omnia quę pręcepta sunt nobis. Luc. 17. Nec enim si vere essent bona quę fecimus, scriptū esset, vt facientes ea diceremus, serui inutiles sumus, si proprie cōueniret hoibus appellatio bonitatis. Vere enim quādo declinamus a malo & facimus bonū, (Ps. 33.) quātum ad comparationem cæterorum hominū qui in sordibus suis putrescūt, dicūtur bona que agim⁹ quātū aūt ad veritatem iuxta quod dicitur in hoc loco q vnus est bonus, bonū nostrū nō est bonū, quo lucerna ante solem nō lucet, & stellę nō sunt mūdę in cōspectu eius. Et tamē dicit dñs, serue bone & fidelis. (Iob. 15.) Matth. 24. Multa aūt dici possūt de bonitate dei, quandoquidē & ipse furor eius (vt ita dixerim) (Deut. 32.) bonus est. Ideo enim percutit vt sanet, nō miseretur vt misereatur. Excæcauit Paulū, vt in tertiū raperet (Actu 9.) cœlum. Multa aūt de bonitate sua abscōdit deus a timētibus eum, vt ne diuitias cōtemnamus bonitatis & longanimitatis illius, id quod mihi videtur mirabile. Siquidem iuxta Augustinum & si meliores sunt (Augusti⁹) quos attrahit & corrigit amor & bonitas dei, plures tamen sunt qui timore corrigūtur. Abscōdit igitur eis deus multa de bonitate sua, ne negligētia resoluātur, intelligentes, tam bonū esse deū, vt ad vnā pcu- lā tā tāsummā ętis alieni remiserit seruo veteratori nequā & oīum hominū ingratissimo. Matt. 18. Nemo inquit bonus nisi vnus de⁹. Quis est iste deus? Hęc dicit domin⁹. Dimitte populū meū, Exo. 5. Dura hęc (Abulensis) vox apud Pharaonem, qui superiorem nō agnoscebat dñm aliquem. Nā dñs nomē correlatiuū est serui Et Pharao. Quis est dominus? Quod irridēdo dicit, vnde infert, dñm nescio. Et tamē iuxta philosophum deū esse est per se notū, esto. Sed nūquid erat per se notū, q deus hebręorum erat ille deus, & nō magis Apis quē colebāt ægyptij? Est aūt deus in cęlo essentialiter, in inferno pręsentialiter, vbique potentialiter (Plato.) imo vbique est his tribus modis, id autem ex fide tantum habemus. Ad hęc Plato. Multi me rogāt o Dionysi, vt ad te aliquid scribam: quos haud facile est vacuos a me prorsus repellere. Symbolū itaque tibi esto vt illius epistolę quam vt serio a me scriptam velim accipias, dictio hęc, theos singulari numero sit principium, leuiores aūt epistolę dij numero multitudinis. Et infra Deus bonus erat: bonū vero nulla rei cuiusque subit inuidia. Cum itaque extra inuidiam esset, voluit oīa esse sibi, q maxime similia. Diximus aūt similia nō iuxta naturam, sed eo dūtaxat, q & ipsa sunt (habent se tamē species rerū sicut numeri, idque ab omnibus cōcedatur, a nullo probatur) nullius certe vtilitatis causa, vt videlicet honorem ab hominib⁹ acciperet vel fumidū sacrificij vaporem, sed sola bonitate adduct⁹. Sicut ergo multa sunt quę facta sunt & tamen deus singulariter dicit, ego sum qui sum, ita quicquid est: aliquid boni est, quia quicquid lauda- (Exo. 3.) tur, ideo laudatur quia bonū est, inquit Augustinus, tamen deus solus dicitur bonus, a quo omne quod (Augusti⁹) est bonū tanquā a fonte est. Ambro. Omnia inquit erāt bona valde. Et ita in fabrica humani corporis gra- (Ambrosi⁹) ta est vniuscuiusque membri portio, sed plus in cōmuni dispositio membrorū apta delectat, q ita sibi cōuenire videatur. Quęritur aūt, si deus vnus est: etiam iuxta eos qui de scripturis sanctis nihil audierunt (dicente Plutarcho: multi feruntur dij facti ex hominibus, qui ob suam virtutem corruptibilitatē illam (Plutarch⁹) ac mortalitatem exuisse ferūtur, in deos immortales inuerti, tamen sempiternus increatusque rerū cōditor vnus est deus, si modo ijs credere volumus, quę de Deo a sapientissimis viris tradita sunt) vnde vox illa impietatis plena: fac nobis deos qui nos pręcedāt? Abulensis deum dicit legendum. Sed si deum verū pe- (Abulensis) tūt, quomodo faciēdus est, per quam facta sunt omnia? Sciendum ergo q hoc nomē heloim multis locis (Gene. 1.) scripturę ponitur plurale pro singulari: sicut ibi: Beresith: bara heloim Zamaim, vt arm. Item Exo. C. 7. Constitui te heloim Pharaonis. Item Esai. 19. In manu deorum crudeliū: hebraice est: adonim quaser idest duorum crudelis. Itē Iosue. 24. Nō poteritis seruire domino, deus enim sanctus est: Hebraice est, seruire domino, quia sancti ipse. Item, Deut. Cap. 5. Vt audiat vocē dei viuētis, hebraice est, heloim ha ijm, idest deorum viuentiū. Itaque iudæi vnū petierāt deū: sed quia numero plurali id expresserūt, Hieronym⁹ ita trāstulit sicut illi dixerūt, nō sicut intelligebāt, Verū cū verū deū reliquissent, nō refert vtrū vnum aut multos flagitarēt, quia verus deus vnus tātū est. Illud tamē extremę demētię deum qui seipsum mouere (Exo. 32.) nō poterat (qui aūt posset cū nihil aliud esset q aurū cōflatū ex in auribus) ducem vię petere. Isti inquit sunt dij qui te potenter eductū de ægypto hucusque perduxerūt, & possunt cōsequenter inducere in terrā promissam. Is ergo qui incorporeus nō videbatur in ægypto cū te eduxit, ille ipse est: quem nunc coram cernis, hoc est latet potētia eius in aureo hoc vitulo. Quo id argumēto colligebant? Nū motus est loco, aut comedit fœnū? Sed nemo bonus nisi vnus de⁹. Tātā enim insaniā persequi demētię esset. Hilari⁹. Ita (Hilarius,) q iuuenis hic insolens per obseruantiam legis: iustificatū se in operibus legis existimans quomodo Paulus dixit secūdū iustitiam quę ex lege est, cōuersatus sine querela (Phil. 3.) & nō intelligens venisse dominū ad oēs perditas israel: tanquā cōmuniū pręceptorū & in lege scriptorū magistrū interrogat dominū legis: & vnigenitū deū. Detestatus itaque dñs hāc de se irreligiosę fidei professionem: q tanquā vnus de magistris legis interrogaretur, ait. Quid me dicis bonū? Nō ergo respuit bonitatis nomē, si sibi hoc tanquā deo deputaretur: quasi dicat, Si bonū cōfiteris: cōfitere & deū. Cæterū si vis ad vitā ingredi: viā nosti, serua mādata. Ergo & lex seruata vitam æternam cōferebat suis obseruatoribus: licet non ectu propter impedimentum. &c. Verum lex hoc loco decalogum significat, sicut patet intuenti. Serua inquit mandata quę toties audisti ab ore doctorum legis. Vide Deut. Cap. 5. & Cap. 6. Et cū ille simularet ignorantiā dicens: quę sunt pręcepta hęc: quibus opere exhibitis beatus ero? intulit dominus: vere illa nosti: nam di- (Augusti⁹) cturus es: hęc omnia obseruaui a iuuentute mea: tamē vt compendio dicam: nō occides &c. Augustinus (Exo. 28.) Cū multa quidem dominus Mosi loquutus fuerit: duę tantū tabulę lapideę dātur ei, quę dicuntur testimonij: quoniā cætera quęcunque loquutus est dominus ex illis duobus pręceptis pendent, quę in duabus tabulis cōtinentur, & hę sunt duę catenulę ex multis anulis cōtextę, ex quibus pendet rationale: pendet ita & pro-

lex & prophetę, sicut ipsa decem a duobus. Sco. 4. Distin. 14. q. 5. B. Sed obserua q̃ in pręsenti loco de pręceptis primę tabulę nulla fit mẽtio, quia iuxta Apostolum, qui proximum diligit: legem impleuit. Vnde postq̃ dñs dixit pręcepta secundę tabulę vno dempto videlicet vltimo, intulit, cõcludens totam legem vnico verbo, diliges proximũ sicut teipsum. Hieronymus. Sæcularis apud Gręcos sentẽtia est, quicquid licet: minus desideratur. Ergo e cõtrario quicquid minus licet: fomentum accipit desiderij. Vnde & Tullius de parricidarum supplicijs apud Athenienses Solonem scripsisse negat, ne nõ tam prohibere, q̃ commouere videretur. Vnde & referente Plutarcho, Romulus cum nullam parricidę pęnam deffinisset: omne homicidium parricidium nuncupari voluit, q̃ hoc impium ac nefarium illud autem impossibile esse diceret. De adulterijs dictum est. Ioan. 8. Matt. 19. Dicit tamen Hieronymus, q̃ tẽpore suo adultera capite puniebantur, sed hoc sęculo, lusus sunt eorum qui famosi sunt in terra, nõ omnium, absit. Parum est

A autem si Coccyx doleat mussitans malum suum, nisi & interim ferat secũ vrig litteras, videlicet Epi Kerata metauiam. Sed secretum meum mihi. Ne fureris. Est gens quędam Agesurni vocantur: qui sanctã habent legem, vt qui in furti suspicionem venerit, e vestigio suspendatur. Non triduo de suspicione iudicant. Si sontem inueniunt, pendere sinunt, donec per partes ad terram defluant cadauer. Insons repertus sepelitur, exequięq; ex publico soluuntur. Labeo referente A. Gellio, in libro de 12 tabulis 1, acria & seuera iudicia de furtis habita esse apud veteres scripsit. Idq; Brutum solitum dicere, furti damnatum esse, qui iumentum aliorsum duxerat, q̃ quo vtendum acceperat. Item qui longius produxerat q̃ quem in locum petierat. Apud nodos furtum est tędissimum, apud Lacedæmonas valde laudabilę. Plutarch. Apud Lacedęmonas pueri adeo diligenter & attente furantur (more patrio) vt narretur quendam cum leonis catulum subripuisset, pallioloq; inuoluisset, eius ventre vnguibus & dentibus a bestia discerpto, omnia latendi gratia tolerantem obijsse, siquis autem fuerit deprehensus, multis verberibus flagro afficitur, q̃ si negligenter ineptęq; furari videatur. Draco apud Athenienses statuit furem cuiuscũq; modi vltimo su-

B pplicio puniendum. Decem viri apud Romanos furem qui manifesto furto pręhensus esset, tum demum occidi permiserunt, si aut cum faceret furtum, nox esset (Vide Exo. Cap. 22) aut interdiu se telo eum prenderetur defenderet. Ex cæteris autem manifestis furibus liberos verberari, addijciq; ei cui furtum factum esset. Seruos vero manifesti furti deprehensos, verberibus affectos, e saxo pręcipitari. Pueros impuberes arbitrio pretoris verberari, noxamq; ab eis factam sarciri. Dixit autẽ Cato (nota te verba o boni dictatij compilatores) in quadam oratione. Fures priuatorum furtorum in neruo atq; cõpedibus ętatẽ agũt fures publici in auro atq; in purpura. Id verum sit nec ne, videro. Quod autem possit quis pia fraude sua subripere: si alias via non patet: probatur per illud Genes. 30. Respondebit mihi cras iustitia mea. Tantũ enim dedit deus ipsi Iacob de bonis Laban pia fraude, quãtum ille dare tenebatur pro locanda vtraq; filia, siquidem Laban primum eas vendidit ipsi Iacob pro labore annorum 14. secũdo nõ eas dotauit more patrio. Vide igitur quibus technis Iacob ditatus est de bonis Laban, pro annis viginti quibus seruiuit

C seruitutem durissimam, & pro duabus sororibus quas duxit. Erat autem lex mirabilis apud ægyptios, teste Diodoro: vt qui rem furto amisisset, quarta eius parte mulctaretur, quę furi qui principi sacerdotũ nomẽ suum professus fuisset debebatur. Vtrũ autem infideles possint expoliari rebus suis: ab eo qui habet autoritatem reipublicę si possunt iuste occidi, quorũ vtrunq; concedit S. Thomas. 22. q. 66. Ar. 8. Item Alex. Ales. 3. pa. q. 36. Mẽbr. 3. Parra. 3. Cõsule alios. Si enim in pace viuunt, non video qua re sint vel occidendi vel rebus suis expoliandi. De iudęis secus dicunt doctores isti. Quam caste autem & religiose a prudentissimis viris furtum diffinitum sit, audi. Nequis cum furem solum putet qui occulte subripit, qui enim alienam rem attrectauit, cum id se inuito domino facere iudicare deberet, furti tenetur. Illud memento, furtum sine vlla quoq; attrectatione fieri posse, mente solã vt furtum fiat adnitente. Et concludit A. Gel. Quo circa ne id quidem Sabinus dubitare se ait, quin dominus furti sit cõdẽnãdus, qui seruo vti furtum faceret impo suit. Lib. 11. Cap. 18. Tu autem obserua verba dei alloq̃ntis Iosue super furto Achã de quo habes Iosue Cap. 7. Peccauit israel, pręuaricati sunt pactum meũ, fur ati sunt atq; mentiti, & ab-

D sconderunt inter vasa sua. Nec poterit israel stare ante hostes, eosq; fugiet & cætera quę sequuntur. Et tamen vnus tantum erat saccularius. Numera quot verba dixit Dominus idem significantia. Et cum ipse vocaretur Achan, sepulchrum eius vocatur Achor, quod turbatio interpretatur, quia furto suo turbabit populum. De cõcupiscẽtia ita dicit Ambro. Super illud, o siquis mihi daret aquam. Dauid cõcupiscẽtiã aquę mitigare potuit, auferrę nõ potuit; effudit enim aquam coram domino. Quę res inditio est, q̃ concupiscẽtia quidem pręueniat rationẽ, sed ratio cupiditati resistat. Humanũ itaq; est quod passus est Dauid, vt irrationabiliter concupisceret, sed illud laudabile, q̃ irrationabilem cõcupiscentiam rationabiliter parato fraudauit remedio. De falso testimonio dicetur Matth. 27. De honore parentum habes Matth. 15. Et diliges proximum tuum. Ad hec Origenes. Legimus in euangelio quod dicitur iuxta Hebręos, quod nos nõ probamus, sed tantum ad manifestationem propositę veritatis. Dixit ad dominũ quidam diues Magister quid boni faciens viuam? Dixit ei. Homo leges & prophetas fac. Respondit ad eũ. Feci. Quid

E adhuc mihi superest, vel iuxta tres euangelistas: hęc omnia inquit seruaui a iuuentute mea. Matthęus. Quid adhuc mihi deest? Lucas autem: hoc audito Iesus ait, vnũ tibi deest. Marcus. Iesus autem intuitus eum dilexit eum & dixit ei: vnum tibi deest. Videtur ergo Marcus & Lucas prętermisisse verba illa, quę Matthęus posuit, quid adhuc mihi deest, vt sit ordo talis. Hęc omnia seruaui a iuuentute mea, quid adhuc mihi deest? Iesus hoc audito: intuitus eũ dilexit eum & ait. Vnum tibi deest: si vis perfectus esse: vade & vende omnia quę habes & da pauperibus: & habebis thesaurũ in cœlo: & veni & sequere me. Sequitur.

LL V de diuite

Rom. 13. | Hierony. | Tullius. | Romulus | Hierony. | prouerbiũ | Sabellicus | Labeo. | Furtum. | Plutarch. | Draco. | Decẽ viri. | Cato. | Abulens. | Diodorus | S. Thom. | Furari. | A. gellius. | Ambrosi. | 2. Re. 23. | Origenes. | 14. q. 1. C.

de diuite iuxta euangelium hebræorum. Cœpit autem diues his auditis scalpere caput: & nõ placuit ei.
Leui.19. Et dixit ad eum dominus. Quomodo dicis, legem feci? Quoniam scriptum est in lege, diliges proximũ
tuum sicut teipsum, & ecce multi fratres tui filij Abrahæ amicti sunt stercore, morientes præ fame: & do-
mus tua plena est multis bonis, & nõ egreditur aliquid omnino ex ea ad eos. Et hic est qui bonus vide-
ri volebat ex obseruantia legis: cuius tamen vanam confidentiam dominus illo ceu prœmio retudit di
cens, nemo bonus nisi vnus deus. Quod autem dicit Marcus, Iesus intuitus eum dilexit eum, sensus est,
intuitus adolescentem spectatæ probitatis (nam rara auis hec, adolescens probæ indolis) qui nõ falsa de se
mẽdaciter iactaret, significauit ipse corporis gestu, se se etiam adolescentioris probatæ ætatis studio dele-
ctari. Intuitus est igitur eum attentius quam ante illa verba, hec omnia seruaui. Dilexit eum non quidẽ no-
ua dilectione, sed quem prius alloquebatur tanquam vnum e turba: iam modo tanquam discipulum erudit dicens
si vis ire per viam compendij, (quia nõ longe sis a regno dei: Marci.12) vnum tibi deest &c. Sed quomo
Chrysost. do dilexit eum dominus: quem sciebat, quod nõ erat eum sequuturus? Est autem hoc dicere, quod quantum ad
priora dignus erat amore, quæ legis sunt obseruans a iuuentute. Vende igitur omnia, & non ex parte si-
Theophy cut Ananias Actu. Cap. 5. Theophy. Impossibile enim est nõ abuti his quæ possidemus. Quippe quan-
diu pecunias habemus, molitur diabolus nos supplantare, ne regula dispensationis recte vtamur & di-
fficile est effugere eius laqueos. Et propterea bona est paupertas, & quasi tentatione superior. Et seque-
Hierony. re me. Hieronymus. Et licet facilius sacculus cõtẽnatur quam voluntas: hic adolescens nec rerum reliquit, qui
tamen dixerat, omnia obseruaui a iuuentute, sed abijt tristis, quia habebat in interioribus animæ radicẽ
omnium malorum pleonexiam. 1. Tim. 6. Et nunquid si fores totius mundi dominus, & totum relinque
res propter dominum, aliquid magni faceres? Punctus est terra comparatione regni cœlorum: & punct'
hic contra sui naturam, o quot diuisiones capit. Cum audisset autem adolescẽs verbum: abijt
tristis: erat enim habens multas possessiones: diues valde. Vter vetus erat, & vinum non
nouerat nisi vetus, radices multas in terra miserat: tristicia diruptus est. Basilius. Mercator nõ tristatur in
Basilius. nũdinis paciscendo quæ possidet: acquirendo opportuna, tu vero tristaris, terrena dando pro cœlestibus
thesaurum habebis in cælis, sequere viam quam te docet veritas: quæ recta ducit ad vitam. Sed abijt tris-
Genes.4 tis. Erat enim Abrahæ filius iuxta carnem: Cain iuxta spiritum, qui Ciuitatem primus in terra condidit.
Genes.12 Abraham enim cum nihil audisset de thesauro cœlesti sed illud tantum, egredere de terra tua: & veni in
terram quam ostendam tibi: hoc est, dabo tibi terram pro terra: lætus & alacer ac in modum volucris de
terra patria, sublatis vxore & ancillis & supellectili domus, perrexit nesciens quo. Heb. 11. Hieronymus
Hierony. super illum pellem pro pelle. Nihil de se dedit Iob: inquit satan, sed totum extra se, qui pro pelle sua pe
Iob, 2. lles dedit filiorum. Deposuit marsupium, vt frueretur corporis sanitate. Nam & Stoicis excepta virtute
& turpitudine: cætera adiaphora vocant idest nec mala nec bona. Sciens tamen dominus athletam suũ
etiam in isto extremo certamine: quo corpus traditur aduersario: nõ posse superari, ecce inquit trado eũ
tibi, animam vero caue. Ecce autem e diuerso adolescens qui omnia legis præcepta impleste se dicebat,
in primo certamine diuitias vincere non potest, sed abijt tristis. Seruauit aut forte omnia metu nõ amo
Hilarius. re, vel vt glorificaretur ab hominibus, accepit mercedem suam. Iuxta Hilarium enim: plures intra legem
metus tenuit, paucos vero voluntas cõstituit in lege, de quibus Paulus, iusto lex nõ est imposita. 1. Tim.
Silerius. Cæterum Silerius sanum esse hominem mortalem ante omnia putat cõducere ad beatitudinem, dein-
Pindarus. de hominem esse bonum, tertio ditescere sine dolo, quarto florere cum tibi charis. Pindarus ita. Siquis ne
cessarias vitæ possessiones amauerit, addita boni nominis fama, is nec deus esse quærat. Dominus Iesus
Matth.16. ita. Si vis perfectus esse, vende omnia, abnega temetipsum & nudus nudum sequere. Nã & Crates the
banus seruos proijcere aurum iussit in media Lybia, quia tardius irent, propter onus segnes. Erat iste se-
ctæ Cynicæ assectator. Horum proprium erat nil habere præter pallium peram & baculum. Cum aliquã
Themisto do Themistocles pecuniam extorquere vellet apud Andros, duos inquit ad vos ago deos, vim ac suasio
cles. nem. Illi contra duos apud se quoque permagnos esse deos responderunt, paupertatem ac impossibilita-
Plato. tem, a quibus prohiberi se, pecunias illi dare. Vnde percõtantibus quibusdam Platonem, quæ nam posse
ssionum genera silijs comparanda præstarent, ea dixit quæ nõ grandinem nõ vim, nõ ipsum denique iouẽ
Stilbo. extimescerent, iuxta quod dixit Stilbo, omnia mea mecum porto. Iste autem vt prædicitur omnium malo
rum seminarium secum portabat, ideo abijt tristis, tristitia autem sęculi mortem operatur. 2. Cor. 7. Ado
Hierony. lescens autem hic existimabat diuitijs cohabitare fęlicitatem, cum ex diametro pugnent iuxta Hierony-
Eccl. 5. 3 mum, dicente Salomone saturitas diuitis nõ sinit eum dormire. Vnde sequitur. Et circunspiciens Ie-
sus: & videns illum tristem factum: ait discipulis suis. Matthæus, Amen dico vobis,
tres euangelistæ: quod difficile qui pecunias habent intrabunt in regnum cœlorum vel in re
gnum dei. Discipuli autem obstupescebant in verbis eius, iuxta Marcum, & sequitur ex
Marco, at iesus rursus respondens ait illis. Filioli quam difficile est confidẽtes in pecunijs
in regnum dei introire. Tres euangelistæ. Facilius est camelum per foramen acus introi
re: quam diuitem intrare in regnum cœlorum. Auditis autem his: discipuli mirabantur
magis: vel valde dicentes ad semetipsos. Quis ergo potest saluus fieri? Et intuens
illos Iesus dixit. Apud homines hoc impossibile est, apud deum autem omnia sunt
possibilia. Lucas. Quæ impossibilia sunt apud homines. possibilia sunt apud deum.
In his verbis tria ponit dominus: videlicet difficultatem, possibilitatem, deo autem nihil impossibile, ni
Ps. 61. hil difficile. Difficile inuenitur diues, cui si affluant diuitiæ: cor nõ apponat, habet enim domi thesaurum
Luc.19. malorum, pecuniæ enim obediunt omnia: Eccl. 10. Etiam Dij auro demulcentur. Tamen sicubi reperiatur

vnus aliquis

vnus aliquis Zacheus: qui dimidio bonorum pauperes demereatur, hic facile ingredietur, sed Pheuicea
iste tate sunt: qui farcinati consequi possint christum, vox enim illa, Petri Argentum & aurum non est
mihi, infamis est apud nostrates. Cæterū cū discipuli obstupescerent in verbis domini non plene intelle-
ctis, nec enim reprehenduntur diuitię sed morbus earum, sententiam eandem dominus repetit, blandimē
to mitigans sententię asperitatem, filioli inquiens: q̄ difficile qui confidunt in diuitijs (ecce presentaneū
venenū) ingredientur in regnū cœlorū. Difficile dixi: dicam semel quod veritas habet, facilius est camelū
per foramē acus intrare (id aūt impossibile) q̄ diuitem confidentem in diuitijs ingredi in regnū cœlorū.
Origenes: impossibile est enim & implere mandatum in quo omnis lex recapitulatur: & esse diuitem: &
maxime tantas possessiones habere. Vide enim q̄ in principio Ecclesię omnibus erat cor vnū & domus
vna: & nihil proprium quis possidebat. Vnde Ananias & vxor eius passi sunt quę passi leguntur, quia
A de precio agri partem aliquam subtrahere voluerunt. Digni autem fuerūt in hoc sęculo recipere pecca-
tū suū, vt mundiores exirent ab hac vita, mādati castigatione sibi illata per mortem cōmunem, quoniā
credentes erant in christū. Hęc ille. Ambrosius. Magna vis magnū pondus in verbis. Quibus enim ver-
bis alijs vehementius exprimeret: non debere iactare se diuitem in diuitijs suis, q̄ talibus quibus diffini-
tur contra naturam esse diues misericors? Dicamus & aliter. Nonne tibi videtur publicanus ille orare
suorum conscientia delictorū: cū oculos ad deū non auderet attollere, velut quidam camelus in foramē
acus confessionis suę remedijs facilius introire, q̄ pharisęus ille in regnum dei: arrogans in prece: iactans
innocentię: prędicator sui: criminator alieni, qui magis conueniret dominum q̄ rogaret? Gregorius. Diffi
cile est inquit. Nam qui hic multiplicandis diuitijs & dilatandis horreis inhiāt, quę alterius vitę gaudia
sperant? Quod tamen dominus vt valde rarum ex solo diuino miraculo euenire posse monstraret, apud
homines inquit hoc impossibile est, apud deum omnia sunt possibilia. Lib. 4. Mora. Cap. 2. Quod si di-
ues ille dānatur, qui omnia pręcepta seruauit a iuuentute sua propter id solum q̄ diues esset, quis potest
B saluus fieri? Sed salus ęterna a deo est, non ab operibus nostris. Verum nos ardemus auaritia, nihil q̄ no
bis satis est, & illud quod de Megarensibus dicitur iure nobis coaptari potest, ędificant quasi semper vi-
cturi: viuunt quasi cras morituri. Quis inquiunt potest saluus fieri? Requirendum est, quare discipuli ob-
stupuerunt super verbis christi, nō enim ipsi diuites erant. Mihi videtur, q̄ pro omnibus hominibus an-
xij fuerunt: iam enim misericordes cęperant fieri. Ad hęc Augustinus. Quid mihi est in cœlo? inquit came
lus quidam. ps. 72. Quę verba cum emphasi legenda sunt. Tam grandia mihi in cœlo preparasti, qualia
oculus nō vidit, & ego infœlix in terris atq; parua & transitoria pro magnis querebam. Quod autē dixit
quę apud homines sunt impossibilia apud deum omnia sunt possibilia (& tamen deus peccare non po-
test, nec infecta facit quę facta sunt) nō intelligas inquit Augustinus q̄ cupidi in regnū cœlorum cum cu
piditatibus suis ingressuri sint quasi cameli cum gibbis suis, sed possibile sit deo vt per verbum eius a cu
piditate temporalium ad charitatem ęternorum conuertantur, contendentes ingredi per portam arctam
C Luce. 13. Imitantes serpentes. Matt. 10. Sed cum pauci sint diuites comparatione pauperū: quid est quod
dicunt apostoli, quis potest saluus fieri? Sed obserua, q̄ omnes qui talia cupiunt (horum autem infinitus
est numerus) in eorum numero haberi apostoli animaduerterūt, vt dicerent, quis potest &c. Plato. 10.
De republica optime & pulcherrime viueremus, si vera de diuitijs sententia vbiq; prędicaretur, ea est: q̄
diuitię corporis gratia sunt: corpus autem animi gratia. Ita tertium gradum post virtutem animi corpo-
ris q̄ tenebunt. Verum Salomon pecunias primo loco constituit dicens, pecunię obediunt oīa. Eccs. 10.
De facto sed non de iure. Omnia tamen dixit, non omnes, quia omnia pecunia cōmutantur excepta vir-
tute & litteris: quę maxime non sequuntur. Vnde sequitur ex Platone. Virtus & opes non aliter sunt
q̄ duo in trutina pondera: quorum altero degrauante, eleuatur alterum. Sicut in ciuitate quanto diuites
sunt in precio, tanto virtute prediti dantur pessum. Vnde illud Theogenis: qui sua vult latere vicia, pe-
cunias quęrit. Qui animum curat, seipsum curat: qui corpus, non se sed sua. Qui pecuniam curat, nec se
D curat nec sua: sed aliena. Denique Aristonimus auari vitam pollincturę idest cęnę mortui comparat, vbi
cum adsint cętera: lęticia deest. Herodes Atticus auaros comparabat Aloidis, qui Marti quem cęperāt
& in vinculis detinebant, nihilominus sacrificabant. Ad hęc Hieronymus. Sit ergo apud deum possibi-
le: homini si velit donare impeccantiam, non ipsius merito, sed sua clementia: apud homines nequaq̄ po
ssibile est liberi arbitrij potestate quod nutu donantis accipitur. Conclusio Si vis perfectus esse, quia ne
mo potest hic gaudere cum sęculo & regnare cum christo: vende omnia &c. Origenes. Quomodo autē
verum est, q̄ qui omnia dederit pauperibus, illico perfectus fit, sicut verba christi sonare videntur: Legi-
mus enim in apostolis multas imperfectiones, sicut zelum & ambitionem & timorem humanum &c.
Post q̄ omnia reliquerant, ponamus inquit hoc ipsum aliquem fecisse, quomodo fiet statim sine ira & si-
ne tristicia? Quomodo sine omni concupiscencia, cum Paulus dicat, quod odi malum hoc ago? Non ergo
intelligamus q̄ in ipsa die qua omnia tradiderit pauperibus fiat omnino perfectus. Sed consequenter ex
illo quidem die incipiet speculatio dei adducere eum ad omnes virtutes ad quas ascendere nō poterat p̄
E grauatus visco terrenarum cupiditatum, quę militant aduersus animas istorum camelorū. Considera enī
conuersationem humanam, quomodo cum difficultate diuellimur a bonis terrenis, a concupiscencia glo
rię vanę, & cum velimus, adiacet velle nostrum: sumus enim struthiones, magisq; volumus adipisci ea
quę male desideramus, q̄ liberari a desiderijs nouis: comparatur autem diues camelo, non solum prop-
ter immunditiam animalis iuxta legem, sed & propter tortuositatem totius corporis. Regnum vero cę
lorū foramini acus assimilatur: vt demonstretur: quoniam satis arctus est, & supra modum contribula-
tus regni cœlestis introitus. Ipsi quidem diuiti impossibile est intrare in regnum dei, possibile aūt quātū
ad deum

Margin: Actu. 3. — Origenes. — Matth. 22. — Actu. 4. — Actu. 5. — Ambrosi9 — Luc. 18. — Luc. 12. — Gregori9. — Faber. — Hierony. — Theophy — Augusti9 — Idem. — Plato. — Idem. — Theogēes — Aristonimus. — Herodes. — Hierony. — Origenes. — Rom. 7. — 1. Pet. 2. — Rom. 7. — Leui. 11.

ad deum, qui potest ineffabili sua virtute aut grossitudinem malorum mali hominis attenuare, aut angustiam introitus facere ei capacem. Quomodo autem hęc faciat possibilia Deus, ipse nouit. Puto autē gentium populum in regnum cœlorum facilius posse intrare q̃ iudęorum diuitum: dominum hac parabola voluisse ostendere. Ad hęc Abulens. Si vis perfectus esse, idest dispositus circa vnum necessarium, vende omnia. Et sequitur. Apostoli non poterant seruare continentiam, cum vxoribus non vocatis ad sequelam christi maneret ius petendi debitum. Neq̃ christus debuit esse autor repudiandi vxores, cum id ipse redargueret in iudęis. Ideo non dixit, si vis perfectus esse, abstine omnino ab vxore ducta vel ducenda. Saltem hoc de coniugatis apostolis verum est, quicunq̃ fuerint. Verum cum reuerentia tanti doctoris potest dici, ꝙ cum Christus dixit, quod deus coniunxit homo non separet, seipsum exceptum esse voluit, qui venit separare patrem a filio & matrem a filia: & nurum a socru. Matth. 10. Et rursus inquit, si quis venit ad me & non odit parentes vxorem: filios fratres & sorores, non potest meus esse discipulus. Luce. 14. Potest item illud dici, ꝙ qui vocauit virum, vocauit & vxorem: vt totum hominem saluum faceret. De hoc vide, 1. Cor. Cap. 7. Ibi: si quis frater habet vxorem infidelem. Si enim Hieronymo credimꝰ Ioannes a nuptijs vocatus est, vel volente vxore vel inuita.

Abulensis. Hierony.

F

Caput. xv. Ecce nos reliquimus omnia: quid erit nobis? Sedebitis super sedes duodecim centuplum accipietis & vitam ęternam. Item parabola de conductis in vineam patris familias.

Matt 19. Marci. 10 Luc. 18.

TVnc respondens Petrus dixit. Ecce nos reliquimus omnia & sequuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Videns Petrus difficultatem imo impossibilitatem ingrediendi foramen acus, camelorum istorum qui per insidiosum tramitem, ac sursum versus sarcinas non tantum ferunt, sed & trahunt inuersis vestigijs, scarabeorum more, vnde non raro perit eis labor & impensa: pereunt enim pillulę hę iuxta Salomonem in afflictione magna, ecce inquit nos lauamus manus in sanguine peccatorum: ps. 57. Et fruentes aliorū insania, vtraq̃ manu cōplexi consilium tuum: cessimus iuri nostro, si nemo potest duobus dominis seruire Matth. 6. Et reliquimus omnia vt sequeremur te. Quid ergo erit nobis: o bone defenerator. Theophy. Non consideres ꝙ parua reliquerit Petrus & alij, sed ꝙ parua hęc homini totus victus fuerit, & sicut tu multis & magnis, ita ille paucis & paruis de paupertati expectat. Quia pater vnicum habens, maiore erga illum affectu ducitur: q̃ erga plurimos. Ita & pauper vnam domum & vnum agrum impensius diligit, q̃ tu multa. Quid si non, certe vel eadem vtrisq̃ est affectio, & propterea idem & contemptus. Ad hęc Hieronymus. Grandis fiducia, sed in eo qui potest abundantius tribuere q̃ petimus aut intelligimus. Petrus diues non fuerat, cibos manu & arte quęrebat, & tamen loquitur quasi alter Alexander, reliquimus omnia. Is enim in expeditione sua in Asiam bona quę iure possidebat hereditario in suos impartiens, comparato cōmeatu in mensem tantum, cū rogaretur: quid sibi relinqueret, satis inquit multa, spem videlicet. Spes autem illa erat, raptu viuere sicut Nembrot vitam Cyclopicam. Nobis autem quę fecimus nobis amicos de mamona iniqua quid erit? Qui iuxta prouerbium spem pręcio emimus. Tenet autem hoc loco Abulensis. Positionem Ambrosij, ꝙ videlicet nullus ex septuaginta duobus discipulis permansit cum christo, sicut dictum est Ioan. 6. Nam inquit tunc ad duodecim: nū & vos vultis abire? Et ita patet, ꝙ nemo permanebat cum eo pręter duodecim. Vnde & Luce. Cap. 22. De duodecim meminit tantum, dicens vos estis &c. Et forte si adessent septuaginta duos non diceret, sedebitis super sedes duodecim ad apostolos, sed sedebunt singuli vestrum super thronos: & c. Chryso. Reliquimus omnia. Quę ista omnia o Petre? Arundinem rete nauigium. Omnia quidem hec dicis, non propter munificentiam: sed vt per interrogationem hanc inopem inducat plebem. Quia enim dixerat: si vis perfectus esse, ne dicat quiuis inopum, quid si non habuero quod relinquam, perfectus esse non potero. Interrogat Petrus, vt tu inops discas, quoniam in nullo hinc diminutus es. Origenes. Sicut in datis non ipsum datum sed affectum dantis aspicit deus, & melius suscipit parua dantem magno affectu, q̃ magna ex affectu modico, sicut patet Luc. 21. In vidua iactante duo minuta: sic & in his qui propter christum dimittunt quę possident, vt Christum sequantur, non magis acceptabilis erit, qui plura reliquerit, eo qui parua dimiserit. Considerauit ergo christus ꝙ ex tanta plenitudine dilectionis Petrus minima reliquit: vt etiam si multas habuisset possessiones, omnia sine dubio reliquisset vt illum sequeretur, ideoq̃ a Christo non vt minima ęstimata sunt. Et puto ꝙ magis confidens Petrus de affectu suo q̃ de ipsa quātitate rerum relictarum: fiducialiter dixit, ecce nos. Sed & eius fiducia hinc videtur sumpsisse audaciam. Vidit enim diuitem factum tristem, audito vende omnia, considerans & difficultatem diuitum ingrediendi in regnum cœlorum, quasi qui ipse non facilem rem: consummauerit, in eo ꝙ reliquerit omnia: domū vxorem & cętera: & fuerit sequutus Iesum, dicit, ecce nos. Propter quod quasi victor athleta post Luctam, agonithetam interrogat, quę sint pręmia certaminis huius quę adhuc nesciebat. Sic & Dauid quid dabitur viro qui occiderit Philisteum hunc longurionem? Nos cum rapiam? aliena, & nostra tueamur etiam pręmia expectamus, quos flāma deuorans expectat ferētes ligna fenum &c. 1. Cor. 3. Caeterum ille vere dicitur omnia reliquisse, qui totius vitę prioris vitijs defecatis: in forma veris in pristina iacētis: mūdo crucifixus, sequitur Christum. Ergo si omnia reliquisti (inquit Bonaueutura) & te quoq̃ inter oīa relinquere memento. Scriptum quippe est Prouer. 11. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt; alij rapiunt aliena, &

Scarabeus. Eccē. 5.

G

Theophy

19. 1. c. Ordinationes

Hierony. Eph. 3.

Alexāder.

H

Luc. 16.

prouerbiū

Chrysost.

I.

Origenes.

K

1. Reg. 17.

Bonauēt.

alienat: & semper in egestate viuunt. Glosa. Quia hic centuplum: & in futuro vitam æternam percipiũt. Istis autem Tantalis nec aquę istilla dabitur. Iudas quidem omnia reliquit, nec tamen dominum sequutus est, qui de mercede iniquitatis rursum agrum possedit mercator pessimus. Ad hęc Hieronym⁹. Si offeramus opes cum anima, libenter suscipiet christus. Si autem quę foris sunt deo, quę intus sunt diabolo demus: non est ęqua particio, & dicetur nobis: nonne si recte offeras, non autem recte diuidas: peccasti? Genes. 4. Reliquit igitur omnia: vt eum sequi posset vel a longe: qui exultauit vt gigas, &c. ps. 18. Inter est autem, q̄ Moses qui vxorem habebat & filios: inter vndas sicco vestigio pertransijt, sequens angelum magni consilij. Exo. 14. At Petrus qui omnia & seipsum reliquerat: etiam sęculi huius vndas calcauit. Omnis enim locus quem calcauerit pes vester: estro vester. Quid autem iudęi somnient in his verbis Deut. 11. Ipsi viderint, qui hoc loco sicut in multis alijs vere cęci sunt, & velamẽ est super cor eorũ. Respondit Iesus. Amen dico vobis q̄ vos qui sicuti estis me: in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę: sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Nomine autem israel totus significatur orbis. Quia tamen adhuc iudei erant apostoli & carnales nescio quid maius putabant esse, si constituerentur iudices super gẽtem suam, q̄ super totum orbem. Et sicut dicit Hieronymus, non dixit qui reliquistis omnia, quod multi fecerunt: vt nudi nudam sequerentur virtutem, sicut omnis sectatores sectę cynicę contenti pera & baculo & tunica vnica. Dixit autem id quod proprium est apostolorũ: sequuti estis me. Et in hoc numero duodenario omnes illi continentur qui propter euangelium omnia dimiserunt vt sequerentur christum, sicut Paulus dicit de seipso, vt christum lucrer omnia dedi pessum velut stercora. Phil. 3. Augustinus de penitentia. Cum dicit dominus, in regeneratione, resurrectionem mortuorum intelligit. Sic enim caro nostra regenerabitur per incorruptionem, quemadmodum anima regeneratur per fidem. Vos igitur sedebitis super sedes duodecim, calculo vestro approbantes sententiam eius qui constitutus est a deo iudex viuorũ & mortuorum. Actu. 10. Ad hęc Origenes super Num. 26. Istis diuidetur terra. Hoc quidem pręcipitur a domino: vt fors terram diuidat tribubus & familijs. Sed cum venio ad scripturas, video ipm Mosen cui ista mandantur, forte non vti in diuisione hereditatis Ruben & Gad & dimidię tribus Manasse. Sed & Iosue extra sortem dat hęreditatem tribui Iuda, & Caleb extra sortem Dat, in cæteris sors mittitur. Vnde puto q̄ in illa beata hęreditate erunt aliqui qui non veniant ad sortem: ne q̄ cũ cæteris q̄uis sint sancti numerabuntur, sed erit egregia quędam & eximia eorum hęreditas, sicut Caleb & Iosue. In victorijs enim nobilibus cum partiuntur spolia (Vide Iudicum. Cap. 5.) egregij quiq̄ & insignes bellatores nõ cũ cæteris militibus in diuisione spoliorum adducuntur in sortem, sed optima & pręcipua eis virtutum merito decernũtur: de quo vide & Iudit. 15. Cæteri vero vtuntur sorte solo iure victorię. Apostoli igit tanq̄ duces strenui cœlestis militię sedebunt super sedes duodecim: de cęteris vero consequẽter dicitur. Marcus. Amen dico vobis: nemo est qui reliquerit domum aut fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut filios aut agros aut vxorem: Iuxta Matthęum & Lucã: propter me & propter euangelium: qui nõ accipiat centies tantum nũc in tempore hoc domos & fratres & sorores & matres & filios & agros cum persequutionibus & in sęculo futuro vitam ęternam. 28. q. 1. C. Primo. Hęc si ad litteram quis velit exponere obseruandum q̄ & si in cæteris digna esset retributio, certe in vxoribus apparet turpitudo: vt qui vnam reliquerit, centum recipiat. Sensus ergo manifestus est: vt qui temporalia dimiserit: accipiat spiritualia: quę comparatione temporalium vix centum valent vnum ita Paulus. Si vobis seminauimus centum idest spiritualia: non magnum est si metamus vnum idest temporalia. 1. Cor. 9. Vnde illud. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Actu. 4. Ergo quilibet fidelis qui sua afferebat ad pedes apostolorum, tot habebat parentes fratres & sorores: quot credentes. Inde illud. 2. Cor. 6. Tanq̄ nihil habentes & omnia possidentes. Ad hęc Origenes. Pręcipe filijs israel vt tollant mihi primitias. Exo. 25. Quam gloriosum est tibi: si dicatur in tabernaculo domini (Verbi gratia) aurum hoc quo arca dei tegitur: illius est: argentum quo bases & colũnę fusę sunt, illius est, purpura qua ornatur pontifex: illius est. Econtra q̄ indecorum q̄q̄ miserum est: si dominus veniens inquirere ędificium tabernaculi, nihil muneris tui inueniat in eo: sic indeuotus sic infidelis vixisti, vt nil memorię tuę in tabernaculo Dei gesseris: pro quo centuplum accipias a domino. Sicut enim princeps mundi venit ad vnumquemq̄ nostrum: & quęrit, si quid de suis actibus inueniat in nobis: sicut patet per figuram in Laban scrutante tabernaculum Iacob curiosissime, & si quid inuenerit, sibi nos vendicat: ita e contrario si veniens dominus inueniat aliquid tuum in tabernaclo suo, sibi te defendit & suum dicit. Sed quia pauperes sumus & nec aurum argentum ve habemus: offeramus vel pilos caprarum saccum sine fumo iuxta prouerbium. Dimidium tunicę cum Martino pugillum farinę cum vidua. 3. Reg. 17. Vel duo gra. Luc. 21. Centuplum enim accipiemus, idq̄ verum erit: quantũuis sęuiant ac detonent persecutionum procellę ac turbines tentationum: quę enim procedunt de labijs meis non faciam irrita. Ita diues ille abijt frustratus sperata laude iusticię quę ex lege est, nec tamen omnino desperandus: non enim discessit indignans aut ob murmurans, sed tacitus ac merens: quia homo cum esset, diuitias tantas subito relinquere arduum videbatur: apostoli autem confirmati: firmius domino adhęserunt, tenentes iuramentum christi: Amen dico vobis &c. Verba autem mea non transibunt. Multi autem primi erunt nouissimi: & nouissimi primi. Quia melior est canis viuus leone mortuo. Eccle. 9. Sunt multi qui a teneris annis & pro auis nomina dederunt christo: qui tamen non raro anteuertuntur meritis ab ijs qui nudius tertius renati sunt & christum induerunt. Origenes. Denique iuuenis ille q̄ ab incunabulis iugum traxerat legis & ita erat in primis in exequendis mãdatis dei, fact⁹ est nouissim⁹

respectu

Ordinaria
Hieron. y.
Actu. 1
Matt. 10.
2. Cor. 3.
A
Abulensis
Hierony.
Augusti⁹.
B
Origenes.
Num. 32.
Iosue. 14.
C
Marc. 10
Hierony.
Origenes.
D
E
ps. 33.
Luc. 21.
Origenes.

respectu apostolorum christi atq; credentium. Vnde in consequentib⁹ dicitur incipiens a nouissimis &c. Pre fertur enim meretrix huic principi, publicanus pharisęo. Luc. 18. Gentilis centurio tumenti sciētia legis doctori iudęo, paupercula mulier diuitibus, Luc. 21. Quia in veritate comperi inquit Petrus q; non est personę respectus ante deum. Actu. Cap. 10. Sequitur. Simile est enim regnum cœlorum homini patri familię, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam cōuētione autem facta ex denario in singulos dies cum operarijs: misit eos in vineā suā.

Matt. 9.
Matth. 20.

Multa dixerūt philophophi fama super ęthera noti: opinantes, & inquirentes in quo consisteret beatitudo (vide capite pręcedenti) qui tamen nullum ostendere potuerunt beatum in hoc sęculo, qui autē possent, cum beatum aliquem requirentes, venarentur in mari: piscarentur in aere? Nā & Vale. Max. pro miraculo refert de vno videlicet. Q. Metello. Lib. 7. Cap. 1. Nasci hunc fortuna in vrbe terrarum principe voluit: parentes ei nobilissimos dedit, adiecit animi rarissimas dotes & corporis vires, vt sufficere laboribus posset, vxorem pudicitia & fęcunditate conspicuam conciliauit, consulatus decus: imperatoriā potestatem speciosissimi triumphi pręrextam largita est. Fecit vt eodem tempore tres filios consulares, vnum etiam censorium, duos triumphales & quartum prętorium videret, vt tres filias nuptui daret, earumq; sobolem sinu exciperet: tot partus tot incunabula, tot viriles togę, tam multę nuptiales faces, honorum imperium, ois denicq; gratulationis summa abūdācia, cum interim nullum funus, null⁹ gemitus: nulla causa tristicię. Cœlum contemplare, vix tamen ibi talem statum reperies. Quoniam quidem luct⁹ & rixas & dolores deorum quoq; pectoribus a maximis vatibus assignari videmus (tactus dolore cordis. Genes. 6.) Hunc autem vitę actum eius consentaneus finis excepit. Nam Q. Metellum vltime senectutis spacio defunctum, leuiq; genere mortis inter oscula complexusq; carissimorum pignorum extinctum filij & generi humeris suis per vrbem latum, rogo imposuerunt. Hęc ille. Anima autē eius cū epulone mendicat apud inferos. Itaq; peri patetici beatitudinem in bonis animę & corporis & fortunę posuerunt, quia nihil de vera beatitudine crediderant. Zeno cum natura congruenter viuere. Stoici virtutem sequi. Erillis summum bonum est scientia. Calliphon & Dyanomachus honestatem cum voluptate iunxerunt. Philosophus honestatem cū virtute. Dixit tamen philosoph⁹ alias, videtur beatitudo in ociositate consistere maxime. Negociamur enim inquit, vt ocio vacemus, bellamus vt ferias agamus iuxta illud, negociamini dum venio. Luc. 19. Dum sonat vox illa, voca operarios. Cyneas Thessalus cum Pyrrhum regem ad bellum capessendum summa ope separare vidit, ab eo familiariter quęsisse dicitur. Rego inquit rex/si dij annuerint vt Romanos bello superes, quid his victis postea agemus? Cętera Italia subigenda nobis est inquit Pyrrhus. Italia vero domita, quid? Siciliam inquit rex meis opibus adijciam. Quid Sicilia victa? Aphricam & cęteras terras nostrę ditioni subigam. Tum Cyneas. Quid cum totū orbem viceris? Tum ridens Pyrrhus: ocium inquit agemus, perpetuaq; leticia, epulis mutuoq; sermone perfruemur. Tum ille quid inquit attinet per labores & pericula ea quęrere, quorum facultas abūde parata est, modo frui velimus? Sed si pax bello acquiritur bellandum est. Vnde & illud, Maria optimam partem elegit, quę non auferetur ab ea, ea est vacare vni optimo & maximo & necessario bono. Itē illud, in sudore vescere pane tuo, donec labori Marthę succedat ocium Marię. Vnde fertur de Domitiano cui mos hic erat, cotidie sibi secretum horarium captare, nec interim aliud fere agebat tantus imperator nisi q; muscas captas stilo configebat: & hec requies eius post senatus negocia, vt animum laxaret. Iste in pręsenti multa habebat reposita in annos quinquaginta futuram vitam non credebat, ideo post tot multos populares vni huic rei nauabat operam capiendis muscis. Nobis autem qui non habemus hic ciuitatem permanentem, Heb. 13. Qui ad laborem nati sumus, Iob. 7. Ociari non licet, quia multa mala docuit ociositas. Eccli. 33. Et hoc prospiciens prouidentissimus pater familię idest ecclesię: ne declinemus cor nostrum in verba malicię, dicamusq;, ideo ocio torpemus, quia nemo nos conduxit: ipso statim diluculo χμ.χ πεοι, hama peni: domo egressus, forum petens: operarios conducit, conuentione facta. Vnde Hieronymus ad Rusticum monachum. Semper operis aliquid facito: vt te diabolus inueniat occupatū. Nam pretermietam q; ociositas vna est de pęnis infernalibus, homo videlicet (is erat Theseus) sedens cōsertis manibus perpetuo in biuio, illud scias q; Monachum occupatum vnus tantum dęmon adoritur, vacantem vero septem simul. Matt. 12. Vnde scriptum est, 2. Reg. 11. Eo tempore Dauid cogitasse de adulterio, quando reges solent ad bella procedere: hoc est vacabat ocio, quando bellandum erat; imo vacabat adulterio. Vidit fęminam lauantem in nymphęo. Quanto fidelior Vrias: qui cum mitteretur in domum suam vt vacaret ocio arca inquit dei & israel & Iuda habitant in Papilionibus: & serui domini mei super faciem terrę manent, & ego vacabo epulis & vxori? Per salutem animę tuę non faciam hanc rem. Sabellicus. Vrias militaris disciplinę memor, sine patrati adulterij suspicione ductus, inter statinarios milites pernoctauit. Quod factum postea q; rex compertum habuit, ab eo secubitus causam requirit. Sic natura comperatum est, vt qui tacite alicuius culpę sunt sibi conscij: omnia in peius interpretentur. Tentat rex ebrium in domum cubitum mittere. Sed ille nihilo secius q; priore nocte ante regiam ianuā instatione perseuerauit. Huius constantia fuerit ne regi suspecta, non facile dixerim. Sed ad rem. Tūc & Tobias stercore hirundinum excecatus est, quando ocio vacabat lassus licet a sepeliendis cadaueribus. Cap. 2. Exijt igitur primo statim diluculo, idest vel a principio sęculi vel prima hominis ętate, quādo primum ratio in homine excitatur, & incipit discernere inter bonum & malum, sicut scriptū est Iob. 31. Ab infantia creuit mecum miseratio. Vide de Abel Isaac, Iacob: Samuele Hieremia, Ioanne baptista, sancto Nicolao, Dominico, Ludouico &c. Quid est autem conuentione facta? Obstat enim Paulus dicēs. Persuasus sum: certus sum, q; non sont condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam; id maxim e

verum est

Vale. Ma
Luce. 16.
Philosofi.
Pyrrhus.
Luc. 10.
domiciā⁹.
Genes. 3.
Hierony.
Ocium.
Figura.
Sabellicus
Rom. 8.

F G H I K

verum est, tamen ex conuentione pacta cum operarijs, excepto quod dominus vineę licet ex suis facere quic quid illi libitum est, quod est consentaneum & leue laboris nostri immensum pondus glorię operatur in nobis 2. Cor. 4. Ita dicit Anselmus, Prosologion. 11. illud solum est iustum quod vis, nõ iustum, quod nõ vis. Vnde & illud, Genes. 29. Num quia frater meus es (dicamus nos, nunquid quia serui tui sumus, gratis seruiemus tibi?) gratis seruies mihi? Dic mihi, quid mercedis accipies. Seruiam tibi inquit annis septem Pro Rachele, & isti anni septem vocantur hic dies vnus, quia vita ęterna nec annis septem nec septuaginta nec septem milibus promereri potest de condigno. Et quod vocatur hic denarius vnus, id vocatur Rachel minor natu. Figuratur autem beatitudo in Rachele minore sed pulchra oculis & venusto aspectu, quia datur vltima hora diei idest post labores vitę pręsentis, quia pręcedit labor Marthę ocium Marię. Luc. 10. Et licet Iacob minorem sibi desponsauerit, maiorem tamen prius accepit volens nolent, quia nemo quiescet inter amplexus Rachelis, qui non duxerit iugum prius cum Lia in cultura vineę, in pascendis ouib9. Potest dici quod figuratur beatitudo in minore Rachele: quia nos vltimo eam ponim9 loco, quo contra docet dominus, dicens, quęrite primum regnum dei: ecce Rachelem, & hęc omnia &c. Cum ergo dicit: conuentione facta, idem est ac si dicat, si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Matth. 19. Denari9 sane constat ex vnitate, dualitate, ternario & quaternario: anima autem iuxta Platonem est vna in substantia: dua quia componitur ex actu & potentia: terna quia tribus potentijs vtitur, est quadruplex: quia regit corpus: viuificat & informat, quod ex quatuor elementis constat. Cum ergo dicit: conuentione facta ex denario: nihil aliud significat quam glorificationem vtriusque hominis, iuxta illud: prędestinauit electos suos vt conformes essent imaginis filij sui. Nam in denario imago est imperatoris. Quando autem videremus eum sicuti est: quando viderimus ea quę in cor hominis non ascenderunt (1. Cor. 2.) Tunc plene intelligemus quid sit denarius hic. Ad hęc sciendum quod vinea hęc ager est ille emptus pręcio denariorum triginta Matth. 27. Et egressus circa horam tertiam vidit alios stantes in foro ociosos, dixit illis. Ite & vos in vineam meam: & quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exijt circa horam sextam & nonam & fecit similiter. Circa vndecimam vero exijt: & inuenit alios stantes, & dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite & vos in vineam meam: & quicquid fuerit iustum accipietis. Quod exijt circa horam tertiam, nihil aliud intelligi vult: quam sollicitudinem eius, qui nullum non mouet lapidem: omnia experitur, nihil intentatum relinquens: omni telorum genere impugnans socordiam humanam: vt omnes salui fiant. Sed hi dicuntur stare in foro, qui sunt extra arcam, extra domum Raab extra rete Petri. Quid statis tota die ociosi? Hęc docuit filios Israel deserto vno & vero deo, petere qui se pręcederent deos nescio quos. Siquidem Hebręi in deserto summa ociositate fruebantur: cum nec ararent: nec seminarent, sed deus illos pasceret parata mensa mãnatis annis quadraginta. Tu autem obserua Catonis censorij prudentem solertiam. Quando enim aliquẽ vellet ex exteris Romanę reipublicę ascribere: non rogabat cuias esset: non quis esset, nec quam obrẽ patriam & penates auitos relinqueret: nec quo esset sanguine satus: sed accipiebat manus hospitis inter suas: & confricans: si molles offenderet: abire iubebat: sin callosas & asperas: ascribebat eum in albo Romanorum ciuium. Et tamen iste non legerat: multa mala docuit ociositas. Sed audi M. Aurelium. Viginti annis pręfui reipublicę Romanę censor, pretor vel pręses: toti autem imperio integro decennio: idest simul annis triginta: in quibus Medius fidius flagellis feci cędi: aquis submergi, cruce appendi, palam tradi et, & exilio deportari supra triginta milia hominum, de quibus dicitur: stare tota die ociosi, fęminarum autem quę omnem posuerunt frontem decem milia. Hic est: qui tres triremes Pantomimis onustas, stultorum videlicet magistris, cuidam pretori transmisit longe a ciuitate Romana: vt quoque modo illam ex parte repurgaret ab huiusmodi pestibus, scribẽs inter cętera. Tres transmitto triremes: non quod nõ possem decem & amplius transmittere: sed si omnes stultos transmitterem, ciuitas popularetur. Hieronym. Prima hora vocatur Adam Abel & Seth. Tertia Enoch & Noe. Sexta Abraham Isaac & Iacob. Nona Moses & prophetę. Vndecima gentium populi: quibus primum redditur merces: quia in crucifixum credentes dominum, difficultate fidei magnitudinem meruerunt pręmiorum. Nouellauit enim pater iste bonus ab initio sęculi &c. Vnus autem denarius non vnum est pręmium, sed vna vita & vna de gehẽna liberatio. Cęterũ quoniam ad indulgentiam principalem diuersorum criminum rei dimittuntur de carcere, vnusquisque pro laboribus vel operibus suis in hoc vel in illo vitę statu est: ita & denarius quasi indulgentia veri principis omnes per baptisma emittit de carcere. Iam nostri laboris & industrię est, pro diuersitate virtutum diuersa nobis pręmia pręparare. In foro inquit ociosos. In hoc foro homines emendo, vendendo: nundinando, ligurriendo: sibi ipsis imponendo: versuramque non semel faciendo solute licenter viuendo: ducunt in malis dies suos, idque hi qui vocantur soli sapientes: & soli darij: qui non raro ex solidarijs decoctores fiunt, & nexus, & cręsi ex crassis & mensa eorum si barytica vertitur in Damascena pruna & decoctam Neronis. Numerum autem denariorum sacratum esse etiam ex doctrina Pythagoricorum patet, sic enim iurabant. Iuro per omnipotentem animę qui tetrada nostrę perpetuos fontes naturę infundit habentem. Nostra inquiunt anima ex tetrade constat: siquidem est mentem: scientiam opinionem: sensum: ex quibus ars omnis & scientia nosque ipsi rationis compotes sumus. Quod autem nulla conuentione pacta mittuntur: hi qui vocantur hora tertia: ideo fit, quia ostium integrum iam soluere non poterant, ideoque audiunt, ite & vos: ne vacetis ocio: & licet non possitis consuetum numerum laterum reddere, Exo. 5. Ite tamen, & quod iustum fuerit dabo vobis. Videtur autem hoc non posse stare vt pater familias hic non premiet vltra condignũ, in quo enim bona quę in cor hominis nõ ascẽderũt 1. Cor. 2. conijcere possunt

Anselmus. Genes. 29. Figura. Matt. 6. Plato. Roma. 8. 1 Ioan. 3. prouerbium. Iosue. 6. Ociositas. Exo. 32. Cato. Eccl. 33. M. Aurel. Hieronym. Pythagor.

A B C D E

Scotus. conferri possunt laboribus momentaneis? Cum etiam iuxta doctorem nostrum vno intuitu essentię suę posset deus abundantissime remunerare omnia merita sanctorum. Vnde necessaria consequentia iuxta
Augusti⁹. ps.118. Augustinum laboribus temporalibus redditur merces ęterna, hoc est vltra id quod iustum est. Nam si labor esset ętern⁹, sicut dicit ꝓpheta, inclinaui cor meū ad faciēdas iustificationes tuas in ęternū, quādo acciperet retributionem? Hoc est quando acciperet quod iustum est? Quomodo autem iustitia sit in deo, vide Scotum in.4. Distin.46.q.1. Et rursus quomodo in deo non sit acceptio personarum vide eundem in 1. Distin.41. In fine argumentorum principalium. Quanto autem studio antiqui euitauerint ociositatem
Sabellicus liquido patet per id quod legimus de multis regibus. Siquidem Demetrius naues & bellicas machinas ingeniose fabricabat, non ad sordida & pusilla vt plerique regum opera animum intendens. Europus Ma-
Ociositas. cedonię Rex abacos & lucernas solitus erat fabricare. Attalus rex Cicutam & aconitum aliasque perniciosas herbas plantare in hortis solebat fructumque percipere. Parthorum reges iacula & cuspides cōficiebant. Audio Maometum Othomanum turcorum imperatorem qui nostra memoria Gręcorum imperium euertit, cum solus esset, ligulas & cochlearia celare solitum, aut imagines delineare, vt ocium quoquo modo in negocium verteret. Circa sextam igitur & nonā exijt & fecit similiter. Velut videlicet homo curax & salutis nrę auarus. Olim quidem modo non ipse sed famulos mittebat: sicut loquitur per Hiere. Cap.7.& 25. Misi ad vos prophetas per diem consurgens diluculo & non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam adamantinam. Vnde dominus ad Ezechielem, Domus Israel nolunt audire te, ne tibi durum videatur, quia nec me volunt, nec volent audire. Cap.3. Attamen qui audit audiat, & qui in-
Matt.11. credulus est, sit. Non deerunt (120) milia Niniuitę qui vocentur ad vineę culturam: qui vim inferant regno eorum: de quibus nunc dicit circa vndecimam vero exijt, & inuenit alios in foro stantes. Hora vndecima est, horis vndecim elapsis ab ortu solis equinoctij. Bene ergo dicuntur stetisse tota die in foro, quod enim parum distat, nihil distare videtur. Quibus dicitur, vsque quo piger dormies? Paululū dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus vt dormias, & veniet tibi quasi viator egestas. Prouer.6.
Cato. Cato tria detestari solebat, arcanum aliquid fęminę credere. Dalila. Item naui transire, cum pedibus liceat, & si qua dies ei per incuriam inanis effluxisset. Iactura enim temporis nullo precio redimi potest, nullo artificio resarciri, dicat licet doctor gentium, redimite tempus, quoniam dies mali sunt. Ephe c.5.
Cap. 4. Sunt vero pauci & mali his qui tota die stant ociosi, non ijs qui consummati in breui expleuerunt tempora multa. Cum apud Antigonum egregie quidam militaret, habitudine tamen corporis haud prospera,
Augusti⁹. interrogatus a rege, quę nam esset in eo palloris causa: quandam ęgritudinem incognitā respondit. Postquam vero opera medicorum precepto regis bonę valitudini restitutus est, non eo amplius ardore atque impetu sese certaminis obijciebat. Quam propter admiratus Antigonus eam animi mutationē, non poterat non accusare. Cum ille, tu me o rex inquit hoc profecto in audacem reddidisti: cum me ex ęis malis exemi-
Seneca. sti, quibus pressus, viuere parui faciebam. Hic igitur cupiens vitare caribdim incidit in scyllam: id est in-
Diogenes torporem qui iuxta Senecam est viui hominis sepultura. Diogenem aiunt, propugnantibus vrbem ciuibus, & pro se quisque vt sit satagentibus, ne in cōmuni tumultu solus cessare videretur: dolium suum cepisse rursum deorsumque versare, idque magno nisu. Vos autem quid hic statis? Homo vt dicitur, dimidio tantum vitę differt a brutis, non enim homo inter dormiendum est alicuius precij. Si igitur nocte stertimus cum Iona: & interdiu octamur: quod documentum relictum ... posteris nos aliquando vixisse?
Scipio. Scipio aliquando graui tempestate delatus per loca montosa & aspera, transitum a Barbaris pecunia redemit, Quod cum socij indigne perferrent, turpe esse dicentes: si populi Romani proconsul Barbaris tributum persolueret: tempus se redimere inquit, quo nihil carius esse consueuit magnarum auidis rerum
1.Reg. 19. viris. Quid igitur statis hic, aut iacetis dormitabundi in cupedinis foro cum reuera grandis vobis restet via? Cum igitur ad hoc pater familię qui vos conducere vult, cum fortuna vos quoque manum admouete.
Plutar. Vnde Plutarchus refert apud Lacedęmonas deos deasque omnes cum hastis fingi solere, venerem etiā persam armis indutam, tanque ne illi quidem ocium agant: sed bellicis studijs exerceantur. Vnde illud Pinda-
Pindarus. ri. Ad summum virtutis apicem peruenerunt: qui gustauerūt labores, non autem sine dei fortuna. Cęterum apud Thraces, (dicas apud nostrates) ociosum esse: pro honestissimo habetur, agricolatorē vero ꝓ
Thraces. contemptissimo. Ad hęc Plinius Lib 21. Cap.12. Mirum est. dignumque memoratu de alimentis apum qđ
Plinius. comperi. Hostilia vicus alluitur Pado. Huius inquilini pabulo iuxta deficiente: imponunt nauibus aluearia noctib⁹que ad quina milia passuum contrario amne naues subuehūt. Egressę luce apes pastęque ad naues cotidie remeant, mutantes locum: donec pondere ipso pressis nauibus plena aluearia intelligant,
Apes. reuectisque eximuntur mella. Apes in sexaginta passus opus suum non faciunt. Consumptis autem in proximo floribus, speculatores ad pabula vlteriora transmittunt. Noctu deprehensę in expeditione supinę excubant, vt alas a rore defendant. Ventos imbresque diuinant. Adolescentiores ad opera exeunt, seniores intus operantur. Quę flores portant, prioribus pedib⁹ onerant femora: pedes priores rostro. Excipiūt eas ternę aut quaternę & exonerant. Alię construunt: alię poliunt: alię ex eo quod allatum est comparant cibum. Neque enim separatę vescuntur: ne operis aut cibi aut temporis inequalitas fiat. Primo fere circa ordines inanes struunt: ne promptum sit quod inuitet furantem; nouissimi maxime melle implentur. Si procella oriatur, apprehensis pede lapillis se librant. Laborantes miro studio obseruant, cessantem inertiam notant; castigant, sępe etiam morte puniunt. Excrementa operantium intus in vnum congesta
Iob.5. locum diebus turbidis & quando ab opere cessant, educunt. Vnde igitur & tu ad formicam vade ad apē
Cato. & disce laborem qui ad laborem natus es sicut auis ad volandum, quia iuxta Catonem nihil agēdo homines male agere discunt. Itaque isti respondent allegantes pro se quales quales excusationes, stamus hic,

quia nemo

quis nemo nos conduxit. Nam missus Ionas ad niniuitas: ipse preoccupauit vt fugeret ad mare. Quod si deus vult omnes saluos fieri quippe qui omni hora diei vacat operarios quid de illis que vel in vtero moriuntur: vel sine sacramēto baptismatis infantes vita functi sunt? incomprehensibilia sunt iudicia eius. Rom.11. Ite igitur & vos in vineam meā, quia paratus sum retribuere abundantius q̄ intelligitis. Reuera autem sicut dicit Origenes, ociositas illa nostra magnū erat onus, & q̄ nō iudicabamur incertum digni ad opera vineę: donec venit ad nos pater noster qui est in cęlis, dicens, venite ad me omnes qui torpetis ocio. Ergo ociositas illa labor erat & onus. Atq̧ vt ita dicam, hi qui hora vndecima mittuntur magis ad spaciandum & ad recreationem mittuntur, q̄ ad laborem, & tamen pares sunt prioribus: sicut dicetur; & priores accipiunt. Quo iure? Iure bonę voluntatis suę beneplacitę & perfectę. Rom. Capit. 12.

[Margin: 1. Tim. 2. — Origenes. — Matt. 11.]

A Capite. xvi. Concluditur parabola ab illo loco, cum sero autem factū esset. Dominisi pauci sunt qui salui fiunt: Contendite intrare per angustam portam, quia multi querent ingredi apud quos Christus predicauit & manducauit, & non poterunt.

Cum sero autem esset dicit dominus vineę procuratori suo. Voca operarios, & redde illis mercedem: incipiēs a nouissimis vsq̧ ad primos. De industria sic precepit pater familię apud parabolam, vt hinc oriretur occasio disputādi de iusticia & gratia. Et significatur per hūc ordinē preponi gratiā iustitię in cōspectu dei, nā gratia in nouissimis, iusticia in primis exercebatur. Caietanus. Vnde nō explicātur illi de tertia & sexta hora sed duo tantū extremi. Et B patet. Sed si deus semper premiat vltra cōdignū, quomō primi premiātur iuxta strictū ius iustitię? Quia id qd' deus pactus est cū primis, est supra cōdignū operū eorū. Rom.8. Qd' dicit voca oparios, ita lex pscripsit Leui.19. Nō morabitur opus mercenarij tui apud te vsq̧ mane. ita dicit de mānate: in die sabbati nō inuenietur in agro. Glosa. Quia post hāc vitā nō licet opari, sed dicetur, voca oparios. Quod aūt dicitur, incipe a nouissimis, nō litteralis est iuxta Abulens. Vt priores adessent & viderēt liberalitatē pris familię, nō vt inde murmurarēt. Alioqui priores si primi accepissent, recepissēt se in domos suas, nec viderēt quid ageretur cū nouissimis: qui vna eātū hora desudātes: aoteuerrerūt cęteros sicut in labore: sic & in accipiēdo priores. Itē iuxta apostolum deo pro nobis melius prouidere, ne sine nobis coronarētur. Et qm̄ semper libetius damus, quādo damus, nō ea debito sed pro honore nro dūmodo priores eodē ferme recipiāt mercedē suā iuxta qd' diximus ex Leui. Ca.16. Incipies inquit a nouissimis. Nō enim refert vtrū quis in senectute bene vixerit: aut in iuuentute C & id, multo vel breui tempore: quia scriptum est, cōsumatus in breui, expleuit tempora multa. Itē si iudei in lege Mosi plus labore exhauserūt q̄ nos plus mercedis accipiēt. 1. Cor.3. Et licet in multis iugū Mosaicę legis grauius sit iugo euāgelico, vt illi dicātur subijsse pōdus toti' ęstus, certe in multis iugū euāgelicū ppōderat iugo Mosaico: sicut patet, Matt.5. Vn̄ dicit, erūt primi nouissimi &c. Hoc est dictu, eādē possunt vtriq̧ mercedē accipere: si ęqliter laborauerūt. Ita nec nocet istis fuisse posteriores in vineę cultura nec pdest alijs fuisse priores: cū nō tpis ordo vl' qntitas: sed meritorū pportio attēdaf. Hęc sentētia est Chrys. Vn̄ licet multi fuerint vocati ad vineę culturā, vltimi vocātur electi, q̄a erāt ambidextri: & breui tpe meruerāt quātū primi & secūdi i multo spacio tpis, q̄a tepidi erāt: nō seruidi aut cal. di salte. Apoc. Ca.3. Cū venissent ergo q̄ circa vndecimā horā ierāt acceperūt singlos denarios. Venientes aūt & primi, arbitrati sunt q̄ pl' eēnt accepturi, acceperūt & ipsi singlos denarios: Et accipiētes murmurabāt aduersus prem familię dicētes. Hi nouissimi vna hora fecerūt & pes illos nobis fecisti q̄ portauim' pōd' diei & ęstū. Scriptū est aūt. Exo 26 D In latitudine atrij q̄d respicit ad occidētē erūt tētoria p 50 cubitos & colūnę 10. Latitudo hui' atrij q̄d respicit ad occasum sul' vbi terminato labore diurno, sopor a gra succedit, tēp' significat q̄ cessāte post mortē actuali vita: q̄es sequtur electorū & merces ęt'na, de q̄ dicit, cū sero aūt factū eēt. Idem occidētale lat' habet 50 cubitos & 10 colūnas, q̄a quinq̄gessim' ann' est iubilęi siue q̄etis & remissionis & libertatis. Decē colūnę denariū significāt hoc est ęternę vitę pmia, vbi humana natura i vtraq̧ sua substātia sublimata, i diuinę visionis pātria letat. De' eni trinitas est. Corp' nr̄m ea q̄tuor elemētis subsistit: interior vo hō t'nario numero. Cū ergo ex toto corde aīa & mēte deū dilexerim', & septenariū nr̄m visioni btissimę trinitatis iūget, hic est denari' de q̄ dicit, acceperūt singli denarios. Cęterū venientes primi arbitrati sunt vana vcī cōiectura ducti, q̄ pl' eēnt accepturi: q̄a dicit Paul', vnusq̧sq̧ suā mercedē accipiet scd'm pprū laborē. At supius diximus, denariū ęt'nę btitudinis nō dari laborib' etiam Herculeis Pauli E apłi: sed oēs audiūe, sup pauca fuisti fidelis (serue alias inutilis, Lu.17) itra i gaudiū dn̄i tui. Matt.25. Daf ergo pactiōe pris familię cū pmis, cęteris vo dat tātūdē p multitudine bōitatis suę. Acceperūt igit & isti singli denarios, & simi' murmurare cęperūt. Pricipio sīkt' succurrit mirādū cōgregatis iā oparijs, finito labore, imo pcepta iā mercede, quomō potuit. Ibi esse murmuratio & liuor priorū cōtra vltimos. Vn̄ oūe de iure coact' est iūdere, q̄ nullā eis faciebat iniuriā: si de bōis suis faciebat zelibitū, maxime cū accepissēt isti q̄d erāt pacti. Ita iuidia oīa corrodit. Nā & supius eodē mō fili' senior cōquerit apd' patrē de pie eode, q̄ dederit filio iuniori vitulū, cū ipse senior nec vitulū accepit nec hędū. Ad hęc Hieronym. Verū opatiorū pleni' iniustitiā intelligas, attēde. Qui prima hora cōduct' est: pcedit cęteros oēs qui vocati sunt, & is solus vel hi soli portauerunt pondus & ęstū totius diei, Quomō igitur nouissimis oēs

[Margin: Exo. 16. — Abulensis. — Heb. 11. — Matt. 20. — Sap. 4. — Chrysost. — Iud. 3. — De cōs. di. 5. Ieiunium. 5c. i. 4. di. 19. q. 6. 7. — Figura. — Matt. 12. — 1. Cor. 3. — Luc. 15. — Hierony.]

inuident? Verum ipsi omnes ob non equalem laborem & vocationis spacia diuersa equale premium libenter accipiunt: in nouissimis tantum operarijs discordant, in super & domino calumniam nectunt. Sed vnde murmurant isti boni? cum pater familię cum primis tantum pactum inierit? Quid autem vellet conferre cæteris in suo reliquit arbitrio. Quid si nouissimi adeo perfunctorie se gesserunt: vt equarentur primos nouelsndo? Omnis ergo retro vocatio gentibus inuidet: & in euangelio torquetur gratia. Sed audiamus murmurantes, qui de deo etiam male loquuti sunt. Ps. 77. Hi nouissimi vna hora fecerunt. Reuera bonus ille nequam; bonus latro qui tunc credidit, quando apostoli relicto pastore fugerunt, vix vna hora superuixit, a voce illa in qua credendo dixit: domine memor sis mei, dum veneris iudex viuorum & mortuorum, & tamen par factus est illis qui portauerunt pondus laboris & estum, tum & premio omnes anteuertit qui tunc viuebant, cum audiuit, hodie mecum eris in paradiso. Pondus autem huius diei, Petrus iugum vocat importabile. Actu. 15. Dicamus autem quod iudei seruierant: spiritum timoris acceperant, hoc est iugum tanquam serui fugitiui, qui non rato deserto vero domino: non duobus dominis: sed vniuersę coelorum militię seruierunt, de quo qui edoceri velit, legat Ezech. Cap. 8. Nos autem qui accepimus spiritum adoptionis filiorum: in quo clamamus Abba pater, Gal. 4. Accepimus anulum: & osculum & patrio complexum: iam non sumus serui sed liberi: ideoque pro vna hora laboris ex charitate impensa, tantundem accepimus, & priores. Verum iuxta Chrysostom. non oportet ea que in parabolis sunt/secundum totum quod dicitur inuestigare, sed intentionem propter quam composita est intelligere, & nihil vltra scrutari. Non enim eam posuit vt ostenderet esse aliquos in coelo inuidia morsos (absit) sed vt ostendat, hos tanto potitos esse honore: quod & inuidiam alijs poterant generare: sicut diximus de vitulo exhibito in epulo filij iunioris.

Chrysost.

Respondit itaque dominus vni eorum dicens. Amice non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est & vade. In hoc denario cunctim accepis bona. Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Ingratis licet deo facere quod vult secus autem in debitis ex pacto. An non licet iure meo quod volo facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Origenes. Possumus in hoc amico intelligere ipsum Adam, in nouissimo autem cui de uetentum dat quantum primo: si temeritatis non est hoc dicere ipsum intelligimus Paulum, qui licet sero venerit (vnde ipse abortiuum se vocat) tamen plus omnibus laborum exhausit, vtrique tamen eundem denarium acceperunt, nisi quod priores sancti post multa secula ab impenso labore emerita, quoniam pro illo tempore coelestia clausa erant: seruantibus Cherubinis viam ligni vitę &c. Genes. 3. Hac igitur semel reserata latroni: omnibus peruia est, qui in vinea patris familię operas suas expendunt. Hieronymus. Denarius figuram regis habet. Recepisti ergo mercedem quam tibi promiseram, hoc est imaginem & similitudinem meam. Quid queris amplius? Et non tam ipse plus accipere, quam alium nihil accipere desideras: quasi alterius consortio minuatur premium tuum. Census celestis non minuitur copia heredum imo & augetur: vę autem soli. Vnus enim quomodo calefiet? Melius est autem esse duos id est multos, habent enim emolumentum societatis sue. Ad hæc Augustinus. Recolamus operarios qui totum diem laborauerunt & eius qui vna hora. Causa diuersa est impensi laboris, & tamen idem iudicium in redditione mercedis. Nunquid audierunt hic murmurantes, nisi volo; ita quippe erga alios fuit largitas, vt erga alios nulla esset iniquitas. Isti tamen vtrique in bonis sunt quia vtrique saluantur, licet alij quasi ex debito: alij ex gratia. Tamen quantum ad iusticiam spectat & gratiam, potest & de reo qui liberatur recte dici, volo, & de eo qui damnatur, dici, tolle quod tuum est & vade. Huic autem volo quod non debetur donare. An non licet mihi facere quod volo? Hic si ille dicat, cur non & mihi? Merito audiet: o homo tu quis es qui respondeas Deo? Quem certe in vno videtis benignissimum largitorem, in te vero exactorem iustissimum, in nullo tamen cernis iniustum. Cum enim iustus esset etiam si vtrunque puniret, qui liberatur, habet vnde gratias agat, qui damnatur, non habet quod reprehendat. Sed si iam inquit hoc oportebat vt damnatis non omnibus, quid omnibus deberetur ostenderet: atque ita gratius suam gratiam in vasis misericordię ostenderet & commendaret: cur in eadem causa me potius quam illum puniet, aut illum quam me potius liberabit? Hoc non dico si quæris quare, quia fateor me ignorare. Quia in hac re sicut magna est misericordia eius, sic iusta ira eius: sic inscrutabilia iudicia eius. Hec est etiam sententia doctoris nostri in 1. Distinctio. 41. Ad primum in oppositum. Eius verba sunt. Inscrutabilia sunt iudicia dei (Rom. 11.) Quia non obstante quod sit principium practicum ista tutum per diuinam voluntatem, quod omne pus sus finaliter malus damnetur: tamen de particularibus assumendis, sub audi, iste prouidetur sic finaliter malus, & ille sic, quasi ex hoc iudicetur ille reprobatus propter hoc & hic proprie sicut ista iudicia sunt inscrutabilia. Non enim scit homo: nec potest scire: in quod peccatum deus vult permittere istum cadere, respectu cuius est non volitio conferendi gratiam, vt sic offeratur tanquam finaliter peccator in illo peccato, & sic propter illud peccatum preuisum, reprobetur. Hec ille. Vide eum latius. Tu autem tolle quod tuum est & intra in gaudium domini tui. Ita dixit & Plinius: equalitate inferendis sententijs nihil inueniri potest inequalius: quod maxime verum est de eo qui solus potest dicere, volo autem huic dare nouissimo licet sicut & tibi, qui possum facere ex nouissimis primos, & ex primis vltimos. Solus enim deus iudicat non secundum visionem oculorum: hoc est nouit quantum impedimus laborem & ex quanto: ideoque iudicia eius etiam vel maxime sunt equissima cum iniqua videtur. Vnde dicitur huic. Mercenarius conductus es, habes pactam mercedem, vade & comedere est gratie tua. Volo huic dare sicut & tibi, vt gloria & merces non imputetur operibus sed bonitatis & liberalitati eius qui per suam misericordiam saluos nos fecit. An non licet mihi quod volo facere in rebus meis? Gregorius. Si ulta contra bonitatem dei hominis questio. Querendum quippe esset: si non daret quod deberet, sed non si dedit quod non debuit. An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Apparet autem aurium errore variata

Origenes.
1. Cor. 15.
Hierony.
Eccl. 4.
Augusti.
Rom. 9.
Scotus.
Plinius.
Matt. 27.
Esai. 11.
4. Reg. 14.
Titum. 3.
Faber.
Gregorius

scripturam

scripturā quia eiſ, & ę vel, eadem voce ſunt apud Gręcos. Si legamus ei idest ſi, pendebit a ſuperiori
oratio, vt ſit ſenſus. Num ideo mihi minus licet facere de bonis meis quod volo, ſi tu oculum habes ne-
quam & inuidum? Cum ego certe non poſſim non eſſe bonus. Si autem legas ę: an vertendum erat, non
aut, vt ſit ſenſus. Num mea benignitas in cęteros cruciat tuos oculos? Quandoquidem ex patris familiæ
beneficentia nata eſt illius inuidentia: non ex iniuria dantis id quod erat in pactis. Ambroſius. Hic ca- [Ambroſ.]
lumniatori iniuſta videbatur hec largitas. Et quid eruditionis retulit, quid tōnis accepit? Non eſt ei diſpē
ſationis huius reuelata iuſtitia: nec ad inſpectionem ſecreti latentis admiſſus eſt, ſed vt ad diſcutiendis dei
iudicijs abſtineret, apr oſita eſt ei bonitas miſerantis: & valentis poteſtas. Vbi enim iudicia dei nobis
imperuia ſunt, nec inuestigari poteſt, quare ita iudicet, ſufficiat ſcire quis iudicet. Amice ergo ſi ego bo-
nus, quare oculus tuus nequam eſt? **Sic erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi. Sic enim** [De pœnit. Diſtin. 4. Si ex bona]
A **multi ſunt vocāti, pauci vero electi.** Vocati ad iuſticiam pertinent: ad electionem pauci, quib?
cum miſericorditer agitur. Alias omnes vocati electi ſunt. Fiunt autem nouiſſimi primi, non q̄ fiāt ma
iores aut potiores in meritis, ſed quia ſimul vtriq; accipiunt denarium. Omnes enim eodem veſpere ac-
ceperunt. Nomine autem veſperę huius intellige tempus euangelij, ſicut & Paulus appelatur, nos ſu- [1. Cor. 10.]
mus in quos fines ſeculorum deuenerunt. Multi igitur vocati ſunt prius, ſed quia non omnes obediunt [Rom. 10.]
euangelio, iſti primi fient nouiſſimi de quibus dicitur Matt. 8. Filij autem regni proijcientur in tenebras
exteriores, ipſi ſunt iudęi increduli chriſto vocanti. Et nouiſſimi primi, ipſi ſunt gentiles, qui non vide-
runt: & crediderunt, Ioan. Ca. 20. Quod autem ſequitur: multi ſunt vocati &c. Ad vtroſq; pertinet, q̄a
multi iudęi ſunt vocati multi item gentiles, & ex vtroq; populo pauci eligentur, quia pauce ſunt ſtellæ [Geneſ. 22.]
reſpectu arenę &c. Hoc prefiguratum eſt in phares & Zara. Zara enim proferens manum, cui obſte-
trix ligauit coccum, Phares anteuenit eum & prior editus eſt. Zara populus eſt iudaicus, qui manū ſa- [Geneſ. 38.]
B cruentauit ſacrificijs legalibus, anteuertit tamen ei vitulum & denarium frater eius Phares. Idē pa- [Figura.]
ter in Iacob & Eſau: cui Iacob fraude ſubripuit benedictionem. Sic & minor ephraim manu dextra, & [Gene. 27.]
maior Manaſſes ſiniſtra benedicuntur a ſancto patriarcha Iacob, id etiam moleſte ferente patre puero- [Geneſ. 48.]
rum ſancto Ioſeph. Poteſt eſſe alter ſenſus verborum illorum: multi ſunt vocati. Si enim dicamus q̄ om
nes qui vocati ſunt iuxta propoſitum dei ad vineę culturā ſint ſancti, ſicut videtur ſonare parabola cū
dicit, voca operarios: omnes videlicet qui vocati ſunt hora prima tertia, ſexta: nona vndecima, tunc di-
cendum q̄ licet omnes ſint ſancti: inter hos tamē ſanctos ſunt pauci quidam electi ex electis, ſicut ſupra
diximus de mente Origenes, quorum quilibet pro decem milibus computatur, & de iſtis dicitur, pauci [2. Reg. 18.]
electi ſicut Noe, Abel, Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Moſes, Ieſue, Dauid, Ioſaphat Ioſias. De nouo
autem teſtamento per ſe patet. Auguſtinus. Multi ſunt vocati, at electorum pauciſſimus numerus. Si- [Auguſti.]
meon viſo puero, reuelante ſpiritu ſancto, credidit. Luce. cap. 2. Nathanael ad vnam ſententiam chriſti
C dixit. Rabbi tu es filius dei, quod tanto poſt quia Petrus dixit, beatificatur. Matth. Cap. 16. Diſcipuli vi
ſo miraculo in Chana, crediderunt. Multos loquendo vocauit, Matth. Cap. 11. Multi nec excitatis mor-
tuis crediderunt. De cruce atq; morte eius diſcipuli coeteriti titubauerūt, & tamē latro tunc credidit,
cum eum non pręſtantiorem videret in operibus: ſed conſortio crucis ęqualem. Thomas non tam vi-
uentibus membris, q̄ recentibus cicatricibus credidit. Multi viderunt & oderunt. Patet ergo q̄ & ſi [Ioan. 20.]
multi vocentur pauci eliguntur, quia vocantem renuerunt. Quod ſi tanta quoq; poteſt eſſe obſtinatio [Ioan. 15.]
voluntatis, vt contra omnes modos vocationis obdureſcat mentis auerſio, quæritur verum de Diuina
pœna ſit ipſa duritia. Eſt igitur obduratio Dei nolle miſereri: vt non ab illo irrogetur aliquid quo ſit ho-
mo deterior, ſed tantum quo ſit melior non erogetur. Nam ſi in Tyro & Sidone & cætera Matth. 11.
Multi igitur fabricauerunt arcam Noe, & hi omnes vocabantur ſed octo tantum electi ſunt. Electio [Gene. 6.]
autem ex gratia prouenit. Multi vocati ſunt ad terram fluentem lacte, & duo tantum ingreſſi ſunt. Nū.
D Cap. 26. Cæterum iuxta Chryſoſtomus Quod dicitur, erunt nouiſſimi primi, & multos eſſe vocatos, [Chryſoſt.]
& cætera, id non parabola concluſum eſt: ſed quemadmodū nunc contigit vt prę ter ſpem & contra opi-
nionem omnium ęqualem omnes mercedē acciperent, ſic maius illud & mirabilius, vt primi vltimi ſint
& vltimi primi euenturum ſit. Ita concluſa eſt parabola eadem ſententia quo cępta eſt. **Et ibat per ci-** [Luc. 13.]
**uitates & caſtella docens & iter faciens in Hieruſalem. Ait autem illi quidam. Do-
mine an pauci ſunt qui ſaluantur? Ipſe autem dixit ad illos. Contendite intrare per
anguſtam portam, quia multi dico vobis quęrent intrare: & non poterunt. Cum au-
tem intrauerit pater familię, & clauſerit oſtium: incipietis foris ſtare: & pulſare ad
oſtium dicentes, domine aperi nobis. Et reſpondens dicet vobis: neſcio vos,** Ibat igi
tur dominus per ciuitates vndiq; conquirens operarios ad culturam vineę ſuę, omnibus vitam offerens
denarium illum qui cunctum & eminenter continet in ſe omnium bonorū aggregationē. Et properabat
E illo vbi granum illud erat infodiēdū terrę ſed triduo tāctū, vt eccleſię ſeges pullularet. Ergo in ꝓcedētibus
ſi volumina quędā docuerat: de vēdēdis facultatibus: de denario illo pacto cū cultoribus vineę: neſcio cuium
de oue inuenta: & gaudio affectis angelis in cęleſtibus: quidā adueniens eū/dixit. Dn̄e an pauci ſunt, qui ſa [Luc. 13.]
lutē ęternā cōſequātur? Nā parabola de vocatis ad laborē vineę, paucos dicit fore eligēdos ex multis vo
catis. Rurſus parabola de grano ſinapis & fermēto videtur diuerſum polliceri, nempe doctrinam euan- [Matt. 13.]
gelij ad multos peruenturam dominus autem Ieſus oſtendit vtrumq; verū eſſe, quia videlicet multi vo-
cantur, imo omnes vocabuntur ad vineę culturā iuxta illud, in omnem terrā exiuit ſonus eorum. pſ. 18. Et [Matth. 24.]
alibi, & pdicabitur hoc euāgelium in vniuerſo orbe in teſtimonium oībus gentibus, nullū tamē acceptu
rū denariū illū, quo ſine oīs homo quātūlibet diues pauper eſt, qui nō renūciauerit oībus quę poſſidet, vt

videli et deposita gibba, ingrediatur foramen acus. Marci.10 Dixit. Cõtendite intrare: ἀγωνίζεσθε, agonizethe ad vicum ini acriter, quia augustus licet sit ingressus: ducit tamen ad latitudinem. Contendite intrare in nassam ecclesię, quę in modum fiscinę angusta est in ore, in vtero latissima. Huiusmodi erat arca Noe, quę cum vnicum tantum haberet ostium: intus tamen erat sicut ciuitas capacissima. Estote igitur prudentes sicut serpentes: deponite gibbam: abijcite vellus, exuite pellem. Quandiu igitur patet ianua festinemus ingredi in terram fluentem lacte. tandiu autem patet, donec transeat populus pręcedens arcam, stante arca dei cum sacerdotibus in Iordanis alueo. Arca autem transeunte; Iordanis qui conuersus fuerat retrorsum: reuersus est ad consuetum cursum, & clausa est via: clausa est ianua, & quicunque clauso ostio pulsauerit cum virginibus fatuis, dicens, domine domine aperi nobis. nihil aliud audiet quam illud nescio vos. Clamaui: inuitaui, alexi, decerui, rogaui: compuli operam & impensam lusi; parpari reponam nescio vos. Inuocate deos quos coluistis. Surgant & opitulentur vobis: & in necessitate vos protegant. Deut.32. Aliud igitur interrogauit homo iste: & aliud audiuit cum cęteris qui aderant. Ille inquirebat de numero saluandorum, & audiuit, id vestra scire non refert illud magis satagite, vt iuxta Petrũ apostolũ per bona opera certam faciatis vocationẽ vestrã. 2.Pe.1 Hoc est vt sitis de numero vocatorũ sitis de numero electorũ. De quo vide Matth.7. Nõ enim certatur de oleastro, oleagina aut quercina corona. Tũc incipietis dicere, mãducauimus corã te, & bibim⁹: & in plateis nostris docuisti, & dicet vobis. Nescio vos vnde sitis. Discedite a me oẽs operarij iniquitatis, ibi erit fletus & stridor dentium. cũ videritis Abrahã & Isaac & Iacob & oẽs prophetas in regno dei; vos aũt expelli foras. Et venient ab Oriẽte & Aquilone & Occidẽte & Austro, & accũbent in regno Dei. Et ecce sunt nouissimi qui erũt primi: & sunt primi qui erũt nouissimi. Quę oĩa exposita sunt. Hęc peculiariter Iudęos impetit, apud quos dñs natus est & enutritus, & couersatus annos circiter duo de triginta, & quibus cũ mãducauit & bibit, & inter quos docuit, quorũ multos sibi adiunxit in discipulos, quorũ tamen multi ad tẽpus crediderũt: & tãdẽ abierũt retro sicut dictũ est Ioan.6. Sed spũs est qui viuificat, caro autẽ nõ prodest quicquam. Hoc est dictu nõ omnis qui dicit mihi dñe dñe (nã & dæmones credũt & cõfitetur) intrabit in regnũ cœlorũ, sed qui fecerit volũtatẽ patris mei qui in cœlis est. Matth.12. Vos aũt qui sitis aut vnde sitis nescio, hoc est indigni estis mea scientia, iuxta illud & dixi, vbi nã sunt. Nã si alicubi reperti fuerint, perire faciã de terra memoriam eorum. Quo contra de iustis dicitur, in via hac qua gradieris, firmabo sup te oculos meos ps.31. Quia teipm noui ex noie. Exo.33. Vos aũt nomẽ habẽtes viuorũ mihi mortui estis, imo mihi nõ estis, meli⁹ vobis fuerat natos nõ eẽ. Ma.26. Discedite a me. Vide Ma 7/1 [illegible]

Matt.10. Iosue.3. Figura. Matt.25. Deut.32. Apoc.3 Luc.13.

Caput.xvij. Vade hinc: quia Herodes quęrit te interficere. Dicite vulpi isti &c. Sequitur de hydropico quem dominus sanauit confutata insania pharisaica. Quodque in conuiuio qui inuitatur, semper teneat nouissimum locum & patet.

IN ipsa die accesserũt quidã pharisęorum dicẽtes illi. Exi & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Et ait illis. Ite & dicite vulpi illi. Ecce eijcio demonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die cõsumor. Verũtñ oportet me hodie & cras, & sequẽti die ãbulare: quia nõ capit pphetã perire extra hierlm. Quoniam hęc & multa alia iam fere oĩa quę docebat dñs Iesus idque sũma cũ libertate: molesta erãt auribus oĩa pharisęorũ, quorũ tãgebat cicatrices: refricabat vlcera: quę aũt dolẽt, moleste tãgũtur, lo presisti in purpura quia mordere nõ poterãt, obturbare dñm vel metu tẽtauerũt dicẽtes tãti cõsiliatores, tãti nebulones. Bñ facies: si saluti tuę cõsulas: relinquẽs Galileã: nã Herodes huius puintię tetrarcha (vt impleat mẽsurã pris sui) omnino tibi molit insidias, vt occasionẽ nactus, tollat te de sup terrã. Id verũ sit verũ necne: nõ liqt, pugnat eñ cũ eo qd' refert Lucas. Ca.23 Erat Herodes ex multo tẽpore cupid⁹ vidẽdi Iesum. Dñs aũt ostẽdẽs se nihil timere nec a quoque hoie: nec a demonio meridiano, nisi ipse pmittat se tõderi in sinu Dalilę Iudi.16. Nec cõpelli posse alio mortis genere aĩam ponere, quam a sua puidẽtia dispositũ est, quę falli nõ põt, dixit ad illos. Vos qui versipelles vulpecule estis, & cũ mordere nõ possitis obgãnitis euãgelio meo: ite si vr̃a refert, & dicite vulpi illi, qui obturbare se putat cõsiliũ dei ecce qd' semel cepi, o pari vel salutẽ in medio terrę nõ intermittã, donec cõsumẽ cursum ministerij qd' suscepi: & exornẽ hãc iudeę pointiã quã nact⁹ sum, assũpta forma serui. Hoc aũt explicat p partes, cũ dicit: dęmones ppulso, & sanitate dono ęgrotãtẽ a idque hodie & cras. i. breui tẽpore: & tertia die cõsũmor: hoc est iponã summã manũ opi meo, cõsũmor græce est Τελειοῦμαι, teliume, qd' quidem cõmune est verbũ sati⁹ erat vtere actiue: cõsũmo, vt intelligam⁹, dũm tertia die absolutum & cõsummatum opus suũ, quãque ea cõsũmatio mors sua erat & resurrectio, vñ illud, cõsũmatũ est. Faber. Xp̃s nõ timebat Herodẽ (quid aũt timeret leo de tribu Iuda vulpẽ vnã?) Quẽ vulpẽ vocat, sed Herodes xp̃m. Verũtñ quia trãsibat de Galilęa in Samariã: hierosolymã pficiscẽdo: tertia die absoluebat quę facturus erat in Galilęa, vñ subiũxit, verũtñ oportet me hodie & cras &c. Idest hoc triduo: ãbulare p galilęã. Qd' si vellet Herodes occidere me, id oratio ipsa pphetarũ nõ pmittit: quia nõ est possibile (id eñ significat: ulz endechetę: ulz endechere) pphetã pire extra Hierlm: qd' de seipso dicit, ipse est eñ de quo dicitur Deut.18. Nõ igitur opus me timore Herodis secedere a Galilęa vel iudęa sed petẽda est mihi magis hierosolyma, vbi mori decretũ est. Ipsa est eñi quę occidit pphetas ad se missos. Mat.23. Ipsa occidet dñm pphetarũ.

prouerbiũ Matt.25. ps.73. prouerbiũ Faber. Apoc.5.

Dicite vulpi

Dicite vulpi illi. Ostendit autem q̃ qui verbo eijcit dæmones sanitate donat ęgrotos, nullomõ timet potestatem Herodis, qui nihil aliud est q̃ vulpecula vna. Veruntamen oportet. &c. Q. d. äutē non propter Herodem a quo nil timeo, oportet tamen me hinc abire, in itinere triom dierum, hunc est: vsq̃ hierusalem hoc enim significat dicendo: hodie & crae & sequenti die ambulare. Caietan⁹. Quia non capit &c. Est autem velut impersonale: quasi dicat: ipsa natura rerum non fert prophetam perire extra hierusalē. Quibus verbis nno negatur liberum arbitrium: sed tale est acsi dicat. Difficile est hanc viam in qua prędones insidiantur viatoribus immunem esse a sanguine. Vulpes hęc videlicet Herodes de numero erat earum quas Samson binas sibi innexuit ad quarū caudas alligauit faces ignitas, & demisit per messes Allophilorum, per hanc figuram significans: q̃ fraudulenti homines & maxime hęretici linguam liberam habeant ad latrandum & religiosa principia: finem vero fraudis suę incendio deputatum. Habet enim satanae suos trecentum: quibus cum fructus alienos comburere nititur: sicut Gedeon trecentum cum quib⁹ espugnat hostes ecclesię, sed vulpes istę non raro incidunt in flammas quas alij excitant. Theophy. Ita dicit. Tertio die consummor. Quasi dicat ad eos qui sibi insidiebant, Quid meā meditamini mortem Ecce Paulo post ipsa instabit. Perficiam igitur sanitates hodie & crae idest hoc anno & sequenti, & tertio anno vita fungar. Vocari autem homines vulpes & lupos &c. Aliae dextimus, imo vnus homo quatuor pręse ferebat facies. Ezechie. 1. Illud pręterea mirabile, in facie vultuq̃ humano cum sint decem aut paulo plura membra, nullas duas in tot millibus hominum indiscretas effigies existere, quod ars nulla in paucis numero pręstet affectando Et cum tanta sit faciérum diuersitas multo maior est animorum. Dicebat Lisander, qui genus suum ab Hercule ducebat. Qui Herculis progeniē sine fallatijs belligerare dignum iudicaret, eum irrideri iubeo Quo enim Leonis pellis non attingere, insuendam esse vulpinam noc est, quod vi non potuerit: callida seductione perpetrato, & nunc hirci nunc centauri, nūc satyri aut fauni formam assume, iuxta illud, ps. 81. Facies peccatorum sumitis. Hieronymus. Hoc est non causam sed personam attendistis, malum deploratum apud multos iudices, qui nec deum timent: nec homines verentur. Licet vulpes hęc assumpta iusti iudicis persona ne iuramentum execrandam quod temulentus iurarat irritum faceret, homicidium perpetrauerit. Vidisti vulpinum dolum! Hieronym⁹. Quis nesciat homines pro virtutibus suis & vitijs sumere formas & nomina? Sunt iusti columbę sunt & nubes. Esai. 60. Sunt & ligna paradisi & cętera. Sed hę formę actuum sunt non corporum, nam corporis nostri cert⁹ est status, sicut omnium animantium. Sed quoniam apud deum non de statu corporis nostri: sed de vitę nostrę meritis iudicamur, patet omnem hominem mente sua sibi ipsi nomen statumq̃ formare. Nolite in sę fieri sicut equus & mulus. Augustinus. Ille loquitur, qui per cupiditates malas delent in se imaginem dei, & ipsam quodāmodo flāmam intelligentię peruersitate morum extingunt. Homini autē super bestias potestas est data, non super homines. Sed a nullo lumine rationis hominibus vult dominari: quod a deo non accepit. Pro q̃ dei indignatione, vt ipse bestiae tormētum illi sint, quae te dominio accepit. Vnde superbia ęgyptiorum de ranis deq̃ muscis dominata est. Et cum leones agnoscerent Danielem, Cap. 6. Culices deterrebant Pharaonem.

Figura. Iudi. 7. Theophy. Homo. Lisander. Hierony. Luc. 18. Hierony. Augusti⁹ ps. 31.

Et factum est cum introisset Iesus in domū cuiusdā principis pharisęorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens Iesus, dixit ad legis peritos & pharisęos. Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehēsum sanauit eum ac dimisit. Et respondens ad illos dixit. Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet: & non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hęc respondere illi.

Luc. 14.

Alloquebatur aliquando Hieremias maiestatem optimi & maximi Dei, qui vultu suo tremefacit olympum & cœlum tempestates q̃ serenat, dicens. Quare domine futurus es sicut colonus sup̃ terram, & sicut vir vag⁹: nō habēs qd' vulpes, quod volucres! Nā vita nequā est hospitari vicatim. Eccl. 29. Propheta vnū supponit, & ingerit alterū. Pręsupōit qd' vetus⁹ erat, idq̃ verū erat. Sed q̃d ad eē poralit regnādū credebat a multis vetus⁹, sicut habes Act. 1. ingrit, q̃re velut vir vag⁹ vt colon⁹ vt pastor, q̃re fortuna ferat ast ipsa. Delitię meę fuerūt esse cū filios hominū q̃ ope mea egēt. Colon⁹ igitur cū eēt, vł etiā medic⁹, illo declinabat ad manēdū, ad vescēdū ad opitulādū quo accersebat. Vñ declinauit sępe in domū Marthę, in domū Simōis leprosi, ad domū Zachęi, & in domū amici nescio cui⁹, de q̃ dicit: apd' te facio pascha cū discipulis meis. Et hodierna die ingreditur in domū principis pharisęorū vt mādricaret panē, Noīe aūt panis omnib⁹ intelligit iuxta illd': pone panē & aquā corā eis vt comedant & bibāt, deinde. Et apposita ē eis ciborū magna pparatio. 4. q. 6. Epulāteb⁹ igit in simul multis ex pharisęis & legis doctorib⁹ q̃ in hoc cōuenerāt: vt eū caperēt vł in ope vł in sermōe: hi pposteri Catōes Gabaonitę i hospitalitoes (hoc eīm est qd' dicit, ipsi obseruabāt eū coryceti isti maligni) ne gratis dīs panē mādricaret: qōnē pponit, quā & ipsi aīo versabant (nullū eīm crimē xpo plures impegerūt, q̃ q̃ mederet in sabbatis) ea est, vtrū oēm licitū sabbato curare. Pręstitit aūt nosam hanc pposite & enodādę difficultatis hydropic⁹ q̃dā, q̃ vł casu igressus cōiuniū: vł data opa itroduct⁹ ē a pharisęis, vł ipse dñs fecit eū ad eē vt occasionē opportunā haberet coarguēdi pharisęorū pposterā de sabbati obseruātia religionē. Sed si iuxta sententiam Titi imperatoris dicētis, ut cęnādū co amicis hunc diē lusi, q̃a die illo de nullo bñmeri⁹ fuerat oē tēp⁹ pditū existimādū ēē, q̃ nō bñ aliq̃d fecerit, idq̃ vł maxie i dieb⁹ q̃b⁹ feriamur ab ope mānuaria q̃d ē qd' rogat magis bon⁹ q̃ vitā dei i pectore docet, vtrū vel licet sabbatis bñfacere? Sed vide q̃d apostol⁹ dicat. Heb. 5. Cū deberetis eē magri scd'm tēp⁹: nec dū pānos exuistis ifancię; sed tales estis q̃b⁹ lacte op⁹ sit, nō solido cibo. Velamē enim usq̃ appāium ē eis cordis vrī, q̃ties legit Moses. Cęcis igit stupidis & paruulis q̃stionē hāc pposītā puta, nō illis q̃ exercitatos hñt aīq̃ sensus ad discretionē boni & mali.

Hiere. 14. Matt. 8. Prouer. 8. Luc. 10. Luc. 19. Titus. Matt. 12. 2. Cor. 3. Heb. 5.

Genes. 2. Gregorius. Figura. Augustinus.

Ad quæstionem autem propositam illi nos respondent negatiue in corde tamen, licet ore tacuerint. Scriptum est autem sex diebus fecit deus cœlum & terram & in die septimo requieuit. Igitur & nobis vacandum est in septimo die ab omni opere seruili, vt vacemus vni soli & necessariæ rei. Sed vide quoniam per amorem proximi nutritur amor dei iuxta Gregorium. Et iudex cum affuerit, nihil rogabit de amore sibi impenso, sed illud potius quod vni ex fratribus fecistis, mihi fecistis. Mat. 25. Et rursus: qui vos tangit, pupillam oculi mei lædit. Zach. 2. Id autem vel maxime præstare debemus diebus festis, lege ita sanciente, Nũ. 28. Iubet enim per singulos dies duos offerri agnos in holocaustum, vnum mane, alterum vesperi. Cæterũ in sabbato quatuor iubentur immolari, duo mane & duo vesperi. Hoc est dictu iubet duplicari opera bona in sabbatis, quæ simpla fiebant per hebdomadam. Docet præterea idem sub alio mysterio, quãdo statuit vt quolibet septimo anno fructus terræ sint cõmunes omnibus tam indigenæ quam aduenæ, quam iumento Exo. 23. Quo loco dicit Augustinus, quod terra quidem seminanda erat anno septimo, sed non erat metenda, sed relinquenda pauperibus, licet videatur obuiare textus. Sed quoniam hydropici isti tam magistri quam discipuli hoc præceptum non seruauerunt annis 490. ex annis 567. qui fluxerũt ab exitu eorũ de ægypto vsque quo ducti sunt in Babylonem captiui, dixit ad illos dominus Leui. 26. Et 2 Para. 36. Deducemini in Babylonem, ibique eritis annis septuaginta, & interim celebrabit terra sabbata sua annis septuaginta in quibus pauperes defraudastis, demetentes fructus terræ, quos ego volui esse cõmunes tam indigenæ quam aduenæ. Nam de anno iubilæi notissima est historia. Leui. 25. Et licet tot euidentissimis testimonijs conuicta videatur stulta & peruicax insania illorum qui nodum quærebant in iunco: captantes num curaret in sabbato dominus sabbati, dominus cœli & terræ, tamen subijciamus id quod sequitur. Et cuius vestrum bos & cætera quæ exposita sunt Luc. 13. Vide igitur quam merito dixit Hieremias Treni. 1. Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius. Ita deridebat iudæos Seneca quod more concharum torpentes in sabbatis, septimam vitæ partem ludebant, væ autem illi qui totam ludit. Non mouentur loco more statuarum, non accendunt lumen, sed rigent per hiemẽ, non præparant vitæ necessaria sed semper vescuntur frigidis in sabbato. Iudæus quidam cum forte fortuna cecidisset in cloacam die sabbati, non permisit necessarijs suis vt extraheretur. Cæterum cum die sequenti vellent illum extrahere: prohibuit iudex, quia erat dies dominica. Itaque tertia die productus putreus e cœno: sed iam diem suum obierat intestatus. Cum ergo legis periti ad propositam quæstionem perstarẽt magis muti quam pisces, non quod credere licere quouis modo mederi in sabbato: sed quia hunc errorem suum tueri non poterant aliqua probabili ratione, dominus Iesus apprehensum hydropicum solo contactu sanauit pro solita bonitate sua, nullo pro eo interueniente. Quæ sit autem huius hominis mala valetudo si requiras: hydropicus quo amplius bibit: amplius sitit sicut patet in epulone Luc. 16. Et iuxta poetam in Tantalo, item in puellis vnde quinquaginta quæ Danaides vocantur, & dolium pertusum conantur implere, haurientes aquam cribris. De quo sub alijs verbis Malachias dicit Cap. 1. Seminastis multum &c. Gregorius 14. Mor. Cap. 4. Impio sitire est huius mundi bona concupiscere. Vnde dominus intra pharisæi huius domum hydropicum curat, & cum contra auaritiam disputaret, scriptum est, audiebant hæc omnia pharisæi, qui erant auari: & deridebant eum, Luc. 16. Quid est ergo quod intra pharisæi domum hydropicus curatur, nisi quod per alterius ægritudinem corporis in altero exprimitur ægritudo mentis? Itaque sicut hydropico sitis crescit ex potu, sicut & auarus in infernũ modem dilatat animam suam dicens, Affer, & cum absorbuerit fluuium, habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius. Quomodo ergo curabitur tam pestilens hydra? Si vis hunc ignem funditus extinguere, subtrahe ligna in quæ epicurus. Magnus est ille qui in diuitijs pauper est, sed securior qui diuitijs caret. Si vis inquit aliquẽ diuitẽ facere nõ pecuniæ adijciẽdũ, sed cupiditatibus detrahẽdũ est. Sordolybitæ aliud vas aut instrumẽtũ nõ possidẽt præter calicẽ & gladiũ. Spartã numismate vtuntur scorteo. Aurũ argentũ ve apud quenque deprehẽdi capitale est. Socrat quidã cũ iã natus annos 70. thesaurũ reperisset sublatum cremare ipsum cœpit & precari vt qui nõ amplius viui sibi futurus esset. Bio aũt dicebat: quẽadmodũ vilia mancipia & si nulla [illegible] tamẽ æstimãtur quãtũ in se numismatũ cõtinẽt: ita diuites & si homines [illegible] bonorũ quæ possidẽt æstimatione ac pretio fruũtur. Diuitibus tamẽ id vel maxime diuitiæ cõferũt: vt mala sua magnaliter, facile celẽt. Habẽt enim domi Amaltææ cornu. Sed quia surdis narramus fabulam, capite fabula, non habẽtes alimẽta & quibus tegamur, his cõtẽti, his in quã cõtẽti, trãseamus ad sequentia.

Eccl. 11. Vide ibi, multi tyrãni.

Dicebat autẽ & ad inuitatos parabolam, intẽdens quõ primos accubitus eligerent dicens ad illos, Cũ inuitatus fueris ad nuptias, nõ discũbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo. Et veniens is qui te & illum vocauit: dicat tibi. Da huic locũ & tunc incipies cũ rubore nouissimũ locũ tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, & recũbe in nouissimo loco: vt cũ venerit qui te inuitauit: dicat tibi, amice ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbẽtibus: quia omnis qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur. Animo ægrotanti non pharmacis succurritur, sed verbum medicus est oratio: sicut dicitur: loquutus es ad cor ancillæ tuæ. Ruth. Cap. 2. Dominus ergo Iesus qui ostensum mirifice hydropisim fugarat a corpore nunc sermone clementiæ pleno aggreditur mederi pestibus mentis pharisæorum, qui in omnibus operibus suis nihil aliud quærebãt quam plausum & gloriam populi, de quo dictum est Matt. 6. Et dicetur Matt. Ca. 23. In conuiuijs igitur præripiebant honoratiores accubitus: postea cubitu deturbaturi proximum, quam cuique cessuri locum suum. Denique molestissime ferunt si quis non assurgat prætereuntibus: atque sicut dicit scriptura, si quis genua non flectat et quem rex exaltauit super omnes principes in regno suo. Et hic est de numero eorum, qui vocati ad nuptias, inuitante eum libet, primum locum volunt tenere dicens, nullum præter me inuitauit. Regina,

Hester. 3. Figura.

apud quam

abud quam hodie & cras pransurus sum. Iste igitur qui alias aspirabat ad regnum idest ad primum locum, breui cœpit cum rubore nouissimum tenere, appensus in ligno cubitorum quinquaginta altitudinis. Denique quotus quisque eorum qui glorię sęculi deseruit, & adorat statuam auream, non grauem iniuriam sibi illatam putat, si leuum claudat latus eius qui se videtur inferior: Vnde facta est contentio inter duodecim qui sęculi honoribus videbantur valedixisse: Nempe ex eo quod Ioannes & Iacobus prima (nescio quo iure) presumere volebant in triclinio ecclesię. Tu autem memento Absalonis, qui quod patrem regno expulit, & primum locum tenere voluit in regno: a tribunali transijt ad quercum. 2. Reg. 18. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat dicens, ego sum minimus apostolorum, exaltabitur. Tu igitur cum inuitatus fueris, recumbe in nouissimo loco. Audi Paulum. Honore inuicem preuenientes, quia nemo assumit sibi honorem sed qui vocatur a deo tanquam & Aaron. Heb. 5. Non enim honorabitur, qui primum presumit locum dicens: ego regnabo. 3. Reg. 1. Sed sic honorabitur: qui recumbens in nouissimo loco (sedebat enim ad fores Regis) iubetur imponi equo de sella regia, & qui primum ambiebat locum (flectebant enim ei genua omnes serui regis) teneat nouissimum, & fungatur apedibus & preconis officio dicens: sic honorabitur, quem rex voluerit honorare: & incipiet superbus Aman nouissimum locum tenere cum rubore, quia expleto ministerio (tranierat enim non a remo ad tribunal, sed a tribunali ad remum) Aman festinus abijt in domum suam lugens & operto capite, quia omnis qui se exaltat humiliabitur & cætera. Cum autem dominus dicit: ne forte honoratior te inuitatus sit, id quod dominus sub dubio reliquit, tu si sapiens es pro indubitato habe & semper recumbe in nouissimo loco ne forte si sedere volueris in lateribus aquilonis, stantibus cæteris, tanquam fulgur precipiteris cum Dathan in terra. Num. 16. Sede igitur in nouissimo loco, quod ad animi preparationem referendum est, alias non refert nouissimum locum tenere corpore, cum superbia similis esse velis altissimo. Vt cum venerit is qui te inuitauit, dicat tibi, amice qui idoneum te non putabas qui solueres corrigiam calceamentorum meorum, ascende superius, vt nemo maior te sit inter natos mulierum. Et tu Petre qui dixisti, Exi a me domine, quia homo peccator sum, ascende & pasce oues meas. Ioan. 21. Sicut autem dicit Thomas: humilis nihil audit mirabilius quam suam exaltationem, sicut Moses quod eum mitteretur vt educeret populum Israel de ægypto: quis inquit sum ego, qui populo tuo preficiar? Et iste igitur audiuit, inuenisti gratiam coram me, Exo. 33. Et ego te constituo deum Pharaonis. Exo. 7. Val. Max. Li. 2. De institutis antiquis. Inuitati ad cenam Romani, diligenter querebant qui nam conuiuio essent interfuturi, ne senioris aduentum discubitu preoccuparent, sublataque mensa, priores consurgere & abire patiebantur. Id verum Iudas seruauerit vel non, videto. Et erit tibi gloria coram sanctis omnibus vocari videlicet amicum meum, quo cum loquor ore ad os, quia omnis, qui se humiliat exaltabitur. Sequitur ex Luca.

Dani. 3. — Matt. 20. — 1. Cor. 15. — Rom. 12. — Ester. 6. — prouerbium — Prouerbium — Esai. 14. — Baptista. — Petrus. — Thomas. — Num. 12.

Caput, xviij. quod cum facimus epulum, inuitemus pauperes, & eos qui non possunt nobis similia retribuere, De inuitatis ad cenam qui omnes pretenderunt excusationes friuolas, puta villam emi, iuga boum, vxorem duxi: & cætera.

Dicebat autem & ei qui se inuitauerat. Cum facis prandium aut cenam, noli vocare amicos tuos, neque fratres: neque cognatos, neque vicinos diuites, ne forte & ipsi te vicissim inuitent: & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium: voca pauperes debiles: claudos: cęcos & beatus eris quia non habent vnde retribuant tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Hęc sententia eadem est cum illa, facite vobis amicos de mammona iniqua. Cum enim dicit, facite amicos, ostendit quod non in necessarios bona nostra collocare debemus vel in fratres aut vicinos, sed amicos nouos conciliare debemus, qui nos vicissim inuitare non possint, qui paria non possint facere siquidem iuxta Ambr. Hospitalem esse remuneraturis affectus auaritię est. Nihilominus tamen si fratres nostri amici vel vicini paupers sunt arcendi non sunt a conuiuio nostro: dicente Paulo, qui suorum & maxime domesticorum curam non habet, infideli deterior est, 1. Tim. 5. Vnde illud Tobię Cap. 2. Cum in die festo domini factum esset prandium bonum in domo Tobię dixit filio suo. Adduc aliquos de tribu nostra sed timentes deum, vt epulentur nobiscum. Legimus de Eliogabalo imperatore cui morem hunc fuisse tradit Aelius Lampridius, vt simul ad cenam vocaret octo caluos, octo luscos, octo podagrosos: octo surdos, octo nigros, octo plongos: & octo perpingues & obesos. Hi terte sic imperatorem vicissim inuitare quomodo possent? Nec tamen retribuet illi in resurrectione iustorum: sed laborabit fame & siti cum Tantalo & epulone in ęternum. Lu. 16. Vnde illud ex triuio, manus manum fricat. Quo verbo illud significatur: neminem ferme mortalium inueniri, qui velit in quempiam beneficium collocare, a quo non speret aliquid emolumenti vicissim ad se rediturum, quia gratia parit gratiam: & officium inuitat beneficio. Manus enim quæ abluit barbam abluitur vicissim & ipsa. Regnare de filijs Iob epulantibus in simul &c. Laudatur autem Democritus inquit Lactantius, quod agros suos dereliquit, eosque pascua publica fieri passus sit. Probarem si pauperibus donaret cęcis & claudis. Hic enim vnde posset gloriam liberalitatis acquirere: sine remuneratione sine gratia perdidit. Quid de illo qui patrimonium in nummos redactum coniecit in mare? Abite inquit homo insanus malę cupiditates, ego vos demergam: ne submergar a vobis. Si tantus pecunię contemptus, cur non ex ea viscera pauperum refecisti? Imitare saltem insaniam Tuditani qui totam substantiam in pecunia redactam populo diripiendam sparsit. Tu autem qui sectatores euangelij, include eleemosynam in corde pauperis, & ipsa pro te orabit, sicut scriptum est, Cornelij orationes tuę & eleemosynę ascenderunt in memoriam in conspectu dei. Actu. Cap. 10. Quomodo ascenderunt? Quibus pedibus, quibus alis? Quibus scalis? Facultates quas requiris inquit Leuita Laurentius in cęlestes thesauros manus pauperum deportauerunt. Thesaurizate igitur vobis thesauros in cęlo, vbi latrones non effodiunt, nec tinea demolitur. Matt. 6. Sciendum vero quod cum dixit dominus: retribuetur tibi in resurrectione iustorum, non dixit iustorum quia illi soli resurrecturi sunt, quia omnes resurgent

Luce. 14. — Luc. 16. — Ambrosius — Eliogabalus. — prouerbium — Democritus — Tuditanus — Eccl. 29.

resurgent qui mortui sunt, & qui morituri sunt, de quo vide Danie.12. Vbi ponitur multi p o omnibus. Multi inquit ex his qui dormiunt in terrę puluere euigilabunt, alij in vitam ęternam, alij in obprobriũ Dicitur igitur in resurrectione iustorum, quia impij resurrectio non ad vitam erit beatam, sed ad obprobrium & ad vitam qua viuitur vbi nullus ordo. Istis enim melius erat nunq̃ natos fuisse. Matt.26. Omnes igitur resurgẽt: sed q̃a nõ omnes immutabitur in melius, resurrectio iustorũ tãtũ dicitur. Q̃d' autẽ dicit ideo non resurgunt impij in iudicio, impiorum nomine infideles intellige, qui quia non credunt: iam iudicati sunt, & ira dei manet super eos. Ideo non statuentur inter oues, non inter hędos, sed inter dæmonum cateruas, quia iam iudicati sunt. Hanc igitur orationem de inuitandis pauperibus cæcis & claudis quę peculiariter tangebat hospitem suũ, qui inuitarat multos, nec pauperes certe nec debiles sed amicos diuites & affines (nimirum vt mutuo muli scalperent) cum dominus cõmemoratione resurrectionis iustorum conclusisset, quidam e conuiuantibus veluti per somnium afflatus & allectus desiderio cælestis illius epuli, dixit. O q̃ bonum esset nos illic esse, & figere illic tria tabernacula. Matt.17. Beatus qui manducat panem uescia quem in regno dei. Quid autem intellexerit homo iste hunc panem, ipse rogãdus est, vt exponat seipsum. Quicquid tamẽ intellexerit, vere nesciuit quid diceret. Videtur autem q̃ epulas carnales somniauerit (iudęus enim erat:) de quibus scriptum est, ad vbera portabimini: & rursus de genibus & super genua blandientur vobis. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & videbitis & gaudebit cor vestrum, & multa quę sequuntur hoc eodem Cap.66. In Esaia, quę omnia iudęi ad litteram intelligunt, & implenda confidunt tempore antichristi sui. Potest ergo sic intelligi, q̃ homo iste has epulas & promissiones ad solos quidem iudęos pertinere crediderit, qui legem totam prestarent quam acceperunt Exo.24. Sed quia paucis id continget totam implere legẽ, si Petro credimus apostolo, beatus inquit, qui vescitur pane in regno dei, nomine panis intelligens cornu copię promissum iudæis. Dominus autem proposita parabula, corrigit errorem huius, ostendens iudęos quidem primum vocatos ad conuiuium regni cœlestis, sed quia ipsi rebus terrenis implicitę, deprecati sunt conuiuium dicentes: habe me excusatum, non possum venire, imo nolo venire, rogante etiam patre, vocantur secũdo loco gentes. Sequitur parabola. Homo quidam fecit cęnã magnã: et vocauit multos: & misit seruum suum hora cęnę dicere inuitatis; venite: omni fariam, quia iã parata sunt oia. Homo iste ille est qui in fine seculorum in terris visus est, qui filio iuniori vitulum occidit tenerrimum & saginatum. Luc.15. Qui operarios conduxit in vineam suam, cuius delicię fuit (o profundum bonitatis optimi & maximi dei) esse cum filijs hominum. Prouer.8. Vnde illud. Ego sto ad ostium & pulso: non nunq̃ manum immitto per foramen; pulso autem importune & si fas est dicere, improbe pulso dicens, aperi mihi soror mea. Vel illud: si quis aperuerit mihi, ingrediar & cęnabo cum eo. Apoc.3. Sed cœna hęc quia cum singulis est, parua videtur. Cæterum de cęna magna scriptum est Prouer. 9. Sapientia ędificauit sibi domum: ea est ecclesia cuius claues petro traditę sunt. Excidit colũnam septem, septẽ enim sacramentis fulcitur ecclesia, vt ne vel portę inferi vel tenebrarum rectores pręualeant aduersus eam immolauit victimas suas tauros & altilia, abundantiam bonorum spiritualium, miscuit vinum: homo factus, de quo dictum est, seruasti bonum vinum hucusq̃. Et illud ex Esai. Cap.55. Emitte absq̃ vlla commutatione vinum & lac. Vinum potus est hominum: lac cibus paruulorum. Nomina autem vini & lactis promissiones ęternę significantur, quę latebant in testa & sub cortice legis, quę terram promittebat fluentem lacte & melle: iuxta quod dicitur: nouis superuenientibus, vetera proijcietis. Leui.26. Et illud Immolabit hędum multitudo filiorum israel ad vesperã paschę Exo.12. Quod igitur ibi dicitur: ad vesperam paschę: hic dicitur: fecit cęnam magnam: eamq̃ non ieiunẽ sed dapsiliter instruxit erat enim tripartita. Sequitur ex prouerbijs. Proposuit mensam suam. Suam autem dicens, mensam excludit paschę veteris, in qua pecudes immolabãtur. In hac autem sua martyrum victimę immolatę sunt, quorum caput christus dominus est. De his victimis vide in actis Cap.9. Proposita igitur mensa sua: ipse primum immolatur agnus: qui pati cęperat ab origene mundi, & deinceps immolauit tauros qui portauerunt pondus diei & ęstum: de quorum numero erat Moses; cuius erat cornuta facies. Exo.34. Item Stephanus qui ita impetebat iudęos cornibus; dicens. Dura ceruice & incircuncisi corde, vos semper spiritui sctõ restitistis. Item Petrus cuius verba sunt; obedire oportet deo magis q̃ vobis, qui nihil aliud q̃ homines estis. Et rursus: si iustum est in conspectu dei, vos potius audire q̃ deum, iudicatę. Cæterũ altilia intelligere possumus /144/ milia illos qui ab Herode occisi sunt, & pueros alios multos cum puellis, qui pro noĩe christi morti plexi sunt. Sequitur. Misit ancillas suas & accensus, vt vocarent ad arcem. Ancillę istę non pro sexu sed pro humilitate ancillę vocantur, quarum a numero est Paulus vere christi accensus. Actu.Ca.9. Qui non sum inquit dignus qui vocer apostolus idest missus. 1. Cor.15. Ipse est minimus sanctorum idest ancillarum, qui segregatus ex vtero matris suę, in hoc ministerium, vt euangelizaret gentibus inuestigabiles diuitias christi, inęstimabiles epulas christi, quas nec oculus vidit, nec gustus cuiusq̃ expertus est, p̃ter eum qui eas preparauit diligentibus se 1. Cor 2. Nec refert an sint claudi: cęci vel pauperes, quoniam omnes ex ęquo vocantur ad cænam; simul in vnum diues & pauper. Fecerat autem rex Asuerus, tertio anno regni sui grande cõuiuiũ cũctis principib⁹ regni sui: vt ostenderet diuitias glorię regni sui, ac iactantiam potentię suę. Nec sedet animo dicere: vnde tanta & tot rapuerat Pulypus iste cyclops: robustus venator vt eam prodige vane & inutiliter disperderet, in hoc tantum vt ostenderet iactantiam potentię suę. Inuitauit autem non pauperes cæcos & claudos: quę enim illi cura de pauperibus, sed inclytos principes & pręfectus prouintiarum: qui exactores erant tributorum, & radebant vsq̃ ad cutem verticem subditorum, vel vtres ipsos vellicantes. Hos ergo cerberos megalocœlios inuitauit ad epulum suum. Inuita-

Marginal notes: Iob.10. — 1.Cor.15. — ps.1. — Ioan.3. — prouerbiũ — Matt.17. — Iudęi. — Actu.15. — Luc.14. — Matt.26 — Canti.5. — Matt.16. — Ioan.2. — Exo.3. — Matt.20. — Actu.7. — Actu.4. — Matt.2. — Eph.3. — ps.45. — Figura

Side letters: F — G — H — I — K

suū: Inuitauit tamen & omnes qui inuenti sunt in susis &c. In hoc[illegible] splendido cōuiuio, vinū vt magnificencia regia dignum erat abūdans & præcipuū ponebatur. Vide Dani. Cap. 5. De cōuiuio exhibito a Balthasar, in quo mille principes epulabantur. Legimus de Alexandro apud Plutar. Alexander cōuocatis amicis & principibus: solemne cōuiuiū instruxit, in quo vinariæ potationis certamen, & coronam victori proposuit. Bibacissimus omniū pro machus quatuor ingurgitans cantaros: palmam meruit, & vnius talenti coronam accepit, tribus tantū postea superstes diebus. Cæteros vnū & quadraginta: potando spiritū eructasse cares tradidit. Denique in cōsequentibus cū eōe instruxisset epulū, cui nouem milia cōuiuæ interant, vnū quēque ad peragenda libamina aurea donasse phiala fertur. De his cęnis Phauorinus ita dicit, referente A. Gellio. Præfecti popinę atque luxuriæ negant cænam lautam esse, nisi cū libentissime edis, tū auferatur: & alia esca melior atque amplior succenturietur. Is nūc flos cęnę habeatur inter istos, quibus sumptus & fastidiū pro facetijs procedit. Qui negant vllam auem præter ficedulam totam comesse oportere. Cęterarū auiū atque altiliū nisi tantū apponatur, vt a cluniculis inferiori parte saturi fiant: cōuiuiū putant inopia sordere, superiorem partem auiū atque altiliū qui edūt, palatū non habere. Instruxit & Heliogabalus tale cōuiuiū in quo inter cæteros apparatus sexcētorū struthionū capita multis exhibuit ad edenda cerebella. Diximus de multimodis cęnis vel epulis. Cui aūt harū hanc magnam assimilabimus cænam, ad quam non multi sed omnes vocantur? Si vinū placet: seruasti bonū vinū hucusque. Si multitudo epulantiū, vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. Apo. 7. Si ministros mensæ: milia miliū ministrabant ei Dani. 7. Si ordinem confidentium: sederūt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam. Gen. 43. Sed illud mirabile quod maior pars data est Beniamin minimo quam fratribus suis natu maioribus, ita vt in quinque partibus excederet fratres: illis videntibus, & glorificantibus eum qui eos ad cęnam suam vocarat, nec interim dicentibus, quare illum parem nobis fecisti: qui portauimus pondus diei & æstus? Matt. 20. Si autem abundantiam ferculorum suscipis, ipse dominus replet in bonis desiderium tuum. Quibus bonis? In cor hominis non ascenderunt. Si tempus, quia 180 diebus præparatum est conuiuium & septem diebus est exhibitum, beati qui habitant in domo tua domine, in sęculum sęculi laudabunt te. ps. 83. Si locum miraris, quia io horto ma[illegible] conuiuium regio, ciuitas illa & paradisus deliciarum in quo mansiones multę sunt, ager ille est cui benedixit dominus. Genes. 27. Qui duplici irrigatur fonte, superiore & inferiore de quo Iosue. Cap. 15. Quod si cęna Salomonis in stuporem vertit reginam Austri, vt diceret, nec dimidia pars nuntiata est mihi, quid passuros putamus eos: qui ad cęnam hanc magnam introducti fuerint? Dicent illud tantum, si tamen dicere potuerint, sanctus sanctus sanctus, dominus deus sabaoth, tibi silet omnis laus in syon. ps. 64. Instruxit igitur homo iste cęnam, & vocauit multos, paratis omnibus. Et cęperunt oēs simul excusare. Primus dixit seruo. Villam emi, & necesse habeo exire & videre illam: rogo te habe me excusatum. Et alter dixit. Iuga boum emi quinque & eo probare illos: rogo te: habe me excusatum. Et alius dixit. Vxorē duxi: & ideo non possum venire. Obserua autem nullum istorum trium vacasse malo operi ex genere, sed omnes & singulos præposuisse sua cōuiuio xpi. Quod dicit, cęperunt omnes excusare, græce est: παραιτεῖσθαι: paretthe, idest recusare, sed excusat, qui adducta causa recusat quod rogatur. De his autem tribus compendio loquitur Ioannes dicens Omne quod est in mūdo, aut est concupiscentia oculorum, ibi vado videre villam: aut concupiscencia carnis, quia vxorem duxi, aut superbia vitę, ibi boues cornupetas emi decem. Boues isti quinque sunt sensus: quibus iuxta Salomonem nil negatur quod ad fieri potest, cum omni voluptate fruantur, tamen nō facietur oculus visu &c. Vnde Ioannes vidit bestiam ascendentem (superbia enim semper ascendit) de mari, habentem quidem capita septem, (septem pro multis positum est), & cornua decem, & super cornua quibus impugnatur ecclesia, nomina blasphemię. Omnes igitur cæperunt recusare. Emi inquit villā (domus est in agro) hoc est, radices fixi in terra, imitatus parentem meum Cain, qui primus omnium ciuitatem ędificauit in terra. Gene. 4. De his vide Hiere Cap. 12, In principio. Vxorem duxi. Habeo inquit domi delitias meas: compedes aureas licet, & ideo non dico, habe me excusatum, sed non possum venire. Quod si vna vxor maritum arcet ab hac cęna: quid dicemus de eo qui & multis congreditur, cum nulli ex iure liceat? Tu autem obserua Salomonem cuius sal infatuatus est & desipuit propter mulieres, sed erant numero fere mille. 3. Regū, 11. Quod nisi spiritus sanctus diceret. incredibile videri poterat: vt vnus vir tot sufficeret fæminis. Dicitur autem de iudęis, quod quia vxores duxerant, non poterant venire, frequētabant enim subinde nuptias, dato libello apostasię vxoribus prioribus, quia carnes erant. Sicut autem dicit Augustinus inter temporale & ęternum hoc interest, quod temporale plus amatur antequam acquiratur habitum autem generat fastidium, sicut dictum est alias de Amnō deperiente sororē suā Thamar. 2. Re. 13 ęternum vero ardentius diligitur adeptum, faciat enim sine fastidio animę desiderium. Istorum aūt palato amarulento qui dulce dicebant amarum, dulcius sapiebant cæpe & allia (bellaria sane quam epipara,) quam māna illud cęleste. Nū. 11. Cum igitur domi habeant vxores (malum necessarium) aut potius habeantur ab eis, turi autem boues, agros & oliueta, promptuaria eorum plena, oues eorum fętosę, boues crassę, sitque dominus prope ori eorum, longe a renibus eorum, quam tu illis cęnam cōmemoras? Habe me excusatum. Quod si omnibus paratis, dicunt, habe me excusatum, si post cęnam symbolum daturi essent, quando conuiuium adirent etiam compulsi? Et videtur pars parabolę huius desumpta ex Deut. Ca. 20 Vbi ita scriptum est. Quando exiendum est ad bellum, duces exercitus per singulas turmas audiente populo, pro clamabunt. Quis est homo qui ędificat domum nouam: qui plantauit vineam, qui vxorē despondit, & nec dum matrimonium sanxit quis est homo formidolosus & pauidus: hi oēs iubentur, bello

Margin: Alexāder. — A. gellius. — heliogab. — Apoc. 7. — ps. 102. — 1. Cor. 2. — Ioan. 14. — 3. Reg. 10 — 1. Ioan. 2. — Apoc. 13. — Augusti⁹. — Esai. 5. — prouerbiū — ps. 143. — Figura.

 recedere:

Matt. 6.

secedere: nec subscribere sacramento militię cœlestis, quia nullus potest duobus dominis seruire, cęteris huic interesse, militiam spiritualem arripere, qui adhuc nudari terrenis operibus pertimescit. De hoc ita habes in historia Ester, de qua multa premisimus. Cum rex Asuer vltimo die conuiuij esset hilarior, & post nimiam potationem incaluisset mero, pręcepit septem eunuchis qui se castrauerant propter regnum cœlorum (quorum nomine intelligitur ordo pręedicantium) vt introducerent reginam ad conuiuium coram rege, posito diademate super caput eius, quoniam erat mirabilis pulchritudine, vt ostenderet populis pulchritudinem eius. Quę venire contempsit. Quare renuit? Quia & ipsa fecerat conuiuium fœminarum. Regina hæc iudaica plebs est, pulchra per scienciam legis, vnde vocatur apud Hiere. Cap. 12. Auis discolor & tincta per totum. De cuius pulchritudine vide Ezechielis Cap. 16. Late. Diadema eius illud erat, quod ex ea nasciturus erat Rex Regum, quem ipsa coronauit. Canti. 3. Hęc igitur vocata voce pręedicatorum contempsit dicens, habe me excusatam, non possum venire: quia & ego conuiuiū instruxi fœminis. Gre

Gregori⁹

gorius. Id circo spirituales delitię amari non possunt, quia earum sapor ignoratur. Quis enim amare valeat quod ignorat. Has homo perdidit, cum in paradiso peccauit, vt morem vxori gereret. Vnde nos quoque nati in huius peregrinationis ærūna, nescimus quid desiderare debeamus. Et quid eligam ignoro, inquit

Phil. 1.

tantus doctor gentiū. Tantoque se amplius fastidij nostri morb⁹ elongat & augescit, quanto magis animus ab illius dulcedinis gustu distat. Et quia gustare intus nolumus paratam dulcedinem, amamus foris miseri nostram famem. Ecce enim cupimus implere ventrem de siliquis, moretum porcorum & nemo im

Luce. 15.
Nugantur
Genes. 8.

plet nostra desideria, & inuitati ad cœnam procrastinamus dicentes, non possum. Corui enim sumus & semel domo egressi nunquam reuertimur, & esto reuertamur, arcam non ingredimur, sed volitamus circum circa, cadauera subolentes, quę famem nostram nunquam expellunt. Adeamus igitur conuiuium quandiu ianua patet, ne forte & nos audiamus illud, istis iuraui in ira mea, nunquam futurum vt ingrediantur in re-

ps. 44.

quiem meam. Sed cœperunt omnes excusare, quia nescio quam Helenam domi introduxerant, quod cornu copię quę remorabatur eos ab adeundo conuiuio. Sed remoras has nullus non libenter complectitur & tenens tenetur, in sinu earum etiam fortis Samson. Offert deus quod rogari debuerat, non rogatus da

Remora.

re vult, quod vix sperari poterat, quod dignaretur largiri postulatus, & contemnitur. Sed recedentes a te, in terra scribentur. Hiere. 17. Emi inquit iuga boum quinque. Cum iuxta Eccl. Cap. 40. Graue iugum positum sit super filios Adam a die natiuitatis eorum vsque in diem mortis, quid tu insipiens vni huic & grauissimo iugo quinque imponis boum iuga? Iugum hoc Paulus explicat dicens. Velle adiacet: perficere nō

Rom. 7.

possum: quia non quod volo bonum: hoc facio, sed malum quod odi. Hoc iugo premebatur mulier illa quę iam annis duodeuiginti in terram deflexa, cœlum nunquam viderat. Luce. 13. Venter auribus caret, oculi nunquam satiantur, manus semper replicant illud: affer, affer, caro nunquam dicit, sufficit, gust⁹ ad spirituales ci

Prouer. 30.

bos cito nausent: ad aniles fabulas plusquam Midę sumus auriti toti, a veritate auditum auertentes, 2. Ti. 4 Et hi sunt boues quos probare volumus: quibus nulla cura est quam implere ventrem, qui si quando saturi

prouerbiū

fuerint, recalcitrabunt: quia fœnum habent in cornu, legi enī dei nō sunt subiecti, nec enī possunt. Rom. 8

Et reuersus liburnus, nunciauit hęc domino suo. Nunciauerunt Regi Asuero, quod Vasthi Regina renuerit, & ad imperium Regis quod per eunuchos mandauerat, venire contempserit. Tunc iratus pater familię dixit seruo suo. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles & cęcos & claudos introduc. Et ait seruus. Domine factum est vt impe-

23. q. 4. C. ipsa pietas
hec Ca. Ni
mirum.

rasti: & adhuc locus est: Et ait dominus seruo. Exi in vias & sepes & compelle intrare: vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt: gustabit cęnam meam. Hoc est quod legitur in historia Asueri. Vnde iratus Rex: cuius irę resistere nemo potest (Iob. 9.), qui cum tranquillitate iudicat: & cum magna reuerentia disponit nos (Sap. 12.) terribilis in consilij super filios hominum, & nimio furore succensus, interrogauit sapientes, qui

ps. 67.

ex more regio semper ei aderant: & illorum faciebat cuncta consilio (aliaquin olim funditus interijsset iudaica gens, dicente rege vnum verbum, dimitte me & feriam eos peste atque consumam, sed obstitit cō

Nū. 14.
Amos. 3.

siliarius regi, dicens: vt audiant ægyptij &c. Non enim faciet dominus verbum: nisi reuelauerit prophetis suis) cur sententię reginam Vasthi subiaceret, quę Asueri imperium quod per eunuchos mandauerat facere noluisset dicens. Nos discipuli Mosi sumus, hunc nescimus: Ioan. 9. Et rursus. Nunquid aliquis ex principibus in eum credidit? Sed turba hec quę non nouit legē, maledicti sunt: Ioan. 7. Respondit vnus ex principibus. Non solum regem lęsit synagoga sed & omnes populus & principes qui sunt in regno Asueri. Nihil verius. Ementes enim multa summa mendatium & silentium resurrectionis dominicę, operā summam dederunt, vt mēdacium illud disseminaretur apud omnes iudęos quoquo versus, necluserūt operas suas: sed obtinuit fidem cōmentum hoc insanissimū, nobis dormientibus &c. Matth. 28. Itaque inquit sapiens iste: egredietur sermo reginę: idest synagogę hierosolymitanę ad omnes mulieres idest synagogas quę dispersę erant per orbem, vt contēnant viros suos: idest seruos qui vocarant iudęos ad conuiuiū

Figura.

Vnde regis iusta est indignatio. Quare iusta? Quia vocati ad eam opulentum conuiuium, ob res nō admodum serias vt ne dicam friuolas, excusant & recusant tantum bonum. Sequitur. Si tibi placet, ne occi

ps. 58.

das eos: sed depone de regno. Egrediatur edictum a facie tua, vt nequaquam Vasthi vltra ingrediatur ad regem: sed regnum eius altera quę melior est illa accipiat. Vnde sequitur. Exi cito in plateas & vicos ciui-

Matt. 20.

tatis & cętera, & voca eos qui in foro stabant tota die ociosi. Vnde Paulus seru⁹. Quia indignos vos iudicastis ahui⁹ cœlestis cęnę: ecce transgredimur ad gentes, pauperes, cœcos & claudos. Vnde illud: ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat de⁹: exhibito epulo in honore vituli & nūc vocati ad cęnam, nō pos-

Exo. 32.

sunt⁹ (ingentes) venire. Ego aūt par pari rependens prouocabo eos in eo quod non est pop[illegible], & in gente

stulta iri-

stulta vitabo eos. Vocantur igitur gētes quę sine deo vero erant iuxta Paulum (id autem malorum summa [illegible]) proinde, pauperes & miseri & spem non habentes, nomen habentes viuorum, cum mortui essent. Apoca. 3. Quoniam igitur Vasthi detrectauit cœnam, tradito ei libello repudij, altera quę melior est illa, vocatur ad cœnam, & computrescente Lumbari iudaico, alterū dominus precinctus est idest gētes [illegible] succinctus. Hiere. 13. Cap. Vide ergo seueritatem dei & bonitatem. Seueritatem in iudęa gente reprobata: bonitatē autem in Esther assumpta in regnum) idest gentilitate, inserta radici iudaicę [illegible] iuxta historiam Vasthi gētilis fuerit, Esther israelitico sanguine prognata. Quid est autem quod sequitur: factum est quod iussisti, & adhuc locus superest? Nempe illud, cum intrauerit plenitudo gentium omnis israel saluus fiet. Itaq; iudęi qui primum simpliciter vocati, abnuerunt, post gentium vocationē secundo vocabuntur, qui si parere recusent. Compellentur ab eo qui loquitur per Osee. Ecce ego sepiam vias spinis & maceria, & semitas tuas non inuenies, & sequeris amatores tuos & non apprehendes eos nec inuenies, & dices, vadam & reuertar ad virum meum priorē, quia melius mihi erat tunc quā nunc. Ergo & iudæis continget quod olim adolescentiori filio, qui fame pressus sapuit, licet sero, & dixit, pater peccaui. Ita & iudęa reuocata de triuijs & sepibus: reuertetur dicens, me [illegible] fuerat cum vocabar, nō pretendere excusationes vanas. Et si requiras quę sint sepes istę aut compi[illegible] quibus colligitur iudæa, audi. Dispergam eos ventilabro in portis terrę. Hiere. 15. Quare in extremis terrę? Quia labor itur [illegible]. Quid rogabas? Omnia parata sunt, venite ad nuptias, venite ad cęnā. Hierony. Super Zach. cap. 7. Quę gens vel regnum est, vbi aliqui iudęorum non reperiuntur? Atq; vt [illegible] in vno angulo terrę conclusi essent semē ne [illegible] & filij scelesti, ne tanq; infructuosum gramen omnia replerent. Modo igitur palantes vagantur per terras & sepes oues olim domus israel, sine rege, & sine lege, pendentes tributa non vni sed multis, ponente domino super eos oculos in malum & non in bonum Amos. 9. Ostendente eis tergum & non faciem Hiere. 18. Et ridente interim in malis eorum, cum ex pauis [illegible] sint in corniculas, Hiere. 12. Ex capite in caudam, quia vocaui & renuistis. Prouer. 1. Ca. Et auertentes scapulam recedentes. Zach. 7. Mittetur tamen olim saltem vnus ipse est Helias, qui vocatos iudęos e sepibus vel a quatuor ventis coeli in quibus dispersi sunt iuxta Zach. Cap. 2. Adducat ad cęnam: vt impleatur domus mea dicit dominus. Sciendum vero q; cum dicit, compelle eos, vis hęc corpori inferri potest non animo, quia iuxta Augustinum, cętera potest homo facere nolens, credere autem non nisi volens. Suaderi potest, & persuaderi, compelli non potest. Sic Pharao compulsus est plagis multimodis vt dimitteret populum, sed non est persuasus, vt crederet deum hebręorum esse deum verum, & solum deum, [illegible] necessariū deum. Sic Paulus cęcitate percussus, prodigus fame, Manasses rex coniectus in vinculis: cō pulsi sunt vt reuerterentur a vijs quas errauerant, & Saulus maxime. Vnde illud. Deut. 10. Et nūc israel quid dominus poscit a te, nisi vt timeas dominum deum tuum? Origenes. Erubescant illi hęc verba, qui negāt in homine esse liberum arbitrium. Quomodo posceret ab homine deus, nisi haberet homo in sua potestate quod poscenti deo deberet offerre? Sunt ergo quę dantur ab homine, & sunt quę dantur a deo, verbi gratia. In homine fuit vt vna mna faceret decem mnas: ex deo autem fuit vt haberet homo mnam ex qua facere posset decem. Cum autem obtulit ex se decem mnas, accepit rursus a deo non iam pecuniā sed potestatem & regnum decem ciuitatum. Ita dedit deus Abrahę filium ex promissione, Abraham autem obtulit illum domino annorum fere triginta. Vnde rursus ei dominus arietem dat, qui iuxta mysteriū [illegible] precioso fuit ipso Isaac. Vides ergo q; quę deo offerimus, nobis manent, sed ad hoc expostulamur, vt [illegible] affectus noster erga deum probetur & fides. Igitur Abraham non est compulsus offerre vnigenitum, tentatus tamen est. Ad hęc Augustinus. Dicebant Donatistę heretici, q; nullus alium potest iuste persequi; eo q; compellebantur redire ad ecclesię vnitatem. Sed quomodo persequutio vocatur cum [illegible] & phreneticus ad viam reducitur? Et ad salutem ligatur? Nōne scriptū est, persequar inimicos meos & comprehēdā, & nō cōuertar, donec deficiāt: ps. 17. Vbi est ergo quod heretici clamare solent, liberū est credere vel non credere? Nihil verius. Cui christus vim intulit? Quem coegit? Audi. Exi cito in vias & sepes, & compelle intrare. Compelle cōminatione pęnarū, ęternorū promissione. Quos? Eos qui semel [illegible] nomina sua dño deo in sacramēto regenerationis, & manu ad aratrum missa, aspexerūt retro Luc. 9. Qui propter si per potestatē quā p religionē ac fidē regū tempore quo debuit diuino munere accepit ecclesia, hi qui inueniuntur in vijs & sepibus idest in heresibus & schismatibus coguntur intrare, non [illegible] q; coguntur reprehendant: sed quo cogantur attendant. Quo? Ad cęnam. Compelle eos ingredi [illegible] domini [illegible] hęc pastoribus [illegible], corrigentis non persequentis. Quia si meliores sunt quos charitas corrigit, plures [illegible] timor reducit & necessitas sed tamen libera necessitas. Cum enim occideret [illegible] [illegible] illud Cant. 2. [illegible] septuaginta vulnerata, charitate ego sum. Habentem [illegible] [illegible] vulnera sua, quibus excitat corporeum nostrum dicens. Surge comede, quia grandis tibi restat [illegible] 3. Reg. 19. De hoc vide Amos. 9. Bene. Quod autem dicit, vt impleatur domus mea, ideo dicit: quia [illegible] & definitus numerus electorum, apud illum qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus [illegible] vocat. Nec enim de vno [illegible] dictū est: ex ipsis non est nec sed de omnibus qui [illegible] sunt & [illegible] vt sint cōformes imagini Iesu christi, qui est imago bonitatis dei. Rom. 8. Quandiu enim piscatores nō trahūt rete ad littus, multi qui intus erāt egrediūtur, multi qui erāt in sepib; [illegible] adesse, vt [illegible] numero [illegible] piscium qui ad dextram [illegible] reperti sunt. Ioan. 21. Dico autem vobis, q; nemo virorum illorum qui vocati sunt: & e media via voluntas [illegible] ad ollas carnium cępe & allia, gustabit cęnam meam. Non manducabunt panem in regno cęlorum: vt intelligant [illegible] respondere, q; bono dei [illegible] beatus qui manducat panem in regno dei.

Rom. 11 · Cap. 2. · Luc. 15. · Hierony. Osee. 5. · Deut. 28 · Mal. 4. · Augusti. 2. Para. 33. · Luc. 19. · Origenes. · Genes. 18 · Genes. 22. · Genes. 22. · Augusti. · Ps. 146. · Exo. 33. · Nū. 14

Capit. xix. De villico iniquo qui bona Domini dilapidauerat. Et quomodo sibi prouidit in posterũ: id ẽ nobis faciẽdũ est de mamona iniquitatis. Audiebãt hęc oĩa pharisęi, & deridebãt eũ, quia erant auarissimi.

Vide Osee Cap. 2.

Dicebat autem & ad discipulos suos, Luc. 16. Homo quidam erat dives: qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illum, velut dissipans bona illius. Et vocatum ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuę. Sciẽdum ꝙ grȩce pro villico œconomos est: iconomos; idest dispensator, & dicitur iconomus, ab icos, domus: & nemin distribuere, ꝙ ea dispenset, quę ad rem domesticam pertinent; villicus autem iuxta Varronem agricolendi causa est institutus, appellatus a villa, ꝙ ab eo in eam conuehuntur fructus, & euehuntur cum vendendi sunt. Ita dicit & Hieronymus. Ita œconomus generalius nomen est ꝙ̃ villicus. Quod autem dicit Lucas, dicebat autem & ad discipulos homo quidam, pendet sententia ex superioribus, posuerat enim in capite precedenti tres parabolas contra pharisęos murmurantes ꝙ peccatores dominus ad penitentiam susciperet. Hac igitur subsequenti parabola discipulos ipsos ad clementiam hortatur, quasi alijs verbis diceret, dimittite, & dimittemini, vt libera fronte poscatis, dimitte nobis debita nostra, siquidem & nos dimisimus debitoribus nostris. Matt. 6. Sed ad rem. Si verum dixit Iob, nudus natus sum, nudus reuertar in vterum matris meę, cui assiculatur Paulus dicens, nihil intulimus in hunc mundum. 1. Tim. 6. Vnde rogo opinio hec erronea aggrauata est in corde multorum, nostra videlicet esse, quę in vsus tãtum vitę accepimus? Quẽ sim⁹ enim œconomi, non domini: parabola ostendit presens: ita parabola vineę locatę agricolis, Matthęi. 21. Item parabola de decem minis. Luc. 19. Item parabola patris familias conducentis operarios. Ita & parabola hominis diuitis. Luc. 12. Ideo enim intestatus diem clausit, dicente domino, quę congregasti cuius erunt? Vt ostenderetur ꝙ œconomus erat fiduciariam possessionem tenebant. Nisi autem apud multos opinio hęc radices misisset, vnde multi tam prodigi sunt in perdendis quę non congregauerunt, dictum est de filio prodigo, Luce. 15. De rege Assuero, Ester. 1. Legimus de Alexandro, ꝙ dederit in funere Hephestionis amici sui & huiusmodi ornamentis decem milia talentum, vt qui artificio & magnificentissimis apparatibus omnem impensam superare magnopere cuperet. Quid dicemus de Nerone, qui quadringenis in punctum sestertijs aleam lusit idest penis aureorum nostrorum milibus in singula puncta, non in singulis aleę iactibus, qui nunquam carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis. Quod autem diximus de principibus qui ignorabant deum, de magnatibus nostri sęculi dictum puta, qui ędificant velut semper victuri, & epulantur (sed sunt falsaci ventres) velut cras morituri, & bona sibi a deo concredita, non velut œconomi dispensant, sed quasi veri domini, & cui⁹ ad calculos vocandi. Quid est enim ꝙ Salomon cum profunda pace frueretur, habebat nihilominus quadraginta milia equorum presepia & currum equitumque 12. milia. Vnde vere eruscauit tã opulentas diuitias, qui fecit vt tanta esset abundantia argenti in hierusalem quanta & lapidum. Et rursus quomodo congregata tam effuse & prodige cum mulieribus prodegit, vt necessarium ei fuerit populum multiplicibus exactionib⁹ compilare? Iuxta illud; pater tuus durissimum iugum imposuit nobis, tu itaque imminue paululum de imperio patris tui durissimo quod imposuit nobis, & seruiemus tibi videlicet quia dominum se putabat omnium quę possidebat, non œconomum. Isti igitur si qui sunt imo quia multi sunt; caueant ne & ipsi inexcitati ad calculos vocentur, dicente iudice, redde rationem œconomię tuę. Audi sanctum Iob. Si venerit ad me, non videbo eum. Habent enim dij laneos pedes iuxta prouerbium, & cũ putantur abesse vel dormire, vel humana non curare: adsunt dicentes. Stulte œconome hac nocte auferetur a te dispensatio. Et si abierit, non intelligam, quia die mortis nihil incertius, nihil certius morte. Et si repente interroget, quis respondebit ei? Aut si inferat, an non poteris dispensare, huius rę quis poterit resistere? Nec Noe, nec Iob, nec Daniel, liberabunt filios suos, sed ipsi vocabuntur ad calculos, & iusticia sua liberabuntur Ezech. 14. Diffamatus est inquit. A quibus? A multis coryceis, qui terunt scalam Iacob. Genes. 28. Imo ab eo qui diffamauit Iob apud deum, dicens, nunquid Iob frustra timet deum? Ab eo inquam qui accusat fratres suos die ac nocte. Apoca. 12. Pro diffamatus, Grȩce est, Dieblethe, dieblethe: quod magis sonat, delatus est, a verbo, Diaballome, diaballome, vnde diabolus calumniator dicitur. Interest tamẽ, quia calumniator falso defert, at defertur etiam qui merito accusatur. Delatus est igitur dispensator iste an potius dilapidator talentorum dominicorum, & iuxta prouerbium ad deorum aures peruenit. Sic enim imaginantur poetę, quę recte praue ve gerantur in terris, ea per Mercurium explorata referri Ioui. Is deinde consilio deorum conuocato, de pena statuit. Est illud etiam nunc solẽne in principum, & prelatorum litteris: ad nostras aures peruenit. Verum quod pace multorum pontificum dicam, & inuertam prouerbium non omnibus vigilant Argi; non omnibus pręstant patulas aures, quia sępe conniuent, sępe sunt terra surdiores, sed quibus volunt, alias non raro faciunt e musca elephantum. Dicitur prouerbialiter, ad deorum aures peruenit, sicut & illud, non omnibus dormio. Cum Galbas quispiam conuiuio Męcenatem accepisset, sensissetque iam e nutibus hominem inflãmatum in vxorem suam, sensim demisit caput per inde quasi dormiret. Ac cum interea famulus quispiam ad mensam accedens, vinum clam tolleret, ibi iam vigil & oculatus (ego dormio & cor meum vigilat sed vtroque modo vigilabat) infelix inquit, an nescis has me soli Męcenati dormire? Deus igitur non omnibus dormit, imo nulli dormit, licet videatur dormitare. Cęterum iuxta Tullium fama non temere nasci solet, nec est omnino vana, quam popul⁹ declarare

Varro.

Luc. 6.

Matt. 20.

Alexãder.

Nero.

Salomon. 2. Para. 9

3. Reg. 12

prouerbiũ

Luc. 12. Iob. 9.

Diabolus

prouerbiũ

prouerbiũ

Tullius.

Videm⁹

Videmus autem formicarum genus futile sepe eundem callem terendo, vestigia imprimere in ipsis silici bus. Denique vt te res omnino desint, clamor inquit dominus facinorum ipsorum Sodomorum venit ad me, Gene. 18. Et lachrymæ viduarum ascendunt, Eccl. 35. Et merces operariorum quæ fraudata est a ty rānis. Iacobi 5. Et sanguis Abel effusus super terram. Genes. 4. Quid inquit hoc audio de te? Quid est, qd audio? Et nunquid non ipse est iudex & testis, qui dicit, ego vidi, ego vidi? Hiere. 7. & 29. Ego scrutans corda profunda licet & desperabilia. Vnde ergo hec quasi addubitātis, quid audio? Imo audi aliquid mirabilius & profundius. Descendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad aures meas opere cōpleuerint, an non est ita, vt sciam. Quasi deus scientiam mendicet a rebus per tempus gestis. Ergo deus nec auribus credidit sed oculis & non quibuscunque oculis, sed suis tantum, cum dicit, descendam & videbo, ita Thomas, nisi videro, non credam. Est inquit Bernardus, o Eugeni pontifex summe vitium, cuius si te immunem sentis, inter omnes quos noui ex his qui cathedras ascenderunt, sedibus me iudice solitarius: quia veraciter singulariterque leuasti te super te iuxta prophetam, facilitas credulitatis est hoc (credidi propter quod loquutus sum) cuius callidissimæ vulpeculæ magnorum neminem comperi satis cauisse versucias. Et inde eis ipsis pro nihilo iræ multæ, inde innocentium frequens addictio, inde præiudicia in absentes. Inde palynodiæ toties recantatæ etiam a magnis viris. Vnde rogatus sapiens, quid inter auditum & visum interesset, id inquit, quod inter mendatium & veritatem. Hinc Diagoras negabat deos esse, qui res humanas curarent, dicens. Si deus aliquis esset, videret impium conculcantē iustiorem se, nunc vero vel ne curant, vel nauci non faciunt, quorum vtrunque de deo sentire impium est. Is Samothraciam veniens cum quidam ei diceret: tu qui putas deos humana negligere, nonne aduertis ex tot tabulis pictis, quam multi votis vim tempestatis effugerunt, in portumque salui peruenerunt? Inquit. Illi vero nequaquam picti sunt qui naufragia fecerunt, quorum multi boni erant. Voluit hic dicere, fortunam alios eripuisse, alios submersisse, Cicero lib. 3. De natura deorum. Quid inquit hoc audio? Hieronymus. Lucij syllæ felicis (si vxorem non habuisset) Metella coniunx palam erat impudica, & quia nouissimi mala nostra discimus, id Athenis cantabatur, & sylla ignorabat, secretaque domus suæ primum hostium conuitio didicit. De hoc ita refert Sabellicus. Appianus prodidit syllam vltro se dictatura abdicasse, quippe qui in medium progressus, populo & patribus nihil tale expectantibus, media concione virgas & secures fregit, lictores & corporis custodes a se dimisit, professus se eo consilio dictaturam deposuisse, vt omnium quæ in republica egisset, priuatus rationem redderet. Tantum animi & fœlicitatis vni viro superfuit, vt qui in ea ciuitate in qua centum millia ciuium & amplius occidisset, & in his duo milia & sexcentos equestris ordinis senatores nonaginta, quindecim consules, qui multos insepultos abiecisset, multorum bona publicasset priuatam sit ausus vitam agere, non imperij potestate fultus: sed iis qui ipsius tyrānidem infense oderāt cū vlciscendi facultate relicta. Satis constat eum in ordinem redactum, domumque se recipientem, adolescētis conuitio exceptum: nemine interea reperto: qui illius intemperiem castigaret. Verū & Sylla hic etiā deposita dictatura, vocatus est a iudice omnium vt rationem redderet tāti effusi sanguinis, & melius illi fuerat si natus non fuisset. Tu igitur illud persuasum habe: dominum a quo œconomus creatus es, nihil latere, vtrum videlicet augeas vel dissipes bona eius, & vocandū ad calculos, qua hora non putas. Nisi facturus es quod Cornelius Lentulus, vir quidem claro genere ortus: cæterum perditis moribus. Hic cū quæstor esset, multa rerum publicarum perdidit atque consumpsit ligurièdo, & male administrauit. Quare cum sylla id indignæ ferret, & administrationis rationem exposceret, ille rem floccipendens, in senatū profectus rediculose dixit. Rationem mihi reddere non est: sed præbere suram: vt solent pueri, qui in ludo sphere peccauerint, Hæc ille. Tu igitur redde rationem: aut certe meditare, quomodo rationem non reddas. Cum enim aliquando Alcibiades periclem alloqui vellet, responsum que esset, occupatum eum oppido. Inquisiuit, in quo? Cras inquiunt rationem redditurus est Athenienibus principatus sui. Et ille. Nū inquit satius esset Pericli perquirere: quomodo rationes non redderet? Quomodo? Seminando inter conciues discordias, supponendo scripta falsa, vera subticendo. Hæc ille siue serio siue ludens dixerit, non referendum modo noueris, quod nec ab oriente nec ab occidente patet fugæ locus, quoniā deus iudex est. Audiamus autem interim œconomum vnum qui reuera multa acceperat dispensanda in diuitijs gloria & sapientia. 3. Reg. 3. Et videbatur opprimi multitudine bonorum tam spiritualium quam terrenorum. Tu inquit fecisti cum patre meo Dauid seruo tuo œconomo misericordiam magnam. Quam? Sublatū de post fœtantes fratribus suis septem prætulisti: regem super populum tuum (translato regno a tribu in tribum) constituisti: custodisti eum vt pupillam oculi ab hoste suo Saul, dedisti ei victoriam insignē contra Goliath. 1. Regū. 17. Fecisti eum auricularium tibi a secretis: & multo plura quæ ei pollicitus es: quæ omnia in me collata confiteor. In super & dedisti ei filium sedètem super thronum suum: sicut est hodie: & is sum ego forte minimus inter fratres meos. Et cum tot acceperim in patre meo: non minora sunt quæ vno verbo mihi confers, dicens, pete a me vt dem tibi. Sequitur enim. Dabo qđ postulasti, dabo & illa quæ non petisti: dabo sapientiam: dabo diuitias: dabo gloriam, vt nemo fuerit similis tui in regibus cunctis retro diebus: nec post te futurus sit: in his videlicet tribus simul sumptis. Adijciam illud: si ambulaueris in vijs meis, longos faciam dies tuos. I nunc o Salomon: & redde rationem œconomiæ tuæ, qui tot bonorum cumulos dissipasti: viuens vitam epicuri: ingrediens viam latissimam. Quis enim tot & tanta deuorauit sicut ego? Verum siue sit Salomon siue Dauid, siue Petrus vel Paulus, si vocentur ad calculos: qui dictoros eos putat nisi illud: non intres in iuditio cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. ps. 142. Quid enim habes tuum? Chrysost. Ergo nomina hec meum & tuum inania tantum, re autem non existunt, licet domum tuam dixeris: inaniter loqueris: vsum tantum habes quādiu vixeris & vsus

Marginal notes: A; B; C; D; E; Hiere. 17.; Gene. 18.; Ioan. 20.; Bernard.; Thren. 3.; ps. 115.; Diagoras.; Hierony.; Sylla.; Sabellicus; Mat. 26.; Lentulus.; Pericles.; ps. 74.; Salomon.; 1. Para. 3.; Chrysost.

& vsus hic satis insertus. Nam si nostri non sumus, quomodo ea quorum vsum habemus nostra putabimus? Cæterum si ista licet non tua in pauperes eroges tua fient, & e contra. Hic enim œconomus vt sibi prouideret in futurum, etiam aliena sua fecit, sicut dicetur. Quid inquit audio? Ergo qui cito credit, leuis est corde. Nam & Isaac audiret licet, ego sum filius tuus Esau, non credidit auditui: sed accede inquit & tangam te & probem qui sis. Ponamus casum. Quis furatur (Verbi gratia) tribus videntibus, isti tres postea accusantes, non diffamant hunc, sed ipsemet se diffamauit in facto illo publico, quia committendo quodcunque crimen publice, incurrit homo læsionem dignitatis: & sic amittit famam quantum est in se, nec publicatio illa postea per quam publicatur illa læsio aufert ei famam, sed tantummodo facit deuenire magis in publicum illud quod ex natura actus cõmissi simpliciter erat publicum. Et si requiras, aliquis non imponit in publico tale crimen alij, sed obloquitur vel indiscrete loquitur, vel alicui coram multis narrat, tamen non tanquam sibi certum, sed sic se audisse, nunquid tenetur ad restitutionẽ famæ? Respondeo. Rara fides ideo est, quia multi multa loquuntur. Et ideo diceas se tantum audisse, nisi ex modo dicendi ostendat aliquam maiorem certitudinem quam ex cõmuni relatione, non aufert ex natura actus in opinione aliorum famam ipsi, quia si illi firmiter concipiunt illum de quo est sermo, criminosum esse, leues sunt, quia qui cito credit &c. Veruntamen quia a scandalo pusillorum oportet cauere, iuxta illud, 1. Cor. 8. Si proximum scandalizem non manducabo carnes in æternũ, & multi sunt tales pusilli leues ad credendum mala, ideo periculosum est talia audita ex relatu eis dicere. Et si fiat hoc animo malo lædendi videlicet illum de quo est sermo, non est facile excusare, quin sit contra charitatem: & per consequens peccatum mortale. Si autem fiat coram talibus ex consideratione durum est quod excedat genus peccati venialis, quia lingua in lubrico posita est, & qui non offendit in verbo, hic perfectus est vir. Iaco. 3. Scotus in 4. Disti. 19 q. 4. Ad hæc Gregorius. Maiora crimina non esse credenda prius quam descendamus & videamus dominus ostendit ita loquens, descendam & videbo. Quemadmodum enim Phociõ post Alexãdri mortem non sinens Athenienses ante tempus cõmoueri, nec facile credere rumori: si hodie inquit Alexãder mortuus est, & cras & perendie mortus est, sic nimirum oportet hominem iræ impulsu ad vindictam properantem, sibi ipsi suggerere, si hic hodie peccauit, & cras & perẽdie verum est eum peccasse. Nec quicquam erit periculi: si Paulo serius det pœnas, sed si præ propere punitus fuerit, semper videbitur nõ peccasse, quod iam frequenter accidit. Quemadmodum enim per nebulam corpora, ita per iram maiora videntur cõmissa quam sint. Redde igitur rationem œconomiæ tuæ, dispensare iam non poteris bona mea, quæ perdis potius, quam in vsus honestos distribuis. Ea enim quæ dispensas non tua sunt, sed data sunt tibi quasi fiduciaria possessio. Quæ sint autem bona domini quæ dispensanda accepimus, quia non omnes eadem acceperunt, nec in eadem mensura, quia alij quinque talenta alij duo, alij vnum tantum, alij decem mnas, cõueniat vnusquisque conscientiam suam, & ordinet rationes suas, quia audiet velit nolit, iã non poteris dispensare. Cæterum partum virginis, mortem christi, crucem, obprobria, & vitulum saginatum omnes accepimus, vitam, fidem spem charitatem, remissionem decem milium talentorum item omnes accepimus de quibus omnibus rationem reddere cogemur. Ait autem œconomus intra se, Quid faciam quia dominus meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo: mẽdicare erubesco. Scio quid faciam: vt cum amotus fuero a vellicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit. Cẽtum cados olei. Dixitque illi. Accipe syngrapham tuam, & sedens cito: scribe 50. deinde alteri dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait centum choros tritici. Ait illi. Accipe codicillos tuos, & scribe octoginta. Dicens autẽ œconomus hic, quid faciam, infidelitatem suam liquido ostendit. Fidelis enim dispensator qui de propria dispensatione confidit dicens: Super custodiam meam stabo vigil & argue & contemplabor vt videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguantem me, hic talis desiderat potius cũ Paulo vocari ad rationem reddendam, dicens, bonum certamen certaui, cursum consummaui, &c. 2. Tim. 4. Educ de custodia animam meam. Quid inquit faciam? Si me consulis, id fac, quandiu dispensatio non aufertur, nã verbum hoc, non poteris cõminaterium est, non sentẽtiæ latæ: memẽto quod mors non tardat, recogita annos in amaritudine animæ tuæ, dimitte & dimitteris. Luce. 6. Forte adijcientur vitæ tuæ anni 15. Vt iterũ dispenses bona domini tui. Vnico enim verbo œconomus alter reuocauit sententiam contra se latã, cũ non esset soluendis decem milibus talentis. Matt. 18. Fodere inquit non valeo: non sum de numero conductorum ad culturam vineæ, duxi in bonis dies meos, Iob 21. In labore hominum non fui. ps. 72. Nullũ est pratum quod non polluerim luxu & ebrietate. Sap. 2. Dixi animæ meæ, habes multa bona: ede & bibe & lætare cotidie splendide. Luc. 12. Nunc igitur quomodo valeã fodere, insolens omnis laboris, & omnis bonæ disciplinæ? Fodere autem pro quauis opera mercenaria posuit œconomus iste. Furto igitur quod reliquum est, res est mihi paranda. Mendicare enim qui potero, apud quẽ multi sæpe epulati sunt, & cuius mensæ micas Reges septuaginta colligebant. Iudi. 1. Quid faciam? Quid Iudas dispensator pessimus. Currendum est ad laqueum. Mat. 27. Scio quid faciam, ero largus vel ex bonis alienis, qui hucusque frumẽta sepulta tenebam in horreis: & qui prodigus fui inuitando diuites & pensanos amodo liberalis ero in pauperes cæcos & claudos, vt cum amotus fuero a dispensatione, recipiant me ipsi in mansionibus suis, Ioan. 14. Mansiones autem istæ sinus sunt Abrahæ, qui hospitalis fuit & pauperũ pater, sicut dixit & Iob Cap. 29. Vocatis inquit debitoribus. Nomine autem duorum istorum cæteros omnes intellige de quibus dicitur, dimittimus debitoribus nostris panem oleum, vinum pecuniam, & omne iniuriarum genus, & cætera debita, quibus sine vitam nostram non viuimus. Quod autẽ plus olei remisit quam tritici, illud significat quod semper

Eccl. 19. Genes. 27. Scotus. Gregorius. Gene. 18. Phocion. Matt. 25. Matt. 18. Habac. 2. ps. 145. Eccl. 14. Esai. 38. Matt. 20. Ioan. 12. Luc. 14. Luc. 11.

q̃ semper plus debemus misereri affectu q̃ effectu, Vide. 4. Reg. 4. De vidua soluente omne debitũ ex oleo multiplicato, Et obserua quomodo vidua hec vasa vacua quęsiuit, idest pauperes: eaq; non pauca numero: magna enim debita multis eleemosynis redimuntur. Illud mirabile: Quomodo vno tãtũ olei stilla q̃ primum ostendi cępit, plura vasa ex ea infusa sunt & impleta. Dispersit male parta, & dedit pauperibus: iusticia eius: & c. ps. 111. Id vero vidua occluso fecit ostio, vt nesciret sinistra quod dextra faciebat. Matt. 6. Include inquit eleemosynam in corde pauperum, in corde inquit, quia pater tuus videt, & reddet tibi eadẽ centuplicata. Obserua & illud, affer adhuc vas. Pauperes semper habebitis vobiscũ. Sed apud multos oleum stat, cum supersint vasa multa vacua, quia esurientibus pauperibus, illi ebrij sunt, licet curam videantur pauperum gerere sicut Iudas. Ioan. 12. Stetit igitur oleum, quia defuit vas, quia abeunte Helia a domo viduę, siccatus est fons olei in lechito: quod nota. Quod dicit noster textus, centũ cados: gręce est centum batos. Batus mensura est hebraica. Item & chorus, estq; mensura capiens modios triginta, sed de his mensuris nihil certum habemus.

Figura.
Eccl. 29.
1. Cor. 11.
3. Reg. 17.

A

Et laudauit dominus villicum, q̃ prudenter fecisset: quia filij huius sęculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mamona iniquitatis, vt cum defeceritis: recipiant vos in ęterna tabernacula. 1. q. 1. Non est putanda. Item. 12. q. 1. Ca. 2. Dominus iste non est dominus Iesus, quomodo enim laudaret quod ipse vituperat dicens, qui offert sacrificium de substantia pauperis: quasi qui victimet filium in conspectu patris. Eccl 34. Dominus igitur villici laudabit œconomum suum, non ex fraude quam fecit, sed cor eius & prudentiam, non attendens ad damnum suum, sed ad ingenium vulpinum. Possumus dicere q̃ abusiue eum laudauerit, imo ironice: nam alioqui quomodo laudaret veteratorem dissipantem prius bona sua: & nunc secundo donantem debitoribus tam multa? Potest sic exponi iuxta vnum doctorem: q̃ dominus iste sit dominus Iesus. Quia & si ea fraus comperta fuisset domino ęconomi: non fuisset impune villico, dominus tamen Iesus ad exemplum beneficię laudauit apud discipulos suos ęconomi illius fraudulentum sed tamen prudens consilium, & ad huius imitationem adhortatus est suos, notans nostram socordiam: q̃ homines sęculo addicti magis oculati sunt ad malum: q̃ viri spirituales ad bonum vnum & necessarium. Augustin⁹. Quod si laudari potuit qui fraudem fecit: quanto magis qui dimidium suorum inclusit in visceribus pauperum? Luc. 19. Q̃ prudenter inquit fecisset. Sapientes enim sunt vt faciant mala (feles sunt: ascalabotes sunt vt mures capiant) benefacere nesciunt. Hiere. 4. Sapientiam autem hic pro malicia accipit propheta, iuxta illud: erat serpens prudentissimus omnium bestiarum, Scriptum est autem, Iob. 20. Iuxta multitudinem ad inuentionum suarum sic & sustinebit. Gregorius. Sicut enim exercitati in bonis operibus electi, nõ nunq̃ student plus agere: q̃ eis est dignatus dominus iubere (carnis enim virginitas nequaq̃ iussa est, sed tantummodo laudata, nam si illa iuberetur: nimium coniugium culpa crederetur, & tamen multi seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum: vt videlicet plus impendant obsequio: q̃ acceperunt in pręcepto) sic plerunq; peruersi quiq; in prauis actibus exercentur, vt plus inueniãt in peruersa operatione quod faciant, q̃ ex vsu reproborum iniquitates accipere exempla potuerunt. Non enim inuenirent iniquitatem nouam, nisi quęrerent: & non quęrerent nisi ex studio perpetrare festinassent. Lib. Mora. 15. Cap. 9. Hinc noui semper casus apud legum peritos emergunt: nouę & exquisitę fraudes & cõmenta expilandi, rapiendi, extorquendi vsurarum palliatarum, censuum quos apertos vocant. Noua item genera ludorum, noui contractus nundinatium, & multa id genus in quibus filij huius sęculi sapientes sunt, nocturnidi enĩ sunt & seipsos cotidie vincunt, proficientes in deterius. 2. Tim. 3. Vt merito de illis dicas prouerbium: soli sapiunt, sicut refert Diogenes Laertius, Chrysippum philosophum vsq; adeo sibi placuisse, vt consultus a quodam, cui potissimum filium suum philosophię pręceptis instituendum traderet, sibi cõmittendum responderit. Nam si quem inquit alium me pręstantiorem arbitrarer, ipse apud hunc philosophię darem operam. Et iste igitur sapiebat, sed sibi soli, suis consulens rebus. Aelius Spartianus, Heliogabalus imperatorem proponebat suis quasi themata, vt iura noua dapibus condiendis inuenirent. Et cuius placuisset cõmentum, ei dabat maximum pręmium, ita vt bombicinam vestem donaret, quę tunc & in raritate videbatur, & in honore. Audi orationem eiusdem ad cętum Romanarum meretricum. Est mihi bonę cõmilitones cordi legem ferre, per quam mulieres omnes fiant cõmunes: & erit dijs iuuantibus hęc gloriosa lex & maxime vtilis ac fructuosa: non solum ad augendum sobolem, verum etiam ad lucrum & iucunditatem. O fęlix & beata respublica o fortunati iuuenes fortunatęq; puellę: quanto deorum beneficio in mea tempora reseruati estis. Hęc ille. Quis talia legens, temperet a lachrymis? Laudatus est igitur villicus q̃ sibi amicos conciliauerit de bonis domini, vt sub motum ex officio dispẽsandi (memores officij in eos collati; manus enim manum lauat) reciperẽt in domos suas. Vos igitur facite vobis amicos de mamona iniqua. Ambrosius. Pulchre autem iniquam mamonam dixit: quia varijs diuitiarum illecebris nostros auaritia tentat affectus: vt velimus seruire diuitijs: inclinare ceruicem & adorare statuã. Dani. Cap. 3. Aut flexo poplite adorare Satanam. Gregorius. Quod si pauperum amicitia ęterna tabernacula acquirimus: dantes pensare debemus: q̃ patronis potius munera offerimus, q̃ egenis dona largimur. Quod si diuitię iusto labore partę: si non bene dispensentur, mamona sunt iniqua, quid dicẽdum de furto fraude & rapina acquisitis. Mamõna iniquitatis, non intelligas diuitias per fraudem acquisitas, quia repugnat scripturę ex his partialeemosynam facere. Sed dicuntur iniquę: quia inequaliter diuisę sunt. Sunt & iniquę: quia nullę sunt in quibus congregandis vel conseruandis non interuenerit peccatum vel ministeriorum vel possidentium vel auorum aut dispaporum. Faber. Cur diuitię iniquę dicuntur? Quia ferme per ipsas & propter ipsas omnes in hoc mundo iniustitię sunt. Quas hominib⁹ dari ad probationẽ

B

Augustin⁹.

Gregorius

C

prouerbiũ

D

Ambrosi⁹
E
Gregorius
Faber.

fidelitatis

felicitatis erga magnum totius vniuersi dominum, ipsi ouat dominus, cum in consequentibus illatur? est qui fidelis est in minimo &c. Diogeni rogarti quendam prodigum mnam cur me respondit ille mnam

Diogenes

rogas: alios vero triobolos? At Diogenes q ab alijs inquit iterum spero, ate vero non amplius. Nõ enim das vt facias tibi amicos, sed quia morbo prodigalitatis laboras. Vos autem facite vobis amicos. Au-

Augusti?

gustinus. Neq; ideo tamen adhuc addere debemus iniquitatem furta rapinasq; cõmitte, vt plures paupe res sanctos misericordia largiore pascamus, quia non sunt faciendu mala vt veniant bona. Rom. 3. Hie-

Hierony. prouerbiũ

ronymus. Si autem iniquitas bene dispẽsata vertit in iusticiam, quanto magis sermo diuin? in quo nulla est iniusticia, si bene fuerit dispensatus suos œconomos leuabit in cœlum? Quod autem dicitur in p uerbio, non sunt amici, amici qui degunt procul, nullo modo sanctis congruit, qui etiam absentes adsunt & semper curam nostri gerunt, sicut & angeli qui vident faciem patris pro nobis. Matt. 18. Vulgo autem reuera ita fit, vt simul atq; e conspectu necessariorum se functi sumus, nescio quomodo obrepat obliuio quędam familiarium. Sequitur. Qui fidelis est in minimo, & in multo ἐν πολλῷ: en pollo fidelis est, & qui in modico iniquus est: & in multo iniquus est. Si ergo in iniquo mãmona fideles non fuistis: quod verum est, Τὸ ἀληθινόν: to alethinõ quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis: quod vestrum est quis dabit vobis? Minima appellantur bona, quę vocauit mãmona iniquitatis, quę reuera diuitię non sunt, nisi ijs qui cum affluunt, appo-

Augusti?. ps. 61.

nunt cor, hoc est confidunt in eis iuxta Augustinum. Maiora autem sunt bona spiritualia, eoru videlicet ouium rationabilium: dispensatio verbi euangelici, ministratio sacramentorum. Ponamus exẽpla duo. Sit verbi gratia Ioseph & Iudas. Ioseph in minimo fidelis inuent?, dispensator rerum domini sui, secũdus post regem regnum administrauit ægypti. Vide textum Genes. Cap. 39. Ibi ecce dominus meus omnibus mihi traditis & cætera, quia satis congruit huic sententię: qui fidelis est in minimo. Iudas mercator pessimus qui in modico infidelis fuit, & fur erat, quia in maiori infidelis futurus erat; laqueo vitam clausit. Sic & Paulus qui in minimo fidelis fuit paternarum traditionum ęmulator acerrimus: in multis

Gal. 1.

fidelis fuit, euangelij pręedicator adamantinus, legis Mosaicę expugnator acerrimus. Quatuor igitur nominibus vocantur diuitię videlicet bona minima, modica, iniqua, aliena. Minima quia maiora sunt spiritualia: modica quia non satiant appetitum: licet iritẽt, iniquę dicuntur, quia aliud promittunt, aliud exhibent. Alienę quia nemo eas moriens secum defert. Interroga epulonem. Non descendet cum eo gloria domus eius, cum interierit non sumet omnia. ps. 48. Vtinam centesimam partem permitteretur auferre, tamen nudus reuertetur in vterum matris suę. Iob. 1. Cæterum bona spiritualia vocantur maiora, vera & nostra. Maioru quia iustorum tantum. Vera quia beatos faciunt possidentes. Matth. 5. Beati mi-

Hierony.

tes &c. Nostru quia nobiscum emigrant sicut dicit Hieronymus, sola virtus comes est defunctorũ. Nã & litterę marsupium non sequuntur Crœsos quis licet spiret & Darios. Nostras dixi virtutes: sed quicquid habemus a deo accepimus. 1. Cor. 4. Si igitur in minimo iniquo & alieno infideles fuimus (quandoquidẽ magistrat? ostendit virum) maioru & veru & nostru quis credet nobis? Quis credet dispensationẽ opũ cœlestium cumini sectori, qui in pecuniam rem omnium vilissimam (bonu verba bonu verba, pecuniæ obediunt omnia. Eccl. 10.) infideliter dispensauerit: non q raro huiusmodi cumini sectores dispensent bona cœlestia, sed verum pręcedat vox illa, quid vultis mihi dare, alioqui non vobis eum tradidero, ipsi viderint, qui hereditate possident sanctuarium dei. Quid est quod dicimus, magistratus ostendit virũ? Sensus est, in viru priuata vix satis perspici posse mores & ingenium hominis. Verum si cõmitas imperiũ,

ps. 80.

vt quod libeat, idem liceat, tum demum apparet quo sit animo. Eleganter autem inuertit epaminõdas prouerbium, cui cum Thebani per contumeliam magistratum quẽpiam sordidum & contemptum mãdassent, non contempsit: sed ea cura gessit, vt munere prius contemptissimo dignitas & autoritas accederet, dicens. Non solum magistratus virum ostendit, sed magistratum vir. Plutarchus. Audiebant

Dani. 5.

autem omnia hęc, & pharisęi qui erant auari deridebant eum. Putantes q fabularetur. Et ait illis. Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus: deus autem nouit corda vestra. Quia quod hominibus altum est, abominatio est ante deum. Multi ergo ea his audiebant, quorum tetigerat deus corda: elegerunt potius mitti in modo in caminum cum tribus pueris, q adorare aurũ in quo confidunt homines multi (maledictus autem qui confidit in homine: quanto magis qui confidit in pecunia) cæterum pharisęi qui erant auari: quorum dominus Iesus cicatricem refricarat, deridebant eum (quod vocant naso suspendere) quia contrariu legi Mosaicę docebat, cuius vox est, si me audieritis, bona terrę comedetis. Esai. 1. Sciebãt patrem suum Abraham cum diuitijs opulentie domino placuisse: itidem Isaac, Iacob: Dauid, Iosiam: deniq; dominum diuitias promisisse Salomõ. 3. Re. 3. Quod maximum & euidens argumentum est, diuitiae donum dei esse: vnde merito videbantur rationu habere irridere eum, qui contemptum diuitiarum suadebat. Ad hęc dominus, vos estis q iustificatis &c.

Hierony. Prouerbiũ

ita dicit Hieronymus. in mea patria rusticitatis vernacula/deus venter est, & in diem viuitur: & sanctior est ille qui ditior: quia iuxta prouerbium vestis virum facit. Verũ vir bonus non a veste noua diuitijs sed a conscientia habet testimonium, ea autem mille testibus pręfertur. 2. Cor. 1. Vos igitur estis ad homines sepulchra incrustata deuotio ois templa: cornicul ę alienis ornati plumis: hydra magis versipelles, quorum silenum si explices, mare malorum reperies. Dicitis q diuites estis & nullius egetis, tumentes inanibus bonorum simulachris, quia homines estimant hominem ex vestitu: opulentia & obseruatione

Apoc. 3.

inanium ceremoniarum, ad populum phaleratis: ego autem, qui vos & intus & in cute noui, scio q sitis pauperes: cęci & miserabiles: & ipso Vlisse dolosiores. Hos tamẽ Christus suis pinxit coloribus. Ma 23
Translatum est autem hoc prouerbium a pictoribus, qui non nunq faciem hominis ita vt est exprimũt non nunq

nõnunq̃ alicuis fucati coloribus, vt ex Hecuba faciat Elenã aut Lucretiã. Aut allusum est ad Aesopicã corniculã; quæ se coloribus alicuis vẽditauit: cui dicitur per Oseæ. Statuã eã iuxta diẽ natiuitatis suæ, de quo in Ezech. ca. 16. Quia inquit quod hominib⁹ altũ est, abominatio est ante Deũ. Dicẽs quod hominibus, sanctitatẽ Pharisæorũ mentitã intelligit, per quẽ nõ erant sicut cæteri homines, & tamẽ iusta veritatẽ in alitecorũ inuẽtus est sanguinis animarũ pauperũ. Hiere. ca. 2. Quo sermone ostẽdit eos raptu viuere, vt qui essent quidẽ vulpe fraudulentiores; vulturibus edatiores; Tantalo sitictiores. Isti vocantur in Zachariæ milui & vppupæ: quæ stercore pascuntur humano. Cæterũ iuxta literã altũ Pharisæorũ illud est: q̃ tumebant de iusticia: quia si neq̃ eũ essent: incedebant tamẽ purpurati: aut in stolis albis: Murmurabãt autẽ de mãsuetudine Christi: q̃ peccatores susciperet ad pœnitentiã. Quoniã autẽ dominus Iesus Paulo superius, pposita dispẽsatoris callidi similitudine, adhortatus est suos ad bene merendũ de omnib⁹ & maxime de pauperibus: vt ipsi post hanc vitã reciperẽt eos in æterna tabernacula; quando iam versis rerum vicibus, illi omnium bonorum abundantia perfruentur: diuites dimittentur inanes in tartarata: velut exemplum huius rei describit: quo tenatius hæreat memoriæ hominum. Vnde sequitur Luc. cap. 16.

Luc. 16.

A

Cap. xx. De homine qui epulabatur & parentabat sibi cotidie: cuius indumenta erant purpura & byssus. deq̃ Lazaro ęgroto qui micis saturari cupiebat: deq̃ fine vtriusq̃ admodum diuerso.

Homo quidã erat diues: qui induebatur purpura & abysso: & epulabatur cotidie splẽdide: & erat quidã mẽdicus nomine Lazarus: qui iacebat ad ianuã eius in vestibulo vlceribus plenus: cupiẽs saturari de micis quę cadebãt de mẽsa diuitis: & nemo illi dabat. Homo hic fama super ęthera notus erat in terra sua: & ex lautis epulis quib⁹ perpetuo sibi parentabat: acquisierat nomẽ famosum (alter Lucullus.) Sicut & mulier illa peccatrix famosa. Luc. 7. ideoq̃ nomine caret in euãgelio, deletus de libro viuẽtium, Psal. 68. Erat autẽ aliquãdo diues & cornicula, sed iam non est quod erat, ita dicit Eccle. Ego fui rex in Hierusalem: & quãdo hoc dixit rex adhuc erat: sed flores veris huius sæculi: anteq̃ veniãt abeunt, sicut fœnũ tectorũ quod priusq̃ euellatur exaruit. Memẽto cucurbitæ Ionæ. Cap. 4. Bestia quã vidisti vel mulierẽ sedentẽ super eã circundatã præpura & bysso & ornatã omni lapide precioso; Erat, sed iam non est. Apo. 17. Pauus erat; nũc cornicula. Pauo laudatus, expandit colores aduerso maxime sole, quia sic fulgẽtius radiat. Idẽ cauda annuis vicibus amissa cũ foliis arborũ, donec renascatur iterũ cũ flore, pudibũdus ac merens, quærit latebrã. Audiuimus pauũ explicãtẽ pẽnas, quia induebatur purpura & bysso. & epulabatur cotidie, idq̃ nõ ieiune sed splẽdide vẽter enim saliscus erat, & per gliscebat obesus. Hoc verno tẽpore factũ est. Trãsijt autẽ æstas: & amissa cauda cucullatus, merens latet apud inferos: donec suppulluler cauda eius Induebat loquit purpura: & forte iuxta quod. S. Trãquillus refert de Nerone: nullã vestẽ bis induit. De origine præpuræ apud Romanos ita dicit Dionysius hali. Tarquinius superbus annuẽte populo, regalia suscepit insignia: & ad vltimũ vsq̃ diẽ vitæ coronã tulit aureã: & veste indutus est præputea picta, habensq̃ sceptrũ eburneũ: in sella sedit eburnea: atq̃ lictores. 12 Cũ securibus & virgis ius dicẽti astabãt: & euntẽ præcedebãt. Hicq̃ mos cæteris post eũ regiã potestatẽ habẽtibus, & post electionẽ regiũ a nouis cõsulibus permãsit, præter coronã & vestẽ purpureã. Hęc enim ab eis ablata sunt sola: on⁹ esse & rẽ inuidiosam vitã: præterq̃ in triũphis. Hęc insignia ab etruscis Romani acceperũt. Nã etruscorũ legati eũ Romanis de pace agẽtes: rege Tarquinio: hæc eidem insignia obtulerũt; quib⁹ apud ipsos reges ornabãtur. Et in historia Danielis. ca. 5. Purpura insigne regiũ est: & 1. Mach. ca. 11. Hõ igitur cũ purpura dicitur indui, de superbia tacite notatur. Nũc autẽ operimẽtũ eius vermes sunt. Esa. 14. Epulabatur. Quo habitu: Anuarus Babyloniæ rex qui ctesia autore ex seruo assumptus fuerat ad regnũ, stola & ornatu muliebri (o mõstra o spectra humana) videbatur dũ cœnaret. Geori & . 10 Saltatrices puellæ ac canẽtes aderãt: canticũ aũt illud erat, duxit in bonis dies suos, in pũcto sepelitur apud inferos. Iob. 21. Tragicus iste rex aut Charaeerus: sicut est videre in Tragœdijs, vbi tantisper durat imperiũ: dũ fabula peragat. Tũ deposita persona, qui Paulo ante fuerat Salomõ aut Iupiter nullius potius, tresis hõ descẽdit ad inferos. Erat autẽ genus epuli insigne apud Romanos quo forsan hic hõ frequẽter vtebat: (nisi Iudęus erat quod verosimile est) id erat porcus, quẽ Troianũ dicebãt, qui mẽsæ inferebat: aliis aialibus farct⁹, sicut ferẽ de equo illo Troiano grauido armatis militib⁹. Habebat aũt & diues forte id quod de Lucullo refert Plutar. Cœnacula multa domi singulis aũt cœnaculis & cõuiuiũ preciũ & splẽdor apparat⁹ diffinitus erat: ita vt dicẽte Lucullo (gratia exẽpli) cœnabit hodie in Apolline (id erat vnũ ex cœnaculis) intelligerẽt famuli quãti cõstare debebat illius noctis cœna. Quãto modestior Cæsar Augu. q̃ cœnã ternis ferculis: aut cũ abũdantissime, senis pręebebat: vt nõ nimio sumptu: ita summa comitate. Refert aũt Sabellic⁹ de Sardenapale rẽ vix credibilẽ. Abierat inq̃t ille ois humanæ vicis & rerũ volabilitatis oblit⁹ in tãtã vitę mollitiẽ: vt iã grãdis natu puellari more corp⁹ fuco cõponeret, expapillaret, muliebri stola muliebriter amiciretur & mollirer: pudore adeo profligato (secretum meum mihi) vt post mortẽ quã nihil egit in vita pulchrius, & vt creditur volente, tale epitaphium sepulchro suo affixũ sit. Ede bibe, venera vtere: post mortem nihil. Itaq̃ qui olim epulabatur. Nunc iuxta Augustinum super Psal. 48. Digerit apud inferos omnia quæ deuorauit. Dicamus de isto, quod. M. Varro dicit de quodam discipulo epicuri. Si quantum operæ insumpsisti, vt tuus pistor bonum faceret panem, eius duodecimã philosophiæ (nos dicamus pauperis⁹) dedisses ipse bonus iãpridẽ esses effectus. Nũc illũ qui norũt volunt emere milibus centum: te qui nouit nemo centussi. Epulabatur igitur: curabat cuticulã, balneis vnguẽtis, somno, luxu aliis q̃ id genus delitiis vtebatur: porcus iste de grege epicuri: qui ad victimã in

Eccle. 1.
Psal. 12⁹.
Pauus.

B

C

Trãquill⁹
Dionysi⁹

Anuarus.

D

Prouerbiũ

Plutar.

C. Augu.

Sabellicus

E

Varro.

erat: alliciebat

Hiere. 12.

crassescebat. Et erat quidã mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuã eius vlceribus plenus. Pauperem & monogramus. Diuite itaq; posito in aggestu diuitiarum, ad ianuã eius fame tabidus pauper vlcerum sanie defluens iacebat: affixus lecto: canibus vulnera dissoluta lingentibus. Sed hæc erat militia corporis. Interna tamen anima eius persidẽ in vulnerabilis, & ad omnẽ telũ inuicta: coronandus deferebatur in sinũ Abrae.

Ambrosi⁹

Ille vero cui totius ciuitatis nobilitas graui dominatu subdita famulabatur: cui aeriæ terræ & maris copiæ in vsum conuiuij congerebantur: vni ventri eius officina elementorum omniũ seruientibus: qui miras negauerat: a modo Chao separatur, reclusus in tenebris exterioribus, vbi continuo morsu vermis inexsatiabilis arroditur: & irrorari sibi minimo digito linguam petit: quæ ad tot vini genera exquisita & quadragenaria nauseauerat non semel.

Esai. 66.

Oĩs enim natura hominum insolens ad secundas res est, & imbecillitatis suæ immemor: incõsulte in prosperis iactans est. Cum enim semel a crœso vocaretur Solon: qui putabat philosophũ in tanto auri splendore stupefactũ reddere: qui tamẽ nihil promotus est animo visa gloria & diuitijs eius indignatus rex: Nũquid inquit aliquẽ me fœliciorẽ nosti? Multos inquit, & enumeratis quibusdã pauperibus, & maxime Sophidius pauper homo Archadũ ætate senior, qui agelli sui terminos nũq; excessit; paruuli iuris fructibus cõtentus. Rex acceñor factus, in nullo me inquit beatorũ numero reponis? O rex inquit Solõ: cum hominis vita varijs fortunæ vicibus iteretur assidue, ille solus beatus dici potest: qui vitæ fœlicitatẽ cum honesta morte mutauerit. His dictis perturbato vehementer crœso: discessit. Dixit autẽ & illud Solon: q̃ qui a fortuna multa comodato acceperit, fortunatus dici poterit, nõ item beatus. Qui vero hæc possidẽs, placide aĩo e vita discesserit: hic apud me nomine veluti rex & beatus donari meretur. Oĩs quippe rei oportet inspicere exitũ quo sit euasura: quoniam multos deus quibus fortunas suppeditaret: radicitus euellit. Memento modo semel atq; iterũ. hac igitur Solõ neq; assentãdo crœso; neq; vllius eum momenti faciendo, loquutus: dimissus est: sane q̃ visus esse indoctus: qui bonis præsentibus prætermissis: iuberet, omniũ rerũ inspicere exitus, post breue vero tẽpus male intellecto oraculo: q̃ si bellũ inferret persis: perderet magna regna, a cyro in acie superat⁹ amisso regno: cũ ad pyrã duceretur cõcremãdus: ea cõscensa: alta qua potuit voce spectantibus cyro & cunctis, o Solon Solon Solon clamauit. Id cyrus audiens: rogari eũ iubet, quis hominũ deorũ ve esset hic quẽ vltimo in supplicio cõstitutus; tantopere efflagitaret. Qui nihil mentitus; rei ordinẽ retulit, & intulit: monita eius ego superbe aspernans, rebus secundis inflatus, nunc omnibus triste spectaculũ sero pœnitẽtia afficior. Hæc audiẽs cyrus: cautior factus rei periculo, & eius sortẽ miseratus, ab incẽdio liberatũ ad vltimũ vsq; diẽ summo honore prosequutus est.

Cræssus.

Solon.

Eclesi. 6.

Historia.

F

G

Lazarus igitur iacebat ad ianuam: quẽ diues nõ semel bis aut ter ibidẽ offenderat; sed adamãtina ferens viscera nõ magis ad illũ affectu tangebatur q̃ ad lapidẽ. Illud tantũ habebat humane: q̃ non iubebat sũ abijci in coruos tanq̃ sordidũ & abominandũ spectaculũ & cadauerosum cadauer, vlceribus plenũ. Chryso. Itaq; diuitis nauis erat plena merciũ: ac secundo nauigabat vento. Verũ ne mireris: ad naufragiũ enim festinabat. Iacebat pauper in sterquilinio: diues epulabatur. Sed vbi comederis ac biberis inquit scriptura Deut. 32. (adeo deliciæ solẽt ad numinis obliuionẽ adducere) caue ne obliuiscaris. & in crassatus: recalcitres. Verũ vni equo lasciuo & insanienti alter paratus est, neq; nõ cordubĩsis. Iacet pauper, & vlceribus plenus. Et si horũ vnũ quodq; per se intolerabile est, & acerbũ: cũ simul cõglomerata fuerint: an nõ adamas quispiã fuerit: qui hæc perferat. Sicut enim dicit homerus: dura quidẽ miseris mors est mortalibus omnis. At perijsse fame: res vna miserrima lõge est. Egrotatio si opes habet, solatiũ habet. Quãta ergo pœna in isto: in quo inter tot vulnera nõ meminit dolores plagarũ. Sed famẽ & micas cupiebat enim saturari de micis. & c. Quid si vestẽ poposcisset? Ambr. Diuites ita sunt propriæ cõditionis immemores, vt de miserijs pauperũ sua capiant incentiua viciorũ & voluptatũ. Nec mirũ quoniã iuxta August. nec deũ timẽt: nec homines verẽtur. Luc. 18. Deinceps adde tertiũ. Erat pauper omnis solatio destitutus. Erat spectaculũ ingredientibus & egredientibus: & tamẽ nullus miserebatur: quia omnis induti erãt viscera epulonis. Adde illud: nõ videbat alterũ Lazarũ nã solatiũ est miseris socios habere pœnarũ. Adde illud, de resurrectiõe nescio si quid potuit philosophari. Erat enim ex eorũ numero, qui gratiã Euãgelij præcesserũt: quod aũt eũ super oĩa cruciabat, illud est quod audiuit Iob ab amicis: videlicet q̃ peccatis suis exigẽtib⁹ ea mala patiebat: sicut dictũ est de Paulo a vipera percusso, actu 28. Nec tamẽ accusat diues hic q̃ auar⁹ esset aut raptor, aut adulter: sed sola in eo cõdẽnat superbia. Iacebat ad ianuã pauper: ne diceret: nõ vidi, nemo mihi nũciauit. Iacebat igit solis canib⁹ miserãdus, ita enim erat egrotatiõe resolutus: vt ne ipsos quidẽ canes valeret abigere vel dicere ex: iuxta prouerbiũ: canis mẽdico auxiliãs. Nã canes infesti sunt mẽdicis velut eiusdẽ artis: nisi si quãdo frusto panis corrũpunt: quod iste facere nõ poterat. Augu. super ps. 36. Quomõ putatis de testãdos qui cõputruerũt tanq̃ iumẽta in stercorib⁹ suis, trãseũtes hũc vlcerosum pauperẽ? Quomõ? Forte hũc clausis narib⁹ cõspuebãt. Quomõ aũt sibi optabãt vitã illi⁹ epulonis. Sed o mutationẽ dextræ excelsi: terribilis in cõsilijs super filios hoĩum. Ille quẽ despicimus, quẽ videre nõ possumus: nostri similis est: & de eodẽ nobiscũ format⁹ luto. Quicquid patitur: & nos pati possumus. Micas cupiebat a mẽsa diuitis: aquã videlicet e pumice postulabat iuxta prouerbiũ. Vnde illud plauti. Nã tu aquã (dicam⁹ nos: nã tu micas) e pumice nũc postulas: qui ipse sitiat: qui ipse esuriat. Pumex inquit idem non æque est aridus atq; hic senex hic epulo. Est autem pumex lapis cauernosus, naturæ adeo siccæ, vt si in vrceum bullientem immiseris, feruorem extinguat, non solũ ad tempus: sed in totũ. Nec aliud in causa putat esse Theophrastus, nisi q̃ vehementissima siccitate spumã totam ad se trahere nitatur. Meminit & de quodam: qui pumice acri conspersa aceto, munire sese consueuerit, vt post septimã ellebori potionem; nec balnei nec vini potatione prouocaret ad vomitũ. Veniebãt igitur & canes: & lingebãt vlcera eius. Et canes igit exprobrãt inhumanos

Chrysost.

Homerus.

Ambrosi⁹

August.

Cap. 15. & alias sæpe.

Prouerb.

August.

Psal. 65.

Prouerb.

pumex.

theophra.

H

I

K

humanitatē epulāticyclopi:qui ꝓ micis quæ pauperis erāt:quas ipsi surripiebāt:vlcera lingebant Vidimus tamē aliquādo,cum recūberemus ad mēsam principis cuiusdā:canē vnū nec tamē vertagus erat,eodē relici alimēto & Catino quo & princeps ipse:id qđ nō infrequēs est apud multoannstratiū principū. Vtrū aūt canis isti naturali quadā clemētia:an vt delectarētur,vulnera lingerēt:videto. Quod aūt canes dū vulnus lingūt:putredinē ad superficiē tradūt:& sanitati corpus restituūt:nemo ignorat. Isti sunt prędicatores instātea opportune importune. Sunt & canes isti iuxta Augu. & Chryso. Adulatores:quorum lingua laudaī peccator & benedicit.ps.9.dicunt em̄ malo bonus es. Esai.5.Iuxta.70. Factū est aūt vt

Augusti.

moreretur mēdicus & portaretur ab angelis insinū Abrae. Mortuus est aūt & diues:& sepultus est. Et in inferno eleuās oculos suos:cū esset(sepultus)in tormentis: vidit Abraā a lōge:& Lazarū in sinu eius:& ipse clamās dixit, Pater Abraā miserere

A mei:& mitte Lazarū vt intingat extremū digiti sui in aquā:(Modica negat:maxima petit Iacobi.cap.5.)Vt refrigeret linguā meā:quia crucior in hac flāma. Flāma vera erat: lingua aūt imaginaria. Sed aīa affligit suo ꝯs imaginib⁹quas traxit ꝯ corpore,Sap. ca.17. Factū est ingt. Quid est quod factū est: Soluta est scena:& inuersæ sunt rerū vices. Miseria Lazari trāsijt ad epulonē:et delitiæ epulonis ad animā pauperis Lazari Lazarus a stercore ad sinū Abraæ: Epulo a Triclinio & purpura ad fluuiū Lethen & Phlegetō qui abluit ripas Acherōtis. Factū est inquit vt moreret mēdicus:& forte iacuit triduo insepultus:vt esset vita functus canib⁹esca,qui viuēti lingebāt vlcera:hoc est resicabāt. Forte aūt sepult⁹ est iussu epulonis:ne cadauer offenderet nares ingrediētiū,& egredientiū. Mortuus est autē morte oīm misera,fame videlꝫ deficiēs. Diues aūt patiratius ꝙ mortuus sit:nemo oō mirabit. Quia enim nō iudicasset illū absolutū exēplar fœlicitatis hūanæ? Tu tamē memēto ꝓuerbij. Nō liberat podagra calceus nec ꝑciosus anulus vnguiū vicio:nec diadema capitis dolore:neq̄ iuxta Plutar.diuitiæ re

S. Bonaue.

Prouerbiū.

B liquaq̄ fortunæ munera tollūt morbos corporis:Imo duplicāt:& mortē accelerāt. Itaq̄ mortuus est pauper. Cuius aīam nō vnus angelus sed chorus integer deduxit in sinū Abraæ. Huiusmodi em̄ sarcinis libēter angeli supponūt humeros:edocti a pastore suo:qui ouē inuētā humeris īpositā,&c. Lu.15. In sinū inquit Abraę:Papę qđ audio? A ianua vniuadiuitis ad sinū trāsfert alterius. Aug.super ꝑs.9. Nā vt nouerit is nō pecuniā in diuite sed lapideū damnari cor: paup erūnosus trāsfert ad sinū Abraę:qui reuera diues erat valde:sed de numero eorū quorū vox est;ate quid volui sup terrā. Nā qui hæc dicit: rex erat & diues erat & valde diues,Vide.1.paral.ca.27. Mortu⁹ est igitur & diues:nec abijt in contrarium statum:absit iterūq̄ absit:quia nō pauciores numero demones aīam eius deturbarūt in tartara ꝙ aiam Lazari angeli detulerūt in sinum Abraæ dicamus & illud. Sedēte Adriano:qui anno.a.24. Sedit mensibus duobus, Cōstāeinus Imperator maximis cōsumpt⁹ cruciatibus:moriēs dixisse fertur. Addictus sum inextinguibili

August.

Egnatius. Cōstantī.

C flāmæ. Theodora siue Irene illa fuit potius,eius nurus:mulier piētissima: Theodoti antistitis hortatu cadauer refossum:publice cremari iussit:cinerēq̄ iactari in mari. Ianō solū patris impietatē in abolēdis diuorū imaginibus reddidit:verumetiā grauiore scelere reliquias eorū aut cōtēpsit: aut cōbussit; vt merito Deus pat pari repēdēs,igni illū traderet extīguibili:& nurus eius puluerē cadaueris in mari iuberet spargi. Fuit aūt patriarchis de sepulchris patādis magna cura. Vnde Abraā emit sepul.istū illud duplex. Gene.23. In quo sepulchro cōditus est & Iacob Gen.49 Itē Adā cū Eua: Iosue.14. Ibi Isaac & Rebecca: Ibi & Lia cōdita iacet. Id qđ argumēto est nō lōge ab illo loco fuisse ꝑadisum delitiarū:aquo eiect⁹ est Adā Gene.3. De sepulchris vide alias.3.Reg.& 4. Cū ergo audis:sepultus est in inferno iuxta nostrū textū:Illud mecū intellige: ꝙ ibidē diues hic pręelegerat sepulturā suā:forsitāq̄ a& ibi sepulti erāt parentes sui: vel quia ibidē gratis dātur. locus alioqui honoratissimus & angustus,ꝑpter multitudinē principū & Re

Sepulchrū.

D gū ibidē sepultorū sicut testaī Baruch,ca.3. Cui astipulat Ezechiel.c.32. Itaq̄ cū epulū instruxisset diues hic:& inter edendū & vomēdū negaret Dei ꝓuidētiā dicēs. Quomō scit Deus?& si est scietia inferiorū in excelso! Interi cōtingit pauperē renūtiare vitæ & ferri in sinū Abraæ. Et ecce angelus vnus venit in domū epulonis:cuius manus visa est exarare in pariete cōtra oculos diuitis tria hæc verba: Manet Thetel:Phares. Quorū verborū sensus est:exponēte Daniele: Mane. Numerauit dñs dies tuos & cōpleuit eos:diē tibi indicente paupere,qui iā dudum diē suū obijt ꝓ foribus domus tuæ,nec licet cōfugere ad nundinū quartū,oino cōparēdū est hodie:qa numerauit dñs dies tuos,& cōpleuit eos,quos viri sanguinū nunq̄ dimidiāt. Phares:diuisa est substātia tua:& data est fratribus tuis quinq̄:aīa autē tua pars vulpiū erit. Thetel:appēsus est in statera:& quia inuētus es minus habēs:argētū reprobū cum sis: Icō diabolo & angelis suis in ignē æternū. Matt.25. Dispone igitur de domo tua:quia morieris & nō viues. Le

Ironia est.

Psal.27.

Daniel.5.

Figura.

Psal.54.

Hiere.6.

E gauit igit vt verisimile est aiam suā diabolo:cui iā diu decimas soluerat:& corp⁹ sepultū est in inferno. Chryso. Sepultus cū epulonibus suis in pœnis. Nimirū aīa eius in corpore tanq̄ in monumēto deffosa: ac sepulchrum circunferēte carnē videlicet(nā Plato soma quasi sema,dicit.) In ea quasi catena quadam prauæ consuetudinis ligatus erat. Itaq̄ mortuus est,quia mors inexorabilis est: ineluctabilis est, & huic sententiæ omnes subscribunt velint nolint. Silicerniū exhibitum nō legimus aut sportulas in huius morte Quali autem morte qura Lucas non refert. dicamus de morte periandri. Sabelli. Quam infesta fuerint omnia periādro Tyrāno sub extremū vitæ rēpus:ipse cōmēticio sepulturæ genere declarauit. quippe qui veritus ne insepultus iaceret: duobus robustis militibus occulte mandasse dicitur: vt via quadam noctu ingressi: qui primus hominum eis occurrisset, ferro obtruncarent:ac q̄ occultissime quirent: corpus humi conderent. Mox quatuor seorsum missi qui duos illos noctu in se exceptos insidijs interficerent: interfectores humarent: sequuti qui hos quatuor ex improuiso peremerunt. Horum quoque precursores pars fraude a pluribus oppressi; omniaq̄ nocta vna inæqualibusq̄ interuallis gesta: ipse primis duobus

Esai.38.

Chrysost.

Sabellic⁹.

se ignoe,

se ignotũ obtulit: a quib⁹ ferro exceptus perijt: ignobiliterq; ex sentẽtia est humatus. Ita & Epulo huma-
August. tus est quidẽ: sed apud inferos. Augu. super ps. 33. Qualis mors esse potuit in purpura & bysso? Quam
præsumptuosa & pomposa? Quæ inferiæ: quæ exequiæ ibi funeris erant? Quantis aromatibus sepultum
est illud cadauer? Sed q̃ primũ vētus nauim deseruit: tota scena euanuit detracta persona: verus rerum
color apparuit: pauperrimus inuentus est apud inferos: qui opulentus videbatur apud suos: discite ergo
quid sit mors peccatorũ pessima: & nolite interrogare Barbaras pyramides Aegyptiorũ regũ. Nõ Cari-
Plinius. cũ sepulchrũ Mausoli, vnũ ex septẽ mirabilibus mũdi: idq; potissimũ ob artificiũ famã: quod patebat ab
austro & septẽtrione sexagenos ternos pedes: breuius a frõtibus: toto circũitu pedes quadringẽtos vn-
decim: altitudo eius. 25. Cubitis: cingebatur colũnis. 46. Ab oriente cælarat scopas: a septemtrione Briax:
meridie Timotheus: ab occasu Leocares. Hoc sepulchrũ parabat Artemisia viro suo vita functo: perijt
autẽ & illa opere nõdũ absoluto. Nolite interrogare carnẽ multis diuitijs obuolutã: lamẽtationis põpã F
exhibẽtes plangentẽ familiã: cercorũ multitudinẽ: turbã obsequentiũ præcedentẽ & obsequentẽ: cũ corp⁹
effertur. Nã si hæc interrogatis: respõdebũt vobis falso: q multorũ nõ leuiter peccatorũ sed omnino sce-
leratorũ mors optima est: quæ sic plãgi: sic condiri: sic contegi: sic efferri: sic sepeliri meruerunt. Sed inter-
rogare euangelistã: & ostẽdet fidei vestræ in pœnis ardentẽ animã diuitis quã nihil adiuuerunt cantus
sacerdotũ: honores quos mortuo corpori eius viuentiũ vanitas præbuit. Augu. Sed si mortuus est diues:
August. quomodo dicitur mẽdicare stillã aquæ apud inferos: viuit ergo sed malo suo: malo inq; suo. Qui si forte
fortuna resurgeret: diuisa iã substãtia inter illos. 5. fratres suos: tanq; phãtasma spectrũ ve: domo pellerẽt:
dicẽtes: Recepisti bona in vita tua: testamentũ mortis tua ratũ est: A mõ erũt homines sicut angeli Dei:
vel sicut rectores tenebrarũ harũ. Matth. 22. Nisi forte sicut Hierony. testatur: more gallorũ diues iste ser-
Hebre. 9. uauit: quib⁹ hic mos patrius erat: omnia quæ viuis fuisse cordi arbitrabãtur: in ignẽ inferri: etiã anima-
lia. Ac Paulo supra hãc memoriã serui & cliẽtes quos ab hi dilectos esse cõstabat: iustis funerib⁹ cõfectis G
Hiero. vna cremabãtur: scilicet vt minus cruciaretur dominus: si cũ multis simul arderet seruis. Quod aũt si dica-
mus (quãdoquidẽ pecuniæ obediũt oĩa) elatũ esse & hũc in numerũ deorũ: etiã si sepultus sit apud infe-
ros: Mihi verisimile videtur: sunt enim & dij multi inferi. Obstat autẽ ille dicẽs. Crucior in hac flãma il-
Eclesi. 10. lud potius inquerendũ: nunc factũ fuerit cũ eo: quod Hæbrei narrãt de Euilmarodach: qui patre suo Na-
bucodonosor viuẽte: sed deposito de regno annis septẽ: regnabat ꝓ patre. Qui postq; Nabucod. i regnũ
Esai. 14. restituitur: ab eodẽ parente in carcerẽ conijcitur. Itaq; Nabucod. mortuo: cũ rursus in regnũ patris succe-
deret: & nõ susciperet a principibus: qui metuebant ne viueret: qui dicebatur mortuus: vt fidẽ patris mor-
Dan. 4. tui faceret, aperuit sepulchrũ: & cadauer eius vnco & funibus traxit. Ad hæc Augu. super Genes. cap. 2. si
Nabuco- quis putat animas corpore exutas, locis corporalib⁹ cõtineri: nõ deerũt qui faueãt: quia dicitur: sepultus
donosor. est in inferno. Sed melius est dubitare de occultis: q̃ litigare de incertis. Diuitẽ in supplicio, pauperem in
August. refrigerio esse nõ dubito. Sed quomõ intelligatur flãma inferni: sinus Abraæ: lingua Epulonis: vix a mã H
Diogenes. suetis, a contẽtiosis nunq; inuenitur. Quod si corporalibus locis cõtinentur animæ, potuit & Latro in pa-
radisum induci: vbi fuit corpus primi hois. Hæc ille sepultus est igitur sepultura asini iuxta Hiere. cap. 22.
Quãdoquidẽ & Diogenes inhumatũ iussit se canibus relinqui: quoniã inquit cælo tegitur qui caret vrna.
Tranquil- Legimus apud Trãquillũ de Vespasiano q in funere eius fauo Archimimus personã eius ferẽs imitansq;
lus. (vt est mos) facta ac dicta viui: interrogatis palã procurationib⁹: quãti funus & põpa cõstaret: vt audi-
uit sestercijũ centies. Exclamauit: centũ sibi sestercia darẽt: ac se vel in Tiberim proijcerẽt. Id aũt Roma-
Herodian. ni cõfixerũt: subnotãtes infamẽ huius principis auaritiã & inexplebilẽ. Dicitur aũt de Achaz: q nõ sepe-
Sepultura. lierint eũ in sepulchro regũ. 2. parali. cap. 28. in fine, sonat aũt textus iste in Hæbreo: quasi nõ sit receptus
Achaz. in sepulchris patrũ suorũ: nimirũ prohibẽtibus qui inibi sepulti erant regib⁹ iustis. Quo cõtra legimus
de sancto Laurẽtio cedẽte locũ protomartyri Stephano: vt vterq; eodẽ clauderetur tumulo. Sepultus est
igitur Epulo sepultura asini: quia parẽtes sui nõ cesserũt ei locũ, sepultus est: multis interim lamẽtãtibus I
illum: nõ q mortuus esset, abiß: sed q tã sero: quippe qui tãta vorarat: vt fere nihil relinqueret fratribus
Helioga- quinq;. Vnde Heliogabalo priuato, cũ quidã luxũ illius admirãs diceret; nõ times ne fias pauper? Quod
balus. inquit melius: q̃ vt ipse mihi heres sim? Ergo hoc lamẽtabatur turba cliẽtũ: q ventri suũ Epulo ex asse
Claudius. instituisset hæredẽ. Nã & forsan boleto occisus est ab vxore sicut Claudius quorum erat auidissimus: ne
omnia vorãs: vxori (exhausto primonio) mẽdicandũ esset. Itaq; sepultus est. Herodianus. Mos est Ro-
manis cõsecrare imperatores: qui superstitibus filijs vel successoribus moriũtur: & hi dicũtur inter Deos
relati. Certã igitur imaginẽ defuncto q̃ simillimã fingũt: eãq; in regiæ vestibulo proponũt supra ebur-
neũ lectũ maximũ atq; sublimẽ vestibus instratũ aureis. Et quidẽ imago illa ad ægroti speciẽ pallida de-
cũbit. Circa lectũ vero vtrũq; magnã partẽ diei sedẽt, a leua quidẽ senat⁹ oĩs vestibus pullis amictus: a
dextera vero matronæ quas virorũ aut patrũ dignitas honestat. Harũ nulla, r, aurũ gestat: vel ornatur K
monilibus: sed vestib⁹ albis exilibus indutæ: merẽtiũ speciẽ præbẽt. Hæc ita per. 7. dies cõtinuos faciunt:
medicis ad lectũ cotidie accedẽtibus: inspectũq; velut ægrotũ deterius se habere sub inde pronunciãtibus.
Dein vbi iã visus est obijsse diem lectũ humeris attollũt equestris senatorijq; ordinis nobilissimi & in
vet⁹ forũ deferũt, vbi magistrat⁹ Romani deponere imperiũ cõsueuerãt. Vtrinq; sũt grad⁹ siue ad scala
rũ similitudinẽ excructi: i q̃b⁹ altera ex parte puerorũ chor⁹ e nobilissimis atq; patricijs, altera fœminarũ
illustriũ hymnorũ in defunctũ verẽdo ac lamentabili carmine modulãtur. His peractis: lectulũ extra vr-
bẽ perferunt in Campum Martium. Ibi suggestus quidã est specie quadrãgula lateribus æquis surgẽs in
tabernaculi formã: lignorum ingentium materia compactus: interius quidẽ aridis fomitibus oppletũ:
extra autẽ intextis auro stragula atq; eboreis ornatũ signis. Super hoc, secundũ ponitur, prime contra-
ctium

ctius & super secundũ, ponitur tertiũ eiusdem formæ, cum primo & secundo: sic vlterius donec posito 4. & 5 in cubito consummatur altitudo huius tabernaculi. Igitur lecto 10 z. tabernaculũ sublato: aromata & suffimenta omnis generis: fructus herbas succos omnis odoris conquirunt: atq; aceruatim effundunt: concutitur enim ab omni gente, ratione ciuitate certatim: vt suprema illa munera principis (Tyranni forsan) honori deferant. His peractis: circa ædificium illud ad equitant vniuersi equestris ordinis certa quadã lege atq; recursu in orbem decurrentibus. Currus item circũaguntur: in sessi purpuratis rectoribus, quę personas ferãt ducum omniũ Romanorũ principũq;. Quæ postq; celebrata sunt, face capit Imperij successor: eam q; tabernaculo admouet: tunc cæteri omnes ignem subijciũt: cunctaq; illico igni valido corripiuntur. Mox ab extremo & supremo tabernaculo & fastigio quoddã simul cũ subiecto igni aquila dimittitur: quæ in cælũ creditur ipsam principis animã deferre: ac tamen ex illo vna

A cum cæteris numinibus Imperator colitur: sic perit memoria eius cũ sonitu. Augusti. Curatio funeris pompa exequiarũ magis sunt solatia viuorum: q; subsidia mortuorum. Quod nõ dicimus: q; contẽnẽda sint ista: quia de domino scriptũ est: Erit requies eius honor. Esai. 11. Erit sepulchrum eius gloriosum. Esai. 5?. Itaq; mortuus est & sepultus: apethanen Ke etaphe. Et sequitur iuxta Græcũ textũ: Et in inferno sublatis oculis. Quia si sepultus erat: quomõ poterat oculos attollere? Corpus igitur sepultũ est an potius cadauer: anima autẽ sublatis oculis, vidit Abraã. Mirabile est hoc: solos oculos liberos habebat in pœnis: vt alterius delitias posset aspicere: Id autem epuloni grauissimum erat: quia malo suo oculos habebat. Illum enim videre cogitur: quẽ iacentem videre noluit. Ita refert. A. Gell. de Attilio Regulo lib. 6. cap. 4. In atras & profundas tenebras eum claudebant pœni: ac diu post vbi erat visus sol ardentissimus: repente educebant: & aduersus ictus sola oppositũ continebant: atq; intendere in cælum oculos cogebant. Palpebras q; eius ne conniuere posset sursum ac deorsum diductas insuebant. Tudita-

B nus autem somno diu prohibitum: atq; ita vita priuatũ refert. Vidit igitur Lazarũ & videbit, vsq; ad diem extremũ. Sic Adã & paradiso eiectus: haud procul ab eo collocatus est (fuimus Troes) vt eo maior hõc meror occuparet: quo vicinius cerneret delitias a quibus pulsus est. Genes. cap. 3. A longe vidit: quem foris propinquum vidit & contempsit. Dicit autem Augustin. super Psal. 85. q; sunt duo inferna, vnum superius in quo erat Abraã: alterum inferius vbi erat anima Epulonis. Ad hæc Plato in phedone. Graue periculum est: si quis neglexerit animã: Quæ nihil aliud ad manes cum migrat secum trãsfert: preter eruditionem & educationẽ. Vere, nam cætera omnia velit nolit hæredibus relinquit. Ex hoc autẽ loco infert Gregorius q; boni cognoscant bonos, quia Abraam agnouit Lazarum: Et mali bonos: quia diues agnouit sero licet Lazarum: & boni malos: quia Abraam cognouit Epulonẽ. Et mali malos, timet enim ne fratres sui veniant in eum locũ: qui si eos se non ibi cogniturũ crederet: vnde pœna eius cre-

C sceret nihil de eorũ salute curaret. Si requiras quomodo se habet voluntas beatorum ad pœnas damnatorũ: non credo inquit Scotus nunc, q; consolentur absolute de pœnis eorum: Quia nec Deus qui est iudex, inferens pœnam, consolatur absolute. Vnde illud: heu vindicabor. Vide distin. 50. 4. q. 3. Vtrum autẽ verba Gregorij quæ præmisimus locũ habeant in sanctis quæ sunt in cælo & impijs quæ sunt apud inferos: videto. Ego enim non video quomodo. Quod ergo dixit iste tantus doctor. Postq; vidit Lazarũ a longe? Pater miserere. O summam amentiã patriæ frontis. Et tu quando vitulum saginatũ exhiberes hominibus: qui micas negasti pauperi? Quando stares: illis epulantibus quæ iacentem nũq; nisi toruis oculis aspexisti? Coruus ægrotans: ait matri. Mater præcare Deum: ac lamenteris. Et illa: quis Deus o fili miserebitur tui? Cuius enim carnes nõ lacerasti: cuius oculos nõ effodisti? Pater inquit miserere. Putat inquit Theophyl. Ignorare Abraam quæ contigissent: Ideoq; ad ipsum sermonẽ facit. Chrysost. Et

D curare Lazarum non rogat? Timens ne eadẽ audiret: quę ipse in paupere fecerat. Miserere inquit. Frustra agis pœnitentiam: Cum in inferno nulla sit. Sed & hanc satis passionem tormenta extorquent: non affectus mentis. Mittere autẽ Abraam non potest: sed suscipere: & locus ipse quo Lazarum mitti rogat non est amicorũ Dei: sed tui & tui similiũ. Petit autem digitũ, nec tamen totum: nec enim conscientia sua peccatrix totum Lazarũ ad misericordiã sibi succurrere poscere audebat. Sed recepisti bona. Duos paradisos nec Adam ipse possedit. Ad hæc August. super ps. Confitemini domino quoniã bonus. Tolerabiliorẽ excepturos quosdam dãnationem in quorundam cõparatione legimus: Ibi Tolerabilius erit terræ Sodomorum: alicuius vero mitigari eam cui est tradẽdus pœnã: vel quibusdã interualla habere aliquam pensam: quis audacter dixerit? Quandoquidẽ vnã stillam diues iste nõ meruit. Gregorius primo Mora. cap. 5. Diues iste primus epulatus splendide fertur, & post aquam petere (non de coctã Neronis)

E in lingua memoratur. Quia enim inter epulas valde defluere loquacitas solet: ex pœna indicat culpam. Nihil contra diuitẽ de loquacitate memoratur: sed dum pœna in lingua dicitur: quæ in conuiuio inter alias grauior fuerit culpa monstratur. Non ego omittendum nobis est Zenonis dictum nobile: qui in conuiuio silens rogatus a legatis qui interesant: quid nõ vellet regi de se referri respondit, dicite vos senẽ (hi autẽ natura loquaces sunt: multa enim sciunt) reperisse: idq; Athenis vbi sapientia: quæ inter pocula sciat tacere. At cõtra dicũt maledicẽtiã esse stultorũ thesaurũ: quẽ in lingua portant reconditũ; sic enim videas quosdã scatere verba. Cũ securitate multa deblaterant, vt loquentes plerũq; videantur loqui se nescire. Vlixẽ cõtra Homerus virũ sapiẽtẽ facũdia pditũ, vocẽ mittere ait non ex ore sed ex pectore. Vnde Cato cuidã vrilicatẽ obprobrãs nõ loquẽdi tẽm: verũ etiã & tacẽdi: frustro ingẽ pauis cõducere pôt: vel vel tacere vel vel loqua? Vnde Hesiod? poetarũ prudẽtissim? linguã nõ vulgandã, sed recõdendã esse dicit deinde vt thesaurum eiusq; esse in promẽdo gratiam plurimam: si modesta & parca & modulata sit, scriptum est autẽ, sicut nouacula acuta fecisti dolũ. Hilarius Nouacula ad nitorem vultus acuitur: vt

Augusti.
A. Gellius.
Regulus.
August.
Plato.
Gregor.
Scotus.
Genes. 15.
Coruus.
Theophy.
Chrysost.
August.
Psal. 150.
Matth. 11.
Gregorius.
Zenon.
Homerus
Cato.
Hesiodus
Hilarius.

NN iij ab radens

Psal. 51. ab radens hirsutam faciem leuiget. Hæc si potius vulneret (quod non raro fit) dolum fecit: quippe cum præparata ad ornatum: ministrum suum præbuerit ad vulnus. Hæc est nouacula quæ habet in manu
Prouer. 18. vitam & mortem iuxta Prouerbi. illud. Lingua quo vadis? erectum ciuitatē: eadem denuo subuersura:
Prouerb. hæc est quæ ardet apud inferos: & cruciatur siti: cui tantalo sequitur. Et dixit illi Abraam, fili
21. q. 4. ca. recordare q recepisti bona in vita & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic so-
pcipimus. latio fruitur hic. ὧδε aduerbium est loci: tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos & vos Chaos magnum firmatum est: vt hi qui volūt hinc transire ad vos:
Theophy. non possint: neq; qui istuc huc transmeare. Theophyl. dicit sapiens, animam esurientem ne despexeris; & non exasperes pauperes in inopia sua. Et propterea dicit fili: insinuans per hoc, eatenus sibi licere; quatenus tam benigne alloquitur: sed vlterius nihil licere ei. Quod possum: hoc tibi communico: at illinc transire; non est nostrum: tibi autem reuocare pedem impossibile; clausa enim sunt omnia iudiciū sine misericordia Iacobi. 2. Nihil autem isto iudicio iustius. Et considera hic q in die illo qui aliū iniuria affecit: videbit iniuria affictum in quali gloria sit; & hic iterum illum in quanta cōdemnatione. Hæc sententia eadem est cum sententia Gregorij Paulo superius posita. Sinus Abraæ continentia bonorum est quæ reposita sunt iustis; quę a tempestate huius mens ingrediuntur in portus cælestes. Quoniam & in mari sinus appellamus loca portubus & quieti apta. Recordare inquit. O iaculum in corde.
Boetius. Summum genus infœlicitatis est: fuisse fœlicem iuxta Boetium. Vnde illud. Non vocetis me Neomi:
Prouerb. quia plena egressa sum: & ecce vacua reuertor. Ruth. 1. vide de Iob: & de Adonibeze. iudi. 1. Tu igitur
Iob. 2. fili recordare: (o recordare recordare: q fuimus Troes) q recepisti bona tua: contētus esto vnico paradiso. Et Lazarus mala. Non q ea Lazarus mala putauerit (mala autem quæ non sustineamus!) sed ex censura diuitis hoc dicebat: qui inopiam & famem & duram ægrotationem existimabat mala. Sed di-
Chrysost. ces inquit Chryso. Non est aliquis qui hic & illic venia fruatur? Difficile est inquit & de numero impossibilium. Nam & si paupertas non vrgeat; vrget ambitio. Si ægritudo non stimulat; ira inflammat. Non est autem paruus labor iram refrenare; Compescere illicita desideria; vitam asperam ducere: talia
Gregorius vero non agentem impossibile est saluari. Ad hæc Gregorius, dicens autem recepisti bona. Illud indicatur: q diues iste boni aliquid habuerit: ex quo iam in vita bona receperit; & rursus Lazarus habuit malum aliquod, quod tamen purgauit: quia recepit & Lazarus mala sua. Sed ista sentētia pauore magis indiget q expositione. Nam si qui estis: qui in hoc mundo aliquid exterioris boni accepistis; ipsum vt ita dicam bonum pertimescere debetis; ne vobis pro quorundam vestrorum actuum remuneratione sit datum. Assumpta est margareta quæ iacebat in stercore; testa saniem detergens; & inter ignitos illos lapides æterni diadematis coruscat. Diues arsit; ardet & ardebit. Chryso. vere nihil æque iucundius cō-
Chrysost. scientia proba. vnde Ezechias cum ægrotaret: non mensæ, non gloriæ, non imperij recordabatur: sed conscientiæ rectæ, Esai. 38. At Salomon qui & ipse epulabatur cotidie splendide: in fine suam sententiā
Augusti. protulit, etiam rogatus: vanitas inquit vanitatum Ecclesi. 2. Augustinus suscipit igitur ignis diuitem: suscipit Lazarum sinus Abraæ diuitis: qui sane cum hic diues viueret; diuitias sic habebat: & eas pro Dei præcepto sic paruipendebat, vt etiam cum ipsius filij immolatione nollet offendere Deū iubentē:
Plutarch. quē suarum diuitiarū & sperabat & optabat hæredem. Ad hęc Plut. Quēadmodum facinorosus quis vltimo affligendus supplicio, corpore suo propriam fert crucem: ita improbitas ex se ipsa supplicium sibi struit ipsi: (grauis quidā vitæ carnifex) formidines innumeras, pœnitentias atq; perturbationes. Et q̄uis interim conuiuentur & iaginentur; nihil tamen a noxijs distant: qui in vincula seruantur ad vltimum supplicium: clausi carcere cæco: scelerum autē dulcedine tanquam illecebris inescatus quilibet eorum, vt tritus rapidus percurrens æquora sæuit: effrenem enim & temerariam sic eum & ad omnia au-
Apollod. dacem conscientia malorum onusta: quæ naui impedimento esse solet. Sicut aiunt, Apollodorum aliquando se a Scythis inter dormiendum excoriari infrustraq; concidi conspexisse: cor vero ea lebete loquens ac dicēs: ego tibi horum causa sum. Id ipsum dicere potuit lingua huic epuloni. sequitur. Et enim siquis nihil aliud mali improbis in hac vita accidere affirmaret: q̄ q scelerum conscientia & recorda-
Lisimach. tione torquentur assidue, re admodum molesta, ac nihil boni ea tot tantisq; certaminibus refertē: cognoscet profecto acerbissima ratione propria illorum affligi animam. Quemadmodū de lisimacho fe-tunt: qui siti coactus: cum Getis corpus viresq; tradidisset vniuersis: postquam biberat: iam factus mancipium dixisse fertur. Heu meæ improbitati: qui ob voluptatem tantillam tanto excidi regno. Verum epulo non pro vnico potu pusillaq; voluptate, tanto excidit regno: sed quia epulabatur cotidie annis forte. 50. Idq; opipare & opulenter vnde audit: recepisti bona tua & Lazarus mala. Nunc autem hic transito hyeme solatio fruitur παρακαλεῖται: paracaliter: tu vero quia iam vernū tempus transiit, tene quod sors tulit: necessitati parendum est: velis nolis: de qua nūc sequitur. Et in his omnibus. i. præter hæc omnia, vt intelligas hoc accedere ad infœlicitatem diuitis: q ob voraginem inter iacentem non possit illi succurri, etiam si velint qui in sinu sunt Abraæ. Sciēdum q nomen hoc Chaos Græcum est pro quo Græce est chasma. Atque ita interpres Græcum nomen altero Græco nomine explicuit. Chaos
Gregorius Græce confusionem significat a verbo cheo: quod est fundo: chasma autem dicitur quod est hio, & ita incongrue positum est hoc loco Chaos: Poteratq; dicere hiatus vel vorago. Gregorius Chaos magnū. Nulla enim iusti ad reprobos cōpassione mouetur: quin potius lætabitur iustus cū viderit vindictam. Psalmus. 57. de hoc diximus superius de mēte doctoris nostri. Vorago hæc magna merita sunt iustorum, & impietates stultorum. Est autem firmatum iatersticium hoc: quoniam iustus confirma-
Eclesi. 11. tus est in gratia; impius ligatis manibus; iacet impotens ad omnium bonum. Matth. vigesimosecondo.

Vorago

Vorago hec firmata sententia est iudicii dicentis, ite maledicti, vos ite &c. Vbi enim ceciderit lignum siue ad austrum siue ad aquilonem, ibi erit. Iam enim securis ad radices posita est. Luc. 3. Ideo eum cadere necesse est siue in paradisum voluptatis, siue in vallem filiorum Ennon. Hiere. 7. Quandiu igitur viuitur possumus inuicem onera fratrum baiulare, sin[illegible] vineę labore, vnusquisque onus suum portabit, vnusquisque denario accepto, audiet, intra in gaudium domini tui. Matt. 25. Foris autem canes & homicidę, Apoc. Vltimo. Diues igitur exclusus spe omni subleuandi sui, cupit saltem fratribus quos habebat superstites consulere: ne si eandem vitam cyclopicam viuerent, eundem in locum venirent: & tali consortio cresceret diuiti pęna sensus: non enim verum est ibi illud, solatium est miseris socios habere pęnarum. Dicit Ergo. Si Chaos obstat, quo minus mihi subueniri possit: vt ringis Rogo ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres: vt testetur illis, ne & ipsi

A veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham. Habent Mosen & prophetas, audiant illos. At ille dixit. Non pater Abraham, sed siquis ex mortuis ierit ad eos, pęnitentiam agent. Ait autem illi. Si Mosen & prophetas non audiunt, neque siquis ex mortuis resurrexerit, credent. Habes igitur huius doctoris preposteram charitatē qui cum animę suę nunquam misertus sit, dum vixit vt ederet & biberet, per omnia indulgens genio, nunc tantus doctor patinarius curam gerit proximorum. Qui sibi nequam, cui bonus? Eccl. 14. Verum ipse vt predicitur non aliorum sed sui ipsius curam gerebat, ne malum suum augeretur ex consortio fratrum. Sapiebat ergo, sed sero admodum, & post bellum auxilium. Et vexatio sola docebat eum illud, carnem tuam ne despexeris. Vnde vox illa omnium impiorum. Genes. 42. Merito hec patimur, quia peccauimus in fratrum nostrum, videntes angustias animę suę, cum nos deprecaretur nec exaudiuimus eum, idcirco venit super nos hec tribulatio. Sero igitur cepit bonus iste philosophari, cum nec tempus esset docendi nec discē

B di. Ad hęc Gregorius. Rogat pater. Solet mestum animum spes vel falsa refouere, sed vt pęnam suam reprobi grauius sentiant, spem de venia amittunt, dicente propheta: desiderium peccatorum omnino peribit, quando & ipsa mors nusquam comparebit, quam illi summe appetūt, recte an secus ipsi viderint. Chryso. Non velim autem existimes quemadmodum hic fieri solet, ita in futura vita contingere, vt solatium aliquid ferat, socios habere miserię: nam si id verum esset, nunquam diues rogaret, vt Abraham mitteret Lazarū &c. Magis oppositum credendum est. Sicut enim gaudium est in coelo super vno peccatore pęnitente, Luc. 15. Ita gemitus & dolores circundant impios, quoties ad eos vnus aliquis porcus troianus qualis hic transit, iuxta illud, infernus subter te conturbatus est, Esa. 14. Et ait Abraham. Habent Mosen & prophetas. Alioqui qui finis erit excitandi mortuos iustos, si verbis scripturę fides non adhibetur! Hoc est dicere, nisi videro nō credam. Ioan. 20. Et legimus excitatō a domino Lazarō alterū sed num crediderunt ei fratres huius epulonis? Absit vt mortuis crederēt, qui nec Mosi viuēti crediderūt, sed semper in-

C quit contētiose egistis, adhuc me viuēte. Parū est autem quod nō crediderūt Lazaro excitato, in super voluerūt occidere eū. Habēt igitur legem & prophetas. Ad hęc improbus iste rhetor & insanus, nō inquit pater credēt Mosi (nihil verius, si enim Mosi credēt: crederēt & domino Iesu christo) nō credēt prophetis sed si quis ex mortuis &c. Homo iste (vt videtur) scripturas mera somnia putabat: & ex sua infidelitate fratrum conscientias metiebatur. Sed si Mosen & prophetas nō audiunt, neque si quis &c. Chryso. Quo sermone ostendit dominus, se velle plus fidei haberi scripturis suis: quam si mortui reuiuiscant. Vnde Paulus Si angelus vobis aliud euangelizat: anathema sit. Gal. 1. Ex his autem verbis: habent Mosen & prophetas, infertur diuitem istum iudeum fuisse natione: vita tamen plusquam gentilem, qui iuxta prouerbiū, aurarus, nisi cum moritur, nihil recte facit, nunquam sapuit, nisi postquam in tormentis sepultus: cepit habere curam de fratribus, qui quandiu vixit: semper habuit in ore, quis est meus proximus? Quia reuera omnes habebat quasi pecudes: ipso interim computrescente in stercore suo: Ioel. 1. Augustinus super Psal. 108. Dispe-

D reat de terra memoria eius. Nomen enim epulonis euangelista nō posuit. Dicet aliquis, etiam ne hoc ad pęnam eius pertinere credēdū est, quod post eius mortē ad mēdicitatē vxor eius & filii peruenerūt & cętera quę in hoc psalmo sequūtur? Nunquid etiā de his quę in suis post mortē cuiusque cōtingūt vllus mortuos tangit dolor? Aut hęc saltē scire putādi sunt, quorū sensus alibi est pro meritis, seu bene seu male? Respōdeo huic quęstioni, magnam esse quęstionem verū vel quatenus vel quomodo ea quę circa nos gerūtur: nouerint spiritus mortuorum. Veruntamen quod breuiter dici potest: si nulla illis esset cura de nobis nō diceret epulo: habeo quinque fratres &c. Sed quomodo libet intelligāt: qui hoc aliter intelligere conātur, & quia fatēdū est nō esse cōsequēs: vt si sciāt mortui suos viuere: quia nec in locis pęnarū eos videt: vbi diues ille erat, nec in requie beatorū vbi Lazarū & Abrahā quāuis a lōge agnoscebat: ideo eos etiā illa quę circa eos chares agūtur vel lęta vel tristia scire necesse sit, hoc dico paucos esse eius animi homines, qui post mortē suā quid suis boni vel mali cōtingat: saltē dū viuūt negligāt: atque omnino cōtemnāt.

E Multos aūt, quod indicat etiā tāta cura cōmēdādę vltimę volūtatis & qualiūcunque testamētorum, satis agere vt cū defuncti fuerint suis bene sit. Sequitur diuitis huius epitaphiū dignū tanto nebulone. Hęc habeo quę edi: quęque exatura libido hausi. Multa quidē & preclara cūcta reliqui. Nā cuius ego sum, magni qui celsa tenebāt regna Nini. Tu si sapiēs es: ede, bibe: venerei indulge: nā cętera prorsus nihil. Et quādo te mortalē noueris: presentibus expie diuitiis animū: post mortem nulla voluptas. Dicamus & nos. Post mortē nulla requies huiusmodi iumētis qui ad nihil aliud vixerūt: quam vt ederēt & biberēt. Cęterū in villici illius superiore & huius diuitis presenti comparatione incentiuū misericordię est. Et ibi forsasse sanctis quos amicos dicit, & quibus tabernacula tribuit: hic vero docet pauperibus cū hilaritate tribuēdū. 2. Cor. 9.

Explicitur liber septimus.

NN iiii Et dixerunt

Marginal notes: Eccle. 11. / Gal. 6. / Matt. 20. / Eccl. 14. / Esai. 28. / Gregorius pr. tri. / Chrysost. / prouerbiū / Deut. 31. / Ioan. 5. / Chrysost. / prouerbiū / Luc. 10. / Augustin. / Stragus. Epitaphiū

INCIPIT LIBER OCTAVVS.

Capite.i.Domine adauge nobis fidem:deq; fidei potestate. Cum feceritis omnia quę pręcepta sunt vobis,dicite serui sumus &c. Facta sunt Encęnia & hiems erat. Dialogus inter iudęos & dominum Christum.

Luc.17. ET dixerunt apostoli domino. Domine adauge(adijce)nobis fidem Dixit autem dominus. Si haberetis fidem sicut granum sinapis: diceretis huic arbori moro eradicare & plantare in mare: & obediet vobis. Cum in pręcedētib⁹ dixisset dominus(Luc.Cap.16.) qui fidelis est in minimo & in maiori fidelis est & cętera quę ibi exposita sunt: apostoli q̃ in alieno & minimo & iniquo mãmona fideles inuenti sunt: vsq; adeo vt omnia darēt pessum veluti stercora,quo ipso vero & summo bono fruerentur, in fide perēt augeri,sine qua impossibile est illo peruenire: impossibile deo placere: cum ea sit iuxta apostolum substantia rerum quę non dum existunt in nobis: & per quam firmam spem habemus & in sinu nostro veluti reconditam(iuxta illud Iob.19.) potiundi aliquando promissus Hoc est ergo quod dicunt. Domine ex quo fideles nos probasti in minimis dona nos maioribus bonis,& data ad auge in nobis. Intellexerant pręterea apostoli fontem omnium virtutum esse fidē quã vsq; adeo diligenter dominus exigebat editurus miracula: vt frequenter nihil aliud requireret etiam ab alienigenis: qui de fide nihil audierant,& hanc comprobaret in Cananęa & in Centurione & alias sępe. Obseruabant & illud, seipsos per hanc multa edidisse miracula, & rursus propter huius defectum nequissime lunaticum sanitate donare. Hęc inquam cum intelligerent apostoli, merito dicunt, domine adauge bonum quod iam seminasti,vt granum sinapis fiat in nobis arbor. Matt.13. Dictū est autem alias φ fides in multis locis euangelij non accipitur pro fide theologica. Nam centurio & Cananęa & Samaritę & multi alij de hac fide fortè nihil audierant, habebant tamen fiduciam adamantinam & inuiolabilem φ dominus Iesus poterat facere, vel verbo,quod rogabatur. Nam alias fides nec suscipit magis nec minus; nisi dicas extensiue, nam intensiue eodem modo suscipit sicut fides quę est fiducia. Potest quidem de nouo nunc exponi aliquid quod sit de substantia fidei, sed institui nouus articulus fidei non est in potestate hominum: de quo vide doctorem nostrum in.3. Distin.25. Per totum. Loquuntur igitur apostoli hoc loco de fide illa de qua dicitur omnia possibilia sunt credenti, Marci.9. Quod si quis concedat apostolos de vtraq; petere fide: vt videlicet nouerint explicite quid credendum sit, sicut nos nouimus in præsentiarum,non obsto: vnusquisq; abundet in sensu suo, Verum apostoli vel hanc non petierunt, vel si petierunt, non acceperunt,quod si acceperunt tunc, breui, percuso pastore, dispersi fuor. Ad hęc Augustinus de bono perseuerantię cap.22. Deus qui omnia quę prædestinauit implet, ideo & pro inimicis fidei orare nos voluit, vt hinc intelligeremus, φ etiam ipse infidelibus donat, vt credant, & volentes ex nolentibus faciat. Fortassis enim sic prędestinati sunt, vt nostris orationibus concedatur. A quo igitur illi habent initium & semen fidei, habemus & nos augmentum & perfectionem Alias iuxta Fabrum, quid prohibet, vt quis credat, diffidat tamen:id quod videre licet in Mosę: qui dominum non sanctificauit ad aquas, Num.20. Non enim dubitauit de potentia dei: diffisus est autem φ non concederet quod promiserat propter peccata populi. Augustinus tamen dicit φ Moses petram virga percutiens: de Dei virtute dubitauit. Abulensis tamen aliter dicit ad hunc modum. Moses & Aaron debebant assistere Petrę: & nihil loquentes contra multitudinem: dicere rupi. O petra tibi dicitur ex parte dei, vt dimissa statim nobis, & populo aquam abundanter euomas. Nam tanto miraculo viso, populus in laudes dei ora solueret. Nunc vero exasperati sermonibus Mosi dicentis: audite rebelles & increduli, miraculum quidem viderant: aquam hauserunt: deum non benedixerunt. Itaq; ordinem inuertit Moses, quod enim fecit prius, videlicet obiurgare populum, posterius faciendum erat: producta aqua, post laudes deo exhibitas p tanto beneficio. Moses ergo non dubitauit secundum hoc. Hæc ille. Quod autem dicitur eodem capite de Aaron, eo φ incredulus fuerit ori meo(Vide & Num.27.) dicuntur non credidisse Aaron & Moses: quia ordinem inuerterunt exequendi pręceptum dei. Alioquin tanq̃ fideles increpuerunt populum dure, vocantes eum rebellem & incredulum. Ad hęc Hieronymus. Multis legentibus granū sinapis minimum esse omnibus seminibus: & hoc quod dominus respondet, si habueritis fidem &c. Putant apostolos vel paruam fidem petere: vel dominum de parua fide dicere, cum apostolus fidem grano sinapis cōparatam maximam iudicet dicens. Si habuero fidem tantam, ita vt montes transferam &c. Ergo quod dominus dixit fieri fide, quæ grano sinapis comparatur: hoc apostol⁹ docet tota fide posse fieri.1.Cor.13 Hęc autem sententia exposita est Matt.17. Sed ibi dicitur, diceris monti huic: hic autem: dicetis huic(pñs enim erat) arbori moro. Mor⁹ alias sycaminus, arbor est peculiaris in Syria: nobis ignota: idem cum sycomoro. Hieronymus. Stultitię igitur arguendi sunt qui dicunt, omnes credentes ne paruam quidem habuisse fidem: quia nullus eorum montes transtulerit vel arbores; & ecce dæmonia subijciuntur eis, & ipsi sunt montes. Augustinus. Si per fidem quę est vt granum sinapis montes possunt transferri, quis nostrum audebit assignare sibi fidem? Ex quibus verbis confirmatur id quod diximus de duplici fidei acceptione. De fide enim qua corde creditur: omnes credentes interrogati respondent, se habere fidem pro quo parati sunt in carcerem(si res ferat) & in mortem ire. De fide autem qua montes transferri possunt vel arbores, secus est; de qua apostoli, domine adauge nobis fidem. Duo autem magna concurrunt in his vbis

Margin notes (left): De Pœnit. Disti.2. Si enī sermo. Phil.3. — Fides. — Matt.8.15. — Matt.17. — Scotus. — Roma.14. — Augusti⁹. — Faber. — Augusti⁹. Abulensis — Hierony. — Hierony. — Augusti⁹. — Luc.22.

Margin letters (right): F — G — H — I — K

trãsplantare

transplãtare & eradicare, quid enim plantari potest in mari, cuius mirabiles sunt elationes? Voluit igitur dominus per hoc vim fidei explicare. Fides credit deum posse; fiducia vero q; velit prẽstare quod rogat. Cum ergo apostolis dicentibus, adauge nobis fidem: respõdetur, si habueritis fidem &c. sensus est. Nõ est necesse augere fidem: quia quantuncunq; modica sit sufficit (si aliqua est) vt faciatis quod vultis, nec potest minor intelligi q̃ vt granum sinapis: quę autem non sufficit nulla est. Ita fides Petri quando dixit, domine saluum me fac, Matt. 14. Non modica erat sed nulla erat, quia iam dubitauit, & talis infidelis est. Christus tamen modicam vocauit dicens: modicę fidei, quia scriptura modicum pro nullo accipit interdum. Ita habes Mar. 5. Modicę fidei quid timidi estis? Necdum fidem habetis. Itaq; modicum habere & non habere, pro eodem posuit. Dominus itaq; Iesus intelligens apostolos non dum plene exuisse veterem hominem cum actibus suis, & incrementum fidei potissimum in hoc petere, vt magis conspicui sint miraculis, ne de aliena pecunia hoc est de donis dei tanq̃ de seipsis met gloriarent dicentes, in nomine licet tuo, tñ ecce dęmonia subijciuntur nobis subseq̃nti similitudine ad humilitatem deducuntur, ne se authores putent operum mirabilium, sed ministros & seruos, atq; vtinam frugi bonę seruos, & in cõmisso fideles Sequitur enim. Quis aũt vestrũ habens seruũ arantẽ aut pascentẽ boues, qui regresso de agro dicat illi statim: transi & recumbe: & non dicit: para quod cęnem: & precinge te, & ministra mihi. donec mãducem & bibam: & post hęc tu mãducabis & bibes? Nunquid gratiam habet seruo illi quia fecit quę ei imperauerat? Non puto. Sic & vos cum feceritis omnia quę pręcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Quorum verborum sententia hęc est: vt ne glorietur serra contra Fabrum, nec lutum contra figulum, hoc est nemo glorietur in operibus suis, quia iure domino debemus obsequium Quo iure? Diuino quo potest facere quodlibet ex quolibet, sicut ex costa fęminę corpus, ex serpẽte virgam, Exo. 4. Ex luto oculum. Ioan. 9. Naturali, quo filius obsequitur parenti: & quilibet cuilibet de se optime merito. Iure gentium, quo seruus deseruit domino suo. Si ergo tu non solum non dicis seruo tuo, recumbe etiam post diurnum laborem; quin imo exigis ab eo aliud ministerium domi & gratias ei non agis, ita nec in te patitur dominus vnius vsum esse operis aut laboris quia dum viuimus, ociari non licet. Ergo agnosce te esse seruum plurimis obsequijs designeratum. Et si per fidem inserti sumus in bonam oliuam, & accepimus potestatẽ vt filij dei nominemur & simus. I. Ioan. 3. Eramus tamen natura filij irę, Ephes. 2. Non te iactes si bene seruisti. fecisti enĩ quod facere debuisti. Alioqui nunquid dominus ministerio indiget duorum iumentorum asinę & pulli? Matt. 21. Obsequitur sol & luna & omnis militia cœlorum, quia omnes sunt administratorij spiritus, qui terunt scalã Iacob. Genes. 28. Vnde illud. Et dixi: nunc cœpi. p̃s. 76. Gregorius. Quia si lassescere ab inchoatis bonis nolumus, valde necesse est, vt inchoare nos cotidie credamus. Chrysost. Semper igitur habeamus in memoria parabolam hanc. Nunquid enim gratias habemus seruis nostris? At vero deus nobis gratias habet non seruientibus sibi, sed quod expedit nobis agentibus. Veruntamen non hac intentione illi seruire debemus, vt nobis ille gratias agat, sed vt quod est muneris nostri & seruitij impleamus. Nam si cum seruos pecunia emimus: semper illos nobis viuere volumus, & iuris nostri esse quę habuerint omnia, quãto magis is qui ex nihilo conditos, proprio sanguine redemit? Ex hoc autem ostenditur, deum non indigere homine, sed sola bonitate illum creasse, quoniam omnibus conditis atq; ordinatis, ipsum hominẽ nouissime condidit: & omnibus prẽfecit. Bene ergo dictum est: cũ feceritis omnia, dicite, serui sumus inutiles. Et quis fecit omnia? Sed si omnia inquit facitis, serui estis &c. Quid enim retribuemus domino p singulis quę accepimus? Nam pro omnibus si dicas; videberis insanire, verum insania hęc sobria & sana est. Quid igitur retribuemus pro singulis? Nisi forte filiam vnicam generis centum locare velimus. Ad hęc Chrysosto. Nihil perinde gignit superbiam vt bona conscientia, nisi aduigilemus. Et hoc prẽuidẽs dominus, q; videlicet post benefacta hic morbus exoritur, cum inquit feceritis omnia, dicite, gratia dei sum id quod sum, alias seruus inutilis sum I. Cor. 15. Quod si inutiles sunt qui tantum imperata fecerunt quid dicendum de illis qui peccata sua prẽdicant sicut sodoma? Esai. 3. Qui lętantur cum malefecerint? Prouerb. 2. Nihilominus autem cum ita se res habeat, nos pun[...]da curiositate de mandatis dei disceptamus, causas & rationes de singulis requirentes, cum medico contraria his quę nobis salubria videntur pręcipienti nunq̃ reluctamur, sed cum nobis antea persuaserimus, artis illum ratione cuncta facere; prompte ac libenter cedimus, idq; cum ille sępius fallatur. Nam & hoc ipsum q; non aperte omnia scimus: diuinę sapientię & prouidentię est. Si enim omnium quę fiunt causa & ratione cognita; ita demum Deo pareremus, non magni meriti hoc esset, neq; fidei ostensio ea res videretur inquit Chrysosto. Verbi gratia. Fingamus deum dixisse Abrahę, quia volo experiri vires fidei tuę, offer mihi filium tuum. Quod meritum esset obedientię fidei Abrahę immolare voluisse vo[...]cum? Ergo cum feceritis omnia &c. Vide Paulum. I. Cor. 9. Et Cor. 10. Ibi, omnia mihi licent &c. Facta sunt autem encęnia hierosolymis, & hiems erat. De conse. Dist. I. Solemnitates. Et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Circundederunt ergo eum iudęi: & dicebant ei. Quo vsq; animam nostram tollis? Si tu es christus: dic nobis palam. Respondit eis Iesus. Loquor vobis vel dixi vobis & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei: hęc testimoniũ perhibent de me. Sed vos non creditis: quia non estis ex ouibus meis. Oues meę vocem meam audiunt: & ego cognosco eas: & sequuntur me: & ego vitam ęternam do eis: & non peribunt in ęternum: & non rapiet eas quisq̃ de manu mea. Encęnia verbum gręcum per inde valet quasi dicam? initialia, a kenon, nouum, enkenoo, innouo dedico, dies solemnes

Margin: Abulensis. Collos. 3. Luc. 10. A. Ambrosi. B. Rom. 11. Gregorius. Chrysost. C. p̃s. 115. Chrysost. D. Genes. 22. E. Ioan. 10. Cap. 3.

apud iudęos

apud iudæos ob memoriam instaurati templi post diutinam in Babylone captiuitatem secundum aliquos, de quo vide in Aggęo propheta. [Theophy.] Theophylactus dicit posse intelligi de prima templi dedicatione tempore videlicet Salomonis, de qua habes 3. Regũ. 8. [Nicolaus.] Nicolaus de nulla istarum intelligit, sed de ea quę habetur 1. Mach. Cap. 4. vbi, ascenderunt Iudas & fratres sui cum omni exercitu in montẽ Sion, & viderunt sanctificationem desertam, altare prophanatum: portae exustae, & in atrijs virgulta nata sicut in saltu. Et scissis vestibus, planxerunt planctu magno. Et imposito cinere super capita, clamauerunt tubis in cœlum, &c. Dies igitur octo in quibus Iudas statuit vt fieret dedicatio hæc per singulos annos vocantur encęnia. De hoc ita dicit Daniel. 8. Robur datum est ei (Antiocho videlicet) contra iuge sacrificium propter peccata, & prosternetur veritas in terra, & prosperabitur & faciet. Sequitur. Et dixit vnus sanctus alteri nescio cui loquenti. Vsq; quo visio & iuge sacrificium & peccatum desolationis quę facta est, & sanctuarium & fortitudo cõculcabitur? Et dixit ei, Vsq; ad vespere & mane duo millia trecenti: & mundabitur sanctuarium. [Hierony.] Hieronymus, Legamus Machabęorum libros: & inueniemus /143/ anno a Seleuco qui primus regnabit in Syria post Alexandum, ingressum Antiochum Hierusalem & vniuersa vastasse. Reuersumq; anno tertio in templo posuisse statuam Iouis, & vsq; ad Iudam Machabęum, idest vsq; ad annum /148/ per annos vastitatis hierusalem sex: contaminationis autem templi tres duo milia tercentum dies & tres menses esse completos, post quos templum purgatum est. Vespere autẽ & mane successionem temporis significat. Occupato igitur populo in huius dedicationis solemnitate, principes populi & sacerdotes, quorum erat docere plebem, per temporalia festa suspirare ęterna tabernacula, de quibus propheta: melior est dies vnus in atrijs tuis super millia: [Ps. 119.] ipsi inuidia succensi in modũ examinis apum sicut dixit propheta, mel ferentes in ore, in dorso aculeu vt armato vulnere venena sua infunderent: ossi pręuenerũt: dominum circundant ne qua possit elabi: dicentes. Quo vsq; animas nostras crucias? Si tu es Christus. Fingunt se cruciari obscuritate verborum Christi: vtpote desiderantes illum sequi, si manifeste loqueretur. Maligne interrogat. Audierant illum dicentem se esse filium dei: missum a deo: pastorem bonum: mundi lucem: nunq̃ tamen dicẽtem se esse Christum: nam hoc dicere: erat dicere se esse regẽ: ac per hoc offendi Cęsarem: & posse accusari apud Pilatum maiestatis lęsę. Vnde nituntur eum inducere, vt libere fateatur se esse Christum &c. Et cum dicat Ioannes q; hiems erat: ipsi tamen exarserant sicut ignis in spinis. Conueniunt autem eum, in porticu Salomonis: qui erat quasi oratorium eius. Hic locus etsi combustus fuerit a Chaldæis, tamen secundo templo rędificato, reparat⁹ est & locus ille, & retinuit nomen antiquum. Ibi ẽrgo eum aggrediuntur cum dicunt. [Faber.] Quousq; verbis ambigui a nobis impones: & suspensos teneas? Quousq; nos mori cogis? Fingunt itaq; se languere (vulpes hę seseculixes) & emori prope desiderio aperti cognoscendi, verum ipse esset Christus, quem illi non christum sed antichristum verum esse credebant. Si tu es, inquiunt, ille verus Messias, quẽ olim iam oẽs noa votis exoptamus adesse, dic nobis palam, sicut dixisti (vt ferunt) cęco nato & Samaritanę. [Ioan. 9. Ioan. 2.] Ioan. Ca. 4 [Chrysost.] Chrysosto. Tu autem considera iudæorũ viscera viperea. Cum verbis erudiuntur, dicunt, quod signum ostendis nobis: q; hec facis? Rursus cum signum vident famosum: signum de cœlo petunt, Luce. 11. Cum autem operibus potentia domini demonstratur: dicunt, si tu es ille Christus dic nobis libere: confidenter Parresia, dic nobis palam. Interest enim nostra imo & omnium refert id scire: si tu es desideratus cunctis gentibus. Aggei. 2. [3. Reg. 18] Sic tali pedantes, operibus clamantibus ad verba: verbis ad opera confugiũt Euripo versatiliores. Dominus autem qui non ignorabat: q; peruerso id animo interrogarent: quandoquidẽ id quod rogabant, frequenter audierant vel volentes, vel nolentes: & ex operibus nosse licebat, si libuisset tamen vt nullũ eis excusationis velamen relinqueret, si ex ore veritatis virtute audita non crederet, respõdit. Quid opus est verbis? Quid vestigia quęritis, cũ adsit leo? Loquor vobis, & non creditis. Credite operibus, quę mihi inter vos versanti satis multa testimonium perhibent: quorum & vos oculati testes estis: pretendatis licet nunc ignorantiam. Quod si opera testificantur Christo, inquit Augustinus, nemo habens nefaria opera, polliceatur sibi regnum cœlorum dicens, quoniam habeo signum Christi: & sacramentum eius: non delebor in ęternum. Folia enim non protexerunt nuditatem parentum nostrorum: neq; vmbra arboris nescio cuius. Pone q; habeas linguas angelorum, scienciam Adam vel Salomonis: fidem Centurionis, ardeas cum Laurentio, rapiaris in tertium cœlum cum Paulo: [2. Cor. 12.] dimidium substãtię des pauperibus cum Zacchęo: ore ad os loquaris dominum cum Mose: [Num. 12.] charitatẽ non habeas, statua es, ętienea es: nihil es. [Iphicrates.] Iphicrates enim sutoris fili⁹ esse putaretur, omnibus siquidem contemptui erat: sed in prelio tunc primum esse cępit: cum vulneratus: hostem simul cum armis correptum in triremem suam viuentẽ transtulit. Sic Dauid cum audiret: non potes resistere Philistęo: quia puer es, ille autem bellator ab adolescentia sua: [1. Re. 17.] Dauid operibus pręteritis fidem sibi conciliauit apud Saulem. [Figura.] Cæterum Philistę⁹ satis armorum vehebat: satis verborum, currum videlicet conuitijs onustum, sed non exhibuit re, quod verbis deblatterabat. Distraxerunt sanctum Ioseph fratres sui: & nescio vtrum doluerint super contritione eius Genesis, Capite. 27. Elapsis autem annis /23/ cum pergerent vt frumentum emerent, coniecti sunt in vincula tribus diebus precepto Ioseph fratris sui: qui pręerat regno ægypti. Ibi igitur cõstituti, ita coloquebantur ad inuicem. [Genes. 42.] Id quidem crimen quod nobis inuritur: ecce coram deo falsum. Nunquid tamen sanguis fratris nostri non clamat adhuc in auribus Dei? Vere merito patimur: quia peccauimus in fratrẽ nostrum. Denicq; Achab qui mutauerat pilum non mores, mutato licet habitu ingressus fuerit bellum: sibi eum comprehendit vindex prouidentia Dei. 3. Reg. 22. Quę enim seminauerit homo hęc & metet. [Origenes.] Origenes. Multi sunt qui ex hac vita abeuntes, vel bonorum vel malorum post se quędam semina relinquunt; ex quibus qui supersunt homines occasiones vel salutis vel perditionis accipiunt. Verbi gratia: vt

sunt qui

sunt qui prauas sectas (Luterus & sui similes) vel qui magica sacrilegia condiderunt: vel errores astrorum & decreta sanxerunt: vel qui schismata aut scandala aut dissensiones operati sunt, noua genera ludorum contractuum vsurariorum: rapinarum comenti sunt, & ad ea induxerunt principes, vt subditos compilarent, cędentes primum quidem flagellis, demum & scorpionibus (obserua autem interim mendatium illud omnium pernitiosissimum, nobis dicite dormientibus, Matt. 28.) Vel econtrario profectꝰ oĩs ecclesię & conuersionem animarum ad deum, atq; emendationem totius mundi: quorum omnium causę non nisi cum ipsius mundi fine claudentur. Et ideo non esset iustum iuditium dei: donec de his singulis vel profectus vel impedimenta penderent. Tunc homo omnia quę in operibus seminauit siue bona siue mala ea centuplicata recipiet: ideoq; operibus credendum est non verbis. Vnde dominus Iesus tribꝰ tantum annis verbo docuit, tribus autem & triginta operatus est. Nam & hoc a natura docemur, a qua A os vnum tantum accepimus, linguam vnicam eamq; multis vallatam repagulis, accepimus autem manus duas easq; in decem vt ita dicam digestas. Vnde illud Genes. 32. Placabo illum muneribus quę pręcedent faciem meam: forsitan propitiabitur mihi: quia reuera & dij muneribus demulcentur. Nisi q apudꝰ multos omnia Mandrabuli more procedunt: aut iuxta Daniel. Cap. 2. Vita nostra ab auro incipiens: in terram desinit. Id ita sit nec ne, operibus credite. Sed ad rem. Loquor & non creditis nõ creditis: quia nõ vultis: & quia non vultis credere: non estis ex ouibus meis. Sed si non sunt ex ouibus tuis o bone pastor isti quibus cum loqueris, vnde dixisti ad Chananęam, nõ sum missus nisi ad oues domus israel perditas sed sui non receperunt eum, inquit Ioannes, hoc est: ad oues morbidas venit medicus, ferens secũ vinum cum oleo, sed sui eum non receperunt: peccauerunt ei, & non filij eiꝰ, non crediderunt ei & non oues eiꝰ. Tamen iuxta carnem ex ouibus erant christi, ita dicit Paulus. Secundum euangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem aũt charissimi propter patres. Hoc est dictu: quidam ex iudęis oues sunt numero tantum, non merito: & hi vocantur inimici nostri idest gentium: quia nos credimus Euan B gelio, quod ipsi non recipiunt. Sunt & inimici ipsi euangelio: quod posuit silentium legi: & omnino eã abrogauit. Quidam autem ex iudęis sunt charissimi nobis propter patres eorum quorum fidem sectantes, dominum Iesum eis promissum & ad se missum susceperunt dicentes, benedictus qui venit in nomine domini. Matth. 21. Quorum vox est illa: verba habes vitę æternę, quo ibimus extra te? Quoniã aũt multi ex ouibus Christi iuxta carnem, confringendi erant propter suam incredulitatem, sicut Paulus dicit: & multi ex gentibus venturi vt insererentur vnde illi confracti sunt; inculit dominus in consequentibus: oues meę vocem meam audiunt: nec refert vtrum sint Chananęi: Romani: Samaritę: Barbari aut Scythę: serpẽtes vel terrę quadrupedia ostẽsa petro in visione. Actu. 10. Et ego cognosco eas: adde illud illas omnes noui ex nomine. Exod. 33. Et segregabo eas ab hędis qui dicunt se esse iudęos & non sunt: sed sunt sinagoga satanę. Apoc. 2. Et vitã æternam do eis id est dabo: et non peribunt in ęternum: quia etiam si septies in die aberrent a grege (Prouer. 24) toties dominus supponit manum suam, & diligentibus de C um oĩa cooperantur in bonum. Rom. 8. Et nõ rapiet eas quisq; de manu mea. Potest tamen satanas suadere dicens, cadẽs adora me: & hęc omnia tibi dabo. Potest persuadere, vt Iudas traderet dominum suũ Potest expetere eum, vt cribret iustos sicut triticum. Luc. 22. Item illud, mitte manum tuam & tange oĩa quę possidet, rapere autem nõ potest: nõ poterit, nolẽte domino Christo. Augustinus: Sed si nemo rapere potest: quid potest lupus? quid potest latro? Nõ perdũt nisi ad interitum prędestinatos. De illis autem de quibus Paulus: Nouit dominus qui sint sui, de istis nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro occidit. Securus est de numero earum, qui pro eis nouit quod dedit, hoc est seipsum pro eis dedit. Oues istę numero sunt septem milia. 3. Reg. 19. De his omnibus dicitur quod de vna ex eis scriptum est, animam eius serua animam illius caue, illam si lędis, lędis pupillam oculi mei. Zach. 2. Gregorius. Si enim totum Iob desereret in manu aduersarij bonus pastor, homo quid esset? In ipsa ergo iusticia permissionis pmiscetur quędam libra pietatis. Ita enim aduersarij manibus traditur, vt tamen in intimis adiutoris sui manu retinere D tur, quia de istis erat, de quibus dicitur, nõ rapiet eas quis de manu mea. Hieronymus super Oseę. Sed si non potest rapere oues de manu pastoris, quomodo Iudas de manu dei proditione raptus est? Respõdemus nullum quidem posse rapere de manu dei posse autem eum qui tenetur propria voluntate de manu dei excidere: sicut dicitur, dimisi eos iuxta desideria cordis eorum. Sic excidit prodigus a domo paterna, Luc. 15. Et Cain abijt a facie dei, cum prouocaretur ad pęnitentiam. Genes. 4. Pater meus qui dedit mihi maior omnibus est. Grece: ho pater mu hos dedoke mi: mizon pantan estin. Et nemo potest rapere de manu patris mei. ita legit & Caietanus. Dicens autem pater q dedit mihi maximus omnium est, tali argumento probat neminem esse qui possit oues rapere de manu patris, q potentior is sit eripere. Quare? Quia nõ tantum manus patris mei est vna & eadem cum manu mea sed ego & pater vnum sumus. Parum est autem q nemo poterit eas rapere de manu christi, imo si fortior quis armato illo cuius potestati nulla similis super terram superueniens, vicerit eum: oues quas E rapuerat de potestate eius eripiet, sicut scriptum est: cum duabus turmis regredior, quas mihi per euãgelium genui, cum seruissem seruitutem duram & longam apud Laban. Ad hęc sciẽdum q cum noster textus dicat, pater q dedit mihi maius omnibus est, facilis est lapsus apud Grecos. Nam si legas Mizõ, maior sonat: scribitur enim per. ω. mega. Sin legas Mizon per. o. micron, sonat maius. Si legas, hos, sonat, q si legamus ho, sonat, quod. Nos autem interpretati sumus, pater qui dedit mihi (oues videlicet) maior & maximus est omnium, & ideo &c. Alium textum qui communiter habetur apud nos sequitur doctor noster. Require locum. Quod si legamus, pater quod dedit mihi: potest sic exponi. Vnicum pręsidiũ qdꝰ dedit mihi pater meus ad tuendas oues meas (id autem potest intelligi essentia diuina quã filius accepit in generatione

---

3. Reg. 12.
prouerbiũ Figura.
Rom. 11.
Iudęi. Ioan. 6. Rom. 11.
Ps. 36.
Matth. 4. Iob. 1. Augustiꝰ 2. Tim. 2.
Gregorius
Hierony.

in generatione æterna a patre) id maius est ac potentius omnibus machinis: aculeis: tormentis quibus velut arietibus inuidus impugnabit oues meas: quia quod est in manibus meis. Idem est in manibus patris mei: & pater.

Caput. ij. Continuatur dialogus. Ego & pater vnum sumus, sustulerunt lapides velut contra blasphemum: & quod Christus responderit.

EGo & pater vnum sumus, sustulerũt ergo rursus lapides Iudei: vt lapidarent eum. Respondit eis Iesus. Multa bona opera ostẽdi vobis ex premeo: propter quod eorũ opus me lapidatis. Respõderunt Iudæi. De bono opere non lapidamus te: sed de blasphemia, accusamus te de blasphemia, & de tam enormi blasphemia, & quia tu homo cum sis: facis te ipsum Deum. His verbis dominus nõ solum Iudeorum respondet interrogationi præcedenti: qua dixerũt: dic nobis palam qui sis: sed & futurorum olim hæreticorum dãnat insaniam: negantium Christum dominũ Deum esse: Dei filium & idem pœnitus patri (excepto q filius est: hoc est a se non est: sed a patre) quorum quia incertus est numerus: in præsentiarum tacenda eorum nomina iudicauimus: & maxime quia cum fascibus errorum suorum æterno igni deputati sunt. Cæterum dicens: Ego & pater: liberat te a Sebellio, qui vnam tantũ personam ponebat in Deo: sicut vnã essentiam: & hanc vnũ dicebat: nunc vocant patrem, nunc filium, nunc spiritum sanctũ. Sed si pater est: Cuius est pater? si nullius: pater non est, &c. Dicens autem: vnum sumus: liberat nos ab errore Arij: quæ gradus fecit in eternitate: cõtra edictum legis: tetres essentias ponẽs in super benedicta trinitatem, quod autem lapides sustulerunt nemo miretur: lapidea enim ipsi corda gestabant: & non simpliciter lapidea: sed adamantina. Zach. 7. Vnde legem in lapide acceperunt primũ & secundo: vt ex dono intelligerentur quales olim futuri essent: quæ tali munere donabantur. Quasi igitur qui blasphemus esset (huius autem lex lapidari iubet. Leui. 24.) Ad lapides currunt suatim: digni qui cum vxore Loth verterentur in statuas salis. Et dominus qui docuerat nulli malum pro malo reddendũ, secreta sua potẽtia impetũ illorum cohibens placido sermone (sicut Dauid cythara sua furorem Saul) illorum amentiam corrigere tentat dicens. In publicos prędones, particidas: incẽdarios & id genus pestes armari solet populi manus & sæuire. Ego tantum beneficiorum contuli in vos, patre meo cooperante mihi: quantũ nemo alius (dicẽte populo: nunquam sic apparuit in Israel. Marci. 2.) docui enim ignorantes: paui esurientes: dæmones expuli: contractos erexi: leprosos mundaui: oculus fulcecis: mortuos excitaui: & cum de tota prouintia vestra tam bene meritus sim: Id gratis feci. Pecuniam aurũ ve aut vestẽ nullius vestrũ concupiui: sicut ipsi scitis. Hæc cum ita se habeant: nunquid redditur pro bono malum: vt pro dilectione reponatis odiũ: & lapides, pro tot in vos collatis beneficijs? Quo enim eos magis beneficijs demerebatur: eo illi magis pergebant esse quod erãt. Quare inquit male meremini de fratre vestro? Propter quod opus meum me vultis lapidare? De bono inquiunt opere non lapidamus te: quis enim id ferret? Sequimur autem autoritatẽ legis dicentis: Educ blasphemum extrã castra: & ponant omnes qui audierũt manus suas super caput eius: & lapidet eũ populus vniuersus. Et quare non seruastis hanc legem: quando dicẽte me: ego sum Christus filij Dei benedicti: respondit Cayphas: audistis blasphemiam: quod vobis videtur? Et respondistis vna voce: reus est mortis: ad crucem tamen expostulastis! Sed hic quando nondum omnino mentes perdiderant: contenti erãt rigore legis: ibi quoniã omnino obsordescunt sicut aspides (Maledictus furor eorũ quia pertinax) mortem cum prælegerunt quæ probrosissima erat omnium apud gentes. Non ergo de bono opere negocium tibi facessimus. Sed blasphemiam quis ferat: qua dixisti Ego & pater vnum sumus. Quis enim crederet (sublata fide) alicui dicenti: se habere duos patres? Imo iuxta quod fides prædicat & docet, Christus vnicum tantũ patrẽ habet: sicut & vnicam matrẽ. Pater tuus inquiũt apud nos est: quæ manuario opere victitat cum vxore sua (magnum sacramentũ) quis est iste pater apator & omnetor: quo cum tu vnum esse te dicis? Et hoc dicens. Matrem tuam (immaculatã superbenedictam) traducis per populi ora: id quod sicut & Alexander orbis domitor. De hoc igitur lapidamus te. Quod cum sis homo: facis te ipsum Deum. Id tamen dominus Iesus licet non dixerit: voluit tamen intelligi: sicut ipsi intellexerunt. Ad hanc calumniam refellendam ita moderatus est responsum suũ dominus Iesus: vt blasphemiæ crimen deprecaretur: nec tamen negaret quod negare non debuit: quia nobis non ignotum esse voluit. Respondit ergo Iesus. None scriptum est in lege vestra: Ego dixi dij estis? Si illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est: & nõ potest solui scriptura (nec vnus apex) quem pater sanctificauit & misit in mundum. vos dicitis: blasphemas: quia filius Dei sum. Sensus est iuxta Theophylactum. Si hi qui gratia deificationem acceperunt: dij sunt: & nemo illos criminatur: quomodo ego iuste a vobis increpor: qui natura sum Deus: quem pater sanctificauit: hoc est segregauit vt immolaretur pro mũdo? Potest sic legi iste textus. Si illos dixi Deos: ad quos sermo Dei factus est: non læsa tamen vnius Dei maiestate: & quod scriptum est falsitatis argui non potest, nõ potest negari aut destrui quin scriptura sacra sit Cum sit a spiritu sancto: Imo impleri necesse est vsq ad extremum apicem: quomodo, vos me quem pater sanctificauit: Conceptum de spiritu sancto in mundum mittendo, pro mundi salute (per quem factus est mundus) dicitis blasphemare, eo q dixi. Ego & pater vnum sumus? Si populus Iudaicus in quo multi erant rebelles & incredulis

Sabellius.
Exod. 20.
Arrius.
24. q. 5. ca. quidã vero
Ariani.
Gene. 19.
Psal. 16.
Hiero. 78.
Psal. 105.
Leui. 24.
Marci. 14.
Gene. 49.
Hebre. 7.
Alexander
Psal. 81.
Theophy.
Matth. 5.

F G H I K

increduli indulgentia tamen & bonitate Dei:non filij Dei tantum appellatur:sed etiam dij:cum tamen dicat Deus:videte q ego sim solus: quanto aptius & congruentius id nomen mihi aptare possum:quē pater sanctificauit, & misit in mūdum plenum gratia & veritate?Sed vnde probas: quod sis filius Dei natura:non gratia non adoptione :potestate qua operor opera patris mei sequitur enim. Si non facio opera patris mei:nolite credere mihi. Si autem facio: & si mihi nō vultis credere operibus credite : vt cognoscatis & credatis: q pater in me est: & ego in patre Quæ omnia exposita sunt. Et vide quomodo potentia Christi cohibentur : vt tenentes sublatis manibus lapides velint:nolint audiant illū loquentem, lapidatis me inquit, fere enim iam processerant lapides in Christum. Et si dicas q multi ex veteribus sanctis fecerunt opera quæ soli Deo sunt possibilia sicut patet in Mose: Helia: Helisæo, &c. Dictum est alias: q omnia operabantur inuocato nomine Dei:sicut patet in multis locis scripturæ . Dominus autem Iesus propria autoritate imperabat ventis & mari: & demonibus & febribus. Quod si aliquando præmisit orationem:formam serui expressit : in qua minor est patre. Quomodo autem filius sit in patre: (In principio erat verbū) & pater in filio:fateor me ignorare: dicant licet doctores q per circum incessionem : cuius vim verbi ipse exponat;qui confinxit. Sciemus autem:quando dabitur videre eum sicuti est. 1. Ioan. 3. Quærebant ergo eum apprehendere: & exiuit de manibus eorum. Et abiit iterū trans Iordanem in eum locum vbi erat Ioannes baptizans primum: & mãsit illic: & multi venerunt ad eum & dicebant, Ioannes quidem signum fecit nullum. Omnia autē quęcunq; dixit Ioannes de hoc vera erant. Et multi crediderunt in eum. Quod dominum Iesum quærebant apprehendere:id alias sæpe tentauerunt:verum scriptum est : Cogitauerunt consilia quæ non potuerunt stabilire. Cœperunt autem, postquam dixit: Nazaræus sum ex vtero matris meæ, ferrum nunquã ascendit caput meum:vires meæ nō sunt in manibus sed in capillis. Sacramētū hoc magnum est. Iudi. 16. Cedens igitur dominus maliciæ eorū; quia nondum venerat hora sua: abijt trãs Iordanem: & mansit illic quasi perosus impios colonos ciuitatis illius in qua tantus sanguis innoxius effusus est. Ibi q; multi confluebant ad dominum Christum:quarum animos fama eius, sermones auditi; & conspecta miranda opera accenderant. Non enim hominibus tantum sed & ipsis angelicis spiritibus desiderabilis erat pacificus Salomon:speciosus forma præ filijs hominum. ps. 44. Dicebant autē quę cōuenerant (quasi commone facti a loco in quo Ioannes Baptizabat primū) conferentes Ioannem domino Christo:(tubantibiq; anemonem rosæ) Ioannes quidem in summa autoritate fuit apud populū: cum nihil aliud fecerit: q; q prædicauit & dedit baptisma pœnitentiæ: miracula autem nulla (quod legamus) edidit . Iesus autem tot editis mirabilibus ostendit quis esset : quid posset : etiam & quid nosset: cum non semel molas Leonum confregerit in ore eorū: cui etiam idem Ioannes testimonium , non semel perhibuit. Luc. 3. Ioan. 1. Si igitur inquiunt Ioanni nullum edenti miraculum fides a Iudæis habita est (qui maxime signa quærunt) quia vitam cælestem vixit in terris. Quanto magis huic fides est habēda: qui vitæ immaculatæ portenta miranda coniungit Quodq; dicit: omnia autem quæcunq;, &c. Sensus est. Et si parum antehac creditum sit Ioanni testificanti de domino Christo: tamen nunc res ipsa loquitur: verum esse quod dixit Ioannes: Ecce agnum Dei, &c. Vnde his hinc inde collatis ; multi crediderunt in eum: ferrum enim ferro acuitur.

Deut. 32. · A · Matth. 8. · Ioan. 10. · B · Iudic. 16. · 3. Reg. 10. · Psal. 57. · C · Prouer. 27.

Caput. iij. De Lazaro ægrotante fratre Marię & Marthæ: vsq; ibi eamus & nos & moriamur cum illo: verba sunt Thomę.

ERat autem quidam languens Lazarus a Bethania: de castello Marie & Marthę sororum eius. Maria autem erat quę vnxit dominū vnguento: & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores ad eum dicentes. Domine ecce quem amas infirmatur. Et si iuxta philosophū mors vltimū sit omnium terribilium: quippe cum iuxta eccl. cap. 41. vel sola memoria eius amara sit, homini maxime pacem habenti: non tamen est maximum: quoniam teste Seneca, tolerabilior est qui mori iubet: q; qui male viuere. Quid dicimus: mors nō est maximū terribilium ? Dicamus illud: quoniam iustus sperat in morte sua dicens: Educ de custodia animam meam. ps. 141. Nam & iuxta Apostolum si in hoc mundo tantum sperantes essemus: miserabiliores essemus cunctis. 1. Cor. 15. Verum sicut dicit Boetius, nihil melius æterna lex fecit: q; q cum omnium sit vnus introitus ad vitam: ad mortem multi sunt exitus. Quid est multi sunt exitus? Omnis mors aut est pessima: aut est preciosa: de preciosa dicitur: amicus noster mortuus est , Et rursus. Vadat Aaron ad populos suos. Num. 20. Et illud: Mortuus est Moses. Iubēte domino. Deut. 34. De morte pessima scriptum est: Mortuus est in infirmitate pessima. 2. Parali 21. Item illud igitur homicida & blasphemus pessime percussus: & vt ipse alios tractarat , peregre in montibus miserabili obitu vita functus est. Cæterum mala mors putanda non est: cuius vita bona præcessit. Obserua mortem pauperis Lazari: & diuitis Epulonis. Quantæ vero amentiæ est: qui Lupus vixit: mortem optare ouis: sicut dixit Balaam. Moriatur anima mea morte iustorum. Num. 23. Mors igitur illa sola deprecanda est, de qua dicitur: descenderunt viui in infernum. Verum quoniam nemo scit vtrum amore vel odio dignus sit. Eccle. 9. Quia & Paulus vas electissimū timet reprobari. 1. Cor. 9. Nemo mirabitur: si vir etiam si sit iu-

Ioan. 11. · q Maria erat maior natu. · D · Philosoph. · Prouer. 19. · Boetius. · E · 2. Nu. 9. · Augusti. · Lucæ. 16. · Num. 16.

Ioan. 21. si sit iustitiæ oculus, mortē timet: Quia omniū vox illa est: nolumus expoliari sed superuestiri. 2. Cor. 5.
Petrus enim nolens ducitur: quo re vera ille irē volebat: sed nō illo: id est, non per viam mortis. Patum
Matth. 26. est autem q̄ sancti & iusti mortem timent: Etiam Ezechias: Etiam Hilarion: quando vita quæ morte
erat induta: ante mortē pauere cœpit: & tædere. Timebat igitur mortē Lazarus: amicus licet Dei esset:
quia licet amicus esset: homo tamen erat: vnde interposuit sororum preces apud dominū Iesum: per quarum os loquutus est dicēs: Ecce quem amas ægrotat. Alioqui durum est seiungi ab amicis: quod videre
licet in Noemi & Ruth. Sed veniamus ad casum. Erat quidam languens Lazarus. Bethania oppidulum
erat: quod erat & patria Lazari & sororū eiusdem. In hoc igitur oppidulo castellum erat: siue arx: vbi
manebant vel habitabant Lazarus & sorores suæ. Vtrum autem isti tres fuerint domini istius oppiduli:
credat qui velit. Potest accipi castellum per appositionem: vt sit idem Bethania quod castellū. Nam castellum significat & oppidulum circundatum muro. Ibi ergo infirmabatur Lazarus. Quodq; dicit: Maria erat quæ vnxit dominum: anticipando dicit Euangelista: Exponetur autem Ioan. cap. 12. Cum igitur
Lazarus graui morbo periclitaretur: sorores fretæ familiaritate: qua fit vt amicus sit alter ego: mittūt ad
Theoph. illum manentē trans Iordanem: qui dicat: Ecce quē amas, &c. Theophy. declarat fidem quandam verbū
hoc mulierū, ita enim multā domino esse virtutem cognouerunt: vt admirarentur quomodo infirmitate
laboraret vir ab illo dilectus. Admirationem enim quodammodo habere videtur: Ecce quē diligis ægrotat. Non igitur grauatim feramus: si boni & Deo amici viri morbo teneantur. Quem enim diligit dominus castigat. Mulier quædam occiso filio: frenum equitantis Libertini monachi sanctitate famosi te-
Libertin⁹. nebat dicens cum iure iurando non recedam nec dimittam: nisi filium meum excitaueris. Et ibi pugnabat
pietas syncere & iuramentum matris: & humilitas Libertini: ne inosicata præsumeret. Et tamen vicit
charitas: equo descendit: genu flexit: orationem fudit: & puerum vitæ restituit. Si tantum potuit fides fœminæ præsumentis de sanctitate vnius serui: quare non præsumerent bonæ sorores hæ de potentia Christi: ad quas singulari amore ferebatur: Verum q̄ mirantur de infirmitate amici Christi mirari non debuerunt: quia Moses amicus Dei & non vnus e vulgo. Num. 12. Cum sanus esset: & optime valeret: audiuit: ascende & morere. Deut. 32. Scriptum est autem: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea acce-
Medicus. lerauerunt ps. 15. Medicus enim sapiens timens ne ægrotum incurrat febrem acutam: de industria deducit
eum in febrem remissam. Hoc est: Ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi stimulus: qui
me fragilitatis meæ commone faciat. Quid ergo dicunt: Ecce quē amas. Non enim amas & deseris. Aut
quando amicos deseris: qui pro inimicis obtulisti preces cum lachrymis: Hebræ. 5. Ecce quem amas, poterant dicere: Ecce qui te amat: sed amari a Christo fœlicius est, de quo tamen dicetur, Ioan. 21. Docemur
autem hoc loco: ne orantes præscribamus Deo modum auxiliandi. De quo vide Iudith cap. 7. & octauo
bene. Si vis inquiunt: scimus q̄ possis: sed vtrum velis: quia forte non expedit ei salutem consequi: id tātum dicimus. Ecce quem amas. Alexandro ægrotanti & tamen ad pugnam proximam anhelanti: Phi-
Alexand. lippus medicus breui salutem potionibus pollicetur, interea ex castris a parmēione missa redditur epistola qua regem vt ab insidijs Philippi caueret admonebat. Magnis enim largitionibus a dario corruptū:
vt Alexandrum necaret. Quam vbi perlegit nemini indicatam: sub puluino collocat, ingredientibus autem familiaribus simulq; Philippo calicem cum potione ferente: Alexander tradita illi epistola: poculum
interpidus ac securus accepit. Præcipuæ vero admirationis spectaculum erat: cum eo legente: hic poculū
hauriret: inde mutuo haud eodem se gestu conspicerent. Alexandri quidē erga Philippū amœna & aperta facies: beneuolentiam fidemq; declarabat. Medicus autem ea percitus calūnia: nunc inuocatis numinibus obtestatisq;: manus tendebat in cęlum: Nunc lectulo collabens: Alexandrū bono animo esse orabat. Paruo enim post tempore: pristina sanitate recepta: Macedonibus videndum se præbuit. Vidisti fiduciam animi Alexandri de amico suo iam in multis probato? Hac igitur fiducia confisæ beatæ hæ fœminæ: mittunt dicentes: Ecce infirmatur amicus tuus. Si dicas: quare ipsę eum non adierunt: vide q̄ fœminæ erant: & plurimum fidebant Christo: & in luctu erant, & curam fratris deserere non debuerent.

Audiens autem Iesus: dixit eis. infirmitas hæc non est ad mortem: sed pro gloria Dei: vt glorificetur filius Dei per eam. Diligebat autem Iesus Martham & sororem eius Mariam & Lazarum. vt ergo audiuit q̄ infirmatur: tunc quidem mansit in eodē loco duobus diebus. Deinde post hæc dicit discipulis suis. Eamus in Iudęam iterū.

Hæc verba dicta sunt nuntio misso a sororibus Lazari, sic profecturus est: bonū euangelium reportaturus:
pro tam faustis rumoribus. Hæc sententia: infirmitas hæc: Eadem est cum illa: neq; hic peccauit, &c. Ioā. 9.
Et illud: Morte sua clarificaturus erat Petrus Deum. Ioan. 21. Ergo mors sanctorum & infirmitates, &c.
iustorum flagella pro gloria Dei sunt multoties: sicut & interitus impiorum: dicente domino. Ego in-
Exo. 14. durabo cor Aegyptiorum: & persequentur vos: & glorificabor in Pharaone & in exercitu eius. Exo. 14.
Vide item Leui. Cap. 10. Non est igitur ad mortem infirmitas hæc: quia si mortuus fuerit: viuet. Dictum
est ad Ezechiam: Morieris & non viues: & tamen mortuus non est. Lazarus autem nō morietur: & tamen vere mortuus est: sed vtrumq; pro gloria Dei: quia ibi sol retrocessit decem lineis: hic autem excitatur
Gregorius defunctus quatriduanus. Ad hæc Gregorius lib. 16. Mora. cap. 6. Sublati sunt ante tempus. Iob. 22. Sciendum q̄ creans & ordinans nos Deus, iuxta singulorum merita disponit & terminum: vt vel inde malus
ille breuiter viuat: ne multis beneagentibus noceat: Vel bonus iste diutius in hac vita subsistat: vt multis bonis operibus: se ipsum cotidie vincat. Vel rursus malus longius differatur in vita: vt praua adhuc
opera augeat: ex quorum tentatione purgati iusti: verius viuant: Vel bonus citius subtrahatur: ne si hic
diu vixerit: eius innocentiam malitia corrumpat, Sapien. 4. Sed quantum liber iustus citius subtrahatur:
expleuit

expleuit tempora sua: tempora multa, duplicat enim dies sicut Ezechias & Lazarus. Cæterum viri dolosi etiam si dextre computent annos: & viuant vitam Sybillæ: dies suos nunquam dimidiant: quippe qui nunquam viuere incipiunt. August. Non est inquit ad mortem. Quod enim dominus sine mutatione disposuit facere: sæpe retrahere simulat: vt partũ vxoribus Abrahæ & Isaac distulit, vt gratius foret: & diis occasiones præstat: vt quod ipse alias donare cupit: indulgere rogetur. Si enim ea quæ non disposuit aliquis sanctorũ rogauerit, nullo modo fieri permittit: vt quod Moses terram promissionis ingrederetur. Deut. 3. Et Apostolus vt ab eo angelus satanæ discederet. 2. Cor. 12. Petentes non impetrarunt, de bono perseuerantiæ. Imperator Paleolus ægrotus fere maiore anni parte; mirabili hac arte curatus est. Consuluit Augusta Huldonam maleficam super hac re. Et illa insana licet, sanum tamen consilium dedit Augustæ. Vir tuus inquit melancolicus est. Oportet igitur vt eum semel in hebdomada maximo quo potueris tædio afficias: & conualescet. Cæterũ vxor cotidianis molestijs ac tædio imperatorẽ adeo diuexauit: vt breui eundẽ sanitati restituerit. Vide secundo parali. cap. 16. Quod autem dicit: diligebat dominus Martham, &c. dominus quidem Iesus omnia diligit: scriptum est tamen: hic est discipulus ille quem diligebat Iesus. Dominus autem frequenter hospitabatur apud Martham & Mariam: & propter hanc familiaritatem & amorem affectus quem ad cæteros non ostendebat: quorum non terebat limina: dicit euangelista: diligebat Iesus Martham, &c. Vt ergo audiuit quod infirmabatur: mansit ibidem biduum, haud quidem negligens amici periculum, sed expectans oportunum tempus: vt posset vita donare: vt diceretur a circunstãtibus: Ecce quomodo amabat eum. Deus enim frequenter donat nobis maiora: Cum interim minora non concedat sicut dicit Chrysosto. De quo plena est scriptura. Paulus rapitur in tertium cælum: & orans pro stimulo non auditur. Mosi ostendit dominus faciem suam. Exo. 33. Transitum in terrã promissam non concessit. Peccatorum remissionem vnicæ lachrymæ donat; mortem redimere temporalem nulli concessum est: de iure communi. Post hæc ergo dixit discipulis suis. Eamus in Iudæam iterum. Quod præter morem suũ dicit: Eamus vnde præuidebat eos turbandos: Ideo fecit, quia minus iacula feriunt, quæ præuidentur. Ita enim discipuli animum despondebant: & mente consternabantur, audito nomine Iudeæ: (sed homines erant) sicut Ananias audito nomine Sauli. Actu. 9. Namque & Helias a voce vnius fœminæ fugit qui vultũ Regis non formidarat. Audi autẽ ipsos loquentes. Dicunt ei discipuli. Rabbi nunc quærebant te Iudæi lapidare: & iterum vadis illuc? Hoc est quod dicitur in prouerbio, sciens & prudens manũ mittis in ignem, scriptum est autem: qui amat periculum incidet in eo. Si igitur excidit tibi quoties lapides sustulerint contra te Iudæi: vel nunc commone factus mora in melius consilium, quod est viri sapiẽtis. Audi Dauid parentem tuum. Aliquando incidam in manus Saul qui nullum non mouet lapidem vt me capiat. Melius est vt fugiam & saluer in terra palestinorum, &c. Respondit Iesus. Nonne. 12. sunt horæ diei? (Hæmeria enim erat) siquis ambulauerit in die non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte: offendit: quia lux non est in eo. Hac autem similitudine dominus leuauit timorem eorum inanem. Quid est inquit quod illuc trepidatis ire: habentes vobiscum veram lucem? Si lux sum mundi: sequimini lucem, nolite præire. Omnia tempus habent. Veniet & nox, de qua dicitur: hæc est hora vestra ad potestas tenebrarum: & tunc fuga prouidebitis vobis. Me qui sol sum mundi non magis apprehendent nolentem, quam sistere possunt solem istum oculis visibilem a cursu suo. Quis est ergo qui in die ambulat? Qui sequitur Christum: & obsequitur Christo. Quis ambulat in nocte? qui scapulas vertit ad lucem veram: & solem orientem adorat. Ezech. 8. Potest & hic esse sensus. Homines cum nunquam diutius in eodẽ velle permaneant: liberi si male statuerunt: hodie cras & perendie in melius corrigere possunt. Nam vt de cæteris interim taceam: quidam missi a Pharisæis: vt me comprehenderent: reuersi sunt re infecta, dicentes, capere volentes, capti sumus. Nunquam sic loquutus est homo. Verba habet vitæ æternæ. Nõne inquit duodecim sunt horæ diei? Faber. Sicut nemo potest diem protrahere vel curtare pro libitu suo: ita de me intelligite qui sum lux & dies mundi huius sequitur. Hæc ait: & post hæc dixit discipulis suis. Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excitem eum. Dixerũt ergo discipuli eius. Domine si dormit: saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius, illi autem putauerunt quod de dormitione diceret. Notandum verbum, Lazarus amicus noster. Ita dixit Theophrastus. Si res amicorum communes: maxime conuenit: vt amicorum item amici sint communes: vetus enim verbum est: amicorum communia omnia. Ex hoc autem prouerbio Socrates colligebat: omnia bonorum esse virorum: non secus quam deorum. Deorum inquit sunt omnia: boni viri deorum sunt amici (amicus noster Lazarus) & amicorum inter se communia sunt omnia: bonorum igitur virorum sunt omnia. Huic sententiæ astipulatur Paulus dicens. Tanquam nihil habentes: & omnia possidentes in Deo. Et omnia possum in eo qui me confortat. Vnde cuidam dicenti habeo domi arma multa: & ego responsum est: amicos multos. Lazarus inquit dormit. Mors enim a morte & cruce Christi in somnum versa est: dicente Paulo verbum viui: nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut cæteri qui spem non habent. 1. Thes. 4. Dormiunt autem qui mortui sunt, donec excitentur a tuba cælesti: de qua Paulus. 1. Cor. 15. Et tunc cantabimus cãticum illud, vbi est mors victoria tua? Ibi apostoli, si dormit amicus noster. Saluus erit: imo si dormientem excites: damnum infers, non obsequeris. Somnus enim in ægrotante vt in pleribus signum est bonæ valetudinis. Id autem apostoli replicant: qui a omnino subterfugiebant redditum in Iudæam: vbi non semel de vita periclitati fuerant cum magistro. Videntur autem discipuli satis rudiores: vt qui putarent dominum tantum viæ inituere velle: vt excitaret dormientem Lazarum amicum licet, cum sorores suæ adessent & domestici, qui excitare possent dormientem, si res ferret; si saluti eius conduceret. Dixerat autẽ

Iesus

Marginalia: A; August.; Psal. 54.; Paleolus.; Ioan. 13. 21.; Chrysost.; B; Prouerb.; Eccle. 3.; Psal. 12. 23.; C; Lucæ. 22.; Ioan. 10.; Ioan. 7.; Ioan. 6.; D; theophra.; 2. Cor. 6.; Philip. 4.; E

Iesus de morte, &c. Cæterum dominus paulatim præparabat animos eorũ admiraculi imminentis intelligentiam & contemplationem. Dormientem autem vocat Lazarum iuxta consuetudinem scripturæ, quæ mortuos dormientes vocat, Vnde verbum illud frequens in libris regũ: dormiuit cum patribus suis.

Psal. 4.

Item Danie. 12. Multi qui dormiunt in terræ puluere. Et illud, in pace in id ipsum dormiam. Ite dormientem appellat: quia erat in sinu Abrahæ, & nondum fruebatur visione beata. Tunc ergo Iesus dixit eis manifeste. Lazarus mortuus est eodẽ momẽto quo ergo dixit verba hæc & gaudeo (propter vos: vt credatis:) quia non eram ibi. Sed eamus ad eum. dixit ergo Thomas qui dicitur didimus ad condiscipulos. Eamus & nos & moriamur cum eo. Quid est autem gaudeo propter vos? Hospites tuæ mœrore confectę sedent solitariæ orbatæ tanto fratre. Eoq; vnico: & tu gaudes? Vnde ergo dictum est, Ecce quomodo amabat illum? Philippus pater Alexandri Euparchi Euboensis mortem grauiter tulisse fertur, ac quodam dicente. At tamen ille maturus discessit, sibi quidem ipsi inquit, sed mihi cito. Ante nanq; mori properauit: q̃ dignam nostra amicitia gratiam a me reciperet. Sed hæc dixerit rex iste, dicant & omnes principes terræ: qui sicut in malis ita & in bonis post mortem non habent amplius quid faciant: domino autem cui omnia viuunt nullus amicus cito moritur, potest enim abundantius retribuere post mortem: q̃ dum viuitur in hoc seculo nequam: in quo moriendum est. Hoc autem dicens: non illud intelligo, q; potentior sit Deus in vita functis: q̃ in viuentibus vtrobiq; enim omnium potentissimus est, & viui & vita functi corpus & animam potest perdere in gehennam, & potest donare immortalitate & beatitudine. Lazarus inquit mortuus est. Constitutos enim terminos vitæ nulli præterire licet. Iob. 14. Atropo præcidente filum: vt more poetarum loquamur, ponunt enim poetæ parcas tres. Lachesin: Clothon: Atropon: tribus enim temporis differentijs vita nostra mensuratur; præterito: præsenti: futuro. Lachesis dicitur a verbo Lagchano quod est sortior. Clothos a verbo: Clotheo, id est. Circumuoluo. Athropos autem inconuertibilem significat. Vnde illud: dum adhuc ordirer telam Penelopes longissimam: Atropos succidit me. Et illud Iob. 7. Dies mei velocius transierunt: q̃ a texente tela succiditur. Polymitario siquidem dormiente vel cessante ab opere: tela non crescit: vita autem hominis in continuo motu est ideo velocius Athropos præcidit telam vitæ nostræ: q̃ textor absoluit opus suũ. A. Gellius ita dicit lib. 3. cap. 16. Quia nouo mense & decimo partus fœminarũ vitales esse solent: neq; præter eos partus earum secundum naturalem fieri extimauerunt Romani: idcirco eos nomina parcis tribus fecisse aperiendo (velut parca quasi parta) & a nono atq; decimo mense. Quod si aliquando repertæ sunt fœminæ. Peperisse octauo septimo aut vndecimo mense: Romani tamẽ iuxta Varronem non receperunt huiusmodi quasi monstrosas raritates. Sunt igitur tria nomina parcarũ videlicet, nona decima mortua. Mortua autem vocatur vna; quia partus octimestris non fere vitalis est. Parca igitur a partu dicitur: q; in eo fata legant longioris vitæ vel breuioris. Itaq; cũ dicit dominus: gaudeo propter vos: non gaudet de morte amici; sed propter vos: vt credatis: quia non eram ibi. Nam si me presente conualuisset ægrotus, poterat casus videri: & magis ope medicorum q̃ voluntate mea vita donatum. Si autem q̃ primũ exisset hominem, interpellantibus sororibus excitassem: sicut factum est in filia Archisynagogi. Pharisæi qui nihil non calumniabantur: Etiam in tunco nondum quæientes: causari poterant istupotem fuisse aut extasim, non mortem. Nunc cum mors sit certa, per eã clarificabitur filius Dei. & vos credetis me eum esse: cui omnia viuunt: & mortem apud me nihil aliud esse q̃ somnum: & siquid leuius dici potest. De hoc igitur gaudet; q; fides apostolorũ quæ adhuc infirma erat & vacillabat, fulcienda erat ac roboranda viso tanto miraculo. Sicut autem dicit Plinius lib. 28. cap. 6. Augurium ex homine ipso est non timendi mortem in ægritudine, quandiu oculorum pupillæ imaginem reddant. Pupilla autem oculorum nostrorum Deus est: imo nos sumus pupilla oculorum Dei, Zach. 2. Signa autem mortis ea sunt vel præcipua, si ad aspectum auditumq; sine causa morbo affectus fugit. Si album oculorum glaucescit. Si semi apertis dormit oculis, si resupinus iacet. Si præter decorem membra detegi non curat: si in somno dentibus collidit. Adhæc stragulæ vestis plicatura. Motus arteriarum densus ac minutus: & si quando pupilla non videtur in oculis. Signa vitæ dentes frequentes, & linea per mediam palmã longe ducta. Adhęc Augustinus. Mors ista quæ omnes manet: quanq; de primo peccato veniat, tamen quia ita nati sumus: vt necessario moriendum sit, accelerata quibusdam est vtilis, iuxta illud: raptus est: ne malitia mutaret intellectum eius. Ve autem ego arbitror omnibus amicis Dei vtilis est. Dissolui enim & esse cum Christo melius est. Phil. 1. Quo autem iudicio Dei vel misericordia fuerit irrogata vel filijs Achã vel illis. 16. Viris, qui propter peccatum eius ceciderunt in bello: cum omnes ab eius peccato fuerint alieni: latet apud deum, apud quem non est iniquitas. Dicebat autem Aesopus: q; mors eorum grauior est: qui in fœlicitate moriuntur, cui consonat illud ex Eccle. 41. Amara est memoria mortis, &c. Hanc autẽ sententiam impugnat Plutar. Dicens. Ea mors potius mihi beatissima videtur: cum tutissimũ locum egregia sua facinora locauerint: neq; permiserint se a fortuna ipsa superari. Quapropter optime Laconus ille qui cum salutasset victorem in olympo Diagoram, habentem filios coronatos & nepotes ex filio filiaq;: inquit. Moriendum est o Diagora, os alias in olympum ascendas. Hæc sententia Plutar. Vera esset: si moriens dicere possit cum Paulo, bonum certamen certaui, &c. Superest vt reddatur mihi corona iustitiæ. Alias omnis mors peccatorum pessima est. Andronicus Imperator biennium rebus præfuit: omnibus omnis infestam sæuitiam iaussus. Tandem ab Isacio angelo præter suam omniumq; opinionẽ imperio deiectus: captusq;: ac per vrbem Camelo insidens circumuectus: manu abscissa: oculoq; effosso: turbæ vulgiq; tumultu laceratus periꝫ: sed non amicus Dei. Alexandri mortem Asclepiades primus omnium Atheniensibus nunciauit: cui Demades credendum esse negabat; quia tanti odore cadaueris prim dit impleri orbẽ terræ par fuerat

Matth. 10.
Parcæ.
Esai. 38.
Matth. 9.
Plinius.
August.
Sapien. 4.
Iosue. 7.
Aesopus.
Plutarch.
Diogenes
2. Tim. 4.
Androni.
Alexāder.

par fuerit. Sed & iste in peccatis mortuus est. Hæc est autem vera in diuos relatio sanctorum. Amicus noster mortuus est. Dicit autem S. Thomas quol. 9 q. 8. q̃ canonizatio, est media inter credibilia & temporalia, ideo pie creditur ecclesiam non errare circa hoc. dixit ergo Thomas qui dicitur dydimus. Eamus & nos, vt moriamur cum illo. Magis feruoris impauidiq; animi verba sunt ista. Caiet. Thomas Hebraice abyssus interpretatur. Vbi enim habemus nos Gene. 1. tenebræ erant super faciem abyssi, pro abysso, nomine Græco, Hebraice est Thehmoth, quod nomen inflexum dicitur Thomas. Thomas Hebraice, Græce dicitur dydimus. Dydimus Græce: Latine dicitur geminus vel gemellus. Hic igitur cæteris apostolis imbecillior: Eamus inquit & nos stulti & insipientes & non curantes propriam vitam, vt moriamur cum illo. Esto inquit ipse vitam suam non magnifaciat (secus exposuit Caietanus:) nos autẽ cur ita stulti essemus? Formidolosi & imbecillis animi verba sunt ista. Chryso. Hic Thomas nec in Iudæã cum animo cum Christo proficisci patiebatur, cum periculum intelligeret, sed eamus inquit, ægre ferens mortis expectationem, tantus erat timor mortis ante mortem vitæ. Nam sepulto grano frumenti, & fructũ afferente, ibant apostoli gaudentes ad mortem. Actu. 5. qui in præsentiarum tam pauidi sunt & trepidi ad nomen Iudææ, ad nomen Goliæ ad nomen Herculis, iuxta Prouerbium: Timidior es prospiciente. Si itaq; inquit ita statuit animo proficisci in Iudæã, fiat voluntas eius, eamus & nos vt simul moriamur. Certe si liberet, licebat vtrorunq; saluti consulere. Eamus igitur & nos, & tollat vnusquisq; nostrum crucem suam, & sequamur vitam, quæ mori nescit, dicentes cum Paulo, Christo confixus sum. Gala. 2. Qui autem vitam sequitur, a morte incomprehensibilis est.

Thomas. Theophy. Chrysost. Ioan 12. Prouerb. Matth. 16.

A

Caput. iiij. De eodem vsq; ibi, surrexit Maria vt occurreret domino: & quidam opinati sunt q̃ iret ad sepulchrum vt ploraret.

B

VEnit itaq; iesus: & inuenit eum quatuor dies iam in monumẽto habentem. Erat autem Bethania iuxta hierosolymam quasi stadijs. 15. Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt consolarentur eam de fratre suo. Martha autem vt audiuit: q̃ Iesus venit, occurrit illi: Maria autẽ domi sedebat. Venit ergo vita, vt fugaretur mors. Quod autem inuenit Lazarum quatriduo iam sepultum, si potentiam Christi attẽdas, nõ refert quatriduo an decẽnio iam sepultus sit. Ipse enim vocauit Ionam post triduũ & egressus est sanus & bene pastus, & quasi toto illo triduo indelitijs fuisset. Dicitur tamen ad commendationem miraculi, a nudius quartus sepultum fuisse Lazarũ. Erat autem Bethania, &c. Stadium spaciũ est. 125. pedum sunt ergo stadia 15. pedes 1875. Hinc autem discipulorum trepida illa formido & timor plusq̃ seruilis, q̃ nõ plusq̃ bis mille passus Bethania abesset ab Hierusalem, quæ occidit prophetas. Sed & hinc occasio oblata est, vt miraculum plures haberet oculatos testes. Multi enim venerant ex Iudæis Hierosolymitanis, vt cõsolarentur Marthã & Mariam, vt impleretur illud Rom. 12. Gaudete cũ gaudẽtib9 & cũ flentibus flete. Plutar. Lyciorũ legũ latorem ius præcepisse ciuibus ferunt, vt quoties in luctum incidissent, veste induti muliebri lugerent, cum iudicare vellet eiusmodi affectum muliebrẽ esse. Syri & Aegyptij scrobes subeuntes, plures ibi dies immorantur, nec solis lucem cernere exoptant, cum is qui discesserit, ipsa priuatus sit. Barbarorũ autem quidam partes etiam corporis sibi abscidunt, nares videlicet & aures, reliquũ quoq; corpus plectentes, dum se de functis gratificari arbitrantur. Et forte hoc est quod Iudæi prohibentur Deut. 14. Non vos incidetis, nec facietis caluitium super mortuo, vt non contristemini sicut cæteri qui spem non habent. Vide Hiere cap. 16. Cæterum Albani referente strabone, mortuorum meminisse, aut curã illorũ habere, nefas dicunt. Nam cum mortuis pecunias defodiunt, id circo pauperes viuunt, cũ patrimonium nullũ habeant. Nabathæi Cadauera æque atq; stercus abiectiora abijciunt. Quapropter reges etiam in stercore defodiuntur vt heraclitus inquit. Nec saniora sunt quæ apud nostrates fœminas fiunt, inuertunt enim friuolaria, vel tollunt, domũ sordere sinunt, anno integro non vestientes, stragula deijciunt & pauperes oudant. Lineã quam semel induũt, nunq̃ exuunt, donec penitus scissa sit; domo nõ egrediuntur, & multa huiusmodi vana. Venerunt igitur multi vt cõso. Martham, &c. Martha autẽ vt audiuit adesse vitam animæ suæ, occurrit illi: Maria sedente domi. Quemadmodum & Petrus audito ex ore Ioannis, dominus est, non sustinuit nauis moram, sed misit se in mare. Quomodo alias dictum est, ad me declinabis domine, quia mercede conduxi te. Genes. 30. Maria autem domi sedebat mærore confecta, erat enim forte affectus tenerioris. Dixi ergo Martha ad Iesum, domine si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus, sed & nunc scio, q̃ quæcunque poposceris adeo, dabit tibi deus, dixit illi Iesus resurget frater tuus. dicit illi Martha, scio q̃ resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei Iesus. Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi. Vtique domine. Ego credidi q̃ tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti. Domine inquit (id autem non siccis oculis dixit, fœmina enim erat) peccatis nostris actum est, vt ab esses (qui nunq̃ nõ ades) infirmante amico tuo: fratre nostro. Quãdo enim mors locum haberet, te presente? Alioqui diceremus quod vidua illa apud quam Helias hospitabatur, ingressus es ad nos, vt interficeres fratrem nostrum. 3. Reg. 17. Si enim tantæ clemẽtia fuit Cæsar, vt id semper obseruatum sit: nequoties introiret vrbem, suppliciũ de quoq; sumeret, cũ id imperator prosuo in populum clementia laturus non fuerit, quanto magis tibi proprium est misereri eorum, qui de te vtcunq; bene meriti sunt?

C D E

Ionæ. 2. Lycij. Albani. 1. Thes. 4. Nabathæi Ioan. 21. Cæsar.

OO Etiamen

Et tamen inquit Martha sollicita, non omnino despodimus animum, nec res ipsa extra spem est, scio enim & nunc ꝙ quæcunq; poposceris adeo, dabit tibi deus. Nec refert vtrum mortuus sit frater meus: sepultus & olens. & in cinerem cadauer eius redactum, illud habeo exploratum, quæcunq; petieris, impetrabis. considera Marthæ prudentiam, nō statim in lachrymas & clamores prorumperunt, vt io domino, sicut nostrates fœminæ faciunt sed moderatores dolorē, rē sub oculos Christi ponōt. Martha enim oserat Mariæ. Fœmina hæc beata nondū plene edocta erat de potentia Christi: primōquidem quoniā dixit, si fuisses hic. Centurio autem præsentiā domini non requisiuit, sed dicit verbo inquit & fiet: hæc autē si fuisses hic. Christus autē dominus ous ꝗ abest. Secundo quæcunq; inquit poposceris, cum dicere debuerit: quæcunq; iusseris vel volueris, fient: quomō dixit centurio, dic verbo, & sanabitur puer. Matth. 8. Martha tamen verbū magnæ fidei protulit dicens: Quæcunq; poposceris: impetrabis. Vnde dominus in consequentibus quasi alludens verbis Marthæ, pater inquit scio ꝙ semper me audis. Itaq; distulit Christus venire, vt interim vulgaretur mors Lazari in Hierusalē, sic Iudæi conuenientes ad leniendū dolorem sororum, testes fierent tanti miraculi. Dixit ergo Martha. Videns fratrē vita functum ante Christi aduentū, & veracē credens, conferendo hinc mortem fratris sequutam, inde verba Christi, nesciuit melius dicere, ꝗ explicare sortem suam malam ex absentia Christi, & subiungere ꝙ indubia credit, quod quæcunq; poposcerit, &c. non ꝙ per hoc intenderit petere aut credere futuram in præsentiarum fratris resurrectionē in specie, sed fateri in genere integrā in ipso & verbis eius quę non intellexerat fidem. Remunerans igitur dominus fidem Marthę, resurget inquit frater tuus. Verum quoniam quæ summe desiderantur, etiam cum adsunt abesse putantur, ita mulier religiosa & fidelis cum audiuit de resurrectione fratris, id ego inquit certo scio futurū, sed in nouissimo die, sicut testatur & Ioh. Cap. 19. Nam quoniam nuntiantibus sibi infirmitatem Lazari, ambiguo responso dominus Iesus fefellit spem sororum, dicens, infirmitas hæc non est ad mortem: & tamen vere mortuus est, ita timuit hoc loco Martha, ne in verbis istis, resurget frater tuus, aliquid lateret arcani, quo spem eius deliniret & eluderet. Illud obseruandum, ꝗ certo mulier hæc loquitur de mysterio resurrectionis, quæ celebrabitur in nouissimo die. Dominus autem vt fidem fœminæ plenius erudiret, & ostenderet sibi opus non esse precibus ad impetrandum, quod quibusdam sanctis donatum est, videlicet vitam donare defunctis, autore Deo, sed seipsum esse omnium bonorū fontem, omniū donorum datorē: ego inquit sum resurrectio & vita, hoc est: ego sum qui mortuos reuoco ad vitam, & viuentes iubeo mori. Num. 20. Deut. 34. Credis inquit, quod quæcunq; poposcero, impetrabo. Credis ꝙ frater tuus resurget cum cæteris in nouissimo die, crede igitur & hoc, omnes qui resurgent in nouissimo die, me iubente resurrecturos, qui sum autor resurrectionis, & vitæ cōditor. Ac proinde qui credit in me fide quę per dilectionem operatur: etiam si mortuus fuerit, viuet vita & æterna & beata, mecum qui sum resurrectio & vita. Martha, credis ne me posse patrare quod promitto? Martha autem iam concepta spe pleniore de resurrectione fratris, non admodum sapienter respondit ad verba domini, dicens. Vtiq; domine. Ego credidi ꝙ tu es Christus, &c. Dixerat dominus, Ego sum resurrectio & vita, cui omnia viuunt, illa autem compēdio loquuta est dicens. Ego credidi ꝙ tu es Messias ille in lege nobis promissus. Faber. Hæc fides quodāmodo ratio & causa erat, cur nunc credidisset, ꝙ resurgeret frater suus, nulla prorsus intelligentiæ facta indagine in omnibus quæ dixerat. Sed cum audisset, credis hoc, licet non intellexerit verba Christi, ego inquit credidi ꝙ tu es Christus, & per consequens verba tua verissima esse. Sic vna fides alterā parit & adiuuat. Hæc autē dicens Martha, non propterea explicite in specie credidit Iesum esse deū, qui creauit cęlū & terram, sed credebat explicite in specie Iesum esse illum Christū, qui prophetatus est venturus in mūdum. Vnde illud adiuro te per deum viuū, ita ꝙ per hoc quod dicebant Christum filiū Dei, non intelligebant se quandam personā in trinitate, sed excellens donum diuinæ gloriæ. Caietanus sequitur. Et cū hæc dixisset, abijt & vocauit Mariam sororem suam silentio, dicens. Magister adest: & vocat te: illa vt audiuit, surrexit cito, & venit ad eum. Nondū enim venerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco: vbi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erāt cum ea in domo, & consolabantur eam: cum vidissent Mariam cito ꝙ cito surrexit, & exijt, secuti sunt eam dicentes: Vadit ad monumentum vt ploret ibi. Spe igitur certiore concepta de resurrectione fratris, domum redit, & sorori rem lætissimam insusurrat in aurem dicens. Dies iste boni ominis est, magister adest, & vocat te; surge & aperi dilecto tuo, qui ante iudex interpellatus, tuus factus est patronus. Vocauit autem Martha sororem silentio propter Iudæos adstantes, qui non omnes recte sentiebant de doctrina Christi. Nam reuera Iudæi qui officij causa venerant dolentes vicem earum surgentem Mariam comitati sunt, putantes ꝙ erumpente vi doloris, festinaret ad monumentum, vt ibi lamentis satiaret animi mœrorem, nunꝗ eam comitati fuissent, si scirent ꝙ pergeret obuiam domino Christo ita ergo isti qui consolandi gratia venerant ad Martham & Mariam vel volentes vel inuiti testes facti sunt miraculi omnium longe famosi.

Gala. 3.

Faber.

Luc. 10.

F G H I K

Caput. v. Concluditur tota historia: quomodo Lazarus ad vocem Christi excitatur. & prodijt cum toto ornatu sepulchrali, iubetur solui. & abire sinitur. Quidam ex his qui viderant, abierunt ad Pharisæos: narrantes quod factum fuerat.

Nam

NAm Maria cũ venisset vbi erat Iesus, vidẽs eũ cecidit ad pedes eius dicẽs. Dñe si fuisses hic: fratre meus nõ fuisset mortuus. Reuera poterat Lazar⁹ mori etiã p̃sente Christo, sed tamẽ iuxta mysteriũ id nunq̃ sustineret dñs Iesus: q̃ cũ Nazare⁹ esset ex vtero matris suę, si eo p̃sente moreret Lazarus, irrita fieret cõsecratio Christi. Hoc dixim⁹ iuxta mysteriũ. Alias q flex⁹ est ad misericordiã lachrymis vnius viduæ, vt excitaret adolescentẽ: nõne multo magis flecteret ãcib⁹ adiũctis lachrymis tã charissimarũ hospitũ, vt vitã conseruaret fratris vnici, amici & sui? Cęterũ Maria, eadem fidei fragilitate laborabat qua & Martha, cũ dicit, dñe si fuisses hic. Et ipsa eni p̃sentiã domini reqrebat, & patet. Sero inquit ades, & vt dicit, post bellũ auxiliũ. Nõ eni subiecit Maria qđ Martha intulit, sed & nũc scio q̃ quæcũq; poposceris adeo, &c. Ex quo videtur q̃ oĩno despõderat aoĩmũ Maria, nisi forsan dicas verba eius intercisa ab impetu lachrymarũ. Sequitur enim. Iesus ergo vt vidit eã p̃lorantẽ: & Iudæos qui venerãt cũ ea plorãtes: infremuit spiritu, & turbauit se ipsum & dixit. Vbi posuistis eũ? Dicũt ei. Dñe veni & vide. Et lachrymatus est Iesus. Dixerũt ergo. Ecce quomõ amabat eũ. Cũ igitur ad esset tẽpus implẽdi quę Marthę spopõderat, primũ infremuit spũ, dolẽs mortẽ ingressã in hoĩe inuidia diaboli, & semetipsum turbauit, humanę naturę veritatẽ p̃ se ferẽs, mox diuinę potẽtię inditiũ euidentissimũ p̃laturus. Cęterũ qm̃ tẽpus flẽdi & tẽpus ridendi fuisse dominũ nusq̃ legimus: lachrymasse aũt nõ semel. Fleuit igit dominus quoniã hõ erat, & debuit per oĩa fratrib⁹ assimulari, vt misericors fieret, & fidelis põtifex noster apud deũ patrẽ, offerẽs preces cũ lachrymis & clamore valido, pro his qui ignorãter errãt, siquidẽ omnis hõ inquietũ peccator ignorãs est: etiã Paul⁹ apostol⁹, cuius vox est, ignorãs feci. 1. Tim. 1. inquit vulneratus est sicut & nos Esai. 14. Tẽtatus est, sed volẽs, oblatus, quia ipse volu e. Esai. 53. Hoc eni significat verbũ illud, turbauit semetipsum. Alioqui pacẽ verã quę superat omnẽ mentẽ (Phil. 4.) turbare quis posset? Sic & alias videt turbasse semetipsum, qñ inueniẽs tẽplũ suũ versum in fori speciẽ, facto flagello, negociãtes expulit. Ioã. 2. Quid ergo dixit amicus noster bonus, bon⁹ itẽ pastor postq̃ turbauit semetipsum quãdo voluit & quãtũ voluit? Vbi posuistis eũ? Ad hæc August. Quis enim eũ posset nisi ipse turbare? Nã ex toto nec cõpati nec mœrere, ferreũ est, horũ autẽ exuberãtia muliebre. Quod aũt interrogat, ideo ignorãtiã simulat: vt eo rogãte, audiat: Ecce locus vbi positũ est corp⁹ sic ordinate veniaẽ ad miraculũ. Est autẽ vox hæc vbi posuistis eũ similis illi, Adã vbi es? Iã enim Adã mortalis erat, quãdo hæc audiuit. Itẽ illud, descendã & videbo, Gene. 18. Quãprimũ igit dominus sepulchro astitit, quod nõ p̃cul aberat, quasi monstus a monumẽto vbi cadauer iacebat, quod ipse primũ eluto plasmauerat, & anima rationali viuificaret, quæ nomine flatus & diuinæ inspirationis significatur, lachrymatus est, quia vere ocultus amabat eũ & penitus. Fremitus ac turbatio quæ præcesserãt, inditiũ erãt doloris in animũ irrumpẽtis, cæterũ lachrymæ animi vulnerati ac victi veluti sanguis est, vtrunq; tamen dominus volũtate suscepit sicut prædictum. Sicut autẽ dicit Hieronymus, dominus daturus secundo vitã Lazaro, lachrymatur, nos ablatã lamentamur in amicis & charis. Hoc ergo lamentatur dominus, videns hominẽ quem ad imaginẽ suam condiderat, immortalitate donatũ, potentẽ non mori, a modo cõparatum iumentis, Psal. 48. Ita vt dicat spiritus sanctus, vnus est interitus hominis & iumenti, & æqua vtriusq; conditio. Ad hæc August. Vbi posuistis eum? Ibi sunt spiritus defunctorum: vbi nõ vident quæcunq; aguntur aut eueniunt in ista vita hominũ. Neq; enim quia epulo rogabat ipsum Abrã ve mitteret Lazarum ad fratres: Quid illo tẽpore agerent vel paterentur, ille sciebat. Ita enim illi cura fuit de viuis, quãuis quid agerent omnino nesciret, sicuti est nobis cura de mortuis, quãuis quid agant, penitus nesciamus. Possunt autem aliqua scire ab eis qui moriendo ad ipsos pergunt, possunt & ab angelis qui rebus quæ hic aguntur præsto sunt. Possunt etiam spiritus mortuorũ aliqua quæ hic aguntur quæ necesse est eos nosse; non solum præterita vel præsentia, verum etiam futura spiritu Dei reuelante cognoscere. Mitti quoq; ad viuos aliquos ex mortuis, sicut econtrario Paulus ex viuis in paradisum raptus est, diuina scriptura testatur, sicut Samuel defunctus viuo Saul Regi. Dubium tamen est, vtrum ille vere fuerit Samuel. Hæc ille. Ad hęc Raphael. Gens est in hesperia, quæ suos morbo extinctos tanq̃ ignauos, igni: in bello autem absumptos vulturibus tradunt. Ita isti ex toto ociosi sunt a cura sepulchrorum. Plutarch. Quid e inquit q̃ in luctu mulieres albis vestibus induuntur? An quẽadmodum mortui corpus albis vestibus induunt: & propinquos id facere volunt? Corpus autem sic ornant, quando animum nõ possunt, quem purum ac splendidũ deducere volunt, quasi iam emeritum, & magno ac vario certamine liberatũ. Plato. 12. de republica lex de sepulturis ista st. Qui maximi census est, ad funus & sepulturam non plus q̃ minas. 5. Impendat. Qui secundi census, tres. Qui tertij, duas. Qui census quarti vnam. Lachrymis mortuos decorare, turpe legum latori cogeri est. Plangere vero: & extra domum vociferari prohibendũ est. Nam intra ecclesiam insanorum est & lymphaticorum. Et concludit Plato. Lex patria id continet: vniuscuiusq; nostri anima immortalis est, eaq; ad deos alios, relicto corpore proficisci, rationem suorum operum redditura. In quo certe bonis viris confidendũ esse, malis autẽ formidandum, quippe cum post mortem omni auxilio careant, semel ingressi viam vniuersæ carnis. Epicurus de sepulchris ita dixit. Mors nihil ad nos, nam dissolutum non sentit, quod autem non sentit, nihil ad nos. Sed falso inquit A. Gelius syllogizat epicurus. Prætermisit enim quod in prima parte sumere debuit, hoc videlicet: Mors est animæ & corporis dissolutio, sequitur minor, dissolutum autem non sentit: Quod vero non sentit, nihil ad nos. Sed tunc maior assumpta falsa est, ac proinde & ipsa conclusio. Animæ tamen immortalitatis probari non potest, id est, demonstrari: dicente Salomone. Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascen-

Num. 6.
Lucæ. 7.
15. q. 2. C. diuina.
Sapien. 2.
Eccle. 5.
Hebræ. 2.
Eph. 2.
August.
Gene. 3.
Hierony.
Eccle. 3.
August.
Lucæ. 16.
2. Cor. 12.
Raphael.
Plutarch.
Plato.
1. Regu.
Epicurus.
A. Gelius

dat sursum! Ecclesia. 3. Fide igitur tenemus animæ immortalitatem: dicente scriptura: Animam non possunt occidere. Matth. 10. Item Lazare exi foras. Item anima Lazari deducta est ab angelis in sinum Abrahæ. Luc. 16. Cum ergo ad conspectum sepulchrum amici lachrymaretur Iesus, dixerunt Iudæi. Ecce vera amoris signa. Ecce quomodo amabat eum. Vnde illud Leui. cap. 10. Domus Israel plangant incendium quod dominus suscitauit. Occiderat dominus filios duos Aaron, quia obtulerunt ignem alienum: & præcepit eos plangi. Lex enim naturæ hoc dicit: compatiendū & condolendū casibus proximorum. Neque enim flemus velut factū Dei improbantes: quod ipse eos occiderit: sed quia natura duce, mēbra pro se inuicem sollicita sunt, & si quid vnum patitur, aliud simul cōpatitur, si sanum est, & non est e numero eorum qui viso homine illo montano, transierunt tanquam struthiones, & veri imitatores Cain. Gene. 4. Nam & dominus non tantū fleuit mortem amici, quæ adhuc recens erat, sed & desolationē ciuitatis inimicorum suorū futuram post annos. 40. Quod est opus veræ clemētiæ & bonitatis Dei, ve vere dicatur. Ecce quomodo amabat illos, quorum casum luget ante lustra vndecim fere. Faber. Ecce quomodo amabat. Fontē amoris non videbant, sed riuulorum per oculos fluentes. Certe inquiunt, qui sic cōmiseretur, illachrymat, ac diligit, si potuisset, nequaquam hic mortem obiisset. Potuisset autē, si cæcum natum illuminasset: cum illud difficilius fuerit factu, quam hoc. Ergo neque illud fecit: neque hoc. Et hāc conclusionē impiam inferunt in consequentibus dicentes.

Figura.

i. Cor. 12.

Luc. 10.

Faber.

Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati: facere vt hic nō moreretur. Plane poterat: sed noluit facere, & distulit sanare, vt posset resuscitare, vt posset super vita functo pias lachrymas fundere. Quod igitur insipienter & impie argumentētur, sequentia manifestant. Verūtamen & oculos restituere vel creare in cæco nato, & mortuos excitare vtrunque opus Dei est, quia de priuatione ad habitum non fit regressus naturaliter in formis quæ generantur vniuoce. Quod autē animalia quędam oculos recuperant, sicut hirundines, & quædā reuiuiscunt sicut muscæ, non est præsentis instituti discutere. Quia & vulpes sicut & vrsa catulos suos cęcos parit iuxta Philosophum. 6. de Histo. animaliū cap. 3. Non poterat hic inquiunt, cur inquiunt non idem effecit cum amico suo viro alias nobili & vndiquaque integro, quod fecit cum cæco nato, quem de facie quidē non nouerat! Si noluit: vnde ergo lachrymæ ille, conspecto monumento amici! Si autem non potuit, id quod facilius est, quomodo præstitit id quod vix credibile est! Ęgrotus enim sæpe ope medici cōualescit: aut certe vita eius trahitur in dies multos. Cęco autem nato quis vnquam oculos aperuit! Is qui Lazarum olim excitauit vna voce.

Philosop.

De pœnitē. di. 1. quantūlibet.

Iesus ergo rursus fremens in semetipso, venit ad monumentum. Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus. Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius, qui mortuus fuerat. Domine iam olet: quatridianus est enim. Dicit ei Iesus. Nonne dixi tibi: quoniā si credideris: videbis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem. Iesus quidem vere lachrymas fudit testes quod vnice dilexerit amicum, cum illi tamen sanguine cōiunctus non esset, sicque horrore spiritus, & animi turbatione vultu & oculis totoque corporis habitu manifestum specimē exhibuit humanæ naturæ, magis tamen indignabatur peccatis hominū, per quæ tam multæ pereunt animæ. Turbabatur & secundo ob adamantinā Iudæorū incredulitatem, qui omnia opera Christi vertebant in calūniam, etiā illa quæ digito ostendi poterant. Secundū autem sacratiorē intelligentiam, ostēditur difficultas operis hoc est resurrectionis in eo, qui postquam venerit in profundum malorū, contēnit, Prouerb. 18. & peccatum suū prædicat. Esai. 3. spelunca autē hæc conscientia est peccatoris: in qua quasi in ventre ceti mortuus iacet, tam profunde stertens, vt sola Dei voce magna excitari possit, qui educit vinctos in fortitudine, (Petrum in carcere actu. 12.) Similiter eos qui habitant in sepulchris: præmissa oratione sublato lapide, idque nō sine gemitu & lachrymis, & interuentu duarū sororum, & apostolorum duodecim. Ait ergo Iesus Tollite lapidē. Id quod Dei solius est iuxta illud, auferā a vobis cor lapideū. Et intulit Martha, domine iā olet, audiui de viro hoc quāta malefecerit sanctis tuis qui sunt in Hierusalē. Actu. 9. Antiochus adhuc viuens adeo odorē teterrimū exhalabat, vermibus scaturientibus e corpore eius, vt nemo suorū propter intolerantiam fœtoris sustineret portare, odiosus deo & hominibus. Et cū nec ipse iam fœtorē suū ferre posset, (respexerat enim fœtor licet Iupiter in diphtherā suam) ita ait. Iustum est subditū esse Deo, & mortalē non paria Deo sentire. Verū homicida & blasphemus pessime percussus, & vt ipse alios tractarat, peregre in mōtibus miserabili obitu vita functus est. Iā inquit olet quatriduanus. Prima die ligatur a fœmina, attōsis primū crinibus. Secūdo exoculatur ab hostib9. Tertio trahit molā more iumēti in circuitu. Quarto tenēs columnas cōtulit domū, & i ea sepeliē, mortu9 in peccatis suis. Hęc moraliter intellige de Sāsone. i. peccatore. Vnde Martha dicēs, dñe iā olet quatriduan9, quasi despōdēs animū id dixit. Vnde illud. Si mutare pōt Aethiops pellē suā, nisi deponat & exuat sicut Bartholomeus, ita & vos poteritis bñfacere, pressi lōga cōsuetudine mali. Hiere. 13. Martha igitur quasi male credula dixit, domine iā olet, quasi impossibile credēs excitandū propter dierū multitudinē, iuxta Theophyl. Dicit ei Iesus. Nōne dixi tibi: qm̄ si credideris, videbis gloriā Dei. Hoc dñs quasi obiurgās fœminę simplicitatē dicit. Putabat eni Martha sublato lapide, nō fratrē excitandū, sed odorē teterrimū qui circūstātes submoueret a sepulcho. Et nōne inqt dixi tibi (sed excidisti tibi) quod mors fratris tui ad illustrādū gloriā Dei pmissa est! Sublatus est igit lapis, & nihilominus odor cadaueris nares circūstātiū nō offendit, aderat eni ille cui9 nomē vnguētū est effusum. Cant. 1.

Iona. 1.

Psal. 67.

Ezech. 36.

i. Mach. 9.

Prouerbiū

Iudi. 16.

Figura.

Hiere. 13.

Theophy.

Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit. Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autē sciebam quoniam semper me audis: sed propter populum qui circūstat dixi, vt credant quod tu me misisti. Hæc cum dixisset, voce magna clamauit, Lazare veni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes institis: & facies eius sudario erat ligata. Cuncta igitur ad noue rei miraculum suspensis: submoto lapide, dominus

ii. q. 3. tunc vera. & c. plerunque.

Iesus

Iesus eleuatis sursum oculis, patri gratias agit; a quo omne datum optimum est, & omne donũ perfectũ. Quod autem gratias agit & priusq̃ aliquid dicat, dicit exaudisti me: figura orationis est. Nã sæpe absq̃ oratione miracula faciebat, dicens, volo. Matth. 8. Fiat tibi sicut vis. Matth. 15. Quomodo autem Deus dicatur esse in cælo, dictum est Matth. 6. Sed tamen iste habitus corporis quo oculos in cælum leuamus inter orandum, ostendit finem hominis non esse, vt præsit bestiis terræ, sed vt summum bonum suspiret, ad quod conditus est. Orare autem proprium est creaturæ. Cum igitur dominus orat, ostendit se inferiorem esse patre, secundum q̃ formam serui accepit. Auditur autem semper filius a patre quoniam semper ea postulat quæ sunt placita patri: cum patris & filij iuxta quod deus est de Deo, vna sit voluntas, a qua filius secundum q̃ formam serui accepit, nec transuersum vnguem discedit vnq̃. Dicẽs igitur, gratias ago tibi, ostendit q̃ non virtute dæmonum sed potestate diuina facit quicquid facit. Quod dicit, audisti me, & intulit: ego autem scio q̃ semper me audis, sensus est. Licet nunc in præsentiarum orem te, propter populum præsentem factum est: vt credant, q̃ tu me misisti: nam alioqui scio q̃ semper me audis, & audiuisti & audies. Quare quia quicquid volo vt fiat, sine te velle non possum: cum velle vnum sit in vtroq̃. Secundum autẽ hanc voluntatem filius Dei nihil postulat (absit,) sed ita loquitur, volo vt vbi ego sum, ibi sit & minister meus, Ioan. 12. Et illud volo huic dare sicut & tibi tantũdem videlicet. Hæc igitur cũ dixisset: voce magna clamauit Chrys. Qualis illic Iesu bone etas, q̃ pulcher q̃ decor? luna clarior: septies sole candentior, tu ecce inter hæc fleuisse narraris. Flebas tamen mortem quam non fecisti: excitatus amicorum lachrymis. Sed ad vocem suam prodijt mortuus. Quo exeunte, suspensis animis, qui curiosos oculos in antrum sollicitius prætendebant, venire foras, expauescenti formidine longius recurrebant. Videtur tecta facie, manibus vincularis. Quæ voces illic, qualis pressura videntium, q̃ curiosi spectatores, qualis in circuitibus præuenientium multitudo pendebat. Qui fletus; quæ gaudia, quale murmur: q̃ nouũ & cæleste miraculum. Si gaudium est in cælo de vno peccatore pœnitentiam agente: quale trepudiũ fiet super quatriduano eruto de ventre ceti? Ambro. Exi foras, Hoc est: delictum prode ore proprio antequã forte deprehendaris. Iosue. 7. Ore enim confessio fit ad salutem Rom. 10. Quod autem Iesus lachrymauit, Ideo facit: quia solam non patitur ecclesiam flere, suorum est excitare: faciet fortibus dixit, tollite lapidem, & soluite eum. Habebat autem Lazarum quatriduum: cuius caro iam olebat. Ille vero cuius caro non vidit corruptionem Psal. 15. triduo fuit in sepulchro. Statim igitur prodijt ligatis pedibus, & q̃ hoc superat omnem fidem: vt ligatis pedibus egrederetur, vt nec reptando prodiret, prodijt tamen dicens Ecce ego quia vocasti me. Ossa inquit arida audite verbum domini. Et hoc rursus mirabile: q̃ sermo Dei fiat ad ossa, quæ carent vita motu & sensu, Ezech. 37. Prodijt autem facie obuoluta sudario, quia rursus erat vita functurus. Dominus autem resurgens linteamina & sudarium in sepulchro reliquit, quia mors illi vltra non dominabitur. Rom. 6. Prodijt igitur Lazarus robusto ac vegeto corpore, sed cum toto ornatu funerali: vt ne vel hoc verterent in calumniam Momi illi omnium bonorum osores: q̃ viuus inclusus esset in sepulchro. Egressus est autem quasi de triclinio aliquo aut cœnaculo mistica autem vincula sunt sepulchralia. Iuxta Nebrissensem institæ vestes sunt, insignia castitatis. Vox autem Christi magna, iudicium erat magnæ potentiæ Christi. Alioqui non referebat vtrum altissime an submisse vocaret, qui vocat ea quæ non sunt perinde ac sint, vocat absentia, ac si adsint, sed quoniam multi peccatores abeunt a facie Dei in regionem longinquam: ad eos qui huius sunt clamat dominus Iesus voce magna, orans patrem pro illis & dicens. Pater ignosce illis. Lucæ. 23. Dixit eis Iesus. Soluite eum: & sinite abire. Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Iesus: crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad pharisæos: & dixerũt eis quæ fecit Iesus. Ne quid igitur deesset ad plenissimam fidem tanti miraculi, præcepit amicis vt soluerent & abire sinerent, vt motus ipse & expeditus incessus & aspectus lætior ostenderet hominem recte valere, cunctis interim in stuporem versis: ac dicentibus, omnia quæcunq̃ voluit fecit: in cælo & in terra. Sequitur conclusio de qua dictum est: infirmitas hæc, est ad exaltandum gloriam Dei. Multi ex Iudæis crediderunt in dominum Iesum Christum. Nec tamẽ dicit omnes. Ita dicit Paulus Alijs sumus odor vitæ ad vitam, his qui crediderunt, alijs odor mortis ad mortem, illis videlicet qui obstinato animo sicut venerant, ita reuersi sunt ad Pharisæos referentes tamen bona fide quæ viderant. Soluite eum libros de sententia excommu. A nobis est sæpe. Quomodo possit sacerdos proferre sententiam excõmunicationis pro illato damno: vide de officio iudicis. Si sacerdos in mortis articulo absolui potest qui non . . . ab omni sententia excommunicationis. Sed tamen si non adsit sacerdos: dubium est: quia post mortem potest absolui, de officio iudi. Pastoralis. paragraph. præterea. Item de sententia excõica a nobis est sæpe Potest enim & quis post mortem anathematizari, In de hæreticis. Si quis episcopus. Quin & hostiensis & Ioan Andreæ in cap. propositus de concessionibus præbendarum dicunt q̃ post mortem papa potest damnari de hæresi: quod grauius est: q̃ cum viuit: cum magis deferendum sit vita functo: qui causam suam tueri non potest. Et obserua: q̃ iudex excommunicatus: deposito officio, excommunicatus remanet. de immunitate ecclesiarum. Aduersus cõsules. De hoc autem quod dicit dominus solu . . . vide doctores no . . . 4 dist. 14. q. vltima in solutione argumentorũ, si ita quis dicas q̃ per sacramentum pœnitentiæ deleatur culpa, dico q̃ sic. Si opponas, q̃ dominus prius suscitauit Lazarum ad vitã q̃ eum traderet sacerdotibus vel apostolis soluendum, respondeo, reus obligatur debito pœnæ æternæ, quo vinculo soluto, obligãdus est ad pœnam temporalem prius autem suscitatur, q̃ soluatur a secũda obligatione. Et hoc mõ ad sacerdotes pertinet soluere, nõ simpliciter sed pro parte pœnæ quã possunt relaxare virtute clauiũ. Et hoc mõ Lazarus viuificatus a Christo, i. peccator a morte culpæ per gratiam resuscitatus; & solutus a carcere sepulchri, id est

Iaco. 1. / Chrysost. / Matth. 28. / Ambrosius / 3. Reg. 3. / Rom. 4. / Luc. 15. / Psal. 135. / 2. Cor. 2. / Ioan 11. / Excõicare

peccator solutus a debito pœnæ inferni, relinquitur discipulis soluendus ab instititi,. a pœnis tēporalibus, in quas commuratur pœna æterna: quas pœnas temporales potest sacerdos relaxare vel intendere, claue non errante. Si opponas ex Hierony. ꝙ sicut sacerdos legalis ostendebat leprosos mundatos, sic sacerdos Euangelicus se habet ad peccatores iustificatos: hoc est nihil aliud facere, ꝙ ostēdere eos mundatos: dico ꝙ verum est ꝙ ostēdit eos mundatos, facit tamen aliud quod non sacerdos legalis. Nam deus in lege veteri non dedit aliquam ceremoniam vel purificationem, cui ministrante ministro idoneo, assistat regulariter ad mundandum lepram corporalem. Dedit autem in lege noua aliquod sacramentum, cui ex pactione Dei regulariter assistit spiritus sanctus ad mundandum spiritualiter, nisi impediat obex contrariæ volūtatis. Habes autem compendio imaginem peccatoris pœnitentis hęc per ordinem. Primū amicus Dei erat. Secūdo infirmatur. Tertio dicitur dormire. Quarto mortuus est. Quinto sepelitur: ligatis manibus & pedibus, velato vultu. Sexto olet quatriduanus. Septimo adest dominus Iesus & lachrymatur & tollitur lapis: & clamat voce magna. 8. resurgit. 9. iubet solui. 10. iubet abire in domū, & fit gaudiū magnū i cęlo.

Hierony. — *Sūmarium* — *Lucæ. 15.* — P

Caput. vi. De consilio pontificum & pharisęorum contra dominum: Et de verbis Cayphę dicentis: expedit vnum mori pro populo. Multi in pascate colloquebantur de Iesu dicentes: quid putantis ꝙ non venit? Et ꝙ iam dederant pontifices mandatum: vt caperetur.

Ollegerunt ergo pontifices & pharisæi consilium · & dicebant. Quid facimus? Quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic: omnes credent in eum: & venient Romani: & tollent locū nostrum & gentem. Quia sic scriptum est: & impleri necesse erat. in consilium eorum non intret anima mea. Genes. 49. Ad litteram: Simeon & Leui vterini fratres cū expedita pastorum manu, patre non modo non autore, sed ne consulto quidem, prima noctis vigilia ciuitatem vino & epulis grauem ac sopore pressam inuadunt, tertia videlicet die a circuncisione eorum: quando grauissimus dolor vulnerum est. Ibi fœda cędes sine vllo ętatis aut sexus discrimine per vrbem magna parte noctis edita est. Indeq; egressi, sororem exemplo ciuilaris ad posteros memorabili receptam, ad patrem trahunt: vide totum caput Genes. 34. Hęc ad litteram de consilio inito a Simeon & Leui contra Sichen & Emor & ciuitatem eorum. Nicolaus. Quod Simeon & Leui cōsiliati fuerint primū de morte vel distractione Ioseph: sic probant Hebręi. Ruben non, quia nitebatur liberare eum de manibus eorum: & reddere patri suo. Genes. 37. Iudas non: quia ne occideretur ab eis: suasit vt venundaretur: dicens, caro & frater noster est. Similiter nec quattuor filij ancillarum, Dan, Nepthalim, Gad, Asser, quia isti reputabantur a cæteris filijs Iacob quasi serui, quia filij ancillarum, ideo isti non ausi fuissent hanc telam ordiri. Isachar & Zabulon cum essent natu minores, non præsumpsissent tantum scelus, sed inducti sunt a duobus videlicet Simeon & Leui. Ideo de his duobus loquitur Iacob: cum dicit: Simeon & Leui vasa iniquitatis. Ergo hic textus: in consilium eorum potest etiam exponi ad litteram de consilio inito cōtra sanctum Ioseph. Allegorice autem dicit glosa inter linealis: in cōsilium eorum, mortis videlicet Christi. Et quæ eos mouit causa congregandi concilium & cogitandi consilia quæ non potuerūt stabilire? In Ioseph, somnia quæ eis exponebat: & quia a patre plus amabatur. Et quia ipse bonus erat, & quia fecerat ei pater tunicam polymitam. Et quia retulit patri crimen eorum pessimum. Et nonne vendiderunt: ne eum adorarēt? Ita est. Tamen volentes vel inuiti adorauerunt eum, Genes. 42. In Christo aūt causa cōgregandi concilij illa fuit. Annunciauerunt quidam ex ijs qui interfuerant Lazaro excitato Pharisæis dicentes: Christum dominum rem profanam fecisse, vt qui imperauerit: vt effoderetur sepultus. id autem prorsus impiū apud omnes Gentes. Sæpe igitur consiliati sunt isti senes inueterati, primum vt dominum apprehenderent. Ioan. 7. dicentes: Ecce somniator venit. Genes. 37. Secundo vt vnus moreretur pro populo. Tertio ne fieret die festo. Quarto, quid fiet de 30. Argenteis. Matth. 27. Quinto vt occluderent pecunia ora militum. Matth. 28. Nunc autem de secundo concilio tractandum est: in quo inconsiliati sunt omnes quorum intererat adesse. Quid inquit facimus? Tullius pri. de officijs, parua sunt arma foris, nisi consilium sit domi. Et enim magnæ res non viribus & armis, sed consilio & autoritate geruntur, quæ maxime vigent in senibus. Si quis enim dicat; senes nihil agere cum regunt (quid si euertunt: & nauim recta in syllam ducūt?) rempublicā, similis ei erit qui dicit: Gubernatorem in nauigando nihil agere: cum alij malos scandant: alij per fores cursitent: alij sentinam exhauriant: ille autem (cum Matra) clauum tenens, sedeat in puppi quietus, nec faciat ea quæ iuniores, facit tamen multo maiora & meliora. Hoc significauit, Iosue, 6. Præcepit Deus Iosue vt viri bellatores circumirent ciuitatem Hiericho sex diebus semel singulis diebus. Septima autem die iubentur sacerdotes accipere tubas, & præcedere arcam Dei, & circumire ciuitatem septies simul cum populo. Et cum vox tubæ sacerdotalis insonuerit in auribus populi; tunc & populus conclamet vociferatione maxima: sicq; corruent muri Hiericho. Sunt igitur vires in populo ad committendum bellum, quando autem committendum est (omnia enim tempus habent) senes sunt consulendi. Hoc quia non seruauit Roboam: cito dissipauit regnum patris sui. Plutarchus. Omnia hominis membra olim aduersus ventrem conspirasse ferunt: Eumq; ꝙ solus nihil impartiens, ociosus in corpore sederet in causa esse, cum interea cætera ad eius explendos appetitus, & labores maximos & ministeria perferant. Eorum vero saturitatem ventrem irrisisse: Ignorare autem; quod cum in se vniuersum suscipiat nutrimentum, cæteris tamen a se distributum rursus emittat. Eadem inquit rursus pro vobis ratio senatus est.

Gene. 39. — *Nicolaus.* — G — H — *Allegoricę* — *Psal. 20.* — I — *Tullius.* — *Figura.* — K — *Plutarch.*

Quæ

Quæ enim prodebita rerum dispensatione apud eum consilia sunt, nobis omnibus ac nostro vsui & emolumento refert atque distribuit. Isti autem senes famosi impietate malicia annosi vt illi aiunt, quidem rei publicæ præse ferebant, sua tamen quærebant non quæ Iesu Christi, sicut dicetur. Aperiamus id altero exemplo festiuiore. Narratur de quodam serpente: cuius aliquando caudam ferunt aduersus caput seditione facta, petisse vt sibi vicissim quandoque ducem reliqui corporis esse liceret: neque semper caput ouem sequi cogeretur. Igitur accepta ducendi potestate: fiebat vt & ipsa sine intuitu sese mouens, grauiter offenderet & caput insuper quod cæcum suidumque ducem præter naturæ institutum sequebatur: in eandem secu perniciem traheret. Si enim cæcus cecũ ducat: ambo, &c. Matth. 15. Hic autem (malum magnum). cæcus dux oculatum caput præibat. Bene ergo isti qui videbantur tegere rempublicã (præibant enim cæteros autoritate) concilium cogunt, vt tãto malo obuiẽrut; antequam tam præsens venenum serpat in vulgus: & omnes credant in Iesum. Quod si fiat: venturos Romanos in confesso est: qui ciuitatem funditus subruant: ciues

A ad vnum omnes trucident. Et quibuscum consiliari sacerdotes capita populi sine cerebro? Cũ Pharisæis gente sanctitate famosa. Vnde iuxta Prouerbium, lepram scabiem vnus alteri affricuerũt: sicut habes Dan. 13. de capulatis senibus insanientibus in Susannã. Aelius Spartianus. Adrianus in balneo veteranum quempiam seruuli penuria sese marmoribus affricantem, eum & seruulis aliquot & sumptibus donauit. Quod reliqui veterani fœliciter cessisse videntes: cœperunt & ipsi complures sub oculis imperatoris sese marmoribus affricare, vt hoc modo principis elicerent benignitatẽ. At ille euocatis senibus iussit vt alius aliũ vicissim defricarent, atque ita pueris nihil opus fore. Quia iuxta aliud Prouerbium & re comprobatum est, mutuo muli scabunt. Legimus autẽ de Achitophel quod suspenderit se, quia non sequutus est Absalon decretum consilij sui contra sanctũ Dauid. Iudas autem ideo suspendit se: quia consilium malũ exitum inuenit. Matth. 27 Malum enim consilium recidet super caput consiliantis. Nam venerunt Romani: & tollerunt locum eorum & Gentem. August. Temporalia amittere timuerunt, æterna non cogitauerunt & vtraque perdiderunt: electi de sedibus suis atque vtinã nõ in tenebras exteriores. Matth 22. Adhæc Bernar. Epistola 89. Insipientiæ meæ semper suspectam habens temeritatem, cũ non fit quod fieri laudo, nec audeo nec debeo indignari: desiderans quẽ quam consultius agere quam a me accepetit. Quoties vero mea sentẽtia eligitur, ac tenetur, graui fateor onere premi sentio: ter finem semper pauidus & nunquam securus expectans. Nobis quidem bene consiliati suot senes isti: & nunquam melius consiliatum est, nec consiliabitur: quod expedit dominum Iesum Christum mori pro populo. Cæterum si viscera eorum perpendas, in consilium eorum non intret anima mea. Vere ergo dixit. Iesus Ecclesi. 27. Facienti inquissimum consilium, super ipsum deuoluitur. Leonem vt fertur ob senectam ægrotantem, & ea causa suo in lustro continentẽ sese cætera quidem animantia officij gratia visebant regem suum excepta vulpe. Lupus nactum opportunitatem accusauit vulpem læsæ Maiestatis, quæ pro nihilo haberet eum penes quẽ rerum erat summa. Interea interuenit in lupi fabula vulpes, & extremam sermonis partem audiuit. Ita que Leo visa vulpe, protinus aduersus eam infremuit. Illa postulato ad purgandum sese spacio, & quis inquit omnium qui huc conuenerũt tantum tibi profuit quantum ego: quæ quoquo versum circuncursitaui, tibique morbi remedium a medicis reperi? Dum que Leo protinus edixisset vt remedium aperiret: si viuum inquit lupum excories: & illius pellem induas, conualesces. Leo credulus lupum exuit: & se ipsum induit. Quo facto: risit astuta vulpes caluminatoris malum consiliũ in ipsius recidisse cap. Inuenta est inquit dominus coniuratio in viris Iuda. Hiere. 11. Hierony. proprie hoc verbo scriptura abutitur: quando non subito fortuitoque peccato: sed paratis insidijs & coniuratione, hoc est consilio inito tenditur ad delictum, & pari mente vnoque studio conueniunt aduersum Christum domini. Sed inuidia cæca est: nec aliud nouit quam fœlicitatem insectari. Dabo inquit dominus pueros principes eorum. Esai. 3. Hierony. Roboam. 40. annorum subuertit regnũ, sequutus consilia iuuenum. Salomon annorum. 12. iusticia suffulsit regnũ, quia habuit latitudinem cordis: sicut arenam maris. Dictum est Danieli puero a senioribus populi: sede in medio nostrum: quia tibi dedit deus honorem senectutis Et quis est honor qui senectuti debetur, vt sedeat in medio: & dicat ex sentẽtia.

D Collegerunt ergo sacerdotes concilium, & tractare cœperunt rem tenera admodum arduam indignã tantis Catonibus, tantis Nebulonibus. Quid enim cum salute reipublicæ Christianæ, qui hostes erant salutis humanæ tauenum sacerdotum intererat, aut sua referebat tractare de effundendo sanguine humano? Taceo enim nunc quod ille homo iustus erat, erat deus. Athenienses publicatis Alcibiadis bonis. Eoque absente dãnato, ne aliquid quod aduersus illum fieri posset inactum relinquerent, decreuerũt vt omnes misistri ministræque sacrorum Alcibiadem veluti impium ac nefandum hominem execrarentur, Earum vnã decreto populi imperioque neglecto, dixisse aiunt: supplicationum ad se, non execrationũ officia pertinere. Et si superis placet sacerdotes Dei quibus lege cauetur, ne ad mortuũ quidem ingrediantur: hodie coacto cõcilio de morte iusti decernunt qui de populo tam optime meritus fuerat, cũ fœmina illa nunquam induci potuerit, vt execraretur Alcibiadem. Deni que Exo. 18. ita legimus. Sedit Moses vt iudicaret populum a mane vsque ad vesperã. Et ait ad illũ cognatus suus. Quid est quod facis in plebe? Cur solus sedes, &c. Et Moses.

E Venit ad me popolus quærens sententiã Dei. Et socer Non bonã rem facis, stulto labore consumeris, vltra vires tuas est negotium, Solus illud non poteris sustinere. Sequitur, audi consilia mea, & dominus erit tecum. tum enim licet ego asina illa Balaã, sitis amicus Dei quo cũ deus loquitur ore ad os: sis deus Pharaonis: sis princeps populi tui: sim ego hõ ex lex & paganus, sim cæcus licet: audi tamẽ cõsiliũ meũ: sum enim senex, sum & pater tuus lege vxoria quia filiã meã duxisti, Stulto inque labore cõsumeris: & duo vis fungi officio Marthæ & Mariæ: neutrũ imples ministeriũ. Ad benedicẽdũ cõducti es noli maledicere. Et illud ex opposituo. Nõ est tui officij ozia vt adoleas incẽsum, (sed erat rex, omnia aũt reges ibus licet de facto)

Philip. 2. Analogia Prouerb. 2. Reg. 17. Prouerb. Bernard. Gene. 47. Hierony. Hierony. 3. Reg. 12. Alcibiad. Leui. 21. Num. 22. Num. 12. Exod. 7. Lucæ. 10. Figura. Num. 23.

sed sacerdotum, qui consecrati sunt. 2. Paral. 26. Ergo Moses vltra vires tuas (si licet Atlas alter) imponis tibi onus: idq; cum detrimento populi, Atlas cælum hospitio suscepit. Deprehensus autem q illi struxisset insidias, præceps datus est in mare. Et is fingitur cælum humeris & vertice sustinere, dicitur prouerbium de ijs qui sese magnis & molestis inuoluunt negotijs: ipsiq; sibi malum accersunt. Tu igitur Moses audi consilium meum. Esto tu populo (audite sacerdotes Dei) In his quæ sunt ad deum: sunt ad deum: in his quæ sunt ad deum, vt ostendas populo viam per quam ingredi debeant: (quid si sacerdotes sunt cæci & claudi?) Et ritum colendi deum. Prouide autem de plebe viros sapientes: & timentes deum: in quibus sit veritas: & qui oderint auaritiã: qui impleant officiũ Matthæi: & si res fert tractẽt de morte iusti Ioseph: Iusti Naboth: iusti Stephani iusti Iesu Christi. Vos autẽ qui sacerdotes estis: quo iure cũ Pharisæis de morte iusti confertis. Quid inquiunt facimus? Hic hõ (nec nominant eũ; non enim sustinebant audire nomẽ Iesu: adeo inuidiæ flammis ardebant) multa signa facit. Quid ergo? Credamus. Absit vicerit q̃ cassi sunt conatus nostri. & quomodo nihil proficimus; cum homo iste se ipsum quotidie vincat in edendis miraculis. Totus mundus post eum vadit. O amentem cæcitatem. Vtinam vel decima pars Iudæorum doctrinæ suæ fuerint obsequens. Totus inquiunt mundus. Videbant vnde conuerti debuerant: illi autem ex inde peruersiores fiebant. Quærebant de terra suffere: quem cernebant quatriduanos suscitare. Itaq; collegerunt concilium. Astiterunt autem in simul & rectores tenebrarum. Nam si ad euertendum vnius Iob domum & perdendam substantiã & filios, non vnus aut decem venerunt dæmones: sed quotquot erant in orbe iuxta Originem factis cornibus tribus, conuenerunt in vnum: festinantes vt quilibet eorum priores partes occuparet in illa tragœdia: quomodo non opinamur & hic omnes affuisse vt perderent de terra memoriam eius: qui venerat ante tempus (vt ipsis videbatur) vt eos perderet? Itaq; ineunt consiliũ præsidente principe tenebrarum harum: & proponitur quæstio admodum ardua & nullum vt videtur exitum habens: ea est: quid faciendum sit: ne omnes credant in dominum Iesum. Hanc propositionem non homo sed ore hominis satanas proposuit: qui vult omnes homines secum trahere in interitum. Nam sacerdotes Cayphas & cæteri nihil aliud volebant q̃ tueri iura sua, & vocari ab hominibus rabbi. Si eum inquiunt dimittimus: omnes credunt in eum. Et præcauentes in futurum: & tacti dolore cordis: ne perderent regnũ & sacerdotia quæ a Romanis numerata pecunia quot annis redimebant. Quid inquiunt facimus. Si inquiunt omnes credunt in eum: suscipient, quasi ipse sit verus rex & Messias in lege promissus. Id si fiat: & fama facti Romanorum perculerit aures: Iudæos deserto Cæsare: si qui suum nouum regem: qui non ignorant gentem Iudaicam iam olim regem suum expectare: qui regnet sicut Salomon: venient: & sæuient armis in nos: & nobis occisis: ponent Hierusalem in pomorum custodiam & in aceruos lapidum: aut locum nostrum tradent prophanis Gentibus. Quid igitur facimus: vt tanto obuiemus malo? Quo sternimus? Cæterũ sicut dicit Tullius: quæstui habere rem publicam crimen est nefarium. Et id quando fit? Quando nunquam inter sunt concilio populi rectores: nisi si quando vertitur causa de morte Iesu: de sortiendis vestimentis eius, de emendo eo a Iuda. Quando enim Ioseph venit, omnes fratres aderant quos interpreciũ diuisum est. Patri autem tunica lacera cessit tincta sanguine: tanti parricidij testis & argumentum. Quid facimus inquiunt. Nullum non mouerunt lapidem, vt iustum morti traderent: qui vsq; adeo omnem frõtem posuerant, vt eidem assisterent in cruce pendenti, timentes, ne quo quomodo elaberetur præda e manibus eorum, idq; cum hora esset nona. Interea cum scinderetur incertum studia in contraria vulgus. 1. Consiliarium multitudo (erit enim sicut populus sic & sacerdos) capita videlicet sine cerebro. Vnus ex ipsis Cayphas nomine: cum esset pontifex anni illius: dixit illis. Vos nescitis quicq̃ neq; cogitatis, q̃ expedit vobis vt vnus moriatur pro populo: Et non tota gens pereat. Distinctio. 20 cap. Decretales. Hoc autem a semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius: prophetauit q̃ Iesus moriturus erat pro gente. Et non tantum pro gẽte, sed vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerunt Græce. synebulensanto: consultabant vt interficerent eum. 1. q. 1. cap. dictum est a domino. Iste ergo Cayphas qui timebat: ne si agnitus fuisset verus pastor & verus pontifex: ipse velut antichristi imago pelleretur sede sua: carpit cæteros tanq̃ ignauos desides & socordes & qui rem nõ perpenderent, vel cæcis notam. expedite summe, mori vnum hominem, vnum hircum, vnum arietem, vnum passerem, vnam vaccã rufam pro populo: immolare vnum agnum in vespera paschæ, vt tota gens liberetur e donetur. Exod. 12. Vnum Ionam submergi: vt pœnitentia gentibus prædicetur Ioniæ. 3. Dicit autem S. Thomas. 4. 1. dist. 19. q̃ Cayphas habuit inspirationem adeo: quam tamen male intellexit. Dicam ego: q̃ in ore Cayphæ erat spiritus sanctus: in corde autem eius spiritus blasphemiæ: inuidiæ furoris, & parricidij. In petro autem per oppositum dicimus, quando enim dixit, Nõ noui hominem, spiritus blasphemiæ erat in ore suo: spiritus timoris seruilis: spiritus infidelitatis: cæterum corde credebat in Christum. Iste igitur sacerdos simea purpurata, quoniam diutius sederat in cathedra pestilentiæ: & rem vt dicitur sæpe palpauerat, cum iuxta q̃ sacerdos erat (idolũ verius) cæteris videretur sanctior: omnis sua impietate præibat: vnde increpat illorum ignauiam, qui lentis consilijs adhuc deliberarent de morte Iesu, cum reuera omniũ referat, vt q̃ primũ tollatur e medio, siue sit iustus: siue sit Dei filius: siue vera edat miracula siue falsa, omnino expedit vnũ hunc hominem mori ne tota, &c. Quia ferendis peccatis totius populi, imo totius mũdi hic homo hic caper solus sufficit. Leui. cap. 16. Re opitulandum est inquit iuxta prouerbium, non verbis. Hæc dixit Cayphas interpres principis tenebrarum: quia inter cæcos vt dicitur, regnat strabus: inter indoctos qui semidoctus est, oculatissimus habetur, & doctissimus. Itaq; expedit vt vacca vna ætatis integræ (magnũ sacramentum) immoletur. Quare ætatis integræ: vt possit ferre super se onus lignorũ quod asina,

Marginalia: Prouerb. — Origenes. — Matth. 5. — Matth. 25. — Genes. 6. — Psal. 78. — Tullius. — Genes. 37. — Esai. 24. — S. Thom. — Lucæ. 22. — Num. 19. — F — G — H — I — K

asina.i.Ecclesia. Ex Iudæis & gẽtibus cõgregata portauerat vsq; ad radices montis. Genes.22 Habes igitur in mysterio hircum vnum: Cuius sanguine corda nostra adamantina licet: mollescant velut carnea, & deleantur characteres peccatorum, de quibus Hiere 17. Peccatum Iuda scriptum est in vngue adamãtino stillo ferreo: super latitudinẽ cordis eorum: pro vngue adamantino Hebraice est samir: non quo vllus vnguis sit qui appelletur samir, sed quo lapis adamantinus ex eo q indomitus sit & infrãgibilis: hoc nomen accipit: tantum nitorem habeat & læuitatẽ: vt absq; vllo impedimento in eo scribi possit stillo ferreo, vt dura ferri materies scribat in duriori tabula adamantina, & duret quod scriptum est in perpetuũ: ipsi enim dixerunt, sanguinis eius super nos & super liberos nostros. Habes alterum hircũ qui peccata sup se ferat in locum desertum. Et requirendum est, si res magnum non continebat sacramentũ, quid referebat sortes mittere super duos hircos? Diceret enim simpliciter legislator, accipe duos hircos, alterum immola, super caput alterius peccata confitere populi, &c. Sed Ionas primũ per sortes comprehensus, secũdo ipse se ipsum prodidit. Esai.53 cap. vide & Prouer. cap.16. Habes ergo vaccam rufam quæ subeat onus lignorum, ligni fœni & stipularum, in quibus arsit illa (caro videlicet Christi,) ne nos arderemus apud inferos. Vacca autem hæc extra ciuitatem immolatur in loco qui dicitur Golgotha pro peccato totius mundi: cuius cineres.i. memoria mortis suæ seruari iubeatur in custodiam & in aquam aspersionis filijs Israel. Vide textum. Num.19. Attingamus autẽ paululum de Isaac: quia expedit vt vnus aries immoletur ne gens Iudæorum intereat: quæ erat seminaliter in lumbis Isaac. Tolle filium tuum Origenes. Non sufficit vt diceret, tolle filium tuum, sed adiecit charissimũ, adiecit & nomen Isaac, vt vertatur risus in mærorem: sic his omnibus repetitis, patris suscitantur affectus. Adhuc autem & ad immolandum filium paterno dextra retardatur, vt aduersus fidem animi tota carnis militia repugnaret. Vade inquit in terrã excelsam. Omitto nunc quid sacramenti contineat dies tertia, sapientiam & consilium tentantis intuear. Sic in proximo non erat mons aliquis, cum totum ageretur in montibus, sed per triduum iter protenditur, vt per triduum recursantibus curis: paterna viscera quatiantur, vt omni hoc spacio tam prolixo intueretur filium pater: cibum cum eo sumeret, tot noctibus penderet in amplexu eius: sic spacium certaminis accipit fides & amor: amor Dei & affectus carnis. Tertia die videt locum procul. Et reuera vna die confici poterat totũ iter. Locus enim Bersabee videlicet vbi morabatur Abraam: octo leucis vel miliaribus.4. & viginti abest a monte moria: de quo vide.2. Parali.3. Dicit autem Abulens. q columna ignis ardente super montem, agnouit Abraam eum esse locum holocausti. Dicunt Hæbrei q cum Abraam duceret vnigenitum ad immolandum: visus est ei satan dicens. Quo properas senex insipiens? a quo seductus es: vt occidas eũ: in quo tibi deus promisit filios sicut stellas & arenam? dicit autem & Abulensis; q preeligeret Abraam mori potius; q vnigenitum suis occidere manibus. Expectate hic cum asino. Dic mihi Abraam: verum dicis ad iuuenes: postq adorauerimus, reuertemur, an fallis? Si verum dicis, non facies holocaustum: Expedit autem vnum mori, fallere autem non decet tantum patriarcham. Sed verum dico, q in holocaustum eum offero. Ideo enim porto gladium & ignem & ipse ligna: & cum ipso redeo ad vos. Fides enim mea hæc est (Hebræi.11.) q a mortuis potens est Deus suscitare illum: etiam in cinerem versum cadauer. Sed vtraq; hæc videlicet immolari, & resurgere idq; tertia die: & portare super se ligna illi seruabantur de quo dicitur; Expedit vt vnus moriatur, sed & illud perpende: q portare ligna ad altare sacerdotũ est; Leui.6. Sic fit sacerdos qui erat & hostia. Pater mi vbi est victima? Quomodo enim putas immolãdus Isaac per hanc vocem viscera paterna concussit? Quomodo anima senis non euolauit a corpore? Non enim quoniam prompte paruit, existimare debes sine dolore ista sustinuisse. Licet enim milies iustus esset; erat tamen homo & pater, & naturæ iura gerebat. Veruntamen nihil horum eum prostrauit sed stabat tanq generosus Athleta. Quid inquit vis fili? Nam quãuis rigidior esset pro fide; reddidit tamen affectionis vocẽ dicens, quid vis fili? Vbi est victima? De præsenti inquit non adest, Deus tamen prouidebit sibi ouẽ in victimam. dicens autem, porro videbit, cum filium haberet coram: nescio quid & ipse porro videbat in spiritu, vidit autem: quia desiderauit videre diem meum. Ioan.8. Sed venitur ad causam. extruitur altare: cõponit Abraam ligna: & desuper filium colligat, nihil reluctantem, robustũ alias atq; ætate perfecta: forte annorum.35. Multi estis patris in ecclesia Dei: qui hæc auditis, putas aliquis vestrũ ex ipsa. Historiæ narratione tantum constantiæ robur acquirit, vt cum forte amittitur filius morte communi & omnibus debita. Etiam si nõ sit vnicus & dilectus: adducat sibi in exemplum Abraam: & magnanimitatem eius ob oculos ponat? Et quidem a te non istud exigitur animi robur, vt filium alliges, &c. Sed saltem dic cum beato Iob: Dominus dedit, dominus abstulit. Per memet ipsum iuraui. Vide liberalitatem Dei. Tu non pepercisti vnigenito tuo propter me, & ego non parcam vnigenito meo propter vos; sed a modo etiam habeo sententiam Cayphæ dicentis: vnus moriatur. Ambrosius. Requires quare deus in Abraam nõ permisit sacrificium Isaac, permisit vero in Iephthe? Primum quod Abraæ præcepit: id ipsum ipse reuocauit; in Iephthe ipse impleuit: quod promisit deinde in Abraam oraculum significauit, quid ad præsens facio, & in reliquum conuitneret exemplo. Vbi itaq; iam præcessit exemplum: necessarium non iudicauit oraculum: cum facti forma veteris quid fieri oporteret ostenderit. Denique Iephthe doluit: filia fleuit, audita verbis patris, duorũ autem mensium obtenta licentia, vt virginitatem fleret: his expletis, nec fletus æqualiũ mouit puellam, nec dolor flexit, nec dies præterijt: sed rediit ad patrem; quasi ad votum rediret. & voluntate propria cunctantem impulit vt fieret præsens sacrificium licet non secundum sententiam. Cæterum Abraam non doluit nec consuluit parentis affectum, sed illico maturauit obsequium. Non dubitauit Isaac: non fleuit cum ligaretur, non dilationem poposcit: cũ offerretur, & ideo misericordia largior: quia fides promptior. Itaq; & merita disparia in Abraam & Iephthe. Hoc autem a se meipso non dixit: Sed cũ

OO v esset pon-

Margin notes: A, B, C, D, E; Hierony. Matth.27. 1.Corin.5. Ioan.11. Origenes. Figura. Abulensis. idem. Iob.1. Ambrosi9 Iudi.11. Figura. Genesi.22. Num.22.

esset pontifex: cum esset asina Balaam, aperuit dominus os eius: non quia Cayphas, sed quia sacerdos, simia in purpura, & paries dealbatus (Actu. 23.) miscens profana diuinis. Pontifex igitur erat: creatus decreto reginæ pecuniæ in verum vicarium Antichristi. Ponamus electionem cuiusdã vicarij Iesu Christi.

Electio.

Gregorius septimus est: cuius forma electionis hæc est. Nos sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales: clerici acolyti subdiaconi presbyteri: præsentibus episcopis, abbatibus, multisq; cum ecclesiasticis tum laici ordinis eligimus hodie decimo calen. Maij in Basilica. S. Petri ad vincula anno salutis. 1072 In verum Christi vicarium Hildebrandum Archidiaconum. Virum multæ doctrinæ magnæ pietatis: prudentiæ iusticiæ, constantiæ religionis, modestum sobrium continentem: domum suam recte gubernantem pauperibus hospitalem: ingenuo sanctæ matris ecclesiæ libere a teneris annis vsq; ad hanc ætatem educatum. Quem quidem ea potestate ecclesiæ Dei præesse volumus: qua Petrus Dei mandato quondam præfuit. Et ille per hæc pontifex declaratus: se Gregorium dixit.

Paschalis.

Pascalis pontifex statim a sua creatione equo albo vectus ad lateranensem ædem: in eius atrio Baltheo succinctus est. Vnde septenæ claues septenaq; pendebant sigilla, per quæ septem ecclesiæ figurantur, quibus septifariam almi spiritus præesset gratia, cum potestate claudendi, signandi: aperiendi, recludendi. Inuisit & loca solis pontificibus adiudicata, pontificum gerens sceptrum, Paucis inde diebus in vaticana apostoli basilica chrysmate inunctus est: vnde reuersus: coronam in vrbe de more accepit.

Augusti.

Ad hæc Augu. Sic Nabecodonosor non merito suo, sed ordinis merito regalis vidit quartũ similem filio Dei: Daniel. 3. Ita & Dauid Christum dominum appellauit Saulem: quãdo iam reprobatus erat a regno. 1. Reg. 15. Sic Pharao vidit somnia, sic & Cayphas prophetauit quia erat pontifex.

Hierony.

Quod autem Saul legitur propheteasse: Hieronymus exponit, more arrepticiorum: Et prophetasse suum hoc loco non est aliud intelligendum: nisi aliena retulisse. Itaq; Cayphas a se ipso non dixit: sicut neq; Pilatus, quando dixit, quod scripsi scripsi, Ioan. 19.

Historia.

Lacedæmone Demosteoes quidam in senatu autor fuit sententiæ satis salutaris & rei de qua agebatur satis idoneæ: ad quam repudiãdam pro indignitate autoris visus est senatus propensior. Proinde ephori alium ex senioribus delegerunt, cui id negotij sententiæ dicendæ demandarunt tanq; ex vase sordido liquorem transfundentes in aliud honestius & mundius: quo multitudini acceptior fieret, tantum momenti in rebus publicis probitatis opinio possidet. Hoc idem fecit cum ecclesiastica republica Ioannes Euangelista dicens, Hoc a se ipso non dixit. Absit enim vt ex ore amaruleto & mendaci procederet verbum veritatis tam necessariæ reparationi humanæ salutis, vt vnus moriatur amã. Ne intereat Gens Iudæorum: vnus Iesus Christus ne tota gens pereat

Ester. 7.

Dei filiorum de his filijs dictum est Ioan. 10. Ibi: alias oues habeo, &c. Prophetauit igitur, q; Iesus moriturus erat non tantum pro Gente Iudaica; sed vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnum de his dicetur Math. 21. Ibi: benedictus qui venit. Ab illo ergo die consultabant destinato vt interficerent eum.

Theophy.

Quia iuxta Prouerbium mortui non mordent. Natum putat Prouerbium ex verbis Theodori Chij qui fuit Ptolomæi regis præceptor. Hic enim in consiliũ ascitus, cum deliberaretur: vtrum Pompeius ab Aegypto repellendus esset: an admittendus: censuit receptum occidendum: subijciens: mortuos non mordere. Ita vnius sententia omnium calculis comprobata est. Theophyl. Manifestum q; ab illo die sententiam confirmarunt. Et ante quidem cædem eius meditabantur: sed remissius: & quæstio magis erat q; sententia: nunc autem posuerunt iudicium & firma sententia, sed scriptum est: qui apprehendit sapientes in astucia eorum Iob. 5. Grego. lib. Mo. 6 cap. 12.

Gregorius

Ioseph ideo a fratribus venditus est: ne iuxta somnium quod illis duplex exposuerat; ab eis adoraretur, Genes. 37 Sed ideo est adoratus quia vẽditus. Astute nanq; aliquid agere ausi sunt: vt dei consilium mutaretur. Sed diuino iudicio quod declinare conati sunt tenendo seruierunt. Sic Saul dum Dauid subiectum quotidiano succrescere virtutum successu videret: suam ei in coniugio filiam spondet. atq; in eius dotem centum dari ab eo philistinorum præputia petijt: vt cum prouocatus miles vltra se excrescere quæreret: inimicorũ gladio occũberet, Sed Dauid dispositionis intimæ fauore roboratus: centum se dare perhibuit: & ducenta præputia reportauit. ita Saul vnde succrescentis militis vitam se extincturum credidit: virtutis eius gloriam inde cumulauit

1. Reg. 18.

Sabellicus

Sabellicus centum purpuria vel ducenta: totidem philistinorum capita exponit, Subijciamus orationẽ Ionathæ ad Saulem patrem pro Dauid amico suo. in hũc qui te diro morbo seruauit: philistæum prostrauit: tuũ regnũ stabiliuit: Qui ob eximiam indolem gener est tibi nuper ascitus, sæuire potes pater! De huius cæde & interitu cogitare! Flexeruut malos dæmones huius cantus: te quẽ a morte seruarunt flectere non poterunt! Pepetit Hebraico nomini ocium & quietem vt ipse inter suos tutus esse non posset! duxit filiam in vxorem tuam: vt velut hostia aris admoueretur! Me miserum; quæ ingratitudo hæc! Quæ perfidia! Quæro te per omnia iura quæ natos parentibus obstringunt oro pater atq; obtestor; ne regiam domum tam infanda cæde polluat: neq; te progeniemq; tuam inexpiabili flagitio astringas. Sed aspidi surdæ narrabat fabulam Ionathas.

1. Reg. 16.

1. Reg. 17.

Figura.

Sic Ionas prudenter sapere voluit: cum ad prædicandum Niniuitis pœnitentiam missus; quia electis gentibus: Iudæam deserui timuit: alio diuertit. Nauem conscendit: fugam adornat: sed protinus tempestas exoritur: sors mittitur, Ionas deprehenditur: in mari proijcitur: ceto sorbente repente deuoratur atq; illo gestante eo peruenit: quo ire sponte contempsit. Sic & Ionas comprehensus est in astucia sua. Ab illo ergo die ab omnibus in sententiam Cayphæ pedibus itum est. Verum quoniam nondum venerat eius qui operatur omnia cum consilio voluntatis suæ, Ephe. 1. Iesus iam non in palam ambulabat apud iudæos sed abijt (Abijt Iherusalem, a bethania) in regionem iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur effræm: & ibi morabatur cum discipulis suis, proximum autem erat pascha iudæorum: & ascenderũt multi hierosolymam de regione, ante pascha: vt sanctificarent se ipsos. Quærebant ergo Iesum: & colloquebantur ad inuicem in templo stantes.

Quid

Quid videtur vobis: quod non venit ad diem festum istum? Dederant autem pontifices & Pharisæi mandatum: vt si quis cognouerit vbi sit: Indicet: vt apprehendant eum. Ne nobis id nouum videatur: quod non semel audiuimus ex euangelio. Iesus duorum vix mensium, iubetur deduci in Aegyptum, deinde transiens per medium Samaritanorum: elusit conatus eorum. Lucæ. 4. Rursus cum vellent illum Iudæi lapidare: abscondit se & exiuit de templo. Ita & nunc cum per spiritum suum scrutans corda dominus Iesus, sciret diffinitum esse apud senatus consultum Iudæorum vt ipse quouis modo tolleretur de medio (vnum enim virum tu quæris, & eo sublato, omnis populus erit in pace. 2. Reg. 17.) Iam non palam conuersabatur: ne irritaret & suscitaret occipedes illos: quos vis regulo nocētiores. Ita dixit & Dauid. Aliquando incidam in manus Saul. 1. Reg. 27. Nonne melius est: vt fugiam & saluer in terra philistinorum? Quod ergo Dauid apud Iudæos de vita periclitabatur, & apud gentes cōuersabatur libere, hoc significauit iuxta mysterium dominus; qui a Iudæa fugiens: abijt in ciuitatem effræm, quæ est iuxta desertum. Nomine aūt deserti gentes significari, alias sæpe diximus. Cum autem instaret dies paschæ de quo. Exod. cap. 12. multi iuxta quod lex præcipit. Exo. 23. Ter in anno apparebit omne masculinum coram domino Deo tuo ascenderunt Hierosolymam ante pascha, vt ieiunijs & orationibus sanctificarent semetipsos, id est puriores redderentur, vt pascha suū legitime celebrarent. Verūtamen quāti faciat deus solennitates Iudæorum qui scire velit, legat Esai. cap. 1. & cap. 66. Odiui ea inquit, facta sunt mihi molesta: laboraui sustinens. Et si requiras quare? Quia manus vestræ plenæ sunt sanguine. Vnde plenæ sanguine? Soluto concilio, & dato mandato a sacerdotibus, vt si quis cognouerit vbi sit Christus: sub pœna læsæ Maiestatis sacræ renuntient id principibus sacerdotum, vt apprehendant eum, velut reipub. Iudaicæ hostē, & pestē, & sic proficiscuntur in templū: vt offerant Deo suillum sanguinē, cerebrum canis: vt interficiant virum iuxta cor Dei. Esai. 66. Hæc de capitibus populi languidis de cordibus liuore mærentibus. Quid de corpore, i. pedibus reipublicæ? Qui ascenderant: vt sanctificarētur: quærebant Iesum, vtique vt eum proderent principibus sacerdotum, inituri non paruam gratiam apud illos: quorum vox illa est. Non est qui doleat vicem nostram, & renuntiet nobis, vbi sit filius Iessæ. [1. Reg. 22.] Quærebant igitur eum: dicentes Quid putatis causæ est, quod non venit ad diem festum? Ita obliti sanctificationis suæ execrabilis, de morte iusti conferebant isti boni Iudæi Zelatores Mosaicæ legis, quæ iam soluerat ossium suum, & erat e medio. [Rom. 12.] Cessit igitur pacificus Salomon iræ & furori inimicorū pertinaci, vincens in bono malum: quia iuxta Augustinum, illorum tantum est desperanda correctio contra quos habemus occultam luctam, cæterorum nullius desperanda, quia in eo quod aliquis malus est (etiam si sit Manasses, Saulus aut Cain) vtrum vsque in finem perseueraturus sit nescimus. [Augusti.] Et plerumque cum videmur hostem odire, fratrem odimus nescientes. Congregemus super eos carbones charitatis, vt quomodo de altari a Seraph sumptus calculus, labia Esaiæ mundauit: sic peccata inimicorum Christi purgentur, & ipsi emolliantur, & ad pœnitētiam liquefiant, quia vere nolo mortem peccatoris, sed vt resipiscat & viuat. Ezech. 18. [Esai. 6.]

[A] [B] [C]

Caput. vij. Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas, &c. Sequitur de decem leprosis, qui stātes a longe misericordiam a domino: e quibus mundatis vnus tantum reuersus est ad dominum cum gratiarum actione.

[D] ERant autem in via ascendentes Hierosolymam: & præcedebat illos Iesus: & stupebant. & sequentes timebant. Et assumens iterum duodecim, cœpit illis dicere, quę erant ei ventura, Hæc aūt dixit illis, secreto, iuxta Matthæum. Tres euangelistæ. Ecce ascendimus Hierosolymam: Lucas. Consummabūtur enim omnia quę scripta sunt per prophetas de filio hominis, Marcus & Matthęus, Tradetur enim principibus sacerdotū & scribis, Marcus: & senioribus, Lucas, tradetur gentibus, Matthæus & Marcus, & condemnabunt eum morte, Tres Euangelistæ, Et tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandū, Marcus & Lucas, & conspuetur: & interficient eum, Matthæus, & crucifigetur, Tres Euāgelistæ: & die tertia resurget, Lucas, & ipsi nihil horum intellexerunt & erat verbum istud absconditum ab eis: & non intelligebant quæ dicebantur. [Matth. 20. Marci. 10. Lucę 18.] Confer verba hęc Marci cum pręcedentibus Ioannis Euangelistę, & intelliges, quomodo qui ad horam cessit impio furori sacerdotum, secedens in ciuitatem Ephrem, non timore perterritus secessit, sed quia nondum venerat hora [Ioan. 13.] [E] in qua transiturus erat ad patrem, & verus Isaac alligandus super struem lignorum instante enim tempore: ipse versus Hierosolymam gressum direxit, pręcedens suos & dicens, quod me videritis facere, hoc facite Iudi. 9. Cęterum apostoli qui alias pręcedere solebant, sicut quando spicas legebant, Matth. 12. nomen Hierusalem ęquis auribus audire non sustinebant, audierant enim non semel, dominum in ea multa indigna passurum. [Gene. 22.] Vnde illud, Rabbi nunc quęrebant te Iudęi lapidare, & iterum vadis illuc? Denique nō clam illos erat decretum sacerdotum & Pharisęorum de capiendo domino Iesu. [Ioan. 11.] Vnde non abre stupebāt: nihil aliud ob oculos imaginantes quam mortem. Et quia homines erant timebant, & tamen sequebantur. Nec refert an sancti essent, mortem nullus non timet: Etiam Petrus. Ioān. 21. Et isti sunt qui inter se conquerebant, quis eorum esset maior: pręclara quęstio: cum iretur ad crucem. Sed homines erāt rudes adhuc: donec paulatim Christus perfecte in illis formatus est; sicut dixit Paulus de Galatis. cap. 4. Tunc enim [Mar. 9.]

gaudentes

gaudentes ibant ad concilia Tyrannorum: pro maximo ducentes, quod inuenti essent digni qui paterentur contumelias pro nomine Christi. Actu. 5. Secreuit igitur dominus duodecim a cæteris, qui eum sequebantur: cœpitque illis dicere quæ erant ei ventura, de quo vide supra. Matth. cap. 17. Ecce inquit ascendimus Hierosolymã in hoc nouissimo paschate vitæ meæ; & cõsummabuntur oia, & quæ sunt hæc omnia per partes diuidit & explicat dicens, primum quidem pater æternus vnicum suum tradet: sicut iureiurando pollicitus est Abraę patri nostro vt daret nobis vnicũ suũ vt fiat pro nobis maledictũ in cruce, Deut. 21.

Gala. 3.

Quo benedictionum Abrahæ repromissarum fiamus consortes. Hunc autem eundem vnigenitum Iudas tradet Iudæis precio denariorum. 30. Principes sacerdotum sic emptum dei agnum, Gentibus tradent velut reũ mortis, quia veritatem ex ore eius audire non sustinent. Pilatus ne amiciciam perdat cæsaris tradet eum militibus illudendum: flagellandum, & conspuendum, sicque illusum & irrisum, imposita humero cruce, ducent ad crucifigendum. Sane dæmones inuidia stimulati: quia videbant destrui & aboleri delubra sua & idola conteri; persuaserunt & miserunt in cor Iudę, vt auaricia cæcus, eum traderet. Hæc omnia scripta erant in prophetis: & implenda sunt necessario. Scriptũ est autem & illudi tionas absortus a ceto, tertia die viuus euomitur, Ione. 2. item illud; viuificabit nos post duos dies, & in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Osee. 6. Primus dies aduentus est eius in carne; secundus mortis suę, sanguis enim eius signati postes domus nostræ: non timemus angelum percutientem, Exod. 12. Tertia dies resurrectio eius: in qua sancti prioris testamenti educti sunt de lacu. Zacha. 9. & nos confirmamur in spe futuræ resurrectionis, & reposita est spes hęc in sinu nostro. Iob. 19. Hęc autem verba alias audierant videlicet Matth. 17. & tunc contristati sunt vehementer. Hierony. Non de infidelitate venit quod contristati sunt: alioqui sciebãt Petrũ esse correptũ: quod nõ saperet quę Dei erãt. Verũ quia pro dilectione magistri nihil eo sinistrum & humile patiuntur audire. Sed nonne audierant in conclusione: tertia die resurget: ita est: sed de morte bene intelligebant; id enim cotidie videbant: nasci homines & mori. At de resurrectione ignotum erat illis penitus. Nam excitatos aliquos, & in scripturis legebant, & id sub oculis viderant non semel. Quod autem quis excitauerit semetipsum nõ amplius moriturus: & similiter quod mors esset dominatura et qui mortuos excitabat; id penitus apud illos ignotũ erat; sicut dicit Lucas. Nec mireris eos tũc penitus ignorasse sermonem de resurrectione, quando Ioannes de seipso testatur dicens; tunc introiuit & ille discipulus, qui venit prior ad monumentum, & vidit linteamina, & credidit furatum corpus. Nondũ enim sciebat scripturas, quod oportebat dominum a mortuis resurgere. Ergo verbum hoc tertia die resurget: penitus fugiebat eos, & opinabantur dominum parabolicę loqui. Denique verba fœminarum de resurrectione Christi, deliramenta videbantur apostolis & sine capite fabula. Ad hæc Chryso. omnis salus hominum in morte Christi posita est. Nec est aliquid propter quod magis Deo gratias agere debeamus, quam propter mortem Christi. Vnde illud, pone me sicut signaculum super cor tuum, quia fortis est mors quã pertuli pro te, prius factus obprobrium hominum & lusus. Sed vos cum me videritis inter latrones pendere, ne me hominem tantum extimetis: quia & si mori hominis est: velle tamen mori pro impijs hominis non est nudi, forsitan enim pro iusto quis audeat mori. Rom. 5. Tamen quia minus iacula feriunt quę preuidentur, frequenter eis mortis suę memoriam replicat: ne incauti animum despondeant. Dixerat dominus soluite templum. Ioan. 2. Sicut fuit Ionas. Matth. 12. Oportet exaltare filium hominis. Ioan. 3. idem habes Matth. cap. 16. 17. 26. Sed alibi occultius; alibi manifestius, sed nunquam manifestius quam hoc loco iuxta Marcum. Quod autem condemnarunt eum ad mortem; id fecerunt colorantes maliciam suam, qui cum non haberent causam iustam contra Christum; ne penitus viderentur, ex odio eum morti tradere: prætermisso ordine iuris (sed quis ordo seruare potuit infra horas. 12.) Congregant concilium sub ornant testes pecunia corruptos, & causa Christi Iesu quasi impij iudicata est.

Ioan. 19.

Ioan. 13.

Hierony.

Matth. 16.

Ioan. 20.

Canti. 8.

Chrysost.

Iob. 34.

Et factum est: dum iret in Hierusalem: transibat per mediam Samariam & Galileam. Et cum ingrederetur quoddam castellum: occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui steterunt a longe: & leuauerunt vocem dicentes: Iesu præceptor miserere nostri. Quos vt vidit: dixit Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent mundati sunt.

Lucæ. 18.

Ephes. 2.

Quod complerurus dominus excessum suũ in Hierusalem: de quo colloquebantur ad inuicem Moses & Helias. Lucæ. 9. Transijt per mediam Samariam & Galilæam. id est per Gentes & Iudęos. illud tacite significauit, quod ipse sit pax omnium credentium, qui fecit vtraque vnum. Cuius liuore sana est lepra cum Iudęorum. 9. Qui crediderunt tum & vnius Gentilis populi, qui cum gratiarum actione redit ad dominum Christum. Cæterum lex cuius manus grauissimę erant, iugum ferreum, iusticiæ tenax misericordiæ nescia, cum mundare non posset, nisi iuxta emũdationem carnis: vtens varijs baptismatibus: (nam iuxta conscientiam quomodo posset vtens sanguine hircorum & vitulorum pro medela?) expellebat e populi frequentia: vel arcebat ab ingressu templi: & leprosos cum primis, de quo dictũ est Matth. 8. Sed quoniã iuxta Senecam, initiũ salutis peccati noticia est (dic tu prior iniquitates tuas vt iustificeris) nam qui peccasse se nescit, emẽdari non vult, sicut de quadam meretrice scriptum est; quod dixerit medico curanti eam dolore & flagello. Absque peccato & innocens ego sum, propterea auertatur furor suus a me, per quod iuxta Hieronymum, magis prouocatur ira Dei, non lugere quod fecimus, insuper & vanas excusationes obtendere peccatorum, ideirco decem isti viri leprosi agnoscentes lepram suam stant a longe cum publicano per humilitatem dicẽtes: nos quidem digne, nam digna factis nostris patimur, Lucę. 23. Tamẽ miserere nostri, qui clemens & misericors es, patiens & multæ miserationis & ignoscens super maliciam, & apud quem nullus per se innocens est. Exo. 34. Verba ista ex Iona ad expugnãdam Dei misericordiam adduximus. Afflictus est enim Ionas afflictione magna. Quare? Quia illo prędicante, post triduum Niniue subuertetur ciuitas non est euersa in muris,

Exo. 17.

Hebræ. 9.

Seneca.

Esaię. 43.

Hierę. 2.

Hierony.

Lucę. 18.

Lucę. 4.

maris: sed ciues in montibus. Sequitur iratus ionas, orauit dominum dicens. Ana adonai, nunquid nō hoc est verbum meum cum adhuc essem in terra mea? Propter hoc præoccupaui vt fugerem in Tharsis. Hierony. Quia oratio prophetæ dum se dicit iuste fugere voluisse, quandam modo insufficiæ arguit dominū, querelas suas obsecrationis exordio temperat dicens, Ana adonai. Est autem Anah interiectio deprecātis & videtur significare blandientis affectum. Sciebam inquit te hoc esse facturum, remissurum vsque septuagies septies decem milia talenta pœnitentibus. Matth. 18. Non ignorabam misericordem, propterea seuerum nuntiare nolebam, ideo fugere volui. Si misericordem dicerem: nullus pœniteret, si crudelem sciebam hoc tuæ non esse naturæ. In hoc ergo ambiguo positus: malui fugere potius, quam aut pœnitentes leuitate decipere, aut de te prædicare quod nō eras. Hoc si verum est sicut est. Quid gratius ac libentius audit dominus Iesus ab ore leprosorum: quam miserere nostri? Leuauerunt inquit vocem dicētes, pater peccauimus in cælum & coram te, occurre tu nobis, nam nulla lege arcemur accedere ad te. Clamor autem hic ingens desiderium eorum explicat adipiscendæ salutis. Qui ergo peccando, clamauimus, prædicando mala nostra. Esai. 3. Genes. 18. Quandiu spes est veniæ consequendæ: & transit secus nos Iesus, sistamus eum clamore nostro dicentes, Iesu miserere nostri. Surrexi inquit (sero admodum) vt aperirem dilecto, at ille declinauerat atque transierat. Cant. 5. Iurauit autē angelus, quod amplius tempus non erit miserendi. Cæterum quod decem erant leprosi isti, quoniam numerus hic primus limes est numerorum, vniuersitatem significat peccatorum, de quibus dicitur, Esai. 53. Omnes declinauerunt, vnusquisque in viam suam. Alii enim sequuntur Cain: Alii Chanaam; alii Pharaonem; alii Giezi; alii Simonem. Et obserua interim quomō Naaman leprosus iubetur lauari septies in Iordane, & Maria soror Mosi & Aaron iubetur separari diebus septem a cætu iudæorum Num. 12. in quo docemur iuxta mysticum sensum, quod lepra linguę & superbię malum sit vix curabile: id quod euidentius ostenditur in lepra Giezi, quæ iuxta tropologiam transiit a Naamā ad Giezi, & ab isto ad semen eius vsque in æternum. Et obserua rursus quod Naamā tumens superbia: diuitiis & fortitudine, iubetur lauari septies, & nec semel lauari sufficit. Obserua item illud, quod de multis locustis legimus scorpionibus veris, qui egressi de puteo abyssi, nulli parcunt sexui: non ætati, facientes sępe e musca elephantum (malum non infrequens, qui habent vt ita dicam fluxum in lingua, de nullo autem legimus, quod recantauerit palinodiam. Verum nouerint, quod non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Pestis autem hæc maxime propria est fœminarum. Et obserua rursus quod Maria soror Mosi, pro vno verbo detractionis in fratre: sed erat amicus Dei, tam seuere punita est, & cum Moses oraret pro illa, nō est exauditus, sed inquit dominus, si pater eius expuisset in faciem eius, non debuerat saltem septē diebus rubore suffundi? Facilitas veniæ incentiuum præbet delinquendi. Quia igitur mulier est: refrenet linguam, separetur diebus septem, & postea reuocabitur, si lepram agnoscat, misericordiam imploret, famam fratris quam læsit pro posse resarciatur. Cæterum quoniam dominus non venit legem soluere, mittuntur leprosi ad sacerdotes, quoniam autem venit ad implere, quod ei deerat, Matth. 5. statim vt verbis eius fidem pręstiterant: inter eundem mundati sunt. Lex ergo expulit leprosos: Iesus eos suscepit, & sanatos, reliquo aggregauit gregi, sed misit eos ad sacerdotes: penes quos iudicium erat discernendi inter lepram & lepram, vt per hoc magis viderentur chirurgi quam sacerdotes. Quomodo autem rectum ferrent iudicium de lepra, qui medicinæ officinam nec a foribus salutarunt? Prudens lector mecum esto. Habēt enim & sacerdotes Dei claues nescio quot & quas, quarum vna dicitur scientiæ. Venādi peritos multos ex nanouim?: Alearū, latrunculorū id enim nemo ibit inficiari, cæterū de claue scientię ipsi viderint, vtrum penes illos sit iuxta rei veritatem. Ite tamen & ostēdite vos sacerdotibus, vos ipsos ostedite non peccata aliena, & lepram ostēdite, non membra sana, sicut Pharisæus ille. Luc. 18. Quod autem dicit, dum irent, mundati sunt, illud explicat quod peccator per contritionem sanatur a culpa, quod solius Dei est. Quid si non est contritus, sed parum satis attritus? Scotus. Non solum attritus per aliquod tempus vsque ad certum instāa, in vltimo instanti recipit gratiam delentem peccatum tanquam per virtutem meriti de congruo, sed non habens talē actum, qui sufficiat ad meritum de congruo, sed tantum habens voluntatem suscipiendi sacramentum ecclesię, & sine obice peccati mortalis actualiter sibi facto vel in voluntate inhęrētia, non ex merito sed ex pacto diuino, effectum sacramenti pœnitentię, vt sic parum attritus etiam attritionem quę non habet rationem meriti ad remissionem peccati, volens tamen recipere sacramentum pœnitentiæ sicut dispensatur in ecclesia, & sine obice in voluntate peccati mortalis in actu: in vltimo instanti illius prolationis verborum in quo videlicet est vis sacramenti actiua, recipit effectum sacramenti scilicet gratiam pœnitentialem. Alioqui non apparet quomodo sacramentum pœnitentiæ esset. 2. Tabula, si nunquam per ipsum vt sacramentum est, posset recuperari secūda gratia amissa, sed tantū per attritionem tanquam per præuiam dispositionem, & contritionem tanquam per dispositionem completiuam. distin. 14. 4. q. 4. quantum ad. 3. Vide ergo quam merito leprosi mittuntur ad sacerdotes, qui vel parum licet attritos, vi sacramenti absolutos ostendant. Et obserua quod solos leprosos dominus misit ad sacerdotes, cæteros ęgrotos per se ipsum sanauit, & absoluit. Sed ratio est quod lex de leprosis purificandis & discernendis multa sanciuit de quo dictum est, Matth. 5. Vtrum autem sacerdotes possint absoluere a culpa, propter id quod continetur in concessionibus apostolicis: ex verbis doctoris immediate positis potest intelligi. Sine vlla contritione, vel attritione peccator omnino absolui non potest, quia iuxta Abulensem contritio est de iure naturali, & ideo semper fuit necessaria. Sed vtrum loquatur Abulens. de contritione perfecta vel de attritione, sicut loquuntur Theologi alii viderint. Certe Scotus concedit posse remitti culpam peccatori satis parū attrito, per sacramentum pœnitentiæ ministrato a sacerdote sicut dictum est, gratiam tamen & gloriā dominus solus infundit, solus confert, qui sine omnium sacramento potest facere mundum de immundo cō-

captum

Marginal notes: A; B; C; D; E; Hierony.; Luc. 17.; Apoc. 10.; 4. Reg. 5.; Figura.; Apoc. 9.; Lepra.; Sacerdotes; Deut. 17.; Scotus.; Sacramē. tū pœnitē.; Abulens.; Iob. 14.

ceptum feminè Itaq; dum irent, mundati sunt. Sed non omnes mundantur inter eundum, sed plures mū- Lucæ. 17. dantur confitentes peccata, & per absolutionem sacerdotis, & patet. Vnus autem ex illis vt vidit q mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans deum: & cecidit in faciem ante pedes eius: gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus dixit. Nonne decem mundati sunt: & nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge, vade, quia fides tua te Cap. 5. saluum fecit. Quid est q decem mundantur, & vnus tantum agnoscit medicum suum? Legimus & apud Ioannem: ex multitudine omnigenum ægrotantium vnum tantum fuisse sanitate donatum. Qui si cæteros sanaret, qui vult omnes salutem consequi, forte id facturi erant: quod nouem isti, videlicet veluti 2. Pet. 2. canes essent alieni gregis, vorato frusto, abirent hospite insalutato, aut iuxta Petrum, redirent ad vomitum suum, per hoc facti duplo filij gehennæ. Multi inquit Paulus currūt ad ecclesiam pro remissione peccatorum: & vix vnus in remissione percepta perseuerat, & vnus inquit accipit palmam. 1. Cor. 9. Audi prophetam Amos cap. 5. vrbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum. Et de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem. Adijciamus nos illud, vrbs de qua egrediebantur decem, relinquetur in ea vnus. Hoc est dictu, vix decima pars eorum qui sanandi veniunt ad pedes Iesu perseuerant in gratiarum actione: hi sunt centum comparati ad mille, & decem respectu centum, & vnus respectu de- Hierony. cem: Hieronymus. Quattuor sunt numeri quasi aliorum radices, videlicet vnitas, denarius, centum, mille. Prima beatitudo est, esse in vnitate, quia vnum tantum est necessarium, videlicet deo semper adhære- Lucæ. 10. re. Secunda beatitudo est in decade: tertia in tertio numero, quarta in quarto, videlicet millenario, vel millesimo. Cum igitur quis egerit pœnitentiam, de millenario & quarto numero vix reuertitur ad centenarium & tertium. Et qui in tertio est, vix ei conceditur vt de mille reuertatur ad centum, & de centum ad Hiere. 24. decem. Nam ad vnitatem vix vnus alienigena & ipse figuram gerit ecclesiæ, Iudæi autem multi erant numero, merito autē fere nulli, Arena sunt: & ficus malæ valde. Quid est inquit optimus & maximus deus Esai. 1. Dei filius, hoc quod video? Decē mundati sunt, nouem vbi? Cognouit asinus præsepe domini sui & possessionem suum bos stolidus, Israel autem me non cognouit. Esai. 1. vbi nouem? Non est inuentus qui rediret & daret gloriam Deo nisi hic Samaritanus, quem nec congressu Iudæi dignabantur: nisi q iuxta prouerbium, conciliant homines mala. Obserua autē Samaritanum alterum qui misertus est hominis incurrentis manus latronum. Lucæ. 10. Ille bene meritus extitit de homine penitus ignoto sibi: nisi quatenus homo erat: isti autem nouem qui Iudæi erant, nec vel verbo gratias habuerunt, vnde merito præferūtur eis boues & asini. Dicens autem dominus, vbi sunt, ostendit de rasos de libro viuentium. Psal. 68. Quære in A. Gellio exemplum de leone grato, seruo illi qui de se bene meritus fuerat. libro. 5. cap. 14. Subijciamus exemplum vnicum de gratitudine. Mithridates rex referente. Val. Maxi. magnifice gratus apparuit, quoniam pro leonico acerrimo defensore salutis suæ a Rodijs nauali pugna excepto, omnes hostium captiuos permutauit, satius esse existimans, ab inuisissimis circumueniri, q bene merito gratiam non referre Exempla. lib. 5. cap. 2. Idem Val. Maxi. cap. 5 de ingratis ita dicit. Vrbis nostræ parentem Romulum Senatus in amplissimo dignitatis gradu ab eo collocatus, in curia lacerauit, nec duxit nefas ei vitam adimere, qui æter- Val. M. num Romæ imperio spiritum ingenerauerat. Marcus Cicero Cn. Pompilium non minore cura q eloquētia defendit in causa admodum dubia fluctuantem, & saluū ad penantes suos remisit. Hic Popilius postea nec re nec verbo a Cicerone læsus, vltimo M. Antonium rogauit, vt ad illum proscriptum persequēdum & iugulandum mitteretur. Impetratis p detestabilis ministerij partibus, gaudio exultans, Caietam M. Tuli9 cucurrit, & repertum Ciceronem iugulum præbere iussit, ac protinus caput Romanæ eloquentiæ & pacis clarissimam dexteram per summum & securum ocium amputauit. Eaq; sarcina tanq; opimis spolijs alacer in vrbem reuersus est. Neq; enim scelestum portanti omnes succurrit, illud se caput ferre, quod pro capite eius quondam perorauerat. Inualide ad hoc monstrum suggillandum litteræ, quoniam qui talem Ciceronis casum satis digne deplorare possit, alius Cicero non extat. Hæc ille: vtrum autem nouem leprosi isti seducti fuerint a sacerdotibus ad quos missi sunt, alij viderint, nisi forte vltimo currentibus calcaria ipsi addiderunt. Et ait illi, surge, cecidit enim in faciem suam cum senioribus illis quatuor & viginti, Apoc. 4. Gratias agens: vade audiuit, surge. Quia fides tua te saluum fecit: fide enim voce magna clamauit, miserere nostri. Fide reuersus est cum gratiarum actione: & procidens adorauit eum, a quo accepit, pri- Luc. 5. mum quidem fidem, secundo salutem, tertio vitam æternam, de qua dicitur, vade intra in gaudium domini tui. Matth. 25. cap.

Caput. viij. Dominus recta pergens Hierusalem, Samaritani non exceperunt illum. Ioannes & Iacobus ira perciti ignem de cœlo volunt deponere, sed nō permittuntur. Accessit mater filiorum Zebedæi petens dextram & sinistram filijs suis, & quid illi audierunt.

Mār. 16. DVm complerentur igitur dies assumptionis eius, ipse faciem suam firmauit vt iret in Hierusalem. Et misit nuntios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum vt pararent illi, & non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Assumptio hæc illa est de qua Marcus, assumptus est in cœlum, & sedet ad dexteram patris. Potest autem intelligi & de illa de qua dicitur Ioan. 12. Ego si exaltatus fuero a terra omnes traham ad me. Et rursus Ioan. 3. oportet exaltare filiū hominis. Per ignominiam enim crucis peruentum est ad gloriam & consessum in dextera

dextera patris: dicente Paulo, propter quod deus subexaltauit illum. De hoc dixit supra Marcus, q dominus præcedebat suos in via, operaturus salutem in medio terræ. Psal.73. Et qui toties frustrauerat conatus sacerdotum & Pharisæorum, vbi affuit tempus a prophetis prædictum, a lege præfiguratum Exo.12. iter ingressus est vt iret in Hierusalem. Præmisit autem nuntios qui hospitium pararent & sibi & suis, quia iuxta Matth. cap.8. non habebat in terra quod aues uel vulpes, quippe cui etiam mundi ingressuro hospitium defuit, vnde cogente necessitate, contra quam nec dij possunt, in præsepio reclinatur. Quoniam igitur non solus pergebat, commodũ ratus est præmittere quosdam in ciuitatem qua eundum erat. De nomine Samariæ dictum est Ioan.4. Quod autem dicit, S. Thomas Ioan.4. q Samaria est ciuitas Metropolis quam Somer Rex Israel constituit in monte, non Somer eam fundauit, sed Amri.3 Reg. ca 16. causa aũt simultatum inter Iudæos & Samaritas ea vel præcipua erat, q Iudæi locum proprium cultos Dei in

Philip.2.

Luc.2.

Samaria

A templo Salomonis dicebant esse, in monte videlicet Moria Samaritani aliud somniabant, sicut dictũ est, Ioan.4. Samaritæ possidebant terram Iudæis datam a deo. Cum ergo ex colloquio nuntiorum quos præmiserat dominus intellexissent Samaritani dominum Christum recta tendere in Hierusalem, quia pascha imminebat, id moleste ferentes, occlusis ianuis, mœnibus exclulerunt. Ita & hic impletum videmus illud Pauli, alijs sumus odor vitæ ad vitam, alijs odor mortis. Siquidem Samaritæ vrbis Sichar exceperunt dominum Iesum & obnixe rogauerunt vt maneret apud illos, & mãsit duos dies, & istis factus est odor vitæ ad vitam, mediatrice fœmina vnica. Ecce autem & isti Samaritani erant, qui tamen non officiosiores inuenti sunt habitatoribus vrbis Gabaa tribus Beniamin, quia facies eius erat velut euntis in Hierusalem, & his factus est dominus odor mortis ad mortem. Et iuxta quod præmisimus leprosus ille vnus ex decem misericordiam petens, obtinuit, & Samaritani isti hospitium denegant omnium bonorum fonti, a quo omnis qui petit accipit, & quem qui quærit, inuenit, &c. Cum vidissent autem discipuli sui

2.Cor.2.

Iudi.19.

Luc.17.

B Iacobus & Ioannes, dixerunt. Domine vis, dicimus (alias dicamus) vt ignis descendat de cælo; & consumat illos. Et conuersus increpauit illos dicens. Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et abierũt in aliud castellum. 25.q.4. ... q Christus. Res quidem per se considerata, nulli non indigna visa esset, vt tantus hospes (non enim Hercules erat) qui de Samaritanis tam optime meritus fuerat nec intra mœnia exciperetur, cui cælum sedes est, & terra scabellum. Nam si princeps esset terrenus quispiam, & hãc iniuriam passus esset, quæ fulmina non minitaretur & laqueos & mortes? Denique odium suum transmitteret ad nepotes & pronepotes: iuxta illud Deut. 23. Ammonites & Moabites non intrabũt in ecclesiam inæternum, quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via, quando egressi estis de Aegypto. Num.cap.21. Et sequitur. Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternũ. Hæc

Luc.11.

Ioan.4.

Esa.66.

C sunt verba legis, quæ filios suos spiritum vindictæ & timoris docuit, reddere videlicet malum pro malo, & pro vnica iniuria odia reponere æterna. Vnde Iacobus & Ioannes quasi adhuc filij litteræ occidentis, ignem volunt e cælo deponere, imitantes Heliæ Zelum, vt consumat non vnum aut duos quinquagenarios sed omnes ciuitatis illius indigenas: Sicut Sodoma olim funditus interijt Genes.19. Res igitur indigna erat, & illi digni qui cum Abiron absorberentur, tamen apostoli meminisse debuerunt cuius spiritus filij erant: Eius videlicet cuius verba sunt, percutienti maxillam vnam, si res ferat, para alteram. Matth.5. Vnde dominus conuersus, increpuit irrationabilem motum eorum non sine seueritate vultus, dicens. Vere nescitis cuius patris estis filij. Hieronymus. Notum est q pro summa iniuria Pharisæi exprobrabant domino, dæmonium habes, Samaritanus es. Et Luc.cap.10. ponitur pro miraculo q malus bene fecerit. Et ad puteum audiuit dominus, quomodo a me poscis aquam, cum sis Iudæus & ego Samaritana. Videntes ergo Samaritæ dominum ad hostes suos pergere, quem Iudæum esse ex habitu agnouerunt, quasi Iudæũ

4.Reg.1.

Num.16.

Hierony.

Ioan.4.

D & alienum suscipere noluerunt. Verum voluntas eius fuit, ne susciperetur ne occupatus in doctrina Gẽtis illius, passionis differret diem, ad quam venerat sustinendam. Sed apostoli iniuriam domino illatam vlcisci nituntur quia nondum dictum erat a pendente inter latrones, pater dimitte illis, quia nesciunt quod faciũt. Pulchre autem vis inquiunt dicimus. Ergo vt apostolorum sermo efficientiam habeat: voluntatis est domini. Si inquiunt ad serui Heliæ iniuriam vindicandã ignis descendit de cælo: & non Samaritas sed Iudæos consumpsit incendium, quanto magis ad contemptum filij Dei in impios Samaritas debet flamma sæuire! Sed nescitis cuius spiritus estis, immemores bonitatis euangelicæ, in quo dicitur, bene facite his qui vos oderunt. Alioqui quomodo in quotidiana prece dicemus, dimitte nobis debita nostra, animo discrepante a verbis! Oratione dissidente cum factis. Væ nobis miseris qui tanto tempore aut nõ obtulimus munus ad altare, aut ira permanente & super eam sole occidente (Ephes.4) sine causa obtulimus, manibus sanguine plenis. Auertam inquit rex pacificus oculos meos a vobis, & surdus fiam ad preces ve-

Ioan.4.

Luc.23.

Matth.5.

Matth.6.

E stras. Esa.1. Philippus rex cum ab amicis contra Græcos concitaretur, q bene ab eo affecti, de eo obloquerentur, dixisse ferunt. Quid si præterea prouocem! Hoc est oleum camino addere. Quando igitur vxori obtrectatrices detulerint, virtuus (dicentes) & amanti & pudicæ iniuriam facit, respondeat. Quid si ipsum odisse atque lacessere incepero? Satius est vincere in bono patientiæ malũ iracundiæ. Leonẽ aliquãdo capra vt vidit furentem, o fatum ferarum ait miserrimum si compos mentis intolerabilis es Leo, quomodo nunc furens, non plena omnia facies lachrymarum! Si potestati coniuncta sit ira, iamdiu terræ cæliq homines insæuissent, erat autem potestas in Christo, in apostolis voluntas sæuiendi. Volebãt ergo apostoli hæc duo copulare, quod prohibuit is qui animas venit non perdere sed viuificare. Diogenes cuidam interroganti, quo pacto possit inimicum vlcisci, si te ipsum inquit honestum ac bonum virũ præstiteris. Vulgus cum bellos equos ac laudatos inimicorum canes conspexerint: moleste ferunt. Quid igitur futurum pu-

Philippus.

Leo furens

Diogenes.

sum putas, si te ipsum ostenderis virum iustum totum tetetem & omnibus fregi, & inquo vel argi ipsi nec nodum inuenlant, non magis quam in luoco? Vnde illud. Nom considerasti seruum meum Iob? Seuum reuera admodum iaculum in corde satan. Adhuc inquit retinet innocentiam suam. Iob.1. Laudauit Chrysantum Cyrus, qui hostem interfecturus, cum iam gladium sustulisset (Alter Abraam) & interim receptui Canis audisset, hostem omisit, & quasi prohibitus ictus, abstinuit. Merito ergo apostoli talem ducem nacti qui pro impijs moriturus veneat, vindictam expetentes, audierunt, ignoratis sacramenta militiæ vestræ, patientia pugnandum est & malis vt dicitur argêteis. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum. Rom.12. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi: dic vt sedeant hi duo filij mei vnus ad dexteram tuam & alter ad sinistram in regno tuo. Marcus ita posuit hunc textum. Accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedei, dicentes. Magister volumus, vt quodcunque petierimus, facias nobis. At ille dixit eis. Quid vultis vt faciam vobis? Et dixerũt. Da nobis ad dextram & alter ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. Quod dicit: ad sinistram, Græce est, Ex euonymon. Vocatur autem sinistra boni ominis, sicut poetæ furias eumenidas vocant, & in Iob benedicere ponitur pro maledicere. cap.2. Principio autem inquirendũ vnde opinionem habent regni siue Ioannes & Iacobus, siue mater eorum, vt cum dominus dixerit, tradetur filius hominis principibus sacerdotum, & tradetur Gentibus vt crucifigatur, & ignominiam passionis timentibus discipulis nuntiauerit: illa gloriam postulat triumphantis. Hac inquit Hieronymus forsassis ex causa, quia post omnia conclusit, & tertia die resurget. Itaque videbant quo eundum erat, sed non qua eundem. Via ad gloriam patris contumelia erat crucis. Putauit ergo mulier post resurrectionem dominum illico regnaturum (cuius opinionis multos fuisse ex discipulis Christi, Lucas testatur Actu.1.) & quod in secundo aduentu promittitur, in primo esse complendum, & auiditate fœmina præsentia cupit, immemor futurorum. Postulat autem errore muliebri & pietatis affectu, nesciens quid peteret, sed mater erat. Nec mirum si hæc arguatur imperitiæ, cum de Petro dicatur quando volt tria tabernacula facere, nesciens quid diceret. Error erat, sed pietatis. Nesciunt enim viscera materna patientiam. Et si voti auara, tamen venerabilis cupiditas, quæ non pecuniæ est auida sed gratiæ. Nec inuerecunda petitio (altera Bethsabe) quæ non sibi sed liberis consulebat. Simearum genus præcipua erga fœtum affectio. Gestant Catulos quos mansue factæ intra domos pepetere, omnibusque demonstrant tractarique gaudent, tractu gratulationem intelligentes. Itaque magna ex parte complectendo necant. Mutianus & latruunculis lusisse etia fictis tradit. Cæterum non solum ex Marco qui manifeste exponit ipsos fratres accessisse ad dominum & hæc eadẽ postulasse, intellige licet, quod a filijs erat submissa: sed & ex Christi sermonibus, quibus non quasi ad matrem ipsam petentem, sed quasi ad filios submittentes respondit, nescitis quid pe. itaque illa quidem accessit iuxta Matthæum, sed submissa a filijs, & quoniam quæ quis per alium facit, ipse facere videtur, alter euangelista dicit accessisse matrem, alter ipsos fratres. Quod dicit Matthæus, adorans & petẽs, ipsa quidem tunc nihil petebat, sed erat forte genu flexo ante dominum, quasi in habitu petentis. Adorans & petens. Vtrum autem crederet Christum esse deum, non apparet, quod Iudæi non credebant Messiam venturum, esse deum, licet ex sacris litteris hoc inferatur. Et ita licet mulier crederet illum esse Messiam: non erat necessarium quod crederet illum esse deum. Cum enim dicit. In regno tuo: de æterno nihil suspicabatur: nec filij sui, & idem dicendum de cæteris apostolis, qui tamen eum Messiam credebant, & regnaturum sicut Dauid, & congregaturum dispersos Israel. Forte autem timebant isti duo, ne honorem hunc ante eos Petrus postularet, cui dictum erat, tibi dabo claues. Et inquiunt: si Petrus prior petat, dexteram ei cõcedet. Ita isti nihil aliud somniabant quam regni primas partes: cum adhuc tertius piscatores essent, & vix scapham vnam obtinerent eamque misere apparatam, quibus dicitur. Nescitis quid petatis. Nam quod homo petat & non opportuno tempore, vel supra meritum vel ante ministerium, mercedem, error quidem est, sed ignoscendus, nescire autem quid petat, omnia confundit. Petebant enim quod omnino non est in deo, videlicet dexteram & sinistram, & coronam ante victoriam, & sedere antequam ministrarent, & regnare in terra: & hoc iure propinquitatis, dicat licet Faber, quod duo isti apostoli nullo grado sanguinis attingebant Christum, sed mater eorum Salome dicitur soror immaculatæ virginis, quia Iudæa, & affectu. Et Maria virgo & Maria Cleopæ nupserunt duobus fratribus videlicet Iosepho, & Cleopæ, & inde dicuntur sorores, id est cognatę. Hęc dicit Faber, sustinendo quod Anna mater beatissimę Virginis semel nupsit, & semel peperit, de quo fecit longum tractatum. Hęc alijs discutienda dimitto, ad hoc enim tantum ea retuli, vt non pro articulo fidei habeãtur, quod Anna mater Deigenitricis tertio nupserit: licet ita cõmuniter teneatur, a multis opinantibus: a nullo tamen improbetur, &c. Isti igitur cũ interrogarentur de nescio quo calice hauriendo (dulce enim bellum in expertis) eadem insipienti temeritate respondet: dicentes possumus, honoris cupiditate inflammati: sed audiunt, non est meum. Reuera eos interrat, sed non iure affinitatis aut sanguinis. itaque cognatio & familiaritas quam eis ostenderat in domo Archisynagogi. Matth.9. in Methamorphosi: Matth.17. & alias, ipsos & matrem audaces fecerat. Cum Genethliaci Chaldæi Agrippinæ matris Neronis respondissent, imperaturum quidem filium, sed occisurum matrem: occidat inquit, modo imperet, tam impotens erat in fœmina dominandi sitis. Et habuit quod optauit, & cum occideretur, ventrem ostendens, hunc inquit confodite, qui talem pestem genuit tale portentum peperit. Vulgato statuto Romę quo liceret (nam id ante non licebat nisi ingenuis) cuicunque etiam plebeio magistratum petere, id ipsum flagitante populo apud senatum, tribuni tulerunt, vt quicunque vellent plebeiorum magistratum peterent simul cum patricijs. Sed adeo leuis quędam res est desiderium sine ratione, & cito in

alteram

aliter in patriam transiens, vt hi tanti ante facientes hoc, potiti magistratu, ac nisi eis hoc dictũ esset a patritijs, relicturi vrbẽ vt antea, aut armis ipsi eum assumpturi erant, vbi concessum hoc acceperũt (priuatio est enim causa appetitus) abstiterũt statim desiderio, studiaq; in altera partẽ transtulerũt. Multis enim plebeiorũ profitentibus se præfecturam hanc petere, magistroq; studio preces adhibentibus neminẽ eorũ dignum hoc honore putauerũt, sed facti ipsi suffragiorũ domini, petentes eum magistratũ, patritios illustres viros eos omnes præfectos creauere, nullum ex plebeis, omnes enim ad vnũ audierunt ex ore suorũ: Nescitis quid petatis. Isti vero quorundã tanta sitis sedendi in hac cathedra pestilentiæ (dimitto enim nũc Abimelech, qui .70. fratres occidit vt solus sederet, ipse alias nothus, Iudi. 9.) vt legamus de Antonio filio Seueri imperatoris, q; fratrẽ suũ Getam occiderit Cubantẽ in sinu matris, vt toto potiretur imperio. Habes autẽ in Genes. cap. 27. Quomodo cõsilio matris Iacob anteuerterit benedictionẽ fratri, cum & maioricatũ, Gene. 25. Sed quot annis vnus alterũ præcedebat? Prior eq; q; perfecte egredi potuit, nisi & subsequens incoasset. Quid autẽ si & hic factũ est, quod in Phares & Zara? Cum aliquãdo Darius Alexandro innumera vellet dare talenta Asiamq; cũ eo ex æquo diuidere, dixisset q; parmenio, ego quidẽ accepissem, si Alexander essem, & fierẽ gener tanti regis, respondit Alexãder: Et ego inquit per iouẽ, si parmenio essem. Sed dario respõdit, neq; terrã duos soles, neq; Asiam duos reges tolerare. Legimus de Diocletiano & Maximiano hostibus alioqui Christiani nominis, q; post annos .20. imperij sui, orbe pacato, Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani imperiũ eodẽ die disposuerint sponte, nec prægrauãte senecta vel rerũ mole pressi. Diocletianus certe cõstantius in eodẽ proposito mansit, nã per decem annos, tot enim priuatus Salonis superfuit, hortorũ amœnitati vacãs, iterũ ad imperiũ sollicitatus, a priuata vita abduci nõ potuit, testans nullos sibi vnq; soles lætiores affulsisse. Isti autẽ duo fratres a remo vt dicitur transire volebant ad tribunal, quod isti duo imperatores experti rei põdus, libere deposuerunt, & se in ordinẽ redegerunt. Nimirum testudo volare voluit, sed malo suo. Auibus creaturis regẽ, pauo orabat vt se ob pulchritudinẽ eligerẽt. Eligentibus autẽ eum omnibus, monedula inquit, Sed si te regnante, aquila nos persequi aggressa fuerit; Quomodo nobis opẽ feres? Qui vocatur adeo tanq; Aaron. Arcesilaus regno pulsus, in Samum aufugit. Mater eius Ferotima in Cyprũ delata, ad Euelthonem Salaminiũ regem se cõtulit. Quæ cum mulier assiduis fatigaret precibus, vt se & filium in regnũ restitueret, impetraretq; omnia (præter exercitũ) ad bellum oportuna, arma frumentũ vestes aurũ, illaq; vt is quoq; daretur, minus verecunde q; fœminã deceat efflagitaret: Rex fusum aureũ ac colũ aureo penso ei dono misit, quia eiusmodi rebus inquit melius q; exercitu donantur fœminæ. Agesilaus cũ puer adhuc esset, ac in gymnicorũ ludorum celebratione in loco minus honesto a chori magistro collocaretur, obtẽperauit quidem, licẽt iam rex foret declaratus, ac dixit, Euge demõstrabo & enim non locis viros, sed viris loca effici honoratiora. Isti autem a locis dextra & leua honorem mendicabant. Sed audi prouerbium, simea simea est, aurea licet & regalia gestet indumenta. Namq; sacerdos magnus in tribunali sedẽs, paries dealbatus vocatur a Paulo. Ptolemæus rex Aegypti literis missis ad Cleomenem, auxilia aduersus Antigonũ vltimo pollicebatur, si matrem sibi ac liberos pro obsidibus mittere vellet. Cleomenes diu cunctabundus tandem occasionem nactus: cum rem matri panderet, subridens illa, hoc cine inquit erat mi nate quod toties dicere aggressus formidabas? At qui magis decuit q; primum nauibus corpusculum hoc impositum quocunque libuisset mittere, præsertim siquid ex ea re vtilitatis patriæ prouenturum arbitrabaris. Sed duo isti non patriæ sed suam quærebant vtilitatem, vnde audiunt: Nescitis quid petatis. Faber, Arguuntur ergo simulationis, q submisissent matrem, quasi ipsi id non peterent, sed sola matris sollicitudo pro ipsis intercederet, ignorantiæ vero & paruæ fidei, vt qui putarent hanc subordinationem dominum latere, quem credere debebant omnia nosse. Non legerant, dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Sedere igitur a dextris est paternæ ordinationis & constitutionis æternæ, non arbitrium huic vel huic dare. Poterat & gloriosa illa visio in monte facta ad ambitionem illam corda eorum traxisse, sed ad humilium cogitationem auocat eos dominus, dicens. Potestis bibere? Et illi, possumus inquiunt. Quibus dixit ita esse futurum, vt memoria & recordatione illorum caderet eorum ambitio, & in ipsis obtineret humilitas, effugaretur ignorantia, & sub oriretur diuinitatis vera fides & illuminatio. Volumus inquiunt vt des nobis quicquid petierimus. Verbum admodum insolens, & indignum tantis viris. Sed tamen sancti licet, homines sunt. Et vt dicam quod sentio (inquit Bernardus) difficile fortassis aut impossibile est, vt ex amara radice ambitionis suauis fructus eructet charitatis, quanquam apud deum omnia sint possibilia. Homo enim in honore constitutus, non intelligit, quia honor in multis absorbet iudicium. Nam Cæsar in Hispaniam profectus in trãscursu alpium exiguo & humili quoddam oppido diuersatus, quod pauci admodum mœstiq; tenebant accolæ, ex comitibus quidam per locum rogasse dicitur: crederet ne ibiq; certamina de principatu oriri; ambitionem ve sollicitare oppidanorum animos. Mallem dixisse fertur, hic princeps esse, q; Romæ secundus haberi. Tanta ingentium illum dominandi cupiditate exarsit. Si ius inquit violandum est, iuxta Euripidem, Regnãdi causa violari oportet. In cæteris rebus pietatem colas. Ex eodem affectu animi gemitus illi ac lachrymæ exierunt vt fertur, q; magni Alexandri statua Gadibus animaduersa, professus est, merito sibi dolendum, q; ea ætate qua ille orbem sub egisset, nullum esset a se præclarum facinus gestum. Quoniam beatos igitur dicemus sisyphidas istos, qui spõtanea seruitute saxum ambitionis irrequieto labore subuoluunt, non modo humeris & ceruice sed etiam præcordijs & vertice, onus per graue & asperum iuxta veritatem, & si expertis credimus, iugum importabile. Isti similes sunt equo Alexandri, qui vbi ornatus erat (simia in purpura) armatusque ad prælium, haud vnquam

Psal. 1.
Antonius.
Gene. 38.
Alexãder.
Diocletia.
Pauus.
Hebr. 5.
Sabellicus.
Agesilaus.
Prouerbiũ.
Actu. 23.
Cleome.
Matth. 17.
Bernardus.
Psal. 48.
Cæsar.
Euripides.
Cæsar.
equ⁹ Alex.

haud vnꝗ̃ inscendisset ab alio ꝗ̃ a rege passus est, quasi cum phaleris naturā mutāret (mutaberis in alium
1. Reg. 10. virū) cum re uera ille onus sentiret armorum, non honorē. Qui autē esse subsentibus delitias arbitrantur,
Iob. 30. isti cum dignitate honorē sentiunt, non onus. De hoc Plutar. Traiano ita scripsit. Modestiā tuam noue-
Traiano. ram non appetere principatum, quem tamen semper mores elegantis mereri studuisti. Quo quidem tāto
Antigon⁹ dignior iudicaris, quāto a crimine ambitionis videris esse remotior. Antigonus ad vetulam a qua beatus
dicebatur, si scires inquit sub hoc fileno quot lateant mala, miserum me potius ꝗ̃ beatū diceres. Simonidi
autem dicenti, quare ergo non deponis principatum? Lupum inquit auribus teneo. Quomodo enim tot
cædes rapinas totꝗ̃ facinora compensare aut persoluere priuatus sine periculo possem? Quod si ita est,
Chrysosto. vere nescitis quid petatis. Quare? Chrysostomus. Nihil spirituale postulabāt, vel si nossent quid petebāt:
Esai. 14. nō ausi fuissent cantū quidem petere: quod super excedit superiores virtutes. Sedere enim solius Dei est ad
Math. 19. dexteram. Magnum est & angelicas concutiens virtutes, sedere in monte testamēti, & similem esse altis-
Augusti. simo. Et re uera sufficiebat illis quod audierant, sedebitis super sedes duodecim. Augustinus. Deus autem
cum male aliquid petitur: dando irascitur, non dando, miseretur. Ita enim scriptum est: Adhuc escæ erant
3. Reg. 1. in ore ipsorum, & ira Dei venit super eos Num. 11. Tu autem obserua adoniam submittentē Bethsabe,
vt peteret petitionem vnam paruulam a Salomone filio suo. Et quid audiuit Adonias qui Bethsabe sub-
miserat? Quia contra animā suam loquutus est Adonias verbū hoc, hodie occidetur: quod & factum est.
Aspirabat enim ad regnū. Cum istis autem mitius agitur: Non enim malicia sed ignorantia peccabant:
& filij erant sponsi, vnde dictum est ad illos inconsequentibus. **Nescitis quid petatis.** In cælo nullus
sedebit, omnes stabunt, iuxta illud, decies centena milia assistebant ei. Dani. 7. Recūbite igitur in nouissi-
Lucæ. 14. mo loco in præsenti vita vt audiatis aliquando, amici ascendite superius: quia omnis qui se humiliat exal-
tabitur, de qua humilitate sequitur. **Potestis bibere calicem quē ego bibiturus sum.** August.
August. Non inuidit eis sedes, sed conuallem prius plorationis ostendit, quasi diceret, Illuc vultis venire vbi sum
ego, venite qua ego: potestis bibere calicē meum? Marcus. **Aut baptismo quo ego baptizor ba-
ptizari?** Theophyl. vocat autē baptisma mortem suam, ꝗ nos omnes purificet. Ostendit autē, ꝗ mor-
Theophy. tem obire leue sit: propter paratam mercedem, vnde eam poculum nominat: cuius tamen calicis ipse pri-
mum paruum quid delibauit, quia cum gustasset: noluit bibere. Delibauit igitur ipse, vt nos securi quod su-
Matth. 27. perest hauriamus, in his enim duobus omnes interrogamur, vtrū nam possimus bibere de calice Christi,
quia omnes re uera volumus regnare cum Christo. Et illi etiam in hoc superbi, possumus inquiunt, quo-
modo Petrus, etiā si oporteat me mori tecum, non te negabo. Paulus autem subtilius sapuit dicens, velle
Phil. 4. adiacet mihi, perficere autem non possum. Rom. 7. possum tamen omnia, sed in eo qui me confortat. Et si
ita dicerent isti, optime dicerent. Itaꝗ̃ sicut nesciebant quid petebant, ita nesciebant quid respondebant,
vtrobiꝗ̃ ignorantes, & præsumptuosi. Et dominus. **Poculum meū bibetis, & baptismate meo
baptizabimini,** & si modo non potestis, bibetis. Quomodo Petro: Non potes me sequi modo seque-
Theophy. ris autem postea. Theophyl. Re uera nescientes quid promitterent, sed solum spectantes ad id quod cupie-
bant, omnia facile pollicentur. Nam vnde nouerant, ꝗ poterant: Non ergo tam ex fiducia virium suarū,
Ioan. 13. ꝗ̃ ex ignorantia calicis & baptismi dicunt, possumus. Et ecce Agnus Dei instante hora hauriendi calicis
& baptismatis sui (quod idem est, sed vocatur poculū, quia felle & aceto potatur, baptisma, quia a plan-
ta pedis verticem vsꝗ̃ pars in eo nulla remansit doloris expers) tertio orauit patrem, vt transiret ab eo
Esai. 1. hora Marci. 14. Et iuxta Lucam factus est sudor sanguinis decurrens ad terram vsꝗ̃: nimirum ex tristicia
Luc. 22. & tædio imminentis poculi, impendentis gladij: de quo Lucas cap. 2. Possumus inquiunt. O ꝗ̃ expedite
ꝗ̃ incunctanter salebram hanc transiliunt, dicentes, possumus, & iam parantes fauces poculo e potando,
putabant se iam tenere dextram & leuam: cum re uera vim poculi & amaritudinem eius penitus ignora-
rent. Nonne satius erat & sanius, vt audito nomine sibi penitus ignoto, rogarent dominum dicentes, ex-
plica nobis qualitatē calicis, & vim huius baptismatis, & metientes vires nostras, respondebimus propo-
sitæ interrogationi? Sed sunt multi atlantes, qui cælū ne tuat humeris sustinere se iactāt cum nil aliud sint
Chrysost. ꝗ̃ nani aut culloisi in foribus Basilicarum. Attamen quoniam iuxta Chryso non terrena sed cælestia de
siderabant dicentes, sedeamus in gloria tua iuxta Marcū, non omnino vacui dimisissunt a præsentia prin-
cipis, sed audierunt. id quidem quod petitis, quoniam iniustū est, iuste vobis denegatur, dabo tamen aliud
oportunius donū ac vtilius: Calicem meū bibetis, transibit enim a me capite ad vos qui mēbra estis cor-
poris mei. (Ego enim libabo vobis) sicut Paulus qui supplet in corpore suo ea quæ desunt passionū Chri
Chrysost. sti. Collos. 1. Si dicas ꝗ amara est ista potio, non inficior: sed vide ꝗ præciosa est hæreditas. Chryso. Po-
culum meum bibetis: Magna bona vobis prænuntio. Martyrij enim coronam adipiscemini, & violenta
morte sicuti & ego a vita decederis. Quod de Iacobo verum est. Ioannes palmam quidem martyrij acce-
pit, primū quidem ante crucem Iesu, & secundo quando coniectus est in dolium feruētis olei, vnde egres-
sus est vnctus, non tamen in aliquo adustus. Tertio quando missus est in exilium in insulam pathmos.
Tullius. Exilium enim genus est mortis ciuilis iuxta Tullium. **Sedere autem ad dexterā meam vel sini-
stram non est meum dare vobis, sed:** illis continget, **quibus paratum est,** Matthæus, **a pa-
tre meo.** Chryso. ad clariorē intellectum subijciamus exēplū. Ad editorē igitur numerū atꝗ̃ certaminū
Chrysost. quo multi atꝗ̃ præclari athletæ cōfluant, duos quosdā ipsi præcipua familiaritate coniunctos accessisse fin-
gamus, qui amicitia iudicis freti, postulare audeāt, vt victores ipsi præconio declarati, coronētur. Quib⁹
ille respondeat, Non est meū id dare, sed quibus labore, atꝗ̃ sudore præparatū est. Num igitur hunc quasi
nō potentē. Illū id facere cōdemnabimus? Nequaꝗ̃, sed iustitiā eius admirabimur. Non est igitur meū dare
vobis supplicibus & immeritis. Nō precario datur. Quib⁹ igit dādū est vt sedeāt: quib⁹ paratū est a patre meo.

Et nonne

Et nanne & istis paratum erat a patre? Erat reuera, sed non illis quales erant, quando id postulant, sic & latroni paratum erat, sic & Saulo Paulo, sic & Matthæo: sed mutatis in alios viros. Deponuntur ergo potentes de sedibus & exaltantur humiles: Et nota naturam arrogantis: superbus maiorem se cæteris opinatur. Neq; ita magna poterit quisq; eum honore efficere, quin cupiditate maiore agitatus parum sibi collatum arbitretur. Cumq; laudem ab hominibus quærat, spernit eos atq; contemnit. Quæ res adeo expers rationis est, vt ænigmati simillima sit. Quos enim dat pessum: ab his gloriam mendicat. Quem te ipsum facis: videbam satanam sicut fulgur (nihil velocius) e cælo præcipitatum. Quibus paratum est inquit a patre meo. Id autem dixit, vt ostendat patrem quoq; non petitionibus deferre solere sed meritis, quia deus personarum acceptor non est. Iure igitur reprehenditur mulier, quæ & impossibilia: & speciali quodam priuilegio a domino postulabat. Quia ea quæ sanctis iudicauit esse donanda, non duobus apostolis sed omnibus etiam sine cuius q; præcatione voluntaria sui largitate contulerit, iuxta illud, sedebitis super sedes duodecim. Item Paulus de omnibus electis, consedere fecit in cœlestibus. Ephe. 2. Poterat igitur dominus dare per potentiam: sicut scriptum est, volo huic dare sicut & tibi, sed non poterat dare per iusticiam. Vnde illud: non possum quicq; facere, donec exeas. Genes. 19. Quid enim si cunctantem Loth egredi de Sodomis. Cum Sodomitis perderet simul? Si faceret dominus, iustum esset: sed non est Dei perdere iustum cum impijs. Vos igitur more gallorum ante victoriam canitis, & auetis coronam ante pugnam. Non glorietur accinctus æque vt discinctus. 3. Reg. 20. Honor vmbre similis est: fugit se sequentes & sequitur fugientes. Ita dicit Augustinus referens Salustium de Catone: quo magis gloriam fugiebat: eo magis illum sequebatur. Non enim qui se ipsum commendat, dicens. Ego regnabo (3. Reg. 1.) Ille probatus est a sancto Dauid, sed quem deus commendat: ipse est pacificus Salomon: fratrem suorum minimus. 1. Paraly. capi. 3.

Lucæ. 10. Rom. 2. Ambrosi. Matth. 19. Matth. 20. Prouerbiū Augusti. 2. Cor. 10. Figura. Matth. 20. Matth. 10.

Caput. ix. Decem hoc audito indignantur de duobus. Vtrosq; corrigit dominus, docens humilitatem quæ est via ad exultationem, sequitur de cælo Barthimeo implorante misericordiam, & illuminato, & sequente dominum Christū.

ET audientes decem indignati sunt de duobus Iacobo & Ioanne. Iesus autem vocauit eos ad se, & ait. Scitis q; hi qui videntur principari Gentibus: dominantur eis, & qui magni sunt, hi me galis, potestatem exercent inter eos. Non ita erit inter vos. Sed quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Nam & filius hominis non venit vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis. Ecce verificatum vides verbum vetus, lis litem parit: & noxam noxa. Sicut enim duo carnaliter pecierunt: ita decem carnaliter indignantur. Cum sit inquit Paulus inter vos zelus & contentio: nonne carnales istis, & secundum hominē ambulatis, 1. Cor. 3. iuxta quem hominem? Ecce Adam (Adam homo interpretatur) factus est quasi vnus ex nobis, qui ante horas sex limus erat, imo nullus erat. Genes. 3. Est autem ironica loquutio, potest autem dici, non esse verba insultantis Dei, sed a superbia deterrentis cæteros: videntes hominem non esse factū qualem voluit, sed amisisse beatitudinem in qua conditus est: quia sapientia prædictus, & princeps orbis, Dei amicus. Adam tamen non est seductus. 1. Timo. 2. Cum igitur sit inter vos appetitus dominandi & sedendi in cathedra pestilentiæ, nonne homines estis? Sed quia error discipulorum non nocet præsente magistro: vocatis ad se duodecim, scites inquit, q; hi qui videntur principari gentibus, &c. Quibus verbis dominus ponit ob oculos illorum longe diuersam esse rationem regni mundani & principatus ecclesiastici. Illic enim iuxta quod dixit & Habacuc, facies hominum sunt velut pisces maris, qui minor est voratur a maiore, aut saltem premitur tyrannide potentioris, quia scriptum est: omnis locus quem calcauerit pes vester, vester esto. Deut. 11. De hoc habes Iudith. 3. præceptum Nabucodonosor duci exercitus sui, vt omnes deos terræ exterminaret, vt ipse solus diceretur deus ab his nationibus quæ potuissent iure belli (id autem ius summa iniusticia: aperta rapina) Holophernis potentia subiugari. Dionysius prior & manu fortis & bello peritus fuit, & id quod in tyranno non facile reperitur non auarus, non libidinosus, nullius denique rei cupidus, nisi singularis perpetuiq; imperij: ob eamq; rem crudelis. Nam dum id studuit munire, nullius pepercit vitæ, quem sui insidiatorem putaret. Et tamen Tyrannidem virtute partam magna retinuit felicitate: maiorq; annos. 60. natus, decessit florente regno. Cæterum primatus ecclesiasticus nihil aliud est q; studium optime merendi de omnibus, sicut rex pacificus, qui solem suum oriri facit super bonos & malos. In regno mundano vt quisq; superbissimus est, eo sibi celsiorem collossum erigit. Dani. 3. Ita vt reperiantur quidā, qui montes montibus imponentes, turrim Babylonis excitēt quæ ad cælū vsq; pertingat, vt inde Iouem deturbent, si ferat res & sors. Nam deos terrenos vt diximus Nabucodonosor omnes ad vnum exterminari præcepit. Eius enim vox est, similis ero altissimo. Esai. 14. Cæterum in regno ecclesiæ longe via diuersa principatur. Nullus enim est humilior, q; qui reuera meretur primus esse. Discite inquit a me qui caput sum corporis ecclesiæ, q; mitis sum & humilis corde. Hoc est ergo quod dicit. Scitis, q; qui principantur Gentibus, præesse volentes, non prodesse, populi malo suis inseruiunt comodis, suæ autoritati, quia fures sunt & prædones, non pastores, Ioan. 10. Dominantur igitur populis (vide Exo. ca. 5.) Imo tyrānidē exercent in illis, ea tantū curātes quæ faciūt ad strepitū famę & glorię suę, interim tōdētes,

Prouerbiū 93. distin. cap. diaco. Ex. 35. q. 5. hęc imago Psal 1. Cap. 1. Dionysi. Matth. 5. Gene. 11. Matth. 11.

mulgentes, cedentes flagellis, & si res ferat, scorpionibus, extorquentes cotidianum ostum laterum. Vos
Exo. 5.
autem non sic, qui omnia quidem reliquistis, omnes tamen honoripetæ estis. Ad hæc Plato, 8. de republi-
Plato.
ca consentaneum est, vt qui tyrannice dominantur, omnes de medio tollat, qui alicuius sunt momenti. Vnde acute illum inspicere oportet, quis fortis, quis magnanimus: quis prudens aut diues sit. Nempe vsq; adeo beatus, vt seu velit seu nol[i]t his inimicus sit. Eisq; insidietur, quousq; ciuitatem purgauerit. Egregiam sane purgationem: contrariam plane medicorum purgationi. Siquidem medici a corpore quod deterrimum est abstergunt relinquūt optimum contra Tyrannus efficit, & sic facere cogitur, si modo sit dominaturus. Ita dicit Plutar. Alexander inuictus erat armis, Diogenes pallio & pera. Dicebat autem Dio-
Alexander
Dionysi9.
nysius, se tunc maxime capere fructum ex imperio, cum quæ vellet: celeriter efficeret. Sed vehementer est est periculosum, velle quæ non decet: eum qui quæ velit facere possit, at simul ac dictum est verbum, res ipsa peracta est. Id ne fieret apud iouem, in auribus sculptus visitur in creta vbi sepultus est, quod est sym-
Iupiter.
bolum principis non credentis facile. Sed principes huiusmodi rariores sunt lacte gallinaceo: cum tamen midæ multi vbiq; nobis obuij sint. Et quemadmodum docent phisici fulgur posterius erumpere ꝗ tonitru, prius tamen apparere (sicuti sanguinis prius apparet ꝗ vulnus) propterea ꝙ sonitum quidem excipiant aures: lumini vero visus occurrat, sic in impetus supplicia præuertunt accusationes (tua sint quæ fuerunt domini tui. 2. Reg. 16.) & prius emicant cōdemnationes ꝗ probationes. Id fit quoniam habemus aures midæ. Tiresiæ oculos. Credulitatem non Thomę sed Dauid. Fieri autem non potest, vt malicia lateat in potestate. Cæterum inter tot monstra principum qui tyrannicam potestatem exercent in subdi-
Origenes.
tis, aliquæ phœnices reperiuntur quibus congruit illud: hi sint mores tui, parcere subiectis, & debellare superbos. Itaq; inter vos qui voluerit maior fieri: sit vester minister & seruus, &c. Origenes vos inquit dominus non sic. Et vere modo non sic est. Cum enim humilitatem Christi iubeamur præ se ferre, tales sumus vt etiam malorum principum mundi excedere superbiam videamur. Terribiles enim nos & accessu difficiles maxime pauperibus exhibemus, & tales sumus ad eos qui nos interpellant, sicut nec Tyranni,
1. Thes. 5.
dicentes (o vocem impiam) oderint dum metuant. Corripiendi quidem sunt inquieti, consolandi pusillanimes, & ad omnes magnanimitas est habenda. 1. Thes. 5. vt non existimetur inimicus qui peccat: sed corripiatur vt frater. Hæc diximus inquit Origenes volentes ostendere, ꝙ ecclesiarum pastores principum mundialium imitatores esse non debent: (ne currus agat boues) sed imitari Christum accessibilem & mu-
Ioan. 13.
lieribus loquentem. Ioan. 4. Et pueris manus imponentem: Marci. 10. Et pedes suorum lauantem & tergentem, vt & ipsi similiter faciant. Quale est enim vt dominus omnium assumpta serui forma ministraturus venerit: & nos pro rete vno lacero quod heri dimisimus, æthereas iam sedes somniemus? Nam & si
Lucę. 10.
Hierony.
angeli ministrabant domino, Martha & Maria, non tamen ad hoc venit, sed vt nobis ministraret, & animam suam daret redemptionem pro multis. Hieronymus. Frustra igitur aut duo immoderata & grandia quæsierunt, aut decem dolent super maiorum desiderio: cum ad culmen virtutum non potentia sed humilitate veniatur, sicut filius hominis, &c. Sed cui animam suam Christus redemptionem dedit pro multis? Non enim conuenit dicere deo. Quando enim anima illa super beata aliena fuit a dei consortio? Ne forte ergo maligno. Ille ergo dominabatur in nobis, donec daretur ei a nobis redemptio anima Iesu, decepto videlicet & existimanti, quasi possit damnari eius, & non videnti ꝙ non potuerit sustinere in tenendo eā, tormenta, propter quod & mors putans se damnari eius, damnata non est (nisi forte triduo, volēti) quoniam erat solus inter mortuos liber (Psal. 87.) & fortior omnium potestate mortis, & adeo fortior (capilli
Iudi 16.
Zacha. 9.
Samsonis renasci cœperunt) vt & omnes sequi se volentes qui tenebantur a morte, liberaret a iure mortis in sanguine testamēti sui, nihil valente in eis post modum morte. Data autem anima eius in redemptionem pro multis, non mansit apud eum cui data est, quoniam non derelinques animam meam in inferno,
Ambrosi9
Psal. 15. Iudæi igitur venduntur sine precio iuxta Ambro. nos magno empti sumus precio. 1. Cor. 6. quia illi serui inutiles, nos filij liberæ. Gala. 4. Itaq; dominus Iesus quoniam gentile est primatus quærere, quos qui in terra acquisierit, inueniet confusionem, sicut Aman & Absalon, gentium comparatione, eorū animam æstuantem conuertit: deniq; & sui ipsius: qui non venit regnare, sed crucem pro nobis pertulit. Abu-
Abulensis
Sacerdotiū
lensis. Olim sane multi cum lachrymis deprecabantur primatus ecclesiæ: Gregorius clam fugit: Ambrosius itidem, Marcus pollicem sibi amputauit: Ammonius autem dixit præcidam mihi, si episcopi onus sub iure cogatis, & si res ferat præcidam & linguam: Anteros pontifex constitutionem fecit: vt liceret summo pontifici cedere iuri suo, sicq; cessit, & abijt, quo eum spiritus Dei tulit. Quare ita? Quia pastores id temporis nullum fructum ex dignitate percipiebant, nisi forte ꝙ multi ex illis rapiebantur ad lauienam, interim præsidentes in multa sollicitudine gregi, iuxta illud, sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis scanda-
2. Cor. 12.
lizatur, & ego non vror? O vocem veri pastoris, (2. Cor. 11.) qui & ipse paratus erat impendi & super impendi pro ouibus Christi. Nunc pontifices, i. episcopi vtroq; gladio vtuntur vel de iure vel de facto: ideo summe appetibiles sunt episcopatus, & curritur vndiq; ad dexteram & sinistram. Timeant tamen ne qui hic dextram elegerunt cum Loth, sinistras partes teneat cum hædis. Et veniunt Hiericho. Et
Genes. 13.
Matth. 25.
Matth. 20.
Mar. 10.
Lucæ. 18.
proficiscente eo de Hiericho, & discipulis eius & plurima multitudine, Marcus: Filius Timæi Bartimeus cæcus, sedebat circa viam mendicans, &, Lucas: Cum audiret turbam præter euntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei: ꝙ Iesus Nazarenus trāsiret, Marc9. qui cū audisset: ꝙ Iesus Nazarenus est, cœpit clamare & dicere. Marcus & Lucas: Iesu fili Dauid miserere mei. Quod Matth9 duorū meminit cęcorū, Marc9 vero & Lucas vnius tantū meminerūt, nō obstat veritati historię. Reuera eni duo erāt, sed alter insignior ꝗ probior & notosior (sed bono suo) cui9 etiā nomē ponit Marc9 & hui9 faciūt memoriā Marc9 & Lucas:

Matthæus

Matthæus verusq;. Sed quia Matthæus & Marcus dicunt: Egredientibus ab Hiericho, Lucas vero cum appropinquaret Hiericho, sic intelligendum est: cum esset secus Hiericho, tamen iam inde recedebat. Nos vero quicquid de vno dixerimus, de vtroq; dictum intellige. Rogatus Asclepiades philosophus, qui cæcus casu factus est, quod nocumentum cum primis cæcus factus incurrisset: vt puero inquit vno sim comitatior, qui huc vsq; solus incedebam. Detrimentũ igitur putabatur incurrisse idq; non vulgare, siquidẽ lucerna corporis oculi sunt, ille autẽ lucro auctus est insigni. Audi sapientẽ. Eccle.31. Nequius oculo quid creatũ est? Oculi enim principes sunt ad nocendum, per quos mors ingressa est. Vidit enim mulier lignum q; esset pulchrũ. Genes.3. Per hos prosperitatem aliorũ ferre non possumus. Dauid vir iuxta cor Dei vxorem alienam nisi incaute aspexisset: non concupisceret. Quoniã longe aberat a concupiscentia, qui legẽ posuerat oculis suis, vt ne vel cogitaret de aliena. Iob.31. Vidit ergo Eua q; lignum esset pulchrum. Esto: Ad vescendum suaue. Vnde id nouerat? Et hac spe vana illecta, q; vescenti aperirẽtur nescio qui oculi, comedit & dedit viro, & viderunt se nudos. Vtinam id nunq; vidissent. Ita cæci ad bonũ, ad malum plusq; Argi, eiecti a loco voluptatis: nihil aliud replicabant q; illud. Quale gaudiũ est mihi vel nobis, qui in tenebris sedentes, lumen cæli non videmus? Ex parentibus igitur cæcis: consequens est filios cæcos nasci: dicente propheta, palpauimus sicut cæci parietem: impegimus meridie quasi in tenebris. Et quæ nobis reliqua spes est? Agnoscere cæcitatem: sedere secus viam: exorare lumen ab eo qui illuminat omnem hominẽ qui velit illuminari. Sunt enim multi quorũ vox est. Nũquid & nos cæci sumus. Ioan.9. Quid tu soli lumen vis mutuare? Cura teipsum. Lucæ.4. Omnes tamen palpauimus quasi cæci parietem, quia in peccatis concepti, lucem ad quã conditi sumus ignoramus: seclusa fide. Vide enim parentũ nostrorum profundã cæcitatem, vt ad vmbram confugerent: putantes q; latere possent deum, ante cuius oculos nox sicut dies illuminatur, Psal.138. De hoc Ezech.cap.8. Certe vides fili hominis, quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris vnusquisq; in abscondito cubilis sui. Dicunt enim: non videt nos dominus, dereliquit dominus terram, peruersa est hæc vestra cogitatio & vere cæcorum: qui quoniã non vident, opinantur more struthionum, q; non videantur. Obseruandũ tamen q; cæcitas ista ignorantiæ nõ omnes æqualiter ligat, id explicat Hesiodus, dicens. Optimus & totus oculatus ante & retro ille est, qui & facit, & docet, hic enim magnus vocabitur in cælis. Matth.5. Bonus autẽ est, qui docere quidem nõ didicit, facit autẽ quæ doctus est. Isti circa multa occupantur cum Martha, habẽt autem oculos Liæ. Alij sunt, qui nec eruditi obsequuntur, sed dormitant cum Helia.3.Reg.19. aut stertunt cũ Iona aut effosso dextro oculo, eluscati, ad malum toti sunt vigiles. Sunt & alij cæci quidẽ ipsi, cæterum cæcorũ duces, quod videre licet in asina illa, quam recta pergentẽ extra viam agitabat propheta vesanus. Gregorius. Plerũq; caro per molestias tacta flagello Dei, menti indicat deũ, quẽ ipsa carni præsidens non videbat. Et insanus homo a iumento corripitur, quando elata mens humilitatis bonũ quod tenere debeat, a carne afflicta memoratur. Posuimus gradus quatuor. Primi habent oculos Rachelis. Et tamen isti vident per speculum.1.Cor.13. Velantibus seraphim faciẽ & pedes maiestatis Dei Esai.6. Secundi habent oculos Liæ: & hi sedent secus viã mendicantes. Tertij quorũ pedes ad malum currunt: lumen a se repellunt: dicentes: recede a nobis. Iob.21. Quorũ consilium longe sit a me. Quarti Talpæ sunt: lumen nunq; viderunt, dicentes se esse sapientes. Euanuerunt in cogitationibus suis Rom.1. qui viam alios docent, quam nunq; triuerunt. Alios docuit, se ipsos non docent. Transeũte igitur domino: Cæcus sedebat secus viam. Cæcitas enim ligauerat ei cum manus tũ & pedes, vt ne manuario opere sibi victum cõquireret. Is ergo cũ ex strepitu intelligeret turbã multam prætereuntem, (vt est hoc hominũ genus eo curiosius, q; oculis careat) rogabat quid hoc esset. De oculorũ natura Plinius multa dicit scitu digna lib.11.cap.37. Ex quibus pauca hæc carpsimus, quidã contuentur longinqua, alij nisi prope admota non cernunt. Reperti sunt Romæ duo paria gladiatorum, qui contra cõminationem aliquã non conniuerent, & ob id inuicti. Tantæ hoc difficultatis est homini. Neq; vlla ex parte maiora indicia animi cunctis animalibus, sed maxime homini, id est moderationis: clementiæ odij, amoris, tristitiæ, lætitiæ. Contuitu quoq; multiformes, truces, flagrantes, graues, transuersi, submissi blandi. Profecto in oculis animus inhabitat. Hinc illæ misericordiæ lachrymæ. Hos cum osculamur, animũ ipsum videmur attingere. Denique in his absoluta vis est speculi, vt tam parua illa pupilla totam imaginem reddat hominis. Ea causa est, vt pleraq; alitum hominum oculos plerunq; appetant, q; effigiem suam in his cernentes, velut ad cognata desideria sua tendunt. Ex his patet quam præcipua sit pars hominis oculus: vt merito dixerit dominus, Lucerna corporis tui est oculus tuus. Lucæ.11. Responsum est ergo cæco, q; Iesus Nazarenus transiret. Qui illico totus a fidei feruore correptus: magna imo maxima qua potuit voce clamauit dicens. Miserere mei fili Dauid, quod blandiens dixit, id quod proprium est misericordiam implorantium. Dauid enim vocatur in scriptura vir iuxta cor Dei. Actu.13. Memento inquit cuius filius es, & imitare parentem tuum, qui tam clemens extitit erga hostes suos, vt mortem Saul & amare fleret, & seuere vindicaret, & gratias referret ijs qui cadauer eius sepulturæ tradiderunt 2.Reg.2. Miserere mei, quem manus tuæ fecerunt & plasmauerunt totum in circuitu. Iesus autem dissimulabat se audire, vt per hoc magis ac magis accenderet cæci desiderium, sicut habes in Cananæa. Matth.15. Et qui præibant increpabant eum, Marcus. Comminabantur, vt taceret. Ipse vero, Tres euangelistæ, multo magis clamabat: Fili Dauid miserere mei. Ecce fatua sapiẽtia hoim inquit Chrys. Existimãt enim iniuriam pati magnos, si a pauperib. honorẽtur. Quis enim pauper ausus est (scelus infandũ) diuitẽ salutare publice? Hoc igit suspicãs turba q; molestũ esset dño, si cæcus vn. publice mẽdicus sic acclamaret auribus eius, increpabãt eũ, ac iubebãt tacere. Verũ cæcus iste adeo nõ cessit (sed plus videbat p tenebras q; Iudæorũ doctores qui legis scientia tumebãt) reclamãti turbæ; vt obiurgatus, validius etiã vociferaretur.

Asclepiad.
Lucæ.11.
2.Reg.11.
Tobiæ.5.
Esai.59.
Prouerbiũ
Genes.3.
Hesiodus.
Lucæ.10.
3.Reg.19.
Gregorius
Cæcitas.
Rom.1.
Plinius.
2.Reg.1.
Iob.10.
Chrysost.

Origenes. Origenes ita dicit, increpatur cęcus vt taceat, & non illum contemptibili nomine vocet filiũ Dauid, sed filium Dei. Sed qui formã serui suscepit, non dedignatur & nomen. ille igitur irritatur prohibitus, quoniã fides in periculis tuta est, & in securitate periclitatur. Cum infirmor inquit Paulus, fortior sum. 2. Cor. 12. precipiendo (inquiunt ij qui pręibant) præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto, & ecce repletis Hierusalem doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinẽ hominis istius. Act. 5. Et cęcus qui nudius tertius dixerat: non noui illum, respondit cũ cæteris. Sanguinem quidem huius hominis (Iesus Nazarenus, rex vester, deus Dei filios) vos super vos accepistis, Matth. 27. Cæterũ obedire oportet Deo magis ꝙ hominibus. itidẽ & cęcus cũ audiret, tace, flama fidei suæ magis ac magis excitabatur. Licet igitur malorũ preteritorum conscientia suadeat nobis silentiũ, tanto instantius fidentis animi clamor importunus pulset, donec se exauditũ intelligat. Non est cuiꝗ surdus dominus Iesus qui si nolit dare quod rogatus, nũꝗ nos doceret vt pulsaremus improbe opportune. Lucę 11. Quid enim miru si ad vocem vnius cęci vel duorũ restitit, qui vnam ouem quęsiturus, de cęlo descendit? Et stans Iesus, pręcepit illum vocari:

Luc. 15. & vocant cæcum dicentes ei. Bono animo esto, surge, vocat te (Marcus) qui proiecto vestimento suo, exiliens venit ad eum, Lucas, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquaret, dixit illi, Quid tibi vis faciam? Cęcus autem dixit ei. Rabboni domine vt videam. Iesus autem ait illi, Aspice. Fides tua te saluum fecit. Vade, & confestim vidit, & sequebatur eum in via, magnificans deum Lucas, & omnis plebs vt vidit, dedit laudem deo. Matthæus. Misertus eorum: tetigit oculos eorum. Et pater, Marcus dixit, Rabboni, alibi autem dixit Rabbi eo ꝙ Hebræorum lingua Chaldæorum ac Syriacæ commercio vicia-retur: sicut in Heli & Heloi, Sic & hodie Iudæi Raboni magistrum vocant, sed insignem & eminentem. Clamor igitur cæci sistere fecit gressum eius, qui aliquando fingit se longius ire. Quisi ad vocem non steterit, cogendus est, adicentibus mane nobiscum domine, quoniã aduesperascit. Non ergo mireris, si Iosue stare fecit solem vnica voce spacio vnius diei, quando vox terrestris homuntionis, Dei filiũ sistere potuit.

Luc. 24. Iosue. 10. Quod aũt stetit qui nunꝗ nõ stat, principium beneficij ostedit. Neꝗ enim in vacuũ vocauit eũ. Vocant igit cęcũ ꝗ missi fuerant, forte duo ex apostolis, qui alias missi sunt vt adducerẽt pullũ cũ asina. Matth. 21. Et blãdientes, esto inquiũt bono ac lęto aĩo o Thimæe, in primo est vt cureris desine mendicare stipes a transeũtibus: habes omniũ bonorũ fontẽ, qui & vocat te ibi Tobias noster audito, dominus stat, & vo-

Tobiæ. 5. cat te, quẽ toties inuocasti, cœpit offendens pedibus currere, abiecto vestimẽto, ne qua mora esset in am-

Tobiæ. 11. bulãdo. Et relicto vili illo sedili, data manu puero, exiliens venit ad dominũ, obortis interim prægaudio lachrymis. Et videre erat miraculũ illud, eum qui omnia moderat verbo potentiæ suæ, stare media via se-

Hebræ. 1. ptum a multitudine & frequentia populi, operiri ꝑ aduentũ vnius cæci, quẽ principes huius sæculi nauci

1. Cor. 1. non facerẽt, quẽ Pharisæi & sacerdotes nec triobolo emerẽt: vt vere dixerit Paulus, quę stulta sunt elegit

Ioan. 9. deus, & cæcos ex vtero matris, vt confundat oculatos Pauos & Argos, quorũ vox est, in peccatis totus

Matth. 11. natus cũ sis, doces nos? Quando enim vnus e grege Pharisæorum diceret domino. Miserere mei domine?

Tobiæ. 11. Quando misericordiã mendicarent ab eo, quẽ vini potorẽ vocabãt, amicũ publicanorũ, & peccatorum, & voracem? Isti sunt qui habẽt albuginẽ in oculis cũ Tobia, & apertis oculis cũ Saulo, nihil tamẽ vident

Figura. sicut habes actu. ca. 9. Albos habẽt oculos & vidẽtur sibi videre, vidẽtur sibi iusti. Verũ crede mihi, melius videt oculus niger in pupilla cuius vox est, deus meus illumina tenebras meas. Psal. 17. Astantẽ igitur cæcum, aut forte genibus accidentẽ, & manibus cũ oculis sublatis in cælũ, rogat dominus dicens: quid vis vt tibi faciam? Potentẽ agnouisti, quẽ filium vocas tanti vatis, tanti regis: Misericordẽ credis, a quo misericordiam imploras, de voluntate eius tota est cõtrouersia, vtrum nam qui potest, & velit. Habes igitur & velle meum, faciam enim quicquid petieris, refert autẽ ea: ne indigna petas tanto principe Quia & Bethsabe quæ prius audierat ex ore filij, pete mater mea, nec enim iustum est: & confundam faciẽ tuam, quia

Ioan. 15. indigna postulauit: vacua abscessit & cõfusione plena. 3. Reg. 2. Tu igitur quid vis vt tibi faciam? Id quod

Abulensis omnes volunt: & quo sine nullus est perfecte beatus: quia iuxta Abulens. solus sensus oculorum erit necessarius in beatitudine, videbitis enim & gaudebit cor vestrum. Homo enim cæcus truncus potius videtur, quippe qui inter diem & noctem non distinguit. Vellem igitur domine visum recipere: hina anablepso. Sint alij diuites sicut crassus, sint pauli sicut Absalon, sint fortes sicut Samson, sapientia prædi diuitijs & gloria sicut Salomon, ego hoc vnum pręppono votis omnibus vt te videã. Ergo iuxta vnum seruũ altissimi vere iste cæcus erat, qui cum primum audiuit, quid vis, non respondit cum Saulo, absit domine vt ego dicam quid velim, sed tu domine potius expone seruo tuo: quid me velis facere Verumtamen quia

Actu. 9. cęcus sum, reuela oculos meos, vt videam quem desiderat omnis terra, vultum videlicet veri Salomonis.

Theophy. 3. Reg. 10. Sequitur, aspice: fides tua te saluum fecit. Theophyl. Discamus illud, ꝙ quando cum fide petimus, non alia quidem nos petimus, & alia ipse dat sed ea ipsa. Atꝗ ita quoties alia petimus & alia accipimus, manifestum est, ꝙ non bene neꝗ fideliter petimus. Verumtamen Paulus alia petijt & alia accepit, sicut scriptum est, sufficit tibi gratia mea. 2. Cor. 12. Et confestim vidit. Græce, aneblepse, id est visum recepit: hoc est accepit quod postulauit. Ideo enim interrogatus a domino quid velit, non ꝙ dominus id ignoraret, sed vt scirent circunstantes, ꝙ non stipem mendicaret a domino, auditurus illud, argentum &

Actu. 3. aurum non est mihi. Nemo enim pauperior domino Iesu in auro & argento, nemo illo ditior & opulentior in bonis quæ hominem possunt beatum facere. Vidit igitur quem nosse vita æterna est. Vnde

Actu. 9. probas ꝙ visum recepit? Sequebatur dominum. Nam cæcus existens, immobilis erat quasi lapis. Ita Saulus qui & Paulus receptis oculis, continuo ingressus synagogas, prædicabat dominum Iesum Christum. Et dicentibus multis ex cæterum cætu, nonne hic est qui impugnabat in Hierusalem sectatores

nomi-

nominis Christi? Ego inquit Iesum, sed tunc cæcus eram. Postquam ceciderunt velut squamę ab oculis meis, Palinodiam te canto. Satius est enim recurrere quam male currere. Denique omnis populus vt vidit fidē cæci, clementiam optimi & maximi Dei, dedit laudē deo, qui abundantius tribuit quam rogatur. Lumē oculorum mendicabat cęcus, accepit autem & oculos mentis, vnde sequebatur dominum: dicamus recapitulando. Nostrum est iuxta viam sedere, agnoscendo cęcitatem animæ nostræ, suū est transire vt inuocetur. Nostrum est inuocare eum dicentes, miserere mei, suum est præcipere vt ad præsentiam suam deducaris, & rogare quid velis. Tuum est agnoscere cæcitatem, lumen mentis flagitare, suū illuminare tenebras tuas, & tuū erit sequi eum, quem qui sequitur, non ambulat in tenebris, sed habebit vitam æternā. Quod autem dicit Matthæus: dominum impositis manibus illuminasse cęcos duos; vide ad hoc Marci cap. & libro sexto. cap. 6.

Ioan. 10. Lucę. 19.

A

Caput. x. De Zacchæo statura pusillo ascendente sycomorum vt videret dominum, apud quem dominus illo die pastus est cum suis: & sequitur, hodie domui huic salus adeo facta est, & c.

ET ingressus perambulabat Hiericho. Et ecce vir nomine Zacchęus: & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues. Et quærebat videre Iesum quis esset, & non poterat pręturba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ante ascendit in arborem sicomorum vt videret eum, quia inde erat transiturus. Si vera sunt quæ supradiximus, videlicet quod in digressu ex vrbe Hiericho, illuminauit dominus cæcum, quomodo nunc Lucas dicit consequenter, & ingressus Hiericho, perambulabat. Dicitur iuxta Nicolaum & Abulensem, quod necessarium est dicere, ista duo non facta fuisse consequenter, sed tempore interiecto, licet videantur narrari a Luca ordine consequutiuo, de ciuitate ista vide late historiam, Iosue cap. 6. item. 3. Reg. cap. 16. Hiericho igitur ciuitatem quam Iosue funditus euertit, figuram tenet sęculi huius. Hanc qui rursus reædificat contra edictum Iosue. i. Iesu Christi: cum interitu omnium filiorum suorum reædificat, sicut Achiel de Bethel, quia qui ad opera mundi reuertitur, manu semel ad aratrum missa, omnes iusticiæ suæ coram deo obliuioni tradentur. Ezech. 18 Hanc tamen reædificatam dominus perambulat, & præsentia sua dignam facit, quia cum iratus fuerit, misericordiæ suæ memor erit. Quot autem & quantæ fuerint abominationes populi illius, hinc perpendere licet, quando nec sexui nec ætati parcitum est, non denique quod extremum malorū significat, maledictus qui Hiericho reædificauerit, sed sit anathema domino. Scriptū est autē, in cubilibus in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci. Esai. 35. Isti sunt dracones ostēsi Petro in visione Actu. 10. de quibus iam sanctificatis & in alios viros conuersis dicit Paulus, fuistis aliquando fornicarij, idololatræ, adulteri, molles fures auari, ebriosi, maledici, rapaces, masculorū cōcubitores (vides quot genera draconū & serpentium) sed abluti estis in sacramēnto baptismatis transito mari, submersis ad vnū Aegyptijs, sanctificati estis, accepto spiritu sancto, qui est pignus ęternę hęreditatis. Sed iustificati estis, accepta peccatorum remissione plenissima, vt nec deus eorum vltra meminerit. Esai. 43. dicat licet alias, serue nequam omne debitum remisi tibi, quia rogasti me. Matth. 18. De numero igitur istorum qui erant olim dracones & serpentes & vrticę, abluti autē sanctificati & iustificati conuersi sunt in calamo suauis odoris, & in iuncos, in quibus difficile inuenias vel nodum vnum (homo simplex & rectus. Iob. 1.) sequitur in textu. Et ecce vir nomine Zacchæus, princeps publicanorum & ipse diues in bonis operibus. Hoc enim significat Zacchæus, iustus aut iustificatus, aut ardēs studio iustitiæ. Quomodo ardebat? Quærebat Iesum videre quis esset, & non poterat pręturba, quia licet dignitate sublimis esset, quia princeps, statura pusillus erat, meritis exiguus, vitæ genere non admodum honesto, quia princeps eorum qui vectigalibus corradendis pręfecti erant: aut vt cōmunis erat existimatio, publicorum furū. itaque nec diuitię nec principatus auxilio ei esse poterāt, vt cederet ei turba quæ dēsissima erat & sequebatur dñm Iesum. Ita & in Naama nec principatus, nec fortitudo, nec diuitiæ nec summus honor apud regē quicquam ei conferebant, quo minus leprosus esset. 4. Reg. 5 de gigātibus vnde sint propagati verū sicut. S. Thomas ex semine humano, cooperāte dęmone, idque sub certa cōstellatione, quod mihi nūquam persuadebit, an naturali cōgressu viri & fœminę, alij viderint, mihi satis verisimille est, Sicut enim natura producit nanos, de quibus plenæ sunt historiæ, ita & gigātes. vide Plinij lib. 7. cap. 16 Erat igitur Zacchęus statura pusillus, idque obstabat quo minus de facie nosset eū de quo minor eam admirāda sparserat. Credebat & amabat: vnde tenebatur eodē desiderio quo annosus ille & iustus Simeō & multi reges & prophetę, oculos videlicet explere beatissimo illo omniū miraculorū miraculo: vnde meruit hospicio excipere, quē Simeon excepit & tenuit inter vlnas. Luc. 2. Desiderabat & Herodes videre dominū Iesum, vidit autē & spreuit illusum, pusillus igitur erat statura, desiderio autē alter Moses: cuius verba sunt: ostēde mihi faciē tuā. Sicut autē Simeoni suggestū est a spiritu sancto vt templū cōscenderet, ita & Zacchęo a spiritu sancto suggestū est, vt præcurrens ascēderet arborē sycomori: Gręce sycomorean. i. caprificū, hoc est iuxta Nebrissen em fatuā ficū. Amos 7. pro sycomoros quod trāstulit Hierony. Theodothio dixit sycamina. Exponit aūt Hierony sycomoros rubrorū mora. Reuera aūt sycomorus ficus est Aegyptia, & apud nos vocat caprificus, cuius poma cū nunquam maturescāt, sunt tamē vel maxime necessaria maturādis cęteris ficorū pomis, de quo quod docet velit cōsulat indigenas ciuitatis. Grego. si igit veraciter desiderio sapiētię tenemur: quę de cęlo ad nos infatuata descēdit (quod enim stultum est Dei sapientius est omni sapientia humana) stultos nos humiliter cognoscamus. ita Paulus. 1. Cor. 3. Siquis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, vt sit sapiens.

B C D E

Lucę. 3. Figura. Hab. 3. 1. Cor. 6. Ephe. 1. Thomas. Lucę. 3. Lucę. 2. Exod. 33. Gregorius.

Magna stulticia Pauli dicentis (doctus legem ad pedes Gamalielis) nihil iudicaui me scire cum apud vos essem, nisi Christum Iesum, & hunc non excitantem vita functos, imperantem dæmonibus, peccata remittentem, sed crucifixum 1. Cor. 2. Sapiens videbatur Zacchæus, cui tantus census ex rapina succreuerat: filij enim huius sæculi prudentissimi sunt in aggreganda denso luto iuxta Habac. cap. 2 aut iuxta. 70. in aggrauanda torque sua. Tamen vt fieret sapiens sapientia vera, sycomorum ascēdit. Pusillus itaque Zacchæus sycomorum ascendit, & dominum vidit, quia qui mundi stulticiam humiliter amplectuntur, ipsi Dei sapientiam subtiliter contemplantur. Quid enim iuxta mundum stultius, quam defraudata in quadruplum restituere, possessa sapientibus relaxare, nullam pro acceptis iniurijs iniuriam retaliare, imo adiunctis alijs, patientiam præ se ferre? Quasi enim sycomorum nos ascendere dominus præcepit, cum dicit: Qui aufert tua, ne repetas. Matth. 5. De hac sycomoro ita dicit Paulus. Nos prædicamus Iesum Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stulticia. Quomodo enim putamus scandalizatos multos ex Iudæis, qui dominum Christum comprimebant quidem, tangebant autem minime, cum viderent tam opulentum principem sycomorum more pueri ascendere: vt videret vnius Fabri filium iuxta vulgi opinionem impiam licet? Et quare inquiunt, si desiderio huius tenetur videndi, non inuitat eum sicut fecit Matthæus huius fortis minister & coadiutor in vellicandis vrribus? Reuera Zacchæus maiora conaretur, sed obstabat modestia. Nam & si ore taceret, dicebat tamē cum Centurione, Non sum dignus vt subeat tectum meum, vtinam visione eius fœlici perfrui merear. Iudæi igitur offendebantur videntes multos ex Gentibus sycomorum ascendere, vt apprehendant fructus eius. Quos fructus? Sycomorus hæc arbor vitæ est plantata in medio paradisi ecclesiæ, & fructus vniuersi in ea. Dani. 4. & in ea pendet fructus ventris immaculatæ virginis, & ipse est botrus allatus de terra patribus nostris promissa. Cæterum multi ex Gentibus fugiunt hanc sycomorum, quæ poma edat insipida admodum, abstinete a carnalibus desiderijs, curam carnis non facere in desiderijs Rom. 13. Mori mundo, Christo configi, Gala. 2. Veruntamen vbi Gentilis sapiens inuenit stulticiam, ibi Paulus stultus inuenit sapientiam, inuenit gloriam, vbi Iudæus scandalum, inuenit fructum vitæ vbi Iudæi & Gentes inuenerunt mortem. Qui enim non credit, ira Dei manet super eum. Ioan. 3. Et cum venisset ad locum, suscipiens Iesus vidit illum, & dixit ad eum. Zacchæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cum viderēt omnes, murmurabant, quod ad hominem peccatorem diuertisset ad diuersandū. Semper igitur deus tribuit abundantius quam rogatur. Videre cupiebat, domi excepit, & salutem domus suæ. Ita ad Centurionē dicentem, dic tantum verbo, respondit, sicut credidisti fiat tibi. Et dicenti, puer meus iacet. Ego inquit vadam, & curabo eum. Itaque dominus licet vocem inuitantis non audierit, audierat tamen affectum. Vnde perueniens ad locum vbi Zacchæus pusillus operiebatur vitam animæ suæ, sublatis oculis velut noscitabundus: vidit Zacchæum. Videre autem Dei cognoscere est & approbare, sicut scriptum est: cum esses sub ficu vidi te. Et rursus, respexit dominus Petrū. Lucę. 22. Et dixit ad eū, Heus festina o Zacchæ, quia hodie mecum es cœnaturus, & ego tecum. Et obserua quomodo illum tanquam sibi alias notum & familiarem nomine suo vocat, vt & de isto merito dicuntur, inuenisti gratiam coram me, eandem videlicet quam Abraam pater tuus, Genes. 18. & teipsum noui ex nomine. Exod. 33. Obserua autem quod Zacchæus dominum Christum de facie non nouerat, & nisi dominus vocasset eum, in eundem defixis oculis nihil profuisset conscendisse sycomorum, in qua multis instrat, Gentilis ratione, sed insertus in bonam olim ficum, nunc autem fatuam & maledicto proximam Matt. 21. sublimis in arbore speculator hominis vnius. In domo inquit tua oportet me manere. Quia enim in sua venit, & sui non receperunt eum, diuertit ad ecclesiam de Gentibus congregatam, & relinquetur filia Sion, sicut tugurium in cucumerario, quia seruata ciuitate Niniue a desolatione, vmbraculum cucurbitæ exaruit, etiam super hoc indignāte Iona, qui oppositum optabat. Ionę. 4. Quodque dicit, oportet me manere, similis est sententia hęc illi, alias oues habeo, & illas oportet me adducere. Ioan. 10. Explicat autem hac forma verborum ingēs desiderium quo tenetur salutis omnium Baptismo inquit baptizandus sum, & coarctor donec perficiatur. Lucę. 12. Perinde igitur valet, in domo tua oportet me manere quasi dominus diceret cum Helia ipsi Helisæo. Vade & reuertere, quod enim meum erat feci tibi. 3. Reg. 19. Et festinus descendit. Quare festinus? Quia scriptū est. Surrexi dormitabunda, vt aperirem dilecto, at ille declinauerat atque transierat. Si enim Abraam lætabundus tres viros hospicio suscepit, vir eutrapelos idque exultim, quos tamen iuxta Chryso. veros homines opinabatur, quanto hunc gaudio exultasse credimus qui dominum angelorum interioris domus suscepit hospicio? Vere gaudens descendit, in continenti & improcinctu suscepit, quia & iste vidit coram quod Abraam videns a longe, ante bis mille annos, gauisus est. Ioan. 8. Quod autem murmurabant Iudæi, eo quod ad hominem peccatorem dominus diuertisset (infandum scelus) non mireris, isti enim sunt fratet ille maior, qui rogante etiam patente conuiuium deprecatus est, Lucæ. 15. isti sunt qui vocati ad nuptias, dicunt, habe nos excusatos: vel nō possumus venire. Ad hæc dominus. Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habēt. Vos qui sani estis, gaudete quia nomina vestra scripta sunt in terra, de rasa sunt e libro viuentium. Nescio autem quomodo Zacchæus peccator erat, qui tam liberalis erat erga pauperes Charitas autem operit multitudinem peccatorum. 1. Pe. 4. Et si peccator erat, iam non est, ex quo domum eius ingressa est arca Dei. Cecidit enim illico Dagon. Ingressa est domū eius sapientia & iusticia, sanctitas & redemptio. 1. Cor. 1. Sapientia, quia stultus factus est: vt saperet quæ Dei sunt, ascendens sycomorum. Iusticia, quia defraudata in quadruplum restituebat, sanctificatio, quia domi suæ suscepit dominum Christum sanctum sanctorum. Redemptio, quia dimidium bonorum suorum largiebatur pauperibus, redēptio

autem

Marginal notes: 1. Cor. 2. — Lucę. 16. — 1. Cap. 2. — Marci. 5. — Marci. 6. — Prouerbiis — Matth. 8. — Cant. 8. — Num. 13. — 1. Pet. 2. — Ioan. 1. — Esai. 1. — Cant. 5. — Chrysost. — Lucę. 14. — Matth. 9. — Psal. 68. — 2. Reg. 5. — F — G — H — I — K

autem animæ inquit sapiens: diuitiæ sunt. Prouerbiorum. 13. Ostendit igitur dominus visibili gratia inuisibilem sanctificationem, quia Dei sapientia familiariter cor credentis ingreditur, & mansionem facit, ex qua domui illi salus æterna facta est, murmurent licet & insaniant insani. Statura igitur pusillus erat, sed altior reuera multis, qui quod grallant, gigantes videntur & proceræ arbores, corniculæ non pauci, non vipiones. Sequitur. Stans autem Zachæus, dixit ad Iesum. Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus. Et si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum quadrupla. Hoc est reddebat sublata & detrimentum quod incurrit dominus rei, sicut dixit quidam ex nostratibus, redde capras octo, & partum post partumque annorum trium. Ait Iesus ad eum: hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse sit filius Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. 12. q. 2. cap. cum deuotissimam. Et. 26. q. 7. effectũ. Ha-

A bet ergo vnum ex camelis euangelicis, qui deposita gibba diuitiarum, facile ingredi potuit foramen acus. Nam defraudata restituebat in quadruplum, quæ autem honestis laboribus conquisierat, æque cum pauperibus diuidebat, hoc est dimidium largiebatur de iusto labore partis. Exeat nunc nescio quis Pharisæus tumens iusticia legis: & dicat, decimas do omnium quæ possideo. Vides rerum vices inuersas? Interiora Pharisæorum plena erant rapina & dolo & hypocrisi, foris autem catones. Zachæus publicanus intus plenus operibus bonis, opinione autem vulgi princeps furum. Denique Pharisæus ille sic ebuccinabat merita sua quæ in numerato habebat apud se, vt publicanum digito notaret, & impietatis notam eidem inureret. Zachæus nihil tale: sed vt homo alias peccator simpliciter exponit sibi fuisse iusticiæ studium etiam antequam de facie dominum nosset. Atque vtinam Zachæi nostrates vel Atlantes hunc imitarentur, & non iuxta Prouerbium porcum subripientes, pedes restituant. Si quid inquit aliquẽ defraudaui. Græce esycophantesa, quod est propria delationibus extorquere aliquid, quod tamen hic pro quacunque fraude

B posuit Theophyl. Si dimidium dat pauperibus, & ex dimidiatis diuitijs quadrupla restituit iuxta legem de furibus (2. Reg. 12.) & vita principis publicanorum 1. victos non aliunde quam ex pauperum lachrymis esse considera quomodo omnino fuerit nodatus tu si quadrupla non reddis, minimum restitue simpla. Nec dicit, dabo, sed reddo & do. Et dominus, hodie inquit das, hodie salus domui huic facta est. Vnde illud, ne dicas amico tuo, vade, & reuertere & cras dabo tibi, cum statim possidare. Ambrosius. discant diuites nõ in facultatibus crimen hærere, sed in his qui vti nesciunt facultatibus. Namque arma Saul ipsi quidem Dauid impedimento erant, quia non habebat vsum (obserua verbum hoc, non habebat vsum:) cæterũ Sauli adiutoria erant. Nam diuitiæ vtentibus adiutorio sunt, improbis qui eas domi sordere sinunt impedimẽto sunt. Confer hunc Zachæum epuloni, qui vel micas negabat pauperi, & intelliges, quod dictum est, diuitias impedimenta sunt non vtentibus. Plutarchus fama est Alexandrum ex Asia centum Phocioni ta-

C lenta dono misisse; atque phocionem vt erat auri minime auidus, nuntios qui ad se illa detulerant rogasse, quid nam esset causæ, quam ob rem se vnum Alexander inter tot claros præstãtesque Athenis viros donãdum potissimum delegisset. Respondẽtibus illis. Quia te vnum ex omnibus virum bonum & honestum iudicat. Sinito igitur inquit qualem me iudicat, talem & esse & videri perpetuo. Illi domum Phocionem subsequuti ingressique, vbi domesticam viri paupertatem inspiciunt ædes videlicet vacuas, pinsentem vxorem, & illum sibi lauandis pedibus aquam haurientem, vt pecuniam accipiat rogant importunius, indignum esse dicentes, regis amico eidemque primario omnium Græcia viro, vitam vsque adeo abiectam & inopem esse. Conuersus tum Phocion, cum mendicum quendam senem vidisset sordido amictu prætereuntem, illos rogat, num minoris se existimarent, quam istum; precantibus vt diceret meliora: Atqui paucioribus inquit quam ego viuit ille. Desinite igitur me frustra obtundere. Ego enim argentum in cassum sumpsero, si sumpsero, pro eius amplitudine non vtar. Si vero vtar, dignam ego cum rege ipso inuidiam & su-

D spicionem non euitabo. Nuntij perfecta viri constantia ad regem cum auro redeunt. Omnem vero Græciam celebris eiusce rei fama peruasit, atque per disputantium philosophorum scholas incepit quæstio, vter esset ditior: is ne qui aurum obtulisset, an qui in summa auri egestate aurum contempsisset. Indignatus Alexander munificentiam suam Phocionis frugalitate & continentia superatam: longe plura mittit de integro illud adiciens, amicum neminem sibi putare, qui a se non accipiat. At Phocion cum nihilo segnius hoc auri respuisset, ne regis tamen videretur aspernari liberalitatem, pro auro petit, vt quattuor viros e vinculis solueret, quos varijs accusatos criminibus, Sardibus coercuerat. Ait igitur Iesus ad Zachæum pusillum & magnum. Hodie domui huic (domus pro familia accipitur) salus facta est. Benedixit enim dominus domui obededon ad ingressum arcæ testamenti 2. Reg. 6. Dicunt Hebræi, quod vxor & concubinæ & nurus & ancillæ pepererunt mares, & quadrupedes fœmellæ omnes geminos pepererunt fœ-

E tus. Benedictio hæc temporalis est, communis & bonis & improbis (Hiere. 12.) domui autem Zachæi salus æterna promittitur, eo quod ipse (ipse autem potest referre domũ, quæ Græcis est generis masculini, i Kos) sit filius Abrahæ: non carne sed spiritu, sed opere & veritate, ac proinde de numero stellarum quas Abraã iubetur computare pro filijs. Venit enim filius hominis quærere ad saluum facere quod perierat, ouem centenariam, drachmam decimam, filium iuniorem. Luce. 15. Asinam & pullum, &c. Matth. cap. 21. Videtur autem hunc fuisse Israelitam publicanorum principem licet.

Matth. 19. Luce. 18. Matth. 23. Theophyl. Exod. 22. Prouerbiũ. Ambrosius. 1. Reg. 17. Luce. 16. Alexander. Phocion. Alexander. Gene. 15. Luce. 15.

Caput. xi. De homine nobili qui abijt in regionem longincam, & de tribus seruis quibus tradita est pecunia domini iuxta possibilitatem vniuscuiusque, & quid supra sortem Lucrati sint singuli eorum, et conciliatur parabola.

HAec illis audientibus, adijciens dixit parabolam, eo φ esset prope Hierusalem, & quia existimauerunt, φ confestim regnum Dei manifestaretur: dixit ergo. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam, accipere sibi regnum & reuerti. Vocatis aūt decem seruis suis, dedit eis decem mnas. Matthæus. Vni dedit. 5. talenta, alij duo, alij vnum, vnicuiq; secundum propriam virtutem. Lucas. Et ait ad illos. Negociamini dum venio. Ciues autē eius oderant eū, & miserunt post illum legationem dicentes, nolumus hunc regnare super nos. Quod dicit Math. cap. 25. secundum propriam virtutem, Græce est: dynamin, i. facultatem siue potestatem & industriam, vt ad vires non ad probitatem pertineat. Vnde illud ex prouerbio, non omnia possumus omnes. Sunt enim pauci quibus & virtus suppetit & res.

T. Liuius.

Fœlix cui simul hæc sunt data sorte deorum inquit Theognis & T. Liuius. Non omnia eidem dij dederunt. Vincere scis Hannibal, victoria vti nescis. Sed ad rem: Fuisse quosdam ex discipulis Christi, qui opinarentur eum mox a dispensatione crucis regnaturum sicut Dauid & Salomon, alias diximus, & in eadē opinione fuisse multos domino ascensuro in cælum, Lucas testatur in Actis, cap. 1. Imo sicut ex præsenti loco conijcere licet, non statim a morte & resurrectione sed φ primum Hierusalem perueniret quam versus recta pergebat, regnaturum putabant: nihil aliud somniantes φ quod Ioannes & Iacobus, qui quoniam audierant sermonem de sedibus. 12. Volebant vtrunq; latus claudere Christi. Illud interim obseruādum, φ hunc errorem noluit dominus etiam abiens excludere a mentibus eorum, sed suspensos relinquēs ac dubios, non est vestrum inquit nosse tempora quæ pater apud se habet diffinita de restituendo regno Israel. Accipietis autem virtutem spiritus sancti, & ille docebit vos omnem veritatem, & tempus restituendi regni huius. Cæterum regnum Christi cuius qualitatis sit, dictum est Matth. 20. ibi: indignati sunt decem. Non enim atmis constat a dominatione, sed charitatē & humilitatem. Interim autem φ regnum hoc adueniat, sicut oramus cotidie patrem, Matth. 6. Illud vnum quæritur inter dispensatores pecuniæ dominicę & regalium redituum vt fidelis quis inueniatur in commissis sibi talentis, nam velimus nolimus dispensatores sumus pecunię dominicę, de qua dominus præsentem ponit parabolam: dicens. Homo quidam nobilis; est autem nobilitas iux philosophum. 4. Politicæ antiquæ diuitię & virtus. Nobilitas autē apud omnes in honore est. Item lib. 1. de histo. animalium: nobile est, id quod ex bono produit genere: Generosum aūt quod non a sua natura degenerauit. Mores autem nobilium sunt, vt ambitiosiores sit, qui generosior est. i. qui nobilior. Est igitur nobile secundum virtutem generis, generosum vero quod non recedit e natura quod non contingit vt plurimum nobilibus, sed multi humiles atq; deiecti sunt. Et subdit philosophus. 4. Politicæ Si quis in ciuitate excellat virtutē, non dicendum est, vt talis virtit de ciuitate pellendus, neq; gubernationi aliorum erit subijciendus. Putandum enim talem virum tanq; deum in hominibus esse: ac pro iade cui omnes sponte sua parere debeant, sitq; rex perpetuus in ciuitatem Dicit autem Plutat. Mirabile quiddam de Phacione, Certum est Phacionem quintum, supra quadragesimum gessisse imperium (erant enim principatus annui) cum nec semel ipse comitijs interfuisset. Quod eo solet videri maius: quo nihil eum in omnium vita popularis gratiæ causa vel fecisse certe vel dixisse constat. Quin imo ab illis artibus tantum absuit, vt sępissime plebi sit acerrime contumeliosequ; aduersatus. Sequitur habuerant ex delphis Atheniensis oraculum, cujus erat firme hęc sententia. Vnum Athenis hominem esse solum, qui aduersus ciuitatem sentiret: cum cęteris tamen omnibus idem esset in republica animus. Hec vbi publice recitatum est, exurgens Phocion, desinite ciues inquit quem nam deus ea voce significet deinceps inquirere: vnus enim is ego sum, cui placeat nihil eorum quę in republica nunc gerantur. De huiusmodi principibus merito dicere possis, Num inuenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit: Si igitur nobilitas iuxta philosophum est virtus cum diuitijs antiquis, nescio si quem nobilem ostendere possimus hoc nostro æuo Raro enim coeunt diuitiæ cum virtute, aut cum fœlicitate iuxta Hieronymum. At fœlix qui possit esse, sine virtute: Verumtamen in domino nostro Iesu Christo vtrunq; facile est reperire virtutes videlicet & diuitias virtutes, quia requieuit super eum spiritus sapientiæ, & c. Esai. 11. Cæterum cum diues esset iuxta Paulum, pro nobis egenus factus est, vt eius inopia nos ditaremur. Quod si consentaneum est iuxta philosophum. 3 Politicę ex melioribus ortos esse meliores, qui excellētiores φ Abraam Isaac & Iacob, quorum deus sigillatim dicitur deus: Exo. 3. Quod si & nobilitas gentis est homines esse indigenas & vetustissimos, nec ex hac parte claudicat nobilitas Christi. Siquidem Iudęi palestinam annis iam mille sexcentis incolebant tempore natiuitatis Christi. Quia iuxta. S. Hierony. super Esai. cap. 1. Duodecimo anno regni Ezechię. Romulus Romam condidit Ezechias autem quintus decimus rex fuit in Israel computando a Saul Adde ad tempora iudicum (de quo vide 3. Reg. cap. 6.) & intelliges φ etiā iuxta φ dominus Iesus Iudęus erat natione, nobilitate generis, claritate, antiquitate, virtute simul cū diuitijs fulget. Vocat se igitur dominus nobilem, non autem generosum: quia non raro maiores sui degenerarunt a probitate auorum & pro auorum, sicut Salomon a probitate Dauid: Manasses a virtute Ezechię: Amō a sanctitate Iosię & cętera. Dominus igitur Iesus nobilis & diues, est homo iste qui dicitur abijsse in regionem longinquam, accipere sibi regnum, vt regnaret super duo regna. Ecclesia enim licet sit vnica. i. vnum corpus: cuius Christus dominus est caput, pars tamen eius in summa pace regnatur e Christo, qui posuit fines eius pacem (Psal 147.) & ipse est pax eius. Pars autem altera adhuc bellum gerit cum Amalechitis, quorum vox est, nolumus hunc regnare super nos: non enim habemus regem pręter cęsarem. Ioan. 19. Subijciamus exempli gratia & animi ex paciandi mores vnius Romani principes, vt

opposita

Margin notes: Math. 19. — Actu 1. — Ioan. 16. — 1. Cor. 4. — philosoph. — Phocion. — Genes. 41. — Hierony. — 1. Cor. 8. — Hierony. — Exo. 17. — Sabellicus

G H I K

opposita iuxta si posita magis elucescant. Heliogabalus imperator. Hic in lucernis Balsamum exhibuit, rosacea aqua piscinas impleuit, fœnicem se conuiuis appositurum est pollicitus. Nauale certamen dedit in euripo vinipleno. Totum triclinium instrauit croco, cum primores ciuitatis ad cœnam vocasset, eiusmodi fœno dicens dignos, qui conuiuio adhibiti essent, porticum scobe auri, dolens quod nequiret electri. Ventris excrementa auro excipiebat: Myrrhino vrinam. Domestice aliquando rogatus: an timeret pauper fieri, cui inquit melius hæres fuero, quam mihi & vxori meæ? Negauitque se ob id filios optare, nequis sibi frugi nasceretur. Vectatus est nunc a ciuibus in quadrigarum speciem iunctis: nunc a ceruis: nunc leonibus Tigribusve: & quod proximum prodigio fuit, nudis mulieribus interdum vti, quæ vt quadrupedes currum traherent. Et nescias vtrum tantus princeps maiore luxuria an stulticia laborauerit. Ad decem milia pondo aranearum collegit: ex his se intelligere testatus quam magna esset Roma. Exhibuit & decem milia

A murium, mille mustellarum. Ridebat tam incomposite: vt theatro pleno, vnus omnium ridens dignosceretur. Vim serpentum maximam per Marsicæ gentis sacerdotes quæsitam, ante Lucanis horis in multitudinem misit, quæ spectaculorum die in theatro vt moris fuit occupare solebat, quo terrore multi afflicti sunt, multi illorum morsu exanimati. Omnes vrbis meretrices & lenones pro concione affatus est: eas cõmilitones appellãs: singulisque donatiui nomine ternos numerauit aureos. Et quia ex Syris sacerdotibus cognouerat fore vt violenta morte periret, ex serico & cocco habuit intortos funes, quibus si necessitas coëgisset, sese suspenderet. Habuit & aureos cultros, turremque eminentissimam auro & gemmis excultam, vnde se præcipitaret; vt quoquo modo mori coactus esset, preciosa vt dicere solebat esset mors sua. Habebat & euripum rosacea plenum aqua ad eundem finem. Item venenum presentaneum in aurea pixide, vt mors tanti nebulonis omnino esset preciosa. Galenus imperator nunciata patris captiuitate, sciebã inquit patrem meum mortalem esse. Statuam sibi duplo maiorem Neronis collossa fieri imperauit, cuius

Galenus.

B hasta esset infantis capax. De his spectris altas diximus, quibus tamen prohsuperi cessit Romanum imperium. Abijt itaque homo hic nobilis iuxta quod homo erat in cœlum, spoliato tenebrarum principe: cum multis ijsque electis spolijs, de quibus dicitur, ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Psal. 67. Reuertetur autem media nocte Matth. 25. aut iuxta Paulum tanquam fur. 1. Thes. 5. Hoc est omnino in expectatus. Et vocatis decem seruis (alias autem vocatur, 10. virgines) dedit eis decem mnas suæ minas. Mna vero & libra & pondo fere idem sunt. Mna pondus. 12. vnciarum & dimidiæ: pendet drachmas centũ. Et ait illis. Negociamini dum venio. Matthæus cap. 25. meminit. 5. talentorum, duorum & vnius. Quod si iuxta prophetam deus bonorum nostrorum non indiget, quid est quod dicit, negociamini dum venio? Est inquit Augustinus deus cum primis auarus salutis humanæ: ideoque quicquid in pauperes confesimus, sibi acceptum fert. Sex diebus negociari licet, in sabbato manendum est domi. i. apud semetipsum. Exo. 16. & fructum

Augusti.

C dum eisque quæ sex diebus seminasti Siquidẽ quæ homine seminauerit, hæc & metet. Gala. 6. Interroga epulonem qui amicum nullum sibi fecit ex mamona iniqua. Quæ est autem mna ista aut talentum, pecuniave quam multiplicandam accepimus? Diximus Lucæ. 15. de patre diuidente substantiã duobus filijs. Scriptum est & Eccle. 15. deus ab initio constituit hominem, omnia subijciens pedibus suis oues & boues, & reliquit illum in manu consilij sui, hoc est abijt in regionem longincam. Sinit enim vnumquemque nostrũ vti arbitrio suo, qui tamen non raro inexpectatus adest dicens. Tibi dicitur rex regnum tuum transibit a te (sicut regnum a Saul œconomo infideli ad Dauid fidelem) hoc est talentum tibi creditum (quia eo abuteris) alter accipiet, & ab hominibus eijcient te: & cum bestijs erit habitatio tua, vt pascas porcos, qui regno abusus es, &c. Sequitur ex ecclesiastico. Adiecit mandata & præcepta in quibus continetur qualiter pecuniam domini augere debemus. Nemini mandauit impie agere, sed honesto labore & sibi & pauperibus victum conquirere iuxta Paulum, Ephes. 4. Nemini dedit spacium peccandi. Sed dedit illi deus spaciũ

Lucæ. 16.

Psal. 8.

Dani. 4.

D pœnitendi, & negociandi: ille autem abutitur eo in superbia. Iob. 24. Quid ergo dixit: ingredimini viam latam, coronate vos rosis, parentate vobis cotidie, comedite, bibite, lætamini? Lucæ. 12. Absit. Sed negociamini. Apposuit nobis ignem & aquam, vitam & mortem, bonum & malum: ad quod quisque velit porrigat manum. Negociare igitur vel cum Martha circa curam fauces illius. Lucæ 10. Vel cum Maria circa vnum necessarium. Et si dicas, homo iste tam diues quare vnicam tantum mnam dedit cuilibet seruo? vide quam admodum multum est talis domini vel vnum talentum: quia libertas volũtatis quæ est tota substancia rationale creaturæ nullo precio æstimari potest. Hoc enim vnico talento si prudens negociator fueris, licebit tibi excari vnam illam preciosam margaritam; cum qua omnis pauper diues est, & sine qua omnis homo crasso licet ditior, pauper est. Regnum Dei tantum valet quantum habes inquit August. Paulus vnam mnam accepit, & tamen plures fructus congregauit in horreis dominicis (1. Cor. 15. quam cæteri apostoli si mul. Non autem ego inquit? Quis ergo? Gratia Dei mecum: & hæc est mina, ipsa est talẽ-

Sapien. 2.

Matth. 13.

Augusti.

E tum. Tu igitur vide ne gratiam hanc, minam vel talentum in vacuum accipias, vel dormitando cũ Helia. 3. Reg. 19. vel expendendo cum meretricibus. Lucæ. 15. Vel commutando pro lentibus cum Esau. Vel curam carnis faciendo, ita vt dominetur Agar, & Sara deseruiat. Genes. 16. Et isti sunt ciues mundi filij Cain, de quibus nunc sequitur. Ciues autem eius oderant eum: nec poterant ei quicquam pacifice loqui. Genes. 37. Veritas enim odium parit nonnunquam & mortem. Hinc igitur odij seminantium in regem suum, quod traducebat ciues istos in populo, dicens: implete mensuram fratrum vestrorum & patrem. Quoniã primum igitur rex noster abijt in regionem longe. Iudæi coniurati legationem mittunt, dicentes: Nolumus &c. De hac habes in actis cap. 28. ibi, Rogamus te Paule frater audire quæ sentis: Nam de secta hac (audis coniuratorum vocem) notum est nobis, quod vbique ei contradicitur. Et vnde notum est vobis o ingratissimi & homicidæ ciues, nisi ex legatione ad vos missa a ciuibus Hierosolymitanis? Qui ita scripserunt

2. Cor. 6.

Genel. 25.

Matth. 23.

Cæsarem

Cæsarem super nos regem accepimus quia ita res ferebat, ne tota gens Iudaica funditus interiret. Vos bo-
Ioan.11. ni consulite, & tenete quod tenetis, hunc autē nolumus regnare super uos. Sed tulerunt operas suas, quia
iugum Cæsaris suscipientes, potestatem regis regum non effugerunt, dicente propheta, imo deo patre per
2. Reg.18. os eius: ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, Psal 109. Erat autem Saulus vnus e numero cō-
iuratorum istorum, & iste vnus pro decem milibus computabatur sicut habes in Actis. cap. 8. & cap. 9.
Huic igitur velut coniuratorum capiti & autori rex nobilis in altero confidens regno legatum misit qui
diceret. Tu Saule qui me præter cæteros persequeris, vide ne octi pedem excites, nam durum est tibi cōtra
Pacuuius. stimulum calcitrare. Velis, nolis: ego regnabo. Inseramus huic operi orationem pacuuij ad campanos, diu
optastis o campani vestros senatores tollere e medio. At certe scio, quādo optatæ cędis potestas fiet a me
vobis: (Clausos enim omnes vt oportuniores ad iniuriam habetis) nolle vos sine senatu esse, neq; etiam
expediret ciuitati publico consilio carere. Legendi igitur noui senatores sunt. Conijciam igitur prius inde F
singulorum nomina in vrnam, ac quotus quisq; eorum fuerit sorte ductus, de eius capite vt libitum fue-
rit statuetis, sed priuсq; de sonte summatur supplicium, in damnati locum alius est vobis senator coaptā-
dus, atq; ita vno tempore inimicos vlciscemini & nouum ex sententia senatum habebitis. Assensu est
multitudo, nomenq; vnius sorte eductum omnes detestati; dignum supplicio conclamane. Video inquit
pacuuius, quę sit vestra de homine sententia: (crucifigatur) agite nunc, & priusq; supplicio afficiatur, v-
num aliquem in locum eius coaptate: Cęsarem regem volumus. Tum vero cum vnus atq; alter nominā
ri cœptus esset: Eorumq; nomina vulgo sorderent; neq; quisq; existeret, cui non ignauia aut obscuritas
generis aliud ve sordidū obijceretur: essentq; plerique non tam ad dignitatem q; ad audienda probra no-
minati, sensim ex concione & cum rubore plebs dilapsa est: notissimum malum maxime tolerabile esse di
ctitans, remissoq; odio: senatum custodia educi iussit. Senatores & ipsi iam inde subsequentiores in plebē
facti: facile eum ordinem sibi beneuolentia deuinxere. Factum est autem vt rediret accepto re- G
Matth.18. gno. Et iussit vocari seruos quibus dedit pecuniam: vt sciret quantum quisq; nego-
ciatus esset. Tu autem obserua seruum illum qui accepto vno talento vel mina: inuentum est inita ra-
tione, debere domino suo talentum decem milia. Tantū enim æris domini dilapidasse conuictus est sub-
ducta ratione, quantum lucrari potuisset, si omnem moueret lapidem, vt augeret pecuniam dominicam.
Venit autem primus dicens. Domine mna tua (ecce tapeodium) 10. mnas acquisiuit. Lu-
crum totum vti æte totum gratiæ Dei tribuit. Et ait illi. Euge serue bone quia in modico fui-
sti fidelis: eris potestatem habens supra decem ciuitates. Grece. i. bene sen recte serue, quasi
dicatur illi illud ex apostolo, bonū cer: amen certasti: cursum cōsumasti fidē seruasti. Euge inquit, vt intel-
ligas q; festine deus suscipiet seruos suos portātes manipulos suos. Euge ergo interiectio est collaudātis&
applaudentis fidelitati serui: qui commissam sibi exornauerit prouintiam, quiq; rem domini sui in decuplo
multiplicasse inuentus est. De hoc Genes cap. 31. Viginti annis paui gregem tuum: oues tuę & capre ste- H
Rom.15. riles non fuerunt, & c. Et cap. 30. Modicum habuisti (vox Pauli ad dominum Iesum Christum, si licet ita
loqui) antequā venirem ad te, & nunc diues affectus es: bene dixitq; tibi deus ad introitum meum. Ipse est
qui pene totum orbem repleuit euangelico semine. Et nunc inquit non habens locum in his regionibus,
Mar.16. Hispaniam inuisere decreui. Ita Paulo locus in quo pecuniam sibi creditam multiplicaret prius defecit, q;
cupiditas negociandi. Merito igitur seruus iste bonus (nemo tamen bonus pręter vnum deum) supra de-
Actu.9. cem ciuitates constituitur; vnde vocatur a domino vas vel organum electissimum. Quod autem iuxta
Matthęum vni traduntur. 5. talenta, alteri duo, alij vero vnum, hic autem singuli serui singulas acceperūe
libras, non refert. Nam hic ostenditur q; nullus sit expers liberalitatis diuinę, quia omnes ęque liberi con-
Gala. 4. diti sumus, aut libertate donati in morte Christi. In Matthęo autem, uō pro largitate & parcitate dantis,
Libertas. alteri maius & alteri minus tribuitur, sed pro accipientium viribus: quia multis licet tradita sit pecunia euā
gelica: vnus tamē vocatur vas electionis actu. 9. In cuius ore inuenitus est Cyphus argenteus. Gene. 44. F
Eloquia autem Dei argētum igne examinatum: & purgatum septies. Psal. 11. Quod autem dicit Lucas:
Eris supra decem ciuitates, & Matthęus, intra in gaudium domini tui, vtriq; dicitur vtrunq; quia vterq;
inuentus fidelis in commissa sibi pecunia: vocatur ad requiem ęternam, id est gaudiū domini tui: & quia
vnusquisq; mercedem accipiet iuxta proprium laborē. (1. Cor. 3.) qui latius eluxerit vita & doctrina, altius
sedebit in ęterna retributione, quia stella a stella differt cum luce tum & situ. 1. Cor. 15. Obseruandum etiā
q; vtrunq; audit: super pauca vel in paucis fuisti fidelis: Quia non sunt condignę passiones, & c. Rom. 8.
Et Paulus ipse siue Ioānes Baptista vix vna hora laborauerūt in vinea patris familias. Matth. 20. Ita di-
cit Paulus. 2. Cor. 4. Quod est momentaneum & leue laboris nostri, id significat dominus, cum iugum
Cap.25. suum vocat suaue. Matth. 11. Item sapien. 3 in paucis vexati, in multis bene disponentur; quę in cor homi-
nis non ascenderunt. Et alter venit dicens. Domine mna tua fecit 5. mnas, Et huic ait, tu K
esto super. 5. ciuitates. Quia inquit cum res meę essent angustiores (notus in Iudęa deus. Psal. 75.)
In exigua pecunia declarasti te fidelem: nunc rebus meis auctis: par est vt particeps sis amplioris principa
tus: Esto prępositus. 5. ciuitatū. Vnde illud ex prouerbio, iucūdi acti labores: ea ipsa hominum natura sum-
ptum. Est enim hoc insitum omnibus, vt iucunda cuiq; sit ante actorum bonorum, aut periculorum secu-
ra recordatio pręsertim insignium, veluti bellorum & naufragiorum: atq; id genus discriminum ita dicit
Seneca: quod fuit durum pati: meminisse dulce est. Nihil verius. Forsitan hęc olim meminisse iuuabit. E
contrario legimus de epulone cui ad augmentum malorum dicitur: Recepisti bona in vita, Lucę. 16. Et
tertius venit dicens. Domine ecce mna tua quam habui repositam in sudario. Timui
enim te quia homo durus vel austerus es, & tollis quæ non posuisti: metis vbi non
seminasti.

seminasti, & congregas inde vbi non sparsisti. Et timens abij & abscondi talentum in terra, iuxta Matthæum. Quod igitur Lucas dicit, minam repositam in sudario: id Matthæus dicit, fodiens in terram, abscondi talentum. Talentum in terra infodere, est acceptum ingenium terrenis actibus implicare: radices in terra figere. Hiere. 12. & non annis. 18. terram intueri (Lucæ. 13.) sed toto æuo oculos ad cælum nunquam leuare: cælestem patriam nec a limine salutare, lucrum spirituale non quærere semper de ampliandis horreis cogitare. Theophyl. in sudario inquit reposita, dominus mortuus in sudario inuolutus fuit, & Lazari facies in sepulchro sudario obuoluta fuit. Merito igitur ignauus ille sudario inquit reconditum fuisse donum. Mortuum enim illud fecerat & inefficax, non euoluens, neque lucrum faciens. Adeo inquit non profudi, vt nec attigerim. Origenes. Tu autem obserua verbum Pauli dicentis: Væ mihi est, si non euangelizauero. Mirum est enim quod non propter aliam quamcunque vituperabilem conuersationem [Theoph.] [Ioan. 11.] [Origenes.] [1. Cor. 9.]

A suam, sed propter hoc solum, si non prædicauerit euangelium: væ sibi confitetur futurum. Manifeste enim appareret, quoniam ille speraust audire, serue male & ignaue, nisi euangelizasset: quamuis alia vitæ eius recta fuissent. Qui enim misit manum ad aratrum quo sulcantur animæ (Lucæ. 9.) non debet cessare a semine: vt ipse particeps fructuum eorum fiat. Ad hæc Augustinus, sunt homines hac sibi peruersitate blandientes, vt dicant. Sufficit vt de se vnusquisque rationem reddat, quia inquit nō sum custos fratris mei. Gene. 4. Quid opus est alijs prædicare, vt etiam de ipsis rationem reddere quis cogatur? Cum apud dominum illi etiam sint excusabiles, quibus lex data non est, quia per creaturam poterant cognoscere inuisibilia Dei. Hoc est enim quasi metere vbi non seminauit, id est eos etiam reos impietatis tenere in quibus verbū legis aut euangelij seminatum non est. Alias autem seruus hic ignauus de plano nugatur dicendo, dominū durum esse. Quomodo enim austerus est, qui seruum desidem tanta donauit pecunia? qui pro fœnore iniuriam reponit dicens, scio quod sis homo austerus, & lucri auidus. Similiter autem nugatur in eo quod sequitur: [August.] [Rom. 1.]

B Tollis quæ non posuisti, & metis vbi non seminasti. Lex naturalis nulli defuit, sicut dictum est Lucæ. 8. Ibi exigit qui seminat. Seruus autem iste non ideo talentum acceperat, vt in terram sepeliret vel ligaret in sudario. Thesaurus enim absconditus & panis integer, quæ vtilitas in vtroque? Eccle. 20. Ad hæc Origenes. Omnia quæ a iusto seminantur tam in operibus quam & in verbo, & metuntur ad vitam æternam, metit deus. Quod ergo iustus seminat, metit deus. Scriptum est enim, dispersit dedit pauperibus, dominus autem in sinu suo colligit vniuersa quantūcunque iustus disperserit. Metens autem quæ non seminat, & congregans quæ non sparsit: sibi arbitratur esse collata quæ pauperum visceribus includimus; dicēs, quod vni ex minimis, &c. Matth. 25. Vere autem austerus est, sed his qui abutuntur Dei patiētia (Dei pecunia) ad excusandas excusationes in peccatis. Horrendum est enim incidere in manus Dei viuentis. Hebræ. 10. Ad hæc Hieronymus. Qui debuit inertiam confiteri: & orare patrem familiæ. E contrario inertiæ addēs [Origenes.] [Psal. 111.] [Psal. 140.] [Hierony.]

C superbiam: calumniatur, & dicit: prudenti se fecisse consilio: ne dum lucra pecuniæ quæreret Etiam de sorte periclitaretur. Chryso. Et enim nullum valde magnum potest esse officium, quando nullum in proximos lucrum confertur. Moses multa fecit miracula: sed nullum tam magnum eum fecit: vt beata illa vox quam ad deum habuit: aut dimitte eis, &c. Exod. 32. Ionas autem non alijs sed sibi ipsi prospiciens, pene periclitatus est, & ciuitas conseruata, ipse vero agitatus & obrutus fluctibus, officium impleuit, fortassis sine mercede. Vnde Paulus. 1. Cor. 10. Nemo quod suum est quærat (o vocem tanto viro dignam) sed quæ aliorum. Chryso. Agricola non sibi tantum seminat, nec miles se tantū tuetur, nec mercator vt sibi tantū prouideat. At dices, vt sibi quisque istorum prouideat, curātes quæ sunt proximorum. Ita est. Tūc sibi quisque consulit: cum quæ sunt proximorum curat. Nam cum aliter proximi comodum non essent homines curaturi, nisi in hac constituti necessitate: propterea deus ista ea coniunxit, & nō permittit vt in propriā quisque veniat vtilitatem: nisi per alienam transeat. Sequitur. Dixit ei dominus. De ore tuo te iu- [Chrysost.] [Moses.] [Ionas.] [Chrysost.]

D dico serue nequam & piger. Sciebas quod ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminaui, & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam vel nummularijs: & ego veniens cum vsuris vtique exegissem illam? Hieronymus. Si durum & crudelem me noneras, ac cumini sectorem, ibique metere vbi non seminaui, quare non tibi istiusmodi cogitatio incussit timorem, vt scires me mea diligentius quærere tutum? Si enim mero vbi non seminaui: quæ seminaui exactius exquiram. Ex quibus verbis intelligimus inquit Hierony. Etiam gentium & philosophorū bonam vitam recipere dominum, & aliter habere eos qui iuste, aliter eos qui iniuste agāt. Seipsum igitur condemnat seruus iste, & in suō ipsius caput protulit sentētiam, (2. Reg. 12. capite, dignus est morte qui fecit hanc rē). Nam quoniam durus erat, debebat sollicitior esse, vt pote crudelem dominum & durum sortitus. Nummularij sane sunt discipuli: tanquam hi qui probent & reprobant sermones prædicātium. Serue inquit nequam tuo te ipsum gladio iugulo (alter Goliath) litteras Vriæ portare videris. Dum [Hierony.] [Theophy]

E enim tu ignauus negociator talentum tenes, alterius locum qui pecuniam multiplicare poterat velut ficus sterilis occupasti. Mea erat sors non tua: industriam tuam seruus cum sis debebas domino tuo. Si igitur postquam fecerimus omnia quæ iussi sumus loco seruorū inutilium censemur. (Lucæ. 17.) desides & segnes, & domini nostri insuper insimulatores, quo loco censebimur? Vide quid sequitur in textu. Et astantibus dixit. Auferte ab illo minam: & date ei qui habet decem minas. Et dixerunt. Domine habet decem minas. Dico autē vobis quod omni homini habenti dabitur, & abundabit, ab eo autem qui non habet: & quod habet auferetur ab eo. Et inutilem seruum proijcite in tenebras exteriores. Illic erit fletus & stridor dentium. Ad hanc igitur tam liberam sed iustam increpationem obmutuit seruus, quippe qui conscientia teste contra se loquutus est, interim culpam suam referens in mores domini sui. Ambrosius. Dignus enim fueras perdere inutilem fidē [Lucæ. 19.] [Ambrosi.]

qui non

qui non exercuerat charitatem. Semen enim quod iacitur in terram, non ob hoc iacitur, vt satum tantum [Regule.] remaneat, sed vt fructum afferendo, multiplex ac numerosum sit. Auferte inquit ab eo minam. Et nonne [Esai. 26.] decet concessum a principe beneficium manere perpetuum? Sed meretur priuilegium amittere, qui concessa abutitur libertate. Misereamur impio, & nō discet iustitiam, sed indurabit cor cum Pharaone. Auferte ab eo minam, quia semel malus, deses, segnis, ignauus & infidelis, semper perget esse sui similis. Et serui, satis inquiunt diues est domine seruus ille, qui habet .5. talenta vel decem mnas. Esto, vestra nihil re-[Matth. 20.]fert, pecunia mea est. An non licet mihi de meis facere quod libitum est? Ipsa certe æquitas id reposcit, vt qui auxit patrimonium domini sui, sentiat & partem lucri, sentiat & honorem, qui subijt onus. Qui enim [Prouer. 19.] socij sunt passionis, &c. 2. Cor. 1. Sic ex opposito, qui per socordiā talentum defodit, & abscondit manus suas sub assellis, ablato talento, ligatis manibus, proijcitur, &c. Sic dictum est Sauli qui abutebatur talēto, regnū videlicet, scidit dominus regnum Israel a te hodie, & tradidit illud meliori te. 1. Reg. 15. Hodie inquit scidit dominus regnum, & tamen multis postea annis regnauit. Sed videbatur esse rex, nec tamen [Saul.] erat, nisi forte Tragicus rex iuxta Prouerbium, ideoq; quod videbatur habere, penes Dauid erat, translato regno a tribu in tribum. Auferat inquit a facie mea fornicationes suas, ne forte expoliem eam nudam, & statuam eam iuxta diem natiuitatis suæ, de quo dicitur: Nudus egressus sum de vtero matris meæ. Iob. [A. Gellius] 2. A. Gellius. lib. 2. cap. 6. Nemo quisq; tam efferis est moribus, quin faciat aut dicat non nunq; aliquid, quod laudari queat. Sed enim qui omniū in te atq; omni tempore laude omniū vacat, is illaudatus est, [Osee. 2.] vere neq; omnium pessimus & deterrimus, sicuti omnis culpæ priuatio inculpatum facit, inculpatus autem instar est absolute virtutis, sed & altero modo illaudatus dicitur, quasi illaudabilis & innominabilis, qui neq; memoria vlla dignus, neq; vnq; nominandus est. Sicuti quondam a communi consilio Asiæ decretum est, vti nomen eius qui templum Dianæ Ephesiæ incenderat nequis vllo in tempore nominaret. [G] Et hoc est quod dicitur, proijcite eum in tenebras exteriores, vbi nec memor ero eorum, vtrum aliquando fuerint, qui virtutis quidem signum vllum valuerunt ostendere, in malignitate autem sua con-[Psal. 12.]sumpti sunt, Sapiē. 5. Omnium inquit habenti dabitur & abundabit, &c. Nun enim refere vtrum nō habeat: vel habeat defossum vel ligatum in sudario. Hieronymus. Et eleganter dicit, videtur habere, quic-[Hierony.]quid enim sine fide Christi est: non ei debet imputari, qui male eo abusus est, sed illi qui malo etiam seruo [Chrysost.] naturæ bonum tribuit. Chryso. Qui habet: Tale est quod dicit, cum quis magno desiderio virtutem inquirit, tunc ei ex deo cuncta prestabūtur. Cum autem nullo studio ad recte faciendum pronus est, diuinū ei auxilium non conceditur. Non aufert certe deus, sed non præbet indignis patrocinium suum, de quo vi-[Dani. 4.]de Iudi. cap. 10. Ibi: Non addam vt vltra vos liberem. Si igitur piger ad erogandum pecuniam domini, tenebris perpetuis traditur a iusto domino, quid expectare debent, qui eam luxu expenderunt? Tu igitur si sapis, peccata tua eleemosynis redime: sicut scriptum est, ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum. [H] [Augusti.] Psal. 71. Augustinus. Quæ sunt istæ vsuræ, nisi peccata? quæ etiam debita nominantur. Matth. 6. Vsuras autem appellatas puto, quia plus mali inuenitur in supplicijs, q̄ commissum est in peccatis. Nam (verbi [Luce. 18.] gratia) cum homicida corpus tantum hominis perimat, ipsius & omnia & corpus perditur in Gehenna. Ita & hoc loco, non solum aufertur talētum a seruo neq;, quin & ipse traditur iudici, qui nec deum timet: nec homines veretur, de quo dicitur, diabolus stet a dextris eius. Psal. 108. Ab illis igitur qui pecuniā do-[Hilarius.]mini apud sese detinent, suam autem dederunt ad vsuram, aufertur talentū. Hilarius. Tu mādasti mādata [Hiere. 48.] tua custodiri nimis. Psal. 118. Nihil igitur dissoluto animo, nihil in curioso agendum est. Maledictus enim [Lucæ. 17.] qui opus Dei facit fraudulenter, sed sollicitos atq; anxios curam mādatorum Dei exequi nos oportet, & [Hierony.] adhuc serui summus inutiles. Ad hæc Hieronymus. Iuxta literam hic est sensus. Non inæqualitate iudi-[Rom. 3.]cij habentibus additur, & non habentibus, id quod videntur habere aufertur, sed q; apostolis in Christū habentibus fidem, etiam siquid minus virtutum habeant conceditur. Iudæis autem incredulis etiam siquid [1. Cor. 13.] per naturæ bonum possident, tollitur. Habuerunt gratiam possidendi, quibus credita sunt eloquia Dei, sed non habuerunt gratiam vtendi. Non est autem fortis qui habet arma, sed qui vtitur armis, & aggre-[Augusti.]ditur difficilia. Itaq; iuxta August. super. Psal. 146. qui habet linguas angelorum. Fidem & martyrium, &c. Si charitatem non habet erga fratrem, omnia hæc quæ videtur habere auferentur ab eo. Aufertur ei quod habet: quia quiddam non habet, & ablatis omnibus, detrudetur in tenebras interiores, quas refe-[Origenes.]rente Origene quidam sic exposuit: & dixit esse extra eorum mundum, vt quasi indignus toto mundo, in abyssum extra omnem mundum ejciatur: cui melius erat natum non fuisse. Matth. 26. Carceres enim & tenebræ huius mundi non sunt nisi vmbra, & velut tragœdia quædam in pariete depicta, si conferantur [Iob. 10.] ad illa, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, deus misereatur nostri. Verūtamen inimi-[Luce. 19.]cos meos illos qui noluerūt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. [K] De hoc dicetur fusius ibi, videns ciuitatem, fleuit super illam: hoc eodem capite. 19. Cæterum quomodo & olim Iudæi se subduxerint a iugo euangelij, cæsis denunciantes apostolis, ne omnino meminissent no-[Zacha. 2.]minis Iesu ad populum (actu. 4.) & quomodo nunc dispersi in quatuor ventos cœli pertinaci & adaman-[Osee. 5.]tino corde adhæreant suo Mosi, præstolantes nescio quem Christum, nemo non videt. Multi tamen ex il-[Ioan. 19.]lis conuertentur ad vesperam ex illis qui nunc sedent sine rege & sine sacerdotio, & quærent dominum [Apoc. 1.] deum suum & Dauid regem messiam suum, quem olim legatione missa, deprecati sunt regem dicentes [Ioan. 12.] omnis qui se facit regem, contradicit Cæsari. Qui autem increduli persisterint, occidentur gladio illo vtrinq; incidente, qui procedit ex ore agni.

Caput

Caput. xij. De cœna facta domino Bethaniæ: in qua Lazarus vnus erat ex conuiuis, Maria pedes domini vnxit, & extersit. Quidam ex discipulis id moleste tulerunt, maxime Iudas, quasi curam habens pauperum. Ad hæc respondit dominus, semper pauperes habebitis: me non semper, opus bonum quod operata est, in toto mundo dicetur.

A

IEsus ergo ante sex dies paschæ venit Bethaniam, vbi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnam: Matthæus, In domo Simonis Leprosi, Ioannes, & Martha ministrabat. Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus. Quoniam iuxta sententiam apostoli Hebr. 10. Vmbra tantum habuit lex non veros colores, non ipsas imagines rerum, oportet Mosen iam tandem velum suum deponere, (Exo. 34.) vmbras cedere, quoniam tempus purationis adest, in quo vita nostra vitis vera putanda est falce mortis, immolandus est aries ille qui hæsit olim inter vepres (Genes. 22.) qui pro transgressoribus orauit, vt non perirent. Quæ est igitur vmbra quæ cedere debet veritati? Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias. Et sciendum iuxta Abulen. quod præceptum hoc de tollendo agno. 10. die non erat necessarium, nisi pro illa vice dumtaxat, videlicet ne occupati circa multa pro adornando itinere, obliuiscerentur tollere agnum. Sufficiebat igitur quod immolaretur die. 14. mensis. Verum quoniam scriptum est, Iota vnum vel apex non præteribit a lege, quin opere expleatur, etiam in parte hac voluit dominus legi facere satis. Vnde instante pascha, ipse ante sex dies venit Bethaniam, sequenti die adest decima mensis conscensurus Hierusalem. Denique & Iudæi iuxta

B

Theophyl. In cœna quæ præcedit hunc diem decimum, lautius epulatur, & initia festiuitatis illo die opiparo epulo auspicantur. Ita & dominus qui debuit per omnia fratribus assimilari, simul cœnauit cum suis, iuxta quod dicit nunc Ioannes. Et obseruandum quod decima die. 1. in lege tollitur agnus, & quarta decima immolatur, id est in euangelio. Dominus ergo prouidit sibi de victima (Genes. 22.) In qua nulla esset macula, quia ipse tollit peccatum mundi. Venit autem Bethaniam, quæ domus obedientiæ interpretari potest, quia patri obediens: crucem ascendit. Venit Bethaniam, vt recentis miraculi memoriam renouaret, & resurrectionis spem imprimeret discipulorum animis, quos sciebat morte sua vehementer desponsuros animum. Erat & locus ille ob vicinam ciuitatem celebrior. Ibi ergo parata est cœna domino in domo Simonis quondam Leprosi, quem nonnulli dicunt. Sicut refert Theophyl. Fuisse patrem Lazari, Mariæ & Marthæ. Ministrabat autem Martha, memor Saræ matris suæ: quæ cum tot ancillas haberet domi, ipsa

C

tria sata commiscuit, & fecit subcinericios panes. Genes. 18. Lazarus vnus erat ex recumbentibus. Quanta dignatio bonitatis Christi, nudius tertius olebat in sepulchro esca vermium: Hodie conuiua est Christi. Augustinus, ne putarent fantasma esse factum, quatriduanus mortuus surrexit: Lazarus vnus erat ex discumbentibus, qui sicut viuebat vere: ita vere epulabatur, & interim infidelitas Iudæorum confundebatur. Lazaro igitur discumbente, & Martha satagente circa multa, num Maria ociosa sedebat ad pedes Iesu? Absit. Omnia tempus habent, tempus audiendi verbum Dei, & tempus custodiendi illud, hoc est tempus opere exhibendi & re quod verbum Dei præcipit. Sequitur. Et cum discumberet veniens mulier Maria, accepit libram vnguenti nardi pisticæ preciosæ. Iuxta Ioannem, Matthæus, Alabastrum vnguenti preciosi. Marcus, Alabastrum vnguenti nardi spicatæ preciosæ, & vnxit pedes Iesu: & extersit capillis suis pedes eius, prius extersit pedes capillis & mundos vnxit vnguento. Et fracto alabastro: effudit super caput ipsius recumbentis: &

D

domus repleta est ex odore vnguenti. De pœni. di. 1. quantumlibet. De muliere quæ est apud Matthæum & Marcum vtrum fuerit hæc Maria nec ne non apud omnes conuenit. Ad hæc Origenes. Non est credibile, vt Maria quam diligebat Iesus: soror Marthæ, quæ meliorem elegerat partem, vt peccatrix in ciuitate fuisse dicatur. Lucæ. 7. Et putas quod mulier quæ iuxta Matthæum & Marcum effudit super caput Iesu preciosum vngnentum, euenit non scribitur fuisse peccatrix? Quæ autem iuxta Lucam peccatrix refertur, non fuit ausa ad caput Christi venire, sed lachrymis pedes eius lauit, quasi vix ipsis pedibus digna. Quæ autem iuxta Ioannem est Maria, neque peccatrix neque lacrymans introducitur. Videtur autem mihi tres fuisse mulieres: de quibus scripserunt euangelistæ. Vnam de qua Matthæus & Marcus, alteram de qua Lucas, tertiam de qua Ioannes scripsit, quæ vocatur Maria, & Ioan. cap. 11. Vocatur sæpius Maria, & nunquam Maria Magdalena. Quod enim dicitur quo tempore factum fuerit: possumus dicere, eam quæ refertur apud Matthæum & Marcum, Mariam esse: de qua nunc Ioannes loquitur quod vn-

E

xerit pedes, ibi autem caput. Ne pro obstat quod dicitur: illum factum fuisse biduo ante pasca, quia illud euangelistæ recapitulando dicunt, sicut & Ioannes cap. 11. anticipando. Nam si de altera muliere Matthæus & Marcus loquuntur, Ioannes de altera, quomodo iterum increpati discipuli, quasi male indignantes de facto mulieris, non se emandauerunt, vt ne super alteram mulierem similiter facientem indignarentur? Respondet Origenes. Sciamus ergo apud Matthæum & Marcum discipulos indignatos ex bono proposito, apud Ioannem autem solus Iudas furandi affectu. Sed nos hac solutione non egemus, si legamus textum sicut positus est iuxta Ioannem Gersonem, & sicut a nobis positus est, ita vt eadem mulier Maria videlicet in eadem domo in eadem cœna primum vnxerit pedes domini, & extersit capillis suis, & tum fracto alabastro effuderit super caput ipsius. Vnde dicit Origenes, dicet autem aliquis Paulo audacior, forsitan secundum historiam vna quædam mulier fuit, quæ tale aliquid fecit. Chryso. Hæc mulier vna & eadem apud

Ioan. 12. Esai. 53. Exod. 12. Abulen. Matth. 5. Theophy. Hebr. 2. Ioan. 1. Philip. 2. Theophy. Ioan. 11. August. Luc. 10. Luc. 11. Origenes. Origenes. Chrysost.

apud omnes euangelistas esse videtur, meo autem iudicio eadem est apud tres. Alia vero quædam & notabilis Lazari soror apud Ioannem Hieronymus. Nemo putet eandem esse, quæ super caput effudit vnguentum: & quæ super pedes. Illa enim apud Lucam & lachrymis lauat, & manifeste meretrix appellatur, de hac autem nihil tale scriptum est. Nec enim poterat statim capite domini meretrix digna fieri. Vtrū autem illa de Matthæo & Marco fuerit Maria de qua Ioannes, Hieronymus non diffinit. Effudit igitur super caput Christi. Chryso. Quod si hominem assumere & vtero mulieris gestari, & educari lacte non recusauit, cur miraris, si hoc etiam protulit? Sicut enim pater eius odoratus est odorē suauitatis (Genes. 8.) sic & ipse mulierem suscepit, mentem & animum eius considerans. Sic olim suscepit munus trium illustriū virorum, aurum thus & Myrrham. Nam & Iacob olim statuam deo inunxit, fuso oleo desuper, Gene. 28. Quod autem dicit Nardum Pisticam veram & absq; dolo intellige, vt fidem ecclesiæ demonstraret. Valla autem existimat pisticam vocari probatam & spectatam, arguens Augustinum, qui putet a loco dici. Cæterum Dioscorides complura Nardorum genera commemorans quibus cognomina sint a locis addita, pisticæ nullam mentionem facit, sed neq; Plinius. Hugo interpretatur vnguentum mixtum, quod non solum e folijs & radice, verum etiam E spicis nardi conflatum sit. Quasi vero nō longe optimum sit, quod e spicis conficiatur. Plinius lib. 12. cap. 12. Nardus frutex est grani & crassa radice, sed breui ac nigra fragiliq; quamuis pinguissitum redolente vt cypressi, aspero sapore: folio paruo densoq;. Cacumina in aristas se spargunt, Ideo gemina dote Nardi spicas ac folia celebrant. Adulteratur pseudo Nardo herba, quæ vbiq; nascitur, crassiore atq; latiore folio & colore languido, in candidum vergente. Item adulteratur, sua radice permixta, ponderis causa, & gummi spumaq; argenti aut stibio cyperi ve radice. Syncerū quidem leuitate depræhenditur, & colore rufo: Odorisq; suauitatem & gusta maxime siccante, sapore iucundo. Ex his verbis Plinij patere potest, quod dictum est: Nardi pisticæ preciosæ. Pisticæ, quasi non adulteratæ, preciosæ, quia ex spicis tantum. Quodque dicit: fracto alabastro: Est alabastron delicata pixis vnguentaria vitrea, vel guttū, ita dicta a verbo, labo: prehendo, & particula priuatiua. a. Addita per pleonasmum, q; ob leuorem comprehendi non possit. Quod dicit, accepit libram, magnam vim vnguenti significat. Precium libræ require in Plinio. Quod igitur pisticū erat, illud significat quod dicit Malachias. cap. 1. Maledictus dolosus qui habet in Grege suo masculum, & immolat domino debile. Quod libram effudit, illud præfigurat, q; qui seminat in benedictione effuse & prodige in pauperes liberalis, centuplum accipiet. Matth. 19. Domus impletur ex odore vnguenti, quia Christi odor bonus sumus in omni loco. 2. Cor. 2. Et quod hæc fecit, in toto mundo dicetur. Rhodope ex ingenti pecunia quæstu meretricio acquisita, cum optaret in Græcia sui memoriam relinquere, e decima suarum opum tot e ferro verua ad boues torrendos fecit, quod faciendis decima sufficeret, erat autem grandis summa. Hæc autem verua delphos misit, pulchrum donarium dignum tanto deo Apolline & tali datrice scorto videlicet. Cæterum Maria super caput domini effudit vnguentum. Quo emolumento: dicetur in toto mundo. Pro seruitio enim in aurium quod Romanæ matronæ fecerunt Berecinthiæ deorum matri, concessum est eis primum, vt sederent in templis. Secundo q; in graui infirmitate biberent vinum. Tertium q; prægnanti nihil honestū negaret maritus petenti. Quarto q; fierent orationes in laudem earum, cum vita fungerentur. Vnxit ergo pedes Christi. i. pauperes: vnxit & caput, Christum, qui in cælo sedens, pedum suorum gerebat dicēs, Saule Saule quid me persequeris? Hos igitur tu vnge & terge capillis tuis, idest super fluis tuis: Quod quia non fecit Absalon, per capillos pependit. 2. Reg. 18. Theophyl. Multi miserunt vnguentum in pedes domini ad ostentationem, & receperunt mercedem suam. Maria capillis suis ad se traxit vtilitatem elemosynæ factæ pauperi Christo. Tu igitur si quid mortuum habes & inanimatum, sicut sunt capilli, in bonum vnguentum intingito, & redime peccata tua elecmosynis. Danie. 4. Dum enim esset rex in accubitu suo: Nardus mea dedit odorem suum, Canti. 1. Nardus ergo quæ per se non redolebat, statim vt tetigit spōsum, regressa ad me, odorem mihi detulit sponsi, & velut superato naturali suo odore (Origenes) præ fragrantia sponsi ipsius mihi detulit suauitatem, Pone ergo Mariam tanquam sponsam, quæ gerit figuram ecclesiæ: hæc affert libram vnguēti, & vngit pedes domini, & detergit. Detergens autē: videtur recipere quodāmodo & recuperare per crinem capitis sui ad semetipsam vnguentum ex qualitate ac virtute corporis eius infectum, & odorem non tam Nardi per vnguentum, q̄ ipsius verbi Dei ad se trahentem per capillos quibus abstergebat pedes, & imponere capiti suo non tam Nardi q̄ Christi fragrantiam, & dicere q; nardus mea missa in corpus Christi, reddidit mihi odorem eius. Nihil ergo interest vtrum sponsa vngat sponsum in canticis, an Maria dominum in euangelio. De capillis vide Ezech. cap. 5. Iubetur enim propheta capillorum partiam partiri, iuxta illud, dimidium bonorum do pauperibus, defraudata restituo in quadruplum, reliqua mihi & familiæ meæ reseruo. Luc. 19. Dixit autem poeta quidam de Elena, q; in funere matris nimis capillis suis pepercerit, quia videlicet iuxta Paulum, dati sunt ei pro velamēto, illud potius mirandum, multos virorum æui nostri capillos inficere, fœmineas vsurpare vestes bombicinas ob leuitatem, propter onera æstiua vitanda, in tantum a lorica gestāda discessere mores, vt oneri sint etiam vestes.

Hierony.
Chrysost.
Matth. 2.
Valla.
Plinius.
Alabastrū
Rhodope.
Matth. 28.
Romanę.
Actu. 9.
Theophy.
Matth. 6.
Origenes.
Elena.
1. Cor. 11.

Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos discipuli, & dicētes, vt quid perditio hæc vnguenti facta est? Hoc iuxta Marcum & Matthæum, Ioannes. Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Iscariotes, qui eum erat traditurus. Quare vnguentum hoc non venit, 300. denarijs: & datum est pauperibus? Dixit autem hoc, non q; de egenis curaret, sed quia fur erat, & marsupium habens, & ea quæ mittebantur portabat, Marcus, & fremebant in eam. 12. q. 1. habebat cap. exemplum. 2. q. 1. de manifesta. Nulla est eā modesta fœlicitas inquit Hieronymus, quę detrahentium dentes vitare queat. Et obserua sororem Aarō

Hierony.

detrahen-

detrahentem fratri suo. Num. 12 Sola miseria inuidia caret. Quod si id assequi non possumus, vt de nobis aliquid nec vel falsum dicatur, saltem hanc adhibeamus vitæ nostræ diligentiam, ne malæ mentes occasionem habeant detrahendi, nec ex nobis scintilla procedat per quam aduersum nos sinistra fama excitetur. Quod si nos omnia diligenter prospicientes, illi dicunt malum bonum, væ illis est, nos autem beati. Quid laudabilius vel religiosius officium excogitari potuit, quam vnxisse pedes domini simul & caput? Et tamen non defuerunt nescio qui sycophantæ (quod cum bona venia dico) qui moleste ferrent huius vnguenti iacturam, vt ipsi opinabantur. Quod si illud perditum est quod expenditur in capite & pedibus domini Iesu, quid sit illud quod honeste & officiosissime expendatur in hoc seculo, alij viderint, ego non video. Itaque sicut alias diximus apostoli, adhuc sapiebant secundum carnem, qui Zelum quidem ha- Rom. 10.
A bebant pauperum sed non secundum scientiam, sed homines erant & secundum hominem sapiebant: Ideo fremebant, perditionem rati, quod verum erat luctum, profundum mysterium, magnum sacramentum, sicut dicetur. Tu autem considera profectus animæ, & quomodo non omnibus datur vngere caput Christi, Nã Samaritana digna efficitur colloquio Christi, sanguinaria fimbriã tantũ Christi tetigit. Matth. 9. Ioan. 4.
Apud Lucam peccatrix pedes domini osculatur, cap. 7. Maria caput vnxit, sponsa quædam maius quiddam audet dicere: Vtinam osculetur me osculo oris sui. Cant. 1. Dixit & mulier quædam, dicito mihi vbi posuisti eum, & ego eũ tollam, iuxta illud, fasciculus myrrhæ dilectus meus, inter vbera mea morabitur. Ioan 20. Cant. 1. Hierony.
Ad hæc Hieronymus. Indignati sunt apostoli. Vnus iuxta Ioannem indignatur, sed Mattheus omnes dicit, secundum tropum qui vocatur syllepsis, quo & pro vno omnes, & pro multis vnus appellari soleat. Vnde illud, lapidati sunt, secti sunt, cum vnus tantum secundum Hebræos sectus sit, videlicet Esaias. Possumus & hoc dicere, quod apostoli vere propter pauperes indignati sunt, Iudas propter Lucra sua. Ad
B hæc Augustinus. Quod iubet Aaron in aures sibi afferri, vnde illis faceret Deos, non absurde intelligitur difficilia postulasse, vt sic eos ab illa intentione reuocaret. Factum tamen illud difficile, vt esset aurum ad faciendum idolum, propter eos notandum putaui, qui contristantur, si quid tale propter vitam æternam diuinitus fieri, vel æquo animo animo tolerare iubeantur. Dicunt enim vt quid perditio hæc August.
vnguenti facta est? Filius quidam Alexandri papæ quotidianis epulis ducentos aureos dicauit, Parasitis quandoque vestes duorum milium donauit. Exercitum insuper non minus octo milium hominum alere continuo viuente patre summo pontifice solebat. Et id vnde? Nempe de fracto alabastro & vnguento effuso super caput Iesu. Prudens lector audi vide & tace, quia sanam doctrinam non sustinebunt, quibus census est ex sanguine Christi. Quæ inquit vnguentum hoc non venit 300. argenteis? Vnde intelligi potest valorem vnguenti atque pretiositatem multum pectus auari ac miseri torsisse. Et iuxta Prouer- Alexãder. 2. Tim. 4. Prouerbiũ
C bium, occasione dumtaxat opus improbauit, curam pauperum prætendit, qui fur erat, & ouium curam videtur gerere, qui lupus erat. Theophyl. Si auarus erat Iudas, quare pecuniarum dispensationem ei permisit dominus? Propter istuc ipsum, quod fur erat, vt omnem ei occasionem auferret: Marsupium enim apud se habebat. Sed ignis iste nunquam dicit, sufficit, Prouerb. 30. Vnde in suum vsum vertebat quæ in diuinum dabantur. Dixit autem hoc inquit Ioannes, non quod de egenis magnopere curaret. Proh superi. Distraxerat pastorem 30. argenteis, & quomodo putas quod ad eum de egenis pertinebat? O religionem impiam, potuit dari pauperibus. Quid tibi cum pauperibus prædo & proditor profane omni bestia inhumanior? Aut quis illo pauperior, qui non habet quod vulpes? Cum tamen dea quam monetam appellant, quam tu scelestе cum primis colis ædem habeat apud Romanos, idque in excelso capitolij. Fur igitur erat Iudas: iam tum sibi peculium prospiciens, quo viueret, ab illius societate semotus, & tamen curam pauperum præ se fert tantus latro & homicida. Chrysosto. Pluuia præter omnium expectationem Theophy. Matth. 26. Matth. 8. Moneta.
D de cælo demissa cum omnes quasi ab ipso mortis limine reduce festum diem peragerent, in istis tantis bonis, in communi omnium lætitia opulentus quidam ex numero illorum quibus nulla de egenis cura est, tristis ceteris exanimis dolore circumibat. Rogantibus multis causam, continere grauem animi dolorem homo non potuit, sæuitia morbi incitatus, causamque in medium protulit. Mille frumenti metretas domi cum possideam inquit: non reperio qui faciam auctionem. Dolebat homo hic an potius ægris omnes non periisse, vt faceret ipse quæstum. Vide vt aurum homines esse non sinat, sed in belluas & dæmonas mutet. Et vide insaniam singularem. Iste dolet quod possideat multa, alter anxiabatur, quod horrea haberet parum capacia. Vnus statim vendit, ne minoris vendat, alter id diu seruat vt maioris vendat. Cæterum Iudas ideo dominum vendidit, occasionem nactus, ne postea deesset cui venderet. Erat igitur Iudas domesticus latro qui forte vxorem habebat & filios (Psal. 108.) & horum curam gerens, Chrysost. Luc. 12.
E pauperes defraudabat. Ostenditur & illud, quanti fecerit dominus pecuniam quam tanto sacrilego & depeculatori commisit, quasi diceret, pecunia tua tecum sit in perditione. Actu. 8. Cæterum oues commendaturus Petro, prius eum de dilectione Dei interrogat: Quorum oppositum non raro fit apud multos. Secretum meum mihi. Si dicas, quomodo Iudas marsupium portabat præcepto Christi: qui alias docuit, non cogitandum de crastino? Verum dominus bona pauperum vsibus oblata seruare iubebat pro pauperibus. Quis enim ea fidelius dispensaret? Ipse autem nec illud habuit quod aues aut vulpes. Alias sollicitudo anxia excluditur, non autem necessaria: Nisi forsan sedendum est perpetuo cum Maria, Lucæ. 10. Aut pascendi sumus per coruos cum Helia, aut per angelos, & rursus obdormiendum, ac sæpe sæpius. Cogitandum est igitur de crastino, nisi & nobis dictum est, nullus relinquat ex mana te vsque mane. Et terra inculta in saltum redigeretur. Cæterum sollicitudinem septimi anni dominus excludebat a Iudæis dicens: dabo benedictionem meam vobis, anno sexto, & faciet fructus Ioan. 21. Esai. 29. Matth. 6. Matth. 8. 3. Reg. 17. Exod. 16. Figura.

QQ trium Leui. 25.

trium annorum. Septimi igitur anni pone omnem sollicitudinem, quia ipsi curā est de nobis, sex autem annis.i.toto tempore vitæ præsentis semina & mete, vt habeas & tibi, & vnde amicos tibi concilies de Mamona iniqua. Lucę.16. Septimus autem annus requiē æternam figurae, de qua dicitur, labores manuū tuarum manducabis, beatus es & bene tibi erit. Psal.127. Sequitur. Sciens autem Iesus, ait illis, Sinite illam: Iuxta Marcum. Græce autem: aphee.i.sine: vt in diē sepulturę meæ seruet illud. Matthæus & Marcus, Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonū operata est in me. Semper enim pauperes habebitis vobiscum, Marcus: & cum volueritis: poteritis illis benefacere: Matthæus & Marcus, Me autem non semper habebitis. Marcus, quod habuit, hoc fecit, præuenit corpus meum vngere in sepulturam. Matthæus. Mittes enim hæc vnguentum in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Quod dicit, sciēs autem Iesus illud sub iudicae, q̃ apostoli inter sese mussitabant de vnguenti iactura, quasi eam frugali conuiuio non conueniret huiusmodi magnifica effusio, cum alioqui dominus his delitijs minime caperetur, & illis obmurmurantibus, id tamen dominū nō latuisse. Vnde dicit, sinite illam: vel iuxta Græcum, sine illam apies autem, ad vnum enim Iudam qui forte acrius fremebat iddictum est, non ad omnes; q̃ verisimile fit, illū prohibiturum fuisse ne periret sibi decima effusi vnguēti. Cæterum pro, in diem sepulturæ meæ seruet illud, Græce est: Iaten hemeran tu entaphrasmu teterek en auto. Idest in diem sepulturæ meæ seruauit illud. iam enim dominus pręueniebat sepulturam suam; significans se breui moriturū. Mittens enim: Grę̄ce ballusa participium præteriti temporis. Ac si dicat. Nam q̃ hæc misit vnguentum hoc in corpus meum, id fecit in sepulturam mei. Dicit ergo. Quid molesti estis huic fœminæ, quæ reuera opus egregium, ergon calon, operata est in me. Non perit hæc impensa; non lusit operam suam, sicut vos remini, sepulturæ meæ impenditur hic honor, quem ista nunc ante vertit, quoniam tunc non erit vnguendi facultas, & sicut, id alijs cōmittendum est, Ioan.19. semper enim pauperes, &c. Non deerunt quorum viscera reficiatis, quibus cum panem vestrū comedatis, me autem non semper habebitis: licet ecce ego vobiscū sum vsq; ad consummationem seculi. quod habuit, hoc fecit, effusura erat largius & preciosius, si habuisset. Vnde & alabastri quoq; fecit iacturam, impēdit mihi viuo & pauperi eum honorem, quē mortuo non poterit, quia ad matutinum letitia. Psal.28. Fecit quod potuit (impendit duo æra, farinæ pugillum) licet ignoraret mysteriū: & obsequuta est animo suo. Et præuenit vngere corpus meum post triduum sepeliēdum, infundens viuo, quod mortuo solet infundi. Et merito viuens inungitur cuius mors somnus potius futura erat. 40. videlicet horarum. Nam quod postea mulieres tres parauerunt aromata, luserunt operam, licet impensa nō perierit, & alioqui obsequutæ sunt desiderio suo; surrexit enim Samson media nocte. Cæterum pauperum si vos Zelus tenet, pauperes non deerunt. Chryso. Vir vnus habens tres filias fornicari instituit, vt saltē earum miserando cōmercio vitam vtcunq; traheret. Dicam & illud. Nonnulli suos cæcare filios ætatis florē agentes, coacti sunt, vt instupiditatem nostram inueherent. Nam circū mendicantes æstate & hyeme, cū inhumanos & immisericordes hac calamitate non mouerent, addiderunt secundam primæ. Et vt famen leniret: huius fore satis sunt, hoc communi lumine priuari, & perpetuo cum fame pugnare, & misera morte perire. Quomodo dicis, miserere mei secundum magnā misericordiam tuā, cū tu neq; secundū minimam miserearis? Et vides vel ipsum latronē facile principē pauperum qualemqualem gerere curam. Iam inquis accepit pauper hic semel & secundo, ad ęce & septuagies septies. Quare tu totidem satur, hanc regulā non imponis ventri tuo? Sabellicus. Cum Carolo tanta vis hominum contra Aigolandū Sarracenorum regē venit, vt autore Turpino, ad.12. milia passuum exaudiretur castrorum fremitus. Venit autem in colloquiū rex cum Carolo, egitq; vt ad declinandam tantam humani generis iacturam, quanta haud dubie sequutura videbatur, si totis vtrinq; viribus in aciem descenderetur, vt Sarraceni Galliq; per partes velut ex prouocatione dimicarent; eorum certaminū euentem declaraturum vtra fides Deo esset gratior. Assensus est Carolus; fuitq; res Christiana omnibus fere pręlijs superior. Et iam Barbarus eo venerat, vt postridie diceret, se velle baptismo consecrari. Fide itaq; accepta, ad hostem profectus est, de pace & noua fide acturus. Atq; ita accidit, vt Carolus tum forte pranderet: cum ille ad ipsius tabernaculum venit. Admoneat Gallus rex de more pleroſq; ea primoribus ducum prandio. Miratusq; est Aigolandus quū principū virorum indolem, tum regij conuiuij apparatum. Conspicatus inde seminudos quosda humilius accubantes, ac terra pene nuda prandentes, rem ille nouam miratus: qui hominum illi essent sciscitatus est, qui tam humiliter & pro despicatissimis discumberent. Cui Carolus (callebat enim hostilem linguam) sunt inquit hi Aigolande cælestes Dei nuntij, qui ad me venerunt. Ego ne inquit ille tuum istum sequar deum, cuius nuntios tu ita aspernaris, vt cum cæteri lautissime epulentur, ipsi omnium egentissimi, contemptui & ludibrio tibi sint? Valebis cū tuo fidei instituto, & cum suis in castra seceſſus futuro se prælio accingit. Perstrinxit libera hominis exprobratio Caroli animum, deditq; iam inde operam, vt bissent pauperes qui penes se ex veteri instituto pascerentur, lautius accumberent, honestiusq; velarentur. Commissum est non multo post acre prælium, quo Aigolandus in multa suorum strage concidit, Arnaldi dextera ictus. Vos igitur pauperes semper habebitis, & cum volueritis, potestis de illis bene mereri. Effusio autem vnguenti huius, officium sepulturæ est. Vnde sequitur in laudem Mariæ. Amen dico vobis, vbicunq; prædicatum fuerit hoc euangelium (prædicabitur autē in toto mundo) dicetur & hoc quod hęc fecerit, & narrabitur in memoriā eius. Vnum fecit opus, idest semel, & domi fecit, & opus illud prima vt aiunt fronte reprehensione dignum (quid enim Christo virtutis absolutissimo exemplari cum huiusmodi delitijs?) & tamen amen dico vobis, non semel, non saltem centies decantabitur ore omniū, sed prædicabitur quoties prædicabitur hoc euangeliū, idq; non in vna ciuitate sed in toto mundo

Marci. 14. Matth. 16. Matth. 28. Iudi. 16. Chrysost. Psal. 50. Sabellicus Pauperes.

G H I K

mundo. Et obserua scientiam futurorum in Christo domino, q passurus post dies tres vel quatuor, sciat euangelium suum toto orbe prædicandum. In memoriam eius, pro memoria Græce est: Mnemosynon quod non simpliciter sonat memoriam, sed pignus aliquod aut monumentum quod amicus apud amicum relinquit, quo illum sui commone faciat. Vnde verti poterat, in monumentum sui. Erit igitur mulier hæc Christi bonus odor in omni loco multis ad vitam, licet de præsenti odor mortis fuerit indæ, quia & lux cum illuminat sanos, & ægrotos obcæcat, non desinit esse lux. Dicuntur autem & sues odore præfocari, sicut & vulpes fumo. In toto inquit mundo spargetur odor vnguenti huius. At qui quot reges multa magnaq; in multos contulerunt beneficia, bella cum laude gesserunt, trophæa statuerunt, ciuitates condiderunt & euerterunt & tamen perijt memoria eorum cum sonitu. Idem dicere licet de multis fœminis fama super æthera notis. Hæc autem abiecta mulier quæ tantum effudit vnguentum, toto terrarum orbe celebratur, & fama facti huius vires acquirit eundo: cum cætera per tempus obsolescant, idq; cum factum ipsum non sit insigne: nec persona celebris, neq; multi testes adessent, neq; locus nobilis: idq; noctu. Adde illud, q cum multa in euangelijs contenta a multis ignorentur; effusio vnguenti huius nares omnium credentium impleuit, quia id futurum prædixit dominus Iesus.

Caput. xiij. Audiens populus q dominus appropinquaret ciuitati, acceperunt ramos palmarum & processerunt obuiam ei. Mittit dominus duos ex suis qui adducant pullum & asinam, exponitur prophetia Zachariæ.

COgnouit ergo turba multa ex Iudæis, q illic esset, & venerunt nõ propter Iesum tantum, sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit a mortuis. Dicit hoc loco Faber, q cœna facta Christo de qua præloquuti sumus, non est facta ante sex dies paschæ, sed feria tertia post dominicam in ramis vel feria quarta. Certum est tamen q ante sex dies venit dominus Bethaniam. Quod autem dicit Ioannes, in crastinum autem non respicit tempus cœnæ, sed quod prius dixerat, ante sex dies paschæ, & reddit ad narrandum ad quid dixerat eum venisse ante sex dies. Nam si sabbatum erat quando venit Bethaniam: Quomodo ei instruerent cœnam, quando nec ignem accendere licebat? Hæc ille. Poterat obijci tanto viro: si sabbatum erat, quomodo iter fecit dominus Iesus vno die sabbati ab Hiericho in Bethaniam? Sunt enim plusq. 12. miliaria. Sed de hoc alij viderint. Sed ad rem. Habemus illud vel maxima insitum a natura, q curiosi sumus plusq; satis sit & auidi noscendi abdita, etiam ea quæ pater posuit in sua potestate, sicut dictum est Euæ omnium parenti, scietis bonum, scietis & malum. Et reuera si nostra referret scire malum, plastes omnium nunquam id inuideret homini. Et de Atheniensibus scriptum est Actu 17. Ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere aut audire aliquid nouum. Quid igitur nobis cum scientia mali, qui ad hoc conditi sumus, vt summum & necessarium bonum intelligeremus? Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, quibus aures pruriunt, ad fabulas autem pluesq; Midæ erunt. Hæc præloquuti sumus, propter id quod dicitur in textu, multos ex Hierosolymitis aduentasse Bethaniam, non tantum inquit fama Christi pellectos, q; vt viderent Lazarum, qui ob nobilitatem ac diuitias multis notus, & ob recentis miraculi famam multo pluribus erat in desiderio. Forte expectabant se audituros ex ore eius multarum noua & curiosa, tum & incerta. Sed habetis inquit Mosen & Prophetas: ipsos audite, nam mihi non licet loqui, siquid audiui, licet id non fiat sine corpore. Cogitauerunt autem ebulleusanto, consiliati sunt principes sacerdotum vt & Lazarum interficerẽt, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. O cæca impietas & amentiæ plena, quasi dominus excitare potuerit mortuum, & non possit occisum etiam septies, nisi forte facturi erant de Lazaro, quod senatores fecisse leguntur de Romulo. Sed audi Mosen inuehentem in principes sacerdotum, Percutiat te dominus amentia & cæcitate ac furore mentis, sicut palpare solet cæcus in tenebris. Ita enim animos sacerdotum excæcauerat liuor & destinatum odium in dominũ Christum, vt iam non satis esset furori suo, dominum e medio sufferre, nisi & per amentiam mentis consiliarentur de Lazaro interimendo. Nunquid vincere poterant Dei bonitatem malicia sua: vt potentiores illi essent ad occidendum, q; dominus ad excitandum! Sed palpabant sicut cæci, idq; in tenebris væsaniæ. Multa huiusmodi consilia cogitauerunt isti boni, quorum nullum statuerunt. O cimerias tenebras. Forsan Lazarum conueniebant boni isti, vt de sæculo rogarent futuro, sic de veritate doctrinæ Christi certiores fierent. Tu autem require ab istis insanis, quo dicto factove læserat eos Lazarus vir integer vitæ, scelerisq; purus, vt de morte eius decernerent. Hoc est quærere causam eius, cuius nulla causa est, sed sic volunt, sic iubent. Videbant cæci isti multos ire post Iesum (adhoc ipsum toti erant oculati, cæci alias & bis cæci) attractos tanto miraculo, & occurrendum censuerunt tanto malo hac via, si Lazarum e medio tollerent, vt non vere crederetur excitatus, si breui sepulchro rursus includeretur. Hæc sunt consilia & senatus consulti tantorum sacerdotum, cæcorum ducum. Matth. 15. In crastinum autem turba multa quæ conuenerat ad diẽ festum, cum audissent q Iesus venisset Hierosolymã, acceperunt ramos palmarũ, & processerũt obuiã ei. Hoc iuxta Ioannẽ, ca. 12. Matthæus, ca. 21. Marcus ca. 11. Lucas ca. 19. Et factũ est cum appropinquaret Iesus ad Bethphage & Bethaniam ad montem qui vocatur oliueti vel oliuarum, misit duos discipulos, dicens illis. Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis, Matthæus, asinam alligatam & pullum cum ea. Marcus;

Et statim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominũ sedit, Lucas, in quod introeuntes, inuenietis pullũ asinæ alligatũ: cui nemo vnquam hominum sedit. Matthæus, soluite & adducite mihi, Marcus & Lucas, soluite illum & adducite.

Abulens.

Primo sciendum iuxta Abulensem quod Bethphage & Bethania idem est locus. Dicit autem & illud, quod Bethphage non erat vicus sacerdotum ad habitandum, tum quia paruus, tum quia sacerdotes in quatuor & viginti hebdomadibus vna tantum aliatio præsto erant, 1. Paralí. cap. 24. & expleto ministerio, reuertebantur in ciuitates suas. Potest dici quod parabantur ibi hostiæ & libamenta & quædam alia sacerdotale officium concernentia. Mons oliuarum bis mille passus abest ab Hierusalem, id est sabbati iter. Nicolaus dicit mille passus. Alius doctor dicit, quod Bethphage est in crepidine montis, Bethania autem in latere eiusdem montis oliuarum, quæ positio pugnat ex Diametro cum ea quæ est Abulensis.

Faber.

Faber certe, quasi distincta loca ponit Bethphage & Bethaniam. Quando dicit, ite in castellum, inquit Faber: castellum hoc non erat Hierusalem, sed Bethania vel quiuis alius ex ea parte situs pagus vel come iuxta Græcum (come autem villa, vicus pagus ve est) quia Bethphage & Bethania ex ea sunt parte montis, ex qua Hierusalem nullo modo conspici potest. Hæc ille, & insert. Adde quod Hierusalem nullibi vocatur

Abulens.

come, sed polis, idest ciuitas. Abulensis ita dicit. Intelligendum quod ex ea parte qua Christus properabat in Hierusalem, arx tantum videri poterat, Sion videlicet, ideo a parte totum nominat, dicens: ite in castellũ. Græce, parenthese is ten comen: Come autem vt diximus vicum sonat, pagum vel villam, quod certe

Psal. 86.

nullo modo congruit ciuitati illi famosæ, de qua gloriosa dicta sunt, licet per id temporis vix vmbram retineret antiquæ gloriæ & maiestatis. Idcirco non polis vocatur, sed come, idest pagus vel castellum. Mihi verosimile est, asinam & pullum non fuisse repertos in ciuitate Hierusalem, sed sicut dicit Faber, licet communis opinio aliter sentiat. Nam & est quidam doctor, qui vocem Græcam, come, nunc oppidulum nunc vicum exponit. Sequatur quisque quod maluerit, veritati tamen cedendum est. Sed ad rem. Videtur

Philip. 2.

mihi præsenti mysterio summe congruere quod Paulus dicit: sentite in vobis quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, idest dominus esset, semetipsum hodie exinaniuit, formam serui accipiens. Et quo modo inquies: formam hodie serui accepit, quando vno ore, clamore consono cantatum est in laudem eius ab omni sexu pariter & ætate; benedictus qui venit in nomine domini, Osanna a rex Israel: Cui mortalium principum datum est hoc honoris, vt salutem ab eo de cælo flagitarent? Nam exceptum coro-

Iudith, 3.

nis & lampadibus Holophernem, Tympanis & tibiis, & puellis ducentibus choros legimus, vt pacificus veniret ad illos, & seruitio illorum vteretur vt libitum esset. Nec tamen per hoc ferocitatem animi eius mitigare potuerunt, quin ciuitates eorum euerteret: Tyrannus enim erat. Sed Paulus vere dixit, semetipsum exinaniuit. Nam vt de cæteris interim taceam: nonne seruorum est, asinam conscendere, aliens iuris, & instratum insuper, pullo asinæ comite, an potius asina comitante pullum. Si igitur hanc nouam Pompam conferas cum triumphis Cæsaris, Pompeii, P. Emilii, S. Aphricani, Lutulli, Marii, & Syllæ, præcedit hæc & superat plus quam biadia passon. Ibi enim lamentabantur victi, hic exultant victores etiam

Figura.

ante pugnam, ramos palmarum ferentes, victoriæ insigne. Cæterum si hanc conferas cum illa in qua visus est ab Esaia cap. 6. Sedens super solium excelsum, plenam terram a maiestate eius: & Seraphim stan-

Apoc. 4.

tes, volantes, clamantes: Sanctus sanctus sanctus, & velantes faciem & pedes, & seniores. 24. procidentes ante thronum eius, & coronas subiicientes pedibus eius, Milia milium ministrantes, & decies centena

Ezech. 1.

milia assistentes, (Dani. 7) & alas suas submittentes, & silentio demonstrantes potentiam eius, qui verbo suo omnia creauit, & creata conseruat, videbis quam vere dixit Paulus, semetipsum exinaniuit, forma

2. Reg. 6.
Figura.

serui assumpta. Vnde Dauid arcam Dei introducturus in domum suam, congregauit. 30. milia electorum virorum, & plaustro impositam deducebant cum omni iubilatione, Dauid autem (quod omnem fidem excedit) accinctus Ephod lineo, saltabat totis viribus ante dominum. Et post modum cum irrideretur ab vxore dicente, quam gloriosus fuit hodie rex Israel, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, quasi nu-

Psal. 44.

detur vnus de scurris, ille præuidens in spiritu mysteriũ præsentis diei, in quo speciosus forma præ filiis hominum, serui assumpta forma, super asinam & pullum quasi super plaustrum, regiam suam ingressus est: Ludam inquit & vilior fiam: Eroque humilis in oculis meis: Quandoquidem verus rex Israel mutato ha-

3. Reg. vlt.
Acta. 21.

bitu hodie ingreditur locum certaminis. Quod enim aliquoties visus est subducere se a periculo, non erat formidinis & in constantiæ, sed quia omnia tempus habent. Eccle. 3. Nam & Paulus qui aliquando fugit. Actu. 9. In consequentibus dixit: Ego non solum alligari in Hierusalem, sed & mori paratus sum. Pa-

Gene. 22.

ratus igitur erat Agnus Dei mori, qui ad hoc: ligna super se tulit. Paratus & pater immolare vnicum suum, qui ignem portabat & gladium, sed expectabat diem tertiũ. In quo montem vidit, sed procul. Hũc igitur montem coagulatum dominus de prope videns, non solum non subterfugit, quin imo ita sese ingerit, vt nouitate Pompæ totius pene vrbis animos in se accenderet. Vnde dicit: Et factum est dum appropinquaret, &c. Quod dicit Matthæus, appropinquaret Bethphage, idest Bethaniæ: hoc dicit Ioãnes: ante sex dies paschæ venit Iesus Bethaniam. Sed Matthæus Marcus & Lucas prosequuntur iter Christi ab Hiericho in Hierusalem, prætermisso eo quod Ioannes refert de cœna facta Bethaniæ. Sed si vera est positio Stapulensis, quod cœna instructa fuerit Christo feria tertia vel quarta post diem palmarum: Matthæus nihil pretermisit, sed nos communem opinionem sequuti sumus. Remanet vnus scrupulus. Si Christus erat Bethaniæ vel Bethphage, (quod idem est) quando misit duos ex discipulis pro asina & pullo, quo eos miserit non video, si in ciuitatem Hierusalem non misit, iuxta Fabrum. Iam dictũ est quod in castellum aliquod, oppidulum villam vel pagum, quod erat inter Bethphage & Hierusalem. Igitur cum appropinquaret Hierosolymam; iam vrbi vicinus, nouam adorsus aduentus sui instruens

Pompam

Pompam, quâ fastum huius mundi quodammodo derisit, & dedit pessum discipulis adhuc infirmis solatium aliquod interim præbens huiusmodi gloria fugaci & transitoria, quo vtcunque moderatius ferrent pondera imminentis procellæ. Illud nemo non mirabitur, maxime si mores nostri æui inspicias, duos ex discipulis missos, vt adducant asinam vnam iuxta Matthæum: Nam pullus libenter sequeretur matrem discipulos autem non detrectasse huiusmodi officium. Nempe non attendebant ad quid sed a quo mittebantur. Erat autem pullus intra castelli siue oppiduli portam alligatus pro foribus domini sui. Lucæ. 19. Hieronymus, Stringendum est breuiter, quod iuxta litteram in paruo itineris spacio dominus super vtrunque animal sedere nequiuerit. Aut enim sedit asinæ, & pullus absque sessore fuit: aut si pullo quod magis competit, asina ducta est libera. Ergo cum historia absurditatem sonet, ad altiora transmittimur, vt asina ista quæ subiugalis fuit & domita, & iugum legis traxit, synagoga sit, pullus asinæ lasciuus & liber, Gentium populus, quibus sedent Iesus, missis ad eos duobus discipulis, Petro in circuncisionem, & Paulo inter Gentes. Gala. 2. Ad hæc Origenes, Pone quod de visione cæcorum, de mortuorum resurrectione, de mundatione leprosorum scripserunt Euangelistæ, vt ædificent homines in fide Christi, legentes in scripturis opera eius. Quid ad hoc pertinet, quod de asinæ vel pulli solutione dixerunt, vt Iesus in asina ingrederetur Hierusalem, qui frequenter non pigritauit maiorem viam pedibus ambulare, sicut habes Ioan. cap. 4. Quod si & iumento opus erat, facile id suppeditaret Lazarus vel Martha. Vide ergo, quomodo singula verba plena sunt sacramentis. Sed & illud requiritur, quod asina quidem ligata erat vinculo legis Mosaicæ, ideo solui iubetur, vt suscipiat iugum Christi leue. Matth. 11. Pullum autem ligatum quis dicat, cum obstet dominus, dicens, super quem nullus hominum sedit? Vnde Paulus. Cum Gentes essetis, in morem idolorum quocunque ducebamini, illuc ibatis. Gentes igitur ligatæ erant non vinculo legis, sed peccatorum suorum nexibus adamantinis, de quibus dicitur, in chamo & freno maxillas eorum constringe. Vterque igitur ligatus erat, & vterque præcepto Dei soluitur, quia vtroque indiget dominus, vt ingrediatur Hierusalem visionem pacis, quia ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, Ephe. 2. Qui enim præibant videlicet Iudæi, & qui sequebantur, Gentes: vtrique portabant botrum miræ magnitudinis, habentem in se omnem saporem suauitatis: & vtrique clamabant, Osanna. Et siquis vos interrogauerit, quare soluitis, sic dicetis ei, Quia dominus operam eius desiderat, vel dominus his opus habet, & confestim dimittet eos. Hoc autem factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Dicite filiæ Sion. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subiugalis. Palam est dominos asinæ rogaturos discipulos Christi sibi alias nec de facie notos, cur asinam soluerent, nihil ad eos attinentem. Sed dicite inquit, quod opera eorum domino est necessaria. Dicens autem, Dominus, ostendit quis esset, nempe is qui iam apud omnes fama clarus erat, ex crebris miraculis, doctrina cælesti, vita integerrima, ac proinde dilectus Deo & hominibus. Quid est autem, dominus his opus habet? Currus Dei decem milia, & multiplex milia lætantium. Psal. 67. Ipse est qui ascendit super Cherubim, & ambulat super pennas ventorum. 17. Et nunc inquit ministerio eget duorum iumentorum. Origenes. Quod super vtrunque iumentum sedent, ex misericordia fecit, vt repauset eos super quos sedet: magis quam ipse super ea quiescat. Quod autem sequitur Et statim dimittet eos, potest sic exponi, expleto ministerio, remittet eos ad dominos suos. Potest sic exponi, ad hanc vocem, dominus his opus habet: statim dominus iumentorum siuet abduci asinam cum pullo. Primum sensum ponit glosa ordinaria: Secundus ponitur communiter a doctoribus. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur, &c. Dicite filiæ Sion. Ecce rex tuus: demonstrat eum ad oculum sedentem super asinam, quoniam mille anni ante oculos tuos, &c. Item Malach. 3. statim veniet. Aggæi. 2. Adhuc modicum. A tempore autem Zachariæ vsque ad Christum numerantur anni fere. 400. tamen respectu Dei loquentis per os prophetæ, quasi digito demonstrabatur Christus. Zacharias ita, iuxta Hieronymum. Exulta satis filia Sion. 70. Gaude vehementer, prædica filia Hierusalem iubila filia Sion: Ecce rex tuus veniet tibi, iustus & saluator, ipse pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Tangit propheta in istis verbis. Primum aduentum eius de prope, cum dicit: Ecce rex. Secundo modum venientis, quia pacifice, ibi, sedens super asinam. Tertio vtilitatem venientis, quia rex tuus. Quartum qualitatem venientis, quia iustus & saluator, & pauper. Pro his ergo omnibus inquit Origenes. Oportebat gaudere satis & vehementer filiam Sion, iubilare, exultare, & prædicare quoquouersus bonum suum, quia veniebat rex pacis, iustus & saluans, in Hierusalem, in qua tot impij reges Tyrannice regnauerunt. Inquirendum est autem, cum regis nomen inuisum fuerit Romanis, post septimum videlicet regem Tarquinium, & teste sacro eloquio, populo petenti regem dictum sit a deo: Non te abiecerunt sed me, dabo tamen eis regem in furore meo, quomodo hodie tam importuno clamore replicant regium nomen, & iubetur Hierusalem exultare idque vehementer in aduentu huius regis pauperis. Nam ex. 40. Regibus qui præfuerunt Genti Iudæorum vix decem reperiuntur iusti, cæteri omnes Tyranni, vnus altero deterior, nullus bonus. Secundo inquirendum, cum regum maxima pars morte violenta tollerentur e medio, quomodo inueniri potuerunt, qui ea conditione regni habenas susciperent. Ex liberis siquidem regibus numero, quadragesimo, quindecim vel gladio vel igne perierunt. Ex duodecimo, Cæsaribus Iulio, Augusto, Tiberio, Caligula, Claudio, Nerone, Sergio, Ottone, Vitellio, Vespasiano, Tito, Domitiano: Nouem vel ferro sublati sunt vel veneno. Denique ex sex & triginta regibus qui ex Gothis Hispaniæ præfuerunt annis multis, sexdecim ex illis gladio vel veneno occiderunt. Dicendum breuiter quod principes isti & horum similes ideo summam rerum libenter imo vtraque manu complectebantur, quia statim post assumptam purpuram quicquid libitum esset; licebat.

Hierony. — Origenes. — 1. Cor. 12. — Psal. 51. — Num. 13. — Sapien. 16. — Eccle. 45. — Origenes. — 70. — Origenes. — Rex. — 1 Reg. 8. — Osee. 13. — Reges.

Atheniẽſ. Decreuit Senatus Athenienſis vt Antigonus rex & Demetrius in peplo vna cum ioue & pallade intexerentur quaſi qui adhuc viuentes iam in numerum deorum eſſent relati, ſicut comitrus & comodus principes Romani, terra ipſa indigni, dij vocati ſunt adhuc viuentes. Nam vita functos conſcribi in albo cæli, id commune erat etiam meretricibus: cuiuſmodi erat Agrippina mater Neronis, & flora dea. Audi

Demetri⁹ aliud decretum Athenienſium pro Demetrio, quod omnem ſuperat fidem. Viſum eſt populo Athenienſi & ſenatum ſimul (id autem adulantes eidem ſtatuerũt) vt quocunq; rex Demetrius iuberet, hoc & apud deos ſanctum (velint nolint) & apud homines iuſtum haberetur. Soluta eſt igitur quæſtio qua inquirebatur, quomodo reperiebantur qui regnare auerent, cum principum bona pars male periret? Nempe propter huiuſmodi decreta. Sic vult rex: ſic fiat, eſtq; eratq; illis pro ratione voluntas. Et cogebantur dij cæleſtes terreſtres: marini, inferi & lares: indigenæ & aduenæ ratum habere, quod rex Demetrius ſanxiſſet.

Matth. 16. Et videtur ſenatus conſultum hoc Athenienſium in ſententia vnum & idem eſſe cum illo, quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælo. De hoc requirere Tranquillum de C. C. caligula. Reuer- F eamur nunc ad primum quæſitum, quæ iubetur exultare filia Sion. i. Hieruſalem in aduentu huius regis, qui nihil certe habet commune (niſi forte nomen, & per iriſionem ſceptrũ purpuram & coronam) cum

Zach. 9. regibus ſæculi huius, qui ſubditos populos ſcorpionibus ſub inde cædunt. Sed vide quid dicat Zacharias de hoc vero rege. Tria enim in illo inuenire licet, quæ in nullo mortalium regum reperiuntur. Primum eſt rex tuus. Secundum venit tibi. Tertium eſt iuſtus, pauper & ſeruator. Dicens ergo tuus, excludit cæſarem, quem tamen Iudæi reprobato vero rege: in regem elegerunt, reclamante lege ac dicente: Non pote-

Ioan. 19. tis (obſerua verbum hoc) alterius Gentis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus. Deut. 17. Teſtimonium hoc expoſitione non indiget. Verum eſt autem q; ex Romanis regibus ſeptem vſq; ad Tarquinium, & ex ſeptem &. 50. principibus qui præfuerunt Romano imperio a Iulio vſq; ad Conſtantinum, G vni tantum ex conſenſu ſenatus & populi datum eſt hoc cognomen pater patriæ, ob morum ipſius inte-

Cæſar. gritatem, videlicet Auguſto Cæſari. Hic enim iuxta Tranquillum domini appellationem vt maledictũ & obprobrium ſemper exhorruit, & nec a liberis vel nepotibus, vel ſerio vel ioco dominus appellari paſſus eſt, & ſuper hoc edicto publicato. Sed pater patriæ a ſenatu ſalutatus & populo, cum lachrymis reſpondit. Compos factus votorum meorum patres conſcripti, quid aliud habeo deos immortales præcari, q; vt hunc conſenſum veſtrum ad vltimum vitæ finem mihi perferre liceat? Cæſar igitur iuxta Politiam humanam modeſtus erat, & iuſticiæ cultor, ſuis tamen vtuebat comodis, ſuæ gloriæ ſtudebat. Id mani-

Trãquill⁹ feſtum eſt ex his quæ de eo ſcribit Tranquillus. Bella Ciuilia, 5. geſſit, primum ac nouiſsimum aduerſus M. Antonium. Secundum aduerſus Brutum & Caſsium. Tertium aduerſus vel Antonium trium viri fratrem, quartum aduerſus ſextum Pompeium Cn. Pompeij filium. Sequitur ad propoſitum. Omnium bel- H lorum initium & cauſam hinc ſumpſit: nihil conuenientius ducens: q; necem Iulij C. auunculi vindicare: tuerique acta. Itaque Cæſar duplici nomine non erat rex Iudæorum, & quia Gentilis, & quia gloriæ ſuæ deſeruiebat: cum populi ſui detrimento, bella gerens Ciuilia, Id quod diximus de Romanis: videre licet in Iudæorum regibus, qui Iudæi licet eſſent natione, populus tamen eis pro aſina erat, ſicut habes, 1. Reg. 9. Hoc eſt ius regis qui imperaturus eſt vobis. Filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, hoc eſt ex liberis faciet pullos & aſinas, &c. Nam ſi tempore Salomonis quando profunda pace fruebantur, graui tributorum onere premebantur, ſicut ipſi Iudæi conqueruntur apud Roboamum filium Salomonis, 3. Reg. 12. quid de imperio cæterorum regum ſentiendum ſit nemo non videt. Erat igitur Iudæa aſina deſeruiẽs vtilitatibus regum, qui ſua tantum quærebant, non quæ regni. Iſte autem rex & Iudæus eſt natione, quia

Zach. 9. filius Dauid, & non ſibi veniebat, ſed vt in ſanguine teſtamenti ſui, ſui inquam non vitulorum aut hir- I corum, agni paſchalis aut vitulæ ruffæ, educeret vinctos de lacu, vt pacem prædicaret, vt libertate donaret vinctos mendicitate & ferro. Pſal. 106. Vt ſalute æterna donaret credentes in ſe, quorum vox eſt, Oſanna in excelſis. Vt ex præcedentibus & ſequentibus faceret vnum ouile & gregem vnum, cuius ipſe eſt paſtor & rex, Ezech. 37. Pro huiuſmodi igitur, exultare iubetur filia Sion. Iam tertium illud, iuſtus &

Cap. 9. pauper & ſaluator: huic ſoli propriæ proprium eſt. Ipſe eſt enim ſanctus ſanctorum iuxta Danielem: ipſe eſt rex iuſticiæ iuxta apoſtolum, Hebr. 7. Vnde illud, intende proſpere, procede & regna, propter verita-

Pſal. 44. tem & manſuetudinem & iuſticiam. Fuit enim dominus Ieſus verus in promiſsis: id fide tenemus, manſuetus & mitis in ſuſcipiendo peccatores, abſoluendo pullos & aſinas a vinculis peccatorum ſuorum, Matth. 9. Lucæ. 7. Ioan. 11. Iuſtus in conuerſatione & omnis virtutis exemplar: iuſtus quia ſoluit pro

Eſai. 53. ouibus ſuis quæ non rapuerat, Pſal. 60. Forſitan enim pro iuſto quis ſuſtineat mori. Rom. 5. Et hic eſt ſum-

Lucæ. 2. mus gradus iuſticiæ in homine, mori pro vno aliquo iuſto & bono viro. Rex autem iſte iuſtus & ſeruator, pro impijs mortuus eſt, & diſciplina pacis noſtræ recidit ſuper eum. Tantæ autem paupertatis fuit K (cuius inopia nos opulenti ſumus, 2. Cor. 8). vt non haberet ſepulchum quo conderetur, Matth. 27. Non

Plutarch. eſſet illi locus in diuerſorio, vbi natus reclinaretur. Refert autem Plutarchus de Epaminonda principe corp. inſigni Athenienſium, quem Thebani ob inopiam publico honore funeris proſequuti ſunt. Nihil e-

Ariſtides. nim eius mortui domi præterquam verũ ferreum inuentum eſt. Dicebat autem Ariſtides verbum aureũ: Eos probe paupertatem erubeſcere, qui præter ſui ipſorum voluntatem pauperes eſſent, qui autem ex

Alexand. ſententia vt ipſe, optimo iure gloriari. Ita & Alexander philoſophus qui contemnendæ gloriæ præclara exempla de ſe perhibuit, in ea quam cum craſſo habuit conſuetudine. (Fuit enim præceptor eius in philoſophia) nec enim facile iudicari pote?, vtro tempore pauperior vixerit, an cum primum ad craſſum acceſsit docendi gratia, an cum poſtea in eius amicitia ac familiaritate permanſit. De quo vnum hoc dixiſſe ſatis erit, quod cum nunquam a craſſo diſcederet, ſolusque ex amicis aliquando cum

illo per

illo per egre profectus esset, in itinere pileum poposcit, eumq; statim ex itinere reuersus, crasso restituit. O summam atq; admirabilem viri continentiam: Quæ solā paupertatem incorruptibilē atq; insuperabilem esse putauit. Nam iuxta prouerbium nulla arx inexpugnabilis est, ad quā asinus onustus auro conscendere possit. Sed audiamus Zachariam consequenter dicentem de rege paupere iusto & saluatore, sedens super asinam. Chryso. Mihi vero non solum quia in hoc vocatio Gētium significabatur, Sed vt viuēdi nos doceret philosophiā, in asina sedisse perhibetur, ne maiora q̃ vsus necessarius requirit quæramus. Ita & nascendo, non magnificas ædes sed stabulum & matrem elegit pauperē. Discipulos non oratores sed pauperes elegit, & pane hordeaceo pastos, imo & spicis inter manus attritis. Ascendens inquit super pullum, non currus agens, nō vectigalia exigens, non satellitibus constipatus sed frondibus. Tu vero subitam pulli domationem admirare, Gentium enim obedientia præfiguratur, & repentina in meliorē vitā mutatio, (quia erant & in Niniue iumenta multa) quæ omnia illis verbis facta sunt, soluite & adducite mihi. Ita inordinata mordiuē, & immūda sanctificata sunt, pullus enim asini immundus erat in lege, precio q non redimebatur Exo. 13. Sed nunc mundatur, domino super eum ascendēte. Ascendit ergo nō super equum feruidum, qui procul odoratur bellū, Iob. 39. Sed super asinam tranquillitatis & paucis amicā, sicut patet ex verbis eius ad prophetā Balaam. Num. 22. præceperat autē dominus vt rex constitutus super populum suum, non multiplicaret sibi equos, discordiæ amatores. Plutar. Leuissimus autē quis cum aut in re nummaria ante celluerit alios, aut in ciuiles quoquo modo incurrerit honores, in opinata statim fœlicitate lasciuire solet. Ecce Clitus ad Amorgum tribus aut ad summū quatuor depressis Græcorum nauibus, vocitari se Neptunum passus est. Parte alia Demetrius (cui quotam ipsi partē fortuna ex Alexandri opibus, duobus vt dicitur digitulis primoribus carpens attribuerat) Iouem se vocari æquis sustinuit auribus. Nec iam ad eum legati mittebantur ab vrbibus, sed theori, idest oracula suscitaturi, responsaq; eius oracula dicebantur. Lysimachus qui loca ad Thraciam vergentia quasi regni extrema obtinebat: Eousq; insolentiæ euasit, vt diceret. Nunc demum Bizantij ad me veniunt, cum lancea cælum attigi. Ibi pasiades Bizantius quītum forte adderat, approperemus inquit, ne lanceæ iste mucrone mediū cælum pertūdat. Nec mirum cum iam Clearchus gestauerit fulmen, vnumq; liberorum tonitru appellauerit. Sunt qui se Euergetas, idest beneficos vocitarint, sunt qui Callinicos, i. egregie victores: nonnulli Soteras. i. seruatores, quidam Megali dicti sunt, idest magni: Caligula vnus est rex, vnus est dominus: de se dixit: indignus qui vel homo diceretur. Rex autem noster iustus seruator pauper, ascendens super asinam. Quis non illi iumento plurimū inuideret: cuius in humili tergo ad commendationem suæ ineffabilis mansuetudinis dignatus est insidere rex pacificus, si cum illius tam præciosi oneris gestatione intelligentiā quoq; habuisset tam singularis honoris? Vnde autem huic pullo verendū erat, ne sub tali sarcina corrueret? An vero timēdum ei luporum in cursus? Num vel præcipitium; vel ne offenderet ad lapidem pedem suum? vestimēta ei sternuntur in via. Tot duces habuit in sancta sanctorū, quot illum præcedebant clamantes: Osannu. Sequitur Ioan. cap. 12. Hæc non cognouerunt discipuli sui primum, sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, q̃ hæc scripta erant de eo, & hæc fecerunt ei. Videbant discipuli concursum populi, audiebant clamantes pueros, videbant sterni vestes, præcidi ramos, & mirabantur subitam pulli cicurationē: Hæc omnia videbant, sed opinabātur casu geri, & quod pace eorum dico & cum bona venia, non magis intelligebant prius mysterium, q̃ asina aut pullus agnoscebat sessorem. Sed post q̃ dominus resurrectione sua glorificatus est, & consessu in dextra patris, & misso spiritu sancto, sicut promiserat, (eo enim magistro vsu apostoli intellexerunt omnem veritatem) tunc rem gestam cum testimonio Zachariæ conferentes, mysterium plene intellexerunt, quid videlicet præfiguraret asina & pullus, rami & indumenta, & vox illa, Osanna, & ingressus domini in sancta ante sex dies paschæ, & cætera. Et pater.

Chrysost. Matth. 12. Ione. 4. Deut. 17. Plutarch. Psal. 90. Capi. 3.

Caput. xiiij. Adducuntur iumenta, sternitur pullus, dominus sedit desuper, ramos sternunt in via & vestes, clamant voce consona: Benedictus qui venit in nomine domini. Ecce totus mundus post eum vadit, si hi tacuerint, lapides clamabunt.

EVntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit eis Iesus, Marcus, & inuenerunt pullum alligatum ante ianuam foris in biuio, & soluūt eum. Lucas: soluentibus autem pullum, dixerunt domini eius ad illos: vel iuxta Marcum, quidam de illic stantibus. Marcus & Lucas. Quid soluitis pullum? Marcus, qui dixerunt eis, sicut præceperat illis Iesus, Lucas, quia dominus eum necessarium habet, Marcus: & dimiserunt eos, Matthæus & adduxerunt asinam, Matthæus & Marcus & Lucas, & pullum ad Iesum, Et imposuerunt super eos vestimenta sua. Iuxta Matthæum, Marcus & Lucas. Imponunt pullo vestimenta sua. Matthæus, & eum desuper sedere fecerunt, Marcus, & sedit super eum. Lucas, Imposuerunt Iesum. Pullus & asina dominum habebant, nec erant deputati pauperum vitui. Chrysost. vide Lucæ, 19. ita dicit Caietanus, Fabella est dicere q̃ asina nō habebat dominum. Item q̃ erat in Hierusalem. Et dictum est superius q̃ cum dicitur, ite in castellum, castellum hoc non significat Hierusalem, quæ semper vocatur ciuitas. Idem dicit Caietanus, iuuentus est igitur pullus, sed ligatus, sed in biuio,

Matth. 6.

multorum dominorum seruitio mancipatus, quia vnum verum & bonum & necessarium a se abiecerat. Nemo autem potest duobus dominis seruire. Aut enim seruiet vni & necessario, aut seruiet multis, qui cędant tum flagellis tum & scorpionibus (3. Reg. 12.) & si detur copia etiam gladio sicut dixit asinę suę Tyrannus Balaam. Num. 22. Erat autem in biuio: quia extra fidem eius, qui via est ad vitam & veritatē. Ioan. 14. Ligatus igitur erat, iniquitates enim suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Prouerb. 5. De his habes Iudi. 16 de Samsone, qui septē neruiceis funibus ligatus est, vt esset infirmus sicut cæteri homines. Soluitur autem iussu Dei dicentis: Quę solueritis in terra, soluta sint. Sed obstant domini iumentorum dicentes: quid soluitis pullum alieni iuris? Inde illa vox, venisti ante tempus torquere nos. Matth. 8. Tormenta vocant dæmones, cum coguntur relinquere hospicia sua, & iumenta quibus diu insederunt. Hæc enim sunt arma quę abstulit dominus de domo fortis. Habet autem eos necessarios dominus, quia alias cui erit caput, si non est corpus? Ipse est enim caput corporis ecclesiæ, cui ille defluit sensum motum & vitam, &c. Ephe. 1. Adducunt igitur pullum, vt nouo sessori nouū item iumentum deseruiret, nisi q; interim desunt regalia ornamenta, Frenum, Phaleræ, Calcaria. Adiuuant autē & hanc actionem apostoli, insternentes pullo indumēta, quo honestius sederet diuina maiestas & mollius, & ne nudum tergum pulli prēmeret, qui ceruices ferreas confregit e collo nostro, vt incederemus recte & recti. Leui 26. Et eum desuper sedere fecerunt. Sabellicus. Pipinus rex Franciæ vbi pontifex Stephanus aduentare dictus est, ad tertium lapidem obuiam progressus, ad eius pedes se venerabundum demisit, inde ęqui frenum regens pedibus, ęquo sedentem in regium perduxit hospicium, tanto tunc regibus q; nunc priuatis maius fuit pietatis & religionis studium. Sed si audisti huius pietatem audi pastoris ecclesiæ charitatem. Mira fuit in Paulo huius nominis primo sanctitas. Nulli vnquam malum pro malo reddidit. Rom. 12. Sed exemplo Christo, ps etiam bene pręcatus est, qui ex confesso fuissent sibi iniurij. Duobus ad hæc tribus ve famulis comitatus, noctu pauperum ægrotantium cubilia circumiens, morbo affectos, verbis & eleemosynis leuabat, nexos soluebat, aut custodia liberabat, alieno ære creditoribus soluto. Pupillos viduasq; circunscriptorum fraude pressos, ab iniuria tuebatur, alebatq; suo ære. Sed ad rem. Erat autem videre sacramentū illud admiratione plenum, homines bissenos deseruire vni ad consensum pulli vel asinæ, quolibet illorum q; officiosissime exequente partes suas. Qui princeps, rex aut imperator, dictator ve talibus vsus est pueris, qui induerent calcaria, purpuram circundarent: præcedere vt lictores cum facibus? Quis princeps huiusmodi clauigeris vsus est, qui occurrentes arcerent a via? Et qui illis Sedebitis super sedes. 12. iudicantes. 12. tribus Israel. Matth. 19. Et rursus, nimis honorati sunt amici tui deus. Hi sunt lictores, clauigeri, famuli, hi ancum pedes, hi sunt a pedibus: hi iumenta ducūt, & sternūt, facti interim spectaculum & hominibus & angelis, qui & ipsi omnia hæc q; libenter exequerentur, si res ferret, omnes enim sunt administratores salutis humanæ. Hebr. 1. Eunte autem illo, *Matthæus, Marcus, Lucas*: plurima turba strauerunt vestimenta sua in via. Alij ramos de arboribus. *Ioānes* palmarum, cedebant, & sternebant in via. Tātum honorem exhibentes asinę quantum nec regibus exhibetur: iuxta *Matthæum & Marcum*. Iuxta *Ioannem* Ramos ferebant in manibus. *Matthæus & Marcus*, turbæ autem quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabant dicentes, Osianna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini. *Marcus*, Benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid. *Matthæus & Marcus*. Osianna in altissimis. Quā primum igitur rex pacis radices attigit montis oliuarum, ingens hominum turba quorum tetigerat deus corda (1 Reg. 10.) Progressa est obuiam regi iusto pauperi & seruatori, nec offensi habitu venientis in forma serui (est enim fides tum vel maxime oculata, quando caligant increduli) vestimēta sua sternūt in via, quo in offenso pede incedat pullus, qui incalceatus adductus fuerat. Cæteri quibus vestimenta nō suppetebant, ramos palmarum cedentes, partim manu gestantes, partim viam hinc inde sternebant in gloriam venientis. Est autem palmæ natura mirabilis, perpetuo virens, proceræ altitudinis, ascensu difficilis: fructu suauissimo, victoriæ insigne. Apoc. 7 Genuina quadam, naturæ vi insurgens aduersus onus impositum, iuxta illud, cum infirmor, fortior sum, vel potens sum. Et illud poetæ; tu ne cede malis, sed contra audentior esto. Chryso. Quoniam igitur omnia mandata legis & species Iudaicæ religionis a Christianis erant conculcanda in via. i. in Christo: Ideo iam tunc illa sternebant sub pedibus iumentorum. Iumenta enim gentes sunt. Et obserua q; apostoli super iumenta ponunt vestimenta sua: Cæteri vero ea substernunt in via, quoniam mandatis quidem apostolorum (docere omnes gentes) adornantur Christiani, legis autem mandata ipsi dant pessum. Quoties enim circuncisionem spernimus, & sacrificia Iudæorum pro nihilo ducimus, & cæteras Iudaicas consuetudines reprobamus, vestimenta Iudæorum quibus ipsi ornabantur, quæ suo tempore erant valde bona, & mirabilem pręse ferebant pulchritudinem (Ezech. 16. cap.) nos qui sumus ex Gentibus tanquam panum mēstruatum sub pedibus calcamus. Legimus de caligula, q; interdum adeo segniter & delicate iter faceret, vt octoforo veheretur, atq; a propinquarum vrbiū plebe verri sibi vias & conspergi propter puluerem effœminatus exigeret. Sed & Catoni abeunti ex prouintia cui præfuerat, vestes in via sternebant, & lachrymis prosequebantur euntem, tantam vim habet iusticia & virtus in principe modesto & probo. Neroni aliquando incedenti passim victimæ cedebantur (o Romanam prudentiam, imo amentiam) sparso per vias tanto nebuloni identidem croco: vt ne miteris vestes, frondes, & ramos pauperi Christo a turbis ob fauorem sterni. Vestes nō habentes, ramos sternebāt. Vidisti modestiā regis pauperis, audi insolenciam Iulij Cæsaris, vt iute cæsus videatur. Non enim honores modo nimios accepit, vt continuum consulatum, perpetuam dictaturam, præfecturamq; morum, insuper pronomen imperatoris, cognomen patris patriæ, statuam inter reges, sed & amphiora etiam humano fa-

Marginal notes: Matth. 16. Lucæ. 11. Sabellicus. Paulus. Matth. 5. Psal. 138. Palma. 2. Cor. 12. Chrysost. Gene. 27. Caligula. Cato. Nero. Iuli. Cæs.

Section letters: G H I K

nu fastigio decerni sibi passus est, sedem auream in curia, Templa, aras, simulacra iuxta deos, flamen. Denique eo vesaniæ venit, vt diceret, debere homines consideratius iam loqui secum, ac pro legibus habere quæ dicat, siue ebrius dicat, sobrius ve, non refert. Sed nos conuertamus oculos & audiamus quibus clamoribus turbæ quæ præcedunt comitantur, & subsequuntur: nouum regem pauperem & iustum prosequantur. Clamant enim dicentes. Osianna filio Dauid. Chrysos. puto autem quod nec ipsi qui laudabant sciebant quid laudabant: sed Spiritussanctus subito ingressus in eos, virtutis verba fundebat. Nam & populo non est data voluntas, vt eum regem vocitaret, sed potestas: olim enim id attentarat, sed non est permissus, sciendum quod dictiones istæ Osianna Hebraicæ sunt: Osi verbum est, anna interiectio est optatiua. Videntur sumpta verba hæc ex Psal. 117. Ibi o domine saluum me fac, pro quo in Hebræo est, ana ichouah hosiah ana, quod manifestius interpretatus est Symachus dicens. Obsecro domine saluum me fac obsecro. Siquidem hosiah saluifica interpretatur, ana interiectio est velut efflagitantis aut obtestantis. Videtur autem quod non absque ingruenti causa interpres Hebraicam vocem reliquerit, opinor, quod peculiaris sit eius Gentis acclamatio hosiah ana. Verum quid conuenit rex Israel & Osianna, cum pullo & asina & puerorum frequentia? Sed rex dicitur, quod mentes regat, & in regnum cælorum credentes fide quæ per dilectionem operatur perducat, potentes deponat, exaltet humiles. Lucæ. 1. Ideo dicitur ad eum benedictus qui venit. Quod nulli regi Iudæorum dictum est. Confert autem Augustinus canticum illud. Exo. cap. 15. Cantemus domino, gloriose enim honorificatus est: cum verbis istis: Osianna in excelsis, & pro insigni miraculo ponit, quomodo vterque sexus & omnis ætas etiam & illic, in hanc vocem proruperint in simul: Cantemus domino, hic autem: Osianna filio Dauid, benedictus qui venit, cum nihil tale antea edocti fuerint. Memores igitur turbæ mirabilium operum Christi quæ vel viderant vel audierant, quorum prouincia Iudæa testis erat oculatus, & maxime miraculi editi in suscitatione Lazari iuxta Ioannem: obuiam ei facti exultantes clamabant: Fili Dauid Osianna in excelsis. Augustinus. Significat autem, quod moriente domino, salus in cælum vsque, etiam ad excelsa peruenerit, pace facta in cælo & in terra, vt a modo cesset verbum illud Esai. 54. Inebriatus est in cælo gladius meus. Christus enim dominus pax nostra est qui medium parietem inimicitiarum diruens (maceria enim erat) in carne sua, asinam & pullum vno copulauit iugo, quæ in lege cauerat, ne proscinderetur in boue & asinu. Deut. 22. De hoc. Zach. cap. 8. In diebus illis in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis Gentium, & apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicentes, ibimus vobiscum, audiuimus enim quoniam deus vobiscum est. Hieronymus. Quas Esaias 7. mulieres vocat cap. 4. Hæ sunt septem ecclesiæ de quibus Ioan. in Apocalypsi (& Paulus septem ecclesiis scribit) & hic decem viri nominantur. Iota autem ex qua nomen domini incipit, & apud Græcos & apud Hebræos denarium numerum significat, & hoc mystico sermone monstratur, quod omnes qui censentur vocabulo Christiano, quos & dominus septem milia esse dicit (3. Reg 19.) ex omnibus linguis & nationibus apprehendent fimbriam viri Iudæi, idest saluatoris, de quo dicitur, ipse erit expectatio Gentium, & cupient illius hærere vestigiis, dicentes, Benedictus qui venit in nomine domini. Potest sic intelligi iuxta Originem, quod per Verbum benedictus qui venit, aduentum Christi in carne significent, per Verbum autem Osianna restitutionem eius in sanctis, cum expleta crucis dispensatione, & triumphatis tenebrarum principibus (Colos. 2.) assumptus est in cælum. Quodque dicunt: benedictum regnum Dauid patris nostri quod venit, verbis astipulantur angeli dicentis: Dabit ei dominus deus sedem Dauid patris sui, & regnabit, credebant enim eum cito regnaturum sicut Dauid & Salomon, de quo dictum est Matth. 20. Ibi: dic vt sedeant. Sed dominus ad Pilatum regnum meum inquit non est de hoc mundo. Conferamus si licet triumphos principum seculi huius cum triumpho principis nostri, vt opposita iuxta se posita, clarius elucescant. Triumphauit Pompeius de his regionibus Ponto Armenia Cappadocia, &c. Inter hæc notabatur in triumpho castella haud pauciora quam mille capta: ciuitates ferme noningentæ: vrbes præsidiis Romanis firmatæ vndequadraginta: In ærarium vasa aurum argentumque signatum ad. 20 milia talentorum, captiuorum principum copia non parua omnis sexus & ætatis. Confer igitur nunc iamos cum armis & bombardis & classico, & lachrymas innocentem cum cantu puerorum, & currum superbe stratum cum asina & pullo: Modestum vultum illum, ac speciosum forma præ filiis hominum cum Pompei facie fastu turgida, fronte torua, superciliis adductis, ore minaci: ardentibus oculis. Confer Christi pauperis simplicem vestem cum purpura illa & ornatu tragico. Confer inquam asinam cum tot caballis vehiculis lecticis stratis auro obrizo, & omni lapide pretioso, confer paupertatem Christi cum tot pecuniarum aceruis Tyranno conquisitis titulo, confer tot principes in triumpho ductos, & regno & vxoribus & filiis priuatis, & vita demum, cum populis acclamantibus, filii Dauid Osianna in excelsis. Confer tot prouincias victas, ciuitates euersas: castella igni supposita, cum clementia regis nostri, qui videns ciuitatem: fleuit super eam, & intelliges triumphum illum prædonum fuisse Tyrannorum & Cyclopum & principis huius sæculi ministrorum hunc autem de quo nobis est sermo regis iusti, pauperis & saluatoris, de quo scriptum est: Ego parcam Niniue ciuitati magnæ Ionæ. 4. Denique illic inter tripudia applaudentium vni triumphatori (nec sedet animo dicere quantum sanguinis innoxii interim fundebatur) multos legimus lachrymantes, hic & qui præibant & qui sequebantur omnes clamabant victori mortis, benedictus qui venit in nomine domini. Scriptum est enim: Alligans ad vineam pullum suum, & ad vitem o fili mi asinam suam, Gene. 49. Chrysosto. Ecce populum Iudæorum & Gentium dicit ligandos esse præceptis euangelii in tanta pace, vt nec propaginem vitis abrumpant semel ligati. Vocantur autem præcepta legis nouæ propagines vitis propter teneritudinem præceptorum, & facilitatem legis ferendæ. Vnde illud, Ego sum vitis vera. Et cum appropinquaret iam ad descensum montis oliueti: Cœperunt omnes turbæ descendentium

Chrysost.
Ioan. 6.
A
Osianna.
August.
B
August.
Collos. 1.
Ephe. 2.
Cap. 8.
Hierony.
C
Gene. 49.
Origenes.
Ioan. 18.
D
Psal. 44.
Luc. 19.
E
Chrysost.
Ioan. 15.
Luc. 19.

gaudentes laudare deum voce magna super omnibus quas viderant virtutibus, dicentes. Benedictus qui venit in nomine domini: pax in cęlo & gloria in excelsis. Benedictus qui venit in nomine domini rex Israel. Venerat ad terram Iudææ Rapsaces sed in nomine regis Assyriorum, venerat autem cum mendatio dicens, Dominus dixit ad me (mentitur) ascende ad terram istam & disperde eam. Esai. 36. Venit rursus Holophernes in prouinciam Iudæam, sed in nomine Nabucodonosor, vt perderet omnes deos de terra, Iudith. 3. Venerunt & multi alii fures & prædones, sed in nomine suo. Ioan. 10. Hi igitur omnes quia vt perderent veniebãt & vt mactarẽt, omnes vno animo contradixerunt eis, & remiserunt vacuos ac sine honore abiecerunt. Iudith. 1. Huic autem regi qui venit vt dispersa congreget, & ouem errabundam humero impositam in caulae reducat, merito cecinerunt, benedictus qui venit. Neq; enim vacuus venit, plenus gratia & veritate Ioan. 1. Ferens oleum & vinum & duos denarios. Luce. 10. Manus eius tornatiles & plenæ hyacinthis. Cant. 5. Quod autem dicit Lucas ꝙ applaudebant turbæ domino, &c. Id Ioannes exponit partim vel ex parte in consequentibus dicens,

Luce. 15.

Testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumẽto, & suscitauit eum a mortuis: propterea & obuiam venit ei turba, quia audierant eum fecisse hoc signum. Non est intelligendum, ꝙ omnes qui occurrerunt domino clamantes, Osianna affuerint domino suscitanti Lazarum, imo nec decima pars. Inopinatum tamen hoc populi studium & concursus illi excitauerunt, qui fuerunt testes oculati resurrectionis Lazari, & hi narrabant aliis atq; aliis, & vnda excipiente vndam, & fama qua nihil aliud magis velocitate viget, breui eas acquisiuit vires eundo, vt conflata ingenti turba, obuiam domino processerint. Et quia tam famosum signum a sęculo auditum non fuerat, quod reuera diuinam prę se ferebat potentiam, eum honorem illi exhibuerunt, qualem nulli antiquorum prophetarum. Reperti sunt autem inter frequentiam populi alii & alii, qui & ipsi alia miracula viderant saluatoris, de quibus multa diximus in superioribus, & hæc omnia in commune referentes & admirantes, pro his omnibus quas viderant virtutibus, dicebant, benedictus qui venit, &c. Pax in cælo. Pax autem ista Christus est iuxta Paulum Ephe. 2. Quo nato cantatum est ab exercitu angelorum: pax hominibus in terra. Ipse igitur est pacis nostræ autor, qui fecit vtraq; vnũ, hoc est ex asina & pullo vnam ecclesiam: cuius caput iam sedet in cælo. Vos igitur hęc, pax in cælo, ecclesiæ est desiderantis coniungi & connecti capiti suo, qui iam sedet in cælo: ipsi gloria in excelsis. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis ꝙ nihil proficimus: ecce totus mũdus post eum abiit: Lucae, Et quidam Phariseorum de turbis dixerunt ad illum. Magister increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait. Et si hi tacuerint, lapides clamabũt. Per quod ostendit ꝙ impossibile esset tacere pueros, quando voces eorum lapides supplerent. Vnus e numero Phariseorum istorum erat Saulus ille æmulator acerrimus paternarum suarum traditionum, qui legem antiquam mordicus tenens, conabatur Mosen excitare, cuius sepulchrum nemo nouit. Deut. 34. Lunam e cęlo deponere, soli offundere tenebras, & diem præteritum reuocare. Et proficiebam inquit Saulus qui & Paulus in iudaismo, quia res pro voto succedebat. Gala. 1. Id autem cum primis dolent boni isti patroni legis Mosaicæ, ꝙ rẽ reipublicę segnius procuratores, nihil proficerent, & quod magis indoleas miserę eorum, omnia tenderent in diuersum. Quo enim magis conabantur palestini statuere idolum Dagon, eo fractura eius insanabilior efficiebatur. 1. Reg. 5. Bene consulere inquit Herodotus. Comparari magnum esse lucrum. Nam etiam siquid e contrario euentutum est, nihilo tamen minus bene consultum est, superauitq; fortuna consilium. At qui turpiter consultauit, si ei fortuna obsecundauit; ille est quidem voti compos: nihilo tamen minus male consilium cœpit. Videtis inquiunt ꝙ nihil proficimus. Nos inquit multi, astuti, sapientes, sagaces, & altas opulenti, iste vnus homo tresis, Faber Fabri filius, & qui Mineruam nec a limine salutauit; pauper aliae & humilis, nihilominus in morem magnetis omnes post se trahit. De hoc lapide vide Plin. lib. 36. c. 16. Ecce inquiunt mundus totus post eum abiit. Nos autẽ permanemus immobiles quasi lapides Sicut autem dicit Plutar. Hoc inter odium inuidiamq; videtur interesse, quod illud in brutorum etiam naturam inueniatur, hæc humanum genus non excedat. Ad id accedit, ꝙ nemo potest iuste inuidere: odio vero complures iuste habentur. Odio enim sunt deo impius & impietas eius. Sap. 14. Magnum vero huius rei argumentum est, ꝙ nonnulli odio se habere ꝗ plurimos fateotur, qui inuidere se alicui negarent. Odium enim malorum laudabile est. Idcirco fratri Lycurgi filium Charyllum probum & clementem virum, Spartæ præfectum, laudãtibus quibusdam: Collega eius, & quomodo inquit probus est, cum ne in malos quidem sit acerbus? Thersitæ quidem turpitudinem corporis varie ac multifariã descripsit Homerus, peruersitatem vero morum breuiter & fere vno verbo conclusit, odit & hunc magnus Pelides; odit Vlixes. Maximus enim peruersitatis cumulus est, optimis viris inimicum esse. Aquilæ & Dracones inter se pugnant Cornices & noctuæ. Aegitali & Acanthylides, quorum nec cruor quidem cum interfecti fuerint commisceri potest, ꝗ si forte commiscueris, rursus fluit separaturq;. Ergo odium vt prædicitur in animantia etiam reperitur: inuidia inter homines tantum, quorum vox est (cum multa reuera animi amaritudine prolata, & vlcerosis suspiriis) videtis videtis sisyphi sumus, reuera videtis ꝙ nihil proficimus, hircum videmur mulgere, & Cribrum supponere. Tempus ludimus, omnis impensa nobis perit. Quid igitur? Sapiamus vel sero. Moriatur vnus: ne tota Gens pereat. Ioan. 11. Gregorius lib. Mo. 6. cap. 15. At qui redemptoris mors ad coniunctionem sui corporis, i. Ecclesiæ valuit, non ad separationem. Vnde & per legem turturis vel columbę in figura nostri sacrificii secari guttur pręcipitur, & non penitus abscindi, vt & post mortem corpori caput inhęreat, quia videlicet mediator Dei & hominum. i. caput omnium nostrum & vere mundationis hostia, vnde pro nobis mortem pertulit: & de nobis verius inhęsit.

Quomodo

Luce. 2.
Ephe. 2.
Ioan. 12.
Gala. 1.
Herodot⁹
Matt. 6.
Prouerbiũ
Plutarch⁹.
Odium.
Homerus.
Prouerbiũ
Gregorius
Leui. 1.
Figura

Quomodo verius? Iubetur abscondi caput retortum sub ascellis. Iustus namque & misericors mortaliū actu disponens, alia concedit propitius, alia permittit iratus, atque ea quæ permittit sic tolerat, vt hæc in sui consilij vsum vertat. Absciderunt caput a corpore, sicut ipsi opinati sunt: verum nisi granum frumenti sepeliretur, vnicum remaneret, sicut scriptum est, singularis sum ego, donec transeam: transijt ex hoc mundo ad patrem: Et ecce totus mundus post eum abijt, istis bonis videntibus nec tamen potentibus obuiare tāto malo. [Psal. 126.] Sane Theophyl. Ita legit hūc textum. Videtis quod nihil proficitis, theorite hoti uK ophelite uden. [Theophy.] Videtis quod nihil proficitis. Glosa. Hi non ex malicia loquuntur, non enim erant ex ijs qui mortem eius meditati sunt, sed beneuoli esse videntur. Quæ inquiunt vestra vtilitas, ex multis contra hunc hominem insidijs? Quantum enim insidiamini, tantum hic crescit, & augescit gloria eius. Nam mundus toto corde sequitur eum: Quia ergo nihil proficitis persequendo, venite credendo. Facilius vulpes arare doceas. Mor- [Prouerbiū] [A] tuis verba faciebant isti. Sed audi cætera. Quidam ex Pharisæis inuidia perciti a vocibus illis benedictus qui venit in nomine domini Osianna in excelsis: (reuera enim acclamatio hæc nescio quid præse ferebat homine maius: imo scio & benescio, deum enim eundem esse & hominem sonabat) mouent dominum Iesum, quasi alias non perciperet huiusmodi clamores, vt sua ipsius autoritatem cohiberet huiusmodi opinicia & cantus, velut impios. Quis enim potest donare salutem in excelsis, nisi habitator æternitatis? Et sanctum nomen eius. Esai. cap. 57. Magister inquiunt increpa discipulos tuos. Non enim verisimile est, sis licet propheta, sis amicus Dei, sis gratia filius Dei (id autem adhuc sub lite est) vt huiusmodi blanditijs capiaris. Vocantur autem discipuli Christi, qui pueris concinebant vel promiscuæ multitudini, dominum glorificantes. Ad hæc bonus magister. Quid inquit vos met euisceratis, inuidia arrodente interiora vestra? Si enim tacuerint sole moriente: sicut reuera tacebunt, lapides & petræ scindentur, & reuertentes a spe- [Luc. 23.] ctaculo illo, serpente videlicet exaltato in ligno, percutient pectora sua dicentes: vere filius Dei erat iste [Num. 21.] [B] cui nudius sextus pueri acclamabant, Osianna in excelsis. Si igitur discipuli mei qui Iudæi sunt natione, percusso pastore, tacuerint, potens est deus de lapidibus idest Gentibus suscitare filios ipsi Abrahæ, Luc. 3. qui clament dicentes, hic homo iustus erat. Luc. 23. Hic homo erat ille rex pauper & iustus & seruator cui acclamatum est, benedictus qui venit in nomine domini. Denique si lapides tacuerint (absit autem vt taceant lapides viui & electi. 1. Pe. 2.) clamabunt ipsi dæmones dicentes, Iesu fili altissimi obsecro te ne me torqueas. Luc. cap. 8. Sequitur ex Luc. cap. 19.

[C] Caput. xv. Appropinquans dominus ciuitati: fleuit ea visa: dicens, si cognouisses & tu, prædicit euersionem eius quæ facta est a Vespasiano & Tito. Ingreditur templum, eijcit ex eo nundinantes, euertit mensas nummulariorum & columbarum caueas docuit eos dicēs, quomodo domum Dei fecissent antrum Cyclopum. Multos in templo sanitate donauit. Ex ore infantium, &c. Omnis populus suspensus erat, audiens illum.

ET cum appropinquaret, videns ciuitatem, fleuit super illam dicēs. [Luc. 19.] Quia si cognouisses & tu & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi sunt, nunc autem abscōdita sunt ab oculis tuis. Quia veniēt dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndique & ad terram prosternent te, & filios [Prouerb.] tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. Merito igitur dicit Spiritus Sanctus Risus dolore miscebitur & extrema gaudij luctus occupat. Gaudiū [D] enim impij ad instar puncti est (Iob. 20.) dicat licet ipse, habes multa bona reposita in annos centum. [Luc. 12.] Sit impius Sybilla viuacior, aut ipso Mathusalem (Genes. 5.) vel certe dupliciter & tripliciter annos Enos & Heliæ, gaudium eius ad instar puncti est, adhuc ipse in bonis ducit dies suos, & iam ante annos . 5 & triginta, fletur a domino, quia non cognouit & boni consuluit, oblatum diem salutis, diem quo visitatus est ab eo qui vult omnes saluos fieri. 1. Timo. 2. Scribit Plutarchus, quod nato Alexandro, pater eius Philippus scripsit epistolam Aristoteli in hunc modum. [Philippus.] Filium mihi genitum scito. Et quidem dijs habeo gratias, non tam proinde quod natus est, quam quod eum nasci contigit temporibus tuis. Spero enim fore, vt educatus eruditusque a te, dignus existat regni susceptione. Si enim cæcus cæcum ducat, &c. Matth. 15. Magnum fuit Alexandro tali vsum fuisse præceptore, illud autē multo fœlicius, quod Iudæi Mosen nacti sunt doctorem, qui ab ore Dei accepit legem quam doceret eos, non enim fecit taliter omni na- [E] tioni deus. Et rursus. Non est alia natio tam grandis quæ habeat deos appropinquantes sibi: Sicut deus [Psal 147.] noster adest cunctis obsecrationibus nostris. [Deut. 4.] Reuera autem quod olim id verum erat tam nunc verum est quod a nulla tantū abest, quia non cognouit tēpus visitationis suæ. Sequitur ibi. Quæ enim est alia gens sic inclyta, vt habeat ceremonias iustaque iudicia & vniuersam legem quam ego proponam hodie ante oculos vestros? Gens igitur quondam inclyta, & oues pascuæ dominicæ, & filij primogeniti, quos qui tangebat, pupillam oculorum Dei lædere videbatur, quia non agnouerunt tempus visitationis suæ: dati in reprobū sensum, talia passi sunt, qualia nulli nationi vnquam fecit deus. Faciam inquit in te iudicia quæ non feci, [Zach. 3.] & quibus similia vltra non faciam Ezech. 5. Hieronymus. [Hierony.] Dicens iudicia: ostendit sententiæ veritatem, ne ira mensuram pœnarum excedere videatur. Pulchreque dixit, & similia vltra non faciam, multo enim post interfectionem Christi duriora passi sunt. Aliud est enim coluisse interdum idola, propter quæ ante

Cap. 5. Hierony. puniri sunt, & aliud Dei filium trucidasse. Sequitur in Ezechiele, Ideo patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres suos. Et ventilabo vniuersas reliquias tuas in omnem ventum. Hieronymus. Notandum, quod vbi decora sunt & honesta ac pro merito eorum qui ea sustinent, Se ipsum deus facere profitetur, vbi autem tristia & indigna Deo, dicit quidem fieri, sed non a se, vt in præsenti: ideo patres comedent filios. Non enim dixit ego faciam vt patres comedant filios, dicit tamen se facturum in Hierusalem iudicia, quod Dei maiestate non videtur indignum. Legimus. 4. Reg. 6. quod fame inualescente mater vorauerit filium, quando autem patres filios comederint vel filij parentes suos non legimus, nisi forte in multis

Deut. 28. necessitatis malis etiam hæc facta esse credendum est vel sit. Multa enim talia Iosephus narrat facta esse in obsidione Hierusalem, quia non cognouerunt tempus visitationis suæ. Vnde infert, & ventilabo eos in omnem ventum, sicut est dies ista. Vnde illud. Mane dices, quis det mihi vesperum & vespere, quis mihi det mane, propter cordis tui formidinem, & propter ea quæ tuis videbis oculis. Venient enim dies inte, &c. Videns igitur ciuitatem fleuit super illam. Boni enim viri iuxta prouerbium lachrymabiles sunt. Si-

Pluto. Heraclit9. quidem illachrymare dicuntur qui miserescunt, Pro inde Horatius Plutonem quod nullis flectatur precibus illacrymabilem appellat. Et Dido Aeneæ duriciem incusans: num fletu ingemuit nostro? Num lumina flexit, num lachrymas victus dedit? Potest & ad Heraclitum referri prouerbium, res humanas perpetuo

Ioan. 11. fletu prosequi solitum. Contra duros & exorabiles, adamantinos ferreos, & corneis fibris diximus. Fleuit igitur dominus amicum vita functum, flet & nunc inimicos, durissimo fato e vita subducendos, non

Rom. 11. quia inimici, sed quia amici olim propter patres, iuxta apostolum. Ita & Dauid flebat mortem Absalonis, non quia inimicus imo & hostis, sed quia filius. 2. Reg. 18. Sequitur ex Deut. cap. 28. Quæ mala vene-

Prouerbiũ runt super Iudæos. Quæ & dominus a longe prouisa illachrymatus. Reducet te dominus classibus in Aegypto, per viam de qua dixit tibi Deut. 17. vt eam amplius non videres. Ibi venderis inimicis tuis in seruos & ancillas, & quod vltimum malorum est, non erit qui emat: quia non cognouisti diem visitationis tuæ, quem iuxta Prouerbium creta aut vnione notare debuisti. Quia nõ cognouisti medicum tuum, imo

Iosephus. quia agnitum, post dies sex ad mortem magnis vocibus postulasti. Refert autem Iosephus, quod capta ciuitate, cum Iudæi distraherentur satis vili precio, mercatores impleuerunt naues quasdam huiusmodi mancipijs, & detulerunt Alexandriam, vt ibi cum lucro rursus distraherent, sed luserunt impensam quia non erat qui emeret tam vilia seruitia. Dicit idem Iosephus, quod sexcenta milia mortui emissi sunt per portas vrbis antequam caperetur, aliorum vero alibi relictorum vel per muros eiectorum incertus est inquit numerus, quia innumerabilis. Siquidem iuxta eundem Iosephum in paschate quod præcessit conclusionem ciuitatis per Titum inuenti sunt in ciuitate vicies centena milia in super & 70. milia hominum, hoc est. 2070000. Qui mundi & purificati facerent phase suum. Numeratæ enim sunt hostiæ immolatæ, & inuentæ sunt numero, 250500. Et quia non licebat epulari sigillatim illo die: iungebant inuicem contubernia, & in vnoquoque erant decem homines. Omnes hi vel fame vel gladio perierunt, vel venundati sunt, quia non cognouerunt, &c. Adde illud ex Iosepho, quod in die natalitio Vespasiani: quod Titus filius eius celebrem instituit, occidit ex captiuis Iudæis duo milia, & multos alios abiecit bestijs dilaniandos, quosdam

Idem. autem recludi iussit in amphitheatro, vt ipsi ab inuicem trucidarentur. Adde & illud, quod multorum Iudæorum disrumpebantur viscera a Romanis vt inde episcarentur aureos numos quos malo suo vorauerant, quorum numerus fuit vna nocte ad duo milia, quia non cognouerunt tempus visitationis suæ. Sa-

Sabellicus bellicus. Taberlanus Turcorum princeps cum vnum aliquem locum oppugnare adortus esset: primo die candido vtebatur tabernaculo, sequenti rubro, nouissime nigro. Candor pacem arguebat, rubens color cædem omnium puberum, niger vrbis & omnium excidium. Rogatus aliquando a Genuensi quodam qui longiuscula consuetudine fuerat in eius familiaritatem propemodum receptus, cur in supplices nihil mitior esset (constat enim immissum ab eo aliquando equitatum in puerorum frequens puellarumque agmen, quod in candida veste oleæque ramos prætendens, patriæ excidium de precaturum produxerat illi obedientia: crudeliterque eius iussu cõculcatum fœdeque obtritum) turbato truciquo oculorum aspectu, quid tu ne inquit, putas me hominem esse, & non Dei iram potius orbisque vastitatem? Ita dicendum est de Vespasiano & Tito filio eius, qui non homines erant: sed ita Dei potius ad prouinciæ Iudææ vastitatem,

Theophy. quia non cognouerunt, &c. Si inquit cognouisses & tu. iuxta Theophyl. hic est sensus. Si cognouisses & tu, quæ nunc tibi conferunt, ac pacem & quietem afferunt, nempe fidem erga me, & cessationem a persequendo me. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis, quod propter me quem tu reprobas innumera mala te apprehendent post annos. 35. patiensque hæc atque alia, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ, hoc est mei aduentus quãdo veni vt inuiserem te, vt & saluarem. Oportebat igitur te, quæ ad pacem tuã, vt in me credes: & habuisses vtique pacem a Romanis. Si enim omnes credidissent, nullus esset captus,

Hierony. Hieronymus ita. Si scires etiam tu, quæ ad pacem sunt tibi. Hic est dies tuus, quo te inuisit rex pacificus pauper & iustus & seruator. Quod si intelligeres quantum boni tibi offeratur, saltem tu curares quæ ad pacem tuam pertinent, hoc est crederes & obedires euangelio. Hanc autem pacem tibi oblatam quia nõ es amplexa, venient inimici, & circundabunt te. Veniet igitur alter dies Romanorum & visionis diuinæ, quem ignoras: in quo circundabunt te inimici tui, & solo æquabunt ciuitatem tuam. Nunc autẽ nec tuum agnoscis, vt boni consulas, & tua cures, & pacem amplectaris, nec illum non tuum prospicis: Cæca præsenti fœlicitate, imo cæca inuidia vesana & amenti. Illudque obseruandum, quod dominus misericordia tactus: illachrymauit quidem, sed verbis abruptis, veluti præ amaritudine cordis singultiens: ideoque verba eius alijs sic, alijs aliter visum est interpretari. Nam dicens, si cognouisses & tu, illaturus erat, sicut ego

Ioan. 8. agnoui hunc diem pacis tuæ, (quem Abraam a longe videns, exultauit & gauisus est) boni consuluere, & appreben-

apprehenderes, ne illo abeunte, remaneret penes te pœnitentia. Hunc enim quia non cognouisti, venient dies non vnus sed multi, in quibus dicetur: beatæ steriles, &c. Veniet exercitus Cæsaris quem tibi in regẽ tam pertinaciter petisti (Ioan. 19.) non cum ramis, non in pullis asinorum, sed cum omni apparatu bellico, & primum quidem circundabunt te vallo, deinde viris ac machinis, ac pręment obsidione arctissima, & muris solo æquatis, patieris interim ea quæ præteritus sermo complexus est. Fleuit igitur dominus mala ciuitati imminentia: præsentia autem, cum flagello tum & verbis durissimis corripuit. Ioan. 2. vt intelligas in operibus Dei comites inseparabiles esse misericordiam & iusticiam. Vnde iuxta Plutar. prætorũ virgę cum securibus alligatæ præferuntur, illud inuentes, ꝙ non oportet magistratus iracundiam præcipitem ac dissolutam esse. Sed malicia quoniam partim medicabilis est; partim curari non potest: Virgæ quod mutari potest corrigunt, secures autem quod emendari non potest abscidunt. Vnde illud: virgam vigilantem video, deinceps ollam succensam. Ita refertur de Marcello, qui capta ciuitate siracusana amslaribus suis, ipse in superioribus locis constitutus subiectam oculis magnificentiam ac splendorem vrbis cõspicatus, diutius illacrymasse traditur, casum incumbentem miseratus, ꝙ mox diripienda a militibus esset. Nonnulli delendam incendio hortabantur, quem sermonem Marcellus non admisit, inuitus tum bona tantum ac seruos prædam esse concessit, ecce iusticiam: ingenua corpora constuprari aut occidi vel attingi vetuit: ecce misericordiam. Quod igitur Marcellus in præsentiarum videbat fieri in ciuitate illa clarissima: id dominus illachrymabatur futurum post annos circiter. 40. Sed domino omnia erant præsentia. Qui tamen sero licet suam inspexit diphthera. Credidit antiquitas Iouem omnia hominum erratu scribere in pelle caprina: ac multa pro tempore dissimulare, aut alias occupatus non aduertere, Verum aliquando de improbis pœnas sumere. Hæc fecisti, & tacui. Et hęc est Hierusalem cui dicitur Paulo superius: exulta satis, iubila, gaude vehementer. De hoc Ezech. cap. 9. Transite per ciuitatem & nulli parcatis vel ætati vel sexui: Ecce iusticiam. Sequitur de comite eius clemẽtia: omnem super quem videritis. T. ne occidatis, & a sanctuario meo incipite, sicut in consequentibus dicitur, ingressus templum negociatores expulit. Ergo dominus a sanctuario incipiens, ciuitatem Romanis solo æquãdam tradidit. Quare? Ipsi dixerunt, cęci prosperitate pręsenti, dereliquit dominus terram & non videt. Igitur & meus non parcet oculus neq; miserebor: & tamen puniturus, illachrymat dicens: o si cognouisses. Et obserua verba posita in principio huius cap. 9. Ezechielis: appropinquauerunt visitationes vrbis. Hieronymus. Visitatio quasi ægrotantis est, quasi habentes vulnera, quasi medicas expectantis manus. Quoniam igitur Iudęi tempus visitationis suæ non cognouerunt, quando visitati sunt ab eo qui loquitur: heu vindicabor: hoc est cum misericordia vindicabo, oleum infundam cum vino (Lucę. 10.) visitabo in virga iniquitates eorum misericordiam autem meam non auferam ab eis, appropinquare dicit alios visitatores, qui ferro medeantur & igne, & nulli deferant ętati, non sexui, non religioni: qui nec ipsi parcant templo, quod Iudæi fecerunt speluncam latronum. Fleuit igitur dominus ecce iam tertio: risisse autem eum nunꝙ legimus. Narrat Solinus referente Augustino monstrum quoddam a natura productum: Zoroasten Bactrianorum regem, qui ridendo editus est: cum iuxta naturales ad 40. vsque diem risus in paruulis differatur. Quod enim mõstrum hoc, mater in dolore parit, nec raro de vita periclitatur, & tu vides valle in lachrymarum ingressus? fleuit igitur dominus mala quæ manebant colonos impios, quia ipse solus vere omnia nouerat, nam quę historię demandata sunt, forsan non sunt dimidium malorum. Legimus de quibusdam, ꝙ famę adacti, suas ipsi corroserint manus, & tamen inedia victi, vltimo in hostium potestatem venerunt. Sitientes victoria parta ex Tunicensibus ibi loci vbi dimicatum est, epulati dicuntur, sedibus & mensis ex hostium cadaueribus vsi. Nec eiusmodi contenti ludibrio: hostilem cruorem potasse. Ex his quosdam proditum est memorię: cæsorum corda dentibus laniasse. Quidam sanguine occisi hostis manus lauit & ora, quæ omnia Iudæorum perpessos fuisse non est incredibile, vt merito dominus ter & tanta mala vt pius pastor fleuerit. Subiiciamus & hoc ex Plinii lib. 7. cap. 1. Cæteris natura animantibus varie tegumenta tribuit, testas, cortices, coria, spinas, villos, setas, pilos, plumam, pennas, squamas, vellera, truncos etiam arboresq; cortice interdum geminato a frigoribus & calore tutata est. Hominem tantum nudum & in nuda humo natali die abiicit ad vagitus statim & ploratum, nullumq; tot animalium aliud ad lachrymas, & has protinus vitæ principio. At hercle risus præcox illi & celeberrimus ante 40. diem nulli datur. Ab hoc lucis rudimento (quod ne feras quidem) inter hos gemitus vincula excipiunt, & omnium membrorum nexus, infœliciter natum iacit: manibus pedibusq; deuinctis flens: animal cęteris imperaturum. Heu dementia ab iis initiis existimantium ad superbiam se genitos. Prima roboris spes primumq; temporis munus quadrupedi similem facit. Quando homini incessus? Quando vox? Quando firmum cibis os? Quandiu palpitans vertex? Summę inter cuncta animalia imbecillitatis inditium. Iam morbi tot, atq; medicinę tot contra mala excogitatę: & hę quoq; subinde nouitatibus victæ. Cætera sentire naturalem suam alia pernicitatem vsurpare, alia præpetis volatus, alia vires, alia nare, hominem scire nihil sine doctrina, non fari, non ingredi non vesci, breuiterq; non aliud naturæ sponte ꝙ flere. Itaq; multi extitere, qui non nasci optimum censerent, aut ꝙ ocissime aboleri, de quorum numero sunt Salomon & Iob. Horum alter vidi inquit calumnias quæ sub cælo fiunt, &c. ve sequit intentum. Et laudaui magis mortuos ꝙ viuentes, & fœliciorem vtroq; iudicaui, qui necdum natus est, nec vidit mala quę sub sole fiunt. Alter autem, fuissem inquit quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum. Iob. 10. Sequitur de Plinio. Vni animantium luctus est datus, vni ambitio, ac immensa viuendi Cupido. Nulli vita fragilior, nulli rerum omnium libido maior, nulli pauor confusior. Denique cætera animalia in suo genere probe degunt: Congregari videmus & stare contra dissimilia. At hercle homini plurima ex homine sunt mala. Et inter hęc omnia videre libet,

Lucæ. 23.
Plutarch.
Hierony.
Marcellus
Ezech. 9.
Hierony.
Psal. 88.
sco. 4. ... 50. q. tertia
Solinus.
Editus.
Sabellicus
Plinius.
homo.
Eccle. 4.
Plinius.

ridere vetat. Sed istum nostrum insanum Paulus post dominum Christum lachrymis prosequitur dicens, flens dico, multos esse inimicos crucis Christi, qui ad hoc viuunt vt edant, quorum deus venter est. Sed venient dies, &c. Plato rogantibus Cyrenęis, vt leges sibi conscriberet, velletque eorum ciuitatem in optimę cuiuspiam reipublicæ formam instituere, difficillimum esse respondit, Cyrenęos amplissima fortuna solutos, legibus continere. Nihil enim imperatu difficilius esse eo homine quem prospera fortuna extulerit. Tamen venient dies, in quibus sola vexatio aperiet intellectum, vt qui iugum domini suaue & leue subire noluerint, iugo premantur omnium gentium, in quas qui superfuerunt capta vrbe, dispersi sunt, Romanis interim de vasis quondam Dei manubias offerentibus Ioui capitolino. Ad hæc Gregorius Suam hic diem habet anima peruersa, quæ transitorio gaudet in tempore, cui ea quæ adsunt ad pacem sunt, quia dum in carnis voluptate resoluitur, dum nulla venturæ pœnæ formidine terretur, pacem habet in die sua, quæ grauia damnationis suę patitur scandalum id aliena, vbi cuncta quæ et modo ad pacem sunt, tunc in amaritudine rixæ vertentur. Quia rixari secum incipit, cur mala quæ patitur, non præuidit, non expauit. Quia inquit non cognouit tempus visitationis suæ. De hac die quę pro anno computatur peccatori pœnitenti, vide Ezech. 9. Et anim quia non cito contra impios profertur sententia, idcirco absque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Ita dixit Esaias: Errare nos fecisti de via tua, indurasti cor nostrum ne sequeremur te. Hieronymus. Dum enim mihi clementiam polliceris, & quasi misericors pater dissimulas duritiam, & artifex medicus abscondis ferrum acutissimum, ne ægrotantem terreas antequam tures, fecisti me negligentem. Ergo quia hac non successit, alia via aggrediendum est. Venient dies, &c. quia non agnouisti tempus visitationis tuæ. Origenes super numeros. Et reuera si consideres honorem illum priorem, quem habuit populus Iudaicus, cum pontificalis apud eos ordo florebat, cum insignia sacerdotum: cum magestas templi, cum propheticus splendor & cum cælestibus super terram consortijs vtebantur, & ad manum habebant responsa Dei, quis honor fuit ille! Quę gloria! Et rursus si nunc consideres quanto nunc dedecore horrescant sine templo, sine altari, sine propheta, sine vlla cęlesti visitatione, dispersi per omnem terram, profugique viuentes velut serui fugitiui, quis non agnoscat quod despuit deus in faciem illorum, & perfudit vultum eorum ignominia! Quia non cognouerunt tempus, &c. Philippus Macedonum rex cum tria sibi fœliciter euenisse sub idem tempus nuntiatum fuisset, quod videlicet quadrigis Olympia vicisset: Et parmenio ductor exercitus Dardanes prelio superasset, preterea quod Olympias vxor masculum sibi filium peperisset. Sublatis ad cęlum manibus: o Iupiter inquit, mediocri hęc aliqua rependas clade: natura comparatum esse non ignorans: vt ingentibus fortuna inuideat fœlicitatibus: Calix enim est in manu domini vini meri plenus mixto. Vnde illud, in die bonorum ne immemor sis malorum, Eccle. cap. 11. Quod quia Iudæi non seruarunt, venient dies, &c. Vnde illud Hiere. 30. Plaga inimici percussi te. Hieronymus. Alter amicus, alter inimicus percutit. Ille cędit vt corrigat: iste percutit vt occidat. Sed tamen dura peccata tali medicamine curanda fuerunt. Vt enim te inimici plaga percuterē, fecit multitudo iniquitatis tuę, & dura peccata quę sanari non poterant nisi mordacissimo puluere, & ardenti cauterio: & ferro acutissimo, quo putridas carnes & insanabiles amputarem. Non ergo mea voluntate sed peccatis tuis exigentibus, & medicinę ratione cogente, hoc tibi factum est, quia non cognouisti tempus visitationis tuæ Visitat autem deus hominem diluculo, & subito probat illum. Visitat beneficijs, probat & exercet flagellis, hunc humiliando & hunc exaltando, id quod videre licet in S. Iob. Et introiuit Hierosolymam. Et cum introisset, Commota est vniuersa ciuitas dicens. Quis est hic? Populi autem dicebant: hic est Iesus propheta a Nazareth. Et intrauit Iesus in templum Dei, & eijciebat omnes ementes & vendentes in illo de templo. Et mensas nummulariorum & cathedras vendentium columbas euertit, Marcus, Et non sinebat vt quis transferret vas per templum, 45. distin. cum beatus. 98. distin. cap. 2. C. eijciens. 1. q. 1. iudices. cap. quibusdam. Ingreditur igitur verus Salomon ciuitatem, concinentibus pueris filio Dauid (adiunctis astris matutinis. Iob. 38.) benedictus qui venit in nomine domini. Et hinc commota est tota ciuitas cōfluunt viri confluunt mulieres: concurruntque ad angulos viarum deflexus & triuia, quę recta ducunt in templum, & adeo densabatur turba, vt ciuitas sola videretur quoquo versus, nisi qua Christus transiturus erat. Cęterum virgines quibus domo egredi non licebat iure patrio per fenestras & cancellos Claros vt nostrum Nazarœum Iosephum incedentem prospiciunt (Gene. 49.) aut fortassis multę ex ipsis choros ducentes occurrunt victori, sicut olim factum est patri huius, Dauid, videlicet, reuertenti a cęde Goliath. vbi forsan sacerdotum & Pharisęorum perfida ac vęsana mens maioribus inuidię stimulis exagitabatur, quam cum extra ciuitatem audierunt pueros clamantes Osianna in excelsis. Sed hoc vnum bonum habet inuidia inquit sapiēs quidam, quod maximum malum inuidis afferre solet: id est autem quod videbit & irascetur, fremet & tabescet, & nihilominus desiderium eius peribit. Quidam enim sic deprauati natura imo malicia sunt, vt libentius eorum quos ignorant in vnque fuerint, quam eorum quibus plurimis beneficijs astricti sunt laudes audire velint. Vniuersam autem ciuitatem commotam per hyperbolem dictum puta; maxima enim pars viso tam insolito spectaculo commota est. Videbat enim duo inter se pugnantia, hominē Fabri filium iuxta opinionem vulgi imo & sacerdotum & Pharisęorum, asino vectum, & turbam clamātem huic homini, O rex Israel. Hoc autem honoris dominus Iesus sibi passus est exhiberi, qui huc vsque velut colonus vixerat in terris, nisi quod inter crepundia natiuitatis suę a magis tribus est adoratus, cui & officiosissimis muneribus est obsequutum. Ex quibus duobus locis id parenter insinuauit, sibi non defuturā gloriam, si vt sibi ministraretur venisset, & non potius ministrare. Matth. 20. Quo fit, vt criminosius videatur honor ambiri ab ijs qui sęculo valedixerunt, quem ille spiritus de quo Paulus, soli Deo honor & gloria

Marginal notes: Philip. 3. — Plato. — Esai. 28. — Matth. 11. — Gregorius — Eccle. 8. — Hierony. — Esai. 63. — Origenes. — Osee. 8. — Num. 12. — Philippus — Psal. 74. — Hierony. — Iob. 7. — Matth. 21. — Marci. 11. — 1. Reg. 18. — Psal. 111. — Marci. 6. — Hiero. 14. — Matth. 2.

Section letters: F — G — H — I — K

gloriæ 1 Tim. 1. Rogant igitur ciues terrenæ ciuitatis: quis sit hic hominum deorum vel cui tanquam Deo acclamatur, Osianna in excelsis. Quis est inquiunt iste rex gloriæ? Nemo quidem nouit filium nisi pater, tamen pater potest reuelare hoc mysterium cui voluerit, sicut illud reuelauit Petro, Matth. 16. Et filius idē seipsum reuelauit vni Samaritanæ, & alteri cæco nato, Ioan. 4. & 9. cap. Turba autem quæ hanc reuelationem non acceperat, nihil in Christo supra hominem suspicans: hic est, inquiunt Iesus propheta. Nec tamen dixerūt simpliciter propheta, sed cum articuli testimonio, hic est ille propheta de quo Deut. ca. 18. Hoc igitur quasi præclaro elogio vt regem acclamarent, opem eius in excelsis implorarent, prophetā insignem vocarent: visi sunt dominum Christum abundantius honorasse, cum reuera omnia hæc longe abessent ab eius celsitudine, qui cælum terramque regit per secula, cuius numē & æternum complectitur omnia gyro: cuius imperium sine fine manet, terrarum cælique sator, qui nutu suo totum tremere facit olimpū, qui tribus digitis terram appendit. Esai. 40. Hac igitur solenni Pompa cui fortasse interfuerat (quod opinādo dicimus) mater eius immaculata: ingressus est dominus regiam suam, pro cuius foribus iuxta visionem Ezech. cap. 8. Idolum Zeli aliquando steterat. Et inuenit locum illum de quo Iacob, o quam terribilis est locus iste. Non est hic aliud nisi domus Dei & porta cæli, factum speluncam latronum, locum nundinarū: Sacerdotes autem officium nūmulariorum quam studiosissime exequentes: qui si id non factitabant, permittebant fieri in templo, quorum intererat hæc longius arcere, altaria immensa a trapezitarum versas, & cathedras doctrinæ in cathedras pestilentiæ. Cuius pestilentiæ? Omnium pestium radicem Paulus auaritiā dicit. Quomodo autem intelligatur, ingressum fuisse dominum in templum: Expositum est Ioan. 2. Late. Ingressus igitur dominus vnum ex de ambulatoris Eiiciebat latrones illos, qui lucra de religione sectabātur, malum malum, sed non insequens. Et obserua inquit Hieronymus: propter auaritiam sacerdotum, altaria Dei (vt prædicitur) nummulariorum mensas appellari. Qui autem sedent & vendunt columbas, aliquando cadent retro cum Heli sacerdote, & si cælum videantur tenere cū Simone Mago. Reuera autem iuxta Origenē supra mensuram dignitatis Christi erat, iuxta quod videbatur filius esse vnius Fabri, vt tanta fiducia vteretur & potestate: eiiciens nundinam de templo, qua nec princeps alicuius gentis vtēs facile poterat explicare quod fecit Iesus. Sed confirmauit autoritatem suam subsequentibus signis, sicut dicitur. Eadem enim potestate qua cohortem ad terram deiecit, quæ venerat vt eum comprehenderet, & hos ementes & nundinantes templo pepulit. Timebant enim ne si moram fecissent, si fugam non maturarent, acrius eorum vlcisceretur sicut fecit. Ioan. 2. tanta est conscientiæ cauterizatæ in cōstantia, quia vere dictū est, fugit impius, nemine persequēte, quanto magis eo cædente, qui dæmones fugarat e corporibus. Euertit igitur dominus cathedras negotiatorum, qui assiduitate rapiendi per fas & nefas, de pudere didicerant, ea facientes in domo Dei, quæ in suis facere non sustinerent. Verisimile est autem inquit Abulensis. Christum flagellis vsum fuisse etiam hac vice: quia semel increpati: non se correxerant, & domū Dei quam prius fecerant emporium, nunc (quod iniquius est) antrum fecerant Cyclopum vel cacorum. Nemo autem inquit Origenes: Flagella Dei peruitem putet. Ecce Pharao durissimus, tamen profecit verberatus. Qui enim prius dicebat: Nescio dominum & Israel non dimittam, postquam vim verberum sensit, dixit, orate pro me ad dominum. Exod. 8. Est igitur profectus in pœnis, hoc ipsum agnoscere, quod meruerit pœnam, dicens: Nos quidem iuste, nam digna factis recipimus. Lucæ. 23. Itaque flagellatus, non solum dimittit populum Dei, quin imo & perurget, vt proficiscatur. Tu autem memento quod meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis, Prouerb. 27. Flagellat enim deus & occidit vt corrigat & viuificet: blanditur satana, qui nostris fauet erratibus, sicut scriptum est: Tristem puellam deliniuit blanditiis. Et non sinebat inquit vt quis, &c. Clementiæ opus plenum: pecuniæ nō pepercit: cathedras euertit, vasa transferri prohibuit, a personis interim abstinuit. Væ autē homini illi cui dicitur: in hoc posui te, vt in te ostendam potentiam meam. Rom. 9. Exod. 9. Voluntatis meæ non est impij mors (absit) dicit dominus, tamen ex quo septies aut decies flagellatus (sed lapidem verberabat dominus) frustra lusi operam, quia disciplinam non suscepisti (Hiere. 2.) licet peccatum tuum sit malum, illud tamen bonum, me ordināre inde consequetur, vt fortitudo mea laudetur quæ punit tales pestes quod autem voluntatis Dei non sit mors impij, patet in Cain, de quo dicitur, septuplum punietur. Vide Num. 16. Ibi. Tolle thuribulū, & hausto igne. Seuiente enim in populum, nihil tale suspicante Mose, reuelauit dn̄s id ipsum seruo suo, quantā volebat occurri iræ suæ thure & igne, id est a sacerdote Aarō. Vnde illud Hierony. 13. date dn̄o deo vestro gloriā, antequam cōtenebrescat, quod si hoc nō audieritis, in abscōdito plorabit aīa mea a facie superbiæ. Hierony. Aīa igitur Dei cōpatitur peccātibus, in abscondito, quam vt in publico eos afflictioni tradere videatur. Sed ita pius est, vt non desinat esse iustus. Nolite inquit confidere in verbis mendatij, dicentes tertio, templum domini, &c. Hieronymus. Ex præteritis docet præsentia, & dicentibus templum domini. 5. & preciosæ domus fulgore gaudentibus silo vbi primum fuit tabernaculum domini recordatur historiæ. 1. Reg. 4. vt quomodo ille locus in ruinas cineresque collapsus est, ita & templum corruat: Cum similium habitatio sit peccatorū. Dicebant autem ter, templum domini: quia ter in anno ascendebant in templum pro luis expiandis occultis, & cum ad templum properarent: speluncam ingrediebantur latronum. Templum de quo dictum est, ponam tabernaculum meū in medio vestrum, in quo maxima familiaritas ostenditur. Quandocunque enim volebāt aliqd sciscitari adeo, ingresso Mose vel pōtifice sanctū sanctorū, præsto aderat angelus, ad quæsita responsurus. Sicut autem dicit Plutarch. Calamitatis & miseriæ hāc esse causam sæpe perspicimus, vbi mortalium animos ad omnem iræ impetum mobiles ac procliues prosperitas reddit, a quibus nihil solet nisi quod blandum sit æquis auribus audiri. Mordet e contra aduersum omne: tam & si ratione illud bonaque mente dicitur, Sic enim plane comparatum est, vt cum praui hominis erratum reprehenditur vel calami-

Marginal notes: Matth. 11. — A — Gene. 28. — 1. Tim. 6. — Hierony. — B — 1. Reg. 4. — Origenes. — Ioan. 18. — Prouer. 28 — Abulens. — C — Exo. 5. — Origenes. — Exo. 12. — Deut. 32. — Gene. 34. — D — Genes. 9. — Aīa Dei. — Hierony. — Hierony. — E — Plutarch.

calamitosi, miseria illi potius videatur exprobrari quam culpa. Quo fit, vt et si liberius patefacta veritas, remam mouendi, quam obiiciendæ infœlicitatis causa explicata putetur. Vt enim mel natura suaue quidem, vlceribus tamen salubriter admotum acerbos dolores concitat, ita & infœlicem aduersi sermones vel si salutares sint, mordent tamen, nisi prudenter admodum & aliqua cum misericordia proferantur, miscendo vinum oleo & econuerso. Lucæ. 10. Incessebat quempiam Taurus philosophus seuera obiurgatione adolescentem, quasi disciplinas philosophiæ transgressum. At ille non ibat inficias fecisse sed id solitum esse

Taurus.

fieri defendebat, turpitudinemque delicti exemplorum vsu & consuetudinis venia deprecabatur. Atque ibi Taurus ipso isto defensionis genere irritatior, homo inquit stulte & nihil si te animalis exemplis autoritates & rationes philosophiæ non abducunt: ne illius quidem Demosthenis vestri sententia tibi in mentem venit? Ne dicas, sic esse factum sæpe numero, sed hoc fieri sic decere. Non enim siquid aliquando contra legem actum iam est, tuque id sequutus es, propterea iure queas euadere, quin imo eo magis idcirco iure debeat statui. Vt enim si prius in aliquem foret animaduersum, tu minime hæc scriberes, ita si ipse in præsentia punieris, neque deinceps alius scribet. A. Gellius, lib. 10. cap. 19. Et enim iuxta Hieronymum, peccantium multitudo non parit errori patrocinium. Sequitur. Et docebat eos dicens. Nonne scriptum est, domus mea domus orationis vocabitur cunctis Gentibus? Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum cæci & claudi, in templo, & sanauit eos. Tanquam princeps igitur nundinatores templo expulit, tanquam propheta docebat eos dicens, scriptum est, domus mea, &c. Tanquam deus Dei filius cæcos & claudos sanitate donauit. Hunc textum ita ponit Hieremias cap. 7. Venistis & stetistis coram me in domo hac in qua inuocatum est nomen meum, & dixistis, Liberati sumus eo quod fecerimus abominationes istas, furando, occidendo, adulterando, iurando mendaciter, & eundo post deos alienos, quos ignoratis. Nunquid ergo spelunca latronum facta est domus ista in qua inuocatum est nomen meum? Id si ita est, tolerabilius fiet latrina populi, quam sub prætextu religionis furari in ea, occidere & adulterare. Proh superi. Hæc est domus de qua dicitur, sint oculi tui aperti super domum hanc nocte ac die, vt exaudias orationem clamantium ad te? Vide fusius. 3. Reg. cap. 8. Hoc est templum quod etiam iure multorum Gentium ea libertate donatur vt quicunque ad eum confugerent quod est Hierosolymis & in omnibus finibus eius, obnoxius regi Demetrio, in omni negocio dimittatur? 1. Mach. 10. Hoc est templum cuius thesauros sublegare volens Heliodorus, ad mortem vsque cæsus est? 2. Macha. 3. Mitius autem actum est cum his qui domum Dei speluncam fecerant Cyclopum, cum culpa non impar esset. Hoc est templum: cuius visitator & habitator est qui habitat æternitatem & lucem in accessibilem? 1. Tim. 6. Fecistis inquit domum meam speluncam latronum, vt intelligas non vnum Iudam mercatorem vel vnum Simonem vel vnum Giezi delitescere in templo Dei, sed multos, de quibus vide Dani. cap. 14. Itaque videntes principes sacerdotum mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo & dicentes filio Dauid, Osianna, indignati sunt, & dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis, vtique. Nunquam legistis, ex ore infantium deus & lactentium perfecisti laudem? De discipulis domini dicebant supra Pharisæi iuxta Lucam. Magister increpa discipulos tuos, & audierunt, si hi tacuerint, clamabunt saxa. Et nunc rursus sacerdotum primores qui imitari debuerunt simplicitatem puerorum, homines effœminati, nihil iam audentes contra Christum (nec mi quidem) qui pecunias eorum communes fecerat pueris & vulgo, cum iam alias statuerint de morte eius, ad verba conuertuntur indignabundi, quasi Christus dominus Fabri filius ea sustineret audire, quæ soli deo viderentur congruere. Mirabile est enim quomodo de effuso ære, non ei negocium lacessunt. Hieronymus. Multi arbitrantur maximum esse signorum, quod Lazarus excitatur a domino, quod cæcus ex vtero lumen accepit, Ioan. 9. quod transfiguratus in monte, gloriam ostenderit in qua venturus est. Matth. 17. Mihi hoc videtur mirabilius esse, quod vnus homo & illo tempore contemptibilis, & in tantum vilis, vt postea crucifigeretur, Scribis & Pharisæis contra se sæuientibus, & videntibus sua lucra destrui, potuerit ad vnius flagelli verbera tantam eiicere multitudinem, mensasque subuertere & cathedras confringere, & alia facere quæ vnus non fecisset exercitus, animis eorum interim in occulto plosante. Igneum enim quiddam atque sidereum radiabat ex oculis suis: eratque facies eius cornuta peccatoribus (Exo. 34.) & diuinitatis maiestas lucebat in facie. Cumque manum non audeant iniicere sacerdotes, tamen testimonium populi calumniantur atque puerorum Osanna clamantium. Audis inquiunt quid isti dicunt? Quid ni audiat, qui iubet eos, hanc eandem canere cantionem. Audio inquit. Vos autem cum extenderetis manus vestras inter orandum, imitantes Mosen (Exod. 17.) Hilam inclamabitis: Ego enim non audiam. Esai. 1. Nunquam inquit legistis illud. Psal. 8. Ex ore infantium, &c. Non dixit, bene faciunt pueri, testimonium perhibentes mihi, nec rursus, errant, pueri sunt, parcite ætati, sed profert testimonium de psalmo, vt tacente domino, scriptura puerorum verba confirmet. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, hoc est perfectam & excellentem reddidisti, ac si esset perfecta a viris perfectis & doctissimis & qualem impendunt deo astra matutina. Iob. 38. Ipse igitur dominus Iesus perfecit laudem suam ex ore infantium, quia non illi loquebantur, sed spiritus sanctus implebat organa sua. Vos igitur quoniam sapientes estis, quorum est mutare consilium in melius, sinite pueros non culpetis; quia etiam si velint, tacere non possunt, & si hi tacuerint; clamabunt scopoli torrentum, qui inclinati sunt, Num. 21. Et erat cotidie docens in templo. Iuxta quod scriptum est, in domo patris mei oportet me esse. Principes autem sacerdotum & scribæ & principes plebis quærebant illum perdere. Dicentes cum Saule rege. Quandiu Dauid vixerit super terram, non stabilietur sacerdotium nostrum. Et non inueniebant quid facerent ei. Hoc est, non deerat voluntas & cupido nocendi, & perdendi radicem eius

Hierony. Esai. 56.

4. Reg. 10.

4. Reg. 5.

Hierony. Ioan. 11.

Prouerb.

Luce. 21.

Luce. 19.

1. Reg. 20.

in terra

de terra viuentium (Hiere. 11.) sed concluserat deus rictus leonum istorum, & molas confregerat in ore ipsorum. Psal. 57. Non deerat appetitus in leonibus comminuendi sancti viri corpus, ut famē suam examerati vtcunque lenirent (Leones enim septem erant quibus cotidie dabantur duo corpora & duæ oues, quid ergo vnus homo inter eos feras?) Sed tamen conclusit deus ora eorum, & sedebat propheta ille septima inter leones quietus & pacificus, ac si esset inter oues. Ita dominus Iesus erat cotidie docens in templo inter principes sacerdotum & principes populi, & docens populum, non tenebatur, quia posuerat dominus circulos in naribus eorum. Esai. 37. Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum. Hieronymus, Semper turba mobilis est, nec in proposita voluntate persistens, atque in morem fluctuum atque ventorum hac illucque trahitur. Quem enim nunc suspensi audiunt, & prophetam insignem fatentur, & regem Israel inuocant, &c. Postea contra eum multis ac magnis vocibus (stentore vocaliores) clamitant, cruci, Crucifige eum. Nunc autem suspensi audiunt hominem videlicet omnium hilarum. Comes autem facundus pro vehiculo est in via, dicentibus duobus viris, vere ardebat cor nostrum, & suspensos aure ferebat per viam, dum loqueretur nobis de Iesu Nazareno Iesus flos & virga de radice Iesse. Esai. 11. Loquebatur enim iuxta prophetam ad cor eorum, Esai. cap. 40. Verba enim vitæ æternæ eructabat. Ioan. 6. Merito ergo suspensus erat populus audiens illum, quia & doctores legis stupebant sapientiam eius. Lucæ. 2. Suspensus erat; hoc est inhiabat. Vnde illud poetæ. Pendetque iterum narrantis ab ore.

Dani. 13. — Lucæ. 19. — Hierony. — Prouerb. — Prouerb.

Caput. xvi. Gentiles quidam volebant Iesum videre. Nisi granum frumenti mortuum fuerit. Qui amat animam suam. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi eiicietur foras. Si exaltatus fuero a terra. Nos audiuimus ex lege quod Christus manet in æternum.

ERant autem Gentiles quidam, ellenos, idest Græci ex his qui ascenderant vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilææ, & rogabant eum dicentes. Domine volumus Iesum videre venit Philippus & dixit Andrææ. Andreas rursus & Philippus dixerunt Iesu. Iesus autem respondit eis dicens. Venit hora vt clarificetur filius hominis. Ergo non reges tantum iusti & prophetæ tenebantur desiderio videndi quod oculus non vidit (1. Cor. 2.) videndi lumen missum ad illuminationem Gentium, qui Iudæi erant natione, sed & ipsi Gentiles, qui de hoc penitus nihil audierant eodem desiderio tenebantur, adeo flos campi & lilium vallium quoquo versus odorem fragrantiæ suæ diffundebat. Tanta inquam erat id temporis beneuolentia tantus populi fauor erga dominum Christum, vt Græci quoque qui religionis gratia venerant in Hierusalem, vt illic soluerent domino vota sua, videndi Iesu magno desiderio tenerentur. De his igitur Gentibus qui desiderio tenentur videndi Iesum, dicit Amos. cap. 9. sunt autem verba Dei. Nunquid non vt filij Aethiopum vos estis mihi filij Israel? Hierony. Qui creator sum omnium: cunctas Gentes de eodem finxi luto, & æquali sorte generaui. Denique Aethiopes Palestinos Syros atque Iudæos distantes locis atque corporibus, mortalibus lege sociaui, & pro arbitrio meo seruos meos huc illucque commuto, & in diuersas prouintias transfero. Ne extollamini in superbiam, quod vos de Aegypto eduxerim, & quasi peculiarem populum meum Pharaoni seruire nō passus sum. Hoc idem feci Palestinis, vt transferrē eos de cappadotia, & in Palestinæ regionibus collocarem: Syros quoque idest Aran transtuli de Cyrene: Ex quo qui æquali conditione sunt facti, & æquali iudicij mei sententia ferientur, & equaliter ad gratiam euangelij inuitandi sunt. Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, de quarum numero sunt Gentiles isti vel ellenes, qui venerunt ab Oriente ad templum, quod figuram tenebat nascentis ecclesiæ, vt recumberent in sinu Abrahæ Isaac & Iacob, idest in fide beatissimæ trinitatis, vt participes fierent promissionis factæ Abrahæ patri fidei nostræ. Siquidem iuxta Hieronymum, in vocatione populi Israel, nunquam exclusa est turba Gentilium, sed semper eis per proselytos ianua patuit ingrediendi, dicente domino: Siquis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, & facere phase domi: circuncidatur prius omne masculinum eius, & tunc rite celebrabit: Eritque sicut indigena terræ. Volebant igitur Gentes videre Iesum, sed obstabat turba, quia ipsi statura pusilli erant. Refert Herodotus, quod Deioces rex creatus propter suam probitatem, eidem Medi præstiterunt inter cætera ne cui potestas fieret regis adeundi, sed ad omnia internuntijs vtendi. Nemini præterea coram illo aut ridendi aut despuendi potestas id omnibus factus de forme esse. Hæc circa illum ideo faciunt, ne eum cernentes æquales, & vna cum eo educati egregij viri atque præstantes, indoleant, atque insidientur. Et num tale aliquid seruabatur cum volentibus alloqui vel videre dominum Iesum, vt dicat Ioannes, Græcos conuenisse Philippum, & hic rursus conuenit Andream, & vterque dominū Christū, vt sui copia faceret Gentibus? Nil tale suspiceris. Nā & cum Samaritana satis longum conseruit dialogū, & pueris manus imponebat: Math. 19. Et ad oītios Cēturionis ego inquit adero, & sanabo seruū. Math. 8. Et decē leprosis, ite inquit ad sacerdotes. Luc. 17. Et cū iuxta Lucā diceret dñs, tetigit me aliquis, respōdit Petrus, turba cōtertissima te premit, & tu dicis, quis me tetigit? Denique læ ipsius ille qui occurrit dño descēdēti

Ioan. 12. — Lucæ. 10. — Lucæ. 2. — Cant. 2. — Hierony. — Mala. 1. — Matth. 8. — Gala. 3. — Hierony. — Exo. 12. — Lucæ. 19. — Herodot. — Ioan. 4.

Matth.8. de monte, num rogauit Philippum vel Andream, vt pro illo intercederent apud dominum Christum? Ipse accessit, & adorauit, & orauit, & impetrauit: & abscessit. Quid est ergo, volumus Iesum videre? Quomodo non poterant, quod pueri illi qui clamabant Benedictus qui venit in nomine domini? Itaque cum audis, volumus Iesum videre, intellige quod volebant & videre & alloqui & cum illo conferre de multis, denique cum ipso Andrea ferre vbi habitabat. Ioan. 1. Hæc omnia igitur cum vellent, & obstaret modestus pudor, quo minus ipsi eum adirent, cum alienæ essent religionis, conueniunt Philippum, cui ob patriæ viciniam (nam erat Philippus a Bethsaida Galilææ Gentium) erant forte noti. Quod autem Philippus rem communicat cum Andrea, ideo fecit, quia quod primus omnium ad sequellam Christi vocatus fuerat, maioris videbatur autoritatis esse apud dominum Christum. Tu autem obserua quomodo Gentes magno tenebantur desiderio videndi dominum, quem Iudæi ad mortem vsque persequuti sunt. Respondit ergo Iesus. Venit hora, &c. Venit hora, per quod ostendit gratam se habere illorum visitationem. Augustinus. Nemo vero putet ideo se dixisse dominum glorificandum esse: Quia Gentes volebant eum videre. Sed præuidebat Gentes, sepulto grano frumenti, multas messes pullulaturum, Iudæia interim in sua cæcitate permanentibus. Itaque ex occasione istorum Gentilium qui eum videre cupiebant, prænuntiat plenitudinem Gentium, quæ ingressura erat tete apostolicum, & promittit iam iam adesse tempus glorificationis suæ, quam factam in cælis gentes fuerant crediturae, velit nolit Saulus, qui nomen Iesu valebat delere de terra. Actu 8. & 9. Sed quia altitudinem exaltationis vsque ad consessum paternæ dextræ præcedere debebat humiliatio vsque ad mortem, mortem Crucis, sequutus adiunxit. Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui perdiderit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodiet eam. Ipse dominus Iesus erat granum sinapis minus omnibus oleribus, Matth. 13. Ipse & granum frumenti, mortificandum hora sexta, terra tremente, sole lugente Iona deuorato a ceto, triduo, & viuificandum quam primum renasci cœperunt cincinni Samsonis. Hoc granum sepelire properabant Iudæi dicentes: Quando morietur, & peribit nomen eius? Psal. 40. Idest cum occiderimus eum: iam nomen eius non erit in terra, nec seducet aliquos mortuus, sed ipsa eius interfectione intelligent homines, quod hominem sequebantur, quia non erat in eo spes salutis, licet centies acclamarent Osianna, & deferent nomen eius, & non erit. Vnde quod primum spiritum patri commendauit, Iudæi properant deponere de ligno, & sepulchro includere, quia inquiunt erat dies ille magnus, de quo dicetur suo loco. Ecce autem mortuus est, & sepultus est, & tamdiu singularis erat, quamdiu sepultus non est. Sepultum est granum, & cœpit pusillum illud granum sinapis explicare vim suam, sicut scriptum est, Multa corpora sanctorum surrexerunt, Matth. 27. Et rursus ad vnam Petri concionem appositæ sunt animæ circiter tria milia. Actu. 2. Et rursus in altera prædicatione factus est numerus eorum qui crediderunt quinque milia. Vnde autem sepultum granum audiuit apostoli, in viam Gentium ne abieritis, Matth. 10. Eo autem pullulante, prædicate inquit euangelium omni creaturæ. Marci. 16. Aperiamus autem cur hac similitudine vtatur dominus, vt se grano frumenti similem dicat. Sciendum ergo quod in grano tritici tria licet reperire. Molitum enim in tres partes resoluitur, in cutem illam tenuem quam furfures medici, Plinius salniarem appellat, in nucleum, hoc est semen illud dulce & glutinosum in medio sinu grani, quod est genitale semen, vnde erumpit radix, atque tritici herba primum, ac deinceps calamus. Tertio in corpus quod defendendi seminis gratia est a natura excogitatum, & quod cadens in terram, moritur. Hoc friabile est, atque in farinam resolubile, cum semen lentore suo vix resolui possit. Farina igitur ex tritico his tribus constat, Saluiato, semine, corpore, quæ cum setaceo excernitur, subsidit syncera, foraminibusque liquatur emendata ceres, reliqua duo eminent, quæ rursus in eodem setaceo concussa, supernatat saluiatum, semen vero suo pondere it pessum. Et vocatur simila in sacra scriptura Leui. 2. 6. 7. Si nostro Antonio credimus. Cum ergo audis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit: intellige quid sit quod moritur. Moritur enim saluiatum, similiter & corpus, idest farina. At vero nucleum illud medula vnde primum radix pullulat omnino non moritur; Si enim moriatur solum remanet granum, imo nihil de grano superest, labor perit agricolæ simul & impensa. Semina verbi gratia metretas decem frumenti vel centum, curtosi tamen a curgulione (pestis enim hæc nucleum grani arrodit) & peribit tibi omnis labor, seminabis multum, inferes parum, imo inferes nihil, ad nostrum propositum. Dicamus quod in Christo Iesu Deo & homine triplex est substantia, est substantia æterna quia deus de Deo, est substantia noua, anima eius super benedicta, est substantia vetus, Caro videlicet quam accepit ex vtero virginis. Mors grani huius diuinam naturam non attigit (absit) est enim vita omnium viuentium. Quid ergo mortuum est? Mortuus est Christus iuxta quod homo erat & vere mortuus est, hoc est secreta est & separata anima eius a corpore, sicut secernitur a farina saluiatum, & quantum ad hoc tenet similitudo. Quantum autem ad hoc quod sepulto grano, viuit nucleus, simila & nucleus quod idem sunt, moritur autem, idest resoluitur in terram saluiatum & farina, nullo modo tenet similitudo, quia scriptum est: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, Psal. 15. Et rursus, Quæ vtilitas in sanguine meo, si descendero in corruptionem? Quid est si descendero in corruptionem? Si triplex huius grani substantia omnino resoluatur in cineres. Imo si vel vnica grani huius substantia omnino resolueretur in cinerem, perierat spes nostra. Si enim caput non resurgat, quando resurgat corpus? Vix triduum elapsum erat a morte Christi & sepultura grani illius, & iam em-

Marginal notes: August. — Luc. 5. — Iudic. 16. — Ioan. 19. — Psal. 140. — Nebrissen. — Granum. — Psal. 29. — Sco. 3. dist. quæst. 1.

F G H I K

nino

nino perierat spes resurrectionis in discipulis Christi. Tenet autem & in hoc similitudo, quod pro vno grano ex parte moriente spica vna consurgit, imo decem, visæ sunt aliquando & triginta ex vno grano succrescere, iuxta quod dicit, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Moritur igitur granum, & mortuus est Christus, sepelitur granum & sepelitur Christus, consurgit granum multo cum fenore auctum, & resurrexit Christus, & attulit multum fructum, de quo Ioannes, vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. Apoc. 7. Ad hæc Origenes super Exo. cap. 1. Mortuus est Ioseph & omnes fratres sui, filij autem Israel creuerunt & multiplicati sunt nimis. Antequam moreretur noster Ioseph ille qui distractus est a fratribus, valde pauci erant filij Israel. Cum vero pro omnibus gustauit mortem (sepultus in puteo) per quam destruxit eum qui vocatur mors (1. Cor. 15.) de quo dicitur, cum seuisset Israel, ascendebat Madian & Amalech, & apud Iudæos figentes tentoria, sicut erant in herbis cuncta vastabant.

Origenes.
Gene. 37.
Hebr. 2.

A Iudi. 6. Multiplicatus est fidelium populus, & creuit nimis valde, adeo vt iam rumperetur rete Petri. Lucæ. 5. Sequitur. Qui amat animam suam, &c. Quis est qui animam amans, perditurus est eam? Amabat animam suam Petrus aliquando, idest vitam suam, & hanc ne perderet negauit vitam veram tertio, Iudas autem vtramque perdidit. Non enim hoc docuit Christus, qui dicit, non occides, vt quis sibi mortem consciscat, sed vt illatam, potius patienter ferat, quam Christum abneget. De Samsone autem & sanctis quibusdam fœminis quæ ne vim paterentur in pudicitia se ipsas occiderunt, ita dicit Augustinus. Quicquid in corpore vel de corpore fiat, nostra voluntate in concussa manente, sine culpa nostra est. Ex quo infertur, quod nullus cogi potest ad peccatum, quia licet corpus titilletur, imo occidatur (homo tamen occiditur) voluntas tamen cum ex sua natura sit libera, cogi non potest, potest tamen ad peccandum violenter suaderi. Sed quia non solum quod ad dolorem verum etiam quod ad libidinem pertinet in cor-

August.

B pore alieno perpetrari potest, quicquid tale perpetratum fuerit, & si retentam constantissimo animo pudicitiam non excutit, tamen pudorem incutit, ne credatur factum cum mentis etiam voluntate, quod fieri fortasse sine carnis aliqua voluptate non potuit. Ac per hoc & quæ se occiderunt, ne quicquam eiusmodi paterentur, quis humanus affectus nolit eis ignosci? Et quæ se occidere noluerunt, ne suo facinore alienum flagitium deuitarent, quisquis eis hoc crimini dederit, ipse crimine insipientiæ non carebit. Sed cum nulli liceat aliquem priuata morte occidere, vel nocentem, cuius occidendi licentiam lex nulla concedit, profecto etiam qui se ipsum occidit, homicida est, & tanto fit nocentior cum se occidit, quanto innocentior in ea causa fuit, qua se occidendum putauit. Nam si Iudam merito detestamur: Eo quod se laqueo suspenderit, quia sceleratæ illius traditionis auxit potius quam expiauit peccatum, quoniam Dei misericordiam desperando exitialiter pœnitens, nullum sibi salutis & pœnitentiæ locum reliquit, quanto magis a sua nece se abstinere debet, qui tali supplicio quid in se puniat non habet? Iudas enim cum se occi-

C dit, sceleratum hominem occidit, & tamen non solum Christi verum etiam suæ mortis reus, hanc vitam finiuit. Hæc ille. Samsonem autem Paulus posuit in catalogo sanctorum, Item Augustinus. Qui amat animam, perdet. Idest perdat eam, atque amittat vsum eius quem nunc habet peruersum videlicet atque præposterum, quo inclinatur temporalibus, vt æterna non quærat. Hi enim qui mundo viuunt, nomen quidem habent viuorum, re autem ipsa mortui sunt. Vnde Paulus. Sicut exhibuistis membra vestra arma iniquitatis peccato, &c. Ambrosius. Quid carnem quasi infirmam accusamus? Membra nostra arma sunt iniquitatis & iusticiæ. Voluntarium militem legit Christus. Neminem iugo seruitutis astrictum posidet Satanas, nisi se prius peccatorum ære ei vendiderit. Quis est qui se Satanæ vendidit? Qui amat animam suam. Quo amore? Erunt homines se ipsos amantes. 2. Tim. 3. Amor autem sui fons est omnium malorum si Platoni credimus: Philantia videlicet. Quis est qui animam suam odit vt

Hebr. 11.
August.
Apoc. 3.
Ambrosi.

D custodiat? Qui dicit: vulneratus charitate ego sum. S. Bonauentura. Hæc charitas est quæ dilectionem parentum vincit, amorem prolis superat, affectum carnis extinguit, insuper & animam in odium sui vertit. Vnde illud Pauli: Non facio animam meam preciosiorem me, quasi alter sis Paulus, ab anima sua atque diuersus. Explicat autem Paulus hoc sermonis tropo duplicem vitam, vnam qua viuimus sicut viuunt & iumenta, alteram qua erimus sicut angeli in cælo. Est igitur perdenda vita, quam communem habemus cum pecoribus, si res ferat, si Tyrannus auferat: vt ne negemus vitam nostram dominum Iesum, vt vitam animæ conseruemus. Perdenda est & alio modo vita, castigando corpus & in seruitutem redigendo, ne si caro incrassetur, concipiat, & calcitret sicut Agar contra dominam suam. Genes. 16. Dicitur autem per opprimum de quibusdam, qui animam seruabant vt perderent: comedamus & bibamus: Ecce quod vitam seruabant. Cras moriendum est, ecce quomodo vitam, idest animam perdebant & hoc cras, id est in futura vita, vbi viuent, sed malo suo Inito bello inter Sertorium & Pompeium, in ancipiti aliquam-

Bonauent.
Actu. 20.
Matth. 22.
1. Cor. 9.
Esai. 22.
Pōpeius.

E diu Marte, tandem eo ventum est, vt Pompeius ipse pene interficeretur, prostratusque ex equo, & vulneratus nulla alia causa euasit, quam quod milites Sertoriani capto Pompeij equo, aureis phaleris magnificentissime & preciosissime ornato, dum simul de preda contendunt: Pompeius ipse inter lapsus aufugit, equum parui ducens (aut iuxta Iob cuncta quæ habet homo dabit pro tuenda vita) vt animum saluum faceret. Vide Matth. cap. 16. Vbi ponitur hæc eadem sententia. Sequitur. Si quis mihi ministrat, me sequatur, & vbi ego sum: illic & minister meus erit. Non dicit, vbi ero, sed vbi sum, vt intelligas non corporeum locū promitti: sicut latroni dictum, hodie, &c. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eū pater meus qui es in cælis. Si quis inquit numero reseetur ouiū Christi sequatur pastorē, qui pro nobis passus est. Quare passus est? vobis relinquens exemplū, vt sequamini vestigia eius. Quæ sunt illa? Animā posuit pro vobis impijs, Rom. 5. Sequimini ducē vestrū, & ponite vitam vestram

Iob. 2.

RR ij non

non dico pro illu (imo & pro illis si res ferat) sed pro vobis ipsis, crucifigite carnem vestram cum vitijs &
concupiscentijs sicut docuit Paulus: Galla. 5. Cuius vox est, viuo iam non ego, viuit vero in me Chri-
Galla. 6. stus. Galla. 2. hoc significat Petrus dicens de Christo, q peccatum non fecit. Id quidem nobis possibile nõ
est, possumus tamen Christum vel e longe sequi, vt cum maledicimur, non retaliemus iniuriam. Cum pa
timur, dicamus: Nos equidem iuste, Lucæ. 23. Si non animæ nostrae, saltem substantiã diuidamus cũ pro-
ximo, quia ecclesia vestimentis Christi induitur. Ioan. 19. Et sicut ipse peccata nostra pertulit in corpore
August. suo super lignũ, nos inuicẽ onera fratrum baiulemus, vt simus sectatores Christi. Ad hæc August. Gratis
ametur Christus, vt operis quo ministratur illi preciũ, sit esse cũ illo. Nos quidẽ cum illo sumus vbicunq;
sumus, sed ille nõ est nobiscũ, nisi sequamur vestigia sua. Vnde probas? Parati sumus ascẽdere, dixerũt Iu-
dæi increduli & errantes ab recto, postq̃ dixerat dominus, omnes qui numerati estis a. 20. annis & supra
Num. 14. & murmurastis cõtra me, nõ intrabitis in terrã pro qua leuaui manũ meã, vt habitare vos facerẽ in ea. Et
Moses ad eos. Cur trãsgredimini Verbũ domini, quod vobis nõ cedet in prosperũ? Nolite ascẽdere, q̃a do- F
Iosue. 7. minus nõ est vobiscũ. Et iterũ. Nõ ero vltra vobiscũ, donec cõteratis eũ, qui huius sceleris reus est, sensus
est. Subtrahã auxiliũ protectiõis meæ, & corruẽt manu hostiũ suorũ. Erit igitus mecũ qui mihi ministrat,
& numerabit inter astra matutina & filios Dei iuxta Iob. 38. Sequamur igitur Christũ, nõ præcedamus,
ne audiamus cũ Petro, vade post me Satana. Matth. 16. Sequamur, nõ declinãtes ad dextrã vel leuã, sicut
Num. 14. vaccæ illæ. 1. Reg. 6. Sequamur, vt cõsequamur, ne si corde reuertamur in Aegyptũ, dicatur de nobis, iura-
ui in ira mea, nunq̃ futurũ vt ingrediantur in requiẽ meam. Dicens autẽ, illic & minister meus erit, vnico
Matth. 17. verbo summa posuit æternæ beatitudinis. Vbi enim bene erit sine illo? Aut quãdo esse male poterit cum
illo? Vnde Petrus, domine bonũ est nos hic esse. Eadẽ est autẽ sentẽcia eius quod sequitur: Si quis mihi mi-
nistrauerit, honorificabit eũ pater meus. Augu. Nã quẽ maiorẽ honorẽ accipere poterit adoptat? q̃ vt G
August. sit vbi est vnicus? Nõ æqualis factus diuinitati, sed cõsociatus æternitati. Diximus alias de ministerio Mar-
thæ, & ocio Mariæ. Luc 10. Ministrauit & Iudas Christo domino, quẽ quia nõ sequutus est in moribus,
sed tantũ corporis gressibus, nõ honorem cõsequutus est, sed laqueũ. Sequitur. Nunc anima mea tur
bata est. Et quid dicam? Pater saluificame ex hac hora. Sed propterea veni in hãc ho
rã. Pater clarifica nomen tuũ. Venit ergo vox de cælo, & clarificaui, & iterũ clarifica
bo. Turba ergo quæ stabat & audiebat, dicebat tonitrũ factũ esse. Alij autẽ dicebãt,
Angelus ei loquutus est. Respõdit ei Iesus. Nõ propter me hæc vox venit, sed pro-
pter vos. Stipato enim domino corona cõferta populi, Græci dixerunt volẽtes videre dñm. Quid autẽ
cõsequentiæ habẽt hæc cũ præcedẽtibus, vt cum dux miliciæ cælestis hortatus fuerit ministros suos ad cõ-
temptũ præsentis vitæ, vt vitã consequerentur æternã, ipse iuxta Prouerbiũ ante tubã trepidet, ante inq̃ q̃ H
bellicũ aliquid canatur? Quid est hoc bone Christe? Quomodo ponere me iubes animã, si turbari video
tuã? Quomõ sufferã, quod graue tanta firmitas sentit? Quale fundamentũ quærã: si lapis angularis pro-
batus & electus succũbit? Sed videor mihi audire in cogitatione mea respõdentẽ mihi dominũ meum, &
August. quodammõ dicẽtẽ: Magis sequeris, quia sic me interpono. Audisti ad te vocẽ fortitudinis meæ, dixi enim,
Matth. 16. si quis vult post me venire, tollat crucẽ suam: Et calicem quẽ dedit mihi pater, &c. Ioan. 18. Audi igitur in
me vocẽ infirmitatis tuæ. Transfero in me, quo trepidas, & substerno qua transeas. Nunc inquit anima
mea turbata est. Agnosco domine misericordiã tuã. Nam q tantus, tuæ charitatis voluntate turbaris,
multos in corpore tuo qui suæ infirmitatis necessitate turbabuntur, ne desperãdo pereãt consolaris. Ac-
cessit enim fortasse hora terribilis, proponitur optio aut abnegãdæ fidei, aut faciẽdæ iniquitatis, aut sub-
Apoc. 1. eundæ passionis. Turbatur anima infirma: propterquam sponte turbata est anima eius qui vitæ & mor- I
2. Cor. 8. tis habet claues, ducit ad inferos & reducit. Sed turbatio hæc fortitudo nostra est, sicut Paulus dicit, pau-
1. Reg. 2. pertatẽ Christi nostras esse diuitias. Aĩa mea turbata est. Præuideo enim grauissimã tempestatẽ ingrue-
te, quæ ingressura est vsq; ad animã meã. Psal 65. Et quid dicã. Quo me vertã? De precabor mortem, de-
Theophy. spondebo animũ, motem gerã carni, mortẽ pertimescenti? Theophyl. Vt enim neque dicere posset, q ipse
extra humanas passiones positus, facile de morte Philosopharetur, ostẽdit q & ipse ab humanis proprie-
tatibus tẽtatus sit, & nostræ naturæ fuerit particeps fere in omnibus. Mœret igitur & turbatur vt homo,
Faber. qui natura vitæ amãs est, nõ tamẽ mortẽ deuitat, qui moriturus venit pro grege suo. Ad hæc Faber. Hęc
animæ turbatio diuina quædã erat sanctæ animæ turbatio, imo plusq̃ sanctæ cõmotio in veritate eorũ
qui sanctis rapiuntur excessibus, quã diuinum quoddã & magnũ sequi debebat signum, Et ideo magna
erat, vt anima ipsa videretur ignara quid loqueretur, quod innuit cum dicit: Quid dicã, innuens, q virtus
quædã anima superior in ipso operaretur, moueretq; ipsius animã. In extasi igitur & excessu loquutus est K
& animæ euocatione. Vide autem quid sequitur. Pater salutifica me ex hac hora. Docuit igitur nos quid
cogitemus, quid dicamus, quẽ inuocemus, in quo speremus, cuius voluntatẽ certam atq; diuinam nostræ
humanæ infirmæq; præponamus, adeoq; infirmæ, vt raro velit, & si quando, perficere non potest, Rom. 7.
Matth. 26. Est autem similis hæc sententia, anima mea turbata est illi, tristis est anima mea, &c. Matth. 26. Sed pro-
Hebr. 9. pterea veni in hanc horam, hoc est: Si licet iuxta q caro ducitur quo nõ vult: (quæ mortem naturaliter
refugit) mori nolim, tamen iuxta quod spiritus promptus est, agnosco quod propterea veni in hanc ho-
ram, vt morte intercedente mea, repromissionem accipiat æternæ hæreditatis, qui membra sunt corporis
explicuit, sed cum dicit, pater saluificame, & anima turbata est: Et quid dicam, voces & affectus carnis
mei. Igitur cum ait, propterea veni in hanc horam, voluntatem portionis superioris intellige, dicentis:
Matth. 26. Non mea voluntas, sed tua fiat, quia ad hanc exequendam formam serui accepi. Quod autem sequitur,
Philip. 2. pater clarifica nomen tuum, eandem habet interpretationem cum illo, significans qua morte esset clari-

ficaturus deum. Ioan. 21. Ostende loquit o pater claritatem & potentiam nominis tui, in eo ꝙ vnicum tuum a confusione crucis & vtilitate sepulchri transferas in gloriam resurrectionis & dexteræ tuæ consortem facias, vt in nomine Iesu omne genu flectatur Philip. 2. Clarifica nomen tuum, vt omnes credant ꝙ tu me misisti, vere agnito per meam doctrinam, salutem consequentur æternam. Atq; ita qui clarus es apud Iudæos tantum, clarus fias toto orbe terrarum. Venit igitur vox de cælo dicens: & clarificaui, quando? Quando angeli cecinerunt gloriam puerpere: Magi adorauerunt: Quando eo baptizato: cæli reserati sunt. Lucæ. 3. Quando in monte transformatus est. Matth. 17. Quando (vt cætera omnia prætermittam) glorioso triumpho circundatus ramis, cantantibus tum & pueris, tum & angelis, cum frequentissima turba ciuitatem ingressus est, & ad templum vsq; perueniens & nundinatores abigens: Euersis mensis & cathedris, ostendit quis esset: dicens, domus mea, &c. Ostendit quid posset, quia cæcos illuminauit, & rectificauit claudos, iterum autem clarificatus est, quando eleuatis manibus ferebatur in cælum. Lucæ. 24. Hilarius. Natus ex virgine, a cunis ad pueritiam venerat, inde ad consummatum virum, per somnum, famem sitim, lassitudinem, lachrymas hominem egerat: etiamnunc conspuendus & flagelladus, & crucifigendus erat. Sequitur clarificatio. Sol non occidit, sed refugit, & interitum suum cum eo reliqua mundi elementa senserunt. Terra & onus domini in ligno pendentis tremuit, eum qui moriturus erat intra se contestata non capere. Rupes & saxa dissiliunt, & naturam suam perdunt: cæsamq; ex se arcam in continenti condendi corporis confitentur. Sequitur & Centurionis confessio, vere hic homo Dei filius erat, quibus verbis clarificatur filius Dei, pendens licet inter iniquos. Turba ergo quæ stabat & audiebat, dicebat, &c. Cum enim turba nesciret, ad quem vox facta esset: cum multi ad essent, & minus attenti essent, sicut fit in concursu hominum, variabant sententias. Respondit itaq; dominus. Non propter me hæc vox venit, &c. Dominus vt gloriæ suspicionem a se remoueret, qui ad horam sustinuerat rex Israel vocari: hæc inquit non est tonitrum e nubibus, non est vox angeli alicuius (re uera autem ab angelo formata erat) est autem patris mei qui est in cælis, quę tamen non propter me facta est, qui noui quam me dilectione complectatur, quia quæ placita sunt ei facio semper. Venit vero propter vos, vt intelligatis, ꝙ quem pater clarificauit in vita, multis editis miraculis, eundem clarificaturus est postridium mortis, iuxta quod nunc consequenter sequitur in textu Ioan. 12. Nunc iudicium est mundi: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnes, pantas traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus. Augustinus. Possidebat ergo diabolus genus humanum, dicens: Nescio dominum, & Israel non dimittam, & reos suppliciorum tenebat Chyrographo peccatorum. Dominabatur princeps hic & tenebrarum harum rector in cordibus infidelium: omnis enim caro corruperat viam suam (Gene. 6.) & ad creaturam colendam (deserto creatore) deceptos captiuosq; pertrahebat. Sicut enim scriptum est, vnaquæque gene fabricata est deum suum. Quid dicimus deum suum? Vide quid scriptum sit de filio primogenito Dei (Exo. 4.) populo peculiari (Deut. 7.) gente inclyta (Deut. 4.) pupilla oculi Dei (Zach. 20.) & Christis suis. Psal 104. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, dereliquit deum factorem suum. Et infra. Immolauerunt dæmonijs & non Deo, Dijs quos ignorabant. Noui recentesq; venerunt Quot venerunt? An potius allati sunt: Erant enim aurum, æs, ligna imputribilia licet, (non refert) & lapides Et si requiras quot venerunt noui & recentes, respondet scriptura, habuerunt Iudæi suum templum pantheon ad imitationem Romanorum, de quo vide Ezech. cap. 8. per totum, & 2. Parali. cap. 29. Si igitur apud populum Dei peculiarem (non enim fecit taliter omni nationi) qui ab ore Dei audierat (Exo. 20.) non erunt tibi dij alieni, non facies sculptile, &c. (Vide textum) tot deorum monstra & portenta noua & recentia inuenta sunt, quid de cæteris gentibus qui cimerias tenebras incolebant sentiendum sit, videto. Legi in historia competentis autoritatis de Bruxilio philosopho, ꝙ reliquerit Romæ ad custodiā ciuitatis ducenta octuginta milia deorum, iuxta numerum videlicet ciuium. Erant autem inter cætera his dijs templa dicata. Vnum quidem omnium deorū tam Romani Imperij, & Gentium earum quas iure belli sibi subiecerant. Erant præterea ædes virtutis, Honoris, Spei, Camœnarum. i. musarum, Apollinis, Martis, Mineruę, Tempestatis, Isis & Serapis, & Monetæ. Templum Pacis, Remi, Veneris, Iunonis, Lucinæ, Salutis, Floræ, Quirini, Sol & Fortunæ, quæ multa habebat sacella, Iani, Saturni, Vestæ, Iouis tonantis, Castoris, Herculis, Pudicitiæ, Matutæ, Bellonæ, Neuptuni, Aedes Matris deorum, Mercurij, Cereris, Ditis patris, bonæ deæ, Dianæ, Libertatis & Ian. Ex his autem quæ gratia laxandi animum posuimus, intelligere poteris examina portentorum Romanorum, de quo qui velit latius edoceri legat Augustinū de ciuitate Dei. Bene ergo dixit Augustinus. Possidebat diabolus genus humanum, & deceptos captiuosque tenebat, quos vel promissis attrahebat, vel terroribus impellebat, dicens vnicuique eorum, me adorate, & hæc omnia dabo vobis, eritis sicut dij, scientes bonum & malum, non moriemini. Gene. 3 Per Christi autem mortem multa milia credentiū eiecto foras forti & alligato (Luce. 11.) a dominatu liberantur diaboli, & Christi membra effecti per fidem mortis eius & resurrectionis, &c. sub tanto capite vno eius spiritu vegetantur. Hoc vocat iudicium, hanc a suis redemptis diaboli expulsionem. Eijcietur foras extra spem recuperandi principatū, hoc est extra spem numinis, quia sublata est ab hominibus opinio, ꝙ in dæmonibus sit aliquod numen aliquid numinis. Et si enim mundus pro magna parte defecerit a Christo non tamen redijt ad idololatriam, non redit diabolus princeps ad hoc vt adoretur Idem Augustinus. Est autem Diabolus princeps non mundi sed cupiditatum sæculi, per quas regnat in homine. Mittitur autem foras, quando ex toto corde mundo renunciatur. Ideoq; ipse dominus triumphantem naturam hominis portans: scitote inquit, ꝙ ego vici mundum. Vnde Leone isto eiecto foras, fauus melis ex eius ore processit.

Marginalia: Matth. 3. — Hilarius. — Matth. 27. — Ioan. 8. — August. — Exo. 3. — 4. Reg. 17. — Deut. 32. — Psal. 147. — Bruxilius. — Matth. 4. — August.

Section letters in margin: A, B, C, D, E.

Ecce enim conspicimus leges ipsas regni Tyranni, quæ aduersus Christum ante fremuerunt, nunc iam perempta feritate, dulcedini euangelicæ prædicandæ etiam munimenta præbere. Quale edictum pendebat in regno principis mundi huius, eo viuente? Quicunque non adorauerit statuam meam auream, mitteturin fornacem. Quale nunc edictum pendet, eo foras electo? Ante positum est hoc decretum, vt omnis populus tribus & lingua quæ loquuta fuerit blasphemiam contra deum trium puerorum, dispereat, & domus eius vastetur. Non est autem difficile videre diabolum victum, quando qui ab illo occisus est, resurrexit. Illud mirabilius, videre eum victum, quando sibi vicisse videbatur, dicentibus quibusdam ex satellitibus eius, sine, videamus, an veniat Helias liberans eum. Et ego si exaltatus fuero a terra πάντας ἑλκύσω, Idest omnes traham, hoc est ex omni natione quæ sub cælo est aliqui credent euangelio. Nam quod non omnes traxerit, ipsi Iudæi testes sunt, qui vsque hodie abnegant Dei filium venisse in carne. Quin & Agareni vel Sarraceni testimonio sunt, qui bonam orbis partem sibi vindicant, qui & ipsi negant mortem filij Dei, sicut Iudæi incarnationem. Augustinus, omnia exponit, idest spiritum animam & corpus. Aut certe inquit omnia hominum genera, siue in linguis omnibus, siue in ætatibus, siue in gradibus honorum omnibus, siue in artium licitarum & vtilium professionibus omnibus, & quicquid aliud dici potest. Cæterum sententia hæc similis est illi, illuminat omnem hominem. Ioan. 1. Item illud, prædicate euangelium omni creaturæ. Chrysosto. Esto diabole quod omnem interemisti, quia omnes peccauerunt. Christum dominum cur interemisti? Quia videlicet venit secundum te ante tempus, vt torqueret te, & regno pelleret, Matth. 8. Per Christum ergo omnes credentes libertate donabuntur. Omnia enim ad se trahet, verbi gratia. Sit violentus quispiam Tyrannus, qui omnes qui in manus suas venerint: multis afficiat malis sicut legimus de Dionysio, quo pulso e Siracusis, clamatum est publice, tunc primum, solem exortum esse populo illi. Hic si vel regem vel regis filium captum: iniuste perimat, illius mors alios etiam vlcisci poterit. Sit aliquis qui debitores postulat, & in carcerem pertrahat, & hac insania etiam nihil debentem coerceat. Hic etiam eorum quæ in debitores commisit dabit pœnam. Non aliter in Iesu vsu venit. Eorum enim quæ in nos fecit diabolus, propter ea quæ in Christum ausus est, postulatus est ad supplicium, & electus foras. Non autem inquit Augustinus, quod neminem tentat, imo vero tentare non cessat, sed aliud est intrinsecus regnare, aliud forinsecus oppugnare. Venit igitur Christus, & paternis nos cautionibus inuenit astrictos quas conscripsit Adam. Initium quidem obligationis Adam ostendit, peccatis autem nostris fœnus accreuit vsque ad. 10. milia talentorum. Fuit igitur ibi maledictio & peccatum & mors, legisque condemnatio, quæ omnia Christus deleuit, atque concessit. Vnde Paulus clamat. Chyrographum peccatorum quod erat aduersum nos, tulit e medio, affigens cruci, deletum prius, vt prorsus vestigia eius nulla remanerent, & hoc non in angulo non secreto, sed in mundi medio, in excelso ligno, omnibus videntibus. Est enim crux arbor illa de qua dicitur proceritas eius contingens cælum. Alioqui non video, quomodo dicat Paulus Collos. 1. Pacificans per sanguinem crucis suæ quæ in cælis sunt & quæ in terra. Hoc lignum est gladius Goliath, siquidem suis armis occisus est, qui & ipse in ligno triumpharat. Quamdiu autem gladius ille in manu erat Goliæ, terrori erat populo Dei. Postquam autem Dauid tenuit eum manu sua, & amputauit caput principis mundi huius, pro signo victoriæ & salutis est populo Dei (Ezech. 9.) & magno cum honore in templis seruatur. Altitudo Goliæ superbia est diaboli, arma eius fraudes eius: Baculus Dauid lignum crucis, sed nobis est baculus: Diabolo gladius. Percutitur in fronte cum videt crucem positam. In fronte illorum, quos ipse suo consignarat charactere. Dauid detulit in Hierusalem caput Goliæ & gladium, idest niceterium & opima spolia, quia Christus quos de Diaboli potestate eripuit, ad defensionem ecclesiæ transtulit. Cantica puellarum occurrentium victori Dauid, gaudium præfigurabat ecclesiæ de victoria Christi contra principem mundi huius, quando eo electo foras, omnem ad se attraxit Christus. Augustinus. Tantam in cruce domini salutem Moses futuram esse cognouit, vt non ob aliud ad eius inditium serpentem illum erigere iuberetur. Num. 21. Nec propter aliud serpens ille æneus factus est, nisi vt permansuræ passionis domini fidem significaret. Si enim obliti essent homines & ob litteratum esset de memoria temporis, quod Christus pro hominibus mortuus est, vere morerentur, nunc autem tanquam ænea permanet crucis fides, vt cum alij moriantur, alij nascantur, ipsam tamen sublimen permanere inueniant, quam intuendo, sanentur. Non ergo mirum si de maledicto vicit maledictum, & de morte mortem, & de serpente serpentem, qui olim in manu Mosi serpens e virga factus est. Quod si iuxta legem maledictus est omnis homo qui pendet in ligno, quia homo imago Dei est & gloria, (1. Corin. 11.) Quid dicamus de Christo, qui candor est lucis æternæ? Sed Christus pro benedictione nostra pependit, vt tanquam magnes omnes ad se attraheret. Gal. 3. Vnde iuxta Ambrosium, nunquam domino genua fleximus, donec in cruce exaltatus est. Exaltatus igitur, omnes ad se attraxit qui trahi voluerunt, quorum vox est, velle adiacet nobis perficere non possumus, trahe nos post te. Cætera patent. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege, quod Christus manet in æternum, Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis? Audiuimus inquiunt, quia ipsi non legerant, sed hoc communiter docebantur a scribis, quod Messias regnabit in æternum. Tenebant Iudæi memoria quod dominus Christus frequenter habebat in ore versum hunc, filius hominis. Hoc itaque isti animo retinentes, & quod nunc ait, si exaltatus fuero a terra, mortem crucis intelligentes, inquirunt. Nos audiuimus ex lege quod Christus manet in æternum, quomodo exaltabitur a terra, id est quomodo crucis passione morietur? Hoc enim eum dixisse intelligebant, quod facere cogitabant. Quod autem Christus maneat in æternum Daniel testificatur dicens, potestas eius potestas æterna. capi. 17. Vide & in Psalmo, 88. Sicut luna perfecta æternum & testis in cælo fidelis, Item Esaiæ. cap. 9.

Ioan. 17. Iudi. 14. Dani. 3. Matth. 27. Apoc. 7. August. Marci. 6. Chrysost. Dionysi9 August. Matth. 18. Collos. 2. Dani. 4. Figura. 1. Reg. 17. 1. Reg. 18. August. Exo. 4. Deut. 21. Sapi. 7. Ambrosi9 Rom. 7.

F G H I K

cap. 2. pater futuri sæculi, &c. Item Psalmo. 109. Tu es sacerdos in æternum. Ex his igitur præmissis sic raciocinantur, Christum dominum non esse Messiam vel Christum in lege promissum. Si Christus inquiunt manet inæternum, non morietur, sed tu moriturus es, quia dicis te exaltandum in cruce, ergo tu non es Christus nobis in lege promissus. Nisi forte (quod non credimus) exaltatus in cruce, viuus descendes ad voces dicentium, si filius Dei est, descendat nunc de cruce. Ita ꝑ breuiter sic sillogizant. Christus nõ morietur, tu moriturus es, ergo tu non Christus. Christus tamen nusq̃ legitur dixisse, oportet exaltari filius hominis. Dixit autem, si exaltatus fuero, &c. Solutio. Et Christus erat verus Christus, & Christus vere mortuus est; & Christus manet in æternum. Hæc autem non intelligebant Iudæi, quoniam de mysterio resurrectionis nec suspicabantur quidem, nec dum ipsi, sed nec apostoli, sicut dictum est Lucæ cap. 18. Ibi, erat verbum istud absconditum ab eis. Hæc autem quę Iudæi dicabant, accipientes exaltari pro mortem subire, & filium hominis intelligentes ipsum dominum Christum, vere sed diuinantes dicebant, ad quæ tamen quoniam maliciose dicebantur non respondit dominus Iesus. Poterat enim dicere dominus Iesus, ego sum Christus (Ioan. 4.) & maneo inæternum, & exaltabor in cruce, sed neq̃ illi capaces erant tanti mysterij, nec tempus aderat prædicandi sacramentum illud, quando & apostolis cautum est, ne dicerent dominum esse Christum propter causas dictas Matth. cap. 16. Obserua ꝙ Adam nomen est commune vtriq̃ sexui, nec est nomen aliquod proprium primi hominis, nisi ꝙ a Græcis repertum est protoplastus. Dictus est autem primus homo Adam ab adama quod est humus, quãquam Iosephus ab Edom hoc est rubro id nomen duci putet: Fictum enim esse hominem in agro Damasceno, eamq̃ terram esse rubram. Id & si non improbemus, tamen Adam nil aliud significat q̃ terrenum. Quando ergo Christus in euangelio se vocat filium hominis, nil aliud significat q̃ ꝙ vere erat homo. Est enim Phrasis Hebraica filius hominis, filius dilectionis, filius mortis, filius mandatη, filius pacis. Quin & Cyprianus dicit, ideo quatuor mundi partes videlicet anatule Messembria Dysis arctos in nomine A D A M contineri, ꝙ ex omnibus mundi cardinibus terra illa sumpta sit, ex qua fictus Adam est, quasi videlicet ager ille Damascenus sit totius orbis vmbilicus. Græce homo Antropos dicitur iuxta Platonem ab ano quod est sursum, & athro aspitio, ꝙ os sublime teneat, sursumq̃ aspiciat. Potest dici ab humo: Et ab homonia, quod est concordia, quia homo est mundus quidam abbreuiatus iuxta Varronem. Dicitur item Adam quasi rubens, quia vita eius in sanguine est: Dam enim sanguinis est. Vocatur item homo is, ab Esch quod est ignis, quia vita eius in calore est. Item vocatur ænos, quod oblitionem significat. Quid ergo dixit eis?

Caput. xvij. Reuertitur dominus a Hierusalem in Bethaniam. Videt ficum infrugiferam, quæ ad verbum domini radicitus exaruit, id mirantes apostoli, audiunt: Habete fidem, & transferetis montes. Ponitur modus orandi, qui bene obseruandus est.

DIxit ergo eis Iesus. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebre vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum lucem habetis credite in lucem, vt filij lucis sitis. Hæc loquutus est Iesus, & abijt, & abscondit se ab eis. Sciendum ꝙ ly, modicum, non est adiectiuum luminis, sed est aduerbium temporis, ita enim est Græce. Etimicron chronon, idest adhuc pusillum tempus, lumen vobiscum est hoc dixit, quia aliquis sanctorum aliter reposuit, quem pro honore supprimimus. Respondet tacite ad duo quæsita. Dicens enim modico tempore, erit vobiscum lumen: ostendit ꝙ cito erat moriturus. Vocans se ipsum lumen ostendit ꝙ sit æternus, Ioan. cap. 1. Lux itaq̃ magna erat Christus mundo quandiu fuit in mundo, ipse enim dixit: Ego sum lux nõ vnius prouinciæ Iudææ, sed lux qui illumino omnem hominem qui illuminatur in hoc mundo. Sed lux hæc magna breui auferenda erat ab eis iuxta pœnitentiam corporalem, primo per mortem & nouissime per assumptionem eius in sancta, æterna redemptione inuenta, Hebr. 9. Prætermisso igitur eo de quo quæsierant, hortatur eos (siquidem id scire sua non referebat) vt agnita cæcitate in qua diu versati sunt, boni consulant oblatum munus cæleste luminis æterni, quod præ se habebant, ne forte sero sapientes, dicant, ergo errauimus, & sol iustitiæ non illuxit nobis. Sapien. 1. Isti tamen reuera nugantur, quia sol iste omnibus lucet, sed non os oculos aperiunt, nisi ad malum, iuxta Hieremiæ cap. 4. Ambulate igitur dum lucem habetis; ne forte occidat vobis sol in meridie & sero peruenientes, audiatis: Amen dico vobis, nescio vos. Matth. 25. Quid est autem ambulare, nisi credere? Qui enim non credit, toto cælo errat, quia & si videatur operari multa de genere bonorum, nescit tamen quo tamen vadat, quia scopum sibi nullum præfixit. Paulus autem ego inquit sic curro non quasi in incertum. Quem ergo sequeris Paule? Scio cui credidi, qui & potens est depositum meum seruare in illum diem. 2. Timo. 1. Vnde dominus. Exponens quid sit quod dixit: Ambulante dum Lucem habetis, intulit, dum lucem habetis coram, (seipsum intelligens) credite in lucem, & perseuerate in cursu cum Paulo, cuius vox est. Non ꝙ iam cœperim aut perfectus sim, sequor autem lumen illud quod illuminat omnem hominem, quia non recte curritur, si quo currendum est nesciatur. Qui autem in hoc mundo putat se comprehendisse inquit Augustinus iste ante metam de via exit. Credite igitur, & perseuerate amando, donec attingatis scopum, & filii Dei sitis. Et quod premium filiorum Dei? Scimus ꝙ cum apparuerit: videbimus eum sicuti est, 1. Ioan. 3. Hæc loquutus est Iesus, & abscondit se ab eis.

Ioan. 10.
Ioan. 1.
Amos. 8.
1. Cor. 9.
Philip. 3.
August.

Non ab eis qui credant & diligebant, qui cum ramis ei obuiam venerant, non a Græcis qui eum videre summe desiderabant, sed ab eis qui videbant & inuidebant. Cessit furori eorum, quia obstinata malitia sermonibus non sedatur, non magis quam ignis suppriecto oleo. Quod autem abscondit se ab eis qui eum ad mortem quærebant, nostræ infirmitati consuluit, non suæ potestati derogauit. Et relictis illis & circunspectis omnibus, cum iam vespera esset hora, exijt in Bethaniam, cum 12. Ibique diuersatus est, & docebat eos de regno Dei. Intelligendum est inquit Hieronymus, quod tante fuerit paupertatis dominus, & ita nulli adulatus est, vt in vrbe maxima nullum hospitem, nullam inuenerit mansionem, sed in agro paruulo apud Lazarum sororesque eius habitaret, eorum quippe vicus Bethania est. Circunspexit igitur turbam, num aliquis ibi esset bonus Zachæus, apud quem illo die epularetur: Nam Centuriones ibi multos fuisse non inficiaret, qui dicerent (sed ironice,) Non sum dignus vt intres sub tectum meum. Abijt igitur ad amicum Lazarum (alter. Ego) ibique mansit nocte illa, & post cœnam, docebat suos de regno Dei, tanquam aquila ad volandum prouocans pullos suos, iterum atque sub inde eos parturiens, donec Christus dominus perfecte formaretur in illis, iuxta sententiam aposto. Pauli. Et altera die cum exiret de Bethania mane reuertens in ciuitatem, esurijt. Cumque vidisset a longe ficum secus viam, habentem folia, venit ad eam, siquid forte inueniret in ea, siquid forte. Græce, ἄρα εὑρήσει τι: siquid inuenturus esset. Quorsum enim attinebat addere, forte cum dominus plane speraret cibum: aut certe volebat videri sperare. Et cum venisset, nihil inuenit præter folia, non enim erat tempus ficorum. Videor mihi videre alludere huic mysterio quod legimus. 2. Reg. cap 23. Dauid in præsidio positus, desiderauit aquam dicens, O siquis daret mihi potum aque de cisterna quæ est in Bethleem. Rogabimus enim virum hunc iuxta cor Dei, dicemusque. Ita ne tu rex qui vina habes domi multa, eaque quadragenaria, præpostera siti discrutiaris, vt prægnantium more aquam aueas, eamque non quamlibet, sed e cisterna Bethleem, quæ hostium vallata est præsidijs? Vidisti sitim irrationabilem in Dauid? Audi famem intempestiuam in eo qui alias ieiunauit. 40. dies, & tandem esurijt. Matth. 9. Mane inquit reuertens a Bethania in ciuitatem esurijt. Et esto esuriret, qui dat escam pullis coruorum (Psal 146.) quid est quod præter temporis rationem, poma melimela vel mustea requirit in arbore? Deinde si pomorum tempus esset (Demus enim hoc:) quæ culpa fici esset non habere poma, vt pro hoc maledictione Christi statim a radicibus arescerent? Hoc igitur factum inquit Augustinus, nisi mystice accipiatur, stultum inuenitur, nihilo minus quam intempestiua sitis ipsius Dauid. Sed quia significabat, quærere se non solum folia sed etiam fructum, ficum aresfaciendo radicitus vbi folia tantum inuenit, significauit eorum pœnam, qui loqui bona possunt, facere bona nolunt. Quid ergo sequitur? Et respondens dixit illi. Ne pro hoc vocat a mysterio, quod ficum alloquitur, quasi ratione vteretur, & sicut olim alloquebatur Balaam asinam suam. Num. 22. Quod autem dicit, & respondens, cum nihil ficus loquuta fuerit, mos est scripturæ ita loqui. Vide Lucæ cap. 14 In principio, Et Matth. cap. 21. in fine. Non amplius in æternum ex te quisquam fructus manducet. Hieronymus Non quia esuriebat venit. Sicut enim volens mortuus est, ita voluntate esurijt non necessitate, quia & si omnia tempus habeant, & sua spacia transeant vniuersa sub sole, creator omnium non erat subiectus temporibus. Venit autem ad ficum propter discipulos. Quia enim vbique bene faciebat, nullum autem puniebat, oportebat & potestatis suæ in puniendo demonstrationem ostendere. Noluit autem in hominibus id experiri, sed in planta, & ea omnium humidissima, vt hinc miraculum magis appareat. Quod dicit in æternum ex te; Græce est, æona. Eon autem seculum potest significare vel æternum. Est igitur ficus Iudaica modo sub maledicto, quandiu intrat plenitudo Gentium. Hæc ficus iuxta Hiere. cap. 24 aliquando protulit ficus bonas bonas valde, sed hæ præ paucitate facile poterant numerari. Hunc autem, quas profert malæ sunt ideo & pessimæ eo quod comedi non possint, etiam ab esuriente domino & dicente, ficus præcoquas desiderauit anima mea. Et exponens quid intelligat nomine ficorum immaturarum, infert, perijt sanctus de terra, & rectus in ominibus non est, in omnibus inquit hec vel vna ficus est, quæ mandi possit. Et rursus Hiere. cap. 5. circuite vias Hierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius (vide quantam verborum exaggerationem) an inueniatis virum facientem iudicium: & propitius ero ei. Et ero propitius ciuitati videlicet. In quo bone Christe? Erit cibus animæ meæ, manebit in me & ego in illo, benedictione mea dignus erit, Erit enim tanquam lignum plantatum secus decursus aquarum, &c. Psal. 1. Erat denna dies mensis Martij quando hæc facta sunt, et tamen cum tempus fructuum non adesset, maledictione mulctatur ficus. Iudicia enim Dei incomprehensibilia sunt. Deus nos tanquam peregrinos in hoc exilio relegauit, ipse & fratres gratia fecit, non natura. Ipse nos morte peccantes mulctauit, ipse nos morte sua viuificauit. Ipse iussit expoliari Aegyptios, ipse dicit, tollenti pallium, dimitte tunicam, Matth. 5. Ipse reddit peccata in tertiam & quartam generationem, Exo. 20. Ipse dicit, remitte fratri vsque septuagies septies. Matth 18. Ipse docet & præcipit pro inimicis orandum, ipse dicit, ne assumas pro eis laudem, quia non te exaudiam. Hiere. ... Ipse dicit, Ammonites non intrabit ecclesiam in æternum, ipse præcipit benefaciendum odientibus nos, Matth. 5. Ipse dixit, oculum pro oculo, Exo. 21. ipse præcipit vt pateamus alteram maxillam. Ipse ligna colligentem in sabbato, lapidibus obrui præcipit. Num. 15. Ipse non semel sabbatis curabat & iter faciebat. Lucæ. 6. & 14. ipse cor hominis dicitur indurare (Esai. 63) Ipse dicit, auferam cor lapideum a vobis. ipse dixit: Non veni pacem mittere, Matth. 10. ipse dicit, pacem meam do vobis. Ioan. 14. ipse ficum maledictione sua aresfecit: qui alias virgam aridam germinare fecit. Num. cap. cap. 17. Dictum est Lucæ. cap 13. de altera ficu similiter acarpa, quæ prece agricolæ nescio cuius seruata est ab excidio & igne, qui nunquam extinguitur. Seruata est autem vt fructificaret, quod quia non fecit, æterna maledictione mulctatur. Vnde

Matth. 21. Marci 11. Hierony. Lucæ 19. Matth. 8. Deut. 23. Gala. 4. Matth. 21. Marci 11. Actu. 15. August. Hierony. 24. q. 5. cum ergo. Rom. 11. Mich. 7. Rom. 11. August. Exo. 12. Matth. 5. Deut. 23. Matth. 5. Ezech. 36.

F G H I K

tur Vnde sequitur. Et arefacta est continuo ficus. Et videntes discipuli (altera die videli-
cet) ficum aridam factam a radicibus: mirati sunt dicentes, quomodo continuo aruit. Matth.21.
Marcus. Et recordatus Petrus, dixit ei, Rabbi ecce ficus cui maledixisti, aruit. Contu-
mo, igitur exaruit ad verbum eius qui verbo suo cuncta creauit, & dixit, germinet terra, &c. Genes.1.
Idem videre licet in hædera siue cucurbita Ionæ: Quia ficus folia tantum producens, maledicitur, & hæ-
dera quæ nihil aliud præstabat quam vmbram, æstu percussa exaruit. Ionæ.4. Synagoga igitur modo sub ma Ione.4.
ledicto est, quia inter iniquos polluit eum qui eam plantarat a principio: vt vocaretur hortus conclusus,
fons signatus: & paradisus deliciarum. Canti.4. Arida est, quia mandauit dominus nubibus, ne pluerent Esai.5.
super eam. Leprosa est, quia despuit dominus in faciem eius, id quod speciosus forma præ filijs hominum
primum pertulit ab eis, sicut longe ante prædixit Esaias cap.50. Mirantur autem discipuli, & maxime Pe- Num.12.
A trus, quomodo synagoga cuius non caligauerant oculi (annosa licet) dentes non fuerant moti, sed valens synagoga.
sensibus dicente ad eam domino, ascende in montem, & morere, mortua est, & terræ condita, & sublata Deut.34.
e memoria hominum, (nemo enim scit sepulchrum eius) tanquam ficus sterilis. Hoc igitur miratur cum pri- Chrysost.
mis Petrus. Mirati sunt autem apostoli iuxta Chrysostomum, quia & si multa maioraque miracula vide
rant, nouum tamen atque inauditum hoc erat. Nunc quippe primum puniendi virtutem præse tulit, qua
propter non in alia sed in hac humidissima planta hoc fecit, quæ vt videre licet nascitur & coalescit in pa Abulens.
rietibus omnino siccis & compactis ex calce & lapidibus. Illud obseruandum hoc loco, sicut dicit & Abu
lensis quod hunc locum de ficu arefacta diuerso modo refertur a Matthæo & Marco. Et necesse est dicere quod
alter eorum fecit recapitulationem, cum ponant contrarium ordinem. Siquidem Matthæus historiam de
ficu ponit post euersas mensas nummulariorum & cathedras vendentium columbas, Marcus posita histo
ria de ficu, prosequitur quomodo dominus intrauit templum & eiecit nundinantes & cætera, sicut haben
B Marci.cap.11. Sequuti ergo sumus ordinem Matthæi, Et patet. Et respondens Iesus, ait, habete fi- Marci.11.
dem Dei. Iuxta Marcum, Matthæus. Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsi- Matth.21.
taueritis, non solum de ficu facietis: Marcus & Matthæus, sed & si monti huic dixeritis:
tollere & iactare in mare ita fiet, Marcus, propterea dico vobis, omnia quæcunque orā-
tes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Eadem Matthæus in sententia. Mar-
cus: Et cum stabitis ad orandum, Ex quo patet olim stantes orare solitos. Exod.17. Luce cap.18.
dimittite siquid habetis aduersus aliquem, vt & pater vester celestis dimittat vobis
peccata vestra. Hæc sententia, habete fidem Dei, eadem est cum illa quæ habetur Matth. 17. de sana-
tione lunatici, nisi quod illic dicitur, diceris monti huic, transi, pro quo Lucas dicit, dicetis huic moro; Eradi-
care. Vide Luce.17. vbi ponitur differentia inter fidem & fiduciam. Habent enim multi simplices in eccle-
C sia fidem: Cæterum de fiducia omnino non audierunt. Propterea dico vobis, omnia quæcunque orantes
petitis, si creditis vos accepturos, accipietis, si res fert, hoc est si ea petatis quæ conducunt ad salutem ani-
mæ, alioqui dicit Iacobus, cap.4. petitis & non accipitis, eo quod male petatis, eo quod non conducentia peta-
tis, Dabit autem tempore oportuno, Alias autem iuxta Paulū Rom.8. quid oremus nescimus. Marci 11.
Quidquid orantes petitis inquit. Oratione Bonifacij pueri bone in dolis vulpes deposuit ab ore gallinam
quam a maternis edibus rapuerat, ac mortua est. Monachi oratione aqua ascendit e profundissimo pu-
teo vt hauriri posset deinde in locum pristinum descendit. Oratione Ioannis Damasceni sibi manus resti-
tuitur immaculata virgine intercedente pro eo quia imperator Theodosius præcidi fecerat eam. Sed vide
quid sequitur. Et cum stabitis ad orandum dimittite siquid habetis aduersus aliquem. Quæ sententia de
sumpta videtur ex Eccle.cap.28 Qui vindicari vult, a domino inueniet vindictam, & peccata illius ser-
uans seruabit Serua igitur tu conseruo denarios centum, contorque, rape, conijce in carcerem donec non est
D in soluendo, Matth.18. traderis & tu tortoribus, & mitteris in carcerem vbi nullus ordo, nulla clementia,
nulla dent . . . spes, quod malorum omnium maximum est, donec soluas decem milia talenta. Sequitur ex
ecclesiastico. Homo homini reseruat iram, & adeo quærit medelam. Quid est hoc monstri! Tu transito
ponte misericordiæ, præoccupas vada Iordanis, &c. Iudi.12. Scito igitur alterum tibi pontem transeundē, Psal 74.
alterum ad eundem iudicem, qui nec prece nec muneribus flectitur: sed iusticias ipsas iudicabit: Cuius so- Matth.6.
lius iudicium est secundum veritatem. Rom.2. O secundum veritatem, Secundum quam veritatem? Cum
statis inquit & componitis vos adorandum patrem vestrum, clauso ostio, dimittite siquid habetis, dimit-
tite autem iuxta Matth cap.18. de cordibus vestris. Alias vobis imponitis operam luditis, nō exaudiam,
quia licet ore dicatis, dimisi debitoribus meis, manus tamen vestræ plenæ sunt sanguine, cor vestrum lō-
ge est a me. Esai 1. Dimittite igitur ex corde fratri vestro centum denarios, & si ex corde dimiseritis: hoc Esai.1.
est si vere & non duplici corde dimiseritis: secundum huius iudicij veritatem & pater vester dimittet vo-
E bis vestra decem milia talenta. Imponamus coronidem huic libro subsequenti exemplo. Bos Camelo cō- Fabula.
seruo recusanti sese parte oneris subleuare, imo inquit paulo post & me ipsum & hæc omnia portabis, id
quod etiam euenit boue mortuo, nam & pellem eius & onus Camelus simul cum proprio onere baiula-
re coactus est hospicium vsque. Bene igitur nobis cum agitur, si fratrum onera supportantes quæ vix denariorum sunt centum, peccata nostra onus graue Deus ab humeris nostris deponat, vt deinceps incedamus
recti, alioqui deportandi in campos Babel (Zach.5.) qui altero nomine vocantur tenebræ exteriores. A-
uertat id deus optimus Maximus, qui peccata nostra pro nobis pertulit in corpore suo simul cum ligno
crucis, vt ipsi mortui, iusticiæ viuamus cuius liuore sanati sumus, 1. Petri cap.2.

¶ Liber octauus explicitur.

ℭ Liber nonus incipitur.

Caput. i. In qua potestate hæc facis, dicunt principes sacerdotum Christo. Dominus opposuit dicens: Baptisma Ioānis, dicite mihi vnde erat, quicum dicerēt, nescimus, dominus dixit, neq; ego dico vobis in qua potestate, & c̄. De duobus filijs quorum alter dixit: nolo ire in vineam, & tamen abijt, alter dixit: ibo, & non iuit. Quod publicani & meretrices præcedebant merito istos sacerdotes & Iudæos, & c̄.

Matth. 21. Marci. 11. Lucæ. 20.

F

ET cum venisset in templum: factum est in vna dierum docente illo populum, & euangelizante, accesserunt ad eum principes sacerdotum & scribæ cum senioribus populi, dicentes. In qua potestate hæc facis, & quis tibi dedit hanc potestatem vt ita facias, dic nobis. Respondens Iesus dixit. Interrogo vos & ego vnum sermonem, quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam, in qua potestate hæc facio. Baptismus Ioannis vnde erat, de cœlo an ex hominibus? Respondete mihi. At illi cogitabant intra se dicentes. Si dixerimus, de cœlo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus: timemus turbam. Omnes enim habent Ioannem sicut prophetam. Et respondentes dixerunt. Nescimus. Ait illis & ipse. Nec ego dico vobis in qua potestate hęc facio. Ingresso igitur templum suum angelo magni consilij (Esai. 9.) Vt prouintiam exornaret sibi a patre traditam, hoc est vt doceret viam Dei in veritate quid credendum, amandum, operandum, emendum, & sperandum sit, omni homini qui desiderio tenetur vitæ æternæ, principes sacerdum non ferentes eum in messem alienam falcem mittere, vti ipsis videbatur, & ipsorummet sacerdotum præripere cathedras, coniurati cum quibusdam e senioribus capularijs, sensu putris, qui videbantur populum regere (quot capita tot sensus) adeunt dominum Christum dicentes. De sacerdotali familia genitus non es, senatus populusq; Romanus vel Cęsar ipse tibi hoc non donauit, cuius autoritate hæc præsumis? Cum enim nullus hominum illi tradidisset eam potestatem, vt nundinantes templo pelleret, æs effunderet: cathedras euerteret, supererat, vt aut diceret, sibi adeo patre traditam: aut a Beelzebub. Si primum dixisset, nihil verius, sed hoc nihil aliud esset q̄ suscitare octipedes, non enim ideo interrogabant, vt agnita veritate crederent (Absit) sed vt calumniarentur, vt fenestram sibi aperirent accusandi illum. Et ideo iuxta Hieronymum & Prouerbium, malo nodo arboris malus cuneus quærendus est. Itaq; quia omnis potestas adeo est, & scriptum est, Prouerb. 26. Responde stulto iuxta stulticiā suā, quæstionem quæstione repulit, clauum clauo pellens. Rogabo vos inquit ego quiddam, id q̄ primum absolueritis, tum & ego respondebo quęstioni mihi obiectæ, & interim apprehendam stultos sapientes in astutia sua. Baptisma inquit Ioannis vnde erat? Idest aquo acceperat huiusmodi potestatem Ioannes? Erat diuinum statutum, an humana adinuentio? Nescimus. Ex quo colligimus q̄ licet nobis cautelis vti contra subdolas vulpes. Actu. 23. Paulus dixit: Pharisæus ego sum. Item act. cap. 16. ne viderentur fugere noctu Paulus & Timothęus, quod cedebat in eorum dedecus, ipsi inquit veniant, ipsi nos eiciant. Inter malleum igitur & incudem constituti filij tenebrarum, deliberabant inter se, videntes quęstionem bicornem, & gladium vtrunq; incidentem. Aut inquiunt conuincemur incredulitatis, qui baptismo cælesti consecrari refugimus, aut si dicamus baptisma illud humano adinuentum commento, quo populo imponeret, metuenda est nobis populi seditio. Persuasum enim erat apud populum, Ioannem prophetā fuisse. Inuentum est paratum remedium quo vulpes euaderent, quo vtrunq; in comodum euitarent: Silentium videlicet. Stultus autem si tacuerit, sapiens reputabitur. Nescimus inquiunt, Et tamē egregie mentiti sunt, nam multi ex Pharisęis & Sadducęis venerunt ad Ioannem, vt baptizarentur ab eo. Matth. cap. 3. Consequens autem erat vt & Christus diceret, neq; ego scio in qua potestate hæc facio, sed mentiri veritas nescit. Ait autem: Neq; ego dico vobis in qua potestate hæc facio. Ex quo ostendit, & illos scire, sed respōdere nolle, & se nosse, & ideo non dicere, quia illi quod sciunt tacent, atq; ita impletum est illud Prouerbij. Nouacula in cotem, dici solitum in hos, qui forte in eas res inciderunt, in quas minime volebant. Neque nouacula potest in comodius cadere, q̄ si in cotem incurrat. Alias sicut nouacula dolum machinati fuerant. Psal. 51. Capite inquit nobis vulpes paruulas subdolas, quæ demoliuntur vineas. Augustinus. Vulpes solent habere tales foueas, vt ex vna parte intrent, ex altera, si res ferat, exeant. Itaq; ad vtrunque foramen noster Samson retia posuit. Vulpes autem quæ plenam dolis secum ferunt manticam, manendum sibi pro tunc intra foueam vtile duxerunt, præsentientes & hac & illac tensa esse sibi retia, quibus illaquearentur. Cum ergo dixit dominus, neq; ego dico vobis, in qua potestate, & c̄. Confirmauit facto quod verbo docuerat dicens, nolite sanctum dare canibus. Matth. 7. Neq; digni erant qui veritatem audirent, qui subdole interrogabant eam, vt qui in sordibus erant, sordescerent adhuc: Sicut scriptum est, appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iusticiam tuam. Prima iniquitas est domino non credidisse, secunda iniquitas dominum ad crucem postulasse, tulisse clauem scientiæ, ipsos non introisse, non credidisse, & alios ne crederent, dementasse. Hęc est autem iustitia de qua dicit, non intrent in iusticiam tuam, in gratiam euangelij, a qua exclusi sunt propter suam cæcitatem, de qua dixerunt: Nescimus, nam si verum dixerunt; Nescimus, quare nescierunt, cum doceri potuissent hanc quæstionem ab

Matth. 22. — G — Rom. 13. — Hierony. — H — I — Prouer. 17. — Prouerbiū — Canti. 2. August. — K — Apoc. vlt. Psal. 68. Lucæ. 11.

ipsa

ipse Ioanne Baptista? Quomodo igitur simplex interrogatio elicere non potuit veritatem ab ore vulpiū istarum duodecim artium, alia via aggressus est dominus, vt vel imprudentes, inuiti vel volentes foras exirent & caperentur, proposita subsequenti similitudine. Quid autem vobis videtur: homo quidam habuit duos filios, & accedens ad primum dixit. Fili vade hodie operari in vineam meam. Ille autem respondit, nolo. Postea autem pœnitētia motus, abijt. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondit, eo domine, & non iuit. Quis ex duobus istis fecit voluntatem patris? Dicunt, primus. Dicit eis Iesus: Dico vobis, ꝙ publicani & meretrices præcedunt vos in regno Dei. Venit autē ad vos Ioannes in via iusticiæ, & non credidistis ei. Publicani & meretrices crediderunt ei. Vos autem videntes, nec pœnitentiam habuistis postea vt crederetis ei. De his duobus filijs dictum est Lucæ. 15. Quis est autem qui dixit: Nolo, & tamen pœnitentia ductus: iuit? Is qui accepta parte substantiæ, abijt quo eum voluntas patrer & voluptas tulit, & breui omnibus dilapidatis, fame coactus, redijt ad vineæ culturam, vt acciperet vel mercenariorum demensum cibum, qui apud sues, fame valida laborabat. Audiamus autem & vocem alterius, verbis dumtaxat desudantem in vinea, eludentem patrem. Ecce tot annis seruio tibi & mandatum tuum (o insigne ac prodigiosum mendacium, vnde vero ille voces, isti sunt dij tui Israel,) vnquam præterijui. Et rursus Exo. 24. Omnia quæcunq; præcipit dominus faciemus, & obedientes erimus. Hæc est professio eorum redacta in scriptis, & signata titulis duodecim scripta sanguine vitulorum. 12. Et si placet audire tertium testem, lege Iosue cap. 24. Absit inquiunt a nobis, vt relinquamus dominum, & seruiamus dijs alienis, alterutrius enim istorum electionem edit ei Iosue. Et rursus, seruiemus igitur domino, quia ipse est deus noster. Et tertio: Nequaquam ita vt loqueris, sed domino seruiemus. Et quarto, domino Deo nostro (inquiunt) seruiemus & obedientes erimus. Et hanc professionem rursus Iosue scripsit in volumine legis domini, & lapidem per grandem statuit in testem. Habes igitur filium dicentem: eo domine. Quoniam autem te præstiterint, quæ tam magnifice promiserunt, ipsi sunt rogandi, & vt de cæteris tacem, vitulus fusus, & tabulæ confractæ a Mose, Exo. 32. & liber conscriptus a Mose & positus in latere arcæ testamenti, testimonio sunt contra Iudæos, sicut dixit ad eos Moses. Ego scio contentionem tuam & ceruicem durissimam, adhuc me viuente, & ingrediente vobiscum, quanto magis cum mortuus fuero: Et isti sunt qui dixerunt, ibo in vineam Quis igitur ex his duobus fecit voluntatem patris? Magna est fiducia; vbi aduersario ipsi causa committitur. Primus inquiunt. Ecce vulpes libera fronte egressæ e cauernis suis: comprehensæ sunt, quia non cauerunt ignem delitescentem in herba. Amen dico vobis, publicani & meretrices, &c. Publicanos posuit pro quouis genere delinquentium, meretrices pro fœminis. Nam hominum est negociari, fœminarum ociari, Vnde maxime fornicatio nascitur. Cum autem audis præcedunt vos, non intelligas ꝙ illi sequuturi sint, quin potius projicientur in tenebras exteriores: Quare? Quia cum veritatem scirent, pro infidelitatem suam, de cælo esse Ioannis Baptisma nescierunt, & per duritiam cordis, verbis tantum dicto parentis sui obsequentes fuerunt. Quis autem non malit, negari sibi id quod poscat, dum modo quod poscit, fiat, ꝙ non fieri, quod spondetur vt fiat, cum facti effectus ex desperatione fit gratior, spes autem destituta plus doleat? Thesaurus inquit carbones erant. Prouerbium natum videtur ab euentu quodam, quo quispiam thesauri spe concepta ex somnio, fodiens, carbones defossos inuenit: eaq; res in risum vulgi sermone abijt. Nam antiquitas carbones in terra defodi solebant ad iudicandos agrorum terminos, propterea ꝙ iuxta Augustinum in de ciuitate Dei nulla res durabilior magisq; perpetua ꝙ carbones sub terra defossi. Cōpetit in eos qui magnificis rebus expectatis, meras nugas reperiunt. Præcedunt ergo vos publicani, proagosin: Significat enim illos & illas promptiores esse ad accipiendam euangelij doctrinam, illis interim dicentibus, vos discipuli eius sitis: Nos Mosen moribus pr̄ç nos ferimus, nec tam ouum ouo simile. Erant igitur isti boni verbis quidem Catones & singulares vnicornes, quia non erant sicut cæteri, factis autem nec ipsas meretrices poterant imitari, quas ipsi nudius tertius multa intercapedine ante vertebant, sed remissa sunt eis peccata multa quoniam dilexerunt multum. Ita sublatis huiusmodi remoris, quæ eas remorabantur a sequella Christi, & assumptis pennis columbarum, facile anteuerterunt in cursu ipsos principes sacerdotum & seniores populi, qui se putabant iam conscriptos in albo cæli Venit enim ad vos Ioānes in via iusticię, & non credatis ei, dicentes. Dæmonium habet. Quare? Quia factus est vobis in traductionem cogitationum vestrarum, vnde grauis erat vobis ad videndum, quoniam valde dissimilis erat vita eius a vita vestra, Sapien. 2. Et ille quidem consummatus in breui, expleuit tempora multa, & nunc mortuus condemnat vitam vestram, qui nec meretrices imitari potestis. Siquidem iuxta Chryso. Nihil impossibilius ꝙ eum corrigere, qui scit omnia, & tamen cōtemnens bonum, diligit malum. Omnia enim quę sunt in scripturis propter meditationem frequentem, ante oculos suos inueterata & vilia extimantur, fiet licet mannate dulciora. Nam & vitula docta diligit trituram quę prius vix poterat cōtineri sub iugo. Osee. 10. Chryso. Quis aliquando vidit sacerdotem in scelere deprehensum, humiliari in cinere & cilicio, diceretq; cum Dauid: peccaui domino? Nam & si deprehensus humilietur, non ideo dolet, ꝙ peccauit, sed confunditur quia perdidit sacerdotij gloriam. Audi Hieremiam cap. 2. Sicut confunditur fur quando deprehenditur, sic confusi sunt reges Israel, principes & sacerdotes eorum. Hieronymus. Quamuis sit impudens & procax vultus furantium, tamen erubescit cum fuerit deprehensus. Ruber vultus pudoris iudiciū est, & conscientia peccatorum lucet in facie, spesq; salutis est, quando delictum sequitur verecundia (sed non ea quę in latronibus reperitur!) quę tamen lac gallinaceum est (vt prędicitur de mēse Chrysostomi) & maxime in sacerdotibus vel regularibus, postquam semel frontem poliuerunt velut meretrices. Nam

alioqui

Math. 21.
Exo. 32.
Iudic.
Deut. 31.
Hilarius
Prouerb.
Prouerb.
Luc. 7.
Math. 11.
Sap. 4.
Chrysost.
Idem.
2. Reg. 12.
Hierony.

aliequi putas, ꝙ dominus velut crudelis clericis pœnitentiam denegauerit, dicens, si sal desipuerit, quo
Prouerb. alio sale salietur? Matth. 5. Non reuera. Sed quasi naturale esse considerans, ꝙ non est qui doceat illum errantem, qui dux videbatur esse cæcorum. Quis enim Argus licet, lumen audeat mutuare soli? Sus Mineruam.

Caput. ij. De iudice iniquo exorato tamen assidua prece viduæ. Dominus veniens: vtrumnam inueniet fidem super terram. De Pharisæo & publicano ascẽdentibus in templum vt orarent, & quid vterq; orauerit, & quem fructum reportauerit ex oratione.

Luce. 18. DIcebat autem & parabolam ad illos, in hoc ꝙ oportet semper orare, & non deficere vel defatigari, dicens. Iudex quidam erat in ciuitate quadam, qui deum non timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum dicens. Vindica me de aduersario meo, & nolebat ad tempus. Post hæc autem dixit intra se. Et si deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo eam, ne in nouissimo veniens suggillet me. Detoget, vituperet, traducat, infamet. Budæus, Sugillare propriẽ de facie dicitur: cum contusa facies liuidis maculis dehonestata est. Metaphoricẽ pro iniusta infamiæ nota ponitur. S. Bonauentura. Sugillo dicitur a verbo sugo, tractum a Lamijs, quæ paruulos occidunt, & sanguinem sugunt, ac per hoc suffocant. Sicut dicit Gre-
Gregorius gorius super Exo cap. 14. Voces apud aures Dei non faciunt verba nostra sed desideria. Æternam enim vitam si ore petimus, nec corde desideramus, loquendo tacemus. Si vero corde desideramus, tacendo clamamus. Proinde tacenti Mosi dominus dicit: quid clamas ad me? In desiderio enim clamor secretus non peruenit ad aures humanas, diuinas autem replet. Quo contra Iudæis clamantibus ore tenus tantum, non exaudiam inquit, etiam si centies clametis, domine domine aperi nobis, etiam si vos incidatis lan-
3. Reg. 18. ceolis. Opponam enim nubem, ne transeat oratio vestra. Treno. 3. Preces autem pupilli non despiciet. Nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Nonne lachrymæ viduæ a maxilla descendunt? Et dominus
Eccle. 35. exauditor, non delectabitur in illis? Oratio enim humiliantis se nubes penetrabit: & donec propinquet nõ
Luce. 11. consolabitur, & non discedet, donec altissimus aspiciat. Hoc est igitur quod dicit dominus, oportet tandiu orare: donec improbitate nostra extorqueamus non tantum tres panes: sed quot quot habemus, &c. Hęc enim sola pugnabat contra Amalech, quia Mose desinente a prece, populus in fugam vertebatur.
Figura. Perseuerante autem Mose in prece, sedendo licet (magnum mysterium) tandem reportauit de hoste vi-
Iosue. 10. ctoriam idem habes in Iosue, qui ad vnam preculam stare fecit Solem & Lunam rem admodum prodigiosam, non ob aliud, nisi vt plenam victoriam reportaret de hostibus, obediente Deo (magnum sacramentum) voci vnius hominis, vt intelligas ꝙ oratio cum plena fide & importuna, non tantum montes
Esai. 3. transfert, quin & solem sistit, & dominum maiestatis inclinat, vt morem gerat seruo suo. Nam alias oratione Ezechiæ Sol retrocessit lineis decem. Quin & Helias voce sua cælum clausit annis tribus, sicut habes. 3. Reg. cap. 17. Iacobi cap 5. Hoc igitur dominus explicat subsequenti similitudinem de iudice qui nec deum timebat, &c. adeo sui iuris erat, & omnem posuerat frontem. Sabellicus Fuit Arithpertus rex tam tenax iusticiæ, & iusticiæ tuendæ tam cupidus, vt ignoto habitu interdum per vrbes sui imperij & oppida vagaretur sciscitabundus, quid de se & suis iudicibus populi loquerentur, tam & si regnum sibi per scelus quæsierat, comperti regis filio interfecto. Budęus. Thesmothetę iudices anniui apud Athenienses cum
Sabellicus eligebantur, de omni retrorsus acta vita causam dicere solebant, iudiciorumq; aleam subire. Quod si nec sic quidem vllam dedecoris labem perpetua innocentia contraxisse videbantur, eum demum ad magistratum illum assumebantur. Deinde anno vertente magistratus gesti denuo causam dicentes, si tum quoque innocentes vsquequaq; apparuissent, ad Areopagiticum consiliũ conscribebantur. Areopagus promõtorium erat Athenis, in quo iudicia necis ferro factę exercerentur, vulneris consulto illati, & incendij, & veneficij dum taxat exitiabilis Thesmothetarum numerus sex vel nouem: Areopagitarum incertus nume-
Tullius. rus. Ad hęc Tullius. Non intelligo inquit, cur qui sententiam pecunia corrumpit, pœna dignus sit, qui vero eloquentia, laudem ferat. Sed iudex iste iniquus non pecunia corruptus est a vidua quæ nudior erat paxillo, non prece flexus est: quippe qui inexorabilis erat velut Atropos: sed ne me inquit traducat in po-
Cato. pulo. O superi tales auertite pestes. Refert Plutar. de Catone vticensi, qui cum in quadam causa iudex designatus esset, nullus reorum iudicem habere volebat eum, & tamen reijcere formidabant. Nam multi eo ipso condemnati sunt, ꝙ Catonem reijciendo: non satis confisi suę innocentię videbantur. Multis etiam in magni opprobrij partem obijciebatur, ꝙ Catonem iudicem oblatum recipere noluissent. Sed obserua ꝙ horum Catonum vix par vnum Roma mater peperit inter tot monstra, qui nec deum nec homines ve-
August. rebantur, quorum e numero erat Appius Claudius, referente Augustino post Orosium & Dionysium hali, qui cum arderet libidine in filiam cuiusdam plebei militis, qui absens erat ab vrbe in exercitu, vt eã haberet facilius; Cuidam clienti persuasit, vt eam in iuditio peteret, probaturus ꝙ ancilla sua esset, vt sic clienti adiudicata, veniret in potestatem suam. Ipse vero Appius consul iudex erat in hac tam impia causa, qui absente patre, adiudicauit clienti puellam, tãquam ipsius esset ancilla. Pater puellę virginius erat. Veniens pater, & prolata sententia, pater deosculatus filiam, quę alteri adiudicata erat in ancillam, & paulatim subtrahens a tumultu, quasi valedicturus ei, cum esset prope tabernam lanij cuiusdam, arrepto e mensa

e mensa eius cultrum, per viscera exegit filiæ, hoc tantum dicens. Liberam te & honestam filiā ad Manes progenitorum mitto: Nam viuenti, neutro horum per Tyrannum iudicem potiundum erat. Iudex Appius accusatus a populo, laqueo sese necauit in carcere. Habes ad vnguem delinatū iudicem qui nec deū timebat, vim inferre volens virgini, nec homines verebatur, tam impudenter iudicans contra veritatem. Claudius imperator iuuenem corruptibilis adulterijq; famosum, ita dimisit vt diceret, vt aut parcius gratulæ indulgeret, aut certe cautius. Addiditq;, Quare enim ego scio quam amicam habeas. O clementiæ summam, cæteris imitandam iudicibus, qui deum timent & homines verentur. Nam & illud omnem fidem excedit, q nuptijs quas Messalina vxor sua Augusta cum adultero Silio fecerat (qui & ipse vxorem superstitem habebat) tabellas dotis & ipse consignauerit, tantus imperator. Confer Appium illum huic Claudio. Ille puellam liberam sibi adiudicauit in scortum & ancillam: iste iuri suo cedens, sed imperator erat cui licebat quod libuisset, in proprio adulterio subscripsit. Habes igitur par alterum Catonum an potius nebulonum. Themistocles aliquando arbiter inter duos electus. Cum alter vt ipsum in aduersarium magis ac magis afficeret, extra causam pleraq; illius in Aristidem maledicta recenseret, hæc missa faciamus ait: Tu vero bone vir, siquid in te commisit explica, quoniam in præsentia tibi, non mihi iudicium exerceo. Hæc ille. Sed audi sequentia. Iste facilitatis artibus instructus, adeo grandem ac popularem potentiam est assequutus, vt cuipiam eum admonenti, optimo iure principem Athenienfium futurum, si cūctis æqualis & communis esset (quis est hic & laudabimus eum?) responderit: Nunq; profecto ea in sede sedere statuissem, ex qua mei studiosi nihil amplius a me q̄ alieni habituri essent. Vides quantæ molis est iudicem vnum inuenire totum oculatum ante & retro, qui iuxta Paulum. Prouideat bona ante deum & homines? Si igitur iudex iniquus tædio victus ac improbitate precum, & vt tædio careret deprecantis, & ne toties spreta vidua, notam aliquam inureret famæ eius (qui tamen homines non verebatur, quā notam timebat?) tam iam tandem audiuit, & vindicauit de aduersario: deus non audiet ecclesiam suā, quā hortatur vt assidua prece (Altera Dalila) flectat iudicem oportune importune orando? Non enim timemus ne ferat moleste nostram improbitatem, si excitemus dormientem in naui super ceruical. Marci. 4. Non enim est de numero eorum de quibus scriptum est, clamate clamate voce maiore, quia forsitan dormit, &c. Quod autem dicit vidua, vindica me, iuxta Fabrum, non vindictam expetit bona vidua, sed protectionem ab aduersario, & erui ab illo. Ait autem dominus. Audite quid iudex iniquitatis dixit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte: & patientiam habebit in vel super illis? Dico vobis q cito faciet vindictam illorum. Si iudex iniquus qui prouidentiam negabat in rebus humanis, qui totam prouintiam tyrannide sibi subiecerat exorari potuit tamen assidua vnius mulieris prece: deus natura iustus & bonus mutabitur nobis in crudelem, & fiet adamas iuxta Esaiam aut silex? Et lento animo sinet populum suum flagellis cædi adiacentibus, vacatis ocio? Exod. 5. Amen dico vobis, festinus veniet, & ardens furor eius (Esai. 30.) & grauis ad portandum, & vna quidem nocte occidet omne primogenitum in terra Aegypti & nocte tertia currus & exercitum Pharaonis, vt ne vnus quidem remaneat. Exo. 14. Et altera vna nocte 185. milia ex exercitu Sennacherib. Esai. 37. Et ignem pluet de cælo sulphuri mixtam super Pentapolim. Gene. 19. Cito inquit faciet vindictam. Vigilat enim verga Dei, impiorum peccata considerans, donec impleant mensuram suam sicut Sodomitæ. Deus inquit non faciet vindictam viduæ huius: cuius die ac nocte pupilla non tacet? Trenorum. 2. Quomodo autem sancti sub altare Dei vindictā clament, & apud Hieremiā legimus, duplici contritione contere eos, cap. 17. Et illud eiusdem: Ne propitieris iniquitati illorum, cap. 18. Et illud lætabitur iustus cum viderit vindictam. Cum deus orandum pro inimicis pręcipiat, dubium est. Sed vna ad pręsens solutione simus contenti: Zelo iustitię id dixerunt, non amore vindictę. Vnde illud: percutiat te deus paries dealbate. Actu. cap. 23. Sic Helias occidit sacerdotes Baal, qui obstabant quo minus pluuia descenderet. 3. Reg. 18. Ceterum q Ionas volebat ciuitatem illam grandem funditus interire, non Zelo ducebatur iustitię: (Iam enim pœnitentia auerterant iram Dei) sed ne propheta mendax incusaretur apud suos. Dominus autem irrationabilem iram eius correxit dicens. Putas q bene irasceris de are facta hedera? Et times ne pręcicator mendax inueniaris. Sed vide q magis ego mendax appareo, qui te cum huiusmodi mandatis misi. Intellige autem q qui propter decem iustos parcebam vni ciuitati, an forte ciuitatibus quinq;, multo id magis facturus fuero propter. 120. milia innocentes, qui nesciunt differentiam boni & mali. Illud autem insigne est bonitatis Dei, q parcit hominibus propter iumenta, sicut sequitur. Sunt & ibi iumenta multa. Quare & iumentis parcis? Quia & ipsa ieiunauerūt, Ionę. 3. Ad hęc Plutar. De his qui tarde corriguntur adeo. Iam pridem indignabar, cum Euripidem dicentem audirem, cunctatur, talis est enim numinis natura. Siquidem vlla in re, minime tamen in prauorum animaduersione segnem esse deum decet, vt pote qui in perpetrandis sceleribus minimę tardi seu cunctatores existant, sed vehementi impetu (veluti equi in bellum precipites. Hiere. 8.) ab affectionibus ad iniquitates ferantur, sicut legis de Saulo in Actis cap. 9. In principio. Nam iniuriarum repulsio cum animi perturbationes admodum sunt propinquę, confestim sceleratis delinquendi viam obstruit & inhibet, ne longius malicia procedere ausit, pariterq; lęsis maximum prębet solacium. Ita Dixit Dauid, lętabitur iustus cum viderit vindictam. Psal. 57. Vnde mihi Biantis dictum recolenti, sępius torbatur animus, inquit Plutarchus. Nam ad scelestum quendam dixisse fertur, se haud vereri, quin aliquando pœnas lueret, & si ipse amplius superstes non esset. Nam (inquit) tarditas prouidentię fidem adimit, sicut dicebat Habacub. cap. 1. Quare taces, impio conculcante iustiorem se? Verum illud scire te velim, q impijs & tyrannis semper ira Dei festina videtur, nunquam sera. Dicant enim illud, venisti ante tempus torquere nos, Match. 8.

Claudius. Themist. Idem. Eccle. 31. Ezech. 1. 2. Cor. 8. 3. Reg. 18. Fabrum. Cap. 27. Exod. 12. Hiere. 1. Apoca. 6. Psal. 57. Figura. Gene. 18. Plutarch.

Certe vel sero sceleste immolates incident deorum. Sed cum sint multæ leges apud mortales inquit Plu-
Plutarch. tar. quarum ratio nulla reddi potest, quid mirum cum res humanæ ita caligent, si haud facile nobis de deo
loqui concedatur, qua ratione ductus ex sceleratis hos serius (sicut Cain) illos vero plectat corripiatque
nulla præstita mora ad pœnitentiam, sicut Ozam, 2. Reg. 6. Et prophetam seductum, 3. Reg. 13. Qua pro-
pter si tarde & lente illum impios corripere videmus, non ideo accidit, quoniam ob properam animad-
uersionis celeritatem erroris vel pœnitentiæ crimen vereatur, sed vt a nobis feritatem ac vindictæ impe-
tum auferat, doceatque, non ita accensos ad vindictam armari, & hoc quandiu spes salutis est. Et putes lo-
Plutarch. qui non Plutarchum sed apostolum Paulum. Cambyses simul atque in ædes Amasis ingressus est, qui con-
Cãbyses. tra eum bellum mouerat, imperauit corpus vita functi quam primum e conditorio afferri: deinde prolatum
verberibus cædi ac vellicari, & stimulis pungi, omni denique contumelia infestari. Postquam vero illusores de
fatigati sunt, nam cadauer vt pote salitum resistebat, neque quicquam omnino elidebatur, iussit cremari, F
Plinius. adeo suro a iræ rabies modum nescit. Dicit autem Plinius lib. 2. cap. 7. Deus curam agere rerum humana-
rum credi ex vsu vitæ potest, pœnasque maleficijs aliquando seras, occupato Deo in tanta mole, nunquam
autem irritas esse. Neque enim ideo proximum illi genitum hominem, vt vilitate iuxta belluas esset. Hæc
sententia aurea est, vno verbo excepto (eoque impio) occupato Deo in tanta mole. Neque enim deus mi-
nus intentus est erga omnes quam erga singulos, quia de vno quoque nostrum dixit per prophetam, qui
Zach. 2. tangit vos, tangit pupillam oculi mei. Et rursus, capilli capitis vestri omnes dinumerati sunt. Et nunc in
Matth. 10. præsentiarum; cito faciet vindictam electorum suorum. Quod si aliquando serus venit, non est quod occu-
Quintil. patus sit in tanta rerum mole, sed quia iuxta Quintilianum, princeps qui vult omnia scire, debet ad multa
coniuere, & dicere cum propheta, Esai 57. Ego quasi tacens, & non videns. Et rursus, hæc fecisti, & ta-
Hierony. cui. Psal. 49 Vide ne aliquando vt parturiens loquar. Esai. 42. Hieronymus. Diu vos delinquentes sæpe G
portaui, sed non vltra tacebo, sed admodum parturientis dolorem meum ostendam, & dissimulationem
quam diu celaui. Alioqui nec ecclesia haberet Petrum, non haberet Paulum: Non sanctum Dauid, &c.
Omnes enim peccauerunt, & eguerunt ope Samaritani, de quo Lucæ. cap. 10. & Ioan. cap. 5. Verum-
tamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem super terram? Hoc est quod dicit Pe-
trus. 2. cap. 3. Scitote quod venient in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscen-
tias ambulantes, & dicentes, vbi est promissio aut aduentus eius? Ex quo enim patres dormierunt, omnia
sic perseuerant ab initio creaturæ. Sed non lateat vos, quod vnus dies apud dominum, sicut mille anni, &
mille anni sicut vnus dies. Non tardat deus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter
agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Alioqui veniet dominus tan-
quam fur, & serus licet, multis tamen festinus venisse videbitur. Sed quia ex mille quibus bonitas Dei tem-
Luc. 15. pus dedit ad pœnitentiam, vix vnus aut alter inuenitur, qui dicat, surgam & ibo ad patrem meum, & di-
cam ei, pater peccaui, sed omnes ducent in bonis dies suos (Iob 21.) & deinceps lætantur cum malefece- H
rint, (Prouerb. 2.) & se ipsos cotidie vincunt in perpetrandis sceleribus dicentes, venite sumamus vinum,
Esai. 56. & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius, veniens (inquit veritas) filius ho-
minis tanquam fur, vt faciat vindictam electorum suorum, num inueniet vnum aliquem seruum super
terram, qui præcinctis lumbis & lucerna accensa præstoletur aduentum domini sui? Lucæ. 12. cap. Dixit
autem & ad quosdam qui in se confidebant, tanquam iusti essent, & aspernabantur cæ-
teros, parabolam istam dicens. Sentit Christus illos sibi tribuisse iustitiam, & hac opinione fretos,
cæteros despexisse mortales. Duo homines ascenderunt in templum vt orarent vnus Pha-
risæus, & alter publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat. Deus gratias tibi
ago, quod non sum sicut cæteri homines, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic pu-
blicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Tandem aspirante
fortuna, propitijs dijs, qui miserati sunt labores nostros, magnum nobis diuinæ pietatis munus allatum I
est. Ecce enim quantus thesaurus latebat in terris nobis incognitus, nisi ipsum ipse se proderet. Tertius de
cælo cecidit Cato. Monstrum horrendum ingens, homo in terris visus est (alter lucifer) qui nihil habet
commune cum cæteris. O hominem supra homines viuentem, & non vt diximus tertius Cato, sed vni-
cus; non enim erat sicut cæteri homines, sicut cæteri Catones. Quales erant cæteri? De Catone Vticensi
Cicero. Ciceronem dicere solitum accepimus, consulatu caruisse, quod in Romuli republica viueret, quemadmodum
Cato. fuerat in Platonis policia viuendum. Mihi vero (inquit Plutarchus) idem Catoni quod intempestiuis &
extra naturæ legem nascentibus pomis contigisse videtur, quæ non tam libenter homines comedere, quam
mirari & vicunde conspicere solent. Sic prisca illa Catonis iamque obsoleta & alte nimium repetita viuen-
di forma inter perditos sui sæculi mores excellens, admirationem habuit illa quidem & gloriam singularem,
fructum vero & vtilitatem minime certe parem. Eius enim virtus celsa nimium eminensque haud vlle po- K
tuit cum eiusce tempestatis prostratis moribus adæquari. Quæ omnia ad amussim congruunt nostro vni-
co, vnico vnicorni, vnico Catoni. Hæc autem præfati sumus, vt cum censorius Cato loqui cœperit, dijs
2. Cor. 10. ipsis de iustitia vt negotium facessat, homines autem censoria virga notaturus, dicens, velut etiam hic pu-
blicanus, aures præstetis attentas tanto buccinatori (alter Thersites, meliorum suorum, tanto sycophantæ
Dani. 5. verrucarum proximi; verumtamen si Paulo credimus, non qui se ipsum commendat ille probatus est, di-
camus nos aliquid audatius, qui se ipsum commendat ille reprobatus est. Quo vnico verbi gladio decussa
est ad terram statua illa cubitorum. 60. nostri Catonis censorij, siue vticensis, & lapis paruus (Publica-
nus videlicet) creuit in montem altum; quia omnis qui se exaltat humiliabitur & cætera. Sed ad rem. Di-
cebat dominus parabolam istam ad quosdam, Ergo multi Catones erant, Qui in se confidebant. Quid est
hoc

hoc monstri? Confidebant somnio suo sicut Nabucodonosor, qui cum inter dormiendum statuam vidit, & eius caput aureum tantum, quod somnium erat, veritatem ratus est, & quod pars et ceterorum credidit, & quod paruum erat, forte cubitorum 20. Ille magnum existimauit. 60. videlicet cubitorum. Ex hoc igitur inani somnio orta est illa singularis væsania, vt iuberet omnes deos exterminari de terra, vt ipse solus singularis esset, quia non erat sicut cæteri dij vel reges: Regnum enim eius aureum erat, caput erat, cæterea argentea autem terrena, brachia vel pedes. Ex quibus intelligimus quod Pharisæus ipse confidens, cæteris mortalibus se præferebat, sicut Nabucodonosor cæteris heroibus. In se inquit confidebant, se ipsos magnifaciebant, quia reuera nunquam in se descenderant, ac pro inde vmbram metiebantur pro corpore, velut in solescentes sanctitate famosi ex crumena. Ad hoc igitur qui in se confidebant & nõ in meritis Noe, Danielis vel Iob, cæteroa omnes naso suspendentes, dixit dominus hanc parabolam. Duo homines ascen- A debant. Et reuera nisi veritas diceret, quod vterque istorum homo esset: ego alterum non hominem sed semideum putarem, non enim illi vultus mortalis, nec vox hominem sonat, o diabolum certe. Aut si homo est, inter natos mulierum maior illo non surrexit, o antichristum certe. O hominem adhuc mortalem, & iam diuum, iam in fastos ascriptum & in albo cæli, itaque ascendebant in templum, vt orarent: iuxta illud, dictu prim iniquitatee tuae, vt iustificeris. Esai. 43. Quas iniquitates? Bona verba quæso. At dices, Ea nonne Dauid generalem sententiam protulit de omnibus, dicens In iniquitatibus cõceptus sum? Psal. 50. Et rursus, omnes declinauerunt. Psal. 13. Sed iam audisti semel, quod iste non erat (si ei credimus) sicut cæteri, non sicut Isaac qui de promissione natus est. Genes. 18. Non sicut Samson vel Samuel: Non sicut Moses amicus Dei, non sicut Dauid vir iuxta cor Dei. Actu. 13. Non sicut Hieremias sanctificatus in vtero. Et cum talis esset, ascendit tamen in templum vt oraret. Erat autem Athenis templum ceteri sacrum, hoc nullus sibi male conscius ingredi præsumebat, sæuiente illico in eo vltione cælesti, quod & Marcus Aurelius ingressus fertur, vt suam probaret innocentiam. Hoc igitur templum ingressus Pharisæus, appropin- B quauit quo ad sicut sancto sanctorum, cuius conuersatio in cælis erat. Et mirum est, quomodo Helias qui vtique homo erat, in curru igneo vectus est in paradisum Dei, hic autem qui sanctior erat (ipse dixit) ipso Helia, adhuc in terra versabatur. Fortassis Dei prouidentia, vt exemplar haberet ecclesie absolutæ virtutis, quia reuera non erat sicut cæteri. Itaque Pharisæus stans, hæc apud se orabat. Quod orabat stando, Mosen imitabatur, orantem in monte contra Amalechitas. Exo. 17. Sed Moses, quia de cæteris erat, fessus, sedit super lapidem, &c. Hic nihil tale suspiceris, sed stabat, in se confisus, idest in meritis suis, per quæ non erat sicut cæteri bene tamen quod sibi lecti sternium non sterni iussit: Dominus Christus quoniam in similitudinem carnis peccatricis induerat, non stabat, sed genu flexo, procidens in faciem, perfusus sudore sanguineo, orauit patrem. Sed audiamus orationem eius (cuius qualitas ex ipso corporis habitu intelligi poterit). Quæ tamen fiet ei in peccatum. Orabat ergo Clauso ostio patrem suum, cœpitque exuberare sen- C sim dicens musando. Gratias tibi ago deus: quod non sum sicut cæteri homines. Bonum principium, sed finẽ expecta. Orabat Abraam dicens. Et si nouerim quod breui decineresca, loquar tamen ad dominum meũ. Orauit & Iacob. Minor sum domine cunctis miserationibus tuis. Hic autẽ nihil tale. Nec enim se agnouit puluerem futurum, nec tantis totque bonis adeo acceptis indignum: imo dignum maioribus, hoc enim est quod dicit, in se confidebant, non inquam se peccatorem agnouit (auertat deus), sed non sum sicut cæteri: nam reuera eadem modo sibi videbatur, Macedo Philippus referente Aeliano, post victoriam quam apud cheronæam contra Athenienses habuit, cum se elatum sana alioqui mente animaduerteret, iussit seruo, vt ei mane cotidie surgenti diceret: Memento te hominem esse, & hoc modo cohibebat, tumorem animi ex victoria pullulantem iste autem quis viuebat deum, non sum inquit sicut cæteri. Et est mirabile, quomodo Zachæus multis coram bona sua explicabat dicens, ecce dimidium bonorum meorum, &c. Et tamen audiuit: Hodie domui huic salus adeo facta est, hic autem secreto licet & verbis paucis sua enume- D rans, nouo naufragij genere omnium fecit iacturam. Quare? Quia nulla cogente iusta necessitate, sua iactabat merita, publicanum interim digito notans. Si enim vt oraret, templum ascendit: ostende quid orauerit. Imo orauit: gratias agens Deo, quod non esset sicut cæteri. Quid si hæc dicens, egregie mentiebatur? Vnde enim nouerat aliorum conscientiam? Id quod solius Dei est. Hiere. cap 17. Sed & illud obseruãdum, quod ostendebat membra sana, & explicabat pennas pulchriores quasi pauus, cæterum cicatrices cautissime occultabat, dicens: Non sum: non sum. Adde illud, quod duobus verbis omnem significauit iustitiam: Non sum hęc & hæc, & facio illa & illa. Ad hęc Gregorius. Recte gratias agit Deo, a quo acceperat bona quę fecit. Sed ad exhibendum abstinentiam, ad impendendam misericordiam, ad referendas Deo gratias Pharisæus oculum habebat, sed ad humilitatis custodiam cæcus erat. Argus ad verrucas publicani: ad sua tubera cæcus. Frustra autem in circumitu ciuitatis custodia ponitur, si foramen in muro patet, per quod ho- E stis irrumpat. Chryso. Pharisæi & Publicani mentionem faciendo, bigas duas ex vitio atque virtute iunximus, humilitatem videlicet cum multitudine peccatorum in publicano: Superbiam cum omnimoda bonorum copia in Pharisæo. Et cum Paolus dicat (Gene. 6.) opus suum probet vnusquisque: Pharisæus iste in medium prorumpit, omnium qui in toto orbe sunt accusator, (sed obserua quod erat censor) & omnibus se hominibus meliorem dicit. Non fuisset tolerabile, si se decem tantum vel quinque vel duobus vel etiam vni prętulisset, nunc autem non solum paucis sed & toto orbi se præposuit, & natis & nascituris. Non sum sicut cæteri. Caiet. Quid autem intelligat per cæteros homines, subiungit dicens, raptores adulteri, iniusti, publicani. Multi enim Pharisæi similes erant huic. Nec tam insolens putandus est iste, vt se reliquo humano generi præferret, id si verum est, male exposuit Augustinus hunc locum. Paulus per suam sapientiam vocat se ipsum maximum peccatorum, hic autem nullum nouit, quo cum conferri posset. Ne-

Prouerb. Ezech. 14. Prouerb. Matth. 11. 4. Reg. 2. Orare. Luc. 22. Psal. 105. Math. 6. Gene. 18. Gene. 32. Philippus Luc. 19. Gregorius Chrysost. 1. Tim. 1.

uigauit per totum pelagus secundis ventis, & in ipso portu impegit. Abiste enim cum tanto detrimento a precibus, a quibus lucrum erat sperandum, quid aliud est, quam naufragium facere. Sciamus ergo quod & humilitas publicanum Pharisæo prætulit, superbia autem corporeas virtutes e cælo deturbauit velut fulgura. Humilitas & propriorum cognitio latronem ante apostolos in paradisum introduxit. Quod si humilitas peccatis coniuncta, tam expedite currit, quid erit, si iustitiæ coniugas? Superbia autem coniuncta peccatis, in quam gehennæ profunditatem non præcipitabit? Gratias inquit tibi ago. Cum iuxta scripturam iustus in principio vel prior accusator sit sui (Prouerb. 18.) noster vnicus Cato hunc ordinem peruertit, quia non erat de cæteris. Sed si iustus est, quid accusat in se in principio? Sed iustus non se ex præsentibus sed ex præteritis accusat. Cum enim adest præsentium accusatio, iustus nõ est. Vnde Paulus, non sum dignus qui vocer apostolus, quoniam persequutus sum ecclesiam Dei. Dicamus autem in accusationem Pharisæi, quod ipse legerat apud Esaiam, Narra si quid habes, vt iustificeris, & hoc ipsum bona fide impleuit Pharisæus, iustificatum se ostendere volens ex operibus legis. Id si verum est; igitur Christus gratis mortuus est? Absit. Gregorius. Ezechias rex moriturus, in oratione compunctus dixit, Obsecro domine memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto, nec tamen dominus hanc confessionem perfectionis eius despexit, quem mox exaudiuit. Ecce autem Pharisæus se iustificauit in opere: Ezechias etiam in cogitatione, atque vnde vnus offendit, alter dominum placauit. Quare hoc? Quia in auribus Dei superba non sunt, quæ humiliter de se proferuntur. Idem Gregorius. 19. Moral. cap. 17. Quantis nisibus actum putamus, vt Pharisæus iste abstemius esset, corpus ieiuniis in seruitutem spiritus redigendo: vt ne rapto viueret, sicut qui fraude rem augent, liberalis, vt pote qui decimam omnium bonorum daret pauperibus, continens vxoris alienæ, sua consorte contentus? Quis hæc vnquam fecit? Quibus hoc laboribus actum credimus? Sed o quot bona vnius culpæ gladio sunt perempta. De hoc habes. 1. Machab. sexto. Eleazar in prælio elephantem feriens, strauit, sed sub ipso quem occidit occubuit. Quos ergo iste significat, quem sua victoria oppressit, nisi eos qui vitia superant, sed sub ipsis quæ subiiciunt superbiendo succumbunt? Item Gregorius lib. Mor. 24. cap. 12. Cum sancti quærant in aliis, quid imitari debeant, vt ad maiora proficiant, reprobi e contra ad intuenda semper deteriorum exempla vertuntur. Neque enim eorum vitam considerant, quibus se humiliando post ponant: sed quibus superbiendo se præferant, deteriores namque respiciunt, quibus meliores se esse gloriantur. Et idcirco proficere ad meliora non possunt, quia hoc sibi sufficere extimant quod pessimos antecedunt. O miseros qui viam pergunt, & integra respiciunt. Hæc quidem Gregorii verba in nobis locum habent, quibus sat est ad iustificationem, iustificari comparatione deteriorum, sicut Sodoma respectu Israel. Hiere. 3. Ezech. cap. 23. Cæterum in Pharisæo secus est. Quem enim habet ille præcedentem: cuius sequatur vestigia, cum cæteros omnes longa intercapedine anteuertat? Quia ergo præcedentem non habet imo nec vel æqualem, post tergum aspicit dicens: velut etiam hic publicanus. Et nonne scriptum est, Nolite iudicare? Sed censor erat. Quod si Pharisæus iste verum dicens, & apud se tantum, & tamen damnatus est, propter temerarium iudicium, qui falsa dicit de fratre, & quæ neque ipse credit vbique deportat, sicut verbosæ mulieres, quid mali non patietur? Velut inquit hic publicanus. Et quid inde te delectat, quod bonus es, quod alter malus est? Obserua autem, quod quando erat Saulus consentiens morti Stephani, multi reuera erant Christiani, quorum erat ille persequutor, tamen quando conuersus est, omnes qui se præcesserant superauit. Et tamen mihi inquit minimo sanctorum, & peccatorum maximo data est gratia hæc, &c. Iste autem sanctorum maximus, cælestis homo, terrestris angelus, Camelum glutiens, publicanum videlicet qui stabat alonge, colabat culicem, decimando anetum & omne holus. Sed Pharisæum missum faciamus, fama super æthera notum quique consummatus in breui, expleuit tempora multa. Sapien. 4. O sancte Pharisæe si vere non es sicut cæteri homines, ora pro nobis deum, dicẽs, aut dimitte populo peccata sua, Exo. 32. aut dele me de libro in quo scriptus sum. Vnde nosti? Quia non sum sicut cæteri. Pharisæus manus cum oculis in cælum sustulerat. **Et publicanus stans alonge, nolebat nec oculos ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum dicens, deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam magis certe quam ille, siue præ illo, e ἐκεῖνος. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.** Stans inquit alonge, non quod loco appropinquemus ei, in quo mouemur & sumus. Sed abierat in regionem remotissimam vt pasceret porcos, is qui conditus fuerat vt præesset omnibus, quia omnia subiecisti sub pedibus eius. Psal. 8. Quomodo autem iste præesse dicetur omnibus iumentis, qui porcorum cibos quos pascebat, non audebat attingere? Non audebat oculos in cælum attollere, quia & hic peccauerat in cælum, ac per hoc more iumentorum, non poterat oculos leuare. Vnde illud ex oratione Manasses. Peccaui super numerum arenæ maris, multiplicatæ sunt iniquitates meæ, & incuruatus sum multo vinculo ferri, & non est respiratio mihi. Stans itaque alonge, deum ad se traxit de prope. Vidit enim eum tundentem pectus, & humilem in suis met oculis (2. Reg. 6.) Sicut Pharisæus maximus erat apud semetipsum. Nobis autem sicut dicit Chryso. Omnia sunt fucata & suppositicia, quod ex eo argui potest, quia si hæc ab alio audiamus, quæ ipsi de nobis pronuntiare videmur, quas tragœdias non excitamus? Iniuriam nobis faciam conquerentes. Sic ficta in nobis & simulata sunt omnia, vt ne hunc quidem publicanum possimus imitari, qui cum peccata sua audiret ab altero exprobrari, addidit ipse confessionem suam; Pharisæum patienter ferens. Percutiebat autem pectus suum, quasi thesaurum cogitationum suarum & omnium malorum, & conscientia peccatorum lucebat in facie. Dicebat autem illud. Non intres in iudicio cum seruo tuo; Decem milium talentorum debitore, quia nullus ex viuentibus iustificabitur in conspectu tuo, nisi forte Pharisæus iste, qui non est sicut cæteri. Impletũ est ergo in hoc publicano illud:

Mise-

Marginal notes: Luc. 10. — Luc. 15. — 1. Cor. 15. — Cap. 43. — Gala. 2. — Gregorius — 1. Cor. 9. — Idem. — Figura. — Gregorius — Chrysost. — Actu. 9. — Ephes. 3. — Matth. 23. — Actu. 17. — Chrysost. — Psal. 142. — Matth. 9. — (margin letters) G — H — I — K

Misericordiam volo, id est misereri volo eius, qui misericordiam petit dicens, deus esto mihi propitius, & nolo sacrificium dicentis, gratias tibi ago deus. Item illud, veritas de terra est, hoc est peccatorum confessio ex ore pœnitentis, iuxta Augustinum, & iusticia de cælo prospexit, dicens, descendit hic iustificatus præ illo. Ergo inquies & Pharisæus descendit iustificatus. Ita est, a quo? A se ipso. Forsitan & adeo inquit Faber, sed hic publicanus præ illo iustior quia omnis qui se exaltat, &c. Et quantum præ illo? Quantum differt iustificatio per gratiam Dei a iusticia quæ est ex operibus legis. Adhæc Theophyl. Iob se laudat, nec damnatur. Quare? Quia Pharisæus quidem nullo cogente, stat talia nugans, & alterum condēnans, alia nulla vtilitate vigente. Iob vero prementibus se amicis, & grauius incumbentibus, quam calamitas ipsa, dicentibusque, quod propter peccata talia sit passus: Compulsus est enumerare sua opera. cap. 27.29.31. A Quomodo autem dicatur deus omnipotentiam suam parcendo maxime manifestare, dicitur, quod deus in miserendo, nulli subest legi, cuius solius est peccata remittere, & mortificata merita ex post liminio restituere, stolam videlicet illam priorem. Luc. 15. Denique cum peccatorem iustificat, suo vtitur iure, nulli facit iniuriam. Nam peccatum in hominem non fit, sed bene iniuria. Cum igitur omne peccatum fit contra ius diuinum, in quo citra deum nullus dispensat, idcirco deus potentiam suam parcendo, vel maxime dicitur manifestare. Quomodo autem sacerdotes peccata remittant, præmisse semper contritione, dictum est alias. Descendit igitur publicanus iustificatus præ Pharisæo. Est enim iustus qui perit in iusticia sua. Eccle. 7 Quomodo in iustitia sua? Videbatur sibi trutina iustior: sed imponebat sibi. Perit & iustus in iusticia sua hoc modo, quia iuxta quod sequitur in Ecclesiaste, fuit iustus multum, summum autem ius summam crucem dicebant antiqui. Si igitur aliquem rigidum & trucem ad omnia fratrum peccata conspexeris, vt nec in sermone peccanti, nec propter naturalem interdum pigriciam moranti, det ve- B niam, hunc scito (inquit Hieronymus) plus iustum esse, quam iustum est, scito Pharisæum esse, & diuisum a cæteris. Cum enim dictum sit, nolite iudicare, & nullus sit absque peccato, in humana iusticia est, fragilitati humanæ non ignoscere, quando iustus ipse septies in die cadit. Et secundum Philosophos cum virtutes in meditullio positæ sint, consequitur, vt omne quod nimium sit, siue sursum siue deorsum, reputetur in vicium. Vnde dicit, descendit hic iustificatus in domū suam potius quam ille. Pharisæus enim cum ipsa esset iusticia iustior, iustificari adeo, qui oraret? Qui peccatum non fecit. Esai. 53 Vnde probamus? Ex euangelio. Ipse enim dixit inquit Lucas, imo Christus hoc dicit, dixisse illum: Non sum sicut cæteri. Verum vni testi nec si sit tertius Cato, credendum est. Descendit igitur publicanus iustificatus hoc est, cōsequutus est quod quærebat. Pharisæus autem vt præ dicitur, nullam a se exigens delictorum suorum rationem (quorum amice lector?) Aliena nimium anxie scrutabatur: Momus enim erat. Quod si aliena in- C quirere desideramus, clara opera virorum curiosius inuestiga: vt tam ex memoria tuorum delictorum, quam ex æmulatione alienæ virtutis, intelligas quam toto erres cælo. Medice esto tibi Coryceus, esto tibi Momus, esto triargus, esto tibi medicus, esto tibi iudex iniquus. Alias quis te constituit censorem domus alienæ? Si filius Dei es, saluum fac primum te metipsum, & ora pro populo deinceps, si amicus Dei es, quippe qui ore ad os loquaris Deo, dicens: Non sum deus sicut cæteri. Num. 12. Plenus igitur egressus est, & vacuus reuertitur in domum suam (Ruth 1.) Quia omnis qui se exaltat humiliabitur. Hoc est quod Iacob cancellatis manibus benedixit nepotibus. Ordo præposterus, sed non absque mysterio inuersus. Qui maior est, sinistra benedicitur, & vocatur Manasses, id est obliuio. Qui minor est, imposita dextra, censetur maior, & vocatur Ephraim, id est crescens vel fertilis, dicente Patriarcha, id est domino Christo, omnis qui se exaltat humiliabitur, & cætera. Et hæc est mutatio dextræ Dei (Psal. 76.) De ponere potentes, & exaltare humiles, Id si moleste ferat Ioseph pater puerorum, & conetur manus D commutare, nihil audiet aliud, scio fili & bene scio: Apud homines maior est Pharisæus, apud se maximus? Maior est Manassee, apud deum secus est. Quare? Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, gratias autem ei, quia non dixit: Omnis qui se exaltat exaltabitur, nisi eo modo intelligas, quo malo suo exaltatus est Absalom & Aman. Quomodo enim conaremur apprehendere dextram & sinistram. Matth. 20. Imo apprehendere vmbram (rem impossibilem) quæ fugit insequentes communiter. Nonne hæc est Babylon quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ? Ecce superbam iactantiam. Sequitur. Cum adhuc sermo esset in ore regis, vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabucodonosor rex, regnum tuum transibit a te, & cū transibis in formam bouis, quia omnis qui se exaltat, humiliabitur. Hieronymus. Arrogans gloriatio statim punitur a domino. Et ideo dilata fuerat sententia, ne videretur misericordia in pauperes minime profuisse, sicut dictum fuerat ei a Daniele, peccata tua eleemosynis redime. Id enim quia fecit rex, sententia Dei in eum lata, vsque ad duodecimum mensem suspensa est. Sed statim E vt loquutus est, per superbiam perdidit regnum, quod ob Eleemosynae fuerat reseruatum. Et inter bestias accepit domicilium, qui gloriabatur de Babylone ciuitate inclyta, robusta & decora, & fœnum vt bos comedit, quia omnis qui se exaltat humiliabitur. Rursus autem rex iste veram fecit alteram huius sententiæ particulam, videlicet, qui se humiliat exaltabitur. Sequitur enim. igitur post finem dierum ego Nabucodonosor oculos ad cælum leuaui (id quod non ausus est facere publicanus) qui verbo iuxta mysterium illud ostendit, quod septem annis ad terram cum publicano deiectos tenuerit (Alter Manasses) donec pœnitentia sua oculos Dei ad se attraxit. Et sequitur conclusio. Nunc igitur ego Nabucodonosor laudo & magnifico & glorifico regem cæli, quia omnia opera eius vera, & omnes viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare, qui autem se humiliat. Exaltabitur: propter quod deus super exaltauit vnicum suum, &c. Philip. 2.

August.
Faber.
Theophy.
S. Thom.
Prouerbiū
Hierony.
Math. 7.
Prouer. 24
Prouerbiū
Chrysost.
Exo. 2.
Prouerbia
Genes. 49.
Figura.
Lucæ. 1.
Dani. 4.
Hierony.
Figura.

Caput iij. De homine plantãte vineam, & locante eam Agricolis. Deinde profecto peregre, & tempore fructuum mittente semel & secundo, & iterum tercio seruos suos vt acciperent de fructibus, & vacui reuersi, mittit tandem dominus vineæ: vnicum suum, qui & ipsum occiderunt. Et concluditur parabola, Agricolis ferentibus sententiam contra sese.

[Math. 21. Marci 12. Luc.20.] Aliam parabolam audite. Homo quidam erat pater familiæ, qui plãtauit vineam, & sepẽ circundedit ei, & fodit in ea torcular vel lacũ, & ædificauit turrem, & locauit eam agricolis, & peregre profectus est, multis temporibus. Iuxta Lucam. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, in tempore oportuno misit seruos suos ad agricolas, vt de fructu vineæ darent illi. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt. Marcus, & dimiserunt vacuum. Lucae, & inanem: alium occiderunt. Marcus, in capite vulnerauerunt alias excerebrauerunt, & contumelijs affecerunt, Lucas: & dimiserunt inanem, Matthæus alium lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Eadem Marcus, in sententia. Lucas pro multis seruis vnum ponit, sed non refert. [P] Sicut [Hierony.] dicit Hieronymus, nemo tam fractis viribus, & sic decrepitæ ætatis est, vt non putet se vnum annum adhuc super victurum, cum videamus non tato multorum (etiam regum) telas præcisas dum adhuc ordi- [Esai. 38. Luc.12.] rentur. Atque vtinam vnus tantum esset apud nostrates, qui presumeret vocem illam, anima habes multa bona (atqui villicus erat non dominus) reposita in annos multos, qui tamen colonus erat vineæ, non pater familiæ. Et quæritur merito, vnde subrepit obliuio conditionis humanæ, vt terrenum animal iam iamque soluendum, erigatur in superbiam, nisi forte de vnoquoque nostrum dixit dominus, [O] [Gene.4.] omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur, posuitque dominus signum super nos, ve nemo interficiat nos: Vel credimus cum Alexandro filios nos esse Iouis cuncti potentis, vel cum Mose ascriptos sumus in al- [Rom.8.] bo cæli. Exo.32. An persuasi sumus cum Paulo, quod nec mors neque aliqua creatura poterit nos separare [Dani.2.] a charitate Christi Iesu. Et quod magis credendum est aureos nos putamus, argenteos ferreos ve, imo quod veritas habet, terreni sumus, quia terrenum habemus fundamentum, agricolæ sumus, & forme exa- [Iob.34.] ctor fructuum vineæ in ianuis est, quem ab esse putamus. Subito morientur inquit Iob, isti qui ordiuntur telam longissimam in nepotes & pro nepotes. Gregorius. Quamlibet sero de hac vita tollantur iniqui, subito & repente tolluntur, quia finem suum cogitando præuidere nesciunt. Subito diues ille raptus est, qui horrea quæ præparabat destruit, & inferni locum quem non præuidebãt inuenit. Subito mortuus [Dani.5.] est Baltasar, qui audito ex ore Danielis: Mane, techel Phares, idest finem regni sui, & vitæ suæ, & regni [H] [Hierony.] translationem in Mædos & Persas, nihilominus soluit præmium prophetæ, quod pollicitus est. Hieronymus. Aut enim longo post tempore credidit ventura quæ dixerat Daniel, aut dum Dei prophetam honorat, sperat se veniam consequuturum, quam si non impetrauit, maius fuisse credendum est sacrilegium in deum, quam honorem in prophetam. Et sicut scribit Iosephus in decimo Iudaicæ antiquitatis libro, ob- [Iosephus.] sessa Babylone a Medis & Persis, in tantam videlicet Baltasar rex Babylonis obliuionem fuit, vt obsessus vacaret epulis. Vnde potest stare historia, quod eadem nocte sit captus & iugulatus, dum omnes aut visionis interpretationisque pauore terrentur, aut occupati erant in festiuitate & ebrietate conuiuij. Vere ergo dixit Iob, subito morientur. Etiam enim prolata sententia mortis contra eos, immortales se esse opi- [Eccle.9.] nantur. Tu si sapiens es, quandoquidem de tuo capite aguntur comitia, quodcunque potest manus tua instanter operare, quia nec opus nec ratio nec sapientia erunt apud inferos, quo tu properas. Quare in- [I] [Psal.1.] stanter operandum? Quia apud inferos ligatis manibus (adde perpetuas tenebras, gratiæ absentiam) non [Math. 21.] est locus operandi, damnatis perpetuo ocio colonis, qui fructum non dederunt in tempore suo. Memento [Ezech.4.] fici perpetua maledictione damnatæ. Non est ibi ratio, quæ in pœnis absorta erit: Non pœnitentiæ locus, vt dicas, patientiam habe in me. Matth.18. Non habet ibi locum verbum illud, diem pro anno computa- [Lucæ.16.] ui tibi. Non habet locum factũ illud vafre ac sapienter ex cogitatum, accipere codicillos tuos & scribe. &c. [Ezech. 14.] vel. 50. Quãdiu igitur abest exactor, si tamen ab esse potest qui nusquam deest, quodcunque potest manus tua [Gregorius] instanter operare, ne instante hora rationis reddendæ, patronum vel patronos quæras Noe, Iob & Danielem (sicut legimus in dialogo Gregorij, de quodam Chrisorio, cui anima per vim extracta est, illo dicente interim ad filium monachum. Tu esto mihi fideiussor) nec tamen inuenias, dicasque vel sero, cum po- [Cap.5.] tui, nolui, nunc cum volo, non datur & posse, non dabitur posse, imo nec velle nec posse. Sed ad rem. [K] Quidam pater familiæ plantauit vineam. De hac parte dictum est Matth. cap. 20. Vinea iuxta Esaiã, domus Israel est. De hac Psalmista. Psal. 79. Vineam de Aegypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eã. Huius vineæ prima propago Abraam fuit, translatus a Chaldea in Palestinam. Gene. 12. Ab hoc natus est Isaac Iacob, ex Iacob. 12 Propagines. Hi paulatim succrescentes, septuaginta numero ingressi sunt Aegyptum. Gene. 46. Ex his animabus. 70. Elapsis annis. 430. ab exitu Abrahæ de Chaldea vsque ad exitum Israel de Aegypto, eadem nocte egressi sunt sexcenta milia fere peditum virorum absque paruulis & mulieribus. Exo. 12. Qui elapsis annis. 40. terram promissam ingressi sunt, vel ipsi vel filij eorum aut nepotes. Sequitur, Eiecisti gentes & plantasti eam. De quo vide late per totum librum Iosue. Num. 21. 31. Electæ [Hiere.2.] sunt igitur Gentes quindecim, de quibus habes Genes. cap. 15. Vt plantaretur vna hæc gens quondam inclyta, vna hæc vinea quondam electa & frugifera, quam alloquitur dominus dicens. Ego te plantaui vineam electam, Omne semen verum. Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena?

ic. Ego

70. Ego autem plantaui te vineam frugiferam, omnem veram. Quomodo conuersa es in amaritudinem
vitis aliena? Hieronymus. Miratur dominus quomodo talis vinea manu consita & cultu regio, conuer- Hierony.
sa sit in amaritudinem. Nullusque securus sit, si & plantatio domini sit & semen verum, quia in tan-
tum suo vitio commutatur, vt per amaritudinem recedat a domino, & fiat vitis aliena. Consideranda Ioan. 15.
est autem clementia saluatoris, q qui dixit, ego sum vitis vera, Christiano quoque populo dederit, vt
sint ipsi & vites veræ, si voluerint in eo quod plantati sunt permanere. Cum enim essemus oleastri, in-
serti sumus in bonam oliuam Rom. 11. Et cum essemus vites amare & labruscæ, inserti sumus, in bonam
vitem Christum dominum. Dicamus de vinea iuxta Esai. cap. 5. Vinea facta est dilecto in loco vliua-
rum, & sepiuit eam, & lapides elegit ex ea, & plantauit vineam soreK. Et ædificauit turrim in medio
A eius, & torcular extruxit in ea. Et expectauit vt faceret vuas, fecit autem labruscas. Hieronymus. 70. Hierony.
Pro in cornu filio olei, in loco pingui dixerunt. Et reuera nihil terra promissionis pinguius, si non mon-
tana quæque atque deserta, sed omnem illius latitudinem consideres, a riuo Aegypti vsque ad fluuium
magnum euphratem contra Orientem, & ad septemtrionalem plagam vsque ad taurum montem, &
Zephyrium Cyliciæ quod mari imminet. Vnde Rapsaces Iudæis quia meliorem eis terram dare non po-
terat, similem promittebat. Esai. 36. Vide textum, ibi, facite mecum benedictionem. Quod autem dixit,
plantatam vineam in cornu cornu templum significat fundatum in monte Sion vel in monte Moria, quod
idest, 2. Paralip. 3. Præcipue tamen significat regnum Iudæorum, de quo dictum est Lucæ, 1. Daniel. 10.
Exod. 32. Et sepsit eam præceptis legis, & sua & angelorum custodia, iuxta illud, super muros tuos Hie-
rusalem constitui custodes, tota die & nocte non tacebunt. Esai. 62. Verum & iuxta litteram ciuitas illa
triplici vallabatur muro. Vide super illud 4. Reg. 22. Ierunt itaque Helchias, &c. Et lapides elegit ex
B ea. Possunt intelligi nomine lapidū Gentes, quæ lapides colebant. Et plantauit vineam electam, He-
braice SoreK. Aiunt Hebræi soreK genus esse vitis optimæ, quæ vberes fructus faciat atque perpe-
tuos. Vnde a quibusdam Græce interpretatur, Gallicarpos, quod nos in pulcherrimos fructus vertere pos
sumus. Et ædificauit turrim, id est templum. 3. Reg. cap. 6. Altitudo turris. 120. Cubitorum erat, 2. Parali.
cap. 3. Et torcular extruxit in ea, id est altare holocaustorum, vbi effundebantur sanguis victimarum.
Sicut enim ad torcular omnes vuæ comportantur, & calcantur vt exprimatur mustum, sic altare illud o-
mnes populi excipiebat fructus, & immolatas hostias deuorabat, iuxta illud, Beniamin lupus rapax,
&c. Faber. Torcular lex vetus erat, quæ secernebat purum ab impuro in cibis & huius generis multis. Faber.
Hucusque cultura vineæ. Sequitur. Expectaui vt facerent vuas, bona videlicet opera, fecit autem labru- Genes. 49.
scas, inde dictæ, q in labris vinearum nascantur. Hieronymus. Pro labruscis Hebraice est Beusim. Aqui- Hierony.
C la autem posuit, saprias, idest fructus pessimos. Porro Symachus dixit, atelle, idest fructus imperfectos,
omphax videlicet. At vero. 70. dixerunt, acanthas, idest spinas, Quibus coronatus dominus a matre sua
iuxta carnem, synagoga videlicet. Cant. 3. Illo enim expectante, vt vindemiæ tempore facerent vuas,
& deferrent ad torcularia, illi se curis & vitiis sæculi demergentes (vide Esaie. cap. 22.) quæ in euange-
lio spinæ vocantur, blasphemiarum stimulos obtulerunt. Obtulerunt pro vuis soreK, labruscas, saprias, Lucæ. 8.
idest fructus amaros myrrhatum videlicet vinum, & atelle, idest acetum vini loco, tum & spinas, cla-
uos quibus affixus est cruci pater familiæ. Habet igitur noster Noe fructum ex vinea sua, in cuius plan-
tatione magnopere laborarat. Genes. 9. Ad hæc Origenes. Sicut autem in vineis est aliquod tempus, Origenes.
quando principium fructus demonstrant, & aliud quando florent, quæ sunt demonstrata, & aliud quan-
do acerbescunt fructus, & aliud quando variant, & aliud quando vindemiandi est tempus fructus per-
fectos, & paratos ad præbendum vinum, ita in homine primum tempus est infantia, & est tunc vinea
D nihil ostendens, nisi tantum habens in se vitalem virtutem. Cum autem cœperit posse loqui, tempus est
generationis. Patris familiæ autem solius est, cognoscere vere, quando vniuscuiusque hominis tempus Hebr. 6.
appropinquat, vel quando adhuc longe fructuum tempus. Multi enim cum deberent esse magistri se- Prouerbiū
cundum tempus, adhuc lacte pascuntur, hoc est sunt ætate senes capulares, sensu bis pueri, iuxta Prouer- Abulens.
bium. Virga Aaron iam sicca refloruit & fructificauit ad multum tempus iuxta Abulensem. Cucurbita
Ionæ simul floruit, & simul exaruit. Cæterum Salomon hunc ordinem inuertit, quem assignauit Ori-
genes, sapientissimus in pueritia, senex, omnium stultorum stultissimus. 3. Reg. 3. & cap. 11. In quo cer-
te impletum non videmus verbum quod ipse dixit Prouerb. 22. cap. Adolescens iuxta viam suam, etiam Chrisostu.
senex non recedet ab ea. Ad hæc Chrysostomus. Expende prouidentiam Dei ineffabilem, & ociositu-
gem istorum colonorum inauditam. Plura enim ipse agricolarum opera fecit. Plantauit vineam, ma-
ceriam circundedit, &c. Paruum quid Agricolæ opus ipsis relinquens, vt videlicet plantatæ iam vineæ
E curam habentes, quæ data fuerunt, conseruauerent. Ipse nihil omisit, sicut dicit ad Agricolas per Esaiam
Cap. 5. Quid vltra debui facere vineæ meæ & non feci? An q expectaui diu, primo, secundo, & tertio
missis, qui fructus acciperent? Hieronymus. Nunc ergo habitatores Iuda & Hierusalem iudicate inter Hieronym.
me & vineā meam. Si feci, quicquid debui, & quicquid via humana fieri potuit. Plantaui in loco vber-
rimo, muro sepiui, elegi lapides, flagella eius hastilibus calamisque subrexi, vitisque quoque ipsa non fuit vna
de pluribus, sed electa. Ædificaui firmissimam turrim, in qua fruges reconderem, & de qua insidiantes be-
stias fructibus contemplarer, Extruxi & torcular, vt in eodem potissimum loco præmitterentur, idest ex-
ponerentur scripturæ. Respondete, quid vltra debui facere & non feci. Itaque ædificata turri, planta-
ta vinea, & locata Agricolis, peregre profectus est pater familiæ (qui olim in columna nubis loquebatur Psal. 98.
ad eos) idque non vno anno sed multis temporibus, ne propera videretur exactio iuxta Ambrosium. Ambrosi9

SS q In tem-

In tempore igitur vindemiæ misit seruos, vt acciperent partem fructuum de quibus vide Hiere. Cap. 7. cap. 25. cap 29. & 35. Misi ad vos omnes seruos meos prophetas, consurgens diluculo, &c. Et non inclinastis aurem vestram, neque audistis me. Insuper ex seruis meis ad vos missis alios quidem remisistis inanes, alios fructu vacuos, contumelijs oneratos, alios ferro peremptis, aut transfixis per tempora vecte, Amos, iuxta Hieronymum in prologo eiusdem. Fructus expectauit, & contumelias accepit. Hæccine

Deut. 32.
August.

reddis domino Deo tuo popule stulte & insipiens? Expectauit & dominus tempore diluuij annos 120. Sicut dicit Augustinus, 15. de ciuitate Dei, cap. 24. Sed frustra expectauit, quia illi semper perrexerunt esse similes sibi ipsis. Et sequitur. Non frustra creditur sic factum esse diluuium, iam non inuentis in terra, qui non essent digni tali morte defungi, qua in impios vindicatum est. Quod autem & secundo miserit plures prioribus seruis, volens in bono suo malum agricolarum vincere. Rom. 12. Apud eundem Hieremiam legimus, cap. 7. Misi ad vos omnes seruos meos prophetas, &c. Et indurauerunt ceruicem, adamantinam iuxta Zach. cap. 7. Et peius operati sunt quam patres sui. Multos misit, sæpe misit, mane, prima, tertia,

Matth. 20.

F

sexta, nona, misit, serui autem pro fructibus nihil aliud reportabant quam currus onustos conuitijs. Vnde illud Michiæ. 7. Væ mihi quia factus sum sicut qui colligit racemos vindemiæ in autumno. Non est botrus ad comedendum, exterminantibus a patris vineam meam. Psal. 79. aut certe vindemiant eam, omnes qui prætergrediuntur viam. Antigonus rex pecunias acriter exigens, cum quidam dixisset. At Alexander talis non erat, & merito inquit: Nam ille Asiam demetebat, ego autem spicas lego. Id ipsum lamentatur dominus dicens. Væ mihi quia factus sum sicut qui congregat stipulas (altera Ruth) in messe, ita dixerunt, 70. Habet Satanas horrea plena, torcularia redundantia vino, ego qui vineam plantaui ex electis propaginibus, fame crucior, stipulas congrego, racemos & quisquilias messis & vindemiæ. Nouissime autem adhuc habens vnum filium charissimum, dixit dominus vineæ. Quid faciam? Iuxta Lucam. Mittam filium meum charissimum: Iuxta Marcum & Lucam. Quia reuerebuntur filium meum. Iuxta Marcum, Matthæus & Lucas addiderunt: forte vel forsitan. Quem eum vidissent coloni, cogitauerunt intra se? Iuxta Lucam & Mattheum. Marcus id expressit melius dicens. Dixerunt ad inuicem, tres euangelistæ, hic est hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Vel iuxta Marcum & Lucam: vt nostra sit hæreditas. Et apprehensum eum, eiecerunt e vinea, & occiderunt. Cum audis dominum dicentem, quid faciam, memento & illius sententiæ, super quo percutiam vos, vltra addentes præuaricationem? Et illud ex Hiere. cap. 5. super quo propitius tibi esse potero? Hieronymus. Catalogus peccatorum Hierusalem, dum dicit se ignorare deum, qua possit eius occasione misereri. Me derelicto, idola sequuntur: Saturaui eos: & recalcitrauerunt, equi amatores in fœminas, relicto naturali honore, similes facti sunt iumentis. Et cum hæc omnia feceris, nunquid non digna visitatione es? Sed in quo percutiam vos? qui nullas inuenio plagas, quibus vestram frangam ceruicem adamantinam. Quanto enim tormenta maiora sunt, tanto magis crescit impietas. Dicamus & nos: Quanto bonitas & clementia patris familias maior est, tanto illi magis indurantur, & pergunt esse sibi ipsis similes. Quid ergo? Quod superest (omnem enim mutabo lapidem, protheum quendam agam) mittam filium meum dilectum, quia forsan reuerebuntur filium meum. Vere nisi esset vinea hæc vitium vberrimarum & electarum fore, videlicet, cuius fructus sunt pulchri & perpetui, nunquam tales ministros misisset pro fructibus, & tandem vnigenitum suum, quos quia tempore suo non dederunt, ablata est ab eis hæreditas, primitiæ videlicet & decimæ. Num. 18. & Principatus regni Iosue. 13. Et de hoc gaudebant sacerdotes (habentes cum honore emolumenta multa) & seniores contra quos est sermo iste. Sacerdotes igitur præerant in decimis, seniores in iudicijs, scribæ in doctrina, Pharisæi in moribus, per quos, censores videbantur populi, & ob hoc singuli habebant suum honorem & lucra sua a populo. Vbi autem occiderunt hæredem, posita est ciuitas in aceruum lapidum, relictum templum velut tugurium in cucumerario. Dicit autem Abulens. quod illi qui de morte domini decreuerunt, & eam pertractauerunt, nec cognouerunt illum esse deum, nec Mesiam vnde illud: Si enim cognouissent. Nicolaus oppositum tenet. Chrysosto. Non ignorantis vox est, sicut nec illa, quid faciam, sed magnitudinem peccati volentis ostendere, cuius vnquam vllam satisfactionem ostendere potuerunt, simul & vt liberum ostendatur arbitrium. Verum Marcus absolute dixit, reuerebuntur, enarrans quid debuissent facere impij coloni. Verecundari enim proculdubio debuissent, nisi perdidissent mentem. Sed quia filij erant Cham & non Iuda, imitantes parentem, qui patris verenda retexit, cum ebrius dormiret, videntes charissimum filium patris familiæ nudum & ebrium pendentem in cruce, ebrium inquam de aceto vineæ suæ, prætereuntes mouebant capita in morem lymphaticorum dicentes, si filius Dei est, descendat de cruce, dixit enim quia hæres sum, filius Dei sum. Isti sunt qui prouocati a domino ad pœnitentiam, vsque hodie perseuerant in blasphemijs, inquit Hieronymus super Esaiæ caput. 5. & ter per singulos dies in omnibus synagogis sub nomine Nazaræorum blasphemant nomen Christianum. Et isti sunt de quibus dicit pater familiæ, omnino reuerebuntur filium meum. Impletum est illud, quem tu percussisti, persequuti sunt. Pater vnicum pro nobis omnibus tradidit in mortem, Iudæi coloni in cælo sedentem, in sinagogis suis execrantur, cum certe meliora præsumpserit pater ab eis, dicens, reuerebuntur. Cæterum coloni cum hunc vidissent: Quid dixerunt? Credamus. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, imitabitur enim clementiam Dauid patris sui, qui non semel pepercit Sauli inimico suo, dicamusque illud, pater peccauimus in cælum & coram te, quippe qui seruos tuos ad nos missos, & toties & tot, vacuos remisimus, & quosdam eorum occidimus, non sumus digni qui vocemur filij, imo nec coloni, tamen constitue nos loco mercenariorum, & quorum es, miserere nostri, & in tuo flagello vindica iniquitates

Prouerbi.
Antigon.
G
Esai. 1.
Hierony.
H
Matth. 21.
I
Abulens.
Esai. 1.
1. Cor. 2.
Forsan inquit.
Ezech. 16.
Gene. 9.
K
Matth. 27.
Hierony.
Psal. 68
Hebr. 4.
Luce. 15.
Iudith. 7.

tates nostras, & noli tradere confitentes te, populo qui ignorat te. Hæc quidem illi dicere debuerant, nisi omnem frontem posuissent. Quid ergo dixerunt? Num depuduerunt est? Loquebantur ad inuicem dicentes: Ecce somniator venit. Genes. 37. Hic est hæres, venite occidamus eum, & videbimus quid illi prosint somnia sua, et deinceps nostra erit hæreditas. Sed si hic est hæres, vnde illud ex actis ad populum Iudæorum: Et nunc fratres scio quod per ignorantiã fecistis, sicut & principes vestri. Et illud Pauli. 1. Cor. 2. Si cognouissent eum, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Vnde & illud, pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt? Nicolaus hoc loco longam digressionem facit, vtrum principes Iudæorum agnouerunt determinate dominum Iesum fuisse verum deum & verum hominem, an non. Et quia res adhuc sub lite est, ad eum remittendum duxi amicum lectorem. Sed si & meam sententiam audire vultis, dicam ingenue quod non agnouerunt. Alioqui nescio vnde beatificauit Petrus dicens: Tu es Christus filius Dei viui. Si & istis reuelauit pater tantum sacramentum. Nam Caro & sanguis Fabrum & filium Fabri credebat, non filium Dei. Et alioqui non diceret Petrus, scio. Scio inquam quod ignorantes petistis eum ad crucem. Præterea si Iudæorum principes id agnouerunt, quid opus fuit inhibere apostolis ne dicerent eum esse Christum, quem principes populi agnoscebant? Poterant enim principes populi apostolos mendacij arguere, si interrogati num magister suus esset Christus vel Messias, responderent negatiue. Quid autem dicit dominus, dixisse illos, ecce hæres? Exponitur sicut illud, scimus te quod sis Christus Dei. Math. 8. Item Lucæ. 4. Suspicari igitur potuerunt principes sacerdotum & scribæ, sicut & rectores tenebrarum, idque multis visis signis, quæ diuinam præ se ferebant potentiam, & collatis multis locis ex lege & prophetis, certo autem id agnouisse credere non possim. Nos autem agnoscimus, quia credimus euangelio, in quo sunt testimonia multa quæ huic veritati astipulantur. Pater enim de cælo testificatus est de filio suo Lucæ. 3. Ioan. 12. Matth. 17. Testificatus est tem de illo Ioannes Baptista testificantur & opera miranda, Testificati & pueri Hebræorum. Matth. 21. Testificati sunt & dæmones inuiti licet. Prætermitto autem omnia illa quæ facta sunt inter commendandum spiritum patri. Lucæ. 23. Si dicas quod aliquæ sunt autoritates & testimonia in veteri testamento, quæ ostendunt Messiam futurum deum & hominem, sicut Hiere. 33. Hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster, & Esai. 7. Vocabitur nomen eius Emanuel. Et Cap. 9. Vocabitur nomen eius admirabilis, & cætera. Non inficior, sed illæ reuera sunt paucæ, & tribus vel quattuor intelligibiles, quia nomen Dei in scripturæ multis concessum est, imo omnibus Iudæis. Et vt breui concludam, si ex scriptura hoc potest demonstrari, de hoc mysterio non haberemus fidem, cum de tota fide dicat Paulus, videmus per speculum. Id tamen non est absolute verum, per fidem enim credimus scripturæ legis & prophetarum: esse videlicet illorum quorum nominibus prænotantur, & quod spiritu sancto illuminati sic loquuti sunt. Excusantur igitur Iudæi a tanto, sed non a toto: quia iuxta Chrisostomum, esto quod Dei filium non agnouerint, quare non sicut homini iusto qui de omnibus tam bene meritus fuerat pepercerunt? Sed audiamus Hieronymum. Manifeste dominus probat ex his verbis: Iudæorum principes non per ignorantiam sed per inuidiam Dei filium crucifixisse: Quæ verba pugnant ex diametro cum verbis Petri: imo cum oratione Christi, pater ignosce illis, quia nesciũt, &c. Nisi exponas, Nesciunt quid faciunt, hoc est quantum malum & quam grande piaculum faciunt, occidendo me Dei filium. Ambrosius dicit super Lucam ad hunc modum. Non mediocris causa est, quod Maria non antequam desponsaretur, impleta est, vt virginitas eius falleret principem mundi, cum desponsatam viro cerneret, partum non potuit habere suspectum. Fallendi autem principem mundi fuisse consilium, ipsius domini verba declarant, cum apostoli iubentur tacere de Christo, cum sanati prohibentur gloriari de remedio, cum dæmones praecipiuntur silere de Dei filio. Fallendi vt dixi principem mundi fuisse consilium etiam apostolus declarauit dicens. Sed loquimur sapientiam Dei in mysterio absconditam, quam nemo principum istius sæculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum maiestatis crucifixissent, hoc est nunquam me redimi domini morte fecissent. Fefellit ergo pro nobis, fefellit vt vinceret, Fefellit diabolum cum tentaretur, cum rogaretur, cum Dei filius diceretur, vt nunquam diuinitatis proprietatem fateretur. Sed tamen magis fefellit principem sæculi. Diabolus enim & si aliquando dubitauit, cum diceret: Mitte te deorsum, &c. Tamen vel sero cognouit, & discessit ab eo. Cognouerunt dæmones qui dicebant; nouimus te, quod es Dei filius. Et ideo venisse cognouerunt, quia præcognitum habebant esse venturum. Principes autem sæculi non cognouisse, quo maiore possumus, quam apostolicæ sententiæ probare documento? Si enim cognouissent, nunquam dominum maiestatis crucifixissent. Dæmonum enim malicia facile occulta deprehendit. At vero qui sæcularibus vanitatibus occupantur, scire diuina non possunt. Principes autem seculi huius etiam Chrysostomus non dæmones intelligit, sed rhetoras philosophos & oratores: qui enim interdum alios superauerunt, & ciuitatum principes euaserunt. Seculi autẽ principes dicuntur, quoniam vltra hoc seculum principatus eorum non extenditur, vnde dicit apostolus, qui destruuntur. Doctor noster in. 3. distin. 20. Ita exponit apostolum, quod non loquatur de principibus Iudæorum, sed de rectoribus tenebrarum, qui si agnouissent eum esse verum deum non persuasissent Iudæis vt peterent eum ad crucem. Quia quando primum ignorauerunt, instigauerunt principes sacerdotum. Cæterum cum maioribus coniecturis perurgebantur, vt deum crederent, oppositum eius persuadere nitebantur Pilato, vxore eius interprete. Iudæi autem licet scirent eum esse deum per vnionem, adhuc potuissent eum occidisse. Anselmus dicit, quod non potuerunt Iudæi dominum scienter occidisse, hoc est si scirent eum esse deum. Id Scotus inficiatur, dicens, quod etiam agnitum deum potuissent interficere. Vtrum autem agnouerint, non determinat. Itaque viso charissimo & vnico filio, Ecce inquiunt impij Agricolæ hæredem, occidamus eum, & adprehensum, extra vineam occiderunt;

Cap. 3. Luc. 23. Nicolaus. Math. 16. Marci. 6. Math. 16. Eph. 6. Psal. 81. 1. Cor. 13. Chrysost. Hierony. Cap. 3. Ambros. Math. 16. Marci. 3. 1. Cor. 2. Math. 4. Marci. 1. Math. 8. Chrysost. Scotus. Math. 27. Anselmus.

Extra portam enim ciuitatis dominus passus est (Hebr.13.) tanto sceleratiores homicidę ipso parente eorum (vos enim ex patre diabolo estis) quanto eum in patricidio superauerunt. Extra vineam occiderunt: Non enim ipsi ei manus iniecerunt. Sed gentibus tradiderunt. Absit enim vt qui domum Pilati ingredi nollent, ne contaminarentur (Ioan. 18.) manus ingcerent in dominum Iesum, quem velut pestem quandam ad crucem adegerunt. Extra vineam igitur occiderunt, quia mors Christi nihil eis profutura erat, nõ magis quàm Iudæ, traditur autem Gentibus, a quibus erat adorandus. Nam si Pilatus Gentilis victus importunis clamoribus adiudicauit fieri petitionem eorum, prius tamen sanguinem iustum super illos exsussit dicens, innocens ego sum. Et illi, expedit omnino vt vnus homo moriatur, & nostra erit hæreditas. Ioan. 11. Eo quę vęsaniæ ventum est, vt iuxta Augustinum, sæuituri essent in parentes sicut in filium, occasione nacta. Legimus de Vitellio, quòd equitem Romanum proclamantem, cum raperetur ad mortem, hæres meus es, exhibere testamenti tabulas coegerit, vtque legit, cohæredem sibi libertum eius ascriptum, iugulari cum liberto imperauerit, vt tota equitis sibi cederet hæreditas. Hoc est quod legimus, 3. Reg. cap. 21. Naboth vir Dei lapidatur industria & fraude impijssimæ Iezabelis, vt vinea Naboth cederet in fiscum regis, quia bona committentium crimen læsæ maiestatis fisco applicabantur, dicant licet alij: Naboth erat Patruus ipsius Achab, & filijs Naboth etiam impie occisis, sicut habes. 4. Reg. cap. 9. Achab rex iure propinquitatis hæres fiebat vineæ & omnium bonorum Naboth. Descendenti igitur Achab vt vineam inuiseret, occurrit Helias dicens. Occidisti hæredem, & possedisti vineam. Hæc dicit dominus. In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum. 3. Reg. 22. Canes quoque comedẽt carnes Iezabel vxoris tuæ in agro Iezrael. 4. Reg. ca. 9. Et hoc est quod sequitur in texto.

Matth. 27.

Vitellius.

Figura.

F

Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet Agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Hæc iuxta Matthæum. Marcus ita. Quid ergo faciet dominus vineæ? Veniet & perdet colonos & dabit vineam alijs, idem dicit & Lucas. Et sequitur ex Luca. Quo audito, dixerunt illi. Absit. Principio sciendum quòd aliquid posuit Lucas, quod Matthæus tacuit & Marcus, videlicet Parabolam hanc non ad solos principes populi & seniores dictam, sed toti plebi. Erant igitur in turba qui dolose interrogarent dominum, in qua potestate hæc facis, &c. Erant & alij multi qui fideliter & syncero corde acclamarent, benedictus qui venit in nomine domini, & de numero istorum erãt qui dicerent ad interrogationem domini, (quid faciet Agricolis illis) malos male perdet. Quæ vox recte etiam ipsius domini esse intelligitur, siue propter veritatem, siue propter membrorũ cum capite cõnexionem & vnitatem. Erant item qui talia respondentibus obstarent dicentes, Absit, quia intelligebant in se ipsos parabolam dictam, ita dicit Augustinus de concordia euangelistarum. Faber alio modo exponit verbum hoc, Absit. Non est inquit verbum hoc inficiatorium, sed deprecatorium, ac perinde valet ac si diceretur, nefiat, nunquàm eueniat, vt Agricolæ filium domini vineæ eiectum extra vineam, occidant, & quòd propterea vinea alijs locanda sit Agricolis, prioribus pro delicto suo perditis. Si igitur sic intelligatur, verbum hoc, Absit, potest sic ordinari textus. Quid faciet dominus Agricolis? Respondent. Malos male perdet, & vineam suam, &c. Absit tamen & auertat deus tantum crimen, vt videlicet Agricolæ occidãt filium Dei & patris. Hoc igitur quod dominus rogat principes sacerdotum & scribas, Esaias sub alijs verbis dicit. Nunc ergo habitatores Hierusalem iudicate inter me & vineam meam. Quid vltra debui facere & non feci? Et nunc ostendam vobis quid ego faciam vineæ meæ. Auferam sepem eius, & erit in conculcationem. Non putabitur, & non fodietur, & ascendent super eam vepres & spinæ, & nubibus mandabo, ne pluant super eam, sic enim in formula continebatur. Hieronymus. Itaque tacentibus viris Iuda, sibi ipsi dominus respondet, quid facturus sit. Sic Dauid interrogatur a Nathan vt dum de alio iudicat, de se promat sententiam. Quoniam igitur feci vineæ meæ cuncta quæ debui, & pro vuis attulit labruscas, auferam vniuersa quæ dederam. Tollam angelorum auxilia, quod est, auferam sepem, destituam muros eius, & inimicis Gentibus subiacebit, quod est, diruam maceriam eius. Eritque deserta, & non putabitur in æternum, nec fodietur, vt redigatur in solitudinem, fiatque ex horto cõcluso & fonte signato, cuius emissiones paradisus sunt (Gene. 13.) Saltus bestiarum. Definet igitur putari & fodi doctrina prophetarum & legis timore, & deficiente pluuia doctrinæ (Deut. 32.) spinas germinabit. Mandabo inquit nubibus meis, ne pluant super eam. Tollitur igitur auxilium Dei ab ijs qui indigni sunt, vt qui non senserunt deum per beneficia, sentiant per supplicia. Vel ideo truculenta quædam & aspera comminatur, vt conuersi ad pœnitentiam, futura mala deuitẽt. De his nubibus habes. 3. Reg. 17. quòd Helias clauserit cælum multis diebus. Vnde Leui. 26. Ponam vobis cælum ferreum, & terram æneam. Post passionem enim domini nec apostolos neque prophetas habuerunt Iudæi. Irrigata enim Niniuæ pluuia verbi cælestis, eius qui triduo fuit in corde terræ, statim Cicaion Iudaica exaruit. Ionæ. 4. Hæc igitur omnia quæ comminatur dominus vineę suæ, breui sermone comprehendit euangelista dicens, Malos male perdet. Interest autem, quoniam quæ dominus dicit ventura super vineam apud Esaiam, hic prædicit ad colonos deuoluenda, sed vinea domini inquit Esaias, domus Israel est. Sequitur. Ille autem respiciens eos dixit. Quod ergo est quod scriptum est, lapis quem reprobauerunt ædificantes: hic cœpit esse caput anguli? A domino factus est hic, & est mirabilis in oculis nostris, vel mirabile. Sic refertur ad caput. Quasi dicat. Quomodo dicitis, absit, vt auferatur a nobis hæreditas? Nonne legistis illud: Lapis quem reprobauerunt, & cætera. Quo sermone significat, ædificare eos synagogam, sed reprobato Christo, quo sine nullum erit firmum ædificium, dicente Paulo, fundamentum aliud nemo potest ponere, præter lapidem hunc, quem vos reprobabitis, dicentes: Non habemus regem

G

August.

Faber.

H

Cap. 5.

Hierony.

I

2. Reg. 12.

Canti. 4.

K

Matth. 12.

Cap. 3.

1. Cor. 3.

gem nisi Cæsarem, reprobabitis autem vt ædificetis synagogam vestram, alias tota gens peribit. Ioan. 11. Verumtamen reprobatum a vobis centies licet, in magno precio erit apud Gentes. Quarum erit caput, sicut Ionas apud Niniuitas in summo honore fuit. Ostendit ergo dominus autoritatem scripturæ omnino futurum, quod illi inficiabantur, videlicet auferendum ab eis regnum siue hæreditatem quia occiderunt hærede. Si verbis inquit meis non præstatis fidem, quomodo intelligitis illud ex Psal. 117. Lapis quem reprobauerunt, &c. Lapidem vocari dominum alias diximus. Lucæ. 2. Ibi: Ecce positus est hic. Vide Dani. 2. Item Zach. cap. 3. Item Esai cap. 28. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, adeo & a populo Gentium, reprobatum a Iudæis, angularem, quia ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum, preciosum, vili tamen satis precio traditum Iudæis a Iuda, preciosum, quia mors sua preciũ est ecclesiæ, preciosum in quo argentum creuit per aurum, & aurum quodammodo palluit per argentum. [A] Infundamento fundatum, quia mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, vt homo mortuus est, & vt deus peccata multorum tulit. Exponit autem hunc locum Abulēsis ad litteram de lapide quodam, qui frequenter aptatus ædificio, non congruebat, donec tandem aptissime congruit in connectenda extremitate cuiusdam anguli. Quod ego nunquam crediderim. Quando enim Dauid composuit hunc psalmũ templum non erat ædificatum, hoc nullus inficiabatur. Si dicas, prophetauit sic futurũ de lapide illo, obstat scriptura dicens, idem lapis qui reprobatus est a Iudæis ædificantibus, factus est caput in ecclesia Gẽtium, & hoc est mirabile in oculis nostris. Nam de lapide, præstigium potius esset, & maxime quia malleus & omne ferramentum non sunt audita in domo Dei, sed ex latomia afferebantur lapides quadrati & politi, & collocabantur in ædificio vel parui vel grandes, iuxta quod opus erat. Est igitur dominus Iesus lapis angularis, preciosus, probatus, & mirabilis in oculis credentium, reprobatus autem a Iudæis, [B] transit ad Gentes, auferens ab impijs colonis hæreditatem, & tradens Gentibus, sicut nunc sequitur. Ideo dico vobis, quod auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et omnis qui ceciderit super lapidem istum, conquassabitur, super quem autem ceciderit, conteret eum. 25. q. 7. cap. 2. ii de rebus. Idem dicit & Lucas. Regnum ablatum a Iudæis etiam ante Titum & Vespasianum alias diximus videlicet Luc. 2. In principio. Tempore autem Titi nõ regnum sed solum primum perdiderunt, si qui superfuerunt ex clade illa miseranda, de qua dictum est Luc. cap. 19. & dicetur Matth. 24. Licet principale regnum iuxta Hieronymum & Theophylactum scriptura diuina sit, quæ ablata est ab eis & gentibus tradita, & omnia spiritualia siue in legibus siue in scripturis, quæ ad nostram doctrinam proficiunt, quibus omnibus illi priuati sunt, & nos fruimur. De his Paulus, Quid ergo amplius habet Iudæus quam Gentilis? Multum quidem per omnem modum. Credita sunt enim [C] illis eloquia Dei. Postquam igitur regnum hoc scripturæ ablatum est ab eis, habent quidem litteras sed signatas cum sapientibus tum & indoctis iuxta Esai. cap. 29. Et iuxta apostolũ Paulum. Quoties legitur Moses in synagogis eorum, velamen est positum super cor tam legentium quam audientium. Quin & cælestis regni hæreditatem adipisci non meruerunt: de qua dictum fuerat patri eorum iuxta carnem, sic erit semen tuum ostensis stellis in cælo. Et omnis qui ceciderit super lapidem istum, conquassabitur, hi sunt increduli, quibus Christi crux scandalum est. Vidimus nostro æuo hominem Iudæum natione, qui flammis consumptus est, dicentem inter alia. Quando enim ego credere potero in hominem illum, quem vos o Christiani asseueratis fuisse flagellatum, irrisum, palmis cæsum, & tandem cruci affixum? Iste ergo cecidit super lapidem offensionis & Petram scandali, & contritus est, atque vtinam non duplici contritione, de qua dicitur, timete eum, qui potest corpus & animam perdere in gehennam Matth. 10. Super quem autem ceciderit, conteret eum, iuxta Prouerbium, nouacula in cotem. Eadem est sententia, licet possit intelligi sic, [D] quod ablatum est ab eis regnum, quia ceciderunt velut increduli super lapidem, & dispersi sunt in quatuor ventos cæli, quia cecidit super eos lapis, impegit lapis in nouaculam, & impletum est illud Esai. 61. Stabunt alieni, & pascent pecora vestra. Hieronymus. Quotus enim quisque ecclesiarum princeps est de Iudæis (euaristus) & non de alienigenis atque extraneorum Gentium hominibus? Qui autem erãt sine testamento Dei & sine promissionibus, spem non habentes, nunc præsunt ecclesiis, Iudæis depositis de regno, & toto orbe palantibus. Possunt intelligi per hoc quod dicit, qui cecidit, & super quem ceciderit, duæ cõdemnationes videlicet corporis & animæ iuxta quod diximus, cum timere & cætera. Et cũ audissent principes sacerdotum & Pharisæi parabolas eius, cognouerũt quod de ipsis diceret, & quærentes mittere in eum manus in illa hora, timuerunt populũ, quia velut prophetam illum habebãt & relicto eo, abierunt. Chrysost. Hæc est autem differentia bonorũ & malorum, bonus cõprehensus in peccato, gemit & dolet quia peccauit, malus fremit, non quia peccauit, sed [E] quia comprehensus est. Videamus autem quam magnum malum sit, delictis obnoxium fieri. Rex Dauid militum timebat & formidabat, ne palã fieret, quod ipse secretum fecerat adulterium. Et licet coronam portaret vt rex, confusionis opprobria metuebat. Et licet peccatum tunc homines lateret, deum non latebat, & si deum lateret, non lateret conscientiam Itaque proposita parabola regi, & eo pronuntiante sententiã, nesciens quod in se verteret gladium, Natham intulit, Tu es vir qui fecisti hanc rem. Et rex cui in corruptus testis erat conscientia; non dixit ei, o tu quare non consideras fragilitatẽ humanam, cur non te ipsum carnalem intelligis? Aut nescis me in culmine constitutum regio, cui licet quicquid libet? Cur mihi audacter impegisti crimen? Nihil horum dixit, sed peccaui domino. Isti autem cum intelligerent, quod sub illis parabolis de ipsis agerentur comitia, voluerunt mittere illi manus, quod alias non semel attentauerãt, sed timuerunt plebem, sicut Dauid peccati seruus timebat Vriam seruum suum. Relicto igitur illo, abierunt, reportantes fructum incredulitatis suæ perditionem animarum suarum.

[Marginal notes: Ioan. 19. — Ephe. 2. — Esai. 55. — Abulēsis. — 3. Reg. 6. — Rom. 3. — Hierony. — 2. Cor. 3. — Gene. 15. — Esai. 8. — Hiere. 17. — Zacha. 2. — Hierony. — Ephe. 2. — Chrysost. — 2. Reg. 11. — 2. Reg. 12. — Figura.]

Caput. iiij. De homine rege facientе nuptias filio suo, de q; multis inuitatis primum & secũdo, ex quibus multi occisi sunt iussu regis, Tertio inuitantur alij sine personarum delectu, Inter quos cum vnus sederet in conuiuio non indutus veste nuptiali, ligatis manibus & pedibus, proijcitur in carcerem tenebrosum. Multi enim sunt vocati, &c.

ET respondens Iesus, dixit eis iterum in parabolis dicens. Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos vocare inuitos ad nuptias, & nolebant venire, Iterum misit alios seruos dicens: dicite inuitatis. Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias: illi autem neglexerunt, & abierunt alius in villam suam, alius in negociationem suam, reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos, occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit 23.q 4. cap. cum intellege, De hac parabola diximus Luc. 14. multa, quia eadem videtur cum illa de inuitatis ad cœnam, exceptis aliquibus. Ibi vocatur cœna, hic nuptiæ. Ibi tacetur de exercitu misso, qui perdidit homicidas. Tacetur & de veste nuptiali, Refert Isocrates de Elena illa famosa, senio confecta & contracta rugis, olim Noemi, quæ prospiciens per cancellos, longo risu ridere solita sit viros fortes cum Græcos tum & Troianos, q; per tam caduca tamq; fallaci re tanto ardore depugnassent annis decẽ, vbi & victi & victores perierunt, paucis deceptis. Et quare tam acriter vtrinq; pugnatum est? Troes vt adulteram apud se haberent: Græci vt eam marito suo reconciliarent. Erat enim incredibilis pulchritudinis. Vos igitur viri inquit Paulus: Ex quo pro vxoris amore reliquistis parentes, diligite vxores vestras. Qua amoris mensura? Num sicut Græci Elenam? Num sicut Iacob Rachelem? Pro qua velut iuuenis, annis seruiuit. 14. seruitutem duram in frigore & æstu. Num sicut Dauid suam Michol, quam vt duceret, ducenta præputia vel capita Philistinorum annumerauit ipsi Saul? 1. Reg. 18. Nullum horum meminit Paulus: Non Lucretiæ non Artemisiæ: Non Ester: Non Rebeccæ: Non denique Eug. Sed o viri diligite vxores vestras, sicut & Christus ecclesiam, vxorem suam. Non dilexit eam, q; pulchra esset, diues, pudica, & nobilibus orta natalibus. Qualem ergo? Erat nuda & confusione plena: patre Amorræo matre Cethæa, & meretrix, vtpote quæ omni transeunti diuaricarat crura, pauperrima, quæ in iniquitatibus suis vendita fuerat, Esai. 50. Erat Aethiopissa, cum olim ad imaginem Dei cõdita esset, ipsa autem induxerat situm Aethiopissæ, & multorum iumentorum iuxta quod dicit propheta. Psal. 48. Et cum talis esset, dominus Iesus semetipsum tradidit pro illa, distractus precio denariorum. 30. Vt exhiberet eam sibi non habentem maculam neq; rugam. Multas habebat maculas, quæ a capite vsq; ad talos nihil habebat sanum (vide Hiere. cap. 13.) Sed has maculas Christus lauit sanguine suo in sacramento pœnitentiæ, & aqua in sacramento baptismatis. Cæterum rugas extensus clauis in cruce, abstulit, & nudus pependit, quo vxorem suam vestiret, sicut scriptum est, transiui per te, & extendi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam. Vos igitur o viri diligite vxores vestras sicut Christus ecclesiam: Ecclesia autem nos sumus, Et nos sumus sponsa Christi iuxta illud, despondi vos vni viro Christo, & nos item sumus qui inuitamur ad has nuptias, iuxta illud, virgines ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Fecit ergo rex nuptias filio suo: cuius thalamus immaculata virgo fuit ipsa & pronuba, & ipse tanquam sponsus deus homo, processit de thalamo suo, Misit ergo rex seruos suos (de quibus dictum est capite præcedenti, q; missi sunt vt acciperent de fructu vineæ) qui dicerent inuitatis & venirent, paratis omnibus. Hieronymus. Per Metaphoram opes regiæ describuntur, vt ex carnalibus intelligantur spiritualia, quæ in cor hominis non ascenderunt. Sicut autem dicit Chrysost, Opulentis conuiuatoribus, si conuiuas acceperint saturos, licet apparatus lautitia & edulijs opiparis illorum appetentiam excitare, Cæterum pauperem mensam non alia res æque facit videri splendidam, Lautãq;, q; si qui ad illam accubituri sunt obtingant famelici, id quod videre licet in Esau. Gene. 25 Et in suario. Lucæ. 15. Item in ea quæ vnicum vitulum cum vicina sua. 4. Reg. 6. Verum isti qui primum inuitati sunt, adeo palato despiciebant, præponentes cepe, allia pepones pisces manati pani videlicet angelorum, vt nec audientes parata omnia vt magnificentia regia dignum erat, altilia videlicet, tauros, & bellaria omnigena, Ambrosiam, nectar & vinum quadragenarium, irritari potuerit eorum appetites, qui iuxta Prouerbium similes habebant labris suis lactucas. Ad hæc Gregorius Quid per tauros nisi patres veteris testamenti intelligimus? Nam cum ex permissione legis acceperint, quatenus aduersarios suos odij retributione percuterent, quid aliud q; tauri erãt, qui inimicos suos virtutis corporeæ cornu feriebãt. Psal. 43. In te inimicos ventilabimus cornu Sed iam depositis cornibus, ferienti iubemur alteram maxillam præbere. Tauris inquit Plinius lib. 8, cap 45. in aspectu generositas (Moses facie cornuta) torua fronte, auribus setosis, cornibus in procinctu dimicationem poscentibus, sed tota comminatio prioribus in pedibus stat, ira gliscente, alternos replicans spargensq; in altum harenam, & solus animalium eo stimulo ardesens, Visi sunt aliquando de imperio dimicantes Sequitur. Hinc victimæ opimæ, & lautissima deorum placatio. Hæc ille. Cæterum tauri isti cœnæ regiæ adhibiti sunt, placuerunt Deo, in molati, super vitulum nouellum cornua producentem & vngulas. Erant tauri isti fortes, sed teneri Dura ceruice vos semper spiritui sancto restitistis, ecce cornua. Ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, ecce teneritudinem. Actu. 7. Audi alterum taurum. Ponat vir gladium super femur

suum

Isocrates. Eph. 5. Gene. 31. Ezech. 16. Esa. 1. Ezech. 16. 2. Cor. 11. Hierony. Chryso. 1. Cor. 2. Num. 11. Prouerbiũ Gregorius Plinius. Matth. 5. Psal. 68.

F G H I K

suum, & occidat vnusquisque fratrem suum & proximum & amicum, Ecce cornua. Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, Ecce teneritudinem. Hi sunt tauri quibus cœna regia præparatur, de quibus Paulus. Hebr. 12. nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus & circundans nos peccatum, curramus ad propositum nobis certamen, imo ad propositam nobis cœnam & nuptias, quas pater instruxit filio suo. Ad hæc Origenes. Quamdiu homines sumus, & nō expediunt nobis diuinæ bonitates, & multitudo miserationum eius apud eum abscondita est, vt ne noceamur videntes eam, simile est regnum cælorum homini regi, vt hominibus quasi homo apud homines loquatur, & dispenset homines, non capientes dispensari a deo. Sed cessante Zelo & passionibus humanis in nobis, tunc simile erit Deo, non autem regi homini. Nec erit sicut Pantera & Leo domui Iuda, aut sicut vrsa raptis Catulis, sed manifestabit se hominibus sicuti est. Quid est autem altilia occisa sunt? Dicamus verbi gratia, quod turtur castitas est, columba charitas. Tunc autem erunt hæ saginatæ, si de scripturis quæcunque sunt de his virtutibus scripta, pleno sermone coram auditoribus disseramus. Quoniam autem vocatores per prophetas quidam quidem tantum modo neglexerunt quæ dicebantur, sæcularibus occupati negotijs, alij autem malignati sunt contra prophetas, ideo differentiam eorum ostendere volens, dixit, alius abijt in villam suam, villa domus est in agro, &c. Quod autem dicit, iratus rex missis exercitibus, perdidit homines illos, eadē est sententia cum illa: Malos male perdet. Item illud, inimicos qui noluerunt; vt super illos regnarem, &c. Lucæ. 19. Et in eodem capite, circundabunt te inimici tui vallo. Prædixit autem dominus incendium imminens ciuitati non vt inferret, sed vt fugerent a facie arcus. Et non sicut legimus de Vitellio, qui vt campos in quibus ciuili bello pugnatum est, adijt, abhorrentes quosdam cadauerum tabem, detestabili voce confirmare ausus est, optime olere occisum hostem & melius ciuem. Nam eo secus adleniendum grauitatem odoris plurimum meri propalam hausit. Dixit autē princeps Tyri, Ezech 28. Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi. Hieronymus. Hæc quanquam videantur vires humanas excedere, & non tam hominum verba esse, quam insanientium dæmonum, tamen hyperbolam debemus accipere, quod in tantum principes quidam intumuerint, & nescierint mensuram suam, vt elati fœlicitate seculi, dum præsentia bona putant esse perpetua, homines se esse nesciunt, quibus vna die venient duo hæc mala, sterilitas & viduitas, combustio ciuitatis, mors animæ & corporis. Tunc ait rex seruis suis.

Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati fuerant, non fuerunt digni, ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias: congregauerunt omnes quotquot inuenerunt bonos & malos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentibus.

Quod dicit bonos & malos, bonos pro Iudæis posuit, malos pro gētibus. Ex Iudæorum enim affectu loquutus videtur; cum vtrique mali fuerint. Sicut alias Iudæos vocauit filios: Gentes autem canes. Matth 15. Synagoga autem quam sibi dominus desponsauerat in monte Sina, dans ei pro sponsalibus legis iusticiam, ad quam dominus per Oseæ desponsabo te inquit mihi in sempiternum & sponsabo te mihi in iusticia, &c. quæ in tantum diligebat sponsum suum, vt diceret verbum insolens tessera (prima fronte) osculetur me ab osculo oris sui, postquam abundantia rerum incrassata, te calcitrauit, dicens, Vadam post amatores meos qui dant mihi panes & aquas, lanam & linum, oleum & potum, ait rex seruis. Nuptiæ quidem, &c. Id alijs verbis dicit Paulus, quomodo indignos vos iudicastis cælestium nuptiarum ecce transgredimur ad exitus viarum, excusso puluere pedum nostrorum. Gentes autem extra viam erant, & in sepibus erant iuxta Lucæ. cap. 14. Tot autem erant sepes quot sectæ, quot errores gentilium. Nec tamen per hoc contemnuntur Iudæi omnino, quia boni & mali iubentur inuitari. Mali vocati de sepibus: Iudæis autem dicit dominus. Ego sepiam viam tuam spinis, & maceria, vt volens vel nolens dicas, reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc, magis quam nunc. Nihil verius dici potest. Potest sic intelligi, congregauerunt bonos & malos, vel quia apud deum non est personarum respectus, qui indifferenter illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, vel quia omnes qui vocantur, non sunt vel fuerunt æque mali. Vix enim Roma duos protulit Catones, vnum Fabricium, & bene Titum, item vnum Cæsarem, vnum M. Attilium, vnum Numam Pompilium, vnum L. Q. Cincinnatum, vnum Papirium, vnum Q. Fabium, & breuiter iuxta Prouerbium difficilia quæ pulchra. Difficilia quæ pulchra, sunt qui hinc arbitrētur natum Prouerbium. Periandar Corinthius initio populariter ac moderate gerebat imperium: postea versis moribus (alter Saul) tyrannice agere cœpit. Id simul atque cognitum esset Pyttaco Mytileneo, diffisum de sui ipsius animi constantia magistratum deposuisse, relicto imperio, in exilium abijsse. Percontantibus deinde quibusdam, qua gratia fugisset imperium, respondisse, quod admodum esset arduum probum esse, propter mutatum Periandrum. Quibus auditis Solonem addidisse illud, difficilia quæ pulchra. Nam & iuxta philosophū ars & virtus circa id versatur quod est difficilius. Pauci ex gentilibus cultores fuerunt iustitiæ amatores reipublicæ, liberales, casti, paupertatis, veritatis sectatores & qui de cælo venisse dicerentur vt bellum cum vitijs conserent, omnes autem erant quales eos prodit Paulus, scribens Romanis cap. 1. ibi, repletos omni iniquitate, &c. Quod autem dicit, congregauerunt, discurrentes quoquo versum sine delectu, intelligendum est, quod tot congregauerunt, quot obedierunt & obediunt euangelio, ita vt rete apostolicum rumpatur tam præ multitudine piscium bonorum & malorum, Lucæ, 5. Oportet enim hæreses esse inquit Paulus, 1. Cor. 11. vt qui probati sunt manifesti fiant in vobis. Inuitabuntur autem tamdiu Gentes, donec impleatur triclinium nuptiale inuitatis; Iudæis interim famem patientibus caninam, de quibus tamen dixerat dominus, sine prius saturari filios, Marci. 7. Ad hæc Origenes. Sed quoniam bonos & malos vocari oportuit (boni & mali, idest omnes indifferenter,) non autem vt mali permanerent mali, sed vt exuerent & deponerent vestimenta contraria

Exo. 32. — Origenes. — Osee, 13. — Matth. 21. — Vitellius. — Psal. 59. — Hierony. — Esai. 47. — Canti. 1. — Osee 2. — Actu 13. — Osee. 2. — Actu. 0. — Ioan. 1. — Collos 3.

nuptijs, & induerent nuptialia vestimenta, idest viscera misericordiæ (de quibus dicitur, tertio autem die,
[Ester. 5.] idest tempore euangelij induta est Ester.) Vnaquæq; anima credentis, regalibus vestimentis, & stetit in
atrio domus regiæ vt inuitaret regem aqua fuerat assumpta in coniugium) passuri alioqui eadem quæ
Iudæi, qui conuiuium nuptiale derectauerunt, sequitur in textu. Intrauit autem rex vt videret
discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali, & ait illi. Amice
quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit
rex ministris. Ligatis pedibus & manibus, mittite eum in tenebras exteriores: ibi
[Psal. 146.] erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. 35. distin. cap.
[Luc. 5.] ecclesiæ, impleto igitur numero eorum qui prædestinati sunt ad vitam æternam, illi soli præcognitus, qui
[Hiere. 23.] numerat multitudinem stellarum, & vocat eas nominatim, ingreditur rex, vt secernat arenam a stellis, a
paleis frumentum, & q; primum limen attigit nuptialis triclinij deus de propinquo & deus de longe (vi-
de Amos cap. 9.) Vidit ibi hominem, qui non exuerat ferinos mores. Erat enim de numero eorum: de qui
[Cap. 13.] bus Hieremias: Si mutare potest Aethiops pellem suam & pardus varietates suas, & vos poteritis bene
facere: cum didiceritis malum, nec acceperat nuptialia, quibus donatus fuerat in baptismate: Et dixit ei,
Amice, propter communem fidem (sicut & illud, recordare fili Luc. 16.) Cæterum re ipsa osculo filium
Dei tradens, Luc. 22. Quomodo huc intrasti? Qua intrasti in dominicum ouile Lupus in melota? Non
contumeliose illum conuenit, vt ipse suo ore se damnet. Et cum delictum esset notorium, interrogat tamē,
& patet quare. Ille autem obmutuit, enargie occludere os eius, velut in ortus esset, nullam peccati sui ex-
cusationem vel verisimilem prætendere valens, (vt saltem diceret, serpens seduxit me, vel mulier quā de-
disti mihi sociam) propria constrictus conscientia. Obmutuit inquit. In humano enim iudicio semper est
[Matth. 22.] aliqua tergiuersatio vel contra testes vel contra iudicem vel contra actorem, saltem excusatur intentio
[Esai. 11.] facientis, quæ nulli nota est, nisi delinquenti. In diuino iudicio secus est, qui non secundū visionem oculo-
rum iudicat. Gladius enim veri Salomonis discretiuus intentionum cordis. Hebr. 4. Erat autem capitale
[Gene. 3.] ingredi Assueri regiam, indutos saccis, Ester. 4. Ideoq; mirabile est, si homo iste sibi male conscius, putauit
posse latere illum insopitum oculum qui habet ventilabrum in manu sua Luc. 3. Sicut Adam confugit
ad vmbram, folijs tegens interim verenda, qui nuptialia iam expoliatus fuerat indumenta, de quibus
[Chrysost.] Luc. 10. Et reuera inquit Chrysost. Valde indignum est, cum rex iste humiles & abiectos vocare atrio
& ad mensam suam accersere non dedignetur, nos tantam præ se feramus temeritatem, vt ne tanto quidē
[Exo. 19.] honore allecti, meliores efficeremur. Quod si vocantis gratia nolumus, nostri saltem nos vocatione illa
dignos exhibeamus. Quomodo inquit huc intrasti? Nō dixit, quare recubuisti, sed ante reclinationem in-
gressu etiam indignum esse ipsum dicit. Quod si iuxta præceptum Dei, bestia quæ tetigerit montem su-
per quem descenderat deus, iubetur lapidari, non mirum si a conuiuio expellitur, qui sine ea cum esset pur-
[Ecclesi. 9.] purea gestabat indumenta, sicuti & Aman. Ester. cap. 7. De veste hac nuptiali dicitur, omni tempore ve-
stimenta tua sint candida: his enim circumamicta Ester, ingreditur ad regem etiam non vocata, etiam nō
[Rom. 2.] inuitata, iuxta illud Pauli, Gentes multæ, quæ legem non habent, ea quæ legis sunt faciunt naturali lege
ductæ, & ostendunt opus legis naturalis scriptum in cordibus suis, licet inuitatæ non fuerint ab aliquo
[Figura.] vel propheta vel apostolo, vel alio quouis prædicatore. Ingressa est igitur Ester induta regalibus: Sed
quia charitas minus q; inter duos haberi non potest, ipsa quidem innitebatur vni puellæ, altera autē col-
ligat vestes in terra defluentes. Hoc & apostolos dicit alinuicem onera vestra baiulate. Sic enim adimple-
[Gala. 6.] tur lex Christi. Hoc est verum indumentum nuptiale, alter alterius, &c. Tu autem interim obserua bonū
[Figura.] illum catechuminum, qui quo pauperem Christum vestiret, se ipsum nudauit. Memento & Iosephi, qui
sindonem mercatus est, vt Christum sepulchro conderet. Marci. 15. Cæterum habitus & tonsura monachū
[1. Reg. 19.] non instituunt, sed ostendunt, licet non raro in lecto Dauid pro corpore vmbra tantum reperiatur, & sub
vestibus valde bonis, lateat nescio quis supplantator Iacob. Gene. 27. cap. Has vestes multi serui Dauid
precisas habent vsq; ad nates, aliud opere, aliud professione præ se ferentes. Deniq; sacerdotes Baal malo
[2. Reg. 10.] suo amicti sunt stolis albis, quos ad vnum occidi iussit rex Hiere. 4. Reg. 10. Vt intelligas q; vestes non fa-
ciunt sacerdotem, sed charitas vestis polymita & vsq; ad talos, quæ operit multitudinem peccatorum,
[Ambrosi⁹] 1. Pet. cap. 4. Obmutuit igitur homo ille. Tunc dixit rex ministris. Ligatis pedibus, &c. Ambro. super Lu-
cam Quæ sunt tenebræ exteriores? Nunquid illic quoq; carcer aliquis latomiæq; subeundæ sunt? Minime.
Sed quæcunq; extra promissa sunt cælestium mandatorum, in tenebris exterioribus sunt. Et quæcunq; sine
Christo est, in tenebris est. Ergo neq; corporalium stridor aliquis dentium, neq; ignis aliquis perpetuus
flammarum corporalium, neq; vermis est corporalis. Sed hæc ideo, quia sicut ex multa cruditate & febres
nascuntur & vermes, ita si quis non decoquat peccata sua, velut quadam interposita sobrietate abstinen-
tiæ, sed miscendo pecca peccatis tanq; cruditatem quandam contrahat veterum & recentium delictorum,
igne aduretur proprio, & suis vermibus consumetur. Vnde Esaias, Ambulante in lumine ignis vestri, &
[Cap. 50.] in flamma quam accendistis Ignis est, quem generat mœsticia delictorum. Vermis est, eo q; irrationabilia
animæ peccata mentem rei sensumq; compungunt, & quædam exedunt viscera conscientiæ, isti sunt ver-
[Cap. 66.] mes qui non dormiunt apud Iob. cap. 30. Nec moriuntur apud Esaiam. Stridor quoq; dentium prodit in-
dignantis affectum: eo q; sero irascatur sibi, q; sero pœnituerit, q; tam pertinaci improbitate deliquerit. Et
[Infernus.] quamdiu quidem peccator viuit eo q; tempus habet mutandi varietates suas, licet sit pardus; iuo. enti
[Hiere. 13.] comparatus, qui ratione prædites irrationabiliter viuit. Cæterum postq; ligatis manibus, segregatur a cœ-
[Psal. 48.] tu sanctorum, melius illi erat, si natus non esset Matth. 26. Aut si esset asinus vel ouis, quæ post mortem
non sunt; de isto autem non sic, sed septuplū punietur in ternario animæ & quaternario corporis. Mittite
ergo

ergo eum in tenebras exteriores: extra omnem noticiam Dei. Aristogitonem sycophantam Athenienses damnatum, vinculis coercebant. Is oratum Phocionem mittit, vt Paulum velit ad se visendum accedere. Assensus princeps, cum eius facilitatem sui damnare os (erat enim scelestus homo) atque illum conarentur ab itinere iam cœpto deflectere, finite inquit, nam vbi locorum iucundius quam in carcere Aristogitonem videretis? Vbi Aman congruentius quam in ligno 50. Cubitorum appensum? Vbi Absalonem melius, quam pendentem e quercu 2. Reg. 18. Vbi caput Holophernis dignius quam pendens e muris Bethuliæ? Iudith. 14. Et hunc igitur mittite in tenebras. Quæ autem aut quales sint tenebræ istæ, vel vbi locorum nostra nõ admodum refert scire, at faxit deus optimus Maximus vt semper eas nesciamus. Cæterum siquis omnino scire cupit, ipsos tenebrarum rectores & incolas consulat, quia ego nescire me fateor. Refert Plutarch. de Alexandro, qui Babyloniorum regionem ingressus, omnibus in potestate redactis, ibi in Ecbatanorum agro telluris hiatum assidue ignem tanquam ex fonte scaturientem, miratus est. Haud procul inde Naphtha magno innfidat fluctu, quod bitumini per quam simile, tantam igni cognationem habere videtur, vt priusquam flammam attingit, per ipsum luminis splendorem medium per sæpe aerem incendat. Cuius vim atque nostram volentes ostendere Barbari, cum angi portum qui ad regium ducit domicilium ea re Paulisper morassent, primo crepusculo extrema in parte constituti, faculas guttis admouert. Vix dum prgmis incensis, haud sensim flamma depascens, vnico mentis intuitu finem inuasit alterius, ita vt angi portus perpetuum foret incendium. Sed hæc quę diximus de ignivoma specu deque Naphtha vmbra sunt futurorum malorum quæ tenebrarum nomine præfigurantur vel significantur. Dicit autem Alex. de Alef. 2 1.q.115. quod ministri hi quibus traditur homo iste ligandus, gaudent quidem de malorum perditione, sed gaudio pleno multa felle. Sunt enim adhuc in statu, in quo possunt demereri. Sed cum tradētur in stagnum ignis, gaudium eorum peribit. Si dicas, quomodo dicit Damascenus, quod est homini mors, hoc est angelis Casus? Dicendum quod verbum Damasceni in parte est verum. In hoc enim est simile, quod sicut non est homini post mortem regressus ab inferis ad vitam naturæ, ita nec dęmoni ad vitam gratiæ. In hoc autem est dissimile, quod homo post mortem non potest demereri, angeli post lapsum habent tempus demerendi. Dicit autem & Origenes. Has tenebras exteriores non tam aereum aliquem obscurum & sine lumine locum intelligere debemus, quam quod profundæ ignorãtiæ tenebris immersi, extra diuinæ intelligentiæ lumen effecti sunt. Potest etiam hoc intelligi, quod sicut sancti post resurrectionem lucida corpora recipient, vt fulgeant sicut stellę in firmamento aut sicut sol in regno patris eorum (Matth. 13.) Ita impij qui in hac vita errorũ tenebras & ignorantię dilexerunt, obscuris & tetris post resurrectionem corporibus induantur, vt ea ipsa caligo ignorantiæ quę in hoc mundo interiora mentis eorum obsederat, in futuro per exterius corporis appareat indumentum, sicut dicitur, facies omnium sicut nigredo ollę. Ligantur autem manus eorum, quas diu sub ascellis tenuerunt, & pedes quibus ad bonum semper retrogradi more cancrorum, & malum veloces fuerunt, ibi erit fletus, & stridor dentium: Qui quoniam acerba manducauerunt, malicia stupidi erant effecti, alias autem tripartito ordine dentium armati ad effundendum sanguinem iuxta illud Psal. 56. Filij hominum dentes eorum arma & sagittę. Hilarius. Sed nunquid Inuitandorum habitum designarat rex iste, iubens per pręconem edici, vt omnes nuptialibus induti, venirent? Deinde cum inuitari quosque iussisset, quomodo vnus omnibus poterat esse vestitus? Aut si certus ex consuetudine conuiuantium in nuptijs habitus soleret esse, a ministris & inuitantibus potuisset inhiberi. Sed quia malos intelligere non omnium est, sed eius tantum qui ventilabrum habet in manu, & humana simplicitas difficile lupum sub ouina pelle & fraudulentiam humanę mentis intelligit, idcirco hunc malum & indignum coetu nuptiali dominus solus inuenit, qui vnum solum iustum reperit in Chaldęa Abraam patrem fidei nostrę. Genes. 12. Sed si vnus tantum electus est, quid est quod sequitur, multi sunt vocati, pauci vero electi? Augustinus super Psal. 61. Conuocasti turbas, venit ingens multitudo, multiplicati sunt super numerum (vel multiplicata) implete sunt nuptię discumbentibus, proiectus est inde vnus solus, & dicis multos vocatos, paucos electos? Cur non potius omnes vocatos, multos electos, vnum proiectum? Qui sunt electi, nisi qui remanserunt? Sed quomodo proiecto vno, de multis pauci electi? Nisi quia in illo vno multi? Nam & alias iustorum numerus septem milium numero significatus est. Habent enim & impij suam vnitatem sed in malum, de qua dicitur, venite faciamus nobis ciuitatem & turrem, cuius culmen pertingat vsque ad Cęlum. Et rursus, venite coronemus nos rosis. Sapien. 2. Et illud, venite mittamus lignum in panem eius, &c. Hiere. 11. Omnes igitur isti qui ciues fuerunt mundi, inimici crucis Christi, nomine vnius huius significati sunt, qui ligatis manibus & pedibus, tanquam cadauera putrida extra mundum proiecti sunt vel proijcientur, vbi consortium nullum habebunt nisi forte cum vermibus. Esai. 14.

[Margin: Photion; Ester. 7.; Plutarch.; A; Alex. Ale.; Apoc. 7.; Damasce.; B; Origenes.; Dani. 12.; Naum. 2.; C; Prouerb.; Dani. 7.; Hilarius.; Luce. 3.; August.; D; 3. Reg. 19.; Gene. 11.; Philip. 3.]

E

Caput. v. Rogatur dominus a Pharisęis & Herodianis, vt pote qui homo verax sit, & viam Dei doceat, vtrum nam liceat tributum pendere cæsari, an non, dominus ostenso sibi numismate, dixit, date deo quæ sunt Dei: Iudem & Cæsari.

de pœni. di. 5. ca. 1.

Tunc abeuntes Pharisæi, consilium inierunt, vt caperent eum in sermone, Lucas, & obseruantes, miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, Matthæus & Marcus, quosdam videlicet ex Pharisæis cum herodianis, Lucas, & traderent eum principatui & potestati præsidis. Et venientes interrogauerunt illum dicentes. Matthęus, Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Marcus, & nõ curas quenquam, Lucas, recte dicis & doces. Matthęus, non est tibi cura de aliquo, non enim respicis personam hominum: Marcus, neque enim vides in faciem hominum, Matthęus, dic ergo nobis, quid tibi videtur? tres euangelistę, licet nobis tributum dare cæsari, an non? Marcus, an non dabimus? Iudæorum populus trifariam diuisus erat, in Pharisęos videlicet Sadducęos & hessenos. De Pharisęis & Sadducęis referunt euangelistę. De hessenis ita dicit Plinius lib. 5. cap. 17. Gens hessenorum quos fugitant vsque quaque nocentes. Gens sola & in toto orbe preter cęteros mira, sine vlla fœmina, omni venere abdicata, sine pecunia, socia palmarum. In diem ex ęquo conuenarum turba renascitur, longe frequentantibus quos vita fessus ad mores eorum fortunę fluctibus agitat ita per sęculorum millia (incredibile dictu) gens ęterna est, in qua nemo nascitur, tam fœcunda illis aliorum vitę pœnitentia est. Iuxta

Chrysost.

quod dicit Chrysost. Omnis malicia confunditur aliquoties ratione veritatis, corrigitur autem nũquam, maxime eorum qui proposito malo, & non ignorantia peccant, atq; vt dicitur, prudentes & scientes manum mittunt in prunas. Sumptum videtur Prouerbium a notissima historia M. Sceuolę de quo Val. M. lib. 5 cap. 5. Hic enim pertęsus longam obsidionem qua porsena hetruscorum rex Romam obsidebat, castra eius clam ferro accinctus intrauit, immolantemq; aut altaria conatus est occidere. Cęterum a militibus oppressus, nec causam aduentus texit, & tormenta quantopere contemneret, mira patientia ostendit. Pertęsus enim credo dexteram suam, quod eius ministerio in cęde regis vti nequiuisset, iniectam foculo, exuri passus est. Sequitur ex Val. Max. Dij immortalis admotum aris cultum nullum attentioribus oculis viderunt. Sequitur. Porsena vero rex in admirationem versus, reuertere inquit muti ad tuos & eis refert, te cum vitam meam petieritis, a me vita donatum. Et isti sunt qui, iuxta prophetam descendunt in infernum viuentes. Ecce enim sacerdotes postquam dominum terrere non potuerunt dicẽtes, in qua potestate hęc

Prouerb.

Psal. 54.

Math. 21.

facis, postquam parabolarum ratione constricti, suo iudicio ipsi se reos fecerunt, dicentes, malos male perdet, nemine contra eos dicente testimonium, nisi sola conscientia, nunquid compunxit eos timor peccati, vel libertatis consideratio? Sed quid? Abierunt & consilium inierunt. Quibus cum? Cum Herodianis, qui nec deum timebant, infideles enim erant, nec homines verebantur. Sicut autem non potest fieri, vt ligna mittendo, ignem extinguas, sic non potest fieri, vt rationem reddendo places hominem, qui litem mouet vel de lana caprina Sed ad rem. Dicunt quidam inquit Abulensis quod quando Octauianus fecit describi vniuersum orbem, & pręcepit vt singuli profiterentur subditos se esse Romani imperij, quilibet soluebat denarium, & ex eo tempore dicunt impositum tributum quod solueretur annuatim. Quid sit autem cẽsus vel censeri, vel capite censi dictum est Lucę. 2. Ita dicit Hieronymus. Cęsar. A. qui Iudęam tributariam fecerat, Herodem filium Antipatri alienigenam & proselytum regem Iudęis constituerat, qui tributis pręesset, & Romano pareret imperio. Mittunt igitur isti boni consultores quosdam ex Pharisęis discipulis suis malorum coruorum pessima oua cum huius Herodis militibus. Chrysostomus. Coloni Dei adiutorium diaboli non requirunt, coloni autem diaboli adiutorium Dei non quęrunt, & si quęrunt non inueniunt. Vidisti aliquem euntem ad furtum, & orantem deum, vt bene prosperetur? Quod si fecerit, non solum non iuuatur, sed amplius traditur, quia nescit iustus iudex patrocinari criminibus. Consilium capiunt Pharisęi, vt Iesum capiant, & quales consiliatores tale consilium. O quoties consiliati sunt de perdendo domino Iesu, & nunquam vel semel inierunt consilium vt crederẽt in illum. Imo cęco dicenti: Num & vos iam tantus sapientes & rem perpendentes serio, (satis enim cito si satis bene, quia satius est recurrere quam male currere) vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt maledictione pessima dicentes, tu in peccatis totus natus sis discipulus eius. Discipuli igitur isti ętate quidem erant iuniores, malicia autem pares, quia & pulli serpentem statura breuiores, veneno ęquales sunt. Et Catuli Lupini adhuc teneri & si venationem capere non possunt, iam tamen sanguine gaudent, & morsibus ludunt, Origenes. Frequenter Iudęi semel tributarij facti, radicitus interit periclitati sunt sub Romanis, volentibus statuam cęsaris introducere in domum Dei, resistentes & prohibentes tortiores super se factos propter peccata. Pilatus enim adhoc eos semel coegit. Similiter autem & factum est tempore. C. Cęsaris. Existimamus ergo quod quandiu quidem speculabatur populum illum deus, & circundatus erat sępe dominicę tuitionis quasi vinea domini Sabbaoth: nihil huiusmodi contingebat eis. In primis autem Pilatus ipse cui tradiderant Christum, ausus est populum inquinare, quod grauius erat captiuitatibus vniuersis. Quoniam omnis captiuitas quam frequenter sunt passi, corporis erat vexatio, sicut & tributa, introductio autem statuę in templum, animarum erat interitus. Iudęi autem post captiuitatem Babylonicam idololatrasse non leguntur communiter. Et in tempore ergo Christi quando tributum iussi sunt dare Romanis, cogitatio & consilium erat apud Iudęos verum qui Dei populus erant & patria, deberent dare tributum Romanis, an pugnare pro libertate, nisi permitteretur eis viuere sicut volebant. Huius opinionis fuit Iudas quidam Galilęus, de quo Lucas in actis, cap. 5. Qui docebat verbo & facto, non debere dari tributum Cęsari. Insuper dicebat, Cęsarem neq; dominum neq; Cęsarem appellandum. Qui autem erat in tempore illo Tetrarcha, suadere populo festinabat, vt statui pręsenti consulerent, & non voluntarię contra fortiores si superent bellum, sed

Prouerb.

Abulensis

Hierony.

Prouerbiũ

Chrisosto.

Prouerbiũ

Ioan. 9.

Origenes.

Esai. 5.

a. qui-

acquiescerent dare tributum. Sermo quidem euangelij hoc ostendit licet non manifeste. Non enim haberent Pharisæi occasionem dominum tentandi, si manifestum esset apud populum, verum esset dandum tributum Cæsari, vel non. itaq; cum de pendendo tributo non apud omnes conueniret, quibusdam dicentibus, indignum esse, populum Deo sacrum idolorum cultoribus pendere tributum: cuius sententiæ erant Pharisæi & sui sequaces, rursus erant, qui Cæsaris partes tuentes, dicerent oportere solui tributa, & huius opinionis fautores dicti sunt Herodiani, sicut Paulo superius dictum est de mente Hieronymi, sperabant autem Pharisæi (sed delusi sunt hiantes corui) vt dominus Iesus proposita interrogatione, magis fauens libertati gentis suæ, apud quam cultus Dei vigebat, quam impio Cæsari solita libertate pronunciaret pro Iudæis contra Herodianos, non esse videlicet pendendum tributum Cæsari, sic mox captum tanquam Cæsari rebellem, Herodi sisterent, daturum pœnas quas ante Teudas & Iudas dederāt. Actu. 5. Venientes igitur coniurati isti, lupi in ouina pelle, ferentes mel in ore aculeos in dorso velut scorpiones (Aue Rabbi) interrogant illum, dicentes. Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Isti sunt quibus optime congruit illud ex Prouerbio, altera manu panem ostentat, altera lapidem fert, sicut legimus de Dauid pugnaturo cum Philistæo, qui baculum præse ferebat, sed lapidem infixit illi in fronte. Magister inquiunt. Et isti sunt qui alias dicebant, dæmonium habet, quid eum auditis? Ioan. 10. Sed vulnus suum alebant venis, & cum cæco carperentur odio, viuente sub pectus vulnere inuidiæ & infidelitatis, tamen interim magister inquiunt, nos persuasum cum habeamus, te viam veritatis in veritate docere, sententiam tuam super hac vna re consulendam existimauimus, & maxime cum ex multis omnibus palam sit, te personam hominum non accipere, cum non sit tibi cura de aliquo: (Non curas quenquam. Multi enim verbum veritatis celebant ne quosdam offenderent). Præterquam de vna veritate. Hoc est iuxta Prouerbium melle litus gladius. Vnde iuxta Lucam isti scorpij aculeati iustos se simulabant, hoc sceleratiores, quo fraudem addebant maliciæ, sicut scelerator est qui veneno occidit, quam qui gladio. Quid enim simulata iusticia capitalius? Lupi inquit erant, sed personati, foris Catones Simeones, iusticiæ oculi, intus reguli viperæ, letale mulsum propinantes. Mira vero malicia hæc est. Non enim dicunt, dic nobis quid faciemus, omnino calculo nostro approbabimus sententiam tuam, sed quid tibi videtur. Origenes. Cum dicunt, non accipis personam hominum (nihil verius) prouocant eum isti boni, vt qui accipiat personas Herodianorum, qui partes Cæsaris defendebant, quod si hoc faceret, traderetur Herodianis vel Romanis quasi recessionis autor. Si autem iuberet tributa dari, traderent Pharisæis, quasi personas hominum aspicientem, magis quam docentem viam Dei in veritate. Sed nunquid Herodiani non liberarent eum a Pharisæis, si partes eorum tueretur Christus? Forte Herodiani audito quod pro Cæsare pronunciasset, abirent, non curantes quid de illo statuerent Pharisæi. Sicut autem dicit hic Theophyl. Fuit quædam hæresis tunc nuper orta dicentium Herodem esse Christum, eo quod in temporibus illius defecisset successio regum Iudaicorum, verum communis opinio est quod isti erant milites Herodis. Quod autem dominus personam hominum non acciperet ex multis locis euangelij perspicuum est, sicut illud, Nescitis quid petatis. Item illud, quod Herodem vulpē appellauit. Luc. 13. item quod ad domum reguli, nec rogatus accessit. Ioan. 2. Ad domum Centurionis paratus erat ire. Sed & ex præsentibus liquido apparet, quandoquidem vocantes se magistrum, hypocritas esalutat, vt qui aliud ore aliud corde ferebant. Et iuxta Hieronymum, sæpe adulantium resistimus verbis ad faciem, & in secreto mentis fauemus (quid enim tritius?) non cogitamus quid sumus, sed quid alijs esse videamur. Vnde eo perducta res est, vt neglecta veritate meriti, de sola opinione curemus, qui testimonium vitæ nostræ non a conscientia nostra, sed a fama petimus. Sunt autem adulatores humani generis pestes, & si Plutarcho credimus, perpetuum malum regum, qui dum ea quæ volunt libenter audiunt, se adulari sinunt, & falli æquo animo patiuntur. Et tamen inter tot insanorum principum asininas auriculas repertus est vel vnus in hac parte sanus, Tiberius. C. qui adulationes vsque adeo auersatus est, vt neminem Senatorum aut officij aut negotij causa ad lecticam suam admiserit, Consularem vero satisfacientem sibi, ac per genua orare conantem, ita suffugit, vt caderet supinus, atque etiam si quid in sermone vel in cōtinua oratione blandius de se diceretur, non dubitaret interpellare, ac reprehendere, & commutare continuo, Dominus appellatus a quodam, denunciauit ne se amplius contumeliæ causa nominaret. Alterum dicētem, sacras eius occupationes, & rursus alium autore eo senatum se adijsse, verba mutare, & pro autore suasorem, & pro sacris laboriosas dicere coegit. Et tamen hic est qui aurea secula in ferrea mutasse dictus est. Erat tamen vt diximus in adulabilis, cum virtutum omnium vitricus esset & nouerca. Vere igitur dictum est, non respicis personam hominum etiamsi sit Cæsar, sit vel Herodes etiam si sit rex Dauid, cui dictum est ex persona Dei, Tu es qui fecisti hanc rem. 2. Reg. 12. Et illud, Tu o Achab rex & domus patris tui turbastis Israel, qui dereliquistis mandata domini, & secuti estis Baalim. Personam inquit non accipis, cuius solius iudicium est verax, quia non secundum visionem oculorum iudicat, nec arguit secundum auditum aurium. Magister inquiunt verax es. Et hæc dicebant expulpantes illum. Et mirabile est quomodo vel volentes vel inuiti veracem vocant, quem sepultum, seductorem vocabant. Matthæi 27. Ego autē candide lector vt ingenue dicam quod sentio, nescio si alicui mortalium datum sit vel dabitur (duobus exceptis vel tribus) vt omnino personam hominum non accipiat, sed sicut fingunt poetæ de iudice Rhadamanto ipsas causas nudas suscipiat, ignorans interim num reges sint qui iudicantur aut cerdones. Cum igitur inquiunt huiusmodi sis qui facilius scandalum oboriri permittas, quam veritatem tacere, rogamus dic nobis, dabimus ne tributum Cæsari an non dabimus? Multa nobis oportet, vt deum fallas. Vides quam blandissimo procemio exordiuntur isti insigniter scelerati Pharisæi & Herodiani, qui cum inter se dissentirent in dogmatis, in odium tamen Iesu coniurauerant, sicut Pilatus & Herodes. Lucæ. cap. 23. Poterat quidē

dominus

Math. 26.
1. Reg. 17.
Actu. 10.
Origenes.
Theophy
Math. 20.
Math. 8.
Hierony.
Plutarchus.
Tiberius.
3. Reg. 18.
Rom. 2.
Esai. 11.
Iudex.

dominus respondere, veltis noltis, dubia, siue ego pro Cęsare dicam, siue respondeam pro libertate Iudeorum, quandoquidem sententia Christi apud populum per id temporis, quid aliud erat, q̃ vna hirundo quæ non facit ver? Non tamen hoc respondit, sed velut qui personam non acciperet, sed conscientiam, sic verba sua temperauit, vt dentes eos lupinos quos celabant in ore ipsorum contereret. Sequitur. Cognita autem Iesus nequitia eorum. Iuxta Matthęum vel versucia, iuxta Marcum, aut iuxta Lucam. Cognito dolo eorum, ait. Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi nomisma census; iuxta Matthæum, vel denarium, iuxta Marcum & Matthęum. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus. Cuius est imago hæc & inscriptio, iuxta tres euangelistas. Et respondentes dixerunt. Cæsaris. Et ait illis. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Lucas: & non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe, & mirati in responso eius, tacuerunt. Matthęus: & audientes, mirati sunt, & relicto eo abierunt.

F

88. dist. ca. eijciens eos si.

Considerans inquit homines illos sesculixes versipelles, qui vngebant vt pungerent, qui guttur fricabant, vt gladium profundius immergerent, qui retia sua te tenderant, vt dominum vel in verbo vnico illaquearent (hoc enim significat verbum, pagidenosin, illaqueare, pagis enim laqueus est, quo feram capimus aut auem) quorum vox cum esset Iacob, manuare vera erant Esau. Genes. 27. O inquit homines vultu, veneno viperę, ologo dędali astu vulpes, sęuitia vulturis, quousq̃ me infœliciter tentata, non conquiescitis? Quid inquit me tentatis? Vulpes aliquando venatores fugiens, multa decursa via, virum ligna cædentem offendit, hunc orat, vt se absconderet, a quo ei ostenso tugurio ingressa delituit. Venatoribus vero rogantibus, num vulpem vidisset, voce quidem negabat, sed manu locum vbi latebat eis ostendebat. Id illi cum non intellexissent, abierunt. Egressa vulpes abibat, hospite insalutato. Eo ipsam accusante, q̃ seruata a se, gratias non ageret, Vulpes inquit: ego vero gratias egissem, si verbis similia & manuum gestus & mores habuisses, hoc est, si sicut vox est Iacob, essent & manus. Hoc est igitur quod dominus dicit. Vos silentestis, qui doctrinę gratia doctum ad esse, cum teuera laqueos paretis pedibus meis, & nassam inquam me detrodere vulsis, confido autem q̃ vestro met laqueo capiemini, & incideretis in foueam quam aperuistis. Ostendite mihi denarium census. Obtulerunt igitur ei denarium qui imaginem prę se ferebat & inscriptionem Cęsaris. Et eo conspecto, quasi qui parum cognosceret eiusmodi inscriptionem ac imaginem, cuius omnis conuersatio in cęlis erat, quique tributum e mari petito didrachmo soluerat, pro se & pro Petro, Matth. 17. Cuius est inquit imago hęc & inscriptio? Responsum est. Cęsaris est vtrunque, vel Iulij vel Augusti vel Tiberij. Vt igitur dominus declararet se non in hoc venisse in mundum, vt pacem turbaret reipublicę, quę suis legibus conseruatur, sicut alias dixerat, orate pro pace ciuitatis, ad quam transmigrare vos feci, quia in pace illius erit pax vobis, reddite inquit Cęsari ea quę sunt Cęsaris: primum autem quærite regnum Dei, hoc est, sed in primis, reddite Deo quæ sunt Dei.

scotus, 3. di-
stin. 24. q. vnica,
Vulpes,

G

Psal. 7.

Phil. 3.

H

Hiere. 29.
Math. 6.

Non ergo dixit, iustum est vt soluatis censum, nec dixit, omnino non licet reddere. Si enim dixisset primum, calumniarentur, q̃ male pronuntiasset, Gentem Iudæorum tributariam pronuntiando. Si autem diceret, ne soluatis tributum, qui Deo decimas pendentes & primicias, nihilominus in retia incideret Herodianorum. Itaque cum ipsi interrogati fateantur se vti in suis commertijs pecunia signata imagine & inscriptione Cæsaris, consequenter consitentur aliquid se debere Cæsari. Ita qui conabantur dominum Christum verbis illaqueare tutimet, suis ipsorum verbis capti sunt. Reddite igitur Cæsari sua, quæ tamen dominus Iesus nunquam dixisset (mea quidem sententia) nisi illatutus fuisset, & reddite item Deo quæ Dei sunt. Quę sint autem hęc quę Deo reddenda sunt, Paulus vnico verbo complectitur dicens: Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Rom. 13. Sed de censu & tributis pendendis Cęsari, quoniam ipse exactores suos habet, qui consuetum numerum laterum exigant & extorqueant a subditis, inter im vellicantes vtrem paxillo nodiorem, ipsi viderint nos de censu Deo persoluendo dicamus aliquid, pecunia enim Dei sumus, ad imaginem Dei conditi. Atque vtinam non dicatur de nobis, argentum reprobum vocate eos. Frustra conflauit conflator, malicię eorum non sunt consumptę. Et illud. Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, in delitijs paradisi Dei fuisti. Signaculum in prima conditione imprimitur homini, similitudinem autem nostro Marte acquirere debemus, gratia Dei comite indiuidua, de qua Paulus, gratia Dei sum id quod sum, Ecce hominis creatio, & gratia eius in me vacua non fuit: Ecce similitudinem quam per opera debemus acquirere, iuxta illud, estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis. Quod autem dicit, in paradiso Dei fuisti, id circo dicit, quia iuxta Hieronymum multi principes habent paradisum suum in hoc sęculo Origenes. Tu tamen o homo quicunq; es, caue ne seculum istud ingrediens, sigello diaboli sis impressus. Circuit enim ipse & lustrat omnia, volens & ipse signare corda subiectorum sibi vel in manu, fronte vel corde. Huius triplicis characteris quia nullum susceperat dominus Iesus, venit inquit princeps mundi huius, Ioan. 14. & in me non habet quicquam. Itaque iuxta eundem Origenem, cum drachma simus decima cęlestis grati, intra nos impressam imaginem cęlestis regis. Filius autem Dei est pictor huius imaginis. Et quia talis acta ntua est anthropographus, obscurari per incuriam potest, deleri per maliciam non potest. Manet enim semper imago Dei in nobis, licet nos nobis super inducamus imaginem bestię vel Cęsaris. Cum enim verbi gratia te libido fucauerit, induxisti vnum colorem terrenum, induxisti litteras quasdam, de quibus scriptum est, peccatum Iuda exaratum est stilo super latitudinem cordis eorum. Quomodo inquit obscuratum est aurum, mutatus est color optimus: Trenorum. 4. Quomodo caput aureum degenerauit in pedes ferreos? Hoc est quod legimus 3. Reg. 14. Cum rex Sesac sustulisset de domo domini omnes thesauros, & scuta aurea quę fecerat Salomon, reposuit pro eis Roboam filius eius scuta ęrea, electrum versum est in scoriam, iuxta Prouerbium: Mandrabuli mores recessit, hoc est osten-

23. q. finali. c. conuenior & ca pręcedenti.
Exo. 5.

I

Hiere. 6.
Ezech. 28.
1. Cor. 15.
Matth. 5.

Hierony.
Origenes.
Apoc. 13.

Idem.

K

Hiere. 17.
Dani. 2.

Figura.

est ostendere vmbram pro corpore. Et cuius est imago haec Terra prosopa, quæ ab auro incipiens, in lutū desinit? Cæsaris aut chimeræ. Et tamen hic est qui in prima sui creatione omni animali præficitur. Dicit autem Ales. 2. 1. q. 20 ꝙ expressa similitudo Dei in homine, de qua dicitur, faciamus hominem, &c. Potest attendi ratione potentiæ præsidentis, & secundum hoc dicit Augustinus, ꝙ nulli creaturæ dedit deus vt esset ad imaginem Dei nisi homini Gene. 1. Dicit enim vt præsit piscibus, &c. Dicitur & imago ratione proprietatis in cognoscendo creaturas, item ratione capacitatis beatitudinis, & his duobus modis tam homo ꝙ angelus sunt imago vel ad imaginem Dei, item ratione immortalitatis, quia sicut angelus ita & anima est immortalis. Dicitur etiam ratione finis creaturarum, sicut dicit & philosophus, sumus nos quodammodo finis omnium, & sic homini tantum congruit. Apelles cum ætate sua maximi pictores essent, horum opera cum admiraretur, collaudatis omnibus, de esse illa vnam illam venerem dicebat, quā Græci charitem vocant, Cætera omnia contigisse, sed hanc soli datam, nemini parem. De hac gratia quæ maxime elucit in homine interiore, dicit spiritus sanctus. Tota quidem pulchra es amica mea, ecce tu pulchra ea, oculi tui columbarum & cætera quæ habes Canti. 4. de labijs, dentibus, gena collo & vberibus quæ pertinent ad exteriora sileni, cæterum pulchritudinem animæ concreatam vnico verbo expressit dicens, absque eo quod homines latet. Vos igitur si optimi trapezitæ estis inquit Hieronymus, iuxta consilium apostoli 1. Thes. 5. omnia probate, quod bonum est tenete, qualitatem primum, tum figuram, eum inscriptionem & pondus exquirite, ne aut sub auri specie æs latebat, aut quod vere aurum est monetæ reprobæ figura de honestet, aut quod aurum est & tectæ figuræ, hoc non integrum pondus leniget, aut inscriptio obsoleta suspectum reddat. Omnia enim hæc ad amussim exquiret a nobis ille de quo scriptum est, sedebit conflans & emundans argentum, &c. De inscriptione obserua illud, si fuerit Chonias filius Ioachim regis Iuda anulus in manu mea, inde extraham eum, Hieronymus. Iechonias interpretatur domini præparatio, cui in præsenti loco prima syllaba, idest domini nomen aufertur, & dicitur Chonias, vt sub audiatur perditioni & interitum præparatus, non enim habet integram inscriptionem. Et quæ sunt Dei Deo. Respondet tacite quomodo Pharisæorum, videlicet quomodo staret ꝙ esset homo tributarius Deo, tum & Cæsari. Alia inquit sunt redenda Cæsari, alia Deo. Cæterum si requiras quæ sunt ea quæ iure debentur Cæsari, respondet Tertullianus, nempe ea omnia sunt Cæsarum, quæ vi & armis occuparunt. Quod si omnes populi inquit penes quos sit imperium ipsiq; Romani qui orbem possedere, iustitiam sequi velint, ac suum cuiq; restituere, quod vi & armis occuparunt, & casas & magalia egestatemque reuertentur. Quod si fecerint, iustos esse dicamus quidem, sed tamen stultos iudicare necesse est, quia vt alijs prosint, sibi nocere contendunt. Et tamen non patitur ipsa institutio naturæ, vt iudiceris cum alterius detrimento. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari Tiberio videlicet Augusti priuigno, qui ei successit. A primo enim Iullio Cæsare qui imperium vsurpauit omnes deinceps Cæsares appellati sunt. Et quæ sunt Dei Deo, decimas videlicet oblationes, primitias, &c. Origenes. Hoc enim modo possumus duobus dominis seruire, si anima detur Deo, & corpore seruiamus Cæsari. Vel demus corpori necessaria, cibum somnum & vestitum, & quæcunq; necessaria sunt ad repausationem corporis simplicem, quibus sine consistere non potest carnis natura & infirma, demus autem animæ nostræ quæcunq; ad virtutem cōducunt. Si autem Cæsar princeps harum tenebrarum intelligatur, reddamus ei quæ sua sunt, idest omnes malicias & vicia, vt his depositis, possimus Deo reddere quæ sunt. Docemur autem ex verbis Christi: vt cum aliquis quærit a nobis, non vt discat, sed vt tentet & causam accusationis inueniat, nec omnino tacendum esse, nec simpliciter respondendum, ne sanctum detur canibus. Matth. 7. Et non potuerunt verbum eius reprehendere. Non potuerunt illaqueare illum, & aperire sibi fenestram, vt illum caperent vel in sermone. Habet enim & simplicitas euangelica siue columbina suam prudentiam serpentinam. Et tamen cum mirarentur sapientiam eius, qui sic elusisset carumosos coruos. (Vultures triduo præuolātes vbi cadauera sunt futura.) abscedunt dolentes, ꝙ laqueus eorum contritus esset, & Christus dominus liberatus esset sicut passer de laqueo venantium. Vos igitur qui lucis filij estis, videte quomodo caute ambuletis, quia omnia plena sunt laqueis tendiculis & muscipulis, tamen si caute ambuletis, frustra iacietur rete ante oculos pennatorum.

A. Ales. — Apelles. — Hieronym. — Malach. 3. — Hiere. 22. — Hieronym. — Matth. 6. — Origenes. — Matth. 10. — Psal. 123. — Ephe. 5. — Prouerb.

Caput. vj. De Sadducæis negantibus resurrectionem mortuorum, & de muliere septinuba, & quomodo per scripturam confunduntur: quodque in cœlo erimus sicut angeli, nuptiæ ibi nullæ.

IN illo die accesserunt ad eum Sadducæi qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogauerunt eum dicentes. Magister Moses scripsit nobis, vt si cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit vxorem, & filios non reliquerit, vt frater eius ducat vxorem illius & suscitet semen fratri suo. 13. q. 2. cap Non estimemus. Erant ergo apud nos septem fratres, & primus vxore ducta, defunctus est sine filijs. Similiter secundus accepit eam, & mortuus est sine filio: & neque iste reliquit semen. Et tertius similiter accepit eam vsq; ad septimum. Nouissima omnium mortua est mulier. In resurrectione ergo eorum cuius erit vxor? Siquidem. 7. habuerunt eam vxorem. Sadducæi adeo carnales erant, vt vere ad literam de illis dictum videatur, homo cum in honore esset, non intellexit animæ suæ immortalitatem, Psal. 48. comparatus

comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Negabant enim resurrectionem mortuorum, angelum non credebant, hominis & iumenti vnum & eundem esse interitum asseuerabant. Et huic suo impio errori, ac impudendo mendacio obumbrando turpitudinem fabulæ opponunt (si tamen fabula est & non historia) vt resurrectionis denegent veritatem. Potuerunt autem opponere alteram quā refert Hieronymus. Vidimus inquit Romæ duo inter se paria vilissimorum hominum, vnum qui viginti sepelisset vxores alteram quæ vicesimus secundum sepelisset maritum, extremo sibi vt putabant neogamij isti matrimonio copulatos. Si igitur resurrectio futura est, vel vnus vir reddetur viginti vxoribus, vel quod grauius est reddetur septingentis & eo amplius. Væ autem homini illi, cui melius esset nūquam surrexisse, q̄ seruituti addici tot vxorum: Aut certe vni vxori reddentur duo & viginti viri, quod monstrum natura ipsa non fert. Ergo resurrectio futura non est. Mirabilis est stulticia Sadducæorum, qui argumentantur contra communi, ex eo quod ipsi non credunt. Sabbellicus. Britanæ fœminę vno tempore denis & amplius viris matrimonio locabantur, habebantq; eas fratres cum fratribus communes, parentes cum liberis, ac siqui ex his nati essent, liberi habebantur. Strabus. Medorum est regnum vxores multas habere, pauciores quinque calamitatē ducere. Indi multas nuptas habent quas a parentibus accipiunt emptas pari boum, & nisi castas esse cogant, fornicari licet. Troglodītarum mulieres communes sunt similiter & filij, nisi quæ Tyrannorum sunt. Qui Tyranni vxorem corruperit, oue mulctatur. Cæterum de hac lege vide Deut. cap. 25. Et Ruth. 4. Dicunt autem Hæbrei q̄ fœminæ Hebreę apud Aegyptum communiter geminos pariebant, & interdum tres vel quatuor, nonnunqnam autem & sex. Vide Augustinum de ciuitate Dei lib. 18. cap. 6. Dicit autem Abulensis, q̄ si frater natu minor moriebatur, frater maior non tenebatur accipere vxorem defuncti. Nam suscitatio hęc seminis erat propter continuandas lineas primogenitorum. Verum de his ipsi potius Sadducæi consulendi sunt qui nuptias somniant, imo qui velut bruta nihil aliud dicunt q̄ illud, comedamus & bibamus: Cras enim moriendum est. Vnde sequitur. Et respondens Iesus, ait illis. Nonne ideo erratis nescientes scripturas neque virtutem Dei: Iuxta Matthæum & Marcum. An non igitur erratis: ob hoc videlicet q̄ non intelligerere scripturas. Pharisæi vero cęci auaritia. Lucas. Filij huius sæculi vxores ducunt, & nubunt. Illi vero qui digni habebuntur sæculo illo & resurrectione ex mortuis. Tres euangelistæ, neque nubent neq; ducent vxores, Lucas: neque vltra mori poterunt. Aequales enim angelis sunt, & filij sunt Dei. cum sint filij resurrectionis. 27. q. 1. c. Nuptiarum. Mathęus & Marcus: sed erunt sicut angeli Dei in cælo. Augustinus. Vltra mori non poterunt. Cōnubia propter filios instituta sunt, quia non est bonū hominem esse solū. Et licet duo mutuo foueantur. Eccle. 4. Tamen nec illud est bonū, duos tātū esse, sed creatis hoīe & fœmina imo anteq̄ fœmina formaretur, dictū est, crescite, & multiplicamini. Ergo connubia propter filios sunt filij propter successionē, pq̄ st peccatum saltem, successio propter mortem. Vbi ergo mors non est. Ergo nec connubia. Dicens autem dominus ideo erratis, &c. Ostendit Sadducæos ignorantia magis q̄ malicia peccare, ac per hoc dignos qui veritatem docerentur. Erratis nescientes potentiam Dei, qui mirabilior est in his quæ non videntur. Nam alioqui in multis excedimur ab animantibus, puta pulchritudine, velocitate, sagacitate, fortitudine, vitę longitudine, oculorum perspicacitate cum interim homo natus de muliere breui vias tempore, interim repleatur multis miserijs: (Aegrotationum enim genera quis numeret?) Et fugiat velut vmbra fumi. Zelus & carnis tribulatio cum vxore, rixę & sectę cum conciuibus, dissidia cum fratribus, cura filiorum ac rei familiaris augēdę, bellum cum exteris, lites nunquam finiendę cum cohęredibus, pestes fames, terroresq; de cęlo tempestates quę non raro segetes e manibus subtrahunt, & inter hęc incertitudo mortis certissimę. In hac igitur vita, si tamen vita dicenda est, tot discruciati hominem curis, tot angi sollicitudinibus quę mētem lacerāt, & precipitem agunt, sicut scriptum est, ascendunt vsq; ad cęlos, &c. Filij huius sęculi vxores ducunt, & foeminę locantur viris, quia terra hęc terra est morientium. Verum vbi absorta fuerit mors per victoriam resurrectionis, qui digni reperti fuerunt tanti mysterij, quādoquidem ibi nemo morietur, nemo gignetur, nemo senescet, nullę ibi erunt nuptię, nullum subeundum hypodema, iugum nullum: sed erunt velut angeli, quorum numerus non augetur, non minuitur, electis foras semel apostaticis spiritibus. Dicit autem Scotus in. 4. distin. 49. q. 16. q̄ corpore beatorum erunt simul cum cęlo Impyreo. Id ita deducit. Cęlum est corpus indiuisibile, sed beatorum corpora transeunt per ipsum, & post resurrectionē. Poterunt moueri ad omnem situm, nec oportet ponere adhoc miraculum, quia duo corpora possunt esse simul corpus beatū cū corpore mortalis hominis. Cum autem dicit, neq; nubent, quod est fœminarum, neq; vxores ducēt, quod est virorum, ostendit q̄ vterq; sexus erit in cęlo. De dotibus autem quę olim tradebantur puellis (refert vero vestra id scire qui ciues estis sęculi huius) ita dicit Budęus. Tacia Cęsonis filia maximam dotem ad virum decem milia ęris attulisse visa est, idest aureos centum. Cęterum Megalia quia cum quingentis milibus ęris mariti domum intrauit aureis videlicet quinque milibus, dotatę cognomen meruit. Apud Massilienses dos maxima centum aurei sunt, & eo amplius in vestem quinq;, & in mūdum muliebrem aurei. 5. amplius autem doti dicere non licet. Hęc autem omnia nostro ęuo nugę videbuntur. Quin & filię Scipionis Affricani marito locandę aurei quatter centum dotis nomine constituti sunt, cum filia esset tanti ducis. Vnde habitus veterum patrimoniorū cognosci potest. Adhęc Hieronymus. Sed quomodo in cęlo erunt sicut angeli filij resurrectionis? Cū inter angelos non sit mas aut fœmina. Sed dominus nō substantiam nobis angelorum sed conuersationem repromisit & beatitudinem. Similitudem promisit, veritatem negauit, cum ait, sicut angeli. Erunt sicut angeli. Hoc autem dicens dominus, tacite perstringit errorē Sadducęorum, qui angelos esse non credebant, & tamen suscipiebant. Mosi libros: in quibus frequēter fit de

angelis

Margin references (left column, top to bottom): Eccles. 5. — Hierony. — 3. Reg. 11. — Sabellicus — Strabus. — Troglodi. — Abulen. — Esai. 22. — Genes. 2. — Gene. 1. — Iob. 14. — 1. Cor. 7. — Psal. 106. — Osee. 13. — 1. Cor. 15. — Budęus. — Matth. 22.

Section letters (right margin): F — G — H — I — K

angelis memoria. His autem verbis ostendit quæ sit perfectio virginum. De hac enim tantum veritate loquens, dicit erunt sicut angeli, nec hoc dicit de fide, charitate aut cæteris virtutibus. Vnde illud, non permanebit spiritus meus, &c. quia carnes sunt dictum est de his, qui acceperunt sibi vxores, iuxta Philonē. Et obserua interim mirabilem Sadducæorum stultitiam, qui argumentantur contra dominum ex ijs quæ ipsi omnino non credebant, videlicet resurrectionem futuram. Resurrectio quidem omnium erit & immortalitas, & quantum ad hoc tam mali quàm boni erunt sicut angeli, quia neutri vxores ducent. Sed quorū conuersatio in cœlis erat cum viuerent qui carnem crucifixerunt cum vitijs (Gal. 5.) Vocantur filij resurrectionis. Qui autem velut pecora curam carnis fecerunt in desiderijs Rom. 13. Erunt vermium cibus, & sangui sugarum, quæ nunquam dicturæ sunt, sufficit. Prouerb. 30. Theophyl. Et filij Dei sunt. Quare? Eo

Virginitas
Gene. 6.
Theophy.

A quòd nihil corporeum in generatione eorum videatur, sed omnia diuina sint. Neq; enim in resurrectione præcedit vel coitus, vel semen vel vterus, sed deus est qui generat corpora nostra, modis quibus ipse scit, in mensuram ætatis Christi. Et pro inde quia deus est, qui operatur in resurrectione, merito filij Dei dicuntur, qui ea resurrectione nascuntur. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictū est à deo dicente vobis: Ego sum deus Abraam, & deus Isaac, & deus Iacob, non est deus mortuorum, sed viuentium. Marcus, cap. 12. de mortuis autem quòd resurgant, non legistis in libro Mosi super rubum, quomodo dixerit illi deus. Ego sum deus Abraam &c. vos ergo multū erratis. Mosen adducit Christus contra illos, qui ipsi Mosen pro se adduxerunt. Lucas cap. 20. Quod vero resurgant mortui, & Moses ostendit secus rubum, sicut dicit dominum deum Abraam, &c. Deus autem non est deus mortuorum sed viuorum, omnes enim viuunt ei.

Ephes. 4.
Matth. 22.

B Quoniam autem in hoc proposuerant domino problema illud Sadducæi, vt riderent resurrectionem mortuorum quasi rem adinaton, dignatus est dominus de tanto mysterio disserere apud rudes istos, qui tamen falso nomine iustitiæ sese venditabant, (hoc enim significat nomen Sadducæi) qui licet scripturam diuinam non improbarent, quoties tamen eam legebant, velamen erat super cor eorum. Ad hæc Hieronymus. Quæritur, cum multo aptiora potuisset proferre de resurrectione testimonia; cur hoc protulerit, quod videtur ambiguum, vel non satis ad resurrectionis pertinens veritatem, sed quasi probauerit quod volebat, intulerit: Non est deus mortuorum, & cætera. Diximus Sadducæos nec angelum, nec spiritum, neq; resurrectionem consitentes, animarum quoq; interitum prædicasse, Hi quinq; tantum libros Mosi recipiebant prophetarum vaticinia respuentes. Stultum ergo erat inde proferre testimonia, cuius autoritatem non sequebantur. Quod si animæ iuxta Mosi testimonium viuunt, consequenter introducitur corporum resurrectio. Sed hanc consequentiam sola fides credit,

2. Cor 3.
Hierony.
Caietanus

C alioqui quomodo consequatur non video: Isto autoritas adducta probet animæ immortalitatem. Ad hæc Ambro. Passus est dominus mortem subintrare, vt culpa cessaret, ne quo esset vita longior, peccati reatus accresceret. Ne forte inquit mittat manum, & sumat de ligno vitæ & viuat in æternum. Alioqui grauius est ad peccatum viuere, quàm in peccatu mori. Vnde regio hæc iuxta Ezech. Plena est ossibus mortuorum, quia plena est delictorum. Adhæc Augustinus. Legimus in ecclesiastica historia, quosdam martyres in Gallia passos, quorum corpora canibus sunt exposita, canum quia reliquias atque ossa ignibus concremata, cineresq; eorum in fluuium proiectos Rodanum, ne eorū aliqua esset memoria. Quod non ob aliud credendum est diuinitus fuisse permissum, nisi vt discerent Christiani, in confitendo Christum, dum contemnunt hanc vitam, contemnere sepulturam. Res ergo ipsa declaratum est, non ideo dixisse dominum: Nolite timere eos qui occidunt corpus, & post hæc non habent quid faciant, qui non esset promissurus,

Ambrosi?
Gene. 3.
August.
Cap. 37.
Matth. 10.

D aliquid eos facere de suorum corporibus mortuorum, sed quomodo quicquid facere permissi essent, nihil quo minueretur Christiana defunctorum fœlicitas fieret, quo minus integra in reditio resurgerent. Est sciendum quòd non dixit, Ego fui deus Abraam, &c. Sed sum, quia Deo nulla sunt futura, nulla præterita, sed omnia præsentia. Nec dixit, ego sum deus Abraam Isaac & Iacob: quod videtur imperfectionis. Cum enim dicimus (Verbi gratia) ager ille est illorum, ostendimus, quòd vnus quisque illorum modicam partē habet in agro. Abraam autem totum habebat, similiter Isaac & Iacob. Apostolorum autem hoc est singulare, quoniam ipsorum non tantum deus, sed & pater & frater est, simulq; considera quòd dicens tertio deus Abraam, Isaac, Iacob, subiecit, non est deus mortuorum, in quo euidenter astruit beatissimæ trinitatis in effabile sacramentum. Non est deus mortuorum, &c. Abraam quidem vere mortuus erat, sicut Isaac & Iacob, sed quia vere excitandi sunt, viuere dicuntur (sicut econuerso dicitur, nomen habes quòd viuas, & mortuus es) alias Deo omnia viuunt. Quod enim factum est, in ipso vita erat, est & erit. Ideo non dixit:

Origenes.

E Ego fui deus Abraam, sed sum ergo. Obseruandum autem, quòd aliud est viuere in Deo, aliud viuere Deo. De primo dicit Ioannes quod factum est, in ipso, &c. De secundo, non est deus mortuorum, id autē solis hominibus competit, quia omnes resurgent. Primum autem omnibus entibus est commune. De secundo dicitur, venite adoremus regem cui omnia viuunt, & non dicitur, in quo omnia viuunt, cum solum ibi pro vita functis oretur, & non pro omnibus entibus, quæ in deo habent esse & vitam. De hoc Ioan. 1. Omnia igitur viuunt Deo, etiam nescio qui lapides ex quibus excitare potest filios ipsi Abraæ. Nam & Christus est Petra est & Petrus. Cæterum hæc sententia: Omnes enim viuunt ei, similis est illi, quod factum est, in ipso vita erat. Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina eius. Lucas, Respondentes autem quidam scribarum, dixerunt ei. Magister benedixisti. Quod turbæ mirarentur, nullus miretur, noua enim reuera inferebat auribus eorum, quæ noua cum Paulus ingereret animis Athenientium, verborum sator vocatus est, & nouorum dæmoniorum annuntiator. Mirabantur & illud optarentur omnium ora prudentibus suis responsis: qui Faber & Fabri filius vocabatur.

Matth. 17.

batur. Marci.cap.6. Cæterum Pharisæis non displicuit, & os obstruxisset Sadducæis, præsertim in conclusione in qua veluti ex diametro pugnabant. Ideo obturato Sadducæorum ore, cum ex probrata pariter ignorantia scripturarum, teste inquiunt dixisti magister, &c. Et amplius non audebant eum quicquã interrogare, patet.

Caput septimo. De quodam doctore rogante dominum, quod sit magnum mandatum in lege, & quid dominus respondit, & quid replicauit doctor ille interrogatus dominus quando veniet regnum Dei inquit intra vos est.

Matth.22. Marci.12.

F

PHarisæi autem audientes q̃ occlusisset, ephimosen os Sadducæis, conuenerunt in vnum, Marcus, & accessit vnus de scribis, Matthæus, legis doctor, Marcus, qui audierat illos inquirentes, & videns quoniam bene illis responderit, Matthæus & Marcus. Interrogauit tentans eum. Magister quod est mandatum magnum in lege, Marcus & primum omnium. Respondit ei Iesus, q̃ primum omnium mandatum est, audi Israel, dominus deus tuus deus vnus est, Matthæus & Marcus, diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota vel in tota anima tua, & in tota mente tua, Marcus: & ex tota virtute tua. Matthæus & Marcus: hoc est primum mãdatum, Matthæus, & maximum. Matthæus & Marcus, secundum autem simile est huic, diliges proximum tuum tanquam teipsum. Marcus, maius horum aliud mandatum non est, Matthæus. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ. De hoc multa diximus Lucæ.cap.10. Vbi ponuntur eadem fere verba. Abeuntibus igitur Sadducæis, manibus impositis capiti, vt quibus nihil pro voto successisset, rursus hydra resumptis viribus: caput toties conquassatum extollit, ve negocium facessat veritati. Conuenerunt igitur galli isti insilientes, qui iuxta aliud Prouerbium, pilum licet mutarent, mores nunquam. Conuenerunt multi, vt multitudine vincerent, quem ratione superare non poterant. Dicebant autem apud se. Vnus loquatur pro omnibus & omnes loquamur per vnum, vt siquidem vicerit, omnes videamur vicisse, si autem victus fuerit, vel solus videatur succubuisse certamini. O Pharisæi qui omnia propter homines cogitatis, & facitis. Primum quidem venientes cum vno, vincendi estis per vnum. Tamen posito q̃ vno victo, non intelligunt vos omnes victos, nunquid conscientiæ vestræ non intelligũt se esse confusas? Latus enim consolatio est, qui in se ipso cõfusus est, id licet ab alijs ignoretur. Cæterum simplicissimus interrogator iste & malignissimus insidiator, quid de magno mandato interrogat: qui nec minimum impleuerat? Quomodo autem implebat, qui non discendus, sed tantatutus accedebat? Quomodo tentaturus? Proponit domino quæstionem ex intimis legis arcanis, quam doctor iste cæcus iuxta litteram occidẽtem optime callebat, re autem & opere nunquam exhibuerat, ex quã quæstione vel Christum argueret ignorantiæ, vel ipse laudem doctrinæ auferret ex cœtu. Sicut autem dicit Chrysost. magnũ mandatum & paruum dicimus quantum ad dignitatem, non quantum ad vtilitatem, alioqui vtilitas omnium vna est, nec vnum sine altero esse potest. Vnde duæ tabulæ datæ sunt populo, & his confractis, rursus duæ alteræ dolantur & inscribuntur, cum reuera scriptura, vtriusq; in vna earum potuisset congrue insculpi. Si enim interroget quis in ædificatione domus quæ pars est melior, dicis, q̃ fundamentum, sed quemadmodũ fundamentum non est, nisi sequatur ædificatio, ita nec ædificatio nisi ponatur fundamentum. Ergo fundamentum in ædificio dignius est, non vtilius. Quia licet sine fide impossibile sit placere Deo, tamen fides sine operibus mortua est, Iaco.2. Et obserua situm quem tenebant cherubim intra. S. sanctorum, quos fudit Moses. Nam cherubines isti vtraq; ala sese contingebant, idest contingebant alam vtramq; alter alterius, sicq; velabant propitiatorium, quod suis alis quatuor circumplectebantur. Cherubines autem quos fudit Salomon altera tantum ala contingebant se ipsos in medio propitiatorij, reliquis duabus contingebant parietes sancti sanctorum, isti igitur posteriores situm tenebant volantium, priores autem situm quiescentium post volatum. Rursus priores cherubines se ipsos mutuo intuebantur, & propitiatoriũ, posteriores autem, non se ipsos non propitiatorium, sed populum videbantur aspicere, qui extra sancta cõsistebat. Quæ omnia plena sunt sacramentis. Priores velabant propitiatorium, posteriores illud reuelabant. Priores se tantum contingebant, se tantum diligebant, idest gentem suam, posteriores autem omnes qui erant extra sancta sanctorum, & ipsi sunt populus Christianus, qui audit ex ore Dei, diligite etiã inimicos vestros. Priores volatu quiescunt, vmbram, veritatem existimantes, vmbram enim habuit lex, &c. Posteriores volare videntur, quia non arbitrantur se comprehẽdisse Philip.3. Quis enim diligit proximum sicut semetipsum? Quis diligit deum ex toto corde anima & virtute? Quod autem priores velant propitiatoriũ, illud significat q̃ iuxta Paulũ omnia in figura contingebant Iudæis, quæ iam nobis veritas facta sunt sciso velo templi in passione Christi. Matth.27. Sunt igitur vt summatim dicamus digniora amor Dei amore proximi, caput corpore, fundamentum tecto, sacerdotes populo, anima corpore, sunt tamen æque necessaria ista sicut & illa, quia sicut dictum est, licet duo cherubin manibus suis sustineant sedem Dei, tamen alter est dexter & alter sinister. Augustinus. Est igitur primum omnium mandatum, diliges dominũ ex toto corde. Cũ audis ex toto, nullam vitæ nostræ partem relinquit, quæ vacare debeat, & quasi locum cedere, vt alia re velit frui, sed quicquid aliud diligendum venerit in animũ, illuc rapiatur, quo to-

[Marginal notes: Prouerbiũ; G; H; Chrysost.; Exo.32.; I; Hebr.11.; Figura.; Matth.5.; Hebr.10.; K; 1.Cor.10.; August.]

quo totius dilectionis impetus currit. Sequitur, Hoc autem tunc fiet, quando videbimus eum sicuti est. Quam ob rem debet homo quamuis longe minus amet deum, quam eum poterit amare conspectum, nihil tamen appetere illicitum, sicut etiam in his quæ adiacent sensibus corporis. Potest oculus nullis tenebris delectari, quamuis non possit in fulgentissimã lucem defigi. Ita dicit amicus Dei, Modus diligendi deum, est diligere sine modo. Boetius. Diligendorum enim omnium causa atq; ratio, est quia bona sunt. Quod enim bonitatem Dei non participat (siquidem est illud) diligibile non est. Tanto ergo magis aliquid est diligendum a nobis, quanto magis Dei bonitatem participat. At qui nemo bonus, nemo summe bonus optimus maximus, nemo bonus nisi vnus deus. Cætera in numero, pondere & mensura condita sunt. Hoc est igitur primum & magnum mandatum, vt diligas dominum, sine modo & sine mensura. Amor autem iste ignis est ille qui e cælo datus est, & iubetur ardere perpetuo in altari mentis nostræ.

A Quomodo autem ardebit perpetuo, cum temporalis sit? Charitas inquit Paulus, nunq; excidet. 1. Cor. 13. Nutriet eum igitur sacerdos, mittens cotidie duobus vel tribus lignis in igne. Gregorius. Quia per amorem proximi nutritur amor Dei. Et hæc sunt duo latera scalæ Iacob, qua & ascenditur in contemplationem summæ veritatis, & ascenditur in amorem fraternæ charitatis, eius videlicet qui incidit in latrones. Lucæ. 10. Et obserua illud Exo. cap. 32. Quomodo tabulæ illæ decalogi scriptæ erant ex vtraque parte, quia forte iuxta Abulensem eadem præcepta bis exarata erant. Item illud obseruandum iuxta vnum doctorem Hebræum, q; omnia præcepta & singula vtramq; tabulam contingebant, ad hunc modum, quod est ipsum non vacare a mysterio, q; vtraque mandata necessaria sunt ad vitam æternam consequendam, & tamẽ primum & maximum mandatum illud est, diliges dominum deum tuum. Vnde sacerdos magnus ingrediens templum, nomen quidem Dei ineffabile exaratum in lamina aurea fert in fronte (exaratum

B inquam) vbi sunt fere omnes sensus hominis, vt diligatur ex toto corde, viribus, mente & fortitudine. Cæterum nomina 12. Filiorum Israel, idest proximorum non in capite, sed in humeris & pectore gestat. Pectore, vt diligat affectu sicut se ipsum, humeris: vt diligat veritate & opere, iuxta illud, inuicem onera vestra portate. Gal. cap. 6. Ad hæc Chrysost. Deum ex toto corde, & proximũ sicut te ipsum, quod illo quidem nihilo est minus. Nam quod homo naturaliter se ipsum diligat ex toto corde, id euidenti argumento est, q; de dilectionẽ sui homo nullum præceptum accepit. Sed quoniam in Deo sumus, viuimus & mouemur, eique acceptum ferimus, quicquid futuri sumus, deum primo loco ponere iubemur. Nam ordine naturę homo se ipsum super omnia diligit, sed gratia nobis aliud suggerit. Dicit autem Chrysost. Verbum aureum, q; charitas est vita cælestis, nisi moriendum esset interim. Et obserua diligenter, quomodo dicens, in his duobus pendet lex tota & prophetæ, neomenias exclusit, ciborum delectus, circunci-

C sionem, sabbatum, & breuiter omnia mandata laciniosæ legis. De quo vide Hiere. cap. 7. in fine. Augustinus Et proximum sicut teipsum. Quia igitur tu ipse es regula dilectionis proximi, discutiendus es primum, ne forte si te non recte diligas, & ipsum proximum prauo amore corrumpas. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Si autem animam odis partem nobiliorem: Quomodo carnem diligis partem viliorem? Iam ergo qui diligis iniquitatem, quomodo tibi volebas committi proximum, vt diligeres eum tanquam te? Homo quid perdis te? Melius est ergo, vt nullum sic diligas, vel solus peri. Qui enim sibi nequam est nescio si cui erit bonus. Chrysost. Rogabit autem nos aliquis dicens, Et quo pacto fieri poterit vt pari beneuolentia nos ipsos & proximos diligamus? Nempe si nulli ante hac id egissent, iure forte id existimares, eosdem animi affectus id alios posse seruare minime. At cum plerosque illud egisse cognoueris, perspicuum erit, præ ignauia quadam te id facere nequire, quod factitant multi. Neque enim deus cuius iussa plures bene agendo excesserunt aliquid oneris imponit, quod factu non facile sit, qui iu-

D gum suum suaue dicit & onus leue. Quibusdam quærentibus doctrinam a sancto Antonio, dixit, si quis te percusserit in vna maxilla, para ei alteram, & illi non possumus inquiunt id facere. Et ille, si alteram non præbetis, saltem vnam ferte patienter. Neque hoc inquiunt. Facite vel hoc, ne velitis percutere magis quam percuti. Neque hoc inquiunt. Tunc senior ait suo discipulo. Succos præpara fratribus istis, quia valde ægrotant. Vere valde ægrotant, qui præceptum de proximi dilectione implere non possunt. Epulantibus aliquando in domino Hilarione abbate & epiphanio episcopo, allatum est aliquid de auibus, quod tenens episcopus, dedit Hilarioni. Eo autem dicente, ex quo istum monachi habitum indui, non manducaui quicquam occisum, ignosce mihi, respondit episcopus. Ego ex quo factus sum episcopus, non dimisi aliquem dormire, qui habebat aliquid aduersum me, neque ego dormiui, habens aduersus aliquem. Et reuera hoc est quod dicit, dilige proximum, sicut te metipsum. Augu-

E stinus. octauo de Trinitate. Cum sint duo præcepta in quibus pendet lex & prophetæ Dei videlicet amor & proximi, non immerito scriptura plerunque pro vtroque alterum ponit. Dilectio enim proximi dilectionem Dei includit. Qui enim diligit proximum, ex charitate diligit eum propter deum & non propter se ipsum, ergo magis diligit deum. Ad hæc Origenes, a temporibus Mosi vsque ad saluatoris aduentum, cum legeretur lex, forsitan quærebatur quod esset magnum mandatum in ea. Neque enim interrogasset hoc Pharisæus, nisi diu apud illos quæsitum fuisset, & non esset inuentum, donec veniens Iesus, doceret, non solum quod esset magnum, sed & quod esset magnum & primum mandatum, & quod esset secundum, priori simile. Ex tota inquit anima, vt parati simus ponere eam pro pietate Dei, si vtilitas exegerit verbi. Simile est autem secũdum præceptum priori, quoniam est de dilectione hominis, qui factus est secundum imaginem Dei, forsitan & secundum similitudinem. Conclusio Augustini. Si igitur non vacat omnes paginas perscrutari: tene charitatem, in qua pendent omnia & sine qua, & si adsint omnia quę Paulus enumerat, 1. Cor. 13. Omnis hõ factus est velut æs sonans, imo omnis homo nihil est.

1. Io. 3.
Bernardus
Boetius.
Marci. 10.
Sapi. 11.
Leui. 6.
Figura.
Gene 28.
Gregorius.
Abulen.
Exo. 28.
Figura.
Chrysost.
Actu 17.
Idem.
August.
Psal 10.
Eccle. 14.
Chrysost.
Matth. 11.
Matth. 5.
Antonius.
Epipha.
Origenes.
August.

Vide ibi apostolum de laudibus charitatis. Non æmulatur, non irritatur, &c. Exemplum. Duæ fœminæ natione extraneæ nupserunt duobus fratribus. Quattuor simul cohabitarunt annis quindecim, Nūquam rixatæ sunt toto hoc tempore, sermo prophanus inquiunt ad Abbatem Machanum ex ore nostro non prodiit. Et ait illi scriba. Magister bene in veritate dixisti, quod vnus est deus, & non est alter præter ipsum, & vt diligatur ex toto corde, & ex totamente & ex toto intellectu & ex tota anima & ex tota fortitudine, & diligere proximum tanquam seipsum, maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificiis. Itaque Pharisæus qui tentaturus sapientiam Salomonis accesserat, iam propemodum ex coryceo factus discipulus veritatis, oleaster insertus in bonam oliuam auditis Christi sermonibus veritate plenis atque efficatia, subiecit, vere ac recte dixisti o bone magister, qui viam Dei in veritate doces. Iesus autem rursus considerans doctorem litteræ interfectricis, deposito velamine, deposito supercilio. (Scientia enim inflat) discipulum factum veritatis tanquam alter Nicodemus, (quis enim mortalium sapit omnibus horis?) Ait illi, (videns quod sapienter respondisset). Non es longe a regno Dei. Intelligebat enim a modo Pharisæus iste quid esset optimum, qua esset eundem in vitam æternam, sicut alias quæsitum est; Magister quid faciendo: vitam æternam possidebo? Lucæ. 10. Et responsum est, hoc fac, & viues. Deerat ergo illi vt præstaret opere, quod tenebat simplici scientia. Erat iam in via, quæ quia grandis restabat, oportebat, vt accinctis lumbis, iter carperet cœptum, donec perueniret in montem Dei Oreb. Non longe inquit es a meta cursus tui, sed quia multi quidem currant & vix vnus accipit palmam, sic festina lente, vt comprehendas. 1. Cor. 9. Interrogatus autem a Pharisæis, quando venit regnum Dei, respondit. Non venit regnum Dei cum obseruatione. Neque dicent, ecce hic aut illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. Quoniam dominus Iesus frequenter habebat in ore regnum Dei, Regnum cælorum, ab hoc enim sermone auspicatus fuerat prædicationem suam, & regnum cælorū multis rebus fecerat similem, seminanti, sagenæ, sinapi, Margaritæ, &c. Pharisæi qui toti carnes erant, nec intelligebant qualitatem regni Christi, de quo dictum est Matth. cap. 20. Sed nescio quod temporale regnum somniabant, quale fuit regnum Dauid & suorum successorum: de quo regno exponebant illud Psal. 71. Adorabunt eum omnes reges terræ. Et illud erunt reges nutritii tui, & reginæ nutrices tuæ, & multa huiusmodi ex eodem propheta, adeunt dominum, rogantes, quando venturum sit regnum illud, de quo toties faciebant memoriam, quam quoniam & in actis cap. 1. propositam domino idem Lucas commemorat. Dominus autem quoties de illo supremo dieseibat sermo, in quo oues statuentur ad dextram, Matth. 25. Filii autem regni eiiciendi sunt in tenebras exteriores, semper ambigue solitus est respondere, & adeo ambigue, vt diceret, de die autem illo neque angeli sciunt, neque filius, Matth. 24. Et rursus: Non est vestrum nosse tempora, &c. Et hoc loco, Regnum Dei non venit cum obseruatione. Veniet autem tanquam fur, in nocte. Imo vt planius loquar, regnum Dei intra vos est. Quando autem veniet, vestra non refert scire, id autem dixit, vt terrorem omnibus iudicii imminentis incuteret, ne securitate dilationis torperent, & agerent remissius. Theophyl. In multis quidem doctrinæ suæ locis dominus regnum Dei nominat, Pharisæi id audientes, irridebant eum, & propterea de hoc rogant dicentes, quando venturum sit, irridentes vt insanum, de insolita & admirabili re prædicantem, quandoquidem nullus ex doctoribus & prophetis qui superioribus seculis vixere eius mentionem fecit. Vel forte in mente habentes, quod cito eum occisuri essent, accedunt rogantes, & quasi per ironiam dicentes. Tu quidem de regno facis mentionem: Quando autem erit regnum istud tuum? Tu enim cras a nobis occidendus es, & feres crucem. Quid igitur Christus? Non iuxta stultam insipientiam eorum respondit stultis, sed relictis ipsis, vt errent in nomine regni, & non manifestata eis re, neque enim accipissent, si eis de regno disseruisset, quod non sit temporale: sed cæleste vel plusquam mundanum, ad circunstantes inquit. Regnum Dei ignotum est & inobseruabile, non enim habet præfinitum tempus, sed semper volenti adest regnum, nostra cælestis conuersatio. Hæc ille erat & regnum Dei in Pharisæos per fidem vnius Dei. Dicendo tamen intra vos est, omnes fideles intelligit. Est igitur regnum Dei non quidem intra eos tantum, qui domicilium sunt Christi, & de quibus dicit, ponam tabernaculum meum in medio vestri. Leui. 26. Isti autem qui regnum sunt Christi pauci admodum sunt, cum vulpes multas habeant foueas vbi requiescant. Matth. 8. Ipsi autem qui domicilium sunt huiusmodi vulpium, partes vulpium erunt Psalmo. 62.

Exemplū. | sco. dist. 37. q. vnica. f. | Marci. 12. | Rom. 11. | Prouerbiū | 3. Reg. 19. | Prouerbiū | Lucæ. 17. | Esai. 49. | Matth. 5. | Actu. 1. | 1. Thes. 5. | Theophy.

F G H I K

Caput. viij. Dominus interrogat doctores legis, cuius nam opinentur fore filium, Christum quem expetant Mesiam, & quid responderint illi, quidque dominus opposuerit, & quomodo inuenti sunt ad oppositionem magis muti quam pisces. Sequitur. Super cathedras Mosi sederunt scribæ, & c. Faciteque docent, non quæ faciunt. Ponitur catalogus scelerum eorum: quod omnia faciunt ad plausum hominum, &c.

Congre-

COngregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus dicẽs. Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est, dicunt ei. Dauid. Marcus, Et respondens Iesus, dicebat docens in templo: quomodo dicunt scribæ Christum filium esse Dauid? Lucas, Dixit autem ad illos. Quomodo dicunt Christum filium esse Dauid? Et ipse Dauid, Matthæus: in spiritu sancto, iuxta Marcum, Dicit in libro psalmorum, iuxta Lucam, tres euangelistæ. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius est? Marcus, & vnde est filius eius? Ad hanc quæstiunem legules illi non prolytæ sed lytæ, rem inquiunt oculissimam rogas, lippis notam & tonsoribus. Quotus enim quisque ignorat, quod Messias futurus sit filius Dauid? Hæc quidem quæstio proposita Pharisæis, ad hominem tantum est, illis insolubilis erat, nobis autem nullam adfert difficultatem. Fide enim tenemus Christum esse deum & hominem. Iuxta quod verbum caro factum est filius est Dauid, de quo dictum est late Matth. cap 1. Est autem Dominus ipsius Dauid, iuxta quod in principio erat verbum. Pharisæis autem qui Messiam suum hominem tantum futurũ credebant, quæstio ista insolubilis est. Quomodo enim cantus rex & propheta iuxta cor Dei, filium suum Messiam licet dominum vocat & hoc spiritu sancto afflatus. Idque quod magis mireris plusquam octingentis annis antequam Messias nasceretur. De doctoribus autem Iudaicis quomodo hunc textum exponunt ipsi viderint, quia semper verum est verbum apostoli, quoties legitur Moses, velamen est positum super cor eorum. Vnde illud Hiere. cap. 23. Peruertistis verba Dei viuentis, domini exercituum Dei nostri. Itaque quomodo intelligere non poterant mysterium diuinæ incarnationis, quia credere nollebãt mysterium autem hoc nisi fides credat ratio non demonstrat, tacuerunt. Et nemo poterat ei respondere verbum, sed silentio suam ignorantiam confessi sunt tot & tanti legis doctores, & præsertim in loco scripturæ satis communi. Psalmi enim frequenter canebantur in templo ex institutione Dauid regis de quo habes. 1. Parali. cap. 25. Et cum omnes quasi vno ore respondissent propositæ quæstioni. Dauid, rursus omnes obiectioni factæ ex psalmo, simul magis muti quam pisces reperti sunt. Mirabile est enim quomodo nunquam offenderat eos locus hic: Dixit dominus domino meo, cum salebram hanc frequenter incurrerent, quam clausis subinde oculis fortiter transiliebant duces cæci cæcorũ. Matth. 15. Et multa turba libenter eum audiebat, Iuxta Marcum, cap. 2 Eructabat enim verba quæ reuera vitam æternã videbantur spirare, & inflammare corda alioqui impentia, sicut scriptum est, loquutus es ad cor ancillæ tuæ, Ruth. 2. Vere loquella sua manifestum illum faciebat. Matth. 26. Neque ausus fuit quisquã eum amplius ex illa die interrogare. Ne plus etiam dedecoris referrent teste populo isti boni, qui pro idiota habebant dominum Iesum Christum; cum ipsi sapientia tumentes & tragicu cultu, tantum non pro diis se gererent apud imperitam multitudinem confutati igitur, vltra non interrogant, sed apertissime comprehensum, Pilato tradunt. Ex quo intelligimus venena inuidiæ posse quidem superari, sed difficile conquiescere. Ita isti vnicornes qui iuxta prouerbium ante hac putabantur cornua habere decem, cum res virum postularet, ignaui inuenti sunt, dicente Paulo vnum verbum (Paulo dignum) quod stultum est Dei sapientius est hominibus, & quod infirmum est Dei fortius est hominibus. Habes erecta cornua istorum taurorum dicentium: Num aliquis in eum credidit? Nisi turba hæc maledicta quæ non nouit legem. Illi autem rogati de vno loco legis, per inde facti sunt velut asini ad liram. Sequitur. Tunc loquutus est Iesus ad turbas & ad discipulos suos dicens in doctrina sua, super cathedram Mosi sederunt scribæ & Pharisæi, omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite, secundum vero opera eorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt. Alligant autem onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem nolunt ea mouere. 1. q. 1. significasti rem, c. non quales. Omnia vero opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. Ergo in secreto nullum opus bonum faciebãt, Præstitit igitur dominus Iesus opere quod verbis docuerat, dicens: benefacite iis qui vos oderunt sicut pater vester cælestis, &c. Nunquid enim nõ omnes sacerdotes illius sæculi parietes erant dealbati iuxta verbũ Pauli, vmbrã tantũ præferentes verorũ sacerdotũ? Nihilominus tamẽ propter sacerdotiũ ipsorũ qualequale & nominis dignitatẽ, hortat dominus populos vt eis subiiciãtur, nõ opera sed doctrinã cõsiderãtes. Nã iuxta August. Exaudiuit deus Balaã orantẽ pro populo Iudæorũ, nõ quidẽ corde sed ore tenus tantũ. Ita per malos pastores dat deus benedictionẽ suã populis, licet pastores huiusmodi dicãt & nõ faciãt. Vos igitur si sapientes estis, carpite vuã, cauete spinã; Quæ dicũt facite, quæ faciũt fugite, siquidẽ sinearũ harũ pulcherrima de formis est. Qui optimus est in eis, inquit Michæas, quasi paliurus est, & quasi spina de sepe. Videre est enim aliquãdo botros implicatos rubis vel spinis, quos manu prouida colligere debemus. (Sunt enim sicut lilia inter spinas) ne si in cauti accesserimus, cruẽtemus manus. Botri autẽ illi nõ pendẽt a rubis vel sentibus, sicut prima frõte videtur, hoc est dictu, doctrina malorũ sacerdotũ nõ est illorũ, sed loquit deus per ora eorũ sicut angelus magni cõsilii per os asinæ. Sint igitur sacerdotes sineq in purpura, sint parietes incrustati, sint paliuri, si bona sunt quæ docẽt, cæcus si viã mõstret quã aliquãdo triuit, sequẽdus est, doctrina si sana est, nõ est refellenda cum suo autore, omnia quæ dixerint vobis facite & seruate, Et si ipsis merito diceretur. Medici curate vos metipsos, tamen quæ dixerint vobis facite. Gregorius. Admonendi tamen sunt subditi, ne præpositorum suorum vitam temere iudicent. Habent enim iudicem suum, qui cæsos flagellis pellat e templo suo. Saul ingressus est speluncam ad purgandum ventrem, vbi & Dauid latitabat, quem idem Saul ad mortem venabatur. Cumque eum viri sui ad occidendum regem accenderent, fre-

Marginal references: Matth. 22. Marc. 12. Luc. 20. — A — Ioan. 1. — Actu. 13. — 2. Cor. 3. — B — C — 1. Cor. 1. — Ioan. 7. — Matth. 23. — D — Matth. 5. — Actu. 23. — Num. 23. — August. — E — Prouerbiis — Cap. 7. — Cant. 2. — Num. 22. — Lucæ. 4. — Gregorius — Ioan. 3.

git eius verbis, q̄ manum mittere in Christum domini non deberet: Et tamen surrexit, & oram vestimenti eius præcidit. Quid per Saul nisi mali præpositi, quid per David nisi boni subditi præfigurantur? Saul coram David ventrem purgare est, malos rectores conceptam in corde maliciam vsque ad opera praui odoris extendere. Quem tamen David ferire timuit, quia mentes subditorum ab omni se linguæ detractione seruantes, præpositorum vitam nullo linguæ gladio percutiunt. Qui dum prælatæ dignitati saltem innoxie & latenter derogant, quasi regis Saul vestem secant. Sed ad se ipsos redeunt, seque vehementissime vel decenuissima verbi laceratione reprehendunt. Sequitur enim percussusque est David a corde suo. Et obseruandum quod licet principalis cathedra legis Mosaicæ esset in Hierusalem, iuxta illud, fodit in ea torcular, nihilominus erant cathedræ aliæ multæ per totam prouinciam Iudææ. Sicut habes Actu. 15. Lucæ cap. 4. & Actu. cap 15. Ibi: Moses a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicent in synagogis. Et isti qui in singulis ciuitatibus prædicabant Mosen, vocantur Archisynagogi. Matth. 7. De istis igitur dicitur, super Cathedram Mosi sederunt Scribæ. Dicuntur autem scribæ, quia a littera legis non discedunt nec transuersum vnguem. Pharisæi vero aliquid maius profitentur, diuidentes se ipsos quasi qui non sint sicut cæteri homines. Cæterum cathedra non facit sacerdotem, sicut nec tonsura. Vocantur autem sacerdotes apud Esaiam nomine satis probroso videlicet galli excisi, quia dicunt & non faciunt. Verum si ad mores huius sæculi aspicias, multo secus est. Multos enim licet videre ex gallis gallinaceis, capis intelligas, qui de bonis pauperum pascunt domi examina filiorum, videntibus & conniuentibus qui vicariorum Christi censentur nomine. Qui talia agunt, digni sunt morte, digni & quorum intererat prohibere, quorumque referebat vindicare, & tamen consentiunt facientibus. Obserua tamen legem quæ aliquando vim suam habuit in regno Legionensi. Sacerdotum iniquæ concubinæ quo populo innotescant: deferant in capite super tæniam segmentum panni rubei latitudine digitorum trium, longitudine vlnæ, alias omnibus indumentis mulctentur. Secretum meum mihi. De hoc vide, 1. Reg. 3. Ibi. Non mundabitur iniquitas domus Heli, &c. Omnia tamen quæ dixerint vobis facite. Nisi q̄ iuxta Prouerbium: Multi stimulant boues, iugum pauci subeunt. Et sicut dixit amicus Dei, curritur in clero passim ab omni ætate & ordine doctis pariter & indoctis ad curas ecclesiasticas, tanquam sine curis iam quisque victurus sit, cum ad curas peruenerit, multis Atlantibus intolerabiles, cum obstet apostolus dicens: Qui episcopatum vel sacerdotium ambit, bonum opus desiderat. O bonum opus, o bonas opes. Et quod tu bonum opus expectas ab eo, quem ancilla hostiaria præposuit cathedræ pestilentiæ? A quam videlicet e pumice. Non est autem mirandum de multis qui currunt ad onus sacerdotale. Videntes quippe illos qui tam proprios humeris cupitæ sarcinæ submiserunt non solum non gemere sub onere (qui autem gemant Oges isti, quorum digitus grossior est dorso Gregorij) sed insuper appetere subire onera alia maiora. Habent enim plurimum armorum vsum, non deterrentur periculis, donec terra dehiscens viuos absorbet sicut congregationem Abiron. Væ qui coniungitis præbendam beneficio, curatum canonicatui, &c. Donec episcopetur, & in vno tota familia aut cognatio, donec sedeatur. In monte testamenti. Esai. 14. Videbam Satanam velut fulgur præcipitem agi in tartara. Veruntamen quæ dixerint imperiosi isti, facile Theophyl. Demus hæc, vt quis in malam vitam inhortetur: Non tunc a Mosi cathedra neque de lege loquitur. Dominus autem dicens, omnia quæcunque dixerint vobis facite, de his dicit, qui in cathedra Mosi sedent, hi & si non faciant, docent autem, audiendi sunt, quasi doceant viam ipsi toto errantes cælo. Dicit autem seruilius in vita Aemilij verbum scitu dignum. Sergius Galga homo nitida cute, & corpore propter vmbram continuam molli neq; vnquam vulnus perpesso, de re militari ac de fortitudine & ignauia imperatorum verba facere audet, contra eos qui sunt vulneribus innutriti. Nescio enim qua fronte magistrorum ascendunt cathedram, & sedent ad gubernacula, qui discipuli nunquam fuerunt nec sederunt ad scalmum. Agesilaus patri iubenti, vt in causa quadam præter leges iudicaret, imo inquit abster pater didici a puero parere legibus. Quam ob rem nunc q̄ tibi obtempero, cauens nequid faciam præter legem. Huiusmodi iudices qui aliud docent, aliud faciunt, similis sunt iuxta Bionem amphoris, quæ plenæ licet auribus tamen facile circunferuntur. Siramnes persa quibusdam admirantibus q̄ sapientibus ipsius verbis facta non responderent, verborum inquit ipse sum dominus, factorum autem simul cum fortuna: Nos autem nec illud possumus, cogitare aliquid bonum ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex Deo est, tamen qui bene docens male viuit, audiat Paulum. In quo alterum iudicas, te ipsum condemnas. Tamen quæ dixerint facite. Sunt cupressi, magni sunt proceri, fructum autem nullum proferunt. Alligant enim onera grauia & importabilia, de quibus Augustinus ad inquisitiones Ianuarij. Ipsam religionem, quam dominus Iesus paucissimis sacramentorum celebrationibus voluit esse liberam quidam seruilibus premunt oneribus, adeo vt tolerabilior sit Iudæorum conditio, qui non humanis præsumptionibus sed diuinis subijciuntur institutis. Itaque quod dominus dixit, dicunt & non faciunt, id exponit consequenter dicens, alligāt onera, & super onera, sua actuaria, &c. Statera dolosa inquit spiritus sanctus abominatio est apud deum. Quid iniquius hac statera, alijs imponere onera portatu difficilia, quorū nec minimam partem ipsi subire volunt. Subditi autē si mutire audeant, audituri sunt, vacatis ocio, ceros flagellis, scorpionibus cædam. Chrysost. Duplicem hic dominus nequitiam Pharisæorum ostendit, tum quia sine venia oues exquisitissime viuere volunt, quia alligant onera importabilia, tum quia nimium sibi indulgentes, magnam assumant licentiam, quia digito nec attingunt, quorum opposita in optimo principe requiruntur. De his qui plene edoceri velit, legat concordiam discordantium Canonum, Decreta Pontificalia, Generalia, Synodalia, Municipalia: leges fori: Taurenses, codicem, digesta instituta: (Taceo enim de diuersis religionum

statutis

1. Reg. 24. Figura.

Lucæ 18. Cap. 22.

Rom. 1.

1. Tim. 3. Sacerdos.

Deut. 3. Num. 16. Esai. 5.

Lucæ 10. Theophy.

Seruilius.

Agesilaus

Siranes.

2. Cor. 3. Rom. 2. Augusti.

Prouerbiū

Exo. 5. Chrysost.

F

G

H

I

K

statutis, quæ citius arescunt quam cucurbita Ionæ) & in his omnibus nihil verius dici potest, quam quod veritas dicit, alligant onera, qui nec digito attingunt. Et tamen scriptum est: Rectorem te posuerunt, esto in medio subditorum tuorum sicut vnus ex illis. Atque ita scriptum reperi in prologo legum fori. Princeps prius debet opere exhibere quod præcepturus est, quam edicta promulget. Sicut autem dicit Hieronymus humeri digiti vincula & onera spiritualiter intelligenda sunt. Chrysost. Nec tamen dixit, non possunt, sed nolunt ea mouere, sicut scriptum est, in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur: hi nouissimi in vineæ cultura primi sunt in extorquendo iure sacerdotali, secretum meum mihi. Si erramus (inquit os aureum) modicam pœnitentiam imponentes, nonne melius est propter misericordiam reddere rationem, quam propter crudelitatem? Vbi pater familiæ largus est, dispensator non debet esse cumini sector. Nulla enim imposita pœnitentia, remissa sunt cuidam decem millia talenta. Matth. 18.
A Sequitur. Omnia vero opera sua faciebant, Igitur receperũt mercedem suam. De quo diximus Matth. 6. Dionysius Tyrannus vt fertur, cum quendam Citharœdum primi nominis audiret, talentum ei sedaturum spopondit, postero vero die hesternam sponsionem reposcenti, heri inquit oblectatus a te tantisper dum canebas, te quoque vicissim inlecta spe oblectare volui, proinde congruum operæ precium recepisti, Hilarans, idem & mox redilaratus, isti igitur qui opera sua faciebant vt viderentur, bene canentes iuxta Esaiam cap. 23. Vt celebris esset in populo memoria eorum, visi sunt oculis insipientium beati, illi autem descenderunt viuentes in tartara, Psal. 54. Et periit memoria eorum cum sonitu. Attendite & cauete a scribis. Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias, Marcus. Volunt in stolis ambulare. Matthæus & Marcus Amant autem primos recubitus in cœnis, primas cathedras in synagogis & salutationes in foro, qui deuorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis, orationes longas orantes: hi accipient damnationem maiorem & prolixius iudicium.
B Phylacterium verbum Græcum quasi conseruatorium dicitur legis, quod videlicet seruentur ab omni incursu nociuo, qui huiusmodi cartulas deferebant. Hieronymus. Pittaciola ergo illa decalogi phylacteria vocabant, idest conseruationem, eo quod quicunque habuissent ea, quasi ob custodiam & munimentum sui haberent, de quibus vide Deut. cap. 6. Et sciendum quod illa tantum verba, audi Israel vsque ibi, & fortitudine tua scribebantur in prædictis Phylacteriis, sicut patet in Iudæis modernis, qui ea tantum scribunt, & non totum decalogum. Dicit autem Abulensis, quod quæcunque verba portentur ad collum, etiam euangelica nihil conferunt, nihil efficiunt, nec aliquis potest ea deferre sine peccato, nisi qui sic credit, id quod dicit & Hieronymus de ligno crucis. Hæc inquiens apud nos superstitiosæ mulierculæ in paruulis euangeliis in crucis ligno & in istiusmodi rebus quæ habent quidem zelum Dei, sed non iuxta scientiam, Rom. 10. Vsque hodie factitant, culicem liquantes: &
C Camelum glutientes. Hæc ille. Quod istorum reliquias non est tutum deferre ad collum. Tamen si reuerenter portentur, non eos reprehendimus. Verba tamen portare quæ non sunt pars scripturæ diuinæ, nõ licet. Potest dici Phylacterium, quia in eo conseruatur memoria legis. Iudæi quidem intra ædes diuersantes, Phylacteria ferebant in modum coronæ capiti circundata, quæ autem brachiis alligabant, ea extra domos tantum deferebant. Et quoniam præceptum est Iudæis nuper egressis de Aegypto, Exo. 13. Erunt verba hæc quasi signum in manu tua, aliquo tempore Iudæi fecerunt hoc, scribentes in schedulis Aegypti exitum & quædam quæ habentur Deut. 6. Sicut prædiximus. Iudæi autem moderni non in brachiis sed in foribus hæc occludunt. Faciunt enim in ligno ianuæ quandam concauitatem, & ibi immittunt schedulas, & cera contegunt, relicto foramine paruo, per quod introspiciant latentem schedulam. Hoc igitur Phylacteria qui latiora ferrent, sanctiores habebantur, quam differentiam nunc videre licet in tonsura Sacerdotum & Monachorum. Verum sinea est gestet licet aureum diadema, quia Christus Iesus splen-
D dor patris rex regum erat, spineam licet portaret coronam. Erunt inquit verba quæ ego præcipio tibi, in corde tuo & cætera. Isti igitur prætermisso eo quod primum erat in intentione legis latoris, videlicet erunt verba hæc in corde tuo, item prætermisso illo non minus necessario: Meditaberis, idest exercebéris in eis domi & foris, vigilans & dormiens, illud tantum curabant, quod nihil conferebat ad pietatem, vt verba illa scriberent in Phylacteriis, & cætera. Ita per omnia erant superstitiosi, & captantes gloriam & popularem auram. Et magnificabant fimbrias, de quibus vide Num. cap. 15. Has igitur & isti histriones & populum phalerantes, quo sanctiores apparerent dilatabant: & in iis interim acutissimas spinas intertexentes (nimirum Martyres Diaboli siue Baal 3. Reg. 18.) Vt interdum compuncti, quasi qui non essent sicut cæteri, ad seruitium & cultum Dei excitarentur. O homines supra hominem viuentes, digni proinde qui in curru igneo raperentur cum Helia, aut cum Paulo in tertium cælum, 2. Corin. cap. 12. Volunt
E autem & in stolis ambulare. Rogo te amice lector, quod conuenit tantis Catonibus iustitiæ oculis, ante quorum oculos Dei præcepta semper mouentur, & quibus mundus videtur crucifixus & ipsi mundo (id quod sentes palliis inserti ostendunt) primos accubitus captare in conuiuiis? Quod stolæ illæ talares & albæ? De stolis id dicimus, vt mundicies exterior astipuletur puritati mentis interioris. Et isti sunt sepulchra dealbata. Cæterum de primis sedibus in cœnis, ratio liquet, Scriptum est enim haurite nunc, & ferte architriclino. Cum igitur ad eos qui primum locum tenent in epulis, opima ac delicatiora deferentur edulia, merito primos amant recubitus in cœnis. Confidimus autem, nisi mature resipuerint, quod aliquando incipient nouissimum locum tenere. Quære de Amam. Hester. 7. Theophylactus. Amant primos accubitus. Papæ quid dicit? Idcirco condemnantur quod amant, quod si solum amantes primos accubitus, condemnantur, qui nihil non facit pro illis, qua condenatione dignus est? Et tamen Cupido vituperatur non locus. Denique amant primas cathedras in synagogis,

TT iij ubi ma-

[Margin notes: Ionæ. 4. / Eccle. 3. / Hierony. / Chrysost. / Psal. 72. / Chrysost. / Dionysi⁹ / Psal. 9. / Matth. 23. / Marci. 12. / Lucæ. 11. / Hierony. / Abulens. / Hierony. / Prouerbiũ / Deut. 6. / Abulens. / Ioan. 2. / Lucæ. 14. / Theophy.]

Vbi magis debebant docere alios humilitatem, eo loco ipsi maiore fastu corrumpebantur. Et hæc facientes, (o nouum pestis genus) non confundebantur, sed interim volebant vocari Rabbi, quasi soli saperent. Vere autem soli sapiebant, qui non erant sicut cæteri homines. Reuera autem corniculæ erant, qui insto-

Luc.18.
1 Thes.2.
Gregorius

lis incedebant. Cute bene curata, latis fimbrijs & Phylacterijs. Antonios diceres aut Hilariones, quinimo nebulones & nihil. Sed audi Paulum quomodo primam cathedram amabat. Facti sumus in medio vestrum sicut paruuli. Gregorius Paruulus in medio eorum factus est, quia timebat ne si inter discipulos honorem suæ celsitudinis vendicaret, exempla elationis ostenderet. Vnde necesse est, vt is qui præest, quæ exempla subditis præbeat solerter attendat, & tot se sciat viuere quot præesse. Neque enim debet ducatum

Sap. 6.

hominum suscipere, qui nescit homines bene viuendo præire. Quia non ad hoc eligitur, vt aliorum culpas corrigat, quicquod resecare debuit ipse committat. Alioqui durissimum iudicium fiet his qui præsunt. Quædam autem leuiter correpta tolerari debent, nec tamen disciplinæ vincula eadem læuitate dissoluenda sunt. Quædam etiam tolerando dissimulanda sunt, nec tamen dissimulando permittenda sunt. Sequitur. Magnopere igitur curandum est, vt qui regendis hominibus præfertur, apud se in secretario mentis in cathedra præsideat humilitatis. Penset q ad satisfaciendum distincto iudici de sua tantum modo anima fortasse vix sufficit, & quot regēdis subditis præest, reddendæ apud eum rationis tempore (vt ita dicam) tot solus animas habet. Quæ nimirum cogitatio si assiduæ mentem excoquit, omnem superbiæ timorē premit. Numerari enim culpæ nequeunt, quæ habendæ peccatis amore perpetrantur. lib. Mora. 24. cap. 50. Et sequitur lib. 26. cap. 22. Summus itaque locus bene regitur: Cum is qui præest, vitijs potius q fratribus dominatur. Cum quippe natura æquales genuit. Vt autem alij alijs præsint, non eos natura sed culpa post ponit. Quamuis plerūque etiam dignum est, vt eosdem quos corrigimus, tacita nobis cogitatione præferemus, Illorum namq; per nos vitia disciplinæ rigore feriūtur, in his vero quæ ipsi committimus, ne verbi quidem ab aliquo inuectione lacetamur. Tanto ergo deum obligatiores sumus, quanto apud

1.Cor.4.
1. Thes.2.
Hiere.17.

homines inulte peccamus. Subtilissima namq; ars viuendi est, culmen tenere, gloriam præmere. Ita Paulus qui cum virga venire poterat, factus est tamen in medio filiorum tanq̄ nutrix & gallina euangelica. Quo contra dicitur in consequentibus de lupis istis trifaucibus; q deuorent domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis. Hi duplici contritione digni sunt, eo q rapinam suam obumbrant fuco falsæ sanctimoniæ. Dicebat autem Plato, pauperum peccata ob huius vitæ in comoda leuius apud inferos puniēda fore, diuitum grauius: nempe quomodo prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum. Deuorant inquit domos viduarum, quo verbo ostendit insaciabilem horum bitareorum cupiditatem. Viduæ autem nō vno nomine fraudi patent, tum quia fœminæ, tum q maritorum patrocinio destitutæ sunt, tum quia diuites, quibus isti subdoli patronos actutores se ingerentes, hoc prætextu velut hirudines exugebant totam substantiam domus illarum. De hoc vide, 1. Reg. cap. 2.

Psal 72.
Plato.

Matth. 22.
Ezech. 2.

Amant vocari Rabbi. Vos autem nolite vocari Rabbi. Vnus est enim magister vester, omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram, vnus est enim pater vester qui in cælis est. Nec vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus. Qui maior est vestrum, erit minister vester. Qui autem se exaltauerit humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Magister verus vnus est qui viam Dei in veritate docet, qui prophetam cibauit volumine in quo erant carmina lamentationes & væ. Qui dicit ad Hieremiam: Noli dicere a, a, a, quia ecce ego constituo te super gentes & regna, &c. Hiere. 1. Qui Saulum vnica reuelatione euangelium docuit. Sunt autem & alij multi doctores, iuxta Paulum Ephe. 4. Quandiu ædificatur ecclesia, de qua Paulus, lacte vos alui, quia solidum cibum capere non poteratis. Sicut autem sunt multi doctores & magistri sub vno vero & summo doctore, ita & multi parentes sub vno & vero parente. Hieronymus. Quod si hominem parentem vocamus, honorem ætati deferimus, non autorem nostræ ostendimus vitæ. Vnde illud. 1. Cor. 4. Et si multos pedagogos habeatis, non tamen multos patres. Siquidem in Christo Iesu per euangelium ipse vos genui. Ipso igitur autore qui verus est pater vos genui, & iterum atque subinde parturio, donec formetur Christus in vobis. Quod si vnus est pater cælestis, cōsequitur, vt omnes fratres simus, qui accepimus potestatem, vt filij nominemur & simus. Quod autem simus fratres, illud vel maxime argumento est, quod omnes eandem orationem edocti sumus, nempe illam, pater noster qui es in cælis. Non igitur ideo dictum est, patrem ne vocetis super terram, vt hoc vocabulum honoris humani de loquendi consuetudine tolleretur, sed ne gratia Dei quæ in æternam vitam regenerat hominem naturæ vel potestati, vel etiam sanctitati cuiusq; hominis tribueretur. Nam dicit & Ioannes apostolus, scribo vobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Qui maior est vestrum, erit sicut minister. Quid enim habet, quod non acceperit? Si autem accepit œconomum se nouerit, non dominum. Tanto ergo esse humilior, atque ad bene merendum de fratribus accingere se debet accepto talento, quanto obligationem se esse cōspicit in reddenda ratione. Qui autem se exaltabit humilis, & qui se humilis exaltabitur. Obijt Leo Imperator, administratione per manus tradita Leoni sororis suæ filio. Is cum paucis mensibus imperasset Zenonem Isauricum patrem suum Imperatorem constituit. Rarum pietatis exemplum in filio, quando multo plures omni tempore reperti sunt, qui dominandi cupiditate parentibus & eorum imperio sint insidiati (Absalon) q̄ qui his regno cesserint. Et si raro vt reor accidit, q filius superstite patre, et alieno iudicio imperator creatus. De hac sententia dictum est Luc. 19. De Phariseo & Publicano.

Gal. 1.

1.Cor.3.
Hierony.

1.Ioan.3.

Matth. 6.

1.Ioan 2.

1.Cor.4.
Leo rex.

F
G
H
I
K

Caput ix.

Caput.ix. Ponuntur adhuc plura facinora Pharisæorum, quærentium vndecunque proselytos & ad quid. Vorant domos viduarum, decimant omne olus, iustitiæ nulla cura, fidei vel charitatis, glutiunt Camelos, liquant culices, sunt velut monumenta.

Math. 23. Hierony. Hiere. 23. Ioan. 10. Idem. Exo. 28.

A VAE vobis Pharisæi & Scribæ hypocritæ quia clauditis regnum cælorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ, duplo quam vos. Hieronymus. Omnis magister qui scandalizat malis operibus discipulos, claudit ante eos regnum cælorum. Aliter, regnum cælorum claudunt, peruertentes verba Dei viuentis, Christum venturum hominem tantum prædicantes. Vnde illud, dæmonium cum habeat & insaniat, quid eum auditis? Vnde illud Malach. 2. Vos recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege. Hieronymus. Idcirco in sacerdotis pectore rationale est, & in rationali doctrina & veritas ponitur, vt discamus sacerdotem doctum esse debere, & præconem dominicæ veritatis, quia angelus domini exercituum est, & legem domini requirent ex ore eius. Vos autem recessistis de via. Bisque sensus. Cum deberetis esse duces in bono, facti estis scandalum & occasio delinquendi populo. His reuera cæcis cæcorum ducibus plena est terra, quibus melius erat suspendi molam & demergi in pelagus. Matth. 15. Ipsi inquit non ingrediuntur, & trahunt post se imperitam multitudinem. Hoc autem proprium est Satanæ, qui tollit verbum de corde credentium, ne saluentur. Clauditis regnum cælorum. Matth. 23. Regnum est vita æterna, ianua Christus, clauis intellectus scripturæ, clauicularij sunt sacerdotes, quibus dictum est, tibi dabo claues. Hi duplici confusione digni sunt (Paulus autem qui laborant inquit verbo & doctrina duplici honore digni sunt) quia ipsi foris remanentes, alijs occludunt ostia. Vtinam soli perirent, & non fierent duces cæci cæcorum. Et obserua quod dominus Matth. cap. 5. Posuit septem vel octies, beati, beati, & hoc loco totidem replicat contra sacerdotes & Pharisæis verbum hoc, Væ vobis. Confer igitur locum istum cum cap. 27. Deut. vbi duo montes designantur vnus ad benedicendum, & ad maledicendum alter. Gregorius. Nullum puto fratres ab alijs maius præiudicium, quam a sacerdotibus tolerat deus, quando eos quos in lucem gentium posuit, dare de se exempla prauitatis conspicit. Quando ipsi peccamus, qui compescere alios debuimus. Et plerumque sacerdotes qui sua dare debuerant (quod grauius est) aliena diripiunt. Considerate ergo quid de gregibus agatur, quando lupi pastores sunt. Quando illi regnum Dei claudunt, qui prædicare moribus & lingua debuerant, semper indui talari tunica ex qua pendent cum malo granatis duobus & 70. tintinabula totidem. Væ igitur vobis quia clauditis, hoc est, claue, regnum cælorum. Et nonne scriptum est: Tibi dabo claues regni cælorum, quodcunque ligaueris, ligatum erit. &c. De Iudæis sacerdotibus dictum est, quomodo claudebant regnum cælorum, male viuendo, & detrahendo doctrinæ Christi, & peruertendo verba scripturæ. Cæterum sacerdotes euangelici alio quodam modo regnum cælorum claudunt & reserant, iuxta illud Ezech. 13. Mortificant animas quæ non moriuntur, & viuificant animas quæ non viuunt, dicentes bono malus es, & malo bonus es. Væ vobis qui circumitis mare, &c. Chryso. Non propter misericordiam volentes vnum aliquem ex Gentibus in iura circuncisionis iurere, mare circumibant & aridam, sed vt accrescerent eorum emolumenta, vel iuxta Paulum vt gloriarentur in carne eius. At in Christo circuncisio nihil valet, multum obest. Duplo inquit quam vos facitis filium gehennæ: diploteron hymon, idest duplicius quam vos estis, quasi vtrique sint duplici nomine filij gehennæ, verum hic aduena magis quam illi. Reuersus enim ad vomitum, agnita veritate, ex Iudæo fiebat Samarites & apostata a fide. Videns enim magistrorum vitia, qui destruerent moribus quod verbo docebant, ad ritus gentis suæ reuertebatur. Cæterum dicens dominus, circumitis mare, &c. Significauit tacite: Cito defecturum Iudæorum genus, qui prius erant sicut astra cæli, dicente Mose, disperget te dominus in omnes populos, &c. Sicut est dies hic. Mare igitur circumibant, mittentes hamum vt vel vnum miserum prenderent, aut includerent nassæ suæ. Sed quia cibum amarissimum circuncisionis imponebant hamo, vix vnum aut alterum piscem piscabantur ad Gehennam. Circumitis inquit mare. Prædicabant gentibus, quod salui esse non poterant, sine obseruantia legis Mosaicæ. Id autem falsum est, sicut patet Exo. 12. c. Gentes enim ante euangelium salutem consequebantur, si ante mortem in fine vitæ dolerent de peccatis suis. Vide 3. Reg. cap. 8. Cæterum Gabaonitæ necessitate cogente, imo per fraudem inserti sunt populo Iudaico.

B, C, D (margin letters) — Abulens. 1. Tim. 5. Matth. 15. Gregorius. Exo. 28. Chrysost. Matth. 5. Gal. 6. Deut. 28. Abulen. Leuit. 9.

E Væ vobis duces cæci, qui dicitis: Quicunque iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debet. Stulti & cæci: quid enim maius est, aurum, an templum quod sanctificat aurum? Et quicunque iurauerit in altari, nihil est, qui autem iurauerit in dono quod est super illud, debet. Cæci quid enim maius est, donum an altare quod sanctificat donum? Qui ergo iurat in altari, iurat & in eo & in omnibus quæ super illud sunt. Et quicunque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum. Hieronymus. Traditionem Pharisæi statuerunt huiusmodi, Siquis verbi gratia in contentione vel iurgio seu in causæ ambiguo iurasset in templo, idest per templum, & postea conuictus esset mendacij, non tenebatur criminis reus. Sin autem iurasset in auro & pecunia, quæ in templo sacerdotibus offerebatur, statim id in quod vel per quod iuraret, cogebatur exoluere. Rursus siquis iurasset in altari, idem erat quod iurasse per templum. Si iurasset per donum

Hierony.

quod erat super altare vel offerebatur, idem erat quod iurasse in auro. Hæc faciebant sacerdotes, non ob Dei timorem, sed ob diuitias cumulandas. In veteri quidem testamento non permittit dominus Christus donum maius esse altario, apud nos autem magis altare a dono vel donis sanctificatur. Tamen quod attinet ad iuramentum, siue iures per templum, per altare aut donum, non refert. Cum mentiendum nō sit,

Mendax.

nisi etiam non liceat. Lex autem erat in regno Legionensi, condita anno domini 1018. Diruantur a fundamentis domus illorum, qui conuicti fuerint falsum dixisse testimonium. Dicit autem Paulus. Deponentes

Ephes. 4.

omne mendacium, loquimini veritatem cum proximo. Proximus autem noster omnis est & conditione primæ natiuitatis & spe conuersionis. Vnde & inter hostes seruanda est fides, & non considerandum cui, sed per quem iuraueris. Multo enim fidelior inuentus est ille, qui propter nomen domini tibi credidit, &

Hierony.

deceptus est, te qui per occasionem diuinæ maiestatis hosti tuo imo iam amico es machinatus insidias. Vnde dominus per Ezechielem de Sedechia qui fregit ius iurandum, quod inierat cum rege Babylonis, F

Cap. 17.

Nunquid prosperabitur inquit, aut consequetur salutem? Et qui dissoluit pactum, nunquid effugiet? Viuo ego, quoniam iuramentum quod spreuit ponam in caput eius. Chrysosto. Iam antea vos rogaui, vt

Chrysost.

Ioannis caput abscissum adhuc calido cruore distillans sumentes, sicut domum suam quisque redeatis, & putetis ante oculos ipsum habere: vocem emittentem & dicentem, odio habere iugulatorem meum iuramentum. De hoc Zach. 5. iuxta. 70. Ecce falcem volantem, & ingredietur domum iurātis nomine meo,

Figura.

& dissoluet lapides & ligna, & dissoluetur domus illius, vt ruina domus illius aliis sit exemplo. Igitur recordare, quomodo iuramentum solutum cum Nabuchodonosor, vrbem ingressum, domos templum mœnia destruxit, & nec sancta sanctorum nec sacra vasa nec aliud quicquam pœnam auertit: quia iuramentum fuerat violatum. Ergo ad cumulum peccatorum suorum Sedechias adiiciens periurium, regnum perdidit, oculos amisit filiis eius coram trucidatis, & carceri perpetuo traditus est. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentam rutam ciminum & omne holus, & reliquistis G quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam, fidem & charitatem Dei. Hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. duces cæci excolantes culicem, Camelum autem glutientes. Væ vobis qui estis vt monumenta: quæ non patent: Lucas: & homines ambulantes supra nesciunt. Hieronymus, Arguuntur Pharisæi auaritiæ, quod studiose

Hierony.

etiam vilium holerum decimas exigant, & iudicium in disceptatione negociorum misericordiamque in pauperes pupillos & viduas, & fidem in deum, quæ magna sunt negligant. Quod autem dicit, hæc oportuit facere: non adhortans ad decimandum herbas dicit, sed ne videretur Mosi contrarius. Potest & hic esse sensus, Pharisæos vsque adeo cultores esse iustitiæ, vt e vilissimis rebus exacte decimas soluerent sa-

Abulens.

cerdotibus cum interim domos vorarent viduarum. Ita dicit Abulens. Dabant decimas de iuramento &

Chrysost.

aneto, & sublegabant pecuniam Deo sacram. Ad hæc Chrysosto. Siquis decimam alicuius rei non soluis-

Matth. 27.

set, corripiebant eum grauissime, perlecto anathemate, extinctis candelis, pulsatis cymbalis, &c. Siquis H

2. Reg. 2.

proximum lædebat, lusum putabant dicentes, quid ad nos, tu videris. Iste est lusus de quo scriptum est, surgant pueri & ludant. Idem Chrysost. exponit hunc locum sicut prædiximus. Pharisæi minimarum quidem rerum decimas offerebant, ostendendæ religionis gratia, in iudiciis autem erant iniusti, in fratres sine

Abulens.

thiones, in veritate increduli. Ponit autem Abulensis hoc loco hanc conclusionem post. S. Thomā, decimæ non sunt de iure naturali, alioqui omnes gentes tenerentur ad earum solutionem nec posset papa in hoc dispensare, cuius tamen contrarium. Nec sunt de iure diuino, sed positiuo. Si dicas, cōtra hoc sunt omnes fere iuristæ, tractent inquit ille fabulis Fab. 1. Nec dubitamus quin debeantur, sed quo iure. Et patet sequenti, quod iure ecclesiæ. Nam legalia in cruce diem suum obierunt. Et dicit ad autoritates allegatas in contrarium, specialiter extra de decimis cap. parochianus, quod licet sint pontificum, sunt negandæ, quia in hoc præponuntur illis, qui melius exponunt sacram scripturam, & illam intelligunt. Circa vero diffinitionem causarum & ea quæ pertinent ad iurisdictionem, magis standum est vni decretali, quam quatuor doctoribus theologis. vide in decretis distin. 20 pa. agra. Decretalis quoque. Eandem conclusionem ponit su- I

Decimæ.

per Leui. cap. 27. Sciendum autem quod Iudæi quolibet anno duas decimas faciebant, prima dabatur Leuitis Num. cap. 18. Secunda fiebat ex nouem reliquis partibus, ex qua hac viuitabant, cum ascendebant ter in anno in Hierusalem. Vide Deut. cap. 12. & cap. 14. Item quolibet trimo faciebant de octo partibus remanentibus tertiam decimam pro pauperibus, viduis, pupillis, Leuitis, in modum eleemosynæ, ne cogerentur mendicare, sicut habes Tobiæ cap. 1. Dicit autem dominus Num. cap. 18. Optima & electa erunt cuncta quæ loco decimarum soluere debetis. Si inquit de communibus decimas solutis, & Ethnici hoc faciūt, facitis ad quod iure tenemini. Sed si plenera & meliora obtuleritis, reputabitur vobis quasi de area, &c. Hoc est: Si de melioribus dederitis, licet alias dare teneamini, tamen pro eo quod meliora tribuistis, reputabitur vobis, quasi dono dederitis & gratis, sicut dantur oblationes spontaneæ. Teste autem Plinio, Ro- K manis antiqui ne degustabant quidem nouas fruges aut vina, antequam sacerdotes primicias libassent. De-

Plinius.

cimabant igitur isti omne holus, alias autem tollebant pelles de super humeros miseræ plebis. Mich. 3.

Nero.

Legimus de Nerone, quod posita prima lanugine, eam conditam in auream pyxidem, & pretiosis margaritis adornatam capitolio consecrauerit, Ioui optimo maximo, digno tanto dono talibusque primitiis. Ad

Gregorius

hæc Gregorius. Nam negligenter attendendum est, quod cum decimari minima diceret, extrema de holeribus maluit, sed tamen bene olentia memorari, vt ostenderet quod simulatores cum parua custodiunt, odorem de se ostendere bonæ opinionis quærunt, & quamuis implere maxima prætermittant & grauiora legis: ea tamen minima obseruant, quæ longe redolent, curiosi famæ, conscientiæ negligentes. At qui vtrque præstā-da erant. Duces cæci excolantes culicem, &c. Excolabant igitur culicem, decimantes holera, glutiebant

Camelos, relinquentes grauiora legis. Quid si decimabant holera, & furabantur maiores decimas puta frumenti vini & olei? Isti sunt qui ne contaminarentur, sed sanctificati (proh deum immortalem) suis mãducarẽt pascha profanum, atrium Pilati contingere non audent, ecce liquantes culicem: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori: Ecce glutientes Camelum. Denique cum ante crucem stantes lymphaticorum more imo & phreneticorum mouerent transeuntes capita sua, Camelum glutientes qui pro suis crucifixoribus orabat, ne perirent, rursus excolantes culicem, rogauerunt Pilatum, vt traderetur sepulturæ. Sic cum ex pecunia templi mercati essent sanguinem iustum: Camelum glutientes, restituente Iuda pecuniam, excolantes culicem: Non licet inquiunt mittere hanc pecuniam in donaria templi, quia precium sanguinis est. Tale quid passus est aliquando Dauid, qui precidens oram vestimenti Saul regis, grauiter percussus est a corde suo, hoc est excolauit quendam culicem. Cum autem tulit vxorem alienam & occidi iussit virum eius, nihil tale passus est, sed huc innocentem camelum facile hausit. Væ vobis qui estis vt monumenta. De hoc infra.

Ioan.18. Ioan.19. Esa.53. Ioan.19. Matth.27. 1.Reg.24. A

Caput.x. Ponitur multiplex væ contra legis peritos: contra scribas & hypocritas, qui rursus vocantur monumenta ossibus plena. Væ vobis qui ædificatis monumenta prophetarum, & qua de causa. Implete mensurã patrum vestrorum. Vocantur serpentes & viperæ. Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapiẽtes, &c. Requiretur a vobis sanguis Abel & omnium iustorum.

R Espondens autem quidam de legis peritis, ait illi. Magister hæc dicens, etiam nobis contumeliam facis. At ille ait. Et vobis legis peritis væ, qui oneratis homines. Lucæ cap.11. Quæ verba exposita sunt supra, repetita sunt autem hic propter verbum huius doctoris, qui sibi male conscius, quod generaliter ad omnes dicebatur, sibi & sui similibus dictum putabat, nec fallebatur, quia testimonium non habebat a conscientia. Alioqui dominus Iesus omnium consciẽcias conueniebat, nullum digito notabat. Dixit tamen aliquando, Simon habeo tibi aliquid dicere, Lucæ. 7. Quia ipse prius notauerat dominum ignorantiæ, & mulierem impudicitiæ, ideo talione mulctatur. Væ inquit illis, qui cõ maiora precipiant, nec minima obseruant, liberi & facto quasi onagri in solitudine. Sequitur. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod de foris est calicis & paropsidis, intus autem pleni estis rapina & immunditia Pharisæe cęce munda prius quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat illud quod deforis est mundum. Quod nos legimus, pleni estis; Græce dicitur, plena sunt. Mundatis quod de foris est calicis & paropsidis, intus autem plena sunt immundicia, & rapina, Katharizete to exothen tu poterio, Ke tes paropsidos, esothen de gemusin ex harpagis Ke atrasias. Est autem sensus, pocula ac patinas Pharisæis esse nitidas & bene lotas. Ceterũ ipsum vinum ipsosque cibos esse immundos, vt pote acquisitos rapina & fraude: Atque hanc immunditiam vel maxime vitandam his qui vere mundi videri vellent: Omnis enim gloria filiæ regis ab intus est. Vnde intulit, Pharisæe cęce munda prius quod intus est calicis, &c. Hoc est quod loquitur dominus ad Hierusalem dicens. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith maculata es in iniquitate tua coram me dicit dominus Hieronymus. Pro borith Hebraico. 70. dixerunt poan, quæ est herba fullonum, & ad lauandum sordes eandem vim habet cum nitro, Nitrum autem ex quo fit aqua fortis, poenitentia est. Borith Iudæorum sunt sacrificia legis & variæ lotionis ad emundationem carnis. Pulchræ igitur, maculata es coram me, quamuis hominibus munda videaris. Quid igitur confert ad animæ puritatem vasorum & vrceorum tam frequens defricatio, cum & manus vestræ plenę sint sanguine, & calices ipsi rapina & omni spurcitia? Lauamini, intus, mundi estote (si res fert) foris, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Lauate fontem, & ecce omnia munda sunt vobis. De hoc dictum est lib.6. cap.1. & 2. Pulchre igitur appellatur & compellatur Pharisęus cęcus, qui se contempto, quasi oculos habeat a tergo, identidẽ abluat vasa & paropsides & seipsum subinde, in se autem nunquam descendat, quasi qui non legerit illud, effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & dabo vobis spiritum nouum, &c. Dixit autem & Paulus, omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus, nihil est mundum, sed inquinatę sunt eorum & mens & conscientia, Rom.14. Apud saxones inducitur templo cuidam Dei parę vnus aliquis e populo dię cinerum, hominum opinione nequissimus. Hunc velato capite, pulla veste, sacris admouent, quibus rite perfectis, templo eijcitur, eiectus, toto ieiuniorum tempore nudis calcibus vrbem per errat, sanctorum templa visitabundus: Sacerdotes illi victum suppeditant, mox dominica coena iterum templo inductus post olei consecrationem ab vniuerso clero expiatus dimittitur, eleemosyna prius accepta, quam pie offert in templo. Hunc Adam vulgo vocant, quia vt protoplaustus ille omni vacet crimine, per eumque ciuitas creditur expiata, sicut Iudęorum Clens per caprum illum emissarium. Verum tu heus Pharisęe cęce crede veritati dicenti, munda prius quod intus est calicis, idest conscientię tuę, & cętera munda fient. Væ vobis scribę & Pharisæi, qui similes estis sepulchris de calcatis, quę foris apparent hominibus speciosa, intus aũt plena ossibus mortuorum & omni spurcicia. Sic & vos quidem a foris apparetis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. Harum simiarum pulcherrima deformis est. Legimus de arca Noe, quæ intrinsecus & intrinsecus bitumine lita erat, ne qua aquę latus irrumperent.

Iob.39. B C Psal.44. Hiere.2. Hierony. Esai.1. D Ezech.36. Sabellicus. E Leui.16. Matth.23. Gene.6.

petent. Cæterum de arca testamenti malus aliquid scriptum est, de aurabis eam inquit intus & foris auro mundissimo. Exo. 25. Aut igitur esto intus quod appares foris inquit Chrysost. Aut appare quod es, aut certe inuerte silenum, & celans intus pulchritudinem, ostende nobis quod intus celas. Si pennas explicare placet, explica tam quæ in pectore sunt quam eas quæ sunt a tergo. Sed sicut scriptum est, pœna struthionis similis est pennis Erodij & accipitris. Gregorius. Quis nesciat ardoleam & accipitrem sublimi petã aues reliquas quanta volatus sui velocitate transcẽdant. Struthio vero pennæ eorum similitudinem habet, sed volatus celeritatem non habet. A terra quippe eleuari non valet. Et alas quasi ad volandum specie tenus erigit, sed tamen nunquam se a terra volando suspendit. Ita nimirum sunt hi qui sepulchra vocantur, habent quippe ad volandum pennas per speciem, sed in terra repunt per actionẽ, quia alas per figuram sanctitatis extendunt, sed curarum sæcularium pondere prægrauati, nullatenus a terra subleuantur. Bene ergo sepulchri vocantur, quia pennas habent similes ardeolis, raras tamen, sed cum raritate pennarũ corpore prægrauantur immani, vt & si volare appetent, pennarum paucitas molem tanti corporis in aere non suspendat, est rarus in pennis, mortuorum ossibus refertus. Non igitur pensanda sunt quæ ostendunt in imagine, sed quæ fruuant in actione, a fructibus enim suis cognoscentur. Scitum est illud Herodis Attici in palliatum crinitum barba ad pubem vsque porrecta. Video barbam & pallium, philosophum nondum video, compluribus enim mortalium adsunt virtutis insignia, qui tamen vera virtute vacui sunt, ossibus autem pleni, vermibus scatentes, in vno sepulchro condiebatur tota progenies vnius Iudæi. Ibi inquit propheta habitabunt bestiæ, dracones, struthiones, pilosi, vlulæ & sirenæ. Pilosi isti de quibus Esai. cap. 13. Dæmones intelliguntur. Vnde Leui. cap. 17. Vbi dicitur. Nequaquam vltra hostias immolabunt demonijs, Hebraice pro dæmonijs dicitur: La schirim, quod dæmonum proprie significat, ducitur que a pilis eoque nomine Hebræi appellatos dæmones putant, quod horripilare eos faciant qui in eos inciderint. Augustinus stenchus. Ibi latet hypocrisis, rapina, ambitio, amor sui ipsius, malorum omnium fons iuxta Platonem. Hæc sunt ossa quibus plena sunt sepulchra vestra. Et enim animæ in vitijs sepulchræ inquit Augustinus corpus sepulchrum est. Sepulchrum enim patens est guttur eorum. Vnde illud: Nomen habes quod viuas, te autem mortuus es. Apoc. 3. Hoc est quod dicitur iuxta Prouerbium, gestare plumbeum gladium in eburnea vagina, qualis erat vagina gladij Mithridatis, quadringentorum impensa talentorum instructa. Cæterum struthiones isti qui vocantur pardi in Daniele, quattuor habent alas. Iactant enim se de bono quod habent in manifesto, sunt enim semi pulchri. Simulant bona occulta, quibus penitus vacui sunt, Excusant mala manifesta dicentes, magister hæc dicens, etiam in nos iniurius es, dissimulant mala occulta, cum conscientia eorum nihil aliud sit quam mare malorum, & conditorium mortuorum. De caluabit autem dominus verticem filiarum Sion (Esai. 3.) & apparebit corniculæ turpitudo. Hieronymus. Quamdiu contegimur crine & veste ignorantiæ, & homines nos putãt sepulchra dealbata, qui pleni sumus ossibus mortuorum: Videmur aliquid habere munditiæ. Cum autem ablata fuerit Cæsaries, fœda caluities omnibus apparebit. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui ædificatis monumenta prophetarum, patres autem vestri occiderunt illos. iuxta Lucam, Matthæus, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis. Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non fuissemus eorum socij in sanguine prophetarum. Itaque testimonio estis vobis met ipsis, quod filij estis eorum, qui prophetas occiderunt. Lucas: Profecto testificamini, quod consentitis operibus patrum vestrorum, quomodo quidem ipsi eos occiderunt: vos autem ædificatis eorum sepulchra. Matthæus. Et vos implete mensuram patrum vestrorum serpentes progenies viperarum: Quomodo fugietis a iuditio gehennæ? Sciendum iuxta Chrysost. quod Pharisæi non officio pietatis, & vt honorarent prophetas occisos, sed vt ex cæde illorum vires suorum ostenderent, monumenta reædificabant, timentes, ne si vetustate sepulchra corruerent, tanti facinoris & audaciæ memoriæ excideret. Sed vnde per hoc vocantur hypocritæ? Præferebant se in iusticia maioribus suis, dicentes, si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non fuissemus socij eorum, &c. Cum tamen ipsi multo atrociora patraturi essent in dominum prophetarum & in seruos eius. Simulantes igitur se fauere innocentiæ prophetarum, ac detestari crudelitatem eorum a quibus fuerant trucidati, extruebant magnifice conditoria eorum. Cum aliud haberent in intentione. Pulchre autem vocantur progenies viperarum, quia sicut viperæ nascentes, discerpunt matrem, ita isti infamabant parentes, cum dicunt, si fuissemus, &c. Itaque hoc animo cum sitis, testimonio estis vobis metipsis, quod consentitis operibus patrum vestrorum. Vnde probatur implebitis mensuram patrum vestrorum. Denique si ædificabant monumenta iustorum, ex rapina erat pauperum & domibus viduarum quas vorabant. Dicebant autẽ, si eleemosynas incluserimus in visceribus pauperum, operam ludimus. Quis enim videt? Et si videant, nõ multi videbunt, etiam si tuba aduocemus turbas. Matth. 6. Et demus multos affuisse, transit tempus, & cum tempore, beneficiorum nostrorum memoria. Aedificemus igitur iustorum memoriam, & turrim quæ pertingat ad cælum vsque, Gene. 11. Vt cum cœperimus ardere apud inferos, celebris fit memoria nostra in terris, & dicatur, Hæc est manus Absalonis. Isti sunt bene nobis trudatores iuxta Prouerbium, tractum est autem ab Oreste, qui trucidata matre clytænestra, parentale conuiuium velut in illius honorem exhibuit. Ptolomæus Philopatoris filius matrem Berseuicem in carcerem coniectam: Subito trucidari asseruã daru. Vbi illa non ferens eam filij contumeliam: sumpto veneno interijt. At ille perturbatus somnijs, monimentum in medio vrbis extruxit. In hoc vna cum matre maiores omnes suos composuit, & inter hos Alexan. mag. Nec contentus officio beneuolæ trucidator, templum eidem constituit in Aegialis, cui nomen inditum Berseniceæ seruatricis. Zenodotus. Legimus de domino domino Ramone rege Aragoniæ, quod erexerit

Marginal notes: Chrysost. — Iob. 39. — Gregorius — Matth. 7. — Herodes — August. — Rom. 3. — Prouerbiũ — Cap. 5. — Lucæ. 11. — Hierony. — Chrysost. — Ecclẽ 29. — Rex quidã

Margin letters: F — G — H — I — K

quod erexerit a fundamentis in regno suo ecclesias numero tercentum. Legimus de beato Gregorio pontifice, quod aluerit Romæ monachas numero tria milia ex redditibus Ecclesiæ. Hæc autem sunt vera templa spiritus sancti iuxta apostolum, De his lapidibus quos ferrum non tetigit ædificatur domino altare aureum. Deut. 27. Itaque vos qui progenies viperarum estis, ætate quidem iuniores, malicia deteriores implete eorum mensuram, facite quod facturi estis. Ioan. 13. Quo verbo ostendit illos tam olim conspirasse in mortem domini Iesu. Si fuissemus inquit. Chrysost. Hoc verbo dominus naturalem consuetudinem omnium malorum exponit, quod alter alterius culpam cito intelligit, suam autem difficile. Ecce isti culpa aliorum velut censores digito notant, quos tamen in homicidio omnium atrocissimo superaturi erant olim, & impleturi mensuram parentum suorum. Hieronymus super Ezech. cap. 7. Diximus alias, quod quamdiu Iudæi non miserunt manus in hæredem, dormitauerit ea sententia domini, & dilatam esse, iuxta illud, Nondum impletæ sunt iniquitates Amorreorum. Quando vero interfecerunt hæredem, vt perisset hæreditas, tunc euigilasse atque surrexisse aduersus eos omnem ordinem miseriarum, quia non quæsierunt cælestia, sed terræ adhærere cupierunt. Et iuxta Zachariam cap. 5. Hæc est impietas quæ sedebat super amphoram ac mensuram peccatorum Iudaicæ plebis. Graue pondus erat (talentum videlicet) quod prophetas occiderunt ad se missos, sed tolerabantur interim a clementia Dei, donec super hoc talentum, quod erat intra amphoram regni Iudaici, impietas sedit, & onus fecit intolerabile. Vnde iubetur deferri in Babylonem, vt quæ prius in suo scelere gloriabatur dicens, non habemus regem præter Cæsarem, nunc impleta mensura, æterno silentio conticescat, quia nihil est vltra Dei iniuriam grauius peccare quod possint. Ad hæc Chrysostomus, Nunc quærendus est a Iudæis post annos mille & quingentos quando finiri existimant hanc suam quartam captiuitatem. Nam si peccata obijciant, grauius peccauerunt, cum vitulum coluerunt, & omnem militiam cæli. 4. Reg. 21. Reclusa templo domini. 2. Parali. 28. Sed postquam impleuerunt mensuram patrum suorum, dispersi sunt in quatuor cæli ventos. Nam si Christus impostor erat, non iniquitatem operati sunt occidendo eum, sed obsequium fecerunt Deo gratissimum? Sicut Phinees Num. cap. 25. Quod si homo vos expugnauit non item deus: Nunquid homo ignem e cælo vobis missum intercipere potuit? Rursus si quando cognoscendum erat aliquid e propiciatorio vox quædam audiebatur, prædicens futura. Rursus e lapidibus qui erant in pectore summi sacerdotis (id vocabant declarationem) relucebat fulgor quidam prædicens vel significans futura. Esto igitur quod muros hostes vestri diruerint, num & ignem de alto, vocem e propitiatorio: num manifestationem in lapidibus, num cætera omnia sustulit homo? Reuera autem abstulit illa cuius in humilitate iudicium sublatum est, Esai. 53. Nemo enim tum iuxta iuris rationem de illo suffragium tulit, sed falsa potius aduersus eum recipiebant testimonia: Et tamen erit in pace memoria eius vel sepultura eius, Esai. 57. Tamen vos implete mensuram. Theophyl. Quia scorpiones estis & talium patrem progenies, & in tanta insania obstinati estis, vt incurabiles sitis, reliquum est quo operam detis, vt patres vestros malicia vincatis, hoc autem erit quando me occidetis. Quod autem dicit: Quomodo effugietis a iudicio gehennæ, hoc non pro impossibili ponit, sed pro admodum difficili, tamen quoties peccator genuerit, remittetur ei vsque ad decem milia talenta. Similis est autem hæc sententia illi Hiere. 13. Si mutare potest Æthiops pellem, &c. **Propterea sapientia Dei dixit. Ecce ego mitto ad vos prophetas & apostolos: sapientes & scribas: & ex illis occidetis & crucifigetis: & ex eis flagellabitis in synagogis vestris: & persequemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat super vos.** Lucas: **& inquiratur sanguis omnium prophetarum:** Matthæus. **& omnis sanguis iustus qui effusus est super terram.** Lucas. **a constitutione mundi a generatione ista,** Matthæus & Lucas. **a sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare.** Caietanus Forte ideo isti duo tantum nominantur, quia in his tantum scriptura petitionem vindictæ explicat. De Abel Gene. 4. de Zacharia 2. Parali. 24. Videat dominus & requirat. Nomine igitur istorum vindicta omnis sanguinis iusti effusi ab eis venit super eos, postquam impleuerint mensuram patrum suorum. **Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione, & venient hæc omnia super generationem istam.** Sapientia Dei quæ inquit ea est id quod sequitur ipsa est, quæ in fine seculorum ædificauit sibi domum siue corpus humanum, siue ecclesiam, nihil tentatum relinquens, si qua fieri posset, vt omnes homines in agnitionem veritatis venirent. Nam extructa domo & posita mensa diuinæ scripturæ, duodecim panes in ea propositi sunt, mysterium beatissimæ trinitatis quod prædicandum erat per quatuor orbis partes. Misit primus ancillam suam, in cuius nomine Moses & prophetarum ordo præfiguratur, vt vocarent Iudæos non ad conficiendos lateres, sed ad cœnam magnam. Horum autem ad se missorum partem occidentes, partem male mulctantes, omnes aut fere conuiuium deprecati sunt. Venit igitur ipsa Dei sapientia, quia reuera inquit reuerebuntur me, prædicauit regnum cælorum, non tacuit vicia eorum, sed illi exulta febre phrenitici, quibus inuisa erat omnis virtus & omnis morum disciplina, & in hunc parant manus inijcere, vt impleant mensuram patrum suorum. Quid igitur faciam quamdiu sanabiles videntur? Mittam ad eos alios prophetas, apostolos sapientes & scribas, idest legis doctores, non quod clam me sit, quid facturi sint & istis, sed ne vel vmbram, quidem excusationis habeant apud deum, qui toties ad pœnitentiam inuitati, semper sui similes esse pertexerunt, sicut scriptum est, vos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri ita & vos, imo vos multo nocentiores & virulentiores. Et vnde nocentiores? Adeo vincet vestra malicia Dei bonitatem, vt missos ad vos apostolos qui miraculis fulgeant, qui de vobis omnibus optime mereantur idque gratis (idem de sapientibus intellige, &c.) ad mortem vsque cæsuri sitis, quosdam flagellantes, crucifigentes, quosdam e vestra prouincia tanquam pestem aliquam

Gregorius

Hierony.
Gene. 15.
A
Matth. 21.
Figura.
Ioan 19.
Chrysost.
Exo. 32.
Zach. 2.
B
Leui. 9.
Num. 7.
Exo. 28.
Theophy.
C
Matth. 18.
D
Prouerbiū 9.
1. Tim. 2.
Leui. 24.
Lucæ. 14.
Matth. 21.
E
Acto. 7.

aliquam fugantes, sed malo vestro, vt quia toties percussi, disciplinam non recepistis, inquiratur a vobis omnis sanguis, &c. A generatione ista. Nam quoniam huius ætatis Iudæi superant omnium veterum rebellionem, peruersitatem crudelitatem & infidelitatem, tam atrociter punientur, quasi quicquid diuersis [Hierony.] seculis impie patrauint maiores eorum, id soli isti peregissent. Vna inquam natio veluti pro omnibus maiorum facinoribus pœnas luet, quæ quicquid fuit in præteritis generationibus maliciæ supergressa est. Hieronymus. Duas generationes bonorum & malorum esse ex aliis locis colligemus. Cum ergo dixit, vt veniat super vos omnis sanguis iustus, a sanguine Abel, &c. Licet isti non occiderint Abelem neque [2. Paral. 24] Zachariam, tamen quia similia ipsi Cain impio & Ioas regi contra apostolos & prophetas ad se missos fecerunt, de vna generatione esse referuntur, cuius caput Cain est, sicut Ezech. 14. Ponuntur simul Noe, [2. Thes. 2.] Iob & Daniel, qui tamen diuersis temporibus vixerunt. Nam iuxta apostolum iam mysterium operatur, hoc est antichristus quidem in persona nondum visus est, multos tamen iam olim misit prænuntios aduentus sui, de quorum numero erat Nero, erat Cham & Cain. Si autem de Lamech septuplum sumpta est vltio, quia exemplo ipsius Cain, non abstinuit a parricidio, de Iudæis non septuplum sed omnis san- [Matt. 17.] guis iustus exquiretur, ex quo acceperunt super se sanguinem iusti, dicentes. Veniat super caput nostrum vltio sanguinis iusti huius, & super liberos nostros. A sanguine inquit Abelis vsque ad sanguinem Za- [4. Reg. 11.] chariæ Occidistis, sacerdotem magnum, filium tanti sacerdotis, cuius prouidentia regem habuistis, occisa [2 Para. 24.] impiissima Athalia, Et occidistis eum inter templum & altare. Quo enim locus sacratior, eo homicidium funestius, fecistis autem tantum malum quasi ob oculos diuinæ maiestatis. Sed dices. Si pro peccato Abel [Abulens.] iam punitus fuerat Cain, & Ioas rex pro occiso Zacharia, quare ventura est super Iudæos vltio sanguinis eorum? Verum est quod pro peccato personali vltum fuerat in regem Ioas, sed peccatum populi assentientis in mortem Zachariæ, vindicatum non fuerat. Idem potest dici de morte Naboth, de quo vide. 3. Reg 21. Hoc quo ad mortem Zachariæ. Est autem dubium de morte Abel, cum Iudæi iuxta carnem non sint de stirpe Cain, cuius omnis posteritas periit in diluuio. Dicendum quod poterant esse ex genere Cain ex parte matris. Videntes enim filii Dei filias hominum quod essent pulchræ, &c. Si dicas, scriptum esse, ego dominus [Exo. 20.] qui reddo peccata patrum in filios vsque in tertiam & quartam generationem, & ab Adam vsque ad Christum generationes numerantur. 7. & septuaginta, quomodo ergo sanguinem Abel qui tot retro genera- [Luce. 4.] tionibus fusus est, nunc requirendum esse dominus dicit a generatione ista? Dicendum quod parricidium Cain non est vindicatum in eo, imo dicente illo, omnis qui me inuenerit, occidet, respondit dominus: Non sic. Quinimo posuit dominus signum in eo, vt nullus eum occideret, vt interim pœnitentiam agens, veniam [Gene. 4.] consequeretur. Ille autem peccatum peccato annectens, egressus a facie domini, &c. Itaque huius pœna quæ pro clementia Dei dilata fuerat, ne Cain occideretur, recidit in caput Iudæorum, post quam impleuerunt mensuram patrum suorum. Chrysost. Reddens peccata patrum in filios. Non quod alieni peccati quisquam [Chrysost.] supplicia luat, sed quoniam qui multos propter peccata sua vexatos esse non ignorat, neque idcirco factus est melior, sed eadem committens, non curat, illorum etiam & pœnas iuste sustinebit, quomodo Lamech dicit de Cain, septuplum punietur, de se autem septuagies septies. Et quidem Lamech non fratrem occidit sicut Cain, sed quia nec exemplo quidem commotus prudentior factus est. Quid autem Zacharias iste qui occisus est. 2. Paral. 24. Vocatur hic filius Barachiæ, & ibi filius Ioiadæ, non obstat, potuit enim pater eius fuisse binomius.

Caput. xi. Væ vobis qui tulistis clauem scientiæ. Hierusalem quæ occidis prophetas, deque gallina volente congregare pullos suos. Relinquetur vobis domus vestra deserta. De vidua quæ misit duo æra in Gazophylatio, & præfertur voce domini multis diuitibus.

[Luce. 11.] VAe vobis legis peritis, qui tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis. Cum hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisæi & legis periti grauiter insistere, & os eius opprimere, de multis insidiantes ei, & quærentes aliquid capere ex ore eius, vt accusarent eum. De hoc dictum est supra cap. 9. Ibi clauditis regnum cœlorum ante homines. Tulistis inquit clauem. Scriptum est autem Prouer. 3. Noli prohibere benefacere eum qui potest: Si vales, & ipse bene fac. Vnde illud ex Prouerbio, Tollenti onus auxiliare, deponenti nequaquam. Hieronymus hunc putat esse sensum: Ad virtutem incedentibus augenda præcepta, tradentes se ocio, relinquendos. Et isti qui- [Hierony.] dem qui penes se habebant claues legis, satis superque onerum imponebant humeris alienis, ipsi autem to- [Matth. 20.] ta die perstabant ociosi, aut iuxta Hiere. cap. 6. Omne studium auaritiæ nauabant, & in hoc semper alios [Plato.] anteuertebant cursu, sicque populum oboarabant recta incidentem. Dicebat autem Plato, beatissimas fo- [Matth. 15.] re respublicas, si qui earum gubernationi præessent, aut sapientia præditi essent, aut sapientiæ studio te- [Hiero. 4.] nerentur: Quorum nullum reperire erat in istis qui rectorum duces se profitebantur, & habebant iuxta [Esai. 29.] opinionem suam clauem scientiæ, quorum oculos (quia sapientes erant vt facerent mala bene autem facere nesciebant) dominus clausit, quia praue & ex torte scripturam interpretabantur, sicut cap. 7. Esaiæ cap. 9. [Ioan. 9.] Eiusdem, caput item. 58. Item præceptum de obseruantia sabbati, item præceptum de dilectione proximi. Luce. 10. Item præceptum de mandatis Dei portandis in manu, Deut. cap. 6. Matth. 23. Tulistis inquit cla- [Theophy.] uem scientiæ. Clausa erat lex inquit Theophyl. obscuritate literæ quasi ianua quadam. Si autem cuipiam

doctrina

doctrina concredita fuerit, hic habet clauem scientiæ. Et si voluerit aperire, ipse intrabit, & alijs dux erit, id quod legis periti non fecerunt, sed tulerunt clauem: hoc est absconderunt, obscurarunt, & iam quasi claui e medio sublata, hoc est legis interpretatione, mansit clausa eius ianua. Est autem fides clauis legis. Nisi enim credideritis, non intelligetis, non aperietis, non ingrediemini. Doctores igitur non sinentes populum credere in Christum sicut dictum est, clauem legis dicuntur tulisse, quia cum liber legis iuxta Ezechielem scriptus esset intus & foris, ipsi de scriptura interiori penitus expertes erant. Itaque magistris Iudæorum vsque in præsentem diem nequeuntibus legere & aperire signacula & mysteria pandere scripturarum: (qui autem possent, quorum dominus clausit oculos non corporis sed intellectus?) Licet diebus ac noctibus volumina legis indefesso ore meditentur, si dederis eundem librum in docto populo, Fatentur nescire litteras, & idcirco legere non posse. Atque e duobus malis multo leuius est legis imperitiam confiteri, quam iactare prudentiam, & non posse scire quod dicitur. Ad huiusmodi sermones amaros quidem, sed animis phreneticis (siquidem veritas semper sui similis cum sit, non raro odium parit) Pharisæi grauiter commoti sunt. Sed quoniam conuenientes conscientias suas: (Conscientia autem mille testes, est enim speculum sine macula, & qui adulari nescit) vera esse quæ dicebantur agnoscebant, non currunt ad lapides, quod alias non semel fecerant (timebant enim populum) sed tamen cœperunt grauiter insistere, obseruantes ac numerantes omnia verba domini, isti momi ruspatores, si forte aliquod per imprudentiam dictum in calumniam vertere possent, vnde accusarent eum. Quod dicit, os eius opprimere, græce est, apostomizin, quod significat pendere ab ore, & obseruare quid dicatur. Et id quadrat melius cum præcedentibus & sequentibus. Insistebant et & insidiabantur, quærentes capere aliquid ex ore eius. Cœperunt igitur eum frequenter interrogare, & perplexum reddere. Fit enim to apostomizein, cum plures interrogant aliquem de alijs atque alijs argumentis, tum enim qui non potest respondere, speciem præbet stulti, quod hæreat. Hoc igitur nunc moliebantur scelesti isti in dominum Christum. Nam tum multi interrogarent vnum hominem (deum & hominem) videbantur eum ad hæsitantiam deducere, vt qui non posset respõdere, id quod probabiliter accidisset, si homo tantum esset. Quærebant igitur venari aliquid ex ore veritatis, (nodum videlicet in iunco) vt accusarent eum. Sequitur. Hierusalem Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Quoties volui congregare filios tuos, quẽadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas & noluisti. Lucas. & auis nidum suum sub pennis. Matthæus & Lucas, & noluisti, ecce relinquetur domus vestra deserta. Dico enim vobis non me videbitis a modo, Lucas, veniat, cum dicitis. Matthæus & Lucas: benedictus qui venit in nomine domini. His igitur ita peroratis, clementissimus pastor qui neminem vult perire (qui autem velit, quando Paulus optaret esse anathema pro fratribus suis, si operabile id esset) considerans miserabile excidium quod imminebat ciuitati, de qua tam gloriosa dicta sunt, qui alias fleuerat super eam, nec rursus affectu pij parentis ingratum plangit populum, qui nullis beneficijs, flecti potuit ad pœnitentiam, O inquit Hierusalem ciuitas magni regis, quæ occidis prophetas & lapidas, Nec dicit: Quæ occidisti & lapidasti, sed de præsenti, quasi hoc proprium & naturale habens. Refert Sabellicus mirabile quiddam de Iudæis sanguinarijs. Sub id tempus quo Traianus vita discesit, Iudæi subita defectione Græcos Romanosque qui Cyrenis totaque Cyrenaica regione agebant, ex improuiso adorti, ad ducenta. 20. milia trucidauere. Cæsorum intestinis præcinxisse se dicuntur, cruore innuxisse, cute velasse capita, humanas carnes edisse. Multos a vertice sectis dissectos, alios bestijs obiectos, aut inter se ferro dimicare coactos. Hac Rabie contacti qui Iudæorum Alexãdriæ & in Cypro per id tempus fuere. Artemione quodam duce, arreptis repente armis, tam fœdam vtrobique stragẽ edidere, vt his quoque locis ducenta quadraginta milia hominum vno sint tempore occisione occisa. Vide Osee. 4. Et Michææ cap. 3. 4. Reg cap. 21. Quod est in Osee & Michæa ad principes refertur: Quod est. 4. Reg. ad regem Manassen. Populus autem ne immunis esset a tot tantisque cædibus & sceleribus, sanguis eius inquit super nos. Bene ergo dominus alloquitur ciuitatem, non muros sed regem, principes & ciues, dicens, Hierusalem, Hierusalem. Inquirit autem Origenes, qui sint isti qui hic referuntur lapidati: Non enim loquitur dominus de. S. Stephano. Si dicas quod Zacharias lapidatus est, sicut patet ex superioribus, esto, ille vnus tantum est. Naboth autem non erat propheta. De quo. 3. Reg. 21. Breuiter potest dici, aut quod accipitur plurale pro singulari, aut quod non omnia scripta sunt, & sufficit testimonium domini Iesu, item Pauli dicentis: lapidati sunt, secti sunt. Hebr. 11. Quoties volui congregare filios tuos. Voluit igitur dominus congregare Iudæos cum præesset populo illi Moses, de qua rescriptum est, Sicut aquila ad volandum prouocans filios suos, & super eos volitans. Voluit & cum præerat Iosue, & cum præfuerunt omnes illi, qui recte præfuerunt ouibus Israel. Voluit congregare eos, quos peccata dispergebant, & dispersferant in quattuor ventos cæli. Sed illi dura ceruice semper rebelles extiterunt spiritui sancto, quos & in humeris portabat deus iuxta Mosi canticum, & in vulua & vtero iuxta Esaiam, & congregare volui inquit, sed noluisti, sed noluisti inquit. Noluerunt ingredi vmbram alarum Christi, a volãtes a nido, sed malo suo. Augustinus. Nec tamen Dei Sapientia quæ olim fouebat aquas auis more nunc nostra infirmitate suscepta, venit ad colligendos nos sub alis suis, vt semper pulli simus, sed vt malicia, sensu & mente pueri esse desinamus. Maledictus enim pullus annorum centum. Esai. 66. Et noluisti inquit. Et vbi est omnipotentia eius, qui omnia quæcunque voluit fecit? An potius & illa quidem filios suos ab ipso colligi noluit, sed ea quoque nolente, filios suos collegit ipse quos voluit. Sicut enim aues vt defendant fœtus suos, nidos superuolant, & siuis serpentem siue hominem viderint auesque alias ad pullos accedere, rostro pugnãt & vnguibus, dolorem que pectoris garrula ac querula voce congeminant, sic dominus voluit protegere Hierusalem dicens. Nolite

tangere

Esai. 5. Cap. 2. Esai. 29. Hierony. Prouerbiis. Matth. 23. Luc. 13. Rom. 9. Psal. 86. Luc. 19. Sabellicus. Matth. 27. Actu. 7. Deut. 32. Zacha. 2. Cap. 46. August. 1. Cor. 4.

tangere Christos meos: Et rursus, qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei: Zacha. 2. Sed Hierusalem noluit. (Augusti.) Ad hæc Augustinus. Nomen gallinæ non est iniurio sum. Attendite cæteras aues fratres. (Psal. 104.) Multæ aues ante nos fœtant, calefaciunt pullos suos. Nulla sic auis infirmatur cum pullis suis, quomodo gallina. Attendat charitas vestra. Hirundines & passeres & ciconias videmus extra nidos suos, nec cognoscimus vtrum fœtus habeant. At vero gallinam cognoscimus in infirmitate vocis & in relaxatione plumarum. Tota mutatur affectu pullorum. Quia illi infirmi sunt, infirmam se facit. Quia ergo & nos infirmi eramus, infirmam se fecit sapientia Dei, quando Verbum caro factum est (sed quod infirmum est Dei, fortius est hominibus) (1. Cor. 1.) vt sub pennis eius quiescamus. Quod igitur raucus factus est, clamans clamore valido in cruce (Hebr. 5.) (Psal. 66.) vt congregaret quos perdix attraxerat, Hiere. 17. quod alapis cæsus est & ligno suspensus, hoc maternæ infirmitatis fuit non amissæ maiestatis. Itaque non recedet de pectore nostro cogitatio gallinæ istius, quæ sparsis plumis teneros fœtus operit, (Plinius.) & susurrantes filios contracta voce aduocat, cuius blandas alas fugientes Iudæi superbi, præda facti sunt alitibus. (F) Dicit autem Plinius lib. 10. cap. 55. de Gallina. Super omnia est gallinis anatum ouis subditis atque exclusis admiratio primo, non plane agnoscentis fœtum. Mox incerti concubitus sollicitæ conuocationis, postremo lamenta circa piscinæ stagna, mergentibus se pullis natura duce. Id autem & lamentatur gallina euangelica dicens. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem prot rophin spreuerunt me. (Ioan. 19.) Quomodo spreuerunt? Volui congregare eos, ipsi autem malo suo & olim: corde reuersi sunt in Aegyptum, & nunc me spreto, Cæsarem præeligunt, & Barraban. Vnde sequitur. Ecce relinquitur domus vestra deserta. Matre enim gallina euangelica euolante a nido, auferentur pulli, quasi impotentes ad tutelam, & debiles ad fugam. Vnde illud Miche. 3. Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa siluarum. Item Ezech. 11. Et eleuauerunt cherubin alas suas. Hieronymus. Paulatim gloria domini recedit a Hierusalem, & væ eis, cum recessero ab eis. Osee. 9. (Hierony.) Primum templum deserens, stat in limine domus, post in introitu portæ Orientalis, (G) nouissime sublatis pennis, totisque sequentibus, stat super montem Oliueti, ex quo saluator ascendit ad patrem. (Cap. 1.) Stat autem, vt inde peritur am atsuramque cerneret ciuitatem. Audiamus & sophoniam. (Hierony.) Erit in tempore illo scrutabor Hierusalem in lucernis, & cætera. Hieronymus. Ita vt nullum in vrbem patiatur effugere. Legamus Iosephi historias, & ibi reperiemus scriptum, de cloacis quoque & speluncis & antris & sepulchris extractos principes & reges & potentes & sacerdotes, qui se in eis metu mortis absconderant. Et visitabo super eos qui confidunt in corporibus suis, qui tollentes prouidentiam, nec boni nec mali deum autorem esse dixerunt, sed quod fortunæ cuncta regerentur arbitrio, & casu ferrentur incerto. Sequitur. Et erit fortitudo eorum in direptionem. Manifestum est quod iuxta vtramque captiuitatem omnis eorum sit cæsus exercitus, & domus dirutæ, & agri vineæque vastatæ, nec vltra eos Dei distulerit patientia. In hac ergo die iræ tribulationis & angustiæ, calamitatis & miseriæ, tenebrarum & caliginis, nebulæ & turbinis, tubæ & clangoris, in qua ambulauerunt cæci, quia alas gallinæ subter fugerunt, quanta passi sint quid necesse est per singula dicere? (H) Quomodo qui lucem domini respuerunt, in tenebris & caligine versati sunt, & qui noluerunt solemnium dierum audire tubas, audierunt clamorem bellantium. Vsque in præsentem diem perfidi coloni post interfectionem seruorum & ad extremum filij Dei excepto planctu, prohibentur ingredi Hierusalem, (Matth. 26.) & vt ruinam suæ eis liceat flere ciuitatis, precio redimunt. Vt qui quondam emerunt sanguinem Christi, emant lachrymas suas. Et ne fletus quidem eis gratus sit, videas in die quo capta est a Romanis & diruta Hierusalem, (Iudæi.) venire populum lugubrem, confluere decrepitas mulierculas & senes pānis annisque obsitos, & in habitu suo iram domini demonstrantes. Congregatur turba miserorum, & patibulo domini coruscante, glangere ruinas templi miserum populum, & miles mercedem postulat, vt illis flere plus liceat. (Psal. 78.) Et hæc passi sunt, posita Hierusalem in aceruum lapidum & pomorum custodiam, quia de sub alis gallinæ auolarant. Nec grande fuit tempus, postquam miserunt manus in heredem, nam post annos duos & quatuor dominicæ crucis consummatio ciuitatis & templi facta est cum festinatione habitatorumque illius quibus nunc dicitur, (I) Dico vobis, nō me videbitis a modo, donec dicatis, benedictus, &c. (Hiere. 18.) A modo autem tempus significat, postquam crucifixus est. Quandiu igitur hoc non dixerint, dorsum videbunt Christi & non faciem, sicut & ad Mosen dictum est. Exo. 33. Lucas autem dixit, donec veniat, videlicet hora aduentus mei secundi. Tunc enim omnis Israel saluus fiet, Rom. 11. Videbunt autem faciem Christi etiam ante aduentum eius secundum, omnis qui conuersi fuerint ad dominum Iesum Christum, (1. Cor. 13.) ablato velamine de corde eorum. 2 Cor. 3. Videbunt autem oculi fidei, de quibus Paulus, videmus nunc per speculum. (Cap. 31.) De hoc ita dicit Hieremias. Si mensurari poterunt cæli sursum, & inuestigari terra deorsum, & ego abijciam vniuersum semen Israel, propter omnia quæ fecerunt dicit dominus. (Hierony.) Hieronymus. Quomodo impossibile est, vt cælorum summitatem & terræ fundamenta noscamus: sic & hoc impossibile erit, vt abijciam omne semen Israel. Si autem abiecero, ergo mensurabitur cælorum sublimitas, & extrema terrarum. (K) Huic simile est illud. Facilius est Camelum per foramen acus intrare, quam diuitem in cælo. Quomodo enim illud fieri non potest, sic nec hoc, quod si hoc factum fuerit, fiet & illud, (Matth. 19.) hoc est si diues intrat, & Camelus intrabit, errant ergo qui hunc locum aliter differunt. Itaque relinquentur Iudæi aliqui, saltem decimatio iuxta Esaiam, qui postquam intrauerit plenitudo gentium, veniant dicentes: Reuertamur ad virum priorem, &c. Osee. 2. (Cap. 10.) De hoc vide Zach. cap. 8. Ibi, sicut cogitaui. Et in Osee. cap. 1. Vbi deus clemens promittit, quod miserebitur duarum tribuum, decem enim adhuc sub captiuitate sunt. Vnde illud ex Ezech. cap. 16. Auferetur zelus meus a te, nec irascar amplius, eo quod non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ. Hieronymus. (Hierony.) Ex quo patet, grandem offensam esse, nequaquam curæ haberi adeo, sed permitti hominem sceleribus suis. Auferetur inquit zelus meus a te, nec irascar amplius quasi alienæ, & quæ a me recesserit, &

quam

quam æternæ vafiderim nuditati, donec dicat, benedictus qui venit, Sero quidem sapient phyrges isti, sed præstat vel sero magis quam nunquam, sero inquit Sap. Conueniet Prouerbium hoc in eos quos stulte factorum sero pœnitet. Siquidem Troiani vt iam acceptis cladibus, vix decimo demum anno de restituenda Helena consultare cœperunt, quam si statim initio reposcenti Menelao reddidissent innumerabilibus sese calamitatibus subduxissent, Diximus Paulo superius, q̃ ly a modo significat tempus a morte Christi, alioqui oculis corporis viderunt eum Iudæi post verba ista, & comprehenderunt & Pilato tradiderunt, A modo donec dicatis, benedictus qui venit, Hoc est vsque ad meum aduentum gloriosum, quando conuersi ad veritatem credetis in me, credetis me esse verum Christum domini, & dicetis, benedictus qui venit. Ex hoc nunc qui vobis loquor expectabitis cum asina ad radices montis, donec reuertatur Isaac immolato ariete, &c. Et sedens Iesus contra Gazophylatium, aspiciebat eos qui

A mittebant munera sua in Gazophylacium, & multi diuites iactabant multa, Cum venisset autem vna vidua paupercula, misit duo æra minuta. Marcus, quod est quadrans. Et conuocatis discipulis suis, ait illis. A modo dico vobis, q̃ vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazophylatio. vox composita ex persica & Græca, & cætera. Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miserunt in munera Dei, hæc autem ex eo quod deest illi, iuxta Lucam, & de penuria sua, iuxta Marcum. Omnia quæ habuit misit totum victum suum. Iuxta Lucam & Marcum. 24.5.p. cap. odi, &c. Quid sit Gazophylatiũ dictũ est Ioan. cap. 8. Et potest plenius intelligi ex his quæ habentur, 4. Reg. cap. 12. Ibi; dixit Ioas ad sacerdotes. Vide textum. Præceptum est autem in lege, Exo. 23. Non apparebis in conspectu Dei tui vacuus. Si non habes aurum aut argentum vel margaritas, offer saltem vel pilos caprarum, & hi enim sunt necessarii tabernaculo Dei. Memento viduæ huius, quæ duo tantum æra misit eaque minuta, & prælata est cæ-

B teris qui multo plura obtulerunt. Chrysost. Hæc igitur Iudæis præcepta sunt, de quibus scriptum est verbum scitu dignum, plus offert populus q̃ necessarium est. Ex cap. Præcedenti. Egressa omnis multitudo filiorum Israel a conspectu Mosi, obtulerunt mente promptissima atque deuota præmitias domino ad faciendum opus tabernaculi. Obtulerunt igitur plusquam necesse erat, idque mente promptissima, Hilarẽ enim datorem diligit deus, vtq; corrigerent peccatum recens grauissimum, quando inaures dederunt, vt funderetur vitulus Quanto ergo magis nobis præceptum est, ne vacui veniamus in templum Dei, qui debitores sumus. 10 milium talentorum? Propterea & pauperes ante ianuas ecclesiarum ponuntur, quasi dicatur vnicuique ingredientium, date & dabitur vobis. Lucæ. 6. Itaque si sacerdotes interroges, qui magna ex parte pecuniam Gazophytio illatam pro restauratione templi, in suum vertebant luxum, qui plura inferebat Gazophylacio, is sanctior & religiosior censebatur: Erant enim iuxta Zachariam milui

C vpupæ vel Herodij, & corui hiantes & insidiantes cadaueribus, triduoque conuolantes illuc, Cæterum iudicio domini nõ qui plura obtulit sanctior est, sed qui obtulit iuxta Paulum de profundo paupertatis suæ animam suam, id est victum suum. Supra virtutem inquit voluntarij fuerunt, & non sicut sperauimus, sed semet ipsos dederunt, Anteuerterunt igitur isti Macedones præceptum Tobiæ dicentis, cap. 4. Quomodo potueris esto misericors. Isti enim supra virtutem voluntarij fuerunt, sua dederunt, seipsos dederunt & hæc sunt duo æra viduæ. Absumpto flammis Dianæ templo opera Herostrati, constructum est aliud præstantius, mulierum ornamentis, Architectore malleo vniuersæ terræ Huius expensas Alexander soluere voluit, si rei titulo gauderet, sed non est impetratum. Confer donaria fœminarum istarum cum duobus minutis viduæ, & ista opulentior inuenitur, quia quod hæc fecit, dicetur in toto mundo, illarum perijt memoria cum sonitu, Psal. 9. Eadem vanitate laborabant reges Aegypti in suscitandis pyramidibus, quippe cum faciendi eas causa aplerisque tradatur, ne pecuniam successoribus aut æmulis insidiantibus

D præberent, aut ne plebs esset ociosa. Inter has est pyramis amplissima, quam trecenta. 60. hominum milia annis. 20. Construxisse produntur, Subijciamus & illud, ne quis miseretur regum opes, minimum pyramidem extitisse laudatissimam, quæ a Rhodone meretrice facta est, hoc est expensis suis, Hæc Aesopi fabularum philosophi conserua quondam & contabernaculis fuit, maiore miraculo tantas opes meretricio esse conquisitas quæstu, Plinius. lib. 36.

Mar. 12. Lucæ. 21. Exo. 25. Chryso. Exo. 36. 2. Cor. 9. Matth. 18. Zacha. 3. 2. Cor. 8. Templum Matth. 26. pyramides

Caput. xij. Apostoli ostendunt domino pulchritudinem ædificiorum templi: Et quid ad hæc dominus dixerit. Apostoli inquirunt a domino de signis aduentus sui & consummationis sæculi, & quid dominus respondit.

E ET egressus Iesus, de templo ibat, & cum egrederetur, accesserunt discipuli sui, vt ostenderent ei ædificationes templi. Et quibusdam dicentibus, iuxta Lucam, de templo, q̃ bonis lapidibus & donis ornatum esset, Quod dicitur iuxta Lucam & donis ornatum esset, Græce est, Es anathemasin cecosmetæ. Sciendum igitur duo esse verba Græca videlicet anatithema, & anatithimi, Prius verbum significat execror excoico, vnde dicitur anathema. Posterius verbum significat offero, dedico: ab hoc igitur posteriori verbo vocantur hic anathemata dona oblata templis. Vide. 1. Mach. ca. 4. Et obserua iuxta Budæum q̃ templi Salomonis cum suis ornamentis expensæ ducenties nonagies septies centenis & 60. milibus aureorum coronatorũ æstimatur, Operarij enim erant numero. 153560. 3. Reg. cap. 5.

Lucæ. 21.

cap. 5. Marcus, Magister aspice quales lapides & quales structuræ, Matth. Marcus & Luc. Ipse respondens ait illis. Videtis hæc omnia? Videtis has magnas ædificationes? Hæc quæ videtis: Amen dico vobis, Lucas. Venient dies in quibus, Tres euangelistæ, non relinquatur lapis super lapidem, qui non destruatur. Mirum autem videtur inquit O- [Origenes.] rigenes, q discipuli Christo structuras ostenderent templi quasi peregrino, & qui tẽplum alias non viderit. Sed intelligendum est, q cum Christus prædixerit ante, q non esset remansurus lapis super lapidem in templo illo magnifico propter Iudæorum incredulitatem, vt discipuli ad misericordiam flecterent magistrum, ne talia super templum induceret, qualia fuerat comminatus, ostendunt ei mirabiles & pulchras templi illius structuras, quæ si comparentur ad magnificentiam templi prioris, quod a Chaldæis fuerat exustum, perinde est quasi conferas vmbram corpori, tugurium regiæ. De quo vide. 1. Esdræ cap. 3. De hoc dictum est Lucæ. 19. Ibi, videns ciuitatem. [Faber.] Dicit autem Faber hoc loco, q templum quod Mauri ostendunt Christianis Hierosolymis, nec est Salomonis nec Zorobabelis. [F] Primum enim a Chaldæis dirutum est, secundum a Romanis aratum. Est igitur delubrum Satanæ, quod ipsi suo Mahumeto filio perditionis extruxerunt, in quod nec ingredi neque respicere licet Iudæo vel Christiano, sub pœna mortis. [Iulianus.] Ne ergo cui illuc eunti cupiditas obrepat illud ingredi vel introspiciendi. Impio enim Iuliano mandante reparari templum Hierosolymis, quicquid super erat vetustarum ruinarum & fundamentorum funditus euerterunt atque eruerunt Iudæi, ad nouum instaurandum. Hæc ille. Adhæc Chrysost. Iudæi sane insani contra decretum Dei reædificare volentes ruinas templi, semel, secundo & tercio repulsi sunt. Primum quidem sub Adriano mota seditione, conati sunt præstinam rempublicam restaurare. Impetu igitur facto in Cæsarem, [Chrysost.] rursus eum adegerunt, vt funditus deleret ciuitatem, deuictis ac subactis illis, omnibusque reliquijs abolitis, & ne in posterum possent impudenter agere, statuam suam in loco sancto collocauit. [Hierony.] Et iuxta Hieronymum ab huius Adriani temporibus qui successit Vlpio Traiano vsque ad imperium Constantini per annos circiter, 180. [G] In quibus præfuerunt imperio imperatores sequentes, Aelius Adrianus, Antonius Pius, Marcus Antonius philosophus, Cõmodus, Aelius pertinax, Didius Iulianus, Septimius Seuerus, Antonius Caracalla, Opilius Macrinus, Varius Heliogabalus, Alexander Seuerus, Iulius Maximinus, Balbinus & Pupienus, Gordianus, Marcus, Seuerus Hostilianus, Philippi pater & filius, Decius, Gallus pater & Volusianus filius, Aemilianus, Licinius Valerianus, Gallienus, Claudius, Quintilius, Aurelianus, Tacitus, Florianus, Probus, Carus, Diocletianus & Maximianus, Constantinus Chlorus & Galerius Maximus, Seuerus & Maximinus, Licinius & constantinus, Marcus Flauius Constantinus, in loco resurrectionis simulacrum Iouis, in crucis rupe statua ex marmore veneris a Gentibus posita colebatur, existimantibus persequutionis autoribus, q tollerent nobis fidem resurrectionis & crucis, si loca sancta per idola polluissent. Deinde Adrianus sciens futurum, vt illa imago sua tempore collaberetur, quo illius victoriæ notam immedicabilem inureret, & illius impudentiæ monumentum, nomen suum ciuitatis ruinis imposuit. [H] Quoniam enim ipse dicebatur Aelius Adrianus, ideo & ciuitati Aeliæ iussit imponi, inde Aelia dicta est vsque ad tempora nostra inquit Chrisost. [Chrysost. Iudæi.] Post hunc sub Constantino eadem aggressi sunt. At ille amputatis illorum auriculis, ac rebellionis signo impresso corpori eorum, per omnia loca circumferebat illos ceu fugitiua mancipia ac verberone, conspicuos illos faciens omnibus, ac eos qui per regiones sparsi erant erudiens, ne in posterum eadem conarentur. Denique tertio, Iuliano concedente eis licentiam, vt ciuitatem rursus templumque & altare reædificarent, ex ipsis fundamentis quæ eruebant ignis erupit, multosque exussit. Quod vbi imperator Iulianus resciuit, timẽs ne in ipsius caput ignis deseuiret, intercœpit. [Iulianus.] Hic igitur Iulianus apostata a fide, & factus paganus, Iudaica curabat, sed hoc agebat, vt inde periculum virtutis Christi sumeret faceret ve, Itaque vocatis Iudæis quibusdam, præcepit eis vt sacra facerent. Qui dicebant, sacrificandi quidem morem quendam fuisse progenitoribus suis, sed post quam in tantum exilium pulsi sunt, templo de molito, non esse eis fas, tẽpla & sacrificia extra veterem metropolim reparare. [I] Ille igitur iubet, ex Gazophylatijs de promi pecuniae, suppeditarique alia, quibus ad structuram opus erat, & abite, ac reædificare templum. Qui insipientes & errantes ab vrem, regis imperio parentes, simul atque terram euacuare cœperunt, e fundamentis exilijt ignis, qui simul omnes fossores consumpsit, dicente domino vnum verbum: Non remanebit nec vnus lapis qui non subruatur in templo hoc. Et illuc vbi olim non Iudæis omnibus nec sacerdotibus omnibus, sed vni soli summo sacerdoti intrare licebat, nunc & meretricibus & mechis ingredi licet. Et mirum est hoc, qui tot olim absque sanguine triumphos statuere potuerunt, illi ipsi templum vnum ab illo [Herodia.] vsque in hodiernum reædificare non valuerunt. Refertur autem ab Herodiano, quod tempore commodi imperatoris conflagrauerit templum pacis, vel igne vel fulgure, vnde factum est, vt multi opulenti repente pauperes fierent. Erat enim templum illud communis omnium thesaurus, opus sane omnium pulcherrimum, egregieque munitum. [K] Sed iræ Dei omnia peruia sunt. Et quia sermo incidit de [Roma.] Romana ciuitare capite imperij Romani, sciendum q ciuitas hæc orbis domitrix capta est a Gothis anno ab eius ædificatione. 1164. Humanæ salutis anno. 214. triduoque direpta est, exhaustaque spolijs ex [Halarico.] omni terra quæsitis, rege Halarico. Actum item erat de salute vrbis, Athila item Gotho cum exercitu instante & imminente vrbi, cum Valentiniani hortatu Leo Pontifex iam grandis natu. Cũ altero consuli [Athila.] & parte non parua Romani Senatus ad Athilam venit, multa canicie & angustiori habitu venerabilis, supplexq regẽ ita affatur. Senatus. p. que Rom. quondã orbis victor nunc vero victus, suppliciter abste veniã a salutem precatur rex regũ Athalia. Nihil tibi in tanta gestarũ rerũ gloria cõtingere potuit, aut ad præsens decus pulchrius, aut ad posteros memorabilius, q̃ vt is populus supplex ad suos pedes iaceret ante

ante quem omnes gentes olim & reges supplices iacuerunt. Subegisti quidem Athila omnem orbem terrarum: cui Romanos omnium Gentium victores subigere datum est. Nunc tantum præcamur, vt teipsum vincas, qui vincis cætera. Nec est quando iam omne humanitatis fastigium transcendisti, in quo Deo immortali similior esse possis, quam quo plures viceris, plures parte saluos esse velis. Senserunt mali flagellum tuum, sentiant nunc supplices clementiam, vel quia se victos fateantur, aut quia sunt vltimo imperata facturi. Hæc Leo in cuius habitu venerabilique aspectu contemplando, cum tacitus staret Athila deliberabundo similis, verum præcanti daret veniam, consul & senatus ad eius pedes cum lachrymis prouolutus iacuit. Tum ille & si Barbarus atrocique ingenio, humanæ tamen sortis admonitus, reputans simul animo terrarum rerum in constantiam, quod senatus ille a quo omnes Gentes quandoque iura

A petissent, nunc victus supplex prostratus ante suos pedes iaceret, surgere ac stare iussis, bono sitis inquit animo, datur vobis venia. Mirati sunt reges & primores ducum subitam in Athila mutationem. Rogatusque ab ijs qui proxime steterant, quid esset quod tam facile pulcherrimam lachrymis hostium victoriam condonasset, respondit. Sic oportuit fieri, quando medio affatu duo sibi visi essent dextra leuaque viri angustiore habitu pro pontifice astare, qui strictum sibi ferrum intenderent, nisi illius dicto obtemperaret. Sed nostra inquit Roma est, & quicquid Romanorum patet imperio, quando hi nobis sunt vectigales facti. Satis abunde victoria parta est, si populum Italiæ & imperij caput subegimus, qui non modo se victum fateatur, sed veniam & pacem implorans, tributum quod imperauimus promiserit soluere. Ite læti opulenta onusti præda, lares, liberos vxoresque vestras inuisite, tum satis gloriæ quæsitum est, nec fortuna vlterius fatiganda, ne cum omnia velimus, subito aliquo casu omnia adimantur. Post hæc

B annis elapsis duo de quinquaginta, ciuitas iterum est a Vandalis direpta. Prodit Leo pontifice obuiam Genserico venienti, suppliciterque deprecatus est, vt ab ea vrbe iniuriam abstineret, cui Athila omnium immanissimus victor pepercisset, aut si vrbem suis diripiendam dare in animo haberet, parceret saltem templis, parceret ædificijs publicis & priuatis. Erat Gensericus Arrianæ hæresis veneno imbutus, & ob eam rem orthodoxæ fidei iam antea infestus. Quem cum talis esset, neque personæ dignitas flectere potuit, neque pietas religionis: Quin Romam ingressus, omnia sacra & profana promiscue fœdauerit. Quattuordecim dies consumpti in egerenda præda, abductaque est vis ingens hominum omnis sexus & ætatis: Atque per hunc modum Vandalorum ductu Aphrica Cartaginis excidium suasque clades vlta est. Procedente tempore rursus Roma a Totila vi armorum capitur, & primo eam munitionibus nudat, mœnibus plus tertia parte solo æquatis. Capitolium incendit, mox passim ædificia publica & priuata subiecto igne deflagrarunt. Incensa excisaque vrbe, omnis ciuium multitudo nequis extremis pa-

Vandali.

Gensericus.

Totila.

C triæ cineribus dare posset lachrymas, per latij & campaniæ oppida dispersa est a Totila. Senatum & primores ciuitatis penes se solum loco habuit. Inde Roma egressus, nec vnum quidem viuentium marem fœminam ve in ea remanere passus est, vt omni humano cultu deserta vrbs quondam rerum domina iaceret. Magnum omni æuo documentum, quam parum sit humanæ fœlicitati credendum, quæ quo maior est, Eo grauius ruit. Hæc est vrbs quæ in ipsa adolescentia a Gallis capta est direpta atque incensa, anno quam condita fuerat circiter. 360. Iam vero omnium Gentium victrix, diuque rerum potita, a Gothis, Alarici ductu iterum capta atque ex parte incensa. Nec multo post ab Ataulpho qui Alarico successit, ad prædam repetita, parique clade deformata, funditus excisa interijsset, nisi vnius muliterculæ precibus in suo esset vestigio retenta, ea erat placida, quam Romæ captam Ataulphus sibi matrimonio iunxit. Sequuti Vandali, qui Gensarici ductu eam rursus diripuerunt. Deinceps Theo-

Roma.

D doricus Ostrogothorum Rex plures annos eandem cum tota Italia tenuit. Recepta inde a Belisario, bisque obsidione fatigata, inedia & fame propemodum euecta est. Demum sub Totila miserabile passa est excidium. Interfuerunt a Senonico bello, quo præter capitolium omnia sunt a Barbaris fœdata ad Visigothorum tempora, qui Alarici ductu iterum Romam cœpere anni circiter octingenti. A Visigothis ad Vandalicam direptionem anni. 44. A Vandalis ad Ostrogothos & Theodoricum anni. 32. Ab Ostrogothis ad Belisarium qui Romam recepit ab ea gente circiter. 50. Hinc ad Totilam anni. 12. Acroties tam breui annorum spacio domitrix illa humani generis atque omnium Gentium Roma Ludibrio fuit Barbaris. Et vt apicem imponamus Romanæ tragediæ, Constantius imperator hanc vrbem ingressus, angustissima templa accuratissime inuisit, omnem templorum apparatum tacitis lustrans oculis, vt pote qui nefarium latrocinium meditabatur. Quinque igitur diebus in per lustranda vrbe consumptis, ad eam spoliandam conuertitur: Vbi quicquid antiqui operis ex ære & marmore fuit,

Cõstanti9

E quicquid oculos potuit delectare, sublatum aut reuulsum ad naues referri iussit, vt plus ornamentorum vnus septem dierum spacio vrbi detraxerit, quam Barbari 258. annorum interuallo. Tot enim anni intercesserant, a prima imperij inclinatione ad luctuosam illam cladem quam Romanorum Compilator verius quam imperator miseræ ciuitati intulit. Sed vt ad superiora sermo recurrat non modo iuxta verbum Christi domini templum a fundamentis euersum est, sed aratum legimus in ignominiam Gentis oppressæ a Tito Annio Rufo, sicut dicit Hieronymus super Zachariæ caput. 5 Adhęc Origenes super Num. cap. 28. Si obseruatio sacrificiorum & instituta legalia quæ in Typo data sunt populo Israel vsque ad præsens tempus stare potuissent, exclusissent sine dubio euangelij fidem, per quam ex aduentu domini nostri Gentes conuertuntur ad deum. Erant enim in illo templo magnifica quædam & totius reuerentiæ plena religio: quæ ex ipso etiam primo aspectu obstupe facerent intuentes. Quis enim videns illud quod appellabant sanctuarium, & intuens altare, astantes etiam sacerdotes sacrificia consumantes, omnemque ordinem quo cuncta illa gerebantur aspiciens, non putaret plenissimum hunc esse ritum, quo deus creator omnium ab

Hierõy.

Origenes.

humano genere coli se iuberet vel deberet, sed gratias agno quæ abstulit peccata mundi, qui animas nostras auellens ab hoc intuitu, & destruxit quidem illa quæ magna quidem videbantur in terris, & mentes nostras ad inuisibilia transtulit, & a temporalibus ad æterna, sicut autem refert Dionysius hali. Laborante populo Romano peste grauissima, in qua omnes fere serui amissi sunt & dimidia fere pars populi Romani, ita vt ex cadaueribus in flumine abiectis aqua fluminis iam potabilis nõ esset: quandiu tamen spei aliquid multis erat, tanquam Deo Iacuro sibi auxilium, ad sacrificia & expiationes omnes conuertebantur, suntque multa innouata, quæ non erant Romanis in consuetudine in honore deorum instituta, non decentia. Vbi vero cognouere, nullam adhiberi sibi a numine curationem (qui autem adhiberent, cũ ipsi potius dij vel dæmones eos occiderent!) ministerio etiam circa diuinos cultus abstitere. Cæterum illi percutere possunt, non sanare.

Dionysius.

Sedente autem illo super montem Oliueti cõtra templum accesserunt ad eum discipuli sui secreto, Marcus. & interrogabant eum separatim Petrus & Iacobus & Andreas dicentes. Tres euangelistæ. præceptor dic nobis quãdo hæc erunt vel fient, Marcus & Lucas. & quod signum erit, quando hæc omnia incipient consummari, Matthæus, & quod signum aduentus tui, & consummationis sæculi. Et respondens Iesus, dixit. Videte ne quis vos seducat: Multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus, & multos seducent. Marcus & Lucas, Multi venient in nomine meo dicentes, quod ego sum. Matthæus & Marcus, & multos seducent, Lucas, & tẽpus appropinquabit. Nolite ergo ire post illos. Matthæus: audituri enim estis prælia & opiniones præliorum, Marcus. Cum autem audieritis bella & opiniones bellorum, Vel iuxta Lucam, prælia & seditiones, Matthæus, videte ne turbemini, Marcus, ne timueritis, vel iuxta Lucam, nolite terreri, tres euangelistæ. Oporter enim hæc fieri, sed nondum est finis.

F

Hierony.

G

1. q. 5 saluator. de conse. distin. 5. cap. peruenit. Iuxta Hieronymum tria interrogant apostoli dominum. Primum quo tempore Hierusalem diruenda erat, secundum, quod signum aduentus sui. Tertium quo tẽpore ipse Christus erat venturus & temporaliter regnaret. Putabant enim apostoli, hæc tria coniuncta fore, finem sæculi, desolationem Hierusalem, & aduentum eius vt regnaret. Christus igitur dominus respondet primum ad tertio loco quæsitum, dicens, videte ne quis vos seducat, Aduentus autem Christi duplex erat, alter falsus quem ipsi somniabant (Actu. primo) alter verus quem ipsi ignorabant, Vnde multi scriptorum inquit Abulensis hic decipiuntur, ad quam videlicet de tribus prædictis quæstionibus dominus respondeat. Itaque dominus primum respondet ad tertium, nec tamen dominus ordinate respondet omnibus, sed interdum transit de vno quæsitu ad alterum vel ad tertium, Cum ergo dicit, videte ne quis vos seducat, de tertio loquitur. Cum dicit, audituri estis prælia, loquitur de primo videlicet de desolatione Hierusalem. Et cum dicit, Tunc si quis vobis dixerit, redit ad tertium de aduentu suo. Dicens autem, multi venient, tacite negat suum falsum aduentum ad regnandum, quod tamen illi verum opinabantur. Quare autem dominus etiam abiturus noluit auellere a discipulis hanc vanam spem regni temporalis, sed dixit: Non est vestrum nosse tempora, & cætera. Cum posset dicere, ne seducamini, regnum meum non est de hoc mundo, dicendum, quod post dies decem edocti sunt a spiritusancto omnem veritatem. Interim autem ita complacuit æterno Dei consilio, ne abeunte domino, ante aduentum spiritus sancti manerent desolati. Qui fuerint autem isti qui venerunt dicentes: Ego sum Christus, antequam Hierusalem submeretur, dicendum, quod vnus fuit Simon Samaritanus, qui se magnam dicebat Dei virtutem, hæc quoque inter cætera in suis voluminibus scripta relinquens. Ego sum sermo Dei: Ego sum speciosus: ego paracletus, Ego omnipotens: Ego omnia dedi. De hoc Ioannes. 1. cap. 2. Sicut audistis, quod antichristus venit, nunc antichristi multi facti sunt, Ego sum Christus inquient, idest Messias ille in lege promissus. Sicut autem dicit Origenes, hoc solum sufficit ad cognoscendam seditionem antichristorum, qui dicunt, ego sum Christus, quod nunquam legitur Christus dixisse, nisi vni solitariæ Samaritanæ. Dixit item apostolis (Matth. 23.) sed per tertiam personam, Magister vester vnus est Christus, opera enim testificabãtur de illo. Vos igitur videte ne seducamini, multi enim seducentur a dicentibus: Ego sum Christus, & tempus instat, quo antichristi isti venturi sunt. Nolite igitur ire post illos, ne vtrique in baratrum decidatis cum his qui olim adhæserunt Chore & Abiron. Audituri enim estis prælia. Hæc ad primum quæsitum pertinet videlicet de desolatione Hierusalem. Cum hæc igitur audieritis, nolite terreri, nolite timere, ne turbemini: oportet enim primum hæc fieri, sed nondum statim est finis. Erunt quidem hæc præludia quędam illius extremæ calamitatis, quæ malos perdet, bonos examinabit. Quia vt corporis interitus signa sunt validi morbi, ea viciosa temperatura qualitatum exorti: ita mundi finem pręcedent horrendæ seditiones, quas homines ipsi sibi suscitant, prauis cupiditatibus infecti, & impletur illud, testa collisa testæ. Audietis igitur bella variosque bellorum tumores, rebus ipsis vt fit atrociores, verum non statim finis, non enim Hierosolyma tantum vastabitur, sed totus orbis bellis ac seditionibus miscebitur: Sicut est dies ista, deus autem optimus Max. misereatur nostri, quia ipse est pax nostra, Ephe. 2.

Abulens.

H

Actu. 1.
Ioan. 18.

Actu. 8.

I

Origenes
Ioan. 4.

Num. 16.

K

Prouerbiũ

Caput. xiij. Surget gens contra gentem, erunt pestes & fames. Inicient vobis manus. Eritis odio omnibus hominibus. Scandalizabuntur multi. Surgẽt falsi prophetæ, seducẽt multos. Abundabit Iniquitas, refrigescet charitas. Qui autem perseuerauerit. Ego dabo vobis os & sapientiam. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Matth. 24.

SVrget enim gens contra gentē, & regnū aduersus regnū, & terræmotus magni erunt per loca, & pestilentiæ & fames terroresq́ de cælo, & signa magna erunt. Hunc textum alij exponunt de signis præcedētibus subuersionem Hierusalem, alij de signis præcedētibus consummationē sæculi. Vtrūq́ ponemus. Surget igitur Gens vel alia cōtra Iudæā, vel Iudæa cōtra seipsam, quod verius est. Et imperiū Romanū cōtra Iudaicā Gentē, vel partes ipsius prouinciæ Iudaicæ videlicet tetrarchię contra se inuicē. Hæc enim præludia bellica præcedent abolitionē illius ciuitatis, quæ occidit prophetas. Præcedēt etiā terręmotus pestes & fames, & terrores de cęlo, quæ omnia sunt prænūtia totius mali imminentis ciuitati, sed nō statim finis ciuitatis habuit. Ad hæc Origenes. Sic enim ægrotāt corpora ante mortē eorum qui vim nō extrinsecus patiuntur, & quēadmodū in omnibus per infirmitatē fit via ad separandā animā a corpore suo, sic talis & tāta creatura mūdi cū corrūpi cœperit, quasi benedictus initiū & finē (cælū enim & terra trāsibūt) necesse est, vt ante corruptionē langueat, vt terra quidē frequētius terręmotibus cōquassetur, aer fiat morbidus, & vitalis virtus terræ repēte deficiēs, affocet fructus, & omnis natura arborum exareat. Et terręmotus erūt per loca. Nec enim insimul vult deus perdere humanū genus, sed iudicās per partes paulatim in eo, dū fiūt fames pestes & terręmotus per loca, dat pœnitētiæ locū ijs qui ex medicis castigationibus emendātur. Et quēadmodū incipiētibus infirmitatibus, possibile est afferre medicinalia adiumēta, sic incipiētibus fame & pestilētijs per loca, possibile est quibusdā hominibus ad cōuersionē & fidē purgatam dari. Si autē incipiētibus huiusmodi malis, nō fuerit pia facta correctio, proficient ad peius fames & pestes, cum locū habuerit abominatio desolationis, nō cōtenta alia parte mūdi, veniet enim vt etiā in loco sancto cōsistat.

Matth. 15.

Origenes.

Lucæ. 21.

Numa.

De hoc textu: surget Gēs cōtra gentē vide, 2. Parali cap. 15. Refert aūt Plutar. De pietate Numæ Pōpilij ad hūc modū. Cū alia plurima sacerdotia a Nūma instituta sint, duo in mediū referā: Alterū Saliorum, fecialiū alterum enim vero feciales quidā pacis custodes (& vt mea fert opinio) ab ipsa re nomē capiētes, cōtrouersias verba sedabant, quū non permitterēt prius militare, q̄ omnis iudicij spes abscissa esset. Et enim pacē Græci vocāt, quādo verbo nō vi inter se vtētes, cōtrouersias soluūt. At Romanorū feciales sæpe ad eos ibant qui iniuriā inferent illisq́ suadebāt, vt se beneuole & amice gererēt. Iis autē inimice sese & pro voluntate gerētibus, deos testari, & multa grauia in eos eorūq́ patriam imprecari, nisi iuste rem aggrediantur. Sic eis bellū indicebāt. Facialibus vero prohibentibus aut minus cōprobantibus, neq́ militi fas erat, neq́ regi Romanorū arma mouere. Sed ab his necesse erat initiū belli pro iure princeps acciperet, & tū demum cōmuni cōmodo prospiceret. Referamus autē rem scitu dignā.

Marius.

Cū Marius solito certamine cōtra cimbros, occidisset ex Tētonibus centū milia: Legati cimbrorū ad Marium missi, postulabant, vt regionē atq́ sufficientes ad habitandū vrbes ipsis ac fratribus traderent. Cum Marius interrogasset, qui essent, quos fratres appellabant, dicētibus illis esse Tentones, cæteri quidē risu tenebantur: Marius vero salibus vtēs, inquit. De fratribus cedat ea animis cura: Nā illi apud nos regionē habēt, semperq́ habituri sunt, occisi enim erāt nudius tertius in bello a Romanis. Legimus de Cęsare, qui copijs suis mille vrbes vi cœperit, regionesq́ tercentū subegerit, Qui decies cētena milia hostiū persequēdo occidit. Et tamē qui inter arma inuictus fuit, in pace occubuit ferro. Dicamus de pugna Pharsalica propter verbū Lucæ dicētis, audietis seditiones, nāq́ iuxta Gregoriū bella ad hostes pertinēt, seditiones ad ciues & conciues. Cum Cæsare itaq́ fuerūt viginti duo milia militū, cum Pōpeio vero multo plures q̄ bis totidē fuisse. Signo igitur ab ambobus ex vtrisq́ castris dato, & tuba vt insererent manus iam cauere cū cœpisset, e turba quisq́ vni sibi intentus erat. Pauci vero & hi ciuium Romanorū primi, & ex Græcis qui aderant quidā extra aciem q̄ primum periclitatio imminuit, ambitionem contentionēq́ medicari cœpere, quo ardorem domādi afferrēt. Cognata enim arma, acies fraternæ, signa cōmunia, vnius ciuitatis robur copiæq́ inter sese irruere, plane ostendentes humanū ingeniū, cupiditate actum, cætum quidē furiosumq́ esse. Quiete enim si dominari, fruiq́ rebus iam cōparatis voluissent, plurimā optimāq́ terræ ac pelagi partē habuisse licebat, si tropheorū amori quid vltra tribuere exoptatū esset, erat & sitim restringere parthorum Germanorumq́ bellis. Verum quoniā scriptū est, varius est belli euentus, Pompeius victus, breui, gladio in fuga occubuit, dicente theodoto vnū verbum, Cuius consilio Pompeius occisus est, hominem mortuū non mordere. Conuenerunt & alias Romanorum vires contra sese hinc Cæsar & Antonius, inde Brutus & Cassius in campis Philippicis.

Iulius C.

Bellum.

2. Reg. 11.

Pompeius

Horatij.

Dicamus & illud pro cornide huiusmodi seditionum, q̄ Horatij tres Romani fratres, & tres Curiatij fratres Albani, filij duarum sororum, cōpulsi sunt decertare inter se de principatu. Hi igitur sex in campo vbi alter alteri proximi aitrere, traditis armis & gladijs, occurrere sibi inuicem flentes, & suauissimus nominibus alteri alterius appellantes ita vt in lachrymas cæteri etiam cogerentur, multamque suam simul & ductorum impietatem omnes incusarent, quod cum alijs possent corporibus contentionem vrbium dirimere, in cognata vulnera & consanguineam pollutionem id certamen concluserunt. Verum vbi ab amplexibus quieuere, digressi inde, gladios resumunt, atque redeuntes, se ipsi secundum ætatem statuunt, & aduersum congrediuntur. Primus Romanus Oratius maior occiditur, Secundo primus Albanus. Tertio secundus Romanus, Quarto duo Albani a tertio Romano occiduntur. Surget igitur Gens contra gentem. Numantini desperantes euadere posse Romanos, consilium ineunt omnes vna moriendi, potiusq̄ turpiter dederentur incensa vrbe, natos & vxores partim ferro partim veneno sustulerunt, postremo & ipsi se mutuis vulneribus conficiunt, vt ne vnus quidem Numantinorum super fuerit, qui in triumpho duci posset, ne præda vlla parta, omnibus de industria ab eis prius corruptis, de nomine tantum (de lana caprina) quod vix vnquam antea aut

Numātia.

VV ij postea

postea accidit est triumphantum. Vrbs colle modice edito sita sine muro siue turribus, a quattuor milibus Celtibernum, 14. annos ita defensa, vt plerique Romanorũ duces ignominiam inde pro victoria reportarent. Habes gentem in gentem, & Genaem in seipsam insurgeotem. C. Manlius & Q. Seruilius pro

Bellum.

consules a Gallis Rodanum ingenti prelio victi, castris exuti sunt, & ex Romano exercitu octoginta milia hominũ cæsa, calonũ & lixacũ. 40. milia. Nullo vnquam prelio tanta vis hominũ a Romanis desiderata est. Et terremotus magni erũt per loca. Verba hæc dixit dns anno duo de vigesimo imperij Tiberij Cæsaris,

Plinius.

qui præfuit imperio annis trib. & viginti. Dixit aũt Plini. li. 2 ca. 86. Maximi terræ memoria mortaliũ extitit mot. Tiberij. C. principatu, duodecim vrbib. Asiæ vna nocte pstratis. Crebertim. punico bello intra eũdem annũ septies atque quinquagies nuntiatus Romæ. Sequitur. Nec vero simplex malum, aut in ipso tantum motu periculum est, sed par aut maius ostentum. Nunquam enim vrbs Roma tremuit, vt non futuri euentus alicuius id prænuntium esset, id quod dicere possumus de ciuitate Hierusalem mox euertenda, vt abolitionis eius terremotos præcedentes prænuntij essent. Dicit autem August. Iosue lustrans cum popu

Iosue. 6.
August.

lo ciuitatem Hiericho septem vicibus, quasi arcæ dominicæ & exercitus expauescens aduentum, subito corruit. Hoc autem sæpe factum esse in terremotibus vt vrbes corruant nemo ignorat, quomodo in famoso illo terremotu centum Lybiæ vrbes corruerunt, & in terremotu dominicæ passionis vndecim in Thracia subuersæ sunt. Hæc ille. Factum est & hoc semel iuxta Plinium, ingens videlicet terrarum portentum, L. Martio, Sexto Iulio consulibus in agro mutinensi. Namque montes duo inter se concurrerunt,

Terremotus.

crepitu maximo assultantes, recedentesque, inter eos flamma fumoque in cælum exeunte interdiu, spectante e via æmilia magna equitum Romanorum & viatorum multitudine. Et concussu villæ omnes Elisæ, animalia permulta quæ intra fuerant exanimata sunt. Nonminus ostentum & nostra inquit cognouit ætas, anno Neronis principis supremo, pratis oleisque intercedente via publica, in contrarias sedes transgressis, in agro Marrucino. De causa terremotus Philosophus. 2. Meteororum. Sicut autem in corpore nostro

Philosop.

tremorum & pulsum causa est spiritus intus recepti virtus, veluti accidit sæpe post vrinationem, per corpus enim fit velut tremor quidam concomitante lato spiritu de foris intus subito, sicut & in terra accidit spiritu facere, & hunc quidem aliquando velut tremorem esse, hunc autem velut pulsum. Erunt pestilentiæ & fames. De hoc vide 4. Reg. cap. 6. Deut. cap. 28. Vide 2. Reg. cap. 24. Tempore clemẽtis Papæ sexti aden pestis per totam Italiam grassata est, vt vix decimus quisque ex millesimo homine superfuerit, & hoc toto triennio. Vidimus & nostro æuo famem Saguntinam & pestem grauissimam anno Christi septimo supra sesquimillesimum, item famem perpessi sumus anno Christi vigesimo supra sesquimillesimum. Mitius tamen nobiscum agit clementia Dei quam cum multis ex retro generationibus, licet nos forte grauiora

Eccle. 7.
Hierony.

peccemus quam illi. Ne igitur dicas inquit sapiens, quid putas causæ est, quod priora tempora meliora fuere quam nunc sunt, stulta est enim huiusmodi interrogatio. Hierony. Non est enim quæstio de temporibus, sed de moribus. Tu sic semper debes viuere, vt semper præsentes dicas meliores tibi sint quam præteriti, siue fames

Sap. 4.

ingruat, siue vigeat pestis, quia moriendum cum sit, fœlix qui consummatus in breui, expleuit tempora multa. Hæc autem omnia initia sunt dolorum. Hæc omnia videlicet bella, seditiones, pestilentiæ, fames, Terrores de cælo, iuxta Lucam, iram Dei testante, sole verso in tenebras, Luna in sanguinẽ iuxta Ioelem. Hieronymus. Hæc omnia initia sunt parturitionum, vt quasi conceptus quidam aduentus

Origenes.

antichristi, non partus intelligatur. Iam enim zara præmisit manũ cruentam. Ita dicit & Origenes. Hæc initia sunt dolorum. Qualis erit ergo consummatio malorum, si talia sunt initia? Marcus. Videte autẽ vos metipsos, Lucas. Sed ante hæc omnia injicient vobis manus suas, & persequentur Marcus & Lucas, & tradent vos in consilijs & synagogis & ad custodias, tradentes ad reges & præsides propter nomen meum, Matthæus, tradent vos in tribulationem. Marcus, & vapulabitis, Lucas, propter nomen meum, Marcus, in testimonium illis, Matthæus. & occident vos, & eritis odio omnibus hominibus vel gentibus propter nomen

Ioan 15.

meum. Lucas. Continget autem vobis in testimonium. Quod dicit, videte vos metipsos, sensus est, Ne vos quidem qui de mundo non estis, quorum conuersatio in cælis est iuxta Paulum (Phil. 3.)

Matth. 10.
Ephes. 6.
Iob. 1.
Chrysost.

eritis immunes ab his malis, quare cauete vobis, nequid inopinantes obruat, siquidem injicient vobis manus & persequentur, ideo estote prudentes sicut serpentes, ita tamen ne recederis a simplicitate columbæ. Induite vos sicut electi milites Dei armaturam omnem Dei, quia omnis mundus factis stibus cuneis armabitur contra vos, Iudæi, Gentibus & principes tenebrarũ harum. Ephe. 6. Chryso. Tale quid mihi videtur cum apostoli mittuntur velut agni inter lupos, sicut si cum maria surgant, cũ tenebris aer obductus sit, cum crebro super aliam alia nauis naufragio demergatur, cũ inter se omnes nautæ qui in nauibus sunt dissideant, cum feræ de profundo emergant, cũ fulmina iaciantur, piratæ insidientur, nulla fide inter nautas sit, ignarusque nauigandi gubernacula teneat, cum classis maxima simul & instructissima ex aduerso aggrediatur vna habentibus nauiculã & eã misere apparatam in aduersam & maximã classem insurgere in-

Luce. 22.
Apostoli.

beat dominus, ac ei victoriã polliceatur, dicẽs, ego rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua. O rẽ nouam atque inauditã Iudæorũ innumerabilia Romani tunc vicerunt, & a duodecim victi sunt nudis & inermibus. Et

2. Tim. 4.

quæ oratio explicare potest tãtæ rei miraculũ? Dum enim hæc docẽtibus inesse oportet, vt autoritate polleãt, & audiẽtibus diligãtur, & adhuc tertiũ, vt ea edicãtur quæ audiẽtibus placeãt, quib. aures pruriunt. Adde quattuor quod tẽpore pacis dicant, quæ oĩa tũc oĩno cõtraria erãt. Nã si Iudæi apud Aegyptũ in luto de-

Exo. 5.

sudãtes, Mosen nõ auscultabãt, dicẽtes, fetere fecistis odorẽ nostrũ, qui tamẽ ad libertatẽ eos vocabat præcepto dei, & ad terrã fluentem melle, quis persuasit apostolorũ discipulis pro quieta voluptuosaque vita, pericula vincula, effusionem sanguinis cotidianamque crucem eligere, præsertim cum alienigenæ cepi-

talesque

talesque hostes qui prædicabant crederetur? Tolle inquiunt de terra huiusmodi pestes, nec enim fas est eos viuere. Finge enim non ingentes vel ciuitates, sed in domum vnam quampiam qui odio habeatur introire, vt cohabitantes ibi diuidat atque dirimat, obduratque patrem a liberis, liberos a matre, ab vxore maritum, & videbis, ante quam aperire os possit atque mutire, eum in frusta dilaniatum. Quod si etiam homo tressis videatur, & onerosa imperans, philosophari delitijs deditos iubeat, & vnus contra multos certare audeat, nonne ante quam ad ianuam accedat, lapidibus obruetur? Hæc omnia in vna domo sed fere in toto orbe domibus per apostolos efficit, sicut olim vnus Ionas in ciuitate Niniue. Itaque apostoli a Iudæis acriter impugnabantur quasi legem soluentes, a Gentibus vero quasi Iudæi, odio habebantur, ita columbæ istæ nullibi quiescere poterant, cum vbique præcipitia essent. Inter hæc fames, pestes terremotus, bella, quæ quoquo versus suppullulabant, nullibi eos consistere sinebant, & maxime A dicente domino, eritis odio omnibus Gentibus. Plato mirari se plerumque dicebat, quod cum iuuenes cura & artificio similes hominum bestias efficerent, non id potius curarent, ne bestiarum similes homines euaderent, de quibus dicitur, initient vobis manus & persequentur, tradent vos in tribulationem & occident. De hoc Vide in Actis cap. 4. cap. 5. cap. 9. & cætera. Legimus de Nerone portento generis humani, quod hominibus multis mori iussis, non amplius quam vnius horæ spacium daret, & nequid moræ interueniret, medicos admouebat, qui cunctantes continuo curarent, ita enim vocabant venas mortis gratia incidere. Caligula parentes supplicio filiorum interesse cogebat, quorum vni valetudinem excusanti lecticam misit. Multos ex leuibus causis ferra secuit. Equitem Romanum obiectum feris, cum se innocentem proclamasset, reduxit, abscisaque lingua, rursus induxit. Sed de martyrum mortibus exquisitis plenæ sunt historiæ: Quæ tamen omnia dura licet & acerba & quæ ipsos adamantes domare poterant, vnico verbo B lenia reddit dicens, continget autem vobis in testimonium & illis, estque sensus, quod inter flagella & persequutiones quas inferrent illis antichristi vicarij, & apostolatum probabatur patientia, qui occidi potuerunt, non item flecti, & ministrorum Satanæ intelligeretur mente damnata obstinatio. Et eritis odio omnibus hominibus, quod omnium malorum præsentium maximum videtur. Sed audi quod sequitur, non ob vllum vestrum crimen, sed propter confessionem nominis mei. Tota igitur odij in apostolis causa est, quod prædicabant dominum Iesum seruatorem omnium, Vnde illud ex actis. Si nos hodie diiudicamur in benefacto hominis istius, notum sit vobis, quod in nomine domini nostri Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem deus suscitauit a mortuis in hoc iste astat coram vobis sanus. Quid enim nostra refert si reprobatus est a vobis ædificantibus. Quid si Saulus spirat minas & cædes in nos? Si calcat pedes in terra eius qui sedet in cælo? Quid enim si dicaris, præcipientes præcipimus vobis, ne doceretis in C nomine isto? Actu. 5. Quid si extinxistis lucernam & confregistis fistulam? Nonne dominus Iesus accendit pro lucerna facem, & pro fistula reposuit tonitru? Nos autem adeo non timemus minas vestras, vt vel de hoc maxime gaudeamus, quod digni inuenti sumus pro nomine Iesu vapulare contumelias pati & obprobria. Cornelius tacitus de persequutione excitata contra Christianos quasi autores incendij quo Roma arsit diebus sex. Primo correpti qui fatebantur se esse Christianos, deinde iudicio eorum multitudo ingens haud proinde in crimine incendij quam odio humani generis conuicti sunt. Et pereuntibus addita ludibria, vt ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent. aut crucibus affixi, aut flammandi. Atque vbi defecisset dies, in vsum nocturni luminis cereos Nero obtulit & hortos suos ei spectaculo, & circumse luditum edebat, habitu aurigæ permixtus plebi, Vnde quanquam aduersus sontes & nouissima exempla meritos miseratio tamen oriebatur, tanquam non vtilitate publica, sed in sæuitiam vnius assumerentur. Hæc tacitus perfidus. Vnde illud. Dimitte, vt maledicat, &c. Augustinus. Ecce quomodo probatur, deum D vti cordibus etiam malorum ad laudem atque coronam bonorum. Neque enim dominus mandauit Semei, vt malediceret regi Dauid, alioqui laudandus esset ex obedientia, sed huius voluntatem suo vitio malam in hoc peccatum iusto suo iudicio & occulto inclinauit. Et ille quidem prolongauit iniquitatem suam, regi autem fabricauit coronam. Vos igitur estote fideles vsque ad mortem, &c. Apocalip. cap.

Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Matth. 24. Et multi pseudo prophetæ surgent, & seducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum, qui autem perseuerarit vsque in finem, saluus erit. Et prædicabitur hoc euangelium in vniuerso mundo in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio.

Quando igitur tribulatio hæc tanquam ventus vehemens insurget, quæ concutiat quattuor angulos domus ecclesiæ: Iuxta illud, facta est in E die illa persequutio magna in ecclesia quæ erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ præter apostolos, tunc scandalizabuntur multi. Multi enim qui tempore pacis putabantur grana in area ecclesiæ, flante vento, paleæ apparuerunt. ita habes, 2. Reg. 15. Cum immolaret Absalon victimas, facta est coniuratio valida, & cætera. Multi igitur descisceντes de rege Dauid, adhæserunt Absalon, reliquit tamen sibi dominus septem milia virorum, qui non curuent genua ante principem huius sæculi. Matth. 4. Si enim ipso adhuc viuente, & multa edente miracula multi ex suis abierunt retro, etiam illi, 70. discipuli iuxta Ambrosium & Abulensem, quanto magis inquit Moses, cum mortuus fuero? Deuteronom. 31. Præstolantes enim pacem, videbant in dies mala pullulare, vela excipiente vndam, cæsos apostolos, Stephanum lapidibus obrutum, Iacobum capite plexum, Petrum coniectum in vinculis Paulum Sylam & Barnabam ad mortem vsque periclitatos, Actu. 8. multos ve diximus fugatos timore mortis, aut dispersus & palantes percusso pastore, aut ascendente in cælum, vnde consequenter multi eorum qui radices alte non fixerant in charitatem (Ephes. 3.) fa-

Actu. 22.
Plato.
Nero.
Medici.
Actu. 5.
Actu. 9.
August.
2. Reg. 16.
Psal. 128.
7 q. 1. suggestum. de pœni. dist. 2. nõ seuerebãtur. 23. q. 4. §. ecclesia.
Actu. 8.
3. Reg. 19.
Ioan. 6.
Prouerbiũ
Acto. 7.
Actu. 12.

cta tribulatione propter verbum, & per sequutione sæua grassante, continuo scandalizati sunt. De hac

Matth. 15.

autem persequutione sequitur. Et inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Multi enim post quam semel abierant retro, abiecto iugo Christi, ne soli viderentur despuisse, alios in præcipitium volebant trahere. De hoc dictum est Matth. cap. 10. Ibi, tradet autem frater fratrem in mortem. Iræ enim fratrum acerbissimæ sunt. Ita ex fratribus & amicis fiebant hostes domestici, iuxta illud, filij matris meæ pugnauerũt contra me. Id manifeste patet in Saulo, qui persequebatur & deuastabat synagogam, pro qua prius ad mortem vsq; certabat. Et multi pseudo prophetæ consurgent. Dictum supra de hoc. Dicamus tamen de

Prouerbiũ Canti. 1.

Mahom.

vno Mahomad, qui morbo laborabat comitiali, quem cum vxor rogaret, quod esset malum illud, desine inquit vxor mirari, morbus adest, morbus abest. Sed cum adueniantis numinis vim pati nequeam, mente collabor ac stupent membra, communis est hæc prophetarum affectio: Quorum vnus sum. Habere dicebatur etiam columbam domesticam, quæ cibum ex aure eius captans, spiritus sancti speciem videbatur præ se ferre, & pseudo prophetam super futuris certiorem facere. His fraudibus & vafrementis muliere delinita, quem odisse cœperat euentus atrocitate, commenti versucia & diuinum suscipere virum coacta est, & moriens, virum ex asse hæredem instituit. Fuit autem pseudo propheta hic matre Hismaelita, pa-

Sergius.

tre Arabe vel persinatus, Sic dum duas leges docetur, nullam coluit. Ad hæc sciendum, quod Sergius Nestorianæ impietatis vir, cum nullius esset inter suos dignationis, præsentem vitæ statum pertæsus, Bizantium profectus, ad Mahometum cuius nomen iam celebre erat homo transfuga se contulit. Huius igitur consilio vsus, legem proposuit, quæ vt popularior esset, ex omnium gentium sectis aliquid assumpsit, Christum vt in suo testatus est Alcorano, in primis laudandum censuit, virum fuisse affirmans sanctum, & omni virtute præstantem, eundemq; supra humanitatis fastigium posuit, nunc verbum, nunc spiritum

Sabellicus.

& Dei animam prædicans, virginis vtero natum, ipsam virginem miris effert laudibus, astipulatur miraculis & euangelicæ historiæ, quatenus a suo non discrepat Alcorano. Euangelia ab apostolorum discipulis corrupta, oportuisse per Alcoranum suum emendari. Et Christiani nominis multitudini per hæc blanditus, a Sergio voluit baptizari. Inde ad aliorum studia concilianda, cum Sabellianis negauit trini-

Mahom.

tatem, cum Manichæis binarium in diuinis numerum posuit. Cum Eunomio negauit æqualitatem patris & filij, spiritum sanctum creaturam dicens cum Macedonio. Cum Nicolaitis probauit multitudinẽ vxorum, & vt Iudæis aliquid daretur circumcisionem & baptisma simul prædicauit. Probauit & vetus testamentum, tam & si id quoque diceret, quibusdam in locis non carere vitio. Prætexuit his ambagibus incredibilem illecebram, qua facile vita capitur, remissis suæ genti veneris & omnium voluptatum habenis. Talis ergo fuit iste inferenda lege. Cæterum habuit res pessima luxuriosa incrementa, adeo est vita pronior in lapsum quàm in bonum constans. Serpsit pestis hæc in gentes fere innumeras, vt iam quota pars

August.

hominum præ multitudine illa a vero aberrantium sit nunc demum in officio, vnde sequitur. Et quoniã abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Augustinus, super Psal. 30. Primo commendat paucitate sanctorum, pusillus enim erat Grex, nunquam missis retibus: Multiplicata est ecclesia, & capti sunt innumerabiles, qui etiam nauigia primerent, & retia rumperent, & tamen ex tot innumeris piscibus, cẽtum, 53 tantum, numero comprehenduntur diuino, quoniam abundante iniquitate, multi retia deserent, ante quàm pertrahatur ad littus. Qui igitur intra rete inuentus non fuerit charitatis, non erit ex illis bonis pi-

Hierony.

scibus, quos angeli selegerunt, & reposuerunt in vasa, Matth 13. Qui autem perseuerauerit vsque in finẽ,

1. Cor. 15.

hic saluus erit, Sicut enim dicit. Hieronymus, non quæruntur in Christiano initia sed finis, Saulus enim

1. Cor. 9.

male cœpit, quia sero cœpit, tamen abundantius omnibus laborauit, bonũ certamen certauit. 2. Tim. 4. Et rursus, Sic curro non quasi in incertum. Non vocaberis inquit vltra Iacob, idest luctator, sed Israel erit

Gene. 32.

nomen tuum, idest princeps cum Deo iuxta Hieronymum. Si inquit mecum pugnare potuisti, qui deus sum, vel secundum alios, angelus, multo magis cum hominibus, hoc est cum Esau fratre tuo, quem formi-

Hierony.

dare non debes. Quia igitur luctatus es vsq; mane, saluus eris, sicut ibi sequitur, non dimittam te, nisi benedixeris mihi, Et infra. Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Gene. cap. 32. De hoc dictum est Matth. cap. 10. Vbi ponuntur eadem verba. Et prædicabitur hoc euangelium in toto mundo, &c. Prædicatio hæc euangelij quod credentes perducit in regnum cælorum annis. 40. fiet, qui numerantur a morte Christi vsque ad euersionem Hierusalem. Verum autem sit sermo hyperbolicus prædicabitur

Abulens.

in toto mundo, an annis. 40. vel. 42. Prædicari potuerit euangelium in vniuerso mundo, problema est. Prædicabitur hoc euangelium in toto orbe. Tenet Abulens. quod sit impletum hoc ad literam ante euersionem Hierusalem. Obstat August. & Origenes. Dicit autem doctor hic, dicere quod sint aliquæ Gentes apud quas nullus vnquàm Christi discipulus prædicauerit, vel ad quas non peruenerit fama doctrinæ Christi, temerarium est, & nemo sapiens id audebit asserere, quia ista negatiua non habet vnde probetur. Quis & si in præsentiarum apud multos gentilium nullum reperitur Christianæ fidei vestigium, satis est quod aliquando prædicatum ibi fuerit euangelium, vel illuc odor fragrantiæ eius peruenerit, ante euersionem Hierusalem. Illud habet Chrysostomus simul cum Abulensi pro explorato, quod id quod sequitur, & tunc veniet consummatio, non intelligitur de fine sæculi, sed de abolitione Hierusalem, quod patet per id quod sequitur infra, rogate ne fuga vestra fiat in hyeme vel sabbato. Nam tempore antichristi non seruabitur sabbatum. Et rursus, si his qui in Iudæa sunt dicitur, vt fugiant ad montes, cæteri per orbẽ Christiani quo

Doctores quatuor.

fugient? Adhæc Lucas loco eius quod dicit Matthæus, cum videritis abominationem, dicit, cum videritis ab exercitu circundari Hierusalem. Ita exponunt Augustinus, Hieronymus, Chrysost. Beda & Abulensis. Vocatur autem euersio Hierusalem consummatio, quia tunc Iudæi radicitus inde euulsi sunt. Nec tamen dixit dominus, postquam creditum fuerit hoc euangelium, sed postquàm prædicatum fuerit, quo verbo osten-

ho ostendit, non se expectaturum vt omnis credant, sed id tantum vt omnibus prædicetur. Hæc expositio Chrysostomi illud præsupponit, quod consummatio hęc intelligatur de fine seculi, vt autem prędicitur vtroque modo exponitur a doctoribus. Sequitur. Et cum duxerint vos tradentes, ponite in cordibus vestris non præmeditari non præcogitare queadmodum respondeatis, sed quod datum fuerit vobis in illa hora id loquamini, iuxta Marcum, Lucas. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri, Marcus. Non enim vos estis loquentes, sed spiritussanctus. Hæc omnia exposita sunt Matth. cap. 10. Quid autem necesse erat apostolis orationes suas præmeditari, allocuturi populum qui doctorem habebant spiritum sanctum, & alioqui Musas ipsi nec a limine salutauerunt? Cum igitur pagani nobis obiecerint de apostolis, rusticos eos fuisse, adijciamus & nos, item indoctos & illiteratos. Et si Thomæ credimus (credat qui voluerit) Paulus balbus erat. Ideoque pseudapostoli deridebant eum. Paulus quidem imperitum sermone se dicit, nec id tamen concedit absolute, balbum autem esse vel fuisse, nescio vnde probetur. Sed quomodo cunque sit, sapientia Dei non sapientes elegit, sed organa omnino a musa, vt confunderet sapientes. Quomodo? Christi mortem eotus orbis nouerat: Nam in alto ligno, media die in paschate, in metropoli crucifixus fuerat, sepulturam item. Resurrectionem autem nemo exteriorum nouerat, imo id potius, quod furati illum fuerant recenter sepultum. Vnde ergo persuadere potuerunt resurrectionem, quæ ipsis etiam apostolis videbatur sine capite fabula, aut iuxta Lucam, deliramentum quoddam? Lucæ. 24. Ego dabo vobis os. Nam si milites inter miracula persuasi sunt contraria testimonio perhibere, pecunia corrupti, isti pauperes & elingues vnde id persuadere tentarent, nisi subministrante eis spiritu sancto os & sapientiam? Vides Heliam fugientem a conspectu vnius fœminę, qui tamen legem Mosi non abrogabat, imo zelabat, isti autem illa innouabant, quorum gratia magistrum suum Iudæi cruci suffixerant. Item Romanis num illud persuadere potuerunt, quod prædicarent Christum ex Iudęa paupere natum, quæ Fabro vni nupserat, & ex gente vniuerso orbi exosa? Num quod crucifixus esset, & a suo traditus discipulo? Hæc euertere poterant, non persuadere, & maxime cum a tentoriorum opifice & piscatore dicerentur. Sed ego inquit sum qui loquor: Aut sicut dicit Paulus, an experimentum quęritis eius qui loquitur in me Christi? Ita dictum est virgini Caterinæ, cum pararet se ad certamen illud de fidei veritate habendum cum, 50. Sapientibus, Ego dabo tibi os & sapientiam, &c. Ita dicebant apostoli, iussi tacere. Non possumus, omnino non possumus tacere quę audiuimus, quęque vidimus. Videntes enim Petri constantiam, qui nudius tertius ad vnius vocem ancillę veritatem tam ingenue negarat non semel, videntes constantiam Ioannis, qui & ipse terga hostibus dederat, comperto quod homines essent illiterati, admirabantur. Vnde? Videntes Petri constantiam, Petri sapientiam: Quomodo repente mutatus in aliũ virum, in numero prophetarum inueniebatur, de quo vide in Actis cap. 2. Quomodo proferebat testimonia scripturę, & illa populo fœlicissima exponebat, qui heri reficiendis retibus nauabat operas suas. Ecce igitur gaudet Petrus in verberibus, qui antea in verbis ad mortem vsque exanimatus fuerat, & assumpta fiducia, magna autoritate vota principum cęsus premit. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient, iuxta Marcum, Lucas, trademini a parentibus & fratribus & amicis & cognatis, & morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & capillus de capite vestro non perit, apollyte, in patientia vestra possidebitis animas vestras. Intolerantia laborum. Textus iste expositus est Matth. 10. fere nullo immutato, excepto illo, in patientia vestra. Vbi autem fides reperienda est, & fraterna charitas, si Cain occidit sanctum Abelem, si Polemius filium suum Chrysantum, si nobilissima virgo Barbara a patre suo proditur, si Absalon patrem suum regno pepulit? Si Cham parentem suum irrisit? Dionysius Tyranus veritus ne filius prudentium hominum iuncta familiaritate, ei quandoque tenderet insidias, ac principatum interciperet, inclusum domi, sub custodibus obseruabat, quo tempore rerum in expertus, planstella & candelabra lignea, sedes ac mensas fabricasse dicitur. Et cum nemini fidem haberet, & capitis crines tonsorio radere cultro nequaquam auderet, pigmentarius quidam accedebat, adurens carbone Cæsariem. Plus inquit dabunt tonsori vt præcidat gutturmeum, quam ego vt tasitet barbam. Cubiculum eius neque frater neque filius vt indutus erat ingrediebatur, sed vnusquisque deposito prius amictu suo, alterum suscipiebat, ita vt eum satellites nudatum aspicerent. Ab amicis quoque sapientibus cauere sibi dictitabat, quando ignarus non esset, eos imperare malle quam seruire. Marsiam quendam abse ad dignitatem euectum idcirco necauit, quod is Dionysium per quietem iugulare se existimaret. Ab diuturna enim cogitatione atque consilio hæc illi visa per somnium astitisse. Vno igitur hoc exemplo contenti simus, vt intelligamus eos timoris venisse hunc Tyranum, vt nec filijs fideret, non fratribus non amicis, non sapientibus, quin nec ipsis tonsoribus, quando mera somnia morte mulctaret. Trademini inquit a fratribus, qualis ille, cuius verba sunt, nescio. Ambrosio. Recusat munia fraternæ custodiæ, quasi exors naturę, declinat indicem, quasi liberi arbitrij. Sed quid miraris si fratrem nõ agnouit, qui non agnouit autorem? Sed vbi est inquit Abel? Soli eratis cũ duobus parentibus, inter paucos frater te latere non debuit. Quod si parentes contra filium stare in iudicio non possunt, vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Et eritis odio omnibus hominibus. Hyperbole est. Vnde illud. Spectaculum facti sumus Deo & angelis & hominibus. 1. Cor. 4. Vbique locorum hęc inquit patimur (ita vt tæderet nos vitæ) non in parua orbis terrarum parte. Nostra inquit certamina talia sunt, vt etiam angelorum digna sint conspectu, vilia autem certamina sunt quæ hominibus coram fiunt. Sicut autem dicit Chrysosto. multi confugerunt ad laqueum, famæ obprobria non ferentes. Et quid miramur in cæteris? Cum proditorem

Matth. 16. / Lucę. 21. / Thomas. / 2. Cor. 11. / 1. Cor. 1. / Chrysost. / Matth. 28. / 3 Reg. 19. / 2. Cor. 13. / Actu. 4. / Lucę. 22. / 1. Reg. 19. / Gene. 4. / 2. Reg. 16. / Gene. 9. / Dionysius / Gene. 4. / Ambrosi. / Gene. 4. / 2. Cor. 1 / Chrysost.

Match.27. illam impudentissimum hoc præcipue ire ad laqueum compulerit. Et sanctus Iob omni adamante supe-
Cap. 19. rior, qui filijs substantiaque simul ablatis, dominus dedit dominus abstulit, dixit, & cum quasi quendam
fontem vermium videret ex o corpore bullientem, supra quæ omnia audiret vxorē grauius & molestius
imminentem, perfacile cuncta superauit. Cum autem audiuit ab amicis, q pro peccatis suis ista patteba-
tur, ac maliciæ suæ solueret vltionem, tum demum vtique turbatus est ille vir & maximus & fortissimus,
2. Reg. 16. qui si non fuit maior apostolis (date veniam libere loquenti) certe neque minor meo iudicio fuit. Dauid
quoque omittens cuncta quæ pertulit, pro maledicto patienter audito vicem a domino reposcebat, cū
Seneca. vocaretur vir sanguinum a Semei. Seneca. Acerbum est Vri, quanto acerbius, si id te faciente patiaris. Vi-
des hominem non eruditum, nec vllis preceptis contra mortem aut dolorem armatum, militari tantum ro
Sceuola. bore instructum, pœnas a se irriti conatus exigentem. Spectator distillantis in hostili foculo dexteræ ste-
tit, nec ante remouit, nudis ossibus fluentem manum, q ignis illi ab hoste subductus est. Facere aliquid in
illis castris fœlicius potuit, fortius nihil potuit. Facilius porsena Mutio ignouit quem voluerat o.cidere,
q sibi Mutius, q non occiderit. Confecit itaque bellum Mutius inermis & mancus, & ista manu trunca
reges duos vicit. Iste autem iam recepit mercedem suam, & perijt anima eius cum sonitu, capillus autem
de capite vestro non peribit. Matth. 10. Dictum est: capilli vestri numerati sunt, nunc vero nec vnus peri-
bit. Et forte loquitur de illis, quorum vno vulneratur sponsus in canticis, & ipse vnus est sanctus vir Io-
seph castitatis exemplar. Sunt autem isti capilli numero septem, sicut habes Iudi. 16. Caput nostrum Chri-
Iudi, 16. stus est. Ephe. 1. Vnus capillus vnitatem significat. Isti capilli septem rasi sunt a Dalila, idest synagoga,
Ionæ, 2. cum relicto pastore, omnes oues fugerunt. Tamen postquam resurrexit, & emersit Ionas, capilli eius re-
nasci cœperunt, sicut scriptum est, gauisi sunt discipuli, viso domino. Lucæ. 24. Cæterum dicens, capillus
non peribit, ostendit multam se de rationabili creatura curā gerere, quando de numero capillorum sollici-
tus est, & non iuxta Habacuk, cap. 1. facies hominum sunt velut reptilia, quæ ducem non habent. Adhæc
Plutarch9 Plutarc. Humana iusticia leges habet quæ scelera coerceant, & ob singula male facta quid vnumquemq
pati deceat, ex amussim ponderant, vlterius vero progredi haud audent. Deum vero cum ægram animam
affligere statuit, longius introspicere, affectusq discernere, dicet, prudenterq considerate, num aliquando
ad pœnitentiam flecti debeat, sicq tempus ad emendenda tribuere scelera. Vbi vero synceri nihil esse de-
prehendit, protinus vindicare conuenit, tanquam videlicet alijs assidere cum malicia conuersari penitus
sit nocitum, sibi ipsi vero detrimentum. Quos vero ob honesti ignorantiam potiusq vitiorum delectu
temere peccare nouit, illis emendandi tempus tribuere solet. Qui si in flagitijs perseuerant, tandem eos
vlciscitur. Haud enim veretur, nequādo sibi fuga consulant. Considera enim quantæ in hominum vita &
moribus acciderint mutationes. Quotq a sceleribus ad frugaliorem modestioremq conuersi sunt vitam.
Psal. 65. Hæc ille. Et putet quis non loqui Plutarchum sed Paulum, sed prophetam dicentem, terribilis deus in cō-
silio, super filios hominum, quorum non solum capillos, sed & gressus dinumerat. Iob. 14. Numerat &
verba quæ apud nos assiduitate viluerunt. Vide Daniel 5. ibi: contemplabantur viros illos, &c. In pa-
1. Co. 9. cientia vestra possidete animas vestras. Hæc sententia congruit illi, qui autem perseuerauerit vsq in finē,
hic saluus erit, Matth. 10. Vide ibi. Hoc est quod Paulus dicit, vix ex tam multis incipientibus vnus acci-
pit palmā. Reposita est corona iusticiæ ibi, his qui bonum certamen certant, hoc est cursum consummant
Germans. diebus 40. Cum Helia, &c. 3. Reg. 19. Et sciendum q apud Germanos scutum in pugna, amisisse præci-
puum flagitium erat, vt sacris & publico concilio excluderentur eiusmodi clade affecti. Multi enim tali
infamiæ superstites, vitam laqueo finierunt. Scutum autem nostrum patientia est, quo abiecto, anima
Ambros9 non possidebitur. Ambrosio. Ergo locus hic palestra est, locus pugnæ videlicet, adhuc athletæ in stem-
mate sunt, & tu iam ocium petis? In labore inquis hominum non sunt impij. Boues enim sunt reiculi.
Esto. Quia qui non subscripserunt ad coronam, non tenentur ad laborem certaminis. Qui in stadio non
descendunt, non se perfundunt oleo, non oblinuntur puluere, vnguentati spectare solent, non decertare,
emeriti sunt, sicut leuitæ ab anno quinquagesimo. Vos durate vos met, rebusq seruate secundis. Trans-
eundum est per ignem & aquam, patientia nobis summe necessaria est, vt reportemus repromissiones,
Psal. 65. Hebr. 10. Adhæc Gregorius. Sic enim conditi mirabiliter sumus, vt ratio animam & anima possideat cor
Gregori9. pus. Ius vero animæ a corporis passione repellitur, si non prius anima a ratione possideatur. Custodem
ergo possessionis nostræ & conditionis nostræ patientiam dominus demonstrauit, quia in ipsa nos pos-
sidere nos ipsos monstrauit. Quanta ergo sit impatientiæ malum vindictæ. Adolescens quidam temera-
Rom. 12. rius Socratem calce percussit. Quam obrem cum moleste ferentes comites adeoq disceratos animo aspi
Socrates. ceret, vt ipsum persequi vellent, si me asinus inquit calce pulsaret, dignum me vt mutuo illi calces incute-
rentur existimaretis? Verum cum illum vniuersi probris insectarentur, calcitronemq nominassent, suffo-
Apoc. catus est. Itaque prudentes & patientia præditi velut apes ex thimo aridissima asperrimaq succi herba
Rom. 8. mel rem suauissimam conficiunt. Diligentibus enim deum omnia cooperantur in bonum. Vt enim qui
pro ternam canem lapidem vibrans, cum ab illa aberrans, Nouercam non destinato percussisset, nec hoc
Plutarch9 quidem inquit modo male, sic & fortunam retrorsum quam volumus cædentem emendare aliorsumque
vertere per patientiam licet. Si orbitas accedat (verbi gratia) respice Romanorum reges, quorum ne vnus
quidem moriens, filio regnum reliquit. Imo audi sanctum Iob sublatis decem pignoribus cum omni sub-
Iob. 1. stantia, ita per orantem, sicut domino placuit, ita factum est. Sicut Satanæ placuit ita factum est. Absit.
Nam Satanas non substantiam sed animam auferre moliebatur: Sed animam inque caue, filios peculiū
tolle, &c. Cum aliquando ciues spartani aduersus Lucurgum principem suum furore exarsissent, vnus
Lycurgus. Alcander baculo oculum eius feriens eruit. At Lycurgus nihilo ex dolore remissior, aduersa fronte facié

cimbus

cuius cruentam ostendit, oculumque erutum. Pudore maximo illi ac mœrore affecti, Alcandrum ei ciues tradiderunt, & ad suam vsque domum Lycurgum deduxerunt. Lycurgus autem illos quidem laudatos dimisit; Alcandrum vero vbi domum introduxisset, mali ei neque fecit, neque dixit, sed dimissis consuetis ministris qui sibi famulabantur, illum ministrare iussit. Hic autem qui nequaquam esset obtusus, silentio imperata exequebatur, simulque Lycurgo assistens, ac simul viuens, in perspicienda mansuetudine, & eius animi affectu & vitæ seueritate, & in perferendis laboribus constantia, & ipse mirifico in eũ virum amore est redditus. Sic igitur ille cruciatus est, & huiusmodi pœnam subijt, vt ex improbo & temerario iuuene, in virum exactissimum continentissimumque euaderet, vincente Lycurgo in bono patientiæ malum tantæ illatæ iniuriæ. Rom.12.

A

Caput. xiiij. Cum videritis abominationem desolationis. Væ pregnantibus & nutrientibus. Multa dicuntur de abolitione ciuitatis Hierusalem. Sequuntur multa de tempore antichristi, de sole obscurando luna & stellis.

Cum ergo videritis abominationem desolationis quæ dicta est a Daniele propheta stantem in loco sancto. Marcus, stantem vbi non debet, qui legit intelligat. Lucas. Cum videritis ab exercitu circundari Hierusalem, tunc scitote, quod appropinquauit desolatio eius. Tres euangelistæ. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua, Matthæus & Marcus. Et qui in agro erit, non reuertatur retro tollere vestimentum suum vel tunicam. Lucas, Et qui in medio eius, discedant, & qui in regionibus, non intrent in eã, quia dies vltionis hi sunt, vt impleantur omnia quæ scripta sunt. Tres euangelistæ. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Matthæus, orate autem, vt non fiat fuga vestra in hyeme vel sabbato, Marcus. orate vt hyeme non fiant. Matthæus, erit enim tunc tribulatio magna, qualis nõ fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet, Marcus. Erunt enim dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ quam condidit deus vsque nunc, neque fient. Lucas. erit enim pressura magna super terram & ira populo huic, & cadent in ore gladij. In acie gladij, Hanc Græci stoma vocant, quod ea parte mordeat. Stoma enim os est, & captiui ducentur in omnes gentes. Et Hierusalem calcabitur a Gentibus, donec impleantur tempora nationum. Hunc locum vt præfati sumus Chrysost. Expresse exponit de abolitione Hierusalem. Dicit enim. Vide quod aduersus Iudæos erat hic sermo, cum dicit, Rogate ne fuga vestra fiat sabbato, &c. Non enim apostoli obseruaturi erant sabbatum, nec in Hierusalem permansuri, nam tempore Vespasiani plures eorum erant iam vita functi. Itaque hoc ad secundum quæsitum pertinet, de quo supra cap. 12. Potest autem referri ad primum, videlicet de signis quę præcedent desolationem ciuitatis. Abominationem autem hanc ita explicat Abulensis ex verbis Iosephi dicentis. Fuit habitatio hominum impiorum in templo & prophanatio eius. Dicit ergo Iosephus, quod zelotæ Ioannem quendam ad potentiam euexerant, ipse autem eis vicem pro hoc referens, omnia eos facere permittebat. Insatiabilis autem rapinarum cupiditas erat, & domorum perscrutatio locupletum, cædes virorum, mulierum iniurię pro ludo habebantur, prędamque cum sanguine vorantes, sine aliquo metu post sacietates muliebri libidine calescebant, Fœminarum veste induti comptique & loti & vncti, impudicitiam mulierum imitabantur. Ecce quid agebant, qui in templo morabantur, vnde & abundantissime prophanatum erat. Denique intra templum bella fiebant, multusque cruor per loca sancta decurrebat, ita quod sæpe accedentes quidam ad sacrificandum, super ipsum altare occidebantur, & sanguine proprio ipsum altare domini fœdabant, quo nihil abominabilius cogitari poterat. Nam & sacræ vestes quas non licebat, nisi cum summo honore contingi, & ad sola sacra ministeria accipi, ad tergenda fœda vulnera & fluorem sanguinem de vulneribus sumebantur. Eadem est sententia Egesippi lib. 4. Sequitur. Missilia namque machinarum ad aram vsque templumque delata, in sacerdotes sacra celebrantes cadebant. Multi qui de exteris venerant ad sacrificandum domino, arã vniuersis Grecis & Barbaris adorandam suo sanguine imbuerunt, per quę atria diuina stagnum fecerat diuersorum cadauerum sanguinis. Hęc autem erant abominatio coram Deo, & faciebant templum abominabile. Et ideo quandiu ista manserunt in templo, mansit in eo abominatio. Vocatur autem abominatio desolationis a Daniele, quia alię multę fuerunt tempore Antiochi & Machabeorum, sed non propter eas perijt ciuitas simul cum templo, sed in ista vtrunque simul euersum est. Sicque Christus dominus adducens testimonium Danielis. Exposuit in templo, (hanc autem Faber exponit Titum idololatram) & cum videretis ab exercitu Romano circundari Hierusalem scitote quod prope est desolatio eius, & tunc Christiani videntes Titum imminere ciuitati, fugere debebant. Tamen Lucas non intellexit de Romano exercitu, sed de eo quem florus pręses prouincię habebat, qui simul venit cum exercitu Agrippę regis, qui misit duo milia equites contra Zelotas, sicut Iosephus dicit. Tunc igitur aperte cœperant esse prędę & strages bellicę, & apparuit abominatio Zelotarum in templo, vnde non amplius debuerunt credentes permanere in Iudęa, sed fugere. Hieronymus ita dicit. Cum ad intelligentiam prouocamur, mysticum ostenditur esse quod dicitur. Legimus in Daniele cap. 9. In dimidio hebdomadis auferetur sacrificium meum & libami-

Margin: Matth. 24. Marci. 13. Luc. 21. — B — C — Iosephus. — D — E — Faber. — Hierony.

listamina, & in templo desolationum abominatio erit. Potest autem simpliciter de antichristo accipi, de quo Paulus. 2. Thes. 2. Aut de imagine Cæsaris quam Pilatus posuit in templo, sicut dictum est ibi, cuius est imago hæc, aut de Adriani equestri statua quæ in ipso sancto sanctorum loco vsque in præsentem diẽ stetit, sicut diximus ibi: Non remanebit lapis super lapidem. Ambro. Ita dicit, Vere Hierusalem ab exercitu obsessa est, & expugnata a principe Romano. Vnde & Iudæi putauerunt tunc factam abominationem desolationis, eo ꝙ caput porci in templum iecerint, illudentes Romani Iudaicæ ritum obseruandę, quod ego nec furens dixerim: Abominatio enim desolationis execrabilis antichristi aduentus est, eo ꝙ sacrilegis in faustis mentium interiora contaminet, sedens iuxta historiam in templo, vt sibi diuinæ vendicet solium potestatis. Hilarius. Abominatio inde dictus est, ꝙ aduersus deum veniens, honorem sibi Dei vendicet, desolationis autem abominatio, ꝙ bellis & cædibus terram cum piaculo desolaturus sit, atque a Iudæis susceptus, loco sanctificationis insistet. Et quia propemus iste Iudæorum erit error, vbi sanctorum precibus deus inuocabatur, illic ab eis eundem vt deum venerari, vt qui veritatem respuerunt, suscipiant falsitatem, Iudæam deseri monet, & transfugere in montes, ne admistione plebis illius antichristo crediture, lepra & virus serpat in membra Christi, cum tutiora futura sint deserta montium per id temporis, ꝙ̃ frequentata Iudææ. Hæc ille. Sed nos sensum literæ iuxta Abulensem prosequentes, sequamur cætera. Qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, sicut dictum est ad Loth, surge tolle vxorem & duas filias, ne & tu pereas pariter in scelere ciuitatis, &c. Et qui in tecto, non descendant aliquid tollere, & qui in agro, non reuertantur, &c. quorum verborum vna est sententia, fuga sibi consulendum esse Christianis videlicet qui habitabant per id temporis in Hierusalem. Scriptum est enim pellem & cuncta quæ habet homo, dabit pro tuenda vita sua, nec respiciendum cum vxore Loth, ne rigeamus. Est autem sermo hyperbolicus, fugiant, non descendant, non reuertantur, sicut nonnunꝗ̃ dicimus perge volando, festina remis & velis. Relinquendam ergo iubet terram, cuius iudicium iam imminebat, postꝗ̃ impleuerant mensurã peccatorum suorum. Quod si tanti vitrum, quanti margaritum? Tollenti pallium dimittanda est tunica, sicut legimus in Iosepho. Gene. 39. Abiecit enim tunicam, ne perderet castitatem, imo ne perderet animã & vitam corporalem, non enim diu lateret adulterium. Quia dies vltionis sunt, de quibus dictum est, circundabunt te inimici tui vallo. Vt impleantur omnia quę scripta sunt, de abolenda Hierusalem, quę occidit prophetas, &c. Matth. 23. Vę autem pręgnantibus. Chrysostomus. Et quidem pecunias contemnere facile est, & prouidere sibi in vestimentis non difficile. Quæ autem a natura sunt qualiter aliquis fugiat? Qualiter enim pręgnans leuis fiet ad fugam, aut lactans poterit eum quem pepererat deserere? Propter quod vę pręgnantibus & nutrientibus in diebus illis. Istis igitur quibus pignora sua oneri sunt, cum sibi fuerit prçuenire tempus fugę. Volucrum animal parit vespertilio tantum. Eadem sola volucrum lacte nutrit, vbera admouens, geminos volitat amplexa infantes, secumq; deportat. Volucrum nulli dentes pręter vespertilionem. Huiusmodi monstris difficilis fuerit fuga. Cæterum iuxta tropologiam pręgnantes animæ peccatorum repletæ sunt. Vnde illud, Diuitias quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet illas deus. Augustinus. Non igitur rapiamus aliena, & impręgnati, tumeamus, & eas adipiscendo, tanquã filios complectamur & osculemur, quia nõ descendet nobiscum gloria domus nostrę. Psal. 48. Interrogate epulonem. In die illa inquit Esaias, proijciet homo idola argenti & auri. Ad literam Iudæi fugientes Chaldæos, idola secum portabant, non quia dij, sed quia aurum & argentum. Verum quia impedimento erant fugę, relinquebant in via, sicut faciunt qui graui tempestate concutiũtur. Adhęc Augustinus. super Psal. 95. Quæ sunt pręgnantes, & quę sunt lactantes? Pręgnantes animę animę dicuntur, quę spem habent in hoc sęculo: Quę autem adeptę sunt iam quod sperabant, pro lactantibus sunt positę. Verbi gratia, emere vult villam, pręgnans est, nondum enim factum est, tumet vterus in spe. Emit, peperit, & iactat quod emit. Vę igitur ei qui pręgnans est, hoc est qui spem habet in sęculo. Quid ergo debet facere Christianus? Vti mundo, non seruire mundo, aut iuxta Paulum, qui vtuntur hoc seculo, tanquam non vtantur. Si enim roges sanctum Iacob, quę septima die compręhensus est a Laban socero suo, respondebit, sequebar gressus ouium fœtarum. Vę autem pręgnantibus, & non de spiritu sancto. Orate autem ne fugiendum sit hyeme vel sabbato. De hyeme ꝙ impedimento sit fugientibus vel iter aggressuris, nullus dubitat. Quęstio est de sabbato: Num eo tempore quo Hierusalem vallata est exercitu Romano, anno videlicet quatuor vel circiter a passione domini sabbatum obseruaretur a credentibus, & eadem difficultas vel scrupulus est de cęteris legalibus. Verum iuxta quod diffinit doctor noster, tempus certum quo legalia cessauerunt apud conuersos ex Iudæis in prouincia Iudęę, prefigi non potest. Cum igitur dominus hęc apostolis diceret qui Iudęi erant natione, & eo tempore quando sabbatum obseruabatur, nec dixit eis expresse, legalia abroganda, fulgente euangelio, loquutus videtur eis secundum consequentiam temporis, quo hęc illis dicebat, & non iuxta tempus quando implenda erant. Patet ergo cur dixerit, vel sabbato. Hieronymus ita dicit. Hyeme durũ est in cauernis latitare, sabbato fugere, transgressio legis est. Quod si remanserint, moriendum est. Aliter per hyemem charitatis tepor, per sabbatum ocium & torpor figuratur. Quia inquit nec feruidus es nec vel calidus, incipiam te euomere de ore meo. Cęterum ocio torpẽti dictum est ab angelo, surge surge, ne occupet te nox, in qua nemo poterit operari (Ioan. 9.) Quia grandis tibi restat via. Erit enim pressura magna populo huic, de quo multa diximus ibi, circundabunt te inimici tui Luc. 19. Item ibi: Ecce relinquetur vobis domus vestra: Et Hierusalem calcabitur a gentibus, de quo dictum est ibi: Non remanebit lapis super lapidem. Si dicas, & vbi est illud quod scriptũ est (Esai. 60.) Surge illuminare Hierusalem, vsque ibi, & domum maiestatis meę glorificabo? Respondet Hieronymus. Hęc omnia de ecclesia fundata supra fundamentum quod posuit Petrus, & confessus est, intelliguntur.

Siquis

Margin notes: Matth. 22. — Ambros. — Hilarius. — 2. Thes. 2. — Gene. 19. — Iob. 2. — Gene. 39. — Matth. 5. — Luce. 19. — Chrysost. — Iob. 26. — August. — Cap. 2. — August. — 1. Cor. 7. — Figura. — Hierony. — Apoc. 3. — 3. Reg. 19. — Hierony. — Matth. 16.

Section letters: F G H I K

Siquis autem contentiosus est, & carnaliter hæc Iudæis promissa contendat, illud dicimus, q etiam si carnaliter sunt promissa Iudæis, tamen sub conditione sunt promissa, vt si suscepissent lumen suum, quod ad eos missum fuerat, tunc etiam ista sequerentur, q videlicet per desiderium auri & opum abundantiam rerumque carnalium, quarum semper capiatur illecebra gens ista, susciperent ad se filium Dei missum, quē quia non receperunt, vniuersa sublata sunt, & suscipientibus, spiritualiter reddita est hæreditas. Quia autem electum extra vineam occiderunt, diruta maceria, conculcata est vinea a Gentibus, & sedet in tristitia domina Gentium, & princeps prouinciarum facta est tributaria, & cecidit corona de capite eorum. Quid autem dicit, donec impleantur tempora nationum, sensus est, donec dominus cui proprium est misereri, manum suam rursus sinu suo recondat, (Psal. 73.) & Maria quę propter lepram septem diebus electa est a cœtu credentium, expleta pœnitentia, reuocetur in castra, Num. 12. Potens est enim deus inserere A illos in radice sua, quando Gentes in aliena insertæ sunt, Rom. 11. Traditi sunt igitur Gentibus vt seruiāt sub tributo, si forte tot & tantis pressi malis, resipiscant dicentes, vere quia non est deus nobiscum, inuenerunt nos omnia mala hęc. Erit inquit tribulatio magna & dies tales quales non fuerunt ab initio creaturę. Causam igitur tantæ necessitatis ad fugiendum consequenter assignat, dicens, erit tunc tribulatio, &c. Sequitur quomodo id verum est, q illa tribulatio futura erat maior omnibus præteritis & quæ olim futuræ erant vel sunt. Dicendum q commensurare pondus huius tribulationis quā passi sunt Iudęi, euersa Hierosolyma omnibus præteritis de quibus refertur apud Chronographos, difficile est, nisi siquis singula propriis vidisset oculis, quod est impossibile. Et tamen generaliter loquendo, siquis historias Gentiū percurrat, nullam inueniet, in qua tot calamitates enarrentur, quot Iosephus refert Iudæos passos in de bello Iudaico, de quibus multa retulimus ibi, ad terram prosternent te. Lucæ. 19. Et si Fabro credimus, vndecies centena milia Iudęorum fame & gladio perierunt, sexcenta milia capta & interfici iussa, & hoc in B solemnitate paschæ, qua dominum cruci affixerant, captiuorum autem publice venundata, centum milia, talis igitur tribulatio nusquam legitur facta alibi, neque fiet, iuxta Verbum domini. Hęc ille. Ratio autem tanti mali prise nota est, quia grauissimo peccato grauissima pœna debetur, & patet. Vnus tantum manet scrupulus, quia dixit dominus, similis tribulatio, nunquam facta est, neque fiet. Quæritur enim de tribulatione quæ futura est tempore antichristi vtrum erit maior sicut communiter asseritur, ęqualis aut minor. Dicendum primo, q de tribulatione illa qualis futura sit, nulla scriptura explicat, dominus autem nullam excepit, sed omnibus tam præteritis q futuris hanc prætulit. Dicitur secundo, q tribulatio facta sub Tito, fuit Iudæorum tantum, illa autem nouissima erit omnium credentium, ideo bene stat, q illa sit maior q ista. Sed si verba Marci perpendamus, videtur simpliciter concedendum, q nulla præcedentium, nulla subsequentium equalis fuit vel futura est huic de qua loquimur. Vnde Augustinus dicit ad Esichiū. C Nam & Iosephus talia mala dicit illi populo tunc accidisse, vt vix credibilia videantur. Verum si legamus hunc textum iuxta Græcum, facile soluitur scrupulus hic. Ita enim dicit, v de me genete, idest neque fiat. Erit tribulatio qualis non fuit, neque fiat, vt sit abominantis. Potest tamen accipi pro futuro tempore. Ceterum congeries trium negationum emphasin habet negādi. Et nisi breuiasset dominus dies illos, non esset salua omnis caro. Sed propter electos quos elegit breuiabuntur dies illi. Dies hi illi sunt in quibus impugnanda erat & expugnanda ciuitas illa interfectrix prophetarum. Abbreuiati sunt autem non quantitate sed numero, ne mora tribulationis concuteretur credentium fides. Caro autē pro toto homine accipitur, sicut Lucæ. 3. Videbit omnis caro, &c. Sic ergo intellige: Nulla Caro salua fieret, nisi breuiati fuissent dies illi: Nā etiā breuiatis, multi perierunt. Itaq qm breuiati sunt dies illi obsidionis Hierusalē, quos misericors de⁹ breuiare dignatus est multi ex iudęis euaserūt Romanū gladiū. Est igitur sensus, q cum Romani pugnarent contra Iudæos, si diutius bellum protelaretur, nullus D Iudęus Romanis subiectus toto orbe, effugeret gladium eorum: Nam qui in Iudęi reperti sunt, omnes ad vnum vel occisi vel distracti sunt. Quod si Iudęi obsessi diutius resisterent, Romani indignabundi, quocunque terrarum Iudęos inuenissent, subiicerent gladio. Ita dicit Chrysost. Adhuc ostendit Iudęos, grauiore pœna fuisse dignos, cum dicit, nisi breuiati, &c. ac si dicat. Si amplius duraret prælium Romanorum contra ciuitatem, vniuersi perissent Iudęi. Omnem enim carnem Iudaicam dicit, & qui foris & qui intus erant. Non enim eos solos qui in Iudęa erant impugnabant Romani, sed etiam eos qui vbique dispersi erant persequebantur. Causa huius esse poterat q Iudęi de omnibus partibus conuenerant in auxilium suę Metropolitanę ciuitatis Grece tamen dicitur, ecolobosen, idest decurtasset amputata parte peioris mēsure, nam hoc est calobuin. Sed propter electos abbreuiati sunt. Electi isti possunt intelligi vel Iudęi conuersi ad fidem Christi, vel Iudęi conuertendi, qui prędestinati erant ad vitam ęternam. Ita dicit Augustinus ad Esichium Non debemus ambigere: quando euersa est Hierusalem, fuisse in illo populo electos E Dei, qui ex circuncisione crediderant, siue erant credituri, electi ante mundi constitutionem, propter quos breuiantur mala illa, vt tolerabilia fiant. Erit tribulatio talis, vt etiam electi si fieri possit, &c. Quod si in gratia confirmatis caute agendum est, quid nobis faciendum sit nemo non videt. Poterant enim seduci fideles, visis tot signis vel veris vel confictis, adiunctis tot pręsuris. Adde q multi erant neophiti in fide, lex autem Christi ardua iubet. Item videbantur credentes a spe sua cecidisse, cum primum crederent Christū temporaliter regnaturum. Cum igitur viderent omnia Mandrabuli more procedere, scandalizabantur multi, & fiebant fidei & aratri semel accepti desertores. De his igitur qui semel missa manu ad aratrum, respiciebat cum vxore Loth, dicitur, tradet frater fratrē in mortem, & pater filium, &c. Marci. 13. Luc. 21. Aduentente igitur & irruente tribulatione & turbine & procella, quidam ex illis qui prius paca tis omnibus, in Christum crediderant, ęstuare cœperunt & a fide desciscentes, alios prodebant & deferebant ad mortem

Esai. 5.
Thren. 1.
Threo. 5.
Exo. 4.
Deut. 31.
Quęstio.
Faber.
August.
Matth. 24.
Marci. 13.
Chrysost.
August.
Matth. 24.
Abulens.
Lucę. 9.
Lucę. 17.

matrem autem iudicet infidelem, fratrem frater, & filius patrem & e conuerso. Duplex igitur intellige scandalum. Primum in seipsis, qui a fide discedebant, hi autem vocantur desertores. Secundum odisse cognatos & proximos parentes & fratres permanentes in fide, illis abeuntibus retro, & hi vocantur delatores, de quibus dicitur Michee.7. ab ea quæ in sinu tuo, &c. Sequitur ex Lucæ.17. Venient dies quando desiderabitis videre vnum diem filij hominis, & non videbitis. Quandiu igitur adest sponsus, licet pace profunda frui & vti me magistro atque doctore, quod multi desiderauerunt, nec consequuti sunt. Venient autem dies, quando inuersis vicibus sublato pastore, inuadent gregem pusillum, qui terram cælo miscentes, desiderium mei accendent apud multos, qui nunc me Fabri filium vocant & contemptui habent. Dies autem iste vocantur Lucæ.4. annus placabilis, & apud Paulum tempus acceptabile, in quo saluator oriens ex alto, diem aduesperascentem, sole reducto decem lineis, reparauit, & ex vespere mane fecit, & hæc est dies quam fecit dominus, in quo operari licet, sicut scriptum est, orituersol, & congregati sunt Catuli Leonum; exibit autem homo ad opus suum vsque ad vesperam. Venient autem dies, imo veniet nox quando nemo poterit operari Ioan.9. Et nisi abbreuiasset dominus noctes illas tribulationis & angustię, pauci admodum salui fierent propter pondus pressuræ imminentis. Tunc si quis vobis dixerit, ecce Christus hic aut illic, nolite credere. Iuxta Matth. & Marcum, Lucas. nolite ire, neque sectemini. Matthęus & Marcus: surgent enim pseudo Christi & pseudo prophetæ, & dabunt signa magna & prodigia & portenta, ita vt in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Vos ergo videte, ecce prædixi vobis omnia. Ab hoc loco Theophilactus exponit sequentem textum de tempore antichristi. Abulensis. Tunc igitur imminente oppressione eiuratis quando fugiendum est ad deserta, & Iudæa omnino est deserenda, si quis vobis dixerit (si quis autem, supponit pro vnoquoque credentium in Christum) Non est opus vt. Vobis fuga consulatis: Ecce enim verus Messias in lege promissus, est (Verbi gratia) in vna qualibet ciuitatum Iudææ, qui vos in eum credentes potest saluos facere, sicut tres pueros in camino ignis: Nolite credere: Nullus est enim Christus præter me, cæteri qui me præcesserunt, vel sequuturi sunt olim voluentibus annis fures sunt prædones & antichristi, qui sese transfigurant in Christos & in angelos lucis, de quibus nunc dicit, surgent pseudo Christi, & dabunt signa magna atque portenta. De hoc dictum est supra in principio capitis 24. Matthęi Pseudo Christi quidem pro Christis se gerebant: Cæterum pseudo prophetę non pro Christis se gerebant, sed pro prophetis nescio cuius Christi. De signis & portentis infra dicetur. Ecce prędixi vobis omnia, siquidem minus iacula feriunt, quæ præuidentur. Ne igitur incauti præueniamini a Satana, cuius non ignoramus astucias: Ecce prædixi vobis, surrecturos multos qui cum sint lupi, mentientur ouis simplicitatem, & gerent se pro angelis magni consilij, cum sint ministri rectores tenebrarum harum. Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire. Ecce in penetralibus, nolite credere. Nam sicut fulgur exit ab Oriente, Lucas. Coruscans de sub cælo, & in ea quæ sub cælo sunt fulget, Matthęus, & apparet vsque in occidentē. Matthęus & Lucas, ita erit aduentus filij hominis in die sua. Quod dicit Lucas de sub cęlo, intellige ex regione quæ sub cęlo est in eam quę sub cęlo est, hoc est ex vna cæli plaga in alteram. Ita enim videtur oculis hominū. Cęterum collatio hęc significat subitum & inexpectatum esse aduentum regni Dei, non solum quantum ad tempus attinet, verum etiam quantum ad locum, non aliter q̄ fulgur subito erumpit, nunc hinc nunc illinc, quod prius videas q̄ expectes futurum. Intelligendum tamen q̄ cum dicit, sicut fulgur, de fulgore sol est intelligendum non de fulgure, Fulgur enim vix videtur per 30 miliaria. Itaque de pseudo prophetis dicitur; ecce hic, ecce illic, de Christo dicitur, q̄ aduentus eius erit sicut fulgur solis. Matthęus. Vbicunque fuerit corpus, congregabuntur & aquilæ. Lucas. Primum autem oportet illū multa pati, & reprobari a generatione hac. Si ergo ministri tenebrarum dixerint vobis, ecce vetus sol versatur in desertis, aut latitat in antris, nolite credere. Sol enim in cęlo fulget, & quando exoritur, fulgur imitatur, quod q̄ primum e nube coruscauerit, raptim penetrat vsque ad occidentem. Non igitur talis erit secundus aduentus meus, qualem vidistis primum, humilem & in forma serui, ac pro inde a paucis agnitus. Cęterum aduentus secundus, subitus erit, ac maiestatis fulgore totum orbem momento temporis intuitu oculi complectens, ad modum solis exorientis vel fulguris coruscantis. Est autem inter fulminum genera quod clarum vocant, mirificę naturę. Hoc dolia exhauriuntur, intactis eorum operimentis, aurum & argentum liquatur, nec sacculi aliquo modo amburuntur, ne confuso quidem cerę signo, si obsignati fuerint. Hoc modo Martia Romanorum princeps cum grauida esset, icta est, exanimatoq; partu, citra omne aliud incomodum vixisse fertur. Puella Romę nata in Apuliam proficiscens, obiter de cęlo icta est, vestibus & calceamentis sine scissura vlla ademptis, monilibus collo & a nullis discussis, nudum corpus sine vestigio vllo cęlestis iniurię exanime iacuit, tanta est vis & velocitas fulguris in operando. Nec est quod timeatis in tanta rerum perturbatione, separandos vos esse a me, vbicunq; enim fuerit corpus (is sum ego) ibi congregabuntur & aquilę qui estis vos, Hucvsque sequentes Abulensem, exposuimus textum de euertenda Hierusalem, deque rebus quę per id temporis gestis sunt in ecclesia, quę ad huc parvula erat, & vbera non habebat. Nos autem repetamus textum ab illo loco, cum videritis abominationem, exponentes totum de antichristo. Quod autem antichristus vocetur abominatio dictum est iam de mente Ambrosij, Hieronymi & Hilarij. Dicit & Paulus.2. Thes.2. Nisi reuelatus fuerit homo peccati, filius perditus qui extollitur supra omne quod dicitur deus aut colitur, non veniet dominus Iesus Christus. Tamen iam mysterium iniquitatis operatur, quoniam vnius aduentum antichristi, multi minores antichristi pręcedent, quales fuerunt Nero, Caligula, Antiochus, Hieroboam, Achab, &c. Sicut autem dicit

Luce. 8.
Matth. 6.
2. Cor. 6.
Esai. 48.
Psal. 117.
Psal. 103.
Dani. 3.
2. Cor. 11.
2. Cor. 2.
Esai. 9.
Matth. 24.
Plinius.
Canti. 8.
Achaz.

F G H I K

Athanasius

Athanasius, Antichristus nō est inducturus idololatriam, quin potius sicut alter Nabucodonosor, omnes deos exterminaturus est de terra & cultum eorum, vt vel solus colatur vt deus. De hoc Dani. 7. Sermones contra excelsum loquetur, vt qui Dei assumit potentiam inquit Hieronymus, verba quoque diuinæ sibi vindicet potestatis vel maiestatis. Et sanctos altissimi conteret, præliabitur enim antichristus contra sanctos, & superabit eos, idest conteret & occidet, in tantamq; erigetur superbiam, vt leges Dei & ceremonias mutare conetur, religionem cunctam suæ subijciens potestati, ita & Achaz qui huius gerebat typum, expoliato templo, clausit ianuas, & statuit sibi altaria in omnibus terminis Hierusalem. Vide 2. Paral. cap. 28. Intellige autem in quantam superbiæ foueam diabolus cecidit, qui in mensura ruinæ qua lapsus est, non stetit. Ascendit enim superbia eorum semper. Diabolus enim dixit, ascendam in cælum, homo cecidit audiens, Eritis sicut dij. Gene. 3. Vterque ergo cecidit, quia Deo similis non per iustitiam sed per potentiam esse voluit. Diabolus tamen eo vsq; peruenit (homo enim agnouit nuditatem suam. Gene.) vt in antichristum veniens, videri Deo similis dedignetur, atque eum quem non potuit habere superbus æqualem, damnatus inferiorem putet, itaque cum sit nequissimus, vt honorem nō dedit domino, peiores tamen discipulos erudiuit. Ille similis voluit esse altissimo, discipulus autem eius extollendus est supra omne quod dicitur deus. Sicut enim in Christo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis, ita & in antichristo inueniet mortis diabolus, & omnis plenitudo iniquitatis. Gregorius. Nonnulli de tribu Dā venturum antichristum ferunt. Nos autem ne dubia pro exploratis tradamus, quod dicitur, nasciturus de illa tribu incertum habemus. Quod dicitur nasciturus in Babylone vel corozaim, quod circuncidetur, quod reædificabit templum Hierosolymitanū, quod restituet legem Mosi in priorem statum, credat qui volunt. Vnū id certo nouimus quod dicit Paulus, 2. Thes. 2. Sedebit in templo tanquā sit deus verus. De hoc & Apoc. cap. 13. Vidi bestiam ascendentem de mari, habentem capita septem, sunt autem omnes tyranni reges & principes terræ, qui antichristi subijcientur imperio vel volentes vel inuiti. Cæterum cornua decem quibus bestia hęc impugnat & impugnabit electos, ita sunt scientia falsa, miracula vel vera vel falsa, munera quibus etiam dij ipsi capiuntur, fœminæ, arma consueta diaboli, de quibus vide Num. cap. 25. Tormentorum genera exquisita. Relinquamus autem lectoris prudentiæ inuestigare, quomodo quinque his partibus cornuum ecclesiam impugnauit, sapientes quidem testimonijs scripturæ extortæ expositæ, sicut illud: Mitte te deorsum. Miraculis seducet simplices. Faciet enim sicut Magi Pharaonis, muneribus autem iam diximus quod etiā dij capiuntur. Cæterum si quartam admoueat machinam, quis erit qui se abscondat a calore eius? Nisi fuerit vnus aliquis bonus athleta, qui cælitus inspiratus, Præcisam morsu linguam, in faciem fœminæ potius ferę procacis expuat, sic magnitudo doloris succidat vim & intensionē delectationis. Cæterum quintum cornu omnes ex æquo ventilabit, tormentorum diuersa supplicia, ita vt multi dicturi sint cum Paulo, supra modū & supra virtutem grauati sumus, ita vt vita ipsa quę omni viuenti in desiderio est, & quam omne animal tueri desiderat, nobis tędio esset. Quod si aliqui adamantes tot impulsi cornibus, persisterint in simplicitate sua, præcipiet antichristus edicti voce præconis in toto orbe, vt nullus emere possit vel vendere, qui non acceperit characterem bestiæ in manu vel in fronte. Quę igitur reliqua spes inter tot mala quoquo versum ingruentia? Fugiendum est cum Helia a facie Iezabelis. Fugiendum e medio Babylonis, Zacha. 2. Fugiendū e Sodomis cū Loth, Gene. 19. Fugiendū cū Iacob de domo seruitutis, Gene. 31. Væ autem pregnantibus, qui ex bonis pauperum saginantur cotidie splendide. Hi cito ex crassis fient tantali. Isti sunt de numero eorum quos hamo suo piscabitur Leuiathan, circumposita aliqua esca auri vel argenti. Erit pressura magna. Hoc ad litteram de populo Iudaico exponendum est, & exponetur infra de toto orbe. Ita dixit Daniel, cap. 12. In tempore illo veniet tempus quale non fuit (propter magnitudinem persequutionis) ab eo ex quo gentes esse cœperunt vsque ad tempus illud. Nunc autem Satanas alligatur per mille annos. Augustinus. Alligari Satanam per mille annos, nihil aliud est, quam non permitti exercere totam tentationem quam potest vel vi vel dolo, ad seducendos homines in partem suā cogendo violenter, fraudenter ve fallendo. Quod si permitteretur in tam longo tempore & tanta infirmitate multorum, plurimos tales quales deus id perpeti non vult & fideles deijceret, & ne crederet impediret, quod ne faciat, alligatus est. Tunc autem soluetur, quando breue tempus est. Nam tribus annis & semestri legitur totis suis suorumque viribus sęuiturus, & tales erunt ij quibus cum ei belligerendum est, vt vinci tanto eius impetu insidijsque non possint. Tunc si quis vobis dixerit. Expositum est. Surgent enim pseudo Christi, & dabunt signa, & cętera. De hoc & apostolus. Quia veritatem non receperunt, mittet illis deus spiritum erroris vel operationem, vt credant mendatio & signis ac prodigijs mendacibus, qui veritati ac signis veris credere noluerunt, tanquam essent perpetrata in virtute Beelzebub. Si enim tantus erit turbo ille: vt etiam cum paleis grana ipsa (si fieri posset) exire faciat, Cuius sternutatio feruere facit mare, quid passuros putamus, quorum vię semper fuerunt tenebrę & lubricum: Si tostoeam pene mouebuntur pedes, quid facient hi qui nec aliquando virtutem salutauere? Quomodo autem faciet antichristus signa vel prodigia, exemplo nobis sint Magi Pharaonis, fecerunt enim dracones & aquam verterunt in sanguinem, & fecerunt vel produxerunt ranas: Eo modo quo diximus. Matth. capit. 7. Sed sicut dicit Augustinus: illa fecerunt vel vere vel apparenter, quæ permissi sunt facere, non quę sua virtute facere potuerunt. Et si possunt dæmones appropinquare agentia passis, vt de potentia materię producatur naturaliter anima sensitiua, hęc tamen non possunt facere subito, sed per multas transmutationes, quę tempus requirunt, tamen Deo permittente, multa possunt, quę vires humanas excedunt. Talis enim est angelica natura. De quo vide doctorem nostrum in secundo distin. octaua. Ad hęc Gregorius. Pensemus quę erit illa humanę mentis tentatio, quando pius martyr & corpus tormen

Athanasius. Hiero. y. Psal. 73. Antichrist. Gregorius. Figura. Math. 4. Psal. 18. Martyr. 2. Cor. 1. Apoc. 13. 3. Reg. 19. Apo. 20. August. Dani. 7. Iob. 41. Psal. 34. Exo. 7. 8. August. Scotus. Gregorius

tormentis subiicit, & tamen ante oculos eius mira & portenta tortor facit. Cuius tunc virtus non ab ipso cogitationum fundo quatitur, quando is qui flagris cruciat, signis coruscat? Scriptum est enim. Behemoth stringit caudam quasi cedrum, Iob. 40. quia & altus tunc erit veneratione prodigij, & durus crudelitate tormenti, ita vt in errorem inducantur electi, si fieri posset. Id autem non est possibile. Vnde illud. In diebus eius stupebunt nouissimi, & primos inuadet horror, Iob. 18. Tunc contra antichristum certamen iustitiæ & nouissimi electi habere narrantur & primi, quia videlicet & hi qui in fine mundi electi reperiuntur, in morte carnis prosternendi sunt, & illi etiam qui a prioribus mundi temporibus præcesserunt Enoc scilicet & Helias ad medium reuocantur, & crudelitatis eius sententiam in sua adhuc mortali carne excepturi sunt. Huius vires in tanta potestate laxatas nouissimi & primi metuunt, quia licet iuxta hoc quod spiritu superbiæ eleuatur, omnem temporalem eius potentatum despiciunt, iuxta hoc tamen quod ipsi adhuc in carne mortali sunt, in qua cruciari temporaliter possunt, ipsa quæ fortiter tolerant supplicia perhorrescunt, ita vt in eis vno & eodem tempore & constantia ex virtute sit, & pauor ex carne. Quia & si electi

F

sunt, vt tormentis vinci nequeant, per hoc tamen quod homines sunt, & ipsa metuunt tormenta quæ vincunt. Vnde & illud. De naribus eius fumus procedit, quia de miraculorum eius insidijs ad momentum caliginosa dubietas etiam in electorum corde generatur, vt si fieri posset, etiam electi, &c.

Iob. 40.

Hierony.

Hieronymus super Esai cap. 24. Tanta erit sanctorum paucitas, & tam vehemens pressura iustorum, vt paucitas eorum baccis oliuarum rarissimis comparetur: Quæ cum excussæ fuerint atque demessæ, vix paucæ remanent in ramorum cacumine. Et quomodo cum fuerit finita vindemia, solent pauperes egestate cogente, vacuas circumire vites. Dicitur autem & de impijs voce domini: quis seducet Achab?

August.

3. Reg. 22.

Augustinus. Deus iustus distributor pœnarum premiorumque pro meritis, non solum bonis & sanctis ministris vtitur ad opera congrua, sed etiam malis ad opera digna, cum illi pro sua peruersitate nocere appetant, sinantur autem tantum, quantum ille iudicat, qui omnia statuit in numero pondere & mensura. Ego inquit decipiam eum.

G

Sap. 11.

Qua arte? Ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum. Mirabile est enim hoc, vnum spiritum mendacem ora implere tot prophetarum quater centum videlicet, qui simul nugabantur: vnum & idem mendacium, vt in errorem induceretur vnus impius Achab. Ad hæc Abulens.

Abulen.

Dicendum quod pseudo prophetæ sunt facientes signa & prodigia sed non est concedendum vt dicatur, dæmones aut Magos facere miracula. Nam mirandum est quicquid admirationem inducit, & illud est quicquid excedit cõmunem potestatem. Miraculum autem virtutem diuinam inducit, & ideo non fit nisi per deum. Itaque dæmones vel magi cũ videntur excitare mortuos vel facere quid simile, ludificant oculos nostros, vt videatur esse quod non est, iuxta illud Pauli, 2. Thes. 2 Cuius aduentus est secundum operationem Satanæ in omni virtute & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione. Nunquam igitur miracula faciunt, faciunt tamen quædam minora, sicut mouere homines per aera quasi volantes, exsiccare arbores, diruere ædificia, mo-

H

uere partes montium, multaque plura possent, si permitterentur. Sequitur. Si dixerint vobis: Ecce in deserto est, expositum est. Quod autem dicit, vbicunque fuerit corpus, &c.

Hierony.

Sensus est iuxta Hieronymum. Aquilæ & vultures etiam transmarina dicuntur sentire cadauera, & ad escam huiusmodi congregari. Si ergo irrationabiles volucres naturali sensu tantis terrarum spacijs separatæ, paruum cadauer sentiunt vbi iaceat, quanto magis omnis multitudo credentium debet ad Christum festinare. Dicitur autem vbicunque fuerit, & est oratio in completa, Est enim sensus. Sicut vbicunque fuerit cadauer congregantur aquilæ & vultures, ita vbicunque apparuerit Christus tanquam fulgur congregabuntur omnes gentes. Nomine autem aquilarum iuxta mysticum sensum iusti significantur, quorum renouabitur sicut aquilæ iuuentus, Psal. 102.

Origenes.

Origenes. Non dixit, congregabuntur vultures aut corui, sed volens ostendere magnificos & regales esse omnes qui in passionem domini crediderunt, aquilas dixit. Qui enim sperant in domino, muta-

I

bunt fortitudinem, assument pennas aquilarum. Esai. 40.

Hierony.

Hieronymus. Solæ aquilæ sunt, quæ iubar solis aspiciunt, pullosque suos an generosi sint experimento hoc probant. Dictum est alibi aquillarum senectutem reiuuenescere mutatione pennarum, & iuxta Augustinum, depositione & excussione mitri ad Petram. Itaque & sanctos repuerascere, & assumpto in mortali corpore, laborem non sentire mortalium, sicut sequitur, current & non laborabunt, sed rapi in nubibus obuiam Christo intelligamus.

1. Thes. 4.

Et iuxta, 70. qui dixerunt, current & non esurient, nequaquam esuriTe, quia præsentem habeant dominum, cuius Caro verus est cibus. Ita dicit Plinius lib. 10. cap. 3.

Plinius.

Aquilæ oppetunt non senio, non ægritudine, sed fame, in tantũ superiore accrescente rostro, vt aduncitas aperiri non queat. Dicit autem halietum (quoddam aquilæ genus est) implumes etiã nũ pullos suos percutiens, subinde cogit aduersos intueri solis radios, & si conniuentẽ

Aquila.

K

flentemque animaduertit, præcipitat e nido, velut adulterinum atque degenerem. Illum cuius acies firma contra steterit, educat. Subijciamus in calce huius capitis de origine aquilæ in vexillo Romano. Mario cũ adhuc puer esset, ruriquæ sub parentibus aleretur, aquilæ nidus cũ septenis pullis ei oblatus dicitur. Quo domũ delato, atque a parentibus ad aruspices, responsum est, non paruum puero portendi, qui septies sub signa Romana habiturus esset. Atque hinc credo fuit quod ille suo secundo consulatu (tunc autem sextum gerebat) aquilam Romanis legionibus peculiariter dicauit, cum ab initio haud tantũ aquilæ signum, sed lupi, minotauri apri & equi singulos ordines ante irent. Paucis ante annis sola aquila in aciem portari cœperat. Cæteris signis intra vallũ relictis, quibus in totum a Mario abdicatis, singulare signũ aquila iam apud Romanos fuit, ex eo quod postea obseruatum, vt nusquam Romanæ legiones in castris hibernauerint, vbi non conspectum sit aquilarum iugum.

Caput

Caput. xv. Erunt signa in sole, & cætera. Hominibus arescentibus præ expectatione eorum quæ superuentura timentur. Apparebit signum filij hominis angeli congregabunt electos cum tuba vocis magnæ, Similitudo fici quæ prima omnium fere geminat.

Matth.24. Mar.13. Luc.21.

A STatim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum & stellæ cadent de cælo. Et erũt signa in sole & luna & stellis, iuxta Lucam, præ confusione sonitus maris & fluctuum, Græce autem sic: en aporia, idest perplexitate siue desperatione. Potest sic legi, præ desperatione, resonante mari & fluctu: arescentibus hominibus, apopsychonton: quod sonat exanimari dolore, siue extabescere, præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi: idest mora aduentus eorum quæ superuenient, Tres euangelistæ: nam virtutes cælorum mouebuntur. Matthæus. & tunc parebit signum filij hominis in cælo. Tenendo expositionem litteralem textus præcedentis iuxta mentem Abulensis, ly statim non dicit consequutionem temporis, quasi dicas, statim ab euersa Hierosolyma. Sed cum dixisset multa de pseudo prophetis, quæ præcedere debebant subuersionem Hierusalem, quæ omnia valde similia fuerunt his quæ fient tempore antichristi, dicit dominus Iesus statim post tribulationem dierum illorum videlicet antichristi, sol obscurabitur & luna consequenter, & stellæ videbuntur e cælo decidere, scintillis per aera discurrentibus, sicut cum nix descendit de cælo stellæ. Eo enim quod semotis nubibus, non videbuntur lucere, sole non lucente, videbũtur cecidisse, quod est secundũ fulgere suum cadere de cælo. Et hæc
B sunt signa quæ iuxta Lucam fient in sole luna & Stellis. Multa quidem signa præcesserant aduentũ eius primum in forma serui, signa autem illa terrena erant, sicut ignis in rubro, Exo.3. Virga versa in colubrum. Exo.4. Ros in vellere. Iudi 6. Lapillus abscissus de monte, Daniel.2. Visio Ezechiel de electro, cap.1. Visio Esaiæ, domini sedentis super solium excelsum, cap.6. Et visio Iacob scalæ, cui innixus erat dominus. Quæ tamen signa vtrum essent signa aduẽtus eius in carne, nemo nouerat vel admodum pauci, antequam agnus occisus librum aperiret & solueret signacula eius. Cæterum aduentum eius ad iudicium, vbi misericordiæ nullus est locus, multa etiam signa præcedent, sed longe diuersa ab illis quæ prædiximus, vt nemo causetur, quod dies domini tanquam fur in nocte veneit. Dedit enim dominus & daturus est significationem metuentibus eum, vt fugiant a facie arcus. Causæ enim multorum iustorũ qua-
C si impij essent, iudicatæ sunt, sicut causa Abelis, Naboth, Zachariæ, Ioannis Baptistæ, & causa tua bone Christe, ideo causam iuditiumque recipiens. Cum enim acceperis tempus, iudices iudicabis, qui multorum causas pecunia, prece, metu, affectione vel ignorantia peruerterunt, soluentes Barrabam, condemnantes iustum iudicem. Sunt enim iudices multi, qui nec deum timent, nec verentur homines. Quid igitur faciet iudex vniuersorum, clamante ad eum sanguine Abel? Gene.4. Stabunt enim iusti in magna constantia aduersus eos, qui abstulerunt labores illorum, quique eos angustiauerunt. Solius autem Dei est iudicium iuxta veritatem, quomodo continere nescit, ipse est iudex & testis: non iudicat iuxta allegata, non secundum visionem oculorum, Esa.11. Non sumit faciem peccatorum, sed causas inspicit. Quãdiu igitur deambulat in paradiso, & cunctatur venire dicens, descendam & videbo (Gene.18.) & terrent nos signis cælestibus, fugiamus ad thronum clementiæ & gratiæ suæ, quia omnino oportet nos exhiberi ante tribunal eius, vt referat vnusquisque pro vt gessit. Aperientur enim libri nescio qui, & calendaria,
D Apoc.20. Audi lactantium. Appropinquante huius mundi termino, humanarum rerum statum conturbari necesse est, & in deterius (nequitia inualescente) pro labi, vt iam nostra hæc tempora (ferrea, prudens lector) quibus iniquitas & malicia (charitate frigescente) vsque ad summum gradum creuit, in illius tamen insanabilis mali comparatione fœlicia & prope aurea possint iudicari. Ita enim iustitia rarescet, fugata pace, impietas & cupido & auaritia crebrescet, vt siqui tunc forte fuerint boni, prædæ sint sceleratis, ac diuexentur vndique ab impijs. Soli mali opulenti sint, boni vero egestate rabescant. Confundetur omne ius, & leges veterabunt. Nihil tunc quispiam habebit, nisi quod vi & armis occupauerit: Non fides, non pax, non pudor, non virtus erit, atque ita neque securitas, neque aliquis in republica ordo. Omnis enim terra tumultuabitur, frement vndique bella, non licebit ab armis vel punctum discedere. Denique omnis ordo natura turbabitur ad vltionem impiorum. Quomodo sicuccum
E vnum populum deus vocare voluit ad libertatem, & ad terram quæ fluit lacte, vnum tantum regnum & vna gens flagellata est, sic cum omnis electos dominus congregare voluerit a quattuor ventis, omnis creatura armabitur. Et erunt quidem primum signa in sole luna & stellis. Multa autem signa legimus facta in sole, stetit enim. Iosue.10. Retrocessit, Esai, cap.38. Obtenebratus est, moriente domino, Matth.27. Et tertia eius pars obscurata est, Apoc.8. Nouissime autem in consummatione sæculorum erubescet iuxta Isaiam, 24. caput, Hieronymus. Quare erubescet? Nempe cernens homines qui suo fruebantur lumine, nihil dignum Dei bonitate fecisse. Dicit autem alibi, stellæ cæli non expandent lumen suum, ob tenebratus est sol in ortu suo. Iuxta litteram, P. solem & lunam & stellas rex Balthasar regina & principes intelliguntur. Hieronymus. Cum dies domini crudelis aduenerit, præ timoris magnitudine mortalibus cuncta tenebrescent, ita vt sol ipse & luna astraque cætera suum videantur negare fulgorem. Vnde & cælum sacco induitur, quod scilicet tenebris

Gene.28. Apoc.5. Psal.59. Iob.36. Psal.74. Luc.18. Sap.2. Hiere.7. Psal.61. Gene.3. Hebre.4. 2.Cor.5. Lactanti9 Sap.5. Hierony. Esai.13. Idem. Esai.50.

cuncta operiant, & præmentibus malis, nihil aliud sentiant homines, nisi quod mens videre compellit, cæterum signa hæc in sole & luna non erunt qualia sicut sæpe videmus fieri in coniunctione lunæ cum solæ, aut in oppositione lunæ ad solem. Primum quia ecclypsis solis nunquam fit toto orbe, sicut notum est, tunc autem sol toti orbi lumen suum subtrahet, faciente domino. Secundo, quia solis eclypsis vix est quattuor partis horæ vnius, & esto esset vel duraret diutius, intra horam vnam euanescit obscuritas autem hæc quæ totum occupabit orbem, forte durabit die integro, ad terrorem impiorum, in die autem iudicij sol lucebit septempliciter & luna sicut sol, inde qua alligauerit dominus vulnus populi sui. Erit & in terris pressura Gentium, &c. Natura hominum talis est iuxta Hieronymum, vt præmentibus malis & angustiarum pondere, in proximo magis quam in se habeant fiduciam. Vnusquisque inquit propheta ad fratrem suum stupebit. Naturale est enim vt præmentibus malis, alios sapere plus putemus. Ambulabunt igitur homines cæci, perplexi & veluti desperantes, quia domino peccauerunt. Sopho. 1. Confusio autem maris necdum noua exorta est, sed cum. Multa iam prænuntiata completa sunt, nulli dubium quin etiam sequantur pauca quæ restant, quia sequentium rerum certitudo, est præteritarum exhibitio. Intumescet igitur mare vltra solitum, tristi fragore resonantibus fluctibus, vnde vehemens animorum desperatio corripiet omnes gentes, præ timore & expectatione malorum, quæ superuentura opinabuntur vniuerso orbi. Et merito, Concutietur enim non solum tota rerum natura, sol luna, astra, mare homines & iumenta, verum & ipsæ virtutes angelicæ mouebuntur, vt faciant quædam opera insolita ac maiora. Quod si in virtutibus cælestibus erit hæc mutatio in aduentu iudicis, non mireris si sol obscuretur & luna, & astra videantur cadere de cælo, Origenes. Quemadmodum id magnis ignibus succendi incipientibus, tenebræ ex fumo plurimo videntur extolli, sic in consummatione mundi ab igne qui accendendus est obscurabuntur etiam luminaria magna, vt sole obscurato, consequenter nec luna potens a sole lumen recipere, nec proprium lumen dare sinatur. Et sic necesse est comprehendant primum mundi naturam tenebræ magnæ. Vel sicut in dispensatione crucis sole deficiente tenebræ factæ sunt super omnem terram, sic & signo filij hominis apparente in cælo, sicut sequitur in textu, deficiet solis lumen & lunæ & stellarum, quasi consumptum a multa virtute signi illius. Hieronymus. Si igitur luminaria magna & stellæ quæ ad solatium noctis creaturæ sunt & accensæ, omnesque virtutes quas angelorum multitudinem intelligimus, in aduentu Christi in tenebras reputabuntur, decutiatur supercilium eorum, qui se sanctos arbitrantes, præsentiam iudicis non formidant, cuius vox est, ego sum iudex & testis. Hiere 29. Augustinus. Non ergo vt iudex terrenus quæsiturus est testes vt te conuincat, aut veritatem per tormenta exquisiturus est, vt confessum puniat: Cum resedeat Iudex ipsa iustitia, & testis sit etiam ipsa mala conscientia, iuxta illud, tu nosti omne malum cuius conscium est cor tuum. 3 Reg. 2. Ad hæc Chrysost. Tunc apparebit signum filij hominis Crux quidem apparebit sed cum virtute. Habet autem eam secum, vt peccatum impiorum sine accusatione condemnetur, veluti si quis lapide percussus, ipsum lapidem vel cruentas vestes in testimonium ostendat. Videtur dicendum quod crux appareat ante Christi aduentum, eo tempore quo obscuratis sole & luna horrenda quædam nox occupabit totum orbem, crux autem fulgebit clarior sole. Si autem requiras quid intellexerint apostoli per signum filij hominis, dicendum quod de cruce ipsi nihil cogitabant, & maxime dicente scriptura, maledictus omnis qui pendet in ligno, sed intellexerunt vexillum aliquod, sicut ante reges aliquando vexilla præferuntur, putabant enim eum omnino regnaturum sicut Dauid & Salomon. Videbitur igitur signum filij Dei, obscuratis sole & luna & astris cæteris. **Et tunc plangent omnes tribus terræ.** Græce est, copsonte, vt intelligamus planctum insanum, qui fit, vbi quis præ doloris impatientia suum ipsius corpus cædit ac lacerat. Copto enim significat Cædo, percutio, incido & pulso, inde copsonte, cædent se, percutient & incident tanquam amentes, & qui sero sapuerint. Tres euangelistæ: **Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maiestate, & gloria,** Matthæus & Marcus. **Et mittet angelos suos,** Matthæus, **cum tuba & voce magna:** Matthæus & Marcus: **Et congregabunt electos eius a quattuor ventis, a summis cælorum vsque ad terminos eorum, a summo terræ vsque ad summum cæli.** Quod dicit, cum tuba & voce magna, Græce est, Meta salpingos phones megalos, idest cum tuba vocis magnæ, vt intelligas tubam vocalem & procul sonantem, aut cum tubæ voce magna. Vocaturus non vocatus, aderit Christus. Mors & senecta. Planctus autem iste insanus & nullius frugis de sera pœnitentia erit. Sapien. 5 Plangent igitur, præ timore & expectatione. Quorum: Quod ligatis manibus & pedibus proijcientur in tenebras exteriores, vbi erit perpetuus planctus & stridor dentium. Dicit autem plangent omnes, quia de omnibus prouincijs terræ aliqui collocabuntur ad sinistram cum hædis. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus celi. Origenes. Et siquidem vt ne terram calcaret filius Dei Hierosolymam iens, diligentes eum, strauerunt vestimenta sua in via, neque asellum qui portabat eum volentes terram calcare, quid mirum si pater & deus omnium nubes sternat cælestes sub corpore filij descendentis ad opus consummationis? Et licet in primo aduentu venerit cum virtute, qua sanabat omnem langorem, & faciebant quæcunque volebat, tamen virtus illa erat exinanientis se ipsum, tunc autem veniet cum claritate quam habuit, priusquam mundus fieret. Veniet igitur cum potestate magna & maiestate & gloria. Maiestate ostendet quis sit potestate autem quid possit in reprobos, gloria vt remuneret electos suos. Et mittet angelos suos cum tuba vocis magnæ, & congregabunt electos, & cætera. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem. Hieronymus. Cum dicit, hoc, quodammodo duobus digitulis comprahensum corpus

Ostenditur

Esai. 30. | Hierony. | Esai. 15. | Origenes. | Hierony. | August. | Chrysost. | fo. in. de dist. 45. q. 5 a. n. | Matth. 22. | Matth. 25. | Origenes. | Matth. 21. | Philip. 2. | Ioan. 17. | Hierony.

F G H I K

ostenditur, hoc in quo cotidie morimur, hoc quod timent recipere, qui curam carnis fecerunt in desiderijs. Hoc quod virginitas expectat ad premium, adulterium formidat ad pœnam. Congregabit igitur ministerio angelorum corpora electorum suorum a quattuor ventis, hoc est dictu, quocunque fuerint dispersæ partes materiæ cadaueris in vno quolibet elementorum duobus tribus ve, omnes materiæ partes simul colligentur in vnum, vt ne vel capillus vnus pereat, idque breuissimo tempore fiet, quod & apostolus innuit dicens, in ictu oculi 1. Cor. 15. Vide ad hoc Apoc. cap. 20. Eccum audis congregandos electos tantū, intellige, q; tam oues q; hædi congregabuntur. Quattuor igitur fient in ista congregatione. Primum congregatio partium dispersarum in vnum locum. Secundum formatio corporum. Tertium corporis informatio ab anima intellectiua. Quartum hominum iam excitatorum ad vnum locum deductio. Horum

A quattuor tria fient ministerio angelico videlicet primum secūdum quartum. Tertium autem solius dei est, dicente Iob: vocabis me, & ego respondebo tibi. Qua voce vocabis me? Tuba vocis magnæ, ita vt audiatur ab ijs qui sunt apud inferos. Apparet autem in hoc summa angelorum sapientia, qui parte cadaueris vnius (Verbi gratia) etiam in decies mille diuisum atomos, in pristinum corpus resarcient, vt sit idem corpus numero quod erat ante mortem. De hac tuba dicit apostolus, Canet enim tuba, & mortui resurgent. Quæ autem sit tuba hæc? Quid ve canet, apostolus non dicit, quicquid tamen cecinerit nihil aliud intelligi potest, q; aliquod preclarum & euidens signū, quod vocatur vox archangeli & tuba Dei. 1. The. cap. 4. Ipse inquit dominus in iussu & voce archangeli & tuba Dei descendet. Ergo iussu Dei fiet resurrectio, sed iussio nota fiet voce vnius angeli vel multorum, quæ erit terribilis & vniuersalis in toto mūdo, iuxta illud, a quattuor ventis veni & insuffla spiritus, vocatus & tuba Dei. Augustinus. Siquid autem mouet quempiam, quid opus sit spiritibus defunctorum corpora sua in resurrectione recipere, si potest e-

B tiam sine corporibus summa illa beatitudo præberi, difficilis quæstio est. Sed tamen minime dubitandum est, & raptam hominis a carnis sensibus mentem, & post mortem ipsa carne deposita, & transcensis etiā ipsis similitudinibus corporalium, non sic videre posse incommutabilem Dei substantiam, vt sancti angeli vident, siue alia latenti causa, siue ideo quia inest animæ quidam naturalis appetitus corpus administrandi, quo appetitu retardatur quodammodo, & contrahitur, ne tota intentione pergat in illud summū bonū (sicut vaccæ mugiūt pro reclusis vitulis) q; d u non subest corpus eius (secunda videlicet stola) cuius administratione appetitus ille conquiescat, vt cum quo simul compassa est, simul conregnet. Ita dicit Origenes. Si sola anima quæ non sola certarat, coronetur, & corpus sui vasculum quod ei cum magno labore seruiuit in frigore castitate & vigilijs multis, nulla agonis & victorie premia consequeretur: Quomodo non contra omnem rationem videbitur, vt naturalibus vitijs atq; ingenitæ libidini propter Christum

C Cato resistens, & castitatem obtinens cum ingenti labore, qui continentiæ labor vtique aut maior carnis q; animæ est, aut certe vtriusq; equalis, premiorum tempore altera velut indigna rejiciatur, altera veniat ad coronam? itaque animæ mugientes pro vitulis sub altare Dei (Apoc. 6.) acceperunt responsum adeo, vt sustineant modicum, donec impleatur numerus fratrum suorum. De vsu autem sacerdotalium tubarū, sciendū q; quadruplex erat, videlicet conuocare seniores ad concilium, excitandi milites ad pugnam, solēnizare festa domus Israel, & castra mutandi. Quæ spiritualiter applicari possunt: Quia & congregabūtur electi Dei a quattuor ventis, armabitur omnis creatura in vltionem inimicorū crucis Christi. Philip. 3. Et per omnes vicos Hierusalem cantabitur alleluia. Tobiæ. 13. Dicente domino vnum verbum bonitate sua plenum, venite benedicti in regnum patris mei, in terram quæ fluit lacte. Exo. 3. Expugnata Hiericho, quæ figuram tenet sæculi huius, quorum muri ceciderunt ad sonitum tubarum sacerdotaliū. Sequitur ex tribus euangelistis Ab arbore autem ficu discite similitudinem, cum iam ramus eius te-

D ner fuerit & folia nata, siue videte ficum & omnes arbores, cum producunt iam ex se fructum, scitis q; prope est æstas, Lucas, his autem fieri incipientibus, aspicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra, videte ficum & cætera. Ita & vos cum videritis hæc omnia fieri scitote, quoniam prope est, Matthæus, in ianuis vel ostijs: Lucas, regnum Dei. Tres euangelistæ, Amen dico vobis, non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælum & terram transibunt, verba autem mea non transibunt. Cum sermo hic de aduentu suo secundo sit, manifestum est verba ista, his autem fieri, & cætera, Non ad eos qui aderant dirigi, sed ad illos quibus dictum est: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Et ad eos quos Paulus alloquitur dicens, si in hac vita tantum speramus, & cum illa omnis labor noster perit cum impensa, miserabiliores sumus cunctis hominibus, qui ducunt in bonis

E quo ad possunt dies suos, & a morte nihil mali præstolantur. Sed non ita est, sed anima redempta preciosa sanguine agni, expectamus redemptionem corporis nostri, quod adhuc hæret in salo sæculi huius, in quo reptilia sine numero, quæ cum pensato nobiscum agone luctantur. Sed dorate vos met, rebusque seruate secundis, Non enim longe estis a regno Dei. Cum enim videritis Pharaonem plagis multis cæsum, nec tamen recepisse disciplinam, sed pœnitentia ductum, populum Dei rursus velle ad captiuitatem pertrahere, impetuque præcipitem ferri in mare: Scitote quod cum interitu eius & omnis exercitus sui, appropinquat & redemptio vestra, & quod prope est, imo iam adest regnum Dei, de quo scriptum est, oculo ad oculum videbunt (Esai. 52.) Videbunt autem quæ oculus non vidit deus absque te: videbunt quæ in cor hominis non ascenderunt. 1. Cor. 2. Valde enim multum remota sunt ab humano sensu & scientia & opinione & cogitatione, quæ deus præparauit in regno suo his qui diligunt aduentum eius. 2. Timoth. 4. Vbi illud occurrit admiratione dignum, quod sancti iuxta quod canit propheta, adijcient semper super omnem laudem Dei, cantantes semper quasi canticum

Rom. 13. Lucæ. 21. Resurrect. Cap. 14. Angeli. August. Ezech. 37. 1. Reg. 6. Origenes. Figura. Num. 10. Leui. 23. Sapien. 5. Matth. 25. Matth. 28. Iob. 21. Rom. 8. Hiere. 7. Exo. 14. Esai. 64. Psal. 70.

ticum nouum, Apoc.14. Ab arbore autem fico discite similitudinem. Quædam statim in germinatione florent properantque in eo, sed matu rescunt tarde vt vites. Serotino quædam germinatu florent, maturantque celeriter, vt morus, quæ nouissima vrbanarum germinat, nec nisi exacto frigore, ob id dicta sapientissimæ arborum. Sed cum cœperit, in tantum vniuersa germinatio erumpit, vt nocte per agat etiã cum strepitu. Estque sensus. Sicut se habent ficus & omnes arbores ad æstatem, ita & hæc prædicta signa ad diem aduentus filij hominis, vt reddat vnicuique iuxta opera sua. Cum enim ramus ficus tener fuerit (sentit autem gemam, vnde erumpunt flores vel folia) & folia nata, signum est euidens instantis veris. Ita igitur & vos cum videritis obscurari solem, lunam, & stellas, idest cometes velut cælo decidere, (quorum tamen nullum apostoli viderunt) scitote instare in ianuis regnum Dei, appropinquareq; redemptionem vestrem. Et reuera in ianuis erat dominus diuiti illi (Lucæ.12.) qui sibi in consulta Athropo, annos promittebat multos & bonos, qui dicebat animæ suæ, habes multa, & cætera. Et præcissa est tela sua eadem nocte. Tu autem obserua quomodo filij huius sæculi habent hic æstatem suam, iusti autem semper sunt in hyeme, verumtamen cancellabit aliquando Iacob manus suas. Amen dico vobis, non præteribit generatio hæc, &c. Hæc verba referenda sunt ad ea signa quæ præcedere debebant euersionem Hierusalem. Superstitibus enim multis ex colonis impijs, qui miserũt manus in hæredem (Matth. 21.) euersa est Hierusalem. Non igitur præterijt generatio illa donec omnia quæ prædixit dominus rebus expleretur, & nec iota vnum vel apex præterijt, quin debitum sortiretur finem. Potest sic exponi verbum hoc iuxta Theophyl & Chrysostomum, Non præteribit generatio hæc Christianorum, donec omnia fiant, quæ de Hierusalem & aduentu antichristi dicta sunt. Hoc autem dicit ad consolationem apostolorum, & eorum qui non videntes, crediderunt, ne timerent inter tot antichristorum & persequutorum procellas fidem ecclesiæ defecturam, quæ frequenter impugnata est a iuuentute sua. Dicit autem dominus, q̃ facilius sit elementa ipsa deficere, q̃ verba sua effici cassa & sine effectu. Hieronymus. Cælum & terram ex conditione suæ creationis nihil habent necessitatis in se vt sint vel non sint, nisi quatenus portantur verbo potentiæ verbi. Verba autem Christi æternitate deducta, id in se continent vim virtutis vt maneant. Non est enim deus vt homo qui mentiri possit, vel pœniteat. Gregorius. Nihil in rerum corporalium natura cælo & terra durabilius, nihil autem tam velociter quam verba transeunt. Est ergo sensus. Omne quod apud vos durabile est sine mutatione, durabile non est ad æternitatem. Et omne quod apud me transire cernitur, fixum & sine transitu tenetur, quia sine mutabilitate manentes sententias exprimit meus sermo, qui transit. Facilius est igitur fixa & immobilia destrui, q̃ sermonum Christi aliquid decidere, cuius verbo cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Psal. 32.

Matth. 16. Gene. 48. Theophy. Ioan. 20. Psal. 128. Hierony. Num. 23. Gregorius

Caput. xvi. Attendite a crapula & curis sæculi. De die illa nemo scit. Sicut fuit in diebus Noe ita aduentus filij hominis. Similiter sicut fuit in diebus Loth, ædebant, & bibebant, & plantabant, & ab igne consumpti sunt. Mementote vxoris Loth. Duo in lecto, duo in agro, duæ molentes, &c. Vbi fuerit corpus, congregabuntur aquilæ. Vigilate omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere mala ista.

Attendite autem vobis, ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat repentina dies illa. Tanquam enim laqueus superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ. Matth. & Marc. De die autem illo & hora nemo scit, neque angeli cælorum. Marcus, neque filius, Matthęus & Marcus, nisi solus pater. Bene igitur hortatur suos; vt caueant ab ebrietate, quia iuxta sapientem, vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes (Eccle. 19.) id quod luce manifestius videre licet in Salomone, 3. Reg. cap. 11. Cæterum curæ huius sæculi q̃ suffocent Verbum Dei alias diximus. Nam sicut dicit Hieronymus super Esai. cap. 48. Diuitijs & paupertate plerique tenerantur, si aut illis male abutantur, aut penuriam virtute nequaquam sustineant. Attende ergo ne grauetur cor tuum, (diuitiæ se affluant, noli cor apponere, Psal. 61.) curis huius sęculi, & superueniat in te sententia e cælo, tribus comprehensa verbis. Dani. 5. Non enim in solo pane victurus est homo. Abulitus quidam Alexandro cum nullum commeatum præparasset, tria milia nũmum talenta attulit. Id argentum equis apponi iussit Alexander. Quibus minime gustantibus. Quemnam inquit tui commoditas apparatus in pecunijs? Nolite inquit cor apponere. Quare id? Non eas magis attinget cor idest anima, q̃ equi Alexandri argentum illud. Sed surdis canimus. Sed audiamus Esai. ca. 24. Surdi isti cum cantico non bibent vinum, amara. Erit potio bibentibus eam. Hieronymus. In consummatione sęculi præteritarum delitiarum recordatio erit materia cruciatuũ. Væ vobis diuitibus qui hic habetis consolationem vestram. Erat autem mos solennis apud illos qui in nocte versabantur iuxta Paulũ, cum Hilario conuiuio sese ad potus solutiores inuitabant, tot Cyathos haustibus singulis ebibere, quot erant litteræ nominum amicarũ. Aqua consuetudine emanauit illud Martialis epigrama: Neuia sex Cyathis, septẽ iustiera bibatur. Quinq; Lycas, lyde quattuor, ida tribus. Hæc ille, & illi qui nocte ebrij erant. Vos autẽ attendite ne grauentur corda vestra crapula, sicut cor Holophernis, qui manu fœminę perijt, imo vino somnoq; sepultus Iudi. 13. Leotichidas rogatus a quodam, quam ob causam parum bibant Spartiatæ; ne pro nobis. Inquit alij consulerent, sed nos pro alijs. Cambysem regem nimis deditum vino: Thras

Luc. 21. Luc. 18. Matth. 13. Hierony. Matth. 9. 1. Thes. 5. Ebrietas. Spartiate

vni-

vnus ex charissimis suis monebat vt parcius biberet, turpe esse dicens ebrietatem in rege, quem oculi omnium auresque sequerentur. Ad hoc ille (veritas enim mo temparit) vt scias inquit, quemadmodum nunquam excidam mihi, approbabo iam, & oculos post vinum in officio esse & manus. Bibit deinde liberalius quam alias capacioribus Cyphis, & iam ebrius & violentus, obiurgatoris sui filium procedere vltra limen iubet, & vt alleuata super caput sinistra manu, staret. Tunc intendit arcum, & ipsum cor adolescentis (id enim se petere dixerat) figit, recisoque pectore, hærens in ipso spiculum ostendit, ac aspiciens patrem, an satis certam haberet manum rogauit: At ille negauit Apollinem potuisse certius dimittere. Ostenditur hoc exemplo, quam constant regum amicis bona consilia. Nec dubito quin Arpallus quoque tale aliquid regi suo persarumque suaserit, quo offensus, liberos illi epulandos apposuit, & subinde quæsiuit, an placeret conditura. Deinde vt satis illum plenum malis suis vidit, afferri capita ipsorum iussit, tragematum vice, & quomodo esse acceptum interrogauit. Non defuerunt misero verba, apud regem inquiens, omnis cœna iucunda est. Vnde iuxta Plinium, nullus prope iam mortalis extimatur pluris, quam qui peritissime censum domini mergit, quod est loquorum officium. Multi enim ad hoc tantum nati videntur vt edant, & bibant, & lætentur cum male fecerunt. Prouerb. primo. Sedentes semper super ollas carnium, Exo. 16. Nullam aliam curam habentes, quam quomodo ventrem repleant, quorum deus venter est. Philip. 3. Qui cum dixerint, pax & securitas, repentinus & æternus imminet interitus. 1. Thes. 5. Sicut laqueus super aues quæ sedent in stercore, & sicut dolor fœminæ prægnantis, & non effugient. Plutarch. illud maiores nostri haud neglexisse videntur, vt qui se vxoribus generandi gratia sobolis admouent, hi omnino sobrij, aut vino saltem modestissime delibato, congressum faciant. Quibus enim ex initio vita genitoribus per ebrietatem vt seminarentur occidit, ij vini auidi atque mulenti nimirum esse solent. Ea propter cum Diogenes quendam ex temulentia alienatæ mentis adolescentulum desipere cerneret, adolescentule inquit, ebrius te seminauit pater. Cauete igitur ebrietatem, estote autem sobrij vigiles & toti Argi, ne capiamini, & laqueo dici illius, qui tecum multos inuoluet, qui terrena tantum sapientes, sese captos sentient priusquam laqueum præuiderint. Et vocatur laqueus hic apud Matthæus, Sagena, (Cap. 13.) quæ omnes quidem capiet, interest tamen, quia alij capientur ad vitam qui sobrij vixerunt, alij ad mortem: Quorum vox est, comedamus & bibamus, cras moriemur, a morte autem nihil, Esai. 22. De die autem illo, & cætera. Origenes. Forsitan enim quia erant apud Iudæos quidam siue per scripturas, siue alias profitentes de temporibus consummationis se scire, siue de secretis, ideo hæc dicit, docens discipulos suos, vt nemini credant talia profitenti. Ambro. Super Lucæ, cap. 17. Neque filius. Bene medium posuit filium. Est enim filius hominis filius Dei, vt magis dictum secundum filium hominis existimemus, quia temporum finem, non per naturam hominis, sed per naturam Dei nouit. Quid enim est quod bonus pater filium cœlauerit, cui omnia dedit? Aut quomodo non dedit cognitionem temporis, qui dedit ipsius iudicij potestatem? Quomodo filius nescire potest, quod pater nouit, cum ipse filius altitudo sit diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei? Cur enim celaret filium proprium pater? Aut enim inuidiæ causa nolumus alijs intimare, quod scimus, aut ne forte prodamur, sed nec inuidi in patrem, nec proditoris in filium suspicio capit. Deinde qui signa nouit futuri iudicij, vtique nouit & finem. Ergo & horam nouit & diem, sed nouit sibi, mihi nescit. Chrysostomus. Ad Cumulum igitur incertitudinis se ipsum Christus alijs annumerat, vt nemo ferat moleste, quod diem illum deus posuit in incerto, cum de ipso sit filius incertus. Christus (inquit alias Ambrosius) pro me ignorans diem iudicij, autor ipse dierum & temporum. Sequitur ex Chrysosto. Oportune ex hoc loco conuenit admouere: cum plerique homines maxime qui videntur docti, cum interrogati fuerint aliquam quæstionem, si contingat eos ignorare quod quæritur, erubescentes, ne videantur aliquid ignorare, quia totum scire putantur, colorant falsa pro veris, affirmantes iuxta apostolum de quibus nesciunt. Qui se considerarent hunc locum, non deberent erubescere, aliquid se mysteriorum Dei ignorare, maxime cum legant, Christum suam ignorantiam non erubescentem confiteri ad respondendum. Nec tamen Christus mentitur, quando ipsum quod scit, a patre accepit. Sic alibi cum sit bonus, bonum se denegauit propter idem. Et ne propter dispensationem humanam existimaretur scire se denegasse, non dixit, neque filius hominis, sed neque filius, inter filium autem hominis & filium Dei interest nihil. Hæc ille. Cyrillus. Non oportet propter hanc vocem, neque filius, ignorantiam Dei verbo inurere, sed potius misericordiam eius admirari, quod non recusauit propter nos ad tantam humilitatem descendere, vt omnia nostra & ipsam etiam ignorantiam humanam susciperet. Scit enim vt deus, quod vt homo ignorat. Hæc ille. Quod dicit, vt homo ignorat, intellige quod vtroque modo scit, sed non eodem modo, quia si illud vt, accipiatur reduplicatiue, ignorat vt homo: Simpliciter tamen loquendo, vtroque modo scit. Forte autem quia apostoli inquisituri erant de die illo tantopere ab illis desiderato, quia tunc sessuri erant super sedes duodecim velut iudices, ideo dominus anteuertens eorum interrogationem, neque filius inquit scit diem illum. Iuxta Hilarium ignoratio Christi est, secundum quod thesauri sapientiæ & scientiæ Dei in eo latent. In omnibus enim quæ ignorasse deus dicitur, ignorantiam quidem profitetur, sed ignoratione non detinetur, dum ad id quod nescit, non nesciendi infirmitas est, sed aut tempus est non loquendi, aut dispensatio non agendi. Omnes inquit apostolus, Colloss. 2. thesauri sapientiæ sunt in Christo, sed tamen occulti sunt, & omnia tempus habent. Vide infra super illud: Nescio vos, vigilate. Filius itaque diem idcirco quia tacet, nescit, & patrem solum idcirco scire ait, quia solus vni sibi non tacet, & in sua posuit potestate momenta et tempora & iudicij diem. De rigore quidem sermonis tam spiritus sanctus quam filius excluduntur a scientia huius diei, tamen cum de veritate constet, non est ludendum in verbis.

Margin notes: Cābyses. — Seneca. — Plinius. — Luc. 13. — Plutarch. — Origenes. — Ambros. — Ioan. 5. — Roman. — Chrysost. — 1. Tim. 1. — Matth. 10. — Cyrillus. — Matth. 19. — Hilarius. — 26. q. 5. cap. primo.

Apostoli. Itaque hoc sic intelligentes, & scientes dixisse filium, se nescire diem illum, quasi diceret, tempus non esse loquendi, iui sus post resurrectionem, putantes tempus ad esse loquendi, domine inquiunt,

Actu. 1.

num in hoc tempore restitues regnum Israel. Quibus non respondit dominus se nescire sicut prius, sed non est vestrum scire inquit, non vestra id refert scire Augustinus super Psal. 6. Ideo dictum est, neque filius, quia per filium homines hoc non discunt, non quod apud se ille non nouerit, secundum illam loqutionem, tentat vos dominus, vt sciat, idest scire faciat vos. Deuterono. 13. Nos igitur quod scire nos dominus noluit, libenter nesciamus? Dicit hic Augustinus de quibusdam qui temeratie asseuerabant finitis annorum. 7. milibus a condito Adam, finiendum seculum, sed diem illum nemo scit, & cætera.

August.

Quid ergo tam occultum, quod id quod etiam ipsi iudici occultum esse dictum est? Non ad cognoscendum, sed ad prodendum. Hieronymus ita legit hunc textum, nemo scit, neque angeli, nisi solus pater, dicit tamen illud, neque filius, inuenire in quibusdam latinis codicibus. Ostendit igitur quod ipse sciat, sed non expediat nosse apostolis, vt semper incerti de aduentu iudicis, sic quotidie viuant, quasi die altera iudicandi sint, sic pendulo expectationis incerto, semper eum credant esse in ianuis. Verumtamen quod cum bona venia dicimus sancti doctoris huius, apostoli non iudicem operiebantur sed regem, non iudicandi, sed iudicaturi, 12. tribus Israel. Hilarius astipulatur Hieronymo vt largum licet (inquiunt) deus pœnitentiæ nobis indulgens, incerti tamen metu, semper nos sollicitos detineret. Atque vt ignorantiam illius diei omnibus tanti, non sine vtilis silentij ratione sciremus, vigilare nos propter aduentum sui admonuit, de quo in consequentibus. De hoc dic Zach. cap. 13. Item Malach. 3. Quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et si aduentus eius præ potentia maiestatis cogitari non potest, ferre quis poterit? Quis poterit lippientibus oculis eum in sua claritate videre? Veniet autem quasi ignis ijs qui grauiter peccauerunt, ijs autem qui leuia, quasi herba borith. Et sedebit per ocium conflans argentum (notate verba), & purgabit filios Leui, iuxta illud a sanctis meis incipite. Dicit item Malach. cap. 4. Mittam vobis Heliam, &c. Sequitur, Ne forte veniam, & percutiam terram anathemate. Hierony. Non quod dies domini ad iudicium incertus sit, sed quia veniet sicut fur in nocte (1. Thes. 5.) & ita sit ab omni scientia humana absconditus, vt pater solus illum diem sciat, filius & spiritussanctus.

Hierony.

Hilarius.

Ezech. 9.

Hierony.

Math. 24.

Sicut autem fuit in diebus Noe, ita erit in diebus aduentus filij hominis. Sicut enim erant ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes vsque ad eum diem in quo intrauit Noe in arca, & non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit & perdidit omnes, ita erit aduentus filij hominis. Similiter sicut factum est in diebus Loth, edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & ædificabant. Qua die autem exiuit Loth de Sodomis, pluit dominus ignem & sulphur de cælo, & omnes perdidit, sciendum hoc erit qua die dominus reuelabitur.

Ambro.

Luc. 19.

Eccle. 7.

Bene dominus causam diluuij & incendij & iudicij de nostris asserit prodisse peccatis, quia deus malum non creauit mortem non fecit (Sap. 1.) nec lætatur in perditione malorum, quorum interitum etiam ante annos 40. Lachrymatur, sed nostra sibi merita hæc omnia repererunt. Scriptum est enim, Ne impie agas multum, ne moriatis in tempore non tuo, sicut mortui sunt quos vtrumque deleuit diluuium, & aquæ & ignis sulphure mixto. Edebant inquit & bibebant & vxores ducebant, Non quod coniugia damnentur, Absit, quæ dominus in paradiso instituit, & postea de desponsata virgine genitus, confirmauit, neque alimenta damnentur, cum dicat spiritus sanctus, labores manuum tuarum manduca, cum in nuptijs successiones, in alimentis naturæ subsidia sint, sed tamen in omnibus modus quæritur, vt inter multa circa quæ sollicita est Martha (Lucæ. 10.) detur quies aliqua Mariæ, & relicta Lia, vacetur amplexibus Rachelis. Gene. 29. Sit aliquis consensus ad tempus, vt vacemus orationi, sit aliqua inter sollicitudines mundi & in temperantiæ crapulam sobrietas religionis, & induciæ castitatis. Cæterum in diebus Noe omnis caro corruperat viam suam, indulgebant ventri & libidini, & omnis cogitatio hominum intenta erat ad malum diligenter, iuxta. 70. Idque omni tempore. Videntes enim filij Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores, in quibus non posteritatem generis, sed pulchritudinem diligant. Quere Philonem de hoc loco, quem alias retulimus. Filij Dei isti filij erant Seth, qui edocti erant a parente cultum vnius Dei. Filiæ hominum vocantur fœminæ ex posteritate Cain, quæ curiosæ erant, lasciuæ, dissolutæ, tamen pulchæ, quas in vxores duxerunt filij Seth. Vtinam autem vxoribus ductis decem vel. 100. parcerent sororibus, abstinerent a matribus, non congrederentur hominibus, non abuterentur iumentis. Vnde dictum est verbum illud profundi mysterij, pœnitet me fecisse eos, id autem dixit dominus, tactus dolore cordis, intrinsecus. Hæc autem duo tactus dolore, & pœnitet me, magnitudinem malorum illius sæculi explicat, & plagam eorum desperabilem, cui succurri non potuit, nisi adhibito diluuio. Dicit autem Abulensis, quod Noe prædicauit diluuium annis. 20. aptauit autem arcam annis. 100. illis irridentibus architectorem tantæ molis, cum nullus crederet, sed pro hominibus bestiæ ingressæ sunt. Itaque vt videtur, ille mortuis verba faciebat, quandoquidem nec post tantum tempus vel saltem vnus conuersus est ad meliorem frugem, (obserua Niniuitas), id quod dominus explicat dicens, erant omnes comedentes & bibentes vsque ad eum diem Et cum Noe ingrederetur arcam cum filijs, & cetera Populus vniuersus irridebat eos, quia reuera pluuiæ nulla signa apparebant, sed illis ingressis & clauso ostio, a domino, nequis irrumpere vellet, apertæ sunt cataractæ cæli, & absorti sunt omnes. Dicit autem Hieronymus. Deum non expectasse tempus decretum, quia non pœniterent, & abrupisse ex numero promisso. 20. annos. Est autem verisimile diluuij tempore hoc factum esse, vt plurimis in locis cælum pateret, aquarumque vasta flumina maximo fragore delapsa fuerint. Inter aquas enim positum esse firmamentum, sacra scriptura refert, super cælestes quoque aquæ sæpe celebrantur. Cum ergo supra cælum sint aquæ, quæ a nonnullis etiam

Psal. 127.

1. Cor. 7.

Gene. 6.

Gene. 6.

Abulen.

cælum

cælum crystallinum vocantur, hæ nimirum patefacto cælo horribiliter eruperunt, breuique totum orbem innudarunt. Nam his quoque aquis erat opus, ad efficiendum generale diluuium. Alioqui si hymbribus tantum res acta esset, non modo. 40. dierum ac noctium spacio tantum diluuium effectum fuisset, sed ne. 40. quidem annorum. Dicuntur autem catarractæ Græce a verbo Græco cataregnymi, quod est disrumpo, discindo, deorsum ruo. Augustinus steuchus. Cæterum sicut dicit Chrysost. Diluuium non subito occupauit orbem, sed paulatim sensimque succrescens, quadraginta diebus & noctibus totidem pluuia descendens, tandem ascendit. 15. Cubitos super omnem montium altitudinem. Interim autem multi potuerunt pœnitere, & effugere, non quidem mortem, sed iram Dei. Dicit autem Ambulensis super Genesim, q aquæ diluuij non ascenderunt ad altitudinem paradisi, quia ibi altior fuit aqua super omnes montes,

Chrysost.

Abulen.

A omnes non distribuit vniuersaliter. Dicit & illud, q mons Olimpus non est opertus aquis, & multi alij montes altissimi coperti quidem sunt, sed non. 15. Cubitis. Dicit q ambitus paradisi erat quasi leucarum centum: Cuius diameter erat fere leucarum. 33. Quæ omnia incerta sunt. Ita erit inquit aduentus filij hominis, de quo dicitur, media nocte clamor factus est, sonante tuba archangeli. Similiter sicut factum est in diebus Loth Sicut igitur in diluuio Noe ex toto mundo octo tantum animæ saluæ factæ sunt, ita in diluuio ignis & sulphuris ex ciuitatibus quinque, tres tantum animæ saluæ factæ sunt: Omnis enim Caro corrumperat viam suam a pueris vsque ad senem, sicut liquido patet ex dialogo illo habito inter deum & Abraamum. Vide textum Gene. 18. Ab illo loco, ante q̄ sicent cubitum viri ciuitatis vallauerunt domum Loth, &c. Quia igitur sciebat dominus nec vel vnum iustum esse in ciuitatibus. 5. Dempto Loth: (taceo filias) ad exaggerandam iniquitatem eorum hoc dicitur, non delebo propter decem. Vide Hiere. 50. Eo enim malitiæ scelus istorum ascenderat, vt de filiabus Loth virginibus licet, nihil curarent, etiam dicente

Matth. 25.

Gene. 18.

Abulen.

B ad eos sancto viro Loth, abutimini eis, quasi diceret iuxta Abulensem, vtimini eis enitu Sodomitico, dummodo hospites non attingatis, si sexus fœmineus fastidio est. Vnde dominus velut incredulus (si ita loqui licet) tanti sceleris, quod brutorum est, nec omnium, descendam inquit & videbo, id quod omnem fidem excedit, homines ad imaginem meam conditi vtrum nam tantum perpetrauerint flagitium. Maiora enim crimina credenda non sunt, mox vt audiuntur, sunt tamen e vestigio punienda cum veraciter agnoscantur. Vnde & iuxta Origenem, videtur deus in huius sceleris vindicta quasi oblitus miserationum suarum, præuenisse diem iudicij, qui in igne est reuelandus, Voluitque vltionem Sodomorum memoriæ perpetuam in memoria, ipsos autem peccatores noluit ardere vsque in præsentem diem, sed semel incensos, sub terra occultauit, cum terra illa hus vsque ignis vestigia ferret, & in superficie & in fructibus quæ ibi oriuntur. Sunt enim ibi poma quædam pulchra quidem aspectu, quæ tamen si comprimantur, cinerem exhalant.

Origenes.

1. Cor. 3.

C Prostrasum est autem filijs istorum, ne diu viuentes, sequerentur exempla parentum. Parentes autem tam pro se q̄ pro filijs rei sunt. Mors enim filiorum crimen est parentum, ideo futuri sunt accusatores eorum. Est etiam qualecunq beneficium, reum non esse, qui gloriosus non est. Prodest enim pauperem non esse, qui rex esse non potest. Sed idcirco omnes simul consumpti sunt, ne de eorum Origene aliquod remaneret vestigium. Isti igitur cum vitam iumentorum viuerent in qua iam diu computruerant (quam propheta pacem peccatorum vocat) edentes & bibentes & insanientes, nec tamen ad vxorem proximi sui, quod erat malum vtcunque tolerabile, nihil minus timebant, q̄ quod passi sunt, postquam iusticia de cælo prospexit. Igne enim consumpti sunt, qui igne flagrabant libidinis insanæ. Secundum hoc igitur erit aduentus filij hominis. Erit subitus, erit inquam consumatio mundi istius subita, quasi tamen qui iam ægrotauerit prius ægrotatione idonea & manifesta ante corruptionem suam futuram. Hoc enim ex eo præcipue demonstratur, quod dicit, similis erit aduentus eius diebus Loth, quando subito perierunt omnes illæ quinque ciuitates de super terram. Qui autem vult dicere q paulatim erit consummatio sæculi, dicet similiter fa-

Ioel. 1.

Psal. 72.

Hiere. 3.

D ctum & in diebus Noe, Quadraginta enim diebus & noctibus totidem pluuia descendente, consequens fuit primos perijsse, qui in depræssionibus terræ partibus habitabāt, post eos autem qui modice in altioribus, & sic nouissimos qui in altissimis montibus manebantur. Sicut inquit in consummatione mundi cum descenderit ignis, incipiet quidem ex sublimioribus locis, & paulatim ad inferiora descendet. Ad hęc Hieronymus, Quæritur, cum supra scriptum sit, surget gens contra Gentem, & erunt pestes & fames & terremotus, quomodo nunc ea futura memorantur quæ pacis indicia sunt, videlicet edere, bibere, ædificare, vxores ducere? Sed existimandum est iuxta apostolum, post omnia hæc mala quibus vastabitur genus humanum, q breuis subsecutura sit pax, quæ quieta omnia promittat, vt fides credentium comprobetur, vtrum transactis malis, sperent iudicem esse venturum. Hinc enim dicit apostolus, cum dixerint pax

Origenes.

Hierony.

1. Thes. 5.

E & securitas, repentinus eis imminet interitus, sicut dolor in vtero habentis, quæ scit se parituram, ignorat autem & diem & horam. Memores estote vxoris Loth. Gene. 19. Lucæ. 17. Quæ cum se vertisset, non habuit tempus conuertendi se, Intellige autem q futuri temporis nulla est nobis certitudo. Nemo enim mittens manum ad aratrum, & respiciens, aptus est regno Dei. Lucæ. 9. Dictum est vxori Loth ab angelo, ne respicias. Itaq cum respicere prohibeamur, multo id magis prohibemur, tollere videlicet tunicam, id est veterem hominem, quem semel exuimus sicut serpentes prudentes, Collos. 3. quia non solum valedicere sæculo iubemur, sed etiam memoriam Amalech delere debemus a mente nostra, Exod. 17. Vt vere dicamus cum Paulo, Gallat. 6. Mundo crucifixus sum. Id quia non obseruauit fœmina hæc, perdidit naturæ suæ manus. Retro enim Satanas iubetur ire, animalia autem illa oculata & pennata non reuertebantur cū ambularent. Iniuria enim dīn progredi decet, & non retrogredi. Ad hæc Origenes. Vxor Loth immemor præcepti, respiciens, impositam legem rupit, & efficitur statua salis, Quare filiæ eius tale præceptum non acceperunt? Putamus ne tantum sceleris in hoc esse commissum

Origenes.

Ezech. 1.

Hierony. August. Hiere. 45. Matth. 5. Matth. 24. Lucæ. 17. Lucæ. 21. Hierony.

vt quia post se aspexit mulier, interitum quem diuino beneficio effugere videbatur, incurreret, & quasi amitteret naturam quam nascẽdo acceperat. Nunquid huic aliquod simile aliquando audiuimus? Quod crimen est hoc, tam dura & tam repentina punitum vindicta, vt eodem momento simul & vita & corpore priuaretur? Quid enim tantum criminis habuit? Si solicita mulieris mens, retrorsum vnde nimio flã-marum crepitu terrebatur, aspexit? Sed quæ sola hoc præceptum accepit, videbatur respexisse quasi compatiens tormento eorum, quibuscum aliquam sinistram familiaritatem contraxerat, licet intuitu ipsius Loth educta fuerit iuxta corpus tantum, vt videtur. Itaque cum facta est statua salis, insipientiæ eius iudicium videtur expositum. Spiritus enim semper promptus est (is est Loth) Caro autem infirma. Sicut autem dicit Hieronymus, aliorum tormenta aliorum remedia sunt; Cumque punitur homicida, recipit quidem ipse quod fecit; sed alij deterrentur a scelere. Dicit autem Abulensis q statua illa quam vidit S. Hieronymus, permanet vsque hodie, hodie autem supponit pro anno domini 1436. Augustinus. Facta est igitur fœmina hæc statua salis, vt condiat te, ne corpore egressus de Aegypto sæculi huius, corde illucreuertaris. Mansit igitur in loco illo fœmina, iam non fœmina sed statua, sed ounquid ibidem manẽs, ociosa est? Absit. Condit enim omnes transeuntes stulticia sua, contra illud, si sal euanuerit, mittetur foras. Euanuit igitur sibi, nobis autem sal præstat, dicente domino: memento te vxoris Loth. Dico autem vobis, in illa nocte duo erunt in lecto, vnus assumetur, & alter relinquetur: Duæ erũt molentes in vnum in mola, vna assumetur, & altera relinquetur. Duo in agro, vnus assumetur & alter relinquetur. Lucas. Respondentes, dicunt illi. Vbi domine? Qui dixit illis. Vbicunque fuerit corpus, illuc & congregabuntur & aquilæ. Vigilate itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. Iuxta Hieronymum, duo in agro, in lecto & in mola iusti sunt & hypocritæ. Hi enim idem opus videntur agere, sed vnus pro laude humana, alter pro æterna retributione operator, vnde dicit, vnus assumitur, alter relinquitur, de præsenti, aphiete, Ke paralambanete. Nec est ociosa temporis Catachresis, indicat enim rem, mox ac certo futuram. Quandoquidem dominus voluit suos in hac esse opinione, vt diem illum extremum semper expectarent parati, ceu mox affuturum. Non q vellet eos errare, sed q vere mox venit, etiam quod post aliquot annorum milia venit, si quis æternitatem contempletur. Augustinus super Psal 99. Qui sunt duo in agro? Clerici sunt: Eorum vnus assumitur alter relinquitur. Duo ad molam, hoc ad populares refertur. Quare in pistrino? Quia deuinctæ in sæculo, circumitu rerum temporalium tanquam mola deriuentur, & ex his altera assumitur, quæ cum Martha quidem turbatur erga multa, sed ea multa obsequio impendit sui autoris. Altera relinquitur, quia duobus dominis volens seruire, nec terram ingreditur quæ fluit lacte; (Exo. 3) nec Aegyptum reuertitur, vbi comedebat saltem post laborem panem in saturitate. Qui sunt autem qui in lecto sunt? Qui vxore ducta, iam non sunt sui iuris. 1. Cor. 7. Horum multi in ipso actu coniugali deprahensi, assumentur, obuiam Christo in aera, multi item relinquentur annumerandi inter hædos. Vnde sequitur in textu, dicunt illi. Vbi domine? Idest ad quem locum assumetur vnus ex agro, vnus ex lecto, & vna ea mola? Qui dixit illis. Vbicunque fuerit corpus, aggregabuntur & aquilæ. Erit autem corpus, iudex viuorum & mortuorum. In aera, habens nubes pro throno, illuc igitur rapiemur obuiam illi, inquit Paulus. 1. Thes. 4. Hæc igitur cum ita se habeant, vos qui diei estis, & sobrij estis. 1. Thes. 5. vigilate, omni tempore orantes, vt digni inueniamini qui sitis de numero ouium Christi, digni reddamini, qui possitis effugere hæc omnia: sitis de numero stellarum quas deus numerat, & nomine vocat proprio Psalmo. 146. De numero eorum, quorum capillos deus in numerato habet. Lucæ. 21. Vigilate ergo, quia iuxta Prouerbium vestra res agitur, cum proximus ardet paries. Memento eorum qui in diluuio absorti sunt, obseruate eos, quos ignis vorauit in Pentapoli, obseruate vxoris Loth interitum, pro eo tantum q retro aspexit, vt digni habeamini (prædestinatio enim precibus adimpletur, ideo orare nos iubet) stare cum Mose supra Petram dominum Iesum Christum Exo. cap. 33.

August. Lucæ. 10. Matth. 6. 1. Thes. 4.

Explicitur liber nonus.

Liber decimus incipitur.

Caput primum. De eo q vigilandum est, & de ianitore cui præceptum est vt ianuam peruigil obseruet. Sequitur parabola de decem virginibus quarum quinque erant fatuæ, quinque vero prudentes. Hæc ponitur per totum vsque in finem capitis.

Marci. 13. Gregorius Lucæ. 21.

VIdete, vigilate & orate, nescitis enim quãdo tempus sit. Sicut enim homo qui peregre profectus reliquit domus suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori præcepit vt vigilet. Vigilate ergo, nescitis enim quando dominus domus venturus sit, sero an media nocte, an gallicinio an mane, ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate. Gregorius. Horam vltimam dominus idcirco voluit nobis esse incognitam, vt semper possit esse suspecta, vt dum illam prouidere non possumus ad illam semper præparemur. Cum igitur ex præcedentibus notum sit vobis me venturum

tuum,(nihil certius,verba enim mea non transibunt) venturum autem cum pedibus laneis iuxta vetus verbum,venturum inquam velut vnus aliquis fur nocturnus iuxta Paulum, & certissime ignoratis diē & horam aduentus mei,ipsis etiam angelis ignotam,qui semper vident faciem patris,imo mihi ignotam (ipse dixit,neque filius) vnico vobis remedio consulendum censeo, vt videlicet semper quendam agatis Argum,tuti sitis oculi, semper pauidi, & replicantes verbum illud, O me infœlicem qui captiuus abducor, quis me liberabit de carcere de corpore mortis huius?Rom.7.educ de custodia hac animā meam. Psal.141. Sicut inquit homo nescio quis (imo benescio) qui peregre profectus est, relinquens hominem sui iuris (Eccle.15.)iuxta illud,posuit hominem in paradiso,vt operaretur, vt sumeret de ligno vitæ, vel de ligno scientiæ boni & mali,& hoc est quod dicit, dedit seruis suis potestatem cuiusque operis. Ante hominem vita & mors. Cōstituit autem illi mercedem laboris,dicens,esto fidelis seruus ad dabo tibi coronam,non gramineam,qua coronabatur,qui primus ciuitatem ab obsidione liberaret? Nō iliceam,qua donabatur, qui ciuem seruaret in bello, Non auream, quam accipiebat qui primus murum hostium conscenderet vel castrum,vel naues eorum igne supposito incenderet: Non ouatem, qua dux vel imperator coronabatur, reuertens a bello incruento victor tamen. Non lauream,qua donabantur imperatores reuertentes a bello cruento cum victoria,integro tamen exercitu. Qui enim in stadio currunt,pro vna aliqua harum coronarum, pro corruptibilibus certant sertis: ego autem dabo tibi coronam vitæ. Apoc.2. Sed vide quid dicat sapiens. Nemini mandauit deus impie agere, nemini dedit spacium peccandi. Quomodo ergo dicitur in Ezechiele cap 20. Et vos domus Israel dicit dominus,singuli post idola vestra (quæ ambulare non possunt)ambulate, & seruite eis? Sed vide quod hoc dicens,magis oppositū præcipiebat. Sed volentes currere ipse incitat, & equis effrenibus calcaria adhibet,vt qui in sordibus erant,&c. Apoc.vltimo. August. Dimisi eos secundum desideria cordis sui,dedi eos sibi, tradidi eos in concupiscentias suas, vt sequerentur inclinationem fomitis ad malum,quæ pœna omnium grauissima est,iuxta illud,recessit zelus meus a te, non vltra irascar tibi. Imo dedisti metuentibus te signum,vt fugiant. Plutarch. Hac frigida vsus est pater tuus & mortuus est,valetudinariis ortus es parentibus,principiis te obstare oportet, alioqui & tu frustra morieris. Ita & deus cum homine facit. Nam vrsorum simearum Catuli confestim adhuc impuberes, a nemine præterquam a natura instituti,generis præ se ferunt mores,at non item homo. Non enim sceleratus quisque repente fit,ac manifestus latro,sed paulatim acquirit prauitatem. At deus vniuscuiusque affectus & nouit & scrutatur,quapropter non eo vsque pœnam differt,quoad violentia manibus,in temperantia pudendis perficiatur,licet dicat Marcus,peregre profectus est: Non enim omnibus dormit deus, licet scriptum sit,hæc fecisti & tacui.Psal 49. Medicinæ ergo gratia mœchos auaros flagitiosos quandoque corripit (ad deorum enim aures cuncta referantur,referente Mercurio deorum interpræte.) Vt maliciam tanquam morbum comitialem prius quam cuncta occupet radicitus tollat. Tu autem ante calumniabaris quod deus peregre profectus, tarde multos sceleratos punitet: Nunc vero quod nonnullorum habitum & affectum ante quam iniuriam perficiant occupat atque præuenit, accusas. Vtrumque autem verum est. Tu vero vide bonitatem & seueritatem Dei,bonitatem in omnis quibus dedit potestatem cuiusque operis, & lōge recessit,sinens illos agere impie, donec veniant in profundum malorum, operiens, si forte tandem dicant,surgam,& ibo ad patrem meum.Luc.15 Seueritatem autem in illis,qui non dimidiant dies suos, sicut Achitophel & Iudas, &c. Vnde illud. Reddit peccata patrum in filios vsque in tertiam & quartam generationem.Exo.20. Quemadmodum enim progenitorum lenticulæ verrucæ & neui & alia id genus multa quandoque in filiis haud apparent, attamen in nepotum & pronepotum corporibus inde erūpunt, imo in ab nepotibus(quod nos vidimus)quandoque & mulier quædam Græca cum enixa esset infantem, ob idque adulterii damnata, progenies Aethiopis quarta inuenta est,. o a plerumque mores animique passiones,quas priores celebant generationes,natura longo post tempore producit,ac per alios ostentat,domesticasque seu virtutes seu improbitates palam cunctis in lucem profert. Vigilate ergo,quia licet sterterent ibus cum lena,tempus tamen ambulat,& nescitis quando dominus veniat, vocatus atque non vocatus deus aderit. Abiit igitur homo ille,sed præcepit ianitori,ne metius sopore iaceret,sicut Holophernes siue Sisara. Si enim non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur. Apoc. 3. Plutarc. Quid est quod cum siue ex agro,siue peregre mariti redeant domum, aduentus sui nuntios præmittunt? An quod hoc eius esse censent qui se absente vxorem nihil improbe facere sibi persuadeat, de repente vero & inopinato subuenire, insidiatoris dominus autem neminem volens perire,nō ante vnum diem vel horam,sed iam ab annis.1500. Ecclesiam vxorem vel sponsam promonet, venturum se omnino,sed an sero an mane, ipsos etiam latere angelos. Vide.2.Reg.cap.4.Historiam de Isboseth,qui dormiens, occisus est a duobus latronibus, quia custodem domus suæ fœminam posuit dormitabundam. Gregorius. Ostiaria quæ triticū purgat tunc obdormit,cum mentis custodia quæ discernit inter bonum & malum,a discretionis sollicitudine cessat, sic ad interficiendum animam malignis spiritibus iter pandit. Bene ergo ianitori præceptum est vt vigilet, quia aduersarius noster semper calcaneo nostro insidiatur,& ad fores animæ nostræ semper peccatum pulsat,idque importune,& nonnunquam irrumpit,adeo vt & Paulus captiuus abducatur nescio quo, Rom 7. pulsanti igitur serpenti,responde,expoliaui me tunica mea,quomodo rursus induam veterem hominem,quem semel exui? Canti.5.Laui pedes meos,quibus ad malum currebam,quomodo rursus repetam vias,quas detrui difficiles? Alias similis esto hominibus expectantibus dominū suum,vt cum pulsauerit siue vesperi seu Gallicinio,confestim aperias dicens: Ecce ego,quia vocasti me. 1.Reg.3. Nomine autem harum quattuor horarum,vesperæ,conticinii,gallicinii & mane omnis ætas significatur in homine, postquam ad annos discretionis venit. Quod autem vesperi dico, De hoc vide lib.7.cap.1. & cap.8. Iste autem qui vocatur hic

XX v. ianitor,

1.Thes.5.
Matth.16.
Gene.2.
Eccle.15.
A
Corona.
1.Cor.9.
Psal.80.
August.
B
Ezech.16.
Psal.19.
Plutarch.
Prouerbiū
C
Rom.11.
Prouer.18.
Psal.54.
Historia.
D
Innæ.1.
Iudi.4.
Plutarch.
Gregorius
E
Gene.3.
Prouerb.1.

Ianitor, vocatur Matth. 24. Fidelis seruus & prudens. Is autem difficile inuenitur. Est enim facilius inuenire centum Iudas, quam Iosephum vnum, vel Paulum vnum. Vnde Philippus Alexandri pater vir optimus [Plinius.] Athenienses beatos dictitabat, vt qui singulis quibusque annis decem inuenirent, quos imperatores crearent, se namque vnum dumtaxat imperatorem per multos annos inuenisse parmenionem. Bene ergo dixit dominus, quis putas est fidelis seruus vel ianitor, quia rara auis est hæc, aliena fideliter dispensare, dominum suum præcinctis lumbis opperiri, accensa lucerna. [Luc. 12.] Adhæc Plutarchus. [Plutarch.] Sæpe te audire meministi, nec articularium morbum calceo quamuis precioso leuari, nec anulo reduuiam, nec capitis dolorem sedari diademate. Quis enim tandem pecuniarum vsus (quid si dicamus abusus?) Ad vitandam animi ægritudinem? Aut ad vitam placide ac secure transigendam? [Alexander.] Alexander cum audiret Anaxarchum, mundos esse infinitos disserentem: illachrymasse dicitur. Percontantibusque amicis, ecquid lachrymis dignum ei contigisset? An indignum inquit est nos flere, si cum infiniti mundi esse dicantur, Hauddum nos vnius domini facti sumus? [Prouerbiū] [R] Crates contra manticam sordidumque palliolum gestans, per lusum & risum vitam quasi dies festos adusque extremum egit. Atqui Agamemnoni graue erat, quod multis imperitaret. Cur ita? Quia fidelis seruus & prudens, vigil & sobrius, difficilis est inuentu. Quia iuxta Prouerbium, difficilia & rara quæ pulchra sunt, & pro vna Rachele centum facile reperies Lias. [Matth. 25. 32. q. 2. per totum.] **Tunc simile erit regnum cælorum. 10. virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum, prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiā ei.** Hieronymus. Parabola. 10. Virginum non totius generis humani sed sollicitorum & pigrorum exemplū est, quorum alteri semper domini præstolantur aduentum, alteri somno & inertiæ dediti, futurum iudiciū [G] non putant. Vnde in fine parabolæ dicitur, vigilate, &c. [1. Cor. 13.] Illud principio quærendum est cum virginitatis nomen honorabile sit etiam apud dæmones, quorum opera lupanaria extructa sunt & multa & ampla, quur & fatuis & prudentibus, receptis & exclusis commune est? Sed vide quod palea quæ igni comburenda est. Communem habet radicem cum frumento, imo peccator & iustus omnia habent communia, sacramenta, fidem, martyrium, bonorum largitionem in pauperes, vnum tantum est in quo differunt, id autē est oleum charitatis. Fides autem sine charitate, lampas quidē est, sed vacua ab oleo, mortua ab illo igne, qui iubetur ardere perpetuo in altari dominico. Leui. 6. Ita virginitas sine charitate, laude habet, sed apud homines tantum, sed huiusmodi virgines receperunt mercedem suam. Matth. 6. Chrysost. Non ignoramus in vulgo magnam de virginitate existimationem fieri, quippe res natura sublimis est (dicente domino, qui potest capere capiat Matth. 19.) Quod inde patet, quia neque apud veteres illos priscosque patres coli potuit, & post gratiam nulla legis necessitate iubetur, dicente Paulo, de virginibus præceptum domini non habeo, 1. Cor. 7. [H] Quod autem virginitas in precio sit & apud deum & apud homines, imo & apud dæmones, multis exemplis docetur. Principio quidem sicut dicit Hieronymus vita virginum angelica est, iuxta illud, in cælo non ducent vxores, sed erunt sicut angeli. Legimus apud Tranquillum de A. Cæsare quod solis vestalibus locum in theatro separatim & contra prætoris tribunal dederit. Vestales autem eligebantur iuxta A. Gellium non minores annorum sex, non maiores quam annorum decem, quæ patrimæ [Hierony.] & matrimæ essent: Tales inquam quæ non essent lingua debili, sensu ve aurium diminutæ, alia ve quauis corporis labe insignitæ. [Vestales.] Item non capiebatur illa cuius parentes alter ambo ve seruitutem seruierint, aut in negotiis sordidis diuersati sunt. Animaduertenda vero nobis est hæc gentium Paganorum tam anxia & curiosa superstitio potiusquam religio, vt nos pudeat vanitatis, qui siquid claudum mancum aut illepidum nobis natum est, id Deo obtrudere molimur. [Malach. 1.] Maledictus autem dolosus, qui habet in grege suo masculum, & offert domino debile. [I] Has autem vestales, 30. annos necesse est manere innuptas, deinceps nihil prohibet eas quoque velint nubere, quam rem tamen fecere paucissimæ, quibus etiam in opinabiles acciderunt vitæ fines, nec fuerunt multum fortunatæ, ita vt partim calamitates in infaustum omne cupientes, reliquæ virgines vsque ad mortem maneant apud deam vestam, id curante tenebrarum principe, qui patronus est virginitatis, prodiτος volui dicere. His autem honores multi & pulchri a ciuitate redduntur, propter quos nec filiorum eis neque nuptiarum est desiderium. Multa quidem cum alia inditia videntur [Herodotus] esse non sancte administrati sacerdotii sui, præcipue ignis extinctio (sicut in consequentibus dicitur de vestalibus fatuis, lampades nostræ extinguuntur) quam super gratia omnia Romani timent, interitum vrbis signum id assumentes, quacunque id accidat ex causa. Quocunque autem casu, vna earum deficiente, altera in deficientis locum a pontificibus substituitur. Ex quibus omnibus patet quanto fuerit in honore virginitas apud Gentes. Nam quod dæmones eam reuereantur (nec refert ficte an serio) exemplo nobis sit [K] Emilia & Tuscia Vesteles, quarum altera aquam cribro e Tiberi haustam in templū attulit, altera ignē extinctum veste sua rursus accendit. Subiiciamus & illud. Vrbiuia vestalis deprehensa, quod virginitate amissa, sacrificia pro populo perficiebat non pura ipsa, semouentes eam a sacerdotio, & virgie C[illegible] ... [Vrbicia.] uam defoderunt. Quo facto, morbus qui grassabatur in vrbe, mulieres prægnantes cruda mortuaque parientes, & cum fœtibus morientes, e toto cessauit, id rursus operantibus ministris Satanæ, in vltionem proditæ castitatis. O quot quibusque fallaciis imponebat olim Satanas Gentibus, qui sedebant in tenebris & vmbra mortis. Quod autem virginibus in honore esset etiam in veteri testamento vide Leui. 21. Num. 15. capite. &c. Et cum hæc ita se habeant. Quinque sunt virgines prudentes & quinque fatuæ. Et [Chrysost.] vnde fatuæ? Chrysost. Quia seruato magno virginitatis munere, mandatum paruum charitatis non custodierunt

ftodierũt, nõ ſumentes oleum ſecum. Mandatum minimum dixi charitatis, quia nõ de cellario ſed de corde iubemur hunc affectum amoris proximo exhibere, ſiquidem penu vacuum fuerit, alioqui magnũ mandatum legis charitas eſt. Perſæ vbi virgines affectæ ſunt nubiles, congregatas in vnũ locum ducunt, quas circunſtante virorum frequentia, præco ſigillatim vendit ſed primum pulcherrimam omnium carius emẽti, ſecundo ſecundam, (prima diſtracta) pulchriorem. Pulcherrimis venditis deformes licentur, & hi accipiunt, qui minimo contenti ſunt. Ita aurum ex ſpecioſis virginibus conficitur, & per idem aurum cuicũq; volenti deformes ac debiles collocantur. Sed ad rem. Simile eſt regnum cęlorum ecclesia videlicet militãs, decem virginibus: Et hę decem vna vocatur ab apoſtolo. 2. Cor. 10. Virginem caſtam exhibere Chriſto, cui vos deſpondi. Non enim omnis virgo caſta eſt, Sicut de quibuſdam viduis dicit Paulus, vidua i(n)delitijs, viuens mortua eſt. Dicitur autem gratia exempli, quinque & quinque, non autem quia ęqualis ſit numerus prudentum & fatuatum. Multi enim ſunt vocati vel vocantur virgines, pauci autem ſunt electi, aut iuxta Paulum, pauci ſunt ſancti corpore & ſpiritu, 1. Cor. 7. Appellantur ergo iſtę virgines fatuę, vt oſtendatur, ꝙ nihil amentius eſt, ꝙ̃ pecuniam in hac vita colligere, & nudos nos proficiſci, vbi maxime benignitate indigemus iſtæ quippe virgines erant ſed lampades vacuas portabant, caſtra ueta ot ſe propter regnum cęlorum, & nihilominus volebant duobus dominis ſeruire. Expoſito autem quæ ſint virgines fatuę, videlicet quę cuſtoditę a parentibus, mente tamen nupſerunt, ex oppoſito oſtenditur, quę ſint prudentes. Quid eſt autem, exierunt obuiam ſponſo? Hoc explicatur per illud, quamdiu viuimus, peregrinamur a domino. 2. Cor. 5. Et illud, non videbit me homo, quamdiu viuit. Ergo cum iuxta quod ſtatutum eſt ſemel mori (Hebr. 9.) ingredimur viam vniuerſę carnis, tunc occurrimus obuiam ſponſo. Intereſt autem, ꝙ virgines fatuę acceperunt quidem oleum, ſed in lampadibus tantum, non item in vaſis, prudẽtes vero vtrobique, prouidentes bona coram Deo, item coram hominibus. Nam vt exempli gratia dicamus: Lucretia perdidit pudicitiam, vitam & animam, vt famam acquireret. Quam tamen commutationem dabit homo pro anima ſua? Et hęc eſt tota fere virginum fatuarum & prudentum differentia: Quod illarum omnis gloria a foris eſt, iſtarum autem ab intus. Pſal. 44. Illę hominibus tantum placere quęrũt, quarum deus diſſipabit oſſa, Pſal. 52. Iſtę ſi adhuc inquiunt hominibus placere ſtuderemus, virgines Chriſti non eſſemus. Moram autẽ faciente ſponſo, dormitauerũt omnes & dormierũt. Caiet. ſignificatur autẽ per dormitare peccata fragilitatis humanę tanꝗ̃ quodammodo inuoluntaria. De omnibus enim dicitur, ꝙ dormitauerunt & dormierũt. Abulẽ. dormitauerũt, id eſt vita functi ſunt, & dormierũt, id eſt in morte permanſerunt. Impijs quidem ſicut & dęmonibus dominus ſemper ante tempus venire videtur. Ideoque ipſi ſemper replicant inuitatorium illud, venite coronemus nos roſis, quamdiu floret ver noſtrum. Sap. 2. Vocatur autem hoc loco mors dormitio, iuxta illud, Lazarus amicus noſter dormit. Ioan. 11. Et quia non cito contra impios pręfertur ſententia, qui opinantur ſponſum & iudicem nunquam affuturum, idcirco abſque timore dormitant, id eſt perpetrant mala. Dicuntur autem homines dormitare cum peccant, quia etiam iuſtus cadit ſepties in die, Prouerb. 24. Intereſt tamen, quia iuſtus cadens, reſurgit, impius cadens, quo profundius cadit, eo inuerecundius contemnit. Poteſt aliter dici, ꝙ videlicet ſicut dormitio ſignificat mortem, ita dormitare nihil aliud eſt ꝙ̃ a ſalute languescere, quia per pondus ęgritudinis venitur ad ſomnum mortis. Media autem nocte clamor facta eſt. Hieronymus. Dicamus aliquid quod forſitam lectori vtile eſt. Traditio Iudęorum eſt, Chriſtum media nocte venturum, in ſimilitudinem Aegyptij temporis, quando paſcha celebratum eſt, & exterminator venit, & dominus ſuper tabernacula tranſijt, & ſanguine agni poſtes noſtrarum frontium conſecrati ſunt. Nocte Pharao cum ſuis in medio maris obruitur. Exo. 14. Nocte angelus domini centum 85. milia occidit de exercitu Sennacherib. Media inquit nocte, id eſt ſcienter, nullo ſperante, vel tale aliquid opinante, Sicut fuit in diebus Noe & Loth, quia diem illum pater ſolus nouit. Hieronymus. Subito & quaſi in tempeſta nocte, & ſecuris omnibus, quando grauiſſimus ſopor eſt, per angelorum clamorem & tubas pręcedentium fortitudinum, Chriſti reſonabit aduentus. Quæ verba non ſtant cum poſitione S. Thomæ dicentis, ꝙ reſurrectio erit probabiliter in crepuſculo. 4. d. 43. Si autem clamor rite accipiatur pro aduentu Chriſti in morte cuiuſlibet, media nocte fit, id eſt tempore incerto, quia nihil incertius hora mortis, ſi homo videlicet naturaliter vita fungitur, quia ſicut alias diximus, Nemo tam fractis eſt viribus, qui non ſperet ſe vnum adhuc annum victurum. Doctor noſter ita dicit. In 4. diſtin. 43. q. 5. Non videtur accipiendum ad litteram illud. 1. Theſ. 5. Veniet dominus tanquam fur nocte. Quia & ſi poſſet dominus ſic manifeſtari ſingulis, tamen probabilius eſt ad cõfuſionem reproborum de quibus dicitur, videant & confundantur, ꝙ & videbunt ſe mutuo & a iuſtis, vt ſint in loco illuminato, & per conſequens non erunt ibi tenebræ. Dicam ego: Quomodo erunt tenebræ, fulgente ibi vexillo crucis, ſepties ſole ipſo luminoſiore, ita vt ſol nõ luceat in pręſentia crucis? Ea igitur hora qua ipſe iudicatus eſt a Pilato vel qua ſurrexit a mortuis fortaſſe venturus eſt. Hæc ille. Quacunq; igitur hora venerit, in claritate veniet & glorię, media tamen nocte veniet, quia nullo mortalium tale quid opinante. Sed dices. Quomodo inopinatus poterit eſſe eius aduentus, quem tot & tanta ſigna præcedent? Sed tanta erit illius ſæculi infidelitas, tam rara virtus, vt eo iam pręſente in ianuis, putetur nunꝗ̃ venturus. Nam quem dabis mihi inquit Chryſoſt. non dicam laicum ſed vel presbyterum aut monachum, qui ad perfectum contemnat ſęculi bona, credens conſummationem eſſe propinquam? Omnes deſeruiunt curis & honoribus ſæculi, ita vt impletum videatur illud: Erit ſicut populus, ſic & ſacerdos. Media igitur nocte clamor factus eſt. Grego. O ſi ſapere in cordis palato poſſet, quid admirationis habet quod dicitur; Ecce reſponſus venit, quid dulcedinis, intrauerũt cum eo ad nuptias: Quid amaritudinis, clauſa eſt ianua, Neſcio vos. Venit quippe ille qui ſuo aduentu elementa concutit & hic ſponſus vocatur, ſed caſtis virginibus,

Margin: A, B, C, D, E (section letters); Matth. 22. Perſæ. 1. Tim. 5. Matth. 20. Chryſoſt. Matth. 19. Matth. 6. Exo. 33. 3. Reg. 2. 2. Cor. 5. Matth. 16. Gal. 1. Matth. 8. Eccle. 9. Hierony. Exo. 12. Eſai. 37. Hierony. Thomas. Scotus. Eſai. 26. Matth. 24. Chryſoſt. Eſai. 24. Gregorius.

nibus, non adulteris & lasciuis, qualis diua. Alibi vero iudex vocatur iustus, quando separabit oues ab [Gene. 34.] hædis. Require supra Lucæ. 12. De illo qui inter verba illa, induciæ fili, in ipsis suis vocibus de habitaculo sui corporis auulsus est. Vnde sequitur. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Futuæ autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguntur. Responderunt prudentes, dicentes, Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Sed si iuxta apostolum cum dixerint (id autem falso opinantes) pax & securitas, repentinus eis imminet interitus, quo- [Chrysost.] modo omnes virgines hic surrexisse feruntur? Sed sicut dicit Chrysostomus, quemadmodum securitas etiā diligentes negligentes facit, sic & timor præsentis periculi negligentes etiam excitat, nisi sint aliqui sonæ, [1. Cor. 11.] qui etiam inter procellas stertunt: Et tamen ipsi etiam excitandi sunt a tuba illa cælesti: omnes enim sur- [Hiere. 2.] rexerunt, sed illa sollicitudo nihil proderit, quam non amor sed timor generat. Verum si semper nos diiu- [F] [Chrysost.] dicaremus, quemadmodum ante tribunal Christi iudicandi sumus, nunquam peccaremus in fratrem no- [Cant. 5.] strum, & in deum nostrum. Sicut autem virgo de formis frustra se componit, oculos depingens stibio, ad quærendam dilectionem, ita tunc & peccatores frustra mendicabunt oleum. Qui enim securitatis tempore studuerit arma sua polita & munda seruare, & ad manum habere, iuxta illud, vniuscuiusque ensis supra femur suum propter timorem nocturnæ illius vocis, ecce sponsus venit, securus occurret. Impio autem [Luc. 23.] non proderit festinare vt lampadem ornet, quoniam multorum annorum desidia non potest vna hora emendari, nisi tu es alter latro. Sed quæ a iure communi exorbitant, non sunt ad consequentiam trahenda. Surrexerunt igitur omnes & ornauerunt lampadis suas, infundendo oleum, cuius aliqua pars inter dor- [Matth. 20.] miendum consumpta fuerat ab igne. Dormimus enim quando a bono opere feriamur, iuxta illud, statis tota die dormitabundi & ociosi. Item apparuerunt lychnum lampadis, præcidentes emunctorio id quod ab igne ingrossatum fuerant, aut in carbonem versum, vt sic reparatæ & ornatæ lampades, clarius luce- [G] [Hilarius.] rent. Potest autem nomine lampadis corpus intelligi quod semel depositum animæ reassumunt iuxta Hilarium. Possunt & nomine lampadū conscientiæ significari, quæ non melius ornantur quàm infuso oleo, de quo dicitur, omni tempore vestimenta tua sint candida: Ecce oleum in lampadibus, quod pertinet ad [Eccle. 9.] famam, & oleum de capite tuo non deficiat, quod refertur ad conscientiam, idest ad oleum quod fertur in vasis. Hoc oleo vulnerum mitigatur tumor, Luc. 10. Esai. 1. Languentium membra fouentur, in tenebris lumen accenditur, vnguntur certaturi, de quo propheta: Ego sicut oliua fructificaui in domo domini, [Luc. 16.] (Psal. 51.) remittens debitoribus, ex cadis centum, quinquaginta cados, ideo misericordiam expecto adeo [Prouerbiū] meo, vt remittantur mihi 10. milia talenta. Matth. 18. Tu igitur quamdiu viuis, incende ignem, ne dicas sero, lampades nostræ extinguntur. Virgines enim hæ fatuæ lampades quidem acceperunt, & has accensas, infuso oleo, non tamen acceperunt aliud oleum in vasis, simul cum lampadibus. Quia ergo acceperunt lampades, dicuntur surrexisse cum virginibus prudentibus, & ornasse lāpades, timore enim extremi iudicij multa faciūt peccatoris de genere bonorū, vel certe vanæ gloriæ intuitu, de quo dictū est Matth. 6. [H] noli tuba canere. Quia autem non acceperunt oleum aliud in vasis, sequitur, fatuæ sapientibus dixerunt, [Matth. 25.] date nobis de oleo vestro. In præmissa parabola ita fuit, quod virgines stultæ mendicauerunt oleum, in iudi- [Luc. 16.] cio secus erit, quia reprobi nihil postulabunt ab electis, & scient, quod etiam si id mendicent (sicut epulo a Lazaro) non posse eis communicari, namque ante quàm sistantur iudicis tribunali, scient certo damnationem suam. Ponitur igitur ad eleuandam ignorantiam nostram, vt sciamus illo die iræ & iusti iudicij & reuela- [Rom. 2.] tionis, nec Noe, nec Iob, nec Danielem liberare posse filios suos. Et si hunc locū exponas de morte cuiusli- [Ezech. 14.] bet, etiam viuentes non possunt vita functuris concedere merita sua, vt prosint illis ad vitam æternam, [Abulen.] quia illa non sunt communicabilia. Primum quia homo dum viuit, non habet secura merita sua, quia po- [2. Cor. 1.] test illa perdere. Ezech. 18. Secūdo quia nemo potest dare nisi ex superabundātibus meritis, at nō sunt cōdigne passiones huius temporis, &c. Rom. 8. Tertio nemo potest dare nisi quod suum est, merita autem nostra potius sunt Dei, quia fiunt ex charitate quæ est donum Dei. Sed audi Senecam. Memento quod bo- [I] na mens non commodatur, non emitur, & reor, si venalis esset, non haberet emptorem. At mala cotidie emitur. Istæ non legerant, gloria nostra hæc est, non quid cæteri de nobis mentiantur, sed testimonium cōscientiæ nostræ. Et opus suum probet vnusquisque, & tunc in semetipso tantum habebit gloriam & non in altero. Gala. 6. Gregorius. Si enim laudibus lætamur, & iniurijs frangimur: gloriam nostram non in [Ezech. 14.] nobis sed in aliorum ore posuimus, vacuas lampades ferimus, & ab alijs oleum mēdicamus. Sed nec Noe [2. Cor. 6.] nec Iob nec Daniel nec Abraam aut Moses liberabunt filios suos: sed ipsi iusticia sua liberabuntur. Per [Chrysost.] infamiam & bonam famam currit apostolus, vt seductor & verax. Quia enim sunt multi qui vitam bonorum amplius quàm debent laudant: ne qua elatio inde subripiat; permittit deus malos in obtrectationem bonorum prorumpere: vt si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur: ab ore vituperantium suffo- [Luc. 16.] cetur. Lampades nostræ inquit extinguntur: quia non conciliauerant sibi amicos de mamona iniqua; nō [K] inuenerunt qui facerent misericordiam cum ipsis. Dicitur autem in laudem mulieris fortis. Non extinguetur in nocte lucerna eius. Prouerb. 31. Bene in nocte (amicta est enim sole) quia interdiu multorum videntur lucere: cum res floret & in pace sunt omnia. Luc. 11. In tempore enim credunt: & inundante tentatio- [Luc. 8.] ne recedunt. Mendicat & epulo ille stillam olei ex digito Lazari, nec tamen accepit: quia nullum sibi dū [Luc. 16.] viueret amicum fecerat: sed ventrem instituerat heredem. Responderunt itaque prudentes dicentes. Ne [August.] forte: &c. Augustinus. Non desperanter sed humiliter dictum est: ne forte non sufficiat nobis & vobis. Quis enim sic præsumat de conscientia sua: vt certus sit: eam sibi in iudicio Dei posse sufficere: (dicente Paulo: Ne forte reprobus efficiar, non in hoc iustificatus sum; nihil licet mihi conscius sim) nisi misericors

misericors

misericorditer iudicet? Est autem sermo in absolutus, nisi sub audias, timemus, aut periculum est, aut non faciemus. Intelligitur enim id quod non explicatur, prudentes virgines negasse fatuis oleum. Chrysosto. Ita enim futurum est terribile iudicium illud, vt nulla innocentia sibi confidat, etiam si sit sanctus Iob cuius verba sunt: Neque enim reprehendit me cor meum in vita mea, quando stellæ non sunt mundæ in conspectu eius. Si enim stellæ non sunt mundę ante eum, sed ea quæ natura impeccabilia sunt, quantum ad iustitiam Dei inueniuntur immunda, quomodo ante eum homo appareat iustus, cuius & sine voluntate peccandi natura ipsa (vt ita dicam) peccatum est? Dicente Paulo: Ego autem carnalis sum, & scio quod non habitat in carne mea bonum. Hoc dicimus volentes explicare id quod dictum est, ne forte, &c. Cæterum Pharisæus ille fama notissimus non erat sicut cæteræ virgines prudentes, Lucæ. 18. Beatus autem homo qui spem habet in semetipso, & in vita sua (gratia Dei tamen sumus quicquid) maledictus homo qui A confidit in homine, in illo enim dixit vnusquisque onus suum baiulabit. Galla. 6. Quamdiu igitur super est nobis vel stilla olei in lechyto, vnde impleamus vasa vacua pascamus pauperem Heliam, suscitemus donum quod accepimus adeo (1. Tim. 4.) aut iuxta Græcum resuscitemus, idest, enim, anazopyrein, ne semel extinctus, pereat omnis spes nostra (id quod diximus de Vestalibus) & necessitate vrgente: Mendicare cogamur, sed frustra. Ita dicit Prouerbium, viuit, incende ignem. Dicitur autem, vbi in negotij periculosi puncto festinandum admonemus, vt cum scintillula reperta, festinatur ne pereat & illa: qua penitus extincta, nulla reliqua spes est excitandi lucernam. Ite inquit, sicubi inueneritis. Chrysost. & Hilarius vendentes exponunt pauperes Christi: sed in hoc sensu potest applicari ad diem iudicij. Origenes. Quid mihi conducit martyr pater, si non bene vixero, & ornauero generis mei nobilitatem? Ite igitur ad vendentes. Videtur autem ironica loquutio, nam pulsante ad ianuam iudice, quis locus erat olei emendi? Itaque virgines prudentes non propter auaritiam sed propter timorem sic responderunt, alioqui scriptum est B Lucæ. 6. Omni petenti te, tribue. Et potest dici iuxta Hieronymum & Chrysosto. quod negantes oleum, consilium saltem tribuerunt, illud videlicet ne vllo pacto occurrent sponso, extincta lampade. Vnde illud. Qua propter o rex consilium meum tibi placeat, quandiu non sonat vox illa: exite obuiam sponso, in parabola sic fuit quod stultæ petierunt oleum a virginibus prudentes in die iudicij nihil calefies. Sequitur. Abeuntibus autem illis ad emendum, venit sponsus, & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Deinde veniunt & reliquæ virgines (sed intempestiue) dicentes Domine domine aperi nobis. At ille respondens ait. Amen dico vobis, nescio vos. Quo abierunt virgines istæ nomine rerus? Post mortem enim non est locus pœnitendi, nec operandi, ligatis semel manibus, ablata villicatione, & sepultis impijs in tormentis. Lucæ. 16. Quo ergo abierunt itaque sensus est? Ne sero sapiamus iuxta Prouerbium, & præoccupati a die mortis, inducias pe C tentes, non obtineamus. Quia non raro percutitur hac animaduersione peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum vixit, de oleo sibi pro futuro sæculo non prouidit. Non quod negemus pœnitentiam etiam vel sero pœnitenti. Sed vnum tantum Ionam legimus & ventre ceti redditum vitæ, vt prædicaret alijs pœnitentiam. Habet enim cetus iste foramen quoddam in maxilla, de quo dicitur, contendite intrare per angustam portam sicut serpentes prudentes, Matth. 10. Aut sicut prudentes virgines: De quibus dicitur, quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo, &c. Legimus in Historia competentis autoritatis, capta Ptolomaide a Saracenis, virgines Deo sacræ ex instituto sanctę Claræ quę ibidem morabantur mutuis vulneribus vultus fœdasse, vt ab hostibus darentur pessum: Quare ad vnam omnes interfectę sunt, & intrauerunt cum sponso ad nuptias. De hoc ita habes Deut. cap. 21. Si egressus fueris ad pugnam, & tradiderit deus inimicos in manus tuas, captiuosque duxeris & in numero captiuorum videris mulierem pulchram, & adamaueris eam, volueris que habere vxorem, introduces eam in domum tuam. Quę radet Cęsariem & circuncidet vngues, & deponet vestē in qua capta est, sedensque in domo tua, flebit parentes vno mense, & postea D intrabis ad eam & dormies cum ea, & fiet vxor tua. Pręparatio igitur de qua dicitur, & quę paratę erāt, in his quinque consistit. Primum oblita populum suum & domum patris sui, inseratur ecclesię aut religioni. Secundo radat Cęsariem. 3. Circūcidet vngues, quarto deponet vestem, quinto flebit parētes. Iuxta Abulensem hęc omnia nihil aliud significabant quam omnimodam & perfectam mutationem a Gentilitate ad Iudaismum, & iuxta tropologiam, perfectam mortificationem ab amore sęculi huius, de qua Paulus, mihi mundus crucifixus est. Galla 6. Dedi pessum hunc mundum, quasi sit homo quidam pendens in ligno, qui maledictus est iuxta legem. Iubetur igitur capillos deponere (ornamentum principuum fœminarum) vt superfluis abdicatis (quos enim abutuntur cornicule istę ad ornatum & vanitatem & non ad necessitatem?) Habens alimenta & quibus tegatur, his contenta sit. Vngues circūcidit, ve sua largiatur, quę rapiebat aliena. Vngues circūcidat item, ne iniuriam retalietur, sed percutienti maxillam, alteram præbet. Vestium mutatio, depositionem significat veteris hominis, Collo. 3. Ne ingressu ecclesiam, secum ferat Ae E gyptios mores, sicut scriptum est, quando nata es, non est pręcisus vmbilicus tuus, de quo loco alias diximus. Quod autem iubetur parentes flere, intelligimus per hoc, quod nemo carnem suam odio habuit, tamen inquit dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Matth. 8. Deinceps inquit, intrabit ad eam, & fiet eius vxor, & hoc est quod hic dicitur, intrauerunt ad eam quę paratę erant. Ergo ipse intrat ad nos in pręsenti per gratiam, & capilli eius pleni guttis noctium, (Canti. 5.) & nos intramus ad eum in gloria. Dicit autē Ioannes, quod virgines sequuntur agnum quocunque ierit. Augustinus. Dignum est quęrere, quo Christum sequuntur virgines, quo eum sequi nequeant non virgines, atque illas nescio quo vbique manens secum ducat, nec tamen eas quę non sunt virgines deserat. Sed cum hęc sint. De his quę in cor hominis nō ascēderunt, quod Paulus tacuit, id ex me scire nemo quęrat, quod me nescire scio. Hoc scimus quod quę paratę erant.

1. Cor. 9. — 1. Cor. 4. — Chrysost. — Cap. 27. — Iob. 25. — Rom. 7. — Hiere. 17. — Prouerbiū — Origenes. — Hierony. — Matth. 22. — Prouerbiū — Ione. 3. — Luce. 13. — Historia. — Figura. — Deut. 21. — 1. Tim. 6. — Ezech. 16. — Ephes. 2. — August. — Apoc. 14. — 1. Cor. 2.

erãnt, intrauerunt cum eo, & clausa est ianua. Non enim post diem supremum patet locus aut meritorum
Lamach⁹.
aut præmium. Lamachus quendam turmę ducem in errorem lapsum obiurgabat, qui cum dixisset se posteà
Nunquam facturum. At qui non est inquit in bello bis peccare. Clausa est inquit ianua, quotquot foris
Iosue. 6.
inuenti fuerint, absorbebuntur a fluctibus, peribunt cum ciuibus Hiericho, qui reperti fuerint extra domũ
Raab, quę habet coccum pro signo. Ianua igitur cum a morte Christi omnibus credentibus pateat, hanc
contra ie d udit, qui lampade vacua sponso occurrit. Posterius igitur veniunt reliquæ virgines, dicentes
Lucę. 16.
domine domine, aperi nobis. Ita dicebat epulo, pater Abraam miserere mei. Sed quid audiuit? Magna vo
Hiere. 7.
rago firmata est inter nos & vos. Si enim de peccatoribus qui adhuc viuebant, & poterant pœnitere: Di-
Matth. 22.
citur ad Hieremiam, tu noli orare pro populo isto, quia non exaudiam te, omnino enim tradendi sunt ca
ptiuitati Babylonicæ, quanto magis peccatores qui semel ligatis manibus & pedibus proiecti sunt in te-
Iaco. 2.
nebras exteriores non exaudientur? Etiam si milies clament, domine domine aperi nobis. Quid enim pro- F
dest voce inuocare, quem operibus neges? Nam & dæmones credunt, & tremũt. Non omnis qui dicit mi-
Matth. 7.
hi, domine domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse
Exo. 33.
intrabit in regnum cælorum. Domine aperi nobis. Oleum ferebant fatuę, & tamen non sunt admissæ. Et
Matth. 25.
in hoc admodum refert inter parabolam & eius applicationem. Quia in parabola licet virgines fatuę af-
ferrent oleum, non sunt ingressæ ad præsentiam sponsi, quia sero reuertuntur, in applicatione secus est,
quicunque enim habet charitatem, dignus est vita æterna. Et tamen tempus aliquod est, in quo charitas ha-
Lucę. 16.
beri non potest etiam centies quęsita, post mortem videlicet. Reuersio igitur virginũ fatuarũ, est quantũ
ad parabolam, quia vere reuersæ sunt empto oleo, sed quantum ad applicationem non innuitur quod reuer-
sę sint cum charitate, sed quod etiam si mortui vellent tunc habere charitatem qua cum possent occurrere spõ
Deut. 32.
so, non possent, receperunt enim bona in vita sua, pœnitent, sed inutiliter. Sap. 5. Vnde sequitur, Amen di-
co vobis: Nescio vos, hoc est indigni estis scientia mea. Marcion hereticus aliquando obuius Polycarpo G
episcopo sancto, cum diceret, agnoscis me? Agnosco inquit primogenitum diaboli. Ergo Christus agno-
scit reprobos quod sint de numero hædorum, &c. Quo contra dicitur. Ad Mosen, inuenisti gratiam coram
me, & te ipsum noui ex nomine. De peccatoribus autem scriptum est, dixi, vbi sunt? Delebo de terra
memoriam eorum.

Caput. iij. De iudice vniuersorum, qui statuet oues a dextris, hędos a sinistris, & discussa opera singulorum, idest ouium & hędorum: pronuntiat iudex sententiam: ad oues dicens, venite benedicti, ad hędos, ite maledicti in ignem, &c.

VIgilate ergo: quia nescitis diẽ neque horã. Conclusio est illata ex precedẽ- H
tibus, vt cum vigilare apostolos ob ignorationem diei illius patri soli noti, moneat
quem si scirent iuxta mysterium illi de tempore Noe, ingrederentur arcam, & illi
de pentapoli pœniterẽ) per id nesciri ab eo virgines noscerentur, quod sopitę & negli-
gentes, indignę aditu thalami sui, oleo indigendo mansissent. Alias quomodo ne-
Plutarch.
sciebat eas, quę & adeunt & rogant vt aperiatur eis? Audiunt tamen nescio vos.
Quia tanto maior tunc exercetur seueritas, quanto nunc maior misericordia proro-
Matth. 24.
gatur. Etenim iuxta Plutarch. Ipsum tempus ad res gerendas, quemadmodum &
medicamẽta, maximum vitę mortisque momentũ affert. Vigilate itaque, &c. Est enim
secretũ secretorũ, quod solus pater nouit, ne forte sit in foribus quẽ abesse peregre putamus. Sicut homo
peregre proficiscens: vocatis seruis suis: tradidit illis bona sua. Et vni quidem de-
dit quinque talenta: alij vero vnum. De hoc dictum est lib. 8. cap. 11. Est enim eadem parabola cum I
illa de decem minis. Dicemus tamen aliqua. Qui quinque talenta acceperat: Lucratus est totidem. Acce-
Psal. 103.
ptis enim terrenis vel corporeis sensibus, cęlestium sibi noticiam acquisiuit: ex creaturis agnoscens creato-
Chrysost.
rem, iuxta illud Quam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti. Ad hęc Chrysost.
Non credo quod salutis compos possit fieri is, qui nihil alterius vtilitate laborauerit. Nec enim hunc de euan-
gelio pręsenti timidum seruum quicquam iuuit, quod talentum creditum bona fide intactum seruauit, cum id du
Matth. 18.
plicatum debuisset offerre. Et tamen multi qui videntur serui fideles, si vocentur ad calculos, adeo talen-
tum non reddent domino integrum, vt debitores inueniantur decem milium talentorum. Dicitur autem
de vna nescio qua muliere forti, quod panem ociosa non comedit, & digiti eius apprehenderunt fusum. Hie-
Hierony.
nymus In colo lana inuoluta est, quæ a leua in dexteram nentibus fœminis transit. Leua pręsentem vitã
significat, ęternam dextera. Leua pręsentia Dei dona significat, videlicet diuitias, pacem temporum, so- K
Matth. 22.
spitatem corporum, & cęlestium perceptionem sacramentorum. Hęc & huiusmodi bona cum perceperi-
mus, quasi lanam in leua gestamus. At cum acceptis his talentis, negociamur, nuptialem inde nobis vestẽ
contexi mus. Verum obserua illud quod sequitur de muliere forti: Non timebit domui suę a frigore niuis,
quoniam oẽs domestici sui vestiti sunt duplicibus, hoc est dictu, sic quęre quę tua sunt, vt nõ obliuiscaris
Eccle. 31.
quę sunt Iesu Christi, iuxta illud, intellige quę sunt proximi tui ex te ipso. Hoc est lex & prophetę. Matth. 7.
Et obserua diligenter quomodo Noe & tres filij vxor eius & vxores filiorum anno integro fuerunt in ar-
ca, nec tamen interim panem suum ociosi manducabant. Quid ergo? Ambulabant inter aspides & tigres
velut tres pueri inter flammas, ministrabant eis cibum in tempore suo. Quid est in tempore suo? Ipsi enim
anno integro solem non viderunt nec lunam. Igitur cum Noe esuriebat, eodẽ tempore escas ministrabant

volatilibus

volatilibus & animalibus. Deinceps ipse cum filijs & filiorum vxoribus cotidie vertebant animantium stationes, ne putrescerent in stercore suo, quia vere de bobus cura est Deo, &c. Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes Gentes, & separabit eos alteros ab alteris, sicut pastor segregat oues ab hædis. Et statuet quidem oues a dextris, hedos autem a sinistris. Rogatus sapiens quidam quando cœpisset philosophari, quando me ipsum inquit nosse cœpi, hoc est quando cœpi diem mortis meditari. Etenim iuxta Hieronymum facile contemnit omnia, qui se cogitat moriturum. Qui enim hoc cogitat, cogitat se ad calculos vocandum, cum diem ignorer, œconomiam auferēdam, iudicem inexorabilem, remunerationem æternam vel cum angelis vel cum diabolo & ministris suis, & illam duram separationem a suis charissimis, quando vnus assumetur, & alter relinquetur, iuxta illud, super quem videritis signū crucis ne occidatis: Cæterorum nulli parcatis. Ezech. 9. Vnde Hieronymus. Siue comedam, siue dormiam, siue aliquid aliud faciam, semper resonat in auribus meis vox illa, redde rationem œconomiæ tuæ. Quod si iuxta apostolum Petrum iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi apparebit? 1. Pe. 4. Nempe dicent montibus, cadite super nos. Verum omnino sistendi sumus ante tribunal Christi: quia cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ velut iudex, qui hic fuerit iudicandus ante Anam, Caypham, Herodem & Pilatum, & circumsteterint eum omnes angeli sui, congregabuntur ante eum omnes gentes ministerio angelorum a quattuor plagis terræ, sicut dictum est in præcedentibus 27. q. 1. nec aliqua. item, 5. q. 3. aliorum. Age si Cleopatra regina seipsam occidit, vel hausto veneno vel morsu aspidis, ne duceretur in triumpho deuicta a C. Augusto, si Caro Vticensis viscera sua discerpsit primum gladio, & manibus secundo ne videret Cæsarem victorem, victo Pompeio. Quomodo non multo magis impij desiderabunt mortem, imo non esse, ne videre cogantur, eum quem toties contempserunt, quem infixum cruci, riserunt? Denique si Dauid ex visione angeli tenentis gladium euaginatum, ad mortem ferme exanimatus est, ita vt deinceps coopertus vestibus non caleheret, 3. Reg. 1. Quid pessimos putas in proteruum videntes, non iam agnum dicentem, pater ignosce illis (Luc. 23.) Sed Leonem de cuius ore procedit gladius ex vtraque parte acutus, quo & corpus & animam perdet in gehennam? Sed interim iuxta Paulum reuelatur ira Dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiam hominum. Vide enim quemodo ex somnio Pharaonis intelligimus deum sæpe futura mala prædicere, vt resipiscentibus leuiora faciat, sicut scriptum est, dedisti metuentibus te significationem, vt fugiāt a facie arcus. Psal. 59. Reuelatur igitur ira Dei, quia & si meliores sunt quos corrigit Amor, multo plures sunt, qui timore attrahuntur ad virtutem. Sic reuelata fuit ira Dei, si Noe ante annos centū. 20. Sic ipsis Niniuitis ante dies. 40. quod certe non faceret deus, si perdere voluisset. Cæterum iram suam super Sodomitas nulli reuelauit, quia iuxta Hieronymum sicut ira Dei habet mensuras suas, quantum & quanto tempore & ob quas causas & quibus irascatur, ita & clementia eius habet limites suos, quos Sodomitæ iam excesserant, & ideo misericordia locum non habebat, quo ad mortem hanc communem, sed eradendi erant omnino de super terram. Gregorius super illud, ante quam comedam suspiro. Vt hinc quisque intelligebat, quę peccantes post modum supplicia maneant, si etiam viros optimos tam valida hic flagella castigant. Ex iustorum igitur flagellis colligere licet, quomodo feriat quos plaga inimici percussurus est; si sic conterit, quos in filios adoptauit. Debet igitur vnusquisque causas suas apud iudicem & iudicis contra se sollicite discutere. Debet caute pensare, quę a Deo talenta accepta male expenderit, quod lucrum reportauerit, quibusque malis praue viuens bonis illius responderit. Si enim nos metipsos iudicaremus in hoc mundo, anteuerteremus iudicium Dei. Sed quia sunt multi qui iuxta apostolum semetipsos velut desperantes omni immunditiæ deuorauerunt: (Ephe. 4.) ideo ante tuba Dei, quam nullus non audiet, sedebit filius hominis in sede maiestatis suę, & congregatis ante eum omnibus Gentibus segregabit eos ab inuicem sicut pastor, &c. Erit enim in manu eius ventilabrum, de quo Luc. 3. Habet & attramentarium illud, de quo Ezec. cap. 9. Quo oues suę consignantur, & manifesto signo discernantur ab hędis, qui signo T. characterizati sunt, tanquam pecora destinata ad victimam. Hiere. 12. Inuentus est homo obscure quidem sortis Francię, qui Chrysoplysim instituit, id est lauandi auri officinam, rem omnino quęstuosam, sed paucis cognitam. Huius est id artificium, vt vi aquę medicatę quam Chrisulcam appellant, quantulamcunque auri partem argento aut cuiuis metallo illitam aut confusam nullo dispendio adimat, ita vt in auratura nihil iam depereat mundo, nisi quod vsu interierit. Res omnino stupenda, auri argentique quotamcunque portionem ex re eximere, etiam (quod magis mireris) manente vasculi forma, quassa interdū & inani, veluti quędam idęa a materia abstracta. Scriptum est autem, sedebit conflans eos velut aurum, & cętera. Prudens lector intellige id quod dixit Paulus, scimus quod solum Dei iudicium est secundum veritatem, & memento statuę illius metallorum quatuor, quę figuram tenet ecclesię. Quod autem dixit, statuet oues a dextris, per dexteram hanc intellige locum quem sortietur iusti, rapti obuiam Christo in aera. 1. Thes. 4. Hędi autem Damarū filij relinquentur in terra tanquam ciues mundi huius, quę significatur nomine sinistrę. Nec vocantur peccatores caprę, quę possunt habere fœtus, sed hędi, lasciuum animal, & quod semper pro peccato offertur, semper feruens ad coitum. Et tamen isti qui nunc lasciuiūt hędorū more, sicut oues in inferno ponentur, vbi detracto vellere diuitiarum, curę prę[illegible] de[illegible], semper æternis nudi deputabuntur incendijs. Sed si iuxta Thomam in. 4. distin. 47. Probabilius est, quod iudiciū fiet mentaliter, & sententia, & cętera quę hic referuntur a Matthęo, non video quomodo dicatur iudicium, vbi sententia non profertur, non examinantur merita. Huic autem positioni obuiat Chrysost. Dicens: Non ad solum Dauid dictum est: Quę fecisti in secreto, ego faciam in manifestum. 2. Reg. 12. Omnes nos manifestari

oportet

Matth. 24.
Hierony.
Luce. 16.
Luce. 21.
2. Cor. 5.
Matth. 24.
Cleopatra
Cato.
2. Reg. 24.
Matth. 10.
Gene. 41.
Gene. 6.
Iona. 3.
Hierony.
Iob. 3.
Gregorius
Hiere. 30.
1. Cor. 11.
Historia.
Malach. 3.
Rom. 2.
Daniel. 2.
Psal. 48.
S. Tho.
Chrysost.

oportet, & omnium libri aperiendi, vt iustitia iudicis manifesta fiat. Ita tenet Abulensis. Matth.25.q.12.
Abulens.
quod iudicium fiet vocaliter. Nisi dicas quod deus potest vnicuique manifestam facere conscientiam alterius idque breui mora, quod nos non negamus deum facere posse, vt quilibet ex iudicandis videat conscientias iudicandorum. De hoc alij viderint. Nos prosequamur textum euangelij. Sedebit igitur iudex, & statuet oues a dextris. Vocantur autem iusti oues, & propter mansuetudinem, & quia multus est ouium fructus, & a lana & a lacte & a foetibus qui pariuntur. Separabuntur igitur oues ab hædis: Quandoquidem hic omnia sunt permixta, pisces mali cum bonis, Matth.13. Palea cum frumento, quia nescimus quis odio quis amore dignus sit. Eccle.9. Sed videmus stultos positos in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum,
Eccle. 10.
Hebr. 11.
Luc.18.
seruorum examina in equis, & principes ambulantes super terram quasi seruos, Tyrannos in purpura iustos in vinculis, de quibus Paulus, egentes: angustiati afflicti, quibus dignus non erat mundus. Vnde sequitur ex ecclesiaste. Omnia in futuro seruantur incerta (dicentibus multis, nō sum sicut cæteri) eo quod vniuersa æque eueniant iusto & impio. Vnde & corda filiorum hominum implentur malicia & contemptu in vita sua, donec veniat pastor qui segreget oues ab hedis, qui solus nouit corda filiorum hominum vtrum nam signata sint charactere. T. an signo mortis. T. videlicet. Tunc dicet rex ijs qui a dextris
42. dist. hospitale. 52.
q. 7. q cap. afferebat.
eius erunt. Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esuriui enim & dedistis mihi manducare. sitiui, & dedistis mihi bibere. Hospes eram, & collegistis me, nudus & cooperuistis me, infirmus, & visitastis me, in carcere eram, & venistis ad me. Principio obseruandum, quod qui benedicti dicuntur, a patre dicuntur benedicti: Omne enim datum optimum desursum est. Iacobi.1. Quod autem ait, ite maledicti, non subiecit, patris mei. Benedictionis enim largitor est pater, maledictionis autem vnusquisque sibi
Matth 20.
Gene.2.
per opera sua est autor. Hoc autem quod dicit, venite benedicti, simile est illi sententiæ, voca operarios. Nam laborem quo in vinea Dei laborarunt, portantes pondus diei, hunc diem per partes explicat senario numero. Nam & sex diebus fecit deus cœlum & terram, & in septimo requieuit. Et nos audiuimus ex lege, omne opus seruile non facietis in septima die. Reuera opera seruilia sunt pascere esurientes, hospites tecto suscipere, &c. Sed hæc ministeria Marthæ sunt circa multa satagentis (Lucæ.10.) Diebus sex quod est opus Marthæ, vocantur benedicti ad requiem Mariæ, vt possideant paratum sibi denarium vel regnum a constitutione mundi. Et hic rursus obseruandum, quod regnum quidem paratum esse dicit iustis a constitutione mundi: Cæterum ignem quo mittendi sunt hædi, non ipsis hædis vel peccatoribus paratus erat, sed diabolo & angelis suis. Tamen quia diabolum voluerunt habere parentem, cum illo mittentur.
Hierony.
Neemiæ.5.
Esuriui inquit. Hieronymus super.3. Malachiæ cap. Diximus temporibus Esdræ famem fuisse grauissimã & ob famē pauperes a rerum necessitate compulsos, filios & omnem substantiam vendidisse. Itaque famis tempore & hi qui parum habebant frumenti & hi qui multum, pro necessitate vel pro precij magnitudine, Leuitis decimas nolebant reddere, qui non habebant partem in terram Iudeæ: sed primitiæ & decimæ erāt hereditas eorum. Dicit ergo dominus, Reuertimini ad me, & par pari referēs, ego reuertar ad vos. Qui non intelligentes se a domino recessisse, impudenter interrogant, in quo reuertemur? Quando recessimus? Et dominus. Si fraudat homo deum, sicut vos fraudatis me? Quia enim populus vt diximus, primitias & decimas leuitis non reddebat, seipsum fraudem dicit dominus sustinere, cuius ministri fame & penuria templum destruerint. Si enim per alios visitatur in carcere, & ægrotus suscipitur, & pascitur & po-
Chrysost.
Phil. 2.
tatur, cur non in ministris ipse decimas accipiat, & si non dentur, parte sua ipse priuetur? Ad hæc Chryso. Si cum inimicus essem, & aduersarer eum, ipse pro me & pro omnibus ad mortem se ipsum tradidit, mortem autem crucis. Cum post hæc omnia, nec pane quidem ipsum esurientem dignatus fuero, quibus enim oculis aspiciam? Et considera ipsius Dei bonitatem. Non enim beneficia recenset quæ in te contulit, creā-
Matth. 18.
do, redimendo, gubernando, parcendo vsque septuagies septies: hæc inquam omnia tacet. Quid ergo recenset? Omnia quæ in pauperes contulisti. Quid improperat? Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Nā
Gregori9.
Esai. 58.
vt decæteris taceam, Lazarus fame cruciatus, vita defunctus est. Gregorius super illud: Nunquid tale est ieiunium quod elegi? Qua in re pensandum est, virtus abstinentiæ quam parua est, quæ non nisi ex alijs virtutibus commendatur. Vnde Zach.7. Cū ieiunaretis in quinto & septimo per hos.70. annos, nunquid ieiunastis mihi? Non enim Deo sed sibi quisq; ieiunat, si ea quæ ad tempus ventri subtrahit, non egenis tribuit, sed vt vter post modum offerenda custodit. Sed quod non sine dolore dicimus nonnulli huius mundi diuites, cum fame crucientur Christi pauperes, effusa largitatibus, nutriunt histriones, nutriunt & canes. Audient ante aliquando, ite in ignem æternum, quia me esurientem in pauperibus non pauistis. Ecce nequaquā audiunt, quod rapinas vel aliqua violenta commiserint, & tamen æternis ignibus mancipantur. Quanta ergo damnatione plectendi sunt, qui rapiunt aliena, si sic feriuntur, qui sua in discrete tenuerunt vel pro digne dispersērūt? Nec dicitur de epulone, quod aliena rapuerit, sed quod in fructuose proprijs vsus est.
Luc. 16.
Chrysost.
Luc.15.
Qua propter iussus est succidi, ne terram occuparet, & locum quem occupabat alij relinquere, quia hæres forsan de pauperibus bene mereretur. Chrysost. Deus qui posset per se alere omnes sanctos, continet tamen aliquando manum suam ab impendio ministrandi, vt ad bonum promptas mentes in tempore necessitatis de fructibus humanitatis ostendat. Quod si non fuerint digni aut volentes qui sanctos Dei suscipiant, tunc eos dominus aut per coruos sicut Heliam, aut per propheram aliunde transmissum, sicut Danielem cap.13 aut per maritimum animal sicut Ionam per cetum, aut ipse per semetipsum deus pastor
3. Reg. 7.
alimenta præstat, sicut patribus in deserto. Exo.16. Mittitur Helias ad viduam, quæ vnicum habebat farinæ pugillum. O laudabilem rem, quod in tanta rerum penuria ipsum modicum non denegauit ignoto homini. O detestabilis & in saciabilis hominum multorū auaritia, Quot cum ex superabundantibus possint

misericor-

misericordiam præstare, se nihil habere iurant, quia nesciunt se habere fratrem. Gene.4. Illa autem paupercula gentilis & ex lege ab vna voce postulata, non negauit quod habebat. Cæterum isti qui Christi nomine censentur, siquid mutuum dant, manum primum ligant callidis syngraphis, quibus impuoe fœnora sua extorqueant. Nolite errare boni, deus non irridetur. Quæ homo seminauerit, hæc & messurus est. Sitiui, & dedistis mihi bibere. Et reuera Christus bis sitim sustinuit, Et altera quidem vice audiuit, Iudæus cum sis, a me petis aquam, altera autem felle siti eius succursum est. Ioan. 19. Tamen quicunque dederit vni ex minimis istis calicem, non perdet mercedem suam, ne enim habet debitorem, amen dico vobis, inebriabitur ab vbertate domus meæ. Hospes eram, & collegistis me. Vere hospes. Vt qui non haberet quod vulpes vel aues. Matth. 8. Vnde venit princeps huius mundi, & in eo nihil inuenit. Ioan.14.

Chrysost. Galla. 6. Ioan. 4. Psal.35.

A Vnde in eo serpens nulla impressit vestigia. Hospes erat cum natus est in ciuitate Betelem, idest in diuersorio, quia alius locus non erat puerperæ vbi honestius ederet granum illud, quo pascitur ecclesia. Hospes erat cui dictum est: Tu solus peregrinus es, mane nobiscum (o mane nobiscum bone & vrbane hospes) quoniam aduesperascit. Nudus, & cooperuistis me. Nudus siquidem pependit pro nobis in cruce, militibus Cæsaris sortientibus super vestimentis eius. Vnde & illud, tulerunt tunicam Ioseph, & intinctam in sanguine vnius hædi, ad patrem mittunt. Cæterum Martinus nondum renatus in Christo, hoc est ante quam Christum indueret in sacramento regenerationis (quot quot enim baptizati estis, Christum induistis) Christum parte tunicę suæ induit. Et hæc est iuxta Prouerbium Sylosontis Chlamis. Vestiuit item nudum dominum Christum, qui mercatus sindonem (& opus eius in toto mundo dicetur) depositū corpus inuoluit (officio fungens matris) & posuit in monumento suo. Coopertus est igitur primum sindone, & secundo contegitur sepulchro. Non perdet mercedem suam Matth.10. Et forte hic nudus est Sa-

Prouerbiū. Luc. 4. Luc.24. Matth.27. Gene.37. Gal.3. Matth.26.

B maritanus ille qui nudatur vt nos vestiret. Lucæ.10. Hunc nudum cum videris, operi eum, & carnem tuā ne despexeris. Esai.58. O carnem tuam ne despexeris, os meorum prædices, qui viuit & regnat sed apud Aegyptios, idest apud gentes. Hoc faciunt Iudæi, dicentes furati sunt, illum deuoratus est a bestia, ecce vestem tanti mendatij, tunicam filij sui. Illi igitur habent tunicam, habent mortuum, nos viuentem in sæcula sæculorum. Infirmus & in carcere, & in proseucha & venistis ad me. Si Paulus qui homo erat, dixit & verum dixit, quis infirmatur, & ego non infirmor, vere verius idipsum dicere potuit gallio a illa euangelica, quia scriptum est, vere languores nostros ipse tulit, & portauit dolores. Tulit autem super se quædam sicut famem, sitim, somnum, lassitudinem, abstulit quædam a nobis, idest ab ægrotis, quos verbo omnipotentiæ suæ sanitati restituit. De suis autem membris facilis est interpretatio, quomodo infirmatus est, & fuit in carcere. Vnde illud. Propter spem enim Israel, catena hac circundatus sum. Et illud. 2.

Marci.15. Matth. 28. 2.Cor.11. Esai. 53. Actu. 28.

C Tim 1. Det dominus misericordiam onesi fori domui, quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit, imo cum Romam venisset, sollicite me quæsiuit, & inuenit. Dedit illi dominus inuenire misericordiam adeo in die illa, in qua dicetur, venite benedicti. Concilium Toletanum. Credimus dominum Iesum Christum non imaginarium corpus aut phantasmatis alicuius in eo fuisse aliquid, sed solidum atque verum, hunc & esurisse & sitisse, & doluisse & fleuisse, & omnes corporis iniurias pertulisse. Pugnat hoc sanctum decretum cum verbis prædicatoris cuiusdam dicentis insipienter & falso, Christus nunquam purgauit ventrem, nec fecit lotium aliquando, quæ tamen coactū est recantare publice. Tunc respōdebūt ei iusti dicentes. Domine quādo te vidimus esurientē, & pauimus, sitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem vidimus te hospitem, & collegimus, & nudum, & cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmū & in carcere, & venimus ad te? Et respondens rex, dicet illis. Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni de fratribus meis

D minimis mihi fecistis. Hæc omnia patent ex superioribus. Fuit autem Leo nonus pontifex (referente Sabellico) tam insigni pietate, vt leprosum ante fores iacentem, in cubiculum adductum, suo reclinauerit lecto. Is autem postridie requisitus, neque ibi neque alibi apparuit. Multi persuasum habuere, Christum dominum pauperis specie Leoni se obtulisse, ad eius pietatem exercēdū, id quod non semel fecisse legitur dominus Iesus Christus. Ad hæc Origenes. Cōsidera quomodo bene facta iustorū per singula mēbra cōmemorat, dicens, esuriui & dedistis mihi manducare, &c. Sicut & ibi, hæc aut lachrymis lauit pedes meos, vnxit, tersit, osculata est. Ad iniustos autē cum potuisset similiter facere, præcidens narrationē, subiunxit vtrunque dicens, infirmus & in carcere. Quoniam misericordia iudicis erat, benefacta quidem hominū ampliare, malefacta autem eorū transitoriæ memorare. Sed & iusti immorantur in vno quoque verbo dicentes, domine quando te vidimus esurientem, &c. quoniam proprium est iustorū, beneficia sua relata si-

Leo Papa. Origenes. Lucæ.7.

E bi in facie, diligentes & per singula refutare & attenuare causa humilitatis. Tanquam si dicente domino, hoc & hoc & hoc bonum in me fecistis, illi recusantes, dicant: Nec hoc, neque hoc, nec hoc fecimus tibi. Iniusti autem non ita per singula sed cursim dicunt, quando te vidimus esurientem aut sitientē aut hospitem &c. ad verbū ministrauimus tibi omnia referentes, & quasi præcidentes crimina singula, vt non grauiora videantur, sigillatim enumerata, quia propriū malorū hominum est, culpas suas excusationis causa aut nullas velle ostendere, aut leues & paucas. Miranda est autē & adoranda dignatio domini, qui sedēs in sede maiestatis suę tanquam iudex vniuersorū, præsentibus & angelis oībus, oues illas suas locutas ad dexterā, fratrē nomine dignat, quī dedit eis potestatē vt filij sui essent, cū essent oues, imo multi ex illis olim serpētes erāt viperę & reguli, multi & lapides, & cū tales essent, credētes in serpētē illū quē exaltauit Moses, qui peccatū nō fecit in oues & filios cōuersi sūt. Tūc dicet & his qui a sinistris sui erūt. Discedite a me maledicti in ignē æternū, qui paratus est diabolo & angelis suis. Esuriui enī & nō dedistis mihi mādūcare. Sitiui, & nō dedestis mihi potū. Hospes erā, & nō collegistis me,

Ioan. 1. Num. 21. Sco. in. 4. dist. 45. q. 6.

nudus & non cooperuistis me, infirmus & in carcere & non visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi dicentes. Domine quando te vidimus esurientem, aut sitientem aut hospitem, aut nudum aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis dicens. Amen dico vobis quamdiu non fecistis vni de minimis his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.

Iob. 26. Actu. 5.

Vix inquit Iob stillam operum eius audiuimus, tonitru eius ferre quis poterit? Quid tonitru? Ite maledicti, execrati, deuoti. Græce Cateramenl. Si ad vnicum verbum Petri Ananias & vxor eius exanimati sunt, & dicente Mose vnum verbum terra dehiscens deglutiuit Datam & Abiron, & viui descenderunt in infernum, & Sodomitæ momento sublati sunt de super terram, idque eo tempore quo locum habebat pœnitentia, tonitru illud, discedite a me, ferre quis poterit? Et tamen tam procax erit impudentia impiorum & phreneticorum illorum, vt post prolatam sententiam, audeant cum iudice tanto miscere colloquium & mentiri tam impudenter dicentes: Quando te vidimus esurientem? Ite inquit in ignem æternum.

F

Origenes.

Origenes. Ignis autem illæ æternus alterius generis est ab hoc igne quem habemus in vsu. Nullus enim ignis inter homines est æternus, sed neque multi temporis. Extinguitur enim cito, deficiente nutrimento. Ille autem iuxta prophetam, æternus erit, sicut & vermis. Forsitan autem talis substantiæ est, vt inuisibilia comburat, ipse inuisibilis constitutus. Dicit enim apostolus. 2. Cor. 4. Quæ videntur, temporalia sunt, quæ non videntur, æterna. Vtrum autem sit corporeus ignis ille non est certa fidei diffinitione firmatum. Tamen si corporeum dicamus, nullum inconueniens sequitur, sicut sequeretur si approbarentur multæ aliæ pœnæ corporeæ, puta fletus & corrosiones & vermes. Caietanus.

Gregorius

Tale quid legimus in Iob cap. 20. Comedet eum ignis, qui non accenditur. Gregorius. Miro valde modo paucis verbis expressus est ignis gehennæ. Ignis namque corporeus vt esse valeat: Corporeis indiget alimentis, qui cum necesse est vt seruetur, per congesta ligna procul dubio nutritur. At contra gehennæ ignis cum sit corporeus, & in se missos reprobos corporaliter exurat, nec studio humano succenditur nec lignis nutritur, sed creatus semel, durat inextinguibilis, & successione non indiget, & ardore non caret. Dicit ergo. Deuorabit eum ignis qui non accenditur, quia omnipotentis iusticia futurorum præscia, ab ipsa mundi origine ignem creauit, qui in pœna reproborum esse semel inciperet, sed ardorem suum etiam sine nutrimentis nunquam finiret.

G

Psal. 20.

Vnde & illud. Pones eos vt clibanum ignis. In tempore vultus tui, & deuorabit eos ignis. Clibanus intrinsecus ardet, is vero qui ab igne deuoratur, ab exteriori incipit parte concremari. Vt ergo sacra eloquia impios ardere exterius in corpore & interius in anima demonstraret, & ab igne deuorari, & sicut clibanum poni testatur. Sequitur ex Origene.

Origenes.

Non autem mireris, audiens ignem inuisibilem & punientem, cum videas inter homines calorem corporibus accidentem, & non mediocriter cruciantem. Vnde illud Deuteronom. 28. Percutiat te deus egestate febri & frigore ardore & æstu & cætera.

H

Chrysost.

Vnde iuxta Chrysosto. Ignis ille ideo dicitur inextinguibilis, non solum quia ipse non extinguitur, sed & quia nec eos quos ipse susceperit extinguit aut perimit, sicut factum est in tribus pueris. De hoc vide Esai. cap. 24 & Esai. cap. 30. Et licet iuxta Iob ignis ille non succendatur, tamen nutrimenta eius ligna multa sunt, & iuxta Paulum ligna fœnum & stipula, 1. Cor. 3. Et flatus domini sicut torrens sulphuris succendens eum.

August. Esai. 30. Psal. 18.

De his ligni inquit Augustinus Duæ sunt origines peccatorum, vna spontanea cogitatione, altera persuasione alterius, iuxta illud, ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce seruo tuo. Vtrumque tamen voluntarium est. Nam sicut propria cogitatione nemo peccat inuitus, ita dum consentit male suadenti, non vtique nisi voluntate consentit. Sed tamen grauius est non solum nullo suadente, propria cogitatione peccare, sed etiam ad peccandum per inuidentiam doloque persuadere, quam ad peccandum alterius suasione traduci. Dictum est de diabolo & homine. Vnde factum est, vt pœna hominem susciperet emendatoria, diabolo reseruatu ad ignem æternum. Idcirco serpens non interrogatur, sicut Adam & Eua. Bene ergo dictum est, paratus est diabolo, tamen & vos ite cum illis.

I

Abulensis

Dicitur item qui paratus est diabolo ad differentiam ignis purgatorij, de quo alias. In ignem qui paratus est diabolo. Dicit hoc loco doctor iste (& alias dictum est) quod aliquando animæ damnatorum veniunt ad nos in assumpto corpore vt instruant viuentes. De aliquo, quo facto, redeunt ad inferos.

Animæ.

Apparent inquit, vt instruant viuentes, quo caueant ab illis vitijs per quæ recta ad inferos itur, vel propter alia bona spiritualia quæ ex his apparitionibus sequi possunt. Vel vt flagitent suffragia a nobis: ostendentes suas necessitates, & vtilitatem auxilij nostri. Vide Gregorium lib. 4. dialogi. Et obseruus quod animæ istæ non torquent homines, & si torquent, dæmones sunt & non animæ. Dicit quod damnati vellent omnes eadem pati quæ illi, etiam ipsum debet fontem omnis boni, deum enim odio habent, magnum malum. Dicit quod damnati sunt in inferno, idest erunt valde compressi velut pisces in repositorijs, alij & alij alijs suppositi, quia alias non caperet eos locus aliquis capacissimus licet. Ad hæc

K

August.

Augustinus. Mirabile est quidem dolore in ignibus & tamē viuere, sed mirabilius viuere in ignibus, nec dolore. Si autem hoc creditur cur non & illud? Ipse animus cuius præsentia corpus viuit & regitur, & dolorem pati potest, & mori non potest. Hoc erit tunc etiam in corporibus damnatorum, & nunc esse scimus in animis omnium. Quod autem dicit Augustinus, mirabilius est viuere in ignibus, nec dolore, propter Salmandram dicit, quæ in igne nutritur.

Plinius.

De hac ita dicit Plinius lib. 29. cap. 4. Inter omnia venenata Salmandræ scelus maximum est. Cætera enim singulos feriunt, nec plures pariter interimunt, vt omittam quod perire conscientia dicuntur, homine percusso, neque amplius admitti ad terras. Salamandra populos pariter necare improuidos potest. Nam si arbori irrepserit, omnia poma inficit veneno, & eos qui ederint necat frigida vi, nihil a conito distans. Quinimo si contacto ab ea ligno vel pede crusta

panis

panis in coquatur. Idem veneficium est, vel si in puteum cadat. Quippe cum saliua eius quacunque parte corporis vel in pede imo respersa, omnis in toto corpore defluat pilus, tamen talis & tanta vis veneni a quibusdam animalium vt suibus manditur, dominante eadem illa rerum dissidentia. Venenum eius extingui primum omnium ab his qui vescantur illa verisimile est. Sequitur. Ex his quæ Magi tradunt contra incendia: quomodo ignes sola animalium extinguat, si forent vera, iam esset ex parta Roma. Hæc ille, ex quibus verbis in dubium venit quod dixit Augustinus de Salmandra. Ad hæc Gregorius super illud, videntibus cunctis præcipitabitur Iob. 40. Quia æterno iudice apparente, astantibus legionibus angelorum (vide Dani. 7.) atque electis omnibus ad hoc spectaculum reductis, ista belua crudelis & fortis captiua deducitur, & cum suo corpore, idest reprobis omnibus æternis incendijs mancipabitur. O quale erit illud spectaculum, quando hæc immanissima bestia electorum oculis ostenditur, quæ hoc belli tempore nimis illos terrere poterat, si videretur. Sed occulto ac miro Dei consilio agitur, vt & nunc per eius gratiam a pugnatoribus non visa, vincatur, & tunc a lætis victoribus iam captiua videatur Ite inquit in ignem æternum. Et tamen iuxta Augustinum sunt quidam qui soli imponant dicentes, & vere si male viuamus, perditurus est nos deus! Quot enim sunt illi, qui videntur seruare præcepta Dei? Vix inuenitur vnus aut saltem paucissimi. Ipsos solos liberaturus est, & cæteros missurus in ignem æternum? Absit inquiunt. Cum venerit, & viderit tantam multitudinem ad sinistam, miserebitur, & dabit indulgentiam. Hæc ille, imo hæc illi nugantur. Tu autem amice si non times mitti quo, time & vide cũ quo vide vsquequo. Illud annotandum in conclusione ꝙ iudex inter discutienda merita iustorum non meminit (Verbi gratia) lapidem Stephani, craticulæ Laurentij, Petri crucis & Andræ, pellis Bartholomæi, rotæ Caterinæ, Sagittarum Sebastiani, pectinum ferreorum Blasii, mamillarum virginis Agathæ. Non pœnitentiæ artissimæ Antonij abbatis, Hilarionis, Beati patris nostri Francisci, inuictissimi prædicatoris Dominici Hæc enim omnia opera sunt super erogationis nisi in casu dato, de quo alias. Sicut & inter discutiendum prauorum demerita non meminit dominus rapinarum, viutarum adulteriorum stuprorum, periuriorum, blasphemiarum, homicidiorum & infinita id genus probra & pestes quæ diu latuerunt in sepulchris dealbatis, sed æsuriui inquit, & cætera. Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Abulensis. Non credendum est omnia quæ in hoc capite continentur sic seriatim futura in iudicio, sed solum ponetur sententia in voce pro bonis, contra malos, & aliquæ causæ videlicet generalis condemnationis & absolutionis, videlicet esuriui, & cætera. aut aliquid simile. Tenet iste doctor, quod omnis tam boni quam reprobi scient peccata aliorum. Item quod quanto quis in cælo fuerit maior, tanto peccata sua debent esse notiora, quia ibi excellentior apparet clementia Dei. Nulla est enim confusio Petro vel Paulo vel Dauid, & cætera, ꝙ in ecclesia prædicantur peccata eorum. Dicit item quod animæ damnatorum apparent viuis & eos instruant, sed expletis pro quibus mittuntur, in gehennam redeunt. Sed siue beati sint extra cælum, siue damnati extra infernum, illi semper beati sunt, & isti secum ferunt gehennam. Dicit quod in inferno non erit fletus, quia cessante motu cæli, & cætera. Dicit quod vna anima est naturaliter magis perfecta ꝙ alia per vnionem ad corpus aliter & aliter dispositum, & consequenter intellectus & voluntas in diuersis animalibus possunt esse inæquales, & sunt de facto. q. 24. 8. Dicit vlterius quod existentes in purgatorio non torquentur ab angelis vel bonis vel malis, sed a solo Deo. Et hoc idem inquit fiet post iuditium. Nam potestas dæmonum tamdiu durat, ad alliciendum homines ad peccandum, & ad torquendum eos qui modo sunt apud inferos, quamdiu transit figura huius mundi. Finita pugna, omnes simul detrudentur in tartara & dæmones & hædi, Dani. 7. Dicit dæmones molestiores esse homini in exitu, vt rapiant animam. Quod si id non datur, obijciunt ei peccata vetera. Respondetur dimissa esse per pœnitentiam & alias, sicque coguntur abscedere. Denique sequuntur animam, quæ in loca purgatoria defertur, & assistunt ei, vt vel sic facientur pœnis eius. Nec tamen propter hoc molestius sustinent animæ suum purgatorium, quia iuxta mensuram delicti, & cætera. Dicit quod animæ sanctorum habent libertatem apparendi viuentibus quoties libuerit, quia beatus est, qui habet quicquid vult, & nihil mali vult. Idem dicendum de animabus quæ sunt in purgatorio, quod sæpe visæ sunt hominibus in assumptis corporibus. Dicit item quod aliquæ animæ sustinent grauiora tormenta ꝙ aliqui dæmones sicut anima inquit Iudæ vel Antichristi, Hieroboam, Mahomad & similium. Dicit & illud. Non tamen est putandum, ꝙ semper qui apparent viuentibus vel sancti vel damnati, sint ipsimet, satis enim est, quod fiat per angelos bonos vel malos, qui illarum animarum vicem gerunt, & se nominibus illarum vocant, & hoc maxime fit in arrepticijs, hi enim dæmones sunt non animæ, quia non est animarum vexare corpus humanum. Hæc Abulensis super Matth. cap. 25.

Gregorius | Augus. | Abulens. | Animæ. | Purgatorium. 1. Cor. 7. | Dæmones. | Deut. 25.

Caput. iij. Erat diebus docens in templo, & cum tot signa fecisset, Iudæi permanebant in sua cæcitate, quia Esaias dixit, excæcauit oculos eorum: & cætera. Multi tamen crediderunt ex principibus, licet timore Pharisæorum non confiterentur dominum Christum, quia dilexerunt gloriam hominum magis quam Dei. Sequuntur verba quædam ex Ioan. cap. 12. Vide textum,

Lucę. 21.

ERat autem diebus docens in templo, noctibus vero exiens, morabatur in monte qui vocatur Oliueti, & omnis populus diluculo veniebat ad eum, audire eum. Sciendum ꝙ a die palmarum vsque ad feriam quartam inclusiue his diebus quatuor dominos a Hierusalem reuertebatur vesperi in Bethaniam, & mane rursus repetebat ciuitatem. Quoniam autē pascha quod imminebat non immolabatur extra locum sanctuarij ab eis qui adesse poterant (Deut. cap. 16) id circo feria quinta non est reuersus Bethaniam, celebraturus pascha cum suis in vespera feriæ quintæ. De his igitur quinque diebus videlicet dominica vel prima sabbati & feria secunda, tertia, quarta & quinta dicit Lucas, ꝙ erat dominus docens in templo, noctibus vero morabatur in monte Oliueti, in quo est Bethania. Quid autem docuerit populum per hosce dies, cōmemorat Matth. cap. 21. 22. 23. 24. 25. Quæ omnia iam exposita sunt. F Quod autem populus sciens Verbi cælestis, diluculo ventitabat, orthrize, ad fontem aquæ viuentis de qua Zach. 13. In die illa erit fons patens domui Dauid & habitantibus Hierusalem, forte cauebat, ne si diceret quod pati es sur, anima nostra mansueat super cibo isto, veniant super illos, dies de quibus Amos cap. 8. Mittam famem in terram non panis & aquæ, sed audiendi Verbum Dei. Item illud, famen patientur vt canes, & circumibunt ciuitatem. Psal. 58. Cum autem tot signa fecisset coram illis, non credebant in eum, vt sermo Esaiæ compleretur, quem dixit, domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias. Excæcauit oculos eorum, & indurauit, peporoken, excæcauit cor eorum, vt non videant oculis, & intelligant corde, & conuertantur & sanem eos. Hæc dixit Esaias, quando vidit gloriam eius, & loquutus est de eo. Quod G autem signa fecerit dominus præsentibus Iudæis, satis liquet ex superioribus, quæ repetere non placet, ne actum agamus. Quod vero Iudæi semper perrexerint esse sui ipsorum similes (semper hi errant corde,) semper spiritui sancto resistentes Actu. 7. Semper contentiose agentes. Deut. 31. Sequentia manifestant, post triduum enim eum ad mortem petierunt & tamdiu firmauerunt sibi sermonem nequissimum, donec exauditi sunt malo suo & ciuitatis suæ & totius posteritatis eorum. Sed dicet quispiam Quid fecerunt Iudæi vel quæ culpa eorum fuit, si necesse fuit, vt sermo Esaiæ impleretur (necesse est vt veniant scandala, Matth. 18.) quē dixit, domine quis credidit auditui nostro? Quibus respondemus, dum præscium futurorum per propheta prædixisse infidelitatem Iudæorum, præuidisse inquam, non fecisse. Non enim propterea deus quemq; ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata iam nouit. Fecerunt ergo peccatum Iudæi, quod eos non compulit facere, cui peccatum non placet, sed facturos esse prædixit, quem nihil latet. Et H ideo si non malum (quod facturus es, fac citius. Ioan. 13.) Sed bonum facere voluissent, non prohiberētur (absit) & hoc facturi præuiderentur ab eo, qui nouit, quid sit quisq; facturus, & quid ei sit pro eius opere redditurus. Sed quæ sequuntur in Ioanne plus vrgent. Sequitur enim propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias, &c. Iste textus positus est & expositus ad longum lib. 5. cap. 17. Ad hęc August. Dicitur nobis. Si non potuerunt credere, quod peccatum est hominis, non facientis quod non potest facere? Si autem non credendo, peccauerunt, potuerunt ergo credere, & non fecerunt. Si ergo non potuerunt, quomodo dicit euangelista, propterea non poterant credere, quia iterum dicit Esaias, excæcauit oculos eorum, & indurauit vel excęcauit & cor, vt (quod est grauius) ad deum referatur causa, qua non crediderunt, quia ipse excæcauit eos. Non enim saltem hoc de diabolo dicitur, sed de Deo, quod ipsa scriptura testatur. Vide in loco præallegato textum iuxta. 70. Ad hæc August. Non igitur poterant credere, quia hoc I prædixit Esaias. Hoc autem propheta prædixit, quia deus hoc futurum esse præsciuit. Quare autē nō poterāt si a me quæratur, cito respōdeo: quia nolebant. Sed aliā causam inquis dicit propheta, non volūtatis eorum. Quam? Quia dedit illis deus spiritum cōpunctionis, oculos cæcos, aures surdas, & cor insensibile. Etiā hoc eorum voluntatē meruisse respondeo. Sic enim excęcat, sic obdurat deus deserendo, & non adiuuando, quod occulto iudicio facere potest, iniquo non potest. Nunquid enim iniquitas est apud deū? Absit Si ergo absit, vt sit iniquitas apud deum, siue quādo adiuuat, misericorditer facit, siue quādo non adiuuat, iuste facit, quia omnia nō temeritate sed iudicio æquissimo facit. Iusta sunt iudicia eius, sed sunt occulta. Vnde & illud. Obscurantur oculi eorum, ne videant. Psal. 68. Origenes. Sicut oculis corporis vtitur quisq; ad videndū siue bona siue mala, in potestate habens vel leuare oculos ad cælum, & per id quod videt, conditorem suum agnoscere, vel conferre ad spectaculum circi, & ad ea quibus ad vicia inflammetur, ita mihi intelligo animæ etiam oculos, quibus alij quidem vtuntur ad bonū, alij cotidie inquirentes, K quomō dogmata veritatis & fidē Christi infringāt. De huiusmodi dicitur, excęcauit oculos eorū Si igitur demeretis suis oculos perdiderūt & cor, perditio sua ex se tantum est, iudicis enim iusti sentētia exoculati sunt, & aures eorū sunt pręcisę. August. Quid ergo mirū si hæc manifesta nō videat, lapillum factū montem, Dani. 2. Sinapim euasisse in procerā arborē (Matth. 13.) quos ū oculi obscurati sunt, & dorsum eorū semper incuruū? Luc. 13. Sed domini sentētia fuerat, vt indurarentur corda eorum. Sicut domini misericordia fuit, vt Gabaonitæ venirent ad Hebræos, & fœdus cum eis inirent, sicque credentes, misericordiam consequerentur. Abulens. Nemo tamen insurgat in defensionem Iudęorum, ꝙ extra culpā sint, si non crediderunt quia deus excęcauit eos. Ex alijs enim peccatis hoc meruerunt, dicente Paulo, propter quod tradidit illos deus in reprobam mentem. Dicamus vnum verbum de mente Abulensis, propter verbum illud, non poterant credere, vt sermo impleretur, & cætera. Prouidentia Dei non pręcedit tempore res pręuisas, nam si detur, quod eas præcedat, impossibile est euitari illud, quod rebus imponat necessitatem.

Num. 21.
Ioan. 12.
Esai. 53.
Esai. 9.
Psal. 94.
Psal. 6.
August.
August.
August.
Rom. 9.
Rom. 11.
Origenes.
August.
Psal. 68.
Iosue. 11.
Abulens.
Rom. 1.
Idem.

Ponamus

Ponamus casum. Deus prouidit Ezechiam moriturum & vbi & quando. Tunc assignato die illo & loco & modo quibus homo ille moriturus est: Quæ vocentur. B. quæritur, an necesse sit ꝙ homo moriatur in. B. vel non. Si necesse est, ecce prouidentia posuit necessitatem rebus. Si non est necesse, potest mori extra. B. & tamen perte deus præuidit illum moriturum in. B. Ergo frustratur diuina Prouidentia quæ in rerum dispositione non fallitur. Respondetur, quod euitari non potest hoc argumentum, stante casu posito. Soluitur autem dicendo, quod prouidentia non præcedit tempore res præuisas, nec præcedere potest. Si Trochus moueatur quanto velocius potest moueri, videbitur stare & moueri: Et qualibet pars eius simul & semel coexistet cuilibet parti circuli, idest temporis, per quod ostenditur quomodo æternum est omnia simul & in nunc æternitatis tota. Si igitur. B. C. sit æternitas, & D. E. tempus, vides non repugnare æternitati simul totam esse in quolibet puncto temporis. Quia licet. B. C. distent per diametrum, motus tamen maximus & velocissimus facit quod alterum punctum videlicet. B. prius tempore non sit cum. D. & tamen non esset motus sed quies, quia nullo tempore illa puncta de. D. fixo recederent. Est enim prouidentia ipsa Dei scientia per respectum ad creaturas, vt cadunt sub ordine. Scientia autem Dei est ipsa eius substantia eius est in æternitatem ideo prouidentia æternitate mensuratur. Est autem æternitas mensura rei viuentis habentis semper esse, & illud totum simul, cui nec pars aduenit, nec pars transit, ideo æternitas non includit tempus, nec includitur a tempore, tanquam vnum sit pars alterius, sed cuilibet instanti assignato in tempore coexistit tota æternitas, & ideo quod in æternitate est: non fuit ante illud instans, idest non habuit aliquam partem sui esse ante illud instans, nec erit post illud, idest non habebit partem sui esse post illud, sed coexistit illi instanti quantum ad totum suum esse, licet non est in illo instanti, quia illud est instans temporis. Et quantum ad hoc quodlibet æternum est præsens cuicunque rei & non est ante illam nec post illam. Et ita prouidentia Dei non præcedit tempore res præuisas, nec sequitur, sed coexistit eis. Et tunc verum est, ꝙ omne prouisum infallibiliter eueniet nec potest mutari, & tamen non est verum de aliqua re præuisa ante quam fiat, ꝙ illa necessario euenerit propter prouidentiam, quia ad hoc oportebat quod prouidentia de re, esset ante quam res esset, & tunc verum est quod necessitatem imponeret, vel ipsa posset frustrari, & tamen quia coexistit rei præuisæ, non potest ei dare necessitatem, nisi quando res est. Et tamen in præsenti quælibet res de se ipsa habet necessitatem, quia omne quod est, dum est, necesse est esse. Hæc ille. Hæc inquit dixit Esaias, Quando vidit gloriam eius. Gregorius. Esaias vidit gloriam Dei, Ezechiel autem similitudinem gloriæ domini, cap. 1. Sed notandum quod omne quod in terra mirum est diuinitus factum, gloria omnipotentis Dei est, & eius gloria in suis operibus videtur. Sed aliter est gloria eius in rebus conditis, aliter in semet ipso. Et hanc similitudinem Ezechiel portare non potuit. Vidit enim & cecidit in faciem suam. Quid ergo de hoc viro fieret, si ita vt est eius gloriam vidisset! Quando regina Saba visa gloria Salomonis extasim passa est. Qua in re cum magno mœrore pensare cum lachrymis debemus, in quantam miseriam & infirmitatem cecidimus, qui ipsum bonum ferre non possumus ad quod videndum creati sumus. Magna infirmitas hæc, maior autem illa, velle adiacit nobis, perficere non possumus. Rom. 7. Illa autem maxima (sic tamen conditi sumus:) Non possumus cogitare aliquid boni ex nobis. Nec tamen per hoc tollitur liberum arbitrium. Non tamen ignoramus quosdam nimia suæ voluntatis fiducia elatos in superbiam, quosdam nimia suæ voluntatis diffidentia deiectos in differentiam. Illi dicunt, vt quid rogamus deum, ne inducamur in tentationem, Matth. 6. Ne vincamur a tentatione, quod in nostra est potestate: Isti dicunt: vt quid conamur bene viuere: quod in Dei est potestate: Sed o pater qui es in cælis, ne nos inducas in quamlibet istarum tentationem, ne des nobis oculos cæcos, cor lapideum: illumina tenebras nostras, aufer cor adamantinum, & repone carneum, Ezech. 36. Itaque non poterant credere, quod nolebant. Dictum est de domino, fidelis est, seipsum negare non potest. 2. Tim. 2. De omnipotente dictum est, non potest. Sicut ergo quod dominus seipsum negare non potest: laus est voluntatis diuinæ, ita quod illi non poterant credere, culpa est voluntatis humanæ. Cætera patent. Verumtamen ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, vt de synagoga non eijcerentur. Dilexerūt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei. Decretum enim erat a tota synagoga Satanæ, vt quisquis se profiteretur discipulum Iesu sine delectu conditionis ætatis aut sexus, siue seruus esset siue princeps aut dominus, omnino interdiceretur ei synagoga, magnum probrum & ignominia apud populum. Isti igitur bene sentire cœperant de domino Iesu Christo, obstabat autem timor & pudor (qui autem me erubuerit & sermones meos, & cætera. Luce. 9.) quo id quod corde credebant ad iusticiam, id & ore confiterentur ad salutem. Volebant igitur duobus dominis seruire, Matth. 6. Duobus sedere sellis, claudicabant vtroque inguine. 3. Reg. 18. Quicunque autem voluerit amicus esse huius mundi (Absalonis verbi gratia) inimicus Dei constituitur, regem verum Dauid abnegauit. Non igitur eo profecerant (nondum erat spiritus datus, Ioan. 7.) vt parati essent pro nomine Iesu hanc contumeliam pati, vt extra synagogas Satanæ pellerentur, vt dicerēt cum Paulo, mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini, Galla. 6. Quia dilexerunt magis gloriā hominū, &c. Iesus autem clamauit & dixit. Qui credit in me nō credit in me, sed in eum qui misit me. Ego lux in mundū veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea & nō custodierit, ego nō iudico eum. Non enim veni, vt iudicem mundū sed vt saluum faciam mundum. Sicut ex cōtextu euāgelij patet, multi visis signis in signibus & audita doctrina Christi, crediderūt in illū, quorū tetigerat deus corda. 1. Reg. 10. Et qui præordinati erant ad vitā, Multi credere non poterant, quorum excæcatat deus oculos, ne alios auerterent a fide Christi, de quibus

Margin: prouidētia

Margin: A

Margin: B

Margin: Gregorius

Margin: C

Margin: 3. Reg. 10.

Margin: 2. Cor. 3.

Margin: August.

Margin: D

Margin: E

Margin: Rom. 10.

Margin: Prouerbiū

Margin: Iacobi. 4.

Margin: Actu. 13.

Luce. 11. dictum est, tulistis clauem, ipsi non introistis, & eos qui introibunt prohibuistis. Eorum autem qui crediderunt pars, deposito omni timore, obuiam illi processerunt cum ramis. Matth. 21. Pars autem qui glo-
Ioan. 3. riam hominum præponebant gloriæ Christi, credebant quidem sed occulte propter metum Iudæorum, sicut Nicodemus. His ita se habentibus, dominus Iesus morti proximus, clamauit dicens. Qui credit in me, & cætera. Dixit autem hoc quia homo apparebat hominibus, cum in homine lateret deus, & ne putarent hoc eum esse tantummodo quod videbant, talem ac tantum se volens credi, qualis & quantus est pater. Qui credit in me inquit, non credit in me. Re vera autem qui credit in Christum dominum in Christum dominum credit qui deus est, sed quia dominus Iesus non est a se, sicut alias dictum est: Mea doctrina non est mea. Ioan. 7. Propterea dictum est: qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me, obiectum enim fidei deus est, Deitas autem equæ est in patre filio & spiritusancto. Quod autem sequitur, ego lux veni in mundum, expositum est. Ioan. 1. & cap. 10. Quamdiu igitur lux hæc non venit
F
in mundum, (venit autem quarto die) tenebræ erant super faciem omnis terræ, tribus enim diebus Gen-
Figura. tes non sunt motæ de loco suo. Erant enim tenebræ hæ adeo densæ, vt palpari quiuissent. Exo 10. Adeo profundæ, vt nemo viderit fratrem suum tribus diebus, quibus tenebris factum est, vt homo ad imagi-
Esai. 2. nem Dei conditus adoraret talpas & Vespertiliones, quorum animalium alterum cæcum est a natura, alterum lucem intueri non sustinet, vt vere dictum sit, similes fiant illis qui faciunt ea vel confidunt in eis. Psal. 113. Venit ergo lux vera in mundum & fugatæ sunt tenebræ innumerabilium errorum, & vt om-
Matth. 22. nis inquit qui credit in me, in tenebris non maneat. Ipse est enim qui viam Dei in veritate docet. Et siquis audierit verba mea nec tamen aure cordis: nec custodierit, recondens in penu mentis, ne subripiatur a volucribus cæli (Lucæ. 8.) Ego non iudico eum, tempus enim præsens non iudicij est sed clementiæ. Est autem hæc sententia eadem cum illa Ioan. 3. Qui credit in illum non iudicatur. Qui autem non cre-
Ioan. 5. dit, iam iudicatus est. Quare autem non iudicas eum bone Christe, cui pater omne iudicium dedit? Quia
G
inquit non veni vt iudicem mundum, sed vt exaltatus in ligno, orationem funderem ad patrem cum
Luce. 23. clamore valido & lachrymis dicens, pater ignosce, veis enim nesciunt quid faciunt. Veruntamen qui audiunt verbum Christi, & dant pessum, meminerint, quod horrendum sit incidere in manus Dei viuentis.
Luce. 11. Hebr. 10. Sequitur. Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum.
Matth. 7. Sermo quem loquutus sum, Euangelium est, ille iudicabit eum in nouissimo die. Vt lex,
1. Reg. 10. non autem vt iudex. Quia ego ex me ipso non sum loquutus, sed qui misit me pater ipse
Ioan. 5. mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar. Et scio quod mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater: sic loquor. Qui audientes verba vitæ æternæ (beati enim qui audiunt Verbum Dei & custodiunt illud) conculcant & dant pessum velut
H
sues faciunt de margaritis, & oblatrant more canum, dicentes, quis est pater eius? Num & filius Ioseph architectoris inter prophetas, inter legis doctores? Iste quæcunque sit, habet qui iudicet eum. Quem? Sermo quem loquutus sum. Quis sermo? Qui non credit, iam iudicatus est, & deputatus æternis flammis, & ira Dei manet super eum. Quodque dicit, Quia ego ex me ipso, & cætera. Eadem est sententia cum illa, qui credit in me, non credit in me, & cætera. Quæ omnia ad formam serui assumptam refe-
Psal. 8. runtur, iuxta quam minor est patre, a quo mandatū accepit, quid loqueretur, vt & de domino Iesu Christo iuxta quod paulo minus imminutus est ab angelis vel adeo merito dicere possimus, non erat ille qui loquebatur, sed spiritus patris sui qui loquebatur per os eius, iuxta illud. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, similem tui, Caro & frater vester, & ponam verba mea in ore eius, & loquetur ad Iudæos omnia quæ præcepero illi, &c. Deut. 18. Et scio quod mandatum eius vita æterna est: Beati enim qui
I
audiunt Verbum Dei, & custodiunt illud. Luce. 11. Quo vnico verbo tota Mosi lex exclusa est, quæ nihil aliud conferebat quam bona terræ, vitam Nestoream, victoriam de inimicis, examina filiorum & nepotum. Quæ ergo loquor, sicut dedit mihi pater sic loquor. De hoc ita habes Ezech. 2. Fili hominis aperi os tuum, & comede quæcunque ego do tibi. Et vidi, & ecce manus missa est ad me, in quo erat inuolutus liber, & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris, & scripta erant in eo carmen lamenta & væ. Hæc igitur tria prædicauit dominus Iesus, gaudia beatorum, pœnitentiam & labores militantium, miserias & tormenta eorum qui mittendi sunt in ignem æternum, de quibus tribus
Hebr. 5. dictum est in superioribus huius operis. Manus inquit missa est ad me in qua erat inuolutus liber. Ergo nemo assumat sibi honorem doctoris, sed qui vocatur a Deo, cibatur a Deo volumine legis tanquam Ezechiel. Erat autem liber inuolutus, & signatus sigillis multis. Vnde ipse qui eum tradidit prophetæ,
1. Cor. 13. ipse illum expandit. Eius enim est interpretari legem cuius est sancire. Expandit autem non totum, sed
K
tria capita tantum. Nec enim fieri potest vt humana nostra (videmus enim per speculum & ex parte) totos libri huius thesauros deuoret. Scriptus erat intus & foris, quia de præteritis & futuris narrat,
vel foris in historia, promittens bona terrena, temporalem pacem, intus autem intelligentia spirituali, figurans in istis ea quæ oculus non vidit, nec in cor hominis ascenderunt. 1. Cor. 2. Cæterum iuxta Hieronymum prædicator optimus ille est,
Hierony. qui facit quid docet, qui non plausum sed lachrymas excitat in eccle-
Hiere. 23. sia. Cuius verba velut malleus sunt, conterens petras, & excutiens ab eis scintillas spiritus contriti, sicut scriptum est,
Vere cor nostrum ardens erat, dum
loqueretur in via.

Capue

Caput.iiij. Appropinquabat dies festus azimorum, & dixit dominus, scitis q post biduum pascha fiet. Congregantur principes sacerdotū vt Iesum dolo teneant, sed non in die festo. paciscuntur cum Iuda.30. argenteos. Ante diem festum paschæ sciens Iesus. Prima die azimorum accesserunt discipuli ad Iesum. Ite in ciuitatē ad quendam, vsque ibi, & parauerunt. Item illud ex Luca, desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum. Sequitur ex Ioanne quomodo Christus dominus lauit pedes seruorum.

A APpropinquabat autem dies festus azimorum qui dicitur pascha, Matthæus. Et cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis. Scitis q post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Aggressuri tractatum de paschate agni sine macula, cuius liuore sanati sumus, Esai.53. & exempti ab ira angeli percutientis. Exo.12. & perducti in terram quæ fluit lacte & melle, hostibus ad vnum submersis a tergo, principio omnium obseruandum est nobis id quod scriptum est. Leui.23. Omnis anima quæ afflicta non fuerit in die hac, peribit de populis suis. Huius præcepti si caussam inquiris, interroga potius Hieremiam, vel audi illum loquentem. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, de qua iam gloriosa dicta sunt, & quam beatissimam dixerunt omnes generationes, quia fecit sibi magna qui potens est. Luc.1. Nunc vero sedet quasi vidua domina gentium, ipsa est Noemi, cuius pulchritudinem sol & luna mirantur: Quam sertum stellarum 12 coronabat. B Apoc.12. A modo secundum gloriam suam multiplicata est ignominia eius. Omnes amici sui spreuerūt eam, versa est in lamentum cythara sua, cecidit corona de capite suo. Treno. 5. Deducant igitur quasi torrentem lachrymas oculi nostri, quia elongatus est ab illa electus ex milibus, candidus & rubicundus (Cant.5.) vita lumen gloria, & desiderabile oculorum suorum, fiet enim post biduum pascha, & filius eius tradetur, vt crucifigatur. Iuxta litteram dixit Alex. de Ale. q in die illa de qua Leui. cap. 23. Omnes pueri septennes ieiunabant cum populo, quod satis est verisimile. Ad hæc sicut dicit Boetius, summum infœlicitatis genus est, fuisse fœlicem. Ecce quam beatam dixerunt omnes generationes, gladio Simeonis transfixa, solitaria sedet: clamans ad prætereuntes, o vos omnes qui transitis, videte dolorem meum. Treno.1. Quem dolorem infœlix mulier? Quem dolorem? Elongatus est a me, qui consolabatur me. Vide fortunæ mutationem in Adonibezerege, Iudi.1. Sub cuius mensa.70. Reges sedebant, colligentes micas quę cadebant de mensa eius, vel quas ipse ex industria sinebat decidere. Historia sancti Iob notissima est. Qui enim olim diues erat & inclytus inter omnes Orientales, eo infœlicitatis deuenit, vt sedens in stercore (sublatis omnibus) saniem de fluentē & suo corpore testa detergeret. Vnde factum est, vt non agnosceretur ab amicis tribus, qui causa officij venerant, & vt consolarentur eum. Itaque per septem dies sedētes secus eum, nec vnum verbum ei loquuti sunt, videntes angustias animæ suæ. Reuera enim si loquerētur ei, non lenirent, sed triplicarent dolorem eius. Quod diximus de sancto viro Iob, dictum puta amice lector de domina Gentium, cuius animam sacratissimam Non vnus sed septem, sed tot gladij dolores penetrarunt, quot spinæ coronæ caput Nazarei speciosi forma præ filijs hominum. Quod si sanctus Iacob cum 12. Filios haberet, audita morte vnius, noluit consolationem accipere, sed descendam inquit ad inferos lugens filium meum: Quid putamus de fœmina ista superbenedicta, quæ vnicum tantum habebat, & sicut scriptum est, anima eius ex anima filij pendebat? Genes.44. Non enim quia sanctissima erat, exuerat matrem talis affectum. Alioqui vnde interrogatio illa querimonia dulcissima irrorata, fili quid fe- D cisti nobis sic? Dauid rex multos habebat filios, sed quibus lamentis, quibus lachrymis & clamoribus prosequutus fuerit infœlicem casum vnius parricidæ & proditoris Absalonis, nemo ignorat. Capta arca testamenti a Philistæis, scimus cuiusmodi planctus factus fuerit in Israel. 1. Reg.4. Nec ignoramus lamenta Dauid super Saul & Ionatham, & lamentationes super Iosiam regem iustum, quas quot annis populus Israel inuocat, idque pro lege est apud Iudæos. 2. Paralip.35. Et vt de exteris aliquid attingamus, legimus apud Tranquillum in morte Germanici qui de republica bene meritus fuerat, templa lapidata, altaria demolita, Deos lares expositos, tum & partus recenter editos: Matronas comas deposuisse. Legimus caligulam catenus doluisse vnius sororis mortem immaturam, q indixerit iustitium, quo tempore risisse, lauisse, cœnasse cum parentibus, coniuge vel liberis capitale erat. Legimus in morte Iulij C. officiales eius vestes conscissas in pyram coniecisse vbi cadauer cremabatur, Milites similiter arma, matronas vero or- E namenta sua, & lamentari mortem eius Gentes exteras quæ Romæ erant, vnam quamq; iuxta morem suum. Denique obstruere plateam in qua occisus est, caussseque senatum, vt dies ille profanus vocaretur & parricidium, neque deinceps eo die cogeretur senatus. Quid dicam de morte Othonis, quam adeo moleste tulerunt qui aderant milites sui, vt se ipsos occiderent super tumulum, absentes autem q primum de morte eius certiores facti, in inuicem concurrentes, omnes mutuis vulneribus occubuerunt. Alexander mortem Ephestionis amici sui adeo moleste tulit, vt continuo mulos equosque tonderi iusserit, & finitimarum vrbium pinacula dirui fecerit, tibias & cætera musicorum instrumenta diu in castris canere vetuerit. Hæc illi fecerunt pro amicis suis filijs aut principibus. Nobis autem dicitur, Omnis anima quæ afflicta non fuerit post biduum, peribit de populis suis. Quare? Quia hodie licetur redemptio nostra, capitur & ligatur libertas nostra, illuditur gloria nostra, & moritur vita nostra; clamans inter moriendum, pater ignosce. Quo clamore lumen ademit soli, vclum conscidit, terram

Luc.24. Luc.22. Math.26. Marc.14.
Tren.1. Luc.1.
1. Mach.1. Iob.36.
Alex. ales. Boetius. Luc.2.
Iob.2.
Psal.44. Gene.37. Luc.2. 2.Reg.18. 2.Reg.1.
Iosias. Germanicus.
Iulij C.
Otho.
Ephestion
Matth.27.

concussit, rupes diruptæ, monumenta reserauit. Erit autem considerationis nostræ meditari inter hæc quale erat cor immaculatæ percusso pastore, dispersas oues. Magna enim velut mare erat contritio eius. Treno. 2. Et tamen implendum est quod prædixit dominus, post biduum pascha fiet. Sicut autem dicit

Chrysost.

Chrysostomus. Omnis nostra spes & salus in morte consistit eius, cuius post biduum pascha fit. Nihil præstantius est ex omnibus quæ a Deo accepimus, pro quo tot gratiarum actiones Deo reddere teneamur, quam pro eo quod

Rom. 8.

oblatus est ad mortem, quia ipse voluit. Vnde Paulus. Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: Quomodo non cum illo omnia nobis donabit? Si dedit nobis hæredem, dabit & hæ-

Gene. 27.

reditatem. Dedit nobis agnum sine macula vt immolaretur pro peccato totius mundi, cuius tamen collum

Gene. 3.

& manus mater hædicis texit pellibus, quoniam venit in similitudinem carnis peccatricis, vt falleret principem tenebrarum harum, qui Euam matrem morientium fefellerat in specie serpentis: Ita enim scriptum est, ipse vel ipsum conteret caput tuum, tu autem Calcaneo eius insidiaberis. Calcaneus Christi mors eius

Ioan. 14.

est. Venit autem princeps mundi huius, & assistit Christo morienti, & volens capere, captus est. Et quidem iuxta sententiam sanctorum multi alij modi suppeterant potentiæ Dei, quibus humanum genus repararet, quippe qui sola voluntate hominem sicut condidit reparare poterat: Verum hæc via omnium visa est expeditissima, quia minus nos diligeret, nisi moriendo, quo nos amore prosequeretur, ostenderit.

Figura.

De hoc Num. cap. 35. Ita habes. Si fortuitu & absque odio & inimicitijs aliquis occiderit proximum, &c. Sequitur: Liberabitur innocens de vltoris manu, & reducetur per sententiam ad vrbem ad quam confugerat, manebitque ibi exul, donec sacerdos magnus qui oleo sancto vnctus est moriatur. Ergo sola mors

Psal. 109.

magni sacerdotis iuxta ordinem Melchisedec homicidas parentes nostros patriæ suæ restituit. Ipsi enim sunt qui totam posteritatem suam morti obnoxiam fecerunt, idque absque odio & inimicitijs, falsi videlicet vana spe fœlicitatis nescio cuius, quod non morerentur, sed futuri essent veluti nescio quid dij. Tandiu igitur exules peregrinati fuere a patria sua parentes nostri cum filijs, quamdiu sacerdotes magnus mortuus non est, & pascha nostrum Christus non est immolatus. Si igitur requiras quæ sit ciuitas refugij ad quam

1. Cor. 5.

Gene. 3.

parentes nostri confugerunt: Ea mors Christi est, & arbor illa cuius vmbra protecti sunt ab ira Dei, donec pascha fieret post biduum, hoc est post tempus ante legem & sub lege, seruantibus interim viam ligni vitæ cherubinis cum gladio distomo, flammeo atque versatili. Distomo, quia & anima separanda erat a corpore, & a fruitione diuinitatis, flammeo, quia corpus tradendum erat igni æterno, Versatili, quia amouendus erat aliquando, videlicet moriente summo sacerdote, dicenteque ad latronem, hodie mecum eris in

Luc. 23.

paradiso. Hunc gladium a mouerit a via ligni vitæ orabat propheta dicens. O mucro domini vsquequo non quiesces? Ingredere in vaginam tuam refrigerare & sile. Responsum est. Percutiet pastorem rutilantem in meridie, & continuo exibit sanguinis, qui melius clamet quam sanguis Abel, dicens, pater ignosce illis, & sanguis hic retundet aciem gladij distomi: exibit simul cum sanguine aqua, quæ extinguat ignem versatilis gladij, & tunc demum gladius iræ Dei ingredietur vaginam suam & requiescet. Id autem post

Hiere. 47.

Hebr. 12.

Ioan. 19.

2. Reg. 18.

biduum fiet. Pendente igitur Absalone ex arbore scientiæ boni & mali, confixo lanceis tribus, triplici enim morti adiudicatus erat Adam, ciuili, quia exul, naturali, quia morte morieris, spirituali, quia electus ne

Figura.

4. Reg. 4.

Osee. 13.

sumeret de ligno vitæ, nihil proficit Helisæo mittere baculum, idest legem per manum Mosi, non enim resurget puer, donec Helisæus forma serui assumpta, puero commensuretur, dicam planius, donec a cæto deuoretur, cui dicitur o inferne o ero morsus tuus ero. Id fiet post biduum. De hoc ita habes Apoc. 5. Vidi cælum apertum vsque ibi, ego autem flebam. Cui dictum est, vide ne fleueris. Post biduum occidetur Leo de tribu Iuda, & soluet signacula libri sacræ paginæ. Viginti quattuor seniores qui circundabant thronum diuinæ maiestatis, patris sunt veteris testamenti patriarchæ & prophetæ, qui librum sacræ scripturæ litteris quidem & verbis scripserunt, mysterijs autem & sacramentis clausum reliquerunt, referandum in plenitudine temporis. Nam quia impossibile videbatur deum posse mori, id multo ante præfiguratum est (Iudæis quidem scandalum 1. Cor. 1.) dicente Esaia, cap. 53. Sicut ouis ad occisionem ducetur, &c. Generationem quis enarrabit? Videbatur & illud absonum vt genus humanum remissionem peccatorum acciperet morte eius qui inter iniquos pependit velut maledictum: quod tamen lex expresse figurauit in ca-

Gal. 3.

pro illo emissario, de quo habes Leui. cap. 16. Rursus quoniam videbatur incredibile, vt morte summi sacerdotis exules repatriarent, id similiter lex præfigurauit in agno immolato in pascha, eo enim occiso, & celebrata cœna, filij Israel de captiuitate & seruitute Aegyptiaca eruti, mari transito, in terram introducti sunt quæ fluit lacte & melle. Exo. 3. Pascha autem nostrum non agnus est, non hædus, non vitula rufa (Num. 19.) non azimus panis, sed pascha fiet, & filius hominis tradetur. Origenes. Non sicut arbitrantur

Origenes.

quidam, hoc dicere vult, quod post biduum paschæ dies adueniet, sed quod post biduum nouum pascha fiet. Nec enim dixit, erit, aut veniet, vt ne ostenderet illud pascha futurum quod fieri solebat secundum legem, sed pascha fit, quale nunquam fuerat factum, vt per hoc nouum pascha illud succidat antiquum. Tradetur

Exo. 12.

Esai. 53.

autem in hoc pascha non aries, non Isaac, sed filius hominis vt crucifigatur, cuius sanguine superliminaria domorum nostrarum vngantur, dicente propheta, disciplina pacis nostræ super eum. Crucifigetur autem media die feruente sole, vt impleatur illud, assum tantum igni comedetis, pro lactucis autem agrestibus vinum myrrhatum ei obtulerunt. Assatum est autem tamdiu, donec diceret agnus, consummatum est. Ioan. 19. Assus igitur, & fluente de latere eius sanguine & aqua, de cruce depositus, in gremio collocatur sanctissimæ matris, ad quam ecclesia, da inquit mater filium tuum vt comedamus, ipse est enim

Abulens.

pascha nostrum. 4. Reg. 6. Abulens. Quid autem si vnus agnus toti familiæ non sufficeret? Dicendum quod vnusquisque modicum quid accipiebat. Quid est autem quod iubentur superliminaria vngere? Nunquid angelus sanguinem videbat? Vel nunquid ipse alias domos Aegyptiorum vel Iudæorum non nouerat? Quid

autem

autem se Hebræis, qui cohabitabant Aegyptijs? Dicendum quod hora phase Iudæi transibant ad domos vicinorum, a quibus inuitati fuerant, vt locum cederent angelo occidendi primogenitos in omni domo. Ad hæc sciendum, quod occiso agno, detracta pelle, viscera extrahebantur, atque lota diligenter, ipsi agno assando circundabantur, vt simul cum eo assarentur. Agnus ipse non diuidebatur in frustra, nec præcidebatur et manus pes vel caput, sed integer omnino terrebatur. Cæterum ossa corrosa canibus relinquebantur. Si sequiras quare cum amaris lactucis iubentur agnum comedere & azymo pane? Respondetur, vt semper memores essent durissimæ seruituris Aegypti, in qua more seruorū in luto & lateribus desudabant. Autumant autem Hebræi iuxta Hieronymum, propter id quod scriptum est Exo. 12 cap. In dijs Aegypti faciam iudicia, nocte qua egressus est populus, omnia in Aegypto templa diruta fuisse, sine motu terræ, sine ictu fulminum, sicut quando ingressa est arca Dei templum Dagon. 1. Reg. 5. Ad hæc Chrysost. Nocte media deus decimam plagam Aegyptijs minabatur, (plagæ autem istæ iuxta Abulensem infra sesquimensem illatæ sunt Aegyptijs) vt eorum primogenita, quia primogenitum Dei populum detinebant. Sed ne dilecta plebs Iudæorum vna cum illis periclitaretur, quia idem locus continebat vniuersos, remedium discretionis inuentum est. Cæterum in diluuio & in Sodomis secus factum est, quia ibi iusti cū essent pauci numero, facile separati sunt. Occidite ergo inquit Moses agnum, & sanguine eius vngite superliminaria. Quid agis Moses? Sanguis pecudis liberare hominem a morte potest? Valde inquit, non quia sanguis est vel atramentum iuxta Ezech. cap. 9 Sed quia dominici sanguinis per eum demonstratur exemplum. De quo vide Iosue cap. 2. De cocco pendente e fenestra domus Rahab, quæ typum gerit ecclesiæ. Est enim reguntium statuæ quæ sine sermone sunt & sensu consueuere liberare ad se confugientes, non quia æreæ vel aureæ sed quia retinent imaginē principis, sicut alias diximus de Belo. De hoc igitur paschate Esaias loquitur cap. 53 Domine quis credet auditui nostro? Quo verbo raritatem significat credituorum ex Iudæis. Quodque sequitur, ascendet sicut virgultum, Symachus ramum dixit, vt assumptum ostenderet hominem, qui processit de vtero virginali. Sicut radix de terra sicienti, Aquila, de terra inuia dixit, vt virginitatis priuilegium demonstraret, quod absque vllo humano semine de terra penitus inuia sit creatus. Non est ei species neque decor neque aspectus neque gloria. Vnde ergo dictum est, speciosus forma præ filijs hominum? Sed despectus erat & ignobilis quando pendebat velut maledictum ab arbore vitæ, & peccata nostra portabat. Inclytus autem erat & decorus aspectu, quando ad passionem eius terra contremuit, & fugiente sole, æternam noctem elementa timuerunt. Vnde dilectus meus candidus plenitudine ac puritate omnium virtutum, rubicundus in passione, electus ex milibus in resurrectione. Sequitur. Virum dolorum & scientem infirmitatem. Quibus verbis verum corpus hominis, & veram demonstrat animam, qui sciens ferre infirmitates, omnes eas diuinitate superauit. Et absconditus vultus eius atque despectus, vt humano corpore diuina potentia celaretur. Si enim eum agnouissent, &c. Qui vere languores nostros & peccata portauit, & pro nobis doluit vere, cuius anima tristis fuit vsque ad mortem. Et nos putauimus eum esse immundum siue, en pono, idest dolore: Enpono iuxta 70. Vel leprosum iuxta Symachum, vel flagellatum iuxta Theodotionem. Estque sensus. Putauimus eum pro peccatis suis adeo esse percussum, qui humiliatus est propter nos, & cum latronibus crucifixus: Vnde dicit: ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, Nos putauimus eum virum pro suis peccatis percussum (Iob cap. 19.) Sed propter vulnera nostra sananda attritus est, de quibus scriptum est Esai. 1 a planta pedis vsque ad verticem, &c. Vnde disciplina pacis nostræ super eum est. Quod enim nos pro sceleribus nostris debemus sustinere ille pro nobis passus est. Vnde liuore eius sanati sumus, pacificatis quæ in cœlis sunt quæque in terris per sanguinem crucis suæ. Ex quo perspicuum est, sicut corpus flagellatum atque laceratum signa iniuriæ in vulneribus atque liuore portabat: ita & animam vere doluisse pro nobis, ne ex parte veritas, & ex parte mendacium credatur in Christo. Sequitur. Omnes sicut oues errauimus, dominus autem posuit in eo iniquitates omnium nostrum, vt quod propter imbecillitatem virium ferre non poteramus, pro nobis ille portaret. Qui oblatus est, quoniam voluit, & non aperuit os suum, cum accusaretur de multis. Aperuit autem pendens in cruce, dicens, pater ignosce. Sicut ouis ad occisionem ducetur (alter Isaac) & quasi agnus coram tondente, cum vestibus nudatus est, ascensurus palmam. De angustia & iudicio sublatus est, vel iuxta. 70. In humilitate iudicium eius sublatum est. Sensus est, quod de tribulatione atque iudicio ad patrem victor ascenderit, siue quod iudex omnium iudeis non repererit virtutem, sed absque vlla culpa seditione Iudæorum, & Pilati voce damnatus sit. Vnde admiratur propheta, quod omnium deus se tradiderit morti. Sequitur enim generationem eius quis enarrabit? Quod duobus modis potest intelligi. Aut enim de diuinitate eius accipiendum est, quod impossibile sit, diuinæ natiuitatis nosse mysteria, Aut de partu virginis, quod difficulter possit exponi: Potuit enim angelus & euangelista modum narrare huius mysterij, quod fieret, vel quod iam factum esset, modum autem spiritussanctus nouit, & virgo quæ concepit. Si autem dicat aliquis, quod nemo nouit filium, &c. & cui voluerit filius reuelare vel pater: Ergo si alicui filius reuelet, hic poterit hoc enarrare mysterium: talis audiat, aliud esse nosse, aliud loqui: quia frequenter quæ mente concipimus, sermone explicare non possumus. Ergo mysterium diuinæ natiuitatis in corpore possunt sancti fide magis nosse quam dicere. Alioqui & Paulus raptus in tertium cælum: audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui, idest quæ nequaquam valet humana lingua proferre. Istius autem cuius generationem nullus enarrare valet sublata est vita de terra, vt post terræ sepulturam resurgens a mortuis, viueret in cœlo. Sequitur. Propter scelus populi mei percussi eum, vt populum suū quem semper peculiarem habuit ad vitam sua morte reuocaret. Dabit impios pro sepultura, & diuites pro morte sua, vtrumque populum significans his verbis, in diuitibus Iudæos in impijs gentiles. Idcirco ergo passus est: vt ex vtroque populo sibi ecclesiam congregaret.

Agnus.
Hierony.
Chrysost.
Abulens.
Maria.
Psal. 44.
Matth. 27.
Canti. 5.
1. Cor. 2.
Matth. 26.
Hierony.
Collo. 1.
Luce. 23.
Canti. 8.
Matth. 11.
2. Cor. 12.

gatet. Potest sic exponi, quod diuites & impij Iudæi dati sunt Romanis in prædam in vindictam mortis Christi, eo quod cum iniquitatem non fecerit, nec dolus inuentus fuerit in ore eius, cum sceleratis reputatus

Deut. 21.

est, iuxta quod dicitur filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Maledictus autem qui pendet in ligno. **Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt quomodo eum dolo tenerent & occiderent, Lucas, Timebant vero plebem,** Matthæus & Marcus. **Dicebant autem. Non in die festo, ne tumultus fieret in populo.** Dicamus interim propter verbum illud: consilium fecerūt,

Sabellicus

quod Primum concilium Nicenum celebratum est Constantini tempore, sedente Iulio sexto & trigesimo pontifice, in quo Arius damnatur, qui diuersas in trinitate substantias asseruit. Secundum concilium Constantinopolitanum Gratiano principe celebratur: Damaso pontifice vnde quadragesimo. Rea acta in Macedonium & Eudoxum, negantes deum esse spiritumsanctum. Tertium concilium Ephesinum, Theodosio imperante, celestino sedente. Quinto & quadragesimo pontifice, in eo Nestorius Constantinopolitanus Antistes impugnatur, qui Mariam Dei param, hominis non Dei matrem fuisse aiebat, quique aliam personam carnis dicebat, aliam diuinitatis. Calcedonium concilium quarto loco celebratur Leone

Concilia generali.

pontifice: Marciano imperante, in quo Eutichus damnatur Constantinopolitanus Abbas, qui asseruit Christum post humanam assumptionem non ex duabus naturis consistere, sed sola diuina esse contentū. Theodorus quinto concilio damnatur, qui Bizantij est habitus. Aiebat enim impius hic, Virginem beatam solum hominem peperisse, non deum & hominem: Estque in eo concilio decretum, vt Christi mater Theotocos diceretur. Sextum concilium item Bizantij celebratur, vbi Macharius Antiochenus damna-

Gene. 49.

tur, qui dicebat vnam in Christo esse voluntatem, vnde orta est hæresis Monothelitarum. In concilio autem istorum non intret anima mea inquit Iacob, de quibus scriptum est, egressa est iniquitas a senioribus qui videbantur regere populum. Videbantur inquit (Dani.13.) reuera autem funditus euerterunt, vene-

4. Reg. 2. Hierony.

runt enim duo visi saltus & interfecerunt ex his pueris annorum centum, maledictis inuceratis duos & quatuor. Itaque iuxta Hieronymum, qui debuerant paschate vicino, præparare victimas, leuigare templi parietes, pauimenta vertere, vasa mundare, & iuxta ritum legis purificari, vt esu agni digni fierent, congregantur, ineuntque consilium tanti veteratorica, quomodo Iesum dolo tenerent & occiderent. Vides quibus bonis ac religiosis iuxta prisca officia suum principes latronum pascha auspicantur! Consilium ineunt quomodo vitam perdant, absoluant homicidam. Timebant vero plebem. Non timentes seditionem, vt simplex sermo demonstrat, sed cauentes ne auxilio populi de suis manibus eriperetur. Non inquit in die festo, quando maior communiter fit populi concursus, idque maxime verum erat apud Hebræos,

Esai. 1.

qui festa superstitiosissima obseruabant. Non igitur vt festum sanctificarent, id dicebant, absit, sabbata, enim eorum calendas & memoria iam olim odiebat deus, sed ne tumultus oboriretur in populo, qui scissus erat in diuersa studia erga Christum, alijs dicentibus, bonus est, nulli nocuit, omnibus profuit, alijs autem dicentibus, seducit turbas, vini potor est, publicanorum amicus. In domo igitur principis sacerdotum

Matth. 11.

decernitur de morte Christi, vbi magis oportebat in homicidas decerni. Quid autem si ideo non in die festo dicebant (res enim principe tenebrarum harum præsidente & agente tractabatur) ne mortem Christi facerent clariorem? Volebat ergo Satanas occultare victimam illam toti orbi salutem allaturam, ideo dicebant, non in die festo, sed Nazarenus noster non in cisterna morietur, sed exaltandus est in cruce in deserto Gentium (Ioan. 3.) in frequentia populi. Agnus autem paschæ veteris qui vni populo in typo libertatem donabat, noctu immolabatur. Timebant forte & illud, ne si in die festo vellent eum occidere, facto populi concursu oblationes perderent, quas populus offerre debebat in pascha. Itaque perditi homines time-

Chrysost.

bant non deum sed plebem. Chrysost. Considera igitur ipsos valde timere (serui enim erant veteratores licet) non deum, neque ne maius scelus esset in ipsa paschæ celebratione tam scelerosum facinus perpetrare, sed homines & tumultum. Ita tamen inflammati, postquam proditorem inuenerunt, commutari, expectare non potuerunt, sed in ipsa solemnitate & capiunt & morte turpissima occidunt. Oderant fratres sanctum fratrem Iosephum, adeoque odio percitì erant, vt non possent ei quicquam pacifice loqui. Tamē

Gene. 37.

propter timorem & præsentiam patris celabant furorem suum. Quam primum autem viderunt eum semotum a parente, oblata oportunitate, ecce inquiunt somniator venit, occidamus eum. Sed & huic pepercit diuina clementia sicut & auo suo Isaac, vt ne sua dolo occideretur. Et licet deus Iudæorum voluntate nequissima dispensando in melius vteretur, non tamen propter hoc vindictam diuinā euadent. Quid enim non merentur supplicij, qui eo tempore quo noxij soluebantur, innocentem sanguinem & iustum perdere voluerunt, a quo tot beneficia acceperant: & illud maxime quod propter illos (quos & oues vocat & filios) Gentes interea negligere videbatur. Quomodo inquiunt hunc de terra tollemus, qui filium Dei se vocat, qui factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum, & tanquam nugaces & hypocritæ & sepultura dealbata æstimati sumus ab illo, & abstinet se a vijs nostris tanquam ab immunditijs? Et cum grauis sit nobis etiam ad videndum, nihilominus ecce totus mundus post eum vadit. Ioan. 12.

Sap. 2. Prouerbiū

Omnino morte turpissima condemnemus eum, sed non in die festo. Itaque iuxta Prouerbium plurimum calculus vicit, nec expensæ sunt sententiæ sed numeratæ, & iuxta Liuium pars maior meliorem vicit. Forte enim erant multi ex ijs de quibus dixit Ioannes cap. 12. Ex principibus multi crediderunt in eum, sed plurium calculus vicit, vt occideretur. **Intrauit autem Satanas in Iudam, qui cognominabatur**

Luc. 22.

Iscarioth vnum de duodecim. Matthæus Marcus & Lucas. **Tunc abijt ad principes sacerdotum, summus inquam sacerdotes, & magistratus,** iuxta Lucam, **vt proderet eum illis,** iuxta Marcum, **dicens,** Matthæus, **quid vultis mihi dare, & ego vobis eū tradam?** Marcus & Lucas

& Lucas, qui audientes gauisi sunt, & promiserunt & pacti sunt pecuniam illi se da-
turos. Matthæus, & constituerunt ei .30. argenteos. Lucas, & spopondit, Tres euangelistæ,
& ex inde quærebat oportunitatem quomodo eum oportune traderet, Lucas, sine tur-
bis. Diabulus iuxta Hieronymum adiutor & incensor malarum cogitationum potest esse, autor esse nõ — Hierony.
potest. Sin autem semper in insidijs positus (in foribus adest, calcaneum obseruans) leuem cogitationum — Gene. 4.
nostrarum scintillam suis fomitibus in flammauerit, cuius sternutatio feruere facit mare (Iob. 41.) Halitus
prunas ardere facit, non debemus opinari eum occulta quoque cordis rimari, sed ex corporis habitu & ge-
stibus æstimare quid versemus intrinsecus. Vnde illud. Fode parietem. Ezech. 8. Per quod ostenditur in sin-
gulis nostrum per parua vicia maiora demonstrari. Pro signo enim sunt interioris hominis, verba, & aua
ritiam latentem intrinsecus paruulæ rei cupido significat. Sed cum teneamus firmiter, quod mentem homi-
A nis nulla creatura iuxta substantiam possit implere nisi sola beata trinitas, quia tantum modo secundum — Cap. 13.
operationem & voluntatis errorem animus de his quæ creata sunt impletur: quæramus quomodo dictum
est, intrauit Satanas in Iudam vel in cor Iudæ iuxta Ioannem. Nam & Petrus dixit Ananiæ & eius vxo-
ri. Quare impleuit Satanas cor vestrum? Actu. 5. Didimus Ingredi principale cordis potestas solius est tri- — Didimus.
nitatis. Sed Satanas quasi callidus quidam nequam ac lubricus & fallax serpens in eos animam malitiæ
affectus trahit per cogitationes & incentiua viciorum, quibus ipse plenus est. Obseruans itaque Satanas
cautissime quibusdam motibus & operationum signis ad quæ potissimum Iudæ cor esset vicia procliuius
deprehendit eum patere insidijs auaritiæ, fur enim erat, & reperta cupiditatis ianua, misit in mentem eius,
quomodo pecuniam concupitam acquireret, per occasionem lucri, factus magistri proditor. Solet ergo Sa- — Ioan. 12.
tanas antequam veniat, quædam iacula præmittere, & percursorem aduentus sui facere cogitationem. — Hierony.
Hanc si nos in corde susceptam nutrierimus, non allidentes paruulos ad Petram, cum in nobis auctam — Psal. 136.
B suam prolem viderit, tunc & ipse audebit irrumpere. Vnde illud, Nolite locum dare diabolo. Ephes. 4. hãc
igitur primam sagittam cum iecisset Satanas in cor Iudæ, vt dominum traderet, quia susceptam non ex-
cussit, intrauit Satanas, vt Iudas laqueo vita excideret. Iudas inquit vnus de duodecim. Theophyl. id di- — Theophy.
cit admirans, quod ex primis & electis esset, diaboloque se tradidisset. Vnde homo & tu time, licet ex fami-
liarissimis sis, ne vnquam desidiæ vaces & excidas. Si enim fuerit Chonias anulus in manu mea dextera,
inde euellam eum. Et hic est Zelator pauperum qui in superioribus dixit, potuit hoc vnguendum venũ- — Hiere. 22.
dari & dari pauperibus. Ioan. 12. Theophyl. Quando quis offert Deo donum, ne auerseris illum, neque — Theophy.
confringas alacritatem eius, abducens illum, vt det pauperibus. Quod si quis consilio tuo indiguerit, vtrũ
oporteat facere, an pauperibus dare, an offerre Deo, consule illi, vt det pauperibus. At cum offert, indi-
gnum est auersari illum. Decet enim vt honorem quem Deo debemus præferamus simpliciter omnibus.
C Nam pauperes semper habetis, &c. Vnus igitur erat ex .12. qui abijt ad principes, qui edebat panes Chri-
sti, qui simul cum eo dulces capiebat cibus. Psal. 54. Rationi consonum est, vt Iudas se scandalizatum di-
xerit de magistro suo, & quod hactenus Eum coluerit vt virum sanctum, &c. Sed quando vidit illum susti-
nuisse vngi a fœmina proprijs manibus in capite & pedibus, aliam multo diuersam opinionem conce-
pisse de illo. Caietanus. Dion qui Dionysium e Tyrannide exegit, cum insidias sibi a Callippo, cui ma- — Dion.
xime & amicorum & hospitum fidebat strui accepisset, illum redarguere non sustinuit, quod diceret, satius
esse mori, quam viuere, cui non hostes modo, verum amici quoque sint cauendi. Abijt igitur ad principes — Matth. 26.
sacerdotum & magistratus. Magistratus vocat præfectos ædificijs templi vel etiam censores, vt qui cura-
rent ea quæ ad bonum ordinem seruandum conducebant. Præfecerant enim Romani quosdam populo,
vt ne turbaretur, quandoquidem seditiosi erant illos igitur vocat, strategus, magistratus. Fortassis autem
& militaria munera credebantur eis qui erant ex sacerdotali ordine, vnde magistratus & duces dicit. Am
D bitione enim laborantes, & illa officia inuadebant, vnde illos magistratus & duces templi nominauit,
manifestius forte taxans illos. Abijt igitur Iudas ad congregatos sacerdotum principes & magistratus,
quibus vt prædicitur dominus grauis erat ad videndum, & cum pulsaret (loquella enim eius manifestum — Theophy
fecit eum) responsum est, ingredere Bone Achitophel, cur foris stas, mercator pessime. Ingressus igitur, se-
dit in medio Catulorum Leonum. Et cum multi vtrinque modi hinc inde agitarentur, vt Iesum dolo te-
nerent, tandem & Iudas sententiam rogatur. Imo inquit ille periculo capitis vestri & totius reipublicæ
homo iste viuit, & vos interim lenti & oscitantes, de morte eius consultatis, dicentes. Non in die festo. Ve
rum si vestra refert, vt omnino moriatur, sicut reuera refert, quid vultis mihi dare, & ego vos hac sollicitu-
dine liberabo, & ego vobis eum tradam? Faber. Iudas auarorum primipilus, iniquorum pessimus, sacri-
legorum perditissimus, ex hora venditionis quærebat oportunitatem, vt primus Simoniacis & omnium — Faber.
qui sub inde futuri erant protogonis filium Dei argento traderet, quia vidit se deprehensum in furto & re- — Ioan. 12.
E prehensum, & mulierem collaudatam, quæ vnguentum effuderat super caput domini Iesu. Hieronymus. — Hierony.
Non certam postulat summam, sed more latronum quasi vile tradens mancipium, in potestate ementium
posuit, quantum vellent dare. Quod si certam postularet summam, luctuosa videretur proditio. Hanc autẽ
proditionem si forte (reuelante Nicodemo) mater eius immaculata resciuit, vere animam suam doloris
gladius pertransiuit. Qui audientes gauisi sunt, sicut exultant victores, capta præda. Esai. 9. Gauisi sunt & — 1. Reg. 5.
Palestini, quando capsam arcam intulerunt in templum Dagon Dei sui, tanquam opima spolia ex vi- — Iob. 20.
ctoria, sed gaudium eorum ad instar puncti fuit. Vide historiam. Ego inquit huius tragediæ primas par-
tes agam, dum taxat ne operam meam laudam. Ego vobis eum tradam. Quem eum veterator, quem eũ?
Eum de quo, modo vobis erat sermo, quomodo eum dolo teneretis. Et eum o scelesté matrem non habet?
Eum vobis tradam, quem populus nudius quartus ramis excepit velut regem, clamãs, benedictus qui ve-
nit.

nit. Eum à quo tu impie profane inter duodecim apostolus electus es vnus. Et hic tametsi ac talis adeo [Matth. 11.] in oculis tuis viluit, vt dicas (nulla prorsus ab eo affectus iniuria) quid vultis mihi dare. Origenes. [Matth. 26.] [Origenes.] Mulier effudit vnguentum super caput Iesu, cuius opus mirabile in toto mundo prædicatur in memoriam illius fœminæ. Sed quod Christo est collatum, Iudas perditum putat. Vnde proponitur ex precio magistri (nouum flagitij genus) recuperare precium vnguenti. Quod forte Pharisæi diuinantes, constituunt & paciscuntur. 30. argenteos, quod erat decima pars 300. denariorum. Iuxta mysterium autem tot ei constituunt denarios, quot annos vixerat in terris, cuius omnis vita nostra erat disciplina. Sicut autē dicit Hie- [Hieronymus.] ronymus, Ioseph non vt multi putant, iuxta 70. interpretes viginti aureis venditus est, sed iuxta Hebraicam veritatem viginti argenteis, quot videlicet illi dare voluerunt, nec enim præciosior poterat esse seruus quàm dominus. Melius est inquit Iudas vt venundetur. Ex malis duobus minus speciem habet boni. Sed audi Iudæos Lymphaticos. Ferunt enim quòd nouem fratres Ioseph (aberat enim Rubem & Beniamin) po- **F** suerunt excommunicationem sibi & Deo, quem ad suum concilium vocauerunt, si ipse secretum huius venditionis per fidē reuelaret. Eo amentiæ venerunt miseri Iudæorum doctores. Obserua tamen bone & pie lector, Iudam adeo auaritiæ peste corruptum fuisse, vt pro decem traderet dominum, si plures argenteos sacerdotes cum eo non paciscerentur. Namque primum illi pacti sunt cum eo triginta, spopondit [Zacha. 11.] idem facturus si decem tantum paciscerentur: Decorum precium (quod cum dolore admixta ironia legendum est) quo appreciatus sum ab eis. Nimirum pluris estimarent mancipium vel iumentū, sed tam ementes quàm qui licebatur trifures erant. Hoc autem nostro seculo aureo multo minoris sacramenta licentur mul- [Plutarch⁹.] ti, & eadem licent, & dicunt, quid vultis mihi dare? Vel quod his auribus hausi, nisi tot dederitis: ego vobis eum non tradam. De hoc alij viderint, ego octipedem suscitare nolo, an potius Briareum. Ad hæc Plutarchus de Iulio Cæsare. Circa Pharmacusam insulam a piratis capitur, a quibus cum pro eo redimendo viginti poscerentur talenta dedisse, quòd qualem cœpissent virum ignorarent. Proinde 50 se daturum pollicitus est. Quinquaginta talenta 30. milibus aureis æstimantur. Idem nobis dicendum est. Si Iudas seruo- **G** rum nequissimus matrem domini Iesu conuenisset, non 30. argenteos sed tercentum accepisset. Sed hæc cogitanda sunt non loquenda, deficit enim lingua, sensus, & mens caligat, audiens vocem illam, qua vita & redemptio nostra licet, cum dicitur, quid vultis mihi dare? Gauisi sunt igitur sacerdotes & magistratus, vt qui inuenissent nefandæ coniurationis suæ exitum bonum vt sibi visum est. Tantula igitur pecunia ad eam immanissimum facinus conduci potuit Iudas: imo ipse se obtulit non requisitus. Verum quid [Cæsar.] non mortalia pectora cogit cum dicere, tum & facere auri sacrilega fames? Dixit autem aliquando Cæsar, proditionem quidem sibi placere, proditorem autem odio esse. Homines enim ita affecti sunt in improbos omnes, quorum operam requirunt, veluti cum felle ac veneno quarundam ferarum indigent, dum ea sibi vsui sunt, illis delectantur, vbi vero nihil indigent, vitium ipsum oderunt. Hæc ipsum videre licet [Matth. 27.] in præsentiarum. Cum Iuda proditore indiguerunt sacerdotes, pacti sunt cum eo pecuniam. Proditione **H** peracta, cū diceret ille, peccaui. Quid inquiunt illi ad nos? Abi, & laqueo te suspende. Exinde igitur quærebat opportunitatem, vt eum traderet sine turbis. Ita sacerdotibus præter spem aliunde oblata occasione (quis enim tam immane scelus sperare posset ab vno ex discipulis duodecim, qui testis oculatus fuerat immaculatæ vitæ Christi, & admirabilis potentiæ eius, & cœlestis doctrinæ eius?) Cum iniquissima eorum voluntate coniuncta, excussit omne scrupulum de die festo, ne videlicet si oblata occasione, opus nefariū procrastinarent, sero pœniterent. Nullum igitur non mouebat lapidem lupus ille, quendam protheum agens, qui omnes domini nouerat secessus, occasionem nanciscens, quomodo dominū suum traderet illis, [Eccle. 10.] & res fieret sine tumultu. Hæc ille, cui melius fuerant non nasci, sed pecuniæ obediunt omnia. Pauli autem [Ioan 13.] sententia est, radicem omnium malorum esse cupiditatem. 1. Tim. 6. Ante diem autem festum paschæ sciens Iesus quòd venit hora eius, vt transeat de hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Idest ad finem, idest beatitudinem ideo **I** transibat, vt eos bearet. Hoc quod dictum est a Ioāne, ante diem festum paschæ, dictum est a Matthæo & Marco, prima die azimorum. Et dicitur prima dies azimorum feria quinta ante parasceue, non quod [Leui. 12.] feria illa quinta esset vna ex septem diebus in quibus iuxta Exo. cap. 12. Iubentur Iudæi azimis vesci, sed quia vespera illius feriæ quintæ erat initium diei sequentis quo ad paschæ celebrationem, dicente lege, a vespera in vesperam celebrabitis sabbata vestra itaque hac feria quinta (ante parasceue paschæ) post meridiem abijciebant Iudæi omne fermentatum e domibus, & in eadem vespera immolabant agnum. Cum igitur dicit Ioannes, ante diem festum paschæ, per illud ante diem, intellexit pridie paschæ. Sed huius diei (qui præcedebat diem paschæ primum) prima pars erat vespera feriæ quintæ quo ad celebrationem festiuitatem idquod nunc etiam obseruat ecclesia in celebritatibus maioribus. Atque ita factum est, vt prima parte primi diei azimorum immolaretur agnus Typicus, institueretur sacramentum summæ pacis, & eadem die quoad celebritatem, idest mane parasceue immolaretur pascha nostrum Christi. Hoc est ergo **K** [Exo. 12.] quod dicit Ioannes, sciens Iesus, quòd venit hora eius vt transeat. Pascha enim transitum sonat. In Hebræorum pascha transijt angelus a domibus Iudæorum (eas intactas relinquēs) ad domos Aegyptiorum, occidens primogenitos, in paschate autem nostro dominus transijt ad patrem. Sed & Hebræi pascha suum celebrarunt, transeuntes mare rubrum & latissimam eremum, vt peruenirent ad terram quæ fluit lacte. [Exo. 3.] Exo. 3. Vnde iubentur vesci agno stantes, accincti, tenentes baculos, quod proprium est viatorū. Transeamus igitur & nos cum Mose, vt videamus visionem hanc magnam, quomodo transire dicitur, qui vbique est, imo cuius centrum est vbique, quomodo dicitur ire ad patrē, qui semper est in sinu patris, & quo- [Ioan. 1.] modo venit hora eius, qui stabilis manens, dat cuncta moueri. Considera igitur quomodo semel in anno

pontifex

pontifex futurorum bonorum quæ in cor hominis non ascenderunt, relicto foris populo (Leui.16.) Ingreditur sancta sanctorum loca cuicunque alijs inaccessibilia, oraturus pro populo. Considera quomodo dominus Iesus in carne posita, per totum annum erat cum populo, prędicans annum placabilem, & quomodo impleta carnis dispensatione, transiturus de hoc mundo ad patrem, ignem secum defert & batillum corporis & incensum. Batillus caro eius, ignis charitas eius, qua suos in finē dilexit, incensum oratio eius, quā quia cum lachrymis, transiturus obtulit, exauditus est. Hebr.5. De hoc igitur trāsitu ita habes Exo.33. Cum Moses vehementer concupisceret, & hoc quadam si dicendum est amica familiaritate (quia dominus ipse dignatus est) extorquere vellet, vt videret eius maiestatem & faciem (quomodo dici potest facies Dei) audiuit, nemo vidit faciem meam & vixit. Sed ponam te in specula & cum trāsiero, posteriora mea videbis. Ideo autem posteriora tantum & non faciem, quia hora transitus mei ponam manum meam su-

A perte. Hoc alijs verbis dictum est, propterea non poterant credere, &c. Ioan.12. Erat igitur manus Dei super oculos Iudęorum non semper sed donec transiret. Postquam autem transijt de hoc mundo ad patrē, quid dixerunt? Quid faciemus fratres? Acceperant super se sanguinem illum iustum, quem precio admodū decoro emerant a scelesto illo. Zach.11. & videbant se crimini inuitabili obnoxios, ore suo iudicandi, quo dixerunt, sanguinis eius super nos, ideo postq̃ dominus transijt, in se reuersi, quid inquiunt faciemus? Act.2. Vide. Tu igitur quicunq; hæc legis, memento, q̧ & hora tua non tardabit, vt transeas de hoc seculo vtrum autem ad patrem, videro, ac proinde manduca & bibe, lude & illude cum Israel, si habes multa bona reposita in annos centum. Cum ergo adesset hora eius, vt transiret, cum dilexisset suos in vita, moriturus tamē, & relicturus eos presentia corporali, maiora multo amoris signa ostēdit. Dilexit eos in finē. Quomodo? Vltimū terribiliū est mors, hanc tamen pro nobis & si formidauit, tamen libentissime suscepit dicens, Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Theophyl. In finem dilexit eos.

B Nihil omisit eorum quæ facere decet eum qui arctissime diligit. Vnde corpore suo eos pauit & sanguine potauit & postremo pedes eorum lauat. Et inquit, si me quæritis, sinite hos abire, quos & peracta cœna patri longa oratione commendat. Quomodo ergo despiciet eos in grauioribus malis, qui sic dilexit, vt pedes ablueret & extergeret? Quid est autem, dilexisset suos? Nonne in sua venit, & sui eum non receperunt? Dicendum q̧ speciali ac peculiari amore hi erant sui, quibus cum conuersatus fuerat. De hoc ita habes Gene. 48. Transiturus de hoc mundo Iacob, do inquit tibi fili mi Ioseph partem vnam extra fratres tuos (pars hæc æqualis est toto, quia pars ista partem non habet) quam tuli de manu Amorręi in gladio & arcu meo. Et tamen emit eam centum agnis. Chaldaice legitur: quam possedi præcibus & oratione. Occisis enim Sichimitis a Simeone & Leui cum armata simul manu pastorum, timuit Iacob irruituros in se populos circum adiacentes, & orauit dominum, & nullus contra eum surrexit. Oratio igitur voca-

C tur arcus & gladius. Pars igitur hæc sacramentum est corporis Christi. Hanc partem ecclesia extra fratres suos accepit, sicut illi fatentur, dicentes, occidisti illi vitulum illum saginatum, mihi nec hædum dedisti. Vere ergo dictum est, in finem dilexit eos, si iuxta Gregorium, probatio dilectionis exhibitio est operis. Hoc est ergo quod dicit; nec instans mortis tempestas affectum quem gerebat erga illos excussit, sed in ipso digressu ad patrem potissimum exhibuit rari cuiusdam amoris inditia. Vnde Plato dialogo de amore. Illud euenire sępenumero solet, vt se in amati personam quisq; transferre cupiat. Deus namq; pro homine fieri cupit atq; conatur. Quis autem pro Deo hominem non commutet? Fit etiam vt amore illaqueati, vicissim suspirent & gaudeant. Suspirant, q̧ se ipsos amittūt (viuo iam non ego) gaudent q̧ in melius se trāsferunt. Calent quoq; vicissim & frigent, instar eorum quos terciana febris inuadit. Frigent, quia a calore proprio deseruntur, (mihi viuere Christus est) calent, cum superni radij fulgoribus accendantur. Denique Orpheus amorem dulce amarum nominat, quippe cum amor mors voluntaria sit. Amarum quia mors,

D dulce quia voluntarium. Dicit autem Thomas quolibet. 5.q.3. q̧ Christus maius signum ostendit amoris sui pro nobis moriendo, q̃ corpore suos pascendo. Maiorem enim dilectionem nemo habet q̃ hęc est, vt mori pro amicis suis. Ioan.15. Ad hęc Chryso. Nemo amatorum huius sęculi ita insaniet in amicam suam, sit licet Samson cum Dalila, sit Iacob cum Rachele, sit Adam cum Eua, sit Annon cum Thamar, sit Paris cū Elena, sit Antiochus depereus in stratonicem nouercam, sicut deus deperit in animas nostras, idq; nulla vtilitate sua. Nam & teste Seneca, si propter vtilitatem tantum benefaciendum esset, dij tot munera quæ die noctuq; nobis impartiuntur, non darent. Ita & vaccæ cum vrgentur pondere lactis, vitulos in pastu occupatos, mugitibus ad se reuocāt dicentes. Comedite amici, & inebriamini charissimi. Canti.5. Et enim liberales iuxta philosophum videntur egere maxime amicis, de quibus optime mereantur; cum dicunt, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum. De hoc autem loco dicetur: cum erit sermo de Sacramēto veræ pacis. Sequitur. Prima autem die azimorum, Lucas: in qua necesse erat occidi pa-

E scha vel quando pascha immolabant. iuxta Marcum, Matthæus & Marcus, accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Quo vis eamus, & paremus tibi vt manduces pascha? Marcus: & mittit duos ex discipulis suis: Lucas, Petrum & Ioannem dicens. Euntes parate nobis pascha, vt manducemus. Matthæus, ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei. Magister dicit, tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Lucas. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem. Marcus & Lucas, occurret vobis homo quidam lagenam vel amphoram aquæ baiulans, sequimini eum in domum in quā intrat, & dicetis patri familias domus vel domino domus. Dicit tibi magister. Marcus & Lucas: vbi est diuersorium: vbi pascha cum discipulis meis manducem? Quod autem Marcus dicit, vbi est refectio mea, & infert, vbi pascha, &c. Ostendit q̧ non refectio sed locus quærebat, sicut

Marginal notes: 1. Cor. 2. — Luc. 4. — Figura. — Matth. 27. — Luc. 12. — Theophy — Ioan. 15. — Gene. 33. — Luc. 15. — Plato. — Galat. 2. — Orpheus. — Thomas. — Chrysost. — Seneca. — August. — Philosop. — Gene. 18.

sicut sequitur ex Marco & Luca, vbi pascha, &c. **Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum & ibi parate nobis. Et abierunt discipuli eius & venerunt in ciuitatem, & fecerunt sicut constituit illis Iesus, & inuenerunt sicut dixit illis Iesus & parauerunt pascha** iuxta tres euangelistæ Dicit Abulens. Super cap 20. Matthæi. q̄ apostoli parauerunt pascha de pecunia Christi & non de pecunia patris familiæ, q.25. Quæ sit prima dies azimorum patet ex præcedentibus, atque ex quæ habentur Exo cap.12. Dictum est autem supra, q̄ existente domino in Bethania, rogauerunt eum discipuli apud quem vnum ex amicis vellet celebrare pascha suum. Non enim rogant eum de loco, cum lex sanxerit, vt tribus diebus annuatim omne masculinum veniat in Hierusalem, idque vel maxime necessarium erat in hoc paschate vel phase. Exo 23. Interrogant ergo eum de hospicio,

Matth.8.

cum quinque præcedentes noctes Bethaniæ exegerit. Cum igitur tante esset paupertatis, vt non haberet vbi caput reclinaret, rogant apud quem vnus ipse cum duodecim cœnaturus esset in crastinum vel posteri die. Nec enim vulgaris erat quærendus amicus, sed arctissimus, quippe qui tot hominibus reficiendis sufficeret, alter videlicet Abraam, Loth, Zacchæus, vel certe altera Martha. Ite inquit in ciuitatem. Ad quendam,

F

August.

verba sunt euangelistæ iuxta Augustinum dicentem, ly quendam de suo posuit euangelista non dixit dominus, sed vt ipse nobis insinuaret, tacito nomine fuisse quendam in ciuitate, ad quem domini discipuli mittebantur, &c. Est quidem necessitate breuitatis obscura loquutio, sed tamē integra. Hęc ille Græce ita est pros ton dina, idest ad illum, sic autem loquuntur Græci cum significant certum hominem, quem

Hierony.

tamen non nominent Hieronymus autem ita dicit. Morem veteris testamenti noua scriptura conseruat. Frequenter legimus dixit ille illi, & in loco illo & illo, quod Hebraice dicitur almoni & pheloni, & tamē personarum & locorum non ponitur nomen. Ambros Petri um maiestatem diuinitatis aduerte. Cum di-

2.Tim.2.

scipulis loquitur, & iam nouit, quid alibi sit futurum. Nouit enim qui sint sui. Deinde dignationem eius intuere, quia non persona diuitis aut potentis eligitur, sed pauper ambitur, & augustum hospitium pauperis amplis nobilium ędibus ante fertur. Verumtamen cum bona venia dicamus, si pauper erat: Cenaculum grande quomodo dare potuit: eumque honeste & competenter opperatum? De hoc alij viderint. Se-

G

Ambro.

quitur ex Ambrosio. Sciebas domine nomen eius: cuius sciebas ministerium, sed ideo sine nomine, designatur, vt ignobilis existimetur. Sit igitur pauper homo iste (iuxta Ambrosium,) sic & sine nomine, illud

Luce.16.

nemo inficiabitur, hoc vel vnico officio multos & bonos amicos sibi conciliasse de mamona iniquitatis.

Theophy.

Theophyl. ita dicit. Quidam dicunt, q̄ propter hoc non dixit nomen hominis, sed signo quoddam deduxit eos ad domum illius, propter proditorem vt ignorato nomine eius; nō proderet domum Pharisæis, qui venissent & comprehendissent eum, priusquā cœnam perficeret, & spiritualia sacramenta traderet: pote-

Matth.8.

rat autem & iste hospes ignotus nomine, famosus te & opere & veritate, dicere illud: Domine non sum dignus, vt sub eas tectum meum, sed gloria tibi domine, qui & parua gratiosiora sæpe habes quā magna.

H

Quid enim si cœnaculum magnum ostendit & omnia necessaria ad paschę celebrationem pater familię iste, cœnaculum auro stratum ostroque superbo, penderent lychni laquearibus aureis, incensi & noctem

Esai 40.

flammis funalia vincerent, in vsum eius cui cęlum sedes est, & terra pedum eius scabellum? Esai 66. Si cęlum palmo metiris, quando te capiet cœnaculum hoc magnum licet? Sed quia stas foris & pulsas, dicere, apud te facio pascha, dicam & ego, ingredere benedicte domini cur foris stas? Gene. 24. id circo enim & tu

Ioan.8.

olim declinasti ad Abraam patrem nostrum, & is videns hunc diem (nescio quibus oculis) longe gauisus est gaudio magno valde. Ideoque licet in Typo lętus & alacer stabat senex annorū.99. Sedentibus ad men-

Agapetus

sam tribus illis venerabilibus hospitibus. Dicebat autem Agapetus imperatori. Eos plus ama, accipere

Actu.20.

are beneficia qui supplicant, quā qui tibi contendunt conferre munera. His enim debitor referendi gratiam efficieris, illi vero Deum dant tibi vadem. Beatius est enim dare, quā accipere. Nam sicut solis est orbem radijs illustrare, ita principis partes sunt egenorum misereri, nulla quemquā ex subditis afficere iniuria. Qui enim offendit neminem, suspicioni habet neminem, quod id tutelam conciliat, longe beneficijs collatis,

I

magis pręstabit. Mittit igitur dominus Iesus duos ex discipulis pręcipue dilectos Petrum & Ioannē (qui

Matth.23.

tamen vsque adeo peregrini & hospites erant in ciuitate illa quę occidit prophetas, vt vix domum aliquā certo cognoscerent) dicens eis, ite & ingredimini ciuitatem, & dicite cuidam, illi nempe in cuius domum ingredietur homo amphoram lagenam vel hydriam (quod idem est) aquę portans, Magister dicit & iussit vt suis verbis tibi diceremus, Vbi est cœnaculum, &c. Agnoscet enim omnino pręceptoris titulum, sicut domini vocabulum agnouit dominus alinę & pulli, & statim dimisit vos. Matth.21. Luce.19. Abierunt igitur nihil hęsitantes, & inuenerunt omnia iuxta Verbum domini, & ibi parauerunt pascha, idest omnia necessaria ad paschę celebrationem: Agnum, azima: lactucas agrestes, Baculos & Calciamenta.

Dani. 2.

Exo.12. Cœnaculum sane hoc figuram tenet ecclesię, quę olim lapis erat paruus, nunc autem mons ma-

Esai. 2.

gnus. In hoc cœnaculo primum pascha celebrant duodecim, deinde centum, 20. Nouissime confluent ad eū

K

Matth.22.

omnes gentes. Impleto autem cœnaculo, priusquā pascha verum celebretur, intrabit rex, vt videat, num sit ibi aliquis Iudas: in hūc enim accepta bucella, statim ingredietur Satanas (Ioā.13.) & ipse egressus mittetur in tenebras exteriores. **Veespere autem facto venit cum.12. & cum facta esset hora, discubuit, &.12.cum.** Sed quomodo recumbebant, si pascha celebrabant, quod iuxta legem stantes, pręcincti, cum baculis, debebant comedere? Potest dici q̄ recubuerunt donec afferretur agnus, quem stantes

Ioan.19.

comederunt. De lactucis & baculis non meminerunt euangelistę, quia non omnia scripta sunt, vel forte in his dispensauit legislator, & maxime in paschate illo, de quo vere dici potuit, consummatum est. Ideo in vespera immolabatur, & non remanebit (inquit lex) ex eo quicquam vsque mane, & si quid residuum fuerit, omnino igne comburetis. Exo.12. Discubuit igitur cum.12. Omnia enim hic agebat Iudas, vt tollatur suspi-

tus suspicio tantæ proditionis. Lucas. Et ait illis. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis quod ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice, gratias egit & dixit. Accipite & diuidite inter vos. Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Donec illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. Marcus in regno Dei. Bibam illud nouum, hoc est nouo modo, nam nunc bibo alimentis indigens, tunc voluntate non necessitate. Quis igitur rem hanc totam animo perpendens, & proditorem recumbentem vna cum saluatore, ac eum qui tradebatur sic leniter loqui cum proditore, non expauet tamen furoris atque iræ venenum? Quis enim congressu dignabitur, vt ne dicam mensa, cum aquo in proximo inimicis suis prodendus est precio denariorum. 30! Sed quid mirum si mensa dignatur eum, cuius pedes lauit, cui osculum (o profundum patientiæ Dei) non negauit? Ait ergo. Desiderio desideraui, hoc est magno desiderio desideraui. Estque hæc sententia eadem cum illa, Baptismo habeo ablui, & quomodo angor, donec perficiatur. Sed fidum est valde ab amicis frangi, id quod videre licet in Ionatha & Dauid 1. Reg. 20. In Ruth & Noemi, quid est quod bonus pastor desiderio tenetur eo pro ingenti, secedendi a grege suo? Sed dominus Iesus non hoc dicit, tenetur autem desiderio celebrandi pascha cum suis, ante quam tradatur manibus impiorum, in quo paschate & vltimo vale finem impositurus erat Mosaicæ legi, & conditurus sacramenta nouæ legis, & testamentum suum, quod sanguine suo confirmandum erat, sicut dicetur. Vnde Lucas duplicis calicis meminit, hoc est duplicis paschatis. Nam pascha legis stantes comedunt & festine, &c. Pascha autem nouum & æternum, lotis pedibus, sedentes, &c. Habet & hunc sensum textus iste. Vt enim penitius infigeret animis suorum, se nulla necessitate fatoue sed amore quo in humanum genus ferebatur crucis subire supplicium, ingenti dicit se iam olim teneri desiderio vt eum agnum paschalem cum eis cœnaret, sed vel cumprimis propter id quod sequitur: Dico enim vobis quod eo hoc, id est post hac non comedam vobiscum agnum paschalem iuxta quod lex Mosaica sanciuit, quia agnus ille cum Typus sit, figura & vmbra agni qui tollit peccatum mundi, præsente veritate, cessare debet eius vsus. Non igitur manducauit dominus Iesus post hac de carnibus agni paschatis veteris, quia elapsis tribus & 40. diebus a condito nouo paschate, & vetere ex toto abrogato, assumptus est in cœlum. Ly igitur, donec regnum Dei veniat, nihil dicit consequutum vel consequendum, sed per inde valet ac si diceret, a modo non celebrabo pascha in sæculo isto, sed hoc est vltimum ac nouissimum. Deinceps iubente me morietur Moses, & sepelietur, honorifice tamen quis manu mea, Ita tamen vt penitus ignoretur sepulchrum eius. Vbi igitur singuli gustassent de carnibus agni paschalis, accepto calice vini veteris legis, & actis gratijs, quia tempus aderat quo abrogato pascha vetere velut nihil habens præter vmbram veritatis, suum nouum & cæleste instituturus erat, dixit. Accipite & diuidite inter vos, & cetera. Quod eodem modo exponendum est sicut diximus de carnibus agni. Vnde illud Leui. cap. 19. Si immolaueris hostiam pacificorum domino, vt sit placabilis eodem die quo fuerit immolata comedetis eam, & de altero. Quicquid autem residuum fuerit in tertium diem, igne comburetis, &c. Quod piaculum est hoc, vt qui comederit de sacrificio pacificorum tertia die, prophanus iudicetur, & impietatis reus, & morte dignus? Namque hunc qui in die contemptum hæc fecisset, deus traditurus erat in dentes ferarum vel in manus hostium vel alia inopinabili morte auferret de terra. Nempe scriptum est: Non bibam a modo de hac generatione vitis, nec vescar de hoc paschate quod mea morte abrogatur vt nulli de cætero sit vsui nisi ad mortem. Tertia enim dies euangelio deputatur. Prima enim die obtulit Abel sacrificium pacis. Gene. 4. Obtulit & Noe. Gene. 8. Obtulit Melchisedech panem & vinum, Gene. 14. Obtulit Abraam arietem vnum Gene. 22. Secunda die obtulit Aaron & filij sui. Tertia die obtulit dominus Iesus panem & vinum, id est carnem & sanguinem suum. Quicunque igitur post institutum pascha nouum in azimis synceritatis & veritatis, comedere voluerit de hostia typica, prophanus est, impius est & morte dignus, peribitque anima eius de populo suo. Ad hæc Augustinus. Sicut defuncta corpora necessariorum officijs deducenda erant ad sepulturam omnia legalia, nec simulate sed religiose, non autem deserenda continuo vel inimicorum obtrectationibus tanquam canum morsibus proijcienda. Habuit enim illa Noemi pulchritudinem suam & eam mirabilem, de qua vide Ezech. cap. 16. Et illud, tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Sed postquam dominus despuit in faciem sutoris Mosi (par pati esse iussus) & omnis decor eius transit ad Aethiopissam, quisquis Christianorum quamuis sit ex Iudæis similiter ea celebrare voluerit, vasciique tertia die ex paschate veteris legis, tanquam sopitos cineres eruens, non erit pius deductor vel baiulus cadaueris, sed impius sepulturæ violator. Non quod aliquis sepultum Mosen excitare possit, quem dominus sepeliuit & celauit sepulchrum eius ab oculis mortalium (Satanas tamen id ipsum tentauit semel) Sed tamen siquis hoc præsumat in cassum licet, diem legis reuocare, qui iam præteriit; huius anima peribit de populo, prophanus erit, & iuxta Paulum anathema sit, etiam si dato per impossibile, angelus aliquis vel apostolus hoc præsumat facere, anathema sit. Qui comederit de huiusmodi ouis, morietur, Esai. 59. Christus illi nihil proderit, Gal. 5. Quod autem dicit, donec regnum Dei, veniat, Regnum Dei suam resurrectionem dicit & prædicit, tamen aduerbium illud donec, eodem modo intelligitur sicut illud, donec peperit filium suum primogenitum. Post resurrectionem tamen suam comedit quidem & bibit multis coram, non tamen de carnibus & poculo veteris phase. Sequitur ex Ioannis (capite 13.)

Matth. 26. Chrysost. Luce. 22. Luce. 12. Problema Deut. 34. Figura. 1. Cor. 5. August. Canti. 4. Nom. 12. Deut. 34. Galla. 1.

Et cœna facta, cum iam diabolus misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes, sciens quod omnia dedit sibi pater in manus, licet non omnium acceperit possessionem ab instanti cœceptionis suę: & quod adeo exiuit, & ad deum vadit, surgit a cœna, & ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteum præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare

pit lauare pedes discipulorum suorum, & extergere linteo quo erat præcinctus. Cum audis, cœna facta, de agno veteris phase intellige, quem festinanter iubentur comedere, sicut infra dicetur. Cum iam diabolus misisset in cor. De hoc dictum est supra ibi, intrauit autem Satanas. Lucæ 22. Ad hæc

August. Augustinus. Quoniam ista fiant, vt diabolicæ suggestiones immittantur, & humanis cogitationibus misceantur, vt eas tanquam suas deputet homo, vnde scit homo? Nec dubitandum est etiam bonas suggestiones a bono spiritu ita latenter ac spiritualiter fieri. Sed interest quibus nam earum mens humana consentiat, diuino auxilio vel deserta per meritum, vel adiuta per gratiam. Facinus ergo iam fuerat in corde Iudæ per immissionem Satanæ vt traderet discipulus magistrum. Talis igitur venerat Iudas ad conuiuiu, explorator pastoris, insidiator saluatoris, hydra quę numquam satiatur, nunquam moritur. Talis venerat, &

Hilarius. videbatur, & tolerabatur, & se ignorari arbitrabatur. Ad hæc Hilarius. Exequutio quidem omniũ persequutionum quæ inferuntur iustis communiter fiunt per ministros Satanæ, sed instinctus ipsius diaboli

Ephe. 6. est, cum dicat Paulus: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, & cætera. Idem patet in Iob. Nam accepta potestate in eum Satan, primum homines ad pasturum cædem & direptionem pecudum excitauit. Egit ergo quod volebat per humanæ operationis ministerium: Sicut & in Iuda factũ est.

August. Eodem autem modo de antichristo intelligendum est. Augustinus. Nescit tamen diabolus, quomodo illo

F. Maro. insidiante & fuiente vtatur ad salutem fidelium suorum sapientia Dei. F. Maro. Ex quo patet quod diuinæ scripturæ & dicta sanctorum & verba iustorum de moribus eidem occultantur, quia per illa possent dæmones nosse ista quæ Augustinus dicit eos ignorare. Conclusio ista mirabilis est, vt tam profunda cæcitate teneatur serpens hic prudentissimus omnium animalium. Isti igitur sunt arma diaboli in quibus cõ-

Gene. 3. fidit. Luc. 11. Isti sunt cornua quibus impetit ecclesiã. Zach. 1. Isti sunt venti quibus turbat mare. Dani. 7. Perfluat aream. Sunt mallei eius, Hiero. 50. Quibus fabricat iustis coronas. Sunt Scorpiones quibus cædit

Psal. 128. iustos vt astum consuetum soluant. Exo. 5. Vnde illud, sæpe impugnauerunt me a iuuentute meã. Quoniam fortes sunt, sæpe impugnantur, quia iterari necesse est, quod & diu geritur & nunquã obtinetur. Sed quod non possunt acie aduersa obtinere, more astutorum bellatorum, ex insidijs adoriuntur a tergo, iuxta quod sequitur, supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Prolongant autem iniquitatem sibi, sed fabricam suam nunquam perficiunt, quia impugnantur iusti sed nunquam expugnantur, etiam septies ca-

Psal. 36. dentes in die (Prouerb. 24.) totidem dominus supponit manum suam, ne collidantur ex casu. Ex cœna in-

August. quit facta. Augustinus. Debemus sensum euangelistæ diligenter attendere. Loquuturus enim de tanta domini humilitate, quæ omnem fidem excedit humanam prius eius celsitudinem voluit commendare. Ad hoc enim pertinet quod ait, sciens quod omnia dedit ei pater in manus, & adeo exiuit deus de Deo. Cum ergo ei omnia dedisset pater in manus, ille non discipulorum manus sed pedes lauit, serui officium implere, cum esset deus. Sed qui forma serui formam celauerat Dei, serui impleuit ministerium. Hoc igitur cum esset deus de Deo ignis in rubo, rota in rota, mundus in pupilla, circulus in puncto, artifex in factura sua, non timebat se minui gehennam suam lauans pedes suorum. Non enim rapuerat gloriam quam habet communem cum patre, vt timeret ab illa excidere, sicut nescio quis Amam. Ester. 7. Et propterea non dignantur humile quiddam facere, qui generosi non sunt, quoniam gloriam rapiunt, nolentes vllo modo humiliari, ne videlicet perdant quod rapuerant. Si ergo humiliari opus eius est, qui adeo exiuit, superbire

Theophy. profecto opus eius erit, qui eum habet principem, qui rex est super omnes superbos: cuius vox est, similis

Esai. 14. ero altissimo. Habes ergo in quo similis sis altissimo, si laues pedes fratrum tuorum. Sed id quando faciet

Math. 4. Satanas, qui dicit ad eum qui adeo exiuit, procedens adora me? Itaque sicut dicit idem Augustinus, tanta

August. est humanæ humilitatis vtilitas, vt eam suo commendaret exemplo diuina celsitudo. Sciens itaque quod adeo exiuit, Nihilominus surgit a cœna quæ iam ea parte absoluta erat, & in qua dato corporis & sanguinis sui sacro Symbolo perpetuam sui memoriam pacturus erat, & arrotis nulli vnquam medijs inter mortuis fœdus sancire constituerat, & ponit vestimenta, & cum accepisset linteum præcinxit se, hoc est mutato regio ornatu, in quo visus est a propheta, sedens super solium excelsum, formam & habitum serui accepit. Est enim regium sedere seruorum autem lauare pedes. Et hoc vel maxime mirantur seraphim beatissimi,

Esai. 6. qui thronum circunstabant sedẽtis, quomodo speciosus forma præ filijs hominum, de quo dicitur Esai. 45.

Psal. 44. Viuo ego, quod mihi flectetur omne genu, nunc linteo accinctus, pedes suorum lauet, sicut scriptum est. Quã gloriosus fuit hodie rex, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus, quasi nudetur

Figura. vnus e scurris. 2. Reg. 6. Et responsum est, ludam & vilior fiam, cum crucem nudus ascendam, & non pedes lauabo aqua, sed peccata multorum aqua & sanguine. Quid igitur dicunt spiritus illi cælestes (nam apostoli inter hæc attoniti & velut in extasi positi, præstolabantur rei huius exitum) videntes eum cui cęlum sedes est, præcinctum linteo: Sanctus Sanctus Sanctus dominus deus Sabaoth: Ecce vnam ex ancillis tuis, vt lauet pedes camelorum istorum. 1. Reg. 25. Verum vnum nos inanes impleremur, nisi ipse semetipsum exinaniret? Quo vsque? Hic est cuius corrigiam calciamenti Ioannes quo nullus maior inter natos mulierũ (Math. 11.) non est dignus procũbens soluere. Et ipse est qui singulorum apostolorũ sandalia

Esai. 6. soluit, pedes lauit, & abstersit. Vidi dominum eleuatum, super omnem noticiam humanam. Seraphim sta-

Chrysost. bant. Quid faciebant, quid dicebant? Qua fiducia fruebantur, fiducia nulla, verum timoris ac stuporis erant plena, ipsa etiam specie metum ineffabilem declarantia. Duabus enim alis velabant faciem (murorum vice) semel excludentia radium e throno procedentem, ferre non potentes immensam illius gloriam,

Eccle. 5. simul & implentes illud altiora tene quæsieris, & religione ac reuerentiã significantes quã habent erga dominum. Verum pedes quare velant? Habitu, aspectu, voce, statione inexplebilem erga conditorem reuerentiam exhibent, velut si homo astet alicui regi terreno, omnibus modis molitur, vt quam plurimam erga

illum

illum reuerentiæ exhibeat, vt per hoc maiore illius erga se conciliet gratiam, Cuius gratia non solum specie capitis verum etiam ipsa voce, ipsa manuum compositione, ipsa pedum coniunctione totiusque corporis contractione talem reuerentiam contra ostendere, Præmeritus igitur, misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes suorum. Theophyl. Primo omnium lauit proditorem. Ex cæteris enim nullus sustinuisset ante Petrum lauari, proditorem autem hoc ausum possibile est. Cæteri enim dixissent idem quod Petrus, Itaque post Iudam Petrum lauit, a quo cæteri, permiserunt lauari. Si dicas dominum a Petro cœpisse, quia caput erat post Christum (verius futurus erat) non cogit, quando quidem humilitatem volebat eis persuadere qui nuper de primatu contendebant. Cum ergo audieris cœpit lauare, crede euangelistæ, nam alias officium hoc omnem fidem humanam superat. Quis vero pauo inter hæc aut

Theophy.
Matth.22.
Ezech.1.
Dani.7.

A pennatum animal, etiam oculatum ante & retro, etiam si sit quattuor facierum, cuius caput aureum & statura eius cubitorum 60. Hæc audiens: non deponat totam suam, submittat alas, silentio suo sub iudicans stuporem mentis, videns dominum vniuersorum procubentem & accidentem pedibus vnius piscatoris & alterius proditoris & nescio cuius publicani peccatoris? Verum qui sustinuerat pedes suos ablui ab vna & altera fœminam Lucæ.7. Ioan. 12. Par pari rependens, (o par pari, sed dixi vt potui, quis enim dicat vt est?) Pedes ipse non vnius sed duodecim abluere statuit, præcinctus linteo. Mulier quædam Megarensis cum Achæorum imperatorem ad se aduentare accepisset, ingenti animi tumultu fluctuabat, & in ipso cœnæ apparatu agitabatur. Interim imperator tenui admodum Chamyde subit ædes. Quem mulier ex ministris quempiam præcurrentem suspicata, vt ministranti sibi opus adhiberet precatur. Continuo imperator relicta Chlamyde, scindere ligna cœpit, Inter hæc hospes ingressus, vbi rem conspicatur: quidnam hoc est inquit o imperator? Et ille, quidnam aliud ait, quam indecoræ faciei supplicium do? Ita est, Quoniam enim dominus maiestatis sub forma serui celauerat formam Dei,

Plutarch.

B in ministerio serui positus, vix ab vno seruorum suorum agnitus est, & huic non caro & sanguis reuelauit tantum sacramentum, sed pater de cælis. Venit ergo ad Simonem Petrus. Domine tu mihi laua pedes? Respondit Iesus. Quod ergo facio: tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit Iesus. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus. Domine non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus, Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Ad hæc Origenes. Sicut medicus plurimum ægrotorum intentus curæ, ab his qui magis ope sua indigent primam curam incipit, sic & Christus. Vnde vltimo venit ad Simonem Petrum, quasi minus alijs indigenti lotura pedum. Chrysosto. Vel si Petrus pri-

Matth.16.
22.q.2.cap. beatus. de conse. dist. 4. quomo.
Origenes.

C mus erat, credibile est proditorem stultum priores partes Petri præoccupasse, hoc est ante eum recubuisse. Quærendum est etiam, quare eum nullus aliorum prohibuerit, Ex hoc igitur videtur mihi inquit. Chrysosto. Prius solum proditorem lauisse, deinde ad Petrum venisse, & cæteros discipulos per Petrum de reliquo castigatos. Vel aliter iuxta Origenem. Omnes porrigebant pedes, decernentes, quod tantus magister non irrationabiliter eorum lauaret pedes. Solus autem Petrus qui alias dixerat, exi a me, qui homo peccator sum, id detrectabat, nulla habita consideratione, tanquam reuerens Iesum. Quod autem Augustinus dicit, Petrum caput esse apostolorum, pro inde ab illo cœpisse Iesum, miror tantum virum vbi exemplum inimitabilis humilitatis tradebatur apostolis, ibi arbitrari dominum cœpisse a melioribus vel maioribus, & non sic eos lauisse sicut ipsi ordinate sedebant. Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus. Tu mihi lauas pedes? Si enim Abraam pater fidei nostræ pedes Petro lauare tentaret, vel certe Moses amicus Dei, aut rex Dauid, Salomon, Ioannes Baptista vel vnus certe ex

Chrysost.
Luc. 5.
Origenes.
August.

D cherubim in assumpto corpore, quid aliud dicturus erat Petrus vertex licet apostolorum, quam id quod nunc audiuimus, tu mihi? Ac proinde iuxta Chrysosto. Hæc particula, tu: magnam habet significationem, quare non oportuit aliud dicere quam, tu. Et his manibus quibus panes multiplicasti, leprosos mundasti cæcorum oculos reuelasti, tu meos vis lauare pedes? Et mirum est quomodo Petrus axtasim non est passus, cum in hoc certamine pietatis vterque genibus acciderit alterius. Nam & aliquando cum Cornelius ingressus ad Petrum, adorasset procidens ad pedes eius, non sustinuit nec momento quidem, sed statim eleuauit eum dicens, surge: Et ego ipse homo sum. Actu. 10. Augustinus. Quis enim non expauesceret, lauari sibi pedes a Dei filio? Quamuis itaque magnæ fuisset audaciæ, contradicere seruum domino, hominem Deo, tamen hoc Petrus facere maluit, quam perpeti vt sibi pedes lauarentur a domino Deo. Quid est autem, tu, & mihi? Tu inquam deus verus de Deo vero mihi homini

Chrysost.
August.

E peccatori & de peccatore genito, & a peccatrice concepto, quia in peccatis concepit me mater mea. Psalmo. 50. Tu talis mihi tali pedes lauas? Cogitanda sunt hæc potiusquam dicenda, ne forte quod ex his verbis aliquatenus dignum concipit animus non explicet lingua, Quis autem explicare potest, nisi qui plenissime cognouit, qui & quantus sit, qui pedes lauat suorum? Inter creaturam autem & creatorem quanta sit distantia si similitudine explicare velis, omnis similitudo est ad hoc peregrina, nihil explicat Respondit Iesus. Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Simile est illud Ioanni enim deprecanti ministerium baptismatis, ac dicenti, ego a te potius deberem baptizari, responsum est, sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Quare velim absque aqua dilui nescis modo, scies autem postea. Itaque Petre sine me quod facio facere, non est enim leue aut ociosum, licet tu huius mysterij omne expers sis, scies tamen olim. Ita & Petrus hoc loco nesciebat quid diceret, sicut ibi, faciamus hic tria tabernacula. Matth. 17. Petrus tamen licet mysterium latens in illa lotione penitus ignoraret, tamen vsque ad suos pedes humilem Christum ad huc non sustinet videre, non potest videre, cum infert,

Matth. 3.

ZZ quomo-

quomodocunque se habeat res non lauabis mihi pedes in æternum: nunquam id feram nunquam patiar. Quibus verbis non tantum dominum Iesum arguit submittentem seipsum vltra quam decens esset, sed & discipulos indecenter suos pedes porrigentes. Chrysost. Quid facis o Petre? Oblitus es quæ ante dixeras, quando audisti vade post me Satana? Et adhuc non admoneris? Iis ergo & nunc audies id quod sequitur, si non lauero te, non habebis partem mecum. Quam partem? Maria optimam partem elegit sibi. Lucæ.10. pars hæc replebit in bonis desiderium nostrum. Psal.102. Partem hanc oculus non vidit absque te deus. Esai.64. pars hæc est totum hominis bonum. Est terra illa quæ fluit lacte & melle Exod.3. & irrigatur duplici fonte. Iosue.15. Dicit ei Simon Petrus. Domine non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Theophyl. Est ergo iuramentum aliquando frangendum, cum in animæ periculum vergit. Erat igitur Petrus valde inops consilij, & positus inter incudem & malleum. Vel enim ferre debebat Christum lauare volentem pedes suos, id autem durissimum, vel honorum Christi fieri expertem, id autem malorum maximum. Itaque Petrus mature resipiscens, quam vehemens fuerat deprecando, tanto imo vehementior factus est in obtemperando, ita vt & caput ipsum offerret diluendum & manus (quorum nullum erat opus) nesciens quid diceret. Cum igitur caput offert manus & pedes, totum se offert diluendum, si ita res fert, vt particeps fiat bonorum Christi. Dominus ergo Iesus & ablui volens a seruo in Iordane, & pedes suorum abluens & extergens, exemplum nobis duplex dedit inimitabilis humilitatis. Dicit ei Iesus. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, & cætera. Vide Leui.8. Quomodo sacerdotes vngebantur in capite in manibus & in pedibus, vt toti Deo dicati, vlterius ad humanos vsus non transferrentur. Verum scriptum est, erit sicut populus sic & sacerdos, Esai.24. Cum oppositum deberet fieri. Sermo autem hic, qui lotus est, mysticus est, nullus enim est adeo innocens manibus & mundo corde, quique non accepit in vanum animam suam, qui non habeat necesse dicere cotidie domine, pater dimitte nobis debita nostra. Itaque licet in sacramento baptismi omnia peccata remittantur, ipsa tamen conuersatione terrena contrahimus aliquid pulueris & affectus terreni (væ mihi quia tacui, & vir pollutis labijs sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito) vnde necesse habemus lauare pedes manibus Christi, & dicere ei, dimitte nobis debita nostra, sicut nos lauamus pedes fratrum nostrorum, dimittentes debitoribus nostris. Hieronymus super illud: væ mihi quia tacui. Fœlix conscientia quæ tantum in sermone peccauit, non suo vitio sed societate populi habentis labia polluta, quo cum sæpissime loqui cogatur. Ex quo ostenditur noxium esse viuere cum peccatoribus, quod vel maxime competit prædicatoribus apostolis videlicet, qui discurrere debebant per totum orbem. Vnde illud. Laui pedes meos: quomodo inquinabo eos? O grande mysterium. Pulsat sponsus ad ianuam sponsæ suæ, & illa timet inquinare pedes veniendo ad eum qui lauit pedes suorum. Timet certe, quia per terram venit ad eum (insidiante serpente calcaneo eius) qui suos constitutos in terra non deserit. Hoc est igitur quod Petrus tunc ignorabat, & in illo omnes nos, quod quamdiu hic viuitur, sine crimine esse possumus, at non item sine peccato. Si enim dixerimus quod non sumus sicut cæteri homines (Lucæ.18.) nos ipsos seducimus & mentimur. 1. Ioan. 1. Obserua autem, quod Iudæi accepturi legem, vestimenta iubentur lauare. Exo.19. Facturi phase calciare pedes, cæterum celebraturi pascha nouum & æternum, pedes lauantur, si iam alias loti sunt. **Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat namque quis nam esset, qui traderet eum, propterea dixit, non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua, & cum recubuisset iterum, dixit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister & domine, & bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.** Ne igitur tu anxius inquireres, quid est, non estis mundi omnes, id Ioannes explicuit dicens, sciebat enim veteratorem vnum delitescere inter columbas vndecim, Inter filios & amicos quos dominus sibi conciliauerat ex seruis. Sciebat ergo eum is qui scrutatur corda hominum profunda licet. Sciebat quis esset traditurus sanguinem iustum pretio denariorum, 30. & tamen cum hanc traditionem præsciret Christus Dei virtus & Dei sapientia, Iudas potuit non tradere eum, de quo dictum est Ioan.12. cap. in fine. Ideo dominus ante traditionem non prodidit eum, pœnitentiæ locum relinquens. Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua & cum recubuisset iterum, dixit eis. Scitis, & cætera. Tempus est igitur vt beato Petro reddatur illa promissio; scies autem postea. Vocatis me magistrum, vere dicitis, viam enim Dei in veritate doceo, faciens quod iubeo fieri, ideo magnus magister vocabor in regno cælorum. Matth.5. Vnde illud Ioan.3. Scimus quod a deo venisti magister. Vocatis me domine, quia nemo potest facere signa quæ ego facio, nisi me habuerit comitem. Mihi enim parent elementa quæ carent vita motu & sensu. Sum igitur vere magister & dominus. Sicut autem Tullius, nihil in simplici genere naturæ omni ex parte expositum reddidit, quod quidem exemplo probauit. Zeusis, cum simulacrum Helenæ pingeret. Ex diuersis namque puellis perfectam imaginem deliniauit. Alium namque iusticia alium fortitudo, alium liberalitas commendat, & in vna aliqua virtutum dicitur de multis amicis Dei, Non est inuentus similis illi, solus dominus Iesus vere dicitur magister, super quem requieuit spiritus sancti omnimoda plenitudo verum lectionem quam suos in præsentiarum docet humilitas est, rara certe auis in terris, nam apostolorum contentio non de humilitate erat, sed quis illorum similior videretur illi qui tanquam fulgur de cælo ruit. Lucæ. 10. Cuius spiritum quam primum conceperit quis, statim cum Agar contemnit dominam suam. Cum autem dominus subiecit, sum & enim, non timemus ne hoc dicens, arrogans fiat. Ad hominem quidem dictum est, laudet te alienus & non os tuum (quod Paulus insanium vocat non semel. 2. Corint. 11.) Sed laudet te os proximi tui.

Deus

Marginalia: Chrysost. — Matth.26. — Theophy. — Prouerbiũ — Matth.3. — Sacerdotes — Psal.23. — Esai.6. — Hierony. — Canti.5. — Gene.3. — Exo.12. — Hiere.17. — Matth.23. — Tullius. — Eccle. 44. — Lucæ.22. — Gene.16. — Prouer.27.

Deus autem cui silet omnis laus, a nullo digne laudari potest (etiam dicente propheta, addiciam super omnem laudem tuam) nisi a seipso. Cui enim non sufficit obstupescens conscientia, quando sufficiet balbutiens lingua? Dicit autem & apostolus. 1. Cor. 12. Si voluero gloriari, non ero insipiens, veritatem enim dicam, in domino gloriabor. Si ergo Paulus non timet insipientiæ notam subire, in domino glorians, quando id ipsum metuet: qui gloria est omnium recte viuentium? Si ergo ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debitis (o vos debitis, si ego laui) fratrum lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis. Ecce quod dictum est, scies autem postea o bone Petre. Docemur ergo charitatem, quia lauare, id est ignoscere fratri, docemur & humilitatem, quia pedes lauare iubemur. Legimus de fœmina quadam, quæ viro congressura, pulchram imaginem sibi proponebat, ne fœdos pareret filios qualis vir erat, Ita fecit Iacob proponens ouibus decorticatas ex parte virgas, & cætera. Gene. 30. Vos igitur facite iuxta exemplar hoc absolutissimum quod ob oculos videtis. Nam & doctores videmus pueris litteras elegantiores præscribere, vt ad imitationem quamuis a longe veniant. Vere a longe, & maxime si mores huius temporis aspicias, vtique ferreos non aureos, quando nullus alij cedit loco, omnes amant primos accubitus, iniuriæ tenacissimi, beneficiorum penitus immemores. Tamen quod meum erat feci: exemplum vobis dedi, & cætera. Legimus de Aristide ad hunc modum. Dicitur adeo insummarum ad gloriam & rerum maximarum ambitione honoris cupidum extitisse, vt iuuenis ad huc ad se rediens, diutius omnia voluptate animo, & nocturnis vigilijs indulgeret, consuetis repudiatis conuiuijs. Rogantibus vero, admirantibusque eius vitæ mutationem, respondebat: Miltiadis trophæum sibi somnos adimere. Quomodo alias fleuisse legimus Iulium Cæsarem, conspecta imagine Alexandri, & ipsum met Alexandrum, quod vnius orbis dominus non esset, cum persuasus esset multos esse mundos. Ego autem exemplum dedi vobis, vt faciatis quod me vidistis facere.

[Psal. 70. — Fœmina. — Exo. 35. — Matth. 23. — Aristides.]

Caput. v. Non est sermo maior domino suo. Qui manducat mecum, leuabit contra me calcaneum. Cœnantibus illis: accepit Iesus panem, & gratias agens: benedixit ac fregit: deditque discipulis & ait. Accipite & comedite: hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, hoc facite in meã commemorationem. Similiter & calicem: & c.

AMen amen dico vobis, non est seruus maior domino suo, neque apostolus maior eo qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico. Ego scio quos elegerim. Sed vt impleatur scriptura, qui manducat mecum panem; leuabit contra me calcaneum Lucas. Verumtamen ecce manus tradentis me mecũ est in mensa. A modo dico vobis, prius quam fiat, vt cum factum fuerit: credatis, quod ego sum. Dicens dominus, non est seruus maior domino, & cætera: minus dicens, maius significauit, non est maior, sed neque æqualis, imo necessario minor in eo quod seruus, domino suo. Nam & de eo qui in forma Dei semper fuit, est & erit, iuxta quod formam serui accepit, scriptum est, pater maior me est. Itidem de apostolo intellige, apostolus autem missus interpretatur, apostello enim mitto est. Si ergo dominus & regum rex qui legatos cotidie mittit per orbem (omnes enim sunt administratorij spiritus & legati, illi qui terunt scalam Iacob. Gene. 28.) & operarios in messem suam, (Lucæ. 10.) lauit pedes seruorum suorum, in vtilium si verum fateamur, vos qui serui estis: demus vtiles, vos qui apostoli estis & legati, debetis eadem factitare, debetis non sæuire violentia, non turgere potentia, sed mites mitem imitari, humilem humiles. Hoc igitur quoniam nunc scitis, scitis autem me explicante ac dicente: exemplum vobis dedi, beati eritis, si feceritis similia cum fratribus, quoties res postulabit & vtilitas fratris: sic enim adimplebitis legem Christi. Quod autem dicit: Non de omnibus dico, idem est cum illo: Mundi estis sed non omnes. Ego scio quos elegerim. Sed inter hos electos est & electus quidam (nam & Iudas electus est, dicente domino, nonne ego vos. 12. elegi, & vnus ex vobis diabolus est.) Qui iuxta quod scriptum est (quod & implebitur hac nocte) in tantum ceruicem attollet, vt more insanientis equi contra dominum suum recalcitret. Textus hic desumptus ex Psalmo. 40 Ita habet. Qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. Vocantur autem hic Iudas veterator homo pacis, sicut Absalon pax patris per antiphrasim, eo quod symbolo pacis impijssimus patricidium perpetrauit. Edebat autem panes Christi sicut & cæteri apostoli, quia ad vnam mensam omnes ex equo sedebant. Alias autem latro erat, & vili eius iniquitate bonorum pauperum. Ioan. 12. Hic igitur reponens odium pro dilectione, pedes quos his manibus laui, hos ipse cito leuabit contra me, leuabit contra me calcaneum. Quis dominus? Homo in quem speraui. Quomodo sperauit? Num ipse non nouerat eum, quando dixit, vnus diabolus est? Nouerat ab initio, sed quoniam ipse in membris suis est sicut caput in corpore, quod de Iuda fideles multi sperauerunt, videlicet quod fidelis futurus esset ei qui eum inter. 12. annumerarat, hoc dicitur dominus sperasse & ab ipso Iuda. Verumtamen inquit, ecce manus tradẽtis me (iam enim pactus est cum sacerdotibus de precio) mecum est in mensa, mecum est in catino, tam prope assidebat angelus Satanæ transfiguratus in apostolum & angelum lucis, sed quo magis tolerabatur, & bonitate domini ad pœnitentiam attrahebatur (sed adamantinus erat) eo magis ipse thesaurizabat sibi iram indurans cor suum sicut Pharao. Qui inquit edebat panes meos, hoc est iuxta Prouerbium; Ale Luporum Catulos. Legimus enim Leones & canes

[Ioan. 13. — Ioan. 14. — Hebr. 1. — Lucæ. 10. — Gal. 6. — Ioan. 6. — Psal. 40. — August. — 2. Cor. 11. — Rom. 2.]

Lucæ, 13.

nutritiis suis gratiam officij retalisse, verum nulla est fera tam ingrata, quæ sit cum hominis & maxime huius hominis ingratitudine conferenda, qui edebat panes Christi, subijciamus illud, qui edebat carnem & sanguinem Christi. Sequitur. Amodo dico vobis. Simile est illud, ecce ascendimus Hyerosolymam, & filius hominis tradetur. Prædicit enim dominus toties mortem suam ante quam patiatur, vt ne quicquam temere geri in eo videri possit, sed omnia præuisa & præ ordinata esse a diuino consilio, vt cum factum fuerit, credatis quod ego sum is, de quo scriptura testatur cum alia multa, tum & illud quod præmisi, qui manducat panes meos & cætera. **Amen amen dico vobis, qui accipit si quem misero, me accipit. Qui autem me accipit, accipit eum qui me misit.** Quæ verba exposita sunt Matth. cap. 10. illud tamen interim annotandum est, quod interdum qui mittuntur, literas secum vitæ portant, & in huiusmodi non tenet hæc regula. Legimus de caligula, quod equiti Romano tumultuanti per centurionem denontiauerit, vt abiret sine mora hostiam, perferretque ad Ptolomæum regem in Mauritaniam codicillos suos, quorum exemplar erat. Ei quem istuc misi, neque boni quicquã nec mali feceris. Nihil tale dominus Iesus. Sed amen dico vobis, siquis acceperit quem misero, etiam si ille abutatur officio sibi credito sicut Iudas proditor, (multos enim ille æmulos habiturus est maliciæ suæ, quibus charior erit pecunia quam veritas vitæ & doctrinæ) tamen non perdet mercedem suam, me enim recipit, cuius nomen ille præfert. De hoc ita habes, 2. Paralip cap. vltimo. Fecit sedechias malum in oculis domini, nec erubuit faciem Hieremiæ ed se loquentis ex ore domini. Sequitur. Sed & vniuersi principes sacerdotum & populus (dum enim caput ægrotat, &c.) Præuaricati sunt inique, iuxta vniuersas abominationes Gentium, & polluerunt domum domini. Mittebat autem dominus ad illos per manum nuntiorum suorum de nocte consurgens, & cotidie commonens, eo quod parceret populo & habitaculo suo. Sequitur. At illi subsanabant nuntios Dei, & parui pendebant sermones eius, illudebantque prophetis, donec ascenderet furor domini in populum suum, & nulla esset curatio. Vnde eradicati sunt gladio regis Chaldæorum. Vide textum. Quare tantũ malum? Quia nisi suspendebant nuntios Dei. Qui autem acceperit siquem misero (quod ad consolationem apostolorum dicitur) me suscipit, & cætera. **Cœnantibus autem illis, accepit Iesus panẽ, & gratias agens,** Gratias agit pro terminatione paschę veteris **benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait. Accipite, & comedite. Hoc est corpus meum, quod pro vobis detur, hoc facite in meam commemorationem,** iuxta Lucam. **Similiter & calicem postquam cœnauit (accipiens) gratias egit, & dedit illis dicens. Accipite & bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus (qui est) noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum,** hoc iuxta Matthæum, Marcus, **hic est sanguis meus noui testamenti,** significat autem testamentum quod condunt morituri: **qui pro multis effundetur.** Lucas: **hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.** Crediderim ego quod sicut vnum calicem communem omnibus tradidit, ita in vna patina panem in 12 particulas fractum manibus suis tradiderit. Sic ergo propinquiores Christo de manu eius acceperunt patinam & remotioribus porrexerunt. Hinc vsus patenæ in ecclesia introductus est. Principio illud requiritur, si cœnantibus apostolis, hoc est iam saturis (ac dicentibus, iam anima nostra nausear super paschate hoc leuissimo, quod cum amaritudinibus iubetur manducari) pascha suum sumendum tradidit, quare. S. mater ecclesia oppositum statuit, nisi a ieiunis communicari non posse, non licere omnino. Sed ratio ad hoc euidens est. Illic enim veteri phase & paschali agno nouum successit & æternum, quod statuit deus, non homo, imo deus homo, dicente domino: Ego sum alpha & O. Hoc est ego qui principium sum noui testamenti, quod meo firmatur sanguine, sum & qui finem impono & silentium veteri. Abstulit igitur phase vetus dicens, hostiam & oblationem noluisti, holocaustum & pro peccato non postulasti, tunc dixi, ecce venio. Venit pascha nouum, & sublatæ sunt e mensa siquæ reliquiæ superfuerant ex agno, vt igno comburerentur. Exod. 12. Item illud. Dies veniunt & consommabo super domum Israel & Iuda testamentum nouum. Hebr. 8. Dicendo autem nouum, abrogauit vetus. Nos autem quibus noua facta sunt omnia, impransi sacramentum participemus, quia huic nouo & æterno sacramento nullum aliud succedet, quia nobiscum erit dominus Iesus in isto mysterio vsque ad consummationem sæculi. Cœnantibus igitur discipulis, priusquam agnus Dei imponeretur struis lignorum, sicut alter Isaac & post illum aries, seipsum suis tradidit in edulium, tanquam absentiæ suæ solatium singulare, alienis vberibus pignora sua non sustinens ali, quod faciunt parentes multæ. Sed si mulier oblita fuerit vt non misereatur filio vteri sui: Ego tui nunquam obliuiscar. Priusquam inquam botrus ille qui allatus est a duobus e terra promissionis (Maria & Ioseph) calcandus traderetur Gentibus, ne vel vnicam guttam perire contingeret sanguinis sui, qui totus effundendus erat in remissionem peccatorum multorum, ipsum botrum ipse miro quodam modo expressit in poculo immortalitatis, & tradidit pullis suis dicens, hic calix est nouum testamentum in meo sanguine. Pridie igitur quam pateretur, in ipso profectionis articulo tradidit ecclesiæ suæ hoc memoriale perenne mirabilium suorum, miraculorum a se factorum maximum, figurarum veterum implementum. In nocte inquit apostolus qua tradendus erat. Sicut autem memoriæ nostræ (inquit Chrysosto.) ea potissimum verba mandamus, quæ nos audire contigit a parentibus vita functuris, ac defunctorum hæredes siquid præter eorum mandata temere committere audent, impense excitare solemus, ac dicere, reuocate in memoriam atque aduertite, vobis hanc a patre vocem vltimo emissam, hæc ab eo iam iam morituro vobis fuisse mandata, ita Paulus plenos nobis cuiusdam honoris stimulos addere cupiens, recordamini inquit, quod in nocte qua tradendus erat in mortem, hæc ab eo instituta sunt mysteria fidei nostræ. Dedit autem multis vnum corpus, vt vnitatem

Caligula.

Num. 21.

Psal. 39.

Matth. 28.
Gene. 22.
Chrysost.
Esai. 49.
Num. 13.

Chrysost.

cem significaret, iuxta illud, immolabit eum multitudo filiorum Israel ad vesperam. Sed cum præcesserit, tollat vnusquisq; agnum per familias, atque ita tot agni assumendi essent vel hædi, quot erant familiæ Iudæorum, quomodo infert, immolabit eum multitudo filiorum Israel? Quia videlicet multi erant in

Exo. 12.

Typo, vnus tantum in veritate. Item rursus scriptum est ad idem. Sin autem minor est numerus vt sufficere possit ad vescendum agnum, assumat vicinum, qui coniunctus est domui suæ. Glosa. Quia sola

Figura.

Iudæa non sufficit ad esum agni qui tollit peccatum mundi. Domorum ergo coniunctio est vnitas fidei. Oportet enim accedentem ad esum phase noui & æterni credere. Vnde dicitur infra. Hæc est religio phase, omnis alienigena non vescetur ex eo. Glosa. Infideles a participatione tantorum mysteriorum excludit. Et infra Seruus Emptitius circuncidetur. Glosa. In baptismate, & sic comedet. Et infra in vna domo

Hebr. 11.

A comedetur, nec efferatis de carnibus eius foras. Glosa. Hæc est ecclesia, extra quam nec Iudæi nec pagani nec heretici possunt comedere. Iudæi non, quia diuisi sunt in decē, & duas tribus. Heretici si comederint,

1. Cor. 11.

iudicium sibi manducant. Pagani comedere non possunt, quia extra domum sunt, idest quia non credūt. Sicut igitur circūcisio vnitatem faciebat apud Iudæos, ita fides apud Christianos, sine qua omnis homo extra ecclesiam est. Et infra. Eadem erit lex indigenæ & colono, quia non est personæ respectus apud deū. Val. Max. lib. 2. cap. 1. De institutis antiquis. Conuiuium etiam Romani solemne instituerunt, idq; charistiam appellauerunt, cui præter cognatos affines nemo interponebatur, vt siqua inter necessarias personas querela esset orta, apud sacra mensæ & inter Hilaritatem animorum, fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur. Hoc dicit textus, in vna domo comedetur. Christus autem Iesus quia mensam suam omnibus voluit esse communem (Luc. 14.) conuiuium suum non charistiam sed eucharistiam voluit appellari. Prætermitto q; Iudæi agnum immolabant, Christus autem panem & vinum, agnum qui tollit peccatū

B mundi. Habes igitur, quare vnum corpus dedit multis. Quid autem panem iam cōsecratum fregit in particulas 12. Singulis singulas tradens (ita dicit Gabriel licet aliter videantur sonare verba euangelistarum)

Gabriel.

illud significauit, q; oblatus est quia ipse voluit. Esai. 53. Nam quod lex dicit, os nō comminuetis ex eo, infertius exponetur. Quod autem corpus tradidit subulis specie, fidei locum dedit. De hoc habes Num. cap. 4. Cum inuoluerint filij Aaron sanctuarium & omnia vasa eius in commotione castrorum, tunc intrabunt filij Caath vt portent inuoluta, & non tangent vasa sanctuarij, ne moriantur. Et infra. Aarō & filij sui intrabunt tabernaculum, ipsiq; disponent onera singulorum, & diuident, quid portare quis debeat.

Figura.

Alij nulla curiositate videant quæ sunt in sanctuario, priusq; inuoluantur alioqui morientur. Quæ verba exponit Paulus dicens. Videmus nunc per speculum, &c. Inuoluuntur autem vasa sancta a sacerdotibus, quia illis solis dictum, hæc quoties feceritis, &c. Portantur autem in humeris a Leuitis sed inuoluta,

1. Cor. 13.

C qui videlicet ea magis actu operum q; scientiæ reuelatione cognoscant. Vnde ecclesia verbis domini sapientissima prouidentia adiecit duo verba videlicet mysterium fidei, quæ ita exponit Gabriel. Secretum

Gabriel.

fidei hic continetur, quomodo videlicet morte Christi mors mortua est, victa est, testamentum nouum ratum, vetus abrogatum, hereditas promissa actu acquisita. Dicitur etiam sacramentum hoc mysteriū, idest obiectum fidei. Nullum enim cæterorum sacramentorum continet realiter id quod figurat præter hoc, cætera sunt dum fiunt. Sunt autem in hoc sacramēto quædam secundū naturam, quædā supra naturam, quædam supra intellectum & naturam, quædam supra naturā, sed non supra intellectum. Secundum naturam

Gabriel.

sunt accidentia, color olor, sapor, pondus. Supra naturam accidentia sine subiecto, sed hoc non est super intellectum, quia abstrahentium non est mēdacium. Supra naturam & intellectum, quia ibi est Christus, quantus est in cælo, sed non modo quantitatiuo, hoc est non partium extensione licet partium colligantia sed hoc credendum est, non discutiendum, dicente domino, hoc est corpus meum. Quomodo autē nutriāt

D accidentia desinente Christo esse sub accidentibus, & verum redeat substantia actione diuina, vide doctorē nostrum in. 4. distin. 12. q. 6. Gabriel lectione. 45. L. Consecratur in pane, quia corpus assumpsit, in

Gabriel.

vino, idest sanguine, quia animam accepit. Sanguis enim iuxta Philosophus sedes est animæ. Ita significatur per hoc mysteriū, q; liberamur in anima & corpore per mortē eius quā hoc mysterio representamus. Accepit igitur dominus Iesus panem, & benedixit verbis cælestibus. Non enim intelligendum est, q; edito signo crucis super panē, benedixerit, tūc enim crux maledictū quoddā erat, nō benedictionis Symbolū. Benedixit igitur panē dicēs, hoc est corpus meum, accipite & comedite. Cū ergo dicit, hoc est corpus meū quod pro vobis datur, iuxta Lucā, hoc facite in me. commemorationē agni paschalis cultum abstulit, & mortis suæ Ingessit memoriam mentibus suorum. De agno paschæ ita statuit lex. Tollite agnum, sed absque macula. Et ille est quem Abraam in Typo immolauit, Gene 22. Ioannes ostendit. Ioan. 1. Qui tanq̄

Figura.
Esai. 53.

E quam ouis ducetur in hoc phase. Iuxta numerum animarum quæ sufficere possint ad vescendum illum. Quibus verbis ostenditur q; cibus hic animæ nutrimentum est, non corporis. Sed si agnus desit, capiatur hędus. Christus quidem sine peccato concipitur a matre immaculata, tamen de peccatoribus multis natus est. Matth. 1. Vnde Iacob hędinis pellibus contexit manus & collum, vt principem mundi falleret. Tu igitur si indumēta quibus Iacob illusit patri aspicias, Esau videtur. Sin manus & collum, hędum præsefert,

Gene. 27.
Figura.

si voci adhibes aurem, Iacob est, si ad mysterium fidei, ipse est pascha nostrum, ipse & sacerdos qui seipsum fert in manibus suis, dicens, hoc est corpus meum. Nam Isaac venationem putabat, sed fallebatur. Fallebantur omnes sensus Isaac, oculi quia cæcus erat: Manus quia Esau putabat se tangere, qui tamen aberat. Gustus, quia venationem opinabatur, quod comederat, cum esset hædina Caro. Odoratus, quia odorem agri putabat, quod erat odor vestimentorum Esau. Auditus quidem non est falsus in Isaac, verum si aspicias ad sacramentum corpus Christi, ibi etiam & sensus auditus decipitur. Nihil enim aliud audit, quam hoc est corpus meum, verum ibi deus homo est, iuxta quod prędicat & cre-

Figura.

 dit fides.

dit fides. Dixit autem Isaac cæcus ad Iacob velatum vestibus valde bonis (Deus homo) & pellibus hœdinis (accidentia in sacramento alcatis) quomodo tam cito inuenire potuisti fili mi? Voluntas Dei fuit. Potentia enim Dei hoc conficitur sacramentum, in vltima prolatione verborum, & ideo valde cito & fere incomprehensibiliter, adiuncta tamen fide & intentione sacerdotis, alias nihil conficiet, quia iuxta Clementem in omni sacramento requiritur intentio ministrantis. Vnde Aaron viuens deponitur a sacerdotio quia incredulus fuit. Num. cap. 20. Si requiras Christus in sacramento quem ordinem tenet, dicitur quod si locum respicias specierum, totus est in qualibet parte hostiæ, ideo fractio non fit in re sacramenti, sed in speciebus tantum. Habet tamen partem extra partem, si respicias oculis mentis partes intrinsecas corporis, sed scrutator maiestatis opprimetur a gloria. Diximus, quare deficiente agno, assumitur hædus. Quod sanguine vnguntur superliminaria, illud significat, in mei memoriã facite. Vnde illud, pone me sicut signaculũ nõ in foribus, sed in corde. Animalia enim quæ non ruminant, immunda sunt. Athanasius. Si defuncto parenti iam parentares perculsus sane conscientiam fores, nisi legitima quæque & celebrandis funeribus consueta perficies. Sicut enim qui dominum pupugerunt, non potandi gratia pupugisse constat, sed vt de eius morte certiores fierent, sic & hi qui mortem huius testatoris indigne recolunt, vngentes non frontes animæ sed occipitia, vt pote qui quod in prima parte animæ ponere debuerunt vt semper occurreret, ibi posuerunt, vbi cito in ignorantiam verteretur. Tu igitur Ephraim in mei memoriam vnge memoriam tuam intellectum & voluntatem, & memor esto, quomodo hma transitus mei, tui memor fuerim, a leua in dexterã transferens, cancellatis manibus. Iure humano maior, iure diuino melior: Ita ecclesia in hac nocte præposita est synagogæ, & synagoga ex capite in caudam versa. Sequitur. Comedetis carnes noctu, & assas tantum. Gregorius. Nocte comedimus, quia modo in sacramento corpus dominicum accipimus, quando adhuc inuicem conscientias nostras non videmus. Nocte comedimus, quia per fidẽ ambulamus. Hanc noctem cæcitas figurabat Isaac. Assæ comeduntur, illo igne qui iubetur semper ardere in altari cordis nostri. Alias iudicium sibi manducat, qui nec feruidus accedit vel saltem calidus, crudũ comedens velue Lupus, aut coctum more Iudæi, qui olim sedebat ad ollas carnium. Vnde & tres viri illi beati suscipiendi ad conuiuium tenerrimi vituli, in feruore diei venisse referuntur. Non inquit comedetis crudum, quod iuxta litteram in consequens videtur & absurdum. Tamen iuxta mysterium illud dicimus, non carnes esse sacerdotes Dei qui Iudæ imitatores, stomacho omnino indigesto (esto mecum quid intelligam) vescantur de carnibus agni, de quibus Paulus, ideo apud vos multi sunt valetudinarij, & dormiunt multi, atque vtinam in pace Christi, quia non probauerunt seipsos, quorum de numero erant filij Eli. Comedetis & azimos panes. Gregorius. Quia sola redemptoris nostri sacramenta percepta, ad verum solemnitatẽ mentis non sufficiunt, nisi bona opera iungantur. Sunt & carnes crudæ inconsiderata & sine reuerentia cognitionis relicta illius diuinitate, humanitas. Sed agni caro nec cruda comedẽda est, nec aqua cocta, quia redemptor noster nec purus homo existimandus est, nec per humanam sapientiam qualiter deus incarnare potuit, cogitandus. Assas ergo agni carnes comedet, vt dispensari omnia per spiritus sancti potentiam credat. Iuxta historiam carnes assæ & citius præparantur, & iter aggredientibus vtiliores sunt quia leuiores. Cum lactucis agrestibus lactucæ istæ amaræ memoriam præfigurant omnium quæ Christus passus est ab ea hora qua secessit in montem oliuarum, quousque dixit, consummatum est. Caput cum pedes & intestina vorabitis. Capitis nomine diuinam naturã intellige, dicẽte Paulo, caput Christi deus 1. Cor. 11. Pedes eius forma est seruilis, vtrũque voramus, cum vestigia Christi amando & imitando perquirimus. Intestina vero sunt occulta eius mandata, quæ voramus, cum auide implemus. Iuxta mysticũ sensum caput est deus, pedes Caro, intestina anima eius beatissima, & hæc tria sunt sata tria, quæ commiscuit Sara, ex quibus fecit subcineritios panes, idest secretos. Est enim secretum secretorum sacramentũ corporis Christi. Vnde & sacramentum hoc in tres partes diuiditur, quarũ prima significat iuxta Thomã. 4. dist. 12. q. 3. Diuisionem corporis eius in passione ab anima, pars altera distributionẽ donorum eius in ecclesia. Tertia pars triplicem statũ animarum eorũ qui prædestinati sunt ad vitam. Nõ remanebit quicquam ea eo vsque mane. Sacramentũ enim hoc tamdiu erit in vsu, quamdiu perueniatur ad terrã promissam. Vnde quod primũ Iudæi gustarunt de fructibus terræ promissæ, cessauit vsus mannæ. Iosue. 5. Siquid residuum fuerit, igne comburetis, quod nunc facimus, quando quod de mysterio corporis eius penetrare non possumus, velum cũ Moyse velatores, id potestati spiritus sancti reseruamus, vt nõ superbe quis audeat contẽnere quod non intelligit. Sic autẽ comedetis illum. Renes vestros accingetis. Vnde illud, si mundi sunt pueri, & maxime a mulieribus, poterunt vesci de panibus propositionis. De hoc præcepto ipsi sacerdotes sunt rogãdi. Nã cum apostolus dicat, qui habẽt vxores, tanquam non habentes sint, multi illorũ cum vxores non habeant, copiosiora pascunt domi examina filiorũ quam multi ea vxoratis viris, videntibus, & consentientibus, quorũ interest vindicare. Itaque si mũdi sunt pueri si accincti sunt renes eorũ, vescantur de panibus propositionis, vescãtur de carnibus agni. Cæterũ a volente cõmunicare panẽ vitæ æternæ multo maiora requirit Paulus dicens, probet autem seipsum homo, vt quantum coniectare licet, adhibita diligenti examinatione, dicere possit cum Paulo, nihil mihi conscius sum. Et calciamenta habebitis in pedibus. Calciamenta in pedibus habere est mortuorum vitam conspicere, & nostra vestigia ad eorum exemplum recta facere, & maxime illius sequendo gressus qui exultauit vt gigas ad currendam viam, adeo vt in petra illa serpens vestigia nulla impresserit. Dictum est de Abraam, quod nec vestigium pedis accepit in terra, semper viuens tanquam aduena & viator, qualesque erant qui in exitu de Aegypto iubentur calciamenta portare. Tenentes baculos. Baculus viatoribus necessarius est, ipse est fides de qua dicitur, Beati qui non viderunt, & crediderunt; Beati qui aliud viderunt & aliud crediderunt. Vnde Isaac cæcus

postquam

Clemens. Prou. 25. Cant. 8. Leui. 11. Athanasius. Gene. 48. Deuter. 28. Gregorius. Leui. 6. Exod. 16. Gene. 18. 1. Cor. 11. 1. Reg. 30. Gregorius. Ioan. 19. Gene. 18. Thomas. Exo. 16. 1. Reg. 21. 1. Cor. 7. 1. Cor. 4. Psal. 18. Prouer. 30. Actu. 7. Ioan. 20. Gene. 27.

F G H I K

postquam sei veritatem agnouit, & quomodo imposuerit ei filius suus Iacob, expauit stupore vehementi, & vltra quam credi possit admirans ait. Quis est ille qui dudum, & cætera. Admiratur igitur fidelis quisque tanti mysterij magnitudinem, & adeo non fert moleste se fuisse delusum, vt potius innitens baculo fidei, confirmet factum filij & verba sua dicens, benedixi ei, eritque benedictus, quia Fructus ventris immaculati, quo pascimur in hoc sacramento, de quo dicitur consequenter, & comedetis festinanter. Mandata Dei cum festinatione implete; quia quod hodie licet bene agere scimus, vtrum licebit cras ignoramus, festinanter ergo comedite, idest ad solemnitatem patriæ cælestis anhelate. Nemo in huius vitæ itinere torpeat, ne in patria locum perdat. Grandis enim nobis restat via, de qua dicitur, comedit & bibit, 3. Reg. 19. & ambulauit in fortitudine cibi illius (panis videlicet secreti mysterij fidei) quadraginta diebus

3. Reg. 19.

A & noctibus totidem vsque ad montem Dei Oreb. Mysterium fidei. Per fidem enim attingimus ad interiora, etiam contradicente sensu. Nam exteriora quæ de sensibili mundo, negant constanter ea quæ sunt fidei. Ideo ibi fides habet meritum, vbi non solum non est experimentum adiuuans fidem, sed quicquid videtur resistit credulitati. Cusa. Vnde & illud: Caro & sanguis non reuelauit tibi. Si igitur viaticum est, ne tu cum Helia stertas sub iunipero, ne ex via & diuersorio patriam facias, sed transi festinanter, quamdiu patet via in mari rubro, Exo. 14. ne si setus perueneris, inuoluaris a fluctibus inter Aegyptios. Est autem videre multos tam ex plebe quam ex his qui sacerdotum nomine censentur, qui adeo festine accedunt ad mensam summæ ac veræ pacis, ac si a tergo instet Pharao. Sed tu vide Iudam festinantem ad laqueum, quia stomacho crudo & impræmeditatus accessit ad pascha nostrum, de quo dicitur: Est enim phase. Isti sunt qui dicunt, anima nostra nauseat super phase isto. Sed si nauseant, quare accedunt, nemine cogente? conducti accedunt denarijs. 30. Prudens lector audi, vide & tace. Isti sunt animalia illa quæ non ruminant, ideo iuxta legem immunda sunt.

Num. 21. Sicut Balaam. Leuit. 11.

B Terendum est igitur hoc manna in mortario memoriæ (Num. 11.) quod si fiat, senties intus conditum omnem saporem suauitatis, quia in Christo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis. Dicamus alter iuxta Fabrum. Comedetis festinanter, festinato enim capitur & crucifigatur. Tenentes baculos, cum facibus & armis ad vesperam, quia tenebræ factæ sunt super terram circa horam nonam. Erit masculus agniculus, quia Christus in flore iuuentutis immolatus est. Vniuersa multitudo immolet eum, quia omnes clamauerunt, crucifigatur, reus est mortis. Matth. 26. Vngite superliminaria, ea sunt brachia crucis & caput Christi. Nocte vescuntur, quia tenebræ fuerant fere toto tempore quo Christus pependit in cruce. Lactucæ agrestes fel sunt & tædium Christi, & apostolorum tristicia, & lachrymæ mulierum de quibus Lucas. cap. 23. Nihil crudum, quia a planta pedis vsque ad verticem, totus igne passionis decoctus est. Non coctum aqua, non alio genere mortis, quod ligno cruce affixus. Caput cum

Faber.

Esai. 53.

C & intestinis vorada caput spinis, manus & pedes clauis, interiora lancea est rimata. Nihil efferetis foras, quia Christo in cruce nec ossa sunt ablata, nec Caro abscisa. Residuum igne comburetis, quia non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Os non comminuetis ex eo, quia non comminutione ossium sed liuore eius sanati sumus. Esai. 53. Ossa quidem eius in cruce dinumerata sunt, non confracta, Psal. 21. Quia tertia surrecturus erat. Habes de agno paschali quid lex statuerit, in Typo & mysterio agni qui tollit peccatum mundi, qui loquitur ad suos, accipite, quia hoc reuera est corpus meum. Itaque & vos discipuli mei, hoc est corpus meum, accipite, & comedite. Agnus quidem phase veteris propter vos præparatus est, qui estis sub lege, pascha autem nouum propter me, vt cum assuero ostenderem gloriam & potentiam regni mei. Ester. 1. Tamen vtique vtriusque paschatis participes eritis. Quia ergo in hac nocte rex regum secum erat cœnaturus, idest ipse futurus erat prandium & conuiua, ideo huiusmodi mensa parata est. Vnde dicit hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem, iuxta Lucam. Quo

Psal. 15.

Historia.

D verbo sacerdotes eos instituit iuxta ordinem Melchisedec, de cuius sacerdotio pauca subijciemus, Hieronymus. Autores omnes qui de Melchisedec scripserunt, in hoc vnum conueniunt, hominem Chananæum fuisse regem vrbis Hierosolymæ. Nec mirum si sacerdos Dei altissimi describatur absque circumcisione & legalibus ceremonijs & genere Aaron, cum Abel Enoc & Noe placuerint Deo. Et in Iob legimus, quod ipse fuerit sacerdos, pro filijs cotidie offerens hostias. Ordinem autem eius multis modis interpretatur, quod solus rex fuerit & sacerdos, & ante circumcisionem functus sacerdotio, vt non Gentes ex Iudæis, sed Iudæi a Gentibus sacerdotium acceperint, vendente illud prophano Esau. Nec vnctus oleo sacerdotali vt Mosi præcepta constituunt, sed oleo exultationis & fidei puritate, Nec carnis & sanguinis victimas immolauerit, sed pane & vino puro simplicique sacrificio Christi sanguinem & sacramentum dedicauerit. Hebræi autem tradunt, hunc esse Sem primum filium Noe, & eo tempore quo loquutus est, fuisse annorum. 390. Qui &

Hieronym.

Gene. 14.

E tatione deducta, dicunt eundem Sem superuixisse ab nepoti suo Abraæ decimi gradus annis quinque & 30. Simulque tradunt Hebræi, vsque ad sacerdotium Aaron omnes primogenitos de stirpe Noe sacerdotes fuisse, & hæc esse primogenita, quæ Esau fratri suo vendiderit, Gene. 25. Habes de sacerdotio Melchisedec. Quam autem puritatem lex requirat in sacerdotibus vide Leui. cap. 21. Verum obserua quod omnia illa quæ ibi requiruntur a sacerdotibus ad munditiem corporis pertinent, sicut patet intuenti, ne sit cæcus vel lippus, &c. & ratio est, quia sacerdotes illi necessitate erant sacerdotes & iure hereditario. Sacerdotium Christi voluntarium est, ideo alia puritas requiritur in sacerdotibus euangelicis. De quo qui edoceri velit legat Paulum scribentem ad Timotheum. 1. cap. 3. Ibi, oportet episcopum irreprehensibilem esse, &c. Sed quid necesse est legere cætera, cum hoc vnico verbo, irreprehensibilem, omnes virtutes incluserit? Talis inquit vt vel Momo ipsi possit satisfacere. Talis tantæque virtutis, vt semper appareat excelsior cælis, sequester hominum & Dei, ac carnes agni & sanguinem sacro ore conficiens, cui dicitur, in mei memoriam facite. Dicamus de ornatu sacerdotali aliquid de mente Hieronymi, Ex quo quidem tempore ecclesia vtatur his sacris vestibus, non dum certo no

sacerdotes

Hierony.

ui. Christus enim dominus communibus vestimentis instituit sacramentum corporis sui, & iuxta Sabellicum prius instituit pascha suum, quam pedes lauaret apostolorum. Est igitur prima vestis sacerdotalis fœminalia tegentia corpus ab vmbilico vsque ad poplites, Exo. 28. Hanc Iosephus refert fuisse de bysso retorta, texta, post incisa, acu consui. De hoc dictum est ibi, renes vestros accingetis. Ergo & hoc loco quod primum lex requirit in sacerdote castitas est, quia id primum fecerunt parentes nostri post peccatum, pudenda velare. Secunda vestis est poderis, idest talaris, duplici sindone, & latinis dicitur tunica, strictis manicis & corpore, ita vt nulla ruga vestis sit in corpore, sicut camisiæ bellantium. De hac Paulus, induite vos sicut electi Dei viscera misericordiæ Collo. 3. Et illud ex Iob. Quia ab infantia mecum creuit misericordia vel miseratio. Et illud, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: quomodo intellexit S. Martinus vel bonus ille Samaritès, Luc. 10. Tertium indumentum nos baltheum siue zonam vocamus, hoc est cingulum in similitudinem pellis colubri quam exuit. Estque in rotundum contextum quatuor digitorum latitudinis, vt marsupium longum putes. Textum est subtegmine cocci purpuræ hyacinthi, & stamine byssino ob decorem & fortitudinem, atque ita Polymita arte distinctum, vt diuersos flores ac gemmas artificis manu non textas, sed additas arbitreris. Lineam tunicam supradictam inter pectus & vmbilicum hac astringunt zona vel cingulo. Hoc cingulo colligatur noster Samson, & Isaac immolandus, & agnus Dei flagellandus, & quando dictum est ecce homo, Ioan. 19. Quartum indumentum est Pileolum rotundum quasi sphera media. Hoc Græci & nostri Tiaram appellant. Non habet acumen in summo, nec totum vsque ad comas caput tegitur, sed tertiam partem a fronte in opertam relinquit, atque ita in occipitio vitta constrictus est, vt non facile labatur ex capite, est autem byssinum. Pro hoc ornamento sacerdotes acceperunt tonsuram, de qua S. Thomas. Abiicere temporalia contingit bifariam, vel propter contemplationem æternorum, & hoc significat capitis vertex derasus. Vel re sensus in placentibus in eis, sicut dicitur, curam carnis ne feceritis in desiderijs, & hoc significatur per coronam, idest per capillorum non eradicationem, non vsque ad cutem attonsionem, sed præcisionem. Accepit autem dominus Iesus coronam spinarum, vt coronaret suos serto duodecim stellarum. Apoc. 12. Hæc quatuor ornamenta communia erant omnibus sacerdotibus. Prima vestis pontificis tunica talaris est, tota hyacinthina, ex lateribus eiusdē coloris assutas habens manicas. In ora vestis huius, 72. sunt tintinabula, & totidem mala punica vnum tintinabulum, & inter duo tintinabula vnum malum punicum, vt cum ingreditur pontifex sanctū sanctorum, totus vocalis incedat, moriturus si hoc non feceret. Tanta enim debet esse scientia & eruditio pontificis, vt & gressus eius & motus vniuersa vocalia sint. Vulgus tamen sacerdotum inquit Hieronymus, ad cætera muti, nil tiniunt, nisi de decimis accipiendis, & magna pars nihil de iure pontificio dedicit, nisi duplices deberi decimas prædiales & personales. Hæc sacerdotibus loquitur Hieronymus super tintinabulorum pontificalis vestis expositione, quæ tamen illi nihil aliud putabunt quam sine capite fabulam. Sextum indumentum est superhumerale, Hebraice Ephod. Auri bracteæ mira tenuitate tunduntur, ex quibus facta fila torquentur cum subtegmine trium colorum hyacinthi cocci & purpuræ & cum stamine byssino, & efficitur palliolum miræ pulchritudinis, perstringens fulgore oculos. Contra pectus nihil contexcū est, & locus futuro rationali derelinquitur. Sed in vtroque humero habet singulos lapides clausos, & in singulis lapidibus sena patriarcharum nomina, in dextro maiores in sinistro minores, vt pontifex ingrediens sanctum sanctorum, nomina populi pro quo rogaturus est, ante dominum portet in humeris. Vnde illud Osee. 4. Sacerdotes peccata populi comedent. Id quomodo intelligant, ipsi sacerdotes sunt interrogandi: ætatem enim habent. Pro hoc superhumerali Christus crucem portauit, & peccata nostra, sicut habes in typo Leui. cap. 16. De quo alias dictum est. Septimum indumentum est quidem mensura paruū, sed omnibus supradictis sacratius, & vocatur rationale. Pannus est breuis, ex auro & quattuor supra dictis coloribus textus, habens magnitudinem palmi per quadam, & duplex ne facile rumpatur. In texti sunt autē ei. 12. Lapides miræ magnitudinis atque precij per quattuor anulis superhumeralis, habens & ipsum anulos totidem, vt veniat anulus contra anulum. In hoc rationali erat doctrina & veritas. Hebraice ha vrim ve ha tumim, idest illuminationem rectitudinem siue integritatem, nomen scilicet diuinum. Septuaginta dixerunt, idest delosin Ke allethian, declarationem & veritatem. His itaque duobus nominibus nominatis grammaticis intelligendum esse asserit Rabbi Salomon, dictumque eo modo existimat, quod sacerdotem illuminaret, doceretque viam rectam persequi, & vt sciret, quid ei foret dicendum. Hieronymus. Vt veritatem quam corde tenet sciat sermone proferre, & docere alios. Vbi ergo sunt qui innocentiam sacerdoti dicunt posse sufficere. Vetus lex nouæ congruit, in qua dicitur, vos estis lux mundi, imo vos estis cæci duces cæcorum. Matth. 15. Vel dicendum (& hoc verius) quod petitiones viuæ vocis oraculo fiebant, & responsa similiter verbo tenus reddebantur, sed nisi applicito rationali non dabantur oracula. Iosephus dicit, quod in Sardonice qui erat in superhumeralis humero dextro tantus fulgor radiorum apparebat, cum sacrificia deus acceptabat, vt longe existentibus is lapis mirabiliter lucere videretur. De lapidibus autem rationalis dicit, quod cum Iudæi exituri essent ad bellum, tanto splendore lapides illi micabant, vt cunctis perspicuum esset, Iudæos cum victoria reuersuros. Dicit tamen fulgorem hunc cessasse annis ducentis ante quam ille libros antiquitatem cōscriberet. Scripsit autem. 50 annis post passionē Christi. Vide. 1. Mach. cap. 4. Hucusque Abulensis. De tintinabulis ad litteram hæc dicit idem Abulensis. Appendebantur vestimento, vt cum reuerentia templum ingrederetur, sicut qui domum ingreditur alienam, primo ostium pulsat ne irrumpat, dominus domus insalutato. Minores autem sacerdotes nihil tale faciebant. Itaque si angelus erat in priore parte templi, auditis tintinabulis (non quod angelus audiat) abscedebat. Octauum ornamentum pontificis erat lamina aurea in qua scriptum erat nomen domini quattuor litteris videlicet

Iod.

Margin notes: Sabellicus. Maschina. Gene. 3. Cap. 31. Psal. 40. S. Thom. Rom. 13. Exo. 28. Hierony. Ephod. [illegible] R. salomō Hierony. Iosephus. [illegible] Abulensis

Margin letters: F G H I K

Iod He. Vau. Heh, quod Hebræis ineffabile dicitur, de quo alias diximus. Hoc super pilleolum lineum & communem omnium sacerdotum in pontifice plus additur, vt in fronte vitta hyacinthina constringatur, totamque pontificis pulchritudinem Dei vocabulum coronet & protegat. Nisi quod multi pro nomine domini lepram in fronte portant. De istis loquitur dominus Ezech. cap. 44. Sed & Leuitæ qui longe recesserunt a me in errore filiorum Israel, & errauerunt a me post idola sua, portabunt iniquitatem suam, eruntque in sanctuario meo æditui & ianitores portarum domus, & ministri domus, & non appropinquabunt ad me, vt sacerdotio fungantur mihi, & portabunt confessionem suam, qui sanctum nomen meum portare debebant in fronte. Cum dicit, sed & Leuitæ, sacerdotes intelligit. Isti ergo quia abusi sunt sacerdotio, fiunt ianitores, vt omnes ingredientes templum & egredientes, videant depositos sacerdotes & ianitores factos. Hieronymus. Grandis dignitas sacerdotum, sed si peccant, grauis ruina. Lætemur ad

A ascensum, sed timeamus ad lapsum. Non est tanti gaudij excelsa tenuisse, quanti mœroris de excelsis cecidisse. Non enim solum pro nostris delictis rationem reddemus, sed pro omnium quorum donis abutimur. Sequitur expositio vestimentorum sacerdotalium iuxta mentem Hebræorũ, referente Hieronymo. Quattuor itaque colores, quattuor sunt elementa. Byssus terram significat, quia de terra colligitur, purpura aquam, quia inde ex eius cochleis tingitur. Hyacinthus aeri propter similitudinem coloris, coccus igni & ætheri, qui Hebraice San dicitur, quod Aquila liaphanun, Symachus liabanon interpretatus est. Et iustũ esse dicunt, vt pontifex creatoris non solum pro Israel, sed pro toto mundo roget, qui ex quattuor elemẽtis consistit. Vnde primum indumentum terram significat, secundum aerem, quia de terrenis paulatim ad cælestia sustollimur. Quod autem secunda vestis vsque ad talos venit, indicat aerem a cælo vsque ad terram diffusum. Mala punica & tintinabula significant fulgura & tonitrua, siue terram & aquam & omnium elementorum inter se consonantiam, & sic sibi vniuersa perplexa, vt in singulis vniuersa reperian-

B tur. Quod prædicti colores auro in texti sunt, id significari volunt, quod diuina prouidentia omnia penetret. Superhumerale & duos lapides qui in eo sunt duo hemisperia interpretantur, siue solem & lunam quæ desuper rutilant. Lineam qua pectus astringitur interpretantur mare Oceanum quod terram cingit. Rationale in medio positum terram edisserunt, quæ instar puncti licet omnia in se habeat, tamen a cunctis vallabatur elementis. Duodecim lapides. 12. menses vel zodiacum interpretantur, & singulis versiculis singula assignant tempora, ver æstatem, autumnum, hyemem. Pulchre autem hoc ipsum quod est in medio appellatur rationale, ratione enim cuncta sunt plena, & terrena hærent cælestibus, idest rationale superhumerali, imo ratio terrenorum & temporum, caloris & frigoris & duplex in vtraque temporis de cæli cursu & ratione descendit. Quod autem dicitur quod erat in rationali allethia & dilosis, idest manifestatio & veritas, significat, quod nunquam in Dei ratione mendacium sit, sed ipsa veritas multis rationibus & argumen-

C tis monstratur hominibus, vt rationem omnium agnosceremus, quæ fecit deus super terram, quia omnia in sapientia fecit. Super omnia cidaris & vitta hyacinthina cælum monstrat, & auri lamina cui in fronte pontificis nomen Dei scriptum est, vniuersa quæ subtus sunt Dei arbitrio gubernari. Iustum ergo erat, vt pontifex Dei creaturarum omnium Typum portans, in vestibus suis indicaret, omnia egere Dei misericordia, & cum sacrificaret ei, expiaretur omnis conditio, vt non pro liberis parentibus & propinquis, sed pro cũcta creatura & voce & habitu precaretur. Quod tamẽ verius impletur in eo, cuius sanguine pacificata sunt omnia, de quo in consequentibus. De fœminalibus hoc dicunt. Ratio seminum ac generationum ad carnem pertinens, terræ per eam deputatur. Terra enim es, & in terram ibis, causasque huius rei quomodo de paruulo semine & de fœdissimis initijs tanta vel hominum vel diuersarum rerum pulchritudo nascatur esse obuolutas & humanis oculis non patere. Hæc vti opinor non ingrata erunt vrbano lectori, vt ex his ad sacratiora ipse manum mittat, perquirens apud se quid præse ferat sacerdotalis ornatus eius qui penetrauit cælos, si tanta mysteriorum profunditas latet in ijs quæ sunt exemplaria verorum. Fre-

D git igitur dominus panem, idest corpus suum, vt daret suis, dicente Paulo, panis quem frangimus, &c. 1. Cor. 10. Quid tamen frangat sacerdos dictum est supra. Cæterum cum Christus mortalis ad huc corpus suum impassibile tradiderit suis, id multo magis nunc verum est, quando mors ei iam non dominabitur. Dicit autem Innocentius referente A. de Ales. quod tale corpus dedit Christus, quale habuit, videlicet passibile. Hugo dicit, quod Christus corpus suum immortale & impassibile dedit sub sacramento. Itaque Hugo dicens, quod dedit corpus impassibile, sic intelligit, quod passibile erat, sed in sacramento erat impassibile potentia diuinitatis. Hoc igitur corpus cum acceperis de manibus Christi, memor esto eadem nocte tibi datum, quo & pedes tuos lauit, & anima eius tristis fuit ad mortem vsque Matth. 26. Vtrum autem sacerdos posset consecrare totum panem qui est in foro, quod multi quærunt: Respondet. A. Ales. 4. p. q. 34. ar. 5. Mihi videtur inquit, hoc tamen non assero, quod in sacramento Eucharistiæ non requiratur intentio simpliciter, sed requiritur intentio conficiendi, vt sumatur in vsum, & hæc est intentio ecclesiæ, dicente domino,

E Accipite & comedite. Quia igitur si aliquis sacerdos intenderet consecrare totum panem cellarij, nullo modo conformaret intentionem suam intentioni Christi, dicimus quod non consecraret. Dicit & illud, quod posset sacerdos consecrare per sola verba illa, hoc est corpus meum, nullis alijs præmissis. Vtrum communicandum sit quotidie, Hieronymus dicit, id neque reprehendo nec Probo, scio Romæ hanc esse consuetudinem vt fideles semper corpus Christi accipiant. Ego autem ipsorum conscientiam conuenio, qui eodem die post coitum communicant. Quare ad martyres ire non audent? Quare non ingrediuntur ecclesias? An alius in publico alius in domo Christus est? Probet se vnusquisque, &c. 1. Cor. 11. Non quod dilatæ cõmunionis vnus dies aut biduum sanctiorem efficiat Christianum, vt quod hodie non merui, cras vel perendie merear, sed quod dum doleo, me non communicasse, abstineã me paulisper ab vxoris amplexu, vt amori

2. Para. 26.

Hierony.

Idem.

Psal. 103.

Collos. 1.

Hebr. 9.

Innocent.

Rom. 6.

A. Ales.

Hierony.

coniugis amorem Christi præferam. Appareret autem ex his Hieronymi verbis olim domi suæ quemque corpus Christi sumere qui voluisset, idque fere cotidie. Ad hoc idem Augustinus ponit duo exempla Centurionis & Zacchæi, quorum alter dixit, non sum dignus vt intres sub tectum meum, alter gaudens suscepit dicentem, in domo tua oportet me manere. Lucæ. 19. Itaque vterque pari deuotione Christum adorauit, & tamen vnus quasi repulit a domo sua, alter domi excepit. Contemptum ergo solum non vult hoc sacramentum, sicut Manna fastidium. Similiter & calicem postquam cœnauit accipiens, gratias egit, & dedit illis dicens, Accipite & bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus, qui est noui testamenti, vel hic est calix nouum testamentum in sanguine meo. Dicit hoc loco Theophyl. Positionem mihi quidem non verisimilem, quod Iudas non glutiuit corpus Christi, sed acceptum abscondit, vt diceret Iudæis, quod panem corpus suum diceret Iesus. Calicem tamen hausit quia celare non poterat. Ideo non est dictum, comederunt omnes, sed biberunt omnes. Videtur autem dominus his verbis alludere ad verba illis Exo. 24. & ad Hebr. cap. 9. Lecto mandato legis a Mose vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hysopo, ipsum quoque librum & omnem populum aspersit dicens, hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos deus. Itaque iuxta Paulum vbi testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris, testamentum enim in mortuis ratum est. Alias non valet viuente qui testatur. Vnde nec illud prius qualecunque sine sanguine dedicatum est. Vides plane colligi ex verbis Pauli irritari & abrogari potuisse vetus instrumentum, quia viuebat qui eum condiderat. Abrogauit autem eum, dicens, Hic est sanguis meus qui est noui testamenti. Vnde Paulus. Nam si illud prius & vetus culpa vacasset, non vtique secundi locus inquireretur. Nec enim leuis erat culpa, idest imperfectio veteris testamenti, quod cum alter testaretur, deus videlicet, qui legem tulit Iudæis, alter moreretur pro firmando testamento, videlicet pecora omnigena arietes, oues capræ vituli, &c. Ideirco igitur priores tabulæ confractæ sunt, vt posterioribus locus esset. Feriam inquit domui Iuda testamentum nouum. Quid feries o conditor tanti testamenti? Num vitulam rufam, hircum aut passerem? Feriam pastorem, testatorem æterni testamenti. Et reuera nisi moriturus dominus Iesus, inter cœnandum vel ante mortem dixisset, hic est sanguis qui est mei noui & æterni testamenti, vetus illud ratum permansisset in æternum. Si requiras quare corpus suum non vocarit dominus corpus noui testamenti, sicut dixit de sanguine, patet ex prædictis, quia in sanguine mors figuratur, cum is sit animæ sedes. Est igitur Christus conditor noui testamenti & veteris abrogator, est testis testamenti, & testamenti præclara hæreditas, cuius morte ratum est testamentum, cuius resurrectione operatum est testamentum, dicente Ioanne, vicit Leo de tribu Iuda, aperire librum & soluere signacula eius numero. 7. quæ reserata sunt in resurrectione saluatoris. Noe ebrius post somnum excitatur. Gene. 9. Isaac post triduum a monte Moria ad matrem viuus reuertitur. Gene. 22. Duorum passerum immolato altero, alter viuus dimittitur. Leui. 14. Duorum hircorum altero immolato, alter in desertum deportatur. Leui. 16. Samson media nocte secum tulit fores ciuitatis. Iud. 16. Ionas. 3. die viuus euomitur. Virga Aaron nocte germinat, sicca ab annis multis. Num. 17. Conditum est autem testamentum præsentibus testibus. 12. omni exceptione maioribus, ex quibus duo scribæ fuerunt Ioannes & Matthæus. Et sciendum quod Zepherinus papa statuit vt in vitreo vase consecraretur, non in ligneo vt antea. Confessionem ante missam cælestinus instituit, Stolas diaconorum & paschale cereum Zozimus quartus & vigesimus. Septem horas canonicas pelagius pontifex. Sabinianus statuit lampades perpetuo in templo ardere. Ad hæc vide multa de consec. distin. 1. Iacobus. Et cap. Et hoc. Et cap. Missas. distin. 2. cap. peracta, & cap. Relatum. Et cap. omnis homo. Et cap. tribus gradibus. Quod ante resurrectionem Christi nullus potuit consecrare corpus Christi nisi idem Christus de con. distin. 2. cap. Timorem. in glosa. Ad hæc Augustinus. Tamdiu contenditur de hæreditate mortuorum, quamdiu testamentum proferatur in publicum, quo prolato, omnes tacent, vt legantur verba mortui iacentis in monumento. Ille sine sensu iacet, aut crite pendet, & valent verba eius. Sedet Christus in cælo regnans, cui mors valenti aliquando damnata est, & contradicitur testamento suo. Testamentum Christi euangelium est, corpus est & sanguis & tunica inconsutilis & ecclesiæ vnitas, in qua sanguis vel coccus est pro signo. Hac ecclesiæ vnitatem (repulsa synagoga quæ machinata est in necem viri sui, erat enim adultera) qui negat, negat mortem Christi (qui mortuus est dispersos congregaret in vnum electos qui erant per orbem) cuius tamen mortis testis est orbis. Hunc calicem noui testamenti Paulus calicem benedictionis appellat, quoniam iuxta Chrysost. Cum eum præ manibus habemus, cum admiratione & horrore quodam inenarrabilis doni laudamus benedicentes, quoniam sanguinem effudit, & nos tanti mysterij participes fecit. Bibe igitur o amicula, & inebriare si licet, tamen altiora te ne quæsieris, inuestigans quomodo lateat post cancellos & retis accidentium, post pelles hædorum verus Iacob, post velum arca testamenti, in arca testamenti vas admirabile, inque in eo Manna suauissimum repositum vsque in consummationem sæculi, quomodo inquam Christus totus sit in sacramento, mundum reconcilians sibi, ne videaris tangere lignum scientiæ, quod tibi in parentibus primis interdictum est. Scrutator maiestatis opprimetur. Solenne est apud gentes, nisi effuso sanguine fœdera non sancire. Itaque sapientia Dei fœdus nobis inire volens, imitata morem scytharum, vinum cum sanguine miscuit suo, manent enim cum sanguine Christi, vini accidentia sicut patet ad sensum, color olor, &c. Idem fecisse videtur dominus initurus duellum cum principe mortis, in quo dux vitæ mortuus est, sed iam regnat viuus. Et hic est sanguis qui confirmauit testamentum eius, effusus pro multis in remissionem peccatorum. Alioqui impossibile est sanguine pecudum remitti peccata. Vnde illud verbum toties replicatum in lege, immundus erit vsque ad vesperam Leui. 11. & alias sæpe, in vespera enim legis, & sæculi huius & diei huius effusus est sanguis hic in redemptionem earum præuaricationum quæ erant sub priori testamento (Hebr. 9.) quamuis nullam abstulit

August. Matth. 8. Theophy. testamentū. Hebr. 8. Hier. 31. Hiere. 31. Apoc. 5. Cap. 2. zepherin9 Celestiu9. Zozimus. Pelagius. Sabinian9 August. Ioan. 19. Iosue. 6. Ioan. 11. Chrysost. Cant. 1. Eccle. 3. Prouer. 3. Hebr. 10.

F G H I K

stulit tantus pecudum effusus sanguis. Augustinus. Quem non faciet in rentum, quod post ablutionem, de singulis quibusque dicitur, & immundus erit vsque ad vesperam? Vbi nescio vtrum aliquid aliud possit intelligi, nisi quod omnis homo post remissionem plenissimã peccatorũ, quã accipit, intercedente morte crucis Christi, permanendo in hac vita, contrahit aliquid, vnde sit immundus vsque ad eiusdem vitæ finẽ, vbi et dies ista quodammodo clauditur, quod significat vespera. Et quærendum videtur, quid sit quod a sanguine sacrificiorum quæ pro peccatis offeruntur tantopere populus prohibetur, si in illis sacrificijs vnum hoc significabatur, in quo vera fit remissio peccatorum, a cuius tamen sacrificij sanguine in alimentum sumenda, non solum nemo prohibetur, sed ad bibendum omnes potius exhortantur, qui volunt habere vitam. De hoc dictum est Ioan. cap. 6. Iuxta litteram sanguis crudus haustus nociuus est corpori, sanguis autem Christi cibus est animæ. Tamen & iuxta Paulum etiam illi (de bonis intelligo) qui iussi sunt abstinere a sanguine, eundem nobiscum potum biberunt, & manducauerunt eandem escam spiritualem, biberunt enim aquam de petra, petra autem Christus est, Pasti sunt Mannate Christus est verum Manna.

August. — 1. Cor. 10. — A

Caput. vi. Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. De Petro dicente, & si omnes, non ego. Et dominus. Amen dico tibi ante quam Gallus canat bis, ter me negabis, & c. Vnus ex vobis me tradet. Dixerunt singuli, num ego sum domine? Qui intinxit mecum manum in paropside, Num ego sum Rabbi? Tu dixisti.

TVnc dixit illis Iesus, Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte, quia scriptum est. Percutiam pastorem. Ergo mors Christi actio Dei est, & dispergentur oues gregis. Sed post quam resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Et ait illi Iesus. Amen dico tibi, quia tu hodie in hac nocte priusquam gallus vocem bis dederit, Bis posuit Marcus, ter me negabis. 6. q. 1. imitare. 50. distin. quia sanctitas tua. At ille ex abũdanti dicebat imo si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Non te negare. Græce est, u me se aparnesin mæ, conduplicata autem negatio videlicet, u, me, certe non caret emphasi constantis asseuerationis. Similiter & omnes discipuli dixerunt. Obserua bone lector quam frequenter & subinde mortem suam Christus posuit ob oculos suorum, quam præuidebat eis admodum moleste laturos, quippe quam nunquam crediderũt affuturã, donec captus est bonus pastor. Vere enim anima eorũ ex anima illius domini Iesu pendebat (Gene. 44.) in quo collocauerant spes suas tanquam in tutissimo portu. Dixerat sæpe, filius hominis tradetur, scitis quia post biduum tradetur, dixerat, Ecce manus tradentis me, mecũ est in mensa, dicit nunc tẽ quasi præsentẽ ob oculos ponens, omnes scandalũ patiemini in me in hac nocte, quoniam oportet impleri quod scriptum est Zach. 13. percutiam pastorem ita vt leprosi speciem præseferat a capite vsque ad pedes. Et tuam ipsius animam in tota pulchra doloris gladius penitus transibit. Sed vos qui iam despondetis animum, videntes impendentem gladium ceruicibus vestris, audite rursus illud, percutiam. Et ego sanabo, & me resurgente, ossa illa arida, dispersa siccaque vehementer rursus reuiuiscẽt, & aquilæ congregabuntur ad corpus. De hoc quod dicitur, scandalizabimini, quia scriptum est, dictum late Ioan. 21. In fine quomodo præscientia Dei non imponit necessitatem rebus, Siue enim ille præuideat siue (per impossibile) non præuideat, res erunt vel non erunt. Nam rogo, cum deus intelligit omnia præsentia, nunquid necessitat arbitrium nostrum ad velle illud vel nolle? Tempus igitur est futurum, non autem res, quæ præsentes sunt Deo, & si ipsæ res futuræ sint. Et cum dicitur Iosue. 11. Domini sententia fuerat, vt indurarentur corda eorum, hæc sententia non est ab intellectu diuino necessitãte res, per hoc quod eas cognoscat, sed a voluntate ita decernente propter eorum demerita, Ita cum iusti destituuntur vt cadant septies in die, vel vt scandalizentur, percusso pastore, non a fato est vel fortuna, sed a iusto Dei iudicio, occulto nobis licet. Cadente enim Iuda & negante Petro, alter deseritur, alterum dominus aspexit, quia diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum. Percutiam ergo pastorem, & c. Chrysost. Quoniam ergo ista natura rei est, vt percusso pastore, oues pateant luporum dentibus, idcirco diabolus vehementius aduersus pastores armatur, cum ex eorum cede maiora detrimenta sequantur in grege. Nam qui ouem iugulat, gregem quidem imminuit, porro qui pastorem de medio tollit, totum simul gregem dissipauit. Lupus enim iste non curat numerum. Respondens autem Petrus dixit. Et si omnes scandalizati, & c. Vere ergo scriptum est, ante ruinam exaltatur cor, Prouer. 16. Quasi enim Petrus non esset sicut cæteri sed singularis, ita singulariter præsumit. Sed sicut fuit singularis in promittendo, ita & in negando. Chrysost. Quid dicis Petre prospiciente timidior? Propheta dicit, oues dispergentur, percusso pastore, & Christum dictum confirmauit, & tu idem negas? Duplex autem crimen erat, tum quia repugnauit, tum quia cæteris se præposuit, adde tertium maius duobus, quod sibi totum imposuit, & non potius dicens cum Paulo, omnia quæ possum in eo possum qui me confortat (Philip. 4.) & cuius gratia, sum id quod sum. Sed tamen bone præsumptor ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua. Hoc autem vt vehementius eũ tangeret, dicebat. Significans eius casum multo grauiorem esse aliorum casu discipulorum, ac ideo maiori etiam patrocinio indigere. Quare oro vos vehementer rogo, ne velitis Deo ita cuncta attribuere, vt oscitandum putetis, sed cum Minerua vos quoque manum admouete. Origenes. Considera quomodo Petrus

per hęc

Matth. 26. — Marci. 14. — Luce. 22. — B — C — Esai. 53. — Deut. 32. — Ezech. 37. — D — Prouer. 24 — Rom. 8. — Chrysost. — Prouerbiũ — E — Chrysost. — Prouerbiũ — 1. Cor. 15. — Luce. 22. — Chrysost. — Origenes.

per hæc verba dominum nostrum profitebatur facere mendacem, non considerans quoniam qui dixit, ego
Ioan. 14.
sum veritas, mentiri non poterat. Propter hoc sicut existimo, omnes quidem discipuli scandalizati sunt in dominum Iesum, Petrus autem qui existimauit mendacem facere veritatem, non tantum scandalizatus est, sed etiam derelictus propter audacem suam promissionem. Et quoniam non solum inconsiderate, sed pene etiam impie dixit. Et si omnes, nec cogitans lubricam naturam humanam, magnum protulit verbũ, ideo nec admodicum est derelictus, vt vel semel negaret, sed abundantius, negaturus septies, si septies interrogaretur, vt arguatur eius audacia per vnam ancillam, primum negans simpliciter secundo. Cum iureiurando; Tertio cum deuotatione. Hieronymus. Non est temeritas neq; mendacium sed fides apostoli,
Hierony.
Origenes.
& ardens affectus erga dominum. Quod si negat, nocte negat. Hæc verba Hieronymi pugnant cũ verbis Origenis. Mea sententia vere præsumpsit, & si zelum habuit, non secundum scientiam. Rom. 10. Nec oportet excusare Petrum quem veritas ratione mulctat dicens. Amen dico tibi, q in hac nocte, &c. Origenes. Quæres, si possibile erat, vt non scandalizaretur semel, seruatore dicente omnes vos, &c. Aliquis
Esai. 38.
quidem respondebit, quoniam necesse erat illum scandalizari, si hoc Christus iam prædixerat. Alius autem dicet, q qui exoratus a Niniuitis, quæ prædixerat per Ionam non fecit propter pœnitentiam Niniuitarum (obserua Ezechiam ægrotantem) sic possibile fuit, vt repelleret a Petro scandalum deprecante. Potuit ergo locum habere deprecatio Petri ad primum verbum Christi, cum generaliter dixit, omnes vos scandalum patiemini in me. Postq; autem cũ affirmatione iuramenti pronuntiauit Christus dicẽs, Amen dico tibi. Non erat possibile, vt non denegaret, alter mentitus esset Christus dicens, Amen dico tibi, si verum dixisset Petrus: non te negabo. Verum Petrus nesciens quid loqueretur, hæc dicebat. Quoniã enim
Archida.
omnes mortui eramus in peccatis, omnes opus habebant, vt pro eis alius moreretur, non ipsi pro alijs. Te inquit me negabis. Archidamus cum Græci nollent ipsi obedire, ac fœdera quæ cum Antigono icta fuerant soluere vellent & liberi esse, ouis quidem semper eandem inquit emittit vocem, sed homo multas & varias, quo vsq; id quod visum est perficiat. O quam varias voces, non te negabo, etiam si omnes, non ego, animam ponam pro te, paratus sum ire ad carceres & ad mortem si res ferat: Et nescio quid dicis, non sum: Non noui illum. Eleganter autem dictum est, anteq; gallus cecinerit, nam gallus victor admodum garrulus est, victus autem mutus efficitur. Inter cœnandum gallus noster garrulus est, dicens, si omnes, nõ
Plinius.
ego in atrio sacerdotis mutus est, & siquid loquitur blasphemia est. De gallis ita dicit Plinius. lib. 10. ca. 21. Hi sunt nostri vigiles nocturni, quos excitandis in opera mortalibus rumpendoq; somno mater natura genuit: hoc enim canente, Petrus peccatum suum agnouit, tanq; excitatus a somno infidelitatis. Norunt galli sidera, & ternas distinguunt horas interdiu cantu. Cum sole eunt cubitum quartaq; castrensi vigilia ad curas laboremq; reuocant, nec solis ortum incautis patiuntur obrepere. Diem venientẽ nuntiant cãtu, ipsum vero cantum plausu laterum. Imperitant suo generi, & regnum in quacunq; sunt domo exercẽt.
Gallus.
Dimicant enim inter sese, velut ideo tela agnata cruribus suis intelligentes. Nec finis sæpe commorientibus. Quod si palma contingit, statim in victoria canunt, seq; ipsi principes testantur, victus occultatus silens, ægreq; seruitium patitur. Cælum sola volucrum aspicit crebro. In sublime quoq; caudam falcatã erigit, ita vt terrori sint etiam Leonibus generosissimis ferarum. Hæc ille Petrus igitur qui in mare titubauit, Math. 14. & dominum a passione carnaliter reuocabat, Math. 16. & ipsum ter negauit, & in simu-
Gal. 2.
Rom. 8.
Psal. 29.
lationem superstitiosam lapsus est imo & prauam inquit os aureum, excitatus tamen a gallo canente, ad gloriam martyrij peruenit, quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Sed qui se existimat stare, videat ne cadat. 1. Cor 10. Bene dixit, qui se existimat: Non enim stare est, vt stare oportet, quando quis suis viribus fidit dicens: Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Sed quis suis
Exod. 4.
Chrysost.
confidat, quando Paulus timet: 1. Cor. 9. Vnde Chrysost. Super illud, 2. Cor. 12. Ne quis me existimet, supra id quod videt in me. Moses inquit gracili voce erat, & sæpe contabuit mœstitia, dicens, aut interfice me, &c. Num. 11. Plurima enim permittebat deus huiusmodi fieri, vt infirmitatem naturæ mortalis in sanctis ostenderet, sicut fugam in Helia, 3. Reg. 19. stimulum in Paulo. 2. Cor. 12. Negationem in Petro, dubitationem in Mose & Aaron. Num. 20. Nam si his quoq; contingentibus, dicebant Iudæi, vbi est Mosis, qui eduxit nos, &c. Quid non putassent, si induxisset illos in terram fluentem melle & lacte? Nonne
Act. 14.
ipsum deum existimassent? Paulus enim & Barnabas dij putati sunt, cum essent Iliitis. At ille amplius loquebatur, etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo, cum afuerit Leo inquit, non erit opus vestigia quærere. Ita iuxta quod scriptum est abyssus abyssum inuocat, Psal. 41. nec petrus agnoscens imbecillitatem suam (siquidem semel insanire in anno tolerabile est) pertinaciter respondit, etiam si moriendũ est tecum, non te negabo. Vere extendebat Petrus pennas suas extra nidum, & arrogantia eius plusq; fortitudo eius. Itaque Petri temeritatem & cæteri imitati sunt, quia similiter omnes alij dixerunt, omnes frigidam alacritatem præse ferentes, imo nec frigidi nec calidi, veritatem pro posse mendacem se facere pollicebantur. Sicut autem dicit Seneca: Nunquam tam bene cum rebus humanis actum est, vt meliora plu-
Seneca.
ribus placeant. Argumentum pessimum turba est. Quod in strage hominum magna euenit, cum ipse populus premitur, nemo ita cadit, vt non alium in se trahat. Nemo sibi tantum errat, sed alieni erroris causa & autor est, alienisq; premimus exemplis. Similiter inquit omnes alij dixerunt. Num & Iudas tale aliquid dixit: Omnes inquit alij. Nec igitur idem euenit nobis, quod in comitijs, in quibus eos factos prætores idem qui fecere mirantur. Et cum vt moris est apud nostrates suffragia rogantur, & a senioribus incipitur, qui minores natu sunt, vtpote qui more iumentorum ducuntur & non ducunt, annuentes capite, manibus & pedibus in maiorum sententiam eunt. Hoc est enim quod dictum est, similiter omnes alij dixerunt, sequentes Petri arrogantiam. Sed vt Petri temeritas plenius pateat. Sciendum q semel reprehensus, quãdo audiuit,

diuit, vade post me Satana (Matth.16.) & secundo quando audiuit, si non lauero te, non oportebat Christo amplius reniti, & ecce nunc tertio dicit, omnino non scandalizabor, non te negabo. Hoc iuxta Matthæum & Marcum. Lucas vero ita, Paratus sum tecum & in carcerem & in mortem ire. Et Christus dominus, dico tibi Petre, &c. Id autem Lucas factum refert, inter cœnandum, Matthæus autem & Marcus in monte oliuarum. Ioannes ita dixit, Quare te non possum sequi modo? Animam meam ponam pro te. Et ita inuenitur Petrus tertio Christo restitisse, semel apud Lucam & Ioannem inter cœnandũ, bis apud Matthæũ & Marcũ. Primo enim dixit, si oẽs scandalizati fuerint. Nõ ego, secũdo autem, si oportuerit me mori tecum, &c. Ita ergo & tertio negauit. Petrus ergo præsumit de viribus, supra vires, præponit se cæteris, Christo obstat. Potest autem dici iuxta ordinem textus quem loquimur, ꝙ Matthæus & Marcus recapitulando dixerunt illud, omnes vos scandalizabimini, &c. Atque ita quicquid Petrus promisit, inter cœnandum factum est, quando Petrus ante victoriam imo ante initum certamen, & ante conserta vexilla canebat, ignorans omnino vires suas, & impetum procellæ imminentis. Plato, 12. De republica, abijcienti arma id maxime probrodandum erat inquit, vt eo viro in mulierem transformatus, puniretur, & id maxime in eu qui a fœmina superatus esset: Sicut Petrus, sed quoniã id fieri non potest, proximum aliquid excogitemus, vt postquam ille vsqꝫ adeo viuendi cupidus est, deinceps nullum periculum subeat, sed reliquam vitam & quidem Nestoream improbus & cum dedecore viuat, sicut Sardanapalus aut Hercules inter puellas, ostum suum soluens. Itaque qui proiecisse arma conuictus est, nec imperator nec præfectus aliquis pro milite vnquam vtatur, nec in aciem recipiat. Hæc ille. Verum iuxta Prouerbium, fugiens e prælio, denuo pugnabit, id quod apostolis contigit qui ex militibus desertoribus, facti sunt duces strenui militiæ cælestis. Post hæc Iesus turbatus est spiritu, & protestatus est & dixit. Amen amen dico vobis: ꝙ vnus ex vobis me tradet, qui manducat mecum, Iuxta Marcum, Hic est quod Lucas superius dixit, ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Marcus euangelista adiecit, vnus ex duodecim ergo obserua ꝙ soli isti duodecim leguntur cœnæ interfuisse, & ideo non ad distinguendum sed ad exaggerandum crimen ex beneficio electionis ad apostolatum, reperit, vnus ex duodecim, vnus ex amicis non vulgaribus, qui non solum adest huic conuiuio, verum etiam in eadem patina, in idem ius immergit manum, quod est intime familiaritatis. Et forte erant tria vel quattuor catina in mensa acero plena pro lactucis agrestibus. Aspicientes ergo adinuicẽ discipuli, hæsitantes de quo diceret: iuxta Ioannem. Matthæus: Et contristati valde. Idem dicit Marcus, cœperunt ei dicere singulatim: Nunquid ego sum domine? At ille respõdẽs ait. Qui intinxit mecum manum in paropside vel catino, hic me tradet: iuxta Matthæum, Matthæus & Marcus. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo. Occurrit Christus tacite obiectioni, si sciebas eū tradendum, cur non euitabas traditorem? Quia volo inquit implere scripturas a spiritu sancto prolatas. Væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Augustinus. Pereant argumẽta stoicorum, qui negant in sapientem cadere perturbationem animorum, stuporem deputantes sanitatem. Sanitas integra in patria datur. Tamen iuxta Senecam, repugnandum est consuetudini prauæ, primum ne vincamur, deinde vt vincamus. Fortassis enim & desinent, si intermittendi consuetudinem fecerint, quãdoquidem grauiter affectis sanitatis loco bona est remissio. Cæterum nos vel volentes vel inuiti sæpe turbamur, & ducimur quo nolumus, & velle adiacet nobis, quia nolumus turbari, nec tamen datur perficere. At dominus Iesus cum voluit turbauit mare, sedauit item vnico verbo. Turbauit semetipsum semel & secundo excitaturus Lazarum. Turbatur autem spiritu in præsentiarum, quia iam traditorem fuerat expressurus & velut digito notaturus: Et quia ipse traditor iam fuerat exiturus, vt manum armatam adduceret, turbauit eum imminẽs passio, & traditoris impudens manus, cuius iam præcognouerat animũ. Quid est ergo quod ille turbatus est, nisi ꝙ infirmos sua voluntaria similitudine consolatus est? Vt si qui adhuc infirmi morte imminente turbentur, in spiritu ipsum intueantur, ne hoc ipso se putantes reprobos, peiore desperationis morte absorbeantur. Quantum ergo bonum de participatione diuinitatis eius sperare debemus, cuius nos & perturbatio tranquillat, & infirmitas firmat? Dixit ergo. Amen dico vobis, ꝙ vnus ex vobis: &c. Dixerat dominus sæpe: tradetur Gentibus vt crucifigatur: Dixerat euangelista: abijt vnus de, 12. ad principes sacerdotum: &c. Dominus tamen huc vsqꝫ traditorem non expresserat ita certiua sicue modo, vt vnum eum diceret ex, 12. Dixerat tamen: mundi estis, sed non omnes, & qui manducat panem meum, leuabit contra me calcaneum. Adiecit autem his verbis & quod sequitur, non panem tantum manducat mecum: sed quod est arctioris amicitiæ intinxit mecum manum in paropside. Dicit autem Augustinus de lib. arbi. cap. 3. Ineffabiliter me mouet: quomodo fieri potest: vt & deus præscius sit omnium futurorum, & nos nulla necessitate peccemus. Si Iudam proditorem futurum præsciuerat, necesse erat id fieri. Quomodo igitur voluntas est libera, vbi eam ineuitabilis apparet necessitas? Sed nunquid si tu prævides Ioannem peccaturum, ideo Ioannes peccat, & non potius ideo peccat, quia peccare vult? Voluntas non est voluntas, si non est libera. Quod si non est libera, iniquitas est apud deum, qui punit peccantes, quos ipse præsciuit. Absit. Ego scio inquit scriptura ꝙ non audiet vos. Glosa. Meum tamen est eum monere, non vnica sed plagis decem, sed ille abutebatur patientia Dei. Itaque & hic dicens, vnus vestrũ, & pœnitentiæ locum tribuit, nec nominatim designat, ne impudentior fieret, & conscientiam ipsius conuenit, quam Satanas repleuerat, vt fieret dux principis tenebrarum. Aspicientes ergo adinuicem & contristati, &c. Vides impletum illud Amos, 8. Dies festi vestri conuertentur in lamentationem, & omnia cantica vestra in planctum. Vnus inquit vestrum numero, cæterum merito de numero antichristorum. Turbatus autem

Ioan. 13.

Ioan. 13. Matth. 26. Marci. 14.

Seneca.

Rom. 7. Ioan. 11.

Ioan. 12.

August.

Exo. 11.

tur autem apostoli & merito turbantur, quibus in genere licet denuntiatur, idque cum futurum tam scelestum crimen & proditio. Aspiciebant igitur inuicem, Augustinus. Nota quidem erat sibi cuiusq; cōscientia, verumtamen quia proximi erat ignota, ita singulus quisque sibi erat certus, vt incerti essent & in cæteris singuli & in singulis cæteri. Sic in eis erat erga magistrum suum pia charitas, vt tamen eos humana alterum de altero stimularet infirmitas; Et maxime si iuxta prædicta, iam audierant dictum esse Petro, in hac nocte ter me es negaturus. Itaque contristati cœperunt singuli dicere. Nunquid ego sum domine? Quibus verbis ostenditur mira bonitas discipulorum plus credentium verbis Christi, q̃ conscientiæ suæ. Ostenditur & Iudæ destinata malicia, q; nec cognitor consiliorum suorum credebat, vt tristaretur. Imo tristabatur prodilatione. 30. argenteorum, &c. Arbitror autem q; principio putauerit latere quasi hominem. Sed postquam vidit conscientiam suam notam esse Christo, amplexus est occultationem postea in verbis Christi, quorum primum perfidiæ erat, secundum vero impudentiæ. Respondit dominus. Qui intinxit mecum manum in catino, &c. Origenes Existimo q; maliciam eius multam manifestam facere volens, hoc dixit, quasi qui immemor esset tantorum beneficiorum, communis mensæ, communicationis tanti temporis & panis & salis, quid si & carnis & sanguinis? Sed hæc omnia transgrediens magistrum licetur. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi per quem tradetur. Dicens autem, vadit, hoc verbo significat occisionem suam peregrinationem magis esse q̃ mortē. Viam enim trium dierum abijt, vt educeret vinctos suos de lacu in quo non erat aqua. Itaq; apostoli qui nouerant certe, nihil tale se vel cogitasse (quod scelus erat scelestum) plus tamen credentes magistro quam sibi, tristes interrogant. Cæterum Iudas reliquis contristatis, & retrahentibus manum, & interdicentibus cibos ori suo, temeritate & impudentia qua proditurus erat, etiam manum cum magistro mittit in paropsidem, vt audacia bonam conscientiam mentiretur. Sed filius quidem hominis vadit, vt multorum peccata super se tollat, vadit cum Abraam in montem, ferens super se ligna quibus imponendus est, reuersurus die tertia. Gene. 22. quia ita diffinitum est diuino consilio. Væ autem homini illi, cuius impietate vtitur diuina sapientia ad redemptionem generis humani. Pœna ergo æterna prædicitur, vt quem pudor nō vicerat, corrigant denuntiata supplicia. Bonum erat ei, si natus non fuisset. Sciendum q; Hebræi carent nomine comparatiuo item & superlatiuo; Est autem illis mos præpositione; Mi, quæ significat, ab, positiuis adiuncta, facere comparatiuos, nec alia comparatiuorum forma inuenitur apud eos. Non enim dicunt melior sum te, sed bonus præ te, nec minor te, sed paruus præ te. Vnde illud, multi filij desertæ, idest plures, & bonum est confidere in domino, hoc est melius est. Psal. 117. Quod ergo dictum est, bonum erat ei, sensus est, melius erat ei natum non fuisse. Hieronymus. Non ideo putādus est ante fuisse q̃ nasceretur, quia nulli posit ei bene esse, qui non fuerit, sed simpliciter dictū est, multo melius est nō subsistere, q̃ male subsistere. Et cum dicit filius hominis, loquutio est Hebraica, nihilq; aliud significat, q̃ q; verus erat homo. Ad hæc, Origenes. Bonum erat ei si non fuisset malus homo iste, hoc est, illi bonum erat, si natus non fuisset, quia nec hoc bono fuit dignus, vt non nasceretur. Sed quoniam aptus fuerat ex arbitrio suo, vt hoc mysterium proditionis consummaretur per eum, ideo natus est malo suo, vt in malum quod secundū propositum suum merebatur, incideret. Ita dicit & Faber. Bonum erat, idest minus malum erat illi, non fuisse natum: quam damnatum iri in perpetuum. Id autem generale est omnibus qui nomine hædorū censebūtur, & ponendi sunt ad leuam iudicis iusti. Matth. 25. De his vere dicitur, maledicta dies in qua natus sum. Hiere. 20. Nam si de se intelligat propheta: Num maledicit, q; cœperit esse, qui ante q; esset, & Deo cognitus erat, & sanctificatus in vulua? Absit illud. Maledicit ergo diei natiuitatis huiusmodi spectorum Tyrannorum veteratorum, qui malo multorum nati sunt. Maledicit molestijs vitæ, incolatus longitudini, inter videlicet huiusmodi scorpiones & regulos, & quod nemo scit, vtrum odio an amore dignus sit. De huiusmodi monstris dictū legimus in quadam oratione. Q. Metelli aduersus Caium Manliū. Hunc ego quirites neq; amicū recipio neque inimicum, hoc nauci non facio, in quam plura non sum dicturus. Nā eum indignissimū arbitror, cui a viris bonis benedicatur, tum ne idoneū quidem, cui a probis maledicatur. Nam si in eo tempore huiusmodi probrū nomines, in quo punire non possis, maiore honore q̃ contumelia afficias. Et si cum huiusmodi & aduersus huiusmodi tibi fuerit velitandū, quodammodo illorū similis & compar fies, dum paria & consimilia dices & audies. Nil verius. Ad hæc Augustinus. Plus certe impius Absalon patrem sanctum extinctus q̃ rebellis afflixit. Viuum nāque eum cōprehendi cupiebat vt qui malicia grassabatur, pœnitentia sanaretur. Legerat enim in mente sua, quod post modū dixit propheta, nolo mortem peccatoris. Erat ille non solum persequutor patris, sed & Dei populum diuidendo, cor patris amplius afflixit, sed supra modū afflixit in illa infidelitate moriendo, de qua dicitur, melius fuerat, si natus non esset. Deniq; illum pater optimus pessimū filium, quē non desperando non defleuerat viuum, spe finita, fleuit occisum, dicens, Vtinam fieret ei vulua sepulchrum: hoc enim melius, q̃ esse & absq; vlla intermissione cruciari, quomodo mortē quietam vitæ miseræ præferimus. Vnde Iacob dies quos vixit in labore, paruos & pessimos vocat. Cæterum iuxta q; Iob & Hieremias maledicunt diei natiuitatis suæ, hyperbolice accipienda sunt verba eorum. Ad hæc Augustinus. Vide tamen q̃ absurde dicitur, mallē non esse, q̃ male esse. Qui non hoc dicit, aliquid eligit: non esse autem non est aliquid sed nihil, & ideo nullo modo potes recte eligere. Quid enim recte quis eligit, cum ad id peruenerit, necesse est vt melior fiat. Melior autem esse non poterit, qui non erit. Nemo igitur recte potest eligere vt non sit. Neque mouere nos debet quod quidam vrgente miseria, sese ipsos interemerunt. Ii enim quoquo modo id fecerint, non ob aliud fecerunt, nisi quia ibi melius fore putauerunt. Dicit tamen Plato ipsum male esse, omnino deterius iudicandum est quam non esse, sicut tollerabilior est qui iubet mori, quam qui iubet male viuere. Sequitur.

August.
Theophy.
Origenes.
Zach. 9.
Hierony.
Esai. 54.
Hierony.
Origenes.
Faber.
Eccle. 9.
A. Gellius
August.
2. Reg. 18.
Ezech. 18.
Iob. 10.
Gene. 47.
August.
sco. in. 4. di
stin 50. q. 2.
in solu. ar.
1. q.
Plato.

F
G
H
I
K

tur. Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit. Nunquid ego sum Rabbi? Ait illi. Tu dixisti. Matth. 26. Ne igitur tacendo, se prodere videretur proditori, versipellis, sesculixes, veteratorinterrogantibus, quem conscientia premebat, quem Satanas repleuerat, qui iam annum audacter cantus prædo miserat in carinum, cui responsum est, tu dixisti, tu te prodis, tu scis omne malum, cuius tibi conscium est cor tuum. Dicens autem tu dixisti, magis indicat eum esse, quam explicat, ac suspicionem simulat, dissimulans scientiam. Nam si proderetur a domino inter fratres, idem dicturus erat quod Petrus, non sum, nihil tale ascendit in cor meum. Imo quod magis est verisimile idem facarent de illo fratres, quod senatus de Romulo. Vnde in consequentibus sequitur ex Ioan. cap. 13. — 3. Reg. 2.

A Caput. vii. De Ioanne recubente supra pectus Christi, & rogante dominum quis esset traditor: & de signo quod dedit Ioanni dominus. Ingreditur Satanas in Iudam, & audit, quod facturus es, fac citius: Et continuo egreditur, nullo ad quid ei dictum sit, fac quod facturus es. Mandatum nouum do vobis. In hoc cognoscent quod estis mei discipuli.

B ERat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu, quem diligebat Iesus innuit ergo huic Simon Petrus vt interrogaret quis esset, de quo dicit alias diceret. Itaque cum recubuisset ille super pectus Iesu dicit ei. Domine quis est? Respondens Iesus, dixit. Ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem; dedit Iudæ Simonis Iscariotæ. Et post buccellam, tunc introiuit in eum Satanas. Illud principio succurrit mirandum quomodo omnibus trepidantibus ad tantum tonitru, vnus vestrum me traditurus est, ipso etiam apostolorum principe, Ioannes securus, ac si in delicijs esset, in gremio Iesu vel supra pectus recumbit. Sed quod supra pectus recumbit, causa potuit esse, quod nondum de eo debitam conceperat fidem. Alioqui quomodo recumbere præsumeret supra pectus illud diuinitatis capax, cum Ioannes Baptista, nec calciamentorum eius corrigiam soluere idoneus sit? Ita dicit & Theophyl. Petrus interrogare non audet, qui sæpe increpatus fuerat. Ioannes autem absque reuerentia (amor tamen nescit imperium, sed fidenter dicit: Dilectus meus mihi, & ego illi) & submissione accedit. Nihil enim adhuc magnum de domino sentiebat, neque erat edoctus, dignum Christo reuerentiæ honorem exhibere. Piscatores enim erant, & officij imperiti. Permisit autem dominus, mœstitiam eius leniens, quoniam diligebat eum. Sicut autem dicit Ambros. — Matth. 3. Canti. 2. Theophyl. Ambros.

C Summa familiaritas parit contemptum, id quod videre est in Mose. Qui enim prius secus rubum, audito, ego sum deus Abraam, operuit vultum, non audens intueri contra visionem magnam, post quam alloqui cœpit Dei maiestatem tanquam vnus ex amicis (Num. 12.) Ostende mihi inquit faciem tuam. Itidem & Post quam ex multis intellexerat singulari se amore a domino prosequi, id ausus est, quod forsan tota pulchra & immaculata non præsumeret, post quam dominus Iesus euacuauit quæ erat paruuli, & iuxta ætatem factus est vir. Et tamen Ioannes recubuit super pectus eius. Constitue igitur dominum Iesum recumbentem in conuiuio, & Mariam quidem vngentem pedes eius (Ioan. 12.) Ioannem autem reclinantem se supra pectus eius, & mirantes cæteros, quod talia præsumeret seruus in dominum, quod caro illa peccatrix supra templum verbi requiesceret dicens, Læua eius sub capite meo, & dextra illius amplexabitur me, quod anima illa carnis vincula innexa, aulam diuinæ plenitudinis scrutaretur. Erat ergo recumbens. O quid præsumit cor innocens & conscientia bona quæ deum habet testem. Vere dictum est ab Augustino, anima verius est — Exo. 3. Exo. 33. 1. Cor. 13. Canti. 2.

D vbi amat quam in corpore quod viuificat, siquidem & Ioannes nomen habens viuentia, mortuus erat, sed mundo mortuus, viuebat Christo. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Huic ergo cui dilectus intendebat totus, quasi esset Christus totus Ioannis, sicut deus Abraam, deus Isaac, deus Iacob, huic inquam innuit Petrus velut amico pristino Christi, & cætera. Signa enim voces quædam sunt earum quæ sunt in animæ affectuum, Si enim in corde loquimur, sicut Esau, qui dicebat in corde suo, &c. quanto magis innuendo loquimur, vbi iam foras aliquibus signis promitur, quod fuerat corde conceptum? Est igitur signis loqui (sicut capite annuimus, item manibus) sicut fit, cum surdis & mutis aliquid signis exponimus. Faber. Ante quam ergo innuisset Petrus Ioanni, non sic habebat Ioannes demissum caput supra pectus domini, ad aliquid secrete sciscitandum, quod faciunt ij qui quippiam secretius percontari volunt. Prius igitur erat, anaKimenos, idest recumbens, post, epipeson, quod est recidere aut decumbere supra pectus. Quod autem pictores describunt Ioannem instar dormientis vel dormiturientis, e suo capite pingunt. Respondit Iesus. Cui dedero intinctum panem, & cum intinxisset bocellam: dedit Iudæ Iscariotæ filio Simonis. Et post buccellam introiuit in eum Satanas, præsente Christo, quod est mirabile. Sciendum quod Augustinus absoluta tenet, quod Iudas acceperit sacramentum corporis Christi cum cæteris, & id fere tenent omnes, Hilarius tamen obstat dicens. Parauerunt pascha, post quæ Iudas proditor iudicatur, siue quo pascha accepto, calice & fracto pane conficitur. Dignus enim æternorum sacramentorum communione non fuerat. Nam discessisse statim hinc intelligitur, quod cum turbis reuersus ostenditur. Neque sane bibere cum Deo poterat, qui non erat bibiturus in regno, cum vniuersos tunc bibentes & vitis istius fructu, bibituros secum postea polliceretur. De hoc alij viderint. Certe textus Matthæi & Marci quam Hilarius adducit, dico vobis, non bibam a modo, &c. aperte facit pro Hilario. Si dicas, Marcus dicit, biberunt ex calice omnes, verum est, omnes qui aderant. Tamen iuxta ordinem textus quem sequimur, Iudas communicauit cum cæteris. Dicit — August. Apoc. 5. Canti. 7. Gene. 27. Faber. Hilarius.

autem

August. Hierony. August. 2. Cor. 12.

autem Augustinus super Psal 142. Quam multos Iudas implet Satanas, indigne accipientes buccellam ad iudicium suum. Non malum est quod datur (imo summum bonum est quod datur) sed bonum malo in iudicium datur, Bene esse non potest male accipienti quod bonum est. Dicit autem Hieronymus, quod Iudas nec familiaritate conuiuij, nec tinctione buccellæ, nec osculi gratia fractus est. Et subiungit August. Fortassis dominus per panis tinctionem in iure illius significat fictionem. Si autem bonum aliquod significat hæc tinctio, quod aliquando fit erga eos quibus fauetur in conuiuijs, delicare pascere, comminuto edulio & insipato, idem bonum ingratum non immerito est sequuta damnatio. Sed esto buccella illa esset simplex panis (sicut reuera erat) itane hoc meruit panis Christi porrectus de mensa eius, vt post illum intraret in Iudam Satanas? Sed quid miraris, si datus est Iudæ panis Christi, per quem manciparetur diabolo, cum videas a contrario datum Paulo angelum diaboli, per quem perficeretur in Christo. Ita & malo bonum obfuit, & malum bono profuit. Intrauit autem Satanas post buccellam in Iudam, vt sibi iam traditum plenius possideret, iuxta illud, diabolus stet a dextris eius. Potest requiri, cum dixisset dominus, cui intinctum panem dedero, &c. Quomodo alij nescierunt. Sed sicut submisse rogatus est a Ioanne, ita silentio & submisse ei indicauit proditorem. Vtrum autem Ioannes dixerit Petro Ioannes euangelista non dicit. Multa autem fecit dominus ad nostram eruditionem, vt nunquam proximos traducamus, vt sciamus quod etiam vitia incurabilia proximorum propalanda non sint. Fortassis enim quando Iudæ dixit dominus, Iuda osculo filium hominis tradis, tum autem dixit, quando tamen iam ipse se prodiderat. itaque iuxta Matthæum, prius Iudas intinxit panem in parapside, & dominus dixit, qui intinxit, nam si diceret de præsenti, qui intingit, manifeste proderet eum, nec haberet locum interrogatio Ioannis, & secundo dominus intinxit buccellam & dedit Iudæ, quasi symbolum quo Ioannes intelligeret, id quod rogauerat. Et dicit ei Iesus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium, ad quid dixerit, Nec Ioannes ipse. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus: Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis aliquid daret. Cum ergo accepisset ille buccellam, exijt continuo. Erat autem nox. Est autem similis hæc sententia illi dimisi eos in desideria cordis sui. Psal. 80. Vnde illud Amos cap. 1. Super tribus sceleribus & super quatuor non auersabor eos. Hieronymus. Auersionem dominus ducit pro pœna, dum suæ peccator relinquitur voluntati. Quid autem inde consequitur filius adolescens manifeste ostendit. Itaque dominus Iesus vbi vidit destinatam Iudæ malitiam, nec pudore nec metu flecti, iam enim pene digito notatus fuerat, patrandi criminis quod iam definito consilio patrarat potestatem facit. Sicut ergo alter Cain proiectus & ablegatus a conuentu apostolico quod inquit cœpisti, perfice, quia & ego. Coarctor, donec baptismate diluar, quo sum baptizandus, & tu citius mercedem accipias proditionis tuæ. Val. Maximus lib. 2. ca. 1. Obseruandum est Atheniensium institutum illud memorabile, quod conuictus a patrono libertus ingratus, iure libertatis exuitur. Supersedeo te inquit habere ciuem, tanti muneris (apostolatus) impium æstimatorem. Nec adduci possum vt credam vrbi (credam orbi) vtilem, quem domi scelestum cerno. Abi igitur & esto seruus, qui liber esse nescisti. Hæc ille. Hoc autem iuxta Prouerbium currenti vltro sphæræ per præcipitium calcaria addere. Hæc tamen vox ad auaros proprie dicitur, quos semper exagitat hiantis auaritiæ peruigil & inquieta cogitatio, quærentis iam semper aliquid adijcere, ob quod eam prisci poetæ Alecto vocauerunt, quasi inquieta & nunquam desinens: nomine sane apposito & congruo, furiarum vnam esse dicitantes, quas inter in infernum Orci destinauerunt. Forte enim legerant illud: Sanguisugæ idest auaritiæ duæ sunt filiæ dicentes, Affer affer. Bene ergo auaritia Alecto, idest inquieta vocatur, cuius filiæ nunquam finem faciunt dicendi: Affer affer. Hoc autem nemo sciuit discumbentium. Aliequi & discerpsissent eum, vel solus Petrus inquit Theophyl. Num & Ioannes ignorauit verbum Christi? Neque hic expectasset inquit Theophyl. Vt discipulus in tantam prorumperet impietatem. Solus ergo Iudas intellexit verbum Christi. Nam tam scelesta suspicio non poterat descendere in cor alicuius cæterorum, illum videlicet cui dominus tot amoris symbola præbuisset, quem crediderat loculis: cætera quodammodo præferre visus esset qui vicinius recumbebat in eo conuiuio, cui modo osculum amicitiam porrexerat, tam immane facinus aggressurum. Nullus ergo cognouit, sed rati sunt id quod textus dicit. Veruntamen fallebantur. Iudas non emptor sed licitator erat sanguinis Christi. Augustinus. Tunc ergo primum ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, vbi intelligeremus quod præcepit, non cogitandum esse de crastino, non de hoc fuisse præceptum, vt nihil pecuniæ seruetur a sanctis, sed ne Deo pro ista seruiatur, sed primum quærendum regnum Dei. Et sciendum quod in templo Salomonis erat Gazophylatium in quo pecunias mittebant, qui veniebant adoraturi, dicente domino, non venies vacuus, ex qua pecunia pauperes alebantur (Neemiæ. 10.) Viduæ & sacerdotes inquit Theophylactus. Mirabilis inquit proinde & laudabilis consuetudo illa, cuius apud nostrates nec vestigium est recipere, & maxime de viduarum cura, quæ veræ sunt, si quæ tales sunt. Bene autem intulit euangelista, erat autem nox qui male agit, odit Lucem (Ioan. 3.) & nox æterna erat illum comprehensura qui tenebrarum rectorem sequebatur. Cæterum dominus Iesus patriarcha pauperum, pauperum suorum curam gerens, frequenter solitus erat mandare Iudæ vt pauperibus eleemosynas largiretur ex stilla olei quæ erat in lecytho, alioqui discipuli nunquam tale opinarentur. Cum ergo exisset, dixit Iesus. Nunc clarificatus est filius hominis, & deus clarificatus est in eo, & deus clarificauit eum in semetipso, & continuo clarificabit eum. Cum ergo nox recessisset a vera Luce, audiamus Lucem loquentem: Nunc clarificatus est filius hominis. Vnde? A morte sua, propter quam deus exultauit illum, de quo dictum est Ioannis. cap. 12. ibi: venit hora vt clarificetur filius hominis, clarificabitur nouo genere & nouo modo. Mora enim Christi licet iuxta communem populi opi-

Hierony. Luc. 5. Luc. 12. Prouerbiū Auaritia. Prouer. 30. Theophy. August. Math. 6. Theophy.

F G H I K

pati opinionem opprobrij contumeliæ & ignominiæ plena esset, Iudæis scandalum & maledictum, gentibus autem res irrisione plena, Paulus tamen constanter asseuerat, propter mortem crucis deus super exaltauit illum. Itaque sicut Christus in sua resurrectione exaltatus est a patre ad vitam æternam, & deinceps collocatur ad dexteram maiestatis suæ, ita & deus pater clarificatus est in filio hominis, qui in omnibus quæ dixit, quæve operatus est in medio terræ, nihil aliud quæsiuit quam gloriam patris. quæ fere abolita erat de memoria hominum, cum vnaquæque gens coleret deum suum, Iudæi autem & Romani deos omnium gentium, Hiere. 2. Quodque sequitur & deus pater, clarificabit eum in semetipso, hoc est per semetipsum: Potentia enim Dei patris excitatus est tertia die sicut scriptum est: quem deus suscitauit, solutis doloribus inferni. Et infra: Dextra Dei exaltatus est a sepulchro ad celsitudinem throni, de quo habes Dani. cap. 7. Exaltabit item eum in semetipso, ostendens quod patris & filij vna est diuinitas, æqualis gloria, eadem omnipotentia, coæterna maiestas. Dicit autem, continuo clarificabit eum, quia & mors erat in ianuis, & resurrectio post tres dies. Possumus dicere clarificatum filium hominis, quia recedente tenebrarum filio, remansit pastor cum grege suo pusillo licet. Cum aliquando cœnarent vna Athenienses quidam non infimæ sortis, diceretque Apemantus vnus ex conuiuis, pulcherrimum o Timon hoc nostrum conuiuium est, ferunt respondisse illum, ita, si tamen tu non adesses. Quam primum igitur absuit a cœtu illo cœlesti minister ille Satanæ, cui præstaret natum non esse: Nunc inquit clarificatus est filius hominis, ille enim non habebat vestem nuptialem. Matth. 22. Filioli adhuc modicũ vobiscum sum. Quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quo ego vado, vos non potestis venire. Et vobis dico modo. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscẽt omnes, quod mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Tenebatur igitur gallina euangelica desiderio magno epotandi calicis, quem alias baptisma vocat, in quo intrauerunt aquæ vsque ad animam suam, & tamen dicens, filioli: ostendit quam ægre auellebatur a pullis suis, quos filiolos vocat (nomina autem diminutiua teneritatem affectus significant) quia nuper renati erant sacramentis cælestibus, lotis pedibus, & participes effecti mysteriorũ pascæ noui & æterni testamenti. Vnde Apostolus, filioli quos iterum parturio. Et rursus, coarctor e duobus, vtrumque autem impossibile, aut enim hauriendus est calix, & relinquẽdi sunt pulli, qui matrem sequi omnino non possunt, adhuc implumes, aut permanendum est in carne sed princeps huius mundi nisi ego exaltatus fuero a terra, non eijcietur foras. Hoc est ergo quod dicit: Adhuc modicum tempus vobiscũ sum. Eadem enim nocte captus est, imo forte post tres horas. Quæretis me, & sicut dixi Iudæis, & cetera. Hoc est, modo non potestis venire, quia Petrus qui putauit sequi magistrum in carcerem & in mortem tertio abijt retro. Dictum est igitur Iudæis, quo vado non potestis venire, quia videlicet nollebant credere. Apostolis non ita dictum est, non potestis simpliciter, sed modo non potestis, sequemini autem postea. Ita Petrus ante Crucem volens venire ad Christum super aquas, cœpit mergi, Matth. 14. Post resurrectionem autem cæteris qui cum Petro erant nauigio venientibus quo erat Christus, Petrus impatiens moræ, misit se in mare, & venit. Ioan. 21. Non igitur erant apostoli martyrio adhuc idonei & maturi, donec superueniente in eos virtute spiritus sancti, solidati sunt velut Chrystallus, vt occidi quidem possent, flecti non possent, qui naturam adamantium induerant, sicut alias dictum est. Sequitur. Mandatum nouum do vobis. Submoto igitur e conclaui angelo Satanæ, dominus Iesus multa & sublimia loqui cœpit discipulis suis, quæ partim illos consolarentur & confirmarent, partim aduersus tempestatem ingruentem armarent, inculcans subinde multa animis eorum quæ tum quidem primum rudes, deinde mœrore & (quod inde consequitur) somno grauati, non poterant ad plenum capere, sed tamen post doctore spiritu sancto plene essent intellecturi. Quid ergo dicit? Modicum vobiscum sum, recessus meus omnino est necessarius, vt princeps huius mundi eijciatur foras. Sequi me non potestis, id quod rei exitus docebit, dixeritis licet omnes, parati sumus te ad mortem vsque sequi. Super est igitur vt discessum meum viriliter feratis ad triduum, & doctrinam meam moribus exprimatis. Nec mitto vos ad Mosi laciniosam legem, sed vnicum ac nouum præceptum vobis impono, in quo tamen tota lex recapitulatur Mosaica, id est, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Sed si mandatum hoc est nouum, quomodo dicit Ioannes, charissimi non mandatum nouum scribo vobis, & cætera. 1. Ioan. 2. Mandatum inquit vetus scribo vobis. Quid enim antiquius, quam hoc mandatum, quod tibi non vis, alteri ne feceris! Tobiæ. 4. Vide Matth. cap. 7. Nullus huius præcepti ignorantiam potest prætendere, qui quoquo modo rationis est compos, dicat licet Cain, non sum custos fratris mei, erat enim parricida non custos. Vnde illud. Cum gentes quæ legem non habent, ea quæ sunt legis faciunt, ostendunt hac legem nulli deesse. Vide Gene. cap. 26. Duobus locis, vnde sciebat Abimelech adulterium peccatum esse grande, & iuramentum rem esse inuiolabilem. Vnde ergo mandatum vetus de dilectione nouum vocatur a domino? Sed vide quid adiunxit, sicut dilexi vos. Nam diligunt inuicem viri & vxores, parentes & filij, cognati & affines, & quicunque aliqua necessitudine copulantur, quia omne animal diligit sibi simile. De hac dilectione vel naturali, vel culpabili, qualis est lenonum in meretrices non loquitur dominus, quia & Gentes diligũt diligentes se: & iuxta prouerbium: mutuo muli scabunt. Hæc dilectio stat cũ peccato mortali, imo stat cũ infidelitate. Ex hac procedebãt verba illa epulonis, rogo te pater, quia habeo. 5. fratres, &c. Luc. 16. Dilectio hæc est propter bonum vtile, delectabile aut honestum, dilectio de qua dominus loquitur, est propter vitam ætemã, & hoc est quod dixit, sicut dilexi vos, ad hoc amate, ad quod amaui vos. Vnde dicit, vt & vos diligatis inuicem, iuxta illud, gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus, hoc est lex & prophetæ. In hoc cognoscent homines quod mei estis, & cætera. Tanquam dicat. Alia munera

[Margin: 1. Cor. 1. — A — Actu. 2. — Historia. — Ioan. 13. — B — Psal. 68. — Philip. 1. — Ioan. 12. — C — Ioan. 13. — D — Math. 22. — Gene. 4. — Rom. 2. — E — Eccle. 13. — Matth. 5.]

Rom. 12. Matth. 7. Matth. 7. 1. Cor. 13. Gregorius

mea habent vobiscum etiam qui audituri sunt: nescio vos, sacramenta, fidem spem, distributionem bonorum suorum in pauperes, scientiam vtriusque paginæ, operationem miraculorum & multa huiusmodi, sed quoniam charitatem non habent, Cymbala sunt, etiam si cum Paulo penetrauerint tertij cæli secreta, Gregorius Probatio quippe sanctitatis non est signa facere (Baptista enim nullum signum fecit, fecit tamen mirabilia in vita sua) sed vnum quemque vt se diligere, de Deo autem vera, de proximo meliora quam de semet ipso sentire. In hoc enim cognoscent, & cætera: ac si aperte dicat, Quoniam veros Dei famulos non miracula, sed charitas sola probat. Non enim dictum est nobis, mortuos excitate, vndas maris calcate; Dæmonibus imperate, sed testimonium superni discipulatus est donum fraternæ dilectionis. Sed sciendum quod inimici dilectio tunc vere custoditur, cum nec de profectu eius affligimur (sicut deijciebatur Saul de profectu Dauid) nec de ruina lætamur. Nam Dauid mortem Saul ex qua lætari debuerat, lachrymis prosequutus est, neque non quales sunt quæ funduntur ad tumulum Nouercæ. Nam sæpe in dilectionis imagine erga inimicum animus fallitur, seque hunc diligere existimat, si eius vitæ contrarius non existat, sed dilectionis vim occultæ & veracis aut profectus inimici aut casus interrogat. Euenire tamen plerumque solet, vt non amissa charitate, & inimici nos ruina lætificet, & rursum eius gloria sine inuidiæ culpa contristet, cum & ruente eo, quosdam bene erigi credimus (Dauid, mortuo Saul) & proficiente illo, plerisque iniuste opprimi formidamus, impio conculcante iustiorem se. Hab. 1. Sed ad seruandam dilectionem valde est necessarium discretionis examen, ne cum nostra odia exequimur, fallamur sub specie vtilitatis alienæ. Vnde scriptum est, lætabitur iustus, cum viderit vindictam, & cætera. Sed tamen discernendum est hac in re, aliud esse quod nobis, aliud vero quod sibi & cæteris noster inimicus nocet. Nam si alijs bonus est, sine nostra forsitan culpa esse non potest nobis malus, nec omnino tam de eius ruina gaudendum est, cuius nos solos certum est aduersa tolerasse. Cum vero noster ac multorum hostis perimitur, de ereptione proximorum potius quam de inimici interitu necesse est, vt animus lætetur. Hæc Gregorius, Moral. 22. cap. 10. & 11. Et obserua quod olim milites a scribendi sacramento militiæ, cauterio inurebantur, quod fit hodie in sacramento regenerationis, dicente Hieronymo, sub nomine sanctæ trinitatis vobiscum pariter cauterio vnionis inurimur in baptismate. Et hoc est symbolum militiæ Christianæ (notate verba milites Christi qui signati estis. T. signo salutis) charitas, vestis inconsutilis: Sicut dilexi vos.

2. Reg. 1. — P — Psal. 57. — G — Hierony. Ezech. 9.

Caput. viij. Dicit ei Simõ Petrus. Domine quo vadis? Animam meam pro te ponam. Ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret, ego rogaui pro te repetitur rursus de negationibus Petri. Facta est contentio, quis eorum esset maior: quis eum traditurus esset. Reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic. Vos estis qui permansistis mecum in tẽtationibus meis, & ego dispono vobis regnum. Quando misi vos sine sacculo. Sed nunc qui habet sacculũ vel peram, vendat: vel vẽdet tunicam, & emat gladiũ, & c.

H

Ioan. 13.

Dicit ei Simon Petrus. Domine quo vadis? Respondit Iesus. Quo ego vado, non potes me sequi modo, sequeris autem postea. Dicit ei Petrus. Quare non possum te sequi modo? Animam meam pro te ponam. Respondit Iesus. Animam tuam pro me pones? Lucas cap. 22. Simon ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum. Ergo nullus de fide tentatur, nisi permittente Deo; ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos; de pœni. di. 2. cap. qui vult. Qui dixit. Domine tecũ sum paratus & in carcerem & in mortem ire. Qui dixit ei. Dico tibi Petre non cantabit hodie gallus: donec ter abneges nosse me. Quod iret dominus Iesus ad mortem, vt quæ non rapuerat solueret, dictum est in præcedentibus. Et quoniam Petrus singularis dominum rogat quo pergat, quod omnibus generaliter dictum est, non potestis me sequi modo, id sibi singulariter dicitur: Non potes me sequi modo, grande autem ꝙ sequeris, & contentus esto hac gloria. Quid igitur vis ante vertere in cursu magistrum discipulus, testudo Asaelem cursu velocissimum? (2. Reg. 2.) Vmbra corpus, ducem cœcus? Sequeris postea. Nondum te spiritu suo solidauit Petra. Ne extendas alas nido maior es, sequeris postea. Noli despondere animum, desperando, quia animam tuam pro me pones, pones autẽ postea, & facies quod me videris fecisse. Imo & quãdo eam pones non, duceris quo nõ vis. Quãto ergo minus nunc me non potes sequi? Et si sequeris a longe, malo tuo sequeris, quia ter me negabis, imo bono tuo, quia diligentibus deũ omnia cooperantur in bonũ. Rom. 8. August super Psal. 56. Forte Abraã ante tentationem non nouerat vires fidei suæ. Vnusquisq; enim se tentatione tanq̃ interrogatus agnoscit, sicut nunc Petrus quas vires haberet fides sua nesciebat, dicens, paratus sum, dominus autem qui nouerat eum, prædixit vbi deficeret, prenuntians illi infirmitatem suã, tacta vena cordis eius. Sic inde Petrus qui ante tentationem præsumpsit de se, in tentatione didicit se. Plerumq; enim homo putat se posse, quod nõ potest aut putat se non posse quod potest. Verum Paulus omnia potest in eo qui eum confortat. Cur eõ & Petrus? Nũ Paulus maior aut fortior erat Petro? Poterat ergo & petrus omnia, si cõfortaret a Christo, sed dicente domino, modo no potes sequi me, ostendit ꝙ etiã si ad id niteretur, vt mõdo Christũ sequeret,

I — Psal. 68. — K — Matth. 26. — August. — Philip. 4.

Altoqui

nunquam consequeretur, quia non haberet angelum magni consilij confortantem se, sed sequeris postea. Alioqui Simon ecce Satanas expetiuit vos, Habet enim & ipse ventilabrum in manu sua vt grana eijciat extra aream, si possibile est, (sicut dominus purgabit aream suam eiectis paleis) Escæ enim eius electæ sunt iuxta. Hab. cap. 1. & vorato Iuda, cæteros expetit & maxime te o Simon, vt cribret sicut triticum. Vnde illud. Catuli leonũ rugientes vt rapiant, & quærant adeo escam sibi. Augustinus. Quomodo sibi quærunt escam catuli isti? Quando tentant, Sed quia non accedunt, nisi accepta potestate a deo, ideo dicitur, & quærunt adeo escam sibi. Petijt Satanas Iob tentandum. Qualem escam? Opulentam, pinguem electam, cui ipse deus testimonium perhibuit. Diabolus tamen nulli nocet, nisi acceperit potestatem adeo. Sed quando? In nocte rugiunt catuli Leonum. Hac igitur & nocte Satanas expetiuit, idest vehementer institit vt cõcederetur ei vexare vos sicut triticum, vt vos cribraret. Quid est vexaret (ita legit Augustinus) & comminueret sicut triticum? Quomodo ab homine triticum non manducatur, nisi primo attritum vt panem faciat, sic neminem manducat diabolus, nisi primum perturbationem euerterit & comminuerit in frustra, vt manducet. Tu autem quando tribularis, si maneas granum, & in area maneas, non conturberis, nihil tibi contingit, tribula enim paleas contigerit, granũ a palea spoliatur, & reponitur in horreis Dei, Ego pro te rogaui, vt non deficiat fides tua. O profundum Iuditiorum Dei, terribilis in consilijs super filios hominum. Cecidit Iudas, & manum ei non porrexit Christus, vt saltem post lapsum & peccati confessionem & pecuniæ restitutionem resurgeret, Petro autem antequam caderet manum porrigit dicens: Ego rogaui pro te. Et si agitandus sis inquit, habes tamen reconditum semen fidei, quamuis excusserit folia ventus turbinis tentationis. Admiratione igitur plena est diuina patientia, ne diffidere discipulum faceret, non dum perpetrato crimine, largius est veniam, ac iterum ipsum in apostolico gradu restituit dicens: confirma fratres tuos. Ita verum est quod dicit Paulus: Nouit dominus qui sint sui, qui traduntur vt cribrentur sicut triticum & vt fiant esca Leonum, sed id triduo tantum, sicut Ionas & Petrus, qui tertio negauit, qui cribrandi sunt, sed non comminuendi omnino sicut Iob, qui tradendi sunt, vt paulominus habitet in inferno anima eorum, sicut Dauid, aut qui viui deducendi sunt ad inferos sicut congregatio Abiron. Et tu aliquando conuersus, confirma fratres. Vt sciat inquit condolere ijs qui ignorant & errant, quia & ipse circumdatus est infirmitate. Ipse perinaeguit oratione pastoris, & iumento & oleo & vino & humeris. Lucæ, 10. Habet autem ecclesia suos Antheos, qui quoties terram contingunt per lapsum, etiam septies in die (Prouerb. 24.) fortiores resurgunt, vt qui prius egnerunt aliena ope, possint esse aliorum columbæ. Ita enim vocat Paulus Petrum & Ioannem, Gallat. 2. Sicut autem dixit Romanus quidam dux, qui fere cum suis interierat (nisi opem tulisset F. Maximus) nihil magnis in rebus ab errare, maius est quam ab homine effici posit, vbi vero erratum sit, recte admonentibus obtemperare, boni viri & sapientis est. Ego & si fortunæ nonnihil succenseam, fateor tamen magnam me illi gratiam debere. Quæ enim tam longo tempore non didicerã, ea me vel parua diei parte docuit, cum norim me ipsum, imperandi aliæ peritiam non tenere, sed mihi imperio alterius opus esse, nec cum eis de victoria decertare, a quibus vinci pulcherrimum est. Hæc Minutius consul. Tu igitur Petre postquam ter me negaueris & egressus foras fleueris amare, noli de cætero altum sapere, sed time, ne deterius tibi contingat, Rom, 11. & confirmabis oues & agnos quos tibi tradam pascendos, Iñ. 21. Quod autem sequitur, domine paratus sum in carcerem, & cætera. Expositum est, & est hic repetitum propter ordinem textus. Et certe Petrus in tanto periculo constitutus, tam ingenti catena circunfusus, non modo non fugit, verum etiam gladio nudato, sacerdotis serui aurem secuit, aggressurus maiora, nisi audisset, cõuerte gladium in locum suum. Denique sequutus est dominum in carcerem vsque, quod si res pro voto non successisset, homo erat Petrus, non deus. Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset qui eum traditurus esset. Lucæ. 22. Basilius, Sicut enim in corporalibus passionibus sunt multæ quas non sentiunt patientes, porro magis adhibent fidem coniecturæ medicorum, quam propriam sensibilitatem attendant, sic & in animæ passionibus, si quis in se peccatum non sentiat. Credere tamen debet ijs, qui plus possunt cognoscere sua peccata. Cum ergo vndecim ex apostolis nulla talis cogitatio irrepserit (absit) magis tamen credebant magistro dicenti, vnus vestrum, & cætera. Quem ex multis credebant nihil fugere, quam sibi ipsis, & timentes fragilitatem humanam, Inquirunt de peccato cuius non habebant conscientiam, etiam postquam recesserat Iudas veterator & caput tanti sceleris. Vnde sequitur ex Luca. Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Audito quod vnus eorum esset proditor, obiecit ambitio, occasionem nacti ex eo quod ex tunc plene intellexerunt, Christum vere occidendum, & propterea contendunt de primatu post mortem boni pastoris. Vsque ad illam enim horam, cum de morte sua loquebatur parabolam putabant eum loqui. Dixit autem eis. Reges Gentium dominantur earum, & qui potestatem habent super eas benefici vocantur, vos autem non sic, sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. De hac, Vide Matth. cap. 18. & cap. 20. Vbi ponuntur eadem verba licet ex alia causa. Apostoli. Facta est inquit contentio indigna certe tantis viris tamẽ homines erant, & antequam Spi. S. implerentur. Sed & Paulus & Barnabas aliquãdo non leuiter contenderũt post acceptum Spi. S. qui docuit eos omnẽ veritatem Cæterum de supplen. negli. Prælatorũ, ca. quoniã aliqui. Statutũ est quod summus põtifex possit renuntiare papatui. Id quod fecit cælestinus, Cyriacus, & Marcellinus. Sicut autem dicit Theophylactus.

Gene. 5. Matth. 24. Psal. 103. August. Matth. 13. Psal. 65. Psal. 75. Num. 16. Hebr. 5. Historia. Ioan. 3. Ioan. 18. Basilius. Theophy.

verisimile est, quod dixerit vnus alteri, tu proditurus es magistrum, & sic singuli cæteris, & inde gliscente contentione (vti fit) peruentum est ad id, vt dicerent, ego sum melior te, ego sum maior, nam de sapientia vel generis nobilitate, nescio si contenderunt, cum iuxta apostolum stulta & ignobilia & quæ non erant elegerit Christus dominus, & tamen quales essent, contendebant, verum contentio vt prædicitur honestum habens argumentum, gliscente ira, malum habebat vel habiturum erat exitum, nisi dominus mederetur principijs. Diximus in superioribus quod apostoli opinabantur dominum statim a morte regnaturum temporaliter, & hoc perquirebant, quis post dominum Christum primatum habiturus esset in hoc regno, de quo & dominus inter cœnandum meminit. Dixit autem eis. Reges gentium dominantur earum. Cum dicit gentium, non excludit Iudæorum reges, de quibus scriptum est, pater meus cœcidit vos flagellis, ego autem, &c. Et huiusmodi reges in eo videntur benefici, non si optime mereantur de populo, sed si vel parum remittant de tributis quibus premunt & excoriant subditos. Ita enim scriptum est, Imminue Paulum de imperio patris tui durissimo & de iugo grauissimo quod imposuit nobis, & seruiemus tibi, hoc est vt dicitur Cyclopis donum. Vtinam huiusmodi principes finem sortirentur, quē Andronicus Romanus imperator. Hic enim siue in ordinem reductus, siue victus prælio, teterrima est morte mulctatus. Enim vero altero lumine priuatus, asino impositus, per totam est vrbem circumuectus, præpostere sedens, asini cauda manibus pro sceptro alligata, capite alliorum reste præcincto, diadematis loco, promiscue viris mulieribusque in prætereuehentem multa probra iacientibus, congerentibusque in eius faciem lutum, & alia dictu fœdiora. Demum eo processit ira, vt pendens laqueo, vncis & harpagonibus a mulieribus petitus, mulxæque particulam corporis ex laniatu adeptæ, mandare sint ausæ. Et Andronicus per hæc tam atrociter perijt, quam antea imperauerat, in nullo beneficus, carnifex in cunctos. Cæterum Agasicles rex Lacedæmoniorum ad eum qui negabat, quomodo quisque satellitibus tuto regnare posit, si suis inquit populis ita imperauerit vt parentes filijs. Sed ius regum non est imitari parentes, sed dixit Nero, oderint dum metuant. Cæsar August. Cum audisset Alexandrum maxima terrarum parte subiecta, addubitasse, quid nam per reliquum vitæ tempus facturus esset, demiratus est quod non maius opus Alexander existimaret, partum gubernare imperium, quam magnum acquisisse, sed ius regis non est parcere subiectis, & tueri regni iura. Quid ergo? Alij viderint. Et tamen hi qui potestatem exercent in subiectos, vocantur benefici, & sotheres, de quo multa diximus super illud: ecce rex tuus. Matth. 21. Plutarch. Persarum quidem rex omnes pro seruis habebat præter vxorem suam, cuius maxime conueniebat esse dominum. Quemadmodum autem deus in cælo pulcherrimum sui ipsius simulacrum constituit solem, talis est in republica imago ac lumen princeps, qui iusticiam tuetur, hoc est Dei rationem gestat, nempe intellectum, non fulmen aut tridentem, qua specie nonnulli se ipsos fingunt, stulticiam suam quo videantur in accessi, reddentes inuisam. Vos autem non sic, sed qui maior est, & cætera. Non enim (verbi gratia) manus posita est in corpore vt noceat membris, sed vt ministret, tueatur & protegat. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterum illam administrantes, sicut boni dispensatores, non sicut faciunt mercenarij & prædones. Obserua autem Adoniam volentem principari, cui nec hac successit, imperium rapiēs, neque illac, Abisac depetiens 3. Reg. 1. & 2. Nam quis maior, qui recumbit, an qui ministrat? &c. Quorsum hæc rogat dominus? Si ordinem rerum attendis, rogo quis maior, qui sedet in throno, & thronus eius flammæ ignis, & currus eius multiplex milia lætantium (Psal. 67.) an milia milium qui ministrant ei? Nonne qui recumbit? Palam est. Hic est rerum ordo. Et tamen quo formam vobis & exemplar humilitatis præscriberem, is cui flectitur omne genu & ante quem omnes gentes sunt velut stilla gulæ, velut momentum stateræ, velut puluis exiguus, velut nihil & inane, & quasi non sint (obserua singula verba hæc) assumpta serui forma, in medio sum vnde sicut qui ministrat. Præcingi enim linteo infundere aquam, lauare pedes, serui officium est non domini. Non est autem omnifariam verum, quod maior sit qui recumbit quam qui ministrabat, imo qui conuiuio excipit alios, eo ipso maior est, sicut legimus fecisse non semel Lodouicum Francorum regem qui frequenter centum. 20. pauperibus qui in curia sua cotidie reficiebantur, abunde in diebus festis per annum ante quam ipse comederet, manu propria fercula ministrabat. Ita & Abraam stabat, sedentibus tribus viris, quos primum homines reuera putabat iuxta Chrysostomum. Itaque communiter qui amicos vocat vel pauperes ad prandium, maior est recumbentibus, sed ciuilitatis gratia cæteris recumbentibus, ille circa multa satagit. Lucæ. 10. Ego igitur cum iure meo recumbere possem, & vestro vti seruitio, qui serui inutiles estis, tamen ita conuersatus sum inter vos, tanquam omnium seruus. **Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos, iudicantes. 12. tribus Israel.** Dicens autem vos estis, ostendit id quod superius præfati sumus de monte Ambrosij & Abulensis, quod videlicet. 72. abierant retro, & iam non sequebantur eum. Sed quomodo dicit, sedes duodecim, cum ibi non esset Iudas? Et dato quod esset, sessurus non erat. Sed adhuc parcit nomini proditoris. Theophyl. Edatis inquit. Ex metaphora id dictum est eorum qui a regibus honorantur. Nam qui cum regibus cœnant videntur primos honores sortiri: sicut patet in Amam, in Dauid, & in fratribus Ioseph. Gene. 43. Si requiras autem inquit Augustinus cur eis deus perseuerantiam non dedit, qui eam qua Christiane viuerent dilectionem dedit? Me ignorare respondeo. Cur inquam non eos rapuit, ante quam malicia intellectum eorum mutaret? Sapien. 4. Dicitur autem, permansistis, ad eos qui breui desertorum nomine censendi erant. Tamen scripti erant in libro vitæ non atramento, non stilo ferreo, sed digito Dei viuentis. Vos igitur estis qui permansistis mecum, qui si hoc eodem animo persisteritis, semper ob oculos habentes exem-

Marginalia: 1. Cor. 1. | 3. Reg. 12. | Andronic. | Agasicles. | Cæsar. | Plutarch. | 1. Pe. 4. | Dani. 7. | Esai. 45. | Isai. 40. | Ludouicus | Gene. 18. | Luce. 17. | Theophy. | Ester. 7. | August. | Apoc. 20.

Section letters: F | G | H | I | K

tes exem-

ita exemplar quod hac nocte vobis exhibitum est, ego vicissim vos regni mei cohæredes faciam & compartícipes, vt sedeatis in thronis.12. de quo dictum est Matth. cap. 19. Quæ tamen omnia vt prædicitur, secundum similitudinem dicuntur, in cælo enim nec nubent, nec vxores ducent, nec vtentur sanctis cibo & potu, sed quo ad ista erunt sicut angeli Dei. Sciendum quod Innocentius pontifex qui decretalia collegit, statuit vt supremi ordinis antistites qui loco apostolorum successerunt, equo sedentes, puniceo vterentur galero, vt maior adhuc ipsi ordini accederet maiestas. Id si verum est, frustra & mendaciter S. Hieronymum hoc habitu pingunt vel fingunt qui tanto tempore præcessit Innocentiam. Via igitur adeundi regnum Christi non est per ambitionem, non per carnis cognationem ad Christum, sed imitando humilitatem Christi. Hoc est enim quod dicit, dispono vobis regnum sicut disposuit mihi pater. Disposuit autem pater, Christum dominum exaltandum super omnes cælos, propter hoc quod factus est obediens vsque ad mortem crucis. Legimus de auaritia Galbæ imperatoris, opposita lautiore cœna, ingemuisse, & ordinario quidem dispensatori breuiarium rationum offerenti, paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligentia porrexit. Cano autem coraulæ mire placenti, donasse dicitur denarios, 5. prolatos manu sua e peculiaribus loculis suis tantum. Nebulo cumini sector. Ego autem in regno meo mensæ meæ vos participes faciam, sicut & in præsentiarum videtis, vbi illa bona ministrabuntur vobis, quæ in cor hominum non ascenderunt. Et dixit eis. Quando misi vos sine sacculo & pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nihil. Dixit ergo illis. Sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter & peram. Et qui non habet, vendat tunicam suã, & emat gladium. Dico enim vobis quoniam adhuc quod scriptum est, oportet impleri in me, & cum iniquis deputatus est. Et enim ea quæ sunt de me, finem habent. At illi dixerunt, ecce duo gladij hic. At ille dixit. Satis est. Est autem sensus. Quoniam enim futurum erat vt euangelicæ prædicationis fastigium & summa manu absque sanguinis effusione non imponeretur, sicut dicit Paulus, ego iam immolor, nihil autem morte formidabilius, quo factum est vt Petrus negaret tertio, idque non interrogatus tormento, aduersus hoc quoque certamen eos præmonere voluit, non solum exemplo suæ mortis, verum etiam subsequenti sermone. Pro inde vt ex iis quæ iam fuerant experti, fidem facerent eorum quæ post erant consequuta (præteritarum enim rerum exhibitio est futurarum certitudo) commone facit eos pristinæ prædicationis. Quando inquit misi vos sine sacculo, & cætera. Cumque respondissent, nihil omnino sibi defuisse, vocat ad sublimiora, quæ tamen ipsi omnino non intellexerunt, sicut dicetur infra. Videtis inquit hucusque non defuisse vobis diuinam prouidentiam, nudis vobis ab omni humano auxilio, ne quid hæc vos grauet sollicitudo. Quemadmodum ergo de victu & vestitu prouidit vobis, qui pascit coruos & lilia vestit, ita nihil est quod de defensione sitis anxij, si quando traditi fueritis ad reges & præsides propter nomen meum, quod non raro continget. Nam eisdem armis superiores eritis quibus ego vici. Dicam & illud. Eo eritis expeditiores ad conferendum manus cum hoste, qui nihil in hoc mundo proprium possidet, quo omni fueritis humano auxilio destituti. Vnde & Dauid arma Saul abiecit, quæ ei oneri potius futura erant quam vsui. Et hoc est quod dicit, qui habet peram aut sacculum tollat, idest abijciat, vno enim tantum gladio opus est, quo qui accinctus est, a nulla creatura separari potest a charitate quæ est in Christo Iesu. Dicamus interim quod hanc peram quam abijciendam mandat Christus, implendam potius curauit Bonifacius Papa nonus, qui primus omnium instituit anatas, videlicet vt qui beneficium indipisceretur, dimidium annui prouentus pontificio solueret fisco, subijciamus autem commentum Ambrosij, vt pateat Christum dominũ de gladio spiritua intellexisse, quod multi aliter interpretantur. Cur inquit emere iubes gladium, qui ferire me prohibes, & alteram parare maxillam? Matth. 5. Cur habere præcipis, quem veto promi, dicens, reconde gladium tuum? Luc. 22. Nisi forte vt sit parata defensio: non vltio necessaria, vt videar potuisse vindicari, sed noluisse. Lex quidem referire me non vetat, & ideo fortasse Petro ostendenti duos gladios (imo omnes dixerũt: ecce duo gladij) satis est dicit, quasi licuerit vsque ad euangeliũ, vt sit in lege æquitatis eruditio, in euangelio bonitatis profectio. Patet autem ex his verbis apostolorũ, quod ipsi ferreos intellexerint gladios emendos, qui tamen rogandi erant, num nudi & accinctis ensibus, vndecim mittendi erãt in bellum vel in medio luporum. Nam iuxta Chrysost. si humano eos volebat vti præsidio, nec centum sufficerent gladij. Quod si nollebat eos vti humano præsidio etiã duo superuacui erant. Itaque dicens, satis est, ironice videtur loquutus. Satis est inquit, videns eua rudes, nec intelligere verba domini, dimisit eos, nec voluit redarguere. Sed nunc inquit qui habet peram, tollat. Ambro. Accipitres vbi pullos aduerterint tentare volatus primordia, nidis eijciunt suis: continuoque eliminant, ac si morentur, propulsant pennis atque præcipitant, coguntque audere quod trepidant, neque vllum postea deferunt his munus alimoniæ. Quid mirũ tamen, si rapere assueti, nutrire fastidiunt? Cauent ne in tenera ætate pigrescant, ne marcescant ocio, soluantur delitijs, ne naturæ suæ deponant vigorem, ne cibũ discant magis expectare quam quærere. Quæ Ambro. verba si spiritualiter intelligatur, satis astipulantur huic sententiæ, vendat perã & sacculũ & si res fert vẽdat tunicam vt emat gladium, quo proprias vires ostẽdat, & cum Minerua manum quoque admoueat. Ad hæc August. quæst. noui & vete. testamenti. q. 104. Quod mandat discipulis, ne vel perã ferrant in via, vel æs in zonis, patet causa, & gratia virtutũ, & affabilitas doctrinæ. Quid enim opus erat ex tollere in via, quibus signorũ causa oia offerẽda erat? At vbi tẽpus quo se pati posset aduenit, armatos iubet esse discipulos, nõ vt repugnaret, qui pati volebat, sed vt præscium se huius rei, & in potestate se habere passionem suã ostenderet. Non inquã inimicorum tantũ, verumetiam discipulorũ causa ad superuenturum bellum arma procurari præcipit. Fortes enim fortuna iuuat, non eos qui velut cochleæ latent inter testas,

[Margin: Matth. 22. — Cardinal. — A — Phil. 2. — Galba. — 1. Cor. 2. — Luc. 22. — B — 2. Tim. 4. — Matth. 6. — Luc. 12. — C — 1. Reg. 17. — Rom. 8. — Sabellicus. — Ambros. — D — Chrysost. — Ambros. — E — Accipitur. — August. — Matth. 10.]

Sed quando? qui post quattuor horas capiendus erat. Noua enim & mirabilia res futura erat, vt is qui no-
ua & in audita faciebat, sic subito verberibus & cruci submitteretur. Hac ergo causa gladios paratos fuisse,
Chrysost. quum autem suo loco restituit, & Petro iubet recondere gladium Lucæ. 22. Hæc ille. Ad hæc Chrysosto.
super Matth. cap. 10. Nolite possidere aurũ. Hoc aliquando apostolis præcepit dominus. Propinquus au-
tem morti, dicit. Qui non habet marsupium tollat, similiter & peram. Quare hoc nunc, & illud prius præ
cepit? Audi. Ab initio vocationis hoc faciebat dominus, vt discipuli periculum virtutis suæ facerent, &
post hac in orbem terrarum exituri, hoc exempli animati, sibi magis fiderent. Verum ubi potentiam Chri-
sti agnoscere cœperunt, voluit vt & ipsi dominicæ virtutis aliquod specimem præberent, permisitque
ipsos per suas ferre tentationes, ne videlicet perpetuo ociosi residerent, & ad finem vsque quasi pueri ge-
Analogia. starentur. Et quemadmodum qui artem natandi docent, principio multa diligentia discipulos gestãt, post
vnum autem aut alterum vel trium diem subtracta dextera, illis præcipiunt vt se ipsos iuuent, & non-
nunquam illos paulisper mergi sinunt, ita vt & multum salsuginis sorbeant, sic & hic. Nam Christus ab
initio suos nihil pati sinebat, sed vbique aderat circundans & muniens. Defuit vobis inquit aliquid? Nihil
domine. Cum vero tempus fuit vt virilitatem suam ipsi declararent, subtraxit aliquando beneficium,
præcipiens eis vt ipsi per se multa perficerent. Sic cum nihil habebant, nihil defuit eis. Cum vero marsu-
pium habebant & peram & calceos, inueniuntur esurientes & nudi. Liquet ergo cur passus est eos peri-
clitari & affligi, videlicet vt mercedem aliquam habeant. Et quemadmodum aues pullos suos fouentes,
tamdiu in nido sedent, donec illorum plumæ increscant, quas dum increuisse viderint, eos primum cir-
ca nidum volitare docent, deinde adminiculo suo totos adstituunt, ita faciebat & Christus. In palesti-
na enim quasi in nido nutrificabat eos, & eam eos volare docuit & gestans sicut aquila pullos suos,

G

Deuter. 32. Tandem eos permisit volare velut nubes in totum orbem. Esai. 6. dato eis mãdato, ne sibi ipsis de essent.
Analogia. Nihil vobis deerat, quando misi vos sine pera, & cætera. Sed nunc volo vos & paupertatem experiri, &
ea propter ad legem priorem obstrinctos esse nolo, neque a vobis idem quod antea exigo, vt ne quasi per
inania organa per vos operari existimet. Vnde dicit: Qui non habet gladium, vendat tunicam & emat.
Quid nam hoc? Armat ne discipulos, qui dicit si quis te percusserit, & cætera quæ habes Matth. 5. armatque
vno tantum gladio? Certe si omnino armis opus erat, nõ solum gladio sed & scuto & galea & panoplia
armare oportebat. Sed nunquid vel sic armati, contra tot Tyrannos parui homines & idiotæ stare pote-
rant? Quare ergo hoc dicit? Iudæorum insidias indicare volebat, & passurum se a Iudæis quę passus est.
Vnde statim intulit, quod oportet impleri quæ scripta sunt de me, illud videlicet Esai. cap. 53. & cũ iniquis re-
Prouerbiũ putatus est. Discipulis autẽ non intelligentibus quę dicebantur, & duos ostendimus gladios (falces vide-

H

licet postulabam) respondit dominus, satis est, nam & si non sufficissent cẽtum, si eos humano auxilio vti
voluisset. Quod ergo oscure dictum erat, qui habet marsupium tollat & peram, clarius dictum est, cum
Theophy. subiunxit, & qui non habet, vendat tunicam & emat gladium. Hæc ille. Theophyl. ita dicit. Quoniam
enim illi prius de primatu contenderant, non est inquit tempus ambitionis, sed periculorum & cædium
& famis. Nam & ego magister vester ad mortem abducor. Significat igitur breui tantas futuras insidias,
quales nunquam fuerunt, & quod inuasuri sint illos viri homicidæ. Itaque ista quæ iamiam eis impendebant,
percusso pastore, nomine sacculi, peræ & gladij significat. Proinde inquit nec tis ignaui, quia & famem
experturi estis, & opus habebitis edulijs, quæ per peram significantur. Et viuiles estote, quia in multa ad-
uersa incidetis, quod per gladium indicat. Hæc igitur dicit, non vt omnino gladijs sint accincti. Quid enim
ouibus cum machæris? Sed vt dixi significans bella & pericula, & docens, vt ad omnia parati sint. Hæc

I

ille. Caietanus. Non dixit, satis sunt, sed satis est, vt significet impertinentem fuisse responsionem discipu-
lorum, & ideo post habitam a domino Iesu. Humano enim more silentium imponentes sermoni de ali-
Faber. quo negocio, dicimus, satis est, ita & Christus. Faber ita dicit. Satis est. Christus de alio intellexit gladio,
illi alios ostendere. Christus dicit, satis est habere duos gladios; si sint quos ipse intelligit, videlicet nouum
& vetus testamentum. Et cur ita sit necessarius gladius euangelicus, sequitur, quia oportet impleri quod
scriptum est, & cum iniquis, &c. Vnde cum ipse cito tollendus esset de vita illi docturi erant gentes. Vt
igitur summatim dicamus, verba illa, qui habet sacculum, duobus modis possunt intelligi, vel tollat, idest
abijciat, & hoc verius, vel tollat, idest sibi prouideat iuxta Chrysostomum. Quod autem dicit de gladio,
nullomodo potest exponi de gladio materiali, sed vel nomine gladij ponit ob oculos eorum, persecuto-
rum insidias iuxta August. & Theophyl. vel nomine gladij intelligit doctrinam in pastoribus iuxta Fa-

K

brum, & primam expositionem quã posuimus. Et sciendum quod Græcorum leges non qui ensem aut lanceã
Clypeus. sed qui Clypeum amisissent, damnabant mulcta, docentes, oportere militem non priuamalo affici, quam
afficere hostes curare. At sermo euangelicus oppositum iubet, de scuto enim hoc loco non meminit, sed
Ephe. 6. non vos inquit defendentes fratres, sed date locum iræ. Rom. 12. Accipite autem gladium verbi Dei. Etsi
quando sumendum est scutum, in quo inquit possitis omnia tela inimici ignea extingere. Est autem ob-
seruandum quomodo gladios ostendunt apostoli, quibus claues regni & sedes. 12. Promissæ sunt, & men-
sa illa omnium bonorum plenissima. Sed forte meminerunt dixisse dominum, non veni pacem mittere in
Matth. 10. terra sed gladium. Sed quid piscatoribus cum gladijs cum arietibus & bombardis? Et eo ventum est ma-
Plinius. lorum inquit Plinius, vt ferro homines alas fecerint, nunc tormentis excusso, nunc lacertis, nunc vero pe-
nato, quam sceleratissimam humani ingenij fraudem arbitror. Siquidem vt ocius mors perueniat ad ho-
minem, alitem illam fecimus, pennasque ferro dedimus. Et sciendum quod in fœdere quod expulsis regibus
Porsena. populo Romano dedit Porsena, nominatim cõprehẽsum meminimus, ne ferro nisi in agricultura vterẽtur
1. Reg. 13. & cum stillo scribere iotatum, vt vetustissimi autores prodiderunt. Sed & de Iudæis scriptum est. Porro

Faber

Faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel. Cauerant enim Philistijm, ne forte facerent Hebræi gladiũ aut lanceã. Cũq; venisset dies prælij, nõ est inuẽtus ensis & lancea in manu totius populi qui erat cũ Saul & Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio suo. Et isti fuot duo gladij q satis superq; sunt. 1. Reg. 13. Sed o mutationem dextræ sed non excelsi, qui pastores sunt, quorum insigna sunt claues Ipsi gladios ostẽdunt, eosq; vtrinque incidentes. O mucro domini vsquequo non quiesces? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare & sile, quia reuera satis pugnatũ est. Refert tranquillus de Claudio. C. qui adeo humana exuerat viscera, vt cum par quoddam gladiatorum se coram mutuis ictibus concidisset, cultellos sibi paruulos ex vtroq; ferro in vsum fieri sine mora iusserit. Quocunque autem gladiatorio munere vel suo vel alieno etiam forte pro lapsos iugulari iubebat, vt expirantium faciem videret. De his satis, Isti enim non imperatores non homines erant, non iumenta, sed monstra & spectra humani generis, hydræ & chimeræ.

Suetonius

A Quod autem dicit: Et enim ea quæ sunt de me, finem habent, hunc habet sensum. Tempus enim adest, vt quicquid de me prædixerunt prophetæ, id in me opere perficiatur, ne amplius audires Samson ex ore dilectæ suæ, dicis quod diligis nos, cor autem tuum longe abest. Iudi. 16. Fortassis autem discipuli rudes adhuc & simplices ita intellexerunt verbum Christi, satis est, quasi duobus illis gladijs quos apud se habebant paratos, sustineri posit primus inimicorum congressus. Sed quid interea facerent cæteri nonem inermes? Nempe quod fecerunt, fugerunt enim illico omnes. Quod autem Phinees occidendo duos, placauit iram Dei, & obtinuit ius perpetui sacerdotij, id eo tempore factum, quando cantabatur, deus vltionom dominus. Psal. 93. Nunc autem postquam vera pax descendit de cælo, legendum est, ego occidat, vt vos viuere faciam. Deuteron. 32.

Num. 25.

B Caput. ix. Non turbetur cor vestrum. In domo pater mei mansios multæ sunt. Ego sum via veritas & vita. Ostende nobis patrem & sufficit nobis. Tanto tempore vobiscum sum. Quodcunque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam.

ET ait discipulis suis. Non turbetur cor vestrum. Creditis in deum & in me credite. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Sin minus dixissem vobis, q vado parare vobis locum. Etsi abiero & parauero vobis locum, iterum, idest venturus sum, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego & vos sitis. Et quo ego vado scitis, & viam scitis. de pœni. dist. 4. in domo, Ioan. 14. Sicut dicit apostolus & verum dicit, si in hac vita tantum speramus, quid est aliud vita nostra q̃ vita Brutorum, comedere & bibere, & in bonis ducere dies nostros, paruos & malos (o paruos & malos. Gene. 47. & interim repleri multis & magnis miserijs. Iob. 14.) & tamen mori velut vnum ex iumentis. Id si verum est, miserabiliores sumus cunctis hominibus. Nam ciues sæculi huius & conciues Cain, fruantur saltem hoc sæculo dicentes, nullum sit pratum quod non pertranseat luxuria nostra, quoniam hæc est pars nostra. Cæterum boni viri qui sua reliquerunt, & nec vestigium pedis acceperunt in terra, qui iuxta Paulum cotidie moriuntur. 1. Cor. 15. & cotidie stant in stadio, conserentes manus cum nescio quo antheo, qui collapsus, fortior resurgit, pugnantes cum nescio qua hydra, cuius vnum caput immortale est, quæ iustis semper noua excitat certamina, si post tot partas de hoste victorias, coronam iusticiæ non accipient, miserabiliores sunt cunctis hominibus. Sed tamẽ Audi, de ducentibus in bonis dies suos quid dicat propheta, Quomodo facti sunt in desolationem? Subito defecerunt. Velut somnium surgentium defecerunt, vt qui dormientes videbantur gloriosi, videbantur habere caput ex auro, pectus ex argento, & modicum quidem ex pedibus terrenum, sed id inter dormiendum erat. Corniculæ igitur cum essent, sicut nudi egressi sunt ex vtero matris suæ, ita nudi reuertentur, atq; vtinam ad vterũ, & non ad terram tenebrosam, vbi nullus ordo, sed horror æternus. Quid autem de his qui sublata cruce sua cotidie, nec vnguem latum recesserunt in via quæ recta ducit ad vitam (Matth. 7.) licet interim mugiant pro reclusis vitulis? Non loquit turbetur cor vestrũ. Hic enim mũdos pugnæ locus est, nõ quietis, theatrũ est, scœna, labyrinthus & stadium, in quo ex multis certantibus vix vnus coronatur. Sed ad rẽ. Dixerat dominus in præcedentibus Petro soli, sequeris autem postea, cæteris dictũ est, non potestis me sequi modo, nec subiecit sequemini me postea, licet id subintelligi voluerit. Ne Petro igitur tantũ hanc promissionẽ factam opinarentur, adiungit, non turbetur cor vestrũ, quia in domo patris mei mãsiones multæ sunt.

Ioan. 14.
1. Cor. 15.
Sap. 2.
Actu. 7.
Psal. 72.
Dani. 2.
Iob. 14.
Lucæ. 9.
1. Reg. 6.
1. Cor. 10.

C

D

B Cæterũ quattuor legimus dixisset dominũ suis, in nocte qua tradebatur, quæ perturbare potuerunt animos illorũ, qui adhuc nõ plene de domino sentiebant. Primũ illud, percutiã pastorẽ, & dispergentur oues, separari autẽ ab amicis iuxta philosophũ, durũ valde est, quando Maria nec a sepulchro Christi auelli poterat, etiã recedentibus cæteris. Ioan. 20. Secundũ, q vnus eorum erat eum traditurus. Tertium q Petrus qui videbatur esse caput cæterorũ illum erat negaturus idq; non semel. Quartũ q pararent sibi gladios imminenti procellæ imo & turbini, qui cũ essent numero vndecim tantũ, duos tantũ habebant, eosq; nõ qualis erat Goliath. 1. Reg. 17. Quod si singula hæc perturbare potuerũt apostolorũ pauidũ cor, quid omnia simul sumpta? Theophy. Cũ igitur princeps Petrus qui tã illustris erat, priusq̃ gallus caneret, dominũ erat negaturus, vt cætera prætermittã, verisimile fuit, magnũ eos expectasse cõflictũ. Timor & timor venerũt super eos, & optabant dari sibi colũbarũ pennas, vt fugerẽt impendẽtes ceruicibus gladios, vt ipsi animo voluntabant. Merito ergo cõstituti inter incudẽ & malleum, quia fugere nõ licebat, timebant sibi, vnde audire debuerunt, Non turbetur cor vestrum. Transibit hæc tempestas sæua, & succedent aurea tempora

Matth. 26.
Ioan. 20.
Theophy.
Psal. 54.

& sere-

& serena. Dabit deus his quoque finem: non turbetur cor vestrum, qui enim vos tetigerit, pupillam lædet
Zach. 2. oculi mei. Augustinus. Ne mortem tanquam homines timerent, & ideo turbarentur, consolatur eos vita,
August. etiam se deum esse contestans. Deinde ne dicerent, & quomodo non turbabimur, cum in tantas & tot in
Ioan. 16. ciderimus difficultates? inquit. Credite in deum & in me, & omnes vestri labores soluentur. Quod si for-
san mortem metuitis & huic formæ serui, putantes me vita defuncto, perisse vobis spes vestras, ponite
timorem, suscitabit illam forma dei, iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum. Sed quid est quod se-
quitur, in domo patris mei quod si secus esset, dixissem vobis, a perturbatione recreatur, certi ac fidentes,
etiam post pericula tentationem, se apud deum cum Christo esse mansuros. Quia si alius alio est sanctior
hic oculus, ille manus, alius auris, omnes tamen vnum corpus sunt, & nullus alienabitur ab illa domo,
Matth. 20. vbi mansionem pro suo quisque accepturus est merito. Denarius enim ille qui datur laborantibus in vi-
1. Cor 15. nea patrisfamilias quo vtique significatur vita æterna, æqualis est omnibus, & tamē alia claritas solis, alia
lunæ, alia stellarum, sed tamen multæ mansiones diuersas meritorum in vna vita æterna significant di-
Gene. 43. gnitates, sicut scriptū est, quod regina Saba admirata est inter cætera, habitacula seruorū Salomonis. 3. Re. 10.
Et rursus Ioseph in cœna quam instruxit fratribus suis, omnes sedere fecit iuxta ordinem natiuitatis suæ,
nisi quod frater minimus videlicet Beniamin duplicem portionem accepit & omnibus quæ ministrata sunt
Matth. 20. in mensa. Non est enim respectus ante deum. Actu. 10. Qui enim posteriores fuerunt in vineæ cultura
priores acceperunt, forte & dupla omnia. Hoc idem figuratum est in lege. Num. 2. Quando enim castra
metabantur filij Israel in deserto, Iudas Isachar & Zabulon tenebant orientem: Gad Simeon & Ruben
meridiem: Ephraim Manasses & Beniamin Occidentem, Asser Nephthalim & Dan Septentrionē. Duo-
decim hæ tribus circundebant arcam Dei beatissimam trinitatem, sed tamen collocatæ erant non iuxta
ordinem natiuitatis suæ, sed iuxta prouidentissimam dispositionem eius, qui nouit singulorum merita.
Hierony. De his mansionibus ita dicit Hieronymus ad virginem Eustochium. Quoties te sæculi delectat ambitio
vana vanitas vanitatum, ad paradisum mente transgredere, & ibi incipe esse quod futura es. Egredere
paulisper de carcere corporis tui, & præsentis laboris mercedem ante oculos depinge, quam nec oculus vi
1. Cor. 2. dit, &c. Has māsiones vocat propheta altaria, nidos, atria & tabernacula quæ fixit deus in terra illa opti-
Psal. 83. ma, id quod ex fructibus, inde allatis ad nos cognosci potest. Licet non desint, qui detrahant terræ illi dicē-
Num. 13. tes. Num. 16. Num parum est tibi quod eduxisti nos de terra Aegypti, quæ lacte & melle manabat? Maledi-
Sabellicus ctis igitur & probris Mosen carpere cœperunt dicentes. Erat bonus imperator, & pacatissimum popu-
lum ex pacatione terra vanis pollicitationibus abductum, quem fame siti æstu omnibusque malis quę
mortales in primis vitare solent in deserto confectum, tum demum hominum monstris laniandos obij-
ciat. Simulque cauillabundi inter se quærere incipiunt, esset ne hæc tellus illa beatissima, illud solum flumi-
nibus melle & lactis irriguum, suæ genti debitum? Est dux vanissimus & iam agros populo metari inci-
piat. Heu labores nostros inquiunt, heu pericula temere adita, heu miseram frustrationem. Perget ne v-
nus hic inquiunt res nostras perditas funditus perdere? Patebit ne semper stultum vulgus vnius stulticię?
Quin constituamus nobis ducem, & reuertamur. Tutius sane multoque conducibilius seruitutem in ocio
seruire, quam per tot labores vanam libertatis vmbram, sub vanissimo duce sectari. Hæc illi semper retrogra-
di velut cancri. Nec tamen ego inficior quod nos comparati hominibus terræ illius, locustæ videbimur, verū
Matth. 11. mansiones illæ vim patiuntur, patiuntur, & violenti occupabunt illas. Sin minus, vel quod si secus esset,
dixissem vobis. Iam paratæ sunt in domo patris mei multæ mansiones, vt non vni mihi, sed omnibus itē
meis sit locus. Quod si secus esset, dixissem me iam abire ad parandum eas mansiones, nunc nihil opus,
cum paratæ sint, & vos breui sequuturos expectent. Hieronymus. Si non mansiones multæ essent apud
Hierony. patrem, hoc est si non vnusquisque mansionem sibi non ex largitate Dei sed ex proprijs operibus præpa-
raret, dixissem vobis. Nunc autem non est meum parare, sed vestrum: Quia & Iudæ nihil profuit para-
tus locus, quem suo vicio perdidit. Non est inquit meū dare vobis, sed quibus paratū est, a patre meo. Pa
Matth. 20. ratæ sunt in cælo multæ mansiones, quas non personæ accipiūt sed opera. Frustra ergo a me petitis, quod
in vobis situm est, quod pater meus illis parauit qui dignis virtutibus ad tantam ascensuri sunt dignitatē.
Gregorius Gregorius. Sed in eisdem multis mansionibus erit aliquo modo ipsa retributionum diuersitas concors, quia
tanta vis amoris in illa pace nos sociat, vt quod in se quisque non acceperit, hoc se accepisse in alio exul-
tet. Cæterum verba hæc, creditis in deum, quadruplicem sensum possunt habere, propter verbum Græcū
anceps: pistenete: pistenete, quod potest significare, credite & creditis. Primo modo potest legi, creditis in
deum, & in me creditis, & ita exponit Chrysost. Quasi fidem quam habebant in deum patrem & in Dei
filium Iesum illis sufficienter præsidio esset futura aduersus persequutorum procellas. Secundo modo, cre-
dite in deum, & in me credite, vt vtrumque iubeat fieri, ne turbentur. Tertio modo, creditis in deum, & in
me credite, vt sit sensus. Creditis in deum vt Iudæi, & in me credite, vt sitis Christiani. Quarto sic. Cre-
dite in deum & in me credite, vt sit sensus. Credite in deum, quod si facitis, eadem opera & in me quoque
creditis. Et obserua quomodo filij Israel. 40. annis vix confecerunt viam dierum decem, quia iussi retroce-
dere per viam maris, duo de. 40. annis sederunt in cades Barne, donec mortua est omnis illa generatio.
Deut. 2. Vide Num. 14 & Num. cap. 33. Et si abiero & parauero vobis locum, &c. Sed quomodo pergit
vt paret eis locum, si iam multæ mansiones paratæ? Sed præparatæ erant, quia prædestinatæ, sed aditus
Gene. 3. non parebat (seruantibus Cherubim viam ligni vitę) nisi per mortem Christi, vnde dictum est, hodie me
cum eris in paradiso, Luc. 23. Parat autem dominus quodammodo mansiones, mansionibus parando
mansores. Vide autē Nu. cap. 10. quomodo arca precedit populum per desertū tribus diebus, vt paret po-
pulo locum vbi castra sua metantur. Potest autem & hic esse sensus, Et demus quod abeam vel abirem, vt

pararem

paratem vobis locum, non est tamen φ interim desponderedebeatis animum, venio enim iterum ad vos, & accipiam vos ad meipsum, vt ibi sum ego, & vos sitis. Valde autem impatientis animi est, breuissima expectatione torqueri. Viam scitis. Sciebant enim hoc est rationem sciendi habebant sufficientem ex tot auditis ex ore Christi, φ videlicer vadit per viam mortis suę ad gloriam ęternę fœlicitatis. Scitis ergo & quo vado, & quà, estq; sermo descientia per fidem vnde dicit Et quo ego vado scitis, & viam scitis, quorum vtrumq; Thomas inficias it & in illo omnes, sicut sequitur. Dicit ei Thomas. Domine nescimus quo vadis, & quomodo possumus viam scire? Itaque sciebant apostoli & quo ibat dominus & qua ibat, sed scire se nesciebant. Sequitur enim. Ego sum illa via, illa veritas, illa vita. Sum illa via quam vos nescire dicitis, illa veritas ad quam suspiratis, illa vita in qua sunt mansiones multę. Nonquid poterant dicere Christo apostoli quo cum loquebantur: Nescimus te? Pro inde si eum sciebāt,

A & via ipse est, viam sciebant, idem de veritate & vita. Annotandum autem singulis horum trium nominum via, veritas, vita apponi articulum in Greco, he hodos he alethia, he zoe, vt intelligamus nō quam libet vitam veritatem aut viam, sed veram illam & vnicam quę erat apud patrem, & in terris visa est, & cum hominibus conuersata, Christus Iesus, qui factus est nobis via ad patrem & ad illas mansiones quia ille est qui viā Dei in veritate docuit. Matth. 22. Ad Chrysost. Nescimus quo vadis. Et vtiq; iā omnis hoc scire cupiebant. Nam si Iudęi id audientes, suspensi erant, & quidem cum abire eū cuperent, multo magis quieo vnquam saciari poterant, quo iret intelligere volebant, verebantur tamen interrogare, sed nimium vicit desiderium, & maxime nacti occasionem ex verbis Christi dicentis, quo vado scitis, & viam scitis. Et dicente Thoma, se vtrumq; nescire, ego inquit sum via iuxta formam serui, veritas & vita iuxta formam Dei, quia per me venietis, veritas, quia sine dubio hęc erunt. Vita, quia nec ipsa quidem mors prohibere poterit, quin ad me veniatis, vel si timetis ne moriamini, ante φ perueniatis, ego sum vi

B ta, imo ipsa mors est via ad vitā, quia non me videbit homo & viuet. Per me igitur ambulante, qui sum veritas. Nam iuxta Augustinum, nihil aliud est beatitudo nisi gaudium de inuenta veritate, & in me requiescite, qui sum vita. Sequitur, Nemo venit ad patrem nisi per me. Ecce φ via est dominus Iesus, qua itur ad patrem. Pater est quo itur, terminus vitę. Vnde illud. Erunt oculi tui videntes preceptorē tuum, & aures tuę audient vocem post tergum monentis, hęc est via ambulante in ea Esai. 30. & non declinetis ad dexteram vel ad sinistram. Nemo venit ad me nisi tractus a patre. Nemo venit ad patrem nisi per me. Hieronymus. Via hęc illa est de qua scriptum est, via regia gradiemur. Num. 20. In vtraque enim parte quicquid supra modum est, in vitijs est. De dextris partibus dicitur, ne sis iustus multum, Ecclesi. 7. ne sis Phariseus ille, qui non erat sicut cęteri. Ad sinistram autem ponendi sunt hędi. Hanc viam Paulus recentem vocat Hebr. cap. 10. Quia a morte Christi cœpit frequentari Post φ enim dominus scalę, idest

C cruci inuixus est, Gene. 28. Angeli cœperunt terere scalam regni cęlorum, Sequitur. Si cognouissetis me. In quantum sum deus de Deo Dei filius, imago bonitatis Dei patris, & patrem meum vtique cognouissetis, & a modo cognoscetis eum, & vidistis eum. Dixerat primū abire se nescio quo, apostolos tamen non ignorare quo iret, id cum apostoli inficiarentur, subiecit se ire ad patrem, & se ipsum esse viam qua itur ad patrem. Et quia dicere poterant apostoli, ipsum quoq; patrem quis esset se penitus ignorare, dominus Iesus antipophoram soluit, ante φ opponatur, dicens. Reuera si me cognouissetis, & patrem meum cognouissetis, non enim tam ouum ouo simile, si ita loqui decet. Est enim filius character expressus substantiæ patris, & imago absolutissima par in omnipotentia maiestate & æternitate. Et a modo cognoscetis eum, imo & vidistis eum, hoc est aliquo modo cognouistis, quem vobis ignotum esse creditis, sicut de via prius dixistis, nescimus quo vadis. Cognouerunt autem eum apostoli ex multis quæ viderant & audierant a prima vocatione sua, de quo dictum est inde Baptismate Christi. Lucę. 3. Io de Metamorphosi eius. Matth 17. Item audierant dæmonia clamantia: Tu es filius Dei. Dixerat & Pe-

D trus, Tu es Christus filius Dei. Matth. 16. Item audierant vocem de cælo patris alloquentis filium, & dicentis, clarificaui, & iterum clarificabo. Ioan. 12. Prætermitto enim multa quæ scire potuerunt ex lege, sicut illud. ego hodie genui te. Psal. 2. Et rursus, sede a dextris meis, &c. Sed iam dudum cognoscetis eum, & vidistis eum, spiritu sancto docente vos omnem veritatem. Ioan. 16. Quod autem dicit: Et vidistis eum, hac figura sermonis commonuit dominus discipulos, patrem quidem iuxta naturam suam inuisibilem esse cū cæcis, tum & oculatissimis: illis quidem quia habitat lucem inaccessibilem. 1 Tim. 6. istis, quia posuit tenebras latibulum suum, ita vt nec dominus Iesus corporeis eum oculis videre possit, quod propter simpliciores diximus. Sed tamen cum inuisibilis sit omnino pater, & omni creaturæ penitus incomprehensibilis, visus est quodammodo in filio (inuisibilia enim Dei per ea quæ facta sunt conspiciuntur cum intelliguntur) quando imperauit ventis & dæmonibus & febribus, Matth. 8. Lucæ, cap. 4. & multa id genus, dicen-

E te domino Ioan. 5. Quicquid pater facit, hoc est filius similiter facit. Sed hunc modum cognoscendi & videndi (est enim per fidem) cum non caperent discipuli, perinde quasi non esset verum verbum Christi, & vidistis eum, cupiunt deum patrem his oculis conueri, quibus videbant formam serui in filio, dicentes cum Mose. Domine ostende nobis faciem tuam. Itaque Philippus cæteris forte audior (an forte crassior) omnium nomine. Dominum conuenit dicens. Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Non ausus est dicere, nunq; vidimus patrem, domine ostende nobis patrem implicite negās quod Christus dixit vidistis eum. Theophyl. Audiens enim Philippus φ prophetę corporeis oculis vidissent deum desiderabat & ipse illum videre corporaliter, ignorans φ illa contigerint prophetis per condescensionem, Nā corporali oculo neq; Christus videt patrē. Hæc ille. Dicit ei Iesus. Tanto tēpore vobiscū, sum & non cognouistis me? Quid est hoc? Philippus orat ostendi sibi patrem, filius dicit nō

Baruch. 3.
Chrysost.
Exo. 33.
August.
Hierony.
Hebr. 1.
Matth. 3.
Psal. 109.
Psal. 17.
Rom. 1.
Exo. 33.

cognouistis me? Sed vide quid sequit. Philippe qui videt me videt & patrē meū. Quomō tu dicis, ostende nobis patrem? Hęc est igitur tota huius obiectionis solutio, ita omnibus numeris & per omnia filium esse similem patri, vt qui filium cognouerit quis sit, qui status, plenissime nouerit patrem, quia pater & filius vnum sunt. Nec nunc requirimus vnum personæ constituantur per relationes an per absoluta, quæ resit illa quæ dicit perfectionem nec imperfectionem, & si per relationes, quomodo relatio cum sit ens secundum quid, facit distinctionem realem personarum, hæc & multa huiusmodi sapientibus relinquamus, & illud tantum dixisse sufficiat, q̀ qui videt, idest cognoscit filium, videt & patrem eodem genere visionis. Vide dominus non dixit, tanto tempore vobiscum sum, & non vidistis me, sed dixit, & non cognouistis me, Et sequitur. Philippe qui videt me, videt & patrem. Ecce quomodo id quod prius dixit, non cognouistis, rursus explicat per verbum vidistis. Si ergo Christum videbant, quem rogant, ostendi sibi patrē? Videbāt igitur in Christo formam serui, non videbāt formā Dei. Quæ cum ita sint o Philippe quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? Non credis q̀ ego in patre & pater in me est? Ego in patre, ecce distinctio personalis. Pater in me, ecce consubstantialitas personarum. Verba quæ ego loquor vobis, a me ipso non loquor. Quomodo superius dixit: mea doctrina non est mea. Ioan. 7. Pater autem in me manens ipse facit opera. Tu autem cum aud ipse facit opera, memento & verbi illius: quæcumque enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit, quia omnipotentia qua deus pater facit quicquid facit vna & eadem est in patre & filio. Dicendo tamen, pater in me manens, ostendit distinctionem personalem, cum vnitatem concordis voluntatis, quia vna & eadē est in vtroque. Pater in me manens ipse facit, & quicquid pater facit, hæc & filius similiter facit. Cæterū iuxta q̀ Christus homo est, manus est patris & brachium, & organum coniunctissimum per quod operatur. Non creditis q̀ ego in patre, & pater in me est? Hæc enim credi possunt, comprehendi non possunt, nisi forte quando videbimus eum facie ad faciem. 1. Cor. 13. Cæterum Cyrillus & Chrysost. Sine negatione legunt hoc modo. Creditis q̀ ego in patre & pater in me est? Quod Paulo ante obiurgauerit Philippum per hæc verba. Omnibus itaque iubet vt credant, dicens, credite q̀ ego in patre, &c̄. Alioqui propter opera credite, hoc est, etiam si alias non creditis, vel ipsis cōmoti factis credite, id quod propemodum non est credere. Neque enim proprie credimus, quod videmus, sed experimur in nobis. Ad hæc Hilarius. Commouit Philippum nouitas dictorum. Homo cernitur, Dei se filium confitetur, cognito se, cognoscendum patrem asseuerat, patrem visum se viso esse dicit, & per id cognoscendum esse, q̀ visus sit. humani istud animi infirmitas non capit. Et frequenter filius patrem a nemine visum testatus est. Prorupit igitur apostolica familiaritas, & dominum rogat, ostende (inquiens) nobis patrem. Et dominus. Tanto tempore vobiscum sum, &c̄. Quærit in filio Dei. Cur se cognito paternæ in se naturæ non sit intellecta diuinitas. Cum enim ea gereret, quæ propria Deo essent, calcare vndas, iubere ventis, donare peccata, secreta cordium nosse, & hæc agere carnalem, & Dei se filium inter ista profitentem, hinc querele omnis orta conquestio est, q̀ in sacramento natiuitatis humanę gessisset hæc & in homine assumpto, & tamen deus intellectus non esset in operibus, qui homo videbatur passibilis & mortalis. Hæc igitur si ita se habent: Non credis q̀ ego in patre, &c̄ Vt sub intelligamus, Philippum non debuisse aliam hic ostensionem patris q̄ fidei requirere. Vides hic posteriora, facies non hic sed in cęlo videbitur, quicquid sit illud q̀ nomine faciei intelligitur. Cæterum iuxta Augustinum grande ęnigma est, vt non videamus, quod non videre non possumus, eum videlicet in quo mouemur & sumus. Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora his faciet, quia ego ad patrem vado, & quodcunque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur pater in filio. Dicit aliquis, si ab operibus suis dominus testimonium accipit, vt qui non creditur esse in patre & vnum cum patre, ex operibus saltem agnoscatur quis sit, ergo qui maiora opera patrauerit quam ipse dominus Iesus Christus, etiam credi poterit esse filius Dei patris, alioqui quod argumentum est, propter opera credite? Sed facilis est solutio, quia dominus Iesus operabatur propria omnipotentia, de cæteris autem siue sint angeli siue homines (licet angeli non habeant fidem) nihil tale arbitreris, sed qui credit in me inquit, faciet quę ego facio, & si res ferat, maiora faciet, non quia potest, sed quia credit in me. Quę autem maiora? An forte q̀ ęgrotos etiā Petri vmbra sanabat. Maius enim est, q̀ sanabat vmbra q̄ fimbria. Matth. 9. Sed vtrobique fides cooperabatur languentium. Sicut diues quidam audito, depone gibbam, abijt tristis (Marci. 10.) sed per apostolos hęc predicata, multi cameli posuerunt gibbas, &c̄. Et tamen semper verum est, sine me nil potestis facere. Et rursus: sufficientia omnis nostra ex Deo est. 2. Cor. 3. Quia ego ad patrem vado (interim de torrente bibam in via) & tamen semper sum presens credentibus, & dormiens vigilo. Sed q̀ vado, ita expedit, & vestra admodum refert & omnium: nihil tamen detrimenti afferet vobis absentia mei iuxta formam serui: quia quodcunq; petieritis patrem in nomine meo: hoc faciam: vt glorificetur pater in filio. Videbatur illaturus ille faciet: intulit autem faciam ego: quod patrem petieritis: quia pater est in filio: & sine filio pater nihil operatur circa creaturam rationalem. Faber. Ergo miracula quę fecerunt sancti vtriusq; testamenti: Christus fecit, sed per illos tanquam per organa sua. Ea tamen dabit quę pertinent ad exaltandam gloriam Dei patris & filij & spiritus sancti. Quale est enim vanitas peramosa tanto parente: qui solus est bonus: & in nomine talis filij: cuius tanta est dignatio: vt vice aduocati & patroni eum habeamus apud patrem. 1. Ioan. 2. Qui autem petunt conducibilia: abundātius accipient q̄ petunt: iuxta illud: Dedit rex Salomon reginę Saba omnia quę voluit & petijt ab ea: Sequitur: exceptis his quę vltro obtulerat ei munere regio. Demetrius cum vrbem Atheniensem cepisset quę iam propter annonę penuriam mala habebat; e vestigio cunctane aduecta: frumenta ipsis dedit. Sed

Ioan. 5. Cyrillus. Hilarius. Exo. 33. Actu. 17. August. Actu. 5. Ioan. 15. Faber. 1. Ioan. 2. Salomon. 3. Reg. 10. Demetri⁹.

cum in

cum in concione verba faceret, in barbarismum incidit. Cumque eorum quidam qui sedebant acclamasset, quomodo verbum illud erat pronunciandum, igitur huius quoque emendationis gratia inquit, vobis alia. 5. modiorum milia dono, Hæc Demetrius cum populo illo fecit, qui pactum cum eo ictum fregerat, qui magis animaduersione videbantur digni. Dabo igitur & ego & faciam quicquid petieritis patrem in nomine meo. Sed si hoc ab illo petitur, vnde lædatur homo ex auditus, magis metuendū est, ne quod posset non dare propitius, det iratus, An non legimus Israelitas malo suo impetrasse, quod culpabili concupiscentia petierant? Num. 11. Concupierunt carnibus vesci, quibus pluebatur manna de cælo. Non erat autem parua offensio Dei, repudiare quod dabat Dei prouidentia, & petere id quod inhiabat cōcupiscentia, quamuis illi non peterent, sed quia deerat murmurabant. Sed vt sciremus, non Dei creaturam esse culpabilem, sed concupiscentiam inordinatam, non propter porcum sed propter pomum mortem primus homo A inuenit. Et Esau primatus suos non propter Phasianum sed propter lenticulam prodidit. Nouit autem medicus, quid pro sua, quid contra suam salutem poscat æger, & ideo contraria poscentis non facit voluntatem, vt inducat sanitatem, Clamo inquit, & non audis, sto & non respicis, mutatus es mihi in crudelē. Agnoscis vocem ægri, vel ægrotantis, qui enim comedunt eum, non dormiunt, audi & vocem Medici curam diferentis. Viriliter age, confortetur cor tuum, sustine medicum, interim Paule sufficiat tibi gratia mea. 2. Cor. 12.

August. Exo, 16. Gene. 25. Iob, 30. Psal, 26.

Caput. x. Si diligitis me, mandata mea seruate, De maiestate spiritus sancti, Dicit illi Iudas, domine quid factum est, & c. Siquis diligit me, sermonem meum seruabit. Iterū de dignitate spiritus sancti, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat. Pater maior me est. Venit princeps mundi B huius, surgite eamus hinc.

SIquid petieritis me in nomine meo hoc faciam. Si diligitis me, mādata mea seruate. Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum inæternum spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia nō videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Christus enim dominus ad tempus datus est illis. Non igitur refert, vtrum peramus patrem in nomine vnigeniti sui, an orationem nostram ad eundem vnigenitum dirigamus, quia sicut sæpe repetitum est, quicquid patri petimus, filius concedit cum C patre & spiritu sancto, si res ferat vt concedatur, cum vna sit volūtas in tribus, par omnipotentia & eadem bonitas. Vnde & consequenter de spiritus sancti maiestate sequitur, cum dicit. Si diligitis me, & c. Hic est qui olim ferebatur super aquas, iam tunc præparans & sanctificans eas sacramento regenerationis Vnde & super dominum Iesum descendere visus est columbæ similitudine, vt ostēdatur quam innocentiam induunt, qui fonte perenni regenerantur. Venit & in specie columbæ, quia ipse est qui postulat pro nobis gemitibus, qui explicari non possunt. Tamen vel ad vnum illorum intelligit pater, quid postulet Axa filia sua Iosue. 15. Cum ergo dicit Paulus de spiritu sancto, quod postulat pro nobis, idest postulare nos docet, idque gemitibus in explicabilibus (& quid eligam ignoro) intellige quid sit, aliū paracletum, idest consolatorem in aduersis exhortatorem in conducibilibus, doctorem & aduocatū dabit vobis, qui doceat vos quid petatis, ne audiatis ea ore lucidia, vere nescitis quid petatis: Non enim suggerente spiritu sancto petebant dexteram & leuam sed caro petebat, mater videlicet, quia & si sancta, D mulier tamen erat. Dicam & illud, quando filius Dei orabat patrem vt transiret ab eo hora illa & calix, non suggerente spiritu sancto orabat, alioqui non subiiceret, non mea voluntas fiat, de quo suo dicetur loco. Itaque spiritus sanctus consolatur mœrentes, exhortatur desides, docet ignorātes, & ipse est remissio peccatorum. Et iuxta Ezechielem, multa ossa erant in campo dispersa, vacua, sicca vehementer, & inordinate iacentia, ob hoc vnum, quia abstulerat deus ab illis spiritum suum, quem infuderat in principio quando hominem formauit. Quid igitur erat homo ante quam dominus inspiraret in faciem eius spiraculum vitæ? Statua quædam vel truncus. Auferes spiritum eorum & in puluerem suum reuertentur, aut in statuam salis. Siquidem iuxta Paulum gratia spiritus sancti sumus siquid sumus in oculis Dei. Sumus autem imago & gloria Dei, 1. Cor. 11. Alium inquit paracletum dabit vobis, Siquidem & Iudæi habebant suū paracletum Mosen, qui fideliter intercessit pro eis, dicens, Dimitte eis peccatum hoc grande, aut dele me de libro tuo. Et illud: Ne quæso dicant Aegyptij, & c. Exo. 32. Verum huius aduocati manus grauissimæ E erant. Exo. 17. Facies cornuta, Exo, 34. Dentes fortes, oculi vigiles, Deut. 34. Fides dubia. Num. 20. Labia incircumcisa, Exo, 4, & alias homicida. Exo. 2. Huiusmodi iuxta mysterium erat Iudæorum aduocatus. Occidere poterat, non viuificare. Denique terram promissam videre potuit, contingere non meruit. Vide autem de hoc, Longe ab huius dignitate (fidelis enim seruus erat Moses in domo Dei, seruus tamen erat) maiestas spiritus sancti, ecclesiæ paracleti, de quo scriptum est, emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Qui creabuntur? Flante spiritu sancto, ossa illa arida, vacua dispersa congregata sunt, vnum quodque ad iuncturam suam, & repleta sunt non de spiritu Mosi sicut. 70. senes illi, sed de spiritu patris & filij, & ex his ossibus afflatis & impletis, factum est exercitus magnus valde, & granum sinapis creuit in arborē, Matth. 13. Vnde igitur renouatur facies ecclesiæ? Ex rore expresso de vellere. Quid illud vellus? Caro Christi, Quando expressum: in cruce, quibus manibus? Clauis lancea & flagellis & corona, & amplexum

Rom. 8. Philip. 1. Matth. 20. Matth. 26. Cap. 37. Psal. 103. 1. Cor. 35. Moses. Psal. 103. Figura Num. 11. Iudi. 6.

impletum est illud Ecce aquæ redundantes a latere dextro templi, Ezech. 47. Istæ aquæ quæ expressæ sunt ex vellere, quibus irrigata est facies ecclesiæ. Sed non erat spiritus datus quia Iesus non dum erat glorificatus. Sicut igitur corpus absente anima in puluerem suum reuertitur, ita anima absente spiritu sancto, caro vocatur. Gene. cap. 6. Ad hæc Origenes. Omnes quidem qui quoquo modo prouidentiam esse sentiunt, deum esse ingenitum qui cuncta creauit, atque disposuit confitentur. Huic tamen esse filium, non nos soli pronuntiamus, quamuis hoc mirum & incredulum videatur ijs qui apud Græcos & Barbaros philosophantur, tamen nonnullis ipsorum habita videtur eius opinio, cum verbo Dei & ratione creata esse omnia consentur. De subsistentia vero spiritus sancti ne suspicionem quidem vllam habere quis potuit, præter eos qui in lege & prophetis versati sunt, vel eos qui se Christo credere confitentur. Cæterorum omnium vna vox est, sed neque si spiritus sanctus sit audiuimus. Quis vero non obstupescat maiestatem spiritus sancti, cum is qui dixerit verbum in filium hominis, audeat sperare veniam, cum vero qui in spiritum sanctum blasphemauerit, veniam non habere nec in præsenti nec in futuro dominus asseuerauerit? Si ergo diligitis me, mandata mea seruate, quia probatio dilectionis exhibitio est operis. Ita Ionathas amicus Dauid opere & veritate, expoliauit se tunica qua erat indutus, & dedit eam ipsi Dauid & reliqua vestimenta sua vsque ad gladium & arcum & vsque ad balteum. Dedit & nobis dominus Iesus vestimenta sua, dedit corpus & sanguinem suum dedit & animam suam, quia vere diligebat, Et non sicut scriptum est, dicis quod diligas me, cum expectoraueris me. Forsitan enim pro iusto aliquo & bono quis audeat & sustineat mori. Si igitur diligitis me, mandata mea seruate. Quo fructu? Ego rogabo patrem, & alterum paracletum dabit vobis. Augustinus. Et quomodo poterant apostoli mandata Dei obseruare sine charitate? Quomodo inquam dicit, si diligitis me mandata mea seruate & cætera, Cum hoc dicat de spiritu sancto, quem nisi habeamus, nec diligere deum possumus, nec mandata eius obseruare? Quandoquidem nec cogitare aliquid boni a nobis possumus, sed sufficientia nostra omnis a spiritu sancto est, qui adiuuat infirmitatem nostram. Quomodo inquam apostoli diligebant dominum, nisi in spiritu sancto? Et tamen eis prius imperatur, vt diligant eum corde, & mandata eius seruent opere, quem nisi haberent, profecto diligere, & mandata eius seruare non possent. Restat ergo vt intelligamus, spiritum sanctum habere qui diligit, & habendo, mereri vt plus habeat, & plus habendo, plus diligat. Ignis enim iste nunquam dicit, sufficit. Iam ergo habebant spiritum sanctum discipuli, nec tamen eum adhuc habebant, sicut dominus promittebat. Et habebant ergo eum & non habebant, quia quantus habendus fuerat nondum habebant. Habebant occulte & vix stillam vnicam ex lecytho viduæ. 4. Reg. 4. accepturi erant manifeste in igneis linguis, & de plenitudine Christi largam olei infusionem & saluentes. Vnde illud. 4. Reg. 2. Fiat in me spiritus tuus duplex, quia apostoli non semper eandem spiritus sancti mensurã acceperunt. Ante enim quam Helias cælum conscenderet, habuerunt simplicem vt ita dicam spiritus sancti mensuram. Eo autem ascendente, dedit dona hominibus, mensuram duplicem, mensuram super effluentem, vt cuicunque manus imponerent, acciperet spiritum sanctum. Actu cap. 8. Alium paracletum dabit vobis, non alium ab eo quem iam habetis in parua licet mensura, nec alium a me, si ly alium dicat substantiæ alietatem, alium tamen dabit vobis, quia alia est persona filij & alia spiritus sancti. Hic autem paracletus (nisi vitio vestro discedat) manebit vobiscum in æternum. Non enim habitabit in maliuolam animã. Sap. 1. Sed vide quid scriptum sit, Quam primum spiritus domini recessit a Saul, exagitabat eum spiritus nequam a domino. Nam spiritus hic nequam qui cotidie perambulat terram, quam primum videt domum aliquam non obsignatam sanguine agni, vacuam ab hospite, ornatam licet, & scopis verritam, occupat eam simul cum septem alijs. Dabit igitur vobis alium paracletum, qui maneat vobiscum, vt dicatis cum Paulo, scio quod nulla creatura poterit me separare a charitate Dei: qui est spiritus sanctus. Quem mundus non potest accipere, quia immundus est, vos autem iam mundi estis. Non potest autem, quia non videt eum, neque scit eum. Neque enim habet oculos mundana dilectio spirituales atque inuisibiles, per quos videri spiritus sanctus non nisi inuisibiliter potest. Quibus enim oculis videndus est spiritus, si de vento scriptum est, vocem eius audis, nescis tamen vnde veniat? Siquidem ventus sentitur, videtur autem minime. Non videt autem eum mundus, quia non credit, Qui non credit, non accipit, qui non accipit, non habet. Quid enim habemus, quod non accepimus? Vos autem cognoscetis eum, eo docente, quia apud vos manebit. Faciet vos mansionem suam, quam non fecit in Saul nisi biennium tantum. 1. Reg. cap. 13. Filius enim vnius anni erat Saul cum regnare cœpisset, idest innocens & bonus perinde quasi esset infans vnius anni. Et duobus annis regnauit in iustitia & bonitate, duodeuiginti autem velut Tyrannus. Idem dicendum est de Salomone, qui deprauatus est in senectute, vt ex sapientissimo Hebræorum factus fuerit stultissimus omnium virorum. In vobis autem erit. id quod argumento sciemus? A testimonio conscientiæ nostræ. Dicit tamen Paulus. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Sequitur. Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos. Adhuc modicum, & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me, quia ego viuo & vos viuetis. Hinc illa vox Petri nomine omnium fratrũ. Quo ibimus extra te? Ergo sine Christo indiga est omnis anima, orphana, cæca, misera & mortua. Et dominus. Si mater immemor nostrum affectus oblita fuerit vt non misereatur filio vteri sui, ego vestri non obliuiscar, quia in manibus meis descripsi vos, & huius syngraphæ calamus claui sunt. Non ego obliuisci vos potero, quos in manibus descripsi stillo ferreo, semper ob oculos verso. Quid enim frequentius memoriæ succurrit quam id quod in manibus habemus? Nam olim tactus dolore cordis, longe diuersa cogitabat de nobis. Gene. 6. Veniam ad vos: post tres dies, & tristitia vestra vertetur in gaudium. Ioan. 16. Adhuc modicum & mundus me iam nõ videt: Videt dixit, pro videbit: A morte enim sua pauci eum viderũt

Ioan. 7. Origenes. Spus sctus Actu. 19. Matth. 12. Rom. 5. August. 2. Cor. 3. Prouerbiũ Ioan. 1. Psal. 67. 1. Reg 16. Iob. 1. Matth. 12. Rom. 8. Ioan. 3. 1. Cor. 4. 1. Cor. 4. Ioan. 6. Apoc. 3. Esai. 49.

F G H I K

iuxta illud exa ctis cap.10. Hunc deus suscitauit a mortuis die tertia, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis adeo, &c. Vos autem videtis me, & quia aliud videtis, & aliud creditis, & videbitis immortalem, quem videtis nunc per omnia similem vobis: quia ego viuo, & vos viuetis. Viuo autem dixit, quod est proprium Dei, viuo ego dicit dominus. Dicit tamē de præsenti, viuo, quia resurrectio infra triduum per synedochen erat celebranda. Nam si de vita quæ communis est nobis & iumentis, diceret, dicturus erat, viuo ego, & vos viuitis. Nunc autem dicens. Et vos viuetis, resurrectionem illorum prædicit futuram, quia in fine sæculi, & suam quasi iam factam, dicendo, ego viuo. Manipulus Ioseph stat, cæteris in terra iacētibus. Gene. 37. Idē videre licet in virga Aaron, Num. 17. **In illa die vos cognoscetis, ꝙ ego sum in patre meo. & vos in me & ego in vobis.** Superius dixerat, non credis ꝙ ego in patre, &c. Nunc in illo die cognosceris, ꝙ ego sum in patre. Ergo quod nunc

A credimus & videmus per speculum fidei, tunc cognoscemus facie ad faciem. Et obserua quod dominus dicit, vos cognoscetis, apostolus autem dicit, videbimus facie ad faciem, 1. Cor. 13. Et Ioannes videbimus eū sicuti est, & tamen his duobus locis, videre pro cognoscere accipitur, quia videri deus oculis his omnino non potest, non magis quam auris potest videre, aut nares audire. In illa igitur die quæ nota est domino (Zach. 14.) Subiatis speculis, & velo sanctum sanctorum, & manu obiecta vultui Mosi, oculo ad oculum cognoscemus eum. Cognoscemus quomodo verbum erat apud deum & quomodo deus accepit hominem nescio quem, & quomodo deus homo, est in ecclesia sicut caput in corpore, sicut sol in orbe, sicut cor in homine, & quomodo nos sumus in illo sicut palmites in vite, sicut multa membra sub vno capite, quomodo influit corpori sensum, motum & vitam. Charitas est vita animæ, qua accepti sumus Deo, motus refertur ad opera erga proximum sensus autem quia multiplex est, illud ostendit quod charitas circa multa occupatur. Martha videlicet Lucæ. 10. Confert autem & caput corpori pulchritudinem. Qualis

1. Cor. 13. 1. Ioan. 3. Esai. 53. Ephe. 1.

B autem pulchritudo humanæ naturæ, cuius caput Christus Iesus est: Qui est benedictus in sæcula. **Qui habet mandata mea: Et seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum.** Hoc quod subiecit, seruat, post verbum, habet, ad differentiam Pharisæorum dictum videtur, qui habebant mandata Dei scripta in cartulis, de quibus dictum est Matth. 23. Dicamus illud. Ad litteram implebant illud Deut. cap. 6. Meditaberis in mandatis meis sedens in domo, hoc est per ocium, & ambulans, dormiens & consurgens, & ligabis quasi signū in manu tua & cætera, & narrabis ea filijs tuis. Hæc omnia ad vnguem seruabant, & quod magis mireris, habebant omnia hæc in corde suo, cæterum cor eorum longe ab erat ab obseruantia mandatorum Dei. Esai. 29. Qui ergo habet mandata Dei, & seruat ea, hoc est qui iuxta legis præceptum gluttiens semen verbi cęlestis, ruminat, memoria tenens, vt opere exhibeat, hic est qui diligit me o-

Leui. 11.

C pere & veritate. Augustinus. Charitas tunc maxima est in hac vita, quando pro illa contemnitur pręsens vita. Sed minor si non habet quo crescat, cum de mortali excesserit vita ignis qui nunquam dicit sufficit. Prouerb. 30. Id quod Paulus alijs verbis dicit, charitas nunquā excidet. 1. Cor. 13. Gregorius. Aeterna quippe contemplatione hoc agitur, vt quo magis videtur deus, magis diligatur. Amor enim incitat intellectū ad vlteriorem cognitionem amatæ rei, amatę veritatis, & intellectus viam facit voluntati, licet aliquando ingrediatur amor, vbi cognitio stat pro foribus. Quod si videndo per speculum summam pulchritudinem, quę hic latet post cancellos & retia, laborando perdiem ęstu, & noctu adusti gelu, & facti velut vter in pruina (Psal. 118.) & recedente somno ab oculis nostris, diligimus tamen, & suspiramus, & aliquando quasi furtim & raptim (reuertebantur enim velut fulgura) aspiramus ad oscula Rachelis: quid erit, cū viderimus faciem eius, quam desiderat omnis terra? Et hoc est quod sequitur. Qui mandata mea seruat, diligens proximum sicut seipsum (Matth 22.) Ille est qui diligit me. Quo fructu? Diligetur a patre meo,

August. Prouer. 30. Gregorius

Gene. 31. Figura. 3. Reg. 10.

D magna merces, sed vide cętera: & ego diligam eum, & quod summa est beatitudinis, manifestabo ei me ipsum: non iam posteriora nescio quę, sed meipsum: id quod sum: ego qui sum: emphatico. Quod magis sonat tacite & clam indicare. Vnde dicta est emphasis: ꝙ tacitam habeat vim: idq; magis congruit cū affectu vel afflatu quo sedeus insinuat in animos suorum. Sed si deus omnia diligit, & nihil odit eorum quę fecit (Sapien. 11.) quid est diligam eum? Sed vide quid intulit: manifestabo ei meipsum. Omnia igitur diligit dominus, sed quia non ab omnibus diligitur; non omnibus manifestabitur: quia de multis dicetur: Esai. 26. Tollatur impius: ne videat gloriam Dei. Diligam inquit eum. Non ꝙ modo non diligat: sed fructus huius dilectionis manifestatio est summę veritatis; quando accipient cultores vineę singulos denarios, & audierunt: tolle quod tuum est: Matth. 20. & vade: requiesce in pace in id ipsum. **Dicit illi Iudas non ille Iscariotes. Domine quid factum est, ꝙ manifestaturus es te ipsum nobis & non mundo?** Principio sciendum ꝙ siue manifestatio hęc de qua pręlocuti sumus: intelligatur mo-

E do pręexposito: siue ꝙ post resurrectionem suam per dies. 40. frequenter facturus erat sui copiam discipulis suis in multis argumentis iuxta Lucam (Actu. 1.) siue ꝙ per spiritum veritatis semet insinuaturus erat mentibus eorum, Iudas cognomento Lebbæus, cum non intellexisset verba illa, mundus me iam non videt, manifestabo ei me ipsum, timore perterritus, suspicans dominum sicut appariturum amicis, quemadmodum in somnis visa quædam occurrunt aut phantasmata nocturna, quæ nonnunquam videntur in tenebris ad terrorem potius ꝙ ad solatium, domine inquit, quid rei accidit, ꝙ cum omnibus sis visibilis, tunc non sis appariturus mundo, sed nobis duntaxat? Solutio huius dubij duplex est, secundum ꝙ littera præcedens duplicem habet intellectum. Si manifestabo ei me ipsum, intelligatur de manifestatione in gloria, solutio est, ꝙ ideo apostolis & non mundo manifestabitur dominus Iesus, quia ipsi dilexerunt eum verbo & opere, & non mundus. Si autem prædicta manifestatio intelligatur, de eo quod post deuitam mortem

Theophy.

per dies

per dies. 40. conuersatus est cum suis, solutio est, quod corpus humanum post resurrectionem cum sit idem quod ante erit tamen in multis sui iuris, erit spirituale incorruptibile, immortale, clarum, agile & cælo pulchrius, [II. Cor. 15.] in cuius potestate erit videri iustis ab impijs & incredulis non videri. Hæc tamen potestas ab anima est, vel hominis est, non corporis. Textus autem sequens videtur cohærere cum prima expositione, nam cum secunda in nullo congruit, nisi dicamus, quod videns dominus suos non esse capaces huius mysterij, quomodo videlicet corpus seminetur animale & resurgat spirituale, &c. Non respondit ad quæsitum, sed ad id reflectit sermonem, quod magis expediebat illorum mentibus esse affixum. Vnde sequitur. **Respondit Iesus, & dixit eis. Siquis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.** Dixerat, si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, & cætera. [F] Nunc autem siquis diligit me, ad eum veniemus ego & pater, & mansionem faciemus. [Gene. 18.] Et isti sunt tres viri qui declinauerunt ad tabernaculum Abrahæ patriarchæ, quoniam tetenderat rete suum, vt venaretur vnum aliquem peregrinum, qui cum sit solus, est trinus. Habet ergo qui mandata Dei opere præstat, hospites patrem & filium & spiritum sanctum, & impossibile est vnum separari ab altero, quia pater & filius & spiritus sanctus tres sunt, & vnum sunt. Ad eum inquit veniemus. Quo fructu? Vociferatur Israel clamore grandi, quia venit deus in castra, inimici autem nostri quid interim? Ingemunt dicentes. [I. Reg. 4.] Væ vobis. Non erat heri tanta exultatio in Israel. [Canti. 5.] Et obseruandum, quod ad multorum fores pulsat deus, oportune & importune, & quia cunctamur surgere, declinat alio, & væ eis cum recessero ab eis. Osee. 9. Quod væ? Abscondam faciem meam ab eo, & erit in deuorationem. Ille autem sero sapiens dicet, & verum dicet. [Deut. 31.] Vere quia non est deus mecum (notate verba) inuenerunt me mala hæc. Recessit omnis boni bonum a vobis, & apprehenderunt nos omnia mala. [Iudi. 6.] Vnde illud Gedeonis ad angelum. Obsecro mi domine, si dominus est vobiscum, cur ergo apprehenderunt nos omnia mala hæc? [G] Sed tu tene quod habes, vt nemo anteuertat coronam tuam, Apoc. 3. Si enim illi quibus cum beatissima trinitas est, impugnantur a Satana, qui nullum non mouet vel tentat mouere lapidem, quanto magis concutientur illi, a quibus recessit omne præsidium? Num. 14. Dicamus igitur & nos, mane nobiscum domine quoniam aduesperascit. **Qui nō diligit me, sermones meos nō seruat. Et sermo quē audistis nō est meus, sed eius qui misit me patris.** Consequens est, vt qui deum contemnit (quippe qui nec eum timet, nec homines veretur) & verba eius det pessum. Sed vide quod verba Christi, verba quidem erant, sed verba de verbo quod erat in principio deus apud deum. Hæc autem verba vitæ æternæ iuxta Petrum, Maria conseruabat in corde suo, [Luce. 2.] & beata Cecilia abscondita gestabat sub pectus suum, & non diebus non vel noctibus vacabat aterēdis illis in mortario cordis sui, [Psal. 118.] dicens interim cum propheta, quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel. **Hæc loquutus sum vobis apud vos manens. Paracletus autem quē mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis, ipse dixi vobis.** [H] Dixerat in superioribus, rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, nec dixerat dominus, ad quid dandus erat, nisi quantum ex quid nominis coniectare licet, interpretatur enim aduocatus, exhortator & consolator. Nunc autem euidenter explicat, ad quid vel maxime dandus erat, videlicet vt doceret apostolos multa, quæ dominus Iesus eos non docuit, quia capaces non erant solidioris doctrinæ, & suggereret multa alia quæ audierant ex ore domini. Erant igitur apostoli primum quidem rudes adhuc vt qui instante morte, de primatu contendebant, erant & obliuiosi. Spiritus sanctus igitur duo hæc efficiet, primum vt intelligatis omnia quæ audiuistis ex ore Christi, secundo. Ex obliuiosis reddet memoria tenacissimos, e tardis dociles, neque quicquam patietur vos ignorare, quod ad salutem pertinet, neque quicquam obliuisci. Quia ergo vt doceret venit, in linguis venit, quia cœlestis venit suggestor, [Actu. 2.] linguæ illæ igneæ erant. Vnde illud. Soror nostra paruula est: vbera non habet. [I] Paruula erat ecclesia, 120. [Eccle.] videlicet credentes. Vbera non habebat, idest scientiam vel doctrinam. Id nullus ibit inficias. [Canti. 8.] Apostoli enim fere omnes erant piscatores: Musas nunquam salutarant. Sequitur ex canticis, quid faciemus sorori nostræ in die qua alloquenda est? Quomodo alloquenda? Fides Christi in vna tantum gente erat ad vna lingua, erāt apostoli mittendi per orbem, vt prædicarent euangelium omni creaturæ. [Marci. 16.] Sed quomodo prædicabunt omni genti, qui vnam tantum linguam callebant? Quid faciemus sorori nostræ paruulæ & vbera non habenti, [Hiere. 1.] & dicenti cum propheta A. A. A. domine, ecce nescio loqui: quia paruula sum? Paracletus inquit spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, docebit vos omnia: quæ docturi estis: [Matth. 5.] ipse dabit vobis os & sapientiam: & mutabit vos in alios viros: vt vere sitis lux mundi per doctrinam: sitis & sal terræ per vitam: vt facientes quæ docetis: magni sitis in regno cælorum. **Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat: ego do vobis.** [K] [Collos. 1.] 23. q. 1. cap. Nisi bella. Pax quidem vera ipse dominus Iesus: qui per sanguinem crucis suæ pacificauit quæ in cælis sunt quæque in terris. [I. Reg. 17.] Sed ecclesia quamdiu in hoc seculo est, & audit virum oesteo quem stantem in theatro ac dicentem: date virum: qui descēdat mecū ad singulare certamen: [Num. 20.] pacem quomodo se putat habere? [Psal. 128.] Obstat & Edom ex altera parte dicens. Non transibis per me: alioqui armatus occurram tibi. [Luce. 22.] Si igitur ecclesia sepe impugnata est a iuuentute sua: & nūc in præsentiarū hostes instant a tergo: dicente domino: vendat vnusquis tunicam suam: & emat gladiū: quod est quod audit: pacem meam do vobis? [Pax.] Sed vide quod duplex est pax: pax Dei: & pax mūdi. De pace Dei dicit ecclesia: ego murus: & vbera mea sicut turris: ex quo facta sum coram illo quasi pacem reperiens. Quid est coram illo: & quasi pacem? Habet ecclesia pacem cū Deo, [Iacobi. 4.] iuxta illud: iustificati per fidem: pacem habeamus ad deū: sed quoniam quicunque voluerit amicus esse Dei: inimicus mūdi constituitur: recte ecclesia non pacem se reperisse dicit, sed quasi

pacem

pacem. Pax enim vera de qua dicitur, data est ab eo pax in omne per circumitum nationes, nullusque eis hostium resistere ausus est, sed cuncti in eorum ditionem redacti sunt, non hic sed in cælo datur. Nam esto nullus hostis exterior impugnet ecclesiam, num propterea caro non concupiscit aduersus spiritum? Gal 5. Num propterea peccatum non stat pro foribus pulsans, & molestum est adolescentiæ nostræ? Quæ adeo procliuis est in vicia, vt hoc quartum Salomon penitus ignoret. Num non propterea minus timendum est a falsis fratribus (2. Cor. 11.) quos dominus domesticos inimicos vocat? Reperit igitur ecclesia non quidem pacem, sed quasi, hoc est Inducias, quia hostis noster non quoties vult, manus nobiscum conserit, sed quoties permittitur. De hac igitur pace inchoata dicit dominus, pacem meam relinquo vobis, de pace plena dicit Simeon: Nunc dimittis seruum tuum in pace. Pax enim vera ex desiderio conditoris in choatur, ex manifesta autem visione perficitur. Plena enim tunc erit, cum mens nostra nec ignorantia cæcatur, nec carnis impugnatione concutitur. Si autem Paulus collaphizatur (2. Cor. 12.) & captiuus ducitur, nos qua fronte dicturi sumus, in pace sunt omnia? Itaque nisi quis discordauerit a Satana: pacem non habebit cũ Christo, quia nemo potest duobus dominis militare. Cæterum in cælo vna & tota virtus est amare quod videas, & summa fœlicitas habere quod amas. Ibi enim beata vita & vera pax in suo fonte bibitur, vnde aspergitur aliquid huic humanæ vitæ, vt in tentationibus huius sæculi temperanter fortiter, iuste prudenter & pacifice viuamus. Quid est autem: Non quomodo mundus dat ego do vobis? Vide qualem pacem dedit Absalon patri suo, & Ioab amico suo. 2. Reg. 20. & Cain fratri suo, & Iudas Deo suo. Pauca dixi, vos ex his multa cogitate. Vide Hiere. cap. 38. & Michææ. 7. Non ergo quomodo mundus dat pacem suã, prædicans pacem, mordens dentibus (Mich. 3.) dat nobis deus noster pacem, sed veram syncerã quæ exuperat omnem mentem. Philip. 4. Vbi pastor cubat in meridie. Cant. 1. Non turbetur cor vestrum neque formidet. Audistis q ego dixi vobis: vado & venio ad vos. Vado & venturus sum ad vos, hoc est, discedo, mox rediturus. Si diligeretis me: gauderetis vtique: quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis, prius quam fiat, vt cum factum fuerit credatis. Quod dixit textus, neque formidet, Græce est, diliato, quod proprie est ob ignauiam refugere & detrectare periculum (tu ne cede malis, sed contra audentior ito) & iuxta prouerbium, trepidare ante tubam, sicut illi de Gedeon, qui reuersi sunt in propria. Iudi. cap. 7. Fortes autem fortuna iuuat, & fortibus veluti fauet, infensa iis, qui nihil audent experiri, sed veluti cochleæ perpetuo latent intra testas. Dictum est autem in præcedentibus, ex quibus causis poterant discipuli turbari. Quia licet ad modicum & velut punctum relinquendi essent a pastore, vere lupi illi nec gregi parcerent, nisi dominus conclusisset rictus eorum, dicens, sinite illos abire. Vide Dani. 6. Non igitur trepidetis ante q bellicum canatur, neq formidetis velut pueri, qui pupilla estis oculi mei: quocunq loci fuero, vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi, hoc est vado iuxta formam serui, & venio post tres dies, iuxta formam autem Dei vbique sum, & in cælo sedens, pedes habeo in terra, idest corpus cuius caput sum. Per id igitur dicitur abire, per quod dicitur venisse in propria, Ioan. 1. Si diligeretis me, gauderitis, quia vado ad patrem, vado autẽ per id, per quod pater maior me est. Quare autem ad gratulandum est domino eunti ad patrem? Augustinus. Quia naturæ nostræ gaudendum est, eo q sic assumpta est a verbo vnigenito, vt immortalis constitueretur in cælo, atq ita fieret terra sublimis, vt incorruptibilis puluis sederet ad dexteram patris, accepta potestate in cælo & in terra. Sed tamen qui impensius diligebant Christum, propter quem mundo dixerant vale, non poterant non turbari, non poterant non formidare, quia dum caput ægrotat, cætera membra si sana sunt, necesse est vt condoleant. Et nunc dixi vobis prius q fiat, vt cum facta fuerit, credatis. Quid est hoc? Si credendum est, ante q fiat credendum est, hæc est enim laus fidei, si quod creditur, non videtur. Et nescio inquit Augustinus, verum credere dicendus sit quisque quod videt. Sed tamen apostoli aliud visuri erant, ex q illis præmissis aliud credituri. Visuri erant dominum deuorari a ceto, & euomi tertia die, & post dies. 40. In curru igneo in paradisum Dei & in tertium cælum assumi. Hoc visuri erant: ex quibus præmissis hanc conclusionem illaturi erant, ipsum vere esse, qui constitutus erat a deo patre iudex viuorũ & mortuorum, qui potuit hoc facere, cum prædixisset, & prædicere ante q faceret. Creditur autem hoc nõ fide noua, sed aucta, aut certe cum mortuus esset defecta, cum resurrexisset, refecta, iuxta illud, ego rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua. Lucæ. 22. Iam non multa loquar vobiscũ. Mortalis videlicet, quia cito depositurus erat tabernaculum suum, in quo habitauerat cum hominibus. Deposuit autem illud, ingressurus & ipse cum patre suo viam vniuersæ carnis, suscitaturus illud rursus post triduum. Amos. 9. Cæterum rediuiuus: multa cum suis contulit de regno Dei. Et quare iam non multa vobiscum cõferre liceat, Sequitur. Venit enim ille princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Venit exactor operarum: venit per satellites suos, duce Iuda, vnus ex. 12. vt nomen meum auferat & extinguat & aboleat penitus de terra viuentium. Sed nihil ab eo periculi est, nam in me nihil habuit, habet vel habiturus est iuris. Venit Laban & scrutatus est per ocium tabernaculum Iacob. Vide historiã Gene. ca. 31. Sed non habet quicquam sui iuris in me, omnia ille licet promitteret. De his autem idolis quæ Laban velut sua requirebat in tabernaculo nostri Iacob, vide late Ezech. cap. 8. Erat ibi idolum Zeli, idolum Adonidis. In Luco erat idolum priapi, cui præerat mater regis, id quod superat omnem fidem. 3. Reg. cap. 15. Mirabile est autem vt Satan eius tabernaculum scrutaretur, qui plenus erat gratia & veritate. Ioan. 1. Nostra enim quando scrutatus fuerit, vere non abibit vacuus. 23. p. in abili. c. conuenior. Item de pœni. distin. 2. Si enim Est autem vox hæc multæ libertatis, in me non habet quicquam, ita vt Iacob tumens, diceret ad Laban. Quam ob culpam meam & ob quod peccatum meum sic exarsisti post me, & scrutatus es omnem supellectilem meam? Quam? Qui nec illud habuit quod vulpes. Matth. 8. Quis ex diuitibus huius sæculi vt de

[Marginal notes: Iosue. 21. Gene. 4. Prouer. 30. Matth. 10. Gregorius Luce. 2. — A — Rom. 7. Matth. 6. August. 2. Reg. 18. — B — Esai. 49. Ioan. 18. — C — Zach. 2. Matth. 28. August. Matth. 28. August. — D — 2. Reg. 2. Actu. 10. Psal. 77. 3. Reg. 2. — E — Hiere. 11. Gene. 31. Matth. 4.]

Figura. August. Psal.68. Gregorius. Rom.6. Theoph. Abbas. Nicolaus. Faber.

vt de cæteris taceam vicijs quibus vndique scatet genus humanum, hanc vocem præsumere potest, quid inuenisti apud me, quod iure sit Cæsaris? Nam & si falsa ac delusa est diligentia Laban requirentis idola sua, Satanas certe non fallitur. Cæterum idola non inueniuntur in tabernaculo eius qui peccatum nõ fecit, sed in domo eorum qui muliebria patiuntur. In me autem non habet quicquam. Glosa. Etiam si leuissima peccata mortis supplicio persequatur princeps mundi huius, in me tamen non habet quicquam. Et quia mortem intulit immerito & innocenti, ius amisit super eos quos iuste in morte detinebat. Augustinus super Psal.142. Sic legit hunc textum. Venit enim princeps mundi huius, veniet præpositus mortis, operis mali persuasor, supplicij exactor, veniet, & in me nihil inueniet. Quid est, in me nihil inueniet? Nullã culpam, nihil quare mori debeam. Nihilominus tamen quæ non rapui exoluam, sum enim aries ille (Gene.22.) qui pro Isaac immolatus est. Ad hæc Gregorius. Cogitandum cum magno fletu quã rabidus & terribilis sua in nos opera requirens in die nostri exitus princeps amarorum huius sæculi veniet, si etiam ad deum iuxta quod homo erat morientem, venit, & in illo aliquid quæsiuit, vbi nihil inuenit. Sed vt cognoscat mundus, quod diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater sic facio, surgite eamus hinc. Morior inquit, non quod morte aliquid fecerim dignum, stipendia enim peccati mors est: ego autem peccatum non feci, peccare non potui, sed vt facerem voluntatem patris mei, vt cognoscat mundus quod vere diligo patrem, vt peccatores per innocentis mortem liberentur, qui habent quare moriantur. Tanquam igitur ei diceretur, cur moreris, si non habes peccatum: cui debetur velut stipendium mors? Subiecit, vt cognoscat mundus quod diligo patrem, surgite eamus hinc. Theophyl. Ita dicit. Intelligens eos formidine territos, fingit se illos in locum occultum abducturum, in quo non sunt capiendi, & exurgit sane a loco in quo erat, vt perturbationibus animarum eorum sedatis, traderet eis dogmata magis mystica. Abducit autem in hortum, de quo infra Ioan. cap.18. Hanc positionem tenet & Abbas de cisterciodertnus, dicens. Ab hoc loco vsque ad principium cap.18. Ioannis. Hæc tria capita loquutum fuisse dominum suis in villa quæ dicitur Gethsemani vel in monte oliuarum. Ne inquit in angusto intra parietes cœnaculi huius nos comprehendant, vobisque non sit libera fugiendi facultas, nolo enim quemquam ex vobis perire, surgite eamus, ne vel hic cuiue diuersorio vsi sumus vllam propter nos molestiam incurrat. Nicolaus dicit abductos eos ad locum secretiorẽ & quietiorem, sed quis fuerit ille locus, non indicat. Quod autem soluit positionem Hilarij (quæ eadem est cum ea quæ est Theophylacti & Abbatis) dicens obstare id quod Ioannes dicit, hæc cum dixisset Iesus egressus est, & cetera. Potest dici, quod conduxerit eos in montem oliuarum vel alium citra torrentem, sermone explicito transgressus est torrentẽ cedron, vbi erat hortus. Faber via media incedit dicens, quod caput Ioannis. 15. sextum decimum & 17. Dominus inter eundem a cœnaculo ad torrentem compleuit. Hæc ille, quod mihi satis verisimile videtur.

Caput. xi. Ego sum vitis vera vos palmites, pater meus agricola. Si quis in me non manserit. Sine me nihil potestis facere. Si manseritis in me & verba mea in vobis, quicquid petatis, accipietis.

Ioan.15. Sapien.9. Psal.17. 1.Cor.1.

EGo sum vitis vera, & pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollit eum, & omnem qui fert fructũ purgabit eũ, vt plus fructus afferat. Iam vos mundi estis, propter sermonem quem loquutus sum vobis. de conse. dist. 4. cap. aliud. Manete in me & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in vite sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis. Caietanus. Mirum videtur quod Ioannes nulla vtitur coniunctionis copula ad præcedentia cum dixit Christum recedere ex cœnaculo. Suspicor ergo surgentibus apostolis, factam inter ipsos contentionem, quis eorum percusso pastore futurus esset maior: quam contentionem ex luca relatam, quia Ioãnes omittebat & aduersus illam fructus vnitatis sæpe in consequentibus commendatur, ideo absque continuationis nota subiunxit. Ego sum vitis, interruptionem insinuans per hoc. Iuxta quod dicit sapientia Dei, si propter corpus corruptibile quod aggrauat animã & deprimit sensum, difficile cogitamus quæ in terra sunt, & quę ob oculos inuenimus cum labore, quæ cælestia sunt quis inuestigabit, nisi tu dederis sapiẽtiam, & miseris spiritum sanctum tuũ de altissimis? Reuera ad ea quæ sunt cælestia omnes talpæ sumus, aut ad multum oculos noctuarum habemus, dicente illo qui super senes intellexit, cui deus incerta & occulta sapientię suę reuelaret (Psal.50.) deus meus illumina lucernam meam & tenebras meas. Hęc igitur est ratio, quod sapientia Dei in nostra veniens, sermonem suum ita attemperauit, vt caperetur a nobis (quod enim stultum est Dei sapientius est est hominibus) vtens pro subiecta materia & auditorum capacitate multis & apertis similitudinibus, sicut dictum est Matth.13. Sine parabola non loquebatur eis. Dixerat in pręcedentibus multa de charitate, de imitatione sui, de imminenti pręssura, vt se pręstarent idonea hospitia patri & filio & spiritui sancto, nec tamen viribus suis fiderent, cum sine ipso per inde essent quasi corpus, anima absente, quę quo magis intelligerent, subiecta notissima ac familiari similitudine vitis & palmitum, aperit, dicens. Ego sum vitis vera. Quid est, vera? Nunquid addens vera, hoc ad eandem vitem retulit, vnde ista similitudo translata est? Minime. Nam si Christus est vitis vera, Christus non est Christus. Non est lapis angularis, non est ostium, non Leo de tribu Iuda. Si vitis est, nõ est botrus ille allatus de terra promissionis. Num.13. Quicquid horũ fuerit, aliud esse non poterit, sed ideo est omnia per similitudinem, quia nullũ illorum est per proprietatẽ.

Dicens

Dicēs ergo, ego sum vitis vera, ab illa se discernit cui dicit: ego te plantaui vineā electa, omne semē verū. Quomō conuersa es mihi in prauū.?o. In amaritudinē vitis alienę? Itaq; mediator Dei & hominū Christus Iesus ideo vitē verā se dicit, quia verā humanitatē accepit, & vere habitu inuetus est homo. Qui cū deus esset, cuius naturæ nō sumus, ideo factus est homo, vt in illo esset humana natura, cuius & nos palmites esse possemus. Magnū est autē tantæ vitis nos esse palmites, si tamen tanto capiti mēbra apte respōdeant. Sed tamē vide quid sequatur. Pater meus agricola est. Et quod est huius boni ac sapientissimi agricolæ officium. Omnem palmitē in me non ferentē fructum, tollit, ne terrā inutilior occupet, & in ignem mittit. Omnem autē qui fert fructum purgat. i. putat laboribus, vigilijs, Satanæ stimulo, periculis latronum, & falso fratrū, ablatione substantiæ, morte filiorū, & flagello vlceris pessimi, vt fructum plus afferat. Vocatus & populus Dei vitis sed frondosa, iuxta prophetam. Vitis inquit frōdosa Israel, fructus ei adæquatus est. Hieronymus. Aquila, enydron dixit, quā nos aquosam possumus appellare, eo q vini perdat saporem. Symachus, hylomenusan, quæ tota in frondibus creuerit. Vites enim quæ putatæ a vinitore non fuerint, in flagella frondesq; luxuriant, & humorem quem debuerant in vuas mutare, vana frondium ambitione disperdunt. Istiusmodi vitis damnosa est agricolis. Talis fuit Israel crescens in multitudine populorum, & non reddens fructus vinitori Deo. Dicamus & aliter. Vitis frondosa, siue iuxta.?o. euclematusa. i. bonas habens propagines & flagella fructifera, multos botros attulit, & vuarum fœcunditate ramosum magnitudinem coæquauit. Sed quæ talis prius erat, cōuersa in amaritudinem, abundantiam fructuū conuertit in offensæ multitudinem, vt quanto plures haberet populos, tanto plura ædificaret altaria, & abundantiā terræ numero vinceret idolorum. Quid igitur faciet vinitor huiusmodi vitibus aquosis frondosis & amarissimi fructus? Tollet falce mortis, &c. De quo diximus ibi, diruam maceriā eius. s. Matth. ca, 21. Cum autē audis, non ferentē fructum, obseruato & illud, sine me nihil potestis facere, vt frustra Pelagius extollat liberū arbitriū, dicens: vt quod per liberum arbitrium homines facere iubētur, facilius possint implere per gratiam, cum sine me inquit fructū ferre nō possitis. Nec enim dixit, sine me potestis quidem, sed difficile potestis, sed sine me nihil potestis, sed omnis nostra sufficientia ex Deo est. Et tamen omnem qui fert fructū, purgat agricola. Purgata est autem & ipsa vitis (qui peccatū non fecit) a vinitore, falce passionis, sicut scriptū est, si in viridi vite hæc faciunt, in aridis sarmentis quid fiet? Quid factū est in viridi ligno? Vidimus enim talos a vertice vsq; ad imos, & non erat in eo locus sine vulnere. Sed audi vocem vitis in trenis. O vos omnes qui transitis per viam, attēdite & videte, si est dolor, sicut dolor meus. Vnde? Quoniā vindemiauit me sicut loquutus est dominus. De vindemia enim vitis huius, facta sunt vestimenta sua velut calcantiū torcular. De vindemia vitis huius exiuit sanguis & aqua, hoc est vinum firmū & lotea, quæ duo vocantur apud Esaiā vinum & lac, cibus fortium, & cibus paruulorū. Vnde illud, Sapientiam loquimur inter perfectos. 1. Cor. 2. Sequitur de aqua vel lacte, tanq; paruulis in Christo lac vobis potū dedi. Habes de vite vera quomodo putata est, vt fructū afferret vitæ, aquā videlicet & sanguinem. In aridis igitur vitibus & sarmentis quid fiet? De natura autē vitis ita dicit Plinius, lib. 14 cap. 1. Nulla est ligno vlli æternior natura. Iouis simulacrū in vrbe populonia ex vna conspicimus vite, tot æuis incorruptam. Metaponti templū innouis vitigineis colūnis stetit. Etiam nunc scalis tectū Ephesinę Dianæ scanditur vite vna Cypria vt fertur. Inuenta est & vitis Romę duodenis vini amphoris fœcūda, vobis vbiq; exuperant. In agro campano populis nubunt, maritasq; cōplexæ, atq; per ramos earū procacibus brachijs geniculato cursu scandentes, cacumina æquant. Nullo fine crescunt. Villas & domos ambiri singularum palmitibus, memoria quoq; dignū. Sed hæ vites tonsura anua coercentur, sicq; vis earum omnis euocatur in palmites, vnde pullulant botri. Sunt igitur vites æternæ, incorruptibilitate, mirabiles celsitudine vbertimæ fœcunditate, multigenæ in fructus diuersitate. Vuarū enim genera quis explicet? Hæc ille. Omnē igitur palmitem etiā si fructum ferat. Centesimū, purgat vinitor, ne in folia luxuriet, & vt fructū plus afferat. Quis enim est in hac vita sic mundus, vt non sit magis magisq; mundandus? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, quanto magis homo abominabilis & inutilis qui bibit quasi aquā iniquitatem. Vnde Paulus, ego inquit non arbitror me comprehēdisse. Forsitan nondū conscendi dimidiū graduum scalæ Iacob. Gene. 28. Hoc de Paulo dictum sit: Nos enim vix ex centū gradibus decē ascendimus, vtinam non adhuc repetemus in terra, qui mente cū Alexandro cælū tenemus, & volumus iam sedere in lateribus Aquilonis, Esai. 14. Iam vos mundi estis, &c. Sermo iste est de dilectione Christi, & de dilectione fraterna. Sermo iste doctrina est Christi, cui fidem adhibētes apostoli, viti veræ inserti sunt, cū ipsi alias essent oleastri aut labruscæ. Vnde illud, fide purificans corda eorū, Actu. 15. Mundi igitur erant apostoli, dicente domino, vos mundi estis, sed non omnes, & rursus, qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, &c. Quod autem Augustinus exponit hunc locum de sacramento baptismatis, dicens, detrahe verbum, & quid est aqua nisi aqua, verum est, q detracto verbo, ego te baptizo in nomine patris & filij & spiritus. s. Nihil est aqua, nihil confert aqua, tamen cum bona venia tanti doctoris, hinc nullam video fieri memoriam de sacramento baptismatis. Alias sicut detracto verbo, aqua non est aliud q aqua: ita si non adsit fides in suscipiente, vel offerente diluendum, & intentio cum fide, vel saltem intentio in baptizante, aqua quid est nisi aqua? Manete igitur in me per dilectionem, & ego in vobis per capitis cum membris connexionem. Nicolaus hoc quod dictum est, Iam vos mundi estis propter sermonem, & cætera. De doctrina Christi intelligit, sicut expositum est. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, & cętera. Qui relicta vite & domo paterna, recessit, consilij inops, tantum abfuit vt fructum afferret, vt magis breui, omne patrimonium dilapidauerit. Vos igitur fructum ferre qui poteritis, si recedatis a vite vera, in qua omnes mouemur & sumus? Actu. 17. recedentes autem a vite in terra scribentur, quoniam dereliquerunt

BBB venam

Section letters in the left margin: A (at "rat. Vocatus & populus Dei"), B (at "lagius extollat"), C (at "pientiam loquimur"), D (at "tur palmitem"), E (at "aqua, verum est").

Marginal references: Hiere. 2. — Lucæ. 13. — 2. Cor. 11. — Hierony. — Osee. 10. — Esai. 5. — Pelagius — 2. Cor. 5. — Lucæ. 23. — Treno. 1. — Esai. 63. — Esai. 55. — 1. Cor. 3. — Plinius. — Matth. 13. — Iob. 15. — Ioan. 13. — Nicolaus. — Lucæ. 15. — Hiere. 17.

uerem aquarum uiuentium. Ego sum vitis, & vos palmites. Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Eadem est sententia cum superiore, alijs verbis repetita. Et licet omnis qui manet in Christo & in quo Christus manet, fructum afferat multum, non tamen omnes vna & eadem mensura, quia alij 30. alij 60. alij centesimũ ferunt fructum, quia alij portant pondus totius diei, alij vix vna hora desudant in cultu huius vitis vel vineæ. Paulus enim abundantius omnibus laborauit, 1. Cor. 15. Cæterũ inquit idem Paulus. Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Hoc est quod dominus dicit, sine me nihil potestis facere, quia velle adiacet, & surgere nunquam, nisi gratia Dei comite. Gregorius super Ezech. ca. 2. Sta super pedes tuos, & loquar tecũ. Sequitur, Et ingressus est in me spiritus, & statuit me supra pedes meos. Ecce diuina vox prophetæ iacenti præcipit vt surgat, sed surgere omnino nõ potest, nisi in hunc omnipotẽtis spiritus prius intraret. Quia ex Dei gratia ad bona opera conari quidem possumus, sed implere non possumus, nisi ipse adiuuet qui iussit. Hoc est ergo quod dicit Paulus, Non ego sed gratia Dei mecum, ac si dicat. In bono opere laboraui: non ego sed ego: non tamẽ absq; Theseo, In hoc enim q; solo dono Dei præuentus sum: non ego. In eo autẽ q; donum Dei voluntate sum subsequutus, & ego. Simile est illud iuxta mysteriũ, Iacet Helias sub iuniperο, & nisi excitetur ab angelo, omnino moriendum est sibi. Sequitur. Comede & bibe, quia grandis tibi restat via. Nisi igitur Helias excitetur, a gratia Dei quæ nos præuenit, & pascatur, a gratia Dei quæ comes nostra est, viã aggredi omnino non possumus. Hac autẽ comite, ambulamus inquit in fortitudine cibi illius vsq; ad montem Dei. Vnde illud ex prouerbio, cum Minerua quoq; &c. Sunt autẽ & quidam adeo insipientes vt in pulicis morsu deũ quoq; inuocent. Quidã offensus dolore pulicis pedẽ mordentis, subsedit, & Herculem alexicacon implorauit. Mox desiliente pulice, male præcatus est Herculi, qui cũ in tantillo periculo vocatus, nõ tulisset opem, non videri verisimile, eum in grauioribus affuturũ. Siquis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligunt eum, synagusin & in ignem mittunt, ballusi, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunq; volueritis petetis, & fiet vobis. Vnũ igitur ex duobus palmiti congruit vel vitis, vel ignis. Origenes super Ezech. 15 cap. Fili hominis quid fiet de ligno vitis? Lignum vitis vt in fructu est honorabilius lignis omnibus, maxime his qui in saltu fructificant, sic ad cætera in vtilius (vide supra hoc eodem capite plurium) omnibus lignis est. De alijs lignis vasa fiunt ad vsum hominũ vtilia, de palmitibus autẽ nec paxillus vtilis est. Dicit ergo sermo Dei, q; vt palmes vitis honorabilior sit cæteris lignis, si fructũ afferat, sic ab omnibus inferior iudicatur, si id non habeat vnde præcellit. In domo autem Dei non solũ sunt vasa aurea sed & lignea. Ista autem lignea non vitiginea sunt, sed de alijs lignis. Quantum ergo malum est, vt ligna quodam vtilia inueniantur in magna patrisfamiliaс domo, & palmes vitis meæ inutilis sit, & in ignem projiciatur. Mittetur igitur foras in tenebras exteriores, & ardebit in igne quem sibi succendit. Si enim non præciditur, impedimento est viti, ne pro arido exuctoq; palmite fructuum feraces producat palmites. Natura certe ad mentem nos optimam genuit inquit Quintilianus, adeoq; discere meliora volentibus promptum est, vt vere intuenti mirum sit illud magis, malos esse tam multos. Nimirũ & idem miratur deus, quomodo conuersi sumus in amaritudinem, & facti sumus alieni a vera vite, quæ nos portabat, & plantauerat in paradiso suo, & tam degenerauimus in labruscas. Si igitur manseritis in me per fidem, & verba mea in vobis, opere ea exequẽntes, vitam videlicet & succum attrahentes a radice, quodcunq; volueritis, petetis & fiet vobis. Qui enim huiusmodi est, quid potest velle, nisi quod vult dominus Iesus? iste itaq; nihil aliud postulabit, q; quod eductus est a spiritu sancto, vt dicat illud, fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Qui autem dicunt, nec faciunt, toti luxuriant in folijs sicut cicaion Ionæ, non computantur qui tales sunt in vite, quia vitam non hauriunt a radice. In hoc clarificatus est pater meus, vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea, sicut & ego patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc loquutus sum vobis, vt gaudiũ meũ in vobis sit, & maneat, & gaudiũ vestrũ impleatur. Nimirũ iuxta August. vsq; adeo deus auidus est nostræ salutis, vt dicit de en (an vere, an secus nõ refert) metis vbi nõ seminasti. Et hinc aggratulatio illa augmẽtũ euidẽs bonitatis Dei, euge serue bone intra in gaudiũ domini tui. Hinc sollicitudo illa patris familiæ exeũtis hora prima, 3. vndeca, vndecima vt cõduceret operarios. Matt. 20. Imo iuxta Hieremiã de nocte cõsurgẽs sæpe sæpius, mittebat ad idẽ seruos suos prophetas. Quid enim? Nũ bonorũ nostrorũ eget deus? An tenebræ mutabũt lumẽ soli? Sed sicut pp̃ter malos nomẽ Dei male audit inter gẽtes (2. Reg. 12.) ita ex bona iustorum vita glorificat pater noster qui est in cœlis. Clarificat etiã in morte iustorũ, sicut dictũ est de Petro. Ioã. 21. Quin & clarificat in morte impiorũ, iuxta illud Exo. 14. Indurabo cor Pharaonis, & psequet vos, & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & sciẽt Aegyptij q; ego sum dominus. Itẽ illud Leui. ca. 10. Arreptis Nadab & Abiu thuribulis, imposuerũt ignẽ & incẽsum desuper offerentes corã domino ignem alienum, egressusq; ignis a domino, deuorauit eos, & mortui sunt. Dixitq; Moses ad Aaron ex ore domini. Sanctificabor in his qui appropinquãt mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Sanctificatur igitur deus etiam in vindicta impiorum. Puniens enim peccatores, iustus videtur, flagellato enim pestilente, stultus sapientior erit. Isti autem sacerdotes iuxta Hebreos ebrij erant, quando obtulerunt ignem alienum, & quia malũ initium dederunt sacerdotio suo prima die oblationis, per quæ peccauerũt, & puniti sunt. Sepulti sunt vestiti sicut occiderãt, quia ignis vestimẽta sacra non attigit. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos, Non quia pater crucẽ subire me, ... dilexit. Non igitur ego vos, quia non diligam nunc relinquo, & olim inter lupos mittam. Si enim excepti sumus a flagellis Dei, & in labo-

sabus

nibus hominũ non sumus, neq; cum eis flagellamur, sed permittimur ducere in bonis dies nostros (Iob.21.) quid nobis cum hæreditate illa præclara, quam oculi non viderunt? Sicut igitur dilexi me pater, & tamen peccata multorum portare iussit super lignum crucis, itidem & ego dilexi vos, & tamen mundos licet, adhuc purgabo falce persequutionum, vt fructus vberiores afferatis. Manete in dilectione mea, offerte caudam ouis vel capræ Leui.22. qui enim perseuerauerit (nam vix duo ex milibus sexcentum qui ingressi sunt de Aegypto attigerunt terram promissam) vsque in finem, hic saluus erit. Matt.10. Nemo tamen scit vtrũ perseuerabit vsque in finem. Et sicut dicit A. Ales, potest alicui reuelari, q; prædestinatus est ad vitam, nec tamẽ propter hoc tollitur liberũ arbitriũ cæterũ alicui q; sit præscitus reuelari nõ potest, & tamen dictum est a veritate quæ mentiri nescit, væ homini illi per quem tradar: melius illi fuerat natum non esse. Matth.26. Nobis autem semper patet ianua ad vitam, per pœnitentiam, dicente domino, nolo mortem peccatoris. Ezech.18. Hæc loquutus sum vobis, vt gaudium meum, &c. Est autem gaudium Christi in nobis. Quia dignatur gaudere de nobis, locustis videlicet & inutilibus seruis, sicut & pater glorificatur in nobis, si illum vel alonge moribus præ nobis feramus. Vnde vox illa magni pastoris, congaudete mihi, de inuenta oue. Nunquid ouis illa centenaria adeo ingrata erit, vt licet non inuitata ad gaudium, non congaudeat & ipsa, non tantum q; quæsita est & inuenta, q̃ q; causa extitit gaudij tanto pastori? Est igitur gaudium eius in nobis, quia voluit gaudere de nobis inuentis, idest redemptis, & reuectis ad ouile humero suo. Et gaudium vestrum impleatur. Cum viderimus omnis boni bonum facie ad faciem. 1.Cor.13. Potest & hic esse sensus. Hæc quæ vobis præloquutus sum, licet non minus habere videantur aloes q̃ mellis, tamen ideo illa vobis subinde inculco, vt quemadmodum ego inter persequutiones & Pharisæorum insidias non quæsiui humana solatia, sed de hoc tantum gaudens, q; maneo in dilectione patris mei, ita & vos cum trademini a parentibus & amicis, non petatis solatium a præsenti sæculo nequam, sed gaudete, q; digni habiti estis pro nomine meo contumelijs affici, id enim gaudium aliquando replebitur & perficietur, iuxta illud: Tunc repletum est gaudio os nostrum. Psal.125.

[Margin: Psal.72. — 1.Pet.2. — Num.26. — A. Ales. — A — Luce.15. — B — Luce.19. — Actu.5.]

Caput.xij. Hoc est præceptum meum De laude dilectionis. Iam non dicam vos seruos. Rursus de dilectione dicit, hæc mando vobis, &c. Si mundus vos odit, me prius odiuit. Si de mũdo fuissetis. Si me persequuti sunt, & vos persequentur Si non venissem & loquutus non fuissem, excusationem de peccato suo haberent, &c.

HOc est præceptum meum vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis: si feceritis, quæ ego præcipio vobis. Christus tamen pro inimicis eam posuit. Quod textus noster dicit, q̃ vt animam suam, Græce est, hina tis ten psychen, idest, vt quis animam. Ly igitur, quam nec additur, nec est addendum. Et enim si addas, quam, significas vnam hac esse charitatem maiorem ea quam habuit Christus, si quis animam impendat amicis, qui sensus plane erroneus est. Annotandum autem quoties nobis deus qui charitas est commendat replicat & inculcat præceptum de proximi dilectione, & maxime in hac nocte qua tradendus erat in manus peccatorum, propter nimiam charitatem suam. Ephe.2. Vt enim compendio dicam dixerat: mandatum nouum de vobis Item in hoc cognoscent quod mei estis, Item, 3. Si diligitis me mandata mea seruate, & manete in dilectione mea: Et nunc e uestigio, quasi de hoc præcepto nihil ante meminerit, nihil statuerit, hoc est inquit præceptum meum. Quid est hoc, quãtum sapio. quantum suspicor? Pone charitatem esse in terra, quæ patiens est benigna est, quæ nõ emulatur, nihil agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate congaudet veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sustinet. Hæc bone lector si in terra esset, terra cælum esset, terra paradisus delitiarũ esset, hęc vna sufficeret (vnum est necessarium) cõuersatio nostra in cęlis esset (Philip.3.) cõuersatio nostra cũ Deo esset, quia deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet & deus in eo. 1.Ioã.4. Ideo hoc est preceptũ meũ. Gregor. Perspicuũ est ergo q; omnia mãdata Dei vnũ sunt, quia quicquid præcipitur, in sola charitate solidatur. Tene radicẽ, & tenes ramos. Pręcepta ergo dñi & multa sunt & vnũ: multa: qa Martha erga multa sollicita est, vnũ, quia in hoc vnũ, tendunt omnia, vt diligatis. Latũ mandatũ tuum nimis. Latũ, quia in omni gente vim suam obtinet, dicens, quęcunq; vultis vt faciant vobis homines, eadẽ facite. Omni tempore hoc latum mandatũ necessariũ fuit, quia est lex naturæ. Latũ, quia euacuata fide & spe, charitas permanebit in æternũ. Cũ autẽ dicit, sicut dilexi vos, nõ dicit intensionẽ actus, sed finẽ, vt adhoc diligamus inuicẽ ad quod dilecti sumus a deo. Dilectio autẽ naturalis qua omne animal diligit suũ simile, vnde vaccæ mugiunt pro vitulis, 1.Reg.6. Cũ sit cõmunis & fideli & infideli, & iumento, non est meritoria. Aliud est enim quod spõte impenditur naturæ, aliud quod pręceptis dñicis ex charitate debet obediẽtię. Adhęc Gregor. Mori etiã pro inimicis dñs venerat, & tamẽ positurũ se animã pro amicis dicebat: vt profecto hoc nobis ostẽderet, q; dũ diligẽdo, lucrũ de inimicis facere possumus, etiã ipsi amici sunt, qui persequunt. Plerũq; aũt reluctãtẽ animũ vincimus, si etiã pro inimicis oramus. Et vitã quidẽ inimicorũ petimus, & tamẽ ne exaudiamur timemus. Quod certe nõ crediderim de Dauid, qui & inimico semel & iterũ pepercit viuenti, & vita defunctũ pijs lachrymis prosecutus est. Sed quia internus iudex mentẽ potius q̃ verba considerat, pro inimico nihil postulat, qui pro eo ex charitate non orat. Aduocatus autem noster pręcẽ nobis in causa nostra cõposuit,

[Margin: C — D — 1.Cor.13. — Lucæ.10. — Gregorius — Charitas — Lucæ.10. — Matth.7. — 1.Cor.13. — E — Eccle.13. — Gregorius — 1.Reg.24.]

& ipse eiusdem causæ iudex est qui aduocatus. Aut ergo non faciendo, dicimus, dimitte nobis, & nos mei hoc dicendo, amplius ligamus. Aut forte hanc conditionem in oratione prætermisimus, & aduocatus noster præcem quam composuit non recognoscit, ac protinus dicit, nescio vos vnde sitis. Gestabat Cato anulum cum in scriptione, amicus vnius, inimicus nullius. Hãc nos inscriptionem inuertere iubemur, inimici vnius, de quo dicitur, odio habebis inimicum (Matth. 5.) amici omnium, vt diligatis inuicem. Plato. Quando audis in prouerbio simile simili amicum esse, id (vt mea fert opinio) intelligunt, eos esse vere amicos, qui secum non dissentiunt. Nam quomodo alteri amicus erit, qui sibi non est? Solus itaque bonus amicus est, malus autem nec sibi nec alteri. Hæc ille. Hæc sententia eadem est cum illa, qui sibi nequam, cui bonus? Eccle. 14. Maiorem inquit hac dilectionem nemo habet, vt vitam expendat pro amicis. Forsitan enim pro vno iusto & bono quis sustineat mori. Vnde charitas fortis vocatur vt mors, quia iuxta Augustinum in hac vita vsque ad mortem est mensura charitatis, sine qua sicut mors animam auellit a corpore & sensibus carnis, sic charitas a concupiscentijs carnis. Vnde illa vox perfecte diligentis, iam non viuo ego, viuit vero in me Iesus Christus, Gal. 2. Vos amici mei estis, si feceritis quæ principio vobis. Sylla cognomento fœlix maximis suarum fœlicitatum duas existimabat & Pij Metelli amicitiam & quod Athenas non euertisset, sed vrbi pepercisset. Cuius igitur fœlicitatis & quantæ beatitudinis est, eum habere amicum, qui potest quicquid vult, & nihil mali velle potest, qui seruos vernaculos amicorum nomine dignatus est. Plutarchus in de amicitia. Quemadmodum fluuij in multos deducti riuos, leniorem habent cursum, ita vehemens amor in multos dispersus, haud dubie marcescit Et certe est ratio, quod natura quibus animantibus vnicum tribuit fœtum (quare enim columba non dolet sublatis pullis?) eis amorem indiderit vehementiorem. Itaque vt Zeusis pictor quærentibus, cur tardius longoque tempore pingeret, respondit. Ego longo tempore haud dubie pingo, idest æternitati. Sic perpetuam amicitiam conflare non licet, nisi longæ vitæ consuetudine, exactoque iudicio, & exhausto salis modio. Hæc ille. Congruit hæc sententia cum illa; multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille. Sequitur. Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei temetipsum. Et enim amicus secundum tempus (quod nos experti sumus, non semel & quis non?) & non permanebit in die tribulationis, & est amicus, qui conuertetur ad inimicitiam, & est amicus qui odium & rixam & conuicia denudabit. Est autem amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Quæ omnia ad amussim congruunt his nostris aureis sæculis, experto credite. Tamen vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis, vt omnes diligatis ad vitam æternam. Tu tamen ne facile credas omnibus animam tuam, sed ex multis amicis consiliarius sit tibi vnus, sicut scriptum est, erat recumbens in sinu eius vnus ex his quos dominus Iesus in finẽ dilexerat. Vide illud Theognidis, vt polypus Petræ faciem mentitur in hærens, sic mentem variat sub dolus arte noua. Polypi autem subita. Commutatio non pertingit ad corporis interiora, sed cõtenta est sola superficie, accedentium duntaxat oculis imponens, quo facilius possit elabi. Atqui amicitia morte exposcit minime lubricos, sed firmos, & perpetuo sibi tenore constantes. Ideo rara auis est vera & perpetua amicitia: (Memẽto Dauid & Ionathæ,) & per amicos Petrus & Paulus, qui etiã in morte nõ sunt diuisi. Post hac, &c.

Dicam vos seruos, quia seruus nescit, quid faciat dominus suus. Vos autẽ dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui a patre meo, nota feci vobis. O rem mirabilem, si seruire non possumus, nisi præcepta domini fecerimus, quomodo præcepta faciendo, serui non erimus? Sed intellige, duas esse seruitutes, quæ faciunt duo genera seruientium. Seruus qui seruus est tantũ, in timore seruili seruit, cum dicitur: cædam te scorpionibus. Seruus qui & filius est, qui charitate seruit, quæ foras mittit timorem huic dicitur, iam non dicam vos seruos, quia & si seruiendo, serui estis, seruiendo ex charitate, filij estis & amici. Quia igitur dedit nobis potestatem filios Dei fieri, vt non serui sed filij simus, miro quodam & ineffabili sed tamen vero modo serui non serui esse possumus, serui videlicet timore casto. Eramus igitur filij Agar ancillæ & per consequẽs serui, sed iam liberi sumus propter sermonem quem loquutus est dominus per os liberæ, dicens, ejice ancillam, & cætera. Gene. 21. Vnde subiungit Paolus, non sumus inquiens ancillæ filij, sed liberæ, idest non synagogæ sed ecclesiæ, qua libertate Christus nos donauit dicens, quia omnia quæcunque audiui, & cætera. Seruus autem in quantum seruus multa quidem scit, quæ habent aliquid ponderis, secretum meum mihi, secretum meum mihi. Quodam enim aliquando ex iunioribus tribunis militum per cunctante Cecilium Metellum, quid acturus esset, si hanc inquit tuniculam mihi consciam esse putarem, ipsam exutus in ignem injicerem. Dicit autem Plutarc. Thebanos vituperãs, laudans Athenienses: Arbitror ne Thebanos destituturos fuisse, quo minus hostium litteræ, quæ in eorum manus venissent, resignatæ perlegerentur. Atqui Philippi tabellarijs captis, qui litteras ad Olympiadem datas ferrent, Athenienses non resignarunt, mariti peregrinantis arcanam vxoriam comitatem detegendam omnino minime arbitrati. Huius autem Olympiadis Alexander filius aliquando arcanam epistolam legens, cum hephestion fortis (vt fit) assidens ingenua simplicitate ad legeret, hoc animaduerso, ipsum quidem non inhibuit, admoto vero ori eius anulo, quasi obstricta amici fide, silenda obsignauit. Apostolis autem dicitur, quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate super tecta, omnium enim refert illa scire. Cæterum Lysimachus Philippidi comico poetæ amico & familiari suo cum dixisset, cuius te rerum mearum participem faciam, ille cuiuslibet respondit, præterquam secretarum. Tranquillus. Illa fuit vera & incomparabilis inuicti animi sublimitas in Iulio Cæsaris capitis apud Pharsaliam Pompei magni scrinijs epistolarum, ea optima concremauit fide, nulla earum perlecta. Vos igitur cum auricularios feceris a secretis, seruos quomodo dicam non video, cum seruus nesciat nisi illa tantum quæ quotidie iubetur, veni vade

Matth. 6.
Matth. 7.
Cato.
Plato.
Rom. 5.
Cant. 8.
August.
Sylla.
Plutarch⁹.
Zeusis.
Eccl. 6.
Ioan. 15.
3. Reg. 12.
1. Ioan. 4.
Ioan. 1.
Galla. 4.
Esai. 24.
Metellus.
Plutarch⁹.
Alexander
Matth. 10.
Lysimach.
Tranquil.

vade, fac hoc, caue illud. Denique vel illud facile vos amicos meos ostendit, quod ad mensam meam sedistis, & tantorum mysteriorum vos feci participes? Confer Mosen seruum fidelem qui ore ad os loquebatur cum angelo, quique legem accepit quam ferret populo, & videbis tanto præstare apostolos Mose, quanto cælum terra. Cum autem dicit, omnia nota feci vobis, hyberbole est, quia vt cætera taceam, nec dixit eis diem iudicij, nec tẽpus restitutionis regni Israel. Positum est autem tempus præteritum pro futuro, quia venturo spiritu, qui docuit eos omnem veritatem, quod & id ipsum hyperbole est. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, vt quodcunque petieritis patrem in nomine meo det vobis. Et quando nos elegit? Ante mundi constitutionem inquit Paulus (Ephe. 1.) nostri curam gerebat deus. Vnde illud. 3. Reg. 19. Reliqui mihi 7. milia qui non curuauerunt genua sua vt haurirent ore suo aquas sæculi huius, Iudi. 7. Imo isti tercentũ tantum erant, sed non refert, nouit dominus qui sint stellæ, qui vero arena. Sed num qui elegit nos, elegit vt staremus tota die ociosi in foro sæculi huius? Posui vos inquit, vt eatis, non vt stetis, & fructum afferatis cum Paulo. Alioqui væ vobis est si non euangelizaueritis, si non omnibus omnia facti fueritis, vt omnes lucri faciatis, si non quasi tuba exaltaueritis vocem vestram, Esai. 58. Si ad dominum eũ verbis excusationis veneritis dicentes, ecce mina tua reposita in sudario. Lucæ. 19. Si missi in prædicationem Niniuitarũ, vos alio diuertentes, steteratis cum Iona. Si cum sitis lux mundi, latere volueritis sub modio. Matt. 5. Fructus enim apostolorum fides est credentium, iuxta illud, occide & manduca. Sed nũ dominus apostolos propter vtilitatem suã ipsius elegit, vt dicat, posui vos vt fructũ afferatis? Qui non enim propter aliquid est amicus, non tam amicus est eius quẽ amare se simulat, quam eius rei quã diligit: amicus verus diu quæritur, vix inuenitur, difficile seruatur. Sed delicata est amicitia, quæ amicorum fœlicitates & diuitias sequitur, Istius modi homines non mihi videntur amicos sed se ipsos diligere. Vos autem dixi amicos, quia omnia, &c. Tamen deus nõ suam sed nostram vtilitatem desiderat, dicat licet, dominus his opus habet. Matt. 21. Posui igitur vos vt fructum afferatis. Nam sunt multi qui furorum more alienis parta laboribus vorãtes, nullum tamen dant saturitatis indicium, sed semper replicant illud, Affer affer. Prouerb. 30. De hoc vide Gene. 41. de septem vaccis & spicis totidem. Quod sequitur, vt quodcunque petieritis patrem, expositũ est. Poterant enim apostoli dicere. Iubes nos aggredi difficilia admodum, perpeti malorũ odia, oberrare totum orbem velut aduenas, non portare sacculum non peram, quid igitur stipendij quid salarij dabitur viris inermibus, qui occiderint Goliath illum? Qui nullum timet iuxta sententiã domini Iob, ca. 41. Quodcũque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Quid est facilius quam petere? Non enim dormit qui petẽdus est, aut est in itinere, aut alias occupatus, vt non audiat. Quid est autem quod ipse non possit largiri etiam abundantius quam petimus aut intelligimus? Quid est autẽ quod pater causa filij dare non velit? Dabit ergo vobis petita in nomine meo. Hæc mãdo vobis, vt diligatis inuicem. Quasi enim inquiret, quis sit iste fructus quem afferre debemus, ne tanquam virgines fatuæ excludamur a nuptijs (Matt. 25.) hæc inquit & summa & caput præceptorũ meorum, vt diligatis de corde puro & conscientia non ficta, charitas enim sola est quæ diuidit inter amicos Dei & filios perditionis. Est enim Tau illud positum in frõte gementium, & ipsa sola est quæ operit multitudinem peccatorum, dicente domino, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Luc. 7. cap. Sequitur. Si mũdus vos odit, scitote quod me prius quam vos odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos, propterea odit vos mundus. Non inquit vos conturbet illud, quod dum mecum habetis amicitias, & sancita fœdera inter vos, cum mundo inimicitias contraxistis, imo id ipsum consolari debet animos vestros, quod cum detrimento vitæ corporalis adipiscemini requiem æternam. Recusat enim esse in corpore; qui odium nõ vult sustinere cum capite. Studeat sub capite spinis coronato, delicata cohærere membra. Si de mundo fuissetis, & cætera. Reuera apostoli de mundo fuerant, de mundo erant, sed electione Christi translati sunt de morte ad vitam, sicut Abraam a Chaldæa in terram fluentem lacte & melle. Gene 12. Translati a synagoga ad ecclesiam quę est in prędestinatis, vocatis, iustificatis & magnificatis. Mundi autem nomine illi significantur de quibus dicitur, mundus eum non cognouit. Si igitur de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret, qui nouit suæ factionis homines, iuxta prouerbium, mutuo senes fricant siue muli seu asini. Nunc vero quia de mundo nõ estis, odit vos mundus, quia valde dissimilis est vita vestra, & pugnat cum moribus eorum, Vnde illud, Dæmonium habet, dictum est de Ioanne schola virtutum. Matth. 11. August. hunc mundum qui nos odit, & iubemur odire & iubemur diligere. Dicit enim Ioannes, Nolite diligere mundum, neque ea quæ in eo sunt. Qui enim mundum diligit, non est charitas patris in eo. Rursus iubemur mundum diligere, cum audimus, diligite inimicos vestros. Matt. 5. Ergo & prohibemur diligere in illo quod ipse diligit in seipso, & iubemur diligere in illo quod ipse odit in semetipso, Dei videlicet opificium, vt nos illum & diligamus & odiamus recte, diligentes naturam, vitium odientes, cum ipse se diligat, oderitque peruerse. Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis, non est seruus maior domino suo. Si me persequuti sunt, & vos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Adhortans igitur dux militiæ cælestis tyrones suos ad perferenda odia huius mundi & a parentibus, amicis & ab extraneis, nullum melius, nullum aptius exemplar exhibere potuit quam seipsum. Quod inquit me vidistis facere & videbitis, id ipsum facite, Ita & Petrus. 1. cap. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vel a longe vestigia eius. Exercete vos ad propropositum scopum, futurum sit enim vt si frequenter feceritis, non solum scopum ipsum aut auem, verum & ipsos oculos feriatis. Quod autem dicit; Non est seruus maior, expositum est Ioan.

Num. 12.
Matth. 24.
Actu. 1.
Matth. 20.
1. Cor. 9.
Ionæ. 1.
Actu. 10.
Hierony.
1. Reg. 17.
3. Reg. 18.
Ephe. 3.
1. Timo. 1.
Ezech. 9.
1. Per. 4.
1. Ioan. 3.
Prouerbiũ
Sap. 2.
August.
1. Ioan. 2.
Iudi. 9.
Prouerbiũ

Ioan,ca 15 Itaq; si mea me innocentia tueri nõ potuit ab odio amatorum sæculi huius, quæ reuera maior
e r cerca,nec meis beneficijs cicurari potuerũt,& a sua destinata malicia reuocari, vere quod in me ausi
Matth.23. sunt,& in vos audebunt,donec plene impleant mensuram patrum suorum, Si igitur capiti illuserunt, ve-
Lucæ 23. lauerunt vultum,conspuerunt,collaphos collo impegerunt,& vos ad similia rapient. Quia si in viridi li-
Marci.10. gno talia ausi sunt,deteriora molientur in seruos. quia multo inferior est seruus domino suo. Vnde illud,
Collos 1. calicem meum bibetis,& baptismo meo baptizabimini Marci, 10. Et Paulus supplet in corpore ea quæ
Lucæ.10. deerant passionum corpori Christi,quod est ecclesia. Si sermonem meum seruauerũt,& vestrum seruabũt,
Qui enim vos audit,& me spernit qui vos spernit. Verũq; enim cum eadem doceamus, vel vtrique pare
bunt vel neutris. Vnde illud. Nolunt audire te,quia nolunt audire me. Ezech,3. Sed qui audit,audiat,qui
incredulus est,incredulus sit,iuxta,70. Eodem capite. Qui ignorat,ignoret 1.Cor,14. Qui in sordibus,sor-
descat adhuc. Apoc,22 Et sanctus sanctificatur magis. Sed hæc omnia facient vobis propter no- F
men meum,confitendum a vobis,illis autẽ exosum,quia nesciunt eum qui misit me. Quæ om-
nia? Persequentur vos ad mortem vsq;,quosdam ex vobis occidentes, quosdam pellentes a Iudæa, idque
propter nomen meum. Me inquit in vobis odio habebunt & sermonem vestrũ,quia meus est,ideo nõ ser-
uabunt,sed dicent,tolle de terra huiusmodi nebulones,quos fas nõ est viuere. Actu.22, Hæc facient vobis,
in membris persequendo caput,sicut dictum est Saulo,qui credentes pertrahebat in carceres. Actu,9.Saule
Rom. 5. Saule quid me persequeris? Actu,9. Et quare in membris persequebantur caput,dominum Iesum Christũ?
Quia nesciunt eum qui misit me. Hæc ignorantia erit causa tot malorum. Sed hæc ignorantia nõ excusat
probatio, Si non venissem,&c. Vnde Paulus qui & Saulus magnus aper de silua,siquidem inquit ego ali
quando in similitudinem montis ethnæ,flammas vomebam contra ecclesiam,in mẽbris sæuiens,quia ca-
put lædere in cælo,vere ignorans feci in incredulitate,1. Tim,1. quia non agnoueram eum a quo missus
fuerat Christus Iesus in hunc mundum,vt peccatores saluos facerer, quorum primus ego sum, Quæ autẽ G
honestior causa pro qua certandum sit ad mortem vsq; q̃ propter nomẽ Christi? Pro bono enim & iusto
isto forsan quis audebit mortem subire. Quod si impij persequutur iustos non habita mentione Christi,
Lucæ.15. Tunc quãdo dicitur,hęc facient vobis propter nomen meũ,sensus est, Vos es sustinere propter nomẽ meũ
quia capillus de capite vestro non peribit,& merces vestra copiosa est in cælis, Matt.5 Nam q̃ multi iu-
sti occisi sint non habita mentione Christi,testis est Ioannes Baptista, tamen dominus Iesus Christus est
agnus qui passus est ab origine mundi. Apoc.13. Quod autẽ persequutores apostolorũ non nouerint eum
a quo missus est dominus Iesus Christus,dictũ est Matt 21 Ibi; Ecce hęres. Sed tamen audi id quod sequi-
tur. Si non venissem, & loquutus eis non fuissem, peccatum non haberent. Nunc au-
tem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, & patrem meum odit.
Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc au- H
tem & viderunt me & patrem meum. Sed vt impleatur sermo qui in lege eorum scri-
Lucæ.18. ptus est, odio habuerunt me gratis. Sed num Iudæi anteq̃ Christus veniret ad illos iusti erant si-
cut Pharisæus ille superbia super æthera notus? Quod si id datur, mentitus est ille, dicens, non sum sicut
Lucæ.2. cæteri. Tu autem obserua quod superioribus dictum est, dominum positum in ruinam,& in resurrectionẽ
multorum in Israel. Dicens ergo peccatũ non haberẽt, nõ de omni peccato intelligit, sed de magno quo-
dam peccato, quo tenentur cuncta peccata, quod vnicuiq; si nõ habeat pœnitents, dimittũtur omnia pec-
2.Cor,2. cata. Hoc autẽ peccatum est, q̃ non crediderunt in Christum, hoc peccatũ si nõ venisset, non vtiq; haberẽt.
Sed iam audisti Paulum dicente, alijs sumus odor vitæ ad vitam, alijs odor mortis, cum ipse Paulus bo-
2.Cor.13. nus odor esset. Si requiras;num illi ad quos non venit Christus, nec locutus est eis, excusationẽ habebũt
Luc.9.10. de peccato suo. Respõdemus, habere illos excusationẽ non de omni peccato suo, sed de hoc tantum pecca-
Quæstio. to, quo in Christum nõ crediderunt, quibus ipse non est loquutus. Sed non in eo sunt numero hi ad quos I
in discipulis & quibus per ora discipulorum est loquutus, quod & nunc facit, dicente Paulo, an experimẽ
Esai 53. tum vultis accipere eius qui loquitur in me? Ipse est Iesus Christus. Forte autem aliquis insipiens doctor
Iudæorum, de numero eorum qui ignorant proximũ suum, exurget in medio, & hanc quæstionem stulti-
ciæ plenam obijciet domino Si vt ais, non venisses & loquutus non esses, peccatum non haberemus, cur
Matth. 21. ergo veniebas & loquutus es, & tot miracula edidisti, quot nullus alius ante te? Dementiæ sunt verba ista
& insaniæ plena. Medicus e cælo vt mederetur venit, vt congregaret vos venit, de quibus Esaias, omnes
Ioan. 3. sicut oues errauimus, sicut ipse dixit, non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Matth. 15.
Quod si vos ex ouibus in carnes versi, more lymphaticorum insanientes in modicum, in pastorem & do-
August. ctorem, & de omnibus vobis tam optime meritum, eiectum extra vineã occidistis, vter vestrum peccatũ
fecit, ille qui opera fecit quæ nemo alius, an vos qui credere noluistis? Inuitati primum ad vitulum sagina-
tum, & secundo ad cœnam, & tercio ad nuptias. Luc.15.14. Matth cap.22. Vere ergo excusationem non K
habent de peccato infidelitatis, sed ira Dei manet super eos. Qui me odit & patrẽ meum odium. Sed quo-
modo odio habent, eum quẽ nesciunt? Quod autẽ patrem ignorent, sermo præteritus ostendit. Inuisa qui-
dem diligere possumus vel odire, incognita minime. Sicut autẽ fieri potest, vt homo bonus hominem bo-
num oderit nesciens (quia falsus rumor forte de illo sparsus est in populo, alia ve de causa) vel potius dili-
gat nesciens. Ipsum enim diligit cum diligit, quia id quod est ille, hoc iste diligit, oderit autem nesciens,
non ipsum, sed quod putat esse ipsum ita fieri potest, vt etiam homo iniustus oderit hominem iustum, &
dum existimat se sui similem iniustum diligere, nesciens diligat iustum: Et tamen dum eum credit iniu-
stum, diligit non ipsum sed quod putat esse ipsum. Quemadmodum autem hominem sic & deum. De-
nique si interrogentur Iudæi, vtrum diligant deum, quid se aliud quam diligere respondit? Sed quomo-
do dili-

do diligerent patrem veritatis, qui haberent odio veritatem? Nolunt enim sua opera improbari, & hoc habet veritas, vt talia nefanda eorum opera improbentur. Qui igitur veritatem, oderunt & eum de quo nata est. Quod autem dominus opera fecerit inter Iudæos propria virtute & omnipotentia, quæ nullus, ex his quæ dicta sunt toto hoc opere patet, pro quibus omnibus vtique gratiarum actionem, amorem non odium reponere debuerunt, si sanabiles essent, si mentem non perdidissent, si homines essent. Nūc autem visis tot tamque in signibus & admirandis virtutibus, cum opera improbare non possent, male loquuti sunt de operum patratore, dicentes: vere in Beelzebub eijcit dæmones. Lucæ. 11. Dæmonium habet & insanit. De his igitur viperis & scorpionibus & cancris retrogradis, qui male locuti sunt de Deo, scriptura præloquuta est, dicens. Odio habuerunt me gratis. Potest dessumptum esse hoc testimonium ex Psal. 34. Retribuebant mihi mala pro bonis, vel illud, gratis absconderunt mihi interitum laquei sui. Sicut A autem dicit Augustinus super Psal. 108. Super illud, posuerunt odium pro dilectione mea, sex sunt in isto genere differentiæ, quæ commemoratæ, animaduerti facile possunt. Reddere bona pro malis: Non reddere mala pro malis. Reddere bona pro bonis, reddere mala pro malis. Non reddere bona pro bonis: reddere mala pro bonis. Horum duo prima bonorum sunt, & eorum priorum, prius melius. Postrema duo malorum, & eorum posterius deterius. Duo media quodammodo mediocria, sed eorum prius propinquū bonis, posterius propinquum malis. Reddidit bonis pro malis dominus, quando orauit in cruce cum lachrymis, dicens, pater ignosce, & dominum æmulatus sanctus protomartyr Stephanus. Mala pro malis non esse reddenda, Paulus docit ad Rom. cap. 12. Et illud, si reddidi retribuentibus mihi mala. Psal. 7. Pergebat tamen aliquando Dauid (homo enim erat) vt redderet mala pro malis, sed occurrit ei mulier prudētissima & speciosa, & iram eius dulci alloquio confregit, offerens ei simul & munera quæ ille boni consuluit, namque cum homines tum & dij muneribus capiuntur. Duorum postremorum illud prius ad nouem B leprosos pertinet, qui cum mundati essent, gratias domino nō egerunt. Illud vero vltimum quo nihil iniquius, audierunt fratres ex ore Ioseph. Gene. 44. Vos reddidistis mihi mala pro bonis, vere an ficte id dixerit, non refert. Nam reuera cum ille pergeret visitare fratres, distractus est ab eis, Hismaelitis, &c. Gen. 37. Sed & Dauid audiuit probrosum verbum ex ore Ioab, diligis odientes te, & odio habes diligentes. Duo vero media dominus quidem non reprehendit, sed non vult in eis solo suos permanere, quia & Barbari reddunt bona pro bonis. Potestetius autem quod est reddere mala pro malis habent & mali vel mediocriter mali vel mediocriter boni, vsque adeo vt lex eis dederit vlciscendi modum talionem videlicet, quæ si dici potest, iniustorum iusticia est. Non quia iniquum est, vt recipiat quis iuxta quod fecit, alioqui id lex non concederet (quomodo concessit repudium!) Sed quia vindictæ libido viciosa est. Magisque ad iudicē pertinet inter malos hoc discernere, quam frugi hominem sibi expetere. Quapropter ex illa begninitatis summitate delapsi, vbi redduntur bona pro malis, ad quantam malignitatis profunditatem venerunt Iudæi, retribuendo mala pro bonis! Non ergo odio habuerit gratis dominum Iesum, quod esset, si eum odissent, a C quo nec bona nec mala acceperunt; nunc autem deterius operati sunt, ponentes odium pro tot beneficijs. Haeccine reddis domino Deo tuo populo stulte & insipiens! Deut. 32.

Ioan. 10. Psal. 77. August. Hebr. 5. Actu. 7. 1. Reg. 25. Luc. 17. 2. Reg. 19. August. Exo. 21.

Caput. xiiij. Cum venerit paracletus, ille testificabitur de me. Absque synagogis facient vos. Iterum de aduentu spiritus paracleti, qui arguet mundū de peccato de iusticia & de iuditio. Multa habeo quæ dicam, sed non potestis portare modo.

D CVm autem venerit paracletus quem ego mittam vobis a patre, spiritum veritatis qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me & vos testimonium perhibetis, perhibete, perhibetis, martyrizare, quia ab initio mecum estis. Ioan. 15. Quid hoc pertinet ad ea quæ præcesserunt, viderunt, & oderunt me & patrem meum! Illud videlicet, quod spiritus sanctus, quando venit super, 120. Congregatos, eos qui viderunt & oderunt testimonio euidentiore conuicit. Imo vero multos ex illis qui viderunt & oderunt adhuc persistebant in sua infidelitate, ad fidem cōuertit, de quorum numero erat Saulus qui datus est lachrymis & orationi protomartyris, Actu. 7. Vide in actis ca. 2. Ibi: compuncti enim dixerunt, quid faciemus fratres? Tanti enim sanguinis tam impie fusi, pœnitentes indulgentiam perceperunt, ipso redempti sanguine quē super se acceperunt. Christi enim sanguis sic in remissionem peccatorum fusus est, vt ipsum etiam peccatum posset delere, quo fusus est. Illi ergo viderunt & occiderunt, sed ra- E le de me spiritus sanctus testimonium perhibebit, vt eos faciat (volentes) in me credere qui non viderunt, multos etiam ex ijs, qui viderunt & oderunt. Sed & vos testimonium perhibete, perhibetis & perhibebitis eorum quę vidistis, & audistis ex ore meo. Perhibebitis autem tunc vel maxime, cum virtus vos diuina induerit. Vos enim ab initio mecum estis tanquam oculati testes omnium quę gessi, quæque docui in Iudea. Ponitur autem in his verbis explicite mysterium beatissimæ trinitatis, cum dicit, veniet paracletus, quem ego mittam vobis a patre. Cum autem dicit, qui a patre procedit, ecclesia subiecit, qui ex patre filioque procedit, & sicut ex patre & filio procedit, ita a patre & filio mittitur, imo & a seipso mittitur, dicat licet dominus Iesus, quē ego mittā vobis. Patrē quidem nunquam legimus missum, dictū est tamen in precedētibus, pater meus diliget eum, & ad eū veniemus. Ioan. 14. Missus est igitur spiritus. in signo visibili linguarum ignearū, & venti vehementis, & alias symbolum aduentus sui ostēdit columbā, sicut suo loco dictū

Ioan. 15. Actu. 2. August. Luc. 24.

est. Filius autē in carne vera visus est & cū hominibus cōuersatus. Baruch, 3. Iuxta mysteriū visus est & pater in specie viri, quādo Abrahā tres excipiens hospicio, ita eos alloquit: Domine (nō domini) si inueni gratiā in oculis tuis, (nō in oculis vestris) ne trāseas seruū tuū (nō, ne trāseatis seruū vestrū) ecce in his trib9 verbis vnitatē essentię. Sequit: Lauentur pedes vestri: nō, tui: requiescite sub arbore, nō, requiesce. Ponā bucellā panis (vni Deo vnica bucella) & cōfortetur cor vestrū, non cortuū, postea transibitis. Ecce pluralitatem personarum, & non plurium q̄ trium. Hæc loquutus sum vobis, vt non scandalizemini. 11. q. 3. cap. 1. Interdicent vos synagogis. Sed venit tēpus, vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium (malum ingens) præstare Deo. Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem neque me. Dixerat, idest prædixerat dominus apostolis multa de persecutionibus quę etiam in ianuis videbantur adesse, seipsum proponens in exemplar dicens, non est seruus maior domino suo, si me persequuti sunt qui sum caput, & vos persequētur qui membra estis corporis mei. Ne igitur ad tam ingens malorum mare ad tot & tantas tragœdias desponderent animos, homines rudes & inexperti spiritualium pugnarum, (quia vsum armorum non habebant) dicentes, vnde nobis paucis & rudibus & inermibus vires ad sustinendum tantū onus? non sumus Atlantes, aut Oges vel Collossi? Prædicit eis aduentum spiritus sancti, qui diffusus in cordibus eorum, omnem penitus abstergeret mœrorem & timorē, ita vt ex testaceis vasis adamantinos redderet, & ex timidis Lysandris Leonibus fortiores. Hęc igitur loquutus sum vobis vt non scandalizemini, quando interdixerunt vos synagogis tāquam impios & infames: Nempe probrosissimum genus infamiæ, si mentes & intentionem persequutorum intuearis. Vos autem id ne feratis moleste admodum, cum id ipsum Iacob multo ante tempore orauerit dicens. In consilio eorum non intret anima mea. Et Moses mori præeligat. Num. 11. q̄ synagogæ Iudæorum præesse. Ferunt Demosthenem adolescentes se ad eum tes monere solere, ne ad rempublicam se conferent, affirmans, si duæ essent viæ ab initio propositæ, vna quæ ad rempublicam, altera quæ ad interitum aperte ferrent, essentq; manifesta illa quæ gerentes rempublicam subire oportet, formidines, inuidias, odia calūnias, simultates contentiones, illam potius electuros fore homines, quæ ad interitum ferret, prætermitto q; manifestari nos oportet ante tribunal Christi. 2. Cor. 5. Et obserua q; dicendo dominus, interdicēs vos synagogis, ostendit q; Iudæi eundem dominum non erant recepturi, sicut scriptum est, sui non receperunt eum, Israel autem me non cognouit, & si cognouit, extra vineam eiectum, &c. Matth. 21. Nam quia non erat vllus alius populus Dei, q̄ Iudæi, si Christum agnitum recipere, tanquam rami naturales in oliua permansissent, nec aliæ essent synagogæ & aliæ ecclesiæ Christi, ædem quippe essent, essetq; templum Hierosalymitanum caput orbis, iuxta illud, vnica est columba mea extot reginis, concubinis & adolescentulis coalescens. Quod quia noluerunt, & domus illorum relicta est quasi tugurium in cucumerario, & ipsi remanentes extra Christum, reliquum erat, vt extra synagogas eijcerent eos qui sequebantur dominum Christum. Diximus alias & nunc illud repetimus q; Iudæi amentes lymphatici & debachantes vsque hodie perseuerant in blasphemijs (iuxta Hieronymum super Esaiæ cap. 5.) & ter per singulos dies in synagogis omnibus sub nomine Nazarenorum blasphemant nomen Christianum. Sed venit tempus vt omnis qui interficit vos, &c. Quid est venit tempus? Non putetis inquit ibi finem fore malorum, q; e synagogis expellendi estis, adhuc grauiora vos manent, quibus tamen dabit & deus optimus Maximus finem. Quæ illa? Veniendum est ad carceres, flagra, eculeos & exquisita tormentorum genera. Denique eo veniendum est malorum, vt quicunq; interfecerit vos, arbitretur se Deo immolare gratissimam ostiā, doxe latrian prosphein totheo. Videlicet aliquem Barraban vel aliquem Agag, vel Adonibezch. Vel vnum aliquem regem. Hac ita fiet, vt non solum dura patiamini, verum etiam quod malorum est maximum, patiamini vt impij & prophani (cum capite vestro & vos inter sceleratos computati) & pestes generis humani. Vide in Iob cap. 19. Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem neq; me. Quibus verbis consolatur suos, quod certe nec expellerent e synagogis, nec subijcerent gladio velut pecudes, si agnoscerent persequutores, cuius amicos filios & apostolos persequuntur. Sententia hæc: non nouerunt patrē neque me pugnat cum illa, ecce hæres, vide ibidem q; vere Iudæi non agnouerunt dominum Iesum Christum. Verum autem Iudæi habeant excusationem de peccato isto ignorantiæ, ipsi rogandi sunt, qui noluerunt nosse, cum haberent a quo doceri possent veritatem. Sed hæc loquutus sum vobis, vt cū venerit hora eorum, memineritis q; ego dixi vobis. Horam hanc pro illo tempore posuit in quo & pastor percutiendus erat, & ipsi occidendi tanquam oues. Ideo igitur toties & subinde mala ingruentia eorum memoriæ suggerit, vt intelligant eum tanquam deum omnia præscire, & nihil casu vel fortuna geri. Et iuxta Tullium hoc vnum habere bonum mala præsentia, q; diuturna non sunt. Iob labores vix fuerunt semestres, & tandem omnia ablata in duplo recepit, de filijs secus. Et reuera diligentibus vere anni multi, dies pauci sunt, sicut habes in Iacob. Reminiscamini q; ego dixi vobis, pro quo dura pati gloriosum est. Gene, 24. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram. Et nūc vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristicia impleuit cor vestrum. Quid est de quo dicit, hæc vobis ab initio non dixi? Nam si de persequutionibus intelligas quas passuri erant, hæc eis iam alias præounciata Matthæus refert cap. 10. Potest dici, q; non dixit eis, q; eijciendi essent extra synagogas, nec dixit illud, omnis qui interficit vos, existimabit cultum Deo offerre gratissimū. Nec dixit persequutiones imminere illis post eius abscessum, sed omnes persequutiones de quibus Matth. cap. 10. sonabant tempus præsentiæ eius. Vnde ibi dicitur. Non consummabitis ciuitates, &c. Potest autem aliter exponi. Hæc autem vobis ab initio non dixi, q; ea quæ dicit de spiritu sancto, q; venturus sit ad eos & testimonium perhibiturus quando

mala

Actu. 2. Luce. 3. Trinitas. Gene. 18. Ioan. 16. 1. Reg. 17. Deuter. 1. Prouerbiū Gene. 49. Demosth. Esai. 1. Rom. 11. Canti. 6. Esai. 1. Hierony. Esai. 53. Matth. 26. Tullius.

F G H I K

mala illa passuri sunt, ante non prædixerat. Consolator ergo ille (abeunte sponso) fuerat necessarius, ne velut pupilli remanerent apostoli, imo velut corpus sine anima, & ideo de illo non dixerit ab initio, quando cum illis erat, quia habebant secum gallinam illam euangelicam, sub cuius alis fouebantur. Abscessurus ergo iam iam, oportebat vt prædiceret de aduentu paracleti, qui vires subministraret apostolis, os & sapientiam. Vnde dicit Chrysost. Super illud. 2. Cor. 1. Sicut abundant Christi passiones in nobis, quod Paulus & apostoli plura perpessi sunt quam Christus. Nec quisquam inquit hunc sermonem condemnet temeritatis & audaciæ. Nam & Paulus dicit (id autem natura non fert) quotidie morior. Sicut enim plura miracula ediderunt vel maiora (maiora enim his faciet) & plures ad fidem beatissimæ trinitatis conuerterunt, ita & plura quam ipse perpessi sunt, id donante spiritu sancto, totum tamen cedebat in gloriam eius, qui in ipsis & per ipsos operabatur. Et nunc vado ad eum qui misit me. Iuxta Augustinum significat dominus

Chrysost. 1. Cor. 15. Ioan. 14. August.

A his verbis, sic se abscessurum, vt nullus interrogaret, quod palam fieri visu corporis cernerent. Nam superius rogauerant quo esset iturus, & ille respondit, quo ego vado vos non potestis venire. Nunc autem ita se promittit abiturum, vt nullus eorum interroget quo, ipsis enim cernentibus ferebatur in cælum. Dicamus iuxta moralem sensum, verum vnum. Sicut refert scriptura, quod primum Cain (Gene. 4.) egressus est a facie Dei, vt velut fugitiuus seruus habitaret in terra, vxore cognita, & suscepto filio, ædificauit ciuitatem, imponens ei nomen ex nomine filij, enos. Quo facto præfigurauit iuxta Augustinum, quod hi qui sunt ciues sæculi huius, non sunt e numero conciuium & domesticorum ciuitatis Dei, de qua tam gloriosa dicta sunt. At de patribus nostris quorum deus peculiariter deus (Exo. 3.) ita dicit Paulus. Fide Abraam vocatus, relicta patria & domo paterna, profectus est in eum locum, quem accepturus erat, nesciens tamen quo iret, sed demoratus est annis centum in terra promissionis tanquam aduena, in casulis habitando, &c. Et infra. Iuxta fidem defuncti sunt omnes sæculi huius hospites, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas salutantes, sicut Mosi dictum est, ascende in montem istum Abarim, & vide terram quam ego tradā filijs Israel possidendam, & morere ibi) & confitentes quod peregrini & hospites sunt super terra. Qui enim hoc dicunt, significant se patriam inquirere. Quam patriam? Vbi sunt bona illa quæ in cor hominis non ascenderunt, illam patriam de qua nunc dicitur, vado ad eum qui misit me. Nam si viri illi Beati qui domos habebant & substantiam multam Nimis, & multi ex illis reges fuerunt, peregrinos se esse fatentur, dicentes, quid mihi est in cælo, a te autem quid volui super terram? Quanto verius peregrinus fuit sæculi huius, is qui cum deus natura esset, sic ab omnibus expeditus, exultauit ad currendam viam, vt non magis affectu rerum sæculi teneretur, quam solis radij afficiuntur cum fimum attingunt quippe qui adeo pauper vixit, vt non haberet quod volucres. Noluit enim possidere quod perderet, quod perderet, quod Satanas veniens, posset auferre. Explicato igitur eo, ad quod missus fuerat ministerio, quæsiturus enim venerationem

Ioan. 13. Actu. 1. August. Psal. 86. Hebr. 11. Deuter. 32. 1. Cor. 2. Psal. 72. Psal. 18. Matth. 8.

C centenariam, & laturus legem nouam in corde credentium, & pro terrenis promissurus pœnitentibus bona cœlestia: vado inquit ad eum qui misit me. Repeto ciuitatem meam, cuius conditor sum. Nam ciues huius Labyrinthi, non habent quo vadant, nisi quod aliquando terra dehiscens, vorabit eos, & descendent in infernum viuentes. Ad hanc igitur ciuitatem cælestem cum via esset dumetis & sentibus obsita & squalens, venit rex ipsius ciuitatis inquit Augustinus, & fecit se viam, cum ipse sit terminus veritas & vita, fecit se viatorem cum esset comprehensor, fecit se patrimonium cum ipse sit pater. Vadit igitur vt paret suis mansiones in illa ciuitate quę in quadro posita est, pater, filius, spiritus sanctus. Et hi tres vnum sunt. Lex enim terrena tantum donabat, id quod euidenter præfiguratum est in Mose & in Iosue. Siquidem Moses duabus tantum tribubus & dimidię hęreditatem tradidit, idque vltra Iordanem, Iosue autem cęteris tribubus, Iordane transito. Iudęi quoniam terrena dilexerunt cum patre suo Cain, habebant enim multa pecora, extra terram illam hęreditatem sortiti, quę fluit lacte & melle, de qua dominus, ipsi possidebunt ter-

Hiere. 31. Num. 16. August. Ioan. 14. Apoc. 21. Num. 32. Figura. Exo. 3.

D ram, Matth. 5. Apostoli & eorum imitatores qui velut peregrini vixerunt, mūdo crucifixi, viuentes Christo, ipsi audiunt, vestrum est regnum cęlorum, ipsi accipiunt ius in terra promissionis, in terra viuentium, & hoc per manum Iosue, qui suis loquitur, vado ad eum qui misit me, expleto ministerio annorum trium & 30. Quod autem nemo ex vobis interrogat me quo vado, ratio est, quia nullus ignorat hanc legem a deo sancitam, post legitimam pugnam, sequuturam coronam, & post ocium locustarū, ducentium in canticis versuum, laborem perpetuum consequutum iri. Sed quia hęc loquutus sum vobis, tristicia impleuit cor vestrum. Quę sunt ista? Audierant: Synagogis interdicent vos, & eo malorum ventum erit, vt omnis qui interfecerit vnum aliquem ex vobis, videatur obtulisse Deo obsequium, latriam placentem Deo super vitulum nouellum. Audierant, vado ad eum qui misit me. Seiungi autem ab amicis quam durum sit vide Ruth. 1. Ibi: En reuersa est: &c. Merito ergo cor apostolorum impletur tristitia. Tristitia plenum habebāt cor, audito discessu amabilis super amorem mulierum, quę tristicia eos mutos reddebat ad interrogationē

Matth. 5. 2. Tim. 2. Psal. 68.

E eius rei, quam summe odiebant. Augustinus. Videbat dominus quid illa sua verba in eorum cordibus agerent, spiritualem quippe non dum interius habentes consolationem, quam per spiritum sanctum fuerant habituri, id quod exterius in Christo videbant, amittere metuebant, & quia se amissuros esse, illum vera denunciantem: dubitare non poterant, contristabatur humanus affectus: quia corporalis desolabatur aspectus. Nouerat autem ille quid eis potius expediret, quia visus interior ipse est vtique melior, quo eos consolaturus fuerat spiritus sanctus, non cernentium corporibus ingesturus corpus humanum, se ipsum credētium pectoribus infusurus. Plutarch. Quid mala nostra tam accurate perspicimus: bona vero quę nos manent penitus exciderunt: Nihilō illo chio negociatore meliores: qui cum vinum multum primęque bonitatis venderet, ipse sibi acidum in vappamque deprauatum conquirebat. Cuius seruus cum ab eo forte fugisset, sciscitareturque ab eo quispiam, qua causa dominum reliquisset, quia cū in manibus inquit bona es-

August. Plutarch.

fent, mala tamen conquirebat, furori certe simile est, perditis indolescere rebus, non illætari vero in columi bus. Vtque pusilli pueruli cum quis eis vnum ex multis ludicrum inuolauerit, reliqua omnia deficientes lachrymantur, adhunc modum a fortuna vna nos in particula conturbatos, reliquas nos omnes inutiles lamẽtamur quæ tribuit. Nũ nos similes arbitramur iouis cũcti poterit, cuius taxilli semper fœliciter caqunt. **Sed ego veritatẽ dico vobis expedit vobis vt ego vadã. Si enim nõ abiero, paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos.** Estq; sensus, Expedit vobis & omnino vestra refert, vt hæc forma serui (atqui in illa latebat forma Dei) auferatur a vobis. Caro quidem factum verbum habito inter vos, sed nolu me carnaliter adhuc diligatis, & isto lacte contenti, semper infantes esse cupiatis. Quia si alimenta tenera quibus vos alui, nõ subtraxero, solidam cibum non esurietis. Si carni carnaliter in hæseritis, capaces spiritus sancti non eritis. Theophyl. Etiam si innumeris modis inquit magis tristicia afficiamini, ego quod vobis vtile est dico. Nam vos quidem velletis semper esse mecũ, atqui hoc non est expediens. Si enim ego non immoler pro vobis inimicis, paracletus non veniet. Solutis autem inimicitijs, veniet spiritus sanctus. Quamdiu igitur farina Aegyptia pascimini, mana cælesti non donabimini. Exo. 12. Quæritur igitur, quid sit q Christo commorante in terra, spiritus sanctus donari nõ potuit. Num carnis illius consortium abhorrebat, quæ de ipso & per ipsum in virgine & de virgine concepta erat & nata? Absit. Sed sicut alias dictum est, spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam. Quæ sententia similis est illi, Beatus venter qui te, &c. Lucæ 11. Si igitur, vt compendio loquamur presentia Christi iuxta carnẽ impedimento erat apostolis (ipse dixit) vt ne capaces essent spiritus sancti eo modo quo mittendus erat a Patre & filio & ipso pariter paracleto, quæ reliqua spes est ijs, qui nec si spiritus sanctus sit audierunt Actu. 19. Qui carnes vocantur a deo. Gene. 6. qui mundo viuentes, & ducentes in bonis dies suos, Christo mortui sunt? Qui vxorem ducentes (atq; vtinam vnã tantum, & suam, esto mecum prudens lector) dicant, conuiuium tuum alijs exhibe, ego non possum venire. Qui apud se infixam habent omnium malorum radicem, 1. Tim. 6. Qui hic habent consolationem suam. Lucæ. 6. Vere non veniet non permanebit spiritus meus in hominibus istis (& de similibus parricidis, nebulonibus, odibilibus Deo & hominibus idem esto iudicium) quia carnes sunt. Auferes spiritum eorum, & in puluerem suũ reuertentur. Psal. 103. Isti sunt qui cum vixerint vitam cyclopicam, dicunt, moriatur anima mea morte iustorum. Num. cap. 23. **Cum autem venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iusticia, & de iudicio, de peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iusticia vero, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. De iudicio vero, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.** Theophyl. De quo peccato iusticia & iudicio? De peccato incredulitatis, iuxta quod sequitur, de peccato quidem quia non credi. in me. Hoc enim peccatum quasi solum sit præ cæteris posuit, quia hoc manente, cætera detinentur. Sed hæc ratio quæ est & Augustini nihil concludit, quocũq; enim peccato manente, omnia manent, quia vnum sine cæteris non remittitur, sed vel omnia vel nullum. Cæterum peccatum infidelitatis est maximum omnium peccatorum, quia sine fide impossibile est placere Deo. Et qui non credit, ira Dei manet super eum, & iam iudicatus est etiam ante iudicium. Ioan. 3. Sequitur Theophyl. Nam nunc dicere possunt q filius sim Fabri, q communi lege hominum conceptus sum, q homo sim vorax. Matt 13. & 11. cap. Tunc autem incredulitas omni carebit excusatione, cum viderint per manus apostolorum fieri miracula inuocato nomine Christi, cooperante spiritu sancto, nec credent. De iusticia q sine fructu mors Christi apud, multos facta est. Quoniam cum iuste conuersatus fuerim inter vos, inter iniquos suffixus sum cruci, & in huius iuditiũ ad patrem vadam. Neq; enim si iniustus essem, ad patrem ascendissem. Quodq; infert, & post hæc non videbitis me, æternam suam ad patrem conuersationem manifestat. De iudicio, quia princeps huius mundi iam iudicatus est a me, & victus. Quia enim dicebant, dæmonium habet, Ioan. 10. Impostor est, in Beelzebub operatur, Lucæ. 11. Beelzebub habet, Marci. 3. Hæc omnia ostendentur vana, cum apparuerit fortior condemnatus, & foras electus a me fortiore & innocente, quod non quiuissem facere, si talis non essem cui flectitur omne genu & famulatur omnis creatura. Augustinus ita dicit. Arguet mũdum de peccato. Quia enim per spiritum sanctum diffundenda erat charitas in cordibus apostolorum, quæ foras mittit timorem (1. Ioan. 4.) quo impediri possent ne arguere mundum (qui persecutionibus fremebat & tonabat) auderent, propterea dixit, ille arguet mũdum, tanquam diceret, ille diffundet in cordibus vestris charitatem. Sic enim timore expulso, arguendi habebitis libertatem. Arguitur igitur mundus de peccato, quia in Christum non credidit. Et de iusticia eorũ qui credunt. Ipsa quia fidelium comparatio infidelium est vituperatio. Quapropter mundus de peccato quidem suo, de iustitia vero arguitur aliena, sicut arguuntur de lumine tenebræ. Quantum enim sit eorũ, qui non credunt, non solum per seipsum, verumetiam ex bono potest eorum apparere qui credunt. Et quoniam ista vox infidelium esse consueuit, quomodo credemus, quod non videmus, ideo credentium iusticiã sic oportuit diffiniri, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me, Beati enim qui non vident, & credunt. Nam & qui viderunt Christum, non in eo laudata est fides eorum, quia crediderunt quod videbãt, idest filium hominis, sed quia credebant quod nõ videbant, idest filium Dei. Cum vero & ipsa forma serui subtracta eorum aspectibus, tum vero ex omni parte impletum est, iustus ex fide viuit. De iudicio vero, quia princeps, &c. Quid est iste princeps nisi ille de quo dictum est, venit ad me, & in me non habet quicquam? Princeps igitur iste qui per peccatũ regnat in mundo (sicut enim arbor folijs & pomis, & area granis & paleis ita fidelibus & infidelibus plenus est mundus) iam iudicatus est, quoniam iudicio ignis æterni irreuocabiliter destinatus est. Merito enim Christi iniuste occisi a Satanæ ministris in contra illum dictum est, destructa idololatria. De hoc itaq; iudicio quo princeps iudicatus est mundi arguitur a spiritu sancto

Auguſt. | Theophy. | Quæſtio. | Ioan. 6. | Iob. 21. | Luc. 14. | Gen. 6. | Hebr. 11. | Auguſt. | Eſai. 45. | Ioan. 20. | Rom. 1. | Ioan. 14. | F | G | H | I | K

sancto mundus, quoniam cum suo principe iudicatur, quem superbus atque impius imitatur. Credant itaque homines in Christum ne arguantur de peccato infidelitatis suæ, quo peccata omnia depellentur. Trāseant in numerum fideliū, ne arguantur de iusticia eorum quos iustificatos non imitantur. Caueant futurum iudicium, ne cum mundi principe damnentur, quem iudicatum imitantur. Potest sic exponi illud, de iustia vero, quia Iudæi ante aduentum spiritus. s. vtcunq; prætexere poterant obseruantiam legis sibi adeo traditæ. Cæterum vbi viderint spiritus. s. vim admirabilem non contingere nisi his qui fidem Christi profiterentur (etiam si alias essent idolorum cultores) sine legis Mosaicæ obseruantia, frustra iactabunt legis iusticiam apud homines, qui credere nolunt in eum per quem confertur vera iustificatio. Id autē tunc manifestum fiet, cum me ab eunte, spiritus. s. adueniens declarabit mundo, me non esse mortuum quem cruci suffixerant, sed rediisse ad patrem, &c. De iudicio vero arguetur mundus, quia adueniente spiritu. s. per

A prædicationem apostolorum apparebit fuisse triumphum (mors vidcis et Christi) quod videbatur ignominia, quum enim Dæmones passim eiicientur templis, cum ad signum crucis eiulabunt, cum ad inuocationem nominis mei relinquent diu possessa corpora, nonne palam erit, principem eorum fuisse condemnatum? Nonne manifestum erit illos merito igni æterno destinandos, qui me deserto, damnatum illū a. victum sequi maluerint in mortem æternam? Mors enim & infernus sequuntur illum. Apoc. 6.

Caput. xiiij Iterum de aduentu spiritus s. qui illos doceat omnem veritatem. Modicum & non videbitis me. De muliere edente puerum quæ post partum obliuiscitur pressuræ suæ.

B ADhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, vel ducet in omnem veritatem. Hic si quis obiiciat, quomodo dictum est in præcedentibus, omnia quæ audiui a patre meo nota feci vobis, & nunc dicit, adhuc multa dicturus eram vobis, respondemus ibi dictum esse, quod dominus futura quasi iam præterita essent prædixisset. Verum si quis requirat, quæ sint ista quæ apostoli portare non poterant, stulticiæ arguendus est. Quis enim nostrum audeat eorum se dicere capacem, quæ illi capere non valebant? Et fortassis illa multa ex illis erant quæ nec Paulo loqui licuit, quia tantorum mysteriorum capaces auditores non videbat. Vnde dicit. Cum autē venerit ille spiritus veritatis, &c. Augustinus. Quod dominus dicit, spiritus. s. docebit vos vel deducet vos in omnem veritatem, non arbitror in hac vita in cuiusquam mente posse cōpleri.

C Quis enim viuens in hoc corpore quod aggrauat animam possit nosse omnem veritatem, cum dicat Paulus, ex parte scimus? Sed ad illud tempus refertur, de quo idem Paulus, cum venerit quod perfectū est, &c. 1. Cor. 13. Potest autem simpliciter dici, quod sit sermo hyperbolicus, & ad eas tantum veritates referri, quarum scientiam necessaria erat prædicatoribus euangelii. Imo Petrus post acceptum spiritum sanctum reprehensus est a Paulo Apostolo, quod non recte ambularet ad veritatem euangelii. Potest & illud dici quod quædam veritates reuelatæ sunt vni, & quædam alteri, quædam vero aliis apostolis, & sic omnis veritas fidei reuelata est apostolis, forte autem nulli eorum omnes, quod si omnes omnibus reuelatæ sunt, non obsto, dummodo intelligamus sermonem hunc esse hyperbolicum. Nō enim loquitur a semetipso, sed quæcunq; audiet, & quæ ventura sunt annunciabit vobis. Theoph. Quia enim magna dixerat de spiritu s. ne putarent eum maiorem esse filio homine facto, hoc est filio Dei qui homo factus est, subdit. Nō enim loquetur a semetipso. Nihil loquetur præter ea quæ dominus Iesus docuit, id est

D contra ea, quia multa eos docuit, quæ tunc portare non poterant. Est autem hæc sententia similis illi: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Quia enim spiritus. s. non est a seipso sed ex patre filioq; procedit, ideo doctrina sua non est a se, non loquitur a se; sed quæcunq; audiet loquitur. A quo enim est illi essentia vel a quibus, est illi & scientia, est illi & audientia. Neque nos moueat verbum futuri temporis, Audiet, quasi non dum acceperit spiritus. s. scientiam eorum quæ docturus est apostolos, quia in eo quod sempiternum est, sine initio & sine fine, cuiuslibet temporis verbum ponatur, non mendaciter ponitur, quia & fuit & est & erit semper id quod est, & spiritus. s. semper audit, audiuit & audiet, quia semper ex patre filioq; procedit. Et quæ ventura sunt annunciabit vobis. Est enim valde cupidum humanum genus sciēdi quæ futura sunt, hoc est sciendi bonum & malum. Vnde illud, domine si in tempore hoc restitues regnū Israel: Actu 1. Sed non est nostrum hæc scire, id est parum aut nihil refert ea scire. Et si referret, deus illa reuelaret, sicut multa sunt reuelata apostolis & maxime Ioanni euangelistæ sicut patet in libro reuelationis

E suæ. Non enim inferioris meriti erant apostoli, quibus dictum est, beati oculi qui vident quæ vos videtis, prophetis ipsis de quibus scriptum est, non facit dominus deus verbum, nisi reuelauerit secretum suū seruis suis prophetis. Et Abraæ rursum dictum est, Num celare potero Abraæ quæ gesturus sum? Possum sed non debeo, cū futurus sit pater gentis magnæ & robustissimæ: & benedicendæ sint in eo omnes nationes terræ. Sequitur. Scio enim quod præcepturus sit filiis & domui suæ post se, vt custodiant viam domini, & faciant iudicium & iusticiam, vt adducat dominus propter Abraam omnia quæ loquutus est ad eum, quæ omnia de apostolis recte possunt dici qui patres sunt gentis robustissimæ, quam ex omnibus gentibus per euangelium Christo domino genuerunt. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Per charitatem enim spiritus. s. qua repleta sunt viscera apostolorum, timore fugato, annunciauerunt gentibus dominum Christū, ac sic fama eius diffusa est toto orbe, quomodo Paulus dicit,

Christi

2. Cor. 12. August. Sap. 9. de cōse. di. 1. ca. penul. & cap. fin. Gal. 2. Theophy. Ioan. 7. Gene. 7. Luc. 10. Amos. 3. Gene. 18. 1. Cor. 4. 2. Cor. 2.

Christi bonus odor sumus in omni loco. Ac si diceret. Ille auferet a vobis timorem & dabit amorem, quo me ardentius prædicantes, gloriæ meæ per totum orbem dabitis odorem, commẽdabitis honorem. Quod enim facturi erant apostoli in spiritu. s. hoc eundem spiritum dixit facturum. Est autem gloria, idest doxa sicut diffinierunt antiqui latinæ linguæ clarissimi autores, frequens de aliquo fama cum laude. Vnde illud, fecit mihi magna, & beatam me dicent omnes generationes. Et rursus. Feci tibi nomen grande iuxta nomina magnorum qui sunt in terra. Laudatur autem & peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Psal. 9. Donare enim (verbi gratia) res suas (inquit Augustinus) histrionibus, vitium est immane, non virtus, & scitis de talibus, qua frequens sit fama cum laude, quæ tamen instar puncti est, Iob 20. Quidem autem de meo accipiet & annunciabit vobis. Tu autem obserua scriptum esse Exo. cap. 20. Nõ ascendes per gradus ad altare meum. Glosa, Idest gradus in beatissima trinitate non facies, sicut impijssimus Arrius, qui docet maiorem patrem filio, & vtroque minorem spiritum. s. sed vtrũq; impium est. Nõ enim propterea filius minor est patre, quia ab illo habet vt sit. Nec rursus spiritus. s. minor est filio, quia ab illo est & a patre, quasi filius accipiat a patre, & spiritus. s. a filio, quibusdam gradibus naturarum. Absit hoc credere, absit dicere, absit a Christianis cordibus vel cogitare. Quod autẽ dicit, accipiet de futuro, eodem modo exponitur, sicut illud, quæcunq; audiet. Accepit enim spiritus. s. a patre & filio & accipit, & accipiet. Cur itaque dominus dixerit, de meo accipiet spiritus. s. ipse aperit cum infert. Omnia quæ habet pater, mea sunt, propterea dixi, de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Quæ patent ex dictis. Ad hæc Faber. Quę nostri Theologi de æterna generatione tradunt & si magnifice & supra humanum captum excogitata sint, nihilominus tamen magnificentius fides veneratur deum silentio in theologia apophatica, idest negatiua, deum admirando, & diuinam ignorationem scientia potiorem reputãdo. Scientia enim loquitur, deum laudando in theologia hypophatica, idest ostensiua, sed nescit quid loquitur. Nam si capit, si intelligit quod loquitur, non est deus de quo loquitur, siquidem incomprehensibilis est. Et sacra ignorantia soror maior natu eo doctior est, quo ignorat & scit se ignorare. Scientia autem soror tenella, & iunior eoq; in doctior, q; docta est, & se scire putat. Hæc visione excæcatur, illa visione illuminatur. Hæc sciens, illa nesciens, sed plusquam sciens. Hæc ille. Modicum & iam non videbitis me, lege pusillum, modicum enim moderatum sicut habes Psal. 36. Adhuc pusillum & non erit peccator, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem. Quid est hoc quod dicit nobis, modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, & quia vado ad patrem? Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit nobis, modicum? Nescimus quid loquitur. Hęc verba domini adeo subter fugiebant sensum apostolorum antequam id quod dicebat impletũ esset, vt surdis penitus videretur dominus narrare fabulam aut motum, id quod ex ipsorum verbis palam est. Dixerunt enim omnino fugiunt nos verba eius. Hoc enim eos mouebat, quod dixit, modicum & non vide me, & iterũ modicum & videbitis me. Nam in præcedẽtibus quia non dixerat modicum, sed dixerat ad patrem vado, & iam non videbitis me, tanquam aperte illis visus est loqui, neque inter se de hoc aliquid quæsierunt. Quod itaq; eis tunc obscurum fuit, iam nunc manifestum est. Post Paulum enim captus est, passus, & sepultus, & triduo non viderunt eum, elapso autem triduo per synedochen, cete euomuit Ionam, & viderunt. S. Ioseph eductum de carcere. Modico igitur tempore ablatum est ab eis lumen oculorum, quia ad vesperã demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia, verum quod veritas habet, horę illę quadraginta vel circiter anni illis visi sunt, prę doloris acerbitate. Cognouit ergo Iesus, q; volebant eum interrogare & dixit eis. De hoc quæritis inter vos, quia dixi modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. Amen amen dico vobis, q; plorabitis & flebitis vos: mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini: sed tristicia vestra conuertetur in gaudium. Sensus planus est. Nam apostoli capta arca Dei, fecerunt Planctum magnum, sicut Palestini vehementer lętati sunt, capto Samsone, Iudi. 16. Et rursus arca restituta in locum suum, facta est lętitia magna in populo. 1. Reg cap. 6. & noua lux oriri visa est illis, gaudium & tripudium. Sed & Palestinis gaudium de capta arca Dei in luctum versum est, eumq; non vulgarem. Vide 1. Reg. ca. 5. Historiam. Gaudebit tamen interim mũdus, vos autem contristabimini. Mundi autem nomine ciues sęculi intellige, qui quo ad possunt, ducũt in bonis dies suos. Sed qui voluerit amicitias fouere Cęsaris, inimicus Dei constituitur. Quibus inimicitijs Dei factum est, vt nec vnigenito Dei parceretur, quin & ipse cum impijs deputaretur, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Tristitia vestra de morte mea vertetur in gaudium totius ecclesię. Sicut autem in arboribus siquis fructum cũ ramis pręcidat: radix autem maneat, tota arbor cum maiori ornatu consurgit, sic quidem & in nobis, si pietatis fidei & charitatis radix permaneat, & si diuitię auferantur & corpus & lumen oculorum nostrorum, omnia rursus cum maiori gloria redduntur nobis, quod videre licet in nobis. Vnde illud. Omne gaudium existimate fratres. Cum in varias tentationes incideritis, quę certe non sunt condignę ad futurum gaudium quod reuelabitur in nobis, Rom 8. Nunquã enim sanctus Ioseph conscendisset currum secundum Pharaonis, nisi prius expertus esset inuidiam fraternam, seruitutem duram, carcerem biennij, & falsum testimonium procacis fœminę. Lamentabatur aliquãdo & vxor Socratis, q; vir idem Socrates innocens moreretur, coactus haurire venenum. Ille vero tantisper a potu temperans, quid inquit putabas tu solos noxios fortunam aduersam experirẽ? Vel non nocẽti mihi mori satius duxisti? Audistis inquit Iacobus exemplum Iob & finem domini. cap. 5. August. Quid est quod Iacobus principium tentationum Iob filoi & morti Christi copulauit? Ne videlicet ideo sustinegimus flagella, vt nobis ablata restituerentur in duplo sicut ipsi Iob, non ait, sustinentiam Iob & finem

Marginalia: Luc. 1. 2. Reg. 7. August. Ordinariã. Faber. Gene. 41. Psal. 29. 1. Reg. 4. Ester. 8. Iob. 21. Iaco. 4. Iaco 1. Ioseph. Gene. 41. Socrates. August.

eius audistis, sed patientiam Iob & finem domini, ac si diceret. Mala præsentia si ingruant, sustinete cum Iob, sed pro hac tolerantia non bona temporalia sperate, quæ illi aucta redierunt, sed æterna bona quæ in domino præcesserunt. Ad vbera enim portabimini, & super genua blandientur vobis. Esai. 66. August. Hoc in Hierusalem quæ est mater nostra & libera fiet nobis Gal. 4. vbi post labores ærumnarum curarumque mortalium (Martha turbatur circa multa) consolabimur tanquam paruuli, eius humeris genibusque portati. Rudes enim nos & nouos blandissimis adiutoriis insolita illa beatitudo suscipiet, & omnis tristitia transitoria vertetur in gaudium æternum. Sicut & impiorum laus & lætitia momentanea in veram vertetur tristitiam & stridorem dentium. Athenienses cum aliquando pugna nauali essent superati, præueniens eos Stratocles qui huius calamitatis nuntium afferebant, summa celeritate vrbem ingressus, per medium eius coronatus transiuit, faustum afferens victoriæ nuntium, quo quidem ex templo epulum per vnam quamque tribum constitutum est, & sacrificia publica supplicationesque decretæ. Paulo vero deinceps cum venissent nuntij qui ferebant ordinem susceptæ calamitatis, atque vniuersus populus vno consensu aduersus Stratoclem exarsisset, ille tamen hunc furorem audacter impudenterque sustinens, quid inquit boni viri vobis molestiæ intuli, si duos dies summa estis (o duos dies) mea causa in voluptate versati? Quia inquiunt breuem & falsam lætitiam longa & vera tristicia consequetur. Subijciamus illud. Imperator Heliogabalus nequissimorum nequissimus congregato populo in templo ad spectanda quædam, fecit claudi ostia, & desuper immisit feles centum mures decem milia item vertagos centum, lepores decem milia, sicque festum illud versum est in tumultum maximum sicut par erat. Vide libet. 1. Reg. cap. 3. Item Ester cap. 5. & sexto. Agesilaus nullam cupiebat gloriam, nisi hanc ipse propria acquisiuisset opera. & sequitur. Non ferre quidem, sed æquo animo omnia sufferre (quod paucissimi mea quidem sententia faciunt) virtutem opinabatur. Fortunam continue metuebat, putans eos qui bene viuant, non dum fortunatos, qui vero gloriose interierunt, eos iam beatos esse. Igitur & tristicia vestra vertetur in gaudium. Interim autem etiam si nobis conserenda est lucta cum angelo nocte tota, qui armatus occurrit nobis, terentibus viam arctam. Math. 7. Quod si ipsius Ioseph vnica visio lachrymas Iacob nouas & veteres in gaudium conuertit, id quanto melius faciet ipsa Dei visio, quæ plena est gratiarum? Transeundum est tamen interim per ignem sicut tres pueri Danie. 3. Per quam aquam sicut filij Israel, vt educamur in refrigerium. Imo inter ipsas flammas fornacis succensæ septuplum visus est cum eis quartus similis filio Dei, & medium fornacis factum est quasi ventus roris flans, sic soluta omni tristicia, chorum ducentes, cantabant, gaudium nostrum nemo tollet a nobis. Sequitur. Mulier cum parit, tristiciam habet, quia venit hora sua, cum autem peperit puerum, iam non meminit præssuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristiciam habetis. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Et in illo die non me rogabitis quicquam. De hac similitudine fœminæ ipsæ interrogandæ sunt, quantus sit dolor parturientis. Sed sufficiat dixisse illud, quod non raro inter cruciatus perit & mater & prolea. Nulli autem ambiguum, prophetas quoties hac vtuntur similitudine, excellentiam mœroris significare. Vnde illud, Ibi dolores vt parturientis. Et illud Esai. 42. Vt parturiens clamabo. Item Deut. 2. incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos qui habitant sub omni cælo, vt audito nomine tuo, paueant & in morem parturientium contremiscant, & dolore teneantur. Scriptum est & Apoc. cap. 12. De sancta ecclesia, quod amicta licet sole, & stellis coronata, nihilominus tamen in vtero habens, clamabat parturiens, & cruciabatur vt pareret. In apostolis quidem dolor partus tristicia vehemens est de morte pastoris, gaudium post pressuram exultatio de morte deuicta. Dormiuit enim secundus Adam soporem suum, vt detraheretur costa dormienti. Ecclesia autem quæ concipit a timore Dei spiritum salutis, vnde intelligit se concepisse? Ex subsultationibus infantis intra vterum: Sicut. S. Elisabet. Sed quia omne opus bonum reluctante carne & consuetudine, concipitur & formatur, & ad partum vsque perducitur (dicitur enim de multis, venerunt filij vsque ad partum, & virtus non est pariendi,) bene scriptum est de sancta ecclesia, quod cruciatur donec pariat. Sed si contigerit vita comite Saram iuxta promissionem diuinam genuisse Isaac id est risum, dolorem partus succidit gaudium editi pueri, Sic enim dixit Sara, edito infante, risum fecit mihi dominus. Vnde iam non meminit pressuræ, propter bonum opus perfectum & consummatum, iuxta quod scriptum est, fecit autem Abraam grande conuiuium in die ablactationis eius. Ad hæc Plinius, lib. 7. cap. 6. Cæteris animantibus statutum & pariendi & partus gerendi tempus est. Homo toto anno & incerto gignitur spacio, Aline. 7. mense alius octauo & vsque ad initia decimi & vndecimi, Ante. 7. mensem haudquaquam vitalis est: septimo non nisi pridie postero ve plenilunij die aut interlunio concepti nascuntur. Vestilia Romana quattuor partus enixa, sempronium. 7. mense genuit, Suillum rufum vndecimo, & postea Cæsoniam octauo in quo mensium numero genitis, intra. 40. diem maximus labor grauidis, quarto autem & octauo mense letales in ijs abortus. Masurius autor est. L. Papyrium prætorem, secundo hærede lege agente bonorum possessionem contra eum dedisse, cum mater partum. 14. mensibus diceret tulisse, quoniam nullum certum tempus pariendi statutum videretur. Sequitur. A conceptu decimo die dolores capitis oculorum vertigines, fastidium in cibis, redundatio stomachi indices sunt hominis inchoati. Si talia sunt pia ludia in conceptu, quales in partu torsiones? Melior color marem ferenti, & facilior partus. Motus in vtero quadragesimo die. Contraria omnia in altero sexu, ingestabile onus, crurum & inguinum leuis tumor, Primus autem. 90. die motus. Miseret autem & pudet, existimantem quam sit friuola animalium superbissimi origo, cum plerumque abortus causa fiat odor a lucernarum extinctu. Is itaque vitam æqualance perpenditur, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit, quando legimus Anacreonem acino vuæ passæ perijsse, & Fabium senatorem

August.
Luce. 10.
Matth. 8.
Agesilaus.
Gene. 32.
Gene. 46.
Ester. 15.
Figura.
Psal. 47.
Gene. 2.
Esai. 26.
Esai. 37.
Gene. 21.
Plinius.
Historia.
Fœmina.

natorem in lactis haustu vno pilo strangulatum. Mulier ergo cum parturit tristiciam habet, quia dictum est ad illam, in dolore paries. Sequitur. Plurimum langoris in vtroque sexu, capillum germinante partu, & in plenilunio. Oscitatio quidem in enixu lætalis est, sicut sternuisse a conceptu vel coitu abortiuum. Et si fœmina inter enitendum respirauerit, difficilius enitetur, vt merito dictum sit, mulier cum parit, &c. Refert commentator. A. Gellij rem fessu dignam, pregnantem mendicam, cum ei vitio matrona daret, quod gemellos enixa esset, non enim ex vno viro veri simile duxit eam tot concepisse, orasse, vt impro peratrix tot pareret quot dies essent in anno, idque impetrasse. Vnde quidam, 365. enixam ferunt: Alij septem, cum non sint plures dies specie distincti. lib. 10. cap. 2. Et vos igitur nunc more fœminarum tristitiam habetis. Instat enim tempus partus, ex vtero cæli longa regeneratio, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & iuxta multitudinem dolorum in corde vestro, consolationes diuinæ lætificabũt animas vestras & gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Id autem gaudium testimonium est conscientiæ. 2. Cor. 1. Vos, autem nolite seduci gaudio rerum humanarũ. Flenda in rebus humanis aduertite. Poterat ridere puer qui nascitur plorans. Quare a fletu incipit viuere? Quia cœpit ire per hanc vallem miseriæ, & declinare sicut vmbra. Ad hæc Chrysost. super Psal. 50. Iniquitatem meam ego cognosco. In perpetrando scelere: quoniã voluptate sumus ebrij, non proinde sentimus. Cæterum simul atque commissum est, tum demum extincta voluptate, amarus pœnitentiæ stimulus succedit, contra quam accidere solet mulieribus parturientibus. Nam illis ante partum labor est ingens, grauesque nimis dissecantes eas doloribus, post partum vero relaxatio doloris simul cum infante egrediente. Verum hic non item. Sed dum concipimus parturitur usque corruptos affectus, delectamur, gaudemus usque, cęterum peccatum consummatum. vbi foetum enixi, tum conspectu fœditate partus, discruciamur grauius quam mulieres parturientes. Peccatum enim consummatum generat mortem. Illa tam non meminit pressuræ propter gaudium, nos perpetuo vermę arrodimur, transacto gaudio ad instar puncti. Iob. 20. Gaudium autem vestrum nemo tollet. Interim autem parturiendum est nobis nec semel tantum. Intuere ipsum Abraam, promissa est sibi multiplicatio orbis ex vnigenito, & ipsum iubetur immolare & comburere. Et cum tanta repugnantia esset præcepti huius, in nullo penitus turbatus est, aut hæsitauit, nec aliquid huius locutus est. Similiter & S. Ioseph. Ostensa est enim sibi visio, in qua & fratrum & patris adorationem deus pollicebatur, quę vero illi interim contingebant, pugnabant ex diametro, sed omnis tristitia eius (Exo. 14. Num. 20.) illis vt nos retrahant in pristinam seruitutem, isti negotiamur promissa libertate. Ex propositis autem exemplis Abrae & Ioseph, in duobus erudimur. Primum quod licet promissa Dei videantur desperatissima, posset tamen ea deus facto perficere, & præter omnium opinionem. Secundo quod licet dicta Dei facta contraria videantur emergere, spes tamen cuncta credat fideliter adeo promissa posse donari. Quod autem sequitur, in illo die me non interrogabitis quicquam, referetur, ad illud tempus refertur, quando videbitur deus sicuti est facie ad faciem a mundi cordibus. Quid enim tunc ignorare poterimus, quando scientem omnia sciemus? Tunc enim cognoscemus, sicut cogniti sumus. Cognoscemus per faciem posteriora, hoc est effectus per causam.

Mote. Gene. 3. A. Gellius. Ione. 2. Psal. 55. Chrysost. Iaco. 1. Abraam Gene. 22. Gene. 37. Ioseph. 1. Cor. 13. Exo. 33.

Caput. xv. Siquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Petite & accipietis. Exiui a patre & veni in mundum. Nunc scimus quod scis omnia. Ecce venit hora & iam venit, vt me solum relinquatis, abeuntes singuli in propria confidite quia ego vici mundum.

AMen amen dico vobis, siquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vsque modo nõ petistis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. De hoc multa dicta sunt, multis locis in superioribus. Scriptum est aũt, qui dat escam iumentis & pullis coruorum inuocantibus eum. Qui igitur coruorum curam gerit, multo magis gerit curam filiorum quos in manibus suis exarauit (Psal. 4.) & maxime si patrem petant in nomine vnigeniti sui. Quod si multi conducibilia petunt, in nomine domini Iesu, nec tamen exaudiuntur, forte ideo fit, quia orant sine corde, quo nil fugacius. Et vix vnũ e mille reperies qui vsque ad aurorã perseueret orando angelum, cum Iacob. Quando & Moses eito fatigatus subsidit. Petrus nec vna hora orare potuit. Math. 26. Iacobus & Ioannes nesciunt quid petant, imo Pauli verba sunt, nam quid oremus. Et hoc est quod dicit Iacobus, petitis & non accipitis, eo quod male petatis. Nam Helias, 3. Reg. 19. & Ionas, cap. 4. & Tobias cap. 3. Petierunt vt morerentur, non desiderio vitę ęternę, clausa enim erant cęlestia, sed malorum pondere pressi. Quin & Iob & Hieremias petierunt impossibilia omnino, videlicet vellent non nati fuisse. Iob. cap. 3. Non ergo accipiebant quod petebant, quia non conducibilia petebant, sed quod pręsens suggerebat affectus. Quod autem ait, vsque modo nõ petistis, duobus modis intelligitur, vel quod in nomine Christi petierint aliquid, quod tamen nomen non sicut cognoscendum erat cognouerunt, quia non cognouerunt nomen eius esse benedictum in sęcula, & ante solem permanere. Vel non petistis quicquam, quia in comparatione rei quã petere debuistis, pro nihilo habendum est quod petistis. Vt igitur aliquid petatis, quod dignum sit peti in nomine meo petite vt gaudium vestrum sit plenum. Accipietis autem transita hyeme. Sed interim quod gaudium nostrum repletur, multis replemur miserijs. Vnde dixit dominus: Mulier cum parit: &c. Fœmina enim quamuis fœtae, non absque ingenti dolore tempus partus exãste, quia auiditate nimia liberos cupiens, gaudet ex prole, quam cõtristetur ea partu. Sicut omnibus rebus amaritudo pręeuntis doloris cõmendat amplius

Psal. 146. Gene. 32. Rom. 8. Orate. Hiere. 20. Psal. 71. Canti. 2. Iob. 14.

amplius gaudia sequutura sanitatis. Sic agricola per hyemem sudat, congregaturus in vere vberrimos fructus, & diu expetitus portus iucundior apparet post graues procellas. Vos igitur qui diu iactati estis (passuri grauiora) inter vndas sæculi huius, fame, frigore, paupertate, flagellis & carceribus & periculis in pseudadelphis, petite vt faciemini ab vberibus consolationis domini Iesu Christi, cuius vbera meliora sunt vino quadragenario, fragrantiora vnguentis optimis. Hæc in prouerbijs loquutus sum vobis, ab illo loco, surgite, eamus hinc: venit hora cum iam non in prouerbijs vobis, sed palam de patre meo annuntiabo vobis. Quod dicit, in prouerbijs, Græce est, en parœmies, Est autem parœmia, sermo obliquus & occulte ac per parabolas totum argumentum ostendens. Quia igitur dominus multa occulte dixerat, ponens similitudinem vitis & palmitum & mulieris parturientis, & alia multa de vnitate patris & spiritus sancti cum se ipso vnigenito filio Dei, quarum rerum multa ipsi non intellexerunt,

2. Cor. 11.
Cant. 1.

A ideo dicit, hæc in prouerbijs, &c. Deuicta autē morte, per dies 40. Loquebatur eis de patre magis sublimia & manifestiora. Prius enim sic putabāt eius esse patrem deum, sicut noster est, gratia videlicet. Edocti sunt autem omnem veritatem a spiritu sancto. De hac autem conclusione vtrum apostoli ante aduentum spiritus sancti cognouerint plene verbi æterni incarnationem, propter confessionem illam Petri: Tu es Christus filius Dei, quam cæteri apostoli silentio suo comprobarunt, quære doctores. Promisit ergo dominus Iesus discipulos suos ex carnalibus spirituales facturum, quātus non dum tales, quales erimus, quādo spirituale etiam corpus habebimus, & erimus sicut angeli Dei. Vnde dicit, palam annuntiabo vobis de patre meo quod velit pater meus fieri a vobis. Mœrore enim confectis & alioquin rudibus multa quæ illis palam dicebantur, velut parabola erant. Illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quod ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quod adeo exiui. Exiui a patre & veni in mundum, iterum relinquo mundū,

Matth. 16.
Matth. 22.

B & vado ad patrem. Sensus est Spiritu sancto quo repleti estis, suggerer vobis quid petendum sit, aut quomodo petendum in nomine meo, quod si feceritis, etiam si ardua sint & difficilia, pater tamen in gratiam mei nō negabit. Et non dico vobis, prætermitto, præterio, taceo, officium meū apud patrē, quod alias promiseram. Et ratio est, quia ipse pater amat vos, tam propensus est ad vos, vt opus non sit equo currenti calcaria adhibere. Si enim ad verbum Heliæ cælum clausum est, 3. Reg. 17. Et ad verbum Iosue cælum stetit vno die Iosue. 10. & ad voluntatem Ezechiæ sol retrocessit, quæ tria nemo non ardua admodum iudicabit, quid est quod negare possit vobis pater petentibus in nomine vnigeniti filii sui? Et quid dico, si petatis in nomine meo? Non intelligatis me hoc dicere, quasi sic meo interuentu sitis impetraturi petita quemadmodum a principe aliquo aliquoties impetrant homines, patrocinio alicuius dilecti a principe, quod alias daturus non erat, nisi hoc donaret eius gratiæ qui postulantis preces commendat. Nam

Esai. 38.

C & pater rogari velit per filium, per quem omnia voluit largiri mortalibus, tamen alias vt diximus ipse amat vos, quia vos me amastis. Quod dicit, ipse, Græce est, autos. Autos autem apud Græcos quiddam habet, quod haud scio an sit apud latinos, vt vltroneum significet. Est autem sensus Non dico me rogaturū pro vobis, vt vobis sit propitius, iam enim vltro vos diligit, tamen si in nomine meo petatis. Erit iuxta prouerbium incitare currentem. Ipse inquit pater amat vos, quia vos me amastis. Et numquid non amat nos pater, quia nos illum amamus? Vnde ergo dicit Paulus, elegit nos in ipso ante mundi constitutionem? Stetit igitur ille post teria carnis nostræ, prospexit per cancellos, & inflammauit affectum nostrum, manū suam misit nescio per quod foramen, & excitauit & excussit somnū nostrum, vulnerauit nos sagittis charitatis suæ (Canti 2.) dicens, memor esto vnde excideris, & tandem surreximus, vt aperiremus dilecto, qui prior dilexit nos in charitate perpetua. Hiere. 31. Quia inquit & vos me amastis, & credidistis, quia adeo exiui. Incognita quidem diligere nullo modo possumus, ideo apostoli in principio suæ vocationis crediderunt

Prouerbiū
Ephe. 1.
Canti 2.
Canti. 5.
Apoc. 2.

D quidem in Christum, quasi esset propheta aliquis potens opere & sermone Lucæ. 24. Et id quod credebant diligebant. Procedentē autem tempore altius & sublimius de Christo saputrunt, ideo eum vsicessius dilexerunt. Denique crediderunt de domino Iesu Christo, quod adeo exierit, vtrum autem ea modo quo Nicodemus dixit, scimus quod adeo venisti magister, an sicut modo credit & prædicat fides catholica, mihi non liquet. Si enim id agnouissent, forsan nunquam dominum gloriæ reliquissent. Exiui a patre & veni in mūdum forma serui assumpta, iterum relinquo mundū, &c. Oritur enim sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur. De hoc dictum est Ioan. cap. 3. ibi: nemo ascendit in cælum. Dicunt ei discipuli sui. Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc scimus quod scis omnia, & non opus est tibi, vt quis te interroget, in hoc credimus, quod adeo existi. Augustinus. Qua-

Ioan. 3.
Eccle. 1.
August.

B les erant apostoli quando cum eis loquebatur (ante crucem) magna cum paruis, & alta cum rudibus, qui humana tantum sapiebant, ad diuina penitus amusi, multis indicijs per totum euangelium declaratur, vnde est & hoc quod nunc consequenter dicitur, dicunt ei discipuli: ecce nunc palam, &c. Dixerat dominus Paulo ante, hæc in prouerbijs loquutus sum, venit hora, &c. Quomodo ergo isti dicūt, ecce nunc palam loqueris? Nunquid venerat hora, qua iam non in prouerbijs se promiserat loquuturum? Reuera non venerat hora quæ futura erat post sepultum granum frumenti, post exaltatum serpentem. Num. 21. Cum ergo adhuc promittatur hora illa ventura, quur isti dicunt, ecce nunc prouerbium nullum dicis? Quia quæ fert dominus ipse non intelligentibus esse prouerbia, illi vsque adeo non intelligunt, vt nec saltem, non se intelligere non intelligant. Excæcatum enim habebant adhuc cor, iuxta Marci cap. 8. Vnde adhuc sequitur. Nunc scimus, quod scis omnia. Apostoli enim ex verbis domini quibus dixerat, ipse enim pater amat vos, fiducia concepta, aliquantulum suis viribus fidere cœperunt. Vnde dicunt, ecce nunc iam exhibes quod pollicebaris; loqueris enim nobis sine parabolarum inuolucris, quid sis facturus, neque opus est, vt te quicquam

Ioan. 12.

præterea

præterea rogemus, nihil enim te clam est. Præueniebat dominus sæpe cogitationes eorum, interrogando: & respondendo ante q ipsi eum interrogarent, sicut supra dictum est, cognouit autē Iesus, q volebant eum interrogare. Scire autem occulta cordium solius est Dei iuxta prophetam. Ex hoc igitur vno argumentabantur q sciret omnia. Ideo non est opus inquit vt quis te interroget. Tu enim scis quicquid alij interrogaturi sunt, scis somnium & solutionem eius, sicut legimus de Daniele cap. 2. Et tamen prima fronte videtur q dicere debuerint, non opus habes vt alios interroges, cum scias omnia, sed vtrumq verū est. In hoc igitur credimus q a deo existi, q nosti cordium arcana. Ad hæc dominus ita respōdit, vt paucis verbis retunderet insipientiam eorum, qui cum non intellexissent quæ dixerat, non dum vere crederent, non dum essent pares tot & tantis congressibus, tamen id sibi vsurpabant, quod erat oratione improba obtinendum a patre, vnde dicit. Modo creditis. Ecce venit hora, & iam instat, vt dispergamini vnusquisque in propria, latibula vel refugia, & me solum relinquatis. Et tamen non sum solus, quia pater mecum est. Quod inquit ego virtute indutis ex alto polliceor, iam vos putatis habere, verum adest tempus, quando trepidabitis ante tubam, dispergemini enim omnes in propria, & pastorem relinquetis inter cohortem luporum. Theophy. Ita exponit hunc locum, quasi ironica sit loquutio. Nunc inquitis scimus q scis omnia. Vide inquit tarditatem illorum post tantas doctrinas, cū centurio ad vnum verbum crediderit, Matth. 8. & fœmina illa Samaritana, sicq de multis alijs, isti autē nunc inquiunt scimus q scis omnia. Et dominus: Nunc creditis inquit, quodāmodo improperans eis tarditatem fidei suæ. Vtrumq igitur improperat eis, & q sero agnouerint veritatem, & q agnitam cito relinquerent, cito velut desertores, fuga consulerent sibi, deserto duce, qui tamen solus nō est, qui pater in me est & ego in patre, vnus enim vir nullus vir iuxta prouerbium. Væ enim soli, si enim ceciderit, non habet subleuantem se. Hæc loquutus sum vobis, vt in me pacem habeatis, in mundo pressuram habebitis. Sed confidite, ego vici mundum. Tantum erit inquit pondus imminentis procellæ, vt non modo vestrum relinquatis pastorem, sed ne consortio quidem mutuo vobis inuicem solatio sitis futuri, dum sibi quisq timebit, ne alterius iudicio prodatur hostibus, timebitis, ne prodamini ab alio nescio quo Iuda, sicut ego proditus sum. Quæ tamen omnia idcirco prænuncio vobis, non vt despondeatis animum, sed vt vobis diffisi, iacietis in Deo spem vestram, sic in me pacem habeatis, ex qua illud proculdubio consequetur, q opprimendi estis a ciuibus sæculi huius, & huius imminentis procellæ initium est, q me deserto, vnusquisq vestrum dispergetur, & repetet domum cognatos & propria omnia quæ dederat pessum, vt sequeretur me. Veruntamen confidite, dabit enim deus laboribus vestris Herculeis hæc optatum finē, quia & ego eodem malorum pondere opprimendus sum sed iam vici mundum, & ponitur tempus præteritum pro futuro, propter certitudinem rei futuræ. Cum Philippus pater Alexādri apud Triballos femore lancea traiecto, periculo defunctus, mœrore tamen angeretur e claudicantis cruris deformitate, sustine inquit Alexander o pater, ne vereatis in publicum te agere, quo magis virtutis ingredīēdo memineris. Ita & Paulus fugit quidem aliquando, non tanquam defertor & ignauus miles: sed tanquam dexterrimus dux: & qui ille dicebat: ego stigmata domini mei in corpore meo porto. Vos igitur & si timore mortis ducem deserturi estis, tamen denuo pugnabitis, an potius dominus pugnabit pro vobis, confidite quia ego vici mundum, sed mundus iste hydra est, anteus est, vires acquirit quo magis irritatur, immortalis est: donec fiat sermo qui scriptus est, vbi est mors victoria tua & stimulus tuus: Deo autem gratias qui dedit & dabit vobis victoriam per eum qui loquitur dicens: confidite: quia ego iam vici. Sicut autem dicit Plutarchus: Græcorum proprium erat, vel vicisse in bello, vel occubuisse: nam preces victori porrigere Barbaricum est inquit: id quod vel maxime verum est de hoste: de quo scriptum est: Nunquid multiplicabit ad te preces: aut loquetur tibi mollia? Nunquid feriet tecum pactum: & accipies eum seruum sempiternum? Iam dixi semel, hydra est: & vno amputato capite duo pullulant: sciens inquit scriptura: q modicum tempus habet. Modicum tempus inquit, tanta est sæuitia eius & nocendi cupido. Confidite tamen: quia nihil potest nisi permissus. Vos autem si non potestis dicere cum Paulo duce strenuo, in omnibus vincimus & superamus: videte ne sitis ex numero eorum qui velut ignaui duces amputatis pollicibus, quia arma enerviter tractauerant: sub mensa principis tenebrarum micas colligebant. Iudic. 1. Ne sitis e numero eorū: qui flexo poplite aquam hauriunt: & reprobantur a sacramento militię cęlestis. De hoc Augustinus. Cum historialiter in holocausti Gedeonis concrematione non terrestri igne sed cælesti flamma dicatur hædus absumptus: hoc ostendebatur per mysterium q futurum tunc bellum non humanis viribus sed cęlesti auxilio perficeretur. Et ros prius in solo vellere ostensus: demonstrabat: q diuina miseratio quæ tunc in Israel fragili & molli populo fuerat: ignitas gentium iras, sicut aqua ignem possit extinguere. Cum ergo dominus dicit: confidite: se præsentem constituit pugnæ eorum: vt ne animum abijciant: tantum habentes inspectorem certaminum suorum. Cum autem dicit: ego vici: spem illorum vacillantem confirmat: q & ipsi victoria potiantur: si legitime certent iuxta Paulum. 2. Tim. 2. Refert Plutar. De Lycurgo. Ibat rex aduersus hostes: coronatum hominem secum habens: qui certamine victor extitisset. Ac ferunt quendam cum grandis sibi pecunia in olympiacis traderetur: eam accipere noluisse: sed labore plurimo aduersarium luctando superasse. Quare diceret, Quid tibi o Lacon ea victoria lucri comparasti? Et illum arridentem, respondisse: ante regem constitutus, præliabor aduersus hostes. Tanti æstimauit Lacon iste rege præsente, pugnare pro patria, vt magnam pecuniæ videlicet pro nihilo duceret, idest laborem honestum pecuniæ præponeret. Vos igitur confidite, me habetis ducem, me inspectorem, me coronatum largitorem, durate vos met, rebusque seruate secundis. Labor improbus omnia vincit, dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.

Vide Matthæi 17. Hiere. 17. Theophy. Ioan. 4. Prouerbiū Eccle. 4. Philippus. Actu. 9. Galla. 6. 1. Cor. 15. Plutarch. Iob. 40. Apo. 12. Rom. 8. Iudi. 7. August. Figura. Lycurgus. Exo. 14.

F G H I K

Caput

Caput xvi. Orat filius patrem iuxta quod homo est. Hæc est autem vita ęterna vt cognoscant te verum & solum deum, & quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificaui super terram & cætera.

HAec loquutus est Iesus, & subleuatis oculis in cælum, dixit Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt & filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Sicut ex præcedenti vltima ostenditur clausula, hanc commendauit causam huius sui sermonis tam admirabilis & maximi & optimi, vt sui (A) in illo pacem haberent, propter quod totum agitur, q̄ Christiani sumus. Hac pace in pressuris omnibus consolamur, hac a pressuris liberamur, propter hanc omnem tribulationem fortiter sustinemus, vt in hac fœliciter sine vlla contradictione in pace in id ipsum requiescamus. Cum ergo dixisset propter quid omnia sit loquutus, vt in illo videlicet pacem haberent, ipse est enim pax nostra Iesus Christus, ad patrem verba sua conuertit, dicens, Pater venit hora. Cum igitur ait, venit hora, ostendit, omne tempus & quid quando faceret vel fieri sineret, ab illo esse dispositum, qui tempori subditus non est, quoniam quæ futura erant per singula tempora, in Dei sapientia causas efficientes habent, in qua nulla sunt tempora. Venit ergo hora qua verus Isaac impositis lignis ducatur in montem, sed hanc horam ille præfixit, qui ait: Tolle filium tuum. Clarificatus est autem filius Dei cum in vita tum & in morte & in sua resurrectione & confessu ad dexteram patris, de quo dictum est Ioan. 12. ibi: venit hora vt clarificetur filius hominis. item Ioan. 13. (B) ibi: Nunc clarificatus est, & cætera. Vt filius tuus clarificet te. Filium Dei clarificatum diximus iuxta formam seruilem in qua crucifixus est, propter quod & deus pater clarificauit eum, quod de patre nullo modo dici potest, cuius sempiterna claritas nec augeri potest nec diminui. Id quidem verum est in se ipsa, sed apud homines valde diminuta erat, quando in Iudæa tantum notus erat deus. Sed sonante tuba euangelica per totum orbem, exaltata est gloria patris & filij & spiritus s. Omnium enim apostorum vox illa est, Christi bonus odor sumus in omni loco, quattuor illis animalibus pennatis & oculatis (sequendo impetum spiritus sancti) portantibus hunc bonum odorem per quattuor mundi climata. Vas inquit electissimum est mihi iste, vt portet nomen meum, & cætera. Actu. cap. 9. Quomodo ergo clarificet filius patrem, sequitur, Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis. Omnis carnis nomine omnis homo significatur, Sicut Lucæ. 3. Dicitur, videbit omnis caro, & cætera. Paulus autem omnis inquit anima potestatis sublimioribus subdita sit. Rom. 13. Accepit aut Christus dominus hanc potestatem iuxta quod homo est, alias (C) omnia per ipsum facta sunt. Accepit autem hanc potestatem vt det vitam æternam omnibus qui per fidē inserti fuerint corpori suo quod est in cælo partim, & partim in terra, cuius ipse est caput. Omnibus inquit, qui non ex sanguinibus nec ex voluntate carnis neque ex voluntate viri sed ex Deo nati sunt. Quomodo ex Deo? Aqua & spiritu sancto. Ioan. 3. Nec refert Iudæi sint an Barbari an ex quauis natione quæ sub cælo est, omnes acceperunt, per fidem vnius mediatoris Dei & hominum potest vt filij Dei nominentur & sint, vt omnes accipiant denarium vitæ æternæ. Hæc est autem vita æterna vt te & quem misisti Iesum Christum cognoscant solum verum deum. Quod autem dominus non meminit spiritus s. non refert, quicquid de patre dictum est, de spiritu sancto dictum puta quo ad essentialia: Nā alias dixit: De die autem illo nemo scit neque filius, nisi pater solus. Math. 24. Marci. 13. & tamen dictum est de spiritu s. docebit vos omnem veritatem. Ioan. 16. Itaque cum veritas pateat, non magnopere digladiandum est de verbis & regulis dialectices, qua quæritur verum ista propositio sit vera, tantum pater est (D) deus, solus pater est deus. Respondetur: Quicquid sophistæ causlentur de propositione, pater & filius & spiritus s. sunt vnus deus, hæc est fides catholica. Cæterū si cognitio Dei est vita æterna tanto magis viuere tendimus, quanto in cognitione Dei proficimus. Nā iuxta Hierony. absq; notitia sui creatoris omnis homo pecus est. Ad hæc. Hilarius. Cum post multā inscius noctē, post ambiguam humanarū sententiarū incertamq; doctrinā, post diuersarū religionum variā opinionem, cum diu erratum quæstumq; de Deo sit, an vnus vel plures, & sexus vnius vel duplicis, & potestatis an æqualis an disparis, & ætatis an vniformis an variæ, & naturæ an innascibilis omniū an aliquorū aliquādo generatæ, posterioribus temporibus cū aliquibus magna grate & lōgo labore certatū est, dicētibus, aut nullos esse deos, aut a cura vitę humanę ab esse, Iā porro a plerisq; & illud tractatū est, nū sol astraq; cætera dij sint, aquibusdā autē diffinitum, mundū ipsum in ęternitate speciei huius ac mutationū manētem cū omnibus suis quæ ex se ferat, deū esse, Plerisq; vero ignē vel aquā vel vētū diuino nomine atq; honore donauerūt. Alij quoq; ligna (Esai. 40.) & (E) lapides sub specie hoīum volucrū, ferarū, Ezechi. talparū & vespertilionū. Esai. 2. adorauerūt. Postremo igitur cōfessis mibus destituti sq; studijs, cū plerisq; eorū maximeq; prudētes vnū hoc se scire, i. nihil horū hominē scire docuissent, ad se cōuersus propheta inquit, Si a magnitudine & pulchritudine & ordine & diuersitate & vtilitate creaturę creator cognosci potest, verū sit an non sit, an vnus an plures, æternus an cū tempore natus, quid opus est post greges abire istorum sapientiū cœcorum ducō, qui hoc vnū fatentur se scire, videlicet q̄ nesciunt? Quin potius audiamus deum verū, genitum non factū cōsubstantialē patri, per quē omnia condita sunt, de Deo vero suā sententiā proferentē. Hæc est inquit vita ęterna, vt te & quē misisti Iesum Christū agnoscāt solū verū deum, & agnitū diligant super omnia. De hac ꝓpositione vide doctorē nostrū in. 4. dist. 49. q. 4. in solutione primi argumēti cōtra. S. Thomā. Sētētia eius est, q̄ vita ęterna & btā est cognoscere deū verū, & agnitū amare. Cognoscere aūt deū vita ęterna est, si actus se gerentur, nō autē

Ioan. 17. / August. / Psal. 4. / Ephe. 2. / Gene. 22. / Phil. 2. / Psal. 75. / 2. Cor. 2. / Ioan. 1. / Ioan. 3. / 1. Ioan. 5. / Math. 20. / Hierony. / Hilarius. / Sapien. 13.

sequitur, est vita æterna, ergo vita beata. Quod autem dicit Augustinus.1.de trinitate, quod visio est tota merces hominis intelligentiæ, dicitur quod tota merces est, sed non summa merces totius hominis. Cæterum cum dicit, cognoscant te solum, multitudinem deorum excludit. Cum dicit verum, multos falsos excludit qui dij putati sunt. Ad hæc Plato. Quæ de deorum immortalium simulachris Numma statuit quam similia sunt prorsus Pythagoræ documentis. Nam primum principium ille neque sensui neque perturbationi subiectũ, sed mentem inuisibilem & increatam esse censuit. Numma autem Romanos prohibuit existimare, imaginem Dei aut hominis speciem aut animal habere formam. Neque fuit apud eos nec ficta nec picta Dei prius species. Sed in prioribus 170. annis, templa quidem ædificabant sacraque tuguria erigebant, simulacrum vero nullum corporeum faciebant, per inde atque nec fas esset deterioribus meliora assimilare, neque aliter atque intelligentia percipi deus possit. Nunc autem eo stultitiæ ventum est, vt ipsi febri, & deæ cloacinæ sacella erecta sint. Val. Mor. lib. 2, cap. primo. Et cæteros quidem deos ad benefaciendum venerabantur: Febrem autem ad minus nocendum templis colebant, quorum adhuc vnum in palatio, alterum in area Marianorum monumentorum, tertium in summa parte vici longi extat. In eaque remedia quæ corporibus ægrorum adnexa fuerant deferebantur. Est autem id mirabile in oculis meis. Febrem deã colere quæ benefacere nescit, verum autem male, video. Plinius Matrimonia quidem inter deos credi, tãtoque tum ex his neminem nasci, & alios esse grandæuos semperque canos, alios iuuenes atque pueros, atri coloris, aligeros, claudos, & alternis diebus viuentes morientesque, puerilium prope deliramentorum est. Sed super omnem impudentiam adulteria inter ipsos fingi, mox iurgia & odia: atque etiam esse & scelerum numina qualis dea Laurina & venus. Inter tot potenta deorum inuenit ipsa mortalitas numen, quo minus etiam plena de Deo coniectura esset, totoque mundo & locis omnibus omnibusque horis hominum vocibus fortuna sola inuocatur, vna accusatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum conuitijs colitur, volubilisque, a plerisque vero & cæca existimata, vaga & inconstans incerta, varia, indignorumque fautrix. Huic omnia expensa, omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium sola vtramque paginam facit. Pars alia hanc pellit, astroque suo euentus assignat. Hæc ille. Merito igitur dominus Iesum patrem suum orat vt tot exclusis erroribus, eum solum nouerint, qui solus est deus. Ad hæc lactantius. Si quæras quomodo aliqui homines dij crediti sunt? Nimirum quia reges maximi ac potentissimi fuerunt, ob merita suarum virtutum, aut munerum, aut artium repertarum, cum chari fuissent ijs quibus imperitauerant, in memoriam sunt consecrati. Igitur homines rudes siue ob virtutis miraculum, quæ semper rara fuit, homines deos vocare cœperunt, siue vt fieri solet in adulationem præsentis potentiæ. Actu. cap. 12. Deinde ipsi Reges cum chari fuissent ijs quorum vitam composuerunt, magnum sui desiderium mortui reliquerunt, Itaque homines eorum simulacra finxerunt, vt haberent aliquod ex imaginum contemplatione solatium. Progressique longius per amorem, memoriam defunctorum colere cœperunt, vt & gratiam referre bene meritis viderentur, & successores eorum allicerent, ad bene imperandi cupiditatem. Hæc ille. Cum autem dicit, deum, nomen proprium assignat vnius & veri Dei. Namque cæteri qui dicuntur dij, non simpliciter dij vocantur, sed cum nominis proprij adiectione vt deus Iupiter, Mars, Apollo, Vulcanus, Mercurius, &c. At qui solus est, verus est, deus natura est, non habet nomen, vocatur autem deus, pater, filius, spiritusß, cuius nomen est, sum qui sum. De quo ultra. Exo. 3. Stoici iuxta Plutarch. Numinis essentiam hoc modo diffiniunt, Ignitum spiritum (deus ignis consumens) intelligentiæ participem formam nullam habentem, in quacunque vero velit se vertentem, omniaque assimulantem. Sequitur. Omnis autem via noscendi deum septuplex est. Prima ab ijs quæ supra visuntur ducitur, sole luna & astris cæteris, quæ veluti ratas diei noctisque vices peragunt, hyemisque & æstatis, ortusque & occasus signa sunt, eodem semper tenore currentes. 2. Eorum quæ ex terra animantur, in fruges vel enascuntur. Tertia a perpetuo ordine rerum, qui sine Dei prouidentia non posset consistere. Quarta ab vltione repentina impiorũ. Quinta ab exaltatione bonorũ. Sexta per fidem, de qua dicitur, hæc est vita æterna inchoatiue vt cognoscant te per conspicillum fidei, sicut dicit Paulus, videmus per speculum, siquidem specula duo conspicillum constituunt. Septimu per visionem Dei sicuti est. Ad hæc Ambro. Super illud Actu. 14. Et quidẽ non sine testimonio seipsum reliquit. Quod est autem hoc testimoniũ quod semper domino deseruiuit, & nunquam de eius bonitate ac potestate conticuit? Nisi ipsa totius mundi inenarrabilis pulchritudo, & inenarrabilium beneficiorum eius diues & ordinata largitio? Per quæ humanis cordibus quædam æternæ legis tabulæ præbebantur, vt in paginis elementorum ac voluminibus temporum communis & publica diuinæ institutionis doctrina legeretur. Cæli enim enarrant gloriam Dei. Psal. 19. Quem nosse vita est æterna, nosse autem diligere & frui vita beata. **Ego te clarificaui super terram, opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud te metipsum, claritate quam habui apud te. Priusquam mundus fieret.** Ambrosi. Opinionem de te hominibus huiusmodi infudi, vt cognoscant te verum deum, & tu hanc de me illis confirma (opinionem pro fide dixit) fidem, vt credant me tuum filium, & deum verum. Dicit autem opus consummaui, cum excessum illum de quo colloquebantur Moses & Helias, nec dum consummare cœpisset, quia eum breui consummaturum se certissime nouerat, & sequenti die dicturus erat, consummatum est. Consumarat tamen iam opus prædicationis suæ, a victoria enim crucis non legimus prædicasse dominum Christum. Et nunc clarifica me tu pater apud te met ipsum. Dixerat superius hanc eam sententiam, sed inuerso ordine. Pater clarifica filium, vt filius clarificet te principio ea, huius. Quia reuera & in patre clarificat filius, & gloria patris est filius sapiens. Quid est autem, claritate quam habui apud te? August. Ita exposuit hunc locum, clarifica me tu pater, tanquam diceret, Claritatem quam habui apud te, id est illa claritatem quam habui apud te in prædesti-

Marginal notes: August. — Plato. — Pythago. — Numma. — Plinius. — Fortuna. — Deuter. 4. — 1. Cor. 13. — Ambrosi. — Ambrosi. — Lucæ. 9. — Ioan. 19. — August.

Margin letters: F — G — H — I — K

præde[illegible]natione tuâ iam tempus est, vt apud te habeam etiam viuens in dextera tua. Potest hic esse sensus. Effice pater, vt intelligant omnes credentes, eum qui in forma serui pependit in ligno, eundem esse per quem omnia condita sunt, & cætera gubernantur. Effice vt merum agnoscant deum, quem tanq̃ sceleratum inter iniquos pendere viderunt, & deriserunt. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerũt. Nunc cognouerunt q̃ omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt, quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerunt vere, q̃ a te exiui, & crediderunt, q̃ tu me misisti. Qui sint isti homines qui olim de mundo erant, ac proinde immundi & communes, nunc autem populus Dei, domestici Dei & ciues cæli, & membra corporis Christi, ex visione illa ostensa Petro inter orandum plane dignoscitur. De hoc Paulus. Dico Christum Iesum ministrum fuisse Iudæorum, &c. Rom. 15. In hoc igitur ministerio prædicationis suæ, quo totam Iudæam euangelico semine repleuit, multos ad se attraxit de mundo, trahente eos patre ad rete Christi vnigeniti sui. Tui inquit erant, licet interim in aquis salsis maris huius versarentur, aut velut onagri in deserto, & mihi eos dedisti sonnandos & regenerandos. Quid enim habet filius iuxta q̃ habitu inuentus est homo, q̃ non acceperit a patre? Et sermonem tuum seruauerunt. Quem sermonẽ? Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Matth. 17. Crediderunt igitur doctrinæ traditæ in euangelio, quæ non est magis patris q̃ filij, sicut alias dixit, mea doctrina non est mea. Ioan. 7. Cognouerunt autem & illud, q̃ sicut omnia quæ docui verba tua sunt, ita & omnia quæ operatus sum, te cooperante peregi. Cognouerunt & illud, q̃ a te exiui, iuxta q̃ in principio erã deus apud deum. Hoc est cognouerunt vnitatem essentiæ cum distinctione personali, cognouerunt tamen ex parte, id est per fidem, de quo iam semel & secundo dubitauimus, & crediderunt q̃ tu me misisti dicens, vade & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos & pecora, & renuntia mihi quid agatur. Ego pro eis rogo, non pro mũdo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Orat igitur filius patrẽ iuxta q̃ minutus est paululum a deo, vt perficiat quod cœpit, vt iustificet quos vocauit, & quos iustificauit glorificet, & si interea ceciderint septies (non est enim homo qui non peccet) supponat manũ suam, ne collidantur. Psal. 36. Quærendum est autem qui sint homines illi, quibus melius fuisset, si nati non essent, qui & mundi nomine significantur, quos orationis suæ participes esse non vult, qui tamen vult omnes homines ad agnitionem veritatis venire? Nempe illi qui obsistunt euangelio, & oblatrant, cõculcantes margaritas, & velut canes lymphatici lacerant doctrinã euangelicam, & iactantes puluerem in aera, & vociferantes, abiectis vestimentis, dicunt, tolle de terra huiusmodi nebulones & impostores, verborum satores, & nouorum dæmoniorum annuntiatores, haud enim fas est eos viuere. Ad hæc Hieronymus. Quod si de mundo nõ sumus, quid in aliena satagimus? Quid erga multa turbamur? Luc. 10. Nemo in extranea patria plus appetit possidere, q̃ in sua. De his potius curãdum est, quæ nobiscum ferre possimus. Quod autem dicit, mea omnia tua sunt, &c. Iuxta illud loquitur, q̃ pater & filius vnum sunt. Cuius enim sunt, nisi eius per quem condita sunt? Quod autem dicit, & clarificatus sum in eis, perinde valet, & clarificabor in eis, quando repleti spiritu sancto, implebunt præceptum illud, euntes in orbem vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ, clarificatur item dominus in morte iustorum. Mors enim sanctorum martyrum ideo preciosa dicitur, quia testificatur de morte Christi, forsitan enim pro hoc bono & iusto, quis sustineat mori Ro. 5. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Iuxta formam serui tam ille q̃ apostoli, erant in mundo. Iuxta humanos affectus & conuersationem terrenam, illi aliquando in mundo erant, in præsentiarum autem non erant. Dominus Christus hoc modo essendi in mundo nunq̃ fuit, qui peccatum non fecit, serpens in eo nulla vestigia impressit. Prouer. 30. Princeps seculi huius nihil in eo sui iuris inuenit. Ioan. 14. Sensus est igitur, q̃ Christus dominus cito ablaturus erat ab eis præsentiam corporalem ascensurus ad patrem, apostoli autem ad propagationem populi Christiani, diu seruãdos in hoc seculo, quorum tamen conuersatio cælestis erat, & maxime post aduentum spiritus. Iuxta iuxta illud, qui sunt isti qui vt nubes volant, & velut columbæ.

(Margin: Actu. 10. Ioan. 6. Iob. 39. Gene. 37. Psal. 8. 3. Reg. 8. Matth. 26. 1. Tim. 2. Matth. 7. Actu. 22. Actu. 17. Hierony. Marci. 16. Esai. 60.)

Caput. xvij. Continuatur oratio domini enim Iesu Christi, vsque in finem capitis. 17. Ioannis euangelistæ. Vide textum.

PAter sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnũ sicut & nos. Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi ego custodiui, & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis, vt scriptura impleatur. Quod filius orat patrem, ostendit q̃ verus homo sit. Quod autem dicit, vt sint vnũ sicut & nos, ostendit q̃ sit & deus, eiusdem essentiæ cum patre. Hac oratione factũ est, vt iuxta quod refert Lucas in actis, multitudinis credentium esset vnum cor, anima eadẽ, & concors voluntas. Chryso. Nihil certe concordiæ & mutuæ voluntati æquiparandum. Vnus enim multiplex est, Briaræus est. Si enim concordes sunt duo vel decẽ, nõ amplius erit vnus, sed quilibet illorum fit decuplum, & inuenies in decem vnum, & in vno decem. Et si inimicum habeat qui vnum aggreditur, decem sciat se aggredi. Vnum dicenti cuidam, habeo multos gladios, responsum est, & ego multos amicos. Vnde illud. Nos serui tui recensuimus numerum pugnatorum quos habuimus sub manu nostra (duodecim millia) & ne vnusquidem defuit. Origenes. Magnum est & mirabile,

(Margin: Actu. 4. Chrysost. Num. 31. Origenes)

ꝙ nullus dissentire dicitur ex millibus duodecim, qui egressi sunt ad pugnam. Vere enim nisi talis fueris ꝙ in nullo dissentias a mandatis Dei, non potes vincere. In eo enim iam victus es, in quo dissentis. Caeterum rara auis est illa, quae dicere potest cum apostolo, scio ꝙ nulla creatura poterit separare me a charitate Christi Iesu. [Rom. 8.] Et obserua ꝙ olim apud Romanos qui sacra facturus erat, rem se ante omnia fatebatur. [Sacerdot.] Tenebrarum enim rectores etiam a mundi cordibus volebant sibi sacrificari, & his imposturis dementabant animos infidelium. [Hierony.] Orat igitur dominus, vt illi quos accepit a patre sacra doctrina imbuendos & moribus, sint vnum, vt eodem sensu eademque sententia repugnantia inter se vicia deserentes, vnam apprehendant solamque veritatem. Neque enim vicia & perturbationes inuicem se sequuntur, quod de virtutibus dicitur, in quibus nec hyperbasia sunt, neque ellipsia, idest nec plus nec minus, sed omnia temperata. In vitijs vniuersa contraria sunt, vt pauor audaciae, impietati superstitio, parcitati. Cum essem cum eis, ego seruabam eos. Et quis rogo eos seruabat, domino absente iuxta formam seruilem, nisi is qui non dormitabit neque dormiet & custodit Israel? [Psal. 120.] Non ergo hoc ita carnaliter debemus accipere, velut vicissim nos seruent pater & filius, amborum in nobis custodiendis alternante custodia. [August.] Quis enim ita desipiat? Custodia nostra est pater, filius & spiritus sanctus. Nempe tres ciuitates refugij tertio replicatae in scripturaa, videlicet Num. 35. Deuterono. 19 Iosue cap. 20. Intelligamus ergo, quod quando scriptura sic loquitur, personas distinguit, non autem separat naturas. Saepe dictum est opera beatissimae trinitatis inseparabilia esse circa omnem creaturam. Quos dedisti mihi, ego custodiui, nam alias filioli ecce Satanas expetiit vos, vt cribaret, vt conteret & cassaret, ipse est enim malleus vniuersae terrae, [Hiere. 50.] ego autem rogaui pro vobis, vt non deficiat fides vestra. Lucae. 22. [Matth. 26.] Et nemo ex eis perijt nisi filius perditus. Perijt autem volens & sciens. Ipse enim abijt ad principes sacerdotum, dicens, quid vultis mihi dare. Rursus volens perijt. Quis enim eum adegit ad laqueum? [Psal. 108.] Prudens & sciens perijt. Potuit enim currere ad lachrymas, sed quoniam noluit benedictionem, longe factus est ab eo. [Matth. 26.] Melius illi erat natum non esse. Quod autem dicit, vt impleatur scriptura, ly vt, consequutiue tenetur. Est autem scripta haec, illa de qua Ioan. 13. qui manducat panem meum, leuabit contra me calcaneum. **Nunc autem ad te venio & haec loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis.** Iam diximus in praecedentibus quomodo dominus Christus erat in mundo, & quomodo non erat in mundo. Est autem gaudium suum quod optat vt impleatur in suis, vt sicut ipsi suo modo vnum, sicut pater & filius & spiritus s. vnum sunt. Haec est pax illa & beatitudo in futuro saeculo, propter quam consequendam perstandum est super custodiam nostram, Hab. 2. Et viuendum est temperanter iuste & pie in hoc saeculo; Tim. 2. Paranda altera maxilla, [Matth. 18.] moriendum saeculo, & tollenda crux cotidie, & remittendum fratribus de corde (vde corde) vsque septuagies septies Lucae. 9. qui potest capere capiat. Sequitur. **Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.** Quod dicit, mundus eos odio habuit, praeteritum posuit pro futuro. Non dum enim id experti fuerant passionibus suis, quae illos postea sunt sequutae, vt synagogis interdicerentur futuri odio omnibus propter nomen Christi, & tantis pressi malis, vt dicerent cum Paulo, vere taedebat nos vitae, Vide 2. Corin. 1. capite, Vt dicerent cum Helia. Obsecro domine tolle animam meam; neque enim ego melior sum ꝙ patres mei, 3 Reg. 19. Quod autem dicit, non sunt de mundo, electione Dei factum est, vt cum essent oleastri, insererentur in bonam oliuam, dominum Iesum Christum, [Rom. 11.] & cum essent natura filij irae, regeneratione sacramentorum herere principes populorum, [Ephe. 2.] dicente domino singulis eorum, non vocabitur vltra nomen tuũ Abram, sed appellaberis Abraam, quia patrem multarum gentium constitui te Gene. 18. Quod autem dicit, sicut ego non sum de mundo, vere non erat de mundo, per quem mundus conditus est. Sed & iuxta formam serui, nouo quodam & mirabili modo mundum est ingressus, dicente propheta, creauit dominus nouum super terram, vnum quendam, qui non magis vestigia impressit in mundo ꝙ nauis in mari, aut aquila volans per aera: Prouerb. 30. Sequitur. **Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos a malo.** Malo illo de quo dicitur, libera nos a malo, non a tribulationibus quibus paratur corona. Vnde illud Pauli ad Philip. 1. Desiderium quidem habeo absolui a vinculis corporis: huius molis aggrauantis animam, quia reuera hoc mihi melius & conducibilius est, videlicet esse cũ Christo. Attamen quia charitas syncera & vera non quaerit quae sua sunt (o verbum Paulo dignum) permanere in carne necessariũ est propter vos. Hoc idẽ dictũ puta de viris istis beatis, qui cũ essent paruuli in oculis suis. 1. Reg. 15. Capita in tribubus Israel facti sunt. [Prouerbiũ] Vere enim paruuli erant in oculis omniũ. Qui enim erant patres eorũ. 3. Re. 16. Filij erant tertae iuxta prouerbium, & facti sunt pupillae oculorũ domini nostri Iesu Christi, Zach. 2. Isti sunt duodecim stellae coronae. S. matris ecclesiae, & lapides, 12. In rationali magni sacerdotis, quos in pectore gestat & in corde, quorũ doctrina fulget ecclesia vt sol & luna. Quia non sunt de mundo. De mundo erant sed praecepto Dei sublati sunt de medio alueo Iordanis, Iosue. 4. & trãslati de morte ad vitam, sanctificati, iustificati, & abluti muneribus Christi. 1. Cor. 4. Vocantur autem lapides durissimi, propter malorum tolerantiam. Alioqui de istis lapidibus produxit dominus mel suauissimum & oleum, luxerunt enim vita, luxerunt & doctrina. [Deuter. 32.] Rogat igitur bonus pastor pro sodalibus suis, & seruentur ab incursu luporũ, circumeunt terram, quia & ipsi futuri erant pastores ouium Christi. Vnde illud, Act. 20. Scio ꝙ post discessum meum venturi sunt lupi rapaces, non parcẽtes gregi. [Alexander] Alexãder donec aut acies instrueret, aut milites adhortaretur, aut concionem haberet, aut lustrans ob equitaret, vt bucephalo parcius vteretur, alium sumebat equum, quomodo is aetate iam grandior erat. Isti autem quibus ducibus noster Gedeon expugnaturus erat orbem non armis sed lagenis sed tubis sed lampadibus: Iudi. 7. Hoc est vita doctrina & miraculis, adhuc pulli erant, volatus inexpertes, ac proinde impares tot congressibus eius, qui factus est ve

est vt nullum timeret, Seruantur igitur interim donec grandescant. sub vmbra alarum Dei. Refert autem Onesicritus de Bucephalo illo, q. 30. annos nactus, moribundus iacuit, cuius mortem acerrime indoluit Alexander, amicum quendam ac familiarem amisisse se existimans, super eo penes hydaspem conditam vrbem, Bucephaleam appellauit. Cane etiam perta nomine a se nutrito (quo plurimum delectabatur) amisso, vrbem sui nominis ædificauit. Quod si Alexander tanti æstimauit vitium, quanti Christus dominus has margaritas, qui pupillæ erant oculorum suorum? Cæterum sicut dicit Aratus, non sunt huiusmodi præmia regiæ amicitiæ, a malo seruare, sed ad mortem compellere, eo tamen addito, vt quam velint eligant. Sequitur. Sanctifica eos in veritate. Si enim dixerimus, peccatum non habemus, veritas in nobis nō est. 1. Ioan. 1. Pharisæi sumus, dicamus licet, non sumus sicut cæteri. Lucæ. 18. Vnde illud. Omnem qui fert

A fructum purgat agricola, vt vberiores afferat fructus. Sanctifica eos in veritate, & enim est charitas quæ vocatur ab apostolo ficta. Est & iusticia eorum qui vocantur sepulchra dealbata. Matth. 23. Illa autem est vera sanctificatio, de qua Paulus, glorificatio nostra testimonium est conscientiæ nostræ. 2. Cor. 1. Sanctifica eos igitur in veritate, non radicitus euellas, sed purga, Qua falce? Sermo tuus veritas est. Vnde sermo ille ex ore veritatis, iam vos mundi estis. Propter sermonem quem loquutus vobis. Ioan. 15. Sicut enim sermone Christi sanabantur ægrotantes, ita & per fidem adhibitam doctrinæ Christi iustificabantur credentes, corde enim creditur ad iusticiam, idest ad primam gratiam infundēdam, qua iustificatur homo. Sicut tu me misisti in mundum: ita & ego misi eos in mundum: & pro eis ego sanctifico me ipsum. vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Quod dominus Iesus missus sit a patre in mundum, qui in mundo erat, vt ouem centenariam requireret, regnum cælorum prædicaret, peccata donaret, ægrotos sanaret, principem huius mundi foras expelleret, sacramenta institueret, legem Mosaicam

B abrogaret, mortem obiret pro veritate tuēda iam in superioribus dictum est, ad quorum multa missi sunt apostoli sicut oues in medio luporum. Et pro eis inquit sanctifico me ipsum. Quomodo sanctificatur, qui de spiritu sancto conceptus est, & in quo princeps mundi regus licet, nihil inuenit? Cum inquit fructum plurimum attulisset in vite, purgatur passionis falce flagellis, cruce, colaphis & contumeliis, felle, spinea corona & clauis, vt fructificaretur adhuc pro nobis, idest vt nos sanctificaret in seipso, qui sumus membra eius, vnde dicit, vt sint ipsi sanctificati in veritate, idest in charitate nō ficta. Dicit autem in veritate, quia sanctificatio quæ in lege fiebat non erat vera in veritate, sed iuxta carnem tantum, quam Paulus vocat sanctum mundanum vel sæculare. Hebr. 9. Hostiæ inquit illæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, solummodo in cibis & in potibus & in variis baptismatibus & iusticiis carnis vsque ad tempus correctionis impositis. Bene ergo dixit, sanctificati in veritate. Euangelium enim vocatur tempus correctionis, quia corresit iusticiam legis, transferens iustificationem a carne ad spiritum. Non pro

C eis autem rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus q tu me misisti. De his igitur qui credituri erāt in Christum per verbum apostolorum, scriptum est in mysterio, & qui præibant, & qui sequebantur, clamabant, Osianna in excelsis. Matth. 21. Vnde & illud. Num vnam benedictionem tantum habes pater? Et mihi obsecro vt benedicas. Gene. 27. Et rursus. In semine tuo benedicentur multi de omnibus gentibus. Interest autem, q licet vterq; benedicti sint a domino, per crucem Christi cancellatis manibus, gentes transierunt a leua in dexteram. Vnde & illud. Populus tuus populus meus, & deus tuus, deus meus. Ruth. 1. Non tamen rogat dominus pro omnibus qui audituri sunt euangelii prædicationem, quia non omnes obediunt euangelio iuxta Paulum. Rom. 10. Vt omnes inquit vnum sint corpus, cuius ego sum caput. Sicut tu pater in me & ego in te, sicut palmites in vite, imitati autem summam vnitatem patris ad filium & spiritum. s. creatura quomodo po-

D test? Quæ vere numq; in eodem statu in eodem proposito in eodem velle perstat, sed mutatur vt luna, imo mutatur vt vmbra. Tamen orat dominus Iesus vt suo modo per amorem liquefiant, sicut metalla posita in igne, & in vnum corpus coalescant, vt sit in multis cor vnum & vnum velle, vt dicant semper, fiat pater voluntas tua. Matth. 6. Vnde illud. Viuo iam non ego, viuit vero in me dominus Christus, quasi dicat vna Christi anima Christi anima informabat duo corpora vnum per realem præsentiam, alterum per amorem & gratiam. Vt credat mundus q tu me misisti. Et mundus hic ipsi sunt, pro quibus orat dominus vt sint vnum in sese & in domino Iesu Christo. Iungamus hunc textum sic, Rogo vt omnes vnum sint, rogo vt mundus credat q tu me misisti, illuminare sedentes in tenebris & vmbra mortis, misisti me redemptionem populo Dei, vt mederer contritis corde. Lucæ. 4. Et ego claritatem quam tu dedisti mihi dedi eis, vt sint vnum & cognoscat mundus, q tu me misisti: & dilexisti eos, sicut me dilexisti. Augustinus. Quam claritatem nisi immortalitatem? (Fulgebunt enim iusti sicut sol)

E quam natura humana in illo erat acceptura, ille quidem post dies tres mortis suæ, in quibus granum illud allatum de coelo (venter tuus sicut aceruus tritici Cant. 7) seminatum est, & renatum multo cum fœnore, manipulis cæteris in terram iacentibus, nos autem iuxta Iob in nouissimo die. Cap. 19. Hanc igitur claritatem nec ipse adhuc acceperat, sed more suo propter immobilitatem prædestinationis, præteriti temporis verbo futura significauit. Quod igitur ille accepit elapso a morte triduo, iusti accipient canēte nouissima tuba. 1. Cor. 15. Potest intelligi claritas hæc collata apostolis, iuxta illud ex actis ca. 5. Per manus aūt apostolorū fiebāt signa & prodigia multa in plebe. Sequit. Erant vnanimiter oēs in porticu Salomonis. Cæterorū autē nemo audebat se cōiungere illis, sed magnificabat eos populus, &c. Sicut igit claritas Christi in dies crescebat & fama eius diuulgabat quoquoversus, ppter miracula & doctrinā cęlestē cōiunctā vitæ immaculę: ita de apostolis intellige, quibus dictū est, qui credit in me opera quæ ego facio faciet

Marginal notes: Iob 41. Alexand. Aratus. Ioan. 15. 2. Cor. 6. Matth. 10. Gene. 22. Gene. 48. Luc. 1. Matth. 13. August. Ioan. 15. Gene. 37. Ioan. 14.

 & ma-

& maiora his faciet. Et cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos sicut me. Vnde dixit supra, ipse enim pater amat vos. Nec tamen ideo pares sumus vnigenito Dei filio, per quem creati & reconciliati sumus, quia dictum est, dilexisti eos sicut & me, quia ille natura nos gratia filij sumus & adoptione; Et tamen pro nobis adoptandis & reconciliandis, vnicum suum tradidit. Sic miro & diuino modo & quando nos oderat diligebat (odio est enim Deo impius & impietas eius) oderat quod feceramus, & diligebat id quod fecerat. [Sapien. 14.] [Sapien. 11.] Nihil enim odisti rerum quae fecisti. Pater quos dedisti mihi volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Itaque si dominus Iesus est pro nobis, quis contra nos? Si deus iustificat, quis est qui condemnet? [Rom. 8.] In magnam reuera spem dominus Iesus suos erigit, qua maior omnino esse non posse. [August.] Voluntari enim eius quis aliquando restitit & pacem habuit? Iob. 9. Pater inquit volo vt sint cum capite membra corporis, sint cum principe amici & filij, sint oues cum pastore cubante in meridie. [Canti. 1.] [F] Caeterum quantum attinet ad creaturam in qua factus est ex semine Dauid iuxta carnem, nec ipse dominus adhuc erat, vbi futurus erat, sed eodem modo dixit, vbi ego sum, quo Ioan. 3. Dixerat Nicodemo, nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo. [Rom. 1.] Hoc de capite. Paulus de membris tradit, consedere nos fecit in caelestibus. [Ephe. 2.] Ergo & nos iam sedemus in capite, & stamus ac fluctuamus in corpore, donec absorbeatur quod mortale est a gloria, (2. Cor. 5.) In qua inebriabimur ab vbertate domus Dei. [Psal. 35.] [August.] Augustinus. Vides quae innudatio & affluentia praedicetur fontis aeterni, quam etiam ebrietas quaedam consequitur? Quo nomine mihi videtur mirabiliter significari obliuio illa secularium vanitatum atque phantasmarum, quando funditus interibit memoria Amalech, de sub caelo animae nostrae. [Exo. 17.] Ibi igitur constituti, vidimus charitatem domini Iesu, quam accepit a patre, de qua dicitur, ecce cum nubibus caeli quasi filius hominis veniebat, &c. Vide textum Dan. cap. 7. Quod autem dicit, quia dilexisti me ante constitutionem mundi, id & omnibus praedestinatis commune est, sed non dilecti sumus velut plasma & lutum quod habet figulus in manu sua, & inde formauit vasa multa cum aurea tum & argentea sicut placuit in oculis suis (quorum e numero Paulus est, Act. 9.) [Hiere. 18.] [G] vnigenitus autem Dei filius dilectus est tanquam vnicus coaequalis, consubstantialis & coaeternus, qui est benedictus in saecula saeculorum amen, deus optimus maximus. Pater iuste mundus te non cognouit, Ego autem cognoui, & hi cognouerunt, quod tu misisti me. Et notum eis feci nomen tuum, & notum faciam, vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis. De hoc nescio quo mundo qui totus positus est in maligno dixit & Ioannes, & mundus eum non cognouit, & sui, idest sui eum non receperunt. Non ergo loquitur de toto orbe, qui de euangelio Christi nihil audierant, praecipiente domino praedicatoribus ac dicente, in viam gentium ne abieritis, sed ite potius ad oues quae perierunt domus Israel. [Matth. 10.] Ex his igitur ouibus quoniam maxima pars in canes degenerauerat in lupos & equos insanientes, audito euangelio, non cognouerunt: quia credere noluerunt. [H] Vnde illud, Vae tibi corozaim, &c. Matth. cap. 11. Si autem intelligas de vniuerso mundo, tunc positum est praeteritum tempus pro futuro, quod alias bis vel ter factum est hoc cap. 17. Ioannis. Ego autem noui te. Nemo enim nouit patrem nisi filius; (Matth. 11.) & cui voluerit filius reuelare, sicut sequitur, & hi cognouerunt, quia tu me misisti. Et notum eis feci nomen tuum. Non enim vno aut duobus locis patris sui meminit dominus Iesus, sed saepius, sicut est illud, in domo patris mei oportet me esse. [Luce. 2.] Item Ioan. 2. Nolite facere domum patris mei, &c. Item Matth. 6. Pater noster qui es in caelis. Et per totum euangelium Ioannis continenter. Et si inquit apud multos lusi operas meas (feci tamen quod meum erat) quia mundus magna ex parte suis vicijs caecus, te agnoscere noluit, extitit tamen quaedam terrae pars, quae suscepto semine, fructum attulit, alia quidem triginta pro vno grano, alia 60. terra autem optima fructum attulit centesimum, qui numerus in dextera computatur. [Matth. 13.] Isti sunt quibus notum fecit dominus nomen patris sui, & per apostolos suos, notum faciet, quae enim quis per alium facit, per se facere videtur. [I] Vt dilecti a te diligant te, hic visum per fidem, donec veniat id quod perfectum est, quando implebitur illud, tenui eum nec dimittam. Canti. 3. [1. Cor. 13.]

Explicitur liber decimus.

Liber Vndecimus incipitur.

Caput I. Hymno dicto, egreditur dominus cum suis vndecim in montem oliuarum. Assumptis tribus ex suis, coepit pauere & taedere, & moestus esse. Tristis est anima mea vsque ad mortem. De oratione trina. De calice transferendo. De somno trium apostolorum. De angelo confortante dominum, deque sudore illo sanguine decurrente ad terram vsque. [K]

HAec cum dixisset, & hymno dicto. Matth. 26. Exierunt secundum consuetudinem in montem oliuarum. Lucae. 22. Trans torrentem cedron Ioan. 18. In praedium cui nomen Geth semane. Matth. 26. Sequuti sunt autem eum discipuli sui. Lucae. 22. Tot igitur tantisque expletis mysterijs, apostoli non Iudaico more surrexerunt a mensa, ludere & illudere, & choros ducere in honore vituli comedentis foenum, [Exo. 32.] sed pasti mensa caelesti in vtroque homine: Laudes omnium bonorum cecinerunt autori, aperit manum suam, & implet omne animal benedictione. [Psal. 144.] Tu igitur quicunque ades, vide ne ingratus sis tanto beneficiorum cumulo, quo hac ipsa nocte donatus es, quia ingratitudo peremptoria est salutis, sicut dictum

sicut dictum est cuidam ignato, Non recedet gladius de domo tua in sempiternum. Itaque hymno dicto,
græco hymnisaotes, salutato hospite, exirunt iuxtā consuetudinem. (Non enim infrequens erat locus ille
amœnus & opacus domino & suis) in montem oliuarum. Trans torrentem Cedron, in prædium cui no-
men Geth semani, idest vallis pinguedinum, propter abundantiam oliuarum, quarum ibi erat vt prædi-
citur ingens copia, ex quibus oleum elicitur. Dicit autem hoc loco Faber, φ ly Cedron non dicitur a Ce-
dris plurimis, sed ab opacitate loci. Est enim vox Hebraica, quæ obscuritatem & metaphorice tristiciam
ac mœrorem designat. Vbicunq; enim inuenitur in testamento veteri, cedron Hebraice est, cedmn. Hebræi
autem cedros non cedron sed arazaim vocant. 2.Reg.15. Item.3.Reg.15. Hiere. 31. Legendum autem ton
cedron, non ton cedron. Hæc ille. Verum sicut dixit alius quidam interpres, articulus additus Ton cedron,

A idest cedrorum, iudicat nomen hoc non esse Hebraicum sed Græcum & Latinum, & opinor torrentem ita
dictum, φ hinc & hinc cedros haberet, quemadmodum dictus est mons oliuarum. Sequuti sunt autem eū
discipuli sui, vt impleretur illud: rex Dauid fugiens filium suum Absalon, transgrediebatur torrentem ce-
drorum, & ascendebat cliuum oliuarum scandens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite. Fu-
giebat autem rex, cedens ire Dei, dicenti: ecce ego suscitabo super te malū de domo tua, & cætera. At qui
peccatum non fecit, sed tollendis omnium peccatis venit, ipse pergit in locum Geth semani, vt occurrat
traditori suo. Quod Matthæus vocat geth semani Ioānes vocat hortum, in quem inquit introiuit. Theo-
phyl. id dicit vt ostendat, φ sponte ad pāssionem veniat, & laborem minueret Iudæis se quærentibus. Nā
ne fatigarentur, huc & illuc obambulantes, quærentes eum, ipse obiatus est manibus eorum, inueniturq; e-
nim in horto quasi in carcere quodam. Dicit autem quidam doctor non contemnendæ autoritatis, φ pe-
rorauerit dominus Iesus tria capita ex Ioanne videlicet.15.16.17. in prædio vel horto, tribus coram discipu-
lis tantum, a vulsus a reliquis octo, quasi iactu lapidis, quibus fortis, regressus est inquit cum tribus ad

B octo discipulos versus Hierusalem trans torrentem te approximans ciuitati, & quasi vltro occurrens lot-
tricie. id discutiendum aliis relinquo. Caietanus dicit φ illa tria capita dixit dominus a cœnaculo vsq; ad
ripam torrentis cedrorum, & tunc torrentem transiuit. Sciebat autem locum qui tradebat eum,
φ illo itabat Iesus cum discipulis suis. Ioan.cap.18. hunc solitarium locum lachrymarum amicū
suspirabat propheta dicens. O quis daret mihi pennas sicut columbæ, & volarem, & requiescerem, nam φ
in labyrintho sæculi huius vbi etiam Martha turbatur in multis, Luc.10. requiem non est inuenire, quia
columba extra arcam requiem non inuenit, nec saltem vbi ad modicum requiesceret pes eius Gene.ca 8.
Sic & Rechabitæ iuxta Hyeronymum, tum demum primam captiuitatem experti sunt, cum immi-
nente rege Nabucodonosor ciuitati, ipsi relicto deserto in quo habitare soliti erant (Hiere. cap. 35.) Ci-
uitatem ingredi compulsi sunt. Sed & Iacob non in tumultu ciuitatis sed in monte vidit visiones illas cæ-

C lestes. Et Moses tum primum meruit videre visionem illam magnam, quando minabat gregem ad in-
teriora deserti. Et iuxta Chrysostomum, consueuerat dominus Iesus ibidem frequenter pernoctare in o-
ratione, & docere suos de regno Dei. Hunc igitur locum quoniam frequentabat dominus Iesus, notus e-
rat ipsi Iudæ. Ibi ergo lupus ouina pelle contectus, & inter oues alto patris familias consilio toleratus,
didicit vbi ad tempus exiguum dispergeret sanctum ac pusillum gregem, ex occultis insidijs (vt ipse opi-
nabatur) impetendo pastorem. Melius illi erat (o melius melius) si natus non fuisset. Itaque quoniam
nox erat (plenilunium licet) & nisi noto loco deprehensus, capi non posset, illuc profectus est cum suis,
quo frequenter multa nocte subducere se solitus erat bonus pastor. Et dixit. Sedete hic, donec va-
dam illuc & orem. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi Iacobo & Ioanne,
iuxta Matthæum & Marcum, Cœpit contristari & mœstus esse, iuxta Matthæum. Pauere &
tædere, iuxta Marcum. Et ait illis, iuxta Matthæum & Marcum, tristis est anima mea vsque

D ad mortem. Considerandum est idque non transitorie quo mœrore affecti sunt octo illi electi palmi-
tes an potius oues quando iubentur in profundæ noctis silentio consistere seorsim a pastore. Legimus in
numeris dicentem dominum ad Mosem. Tolle Aaron & filium eius cum eo, & duc in montem or, & nu-
dato parente indue filium, & Aaron moriatur. Vide ergo mecum pergentes simul in montem tres istos
beatos viros, & quomodo iubente domino, morte interueniente: Aaron pontifex sanus & valens, no-
lens volens seiungitur a fratre & a filio, & filius ab optimo parente. Num id siccis oculis fieri potuit? Sic
& hic. Amabilis erat apostolis præsentia Christi super amorem mulierum, magis quam diligunt, e-
tiam si sint qualis Rachel qualis Thamar, qualis Dina, vel etiam Ester, aut Abisac. Ideoque ægre tule-
runt (crede mihi) vel admomentum a pastore seiungi. Duxit autem secum non omnes, sed tres tantum,
qui viderant Metamorphosin illius, ne forte octo isti videntes dominum positum in agonia, desponde-
rent animum, sed illachrymans (quod opinando dicimus) supra singulorum collum: Sustinete me in-

E quit, donec vadam illuc & orem. Positus igitur in oratione, cœpit contristari. Quod autem tres istos as-
sumit secum, solatium quærit a suis. Est enim aliquod solatij genus, apud amicos, & si nihil sint opitu-
laturi, queri de calamitate, dicente Iob. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia
manus domini tetigit me. Quid est autem, cœpit pauere, & tædere, & contristari & mœstus esse? Et
quæ nobis reliqua spes est, si vita timet mortem? Si Tobias trepidat ante piscem cetum illum magnum,
dicens, domine inuadit me? Ad hæc sciendum quod dominus assumpsit perfectam hominis naturam cum
omnibus affectibus qui futuri erant in Adam, si in natiua conditione perseuerasset, corpus passibile, a-
nimam sensibilem, & naturalibus passionibus obnoxiam, dicente apostolo, Hebr 2. Debuit per omnia
fratribus assimilari. Sed ea certe recepit, quibus mederetur nobis. Sed iuxta Anselmum, nihil accepit quod

2.Reg.12.
Faber.
2.Reg.17.
2.Reg.12.
Theophy.
Hierony.
Gene.28.
Chrysost.
Exo.3.
Matth.26.
Marc.14.
Figura.
Matth 17.
Gene.45.
Iob.19.
Cap.6.
Anselmus.

conueniret cum illo, in quo discordamus a deo. Suscepit igitur ea quæ nobis expediebāt, & maiestati suæ non derogabant, ea sunt, quæ communem hominis lapsi conditionem generaliter consequuntur, ab his quæ nobis sigillatim accidunt abstinens. Semoto autem peccato, secundum philosophos simpliciter est

Mors.

ex natura hominis mortem reformidare, quæ si non maximum, vltimum tamen terribilium est. Nil enim tam terrenum naturæ est quam mors, cuius proprium est interitum afferre, quem exhorrescunt omnia quæ viuunt, quoniam omne animal tueri vitam suam summopere auet. Porro quanto præstantius est esse quod aufert, tanto mors est formidolosior, id est formidabilior. Certum est autem quod nullum est esse præstantius quod queat eripi quam vita, & vita hominis, & illius hominis, qui non pro decem milibus sed pro vita totius

2.Reg 18.

mundi computatur. Non autem conuenit Christo perfectam hominis naturam tribuere, & id detrahere, quo nihil est natura coniunctius, videlicet mortem timere, pauere, & contristari a memoria eius. Si igitur

Esai 53.

anima Christi de præsenti malo vere doluit, vere enim dolores nostros ipse tulit, ita vere de imminente morte Christus tristis est effectus, & pauere cœpit. Tria sunt autem quę exaggerant mortis reformidationem, præcium boni quod læditur, magnitudo mali quod infertur, & vtriusque cognitio. Nos qui morte digni sumus, si quis mortem casus intentet, exalbescimus & trepidamus, qui multo certe inferiores sumus Christo, & interitum nostrum nunquam tam certo metu formidamus, quin speremus meliora. Et si nulla spe subleuemur, ignorantia certe nostra hoc confert, vt tanto minus mortem formidemus, quanto minus quam sit acerba cognoscimus. Hæc omnia defuerunt Christo: Nec enim nostræ mortis acerbitas cum illius supplicio, nec noster incertus metus cum illius certissima prospicientia, nec nostri plasmatis vilitas cum illius præstantia conferri potest. Non ergo mirum si mortem vt homo timebat, quam non tantum animo præsagiebat, sed per inde ac oculis subiectam prospiciebat, cuius omnes cruciatuū in numeros perfectissime præsentiebat. Sunt autem formidabilium rerum præcipui inimici sui acerbissimi, id ipsa experientia nos docet. Vnde illud Matth. 14. Quarta vigilia noctis venit ad eos ambulans super aquas. Et videntes eum supra mare ambulantem, turbati sunt dicentes phantasma est, & præ timore clamauerunt, quod pueri totum est non virorum. Concedunt autem philosophi et quem fortem videri volunt, gemitum pauorem horro-

Sap. 1.

rem, negant eiulatum & clamores & muliebres complorationes. Cæterum iuxta stoicos & si nihil sit timendum, nisi malum sit, certe mors timenda est, quæ mala est, & patet quod sit mala, quam deus non fecit.

Ambrosi.

Vnde Ambro. ideo fastidit quod ipse non fecit, a malo enim nata est, & ex re mala. A malo, quia inuidia

Gene. 2.

diaboli, ex re mala, quia stimulus mortis peccatum est 1. Cor. 15. Quacunque enim hora comederis, morte morieris vel mortalis eris. Ita quod in quantum mors eius erat reconciliatio nostra, eam summe sitiebat dicens: Baptis-

Lucæ. 9.

mate habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perficiatur. In quātum autem peccati erat proles (stipendia peccati mors. Rom. 6.) eam fastidiebat. Ad hæc sciendum quod amoris natura hæc est, vt si vehemēs

Amor.

sit, absorbeat corporis sensum, & ea faciat dulcia, quæ per se sunt nimis acerba, id quod videre licet in Ia-

Gene. 29.

cob viro non admodum iuuene, seruiente pro Rachele annis. 7. Imo & 14. & videbātur ei dies pauci præ amoris magnitudine. Vnde & illud: Assatū est iam, versa & manduca, sed cur id non effecit amor in Christo, quod fecit in martyribus? Quia in nobis alia vis animæ redundat in aliam, & vt quæque vehementior est an secus, ita obruit alias vires, aut cedit. In Christo vero secus, sed vna quæque vis seu animæ siue corporis (nihil impediente vel diuersa vel simili) suum naturale munus perfecte peragebat, vt nec summa voluptas summo dolori, nec dolor atrocissimus summo gaudio posset obsistere, sed omnia officium propriū seruabant. Et licet omnis amor martyrum scintilla sit amori Christi collatus, quo passus est, quæ timuit tamen quæ vnquam hominum sic exhorruit? Qui enim sunt formidolosi, frigido sudore madescunt, at dominus

Christus.
Actu. 5.

sanguinem sudauit, idque toto corpore. Degeneres pauescunt & palescunt, at dominus Christus agonizauit, quod est agentium animam. Sed nunquid dicet propterea quispiam, quod amauit ardentius martyr, membrum, suo capite, quia illi ibant gaudentes ad crucem sicut Andreas, & lætanter ad carcerē sicut Agatha, & Laurentius ex craticula quasi e thoro molli alloquebatur Tyrannum? Absit. Sed tunc tempus erat exēpla præbendi martyribus patientiæ, non alacritatis. Non enim multos habemus Andreas, Laurētios vel

Ioann. 21.

etiam Paulos, quia multo plures imitati sunt apostolum Petrum, qui ductus est ad crucē quo ipsi nolebat, volens. Et arbitror multis modis dominū Christum abesse potuisse a molestia reformidationis de qua dicitur, cœpit pauere. Primum hoc iam tenebat illa anima beatissima domini, quod nostras pariter & corpora reddet & mortis & omnis doloris incapacia, puta cognitionem perfectam & fruitionem diuinitatis. Poterat, & humana quadam constantia & vigore rationis & necessitatem hanc fortassis & sensum eius cruciatum aut eximere, aut certe multis partibus minorem reddere. Quid enim non potuisset, quod multi Ethnici potuerunt? Qui ergo multis modis suum potuit temperare dolorem, mors enim sola vita erat omniū: noluit tamen amore nostri, sed corpus assumpsit, quo nullum fuit vnquam algoris æstus, laboris, neque doloris impatientius, & idem de omnia suo modo. Nihil sibi passus est lenire sensum malorum nostrorum, gaudium de visa essentia diuina, nihil charitatem, quæ stultis etiam amatoribus molestiam adimit, nihil inuictum animi robur quo fortes sunt etiam ethnici. Nihil sibi voluit opitulari innocētiam, qua peccatum non fecit, nihil gratiæ plenitudinem, nihil certissimam post tres dies a mortuis resurrectionē. Postremo hoc nobis indulsit natura, vt in prægrandi malo fere sensum nostri nobis eripiat, sicut patet in morbis immanibus. At anima Christi ad omnium dolorum sensum integra vigebat vsque ad momentū emigrationis, & ita perfecte vnum quodque corporis cruciatum vnum inquam e mille sentit, ac si is solus fuisset. Et ita vniuersam corporis molestiam persentit, tanquā si nihil animo persentiisset, & econuerso. Et ita corporis & animæ cruciamenta sentit, vt summam alteius charitas nihil doloris minueret. Et enim quo intensius genus humanum amabat, hoc magis discruciabatur, suam mortem tam acerbam, quæ omnibus vitam con-

tam conferre poterat, tam multis nihil pro futuram imo nocituram. Merito ergo cœpit pauere quod omnis homo pauet, & tædere & mœstus esse. Cœpit autem, ipse enim se ipsum turbauit cũ voluit, & quã diu voluit & quotom voluit, Cœpit autem contristari iuxta Hieronymum, non timore patiendi, qui ad venerat, sed propter infœlicissimum Iudam, & scandalum omnium apostolorum & reiectionem populi Iudaici, & euersionem miseræ Hierusalem. Vnde Ionas super ariditate cucurbitæ contristatus est, nolens perire quondam tabernaculum suum. Et ait illis. Supra modum tristis est anima mea vsque ad mortem. Augustinus. Quantum bonum de participatione diuinitatis eius expectare debemus, cuius nos & perturbatio tranquillat, & infirmitas firmat? Potestate tamen turbatus est, non infirmitate, ne nobis desperatio salutis oriatur, quando non potestate sed infirmitate turbamur. Tristis est inquit anima mea. Græce plus habet. Perilypos estin he psyche mu, id est super modum tristis est anima: nam, peri, additum, excessum significat, nempe illum quem completurus erat in hac nocte & sequenti die in Hierusalem. Vnde & quod supra dixit, contristari & mœstus esse, Græce est, lypithe Ke ademonin, idest dolere & grauiter angi. Nã verou'n, ademonin impotentem animi molestiam significat. Valet igitur mœlestus erat ad mortem vsq; hoc est quamdiu impleret excessum illum. Hilarius. Quid est, vsque ad mortem? Quia videlicet in morte motu terræ, diei tenebris, discissione veli, monumentorum reseratione mortuorum resurrectione, confirmãdam iam apostolorum fidem nouerat, quam nocturnæ custodiæ terror, & in flagellis, alapis, sputis, corona, crucis onere & totius passionis ludibrio commouerat, nouissime damnato eo inter iniquos. Sciens ergo dominus omnia hæc post mortem suam destitutura, ideo vsque ad mortem tristis est, & scit hunc calicem transire non posse, nisi illum bibat, cuius non parua portio ad immaculatam suam peruenit. Sed dicens. Consummatum est, abscessit cito discipulorum metus. Potest autem ly vsq; exponi altero modo, videlicet vt accipiatur intensiue; quasi dicat, adeo tristis & mœsta, vt tristior esse non possit, quia intrauerũt reuera aquæ vsq; ad animam eius, & hunc animi cruciatum notum voluit esse suis amicis, vt plane viderent eum esse hominem, qui vere doluit & agonizauit. Sequitur. Manete hic, & vigilate mecum. Tempus enim hoc non somnium postulat, sed quendam vigilem argum, quiq; etiam num dormiens vigilet, quod tamen proprium est illius, qui loquitur in canticis, ego dormio & cor meum vigilat. Vigilate ergo, quia Iudas non dormit, sed festinat tradere me Iudæis, quo & ipse pacta potiatur mercede. Cæterũ dicens vigilate, præuidebat eos cito indulsuros somno, quod & rei exitus docuit. Et cum peruenisset ad locum dixit illis. Orate ne intretis in tentationem, Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis, & positis genibus, orabat dicens. Pater si vis transfer calicem istum a me. Hoc iuxta Lucam: Matthæus. Procidit in faciem suam orans & dicens. Pater mi si possibile est transeat a me calix iste. Marcus. procidit super terram, & orabat, vt si fieri posset transiret ab eo hora. Et dixit. Abba pater omnia tibi possibilia sunt, trãsfer calicem hunc a me. Tres euangelistæ. Verumtamen non mea voluntas fiat, vel quod ego volo, sed tua, vel quod tu. De hoc sacramento ita legimus Gene. cap. 32. Mansit Iacob nocte illa in castris. Cumq; mature surrexisset, tulit duas vxores & totidem famulas cum vndecim filijs, & trãsijt vadum Iaboch. Traductisq; omnibus quæ ad se pertinebant, mansit solus. Et ecce vir luctabatur cũ eo vsque mane. Lucta hæc qua Iacob inualuit ad angelum iuxta Osee cap. 12. Fletu & precibus paracta est. Vide ergo mecum, quomodo Iacob oraturus (est enim oratio lucta quędam, qua omnipotentem flectere nitimur) omnibus quę ad se pertinent abs se semotis, (matre videlicet immaculata & cęteris fœminis quę illum sequebantur, item apostolis vndecim) solus manet, transito torrente cedrorum, ve luctam conserat cum angelo, & pronus in faciem suam, positis genibus, orat patrem, vt si fieri posset, transiret ab illo hora. In quo inito pro nobis certamine, post longas preces & fletum (iuxta Paulum ad Hebr. cap. 5.) victor: Claudus tamen ad triduum permansit. Abba inquit pater, idest operator pater, ex quo omnia possibilia sunt tibi, transfer hunc calicem a me. Origenes. Si sine passione mea omnia bona illa prouenire possunt generi humano: quæ per passionem ventura sunt, transeat a me calix iste. Passio enim & mors de se non est appetibilis, sed bene ratione vtilitatis annexæ, Pharmacum quoddam aceto plenum myrrhaque & felle est mors ista quæ calix vocatur (nam & in canticis dilectus fasciculus myrrhæ vocatur) & huiusmodi amarissima potio quæ diuinitatem ad triduum soporauit, de se non erat bona, nõ desiderabilis, hausit tamen illam Christus Iesus splendor patris, vt genus humanum conualesceret ad vitam: cui dictum est in primo parente: in qua hora comederis, morte morieris. Hilarius ita dicit. Transeat a me, idest quomodo a me bibitur, ita ab alijs bibatur sine spei diffidentia, sine sensu doloris, sine metu mortis. Ideo autem si possibile est, quia carni & sanguini horum grauis terror est, & difficile est eorum acerbitate. Corpora humana non vinci. Vnde Paulus iuxta Abulensem vehementer cruciabatur a stimulo carnis suæ: & cum tertio oraret eundem sermonem, forte non est exauditus, quia non subiecit, non mea voluntas sed tua fiat. Accepit tamen aliquid, quo moderaretur stimuli illius effrenem acrimoniam. Si possibile est inquit. Et oũ aliquid relinquitur, quod ei an possibile sit, incertum est? Et si nihil est impossibile patri, intelligendum est ad cuius conditionem id quod si impossibile est; sit relictum. Idcirco ergo orat a se transire calicem, si possibile est, quia cum patri omnia sint possibilia, impossibile tamen est homini passionis terrore non vinci, nec possit nisi per probationem fides nosci. Per calicem igitur passionis omnes tentandi erant, iuxta illud, ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret: &c. Sed ego rogaui pro te patrem: vt negantis infirmitati vel dolor saltẽ pœnitentiæ non abesset: quia fides in eo non deficeret: quia pœniteret. Hieronymus super Esai. cap. 9 Si fieri potest, vt sine interitu Iudæorum credat gentium multitudo, passionem recuso. Si autem illi excæcandi sunt: vt omnes gentes videant; fiat voluntas tua. Expositio ista mystica est: Aristippus cũ olim

Ioan. 11. Hierony. Ionæ. 4. August. Luce. 9. Hilarius. Ioan. 19. Psal. 68. Matth. 26. Marci. 14. Luc. 22. Oratio est i absoluta. Figura. Origenes. Canti. 1. Hilarius. Gene. 3. Abulensis 2. Cor. 12. Luce. 22. Hierony. Aristipp⁹.

in naui periclitante turbaretur, interrogatus post euitatam scyllam, ecce philosophus timuisset, non agitur inquit par periculum de anima nebulonis, & nobilis philosophi. Ac proinde si possibile est transeat *Psal. 29.* *Hilarius.* a me hora, & bene hora, quia ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Veruntamen nō mea voluntas sed tua fiat. Hilarius. Vellet quidem non pati, ne forte sui in passione diffidant, sed cohæreditatis suæ gloriam sine passionis difficultate mereantur. Non ergo vt non patiantur rogat, dicens, non vt ego volo, sed vt (ait) quod pater vult bibendi calicis in eos ex se transeat firmitudo, quia ex voluntate eius non tam per Christum vinci visibilis hostis, q etiam per suos discipulos optabat. Et ideo transire ab eo calix non potest, nisi illum bibat quia pati nisi ex eius passione non possumus, dicente propheta, q ipse *Esai. 53.* peccata nostra dolores & imbecillitates portauit. Sic omnia possumus in eo qui inlucta infirmus appa- *Hierony.* ruit. Ad hæc Hieronymus. Non quod ego volo. Quod ex hominis persona trepidanter dixerat vel renuerat ex Dei filio confirmat. Non fiat quod humano affectu volo vel loquor, sed id propter quod de cælo **F** *Damasce.* in terram veni. Damascenus. Non mea voluntas, sed tua fiat, idest secundum q tibi sum dissubstantialis alteriusq; substantiæ, sed tua, idest mea & tua secundum quod tibi sum consubstantialis. Prius enim a naturali infirmitate tentata natura humana, & secundum sensum, eam quæ in separatione a corpore cōpassionem passa anima domini, dixit, transeat a me calix. Secundum vero placitum bonæ voluntatis suæ iterum diuina voluntate roborata, aduersus mortem audaciam cœpit dicens, non sicut ego volo. Simile est illud Marci. 7. Ingressus domum, neminem voluit scire, nec tamen potuit latere. Deo verbo complacente per se ipsum demonstrare, in ipso veraciter esse humanæ voluntatis infirmitatem. Itaque permisit deus carni, vt sua patiatur, propter quod præsentem & in ianuis mortem formidat, tamen non mea voluntas sed tua fiat. Flexit autem genua iuxta q homo erat, et qui loquitur apud Esaiam, cap. 45. Mihi curuabitur omne genu. Cæterum Pharisæus quoniam non erat sicut cæteri homines, (ipse dixit) stans orabat, & ora- *Origenes.* tio eius execratio erat. Origenes. Suscipiens ergo dominus naturam carnis humanæ, omnes proprietates **G** *Luc. 15.* impleuit, vt non in phantasia habuisse carnis existimaretur, sed in veritate, secundum quod dicit, transeat a me calix iste, sed non sicut vult ipse, &c. Quoniam proprium est omnis hominis fidelis, primum quidem nolle pati aliquid doloris, maxime quod ducit, vsq; ad mortem, quia homo est carnalis. Si autem se voluerit deus, acquiescere etiam contra voluntatem suam, quia fidelis, ne plus videatur in se desperare, q in deū sperare. Nam sicut multum confidere non debemus, ne nostram virtutem videamur profiteri, sic multum pusillanimiter agere & diffidere non debemus, ne Dei adiutoris nostri impotentiam videamur pronuntiare. Non inquit sicut ego volo, docens nos per hoc, vt non oremus nostram fieri voluntatem, quando *Matth. & Marcus.* factum fuerit, vt aliquid aliud velimus q deus. Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes, & dixit Petro. Marcus, Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare? Hoc Matthæus ad omnes tres dictum refert, cum dicit. Sic, vel adeo non potuistis vna hora, &c. Matthæus & Marcus. Vigilate & orate vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem **H** promptus est, caro autem infirma. Imminente igitur procella, oculi apostolorum grauantur somno (Ionas in naui) somnus enim ille præposterus, figura erat, illos cito opprimendos sopore infidelitatis. Et tamen cum tres dormitent, Petrus nominatim reprehēditur, qui nec vel vna hora potuit vigilare, qui singulare promiserat, se cum domino in carcerem & in mortem iturum, adeo vt cæteros in eandem vanā pollicitationem traheret. Tu es inquit, qui te commoriturum mihi promittebas? Et vide humanam infirmitatem, quandoquidem neque somno possumus obsistere, & promittimus sæpe quæ nobis impossibilia *Sylla.* sunt. Vigilate inquit, tempus enim præsens non fulcrones, sed argos expostulat. Sylla Romanus dux cum instantibus militibus Archelai, milites suos fugam capessere vidisset, desiliens ab equo, correcto signo, per mactantes in hostem conuolat, & vociferat: Mihi quidem o Romani milites hic pulchrum est mori, vos autem cum rogabimini, quonam in loco imperatorem vestrum perdidistis, dicere mementote, in Orchomeno (locus erat pugnæ) quo dicto, reuocantur. Vos igitur milites Christi qui excubias iussi estis obserua- **I** re, si vobis stertentibus, pastor rapiatur ad mortem, rogati de duce vestro: quid dicturi estis? Num illud, Venit cohors Romana duce Iuda, & rapuerunt eum? Vigilate igitur & orate, ne intretis, &c. Tristitiæ igitur magnitudine pressi apostoli, somnum vincere non possunt, & nihilominus vigilare iubentur & *Ambrosi.* orare. Ambrosio. Certe si de vigilando tantum, non etiam de orando discipulos admoneret, solas liberi arbitrij vires videretur hortatus. Sed cum addidit, & orate, satis docuit, superni futurum muneris, vt eos etiā vigilantes tentationis procella non vinceret. Habebat ergo Petrus semper desiderium moriendi pro Christo, veruntamen constantiam ad opus non acceperat, vnde audiuit, non potuisti vna hora vigilare mecum. Non decet Petre nō decet pastorem in veramuis aurem solidam noctem dormire. Sed Petrus pastor excitatur a pastorum principe vt vigilet & oret: Ne intret in tentationem, quia iuxta Hieronymum, im- *Matth. 6.* possibile est humanā animā nō tentari. Vnde oramus, ne nos inducas in tentationē, quā ferre nō possimus, **K** non tentationem penitus refutantes, sed vires sustinendi in tentationibus deprecantes. Non ergo dixit, o- *Hierony.* rate ne tentemini, sed ne intretis in tentationem, hoc est ne tentatio vos superet & vincat, & vos intra casses teneat. Sunt enim multi boni veriq; pastores, qui etiam dormientes vigilant, sicut Iacob Gene. 28. Denique Petrus qui nunc dormire dicitur, accepto spiritu sancto, etiam dormiens vigilabat. Actu. cap. 10. *Hierony.* Sunt autem & alij qui vigilantes dormiunt. Spiritus quidem promptus est: caro autem infirma. Hierony. *Prouer. 30.* Hoc aduersum temerarios, qui quicquid crediderint, putant se posse consequi. Itaque quantum de ardore mentis confidimus, tantum de carnis fragilitate timeamus, quæ reuera ad bonum semper est retrograda, ad malum procax importuna, & quæ nunquam dicit sufficit, sed molesta est adolescentiæ per singulos dies *Origenes.* Gene. 39. Origenes. Non sit ergo aliquando confidendum in ea, sed semper timendum quia in cauta confi-

deoria

dentia ad iactantiam ducit timor autem infirmitatis ad auxilium Dei confugere ad hortatur. Quærendum autem est, vtrum sicut omnium hominum caro infirma est, sic omnium spiritus promptus sit, an omnium quidem hominem caro infirma, sanctorum autem tantum spiritus promptus sit. Cum autem caro infirmatur ab operibus carnis, tunc spiritus fortificatur, & crescit in virtute. Sic Iacob vno & eodem tempore & claudicabat in carne, & præualuit contra angelum. Vnde Paulus carnem castigat, ne insolescat cum Agar concepto fœtu, & allidit paruulos eius ad Petram, ipsam vero parentem non occidit. Caro inquit apostolus, Concupiscit aduersus spiritum. Chrysost. Caro quidem non est de numero eorum quæ mouent, sed quæ mouentur & aguntur, nec enim agit. Concupiscere autem animi est non carnis. Tamen caro quæ corrumpitur aggrauat animam & deprimit quasi compedes quædam quibus detinetur ne sequatur impetum spiritus. Carnem ergo appellat cogitationem terrestrem socordem & nociuam. Caro instrumentum est animæ, instrumentum autem nullus odit, sed eum potius, qui organum male tractat. Itaque non corporis & animæ quorum magna est concordia (nemo enim carnem suam odiuit Eph. 5.) sed malarum ac bonarum cogitationum pugnam ponit apostolus, dicens, caro concupiscit, &c. Rursus iterum abiit, & orauit eundem sermonem dicens. Pater mi si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua, 16 dist. cap. habeo librum. Iuxta Matthæum & Marcum. Ad hæc Origenes. Quod dicit, si non potest, non ad potentiam Dei referebat solum, sed etiam ad iusticiam eius, quoniam quidem potentiæ Dei omnia possibilia sunt, siue iusta siue iniusta. Quantum autem ad iusticiam eius qui non solum potens est, sed etiam iustus, non sunt omnia possibilia, sed ea tantum quæ iusta sunt. Orat autem secundo vt si Niniue aliter saluari non potest, nisi hædera, fiat voluntas patris, Si non potest Nauis salua esse & debitum tenere portum, nisi Ionas deuoretur a ceto, fiat voluntas tua. Si Agar cum prole excludenda est ab hæreditate liberæ, quia manus misit in hæredem, fiat voluntas tua. Quid est autem illud Eccle. 7. Ne iteres verbum tuum in oratione, si dominus tertio eundem sermonem orauit dicens pater pater, pater? Sed hac sententia nequaquam prohibemus sæpe veniam petere, & eundem replicare sermonem, sed prohibemus culpas iterare, & rursus eadem aberrare chorda. Greg. Curandum est ergo, ne ad hoc rursus prorruat anima, vnde a modo prostrata iacebat, ne dum deplorata iterum culpa committitur, in conspectu iudicis iusti ipsa quoque nostra lamenta leuigentur. Vnde illud ex libro Iudi. cap. 10. Filii Israel peccatis veteribus iungentes noua. Vide bonum textum. Et venit iterum & inuenit eos dormientes, erant enim oculi eorum grauati, iuxta Matthæum & Marcum. Sequitur ex Marco. Et ignorabant quid responderent ei. Vigilabat igitur bonus pastor supra pusillum gregem, ne quos paterentur incursus bestiarum. Si enim ab oculis Iacob recedebat somnus, vt ne captum aliquid a bestia ostenderet ipsi Laban, cuius oues pascebat, multo id magis facere decebat eum, qui relictis 99. ouibus in montibus, vnam quæsiturus venerat. Quod autem oculi grauati erant, grauem eorum fore ruinam figurabat, vt pote qui deserto illo, in propria abituri essent, & qui vix dum dixerant nunc scimus, quod scis omnia, & scimus quod adeo existi, nunc somno grauati, non satis intelligunt, quid respondeant compellanti domino. Dormitabant & isti tres in visione illa beata domini transfigurati, & nesciebat Petrus quid diceret. Dormiunt & hic inspectaculo infirmitatis, ibi admiratione, hic tristicia prægrauati imminentis procellæ super domum iob, sed post triduum reædificabo illam. Ioan. 2. Et isti sunt quibus tanquam fidelioribus & fortioribus dicitur, sustinete hic, & vigilate mecum, quasi dixerit. Et si aliis octo discipulis dixi, sedete hic, donec vado illuc orare: & adduxi vos vsque huc, nolo vos vlterius progredi, nec dum enim potestis. Propter hoc manete hic vigilantes, sicut & ego vigilo, sciens quoniam cæteros quidem iussi sedere ibi quasi infirmiores, ab agone isto seruans eos securos, vos autem quasi firmiores adduxi, vt mecum collaboretis in vigiliis & orationibus. Tamen & vos manete hic, vt vnusquisque in gradu suæ vocationis consistat, quoniam & omnis gratia quamuis fuerit magna, habet & superiorem. Discamus igitur non magna de nobis sapere, sed humilia æstimare, nec veloces esse ad promittendum, sed sollicitis adorandum. Et relictis illis, iterum abiit, & orauit tertio eundem sermonem dicens, iuxta Matthæum. Sequitur ex Luca. Apparuit autem illi angelus de cælo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram, Et quo consequitur quod inexplicabilibus suspiriis clamabat ad patrem Docuit autem nos dominus per hoc ipsum quod tertio orauit, vt non deficiamus in oratione, sed simus improbi & importuni, vsque septies & si res fert oremus septuagies septies, donec impetremus non tantum tres panes sed quotquot habemus necessarios, Vide autem mecum quod & dominus Iesus ibat & reuertebatur in similitudinem fulguris, quia permisit carni suæ agere & pati propria, hoc est, a quiete Mariæ, reuertebatur ad exercitium Marthæ. Apparuit autem illi angelus domini, confortans eum. Intuere dominum Christum in forma serui assumpta, dum medium silentium tenerent omnia: omni humano auxilio destitutum, ac veluti vnum ex communi hominum cœtu ceu solitarium, in oratione cor suum effundentem ante patrem, & confer cum eodem in monte transformato. Hic nusquam facies solis in morem fulgens, nusquam vestis niue candidior: nusquam Moses & Helias confabulantes, nusquam paterna vox, non cœlos reseratos videbis, non angelos concinentes, & noctem in diem versum, sed hominem prima fronte omni vt prædicitur humano nudatum auxilio (sicut diximus in in præcedentibus de Iacob) adeoque destitutum, vt angelo confortaretur: rem videlicet quæ omnem fidem humanam excedit. Quid enim ego audio? Angelos legimus stantes & circunstantes thronum diuinæ celsitudinis, angelos domino obsequentes, seraphim clamantes, S. S. S. dominus deus, angelos velut astra matutina iubilantes Deo salutario suo. Iob. 38. Angelorum decem milium curru venientem dominum, angelos scalam tenentes, missos in terram, ab eo qui scalæ hærebat in ministerium eorum qui heredes erunt vitæ æternæ.

Gene. 32. 1. Cor. 9. Psal. 136. Chrysost. Origenes. Ione. 4. Gene. 21. Origenes. Gene. 31. Luce. 15. Ioan. 17. Matth. 17. Origenes. 1. Cor. 7. Rom. 12. Luce. 11. Ezech. 1. Luce. 10. Philip. 2. 1. Reg. 1. Luce. 3. Luce. 2. Dani. 7. Esai. 6. Heb. 1.

Hebr 1. Angelos deputatos custodiæ rationalis creaturæ. Matth. 18. Angelum autem confortantem dominum suum vbi legimus? Nonne ipse in consequentibus dicturus est, possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quam. 12. legiones angelorum? Nonne ipse est qui vnico verbo prostrauit totam cohortem infidelium? Ioan. 18. Sed iam audisti in præcedentibus, quomodo in mysterio Iacob confortatus est ab angelo, sicut & Tobias cum inuaderetur a ceto illo magno. cap. 6. Debuit enim per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret, discens ex iis quæ passus est (Hebr. 2.) Quia & ipse circundatus erat infirmitate, de qua nunc sequitur, & factus in agonia, prolixius orabat. Agonia nihil aliud est quam vehemens quidam angor, qui communiter solet accidere iam mortem animo contuentibus, qui quidem affectus solet nonnunquam esse ipsa morte grauior. Iuxta S. Thomam, 1. 2. q. 41. Agonia est timor mali extrinseci, cui resisti non potest propter improuisibilitatem: Et hæc fuit in Christo secundum partem sensitiuam tantum. Ad hæc Hieronymus. Saluator meus in passione ab angelo confortatur, & homo caro & non spiritus non indiget auxilio Dei, habens liberam potestatem: & tam vehementer orabat, vt guttæ sanguinis prorumperent ex parte (ἀγωνία) quem totum erat in passione effusurus. Gregorius lib. Mor. 24 cap. 17. Redemptor noster solutioni carnis appropinquans, & membrorum suorum in se ferens speciem, factus in agonia, cœpit prolixius orare. Quid enim prius ille cum in agonia esset, peteret, qui in terra positus imo in cruce pendens cœlestia cum potestate tribuebat? Sed appropinquante morte, nostræ mentis in se certamen expressit, qui vim quandam terroris ac formidinis patimur, cum per solutionem carnis æterno appropinquamus iudicio. Nec enim tunc cuiuslibet anima immerito terretur, quando post pusillum hoc inuenit quod in æternum mutare non possit. Quis nostrum vitam præcedentium patrum valeat vel superare vel assequi? Et tamen Dauid dicit, non intres in iudicium cum seruo. Paulus cum diceret: nihil mihi conscius sum, caute subiunxit, sed non in hoc iustificatus sum. 1. Cor. 4. Positus igitur in agonia pax nostra rex regum, cuius omne genu flectitur triplicis Monarchiæ, & cui incessabili trisagio seraphin proclamant sanctus. S. S. dominus deus Sabaoth, (id autem immaculatæ suæ ignotum erat, vnicum suum ingressum campum duelli, ope humana egere) orabat prolixius. Et vsque adeo præualuit in eo ea quæ fortior est morte dilectio, vt creatorem suum creatura confortauerit in primo conflictu cum mortis autore, languentem amore. Rogo te angele Dei, quem confortas? Dei virtutem? Quem consolaris? Vitam æternam & beatam? Cui blandiris? Nonne ei qui dixit, nemo tollit animam meam a me? Et rursus, nunc princeps huius mundi eiicietur foras? Ioan. 12. Nihilominus tamen positus in agonia, adeo tædio affectus est & mœrore de instanti patibulo, vt factus sit sudor eius velut guttæ sanguinis decurrentis in terram, vt vere egeret confortatione angelica, in quo mysterio præfigurabatur iuxta Augustinum, de corpore suo manatura martyria. Itaque ex vehementi anxietate sensualitatis quæ permittebatur agere & pati quod suum erat, fiebat vt non solum humores exirent per sudorem, sed cum hoc aliquid de sanguine sudorem tingente. Non inquit tenuibus quibusdam indiciis & ostentationis gratia apparentibus, sed fluentem fortiter sudorem stillauit, & collegit secum suos sanguinis. Philosophus lib. 4. De partibus animalium ita dicit. Nonnullis accidit, vt cruentum quoddam excrementum sudarent, quando corpus laxum fluxumque esset, sanguisque præ cruditate humesceret imbecillitate caloris, qui exiguus venulis inclusus, conquoquere non posset. Et hinc colligi posset causa aliqualis sudoris huius, si tamen tanti mysterii causam scrutari fas sit & non potius adorare & exosculari hunc verum amoris excessum, hoc nouum genus baptismatis, quo in sanguine tinctus est botrus ille miræ magnitudinis, inextimabilis suauitatis, & nunquam digne admirandæ charitatis. Sudauit igitur sudore sanguineo, nec tamen adest vna aliqua bona peccatrix quæ sudorem hunc suo crine detergat: expressum e sacro illo vellere, posito in area hac nocte, exprimendo in cruce rursus clauis & lancea & spinis. Confortatur igitur dominus ab angelo dicente: mora tua pastor bone salus est æterna, & pax vera, & mortis interitus, & restitutio homicidæ exulis in patriam suam, expulsio principis tenebrarum, peccatorum remissio, reseratio cœlestium, esto vir fortis, calix omnino hauriendus est tibi, post triduum resurges. Gloria tibi Christe.

Matth. 26. Gene. 32. Hebr. 5. Thomas. Hierony. Gregorius. Luce. 23. Psal. 142. Ioan. 10. Ioan. 12. August. Theophy. Philosop. Lucæ. 9. Num. 13. Luce. 7. Iudi. 6. Num. 36. Ioan. 12.

F G H I

Caput. ij. Dormite & requiescete. De aduentu Iudæ cum cohorte Romana. De signo proditoris quod dederat eis, videlicet osculum dicens, quem osculatus fuero, ipse est. Aue Rabbi. Amice ad quid ades? Iuda osculo filium hominis tradis? Quem quæritis? Iesum Nazarenum. Abierunt retro. Iterum rogati quem requirant, idem respondent. Si ergo me quæritis.

CVm surrexisset autem ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristicia, & ait illis. Quid dormitis? Iuxta Lucam. Mattheus & Marcus, Dormite iam & requiescite. Marcus. Sufficit. Mattheus & Marcus. Venit hora, vel ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus, ecce qui me tradet prope est. Postquam igitur tertio orauit eundem sermonem, quo facto ostendit & docuit ecclesiam, orationem frequentandam, sed cauendum a prolixa precum oratione, qualis erat Pharisæorum, reuersus ad discipulos, & offendens eos dormientes, exprobrat illorum socordem somnolentiam dicens. Quid dormitis? In tanto videlicet periculo constituti. Nauis periclitatur contriti, & Ionas descendit ad interiora eius, & cæteris satagentibus cum Martha circa multa, in alleuianda videlicet naui, ipse dormit sopore graui, cito futurus præda ceti, sed ego rogaui pro te. Luce. 22. Quid inquit dormitis, quos conflictu amet volebam esse

K

Luce. 1. Ione. 1.

bam esse oculatos testes? Nunc autem res mihi non successit pro voto. Sed si iuxta vestram opinionem in pace sunt omnia, dormite & stertite, & videtur ironice loqui, sequitur enim ex Marco, sufficit. De gruibus dormientibus. Plin. l. 10. cap. 23. Dicitur verisimiliter q dominus Christus post q vltimo rediit ad discipulos, & offendit eos dormientes ipse decubuit in terra, & supposito lapide sicut olim Iacob, paululum conquieuit. Sed quia dormiens vigilabat, & absens, aderat, intelligens festinare Iudam, qui ea conuiua factus fuerat dux cohortis Romanæ, surgite inquit eamus: venit hora imo iam aderat, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, & Samson Nazareus attonsis crinibus septem, fraude dilectæ suæ Dalilæ, tradetur manibus philistinorum, & arca testamenti inferetur in templum Dagon. 1. Reg. ca. 5. Sequitur.

Gene. 28.

Iudi. 16.

Iudas ergo cum accepisset cohortem, & a pontificibus & Pharisæis ministros, venit illuc cum lanternis & facibus & armis. Marcus & Matthæus, qui autem tradidit eum, dedit illis signum dicens: Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, Marcus: abducite tuto. Quod Ioannes dicit, cum accepisset cohortem, Matthæus dicit turbam multam, idem & Marcus. Quod Ioannes dicit, a pontificibus & pharisæis ministros, Matthæus & Marcus dicunt cũ turbam tum & cæteros omnes missos fuisse a principibus sacerdotum & senioribus populi, qui his ijs iuxta ac religiosis auspicijs suum pascha auspicabantur. Cohors iuxta veritatem. 550. Pedites continet, equites autem. 56. Cyrillus. Quomodo Iudaæ cohorti persuasit? Militares erant viri, & mercede omnia audebant. Cohors igitur non Iudæorum erat sed Romanorum, aderant tamen & ibi multi ex Iudæis sicut dicitur in consequentibus. Augustinus. A præside itaque intelligatur accepta cohors, tanquam ad tenendum reum, seruato ordine legitimæ potestatis, vt nullus tenentibus auderet obsistere, quanquam & manus tanta fuerit congregata, & sic armata veniebat, vt vel terreret vel etiam repugnaret, si quis Christum defendere auderet. Sed quæ fortitudo contra nostrum Samsonem: qui leonem dilacerauit, qui trecentum vulpes cepit, duos vel plures nouos funes rupit quasi fila telarum: mille viros vnica asini mandibula strauit: iterumque septem nouos funes neruiceos rupit quasi filum de stuppa tortum, qui portatis ciuitas Gazæ sublatas humeris, portauit vsque ad verticem montis: Sed tamen quia moriturus venerat, vt filios Dei congregaret in vnum, permisit se tonderi, simulando somnum & soporem. Dederat autem eis traditor signum. i. symbolum vel tesseram, dicens, quem ego osculabor ipse est. Græce sysimon dicit, quod sonat commune signũ de composito datum, cuiusmodi sunt quæ milites vocant symbola, quorum alia sunt vocalia alia muta. Hieronymus. Quia forte audierat Christum in monte transfiguratum, timebat ne simili transformatione elaberetur e manibus ministrorum tanti sceleris, & ipsi periret omnis labor & impensa. Non enim acceperat. 30. argenteos, sed pacti fuerant cum eo, vt q primum eum traderet, acciperet & ipse pactam mercedem. Dat ergo signum pacis, alia autem tessera erat quæ datur volentibus conserere manus cum hoste.

Ioan. 18.

A

August.

B

Iudi. 15.

Ioan. 11.

Hierony.

C Tamen adhuc habet aliquid de verecundia discipuli, cum non eum palam tradit persequutoribus, sed per signum osculi. Ducite inquit caute. Origenes. Venit ad nos traditio talis de domino Iesu, quoniam non solum duæ formæ in eo fuerunt, vna quidem secundum quam eum omnes videbant, altera secundum quam transfiguratus est in monte, sed etiam vnicuique apparebat secundum quod fuerat dignus. Et cum fuisset ipse, quasi non ipse omnibus videbatur, sicut quod de manna scriptum est, q desiderio vniuscuiusque obsequens, ad quodquisque volebat vertebatur. Et non mihi videtur incredibilis traditio hæc, siue corporaliter propter ipsum Iesum, vt alio & alio modo videretur hominibus, siue propter ipsam verbi naturam, q non similiter cunctis appareret. Secundum ergo hoc necessarium habebant qui eos duceret ad Iesum, & osculo ostenderet, Iudam, qui propter multam conuersationem cum Iesu, intelligebat transformationes eius, secundum quas suis apparere solebat. Simpliciter tamen dicendum est, ideo Iudam dixisse, ducite caute, quia cauerent hoc summi sacerdotes, ne pecunia ei numeraretur, donec Iesus esset in manibus eorum.

Origenes.

Sapien. 16.

D Nam & principes Philistinorum pecuniam etiam pacti sunt sed multo copiosiorem cum Dalida, si deciperet Samsonem & traderet eum in manibus eorum, quia vere pecuniæ obediunt omnia. Eccle. 10. Sequitur Lucæ. 22. Et ante cedebat eos, & appropinquauit Iesu, vt oscularetur eum. Matthæus & Marcus: Et accedens ad eum ait, Aue Rabbi, & osculatus est eum. Matthæus, dixitque illi Iesus, Amice ad quid venisti, Lucas. Iuda osculo filium hominis tradidis? Impletum est igitur quod veritas prædixerat, quæ mentiri nescit, qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum. Ioan. 13. Et illud ex Psal. 54. Tu vero homo vnanimis dux meus & notus meus. Duodecim duces præfeceram gregi meo, & qui terram explorarent, quæ fluit lacte & melle (Num. 13.) quorum de numero erat infœlix homo iste, & quem ducem ad vitam aliqua præfeceram, factus est mihi dux ad mortem, per symbolum pacis. Grande proinde malum & insanabile est hoc, periculum videlicet in falsis fratribus, quod Paulus enumerans catalogo malorum suorum, vltimo loco collocauit. Vnde Antipater cum Parmenioni duci mortem ab Alexandro illatam accepisset, siquidem Alexandro inquit Parmenio insidiatus est, cui fidendum? Sin minus, quid agendum? Si Cain insidias tetendit fratri suo Abel iusto & bono, qui que ei nihil nocuerat, cui fidendum? Si Absalon insidias moliebatur parenti suo viro iuxta cor Dei, cui fidendum? Tamen quicquid dicere possimus ex sacra scriptura ex histor ijs gentium Græcorum vel Barbarorũ multo inferiora sunt, vt cum hac delatione conferri possint, in qua seruus tradidit redemptorem, precio denariorum. 30. Ideoque nihil aliud est dicendum, q illud, amice, cuius pedes laui, Iuda villice iniquitatis, vnus ex duodecim, osculo, amoris symbolo tradis (precio admodum ingenti) filium Dei, filium hominis, filium immaculatæ! Siccine symbolo amoris vsus es in tesseram parricidij. Vide tamen. 2. Reg. cap. 20. Accessit igitur Iudas, vt oscularetur eum, os videlicet illud quod toties sua immaculata cum adhuc mel manducaret & butyrum suauitata fuerat, non sine inexplicabili dulcedine animæ suæ. Vnde illud, osculetur me osculo oris suo,

Iudi. 16.

2. Cor. 11.

Antipater

E

Gene. 4.

2. Reg. 18.

Esai. 7.

Cant. 1.

ore suo, quod expetere vltra humana merita est, sed osculis ab ore suo, idest doceat nos non ore Mosi aut prophetarum, sed ore suo. Quando autē vel causa amoris & familiaritatis hoc attentaret Petrus? Id præsumeret Baptista? Id ausa esset sua immaculata? Tamen Iudas qui frontem omnem posuerat hominis, accessit, non ad pedes cum Maria, non ad corrigiam calciamentorum suorum, accessit autem ad caput Christi, ipsis etiam spiritibus immundis reuerendum, & tremendum, & dicens Aue magister, osculatus est eū, altera quidem manu lapidem ferens, & altera panem ostentans, iuxta prouerbium. Et quomodo fulmina tam dolosum & ingratum extinguere neglexerunt? Aut terra dehiscens non eum viuum transmisse in tartara?

Prouerbiū

Dederat autem & aliquando Marius Romanus dux symbolū suis, vti omnes occurrentes quos ipse non salutaret, & omnes quorum saluti non responderet in vijs, necarent. Itaque iste resalutatione non reddita vel negata, & Iudas data, vtrumq; homicidia perpetrarunt. Respōdit igitur dominus quod sequitur. Amice (o amice amice) ad quid ades? Si vt amicus, quare cum armis lignis, lanternis? Sin vt proditor, vt quid oscularis filium hominis? Videant autem sacerdotes Dei, qui cum Deo cotidie ad altare colloquūtur, qualiter ijsdem labijs filium hominis & suas vxores osculentur. Vxores dixi, quæ si non de iure de facto tamen nihil ab vxoribus differunt. Sed secretum mihi. Sed quare secretum teneam, quod publicum est? Amice inquit ad quid venisti? Cata antiphrasin intelligendum est, vel iuxta illud: Amice quomodo huc intrasti? O Iuda osculo filium Dei tradis? Ambrosius, O iaculum in corde. Quasi dicat. Propter te suscepi ingrate quod tradis. In hypocrisim ergo per interrogationem pronuntiandum puto, quasi amantis affectu corripiat proditorem Iuda osculo, &c. Amoris pignore vulnus infligis, sed lupus erat qui reuera lymphabatur, ideo pacis symbolo blandiens de cauda, mortem irrogat. Ambros. Tu homo voanimis. Inimicus vitari potest, amicus non potest, si insidiari velit. Illum cauemus, cui non commisimus consilia nostra, hūc cauere non possumus, cui commisimus, quiq; nos & intus & in cute nouit. Chrisost. Quem hominū non his verbis lenisset, Iuda osculo me tradis? Quem eiusmodi vox non adoptionem flexisset, vel quem lapidem adamantinum non vertisset in ceræ molliciem? Et tamen non indignabundus (vt homines assolent) hoc dixit, qui dicere certe potuit, facinorose proditor & omnium perditissime has mihi pro meis in te beneficijs vices reddis? Nihil tale dixit, docens nos quod Paulus dicit, vincere semper in bono patientiæ malum illatæ iniuriæ, si possibile est. Cæterum nullus ignorat, q; dolent grauius illata ab amicis vulnera, de quo vide per totam historiam Iob. Vide cap. 19. Vnde Iul. Cæsar cum a multis gladijs cōfoderetur, de vno tantum conquestus est Bruto, dicens, Kai sy tecnon, idest & tu fili? Nam & hunc inter secundos hæredes nominauerat testamenti sui. Cæterum Iudas non inter secundos, sed inter primos nominatus fuerat hæres æterni testamenti, sed ipse præposuit denarios 30. æternæ hæreditati, bene secum actum esset, si natus non fuisset.

Marius.

Matth. 22.

Rom. 12.

Iulij. Cæs.

Matth. 26.

Iesus itaque sciens omnia quæ ventura erant super eum, processit & dixit eis. Quem quæritis? Responderūt. Iesum Nazarenum. Dixit eis Iesus. Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradidit eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis Iesus: Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Ioan. cap. 18.

Cum igitur affuisset Iudas cum armata manu ex autoritate vtriusque ordinis profani & sacri (sacrilegi potius) sciens Iesus q; implenda erant omnia quæ quæ prophetæ spiritu diuino afflati de eo tanto ante prædixerant, processit. Occurrens agnus lupis, mox futurus holocaustum odoris suauissimi, & dixit. Quem quæritis? Non ignorabat Dei sapientia quæ attingit a fine ad finem vsque quem quærerent, qui Iudæ dixerat, amice osculo me tradis, sed vt impleretur ad literam illud, oblatus est, quia ipse voluit, ita eos rogat, vt dicentibus illis, Iesum Nazarenum: subijciat ille, ego sum, paratus sum, capi, ligari, atque inter sceleratus reputari. Vt ergo dixit, ego sum, abierunt retro & ceciderunt in terram. Si igitur vna vox agni mox immolandi tantum incussit timoris profanæ illi cohorti, quis poterit tonitru magnitudinis illius sustinere? Gregorius lib. Moral. 17. cap. 19. Certe vt nos a morte redimeret, mori dominus venit. Qui prius q; ad crucis patibulum perueniret, teneri, conspui illudi & alapis cædi se pertulit. Ecce ad quot & quanta propter nos venire probra consensit. Et tamen priusquā se teneri permitteret, persequutores suos requisiuit dicens, quem quæritis? Quibus dicentibus, Iesum Nazarenum: ille inferens vocem mollissimæ responsionis, armatos licet carnifices suos protinus in terram prostrauit. Quid ergo facturus est, cum iudex venerit, qui vna voce quasi vna mandibula hostes suos pertulit etiam cum iudicandus venit? Quis eius iram tolerat, cuius & ipsa non potuit mansuetudo tolerari? Ceciderunt inquit retrorsum, imo illud potius mirabile, quomodo non obriguerunt velut lapides. Ad comprehendendum venerant dominum homicidæ isti, quem quærebant, inuenerunt, audiūt, en adsum; Ego sum, quare non comprehendunt? Num dixerunt percussi a corde suo, quod Dauid dixit de Saul, propitius sit mihi dominus, ne faciam rem hanc domino meo Christo domini, vt mittam manum meam in eum, quia Christus domini est? Absit vt tale aliquid ascenderet in cor eorum: sed non dum venerat hora, vt attonderetur Samson, Sicq; recederet ab eo fortitudo sua. Verum si nunq; se permitteret comprehendi, non quidem illi facerent propter quod venerant, sed neque ipse pateretur, propter quod venerat: erat enim caper ille emissarius: de quo Leuit. cap. 16. qui super se peccata multorum tulit, & pro transgressoribus orauit cum lachrymis (Hebr. 5.) vt non perirent. Esai 53. Quod autem sancti viri orantes in faciem cadant ex multis locis scripturæ licet colligere. Hoc enim gestu orauit dominus Matth. 26. Matth. 2. Apoc. cap. 4. Ezech. 2. Cæterum impij retrorsum cadunt: 1 Reg. 4. Et isti insani qui venerant comprehēsuri dominum Iesum, qui audito verbo illo, ego sum, non sustinuerunt, & sunt verba quæ dixit Deus Mosi, ego sum qui sum. Quæ verba quidam doctor exponit pingui quidem Minerua, vt dicunt. Sicut quando aliquis inquit pater familiæ pulsat a foris ostium domus obseratum, & respondetur ab vno ex domesticis, quis pulsat? Respōdet pater familiæ, ego sum, nec vocat se nomine proprio, loquella enim sua manifestum eum facit. Ista & hic,

Sap. 7.

Gregorius

Iob. 26.

Iudi. 15.

1. Reg. 24.

Exo. 3.

Abulensis

qu.m

quam primum dixit dominus, ego sum, vel volentes vel inuiti, ceciderunt retrorsum. Sed quia tenere eum volentibus, nec valentibus ostendit potestatem suam: Tempus est vt iam comprehendant eum, vt faciat de nescientibus voluntatem suam. Vnde sequitur. Iterum ergo interrogauit eos, quem quæritis? Illi autem dixerunt. Iesum Nazarenum. Dixit autem eis. Dixi vobis q egosum. Si ergo quæritis, sinite hos abire. Vt impleretur sermo quē dixit, quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam. Ergo adolescens amictus sindone, non erat ex. 12. Ex quibus verbis patet, q dominus neque a specie, neque a voce ab osculo cognoscitur, ita ineffabile erat virtus. Patet secundo & illud, q etiam reprobi sicut & electi iuxta propositum Dei, sine Deo nihil possunt facere, Ioā. 15. Perierat enim tam diu innocentia inquit Hieronymus, si malitiæ coniuncta esset potentia, isti tum permittuntur ab vtilitate sua, donec veniant in profundum malorum. Prouerb. 18. & vrgeat super eos puteus os suum. Itaque rogantur secundo quem quæritis, postquam ex casu receperant animos, & parati essent adoriri dominum Iesum, qui certe nisi mentem perdidissent in melius commutarentur, sentientes in sese virtutem diuinam, sed saxis duriores in eodem persistentes proposito, respondent id quod prius, Iesum Nazarenum quęrimus ad mortem, qui quatriduanos mortuos vita donarat. Ibi dominus Iesus, dixi vobis inquit, q ego sum, licet vobis per me, quibus verbis potestatem eis fecit sæuiendi in eum quem quęrebant, sed addidit dominus, animam illius serua. Iob. 2. quod est, si me quæritis sinite hos abire, donec grandescant, quia ipsi mortem quidem ad pręsens differunt, non tamen effugient, plantabunt enim ecclesiam sanguine suo. Callicratidas tum esset nauarchus, amicis Lysandri rogantibus, vt sibi vnum quendam ex inimicis conduceret necandum, acciperetque talenta 50. quamuis pecuniarum tunc maxime ad nautarum commeatum emendum indigeret, non concessit. Sed cum cleander consiliarius dixisset, at ego quidem accepissem, si tu fuissem, & ego inquit si tu essem. Quomodo ergo concederet bonus agricola selecta illa. 11. grana, ex quibus ecclesiæ seges pullulauit, vt comminuerentur a ministris Satanæ, sicut frumentum, quando princeps iste naturali ductus instinctu, nec paleam vnicam tradere voluit, multa oblata pecuniæ summa? Sinite igitur hos abire: Tyrones sunt, si modo fugiunt, denuo pugnabunt. Vt impleretur sermo inquit quem dixit. Ioan. cap. 17. quos dedisti mihi: Non perdidi ex eis. Hæc verba Christus dixerat de perditione animæ interitus, si comprehensi fuissent, id quod negatio Petri est indicio, qui non tentus 3. tamen negat.

Math. 26. Hierony. A Psal. 68. Ioan. 11. Callicrati. B Prouerbiū

Caput. iij. Accesserunt, & tenuerunt Iesum. Petrus absciditaurem serui pōtificis. Mitte gladium in locum suum. De. 12. legionibus angelorum. Dominus tengens auriculam, sanauit seruum. Tanquam ad latronem existis cum gladijs. De adolescente induto sindone sequente dominum. Comprehensum dominum Iesum, adduxerunt ad Annam primum.

C

TVnc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum, iuxta Matthæum & Marcum. Sequitur ex Luca. videntes autē hi qui cum ipso erant, quod futurum erat, dixerunt ei. Domine si percutimus in gladio? Neque enim aliter solui poterant vincula quibus Isaac (humanum genus) colligatus fuerat super struem lignorum, & idem Isaac restitui matri suæ die tertia, idest tempore gratiæ euangelicæ, nisi aries ille immolaretur in monte dominus videbit. Gene. 22. Capitur ergo vita & ligatur, vt soluatur peccator a iure mortis ęternę. Comprehensus est autem non casu non fortuna, sed diuina sorte, sicut habes in Iona dicente, postq̃ sorte comprehēsus est, propter me orta est hęc tempestas &c. Vnde Gregorius super illud Iob cap. 39. Quis dimisit onagrum liberum. Omnis qui peccat, seruus est peccati. Et quia incarnatus dominus, particeps factus est nostrę naturę non culpę: liber dimissus dicitur, quia sub peccati dominio non tenetur. Quem quamuis macula culpę nostrę non attigit, passio tamen nostrę mortalitatis astruxit: quę passio quoniam non vnica sed multiplex fuit, sequitur, & vincula eius quis soluit? Teneri enim collaphizari crucifigi, nostrę mortalitatis vincula fuerunt, de quibus scriptum est, si septem neruiceis funibus, ligatus fuero, infirmus ero, sicut cęteri homines. Cum dicit septem, illud significat in sacramento, q veram carnem assumpsit cum omnibus proprietatibus quę naturam consequuntur sicut creata est. Quod autem ligatus, facile seipsum soluit, illud significat, q non necessitare sed voluntate captus est. Sed cum expleta crucis dispensatione, velum templi rumperetur, scinderentur Petrę: monumēta panderentur, inferni claustra patescerent, quid aliud tot argumentis tantę potentię ostenditur, nisi q illa infirmitatis vincula soluebantur, vt solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat, eum detineri ab eo (Actu. 2.) ad cęlum etiam cum membris rediret? Dicendum autem interim q locuaste non transitorium requirit ocium, nec oculos dormitantes, aut animum oscitātem. Scriptum est enim. 1. Reg. 4. Postq̃ vnus quidem nuntiauit in ciuitate arcam Dei captam, vlulauit omnis ciuitas. Sed & Heli sacerdos audito, fugit populus, & ruina magna facta est, & duo filij tui mortui sunt, conturbatus est quidem, fletit tamen animo suo. Cum autem homo intulisset: sed & arca Dei capta est: non sustinuit, sed cecidit de sella retrorsum, & fractis ceruicibus, mortuus est, quia inquam audiuit, arca Dei capta est. Cęterum qui nuntiare voluerit immaculatę vnicū suum captum, non erit boni nuntij baiulus. Videntes autem hi qui cū ipso erant, & cętera. Amore igitur vt videtur suppeditante vires atq; audaciam, homines inermes (quod enim duo gladij contra cohortem armatam!) & pauci hostes aggreditur, memores promissionis suę: parati sumus tecū in carcerem & in mortem ire. Attamen quoniam in summo pastore perpetuam mansuetudinē

Gene. 22. D Gregorius Ioan. 8. Figura. Iudic. 16. E Lucę. 22.

experti

experti fuerant, addubitant, num permissurus esset eos ad arma conuolare, vnde dicunt: num pro sanctos hos percutiemus in gladio? Respondens autem Iesus dixit, Sinite vsque huc: Iuxta Lucam: Ioannes: Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit illum, & percussit seruum sacerdotis summi: & abscidit auriculam eius dexteram. 23. q. 3 cap. pro membris. c. cū a Iudæis. Et, 24. q. 1. Si Petrus. Erat autem nomen seruo Malchus. Omnes euangelistæ meminerunt de hoc facto Petri, solus tamen Ioannes expressit nomen Petri, cæteri enim euangelistæ vnus inquiunt ex ijs qui erant cum Iesu habens gladium, exemit eum, quod autem amputauerit aurem dextram, Lucas refert cū Ioanne, Nomen serui solus Ioannes expressit, Reprehenduntur igitur apostoli, qui immemores mansuetudinis Christi & præcepti euangelici, dicentis: Noli vinci a malo, sed vince in bono malum, iniuriam iniuria repellere ac retaliare parabant, cum moderamine tamen. Et ait: Sinite vsq; huc, idest sinite eos sæuire in pastorem: Nihil possunt, nisi quod permittuntur, nunc patientia opus est, satis pugnatum est gladijs in lege Mosaica, & pugnabitur in lege euangelica ab ijs qui non sine causa gladium portant, an recte, an secus ipsi viderint. Cæterum Simon Petrus qui maiora promiserat, quiq; arctius diligebat, ira gliscente, non expectato domini beneplacito, habens gladium, exemit eum, & percussit seruum quēdam sacerdotis summi, qui primus tentabat manus sacrilegas inijcere in dominum Christum. (Nempe sæuitia sua & procacitate sese eius dominum suum?) Et amputauit auriculam eius dexteram, Dei clementia ita moderante ictū vt vulnus magis esset probrosum & infame q̄ periculosum, est tamen insanabile, nisi cito succurratur.

Rom. 12.

F

Rom. 13.

Faber.

Apparet autem hoc loco Christi virtus diuina mirabilis, qui non permisit vt tanta turba & tam furibunda vnum in ipsos gladium vibrantem Petrum tot videlicet gladijs fustibus & armis circum septum repente oppresserint, & in frustra concidetint, sed ea tantum poterant, quæ permissi sunt. Ad hæc Chrysost. Notanter dictum est, abscidit auriculam eius. Videtur enim mihi impetum apostoli significare, quoniam ad ipsum caput impetum fecit, sed propter galeam impositam capiti, a vertice decidit gladius in aurem eamque dexteram. Forsitan autem optabat Petrus (imo sine forte) quod caligula, videlicet vt tota cohors vnicam ceruicem haberet, vt vno ictu omnes meritas darent pœnas. Dicit autem Ioānes, seruum illum fuisse summi sacerdotis, quia magnum est quod factum est (quandoquidem Saulus seruatur in demnis a sanguine Stephani suo de odo, & Petrus ab homicidio, quia futuri erant ecclesiæ principes & pastores:) Tum q̄ eum curauit in tanto tumultu, vix reperta aure, tum q̄ eum curauit, qui primus manus iniecerat in Iesum, & Paulo post alapam impacturus erat. Magnum ergo est quod factum est, reponere videlicet dilectionem pro tam funesto odio. Hieronymus. Transitorie dicendum q̄ Malchus, idest rex quondam populi Iudæorum seruus factus sit impietatis, dexteramq; perdiderit auriculam, vt totā litteræ vilitatem audiat in sinistra. Sed dominus in his qui ex Iudæis credere voluerunt reddidit aurem dextram, & fecit seruorum genus regale sacerdotium. Fuit autem testante A. Gellio, hæc quoq; antiquitus militaris animaduersio, iubere ignominiæ causa, militi venam solui, & sanguinem dimitti, cuius rei ratio inquit, in litteris veteribus non exstat. Sed opinor factum hoc primitus militibus stupentis animi atq; a naturali habitu declinantis, vt non tam pœna q̄ medicina videretur. Postea tamen ob pleraque alia delicta id factitatum esse credo per consuetudinem, quasi minus sani viderentur, qui delinquerent. Potest tamen dici, q̄ ideo vena quibusdam soluebatur, q̄ sanguinis sui fundendi parciores fuerint. Iste itaque qui cæteros insania anteuertebat, sanguinem volens fundere, talione mulctatur, atque vtinam medicina apposita corpori, mederetur & menti. Dixit ergo Iesus Petro, mitte gladium tuum in vagina. Calicem quem dedit mihi pater, nō vis vt bibam illum? Omnes enim qui acceperint gladium gladio peribunt. Iuxta Matthæum. Quid inquit agis o Petre? Clauicularium meum pradisi te constituendum, ad satellitem, pastorem non carnificem. Quorsum vero vnus gladius nudatur, astante cohorte vna paratis mucronibus? Num excidit tibi illud, q̄ cum diceres, nolo te mori, vocatus es Satanas? Mitte gladium tuū in vagina, mitte arma Saulis, quorum reuera nullum habes vsum, & assume arma Dauid, baculum & peram, & si res farat, 5. lapides & fundam. Calicem quem dedit mihi pater, vnus omnium non vis vt bibam illum? Quamq̄ contraria autem vox hæc illi, pater si possibile est, transfer calicem hunc a me. Sed solent etiam fortissimi milites sonante classico, ante congressum trepidare. Ad vbi ad prælium ventum est, spes victoriæ & generosi animi timor ne vincatur, reddit audaces & intrepidos. Tu tamen Petre reconde gladium. Ambro. Scio plerosq; gentilium gloriari solitos, q̄ in cruentam de administratione prouinciali securim reuexerint. Si hoc gentiles, quid Christiani facere debent? Hanibalem ferunt dixisse, cum fossam sanguine humano plenam vidisset, o formosum spectaculum inquit. Quanto pulchrius illi visum esset, si flumen aliquod lecumq; compleisset, sicut refert scriptura de Manasse rege. Nec mirum qui ab infantia cædibus admotus fuit. Sic Volesus sub. A. Cæsare pro consul Asiæ cum trecentos vna die securi percussisset incedēs inter cadauera vultu superbo, quasi magnificū quiddā conspiciendumq; fecisset: O rem quidē regiā, exclamauit. Tu tamen Petre reconde gladium; Omnes enim qui acceperint gladium, &c. Hoc enim ipso peccato anima moritur, quodcunq; commiserit. Nam reuera iuxta litteram stare non potest verbum Christi. Nam vt de infinitis taceam, de Manasse scriptum est. Sanguinem in noxium effudit Manasses multū nimis, donec impleretur Hierusalem vsque ad os, & tamen post pœnitentiam dormiuit in pace cum patribus suis. Idem legimus in Mose (Exo. 2.) occidente Aegyptium, & sepeliente, vt lateret homicidium, nec tamen gladio periit, quia iuxta Ambrosium, qui non repellit iniuriam a socio si potest, tam est in vicio q̄ ille qui facit. Legimus de quodam Alexandro Tyranno, qui homines viuos sepeliebat, & quosdam aprorum atque vrsorum corijs circundatos canibus venaticis lacerandos præbebat. Lanceam quoq; qua Polyphronum auunculum morti dedit, consecrauit, ac coronis exornans, tanquam deam vnam deificauit,

Chrysost.

G

Actu. 9.

Hierony.

A. Gellius

H

Math. 26.
Ioan. 18.

Math. 16.
Math. 16.
1. Reg. 17.

I

Ambros.
Hanibal.
4. Reg. 21.

K

Ambros.
Alexander

Scipio Plutar.

Tu autem petre memento verbi illius exore Scipionis prolati, malo vnum ciuem conseruare, quam mille hostes perdere. Sicut autem dicit Plutar. Quem admodum equis in ipso cursu nemo iniicit frena/ sed lōge ante, ita qui animo sunt in iram precipiti/ & ad res molestas facile irritabiles rationibus quibusdā ante presumptis, In certamen sunt producendi. Id quoniam non fit, videmus non raro multos suo ipsorum gladio perire vide i plutar. de Iulio. C. mirabile quiddā. Oēs igitur qui acceperit gladiū, gladio illo pibūt q perdit e... ore agni ex vtraq; pte incidēs. corpus videlicet & aīam, Matt. 10. Cap. sequitur An putas q non possum nunc rogare patrem meum: et exhibebit mihi modo plus q̄. 12. legiones angelorū: Matth. 26. Q̄ō ergo implebuntur scripturę. quę predixerunt, q sic oportet fieri: Iuxta Mattheum. Lucas. Cap. 22 & cū tetigisset auriculam eius, sanauit eū. Theophyl. poterat dominus dicere & vere dicere, possum adducere. 12. legiones Angelorum, plures. n. verisimile est aduentasse ad ortum eius, quorum est illa vox, gloria in altissimis deo, quorum innumerum, Lucas nomine Exercitus comprehēdit, sed tum despensatorie ita dixit, & quia non verisimilia dicere videretur inter tot signa veri hominis videlicet timorem mestitudinem & sudorem sanguineum, Putas inquit/ si cres arma ea manu Expendienda foret de futuras mihi tot Angelorum copias ex his qui presto sunt mihi iuxta Dani. Cap. 7. quot continent hominum legiones duodecim idaūt dixit quasi alludens ad numerum apostolorum. Cur aūt negaret pater dilectissimo filio, quod concessit vni seruulo videlicet Heliseo. Vide hysto 4. re. c. 6. poteram ergo similia impetrare a patre meo, sed si id facerem quomodo implebuntur scripturęquę predixerunt/ dominum Iesum tradendum Gentibus vt crucifigatur: quaīū nec vnus apex preteribit qui omnia. &c. Matth. 5 Sanauit aūt aurē serui contactu suo. Cui nihil ē impossibile, reponens dilectionē p odio. Zenō phi. cuidā sibi conuiciāti/ dispeream inquit, nisi te amicū cōciliauero vos igitur finite vsq; huc, q̄a sic op; fieri vnde illud ex pverbio feras, nō culpes, quod vitari non pōt. Quibus verbis admonemur, malaque nulla ratione possint neq; declinari neq; ppelli, sakē animi equitate lenitātur nec cōtra stimulos videamur calcitrare sequitur ex. Matt. Luca & Marco. In illa hora dixit Ies⁹ ad turbas. Iuxta Mattheum. & ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum & magistratus templi & seniores. iuxta Lucam. Tres euangelistę. Tanq̄a latronē existis cū gladijs & fustibus cōprehēdere me, cū cotidie fuerim vobiscū in tēplo, & sedebā docens, & nō extēdistis manus i me: et non me tenuistis, Lucas. sed nūc ē hora vestra et potestas tenebrarū Mattheus et Marc. hoc autē totū factū est vt (consequenter) adimplerētur scripturę pphetarū. Estq; sensus iuxta Origenem. Si quis latronem vult tenere, non est incōgruum/ Cum gladijs & fustibus venire ad eū, quia talis est vt omnia audeat, dū modo nihil mali patiatur, Et si pōt paratus est vel gladio & fuste aduersus se comprehendere volentes, potius q̄ vltro se tradat, suspendendus mox. Ego autem non fui talis, vt omnis Iudea testis est, & locus doctrine meę, quoniam sedens in templo p ociū docebam Alias rogo vos cum bona venia, si latro sum/ quomodo me velut Regem ante sex dies cum ramis excepistis, non cum armis: Cum canticis Non cum classico, & cui vestes strauistis vestras nunc sua detrahitis: Et ligatum ducere vultis ad crucem, a quo salutem flagitastis, dicentes, osianna in excelsis. Est igitur reuera stultum, cum gladijs quęrere: qui vltro se tradidit vestris manibus, & in nocte quasi latitātem per proditorem vestigare qui cotidie in templo doceat. Dicam audacius aliquid, si interdum maio⁹ iniecerem in dominum Iesum, solem lumen suum negaturum terre, sicut eo moriente fecit. Mirabile est. n. quod refert plutar. De morte Iul. Cesaris. Toto illius anni spacio quo ille occisus est, solis globus & sine splendore oriens & paliens, imbecillem ac tenuem ex se calorem emittebat. Quare grauis ac dispertientis imbecillitat. caloris obscurus aer, semicoctos edebat fructus, immaturos & imperfecto flore collabentes tātum aeri frigus erat. Exiretnot ergo tanq̄ ad latronem, qui ipsi reuera latrones cum essent, templum dei fecerant speluncam latronum. Nec afficimus eos iniuria per hoc, ita enim vocantur a vate suo Esaia in frōte prophetię suę, principes tui infideles, socij furum. Quorum: Iudę & barrabę, quo cum fecerūt pascha suum. Queritur autem qui sint isti principes sacerdotum quos dominus alloquitur iuxta Lucam, cum dicatur in Mattheo/ adductū dūm ad domū vbi principes sacerdotū conuenerant pōt dici / aliquos ex illis affuisse, qui calcaria adderent vltro currētibus. Potest et illud dici, principes sacerdotum affuisse in ministris quos miserant, sicut dictum est. Matth. 8. de Centurione Que. n. aliquis per alium facit, per se facere videtur. Reuera intererat sacerdotum assistere comprehendentibus insignem latronem. O profundum patientię dei tolerantis tales pestes, qui presiderent populo suo. Tu autem lege. Esaie caput. 3. in principio, & videbis impletum ad litteram quod ibi dicitur qui sint autem Magistratus Templi/ dictum est. Lucę. Caput. 22. In principio, de senioribus populi dicetur infra sequitur: sed hęc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Ostendit dominus his verbis/ tam principes sacerdotum q̄ tenebrarum rectores multo ante necem domini meditatos fuisse, sed huc vsq; non accepisse potestatem sęuiendi in agnum dei. De hoc vide Danielis. 15. Quomodo propheta erat in lacu leonum diebus sex quasi inter oues, ita & dominus erat in medio cohortis impie quasi inter Angelos. Et primū quidē prostrauit eos, secundo sanat autem & restituit illam loco suo, tertio finite inquit abire istos, de quorum proditione non conuenistis cum iuda. 4. alloquitur principes sacerdotum impiorum idq; non sine magno animi sui merore, quod velut comprehensuri latronem non vulgarem/ exijssent ad illum secunda vigilia noctis. Sed cum per omnia vidisset illos insanabiles, permisit eos perficere quod ceperant, vt consequenter implerentur scrip. prophetarum. Tunc relicto eo, omnes fugerunt, vnde illud. Nūcius venit ad Dauid dicens. Toto corde vniuersus Israel (te vero Rege deserto) sequitur Absalonem. Sic fratres Ioseph misso illo in puteum vel cisternam, omnes reuersi sunt ad pascua ouium suarū. Gene. Cap. 37.

Apoc. p. 1 23.4 p c p 23.4. pri, ad milica.

Theophi

Luca

Zenon.

puerbiū.

puerbiū.

Origenes

Match. 21

Plutarch.

Math. 21

2. Re. 15.

DDD Ceterum apostoli

Actus. Marci.14. Treno .2. Tre .1. Theophil. Gregorius Gene. 3. Augusti.

ceterum apostoli non tam fugisse videtur [illegible] (dixerant n. domino percutiemus [illegible] eos cū gladio) q̄ iussione domini abijsse, cum ait, sinite hos abire. Nam & paulus fugie dimissus in sporta [illegible] vas electissimum. Cum autem tempus initaret pugne, virum bellacissi[illegible] dicere. Non solū alligari sed & mori paratus sum propter nomen domini Iesu. Actu. 21. sequitur. Adolescēs autē sequebatur eum amictus sindone super nudo, & tenuerūt eum. Et ille relicta sindone nudus profugit ab eis. Marci. 14 sequitur ex Ioanne. Cap. 18. cohors autem & tribunus & ministri Iudeorum comprehensum Iesum & ligatum adduxerunt ad Annan primum. Quo autem strepitu quibus clamoribus/quibus insultibus ductus fuerit noster Samson, manibus post tergum ligatis/Catena collo circūdata, cum buccinarū crepitu decentibus illis en dies quā expectabamus inuenimus, vidimus. Quoniam Euāgeliste nō referūt, nā non refert dicere admodū vr̄a refert multa vel similia cogitare. Quia verum est reuera quod dixit spiritus sanctus in lamentis Hieremię. O vos omnes qui transitis &c. sed ad rem. Adolescentem hunc. Theophylatus. Iacobum fratrem domini opinatur, vel aliquem e domo vbi apostoli comederant pascha. Ordinaria dicit fuisse Ioannem Euangelistam idem dicit Gregorius Libro Mora. 14. Cap. 2. sed cū dicat textus sinite hos abire, & rursus relicto eo omnes fugerunt adduci non possum vt credam illum fuisse vel Iacobum vel Ioannem vel aliquem ex vndecim apostolis. Adde q̄ apostolorum habitus non erat huiusmodi, cum scriptum sit. Matth. 21. apostoli imposuerunt vestimenta sua super asinam & pullum. Reliquit igitur sindonem inuenis iste in manu satellitū ne negare cogeretur, & perderet pallium anime sue, sicut illi de quibus scriptum est abscondimus nos. Eo q̄ nudi essemus. Augu[illegible] contra duas Epistolas pelagianorū lib. pri. cap. 16 verecundatis sue quā profecto cotidie intuebantur, neq̄ confundebantur eos subito sic pudere, vt mēbra illa iam nuda fere non possent sed statim operire curarent, non ne ille in motu aperto & illa in occulto contra sue voluntatis arbitrium in obedientia illa mēbra ferebant, quibus vtiq̄ nutu voluntario sicut ceteris dominari debuerūt? Quod merito passi sunt: quia ipsi obedientes suo creatori non extiterunt. Et obserua Augustinum dicentem, parentes nostri nuditatem suam cotidie intuebantur, Et inquirendum est pro quot diebus supponi ly cotidie. Legimus autem de Esaia, q̄ ambulauerit tribus annis nudus & discalciatus. Capi 20. Ambro. Nūquid non erat turpe prophete, cum ei & virilis sexus occurreret, & muliebris? Nō ne ipsi nos inspicere nudos plerunq̄ teueremur? acquiesco ego. Sed considera que figura fuerit facti huius; quid ve pretendat. Eo q̄ ita ambulabunt pueri Iudeorum & virgines cum in captiuitatē ducentur. Potuit hoc propheta & sermone exprimere, sed exemplo exacerbare maluit, vt spēs ipsa plus incuteret horroris, q̄ quomodo propheta deposita saccea tunica (hic. n. erat habitus prophetalis, populi delicta plangētis) [illegible]ditatem cernentibus nudis natibus demonstraret, ita omnis Aegyptus atq̄ Aethiopia populante Assirio nude fierent, & nihil omnino in terra remaneret. Simul q̄ discimus obedientiam prophetarū, q̄ vir nobilis (tradūt. n. hebrei Esaiam so[illegible] erunt fuisse Manasse Regis) non erubuerit nudus incedere sed dei preceptis nihil honestius iudicās, deposuerit saccū quo abie[illegible], nudus fuerit, vnā prius habēs tunicā: & ipsam cilicinā. Sed esto vt se videret propheta, & seipsūq̄ erubesceret: poterat nō facere quod iubebat poterat turpe arbitrari. imperabat deus. Adā & Eua nudi erāt, nec erubescebant. Sara quia risit: & occulte risit, incredulitatis arguta ē. Quod est aūt quo dixit Adā, abscondi me eo q̄ nudus essem: iā texisti pudēda: vnde tenebras captas: sed manifesta cōfusio pudenda texit, occulta consciēcia vmbrā quęsiuit. Illud ergo fecit pudor; hoc timor (Multa. n. flagella peccatoris) illud erubescēda cōcupiscētia, hoc puniēda cōsciētia demēti similis, qn̄ eū qui cordis cernebat interna. Corporis occultatione fugiebat. Nos igitur quoties incurrerimus in manus latronū circum Ierusalē ciuitatem dimittamus sindonem & si ita res tulerit, dimittamus & pellem, & cunta que habemus, protuenda vita anime nostre, que mori nescit. Cohors ergo & Tribunus. Tribunus dux est legionis, Cohors iuxta [illegible] 500. habet pedites, iuxta Callisthenem 700, iuxta Polybium, non gentos habet pedites. Ita q̄ satane satellites comprehensum dominum, festine ire compellunt: vno aliquo trahente eum per funem, ceteris conclamantibus, en dies en dies iam diu desiderata.

a [illegible] ma[illegible] Hieroni. Ambrosi. Genes 2. Genes .18. Ps. 31. Gan. 3. Iob. 2. Tre. 2.

Caput quartum. Sequebatur Iesum petrus a longe & alter discipulus qui erat notus pontifici. De prima petri negatione, de quo Euangelistę satis perplexe loquitur de seruo sacerdotis qui dedit alapam domino christo, & quid ad hęc dixerit dominus Iesus

Ioan. 18. Ioan. 11. Marci. 14.

Adduxerūt igitur eum ad Annam primum. Erat. n. socer Cayphę qui erat pontifex anni illius. Miserunt autem eum ad Caypham pontificem, erat autem Cayphas: qui consilium dederat iudęis, q̄ expedit vnum hominem mori pro populo & conuenerūt in vnū omnes sacerdotes & scribę & pharisęi & seniores. Hunc textum ita ordinauimus de mente Cyrilli. Quod si ita est manifestum est omnes negationes petri in domo Cayphę factas esse. Nā si Annas, vt dicit Cyrillus cū Iuda pactus fuerat, huic vbi satis factum, sine mora vinctus, ductus est, ad Caypham autoritate pręeminentē, quid factum fuerit apud Annam ignoratur, quicquid autem actū narratur: id in domo Cayphe actum est. Remanet vnus scrupulus tantū, qui conueniat, vt aliquāto post Ioā. prosequens historię narrationē, scribat, et misit eū Annas ligatū &c. sed vide qm̄ nō [illegible] ordinē rerū gestarū, sed ad gradū reuocat narrationē; vt id q̄ ceperat de negatione Petri pficeret ita dicit Cyrillus. Non

Non.n.legit, & misit eum Annas, sed misit igitur eum Annas. solet autẽ hęc dictio esse reuocãtis mationem a digressione, Hic autem non laboratur de veritate historię, sed de ordine eius, qui sicut paret ex multis locis Euangelij nõ semper vnus et idem est apud omnes. Nam petrus iuxta Lucam & Ioanem in ter cęnandum dixit animã pro te ponam, & paratus sum tecũ ire in mortem, iuxta Matheum & Marcũ hoc dixit Petrus in monte oliuarũ sed audiamus Nicolaum Cusam presbiterũ Cardinalem. Tituli. S. p. ad vincula. 2. par. liber. 6. dũ essem Rome legatus vrbis anno domini, 1459. vidi in commentarijs. Quis autem fuerit isti Cayphas dictum est Luce. Cap. 3. in principio. Sequebatur autem Iesum a longe Simon Petrus, & alter discipulus, Discipulus autem ille erat notus põtifici, & introiuit in atriũ pontificis cum Iesu. Petrus autem stabat ad ostium. Exiuit ergo alter discipulus qui erat notus pontifici, & dixit ostiarię, & introduxit petrum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, vt videret finem, prudens & sciens in flammas manum mittens, sicut rei Exitus docuit principio notandum tres Euangelistas referre ex omnibus discipulis Petrum tantũ sequtum dominum sed a longe pretermitto eum de quo Marcus dixit, adolescens quidam. &c. solus Ioãnes alterum nescio quem inducit sequentem dominum, & adeo vestigia eius sequutum, vt petrum ipsum anteuerterit, Sed ne inquid id constantiæ eius tribuatur, q ceteris fugientibus quoquo versum, ausus fuerit ingredi Atrium sacerdotis profani, non inquit quia fidelior cęteris ingressurus est, sed quia notior erat & quasi domesticus. Vnde autem erat notus nobis diuinare non licet. Sequebatur autem vel amore discipuli, vel humana curiositatę scire cupiens, quid iudicaret vel statueret de domino pontifex, vtrum eũ neci addiceret, an flagellis cęsum dimitteret. Sequebãtur ita q duo isti (cęteris diffugiẽtibus) velut oues pastorem: fessi quidem & cunctabundi, sed tamen sequebantur, & sequebantur a longe, quorum tamen vtinam lux operum nostrorum ęqui parari possit, Sed quid nobis locutis cum his Atlantibus? Nos n. non sequimur a longe, sed vt in pluribus toto erramus Cęlo, quippe qui viam arctam nec semel ingressi sumus qui iubemur tollere cotidie Crucẽ nram, Luce. 9. ingresso itaq discipulo illo (quẽ Ioãnẽ multi opinãtur) Cũ dño. i. post dñm in atriũ pontificis, vertus anti christi, Petrũ stabat pro foribus velut Martha ne ministris aliqua suspitio nasceretur (q vere iã neq calidus erat nec feruidus: nescio autẽ si vel tepidus) Maria inherente vestigijs domini. Exiuit ergo Ioannes & dixit ostiarię vt introduceret petrum q ergo petrus ad aulã vsq venit amoris erat, quod stat pro foribus timoris erat inditiũ seruilis: Cauebat. n. sibi ne agnitus, iaperetur ad lauernã vt qui cõtra iusticiã publicã gladiũ exemisset. Multũ. n. iã refrigerat ab illa magnifica promissione animam meã ponã pro te. illud aũt obseruandũ, quur non Ioannes introducit petrum, sed hoc ostiarię demandat. Sed Ioannes inquit Chriso. christum spectabat & sequebatur, & ne momento quidem auelli poterat a dilecto suo, ideo rogat mulierem Quę sit autem fęmina hęc quę petrum introducit in ius sacerdotale si requiras, audies ex ore spiritus sãcti, Eam esse Reginã pecuniã simoniã cui omnia obediunt, de qua habes, 3. Re Cap. 13. ibi. Quicunq volebat manũ Hieroboã Regis, & fiebat sacerdotis, sequitur, Et propter hanc causam peccauit domus hieroboam, & delecta est de superficie terræ, obtulit aliquãdo homo quidam prediuęs Ioãni epõ cognomẽto Eleemosynario vt diaconus ordinaretur frumenti ducenta milia modiorum, & auri libras. 180. Inq eo tempore quo eccl'ia fame valida premebatur, nec tamen obtinuit quod rogabat. Nunc autem si deo placet, vilius licent sacerdotia, de quo alias. Dixit ergo ancilla ostiaria summi sacerdotis cum vidisset petrum calefaciẽtem se. Iuxta Marcum, sedentem ad lumen. Iuxta Lucam, Lucas Accenso igne in medio atrij, & circunsedentibus illis, erat petrus in medio eorum, Quem cum vidisset ancilla quędam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita. Grece per intuita est atenisasa. i. & fixis in eum oculis. Plus. n. quiddam est atenizin, q̃ intuẽri intuita est illũ, sed attẽtissime. Ioannes. Nũquid & tu ex discipulis es hominis istius? Lucas. & hic cum illo erat. Matheus. At ille negauit coram omnibus dicens. Lucas. Mulier nõ noui illum, Ioãnes. Non sum, Marcus, neq scio neq noui quid dicas. Ambrosius videamus negandi timorem in petro, quem inter euangelistas video esse diuersum, ita nouum fuit petrum potuisse peccare, vt peccatum eius nec ab Euangelistis potuerit comprehendi. Id nos altius repetamus. Ad primã interrogationem quam Euangeliste referunt factam petro, Matheus dicit respondisse eum, Nescio quid dicis. Marcus, neq scio neq noui quid dicas. Lucas, non noui illum. Ioãnes. Non sum Ad secundam interrogationem Mattheus dicit petrum respondisse. Non noui hominem. Marcus iterum inquit negauit. Lucas, o homo non sum, Ioannes, Non sum, Ad tertiam interrogationem Matthęus dicit petrum cępisse iurare & detestari q non nouisset hominem, Marcus similiter. Lucas, homo inquit nescio quid dicis. Ioannes iterum inquit negauit petrus. Et sicut Euangelistę sunt diuersi in explicando verba petri negantis ita & in referendis verbis interrogãtium ipsum petrum. Mathęus ita dicit de prima interrogatione, Accessit vna ancilla dicens. Et tu cum Iesu Galilęo eras. Marcus, & tu cum Iesu Nazareno eras. Lucas, & hic cũ illo erat. Ioãnes, dixit petro ancilla ostiaria dicẽs. Et tu cũ Iesu Galilęo eras, Marcus, & tu cũ Iesu Nazareno eras, Lucas, & hic cũ illo erat Ioannes, dixit petro ancilla ostiaria, nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? De. 2. interrogatione Mattheus dicit, vidit eũ altera ancilla, & ait ijs qui erant ibi. & hic erat cum Iesu Nazareno. Marcus, vidit eum altera ancilla, & cepit dicere circunstantibus, q hic ex illis est Lucas, & post pusillum alium videns eum dixit, & tu de illis es? Ioannes, dixerunt petro stanti & calefacienti se, Nunquid & tu ex discipulis eius es? De tertia interrogatione ita dicit Matthęus, Accesserũt qui astabant, dicentes vere tu ex illis es: nam & loquella tua manifestum te facit. Marcus, dixerunt ei qui astabant, vere ex illis es, nam & Galilęus es. Lucas alius quidam affirmabat dicens, vere & hic cum illo erat, Nam & Galilęus es, Ioãnes dixit, vnus ex seruis pontificis cognatus eius cuius petrus abscidit auriculã,

Ioann. 18.
Math. 26.

F G H I K

... 10.
Exẽplum.

Ambrosi

Nōne ego te vidi in horto cum illo? Ex his ita ordinatis, poterit perpēdere studiosus lector quare dixerit Ambrosius, ita nouum fuit, petrum potuisse peccare, vt peccatum eius nec ab Euangelistis poterit comprehendi. Nam vt cętera preter mittā secūdā negationē Matthęus & Marcus scribunt ab vna ancilla factam, Lucas ab vno homine, non ancilla, Ioannes a multis hominibus circūstantibus. In hoc tamen vnum omnes consentiunt, q̄ Petrus negauit tertio. Dicit autem hoc loco quidam doctor non contemnendę autoritatis hoc modo potest fieri vt Petrus negaret quidem ter, ante quā gallus caneret bis negaret autem pluries q̄ ter post secundum cantum galli, & ad huc pluries post tertiam. Verum huic positioni videtur

Cap. 26. Cap. 22. Ordinaria

obstare quod dicit Mattheus. Continuo gallus cecinit post tertiam negationem, & sequitur immediate de penitentia Petri, & recordatus Petrus. &c. idem dicit Marcus. Similiter Lucas post tertiam negationem, intulit, & conuersus dominus, respexit Petrum de hoc alij viderint. Itaq; Petrus vna voce mulieris perterritus, dum mori timuit, vitam negauit. Sed cum negauit, vitam negauit, nox erat & in domo Cayphę

F

& inter ministros antichristi hęc aūt ideo scripta sunt, vt sciamus neminē iactare se debere. Nam si Petrus lapsus est q̄ dixit, & si omnes scādalizati fuerint, Ego nunq̄ scandalizabor, quis alius iure de se presumat?

Psalm. 29. Chrysost.

Error itaq; petri doctrina nostrorū ē: & titubatio petri omniū petra est. pro inde qui dixit in abūdantia sua non mouebor in eternum, auertente deo faciem, turbatus est. Et tu inquit cum Iesu Galilęas, sed o mulier iam non noui illum. Chryso. O Petre quid est hoc. Nec ancillā quidē vilem ferre potes, qui tam magna promiseras? Et vtiq; illa non aspere percontata est! Non dixit deceptoris & perditi illius discipulus es sed hominis huius, tanq̄ eius misereretur. Dixit aūt, nunquid & tu, quia Ioannes aderat, adeo benigne loquuta ē, sed nihil horum intelligebat Petrus primo. 2. & tertio donec gallus cecinit, nec sic aduertisset, nisi do-

Agesilaus.

minus aspexisset eum sensum lapidescentem cum maleficus quidam tormēta per quā patienter tolerarat quantum inquit Agesilaus hō scelestus ad res flagitiosas & turpes tolerantię adfert o quantam petrus ad rem omniū honestissimā inconstantiam attulit. Nunquid iam eculeo suspensus erat, ex carnificandus harpagonibus & vncis ferreis? sed homo erat, presumptione autem plusq̄ pharisęus ille, qui non erat sicut cę-

G

Cyrilus. Luce. 18.

teri. Cyrillus. Petrus verba ancillę tanq̄ crimen nō paruum pertimuit: non timore magis ne captus esset nec q̄ nullam Curam pietatis haberet, q̄ fortassis quia pati omnia volebat dum modo christum videret. Nescio tamen si videre potuit: sicut dicetur infra ex verbis Mar. 1. Ex amore igitur decidit, & pietatis causa negasse videtur, non recte quidem nec exquisita ratione, sed quæ tamen ad esse cum Christo & videre illum faciebat, quod maxime petrus optabat. Nulla ergo nos desperatione frangamur humanam fragilitatem considerantes in Eclesię fundamento ante victoriam mortis nutabundo. Ceterū ne mesto vultu con dolere Capto videretur, atq; ita expulsus, videre non posset vitam suam: Cum ministris mixtus. Calefacit se, & quæ illi faciebant (alto corde premens dolorem) facere simulat, Non. n. verisimile est, in tanta mesticia petrum frigoris remedium quęsisse, qui multo maiores ita christo vincto voluptates rejecerat, hec Cyrillus sequitur. Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & Ca-

H

lefaciebant se. Erat autem cum eis & petrus stans, et calefaciens se. Ioann. 18 sequitur ex Marci capite, 14. Et exiuit foras ante atrium, & gallus cantauit. sedebat igitur petrus admixtus scelerato gregi famulorum, & calefaciebat se, Cuius Charitas iam morti proxima erat spectator futurus dominicę tolerātię potius quam imitator, sicut scriptum est, Cum peruerso peruerteris. Chri-

Chrysost.

sost. sed idcirco nō angelis arbitror commissa sacerdotij potestatem, ne cum ipsi minime peccarent, in peccatoribus sine misericordia sęuirent, quando quidem ipsi infirmitate non circundantur, nec discunt ex ijs quę passi sunt, Petrus autem reuera freno egebat potius q̄ calcaribus, sicut patet in oratione habita ad Ananiam & vxorem eiusdem. Erat autem petrus inter malleum & incudem, quia nec cōsistere audebat

I

timens ne deprehenderetur, qui iam semel negauerat, nec rursus auelli poterat a vita animæ suæ. Quod autem dicit Marcus, & gallus cecinit, reducet nos ad memoriam illius verbi, ante quā gallus bis Cantet terme es negaturus. Negauit semel ante gallicinium primum, & bis ante secundum. pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis: & de doctrina sua. Respondit ei Iesus. Ego palam loquutus sum mūdo. Ego semper docui in synagoga & in templo, quo omnes iudęi conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos qui me audierunt, quę loquutus sum ipsis. Ecce hi sciunt quę dixerim ego, Ioan, 18, pōtifex igitur, antichristi viuum simulacrum assumpta ad horam persona Samuelis, quo spem aliquam iusti iudicij prę se ferret: (sed nunquid tempus illud tempus erat Celebrandi iudicij) illud tamen agens reuera: vt ex varijs domini Iesu vltro Citroq; collatis sermonibus, aliquid Calumnię venaretur, quod illi velut Crimē maiestatis lęsę possit obijcere, multa interrogauit primū de discipulis, quales essent, vnde eos

K

esset nactus: & in quem vsum, deniq; quā eis doctrinam clam tradidisset, Dominus autem qui animum pōtificis peruidebat dolo & astutia refertum, vt per quē & in magistro & in discipulos tendiculas parabat; quos ad presens dominus tutos esse volebat: nihil respondit ad sacerdotis vulpinas interrogationes (Quid, o respondered sapientia dei: quod non sesculises ille verteret in Calumniam) sed remittit eum ad testimonium publicum & testimonium inimicorum, quo nullum potest contingere Certius inocenti. Et mirabile est quomodo Nebulo iste semen Chanaam & non Iuda inueteratus dierum malorum ignorantiam simulat de doctrina christi: quam nullus non audierat in tota prouincia Iudæę & maxime si pontifex erat cuius intererat, de huiusmodi diligenter perquirere. Ego inquit palam loquutus sum & docui populum in Synagoga & in templo quo omnes Iudæi Conueniunt. Idq; vel maxime diebus festis loco videlicet & tempore Celeberrimo, & nihil eos docui clam & in recessu, quod non preceperim eis predicare super tecta. De his si syncero animo interrogas, vt certior fias, interroga eos qui

me audierūt

me audierunt, hi eni sciunt, quid docuerim ego. Et esto quędam seorsum apostolus docuerit, non tamen trepidans, quasi falsa doceret & seditionem concitantia, imo predicabitur inquit hoc Euangelium in toto orbe. Teophyl. In oculto inquit locutus sum nihil forte. n talia meditabatur Pontifex, christum dominum occulta consilia struentem, vt seditiones excitaret in populo. Ad suspicionem ergo istam ita respondit dominus. Alias multa eis. i. apostolis explicuit parabolas seorsum a turbis sicut habes in Marco Capit. 4. sicut & totum sermonem quem Ioãnes comprehendit a capite tercio decimo vsq3 ad duo de vigessimum exclusiue apostolis tantum coram disseruit. Hec cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu. dicens. Sic respondes pontifici? sic respondes pontifici? Ergo iste Cayphas erat/ nõ Annas qui põtifex non erat id quod bene obserua. Respõdit eis Iesus. Si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo. Si autem bene. Cur me cędis? Misit igitur eum Annas ligatum ad Caypham pontificem. 93. di. c. dñs. 2. q. 7. presumunt. Et. cap. Ecce. Item cap. testes. Audi bone & christiane lector/ quibus adorandis auspitijs redemptionem nostram auspicatur agnus dei. Quidam ex ministris qui forte proximus assistebat sacerdoti/ alias sepulchro dealbato volens tueri dignitatem sui idoli/ aduersus liberam sed veram responsionem iesu. sicut petrus tueri volebat christi domini in columnitatem aduersus cohortem, nõ expectato iussu domini sui, dedit alapam domino iesu, magno crimine se liberãs inquit Theophylus. Nam vbi iesus in testes vocaret assistentes dicens, Ecce hi sciunt/ quid docuerim ego. minister volens liberare se a suspicione, quod non esset ex admiratoribus Iesu, percussit eum. Augustinus. Si cogitemus quis accepit alapam, nonne vellemus eum qui percussit, aut celesti igne consumi, aut terra dehiscente? sorberi, aut correptum a legione demonum voluptati per omnia rudera siue quod eumenides in eum poestatem acciperent aut aliqua etiam grauiori pęna puniri? Ita quoq3 maxime si iuxta opinionẽ multorũ, ipse est cuius dominus sanarat auriculam seruus furcifer. Popule meus quid feci tibi? in quo molestus fui? Respõde michi. Quia eduxi te de terra Egypti & misi ante faciem tuam Mosen Aron & Mariam, & cibaui te manna suauissimo, et dedi tibi terram fluentem lacte & melle, dedisti alapam saluatori tuo? popule meus, Quid feci tibi, forte autem dicat aliquis, cur non fecit dominus quod suos docuit, vt percutienti maxillam alteram pararet. Verum dominus non solum alteram parauit maxillam, sed totum corpus figendum preparauit in ligno. Et hinc potius demonstrauit, quod demostrandum fuit sua videlicet illa magna precepta patientię non ostentatione corporis/ sed cordis prępatatione facienda fieri. n. potest vt alteram maxillam visibiliter prębeat homo & iratus. Quanto ergo melius & respondet vera placatus, & ad perferenda grauiora tranquillo animo fit paratus? Accepta igitur tanta iniuria quid respondeat dei mansuetudo/ audiamus, si male loquutus sum, testimonium peribe de malo, hic inquit iudex viuorum & mortuorum, iuditij tãtum spẽs est, veritas nusquam est, apud romanũ siquidem & gentilem iudicem auditur vicissim & interrogatur reus, apud te autem qui velut paries dealbatus locũ occupas mosi serui dei, pro respõso vero iusto ac modesto reponitur alapa. Actu. 23. hoc nõ ẽ agere iuxta leges & iura maiorũ, sed vti volũtate pro lege. hoc est presumere vocem dei dicentis, an non licet michi facere quod volo? pro quo delicto aut scelere a me confesso/ vel conuicto testibus me cędis? Vt merito parisates Cyri et Artoxerxis mater iuberet eum qui regẽ alloquuturus esset, byssinis & mollibus vti verbis si male loquutus sum iudici quali quali non recusso sub ire sentẽtiã legis, si auten sobrietatis & veritatis verba loquutus sum infelix & scelerate quur me cedis? quod cum dolore legendum est, cum lachrimis & cum multa cordis amaritudine. Et tuam ipsius animam inmaculata doloris gladius pertransibit. Luce. 2. en autem considera inter hęc/ quo sopore calor ille vęhemens petri cõtabuerat qui forte huius traggedię spectator aderat.

Miche. 6. Deut. 32. Matth. 5. Theophi. Theophi. Augusti. Matth. 26 Ex ẽplum Luce. 2.

A B C

Caput quintum. De falsis testibus: quorum nõ constabant testimonia dominum urget pontifex ad respondendum & nihil respondẽtẽ, adiurat per deum viuum, dicente domino, ego sum, cayphas scidit vestimẽta dicens, blasfemauit. Cõdemnatur ad mortem, & depalmatur.

PRincipes autem sacerdotum et omne concilium querebant falsum testimonium contra Iesum: vt eum morti traderẽt, et nõ inueniebãt cum multi falsi testes accessissent, & cõueniẽtia testimonia nõ erãt. Considera igitur quo modo lucifugi, toti oculati in malum, noctẽ hanc in somnem ducũt, perscrutantes cõsilia quę in caput ipsorum reciderũt, quia nõ potuerũt ea stabilire, nõ magis quã philistijm deũ suum Dagon ante arcam dei. Querebãt falsum testimoniũ contra sanctũ virũ Naboth/ quia non cessit vineę suę, & non inuenerunt nisi autore Iesabel, quę post se traxit omnem ciuitatem/ idest & sacerdotes & seniores populi. Reuera autem sicut ostendit Dion, longe maiora geruntur paucorum consilio, quam multitudine aut viribus fortissimorum iuuenum quod etiam Homeri sentẽcia confirmatur cum Agamenonem inducit asserentẽ, longe facilius se posse rem Troianam euertere, si decem Nestores aut Vlixes in consilio haberet, quam si decies totidẽ Aiaces vel Achilles fortiter dimicantes. Vnde vocatus ẽ Hector troianorũ manus, Eneas aũt cor. Isti igitur sesculixes vtrũq3 adhibuerũt i cõsilio suo, sacerdotes quasi cor, & seniores quasi manus, nisi inuertamus hoc, vt seniores quidẽ sint cor populi. in senibus. n. est sapiẽtia sacerdotes aũt loco manuũ cõstituamus. ipsis. n. autoribus capitur xp̃s, imo ipsis presentibus sicut patuit ex verbis lucę, imo ipsis manus operi nefario inserẽtibus, sed vide qd dicat Esaias cap. 1. & 3. omne ca

Matth. 26 Marci. 14 p̃ma. ff. & 3. regũ. 21. Dion.

Omne caput languidum & omne cor merens. Dabo pueros iudices eorum, & effœminati dominabuntur eis. Et cap. 9. disperdet dominus ab Israel caput & caudam. Ex quibus locis ad inuicem collatis, apparet quales sacerdotes qualesque seniores conuenerint hac nocte aduersus dominum & aduersus Christum suum. Quales? Pueri annorum centum, effœminati, languidi, mœrentes, mutili, capita videlicet sine cerebro. Isti igitur conuenerunt cum principe tenebrarum dum medium silentium tenerent omnia, vt vitam morti tradant, quia expedit vt vnus moriatur. Ioan. 11. Et isti sunt qui dixerunt Oziæ regi volenti imponere incensum, egredere, rex de sanctuario, quia non reputabitur tibi in gloriam a domino. 2. Paralip. 26. Dicam & ego: Non est vestrum sacerdotes, non vestra refert, omnino nõ refert de sanguine fundendo tractare. Egredimini de hoc tam profano consistorio, quia non reputabitur vobis in gloriam a domino. Hæc videlicet est respublica Platonis, in qua omnia sunt communia, corpore dempto: nulla mater agnoscat filium quem lactat, nullus filius agnoscat parentem, partus mutili lucem non videant, fœminæ vna cum viris militent, venentur, gubernent rempublicam, omniumque officiorum, quo ad fieri potest participes sint, monstrum potius quam respublica. Et obserua iuxta. A. Gell. libro. 15. cap. 7. Quod Senatusconsultus ante exortum aut post occasum solis factus, ratus non erat. Sed isti populi cõsiliatores maligni profana miscentes diuinis, & terram cælo, nullo seruato ordine iuris, falsum testimonium inquirunt contra Iesum, nec inueniunt, post quam bonam noctis partem lusissent consilia sua. Accesserunt inquit multi falsi testes, pecunia subornati vt par est credere, & tamen inter tot falsos testes vix duo inuenti sunt (imo nullus) qui aliquid verisimile viderentur afferre, & tamen isti vere nugabantur. Dicit autem lex, quod in ore duorum stabit omne verbum. Quod si nullus est inuentus, qua præmissa informatione isti boni miserunt manum armatam, vt comprehenderetur dominus Christus? Sed effœminati cum essent, tales adhibentes consiliatores quales Roboam, sic statuerunt, quia capita multa quidem erant, sensus nullus. 3. Reg. 12. Origenes. Hoc quidem ad maximam laudem pertinet domini Iesu, propter vitam suam & doctrinam, qui sic omnia irreprehensibiliter & fecit & dixit, vt nullam verisimilitudinem reprehensionis inuenirent in eo, nec mali nec multi, nec tales astuti & ingeniosi. Sicut autem refert Plutar. De Agesilao, quoties vel laudari vel vituperari quempiam audiebat, non minus eius qui dicebat, quam de quo verba fierent, mores se discere opinabatur. Artaxerxes linguam cuiusdam in mendatio comprehensi exectam, tribus clauis configi & affigi præcepit in ostio domus eiusdem. Sed his sycophantis plena est terra. Deinde vel postremus autem venerunt duo falsi testes, & falsum testimonium ferebant aduersus eum dicentes. Quoniam nos audiuimus eum dicentem. Ego dissoluam templum hoc manu factum, & per tres dies aliud non manu factum ædificabo. Horum verborum sensum possumus Ioan. cap. 2. Origenes. Isti falsi testes vocantur ab euangelista, licet videantur dicere verum. Non enim ipse dixit se facturum, idest templum soluturum, sed illis commisit vt facerent, qui apti erant ad hoc opus, sibi autem reseruauit, vt post triduũ illud suscitaret. Et quod ille dixit de templo corporis, Iudæi præpediti malicia & de multi pecunia, intellexerunt de templo lapideo. Verumtamen apud Pilatum quasi sanius sapientes, seductor ille inquiunt dixit, post tres dies resurgam, referentes verba illa, soluite templum ad templum, idest corpus suum sepultum. Merito ergo falsi vocantur, qui sibi non constant. Et considera quod non vnus testis processit contra Christum, quia iuxta legem testimonio vnius, nullus interficiebatur. Sed nec tres erant, quia multis accedentibus testibus falsis, vix duo inuenti sunt, qui aliquid dicere viderentur, sed vere nugabantur. Satanas enim mendaces testes facile producit, & multos & vnisonos, sicut habes. 3. Reg. 22. Verum vllum nunquam producet. Horum siquidem duorum alter dicebat iuxta Matthæum, possum demoliri templum Dei, & per triduum reædificare illud, alter dicebat iuxta Marcum, ego dissoluam templum hoc, &c. Et ideo nec horum duorum erant conuenientia testimonia. Et esto essent, vterque mentiebatur. Frustra enim herculi, sub audi, calũniam struxeris, iuxta Prouerbium, de iis dici consuetum, qui sic omnia sua negotia gerunt, vt nemo queat aut audeat calũniari, quod si quis fecerit, operam ludat. M. Cato Censorius plus quadragies in ius vocatus fuisse memoratur, semper iudicum absolutus sententiis. Hieronimus. Falsi testes dicuntur, qui verba in alium vertunt sensum, & paucis immutatis vel additis, quasi iustam calumniam faciunt. Non ergo erant conuenientia testimonia. Siue enim bis dicentes hæc, quoniam non eadem dixerunt, non sunt inuenta eorum testimonia conuenientia sibi. Siue autem vnus dixit iuxta Matthæum, alter autem iuxta Marcum tunc vnus tantum testis est non duo, & patet. Et exurgens summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum dicens, Non respõdes quicquam ad ea, quæ tibi obiiciuntur ab his? Ille autem tacebat & nihil respondit. Marci. 14. Matth. 26. Tacebat veritas, quia tempus tacendi, ne si secundo responderet, rursus alapam acciperet. Quid autem opus erat respondere, cum testes ipsi secum pugnarent. Chrysost. Et enim solum figura iudicii ibi erat, in veritate autem latronum erat incursus & spelunca parricidarum, vnde causa eius velut impii iudicata est. Iob. 36. Silet igitur agnus Dei, loquetur autem aliquando, vt parturiens fœmina Esai. 42. Cæterum iuxta Tullium, magnam vim habet conscientia vtramque in partem, vt semper pœnam ante oculos versari putent qui peccauerint, & nihil timeant, qui nihil admiserunt. Quid autem opus est resistere testibus contraria dicentibus, & maxime vbi maius est, libere & fortiter silere, quam defendere sine vllo profectu? Vt non humiliemur a testibus falsis & calumniatoribus improbis. Rursus summus sacerdos interrogauit eum dicens, Adiuro te per deum viuum: vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei benedicti? Matthæus. 26. Marci. 14. Premente ergo domino alto corde dolorem suum, & tacente velut ouis cum tondetur (nam quando quibus opera tot & tam miranda non persuaserunt, nuda suaderent verba?) Ira præceps non inueniens calumniæ locum, excutit de solio ponti-

ficem

Psal. 2. Respub. A. Gellius Deuter. 17. Origenes. Agesilaus Augus. Marci. 14. Origenes. Matth. 27. Deuter. 17. Prouerbiũ M. Cato. Hieroni. Chrysost. Tullius.

F G H I K

sceni, vt væsaniam mentis gestu corporis demonstraret. Exurgens enim in medio, & iurauit in verba domini, adiuro te inquiens per deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei benedicti. Vidisti lymphatici huius væsaniam singularem. Quem velut latronem insignem comprehendi fecit, a cohorte Romana, idque non sine comitatu sacerdotum quorundam ee primoribus, & ante se ligatum post tergum manibus stare facit, nunc si Deo placet, cum iure iurando an sit Dei filius & Messias in lege promissus, cogat. Non tamen lymphaticus hic iusiurandum detulit domino Christo. Absit enim vt tantus nebulo tale quid cogitauerit. Bene ergo tacet dominus, sciens quicquid dixerit, torquendum ad calumniam. Et iuxta Origenem, hic tanquam de patre diabolo natus, fere eiusdem interrogat dominum verbis quibus scriptum est in tentationibus suis interrogatum illum fuisse a Diabolo. Cum dicit, si filius Dei es,

Origenes.

A & cætera. Et rursus, adiuro te per deum, ne me torqueas, Marci. 5. Cæterum Petrus cui pater reuelauerat, sine aduerbio dubitantis, si, dicit: Tu es Christus, & cætera. Matth. 16. Quid autem opus erat exorzismis & adiurationibus veritatem extorquere ab eo, qui veritatem docebat? Qui etiam non rogatus, ad puteum vni se fœminæ non admodum probatæ famæ reuelauit, dicens: Ego sum, qui loquor tecum. Et rursus vni cæco nato, vidisti filium Dei, & qui loquitur tecum ipse est. Cæterum exorzismis siqui sunt, aut veritatem aliquam habent, aduersus obsessos a dæmonibus vtuntur vel abutuntur homines, non aduersus hominem sobrium & iustum, quique dæmones solo sermone pellebat e corporibus. Inquirit hoc loco Origenes verum liceat vti huiusmodi exorcismis, dicitque videri Iudaicum, quia dominus potestatem dedit suis super omnia dæmonia, vt verbo eos expellerent, non autem adiurationibus. Dominus itaque vt ne vel vmbram excusationis sacerdoti iudaico relinqueret in sua infidelitate perfidia persistenti, ad hunc modum respondit. Tu dixisti, iuxta Matthæum, Ego sum, iuxta Marcum. Verumtamen dico vobis, a modo videbitis filium hominis, sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem

Matth. 4.
Ioan. 4.
Ioan. 9.
Origenes.

B in nubibus cæli. Tanta væsaniæ rabie percitus erat pontifex iste, vt ei omnis mora longa admodum esset, ideo tacentem dominum exorzizat, & quasi ad respondendum cogit. Qui si neget se filium Dei, exclamaturus est, cur igitur toties te filiũ Dei vocari passus es? Si affirmet, calumnias illi inuret blasphemiæ. Tacere autem adiuratum, non licebat, ne videretur dare pessum nomen Dei, & autoritatem tanti Aaronis facere nauci. Sed dominus iuxta quod scriptum est, facilius scandalum nasci permittitur quam vt veritas relinquatur, quæ post deum colenda est, imo deus est, ita clare & perspicue confessus est veritatem, vt nullum velamen excusationis relinqueret incredulis, dicens quod olim dixerat Mosi, & cum capiendus esset a ministris Iudæorum, ego sum. Nec enim debebat negare, apud iudicem interrogatus, veritatem, id quod expediebat nos omnes scire. Hæc est enim vita æterna, vt cognoscant te & Iesum Christum deum verum, quem misisti in mundum. Sublata enim hac veritate ab ecclesia Dei, aruit spes nostra, hominis & iumenti æqualis videtur esse conditio. Cæterum sciens illos non credituros (qui autem crederent Dei filium, quem

Ioan. 14.
Ioan. 17.

C velut latronem ligatum tenebant? Si enim filius Dei est, liberet eum de manibus nostris) adiecit quod profanum sacerdotem & circonstantes a cœpto tam impio parricidio debuerat reuocare, dicens, Attamen dico vobis post hac videbitis filium hominis sedentem tanquam vniuersorum iudicem, qui nunc stat iudicandus tanquam seditiosus homo, & qui filij Dei honorem sibi præripit. Origenes. Vide si potes dierum & horarum metiri, non secundum breuitatem quæ est apud homines horarum & dierum, sed iuxta quod mille anni ante oculos Dei tanquam dies externa quæ præterijt. 2. Per. 3. quod satis ostendit parabola de vinea quæ quinque horis vel duodecim, idest vno die comprehendit totius mundi dispensationem ab Adam vsque ad secundũ aduentũ Christi ad iudiciũ. Propterea ergo potuit dicere, a modo videbitis filiũ hominis, breue enim tempus est a resurrectione eius vsque ad aduetum eius respectu æternitatis. Ita & Ioannes in reuelatione, ecce venit cum nubibus cæli, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Dicens au-

Eccle. 5.
Sapien. 1.
Origenes.
Psal. 89.
Matth. 20.
Apoc. 1.

D tem, ecce venit, velut digito eum nobis venientem ostendit. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens. Blasphemauit. Quid adhuc desideramus testes? Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum reum esse mortis. Matth. 26. Marci. 14. Bene ergo personatus hic sacerdos vestimenta sua dilacerauit, nulli rã futura vsui, post quam ecclesia Dei donata est a vero & summo sacerdote vnica tunica, sed illa in consutili. Quem enim e solio sacerdotali furor excusserat lymphaticus, eadem rabies ad scindendas vestes incitat. Scidit enim dominus sacerdotium de manu Iudæorum, & tradidit illum apostolis & ecclesiæ, sicut factũ est de regno, quando translatum est tribu Beniamin ad tribum Iuda. Demaratus spartiata iussus a rege petere iussus, petijt, vt sibi fas esset tiara sublata in capite, regio more per sardos incedere. Ibi Mitrepaustes regis patruelis apprehensa de marati manu, hæc inquit tiara haud cerebrum quod velatura sit habet. Nec tu Iupiter eris, si fulmen acceperis. Nam videmus sæpe simeas purpura amictas, risum contuentibus exci-

Ioan. 19.
1. Reg. 15.
Plutarch.

E tare. Hic igitur simea erat in purpura licet, & lupus in melota. Hieronymus. Erat autem hoc consuetudinis Iudaicæ, cum aliquid blasphemiæ, & quasi contra deum audierint, vestimenta scindere, id quod fecisse legimus Paulum & Barnabam in actis. cap. 14. Vide textum in fine capitis. Vide in actis cap. 12 De De herode percusso ab angelo & quare. Quod autem dixit Samuel ad Saul, scidit dominus regnum tuũ a te hodie, & nihilominus, ipse multis postea regnauit annis, intelligendum est, ideo dictum, quia nullus de stirpe eius fuerat regnaturus, quia ei successit Dauid, sicut prædiximus. Nam & sacerdos iste, licet vestes dilacerauerit, permansit tamen sacerdotium penes Iudæos nomine tenus tantum vsque ad euersionẽ Hierusalem. Sed audi bestiam furore percitam diabolico, loquentẽ. Blasphemauit. Quid nobis opus est testibus, qui delinquentem conuincant, cum reus ipse ore suo iudicetur? Ecce nũc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? Quod legimus in actis, impetũ fecerunt in eũ, dicẽtes, reus est mortis. Ipsi igitur accusabãt,

Hierony.
Actu. 7.

ipsi disceptabant, ipsi testes subornabant, ipsi sententiam ferebant, & omnium officia ipsi tunc occupauerunt. Denique petunt a Pilato, non vt sententiam ferat quasi iudex, sed vt latam calculo suo comprobet.

Origenes. Lucæ.6.

Vere causa tua o bene iudex velut impij iudicata est. Iob.36. Origenes. Quantum autem putas fuit erroris, ipsam principalem omnium vitam ream mortis pronunciare, & tot resurgentium testimonio non aspicere fontem vitæ, de quo in omnes viuentes vita fluebat, aut iuxta Lucam, virtus de illo exibat & sanabat omnes. Sed furor modum nescit inuidiæ adiunctus. Vnde illud. Naboth benedixit deum & regem. 3.Reg.21.

Darius.

Fertur cum primum Darius audiuit Sardis, captus incensasque esse naues ab Atheniensibus, interrogasse, quinam essent Athenienses. Id cum audiuit, tum arcum poposcisse, eoque sumpto, sagittam quã imposuerat, in cælum excussisse, & ea in aerem excussa dixisse, o Iupiter contingat mihi, vt Athenienses vlciscar. Atque hæc loquutus, cuidam famulorum præcepisse, vt semper sibi apposita cœna, ter diceret, here memento Atheniensium, vt vere dixerit poeta, furor arma ministrat. Vnde sequitur. **Et viri qui tenebant eum, illudebant ei, & tunc expuerũt in faciem eius, & velauerunt eum.** 25.q.4. Nimium. **Cædentes eum collaphis. Et interrogauerunt eum dicentes, prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.**

F

Origenes.

Non ergo propter solam mortem vsque ad quam humiliauit se dominus Iesus, exaltatur vsque ad dexteram Dei, sed propter palmas & collaphos & sputamenta quibus viri qui tenebant dominum Christum, illudebant ei. Quoniam autem ad extremam iniuriam accipitur sputis conspuere faciem, manifestum est etiam Deut. cap.25. Tollat inquit mulier calciamentum de pede eius, conspuetque in faciem eius, & dicet, sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui. An non contumelia trinitatis est, collaphis cædere eum, qui est imago bonitatis diuinæ? Non autem auertit Iesus faciem a confusione sputamentorum, sicut dicit propheta, vt magis glorificetur vultus eius, quã fuit vultus Mosi glorificatus. Exo.34. Sed & collaphis eum cæciderunt, propter quod & ipsi a Satana collaphizantur, non vt non extollantur cum Paulo, sed vt recipiant secundum quod fecerunt cum Iesu. Abscondam enim faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum. Deut.32. Et rursus, abscondam faciem meam ab eo, & erit indeuorationem, propter omnia mala quæ fecit. Deut.31. Quæ mala illuserunt maiestati diuinæ, & velauerunt vultum eius, quem tantopere suspirabat Moses, dicens, si inueni gratiam in oculis tuis, ostende mihi faciem tuam. Exo.33.

Sapien. 7. Esai.50. 2.Cor.12.

G

Si enim omnes reges desiderabant videre faciem Salomonis, quia sapiens erat diues & pacificus, quanto desiderabilior est facies eius, quem de facie nosse, vita æterna est? Cæterum iuxta tropologiam qui sint qui faciẽ Dei obnubant, vide Ezech. cap.8. Velat autem & faciem Dei omnis hypocrita, qui faciem suam demolitur. Matth.6. Cum intus plenus sit ossibus mortuorum. Nec sedet nunc animo dicere de fœminis nostratibus, quæ mentito mundo muliebri multos ad mortem venantur mortales, nec raro ipsæ capiuntur, vel volentes, sicut Bethsabe, vel nolentes, sicut Dina. Sunt enim semper in vnum hoc intentæ, non in vnum illud quod Maria elegit, Lucæ.10. Sed quomodo placeant mundo. Ad hæc Chrysost. Tu autem interim attende, quomodo euangelista cum summa diligentia ea quæ videntur exprobratissima explicat & exponit, nihil prætermittens, occultans aut verecundans, sed gloriam existimans maximam, dominatorem orbis terrarum pro nobis talia sustinuisse, vt merito dicat apostolus, mihi absit gloriari nisi in cruce & crucistibus domini nostri Iesu Christi. Velauerunt ergo vultum eius, & percutientes eum, dicebat, si tu es ille verus propheta & Mesias qui venturus erat in mundo, diuina nobis quis est qui te percussit? Quid igitur pati & nos debemus, vt reddamus par domino? Horrore plena sunt hæc, tamen impleri necesse est omnia quæ scripta sunt. Cum enim palestini apprehendissent sanctum Nazaræum Samsonem, statim eruerunt oculos eius, hoc est velauerũt faciem eius, & vinctum catenis clauserunt in carcere. Et multa blasphemãtes dicebant in eum, arrepticiorum more debachantes, prout spiritus blasphemiæ dabat eloqui illis. Eo enim autore sæuiebant phrenetici in eum, qui multos ex suis expulerat e corporibus obsessorum.

5.Reg.10. Matth.23. 2.Reg.11. Gene. 34. Chrysost. Gal. 6. Iudi. 16.

H

I

Caput.vi. De cæteris negationibus Petri, in quibus referendis non parum euangelistæ inter sese differunt. Petrus egressus de consilio malignantium, fleuit amare.

EXeunte autem Petro ianuam, rursus cum vidisset eum altera ancilla, cœpit dicere circunstantibus, quod hic ex illis est, iuxta Marcum. Hic erat cum Iesu Nazareno, iuxta Matthæum: Lucas. Et post pusillũ alius videns illum, dixit, & tu ex illis es. Ioannes: erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se. Dixerunt ergo ei. Nunquid & tu ex discipulis eius es? Et iterum negauit cum iuramento, quod non noui hominem. Quia iuxta prouerbium, nemo mortalium omnibus sapit horis. Non igitur mirum si Petrus negat in atrio, quando Adam ab vxore seducitur in paradiso (dicat licet Paulus. 1. Tim.2. Adam non est seductus a serpente videlicet) & Loth in ebriatur in monte. Gene.19. & Satanas velut fulgur precipitatur e cælo, Lucæ. 10. & Paulus postquam tertij cæli secreta penetrauit, a Satanæ ministro collaphizatur. Itaque siue vna vel altera ancilla siue vnus homo siue multi interrogauerint, non magni refert, sicut supra dictum est, dum modo constet Petrum secundo interrogatum, secundo negasse cum iure iurando, quod non nouisset eum hominem, qui ibi ligatus tenebatur. Chrysost. Mulierce simplici voce interrogat, & forte nec proditura confessum, & tamen Petrus ingenue abnegat eum, quem confessus fueras Christum filium Dei, Matth. 16. Quod si negas, in domo

K

Prouerbiũ. 2.Cor.12. Chrysost.

principis

principis sacerdotum negat. Ibi enim tenetur Christus in carcere, velatur, & illuditur. Augustinus. Ecce columna firmissima ad vnius auræ impulsum tota contremuit, & si cecidit, collisa non est, quia dominus supposuit manū suam dicens, ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Luce.22. Vnde inquit est illa vox, animam meam pro te ponam, Ioan.13. Hoccine est sequi magistrum, se negare discipulum? Siccine pro domino anima ponitur, vt hoc ne fiat, vox ancillulæ formidetur? Sed Petrus homo erat & vere sicut cæteri, & quia gregi præficiendus erat dominico, discere debebat ex iis quæ ipse passus est. Et post pusillum interuallo facto quasi horæ vnius, rursus qui astabant, dicebant Petro, vere ex illis es, nam & Galilæus es, iuxta Marcum & Lucam, & loquella tua manifestum te facit, iuxta Matthæus, Ioannes ita, dicit ei vnus ex seruis pontificis cognatus eius, cuius Petrus abscidit auriculam: nonne ego te vidi in horto cum illo? Matthæus: tunc cœpit detestari, Marcus, anathematizare: Matthæus & Marcus, & iurare, quod nescio hominem istum quem dicitis, quod nescio quid dicitis: Iuxta Lucam. Chrysost. O res nouas & mirabiles, quando capi magistrum vidit, adeo efferbuit, vt stricto gladio, seruum percussisset. Quando autem magis indignari debuit, inflammari succendique, tot tantaque obprobria videntem audientemque: tunc abnegauit. Quid facies Petre, si a iudice interrogareris per tormenta? Vere Petrum loquella sua prodit, quia aliud dixit interrogandum, & aliud cum interrogaretur vel a vno vel a multis, non refert. Quem Iesum inquit, quē hominem, quos Galilæos tu mihi narras? Hieronymus. Hebræi erant qui arguebant & qui arguebatur, sed vnaquæque prouintia & regio habet proprietates suas. Vnde Ephratæi non possunt synthema dicere, sed pro Sebboleth, Cheboleth respondentes, iugulabantur. Vnde & illud. Actu.2. Nunne omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam suam in qua nati sumus? Et tamen qui hæc dicebant, Iudæi erant. Denique stabat inter cæteros quidam cognatus eius qui Paulo ante in horto fuerat auriculæ damno mulctatus pro sua temeritate insana. Hic igitur diuino quodam & secretiore consilio submissus est, vt vlcisceretur cognati sui iniuriam, imo vt Petri temerariam de se fiduciam corrigeret. Hic ergo non contentus vnica Petri negatione, quoniam pugna & si noctu conserta, insignem eum fecerat inter cæteros. Quid inquit pergis inficias ire, te non esse e numero discipulorum hominis istius? An non te modo vidi his oculis in horto cum eo? Ibi Petrus penitus exanimatus, quasi mox & ipse cum suo duce pœnas daturus, cœpit seipsum furiis vltricibus deuouere, si hominem illum nosset, ater esset an albus, ita penitus sibi exciderat, is cui promissæ fuerant claues regni cælorum. Cœpit inquit anathematizare & iuxta Prouerbium timidior inuentus est prospiciente. Homo quidam natura timidus audita Herculis fama, abdiderat se præ metu in specum quendam. Deinde cum aliquandiu prospectaret, & Herculem forte fortuna prætereuntem vidisset, protinus diriguit in saxum versus, quod adhuc visitur specie viri velut a specu prospicientis. Sed Petrus non Herculem mortem autem videbat ob oculos. Qualem de pisandro legimus prodigiosa anxium timiditate. Adeo vt anxius esset ne suam ipsius animam alicubi videret, quæ se viuum reliquisset. Sed quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, sequitur, Et continuo adhuc illo loquente, gallus cantauit, Lucas: & conuersus dominus: respexit Petrum: nutu eum erigens iuxta Chrysost. Augustinus autem dicit. Quapropter mihi videtur illa respectio diuinitus facta. Quære diuinitus? Quia iuxta Marcum: Cum esset Petrus in atrio deorsum, interrogatus est ab vna ex ancillis. Quo verbo videtur illud explicari, quod existente domino in superiori parte ædium & Petro in inferiori oculo corporali videri a Christo commode non potuit. Ita dicit alibi Augustinus. Non potest dici quod corporalibus oculis eum dominus visibiliter admonendo respexerit, cum dominus intus esset coram sacerdotibus, & ille foras cum ministris ad ignem, sed intus actū est, in mente actum est, in voluntate actum est. Misericordia dominus latenter subueniens, cor tetigit, memoriam reuocauit, interiore gratia sua visitauit Petrum, interioris hominis vsque ad exteriores lachrimas erupit, & produxit affectum. Negauit primo, & non fleuit, quia non respexerat dominus, sic & secundo, sed cum in tertia negatione respexit, statim Petrus fleuit. Hæc ille contra pelagium. Origenes super Leuiticū. Respiciam vos & crescere faciam. Plenum beatitudinis est hoc ipsum, si quem respiciat deus. Petrus aliquando pene perierat, & ex consecratione apostolici numeri, diabolo per os ancillæ inspirante fuerat erepturus. Sed vbi respexit ad eum Iesus tantum, vbi ad eum placidi vultus ora conuertit, statim reuersus, quo abierat) in semetipsum Recordatus Petrus verbi domini, sicut dixerat, priusquam gallus cātet bis, ter me negabis, egressus foras fleuit amare. Recordatus Petrus quomodo siue vbi dixisset sibi. Nam hoc ipsum veniebat illi in mentem, Christum sibi dixisse, futurum vt se negaret, prolapsum enim se de præcipitio reuocane pedem: fleuit amarissime, soluta glatie mentis suæ, & ita flendo, locum suum recepit, quem negando perdiderat. Væ autem illis, quibus congruit illud: omnis domus Israel attrita fronte est & duro corde. Ezech.3. Gregorius. Quid aliud de hoc sentiendum est, nisi quod frontem cordis in impudentiam atterit culpa frequens, vt quo crebrius committitur, eo de illa minus animus committentis verecundetur? Ad tantam enim peccator aliquando duritiam venit, vt iam in correptione sensibilis non sit. Hic quando solo Dei respectu Dei corrigitur, qui decem plagis flagellatus, insensibilior redditur? Dicitur autem ad eos qui huiusmodi sunt ore prophetæ. Non cogitasti in corde tuo, quod ego tacens & quasi non videns. Hieronymus. Quasi inquit non videns, quia dissimulaui ea sæpe, vt si non timore Dei, saltē patientia ad me redires, qui non oculis sed palpebris interrogo filios hominum. Sunt autem multi de quibus dicitur, cum occideret eos, tunc diluculo veniebant ad eum, sola vexatione aperiente viam intellectui. Nam morsi a serpentibus, multi sapiebant sero licet, occisis filiis vel vxore, interim & ipsi percussi, licet nō spiritualiter. Cæterum Petrus adeo profunde dormiebat vigilando, vt nec a gallo canente bis excitari potuerit.

August. Psal.56.
Hebr.5. Luce.22.
Chrysost.
Hierony. Iudi.12.
Matth.16. Rom.8.
August.
Origenes. Leui.26.
Matth.26. Marci.14. Luce.22.
Gregorius
Esai.57. Hierony. Psal.77. Esai.28.

tuerit, nisi respiceret eum dominus. Sed derelictus est ad modicum & in puncto, vt doceatur, & ad dandā

Theophy.

aliis veniam ipse facilis sit. Pertinacior enim erat, & nisi sic fuisset correctus, aliis veniam non dedisset, manens in sua morositate. Vnde illud ex ore eius, dimittam fratri peccanti vsque septies? Nam plusquam septies remittere, nullo modo credebat licere.

Matth. 18.

Nunc autem vsque adeo metu confusus est, vt ruinam, non sensisset, nisi dominus respexisset eum. Perforauit enim dominus armilla maxillam Leuiatam illius, qui ster-

Gregorius

tentem vorauerat Petrum, quia ineffabili deua misericordiæ suæ potētia sic maliciæ antiqui hostis obuiat, vt aliquando eos etiam quos iam cepit, amittat, & quasi ab ore illius cadunt, qui post perpetratas culpas

Figura.

ad innocentiam redeunt. Quia enim illius semel captus ore, maxillam eius euaderet, si perforata non esset? An non in ore tenuit Petrum cum negauit? An non in ore Dauid tenuit, cum in tantam se luxuriæ voraginem mersit? Sed cum ad vitam vterque redijt, Leuiatam iste eos aliquo modo quasi per maxillæ foramina amisit. Sed hinc cognoscimus, quantum redemptori nostro debeamus, qui non solum nos in ora Leuiatam ire prohibuit, sed ab ore etiam redire concessit, qui spem peccatori non abstulit, quia maxillam eius vt euadendi viam tribueret perforauit, vt saltem post morsum fugiat, qui in cautus prius nequaquam mordeti metuebat. Videamus aūt ne de nobis dicat illud, sua lota in luto. 2. Pet. 2. Sus enim cū in luto lauatur, sordidior ascendit de huiusmodi lauacro, sic qui admissum plangit, nec tamen deserit, lachrymas suas in

P

Alex. Ales

conspectu Dei sordidas facit. Dicit autem, A. Ales sacramentum pœnitentiæ tunc primum institutum fuisse adeo, quando post lapsum parentum nostrorum, positus est ante viam ligni vitæ gladius igneus. In gladio significabatur sustinentia pœnæ, in eo autem q̄ igneus, q̄ ex charitate subeunda est pœnitentia,

Matth. 27.
Marci. 15.
Luc. 22.

per quam patebat via ad lignum vitæ, a quo expulsi sunt. Mane autem facto, concilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi & scribæ aduersus Iesum, vt eum morti traderent. Lucas, Et adduxerunt eum in concilium suum dicentes, Si tu es Christus, dic nobis. Vide ergo mecum si potes, senes istos malicia insignes, quomodo totam noctem duxerunt insomnes non in aliud, q̄ quomodo tantum perpetrarent parricidium. Ineunt ergo concilium cœtus

Gene. 4.
Ioan. 8.

malignantium (& vt ita prouerbium lerna malorum) contra Dei consilium, nullum non mouentes lapidem, vt fundant sanguinem innocentem, qui re vera clamat contra eos, sicut sanguis Abel contra Cain. Lerna lacus fuit apud Argiuos, in quem cum passim ab omnibus purgamenta deportarentur vulgo ceptum est dici Lerna malorum. In hoc lacu ferunt. Hydram illam constitisse, quam Hercules igni Græco confecerit. Ferunt & Danaum. 50. iuuenes Aegypti filios quibus totidem filias suas collocarat omnes eadem nocte trucidasse, atque horum capita in eum lacum fuisse congesta. Lerna igitur malorum concilium pestilentum sacerdotum intellige, saxum tota nocte voluentes, inutili & casso labore cum Sisypho, sed tandem recidit in caput eorum. Adductum igitur in suum concilium (vere suum, imo principis tenebrarum) rogant eum, velut veritatem scire cupientes (quorum pater diabolus, pater mendacij vocatur) rogāt autem id quod prius interrogauerat summus sacerdos. Volentes audire ex ore Christi quod iam semel dixerat in consilio nocturno, Si tu es Christus, dic nobis. Simplicissimi interrogatores & sesculixes insidiatores, quem palmis de honestauerant & sputamentis & cuius vultum velauerant, dicentes, diuina nobis, si tu es qui venturus es cum nubibus iudex omnium, hunc eundem rogant vtrum nam ipse sit ille Christus in lege promissus. Et ait illis. Si dixero vobis, non credetis mihi. Ex quo patet q̄ maiores Iudæorum non agnouerunt Christum esse Messiam: dicit enim non credetis, & patet q̄ si agnouissent, credidissent vel volentes vel inuiti. Si autem interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens a dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes. Tu ergo es filius Dei? Qui ait. Vos dicitis, q̄ ego sum vel me esse. At illi dixerunt. Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus ex ore eius. Si inquit dixero qui sim, dicturi estis id quod Cayphas, ecce audistis blasphemiam. Quod si vos interrogem

2. Cor. 3.

ea testimonia scripturæ quam cotidie euoluitis (sed velamen est super cor eorum) qualis futurus sit Christus quem expectatis, & an testimonia scripturarum in me vnum ad amussim congruant, id quod ea operibus quæ inter vos feci, facile est deprehendere, non respondebitis mihi ea animo, qui nihil aliud meditamini, q̄ quomodo per fas vel nefas perpetretis homicidium: neque per consequens me absoluetis, etiam veritate cognita. Non enim hoc agitis interrogando, quod in iustis iudicijs fieri consueuit, vt videlicet agnita veritate, vel absoluatis innocentem vel nocentem damnetis, sed vt quod facere decreuistis, iustitiæ titulo

1. Reg. 3.

facere videamini. Qui ergo iam semel dixi vobis quis sim, dicam & illud, quod quicunque audierit, tinnient ambæ aures eius: Ex hoc erit filius hominis sedens a dextris virtutis Dei. Ad hæc illi quomodo sub obscure loqui vis videbatur, intulerunt. Tu ergo es filius Dei, ille qui nobis promissus est tot vaticinijs prophetarum, somnijs figuris & mysterijs scripturæ? Vos inquit dicitis q̄ ego sum. Sed illi affirmando, negabant, Iesus Christus autem quod illi videbantur inficiari, confirmat, dicēs, vos dicitis q̄ ego sum. Nam ego iam dixi in Exo. cap. 3. Ego sum qui sum. Et Ioan. 18. Ego sum, & Marci. 14. Ego sum. Ad hæc aspides surdi intulerunt conclusionem quam summe auebant, dicentes, si ipse ore suo condemnatur, quid adhuc ludimus tempus in subornandis testibus, cum res vltra votum successerit? Ipsi audiuimus blasphemiam ex ore eius. Hoc est decretum senatus consulti hodierni diei, blasphemiæ crimen in ueteri sapientiæ Dei, vnde sequitur in textu. Lucæ. 23.

Caput. vij Surgens omnis multitudo vinctum Iesum duxerunt ad Pilatum. Iudas id videns: retulit. 30. argenteos: & abiens laqueo se suspendit quia audiuit ex ore sacerdotum: quid ad nos. Sacerdotes emunt agrum ex argento

ET surgens oīs multitudo eorū: et vincientes Iesum: duxerunt illū ad pilatum a caipha in pretorium iuxta Ioannem: et ipsi non introierunt in Pretorium (erat autem mane) vt non contaminarentur: sed manducarent pascha. Inuenta itaq; a bonis istis consiliatoribus & zelatoribus reipublice causa satis superq; idonea quae christum accusarent de blasphemia: quo nullū crimen apud iudeos capitalius est: in hanc sentētiā facile discessum est ab omnibus q̄ quocunq; modo decreuerant occidere dominū iesum. Nihil autē supererat: nisi vt causam mortis eius in gentes etiam transferrent: quia sic scriptū est: tradetur gentibus et illudetur, &c. visum est itaq; pręsidi pilato reum dominum tradere, i. ligatum velut blasfemus: vt non a iudęis sed a gentibus crucifixus videretur. Consurgit itaq; consilium omne vna cum coniurata turba quam ad tantum facinus perpetrandum petraxerāt et ligatum dn̄m adducūt a domo Caiphe in pretorium, i. domū pilati qui pręerat iudęę prouintie tiberij Cęsaris nomine. Habebant enim hunc morē iudei: vt quem ad iudicassent morti: ligatum traderent iudici. Traditur autem gentium iudici. Non. n. iudicari reus poterat ex lege: ipse sine dolo atq; peccato, & ipse quidem potuit vincula soluere: sicut Samson: semel, 2, 3, & vsq; centies sed quia agnus erat qui immolabatur pro Isaac: sustinuit duci: qui permisit se capi ad mortem: mortem autem crucis. Et ipsi inquit non introierunt: vt non contaminarentur vere male vertices: Chrisostomus Vnde: qui sanguinem iustū pecunia emerant: qui de sanguine iusto fundendo in paschate tractabāt: qui testes falsos subornauerant: qui indemnatum/ ad mortē ad iudicarant: nūc timent calcare (odeum im mortalem) pilati iudicis atria: camelum vocantes imo barrabam: excolantes culicem o prepostetam & prophanam religionem sacerdotum istorum: qui cum totam noctem expendissent/ inquirentes quomodo effunderent innoxium sanguinem: nunc timent tanti samueles ne calcantes atrium gentilis iudicis: immundi reddantur ad manducandum panem azimum paschatis sui hui boni sic implebis preceptum illud: nox hęc obseruari debet a filijs israel a generatione in generationem: Exo. 12. Et sicut dicit abulensis/ quinq; &. 40. contaminationes inueniūtur in lege: inter quas ista non reperitur. Sed quia iuxta gregorium bonarum mantium est culpam agnoscere: vbi culpa non est: isti qui non erant sicut cęteri: vt pote qui etiam culicem excolabāt (Matth. 23. ab omni specie mali voluerunt abstinere: iuxta pauli preceptum (Pri tessa. 5.) Ideo ne contaminatētur: stant pro foribus, heret lingua; & mens mea deficit in explicanda nebulonum istorum vęsania lymphata/ qui cum stent foris clamantes, crucifige crucifige eum: ne contaminentur: non attingunt gentilem iudicis limen. Dicunt autem quidam sicut refert faber: hunc ritum fuisse iudęis: vt liceret celebrare pascha intra duas vesperas, i. in vtra uis duarum: quarum altera primi mensis plenilunio esset vicinior aut ęque vicina vt altera. Illo autem anno secundam vesperam fuisse viciniorem: illi vesperę qua magnū incipiebat sabbatum: quare in ea licuisse iudęis celebrare pascha suum impium. Id si verum est: bonis auspicijs: tanto perpetrato parricidio: tanto super se accepto sanguine sanctificauerūt se ipsos: vt phase suum manducarent, preterea sciēdū iuxta eundē fabrum q; quatuor erant mortium genera: quarum potestatem habebat domus concilij: quod erat sacerdotum & seniorū vnius &. 70. Poterant. n. lapidare comburere occidere: suffocare: vt habetur in libro zanhedrin Babilonio: vbi de crucifigendi potestate nullus sermo habetur verum isti inueterati/ non fuerunt contenti vna istarum mortium: sed morte omnium turpissima condemnemus eum. Ita. n. dixerat dominus: si exaltatus fuero a terra. &c. Ioan. 12. Et sicut exaltauit moses serpentem. &c. Ioan. 3. Ad hec augustinus. O impiam & stultam cecitatē: habitaculo vi contaminarentur alieno: & non contaminarētur scelere proprio nam q̄ dominus erat qui eorum impietate ducebatur ad mortem: non eorum cōscientie sed ignorantię deputetur. Sed si deum non agnouerūt: quare non vel sicut homini iusto pepercerunt qui salutem multam operatus fuerat in medio terre eorum. ps. 73. Sciendū propter sensum litterę: quod sicut dicit Rabi salo. super illud. Exo. 21. ab altari meo euelles eum: quod hoc tam de laicis quam de sacerdotibus intelligebatur. Eo. n. tempore vnicus tantum gladius erat: & hic penes regē & eadem pęna imponebatur sacerdoti pro furto & adulterio & homicidio & cetera/ quę & laicis. Alia tamen erāt in quibus sacerdotes differebant a populo. Nec quo ad causas ciuiles & forenses erāt distincti iudices: sed in vna quaq; ciuitatum erāt iudices sedentes pro foribus ciuitatum: decidentes tam forenses q̄ criminales causas: siue sacerdotum siue laicorum. Consilium autem. 70. senum, i. canhedrim erat in hierusalem: vel vbi erat tabernaculum domini: & huic pręerat sūmus sacerdos: quando rex defecit in israel: vel iudex aliquis tempore iudicum. Huic tamen positioni videtur contrarium quod legitur iudi. Capi 17. & capite. 21. In diebus illis non erat rex in israel. sed vnusquisq; quod sibi rectum videbatur: hoc faciebat. Ex quibus verbis patet quod nullum erat id temporis canhedri senum. 70. si Vnus quisq; faciebat quod bonum sibi videbatur. Alia autem erant officia sacerdotum: vz offerre pro peccatis: orare: purificare: discernere inter lepram & lepram &c. quorum nullum ad laicos pertinebat. Non ergo culpantur sacerdotes quod de morte inquirerent; sed quod ipsi erant accusantes: & testes & iudices: ipsi emerunt sanguinē iusti argenteis, 30. Itaq; in quo impij isti profani scelesti: sardanapali contaminari potuerint/ non video: qui pestilentiores erant ipso iuda. vtrum autem & ipso satana: alij viderint mihi non liquet. Nox ista inquit lex obseruabilis est domino/ quam isti totam diabolo dedicauerūt habetis igitur & vos o sacerdotes dei quos imitemini Serapiones: Antonios & paulos: quoties mādicaturi estis pascha vestrū in veritate. Sequitur

Exiuit ergo ad eos pilatus foras Ioan. 18. Sequitur ex Matth. 27. Tunc videns iudas qui tradidit eum: q dāmnatus esset: penitentia ductus: retulit. 30. argenteos principibus sacerdotum et senioribus populi dicens: peccaui tradens sanguinem iustum. At illi dixerūt

Margin: A, B, C, D, E; Luca. 18. Iudi. 16. Gene. 22. Chrysost. Math. 23. Gregori. Luce. 18. Faber. Faber. Sapi. 2. Augusti. Abulēsis. deute. 17. Exo. 12. Da pe. di. 6 ca p. di. 5. iudas.

dixerunt. Quid ad nos? Tu videris. & proiectis in templo argēteis, recessit, & abiens, laqueo se suspendit. Hieronymus & Faber videns iudas dominum morti ad iudicatum, & traditum pretorię ptāri vt crucifigeretur, precium retulit sacerdotibus, quasi in potestate sua esset psequutorum mutare sentēām, Quod si peccauit qui vendidit, quanto magis qui precium obtulerant, quo eum prouocarent ad proditionē magistri, peccaui inquit verum nihil illi profuit sera pęnita, per quam scelus corrigere non potuit, sed absumptus tristicia sęculi, morte sua crimen duplicauit. Non potuit a cetuos sue cōsciēcię stimulos & flagella perferre, ideo laqueo se ipsum necauit. Augustinus super illud. 2. re. Cap. 12. peccaui domino. Nō mediocre fidei robur est, aut parum mitis & obedientis animi inditium, quod cum audisset dauid. Dominus transtulit peccatū tuū, & tamen quæ fuerat dominus comminatus per os Nathan. 2. re. 12. consequenter euenissent, non se dicere, prophetę deceptum esse mendatio, nec musmurare aduersus deum, quasi falsam peccatorum suorum indulgentiam pronunciauerit. Intelligebat. n. vir alte sanctus, nisi dominus esset confitenti pęnitentiq; propitius, quantum penarum eternarum eius essent digna peccata, pro quibus cum temporalibus emendationibus vreretur, videbat erga se & manere veniam, & non negligi medicinam. Cur autem Saul per Samuelem correctus, cum diceret etiam ipse, peccaui domino, non meruit audire quod Dauid, quod ei dominus ignouisset? Nunquid personarum respectus est ante deum? Absit sed in simili voce quam sensus humanus audiebat, dissimile pectus erat, quod diuinus oculus discernebat, Quia & Iudas dixit, peccaui, & male acquisita restituit, & tamen abiens, animam diabolo legauit. Omnia autem penitētia est de male vsa libertate itaq; satanas pmisit Iudę amico suo cuius opus consumarat, vt mortē eligeret quam vellet. Huiusmodi sunt beneficia eius. Monima Mithridatis vxor cū adueniens in phaenaciam Bochides, Ceteris Regijs mulieribus imptrasset, vt quod cuiq; facillimum & gratum esset idsibi genus mortis eligererēt auulsum a capite diadema, cum collo circumligasset, misera se suspendit. Et cum corporis grauitate laqueus ille confractus esset, o exectandum inquit diadema, neq; in hā tristi mich ministerio profuisti? & cum super illud ab se delectum inspuisset, Bochidi iugulandam se dedit. Bochides hic eunuchus erat regis Mithridatis, qui fugiens ea bello, hęc mandauit de vxoribus suis, Dua belli luculus erat romanus, Dicit autem Chrysosto de Cain. Quomodo confessio eius non ei profuit, qua dixit, Maior est iniquitas mea q̄ vt veniam promerear, Quia inquit nō seruauit illud dic tu pri^o iniquitates tuas, vt iustificeris. Verūtamen Iudas dicens peccaui, & fundens argentū, indicauit nihil sibi christi precium profuturū, sed salutis beneficium scelere suo alijs conferendum, quia pecunia Iudaica ager nobis in sepulturā emptus ē. Zenonis seruus cū in furto deprehēsus esset, & cęderetur, dicebat ad sui purgationē, fatale fuisse, vt furtū committeret. At zeno argute respōdit, fatale q̄dem fuit, te furto deprehēsum iri sed etiā fatale fuit te cęsum iri. Tu si sapiēs es pęnitere tāti noo smas penitētiā eni res benē gesta deturpatur inquit plutarchus. Verū Iudei corde adamātino cū debuissēt ex verbis Iudę ad penitētiā smulier emollire! pertinacissime prestiterunt, quo vsq; ad exitum & effectum pecati peruenerunt. Quid inquit ad nos; Tu videsses. Mutare consilium nullus potest, in alterius detrimentum, sed quomodo erat in illorū detrimentum! qui tanti sanguinis reos se esse & totū iudaicum genus cōstituebant, de quo dicitur peccatū matris eius nunq; deleatur, et rursus. Tinxerūt tunicam iusti in sanguine hædi, i. peccatoris dicentes, nos scimus quod hic homo peccator est. Ioan. 9. Vere ergo magis sua ipsorum referebat mutare tam impium cosilium, & tamen inquiunt quid ad nos, de custodia Abel fratris nostri. Et ecce sanguis eius exquiritur. Faber. Tu videbis cum fueris in poena luens peccatum tuum, peccatum tuum est, nihil ad nos, solus poenas lues, Cum autem audisset Iudas hanc egregiam consolationem taium & tantorum pontificū & pastorum fecit quod Achitophel, Quid inquiunt nostra refert, si peccasti? num custodes sumus fratris nostri? si nocentem prodidisti an innocentem tu videro; non est tui iuris mutare sentētiā cum alterius detrimento. Iudas ergo quales quæsiuit sacerdotes, quibus confiteretur peccatum suū talem reportauit veniam proditionis suæ, laqueo. n. sibi vitam preripuit. Ionas aūt mitte me inquit in mare. Nō est enim nostrum mortem arripere, sed illatam ab alijs patienter sustinere, vnde & in persequutionibus non licet propria perire manu inquit hieronymus absq; eo vbi castitas periclicatur, sed percutiēti colla sub mittere. Retulit igitur. 30. argenteos Iudas mercator pessimus ad pedes sacerdorum intelligens quam vile precium pro re tam charissima accepisset, quā vt paulus lucrifaceret, facile omnia velut stercora dedit pessum Philippē. 3. Mādāt igitur sacerdotes iudæ laqueū iuxta prouerbiū, dicentes: vbi nō sis qui fueris, non est cur velis viuere. sero sapuisti, nil ad nos pecunia tua tecum sis in perditione. Actu. Cap 8. Refert plinius rem incredibilē sunt inquit gētes quædam quę absūt a Ciuitate susis. 15000. passuum, qui soli omnium mortalium aurū in odio contrahunt, defodiunt. n. illud ne quo cui fit in vsum sequatur. Principes autem sacerdotū acceptis argēteis, dixerunt. Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex eis agrum figuli in sepulturam peregrinorum propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach, hoc est ager sanguinis vsq; in hodiernum diem. Hieronymus vere liquantes culicem, Camelum glutientes, si enim ideo non mittūt pecuniam in dona dei, quia precium sanguinis est, quur ipsum sanguinem effundūt? Qualis est ista innocentie simulatio pecuniam sanguinis non mittere in arcam dei & ipsum sanguinem super se accipere & super liberos suos! Iudas crimē agnoscit, pecatum fatetur: ac pro inde tolerabilior q̄ sacerdotes isti, qui & peccuniam receperunt: & dominum gloriæ crucifixerunt, & ad perpetuam horum memoriam latro absoluitur, qui in cruce agnouit, quem illi reprobauerunt, & nobis quidem ex pecunia illa agrum emerūt in sepulturam illi autem sepelientur cum datham & Abiron. Corbona thesaurus sacer erat iuxta Iosephum lib. 2. de bello iudaico. Retulit igitur Iudas. 30. argenteos, vt licet ipse venditi sanguinis iusti autor esset

tamen

Marginal notes: 2. cor. 2. — Origenes — Augusti. sco. 4. sen dist. 14. 4. pri. y. — Actu. 10. — Historia. — Chrysost. — Gene. 4. — Isa. 43. — Zenon. — ps. 108. — Genes. 37. — Genes. 4. — [illegible] — Ioann. 1. — Hieron. — Prouerbi. — Plinius. — Math. 23. — Hiero. — Num. 16.

F G H I K

tamen ementium infidelitatem ipse professione vendentis argueret. Sed illi dicentes, tu videris, facinus ipsi in vendente constituunt Extra iudicij reatum sese futuros credentes, si ex pecunia agrum in opus pietatis emerent. Cum tamen inconfesso sit, & illum vendidisse, & illos emisse sanguinem iusti, Quod si dona dei iuxta petrum pecunia estimari non possunt: deus ipse optimus Maximus bonorum omnium autor, precio estimabitur denariorum. 30. Cum ergo consilio inito (omnia. n. agunt cum consilio sacerdotes isti, lepram vni alteri affricantes) agrum mercantur, in sepulturam gentium peregrinarum a republica israel, illud velim intelligant, nihil nunc pertinere ad israel iuxta carnem, ipsi. n. proijcientur in tenebras exteriores. Nam & christum dominum ipsi manibus suis tradiderunt Gentibus: cedentes iuri suo, Hieronimus. Consilio inito, emerunt agrum. illi quidem fecerunt alia voluntate, vt eternū impietatis suę telinquerent ex agri emptione monimentum. Cęterū nos qui peregrini eramus a lege & prophetis, praua eorum studia suscepimus in salutem, & in precio sanguinis christi requiescimus, Figuli autem ager appellatur, cuius manibus plasmati sumus toti in circuitu iuxta Iob. Capi. 10. Gene. 2. Hiere. Cap. 18. Male itaque cōsiliati sunt sesqui Catones isti, Nā si pecuniā illam in corbonam iactasset, vnde dessumpta fuerat: nō ita crimen suum manifestum fieret. Nūc autem empto agro: etiam posteris totam rem prodiderunt, Qui & ad charitatem dei hoc maximę respicit inquit Chrisost. quia nō solum ipse propter nos traditus est sed & precium pro eo datum in sepulturā nr̄am cessit, propter hoc vocatus est ager ille Acheldemac. Acheldemac Syris perinde sonat quasi agrum sanguinis, velut igitur hoc officio pietatis pensaturi crimen quod erat in manibus agrum emunt, pessime consulentes famę suę, siquidem adeo res hęc venit in prouerbiū vulgi: vt hodie quoque ager ille vocetur Acheldamac. Tunc adimpletum est, quod dictum est per hieremiam prophetam dicentem. Et acceperunt. 30. argenteos pretium apreciati, quem apreciauerunt a filijs Israel. Et dederunt eos in agrum figuli, sicut cōstituit mihi dominus, Hieronimus, hoc in Hieremia non legitur. Legi nuper inquoddam hebręo volumine quod Nazarę sectę michi hebręus obtulit hieremie apocriphum: in quo ad verbum hęc scripta reperi, sed tamen mihi videtur magis de Zacharia sumptum, iuxta morem Euangelistarum qui sensum magis q̄ litteram sequūtur frequenter. Vide Zach. Cap. 11. Quod dicit: quem appreciauerunt sensus est: quē precio estimauerunt eo que admodum decoro sed dominus formam serui induens, Licere voluit velut seruus, & manus eius que celos formauerunt, in cophino seruierunt. In quibus & nos depicti sumus. Esai. 49. Stetit ergo Iesus ante presidem. Et dixit preses. Quam accusationem afertis aduersus hominem hūc? Responderunt. Si non esset hic male factor, non tibi tradidissemus eū dixit ergo eis pilatus. Accipite eum vos & secundum legem vestrā iudicate eū. Dixerunt ergo iudei. Nobis non licet interficere quenq̄, vt sermo Iesu impleretur, significans qua morte esset moriturus. Ioam. 18. stetit igitur vita ante mortem: sed vita incurua erat nescio quas pelles: quę in eo similitudinem fratris expresserant. Pilatus ergo vbi vidit nouā iudicij pompam, captum & vinctum ante q̄ esset auditus a iudice, armatam hominum manū: sacerdotes turbe mixtos, moestos tumultuantes imo debachantes, prodijt foras, contaminandus ipse alloquio eorum, quod velut Cancer morbus serpebat prodijt autem, vt si qua fieri posset placata eorum pertinaci vesania, iustum liberaret de manu impiorum, Et quam accusationem inquit affertis aduersus hominem hunc. Non est. n. cōsuetudinis Romane animaduertere in aliquē, nisi cōuictum de Crimine. Ibi senes inueterati semē neque progenies viperarū: sufficiat inquiunt tibi tātum ū sacerdotum & senum veneranda canicies, (Catone seueriores, phalaride crudeliores, Sardanapalo nequiores) & autoritas, qui si non esset hic homo maleficus, quae nostra erat religio, vt tibi tradidissemus eum. Augustinus. Interrogētur cęci illuminati, a demonibus possessi & liberati, mortui excitati &c. vtrum sit malefactor iesus. Sed ista dicebant, de quibus per prophetā iam ipse predixerat Retribuebant mihi mala pro bonis, ps. 105. Existimabant aūt forsan homicidę isti idē futurum apud iudicem pilatum, quod legimus in Daniele de duobus senibus capularijs, qui falsum dixerunt testimonium contra susānam & credidit eis omnis populus, dicentibus illis huius rei nos testes sumus. &c. sed non sic impij non sic, sed si quid morte dignum egit homo iste. Id cum mihi persuasum non sit ego in eum nunquam feram sententiam. Vos potius qui estis oculati testes eum accipite & in eum decernite iuxta vestram legem. Si in legem vestram peccauit, si sabbatum violauit, si in Mosem iniurius fuit aut in templum deum ve vestrum, aut si quid huiusmodi commissum est quod vestra lex puniri iubet (quod tamen Romana lege prohibitum non est vestra id intersit iudicare mea nihil refert, qui cęsareas tantum leges tueor, non iudaicas superstitiones. Et illi nobis non licet inquiunt interficere quenquā in paschate videlicet iuxta Cyrillum. Veruntamen iudei & si quouis modo vellēt dominum iesum de medio tolli, tamen metu prętexunt religionē, ne & ipsi vocarentur ad supplicium, q̄ innocentem occidissent & indemnatum; simul q̄ nouum supplicij genus desiderabāt in christo, quod tum apud iudęos erat omniū probrosissimum vnde dicit impudens oratio illa quę tot prophetas occiderat, Nobis non licet interficere quenquam & verum est q̄ non fuit concessum ipsis adeo vt interficerent manibus suis dominum christum. Augusti. Quid est quod loquitur insana hęc oratio? An non interficiebant, quem interficiendū offerebant; quid est, nobis non licet interficere quenquam? si male factor est; quur non licet si bonus est cur ligatum tradidistis pilato? sed intelligendum est eos dixisse, Non licet, propter festi diei sanctitatem quem celebrare iam cęperant propter quem de ingressu prętorij etiam contaminari metuebant viri isti malicia famosi. Nobis iuxta legē Mosi dicebat eis in multis causis secundum autem legem impositam eis a Romanis pœnā mortis Romano prędidi seruabatur Caietanus, vos igitur si non illum cępistis & vinctū tradidistis & occidendum prędidi, non eum a vobis interfectum iactare, Si autem clamastis Crucifige Crucifige eum

Acto. 3. — Eph. 2. — Math. 8. — Hiero. — Chrisost. — Hieroni. — Psa. 80. — 2. dist. 1. — Augusti. — Dani. 13. — Cyrillus. — August.

ge eum audite quid contra voe propheta clamet. ps. 56. filij hominum dentes eorũ arma & sagittę, & lingua eorum gladius acutus, Ecce quibus armis quibus sagittis quo gladio iustum inter fecistis quando vobis interficere quemq̃ nõ licere dixistis. Quid autem dicit Ioãnes, vt sermo Iesu impleretur. &c. ingenica uit euangelista his verbis, id quod dominus alias dixerat, tradetur. n. Gentibus. Luce. 18 traditus eit. n dominus Getibus a iudęis, vt quem iudęi condemnatũ ad mortem tradiderunt, iudex traderet militibus Romanis vt crucifigeretur ideo pilatus qui iudex Romanus erat, cum vellet eum reddere iudeis, Vt iuxta legem suam iudicarent eum, noluerunt eum accipere dicentes. Nobis nõ licet interficere quenq̃ Theophyl. Nobis non licet interficere quemq̃, morte crucis desiderarissimum autem nobis esset, q̃ crucifigeretur sequitur ex luce. Cap. 23.

Theophi

Luce. 23.

Cęperunt aũt illum accusare dicentes. Non vnam sed plures cõtra eum dicas afferimus hunc enim, inuenimus subuertentem gentem nostram & prohibentem tributa dari cęsari, & dicentem se christum Regem esse. sicut patet ex pręcedentibus, iam in concilio iudeorum morti ad iudicatus fuerat dominus, apud quos prædominante inuidia cęca, quantum libet leuis causa sufficiebat. Absit autem vt aliquam vel leuissimam inuenirent non dico veram sed vel verisimilẽ. Cęterum apud Romanũ iudicem, qui si deũ nõ timebat metuebat vel violare ius publicum, ac pro inde apud eum plus erat ęquitatis, opus erat abundantori testimonio, & testibus idoneis qui vera crimina obijcerent & probarent. Dicunt ergo. hũc inuenimus subuerteotem gentem nostram &c. Quid his mendatijs impudẽtius? ostẽso nomismate, dixerat, Reddite cęsari quæ sua sunt, Matth. 22. ipse alias tributum soluit, Matth. 17. Rex ne fieret in montem fugit. Ioan. 6. Alias Corycei isti vnde habent probare quod obijciunt, inuenimus eum subuertentem Gentem nostram? Duodecim homines pauperes elegit & Idiotae, quibus cum loquebatur de regno dei, his dedit potestatem de omnibus bene merẽdi, calcandi supra serpentes Luce, 10. curandi omnem morbum, docuit eos non retaliare iniurias sed vincere in bono patiẽtię malũ iniurię, apud eos in nocte qua traditus est duo tantũ gladij reperti sunt. Cęterũ Messiam se esse, non tam voce & verbis q̃ euidentibus signis atq̃ operibus declarauit. Qua propter etiam si id de se predicaret quod tamen palam fecisse non legimus, id non oportebat abijcere criminis loco, & maxime apud iudicem Gentilem: nisi & illud probare possent, non competere in eum, ea quę de venturo messiã prophete pędixerãt ad quę omnia esset pilatus, tanquam si surdo narraretur fabula sequitur. Luce. 23. Ioan. Cap. 18.

Introiuit ergo iterum in pretoriũ pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei. Tu es Rex iudeorum? At ille respondens ait tu dixisti. Ait autem pilatus ad principes sacerdotum & turbas, Nihil inuenio causę nullum crimen inuenio in hoc homine. Pilatus igitur iudex alioqui idolatra ęquior certe iudaicis sacerdotibus: crimen de non pendẽdo tributo cęsari prudens & volens dissimulat, & quia intellexit falsũ esse, nec alias de christo quicq̃ huius audierat, & quia nouum non erat de hoc quęri apud iudęos, cum tota pharisęorum secta id sentiret, populum qui decimas & primitias deo soluebat, non oportere pendere censum Gentibus adeo alienis. quod subuersor esset, vnde probant cum totus esset ad pacem natus, totus desiderabilis, cum suos docuerit vt dicerent ingressuri domum, pax huic domui de regno igitur interrogant eum quodam autem sex dies exceptum audierat cum Ramis: clamante turba: o Rex Israel. &c. Tu es inquit rex iudeorũ? Quot & ipsum forsan Ironicę Rogat pilatus Regẽ. n. sibi iudei id temporis vnde crearent, Romanis subiecti qui tanq̃ crura ferrea (Dani 2.) imo & tanquam dentes ferrei omnia cõminueranr, & intrcuerant regni suo? Floruit. n. Romanũ imperiũ maxime sub A. cesare cuius anno secundo & quadragesimo circiter natus est dominus christus. Theophyl. Tu es ille rex iudeorum? videtur autẽ michi ista interrogatione quã facit erga christum, ridere calumniam. Subsanat. n. rem, dicẽs: Tu es Rex iudeorum? Quasi dicat, Tu qui tam pauper, tam vilis: tã destitutus auxilio, tam nudus accusaris regnũ ambire. Hoc autem deridentium est Vt dixi, ita acusare Iesum, fingendo talem rem attentari ab homine tam nudo atq̃ vili, ad quam tot diuitijs atq̃ pręsidijs opus est, verum hi cum nihil aliud haberent ad sycophantiam confirmandam clamoris vtuntur auxilio, dicentes, commouit populum, &c. Respondit itaq̃ dominus. Tu dixisti. Sic sapiẽtia sua temperans verba sua, ve nec veritatem negaret, nec tamen daret operam; vt elaberetur & iuditio, qui moriturus venerat pro grege suo Pilatus ergo & si non intellexisset verba christi, qui de regno cęlorum nihil somniauerat, Gentilis cum esset & a mysteriis prophetarum alienus orsi quod audierat nescio quem Messiam expectari a iudęis futurum Regem, quod tamen ipse putabat fine capite fabulam, ex ipso autem aspectu christi collecta Iesu modestia, velut exiguę leonis molem, nec alias ignarus iudaicę improbitatis, ait ad eos. Nihil inuenio causę in homine isto. At illi crimina criminibus, & mendatia mendatijs assuentes, & clamoribus omnia confundentes (deserebantur enim iusticia in tam impia causa) inualescebat dicentes quibus ius in armis erat & in vocibus. cõmouit populum docens per vniuersam iudeam orsus a Galilęa vsq̃ huc. Cõmouerat. n christum autem sex dies totam ciuitatem in admirationem sui, sed & turba multa ex exteris cõmota est, ipso ingrediente ciuitatẽ. Instant autem Iudęi, ne forte ille videns Iesum premere silentio cursum, velut fatuum illum absoluat; propterea ergo instant dicentes, ipsum fingere stultitiam. Et ecce inquiunt hominem dicacem corã turbis: ante reges magis mutus q̃ pisces, & latere in eo maliciam, quam si absoluatur exercebit rursus in periculum subuersionis populi. Grecę pot commouit est anasij, idest cõmouet de presenti grece sic habetur, vt intelligamus nõ de vna seditione accusari christũ dominum, sed totam illius ac perpetuam accusari vitam, ve seditiosam, cęterum iuxta moralem sensum vere dominus commouit populos: qui non venit pacem mittere in terra sed gladium. Matthei, 10. Nec simpliciter meminerunt Galilęę, sed in terrorem pilati. Nã Galilęi semper seditiosi rerum q̃ nouatores fuere, sicut Iudas Galilęus, cuius recordari faciunt pilatum

Matth. 10

Matth. 21

Dauid. 7.

Theoph.

Prouerbi.

Matth. 5.

nt Pilatum. Is.n.non parum negotij fecit Romanis. Talis autem est hic. Quem oportet quam primum e medio tollere,

Caput.viij. Pilatus audito q christus eet galileus: remisit illum ad herodem. Qui gauisus est viso domino Iesu. interrogatur de multis, nil respondet. illuditur, & indutus veste alba, remittitur Pilato. Fiunt amici herodes & Pilatus. Obtulistis mihi hunc hominem. & c. emendatu ergo dimittam. introiuit ergo iterum in pretorium pilatus: & dixit domino. Tu es rex iudeorum Regnum meum non ē hinc. Ergo rex es tu. Ego in hoc natus sum vt testificer de veritate. Quid est veritas:

A

Pilatus autem audiens Galileam, interrogauit si homo Galileus esset. Et vt cognouit q de herodis Potestate esset, remisit eum ad herodē qui & ipse hierosolymis erat illis diebus. Herodes autē viso Iesu gauisus est valde, erat.n. ex multo tempore cupiens videre Iesum. Eo q audierat multa de illo, & sperabat signum aliquod ab eo videre fieri. Ita q pilatus cum homo emunctę naris esset, & propius intuens, videret eem omnem a Coniuratis principibus geri et multis ex populo qui velut vmbrę corporibus adhęrebant, studet & Iesum innocentem agnum qui solus potest facere mūdum de immūdo conceptos semine ad alterius cognitionem remittere, vt si non posset eum absoluere: ipse saltem a causa verisimiliter impia liberaretur. Quam primum igitur audiuit, & intellexit incipiens a Galilęa, ex vna hac vocula occasionem nactus rogat verum nam Iesus Galilęus esset, (Herodes autem tetrarcha erat Galilęę) quod vulgo iactabatur: licet ipse Bethlēmites esset & cum responsum esset, Nazarenū esse Nazaret aūt in Galilęa prouintia est. Luce 1.) remisit illū ad Herodem, sed diuina prouidentia, vt & ab huius tribunali testimonium ferret dominus innocentię sue. Itaq Herodes viso Iesu, gauisus est gaudio magno valde: sed gaudium eius ad instar puncti fuit? Quare quia vidit, nec credidit, vidit, & irrisit vides ergo quid intersit inter fidelem et infidelem. Fideles non viderunt, & Crediderunt, & adorauerunt a longe, sicut Abraam & multi Reges & sufit, infideles viderunt, & pręterieuntes mouerunt capita sua, sed habitator Cęli irridebit eos, Audierat inquit multa de illo, verūtamē vera scintillā operū eius nō audierat, sicut alias Regina Saba de virtutibus salomonis.3.Re.10. Et sperabat homo paganus signū aliquod videre fieri ab eo, dicturus et ipse q iudęi: beelzebub habet. et i beelzebub. Eicit demonia. Lu.11. Multa igitur audierat, Nec tn crediderat nā si credidisset, nūq eū misisset: potius aūt lętus & festinus excepisset i domū suā, Luc.19. Interrogabat aūt eū multis sermonibus. Nō alia sciscitans ab eo/ q si interrogaret magū aliquē/sortilegū aut impostorē vel prestigiatorē. Nō.n. interrogabat ea, quibus redderetur melior iustior & equior: sed a veritate auditū auertēs, Curiosa interrogabat more Atheniensiū: q ad nihil aliud vacabāt, nisi aut dicere/aut audire aliquid noui. Forte interrogabat, num ipse esset, quem pater suus Herodes magnus recens natum occidere voluit, quādo illusus eē ei Magi. Num ipse esset Ioanes: cuius, caput anno precedenti ipse sali anci puellę donauerat, Num ipse esset Messias Iudęis promissus. Quibus instructus fallarijs mutuos Excitabat, super aquas siccis pedibus ambulauerat. Matth.14. At ipse nihil illi respondebat, qui suis mādauerat, sanctum non dandum canibus. Matth.7. Tacuit item iuxta ambrosium, quia herodis incredulitas & crudelitas non merebatur videre diuina, & dominus iactantiam declinabat vnde illa verba apud Euangelistas toties repetita. Nemini dixeris vel dixeritis. Matth. Cap.7. & cap.9. Item Marci. Cap.5. Et fortasse in Herode omnes impij figurātur, que si legi nō crediderint & prophetis, mirabilia q christi opera in Euāgelio videre nō possunt. Stabant etiam principes sacerdotum & scribę constanter accusantes eum. Quod dicit Constanter, Grecę est Entonos. Entonos significat acriter & intento clamore. Illud cum primo summopere cauētes, ne qua preda semel arrepta elaberetur e manibus, & totius potus periret labor & impensa: stant igitur constanter accusantes eum, in omnibus quę illi obiciunt verisimiliter imo vete mentientes. Imo verissime nugantes. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo. & illusit indutum veste alba veste splendida grece lampram & remisit ad Pilatū. Et facti sunt amici Herodes et Pilatus in ipsa die, nā antea inimici erāt ad inuicē. Itaq Herodes & si Rex impius (tetrarcha erat) & Tyrannus: cum omnem non dū exuisset hominē, huius hēs aliquid ingenuę nobilitatis, ac pro inde parum commotus vanis Iudeorū criminationibus: quas & ipse ab insidia proficisci intelligebat: id satis habuit, contemnere a quo contemptus fuerat, vnde dominū xpm ludibrij gratia indutum veste alba/remisit ad Pilatum, Scriptum est.n. Zach.3 q Iesus sacerdos magnus indutus erat veste sordida, venit.n. in similitudinem carnis pecatricis, quā similitudinem nunc hędinę pelles nunc vestis alba nunc purpurea, nunc coccineu expresserunt. Candidus est.n. dilectus Ecclesie per innocentiam rubicundus in passione, purpureus in regno, coccineus charitate. Candidum igitur accepit indumentum: qui de terra Virgine formatus est, & nūq maledicto subiecta rudetum n. erat vere. Non.n. decuit vt caro Marię vnde sibi vestē secūdus Adam assūpturus erat, qualicunq fmet obnoxia culpę, cū sit xps os de ossibus eius & de carne caro. Nec erit ingratus matri suę, qui parētibus honorē precepit exhiberi: siquidē erat Adam nudus erat & Eua, neq erubescebāt. Quare quis vterq innocens. be dns videtur in veste candida cum transfiguratur & Maria sole amicta. Cum exaltatur. Et facti sunt amici Herodes

& pilatus

Iob.14. Iob.20. Ioan.9. ps.2. Iob.16. Mar 3. Act.17. Matth.2. Marci.6. Ambro. Ioann.8. Canti.5. Gene.2. Luce.9.

F C D E

et pilat⁹ &c. causa simultatis inter Herodē & pilatū illa pōt esse de qua habes. Luce. Ca. 13. q̄ vt Pilatus miscuerit sanguinem quorūdam Galileorum, cum sanguine sacrificiorum eorundem, & nunc ei sunt in sanguine christi, ipse est, n. pax nostra qui fecit vtraq̄ vnum. Chilo senioe cum quempiam dicentem audiret. Nullum se inimicum habere interrogauit amicitias inimicitias q̄ inuicem consequi coniungi q̄ necesse eē arbitratus. Nec forte in hoc fallebatur. Quam primum, n. Herodes reconciliatus est Pilato inimici christi constituti sunt. Non enim Herodes remittere debuit christum ad Pilatum sed facta disquisitione (cuius intererat) cū innocentem inuenisset, absoluere, sed ipsi quasi honore inuicem preuenientes mittebant dominum alter ad alterum. Aristides & Themistocles vulgo laudabantur, soliti quoties legati seu Imperatores publicitus mitterētur priuatam simultatem et omnes inimicitiarum rationes in finibus agri. Atheniensis deponere, resumpturi, si ita videretur in reditu: & hęc est amicitia quam propheta pacem peccatorum vocat, amant. n. tanq̄ osuri iuxta prouerbium cum oppositū faciēdum sit, videlicet odi tanq̄ amaturus. M. Tullius in sermone de amicitia scribit: scipioni vsq̄ adeo nō placuisse dictum hoc Biantis nomine celebratum ama tanq̄ osurus, vt negaret vllam vocem inimiciorē amicitię reperiri posse q̄ eius qui dixisset, Ita amare oportere, vt si aliquando esset osurus. Quonam, n. modo quisq̄ amicus esse poterit, cuius se putabit inimicum esse posse? Quid etiam necesse erit cupere, vtq̄ sępissime peccet amicus, quo plures det sibi tanq̄ ansas ad reprehendendum. Tu aūt illud poti⁹ prospice, vt nequaq̄ incipias amare eum quem aliquādo odisse possis, sicut faciebāt Aristides & Themistocles. Irridebat quidam sapiens Romanos senatores, q̄ statuto cauisset, vt arma deponerent pro foribus senatus, cum alioqui corda essent plena dolo & furore. Faciebant igitur & isti in armis, quod Aristides & Themistocles in animis.

Ezec. 1.
Chilon.
Rom. 13.
Aristides.
ps. 72.
prouerbiũ.
Tullius.
Historia.

F

Luce. 23.

Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum & magistratibus & plebe, dixit ad illos obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum, & ecce ego corā vobis interrogās: nullam causam inuenio in eo, ex his in quibus eum accusatis, sed nec Herodes, nam remisi vos ad illum: & ecce nihil dignum morte actum est ei. Emē datum ergo illum dimittam. Pilatus vbi vidit remitti ad se dominum vinctum, donatum veste alba (testimoniū innocentię suę) nec successisse id quod conabatur, (nolebat. n. ferre sententiā in christum dñm) ex iudice Romano, aduocatus factus est ac patron⁹ domini, quem certo nouerat propter inuidiam traditum sibi, accersitis igitur principibus sacerdotum qui capita erant huius cōnirationis, & cęteris quorum referebat ad esse, Obtulistis inquit mihi hunc hominem (quod non sine stomacho dixisse videtur) quasi seditionis autorem, & auertentē populum a Cesaris obediētia, & ecce vobis presentibus cū demum eum interrogauerim, neq̄ vel vmbram inuenio in eo criminis, de quo eum accusatis sed nec Herodes, qui tanq̄ peritus legis vestre poterat de hoc certius ferre sententiam, qua de causa remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei, nisi q̄ satellites lusum eum fecerūt populi, sicut olim palestini in sāsone. Quem igitur Herodes absoluit, Pilatus defendit hunc eundem sacerdotum impietas reum mortis pronuntiat, vidisti malum insanabile! Emendatum inquit, illum dimittam, Quid est emendatum? vnde ergo vox tua illa. Quod. n. mali fecit homo iste? sed dandū est aliquid perfidię iudaicę, & nos imitabimur equitatem Herodis, qui innocentem comperiens, leui pœna mulctauit, irridendum tradēs satellitibus suis. Itidem & ego facturus sum, emendabo, & dimittam, Caro. n. & frater vester est, Messias est, Rex vester est. Iam semel dixi vobis, nolite mittere manum in puerum, & non audistis me en sanguis eius exquiritur ex Ioannis. Cap. 18. Introiuit ergo iterum in pretorium Pilatus & vocauit Iesum & dixit ei. Tu es Rex iudęorum? Respondit Iesus, A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? A temetipso christo existēte intra pretorium acusatio facta fuerat foris, vnde merito ratio interrogandi iusta apparebat. Item hoc dixit dominus quia aliter respondendum erat Pilato a se ipso interroganti, aliter ex acusatione iniusta christo a Iudęis. Iudei. n. loq̄bantur de regno Messię, Pilatus a se ipso interrogaret de regno temporali. Et obserua quomodo christus paucis verbis tertio replicat se habere regnum dicens, Regnum meum non est de hoc mundo si ex hoc mundo esset regnum meū. Nunc autem regnum meum non est hinc. Respondit pilatus. Nunquid Iudęus ego sum? Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid fecisti? poterat dominus ad hanc primam interrogationem pilati, Tu es Rex iudeorum, Respondere id quod postea dixit, Regnum meum non est ex hoc mundo. Sed cum vicissim dominus interrogans, verum hoc a semetipso diceret, an audisset ab alijs, & illo respondente. Nunquid ego Iudęus sum, ostendere voluit, hoc sibi apud illum fuisse a Iudęis velut Crimen obiectum, patefaciens nobis cogitationes hominum, quas ipse nouerat q̄ vanę sint. Dicens ita q̄ pilatus. Gens tua. &c. abstulit a se suspicionem, qua poterat putari, a se metipso dixisse, q̄ Iesum Regem diceret iudęorum, Id se a Iudęis audisse demonstrans. De inde dicēdo, quid fecisti? satis ostēdit. Illud ei pro Crimine obiectum, tanq̄ diceret. Si Regem te negas, quid fecisti, vt in traderetis mihi? Quasi mirum non esset, si puniendus iudici traderetur, qui se diceret Regē. Quid fecisti? Commouisti Gentem tuam vt sequeretur deos nouos & recentes; Auertisti gentem tuam a lege Mosaica? Aut nom Regnum iudeorum inuadere tentasti? A temetipso hoc dicis? si ex te hoc inquit commentaris, pande signa rebellionis meę. Sin ab alijs suasus, fac inquisitionem ordinariam iuste quod iustum est exequere. Nunquid Iudęus ego sum inquit ille? Imo prorsus ad iudaicas traditiones tanq̄ asinus ad lyram, sed gens tua domestici hostes tradiderunt te mihi, modis omnibus satageotes, vt tollaris e medio, sed quoniam non est Romani moris Indemnatum occidere: si falsum est q̄ affectaueris Regnum, quid commisisti, vt manibus meis tradereris? Respondit Iesus. Regnum meum non est de hoc mundo, Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtiq̄ decertarent, vt nō traderer Iudęis. Nunc autē regnum meū non est

Iudi. 16.
H
Genes. 37.
Gene. 42.
I
K
Hiere. 2.
Deut. 16.
D. Aug. tra. 115. & c. pri. dis. 8. q̄ tur

non est hinc. Quoniam ergo vt patet ex premissis, pilatus magis patronum agebat xpi apud iudeos quam iudicem cũ eum liberare vellet de manibus eorum (alter Ruben) & tradere matri sue, ideoq; veritatem audire & scire volebat, idcirco illi dominus quasi per similitudinẽ quandam respondit ad quesitum, vz vtrũ nam Rex esset iudeorum. Docẽs aliud regni genus esse lõge prestãtius ab isto visibili/in quo vt in pluribus Tyrãnice regnatur de quo oramus, adueniat regnum tuum et rursus, regnum eius non corrũpetur, & potestas eius potestas eterna. Dani. 7. Nam regnum seculi huius non diu stat, id q; euidenter ostendit statua illa cuius caput aureũ erat &c. Regnum igitur meum (Nam vere Rex sum) cum non sit de hoc mundo, nihil lędere possum (omnia tamẽ possum quę velim) cesaream maiestatẽ. Nam si ex hoc mundo esset regnum meum, non hec in me auderẽt qui me tradiderũt tibi: haberẽ. n. et ego more aliorũ regum. 12. legiones angelorum, qui pro me decertarẽt. Nunc cum mutato habitu ingressus sim locũ certaminis, paciencia pugnãdum ẽ: nõ acie instructa. Augustinus. Nolite ergo reges terre metuere metu vanissimo, quo herodes ille maior timuit xpo nato, & tot infantes vt ad eum mors perueniret, occidit: timẽdo magis q̃ irascendo crudelior, regnum. n. xpi non est de hoc mundo. Tamen reges isti diu itaq; famosi armis & potentia, si extolluntur ex aureo capite. meminerint pedes se habere ex parte luteos, & deponãt tantam vanitatis suę, quia & ipsi velint nolint vocandi sunt ad calculos: & vtinã non audiant in conclusione, mane. Thetel, phares vanitas vanitatũ, dixit Salomõ Rex. Ecclesiastes primo, de quo vide iudi. capi. 1.

David. 2. 3. Re. vlti. Augusti.

Dixit ita q; pilatus. Ergo rex es tu? Respõdit iesus. Tu dicis q; Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum: vt testimonium perhibeam veritati omnis qui est ex veritate: audit vocem meam. Dixit ei pilatus, quid est veritas? pilatus cũ sermonem audiret de Regno quod non est in hoc mundo: id q; non plene intelligeret) quid. n. cęco cũ speculo?) audiret deniq; christum dominũ non omnino deprecari Regium nomen, Sed regni genus distinguere, subiũxit, Ergo ne verum est/te regem esse alicubi: siue in terra siue in cęlo, siue etiam apud Antipodas nescio quos? ibi dominus quoniam serio videbatur rogari a iudice de qualitate regni sui, cum modestia respondit id quod verum est. Tu inquies dicis q; Rex sum ego. Non est autem veritatis negare se ipsam presertim Cum in hoc natus sum & ad hoc venerim in mundum vt testimonium perhibeam veritati. Sed quia non omnium est fides, adiunxit omnis qui est ex veritate audit vocem meam huc est credit mihi docẽti, & monenti, & promittenti bona quę oculus non vidit. 1. Cor. 2. Quid est autem esse ex veritatę? Esse christianum ea dono gratie christi. Ille est ex veritate qui donante christo credit in christum: Tanta est autem excellentia veritatis, vt ad hanc tuendam natus dicatur dominus christus, & pro eã certauerit vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Et nescio siquidem maius dici potest in laudem eius q̃ hoc, ego in hoc natus sum & veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Ego autem sum via veritas & vita. Ad hęc Pilatus. Quid est veritas? papę quid audio? Iudex qui iubetur quod iustum est exequi (Deu. 16) veritatẽ & doctrinã portare semper in pectore, iudex cui lex dicit, Non sequeris turbam ad faciendum malũ nec in iudicio plurimorum acquiesces sentencię, vt a vero devies (Exo. 23) iudex cui dicitur. Non accipies personam nec munera: quia munera Excęcant oculos sapientium, & mutant verba iustorũ (Deuter. 16.) hic inquit. Quid est veritas? Si iudex veritatem ignorat, vbi nam locorum inueniemus veritatem? Nam & i domo principis sacerdotum negatur veritas etiam ab apostolorum pricipe, velatur de palmatur, & adiudicatur morti. Secretum meum mihi.

puerbi. 3. 43. 2. the. 3. Ioann. 14. Exo. 28. Iudex. Esai. 24.

Caput. ix. Ego nullam causam inuenio datur eis electio vtrum velint absolui Iesum an Barrabban. Illi firmant sibi sermonem nequam: petentes ad crucem Christum, & vt soluatur homicida & latro seditiosus. Flagellatur christus, illuditur: acepit coronam & arundinem: velatur & de palmatur a dicentibus, prophetiza nobis. Ecce homo. Crucifige eum. secundum legem debet mori: quia. &c. Non haberes in me potestatem.

ET cũ hec dixisset ad iudęos iterum exiuit, & dixit eis. Ego nullã causam inuenio in eo. Ego nullam, Quam vis euangelista conclusionem tantũ narret verborũ Pilati ad Iudeos, hãc videlicet, Ego nullã, ratio tñ suadet, quod pilatus retulerit iudęis respõsũ xpi vz Regnũ meũ. &c. Et q; nõ haberet ministros decertãtes pro eo. Quo audito primores Iudęorũ dixerunt q; callide christus inuertebat materiam regni, Cum non posset inficiari vsurpatum nomen regium. Et hũc iudei intulerũt quod Lucas dicit, subuertit Gẽtem nostram. &c. **Est autem cõsuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis i pascha vultis ergo vt dimittã vobis Regẽ Iudeorum:** Augustinus. Dicẽs pilatus quid est veritas: non expectauit audire responsum, Credo. n. cum dixisset, quid est veritas in mentem illi venisse cõtinuo consuetudinem iudeorum qua solebat eis dimitti vnus ex vinctis in pascha, & ideo non expectauit vt responderet ei dominus quid esset veritas, ne mora fieret, cum recoluisset morem quo posset eis per pascha dimitti: quod eum valde voluisse palam est. Vnde dicit. Est autem consuetudo vobis opinatur autem quidam id donatum iudęis quando primum tributarij facti sunt Romanis. Quo iugum seruitutis leuius ferrent. Theophyl. Tale. n. fędus cum iudęis inierant, vt liberũ permitterent eis Romani Cęsares iuxta legitima & cõsueta sua viuere. Et mos patrius erat Iudęis a principe iudicatos petere de quo vide primi

Augustin. Theophyl.

Regum. Cap. 12. petebant igitur vnum ex custodijs Iudæis quem vellent, idq; in festo paschæ, quo & illi libertate donati sunt. Exo. 12. vide Nicolaum. Luc. Cap. 23. Vultis ergo vt dimittam vobis Regem Iudeorum? dist. 8. q. contra cum sequentibus. O rerum vices in diuersum versas, Cęteris annis illi petebant vnum absolui ex vinctis nunc autem ipse Gentillis & ex lex homo preuenit eos dicens vultis vt vobis dimittam eum qui dicitur Rex Iudeorum? ex quibus verbis liquet q; auelli non poterat a corde pilati christum dominum Regem esse Iudeorum, tanq; hoc sibi sicut in titulo crucis exarando ipsa veritas fixerit, vt toties eum Regem Iudeorum vocitaret.

Ioann. 18.

Clamauerūt omnes rursus dicentes. Non hūc: sed Barrabam. Erat autem Barrabas Latro. Luce. Qui erat propter seditionem quandā factam in ciuitate & homicidium missus in Carcerem. Adeo. n. posuerant cor suum velut adamantem iuxta Zach. Cap. 7. vt si diceret pilatus, quem vultis e duobus vobis dimitti, Pharaonem an Iesum. Antiochum an Iesum, satanam an Iesum, nunq; Iesum eligerent, quia firmauerat sibi, Hunc sermonem nequam, vt christus omnino crucifigeretur, Augustinus. Nom reprehēdimus o Iudei q; per pascha liberatis nocentem: sed q; occidistis innocentem, vt vita donaretis latronem, homicidam osorem pacis. Vbi inuersa videmus verba illa prouerbi. Cap. 11. Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo. Veruntamen letabitur iustus. Quando manus suas lauerit in sanguine peccatoris. Tu autem christiane lector perpende tecum & obsoruia, q; moleste christus has voces tulerit sceleratissimas, quando se infami homicidę equari audiuit a iudice de inde & præferri sibi latronem famosum. Cum populum phocion aliquando paulo liberius in contione reprehenderet, Demosthenes ait. Trucidabit te plebs phocion, si parumlulum in sanierit, Cui phocion. Quin te potius, si paulum resipuerit. Reuera si populo per sacerdotes resipiscere licuisset, nō christum postulassent ad crucem, quem cum ramis exceperant tanq; Regem, sed Barrabam homicidam tamen similes habent labra lactucas & anima eorum erit pro anima eius. 3. Regum, Ca. 20.

August.

ps. 57.

Phocion.

Iterum ergo pilatus locuutus est ad illos, volens dimittere Iesum, at illi succlamabant dicentes. Crucifige crucifige eum ille autem tertio dixit ad illos. Quid. n. mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo corripiam ergo eū & dimittam. Luc. Cap. 23. vere iuxta prouerbium, pilatus mortuis & surdis aspidibus verba faciebas, qui firmauerant sibi hunc sermonem malignum. ps. 63. Omnium enim rerum vicissitudo est. Omnium rerum vicissitudo est: vide prouerbium, Olim dicebant in sani isti, nunq; sic apparuit in israel. Math. 9. O rex israel, benedictus qui venit in nomine domini. Et illud Luc. 7. propheta magnus surrexit inter nos, vere visitauit deus plebem suam. Nunc autē crucifige crucifige eū. Quanta egit pilatus vt refrenarentur? Quę dixit. Quid egit? sed illi non hunc sed Barrabam. Crucifige Crucifige. Repetitio hęc confirmatio est sermonis maligni. Dicens autem pilatus, Quid. n. mali fecit iesum absoluit ab omni impositione calumnię. Dicens autē nullam causam mortis inuenio in eo, & nihil amplius interrogās q; tu es Rex iudeorum, impietatis arguitur Iudei, q; ne falso quidem inuenire potuerint, quod obijcerent saluatori, & tamen iudex vt aliquo modo saciaret furorem populi suclamantis, ac petentis vitam ad mortem, Corripiam inquit illum Vide. A. gel. lib. 6. cap. 14. puniendorū peccatorum tres esse debere causas &c. Sed oro te pilate cum bona venia, qua suffultus legis autoritate, Innocentem hominem corripis? tu te gladio iugulo. Quid mali fecit homo iste? Tu nullam causam mortis inuenis in eo. Mortis causā omnino nō inuenio, ita est. Ego corripere volo non crucifigere, vt siquid alias peccauit (absit) luat in poenis: in innocens est, vel sic placetur effrenis rabies istorum, qui nunq; finem facient dicendi. Crucifige crucifige eum, nisi aliquid dederimus obstinatę malicię eorum. sequitur ex Ioann. Cap. 19.

Tunc ergo apprehendit pilatus Iesum, & flagellauit: & milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius et purpura circundederunt eum & veniebant ad eum & dicebant. Aue rex iudeorum, & dabāt ei alapas. hęc sunt extrema gaudij quę luctus occupat iuxta salomonem. Prouer. 14. Nam quia ante dies sex exceptus fuerat cum canticis & ramis & populi frequentia, Nunc regalia accipit ornamenta, virgas non ligatas sed solutas, purpuram, coronam, & arundinem, denique genu flectunt dicentes. Aue rex iudeorum. Et quia iuxta Hieronymū, mos erat Romanis triumphum ducenti vnum aliquem in curru triumphi sedere retro, & per singulas acclamationes dicere, hominem te esse memento & interim percutere eum leuiter in maxilla, hi qui adorabāt, Nunc verum Regem, illudentes, dabant ei alapas, Hęc omnia pilatus iuxta Augustinum non ob aliud fecisse credendus est, nisi vt eius iniurijs satiati Iudei (Cuius eius pater Augustine, cuius eius) sufficere sibi existimarēt, & vsq; ad eius mortem sęuire desisterent, sed facilius lique figet ferrum in niue positum, q; viscera illorum adamantina. Ad hoc autem pertinet, q; idem pręses cohortem suam etiam permisit facere quę prędicta sunt, aut fortassis & iussit. Sic illud granū multiplicandum seminabatur horribili contumelia, vt mirabili pullularet in gloria. Sic martyres informabātur ad omnia quę persequutores libuisset facere perferēda. sic pauli per occultara tremenda potentia, cōmēdabatur imitāda patiētia. Traditur igitur Iesus flagellādus, & illud sacratissimū corpus & pectus dei capāx flagella secuerūt. Quis rogo te amice lector agnū dei sun mudare ausus ē vellere, quis columne colligare. Quis cędere & lacerare, vt a calce verticē vsq; nō esset in corpore locus sine volnere: sic sicque nō rapuit cum vsura exoluebat intrauerūt. n. aquę vsq; ad animam suam. Quod autē flagellatur id iuxta morem Romanum actum est, quo Cruci ad iudicandi prius flagellis ceduntur, Vel si qui securi sunt feriendi. Consistentis igitur carnificibus duobus: vno hinc & altero inde (duo autem seraphin clamabant sanctus sanctus sanctus dominus deus sabaoth) ante eum cui flectitur omne genu dorsum parare iubēt. Sicut scriptum est corpus meum dedi percucientibus & genas meas ad alapas. Nudatum ergo cęperunt flagellis cedere replicātes & congeminātes ictū sup. ictū vulnus super liuorē, idq; adeo festine vt breui tēporis spatio

August.

Hieroni.

ps. 58.

Esai. 6.

Esai. 50.

speciofo

specioso forma pre filijs hominũ nõ esset species neq; decor, sed leprosum putares, qui actatu suo omnẽ lepram fugarat. Forte inter hanc lamentabilem tragediam agnus dei oculus suos conuertebat ad carnifices, vt minus moderarẽtur ictus & flagella, sed satane ministri irritati potius velut elephanti ex aspectu sanguinis, acrius instabant: ita vt totus suo perfunderetur sanguine sicut ipse dixerat. Baptismo sum diluendus. Luc. 12. Et rursus, non comedetis aliquid ex eo coctum aqua, sed assum tantum. Exo. 12. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerũt capiti eius. Id autem iuxta misterium declarabat fore, vt xpianam sibi plebẽ de nocentibus dominus congregaret: vt spine fierent corona capitis christi, quas terra maledicta produxit. Que q; primum tincte sũt sanguine christi & quasi inserte in bonam oliuam, Ex spinis lilia facta sunt, idest ex infidelibus ecclesia christi, que est sicut lilium inter spinas. Cãt. 2. sunt autem lilia hec cõtactu mollia odore suauissima, aspectu pulcherrima, vnguentis apta. Hac igitur corona contexta ex spinisque germinauit vinea domini sabaoth donatur dominus a matre sua synagoga, que donata fuerat a christo sponso Regno vnico ex Gentibus vndecim conflato, de quibus habes. Gene. Cap. 15. in fine. Nos autem tunc coronam accipimus cum christo: si memoria mortis sue amaricet ventrem anime nostre. & iuxta Origenem, de purpura scriptum est, q; denuo expoliauerũt dominum christum, de corona autẽ spinea nihil tale dicunt Euãgeliste, propterea quod & nos querere voluerũt exitum rei de corona spinea semel imposita & nunq; detracta. Arbitror, n. q; spinea illa corona consumpta est a capite Iesu, vt iam non sint spine nostre antique, post q; semel eas a nobis abstulit Ies⁹ super venerabile caput suum. Leo imperator ad impietatem suam etiam sacrilegium addens: coronam a Mauricio principe deo dicatam ne facin capiti suo imposuit, captus gẽmarum & auri splendore qui tamen breui poenas luit insanie sue. Caput n. impium carbunculi apostemate statim intumuit, tandem ardẽtissima febri subsequuta impium spiritũ nefari⁹ exhalauit. Legimus de Iul. Cesare, q; ex omnibus decretis sibi a senatu populo q; honoribus, nõ aliud aut recepit aut vsurpauit libentius, q; ius lauree corone perpetuo gestande. Sicut autem dicit Plutar. in agonibus non minus corona donantur, qui aduersarium non mouentur, q; qui certãdo victores euaserint. sed interest ordinis In agone nemo coronatur, ante q; legitime pugnet, si adsit quo cum manus conserat. Dominus Iesus autem consumatum duellum (dicturus est. n. consummatum ẽ) corona donatur propter certitudinem victorie de morte. Et purpura circundederunt eum, purpura autem indumentum ẽ triumphantium, sicut alias dictum est, Vide Plinium lib. 22. cap. 2. Tingitur inquit cocci granis, imperatorum dicatus paludamentis. Querit & homo in profundis murices, in racta etiam anchoris scrutatur vada, vt inueniat per quod facilius matrona adultero placeat, corruptor insidietur nupte. Ad dominũ igitur christum sic flagellis cesum, Corona donatum & purpura veniebant Pilati milites: an forte eos iudei in hoc nefarium ministerium conduxerant: & genu flexo ante eum, dicebant. Aue Rex iudeorum, & dabant ei alapas: ex ludibrio innocentis crudelissimã capientes voluptatem Magnũ malum. Exijt ergo iterum pilatus foras, & dixit eis. Ecce adduco eũ vobis foras: vt cognoscatis q; in eo nullam causam inuenio. Exijt ergo Iesus portans spineam Coronam & purpureũ indumentum: & dixit eis. Ecce homo, prodijt ergo preses ad canes illos lymphantes stantes pro foribus, qui nullum non mouerant lapidem vt dominum christum absoluerer, tentaturus an posset multitudinis rabiem ad mansuetudinem deducere. Ecce inquit adduco vobis hominem foras, vt eius miserãdo spectaculo satietis oculos, & intelligatis ad quem eũ modum tractauerim in vestram gratiam, alias de vobis omnibus bene meritum. Prodijt ergo Rex pacificus cuius vultum multi Reges iusti & prophete desiderarunt / vinctus, cesus, specie non hominis sed leprosi pre se ferens, & tamen Coronam Regni habens in capite, & purpureum indumentum, prodijt ante precedente precone, qui funem trahebat quo per collum columne colligatus fuerat, flagellandus, Cingentibus vtrumq; latus non Mose & helia, quibus cũ visus est in gloria. Luc. 9. sed carnificibus duobus, qui ab vtraq; parte purpuram qua super nudo induebatur eleuantes, quomodo non esset in corpore suo sine vulnere locus, populo ostenderunt, dicente Pilato. Ecce homo. Nec dubito quin viderit illũ immaculata mater sua. Cuius anima vere transfixa fuit gladio doloris. Quis autem huius spectaculo non commoueretur ad clementiam, etiam si ferreus esset; sed tigres isti filij erant eorum de quibus scriptum est. Merito hec patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Videntes angustias anime eius dum deprecaretur nos, & non audiuimus idcirco venit super nos ista tribulatio, de qua habes. Luc. 19. Adduco eũ vobis foras, vt cognoscatis q; iuxta prouerbium a puropura deflu it aqua, & si quater & quadragies in ius vocetur semper iudicum sentẽtijs absoluetur. Sicut Cato. Queretur peccatum illius & non inuenietur. At pilatus non vestem discissam populo sicut filij Iacob tunicam miserunt patri tinctam sanguine hedi sed eum ostendit qui tam bene de ipsis meritus fuerat, ostendit autem eum qualem digito ondit Esaias dicens. Vidimus eum a longe licet: vere autẽ non habebat speciẽ neq; decorem. Ecce inquit homo, ipse est caper in quo posuit dominus peccata omnium nostrum. Leui. 16. Esaia, Cap. 53. Ecce hõ dixit hoc pilatus: vt exhibitus Iesus cum tãta confusione, existimaretur nunq; amplius cõuersaturus inter homines ac per hoc cessarent aperẽdo illo ad mortẽ. sed nũquid ad miam flesi sũt super contritione Ioseph? Amos. 6. vide quid sequitur. cũ ergo vidissent eũ põtifices et ministri elephanti viso sanguine vue more. clamabãt dicentes. Crucifige: crucifige eum. More. n. basiliscorum terribilibus eum oculis intuentes, & colligentes in eum furorem suum, & frementes in eũ dẽtibus suis, vt plenius saciarẽtur penis eius. Iob 16. hactenus inquiunt res pro voto successit, quod super ẽ Crucifige eum, & videbimus quid illi prosint somnia sua vana & mera somnia & que nihil cõtinẽs veritatis, Ad hec Augu. Hinc apparet non ignorante pilato, hec ambitibus facta siue iusserit siue permiserit vt hec eius ludibria inimici liberalissime biberent, & vlterius sanguinem non sitirent. Ecce inquit hominem non clarum

Ps. 44.
Corona.
Rom. 11.
Esai. 5.
Cant. 5.
Origenes
Leo.
Laurea.
Plinius
Ioan. 19.
Luce. 10.
Ecce hõ.
Genes. 42
prouerbiũ.
Historia.
Gene. 37.
Augusti.
Gene. 27.

non alatum implo, sed plenum obprobrio. Illi autem quo sanctius & religiosius manducarẽt pascha suum Tolle inquit eum, quia grauis est nobis ad videndum, & crucifige. Dicit eis pilatus. Accipite eũ & crucifigite, ego.n.nõ inuenio in eo causam. Theophil. bene sciebat eos nõ habere potestatem crucifigendi, Qui autem habebat videlicet ipse pilatus non inueniebat causam, Quod.n.non est nec potest esse quãdo iuenisset itaq; pilatus vidẽs nullã esse reliquã spẽ, vt principes populi ex tot cotumelijs illatis dño xpo, ad miãs adducerẽtur (quid.n.illis circlemẽtia, q̃ viscera induerãt ferreat) nisi omnino tolleretur de medio, alia via metu videlicet tentat furorem illorum demulcere. Ego inquit iam satis monstrer mẽ nõ vestri odij executor & flagellum, Iam semel atq; iterum dixi nullam me causam mortis in homine isto inuenira, vos si aliud persuasum habetis, accipite eum, & crucifigite. Non.n. fert ius equumq; gratiã cuiusq; legibus ante ferre, reclamante lege vestra, non sequetis turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententie, vt a vero devies. Hec lex vestra vobis assiduis sacris loquitur. Neq; tamẽ existimes pilatum serio fuisse loquutum alias ipsi libentissime accepturi essent. Illi autem amantes sibi sermonem malignum Responderunt. Nos legem habemus &, secundum legẽ nostram debet mori, quia filium dei se fecit. superius aliud domino crimen obiecerant videlicet Maiestatis lese, q; regem se fecerit, sed quia eorum causa claudicare videbatur, nullum.n. huius criminis pilato testem exhibere potuerunt quia non sufficit reo obijcere delictum, nisi & id legitimis probetur testibus; aut id libere confiteatur reus. Crimen aliud priore grauius commẽti sunt. si inquiunt qui se Regem facit, in sacram. R. C. C. M. iniuriua est, & reus est mortis, quanto magis qui maiestatẽ diuinam blasphemauit, sibi attribuens, quod soli vni immortali & inuisibili deo competit vltimo supplicio plectendus est; Verũ verum dominus Iesus fecerit se filiũ dei, au fuerit deus dei filius natura, non gratia, non adoptiona, sicut & paulus dicit non arbitratus est rapinam vocari dei filius, cum esset in forma dei, ex superioribus satis liquet. Ceterum isti dicentes iuxta legem debet mori, qui filiũ dei se fecit vere ita lex statuit deuter. Cap. 13 Dicunt igitur. Quanq; homo iste (demus.n. hoc tu; prudentie; qui partes huius videris fouere) nihil piaculi perpetrauerit aduersus leges Romanas, tamen vel hoc vno nomine debet mori, q; filium dei se fecit, quod lege nostra cautum est, & hanc a deo nobis traditam legem Cesar quando primũ ei terram & aquam obtulimus aut herbam iuxta prouerbium non abrogauit, qui proprijs nos vti legibus permisit. Cũ ergo audisset pilatus hunc sermonem: magis timuit Et ingressus iterum pretorium, dixit ad Iesum. Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Timuit ergo pilatus & merito timuit, ne qui vt placeret iudeis hominem innocentem licet flagellis cedi iussisset, nõ hominem sed dei filium in iurijs tot affecarit, Nam fabulis multis poetarum proditum erat apud Romanos & vulgo persuasum Geotilitũ quoadam ex deo & homine satos. sicut Eneas, Romulus, Theseus, Castores. &c Timuit igitur, ne forta filium vnius ex dijs Celestibus terrenis vel marinis diuinis atrocius q̃ decuit tractasset, nã dei filium per esse etiam nac somniauit, Ingressus igitur pretorium iterum interrogat eum, vnde aa tu, interrogat autem dominum hoc, vt possit habere vnde refellat crimen obiectum illi, Cognita videlicet eius Origine. Nam dicaret ad iudeos. Quomodo verisimile est q; fecerit se filium dei, homo cuius parentes non ignoti sunt vobis, & tribus & familia & ciuitas, fratres & sorores: hoc certe mihi non probatur dominus autem sciens pilatum hec omnia tentare, vt eum vita donaret. qui moriturus venerat pro gente sua, & vt filios dei cõgregaret in vnum responsum non dedit ei. Sufficere.n. debuit pilato si iustitie tenax esset, & cultor, scire q; propter inuidiam traditus sibi esset dominus. Sed quia deum non timebat homines timuit. Dicit ei pilat? Mihi non loqueris? Nescis q; potestatem habeo crucifigere te & potestatem habeo dimittere te? Respõdit Iesus, Non haberes in me potestatem vllam, nisi tibi esset datum desuper propterea qui me tradidit tibi: maius peccatum habet. Pilatus admirans silentium domini Iesu prepositum (vt sibi videbatur) & maxime hominis cõstituti in tanto discrimine. Cum & iudicem ipsum patronum haberet in sua causa, vt eum ad respondendum prouocaret, Cur inquit tuam negligis vitam. Quam omne animal tueri cupit, & vt cernis de capite tuo agitur comitia; vere autem sicut dicit paulus & hoc loco astipulatur dominus omnis potestas a deo est, & qui potestatem contemnit deum videtur data pessũ. Sed num pilatus ad hoc acceperat potestatem a deo patra, vt iustum Iesum christum cruci adiudicaret hec.n. potestas seuiendi in innocentes a deo quidem est permittẽre, sed malo eius cui permittitur, vt qui in sordibus est sordescat ad huc donec impleat mensuram sceletum suorum, Matth. 23. vnde dominus non haberes inquit potestatem seuiendi in me, nisi datum tibi fuisset. August. Vesica erat pilatus, potentia inflabatur aduersus eum, a quo ipse iudicandus erat quasi lutum infletur contra figulum, Inflatã igitur dominus pungens ait. Quid tumet cõtra deum spiritus tuus potestatem si habes, a deo accepisti, accepisti autem vt reos crucifigeres absolueres innocentes, cuius contrarium pilatus fecit in christo & in Barraba: sed ex illorum numero erat, qui nec deum timebant, nec verebantur homines, sed potestatem inquit habeo abutendi legibus. si inquit deus es, te non timeo neq; enim iniustus sum, sin bonus es, & iudex eame certe melior non es. Archidamus Agesilai cum a Philipo. post pugnam Cheronẽsem asperiorem accepisset epistolam: rescripsit, Si vmbram tuam metitus fueris, nã quaq; inuenies ipsam maiorem factam esse, q̃ erat ante quam vicisses. Quid est ergo hoc quod dicit pilatus potestatem habeo? Gladium non sine causa iudex portat. Rom. 13. sed rogo quibus vsibus? Nempe nõ raro soluitur Isaac, & occiditur aries. Quia non raro gladius furioso traditur cuius vox est potestatem habeo, Crucifigere te. Sed non haberes in me potestatem, nisi de celo acciperes. & propterea qui tradidit me tibi maius peccatum habet. Licet iudei videãtur sententia iudicis christum occidisse, ipsi tamen faciunt vniuersa, ipsi apud se damnauerunt & apud pilatum dicẽtes, sanguis eius super nos ipsi contumeliatur in

iulsauis

[Margin notes: Exo.23. — Phili.2. — Ioann.11. — Rom.13. — Apoc.vl. — Esai.29. — Iob.15. — Augusti. — Luc.16. — Archida. — F — G — H — I — K]

fultant vincient, vinctum traduot pilato ipsi militibus causam prebent ita crudeliter in eum insurgere ipsi verbis verberibus/sputis cedunt, Nihil horum certe a pilato factū est, sed omnia illi accusatores esse cerunt, iudices/lictores / ministri capitalium rerum, Et quod in latronibus gestum non est: vestimenta christi denudata diuiduot per sortes, sed & ipsum medium ponunt inter latrones & patet quare. Vere ergo qui tradidit me tibi maius peccatum habet. Chrisostomus. Sequitur. Et qui audierāt, cū exaltaoeritis filium hominis tunc cognoscetis, q ego sum: q bene cognouerint narrent qui vident, perijt eorum. Regnū sacerdotium & templum, & euangelium predicatur toto orbe &c. Augustinus. Quia plus peccat, qui iudici innocentem iudici tradit: q iudex ipse si in eum timore alterius maioris potestatis occidit, Sic autē dicit idem Augustinus nullum peccatum committi potest, nisi dum apetontur ea que christus cootempsit, aut fugiuntur que ille sustinuit. Vnde tota vita eius in terris per hominem quem suscipere dignatus est disciplina morum fuit, Verum iuxta quod veritas habet, pilatus dimittendi christum nullam potestatem habebat, cum illius potestas vel volendo vel nolendo seruire cogeretur Iudeorum furori. Vnde dicere potuit & ipse cum paulo, velle quidem ad iacet mihi, perficere autē non possum Rom. 7. Verum pilatus non potuit, quia duobus voluit dominis seruire Cesari videlicet, & iusticie vnde sequitur.

Augusti. Idem. 2.

Rom. 7.

A

B

Capit. x. Clamant iudei si hunc dimittis, non es amicus Cesaris: omnis qui se facit Regem. Sedit pilatus pro tribunali & dicit. Ecce Rex vester, tolle tolle: Crucifige eū, Regē vestrum crucifigam? Non habemus Regem nisi Cesarem: sciebat Pilatus q propter inuidiam illum tradidissent. De vxore pilati dicente: nil tibi & iusto illi. Tandem pilatus videns se nil proficere lauat manus suas coram populo. Et populus sanguis eius inquiunt super nos, &c.

C

ET ex inde querebat Pilatus dimittere eum. Iudei autem clamabant dicentes. Si hunc dimittis non es amicus Cesaris omnis. n. qui se facit Regem, contradicit Cesari Ex inde igitur volebat dimittere eum, ne innocentem videretur occidere, Et vere alterum protheum egit pilatus ad tempus vt hoc velle suum ad effectum perduceret, vnde iuxta. M. A. C. sabellicum nō desunt qui dicant pilatum penituisse, deo autem nihil est impossibile, Itaq cum iudei a sua lege crimina obiecta non proficerent, ad priua crimen redeunt dicentes: omnis qui se facit Regem, contradicit Cesari. Sed tam impudens mendacium quęso te bone lector, vnde possūt probare? solus cum. 12. hominibus nō generosi sanguinis gradiebatur, sine omni armorum strepitu, apud quos duo tantus gladij reperti sunt sub eodem tempore quo captus est. Si hunc inquiunt dimittis, iram proculdubio Cesaris incurres, & cum detrimento prefecture florem amittes iuuentutis tue. Animā aūt non possunt occidere videntes ergo iudei q ceteris criminis causa apud Pilatum preualebat iusticie, ad minas conuertuntur ledende amicitie. C. Aug. quasi delatu ti illum esset apud Cesarem & senatum Romanum. Ad hec Plato in Menedemo. Adulatio bestia est humano generi pestilens. Et vide q valde decipiat. Non. n. in rebus solum occultis, sed id quod minum est in manifestissimis artificiosissime fallit. Qui, n nō nota sit autem paterna q origo? verūtamen in hoc sicut & in ceteris adulatores venefici nos quoq circūuenerunt id quod euidenter patet in Alexandro. Tanto certe Cyrce illa crudeliores, quanto grauius inferunt detrimentum. Illa enim suis poculis exteriora hominum fertur in bestias transformasse, Hic vero lenocinijs suis & succis interiora transformāt sed tamē euanescēte hac impostura false imaginis, tribus aut quatoor, elapsis diebus, deceptos se fuisse vel sero agnoscunt cum ante putauerint se in beatorum insulas constitutos. Hęc ille. Non inquiunt es amicus Cesaris, Non tanti facienda est vita hominis istius, qui ab omni populo ad crucem petitur, vt absoluendo eum (reum alias) fias tanti principis ex amico inimicus verum amicus plato, amicus Cesar: amicior veritas. Alexander hephestionem aliquando castigans cum cratero simultates exercentē, que tandem artue sunt opes, aut quod tuum facinus, si quis tuum tibi Alexandrum demat. Quam commutationem dabit homo pro anima sua, Matthei. 16. Augustinus. Amicitia seculi que honorum temporalium cupidine protrahitur, semper plena est fraudis, semper cum fortuna mutatur, & sequitur marsupium, Nulla peccati excusatio, si amici causa peccaueris etiam si amicus sit Cesar etiam si sit eius viuentium mater. Ionadab quoq amicus Annon salubrius prohibuisset incestum, q q potiretur optato prebuisset consilium. Scriptum est autem. Leui. 19. Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis neutro declinandum, sed iuste iudica proximo tuo. Et illud quod pretulimus, non sequeris turbam ad faciendum malum, &c. Exo. 23. In volumine legum que vocantur del estilo ita legimus Dominus rex Aldefonsus aliquando cōtra ius & fas diam dici fecit hominibus numero. 180. Indigenis ciuitatis exomēsis, vt personaliter compa rerent ante Regem. Cum id super quo delitigabatur facile dirimi potuisset in eaomēsi oppido. Itaq causa vltro citroq discussa Rex condemnatur, in. 75. milibus nummum, quos et soluit, tantum. n. homines

sco. 4. de 29.

Sabellic.

Plato.
Matth. 15

D

E

z. q. 1.

illi expē

illi expenderant inter veniendum & redeundum. Vnde illud ex prouerbio, vsque ad aras amicus. Responsum est autem a pericle, quem cum amicus quispiam rogaret, vt in causa quadam, sua gratia falsum deierare: respondit oportet me commodare amicis: sed vsque ad aras. Admonet autem prouerbium / non vt quo consulamus amicorum commodis, fas videri paululum a recto deflectere. Verum eatenus ne propter hominem amicum numinis reuerentiam violemus. Olim autem iurantes aram manu contingebant. Sicut nunc contingantur sancta Euangelia, ab abiurantibus hereticos errores. Omnis.n. qui se facit Regem. Contradicit Cesari. Quibus verbis maiorem timorem se ingerere putauerunt pilato, terrendo de Cesare, vt occideret christum, quam superius vbi dixerunt, secundum Legem debet mori, quia filium dei se fecit. Eorum Legem quippe ille non timuit vt occideret, sed magis dei filium timuit/ne occideret. Nunc vero non sic potuit contemnere Cesarem autorem potestatis sue, quem admodum legem gentis aliene. Sequitur. Pilatus ergo cum audisset hos sermones: adduxit foras Iesum: & sedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotos, hebraice autem Gabatha. Erat autem parasceue pasche hora quasi sexta. Et dicit iudeis. Ecce rex vester. Pilatus igitur perspiciens implacabile odium taurorum pinguium & impudicorum canum aduersus innocentiam christi, & concordem consensum atque coniurationem sacerdotum & populi in mortem vnius hominis qui tantam salutem operatus fuerat in medio eorum dominum autem christum & si innocentem, inopem tamen & infime sortis quique interrogatus non respondebat, nec nouum esse & alias inusitatum/quosdam apud tribunalia Cesarum falsi criminis inuidia capite plexos: iamque satis egisse patronum apud populum, vt vnius ignoti hominis innocentiam tueretur decernit illorum obsequi desiderio, Sic tamen vt Iesum condemnando/absolueret. Producitur igitur agnus immolandus pro vita Isaac, nullo vt visum est seruato ordine iuris, Pilatus sedit pro tribunali in loco Eminentiori, vt omnibus foret conspicuus. Locus ille grece vocabatur lythostrotus eo quod lapidibus stratus esset, Lithos.n. lapis est, stromnyo, sterno, inde stroton dicitur: quod quocumque modo stratum est Gabatha autem locum excelsum sonat hebreis, vnde apparet locum fuisse editiorem accomodum iudicio. Quid est autem quod dicit erat parasceue pasche hora quasi sexta? Quod enim dicit Marcus hora tertia crucifixum dominum, forsitan pro gamma quod significat sex, positum est, cappa quod significat tres. Inquit ergo euangelista, Iam appropinquabat tempus, vt iuxta festi diei rationem agnus qui tollit peccatum mundi immolaretur: dicente domino, immolabit eum multitudo filiorum Israel ad vesperam pasche. Quoniam igitur vespera vrgebat: vt legem iuxta litteram implerent iudei, aderant vrgentes iudicem, vt eis immolandum traderet agnum sine macula. Dixit ergo eis. Ecce hominem qui se vt dicitur pro filio dei gerebatur, reuera autem ex ipso aspectu & mansuetudine quam prese fert, satis liquet quam in eum non competant obiecta crimina. Verum qui nihil aliud sitiebant quam sanguinem eius, vt illo immolato: sumpsit execrandum pascha sanctificati immolarent: clamabant, tolle, tolle, crucifige eum firmauerunt sibi sermones nequam. O quando moriuntur moritur, & peribit nomen eius? veruntamen in nomine Iesu omne genu flectitur, nomen autem Mosi sublatum est de terra morientium, dicit tamen deus de amico suo, te ipsum noui ex nomine. Exo. 33. iudei autem adhuc dura ceruice spiritus sancto rebelles sunt iuxta illud ignis ardebat, & rubum non comburebat. Dicit eis pilatus, regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices. Non habemus regem nisi Cesarem. Irridet igitur pilatus iudeorum insaniam ac pertinacem vesaniam, quod ad crucem expetant eum, quem nudius sextus tanquam regem exceptum, ad templum vsque perduxerunt. Et licet vox ista pilati in nullo adamantinum cor inflexerit iudeorum, tamen eo profecit, vt extorqueret ab eis seruitutis inuile voluntariam professionem, publice abnegantes Messiam suum, qui cedebat eos flagellis, quando declinabant a via mandatorum dei: misericordiam autem suam non abstulerat ab eis, & amplectentes eum. qui cedat eos scorpionibus, & vitam eorum deducat ad amaritudinem, tanta erat vlciscendi libido. Quia igitur susceperunt super se Cesaris iugum, ne verus rex regnaret super eos, facti sunt iuxta prophetam quasi in principio: tum non dominatur deus illorum, imo facta sunt posteriora illorum deteriora prioribus, & dorsum illorum semper incuruatur. Ostendit eis deus dorsum & non faciem, quod malorum maximum opinor. Hieronimus. Non habentes deum, nec reges nec principes, nec prophetas, nec legem mandatorum dei, sed dominatur illis Cesar, non deus, postquam enim dixerunt. Non habemus Regem nisi Cesarem, vellus iudaicum siccum remansit, quia negauerunt fontem aque viue & aruit in pectore iudeorum ros fidei, area autem tota irrigata est, quoniam quem iudei abnegauerunt, confitentur Gentes, que veniunt ab oriente vt recumbant in sinu Abraam. Matth. 8. Per diem autem festum. Idest singulis festis, nam pascha recurrebat singulis annis solebat dimittere illis vnum ex vinctis quencunque petissent, habebat autem tunc vinctum insignem: qui dicebatur Barrabas, iuxta Mattheum. Marcus. qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba cepit rogare, sicut semper faciebat illis. Grece sic. Et cum acclamasset turba, cepit postulare (remitti sibi vnum ex vinctis) quem admodum semper fecerat. Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Origenes. quem cunque igitur peterent, accipiebant, quamuis mille homicidijs obnoxius videretur. Sic enim quasdam gratias prestant Gentes eis quos subijciunt seruituti donec confirmetur super ipsos iugum ipsorum, de quo dictum est in superioribus. Quid si requiratur cum in precedentibus annis peguenirent iudicem: petentes vnum ex vinctis quem vellent: nunc autem iudex eos ante vertit dicens, quem vultis? Respondet Euangelista, quia compertum erat iudici, iudeos dominum Christum ipsi pilato propter inuidiam tradidisse. Vnde eum absoluere festinabat &c. sequitur ex Matth. Cap. 27. Sedente autem eo pro tribunali, misit ad eum vxor eius dicens, Nihil tibi et iusto illi. Nequid rei tibi sit cum iusto illo. Multa passa

Marginalia: 2. par. 18. prouerbium. / Ioann. 19. & peni. d. periculose / Gene. 22. / Exo. 12. / Ps. 40. / Ps. 88. / Esai. 95. / Hierony. / Iudi. 6. / Mar. 15. / Orige. / F / G / H / I / K

enim passa sum hodie per visum propter eum. Faber ita dicit. Iuxta ignatium vxor Pilati a satana subornata erat, vt crucem impediret & mortem christi, Et sequitur. Nullus aliter efficiatur Pilato procuranti liberare christum, quam diabolo. Minister.n. diaboli erat. Que.n. iusticia erat Barrabam christo equare? veruntamen pilatus nunquam equando vnum alteri, hos duos proposuit, sed velut pugnantes ex diametro vt audito nomine infami homicide & Latronis famosi, vel sic compelleretur christum ad vitam petere. Ad hec Origenes vult Euangelista non pretereire rem diuine prouidentie laudem quam dei continentē, qui voluit per visum conuerti pilati vxorem, vt quantum ad se vetaret virum suum, ne audeat contra Iesum iustum proferre sententiam. Ideo autem per visum passa est, vt ne amplius pateretur. Vt beatam fuisse dicamus Pilati vxorem, que per visum recepit, quod erat passura. Ex quo audebit quis dicere, quoniam melius est recipere aliquem mala in visu quam in vita. Visis ergo terribilibus precedenti nocte vexata est causa domini Iesu, quod & ipsum diuina dispensatione actum est, vt vndique testimonium haberet innocentia eius, qui pro transgressoribus orauit, vt non perirent. Esai.53. Nicolaus & ordinaria astipulantur verbis ignatij, Satanam videlicet sero licet sapientem adductum quibusdam verisimilibus coniecturis, voluisse quauis modo impedire mortem domini per quam iuxta paulum. Hebre.2. amissurus erat ius Tirannidis sue, & eos quos iniuste possidebat. Quod mihi non sit probabile, alioqui non vxorem pilati semel, sed ministros suos sepe sepius a tanto piaculo deterrent. Sequitur. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis & seniores populi: & nihil respondit. Pilatus autem rursus interrogauit eum dicens, Nihil respondes? vides in quot te accusant. Marci.15. Iesus autē amplius nihil respondit: ita vt miraretur preses Pilatus vehemēter. patet igitur ex presenti loco, non esse verum illud, qui tacet, cōsentire videtur, quia iuxta euripidem viro sapienti silentium est pro responsione. Si.n. vt predicitur, christus dominus operibus mirabilibus & que omnem humanam fidem excedebāt, non persuasit quis esset: quando verbis nudis suadens, persuaderet. Miratur autem & preses vehementer: videns eum in tranquilla & quieta grauitate sapiētie & inturbabili iuditio stare, in quo ad mortē periclitari existimabatur ab ijs qui erant ibi, & fortior erat humana natura & omni eius infirmitate volente obtundere spiritū eius, non autē preualente hoc facere, stans vt prefati sumus autem mortem impertinrbabili animo, cum mors nulli non sit terribilis de lege cōmuni. Etiam Petro cū esset senex & plenus spiritu sancto. Ioan.21. Nihil ergo respondit, quia iuxta quod alibi diximus loquendi homines magistros habemus, tacendi autem deos. Sunt.n. plerique homines adeo impendio loquaces, vt eos si vel verbo tangas, continuo referant tantū verborum, vt nullus sit omnino garriendi finis iuxta prouerbium, dodoneum es. principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt populis. Iuxta Matthe͞u, & concitauerunt turbam. Iuxta Marcum. vt peterent Barrabam: Iesum vero perderent. Nutante populo, quem e duobus eligerent, nam nomen Barrabe odiosum erat apud illos & infame, tandem persuasi sunt a sacerdotibus (qui contaminari timebant ingressu pretorij) vt peterent homicidā, nec audierunt Mosen loquentem ad eos ex ore dei, considera, quod hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum & econtrario mortem & malum. Elige ergo vitam. &c. Et siquidem Barrabam petissent dimitti, non autem e contra & christū postulassent ad crucem, sed enim in potestatē dimisissent Pilati, vt faceret de eo quod vellet, adhuc magne esset impietatis Nūc aūt multiplicauerūt impietatis sue mensurā: nature ordinem perturbantes, dicētes malo, bonus es &c. Quē inquit vultis e duobus? duo.n. externa posuit pilatus. Alias quādo suspicaretur ille, Iudeos hominē infamē preelecturos, & qui a capite ad calcē vsque tot malitiā redolebat? Latro famosus, homicida pacis osor. sed persuasi a sacerdotibus & concitati, qui ipsi alias vltro currebant ad malum, Barrabam petierunt, scilicet hec sunt sacerdotum partes, ex quorum ore legent domini populi requirent. Senserat pilatus in sacerdotibus nihil esse presidij, ideo confugiebat ad populum, Et vere futurum erat vt populi suffragio liberaretur dominus Iesus, nisi sacerdotū inuincibilis malitia concitaret multitudinem Euripo mari mutabiliorem. Id autem cum preter expectationem presidis accidisset, nam audierant dominum christum gratiosum esse apud populum quippe qui ante sex dies cum ramis fuerat exceptus, non desinit ad huc partes eius tueri pro viribus dicens. Quid ergo faciam de Iesu, qui dicitur christus? O Rerum vices in diuersum versas. Latronem famosum turbis donat, et de Iesu quid faciat inquirit, Nonne iudex erat potestatem habebat & dimittendi & crucifigendi? item donarat Cesari quod suum erat, latronibus latronem, homicidam parricidis, quare non donabat & deo quod suū erat? sed quid inquit faciam de Iesu populum vestrum assumens in consilium suum, ipse subere Leuior. Fac inquiunt quod facturus es. Nec.n. nos tantopere desideramus latronem vite donare, quam christum serpentem in ligno exaltari. Vnde Dicunt omnes. Crucifigatur. Ait preses Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicētes. Crucifigatur. habes igitur impletum quod iuxta mysterium scriptum est & prefiguratum in duabus feminis, quarum vna occidit noctu filium suum. & occidere voluit item alienum. Vtraque peccatrix erat, ipse est.n. pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Ego inquit & mulier hec habitabamus in domo vna, iuxta illud Actu.4. Erant illis cor vnum, & anima vna videlicet his qui crediderunt cum ex Iudeis tum & ex Gentibus. Elegaoter vero adiunxit, peperi apud eam in cubiculo. Ecclesia.n. de Gentibus que non habebat legem nec prophetas: peperit in domo synagoge. Vnde illud, introducā te in domum matris mee. Et si consideres pilatum manus lauantem, Centurionem confitentem. Magos adorantes & eos qui ante passionem domini per philippum dominum videre cupiebant (Ioan.12.) non ambigis quod Ecclesia prius peperit, & natum suum non occidit, sed adorauit mortuum &

Origenes.

prouerbiū.

Ioann.18.
Deuter.30.
Orige.
Esai.5.

prouerbi quod
Malach.2

Math.27.

Math.22.
prouerbiū.
Nume.21.
Figura.
3.Re.3.
Ephes.2.

Hierony.
Cantico.

Matth.27
tuam & resurgentem, & ab ista morte manus lauit. post vero peperit Sinagoga, pro qua dominus dixit, pater ignosce illis, qui sanctum & iustum occiderunt, & petierunt virum homicidam. Actu. 3. sed accedente gladio, ocideret christus cuius sit filius. Noctu occisus est, quia noctu dixerunt, reus est mortis. Sinago-
Luc.23.
ga dicit, crucifigatur. Ecclesia. Quid. n. mali fecit? Synagoga dicit. Reus est mortis, Eclesia: ego in eo nullam mortis causam inuenio. Sinagoga, si hunc inquit dimittis, non es amicus Cesaris, ecclesia: accipite eum vos. Joan. 19. Et secũdum legem vestram iudicate. Ecclesia innocens ego sum a sanguine huius Synagoga, sanguis eius inquit super nos. Ecclesia vere filius dei erat iste, sinagoga, filium dei se fecit. Sed preualuit vox synagoge: & occidit filium hominis, viuus autem non est diuisus, quia nemo habebit viuum: nisi qui crediderit resurgẽtem Quãdo collocauit mortuum in sinu matris (quãdo iudei rogauerũt pilatum vt tollerentur corpora latronum & domini & sepulchro conderentur. Quando dominus in sinu matris collocatus ẽ velut fasciculus myrrhe, Cãti. 2. Ecclesia illum tunc non agnouit, Quia que vtilitas in
Ps.29.
sanguine meo, dum descendero in corruptionem? Apostoli omnes fugerunt. Mater illum nõ agnouit, quia in triduo illo homo non erat, sed clara intuẽs luce. i. indis resurrectionis agnouit viuẽtẽ in secula, Apo. p. Ceterum synagoga dicens. Mentiris: quia filius tuus mortuus est, in hoc verum dicit. In quo ergo mentitur in eo q̃ negat nec credit resurrexisse, quem ipsa occidit. Afferte inquit gladium, & diuidite infantem. Ecclesia, Appello, sed date ei infantem viuum: Et synagoga. nec mihi inquit nec tibi detur viuus. Ego
Sabellic9.
illum non credo deum & hominem, tu non credas mortuum & resurgentem sententia iudicis, Date huic infantem viuum, hec est. n. mater eius, Synagoga. n. mortuum vult non viuentem. Datus est igitur vnicus Ecclesie, ipsa. n. compassa est morienti, cum reuertebatur a cruce tundens pectus suũ. Luce. 23. Itaque post q̃ vtraque satis constanter causam dixisset. Esset q̃ ob id iudiciũ coniectura anceps: stabat circumfusa multitudo in presẽtis iudicij euentum suspensis animis erecta. Mãdãte igitur rege vt infans viuus diuideretur. visum est hoc iudicium tum prauũ preceps & temerarium, Eliciut q̃ tacitum risum populo. Sed rei
Hierony.
exitus vertit populum in stuporem, magnaque ex eo sapientie fama Regi conciliata est. Magis inquit clamabant. Vnde illud. Expectaui vt faceret iudicium, & ecce clamor. Esai. 5. Hieronimus. Clamor iste Tolle tolle crucifige eum est, sed contra hunc clamorem clamat de terra contra eos sanguis Abel, proen q̃ consona impietatis voce, toties clamauerunt, crucifige eum. Et ecetum quanta mutatio. Populus qui seruierat deo dicit, crucifige cum istis (& loquitur de ne qui erant in naui cum Iona) impleatur vt occidam, mare furit, tempestas vrget, & propium periculum negligentes, de aliena salute solliciti sunt, mittẽtes reuerti ad aridam, ne sanguinem fũderent, magis volentes perire. q̃ perdere hominem alias ignotum & fugitiuum. Sequitur Matth. 27. videns autẽ pilatus q̃ nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo. dicens, innocens ego sum a sanguine iusti huius vos videbitis. Et respondit vniuersus populus dicens sanguis ei⁹ super nos, & super filios nostros. perpẽdens inquit, q̃ tentatis omnibus: nihilo mitiores fierẽt lupi illi graues (quippe qui se furijs infernalibus deuouerant, non manducaturos pascha suum funestum
p. q. 2. eccl
donec crucifigeretur dominus) quãdiu preda non potirebantur quam mercati fuerant perpetua seruitute: magis aũt excitaretur tumultus pilato ludente operã suã prius absoluit dñm velut innocẽtem q̃ ad cruciũ adiudicaret presente ergo populo, accepta malluuijs lauit manus, dicẽs. Innocẽs ego sum, &c. vos estis
Hierony.
Gene. 42.
mortis huius autores: non ego, & quaneũ cõiectura diuinãs ij vos videbitis. Ita dixerunt boni isti, Iude confitenti peccatũ suum, tu videris. Ita & pilatus, vos videbitis. in vestrũ enim omniũ caput recidet vitio sanguinis huius. En. n. sanguis eius exquiretur, At hic hiero. Iudex qui cogitur contra xp̃m sententiam ferre, non damnat oblatum, sed arguit offerentes, iustum esse, pronuntians, qui crucifigendus est, Vos videbitis, vestra vox sanguinem fundit, Ego minister legum sum. Lauit ergo manus, vt in lauacro manuum suarum ab impietate iudeorum qui clamauerunt, crucifige eum, nos alienos faceret: quodãmodo cõ-
Hiere, 4.
testans & dicens. Ego quidem innocẽtem volui liberare, sed quoniam seditio oritur, & perduellionis mi-
Hierony.
hi contra Cesarem crimen impingitur: inocens ego sum. Vere autem nugabatur, cum in potestate habuerit dimittere eum, aut saltem rapere emedio catulorum leonum, sic fecit tribunus in paulo. Actu. 23. Laua inquit a malicia cor tuũ. Veruntamen eespectu iudaice perfidie pilatus innocens videri potuit. Vnde illud Ione. pti. Quesumus domine ne pereamus in anima viri huius, Et ne des super nos sanguinem innocentem. Hieronimus. contestantur dominum: vt quodcunque facturi sunt, non sibi reputetur, & quodam modo dicunt. Nolumus interficere prophetam tuũ. sed irã tuã & ipse cõfessus est & tẽpestas loquitur idcirco volũtas tua expletur per nostras manus. Nonne tibi videtur nantarũ vox, Pilati esse confessio: qui
Esai. pri.
lauat man⁹. &c. Lauat manus in signũ publicũ innocentie xp̃i & exonerationis proprie & reiectionis culpe in iudeos, qui sanguinẽ iustũ. i. vltionẽ eius super se accipientes odiosi omnibus, vagantur per orbem
Augusti.
semper redeũte in memoriã hominũ peccato eorũ. Nolunt gentes xp̃m perire, & innocẽtẽ sanguinẽ protestantur, iudei autem adamante indomabiliores, sanguis inquiũt sup nos. Et ideo si leuauerunt manus suas ad eum, non exaudientur quia plene sunt sanguine canti iusti. Prius igitur mercati sũt seruitutem sibi
Hierony.
2. pali. 56.
& liberis suis & nunc vltionem sceleris sui trasmittunt in posteros. Et tamen sapientia dei que elicit mel de petra, de sanguine medici occisi fecit medicamentum egrotis, si eo velint vti. Augustinus vt autẽ pilato suaderent, nihil mali esse quod petebant, in filios suos retorqueri dixerunt, si esset iniustum, quia ve furori suo satisfacerent; nec filijs quidem parcere voluerunt. Ad hec Hieronimus. Multa Iodea scelera com-
misisti

misisti: cunctis citra te seruisti nationibus. Ob quod factum? vtiq; propter idololatriam. Cumq; seruisses crebro, misertus tui est deus, & misit iudices & saluatores qui te de famulatu multarū gētiū liberauerūt. Nouissime sub regibus offendisti deū, & omnis sua prouintia gēte Babylonia vastāte, deleta est. Per. 70. ānoe tēpli solitudo permāsit, donec Cyro rege permittēte, laxata ē. Quę passi estis a Medis Egiptis, Macedonibus, Antiocho crudelissimo non enumero. Taceo One. pompeium. Gabibium, Caurum, Varum Cassium, & dextremum sub Vespasiano vrbs Capta templumq; subuersum est. Deinde ciuitatis vsq; ad Adrianum per. 50. annos mansere reliquie, post euersionem templi per annos fere. 1415/ & vrbis et templi ruinę manent. Ob quod tantum facinus? Certe non colis idola, sed etiam seruis persis & Romanis, & captiuitatis pressus (O israel) iogo, ignoras deos alienos. Quoniam clementissimus quondam deus, qui dixit misericordiam autem meam non auferam ab eo (ps. 88.) nunc per tanta spatia temporum miserijs tuis non adducitur, vt soluat captiuitatem; ob quod inquam facinus auertit a te oculos suos? Ignoras? Memento vocis parentum tuorum. Sanguis eius super nos & super liberos nostros. Ad hęc plutarchus. Illud principio vobis persuadeatis, deum nihil temere agere, licet nos interim tanq; talpę Cęcutiamus. Nec tamen mirum aut absurdum videri debet, Cum filij ex Tyrannis procedant, si ob eorum facinora vindictę quoq; partem desumant, quando quidem quę apud homines beata censentur: propter illos consequuti sunt ac possident; videlicet honores diuitias famulatum. &c. profecto rideudus esset, qui iniquum esse assererre pollicem adurere, Cum coxarū doleret vertebrum vel siquis ob vngularum debilitatem summa boni perūgeret cornua. Nam medici venam incidunt, vt ab ophthalmia liberentur. Sic preceptor vnum expueris corripiens, Cęteros admonet, & imperator decimum quemq; tollit, vt Cęteros ad officiū reducat. Neq; n. si nihil aliud essemus q̄ vt dicitur Adonidis horti, aut foliorum ad similes (iuxta homerum) & non aliquid diuinum in nobis esset, & immortale, tantam deus nostri curam gerere videtur, & rationem habere. Nam si prouidentia dei est animam immortalem necesse est ponere, nec alterum repudiare alterum amplecti datur. Alia ad idem ratio est, Cum nulla alia magis acerba & quę anxiore afficiat tristicia sit pœna: q̄ cum quis cernit suos ob sua ipsius mala acta pati incommoda & affligi, admodum veritati consonum est, animam impij ac flagiciosi cum post obitum conspicit: non statuas subuersit/sed liberos amicos propinquos maximis sobijci turmentis, & ob suam scelestam vitam pœnas luere graues. Etiam ob suos honores si concederentur. Iterum iu iuste agere seu peccare Nolle. Hec ille, de eo, q̄ sepę filij puniuntur pro parentibus Vide autem textum Deute. cap. 21. in principio, de homine occiso, cuius occisor ignoratur, Super quo dicit Abulen. mirabile quiddam iuxta sensum literalem. Si cadaueri inquit hominis occisi etiam a multis retro diebus superuenerit occisor & astiterit, ex ipsis vulneribus sanguineum sudorem effluere, quanto magis si homo recēter occisus sit, & hoc inquit sępe visum est. Itaq; conuenientibus senioribus & magna populi frequentia ad cadauer in agro repertum, si forte occisor ad esset indicijs patenter deprehendebatur. Hoc totum videtur fieri diuina permissione in detestationem homicidij & humani sanguinis effusionem. Vnde & ipsemet sanguis effusus dicitur clamare & iustitiam petere vt habetur. Genesi. 4. vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra ideo datur de hoc singulare preceptum videlicet quintū. Non occides. Exodi. 20. In quo quidem precepto omni prohibetur homicidium tam suipsius quam cuiuscunq; alterius. Et tāto fit hoc peccatum detestabilius quanto sanguis qui effunditur apparet magis innoxius. Quod deo ita displicet vt etiam in hac vita vindictam faciat eodē genere mortis iuxta illud. Matthei. 26. Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit. Item et illud quod habetur. Matt. 23. Hierusalē hierosalē quę occidis prophetas & vt veniat super vos omnis sanguis qui effusus est a sanguine Abel iusti. &c. Sic igitur Iudei dixerunt, sanguis eius super nos, & super liberos nostros, ita & Noe maledictus inquit Chan: seruus seruorum erit fratribus suis. Pater irridet pudenda Noe, & filius maledicitur. Genesis. 9. Sic Iudei domini sanguinem fundunt, & vindictam tanti parricidij transmittunt ad filios, & peccatum eorum scriptum & exaratum est in corde adamantino Iudeorum. Hieremie. 17. Si requiras, quo stillo exarari potuit adamātinum cor eorum, ipsi sunt rogandi, grātem enim habēt. Dicamus tamen, quod acceperunt super se sanguinem hędi illius qui peccata multorum diluit, de quo habes Leui. 16. Sanguis igitur qui gentium peccata diluit, Iudeorum peccatum cordi eorum, insculpsit (cedit enī adamas hircino sanguini) vt peccatū matris eorū nō deleatur in eternū. Plebs itaq; insana luna mutabilior, quę pridie cecinerat benedictus qui venit. In se suosq; filios vindicem dei irā (pulchram hęreditatem) exeri precatur: modo pronunciet per se pilatus, seu noxius inquit seu innocens fuerit, nihil ita magni refert, modo sanguis eius effūdatur, & eradatur de terra memoria eius. Hęc ille qui vocantur apud Osee filij sine misericordia. Capur. 1.

Plutarchus. Homerus. Abulen. ps. 108. Match. 27.

Caput. xi. Ad iudicauit fieri petitionem eorum, & traditur dominus vt crucifigatur. Repetuntur illusiones factę in domo pilati de quibus cap. 9. & dicitur de veste purpurea. Et baiulans sibi crucem. Angariatur simon Cyreneus qui crucem portet post dominum iesum. Filie Hierusalem nolite flere super me. &c. Quia si in viridi ligno hec faciunt. Ducebantur alij

duo

duo nequam veniunt in locum Caluarie: ibi dominus crucifigitur inter duos latrones.

T adiudicauit fieri petitionem ipsorum. Luc. 23. Quomodo ergo dixit, innocens ego sum a sanguine huius. Neq; n. nisi volens, id adiudicauit, videlicet ne perderet amicitiam Cesaris, malum non infrequens apud nostrates vtrius q; fori dicit autem lex dei, Exo. 23. insontem & iustum non occidea, quia aduersor impium, Abule. Licet probetur per falsos testes quod sit nocens, sed deponenda est dignitas, si aliter non potest iudex innocentem absoluere. Ceterum absoluera reū quem iudex scit nocentem esse, sed ille probat se innocentem, licet iudici, Nō. n. est simile in vtroq; casu, quia odia sunt restringenda & ampliandi fauores, Et ipse alias non effugiet iudiciū dei, quod iuxta apostolum est secundum veritatem. Scio multos magni nominis huic cōclusioni obstare, de quo ipsi viderint, lex. n. dei constanter loquitur, insontem & iustum non occides. Pilatus autem sine dignitatis sue detrimento iustum absoluera poterat: quē condemnauit, quia iuxta Lucam instabant iudei magnis vocibus, postulantes vt crucifigeretur, & inualescebant voces eorum. Alias inquit ille innocens ego sum a sanguine iusti huius, cuius causa quasi impij iudicata est. Sequitur enim. Tunc dimisit illis Barrabam. Iesum autē Flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Tunc milites presidis suscipientes Iesum in pretorio, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem, et exuētes eum. Chlamydem coccineam circundederunt ei, et plectentes coronam. &c. ponentes arundinem in dextera eius, & genuflexo autem eum illudebant ei dicentes. Aue Rex iudeorum Et expuentes in eum, acceperunt arundinem: & percutiebant caput eius & post q̄ illuserunt ei, exuerunt eum chlamide: & induerunt eum vestimentis suis: & duxerūt eum vt crucifigeretur. Augustinus. Apertissime quippe contra Cesarem venire videretur pilatus, si Regem se non habere nisi Cesarem profitentibus, alium Regem vellet intelligere dimittendum impunitū quem propter hoc ei tradiderant occidendum. Dat igitur pilatus veniam coruis vexat censura columbas iuxta quod sequitur, flagellatum Iesum tradidit eis, non vt ipsi eum crucifigerent (absit. n. vt sanctum domini tigres illi contingerent manibus suis) sed vt crucifigeretur, idest vt sentētia ac potestate iudicis crucifigeretur a Romanis carnificibus. Sed ideo illis traditum dicit Euangelista, vt eos crimine implicaret, a quo alieni esse conabantur ostenderet. Non. e. faceret hoc pilatus, nisi vt id quod eos cupere cernebat, impleret. Tunc milites presidis suscipientes Iesum. &c. Principio igitur quoniam audierunt ex ore pontificum & populi, q̄ se Regem faceret iudeorum, exutum vestibus, chlamidem coccineam induunt, pro enso limbo quo reges veteres vtebantur purpura autem & coccus non differunt nisi secundum intensum & remissum. Chlamys pallium est militare, quo significatur & vestem ipsam & colorem coccinum & formam quam plurimum facere ad ludibrium & ignominiam, vt pote q̄ vir pius iuxta & illustris impiorum vestem gestaret, quasi si sacerdos ignominie causa veste seculari induatur. de quo vide Zacha. 3. de corona spinea dictum est in superioribus. sic scepti loco arundinem ponunt in dextra. Origenes. calamus autem iste mysterium fuit sceptri vani & fragilis super quod incumbebamus omnes, quādo eramus Regnum maligni & arma eius. Luce. 11. pro hoc ergo calamo fragili & vacuo dedit nobis christ? sceptrum regni celestis crucem suam, quod tenentes in manibus, verum celebremus pascha in azimis synceritatis. Hoc est sceptrū & iugum domini suaue & leue. Matth. 11. quod inclinans Rex super ceruices nostras, a iure nos mortis exemit. Et accipientes inquit arundinem, percutiebat caput eius, vnde illud. Filios exaltaui de Egyptia seruitute in qua premebantur luto & verberibus & ex septem Regnis vnū conflans, tradidi illud iudeis per manus Iosue, ipsi autem acceptis tot bonis, leuauerunt contra me calcaneū suum, (Deuter. 32. Dicētes, non habemus Regem nisi Cesarem. Ioan. 19. suo igitur sceptro percutitur ab s dominus, & a suis illuditur militibus, qui olim choros ducentes, triumphabant de hostibus. Iosue. 6. Genu flexo igitur adorabant eum, quasi consalutantes nouum Regem, iuxta ritum multarum gentium. Vnde illud Artabani ad Themistoclem volētem alloqui Regem Xerxem vobis grecis propositum est libertatem atq; equalitatem maxime admirari Nobis vero cum multe atq; pulcherrime sint leges illa omnium honestissima est obseruare Regem, simulacrumq; dei omnia seruantis adorare. Si igitur nostris legib? parere volueris, regemq; adorabis, fas erit tibi intueri Regē atq; alloqui, istis igitur quia adorauerūt genu flexo, (esto mecum amice & cādide lector) fas fuit videre, salutare (scilicet sic eum salutant astra matutina, sic seraphin replicantes sanctus sanctus sanctus dominus deus sabbaoth, Esai. 6.) & arundine Caput eius Baptiste tremendum arundine percutere, vt spinarum acumina tot fontes aperirent in capite. Quot ipse numero erant, quarum nos vnicam vidimus: que per omnia similis ē spinis mali medice vel Capree videlicet colore longitudine, duritie & acuminis. Sed & thebanus Ismenias aliquādo profectus ad hūc eūdē Regē; et iuss? Regē adorare anullū ant pedes humi deiecit. Ita acclinās sustulit, adorātisq; speciem prebuit Hoc nō ē adorare, sed irridere poti?. Ambro. Detestabili itaq; mētis affectu honoratū tn̄ extrē pdūt. Nā & compungentes coronam, & illudentes adorant. & si corde non credunt. quem perimunt confitentur. Illis licet defuit boni operis affectus. deo tamen suus non defuit honor, qui salutatur vt Rex, coronatur victor quasi & deus dominus adoratur. Et post q̄ illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde. & induerunt eum vesti

Abule. Rom. 1. Iob. 26. Math. 27. Augusti. puerbiū. Origenes. p. Cor. 5. Ester. 5. Esai pri. Ioan. 13. Abrae? Iob. 36. Historia. Ambrosi.

F G H I K

eum vestimentis suis. Ad hec hieronimus. Quādo flagellatur dñs, conspuitur & illuditur, non habet propria vestimēta, sed ea quę propter nostra peccata sumpserat. Vnde illud. Gene. 27. Non cognouit eū pater, quoniam pilosę manus similitudinem maioris fratris expresserāt, cū aut crucifigitur & illusionis pōpa preterierit, tunc pristinas vestes recipit & proprium assumet ornatū, de quo habes. Gene. Cap. 41. vnde illud. Cōscidisti saccum meū, & circūdedisti me letitia, quādo capilli eius renasci cęperunt, & pristinam recepit fortitudinem, interim autem ducitur ad crucem Iudi. 16. Susceperunt itaq; Iesum & eduxerunt eum. Et baiulans sibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluarię locum hebraice autem Golgota. Lucas. & cum ducerent eum, aprehenderunt simonem quendam cirenēsem venientem de villa, Marcus. patrem Alexandri Rufi. hunc angariauerunt. iuxta Mattheum & Marcum, & imposuerunt illi crucem vt portaret post Iesum, iuxta lucam. Iullianus apostata Magum quendam in profundiorem specum sequutus, audita dęmonum voce, crucis se signo muniuit. Quo dęmonibus porro fugatis, Iullianus admirationis plenus, Credere se testatus est: aliquid occultę potentię ipsi signo inesse, cui ita Magus occurrit: vt homines ita dęmones horrere id genus supplitij, atq; ita ille principis animum impio cultui sua spōte deditum impio mendatio in artis admiratione retinuit, apostata, fuerat a fide. Verum quod veritas habet crux christi gloria nostra est. Gal. 6. impletis itaq; mysterijs, de quibus dicitur, tradetur gentibus, illudetur & flagellabitur & conspuetur, vacca illa rufa integrę ętatis in qua nulla erat macula, & quę iugum nunq; subierat traditur sacerdotibus & omni populo &c. de cuius sanguine aspergat sacerdos contra fores tabernaculi septem vicibus. Quę omnia plena sunt sacramentis, Ita q; prolata sententia a iudice Romano in eum, cuius solius iudicium est secundum veritatem, leones illi quorum rictus hucusq; deus concluserat susceperunt (& o quanta exultatione) concupitam iam diu predam, vt immolatum ducerent extra ciuitatem, More. 11. xp̄i cōmune erat bonū: hoc est holocaustū pro peccatis totius mundi: & ideo iuxta paulū extra portā passus ē Et baiulās sibi crucem, de qua dicitur, dabo clauem Dauid super humerum eius: exiuit noster Isaac, impositis lignis duobus (Gene. 22.) quos vidua colligebat (3. re. 17.) in eum qui dicitur Caluarię locum: in mōte visionis in quo rubus ardens non est conbustus i. non est incineratus per triduum, (Exo. 3.) quia non dabis scrū tuum videre corruptionem, procedente precone, & clamante, sic honorabitur quem Rex voluerit honorare. Ester. 6. qui filium dei se fecit, qui rex vocari sustinuit a turba dicente, benedictus qui venit Rex Israel. Crux autem vt dicitur. 15. pedum erat longitudinis, cui respondebat latitudo & pōdus congruum. Suis autem vestibus indutus ducebatur: quo magis esset omnibus conspicuus & probro. Chrysosto. Quia. n. lignum vt profanum putabant & vitabant, & neq; tangere ipsum sustinebant: Crucem domino vt condemnato imponunt, implentes tamen figuram mysticam Isaac, Ille. n. reclinatur super lignum christus autem & moritur, vtrumq; autem portauit. Sed quia onus illud premens ceruices asinę. i. sinagogę (quod iuxta petrum portare nemo potuit) dominus ablaturus venerat; ab asina sublatum, super se tulit deinceps autem & nobis imposuit. i. Simoni Cyrenęo, iam leuius factum ab humeris christi Crucem tamen christi alij portant patienter. i. impositam sustinent, dicentes, Mala autem quare non sustineam? Iob. 2. Alij portāt libēter, dicēte paulo libenter gloriabor in infirmitatib⁹ meis. 2. Cor. 12. Alij cū Andrea amplectuntur ardēter. Ceterū paulus gloriatur etiam in cruce christi, Gal. 6. & supplet in corpore suo ea quę desunt passionum christi, quandiu candelabrum ecclesię tonsionibus crescit. Exo. 25. Crux autē erat mortis genus grauissimum: obdiuturnum cruciatum, quia Andreas biduo viuens pendebat in cruce. Erat ignominiosum quia maledictus qui pendet in ligno. Deuter. 21. Et tamen iuxta chrysost. quem admodū victores ita & christus victorię signum humeris tulit. Vide pri. re. Cap. 17. in fine. Quid. n. si id alio animo fecerunt iudei, Augustinus. Ibat ergo ad locum vbi fuerat crucifigendus, portans crucem suam Iesus, imo nostram, grāde spectaculum, Sed si spectat impietas, grande ludibrium, si pietas grāde mysterium. Si spectet impietas: grande ignominię documentum, si pietas, grande fidei munimentum. Spectet impietas, ridet Regem pro virga Regni lignum sui portare supplicij. Si pietas, videt Regem baiulantem lignum ad semetipsum figendum quod fixurus erat in frontibus Regum, sicut scriptum est, signa thau in frontibus gemētium. Ezech. 9. Ad hec Hieronimus, Exiuit in locum Caluarię &c. Extra vrbem loca sunt in quibus truncantur capita damnatorum, & Caluarię idest decollatorū sumpsere nomen. Ibi ergo crucifigitur dominus vt vbi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrij, & maledictum Crucis aboleretur. Est autem iuxta sanctum Augustinum, Crux celestis scala, cui innixus videtur dominus. Dicitur autem scala, quoniam per eam ascendunt Angeli, ascendunt & homines iuxta illud, pacificans per sanguinem Crucis suę que in cęlis quęq; in terris sunt. Colo. 1. Et cum ducerent eum (tu autem vel a longe sequere eum, vt videas vbi pastor cubat in meridie: vt & tu cum Ruth cubes ad pedes eius, Ruth. 3. Apprehenderunt simonem quendam &c. Hunc igitur tam & si notum ac diuites militari procacia. Nolentem compulerunt, vt tolleret crucem Iesu, non quidem miserantes angustias animę eius, vel matris eius, que eum sequebatur, sed vt celerius immolarent arietem illum, tanto autem tempore visum Abrae, Gene. 22. Cęterum iuxta mysterium non iudęus aliquis angariatur vt crucem portet, sed homo gentilis, iudęo. n. crux scandalum est, sed hoc fidei gentium erat relictum, & crucem accipere, crucem predicare, crucem adorare, crucem confitendere, vnde videtur dominus Iesus. Luce. 19. Hęc vox angariauerunt non est latina, nō gręca, sed persica, & per inde valet, quasi dicas, compulerunt, Apud Persas Angarion dromema cursus erat pernicissimus equitum nostrates postas appellant quasi positos collocatos q; certis locis & semper in procinctu excubantes. Inter cęteros autem errores reprobādos & danādos Basilidis & Manichei referēte hieronymo, & hic vnus est, christū non fuisse crucifixum, sed simonem Cyrenęum, Mundum hanc non a deo ςsā

Marginal notes: A, B, C, D, E; Gene. 27.; Ioan. 19.; Iulianus; Nume. 19.; Hebre. 13.; Esai. 22.; Matth. 21.; Chrisost.; Actu. 15.; Figura.; Crux.; Collo. 3.; Chrysost.; Augustin⁹.; Hieroni.; Gene. 28.; Augusti.; Cantico.; 3. cor. 5.

deo esse creatū, sed ab extremo illo cęlo: ponūt.n.cęlos numero .365. duo inter se repugnantia principia, Hierony. Lunam & solē duas esse nauiculas pura dei substātia fabricatas, q̄bus animę in proprias sedes vehantur, ex 5. elementis/quinq; esse genitos principes tenebrarum/ & multa id genus deliramenta. Tu autem triplicem crucem intellige, perfectorum qui cum paulo dicunt, christo confixus sum, pœnitentium, quorum vox Gal. 2. est, castigo corpus meum pri. Cor. 9. hypocritarum, qui crucem portant cum simone, de quibus dicit apostolus/inimici crucis christi, quorum deus venter est. Phil. 3. sunt autē & alij volentes quidem crucem portare sed perficere non potentes: quorum vox est, trahe nos post te, & curremus. Cant. primo. Et sicut dicit Plutarch. Rom. 7. Plutar. Si quis nihil aliud mali improbis in hac vita accidere affirmaret, q̄ q̄ scelerū conscientia ꝓ stagitiorum q; recordatione assidue torquentur/ quemadmodum molesta, ac nihil boni seu studio digni ex cogitantis q; certaminis restrente, cognoscet profecto acerbissime ratione propria illorum affligi animam, & F si interim videātur ducere in bonis dies suos, dū voluptuose viuere ac genio suo indul gere curāt, ꝓ inde necessitati naturaliū resistere affectionū valde est difficile, crucem videlicet cotidie portare post Iesum, sed reg- Iob. 21. Luce. 9. num dei, a violentis occupatur. Matth. Cap. 11. Sequebatur autem illum turba multa populi: Luce. 23. & mulieres quę plangebant et lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas iesus, dixit filię hierusalem nolite flere super me: sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Quoniam ecce venient dies: in quibus dicent. Beate steriles et vētres qui nō genuerunt. Et vbera quę non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus: cadite super nos: & collibus: operite nos. Quia si in humido ligno hoc faciunt in arido quid fiet? Non videtur alienum a fidei pietate, si dicamus, q; inter feminas istas/quę d̄m ꝓprijs lacrymis prosequebantur, affuerit & mater eius immaculata, quę certe iuxta crucem stetisse fertur. Ioan. 19. Et forsitan vt G eam videret, & opprimeretur non potentem consequi vnicum, qui non lente non sensim/ sed festinato ducebatur, substitit parumper gressum, conuersus ad feminas, quę lamentabantur, sacerdotibus interim subsilantibus, q; reo proposito succederet, iuxta illud, Mundus gaudebit, vos autem cōtristabimini. filię inquit Ioann. 16. hierusalem nolite flere super me. Nec tamen reprehendit dominus lachrimas, ab affectu pio reuera profectas, quando quidem lachrymatus est & ille/ conspecto amici sepulchro. Quod autem dicitur de stephano Ioann. 11. Actu. 8. fecerūt magnum planctum super eum, planctus hic iuxta hyeronimum/non in plangentium exanimatione vt multi putant, sed in pompa funeris & exequiarum frequentia intelligendus est. Sic plāctus solemnis Hierony. Gene. 50. Iacob ab Egyptijs exhibitus: non longas Egyptiis imperat lachrymas, sed funeris mōstrat ornatū. Compescuit tamen illarum intempestiua atq; indecora lamenta, quasi lamentarentur sicut cęteri qui spem nō Ps. 29. habent. Scriptum est.n. ad vesperum flectus, ad matutinum leticia. ps. 29. Ambrosius super beati. Sermo. Ambro. 14. Ablaturus dominus omnes lachrymas suę beneficio crucis in passione propria/futurę instar beatitudinis iubebat vt nemo fleret: nisi qui christi beneficia non teneret, In hęc tamen dignę sunt laude feminę istę: q; non Adonidem aliquem lamentabantur, sed eum qui est vita viuentium & resurrectio mortuorum H Heb. 8. qui lachrimas earum remunerare potest lęticia sempiterna. Cęterum in morte Tiberij C. quo principaliter moritur dominus, ita lętatus est populus, vt ad primum nuntium discurrentes, pars Tiberium in tiberim clamitarent, pars terram matrem deos q; manes orarent, ne mortuo sedem vllam nisi inter impios darent. Tiberius. Tranqui. Legimus de germanico, quod cum ad primam famam valetudinis eius attonita & mesta ciuitas sequentes nuntios operiretur, & repente iam vesperi incertis autoribus conualuisse tandem percrebruisset, passim cum luminibus & victimis in capitolium concursum sit, ac pene reuulse templi fores, ne quid gestientes vota reddere morarētur. Experge factus E somno Tiberius est gratulantium vocibus atq; vndiq; concinentium salua Roma, salua patria, saluus Germanicus, is erat pater caligulę. Denique Lacedemoniorum Rege defuncto. Ex omni sparta conuenit multitudo virorum & necessariorum/simul & mu- Herodot. lierum promiscua multitudo, lamentum q; omnes assumunt, vltimū Regum quem q̄ dicentes semper fuisse optimum, id quod iure soli domino congruit, tamen nolite flere super me. Scytharum Rege mortuo, F Sebellic. Cum eo pellicum vna omnium charissima/minister vnus: coquus agaso, pistor pincerna/equus & aurea phiala sepeliuntur. sed apud inferos horum nullius est vsus, sed vnum tantum est necessarium, Quod illud ipsi norunt. Dicebat autem Solon, Mors mea non careat lachrimis, linquamus amicis merorem, vt celebrent funera cum gemitu. Vos autem filię hierusalem funus meum nolite lachrimys prosequi magis autem super vos ipsas flete: Quia venient dies in quibus dicent. &c. de his diebus dictum est Luc. 19. Ibi ve- Solon. Hiere. 17. nient dies in te. Illorum igitur mors flenda est, qui pro suis sceleribus duplici conterentur contritione, hic gladio/igne, fame peste, & in futuro/verme qui non dormit iuxta Iob. Cap. 30. Non saciatur iuxta Salomonem, prouerb. 30./Non moritur iuxta Esai. Cap. 66. In illis ergo diebus quando vallo duplici circumdabitur hierusalem, tanta angustia premētur iudeę feminę, vt fame compulsę vorent filios suos, vt merito dicatur, Beatę steriles, quia etiam grauius cruciantur materna viscera in malis filiorum q̄ in proprijs. K Tanta igitur erit formido malorum ingruentium super populum hierusalem, qui nunc in morte mea gaudet: vt dicturi sint montibus (quasi amentes. n. alloquētur res insensibiles cadite super nos, id desiderantes pro malorum magnitudine, quod ipsa abhorret natura: mortem videlicet, Verba hęc ex O.ę. ca. 10. desumpta sunt, Vnde dicit ibi propheta Lapa & tribulus ascendet super aras eorum, quod est vltimę solitudinis signum, vt nec extrema ędificiorum vestigia relinquantur. Cum ergo feminę paruulos assabunt, & Hierony. venter qui produxerat flebiliter iterato recipiet genitum, & rixabitur vir cum vxore super illius secundinarum (deuter. 28. tunc dicetur, Beatę steriles. Quia si in humido ligno/hygro/quod producit 12. fructus hęc faciunt, in arundinibus aridis, vacuis cancerosis quid fiet? Sabellicus. Mōstrum horrēdū ingens fertur Apoc. 22. Sabellic. Alpinę feminę tātę feritatis fuisse phibēt, vt cōtra Romanū exercitū/pugiēris? telis, filios suos afflictos

tormenti

tormenti loco in hostium ora contorsisse dicantur, ita in hostes cruente in filios inhumane protuenda libertate itaque simucro domini penetrauit carnem de spiritu sancto cõceptam, quia similitudinem pre se ferebat carnis peccatricis, quid fiet in aridis lignis, de quibus dicitur, carnes sunt. Genes. 6. vnde iuxta Thomam vocatur dominus. Esai. 53. nouissimus virorum, propter doloris acerbitatem, impositi criminis magnitudinem & mortis ignominiam. Quando igitur dominus dicit, hec faciunt, nec explicat vnum aliquod, nostre considerationi relinquit, vt tanquam animalia munda que ruminant singula consideremus que facta sunt/ & que ipse perpessus est in precedenti nocte & consequenter in presenti die/ quo pascha nostrum immolatur, alapas videlicet Collaphos, sputa, Flagella, Coronam purpuream, vestem albam, sceptrũ: contumelias, falsa testimonia, comam Nazaream conuulsam ac venerabilem illam primam lanuginem, & quomodo toties ductus est & reductus a iudice ad iudicem, & tandem imposita cruce (quod de duobus qui cum eo ducebantur non legimus) ad locum infamem sub voce preconis ducitur crucifigendus, vociferantibus sacerdotibus & populo quondam primogenito suo, moriatur, crucifigatur, & videbimus, quid illi proderint sua somnia. Quid igitur fiet in aridis: Excidentur & in ignem mittentur, & ardebũt. Ioan. 15. verum clemens deus interim suspendit ignis actionem, ne comburat rubos istos, Exo. 3. Iam tamen ignis est super rubum, & securis ad radices. Lucas. 3. Ducebantur autem et alij duo maleficicũ eo vt interficerentur. Ioannes, et venerunt in locum qui dicitur Golgota quod est caluarie locus, & ibi crucifixerunt eum & latrones vnum a dextris et alterum a sinistris medium autem Iesum, Marcus. & impleta est scriptura que dicit, et cum iniquis deputatus est. pessimam opinionem igitur de domino serere volens diabolus, etiam latrones faciebat crucifigi cum eo, quorum tamen vnum sibi ablatum postea fleuit. Medium autem Iesum, Gregorius Nisse. Sed & figura crucis a medio cõtactu in quattuor extrema partita, significat prouidentiam eius qui in ea pepẽdit vbique difusam. Duo igitur ducebantur cum eo quorum vnus insertus est per fidem in ligno viridi & humido, & particeps factus est pinguedinis oliue, cum audit, hodie mecũ eris prouitatum est autem hoc a Iudeis, qui nullum non mouerunt lapidem, quo mortem domini infamem redderet, sed consilia sua non potuerunt stabilire, ps. 20. crucifigitur igitur in medio latronum, tanquam caput eorum. Verũ sicut dixit chrysostomus, non minoris glorie fuit christo: latronem vita eterna donare: quam quod eo moriente, petre scisse sunt. Et impleta est prophetia dicens, cum iniquis deputatus est vt multorũ iniquorum vita seruaretur. Deputatur dominus cum lignis aridis vt nos annumeremur inter ligna paradisi: & inter stellas que omnes sunt patri nostro Abrae. Pulchre autem ascensurus crucem, regalia vestimenta deposuit, vt scias quasi hominem passum esse, non quasi regem, & si verũ quod dominus, quasi hominem tamen nõ quasi deum crucem esse sufficum ibi inquit crucifixerũt eum. Iuxta illud dixi, ascendam in palmam: & apprehendam fructus eius. Gregorius dixit vere et ascẽdit, quia sicut ante secula pro morte nostra mori disposuit, sic in fine mundi propitius & verax adimpleuit. Et in cruce suspensus fructum vite inuenit: apprehendit & vobis tribuit, qui tamen pro nobis ipsis non fructus in ipsa cruce sed acetũ cum felle gustauit. Nunc igitur quoniam tropheum iam vidimus (ante quorum occulos christus fuit depictus, proscriptus & crucifixus Gal. 3. quo sermone indicat paulus iuxta Chrysostomum, quod oculis fidei quidam acutius perspiciunt, quam hi qui presentes affuerũt, eaque quod gerebãtur/ conspexerunt, quorum complures fructum nullum retulerunt) currum suum triumphator ascẽdat, non arborum truncis aut quadriiugis plaustris manubias de mortali hoste quesitas, sed patibulo triumphali capetua de seculo spolia suspendat. Non hinc reuinctis post tergũ brachijs gentes, nec excisarum vrbium imagines oppidorum quod captorum simulacra cernimus, aut submissa captorũ Regum colla miramur, qualis humanorum solet esse species triumphorum, sed ouantes populos nationum, qui ante pugnam / domino victoriam cecinerant, quesitos non ad suplicium sed ad libertatem & premium. Nudus ascendit, qui rectores tenebrarum harum vincere parat, qui nihil hic propium possideat, dicane licet, hec omnia tibi dabo. Talis ascendit: quales nos autore deo natura formauit. Talis in paradiso primus hõ habitabat, talis ad paradisum homo secundus intrauit. Sunt aũt qui dicant, dum in altum carnifices crucem erigerẽt, hanc cursus terre elisam, vel casu vel dara opera, ne se sanguine vndique fluente fedarent: sicque super dolorem vulnerũ christi addidisse, id quod patrem adeo offenderat, vt iam destinaret humanum genus funditus delere: nisi filius pendens intulisset quod sequitur.

Rom. 8. — Thomas. — Leui. 11. — Gene. 37. — Golgota. vox syra. — Luc. 23. — Greg. N. — Rom. 11. — Luc. 23. — Chrisost. — Gene. 15. — Ambro. — Gregori9. — Canti. 8 — Chrisost. — Ambro. — Math. 4. — Herbonig. ps. 68.

Caput. xij. Pater dimitte illis. De titulo crucis, quod scripsi scriptum est. to sortem mittunt super vestimentum christi: ex alijs facientes quatuor partes vah qui destruis templum dei. Idipsũ & latrones dicebant illudebant ei & milites, acetum offerentes.

Iesus autem dicebat: pater dimitte. Illis, non. n. sciunt quid faciunt. Nec subiecit, si vis, sicut ibi: transfer calicem pater, si vis. Milites quidem omnino nescientes, preceptum iudicis exequentes, iudei nescientes quidem non tamen penitus dominum miserunt, & ad mortem tradiderũt: sed inuidia maleuolentie & odio ebrij & excecati, cum ex signis & tempore & scripturis nosse illum potuissent verum esse messiam, De hoc diximus. Ibi Ecce heres Matth. 21. de hoc tacet sacramento paulus Hebreorum. 5. Qui in diebus carnis sue preces supplicationes quod ad eum qui posset illum saluum facere a morte cum clamore valido & lachrimis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Non est autem exauditus in eo quod pater poterat liberare illum

13. q. 8. c. 8

illum a morte, quia vere mortuus est. Exauditur autem in eo q pro transgressorib⁹ orauit, quorum multi qui conuenerant quasi ad spectaculum & mortem vnius illusoris, reuertebantur percutientes pectora sua de quo in consequentibus vnde illud. Hec passus sum absq iniquitate manus mee, Cum haberem mundas ad deum preces. [Grego. Iob.16.] Gregorius. Absq iniquitate manus suæ tenet in quo suspenditur, qui peccatum non fecit, & tamen dolorem crucis pro nostra redemptione tollerauit: qui solus pre omnibus mundas ad deum preces habuit, quia & in ipso dolore passionis pro persequutoribus orauit vocem seculis pretereuntis in cognitam, dicens, pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Vnde et illud ex actis, scio fratres q per ignorantiam fecistis. [Cap.3.] Quid enim dici quid cogitari in prece mundius potest: q cum & illis misericordia intercessionis tribuitur, a quibus tolleratur dolor: vnde factum est, vt christi sanguinem quem persequutores fuderant, postmodum credentes biberent. Eum q esse dei filium predicarent, cui insultauerant dicentes: si filius dei est descendat de Cruce. [Augusti.] Augustinus. Sed si nesciunt quid faciunt, quid est quod ignoscitur? Maxime cum dicat Abimelech Rex, Domine nunquid gentem ignorantem perdes? Genes. 20. sed non omnis ignorans immunis a culpa est & a pœna, qui a quo disceret non inuenit, Istis autem hoc ignosci petit, qui habentes a quo discerent operam non dederunt. Tu autē obserua quot dicteria scomata & contumelias audit dominus post illa verba pater ignosce, vt videatur dominus pro illis patrem orare ante q peccatent. Quod est mirabile, Accipiant ergo veniam: si conuertantur dicentes, Quid faciemus fratres? Non est igitur desperandum de malis sed pro ipsis orandum vt boni fiant, quia numerus sanctorum semper de numero impiorum auctus ē. Sed est peccatum ad mortem inquit Ioannes, non pro illo dico vt roget quis pri. Ioan. 5. [Ambro.] Ambro. In maximis peccatis tales sunt precatores adhibendi, qui exaudiri mereantur, puta hieremias Moses. Stephanus, populo autem satis est, si p leuioribus delictis deum deprecetur de penitentia lib. 5 cap. 9. Clitonius & Nicolaus pecatum ad mortem exponunt in mortali decedere, & sic peccatum in spiritum sanctum & peccatum ad mortem idem sunt. Bene igitur summus sacerdos pro peccato omnium maximo patrem orat cum lachrymis, vt exaudiatur. Nesciunt inquit quid faciunt [Hilarius.] Hilarius. Sanctus enim quisq cum ceditur non humilitatis suę qui cesus est, sed in solentię eius qui cedit, miseretur vt a vesano filio Absalon pater Dauid ab amente ęgroto medicus contumeliam passus, [2.R.18.] dolorem non ex eo q percussus fuerit sentit, sed ob id q ille quem sanum esse cuperet iniuriam sibi insanus intulerit: sic scriptum est, defectio tenuit me, pro pecatoribus. &c. Et illud. [Phil.1] Phil. pri. facio semper orationem pro vobis, eo q vos habeam in corde meo & in vinculis meis. [Chrisosto] Chriso. Mirandum est, si & in vinculis gessit pullos suos in corde. Natum quidem inquit cum causa dicta/ Carcerem etiā ingressus, exciderat is mea memoria, a deo violenta & vt ita loquar Tyranica res est amor spiritualis, vt nulli cedat occasioni, sed continēter hęreat arrātia animo. Quem admodum. n. in fornace babilonica cum tam ingens flama ferretur in altum, tamen beatis illis pueris ros erat, [Dani. 3.] sic amicitia deo placentis animum occupans, omne abigit incendium, & in rorem vertit. Sed quid miramur paulum curam filiorum in vinculis gerere, quando bonus pastor in cruce suffixus [Ps.40.] tantā curam gesserit luporum illorum, qui sanguinem suum sitiebant dicentes. Quādo morietur & peribit nomen eius: vt non in vinculis/non in cruce cantū esset cordi suo, sed & in manibus suis descripserit [Leui.19.] eos. Esai. 49. Impleuit igitur dominus quod in lege precaperat, Non eris memor iniurię ciuium tuorū [Numer.35.] [Abulen.] Abulēs. Quoniam ergo permittit lex propinquo occisi occidere homicidam, Etiam si sine culpa occiderit eum nisi interim vnam ciuitatum refugii ingrediatur? Dicendum q lex permittebat vindictam, tamē qui eam expetebat, peccabat mortaliter. Nam de remittēdo iniuriam ligat in foro animę. Lex autem de vindicta caequenda pertinet ad forum iudiciale. Forum autem hoc parum curat de spiritualibus, imo nō parum nocet, dicens, vim vi repellere licet. Ceterum aliud est agere desiderio iusticię, aliud appetito vindicte Sed & in hoc lex infirmabatur, q homicidā iubebat ingredi vnā ciuitatum refugii ibiq demorari ad mortem vsq summi sacerdotis, qui mori poterat altero die a perpetrato homicidio, poterat & superuiuere annis. 50. [Ioan.15.] Verum quod veritas habet, summus sacerdos iste est, qui pro peccatorib⁹ preces cum lachrimis fudit teste amoris quo nos in finem vsq persequutus. [Hieroni.] Dicit autem hieronimus contra negantem esse peccatum ignorantie ad hūc modum. [Gene.18.] Risit in corde sara, & tacita cogitatio nō latet scientiā dei. Arguitur in risu, & ipsa cogitatio quasi pars infidelitatis reprehēditur, [Gene.16.] Loth nescit in concubitu filiarum quid fecerit & inebriatus ab eis non habet crimen conscientię, & tamē error in vicio est. [Gene.29.] Argue factū Iacob, quare Rachel formosam dilexerit: & in lię primo concubitu fuerit cōtristatus, & acquiesce tandē humanę fragilitati, quę etiā pulchra corpora diligit, & deformia detestatur. [Ale. Alex] Sicut autem dicit Alex, ales. 4. p. q. 91. triplex [2.Cor.5.] fuit a christo procedens orō, Prima pcedēs a volūtate rationis, secunda a voluntate pietatis tertia a volūtate carnis. [Math.26.] [Ioan.5.] Prima semp est exaudita, secūda & tertia non semp fuerunt exaudita, quia quātū ad illas voluntates christus deo se non in omni volito conformabat, patet de voluntate pietatis, qua orauit pro suis crucifixoribus, qui omnes non sunt salui facti. Orauit & pro suis vt seruarētur a malo (Ioan, 17.) & tamē paulus dicit, super virtutem grauari sumus, ita vt tęderet nos vitę. De voluntate prima patet, quia orauit pro calice transferendo, quod tamen non factum est. Ille. n. petitiones plus erāt ordinate ad nostrā doctrinā q ad suam exauditionem, [Actu 7.] illud mirabile, q Ionas fugit: ne predicans Niniuitis, forte conuertātur, [Gregori⁹] & dominus pro eis erat in cruce, de quibus tam benemeritus fuerat, & a quibus ad crucem postulabatur. Ionas autē nihil mali passus fuerat a populo illo. Sed Ionas non tantum dolet salutem gentium q iudeorū perditionē. Ad hec Gregorius super illud. Ne statuas illis hoc peccatū. Que ē ista virt⁹ sic zelo feruere cōtra aduersarios qs vocat dura ceruice & spūi sctō rebelles, et sic eos diligere, vt in morte etiā p eis oraret Imitatur magistrū, qui in pdicādo/sepulchra sacerdotes dealbata vocabat, & id genus multa in eos iacte [Math.23.] bat scōmata et nunc serpēs sublatus in cruce, non venenū diffudit; sed oleum, dicens, pater dimitte illis. [Num.21.]

Sequitur

sequitur ex quattuor Euãgelistis textus. Scripsit autem & titulum pilatus causę accusationis eius vel criminis, & posuit super caput eius Erat autem super scriptio scripta super illum litteris Gręcis latinis & hebraicis: hic est Iesus Nazarenus Rex Iudeorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudeorum, quia prope Ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est Iesus. Dicebant ergo pilato pontifices iudeorum. Noli scribere. Rex Iudeorum, sed ipse dixit: Rex sũ Iudeorũ. Respõdit pilatus, Quod scripsi: scripsi.

Hieronymus. Non possum digne admirari pro rei magnitudine, redemptis precio falsis testibus, & ad (A) seditionem populo clamorem concitato, nullam aliam inuenerunt causam mortis christi: nisi Rex Iudeorum esset, Licet illi forsitan illudentes ridentes hoc fecerint. Origenes pro corona hic titulus positus est super caput Iesu. Et eũ nulla inueniatur causa alia mortis eius (nec. n. erat) hęc habeatur sola. Rex fuit iudęorũ. Et principes quidem sacerdotum iuxta literã legis portabat i capite suo sanctũ domini scriptum in metallo, versus autem principes sacerdotum & rex Iesus in cruce quidem habet scriptum, hic est Iesus Nazarenus Rex iudęorum, literis tamen grecis hebraicis & latinis, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, &c. Philip. 2. hoc igitur titulo illud ostenditur sapientiam Gręcorum, potentiam Romanorum, Religionem iudeorum christo subiectã esse. Tu tamen aliam perpende dęmonis sagacitatem inustã christo. Triplici. n. litterarum figura promulgabat accusationem eius, ne videlicet quemq transeuntem lateret, ob hoc suspẽsum fuisse, se Regem fecerit. Legimus de Cyro sepulto, hoc habuerit ephitaphium. Quis quis es mortalium & vndecunq aduenis, aduenturum. n. te scio, Cyrus sum; qui persis imperium quesiui. Hoc igitur humi paululum quo meum corpus obtegitur, mihi ne inuideas. Ea res Alexandri (B) animum qui Epitaphium hoc legit vehementer affecit, cum incertum ac permutabilem rerum contemplaretur exitum. Dicebant ergo pilato iudęi. Huic. n. tantulo glorię quod nescio quid honoris videbatur prima fronte per se ferre titulus iste, hic est Iesus. N. R. I. Iudęi omnium bonorum osores inuiderunt, vnde dicebant Pilato, quem in cęteris sibi per omnia obsequentem experti fuerant. Noli scribere, Rex iudeorũ. Nã reuera ipsa inscriptione est statam faciebat iudęorum peruersitatem, & traducebat per ora omnium Gentium quaqua versum declarabat & titulus penitentia innocentiam, Cui iuxta iudeorum perfidiã talis titulus non competebat. Competebat autem iuxta veritatem dicentibus tribus beatis viris, Natus est Rex iudęorum. Itaq cautum est a pilato, nequis vel indigena vel peregrinus titulum ignoraret, sed sciret quis erat, qui pendebat, & ob quam causam. Quis quia quẽ cum ramis exceperant nudius sextus. Quam ob causam, Quia rex erat iudęorum. Itaq cum omnia essen ignominię plena, titulum hunc honore plenum arbitrantes, sicuti erat reuera, Pilatum conuenerunt demutando eo dicentes. Noli ita scribere, ipse (C) sit Rex noster, sed sibi Iesus nomen Regium vsurpauit, Ibi pilatus, hucusq volens nolens vestro sũ obsequutus desiderio, Amodo abite fęlices, Celebrate mundi pascha vestrum cum vestro Barraba, Ego quod semel scripsi, ratum esto. Agustinus. O inefabilem vim diuinę operationis etiam in cordibus ignorãtium. Nonne occulta vox quędam Pilato intus quoddam (si dici potest) Clamoso silencio personabat, quod tanto antę in psalmorum litteris prophetatum est? Ne corrumpas tituli inscriptionem? Ita habet titulus psalmi. 56. 57. 58. Vel Pilatus iuxta litteram huiusmodi titulum imposuit, vt gloriaretur apud Tiberium quod hominem crucifixisset, qui se regem fecerat, & velut rex exceptus fuerat ante sex dies Et tamen iuxta vnum doctorem exilio propter hoc damnatus, gladio sibi mortem intulit, Inedię impatiens. Dixit & Dauid, fixum est quod loquutus sum, nec seruauit illud sapientis est mutare consilium. Itaq dicens fixum est, inique & prope impie confirmauit quod male statuerat. (2. Re. 16). Contra fędus initum cum Ionatha (D) amico suo, vnice delecto. p. Re. 20. Sed Dauid Rex erat, cui omnia licent, saltem de facto. Itaq Titulus iste breuis quidem erat, sed immortali gloria plenus; & tanto triumphatore condignus, siquidem cõtinet & nomẽ triumphantis & patriam, & dignitatem & causam victorię. De hoc diximus Math. 2. Ibi, Vbi est qui natus ẽ potest dici iuxta Theophilatum, quod titulus scriptus est, Continẽs causam quare crucifixus esset, videlicet velut rebellis et sedtiosus, vnde omnes qui preter grederẽtur, non misererẽtur eius sed magis infremerent in eum, quasi Tyrannũ. sed hęc expositio non stat cum verbis dicẽtium, Noli scribere Rex iudeorum. Milites ergo cum crucifixissent eum: acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quattuor partes: vnicuiq militi partem. Et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem. Non scindamus eã sed sortiamur de ea. Cuius sit vt impleretur scriptura dicens: partiti sunt vestimenta mea, & super vestem meam videlicet tunicam inconsutilem miserunt sortem, p. s. 21. Et mili(E)tes quidem hec fecerunt. Ioann. 19. Et cęteri euangelistę in sententia, de tunica tamen interiori solus Ioannes meminit. Theophyl. Quod autem sortem mittunt super vestes, ad illusionem eius faciunt, Quasi Regis vestes diuiderent, vis non in gentis pretij essent, paupertatis. n. semper amator fuit. Erant igitur carnifices quattuor qui dominum crucifixerunt, tunice autem christi tres erãt nunc supponimus. Ex duobus igitur superioribus carnifices quattuor fecerunt partes, atq ita, vnicuiq illorum cessit pars sua, Ad hanc autem diuisionem sortibus non sunt vsi, supererat tunica interior, que ita contexta erat a summo ad imũ vsq (acu videlicet more pileorum) vt dissuta, nulli esset futura vsui adasum. n. erat super hãc igitur sortem mittunt milites, cui cedat ferrent quattuor partes. Intellige quattuor partes computata tunica in vna illatũ, itaq subdẽdo, & tunicã, nõ sit adiũctio ad quattuor partes, sed specificatio tunicę, quę fuit tũ pcissa vt vteretur sortib p omnib quattuor ptib, quã ptẽ qa tolleret, vt cęteri Euãgelistę narrãt. Ioãnes. n. explicauit occasionẽ sortificationis tunicę nõ scindẽdę. Hec Caietanus aliter diximus. Quidã doctor nõ omnino improbãd dicit, erãt duę tm tũice adasũ interius et altera exterior hoc ỹũ nec nesi vide

so hec autẽ

Margin: Hieroni. — Origenes — Exo. 25. — Cyrus. — Titulus. — Math. 2. — Math. 21. — Augusti. — Abbas. — Theophi. — Theophy.

hęc autem facientes carnifices, imprudentes implent prophetiam Dauid. ps. 21 Nulla igitur indumentorum pars cessit matri boni pastoris, quę de vellere carnis sue agnũ induerat: qui vellere suo hodie nudatur vt indueretur eccl'a quę dispersa est per. 4. Orbis partes. Nudus igitur pependit, vt nos vestiret, sicut scriptum est, eras nuda & confusione plena: quando incidisti in latrones. Luc. 10. & confugisti ad vmbram. Genes. 3. perizomatibus nescio quibus foliorum volens contegere verenda tua. Denique vt exhiberet sibi spõsam sine omni ruga ephe. 5. ipse vsque adeo extensus est in ligno, vt facile dinumerarẽtur omnia ossa sua, ps. 21. verũtamen quod pretereundum non est vestimenta quę dominus ecclesię sponsę suę tradidit, milites pilati inter se diuiserunt. Manum. n. suam misit hostis ad omnia desiderabilia ecclesie. Omnia sacramenta licent, quia omnia licentur nescio qui milites: qui dixerunt, venite hereditate possideamus sancta dei, per nescio quosdam tegressus & Męãdros, more iudaici sacerdotij. secretum meum mihi. Esai. 24. Dicamus & illud de mẽte. A. Ales. 4. p. q. 36. ar. 6. q aleatores nisi fraudes immisceãt in ludis, non destricto iure tenentur ad restitutionem. Pactum. n. interuenit inter partes, quod vtrique placuit, vnde nec amittẽs potest de iure repetere, nec qui acquisiuit, tenetur restituere. Quod autem iura antiqua iubẽt illud restitui & concedunt actionem repetendi. Nobis videtur magis esse quasi satisfactio pro peccato: quam obligatio ad restitutionem. Non. n. est honesta nec licita talis occupacio vnde dicit Iustinianus, q alearũ ludus prodijt in lachrymas vnde ad cohibitationem mali sequuturi, dacta est ista lex de aleatoribus. Germani aleam (quod mireris) sobrij inter seria exercent tanta lucrandi perdendi ve temeritate vt tum omnia defecerunt, extremo ac nouissimo iactu de libertate ac de corpore contendunt, victus voluntariam seruitutem adit. Quãuis iunior quamuis robustior: alligari se ac venire patitur ea est iure praua peruicatia, ipsi fidẽ vocant. Cornelius Tacitus. Id ẽ sentit Alexander de pantomimis: q non tenentur ad restitutionem, si dedit, qui potuit. subijcit & hec. q. 109. in fine habetur in. ff. quod metus causa sit, q vsque ad. 30. annos competit repetitio ei, qui aliquid in lusu amisit. Est autem vestis christi de super cõtexta iuxta Cyrillum, quia fides Ecclesie sacramentis cęlestibus contexitur. Hec autẽ integra peruenit ad Gentes: quia qui in vno peccauerit, factus est omnium reus, totam vestem dilacerauit. Sicut autem agnus paschalis inter multos diuidebatur: integer tamen permanebat. Ita de veste christi intellige. Integer autem permanebat agnus, quia extra domum efferri partem eius nefas erat. Obuenit autem sorte tunica hęc, quia fides donum dei est. Quid. n. habes, quod non accepisti? Isti autem Satanę ministri iure suo acceperunt vestimenta christi, quasi operę suę premium: nudo. n. corpore crucifigendus crucem ascendebat. Et forte isti erant de numero eorum, qui autem sex dies vestimenta sua domino sternebãt in via, ne pullus cui insidebat, offenderet ad lapidem pedes suos. ps. 90. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Marci. 15. ponit Augustinus duas expositiones, quarum neutra placuit, potest simpliciter dici q hora tertia vocatur totum spatium ab hora tertia vsque ad sextam: & vnus Euangelista denominat tempus ab vno extremo puta a tertia, & alter ab altero, puta ab hora sexta. Pretereuntes autem, blasfemabant eũ; mouentes capita sua: & dicentes. Vach qui destruis templum dei: & in triduo illud reędificas. Saluate ipsum: si filius dei es, descendens de Cruce, his autem tot & tantis malis (siquidem) a vertice vsque ad talos non erat in corpore christi sanitas magis q vtebatur interius, videns insanabilem insaniam populi illius) non dum exaturata Iudęorum saguntina fames, preter euntes autem Crucem: scommata iactabant in eum, lymphatorum more canum mouentes capita, veluti inquam obsessi ab vna aliqua dęmonum Legione, & dicentes suspenso naso nasuti hõnes & sanniones. Vah) est autem interiectio abominantis) tu ille qui pollicebaris demoliturum templum dei, & post triduum illud reedificaturum pretereuntes inquit, qui vel maxime solent misericordia tãgi. Tãtus. n. erat in capitib' illis omni sensu vacuis ad cędẽ christi furor, vt non erubescerent assistere (idque prima die paschę) spectaculo crucifixorum, christo q insultare; a quo tot nobis affecti fuerant sanniones illi & veteratores, maxime cũ oppositũ fieri videamus quoties aliquis morte plectitur assistentes. n. ad misericordiam inflectuntur: etiam si silices sint & adamantes, Sed sicut dixit philosophus & verum dixit, homines perditi misereri nesciunt iuxta illud. Merito hec patimur. &c. Genesis. Cap. 42. Gregorius. Qui igitur verborum contumelijs pressus virtutem patientię seruare non sufficit, factum Dauid ad memoriam reuocet. Quem cũ semei conuicijs vrgeret, & armati milites vlcisci contenderent dixit. Quid mihi & vobis? &c. 2. re. 16. Quibus verbis indicat, q pro peccato Bethsabe insurgentem contra se filium pateretur; fugiẽs q reduxit ad animum malũ q fecit, & contumeliosa verba nõ tã conuitia quam ad lusoria esse credidit; quibus se purgari, sibi q misereri posse iudicauit. Et vide quo impietatis cumulo peruenerũt. Illi dicebat pr̃ ignosce illi mouẽtes capita sua: blasphemãt eũ. Sed videã inquit propheta vltionẽ tuã ex eis. Hiere. 11. de hoc vide. 4. re. Cap. 2. de duobus vrsis lacerãtib' duos & 40. pueros annorũ centũ, qui iuxta prouerbiũ, prauiter gaudẽt gaudium. Vos igitur filij auguratricis semen adulteri & fornicatię. Esai. 57. qui super filium dei lusistis: dilatastis os Erecistis linguam: dicite quicquid in buccam venerit, nihil omitteatis, si forte eandem ijs malis quibus animus vester plenus est vt cumque leuetur. Tamen scitote q quid modo factus est tanque homo non audiẽs & non habẽs in ore suo redargutiones, aliquando vt parturiẽs loquetur ad vos in ira sua & in furore ps. 2. Ambro. super illud irrisit Cham patrẽ suum. Omnes improbus quoniam ipse deuius disciplinę est aliorum lapsus non solum pro sui erroris solatio accipit, q consortes inuenerit culpę verum etiam improbo lętatur affectu, tanque sua delicta ipse correxerit. Ceterum alij nudatum parentem videre non sustinuerũt ne paterna reuerẽtia vel ipso minueretur aspectu, siquidẽ etiã tacito vultu pietas frequenter offenditur vnde etiam Romę vetus mos fuit, ne filij cum parentibus maxime puberes intrarent lauacrum, salua inquant temetipsum. &c. hoc est dictu, si filius dei esset descenderet de cruce, seruaret vitam suam incolumnem

qui vt

Margin notes: Ezech. 16. — Treno. ps. ps. 92. — A. Ales. — F — Iustinian' — Cyrillus. — Iaco. 2. — G — Exo. 2. — p. Cor. 4. — Augusti. & pe. d. p. piculos. & cõ. dist. p. nocte. — H — Matth. 27. — Marci 15. — Esaia. p. — I — Grego. — K — puerbiũ. — ps. 57. — Gene. 9. — Ambro.

qui vita functos exticasse dicitur. Ita dicit sapientia dei si est vere filius dei, liberauit eum de manib⁹ nostris, & non sustinebit mori filium suum. Sed vbi vident illum in Cruce pendere sicut cęteri pendebant, blasphemant eum tanquam hominem, qui nec alijs nec sibi succurrere possit. Augustinus. Diceret forsā quis ex dilectis & amicis tuis domine, O si modo descenderet, & isti omnes qui insultant confunderētur. Sed non erat sic. Moriendum erat. Nec.n. in eo se ostenderet esse dei filium, si confixus clauis tribus, de cruce descenderet, sed in eo vel maxime q resurrexit clauso sepulchro. Ita dicit apostolus, declaratus est esse dei filius Iesus christus, ex eo q resurrexit a mortuis. Agitabant ergo caput Iudęi ante Crucem dicentes. Hic ti- A ne est totus filius dei? Quia non descendebat de cruce, Et ecce de sepulchro resurrexit qui crucem ad quędā conscenderat iuxta prophetiam Iacob. Similiter & principes sacerdotum illudentes: ad alterutrū cū scribis et senioribus dicebant. Alios saluos fecit, seipsum nō potest saluum facere. Si Rex israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in deo, liberet eum nunc si vult dixit enim q filius dei sum. de his principibus sacerdotum dictū est. Lucę primo, Ibi forte exijt. Non igitur mitiora iactabant in verum pontificem principes sacerdotum capita sine sensu. Que videlicet exprobatio illo tēdebat, vt omnes omnino a fide christi secederēt. Et si deo placet isti sunt qui calcare atrium pilati ne fas ducebant, vt pascha suum Mosi mundiores manducarēt isti sunt qui lege prohibentur astare omni morienti. Sed adeo omnem posuerant frontem in hac tragedia, in qua dominus excessum suum compleuit, vt meretrices vocentur a propheta dicente: frons meretricis facta est tibi. Hieremi. 3. Quid igitur mutuo loquebantur tanti sacerdotes & tanti christi domini, capita furore ple- B na: audiamus. Alios saluos fecit. Volentes.n. vel inuiti testes fiunt mirabilium christi. Se ipsum non potest saluū facere. Quid si potest, Estq Rex israel iuxta sibi impositū titulum descendat de cruce, & credimus ei & putes eos serio loqui. Hieronimus. Quid est plus, de cruce descendere ad huc viuentem, an de Sepulchro resurgere vita functum? Resurrexit, & non credidistis. Ergo si de cruce descenderet, Etiam similiter non crederetis. Sed mihi videntur huc demones immitere. Statim.n. vt crucifixus est dominus senserunt virtutem crucis, & fractas esse vires suas, nouo genere triumphandi. Descendat inquit de cruce. O verbum dolosum & nequam. Non est hoc caypha quod paulo ante dicebas, Expedit vnum mori pro populo: sed illud mendatium non erat, non a temetipso loquebaris. Quam autem consequentiam habet. Si rex est, descendat imo titulum imperij sui non deserat, & sceptrum Regni, donec palam traducat in eo rectores tenebrarum harum. Collo. 2. confidit in deo: liberet eum nunc si volt, si hic est christus dei electus. Et tamen pro his phreneticis orauit cum lachrymis dominus Iesus, quia nesciebant reuera quid facerēt: quid dicerent cui ve insultarent. Non.n. illi loquebantur, sed ipse pater suus Beelzebub loquebatur per ora eorum, dignum patelle huius operculum. Arrepticiorum igitur more debachabantur, ebrij & non a vino, quoniam C clauserat dominus oculos eorum, & miscuerat eis spiritum soporis. Esai. 29. Denique vt omni ex parte angustię premerent bonum pastorem & matrem quę astabat vnico morienti. Id ipsum & latrones qui crucifixi erat cum eo, improperabant ei, et conuiciabantur. Lucas. Illudebāt autē ei & milites: accedentes: et acetum offerentes: & dicentes. Si tu es Rex iudeorum saluū te fac. Quod sacerdotes improperia iaciebant in seruatorem omniū, nō mireris, loquebantur.n. de plaustro, & ipsi alias currus Erant onusti blasphemijs, & in ore eorum tres ordines dentium, & lingua triplex infecta veneno mortifero, quo triplici armorū genere impugnabāt vitā xpi miracula & famā eius. Illud autē admiratione plenū latronib⁹ patibulo affixis tantū esse otij, vt malorum suorum obliti, nec videntes trabē in oculis suis, festucam nescio quam notēt in alienis. Dicebant autem in dominum Iesum quędam similia probris quę audierant ex ore sacerdotum, que omnia imperturbabili animo & perti- D naci pacientia, superauit dominus iesus, reponens pro vituperijs lachrymas cum clamore valido, meliora peccatoribus postulantes quam sanguis Abel.

Augusti. — Rom. 1. — Genes. 49. — Leui. 21. — Luc. 9. — Hieronny. — Ioan. 11. — Matth. 27. — Marci. 15. — Prouerbiū. — Dani. 7. — Matth. 7. — Hebre. 12.

Caput. xiij Vnus ex latronibus conuertitur ad dominum Iesum, & audiuit, hodie mecum eris in paradiso, Stabat iuxta crucem Iesu mater eius & commendatur Ioanni euangelistę: & Ioannes Cōmendatur Marię matri domini Iesu christi. Tenebrę factę sunt super terram. Clamat Iesus voce magna, heli heli: propinatur aceto. Sicio vas ergo positum erat aceto plenum. Consummatū est. In manus tuas cōmendo spiritum E meum: inclinato capite emisit spiritum.

Luc. 23.

VNus autem ex ijs qui pendebant latronibus, blasphemabat eum dicens. Si tu es christus, saluum fac te metipsum & nos. Respondens autem alter, increpabat eum dicens. Neque tu times deum: qui in eadem damnatione es. Et nos quidem iuste: nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum. Domine memento mei dum veneris in Regnum tuum. Et dixit illi Iesus. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. 26. q. 6. c. si presbiter. et. c. agnouimus. Hieronimus. Per tropum qui appellatur syllepsis, pro vno latrone vterque inducitur improperans. Potest autem dici q vterque dominum a principio blasphemauit, de hinc sole fugiente, vnum

Hierony. — p. tim. p.

credidit iuxta Lucam, & priorem negationem sequēti confessione correxit, quia & ipse sicut paulus blasphemus fuit, sed ignorans id fecit idcirco consequutus est misericordiā. Hic ergo edoctus ab eo iuxta quē pendebat dexter, & videns tātam rerum mutationem cum & celum ipsum videretur minari ruinam, sole occidente tremente terra, quasi que crucem tanti ponderis (pendebat. n. in ea precium mundi) sustinere haud posset: alterum latronem qui conuitijs debachabatur in dominum Iesum, conuenit dicens. Tu si iam iam moriturus, ita posuisti frontem: vt hominem haud vereatis, id quod malitię consumatę signum est, (consuaditur. n. latro, deprehensus in scelere) certe vel deum metuere debes, qui tamen non videns manticam tuam, oculos inseris in alienam. Sit iste quicunque sit hominum deorum ve, ne insultes morienti, cū sis illi socius in supplicio, num causa admodum diuersa est. Nam vel hoc ipsum debebat te a scōmatis prohibere: q pariter simul tecum, Etiam si particeps esset in crimine, quod absit. Nam nos quidem malorum nostrorum poenas luimus, stipēdia. n. peccati mors est hic autem quid mali vnquā commisit? hec est vera cōfessio peccatorū facta ante eū qui sol? pōt facere mūdū de immūdū cōcepto semine. Iob. 14. sūt aūt emuli qui per humili cōfessione pecatorū lerātur cū male fecerint, & deinceps semetipsos velut sperātes (quasi pecora quę saginātur ad victimā) tradūt omni generi probrorū quo ad licet. Archiloquū virū christias lepide accusat vt hominē ineptū, qui de se ipso multa probra dixerit, qua aliter nesciremus. Nā q serue filius fuerat, q patriā ob paupertatē reliquerit, q sine discrimine amicos inimicos q momorderit q mechꝰ fuerit q scutū abiecerit nunq profecto sciremus, nisi ex ipso, adeo quidam impotentes sunt linguę suę Tu autem intuere soterim profundum iuditiorum dei, Sacerdotes blesphamant: Iudas tradit, petrus abnegat. Ceteri apostoli aufugiunt enido, capta gallina: latro ipse qui prius blasphemabat momento temporis mutatꝰ in alium virum, E latrone fit Euangelista, dicens, hic autem quid mali fecit: Vere terribilis in consilijs deus super filios hominū. Ita & Nabuchdonosor, pereat inquit, qui statuam auream nō adorauerit. Dani. 3. Et sequenti die: a me inquit propositum est hoc decretum, vt omnis populus tribus & lingua quę loquuta fuerit blasphemiam contra deum sidrac, &c. dispereat: & domus eius vastetur. Confer hoc decretum cū priore, & intelliges hāc mutationem esse dextre excelsi. Chrysosto: Primus apostolus villissimę puellę minas tolerare non potuit, & Latro suspensus tormentum crucis spernens, vndique populum inspiciens stantem & clamantem & furentem & insultantem ardenti rubie, non timuit, nec crucifixi vilitatem quam videbat inspexit, sed, ipsis fidei occulis hec cūcta transiuit, & celorum dominum exultatum putamēte agnouit O q oculatu est fides nostra, Latro crucifigitur. Martyr deponitur, quia eum quem inter latrones pendere videbat, Regē confitetur. Cuius Regni: vidisti latronem & latronem: vterque furcula vitę, sed nō in vtroque mens vna. Sic hesterno die vnus iudas prodidit magistrum & perijt, alter negat, & penitet. Hic autem inquit quid mali fecit? Quia igitur audisti scommata sacerdotum, intuere libertatem latronis & blasphemiā in tormētis suorum dolorum oblitus, socius vitę furacis ad penitētiā mutat. Nec tu inquit times deum. Vterque n. cepit vituperia impingere in christum domini. Ac quidem Abraam credidit deo loquenti de Celo per angelos. Moses visis signis virge & colubri & manus leprosę. Exo. 4. Gedeon ostēso signo duplici in vellere. Iudi. 6. Sed latro iste vnde didicit talē philosophiam de christo? Non inquit per legem, qui potius inter homicidia versatus sum, sed ab illo edoctus sum, iuxta quem pendebam. Ad hęc A. gel. lib. 12. Cap. 1. Quemdā philosophū audiuimus multa vtiliter dicere, inter quę id precipuū fuit, qd referimus, Virum quidem sapientem non peccaturum esse dicebat, Etiam si peccasse eum dij atque homines ignoraturi forent. Non enim poenę aut infamiæ metu non esse peccandum, sed iusti honesti q studio & officio siqui tamen non essēt tali vel ingenio vel disciplina prediti, vti se vi sua ac sponte facile a peccando tenerent, eos omnes tunc peccare procliuius existimabat, cum latere posse id peccatum putarent: impunitatem q ex latebra sperarent. At si sciant inquit homines nihil omnium rerum diutius posse celari. (Nihil n. opertum quod non reueletur) suppressius pudentius q peccabitur Et putes loqui non philosophū nomine peregrinū, sed apostolū Paulum. Nos tamen post q semel naufragium fecimus, id reliquum est, vt secundā tabulam arripiamus cum latrone, dicentes, Nos quidem iuste patimur. Si. n. in humido ligno hęc faciunt, in aridis quid fiet? Atque vtinam hec cum christo crucifigamur. Nec cum hoc mundo damnemur. Tu autem domine memento mei dum veneris in Regnū tuū, quod non est de hoc mundo, Ioan. 18. Et latro quidem iste salutem suam longe futuram sperabat: & post longa secula accipere contentus esset. Cum Iob. Cap. 19. dominus autem non distulit dare quod rogabatur, quoniam & qui cito dat, bis dat, & spes quę differtur affligit animam: vnde sequitur. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Hodie mecum in cruce, hodie mecum in paradiso delitiarū. Ita vere in isto bono latrone verificatum est illud veteris prouerbij, ęgroto dum anima est, spes est. Ita bono suo huic homini nequam crura confracta sunt: vt a tormento crucis transiret ad visionem & fruitionem diuinę & sempiterne Trinitatis. Poterat quidem dominus dicere, Mecum eris in paradiso, sed tamen addidit, hodie ne dilatione gratiam minuat rerur. Quare? Grego. lib. Moru. 10. cap. 15. In Cruce claui manus eius pedes q ligauerant. Nihilque in eo e poenis liberum, nisi cor & lingua remanserāt, inspirante deo totum illi obtulit quod in se liberum inuenit corde credens ad iusticiam, ore autē confitēaud salutem. Rom. 10. In corde autem fideliū tres summopere manere virtutes Apostolus dicit fidem, spem charitatem, quas latro repletus gratia, & accepit & seruauit in cruce. Fidē habuit quia regnaturum dominum credidit, quem secum pariter morientem vidit. Spem tenuit, quia regni eius consortium postulauit dicens. Memento mei. &c. Charitatem habuit, qui fratrem in crimine de iniquitate sua arguit, & ei vitam quam non Cognouerat predicabat dicens, Neque tu times deum. Ilii qui talis venit ad crucem ex culpa. Ecce qualis a cruce recedit ex gratia. Confitebatur dominum quem videbat secum humana infirmitate morientem, quando negabant apostoli eum quē miracula

viderant

Margin: Hiere. 7. / puerbiū. / Rom. 6. / puerb. 5. / eph. 4. / Archilo / ps. 65. / Chrisosto / Abraham / A. gellius / Matth. 10 / 5. Cor. 11. / puerbi. 13 / puerbiū. / Gregori? / 3. Cor. 13. — K / H / G / F

Chrysost. Matth 24. Cyprian.

viderant diuina potentia facientem. sed tu o bone latro qui Regnũ nobis cõmemoras: quid in presentiarum vides de insignijs regalibus? sed titulum video, quem & ipsa crux est regnum eius, a cruce, enim. Regnum donat credentibus. Et ideo crucem tanq̃ sceptrum imperij non reliquit in terris, inquit os aureum sed secum leuauit in cęlum. Signum huius est, q̃ cum venerit secũdo apparebit ante eum hoc signũ. Ad hęc Augustinus, A cypriano sancto inter martyres computantur, qui suo sanguine baptizantur, quod pleris q̃ non baptizatis feruente persequutione prouenit, sicut virgini Emerentianę. Tanto nanq̃ pondere appensum est tamẽ q̃ valuit apud eum qui hęc nouit appendere q̃ confessus est dominum crucifixũ Latro iste, quantum si fuisset pro domino crucifixus. Tunc, n. fides eius de ligno floruit quando discipulorũ

A emarcuit, nisi cuius mortis terrore marcuerat, eius resurrectione reuiresceret, inuenta est in eo mẽsura martyris, qui tunc credidit, quãdo defecerant qui futuri erant martyres. Verum autem fuerit baptizatus vel nõ non refert, sufficiat nobis q̃ in albo cęli scribitur, relatus in fastos a christo dicente (cum ad cęteros esset mutus, & surdus) qui consortium regni mei expetis, hodie mecum eris.

Ioan. 19.

Erat autem fere hora sexta. Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius. & soror matris eius Maria Cleophe & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem: et discipulum stantem quem diligebat, dixit matri suę. Mulier ecce filius tuus: De inde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Ita legit & Caietanus stabat iuxta crucem quę libentissime hęreret crucis trunco, vel pedes complexaretur vnici sui, quis non dabatur ora contingere, Stabat autem in corde filij ijsdem confixa clauis quibus ille, Quę, n. intensius diligebat, intensius dolebat, vt vere diceret quod paulus apostolus, christo confixa sum, viuo iam non ego. Gal. 2. fugientibus

Ambros.

B igitur apostolis mater ante crucem stabat & pijs expectabat oculis filij vulnera, quia expectabat non vnici mortem, sed mundi redemptionem. Aut fortasse quia cognouerat per filij mortem redeptionem futurã, aula regalis putabat se & sua morte publico muneri aliquid additurum, sed Iesus non egebat ad iutore ad omnium redemptionem, qui factus est sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. ps. 87. Dicit autem. Alexander Alensis, q̃ Maria passa est hac sexta feria, stans iuxta Crucẽ, sed passionis eius memoria ad sabbatũ propter crucem domini translata est, Vnde dicit. Sãct⁹ Bonauentura, q̃ appropinquantibus ciuitati mulieribus & Ioanne apostolo, sepulto domino, velo obtexerunt caput immaculatę iuxta morem viduarum illius prouincię, dicentes cum propheta voce lamentabili, sedet in tristicia domina gentiũ, quasi vidua Non est qui consoletur eam. Fęmina quędam filij, s. in bellum missu, in primis suburbijs substitit pugnę euentum expectans. Cum igitur quidam venisset, ipsi q̃ per conrenti nũtiasset filios omnes perijsse. Atqui non hoc inquit rogabam malum mancipium, sed quid patria agat. Cum vero ille respondisset, illam vincere, libens igitur inquit etiam filiorum mortem accipio. Stabat igitur & mater misericordię iuxta crucem vnigeniti sui, & soror matris ipsius domini Iesu Maria Cleophe. Hieronymus sic eã no-

A. Ales. Bonauẽ.

Treuo. p. Val. Max

Hierony.

C minat Euangelista, siue a patre, siue a Gentilitate familię, aut quacunq̃ alia causa ei nomen imponet Cum vidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantem quem diligebat, dixit matri suę, Mulier ecce filius tuus Tu autem interim admirare, quomodo in cruce omnia sine aliqua perturbatione transegit, discipulo matrem cõmendauit, latroni bonam spem dedit, & pro persequutoribus exorauit. At qui ante crucem & sudasse legitur, & turbatus est, & timuit, & orabit pro calice transferendo. Sed ibi imbecillitas carnis, hic diuinitatis ostendebatur potentia. Ambro, doceat nos tamen lectio, quid maternus debeat affectus imitari, quid sequi reuerentia filiorum, vt illę se afferant in filiorum periculis illis ãplius sollicitudo materna q̃ sua mortis męsticia sit dolori, Nec tamen preposterum iudicetur, q̃ prius latronis ab solutionem q̃ matris apellationẽ scripsi inquit Ambro. Qui, n. venerat saluos facere peccatores, non absurdum spiritus meis scriptis susceptum munus in redimenda salute peccatoris spleuit. Testabatur igitur de cruce christus, & testamentum eius signabat Ioannes, dignus tanto testatore testis. Donatur venia ignorantibus;

Luce. 23. Ambro.

p. Tim. p.

D paradisus latroni, militibus vestes, oratio pęnitentib⁹, Corona Regibus fel et acetum sacerdotibus, et mater discipulo. Ecce inquit mater tua. Hieronimus. Meretur cęcitatis subire suplicium, qui parentum vultũ toruo visu despexerit, & elatis oculis lęserit pietatem, docuit. n. nos dominus hodie vsq̃ ad vltimum vale parentum gerere curam. Qui, n. cęteris mulieribus astantibus nihil dixit. Docet nos plus aliquid impẽdere parentibus, cum dicit, Mulier ecce filius tuus. Quibus oculis putas, intuitus est vnicum suum e Cruce Qua voce charissimam suam alloquutus est. Quomodo mulierem eam vocat, & non potius pupillã oculorum suorum. Quomodo anima columbę illius liquefacta non est, vt dilectus eius loquutus est: hucusq̃ inquit curam tui gessi, vt pareret, quia scriptum est honora parentes tuos. Amodo Mulier, ecce filius tuus Capitis & oculorũ nutu discipulũ designans, Si quis. n. suorũ & maxime domesticorũ curã nõ habet, fidẽ negauit, est q̃ infideli deterior. Quid autẽ tam cuiq̃ domesticũ, q̃ parentes filij. Huius ita q̃ saluberrimi

Hierony.

Cant. 5. Exo. 20. p. Tim. 5.

E pręcepti ipse magister sanctorũ de se ipsa cõstituebãt exẽplũ, quãdo nõ vt famulę deus quã creauerat & regebat, sed vt matri homo de qua creatus fuerat, et quã relinquebat alterũ pro se quodãmodo filiũ prouidebat, inquit. Augu. Vnde sequitur. Et tu Ioannes. Ecce mater tua. Theop. Papę quã obseruat discipulũ, fratrẽ suũ illũ facies, vsq̃ a deo bonũ est manere apud patientem christum Et ex illa hora accepit eã discipul⁹ in sua. Aug. Sed in quę sua Ioãnes matrẽ dñi accepit: Neq̃. n. nõ ex eis erat, qui dixerũt. Ecce nos reliquim⁹ omnia. & c. Sed ibi quoq̃ audierat. Quicũq̃ iste dimiserit propter me, accipiet in hoc seculo. Cẽties tantum habebat ergo Ioannes centuplicia plura q̃ dimiserat, in quę susciperet eius matrem, quibus illi donatat, sed in ea societate Ioannes acceperat centuplum, vbi nemo dicebat aliquid suum: sed erant illis omnia cõmunia. Quomodo ergo matrem magistri discipulus accepit in sua, vbi aliquid suum nemo dicebat, sed ex bonis oblatis ad pedes apostolorum distribuebatur vnicuiq̃ sicut opus habebat. sed intellige

Augusti. Theoph. Augusti. Matth. 19.

Actuũ. 5.

dum est sic distributum fuisse hoc discipulo quod operaerat, vt illic etiam beatę Marię tanquam matrie eius portio poneretur. Magis tamen sic debemus accipere/quod dictum est. Ex illa hora accepit eā discipulus in sua, vt ad eius curam quicquid esset necessarium pertineret. Suscepit ergo eam in sua non prędia quę nulla propia possidebat, sed officia/quę propia dispensatione exequenda curabat. Hec Augusti. Ex quibus patet quod ipse non legit in suam, sed in sua, sicut est grece, is ta idia. Hęc eadem sententia est Ambrosij. Pro hac igitur margarita comparanda cuncta quę habere poterat Ioannes velut stercora dedit pessum, & amorem huius pulcherrimę Rachel amori prioris Lię pretulit, quam reliquit, in nuptijs chana galilęę Ioannis. 2. Adesto & tu morienti domino, vt audiat. Ecce mater tua. Non enim vnius Ioannis Maria mater constituta est, sed totius Ecclesię, iuxta illud. Quis det te fratrem meum sugentē vbera matris meę.

Phil. 1.
Genes. 29.
Cant. 8.

A sexta autem hora tenebrę facte sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonā. Et obscuratus est sol. Et circa horam nonam exclamauit Iesus voce magna dicens. Heli heli lama azabthani? hoc est. Deus meus deus meus vt quid dereliquisti me?

Theophy. Theophyl. Tenebrę erant in toto mundo, non in parte mundi sicut in Egypto, vt mōstretur, quod lugeat in passione conditoris creatura: & quod a iudęa lux recesserit. Clamat autem dominus heli heli voce hebraica, ostendens se vsque ad mortem hebraica in honore habuisse. Ad hęc Hieronymus. Cum luna esset plenissima, non potuit intercidere lumen soli vt esset solis deliquium, sicut patet ad sensum. At hec Dionisius Polycarpo episto. 7. Eramus ambo (Dionysius videlice & Apollophanes) apud eliopolim: ambo quod simul incidentem mirabiliter soli lunę globum notabamus. Non enim eiusce coniunctionis tunc aderat tēpus. Ipsam quod rursus ab hora nona ad vesperam ad solis diametrum super naturę vires restitutam. In memoriam autem illius reuoca & aliud quiddam. Nempe enim vt ipse non ignorat Apollophanes, Eam lunę incidentiam ab oriente cepisse & vsque ad solaris corporis finem peruenisse, actum demum resilisse nouimus. Neque vero eadem ex parte vt assolet & incidentia illa & repugnatio facta est, sed ex aduerso diametri. Ea si potes Apollophane argue. Nempe enim presens vna tecum asfui, vnaque aspexi, & diiudicaui omnia, digna quod sem admiratione prosequutus. Hic dicebat Dionysius Polycarpo, vt haberet quid obijceret Apollophani, qui Dionysium vocabat parricidam, & Negabat scripturę miracula. Subijcit idē Dionysius in Epistola. 11. ad eundem Apollophanem iam conuersum: quod Dionisios erat annorum ferme. 25. & feria. 6. quadam & hora etiam fere sexta sol horribilibus subito est obsitus tenebris, luna ipsum incurrente, quia creatura dei in ipsius vere lucis occabitu lucere non potuit. Quęrebam enim tum apud te, quę mihi sapiens videbaris, vt quid ipse inde sentires agnoscerē. Regulā philippi Aridęi assumpsimus, eunque repertissemus (quod & erat notissimum) eo tempore solem Ecclypsis molestias labores quod minime perpeti debere, Ac nihilominus lunam ab oriente solarem splendorem pullis nigrantibus quod velis obduxisse, cum soleat te occidua parte solem ingredi: tūc autem opifices lucis thesauros caliginibus (quas ipsa genuerat) ad occiduos vsque solis fines peruagata (vt ipsi putauimus) occultauit, aio ad te. Quid o doctrine speculum Apollophanes his secretis ascribis? Et tu, heo bone Dionysi diuinarum sunt vicissitudinta rerum. Denique annotatum diligenter ferię diem & annum anuntiationi quam sacer paulus nostris attentis auribus infudit/cōsensientibus signis, conspirare & cōcordare expertus, manus veritati submisi, & falsitatis nexibus sum absolutus hęc ille. Ad hęc Origenes. Est autem consequens intelligere quasdā tenebrosissimas nubes & multas & magnas concurrisse super Hierosalem & terram iudęę, & ideo factę sunt tenebrę profundę a sexta hora vsque ad nonam. Quod dicit super totam terram/exponitur sicut illud (est autem sermo hyperbolicus). 3. re. 18. si est gens aut Regnum in quo non miserit dominus meus quęrere te, ostendens quod sit ea eum quęsierat in Gentibus quę erant circa iudęam. Origenes. Arbitror ego, quod sicut cętera signa quę facta sunt in passione domini in Hierusalem tantum modo facta sunt, sic & de tenebris intelligendum sit: quod super omnem terram iudęę factę sint vsque ad horam nonam, Quę autem dico in hierusalem tantum modo facta/hęc sunt, quod velum templi scissum est; terram contremuit, petrę disruptę sunt/monumenta aperta. Hec enim omnia non alibi legimus facta esse quam in Hierusalem: aut forte in terra iudęę. Quod si tenebrę istę iuxta Dionysium factę sunt interpositione Lunę inter solem & aspectū presentiū hominum: palam est tenebras illas non ocupasse totum orbem: nec forte plusque miliaria centum. Quod nos quoque experti sumus anno domini. 1557. in oppido del Etena. Vidimus enim hora diei nona cęlum cū serenum esset: stelis ornatū sole eclypsim passo spacio sexta decima partis horae vnius, quo tempore gallinę & passeres ierunt cubitum: agricolę boues soluerunt a iugo, feminę lucernas accendebāt vicatim quasi nox esset, & post pusillum rursus cępit dies terrę restitui paulatim & lucescere. Que omnia intra miliaria. 30. facta sunt vel circiter. Sicut autem Mose extendente manus tenebrę facte sunt super Egyptios, sic domino manus extendente in cruce: super populum qui toties clamarat crucifige/facte sunt tenebre, & impleto eo quod scriptum est: obscurentur oculi eorum ne videant (Ps. 68.) & domus dei repleta est fumo, ab omni luminę sunt priuati. Sicut predixit Amos, occidet eis sol in meridie. Capi. 8. Priuati sunt igitur iudęi splendore patris & filij & spiritus sancti quod tres horę istę significant, quamdiu intrat plenitudo Gentium. Sol igitur qui in consummationem sęculi pro labore suo lumem septies multiplicatum recipiet (Esai. 30.) nunc vim patiens ipso autore naturę (quia ipse voluit) id quod habebat ascōdit iudęis interim mouentibus capita sua, quia se bene & anspicato gesta, omnia essent in pace. Igitur circa horam nonam Iesus iam moriturus exclamauit dicens, Heli heli. &c. Origenes. Possumus christum dicere, a deo patre derelictum, in eo quod se ipsum exinaniens & formam serui accipiens, et ab illa magnitudine descendens qua ęqualis est patri, derelictus est, vt pro hominibus talia & tanta susciperet, & vsque ad mortem veniret Crucis, quę inter homines turpissima esse videtur. Extremum enim dilecti onis eius factum est (com-

Hierony.
Dionisy.
Idem.
Origenes.
Origenes.
Eclipsis.
Exo. 10.
Esai. 6.
Roma. 11.
Origenes.
Phil. 2.

G
H
I
K

est (Completurus nescio quem excessum. Luc. 9.) quando crucifixerunt eum, & posuerunt super Caput eius quasi irridentes eum, litteras dicentes, hic est Iesus Nazarenus Rex Iudeorum. Extremum quod inmedio latronum, Extremum quod ipsi latrones improperabant ei. Ergo manifeste intelligere poteris, quid sit quod dicit, vt quid dereliquisti me o pater, faciens comparationem glorię illius quam habuit apud patrem / ad con usionem quam contemnens sustinuit crucem. Forsitan autem & videns peccata hominum pro quibus patiebatur, dicebat. Quare dereliquisti me, vt fierem velut qui collegit stipulam in messe, & racemos in vindemia, cum non sit botrio ad manducandum. Theophyl. Idcirco autem & magna voce inclamat mortem, non audentem accedere / nisi vocatet sensus hic mysticus est. Vos igitur qui huic spectaculo in spiritu adestis: nolite obdurare corda vestra, si hanc vocem domini audieritis doloris plenam, sicut illi qui visis tot signis / dixerunt, seductor ille dixit, post tres dies resurgam. Matth. 27 / sed increduli erant, & subuersores, & apostatę & scorpiones, & frunte attrita, progenies viperarum, & reguli, & corde adamantino & vere indomabili, quia etiam fugientes sole, & elementis eternam timentibus noctem, illi nihilo magis commoti sunt ad clementiam, quam si lapides essent. Nempe e pumice postulabat deus aquam qui lupis commiserat ouem. Verba autem ista heli heli sine helui (quod corrupte pronuntiatur) ex primo versu psalmi 21. desumpta sunt. Heli, deus meus, lama. vt quid Azabthani? dereliquisti me? Quod autem dicit, respice in me, a 70. interpositum est. Derelictus est igitur ad breue tempus vt talia pateretur qualia scripsit de eo Esaias capitulo. 53. vt ita intraret in gloriam suam. Sequitur. Quidam autem illic stantes et audientes dicebant. Heliam vocat iste. Hos verisimile est fuisse ea Romana Cohorte vel carnificibus, qui quia linguam non callebant hebręam, audientes dominum voce altissima clamantem heli heli suspicati sunt. Eum implorare auxilium Helię. Et ita dicit Hieronimus, adijciens, nisi forte iudei christum imbecillitatis infamant, qui helię imploret auxilium. Et continuo currens vnus ex eis: acceptam spongiam impleuit aceto: et imposuit arundini, & dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. Sine videamus, an veniat helias liberans eum. sine ne facias eum cito emori videamus an veniat Helias, auxilium laturus. Legimus apud plutar. In vita. M. Antonij / acetum Antonio datum, quo celerius ex vulnere moreretur, quod ea res mortem acceleret, idque indicat hieronimus / cum ait hoc loco, vt eum consopiant. Habet igitur bonus pater familię fructum ex vinea sua in qua magnopere laborauit: et expectauit vt faceret vuas Esai. 5. Quomodo inquit conuersa est mihi in amaritudinem. Hiere. 2. Populle meus ego te induxi in terram fluentem lacte & melle, terram electarum vinearum, id quod argumento est botrus ille inde allatus a duobus viris (Num. 13.) & tu aceto potasti me! Ad hęc plinius. Lib. 21. Cap. 5. Aceto summa vis est in refrigerando, non tamen minor in discutiendo. Ita fit vt infusum terre spumet. Per se haustum, fastidia discutit singultus cohibet, & sternutamenta olfactu. Valet contra omnia aculeatorum venena & pruritus. Nuper ab aspide calcata percussus quidam, vtrem aceti ferens, quoties deposuisset vtrem, sentiebat ictum, alias illeso similis. Intellectum ibi remedium est, potu quod sucurrisum. saxa rumpit infusum quę non ruperit ignis antecedens. Odorem oris tollit, gingiuas astringit dentes firmat, tarditatem aurium gargarizatione purgat, & transitum auditus purgat. Hec ille Postea sciens Iesus, quod iam omnia consummata sunt, vt consummaretur scriptura, dixit. Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum. Matthęus dicit anticipando. dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Marcus dicit item anticipando. Dabant ei bibere myrrhatum vinum. Ioannes. Ille autem spongiam aceto plenam felle & mirrha hisopo circumponentes, obtulerunt ori eius cum ergo accepisset iesus acetum (noluit tamen bibere) dixit Consummatum est. Que sunt omnia ista quę consummata sunt? Nempe quę scripta sunt per prophetas de filio hominis tradendus erat in manus peccatorum, & inter iniquos deputandus, felle potandus, & mittendę sortes super vestem suam Vt igitur consummaretur illud ex ps. 68. Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto, dixit dominus id quod sequitur sitio principio dicendum, quod cum nulla esset apud carnifices illos disciplina, sed precio conducti, omnia faciebant, vt iudeis morem gererent, vnus offerebat vinum, alter fel, alius Myrram quidam & acceptum mixtum felle, & sic potuit fieri totum quod dicunt Euangelistę vas ergo positum erat grece ita. sceuos vnequito oxus meston. Hi de plesantes spongon oxus he hysopo, perithendes prosinencam antu to stomati. Idest vas igitur erat positum aceto plenum Illi vero impleuerunt spongiam acetu & hysopo, & imponentes, admouerunt ori eius, quod per inde sonat, quasi hysopus trita in missa fuerit in aceto. Ceterum quod Ioannes dicit hysopum. Matthęus dicit arundinem, Marcus calamum. Circum posuerunt ergo spongiam plenam aceto, vino felle & myrrha & hysopo. i. nexu colligatione quod hysopi circumponentes calamo obtulerunt ori eius. vt hysopo septimo casui apud nos in Ioanne respondeat. Id autem calamo vel arundini in Matthęo & Marco settio casui. Apud alios euangelistas spongia imposita fuit arundini vel calamo. Ioannes vero suppler modum dicendo quod per modum circumpositionis iuncta est arundini nexu hysopi: ita quod hysopus erat circunligans spongiam circumpositam arundini. Et obserua quod ante quam crucifigeretur oblatum acetum vel vinum amarum noluit bibere, in cruce autem bibit, & dixit. Consummatum est. Ideo igitur primo noluit bibere quia multa adhuc supererant consummanda in cruce, eaque maximi momenti. Vas autem illud attulerant carnifices, vt propinarent christo & duobus latronibus, quo citius morerentur, & ipsi expedirentur a custodia eorum: qui ad triduum aliquando superuiuebant in crucibus. Solent autem qui crucifixi moriuntur vehementer torqueri siti, sanguine videlicet per vulnera fluente. Angebatur & sitis ex temporis qualitate, Cum esset hora sexta, & amplius. De hoc mysterio vide. 2. Re. 23, de aqua allata sancto Dauid. Diximus de hoc Ioannis, 4. de hoc vide Nicolaum super Matth. Cap. 27. sicio ergo dicebat dominus eo tempore, quando de la-

Hebre. 12.
Matthę. 7
Theophy
ps. 94.
A
prouerbiorum.
Matth. 27.
Hierony.
B
M. Anto.
Plinius.
C
D
Faber.
E
Ambrosi

Ambro.

tere suo sesticitura sitim omnium viuę aquę fluēta fundebat. Aperto enim latere: aqua fluxit cum sanguine. Tali igitur poculo in siti sua potatus dominus, videlicet vino acido cum felle mixto (gloria tibi christe qui tuo nos sanguine potasti) aquas nostras potabiles fecit, iuxta illud, intinge panem tuum in aceto.

Ruth 2. Ra. Salo 4, regū. 2. Math. 20 ps. 77. Hierony. Esa. 12.

Et rursus. Mitte lignum hoc in aquis Marath, fient ꝙ potabiles, Exo 15 dicit autem Rab. Salomon, ꝙ lignum illud erat natura amarum Neruis videlicet, quod si verum est, per amaritudinem ligni aquę factę sunt dulces, sicut & apud helisęum sale sanatę sunt. Acetum igitur hoc cum gustasset (Noluit enim haurire totum, vt impleretur illud calicē quidem meum bibetis, vel quia mortem quasi somnum, qui tertia die excitatus est, tanꝗ potens crapulatus a vino) dixit: Cōsummatū est. Iuxta Hieronymum huiusmodi potionem offeruntur vt eum consopiant, & mala eorum non videat. Dixit ergo consummatum est, significans iste paratum esse sacrificium vespertinum, & immolatū agnum ad vesperam paschę cum lactucis amaris, Myrrha videlicet: felle & acido vino. Iuxta litteram consummatum est dixit, idest opere exhibitum, quod tanta antepredixerat Dauid. ps. 68. Dederunt in escam. &c. Ita, sillaturus, Consummatum est, premisit sicio. Et quasi tanti desiderii sui compos effectus, quo dixerat, desiderio desideraui hoc pascha

F

Luce. 22.

mādncare vobiscū, dixit, Consummatum est. Consummatū est ergo quicquid citra mortem de christo prędictum erat consummata est prophetia & lex, quę infirma erat. Rom. 8. onerosa erat actu. 15. Vmbra erat

Mosi lex.

Hebreorum, 10, seuera erat & corinta & dentanta & occulata. Hebreorum. 10. Deutero. 34. Lex seruorum erat. Galatas. Capitulo. 4. Lex continebat precepta multa et non bona. Ezechielis. 20. Lex truncus erat, a quo derasa precepta caeremonialia & iuditialia, imago perfecta apparuit Euangelium videlicet, in

Hebre. 7.

quo continetur decalogus. Facit autem ad hoc, ꝙ viuente Aaron nullā terrę promissionis partem possederunt iudęi: quoniam lex nihil duxit ad perfectum. Quod autem Mosi adhuc superstite, aliqua pars cessit eis (Numero. 32) videlicet regnum Amorrgorum. Illud figurat, ꝙ lex Mosi ex aliqua parte seruatur in

G

Ps. 3. Agustin9 Roma. 11.

Euangelio, ibi enim continetur decalogus. Veruntamen decalogus cum sit lex naturalis vel stricte vel large, nō dicitur proprie lex Mosaica. Ad hęc Augustin9 lib. 4. sup Numer. Quod si huius erat lex, ad quid lata ē? Ita inquit Apostol9. Ad pmissiones Abrę factas quę implēdę erāt in Euagelio, nihil cōtulit lex. Siue seruetur siue nō, implēda erāt promissa dei, quę impenitibilia sūt, Quę enim procedūt de labiis meis nō faciā irrita. &c. ps. 88. Posita tamē est lex, nec superflue, ne liceret iudęis secure viuere, atꝗ in extremam

Math. 26

prolabi malitiam. Sed lex illis freni vice forent imposita. Erudiens, compones cicutans, prohibens ꝙ trāsgredi sin minus omnia. Aliqua certe precepta sed quousꝗ posita est, donec legislator qui legem tulit. Eā reuocaret dicens, hic est sanguis meus noui testamēti. Et rursus, lex & prophetę vsꝗ ad Ioannē. Math. 11. & nunc id quod scriptum est, Cōsūmatū est Sequitur enim apud lucā. Et clamās Iesus voce magna ait pater in manus tuas cōmendo spiritum meum. Et hec dicens. Ioannes, inclinato

Theophi

capite tradidit. Mattheus emisit spiritum, Marcus. & Lucas, expirauit, sco. in. 3. disti 26, q. 2. l. Theophyl. Gratia domino: ꝙ illo moriente: & spiritum in manus patris cōmendante, Ex eo tempore & sāctorū animę in manu dei ponuntur: & non vt prius in inferni penetralibus, dicente Iacob, descendam in infernum lugens filium meum, Gene. 37. Emissurus autem spiritū, Clamat voce magna, quod sine miraculo fieri non potuit, ex hausto videlicet sanguine, Clamauit autem, vt excitaret somnum nostrum: qui eo moriente, imo qui cito ceti pręda futuri, steitimus cum Iona, Clamat ergo dicens. O vos omnes qui transitis viam hanc, videte dolorem meum. Vide in Iob. Capit. 16. Clamans igitur voce magna & inclinato

H

Origenes

capite quasi vale dicens matri. Emisit spiritum. Origenes comendat spiritum patri, tanꝗ aliquod depositū

Augusti.

quod se cito resumpturum sperabat, qui potestatem habebat ponendi animam suā et iterum eam sumere. Augustinus. Quietta dormit cum voluerit, sicut iesus mortuus est quando voluit; Quis ita vestem deponit quando voluerit, sicut se carne exuit quando voluit, ipse est enim qui precepit duobus fratribus Mosi & Aaron vt morerentur, Cum essent sani & vegeti & integri sensibus. Nume. 20. Deuter. 34 ipse igitur

I

Chrysost

diem & horam & genus mortis elegit, qui quando voluit natus est: & matrem elegit ex qua nasceretur. et crucem in qua spiritum traderet patri inclinato capite, Chriso. At qui non post inclinatum caput expiratur, sed post expirationem caput inclinatur. Hic autē oppositum factum est, per quod ostenditur, quod dominus erāt omnium, & volenti sibi mors ad triduū dominata est iuxta illud: mittite me in mari long pri. Tertullianus. Ea omnia super christo Pilatus & ipse iam pro sua consciētia christianus Cesari tūc Tiberio nunciauit; ꝙ videlicet spiritum cum verū sponte dimisit, preuento carnificis officio: eodemꝗ momento dies medium orbem signante sole subducta est,

Caput. xiiii. Velum tēpli scinditur. Multi sanctorum surrexerunt, vere filius dei erat iste. Reuertentes a spectaculo tundebant pectora stabant noti eius a longe, & qui illi. &c.

ET ecce velum templi scissum est in duas partes a summo vsꝗ deorsum: et terra mota est, et petrę scissę, et monumenta aperta sunt. Et multa corpora sanctorum qui dormierant: surrexerunt et exeuntes de monumentis post resurrectionem suam venerunt in sanctā ciuitatem, et apparuerunt multis Omnia igitur Elemēta suum agnouerūt autorem. Mare cognouit, quia sub pedibus eius se calcabile prebuit. Terram tremuisse Euangelista testatur, eo moriente. Sol cognouit, quia lumen suum tribus terrę horis celauit, saxa similiter, quę scissa sunt. Infernus qui multos ex iis quos tenebat reddidit. Agnouit & Iudaa; & vxor Pilati; agnouit & iudex ipse, agnouit & latro

K

& latro & centurio gentilis homo, agnouerunt Magi, cognouerunt ceci & demones ipsi (sed vndas numeramus) & tamen hunc quem omnes isti cognouerunt (ecce heres) Iudeorum corda duriora saxis contre ti abnegant: furatum e sepulchro credunt, & pro hac sua incredulitate parati sunt ad mortem vsque decertare. Ac proinde quod primum velum templi scissum est sicut dicit Iosephus, referente Hieronymo: virtutes angelice presides quondam templi, hic pariter conclamauerunt, transeamus ex his sedibus. Et sciendum iuxta Origenem, quod velum primum templi tantum scissum est, quod videlicet pendebat ad fores templi, non autem secundum: quod erat ante sancta sanctorum. Ad huc. n. videmus per speculum, licet vmbra legis transierit. Scissum est igitur velum templi, quia in morte christi omnium mysteriorum secreta patuerunt; quando quidem & ipsius paradisi via per via facta est latronibus, que clausa erat sanctis omnibus, etiam Ioanni baptiste, sublato igitur versatili gladio, facta est vera pax in celo & in terra. Ex tunc. n. frequentari cepit scala illa Iacob ab animabus sanctorum, quam prius soli terebant angeli. Et multa corpora sanctorum qui dormierant, &c. De his qui surrexerunt resurgente christo. xps. n. primitie resurgentium (hic euangelista per anticipationem rem factam referat quasi resurrexerint ante dominum xpm, quod non est verum) vtrum iterum mortui fuerint, an non: non apud omnes conuenit. Remigius tenet simpliciter, eos fuisse secundo mortuos. Sed textum qui habetur in manibus ita distinguunt Greci, vt videatur illos, statim mortuo domino resurrexisse, verum non egressos e monumentis, nec apparuisse, prius quam resurrexisset christus. De hoc ita dicit Hieronymus, Quomodo Lazarus quatriduanus surrexit, sicut inquit multa corpora sanctorum surrexerunt, vt dominum ostenderent resurgentem. Et tamen cum monumenta aperta sint: non autem resurrexerunt, quam dominus resurgeret, vt esset primogenitus ex mortuis. Positum est ergo resurrexerunt pro reuixerunt Ita dicit Chrysosto. Ad christi morientis vocem excitati sunt mortui, quia postea resurgente christo, pariter exierunt de sepulchris Surrexerunt itaque multi, & introierunt in sanctam ciuitatem. Hieronymus. Nulli violentum videtur, mortuo saluatore in ciuitate que occidit prophetas, appellari hierusalem sanctam ciuitatem, cum vsque ad destructionem eius semper apostoli templum ingressi sunt: & obscandalum eorum qui de iudeis crediderunt ceremonias. Vsque. n. ad id tempus vs euersionis ciuitatis datum est eis tempus penitentie, anni videlicet duo & 40. post quos perseuerantibus illis in malicia egressi sunt duo vrsi de siluis gentium Romanorum, & blasphemantes pueros, & voce consona illudentes Heliseo, occiderunt. Et ex eo tempore ciuitas illa vocatur sodoma & Sinagoga Satanę. Qui fuerint autem isti qui resurrexerunt, et qui illi quibus cum loquuti sunt, fateor ignorare me quia Euangelista non expressit. Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terremotu et his que fiebant, Mar. et quod sic clamans expirasset, non enim paulatim defecit, ex hausto corporis vigore sed mox a valido clamore ac verbis articulare pronuntiatis, tradidit spiritum, Timuerunt valde dicentes. Vere filius dei erat iste. Iuxta Mattheum Marcus. vere hic homo filius dei erat. Lucas. Centurio glorificauit deum dicens. Vere hic homo iustus erat. Quid ergo dixit Centurio: loquentibus elementis non voce sed scissionibus: viso terremotu inquit & his que. &c. Et nescio quomodo terra dehiscens vorauit Dathan & Abiron, pepercit autem istis, qui multo atrociora perpetrarant. sed memento verborum illorum, pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Viso ergo terremotu quid dixit iste oculatus homo Manus inquit huius manus sunt Esau. Vel saltem pelles earum, clauis enim confixe sunt. Vox tamen deum sonat o filium dei & hominem iustum certe vere inquit erat homo, nam intriduo non erat homo. Erat & filius dei & iustus homo. Et tamen inter iniquos pendet tanquam impius et cum iniquis reputatus. Mors autem eius preciosa in conspectu domini, quia precium est totius mundi quo ad sufficientiam. Custodiebant autem dominum donec spiritum traderet patri, ita persuasi a principibus sacerdotum. Si enim iam sepulto custodiam apponunt, ne error posterior sit priore: quanto magis cauebant isti prudentes sicut serpentes, & simplices sicut vulpes, ne viuus deponeretur: seruabant ergo eum. Licet autem malo animo seruarent, bono suo illum seruauerunt, quia cum insultauerunt viuenti, huic vita functo crediderunt dicentes, vere hic homo quicquid deblaterent iudei, & sacerdotes mentiatur, filius dei erat, & iustus erat. Hieronymus, hoc magis mirandum, quod centurio ante crucem filium dei confitetur. Arrius vero in ecclesia predicat creaturam, quia attritus est propter scelera nostra. Esai. 53. Habuit autem dominus Iesus corpus ad patiendum, quia vere passus est, sed naturam non habens ad dolendum. Nature enim proprie ac sue corpus illud est, quod in celestem gloriam trasformatur in monte. Matth. 17. quod attactu suo fugat febres, quod de sputo suo oculos format sed forte in quo affectio flendi esuriendi quod mansit, & ceterarum quoque humanarum passionum in eo necesse sit in esse naturam. Tamen sciat qui hec legit, quod qui esuriit (Matth. 4.) Qui fleuit, gauisus est in morte Lazari, Ioann. 11. Cap. Quod sitiuit, habet aquam salientem in vitam eternam. In similitudinem enim hominum factus, naturam assumpsit, non vicia, quia hic homo iustus erat. Ita quod Hilarius loquitur de natura corporis christi, remoto miraculo quo impediebatur, ne gloria anime redundaret in corpus Scotus in 3. dis. 16 omnia que passus est christus fuerunt quodammodo miraculosa licet naturalia. Quia quod non potest fieri, nisi presupposito miraculo, aliquo modo est miraculosum miraculum autem illud presuppositum est quod gloria anime non redundabat in corpus. Hec ille Et stabat populus spectans serpentem ligno crucis suffixum Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum id: & videbant que fiebant precutientes pectora sua reuertebantur. plures enim attraxerat ad hoc tam atrox spectaculum domini Iesu vel studium & amor vel etiam odium. Hi igitur omnes reuertebantur percutientes pectora sua partim pre dolore, videntes iustum indigna passum ab his pro quibus cum lachrymis orauerat, partim timentes super venturam iram diuine vindicte. Namque & silentio gressu ac deambulans venit, tarditatem tamen sui aduentus acerbitate flagelli compensat. Vnde dictum est; filie hierusalem super vos ipsas flete.

A B C D E

Matth. 27. Iosephus. Orige. 1. Cor. 13. Gene. 28. Remigius Hiero. Chrisost. Hieronym. 4. Re. 2. Nume. 16. Gene. 27. Ps. 115. Hierony. Hilarius. Ioan. 3.

Gene. 3.

in humido ligno hęc faciunt. Et si mortuo non pepercerunt, sed spoliarunt & in carne eius fodientes, & in fama seductorem vocentes Quando viuenti parcerent? Recrecebantur igitur percutientes pectora; tanquam qui insultaturi conuenissent ad hanc tragędiam, ve morientem hominē viderent, qui vere dei filius erat. Nā & Saulus non lapidauit stephanū manibus suis. Erat tamen cōsentiens morti eius. Actu. 8.

A. Gel. 19

Non interest eorum vtrum ipse faciat an consentias facientibus, Rom. 1. A. Gellius. Lib. 7. Cap. 5. Polus quidam Tragędiarū actor postquam vnice dilectum filium morte amisit, eiusque luctum satis visus est eluxisse, redijt ad quęstum artis, eo tempore Athenis Electram sophoclis acturus, gestare vrnam quasi cum Orestis ossibus debebat, ita compositum fabulę argumentum est, vt veluti fratris reliquias ferens electra compleret cōmiseretur quod interitū eius, qui per vim extinctus existimabatur. Igitur polus lugubri habitu electrę inductus ossa atque vrnam e sepulchro tulit filij, & quasi orestis essent amplexus, oppleuit omnia non simulacris neque imitamentis, sed luctu atque lamentis veris & spirantibus. Itaque cum agi fabula videbatur, dolor actitatus est. Et isti igitur ad tragędiam quandam conuenerant, in qua iuxta vulgi opinionem tres viri neque ducebantur ad patibulum, sed spectaculum vniuersantium verum excitauit dolorem, quia is qui in cruce pendebat multorum corda tergerat. Stabant autem noti eius a longe. Primum steterunt a longe, & postea appropinquauerunt. Erant & ibi mulieres de longe aspicientes, inter quas erat Maria Magdalenę, & Maria iacobi minoris & ioseph mater, et mater filiorum Zebedęi. Et cum essent in Galilęa sequebantur eum, & alię multę quę simul ascenderant cum eo hierosolimam.

F

Hierony.

Hieronymus. Consuetudinis iudaicę fuit nec ducebatur in culpam more Gētis antiquo, vt mulieres de substātia sua victū ac vestitum pręceptoribus ministrarēt. Hoc quia scandalum facere poterat in nationibus, paulus abiecisse se memorat. 1. Cor. 9. Fugientibus ergo apostolis in sua sexus fragilior virilem animum induebat, sicut scriptum est, pelli meę consumptis carnibus adhęsit os meum. Gregorius. In osse fortitudo, in carnibus vero infirmitas corporis figuratur. Quia igitur xps & Ecclesia vna persona ē quid p os nisi ipse dñs designat, quid per carnē nisi discipuli, qui passionis eius tēpore infirma sapuerūt: per pellē vero quę exterior carne manet in corpore, quid nisi illę sanctę feminę figurātur, quę ad preparāda subsidia corporis exterioribus dño ministerijs seruiebant. Nā cū eius discipuli quę nec dum firmi veritatis fidem populis predicarent ossi suo inhęrebant carnes. Et cū sanctę mulieres ea quę necessaria erant Exteriora preparabant, quasi pellis exterius manebant in corpore. Sed cum ad crucis ignominiam ventum est, eius discipulos grauis ea persequutione iudęorum timor inuasit. Fugerunt singuli, mulieres astiterunt. Quasi ergo consumpta carne os domini pelli suo adhęsit. Feminę igitur quanto fragilioris erant sexus, tanto tenerius considerabant ea quę gerebantur. Inter quas erat Maria mater Ia. obi minoris & Ioseph. Quę & ipsa est matertera christi. Soror matris christi, quod tamen Faber non probat. Dicitur mater Iacobi minoris, Gręce; μικροῦ. Gręcis quidem micros positiuum est, nō comparatiuum paruū, & apparet fuisse cognomē. Faber Micros dicitur, quia minor statura, maior vero quia statura procerior. De isto Ioseph habes in actis. Cap. primo sequitur Ioann. Cap. 19.

G

Gregori9 Iob. 7.

H

Faber.

Caput XV. Iudęi quoniam parasceue erat, petierunt Pilatum vt frangerentur eorum crura. Vnus militum latus christi vita functi pupugit, & cōtinuo exiuit sanguis & aqua. Ioseph petijt corpus domini a Pilato, & mercatus sindonem depositum inuoluit.

IVdęi ergo quoniam parasceue erat vt nō remanerēt in cruce corpora sabbato (erat enim magnus ille dies sabbati) rogauerunt pilatum, vt frangerentur eorum crura, et tollerentur. Venerunt ergo milites, et primi quidem fregerunt crura et alterius qui crucifixus est cum eo. Post quam igitur boni isti legis ęmulatores sanguinem innocentem effuderunt tunc legis memores quę habetur. Deuter. Cap. 21. frangi crura procurant, &c. Verum illud annotandum; quod propter christum dominum sepulturę condendum sexto ante iudicat, crucifixos eodem die sepeliendos. At hęc Chriso. Illud autem dignum est mendosse, Quomodo iudęi (viri religiosi & iuxta corde, bona bono verba) camelū glutientes, & colantea culicem tanto perpetrato parricidio, de die consultant, vt videlicet non remaneant corpora illa vel cadauera in cruce sabbato. Quia sabbatum illud, duplici priuilegio gaudebat, & quia sabbatum, & quia secūda dies paschę. Ideo magnus erat. Obserua igitur quod primā diem huius paschę vocat Euāgelista parasceue, per quod ostenditur excellentia sabbati ad cętera festa iudaica. Nā & si iuxta. Exo. Cap. 12. prima die phase esset sancta & solemnis, tamen in ipsa preparabantur necessaria sabbato sequenti. Et feminę parauerunt aromata vespere eiusdem ferię sextę. Iudęi ergo. O preposteram profanā & impiam religionem. Innoxiū ac iustum sceleratis odijs ad crucem vsque persequuti sunt, nihil de terribili tam inuentabili parricidio, quod, eāt sesti, & nunc de tollendis corporibus consultant. Imo vt pace eorū dicamus cū chrisostomo, quā grauia erat illis ad videndū, cuius iā abstulerāt, festinabāt & memoriā delere & super terram. Cyrillus. Hanc igitur honestam caulam pretendunt viri isti timorati quod sequenti die sabbatum erat, & paschę secundus dies, sed tamen longe diuersa fuit eorum intentio. Quoniam enim predixerat se tertia die resurrecturum: metuentes ne a discipulis e cruce corpore sublato vniuersi eū resurrexisse crederent, & fieret multo maior in plebe cōfusio, detractum cruci: & cōclusum in monumento, militari custodia munierūt. Verū est tamē quod officium sepulturę non ē cōmissū illis, qui corpus eius velut cadauer putridum

I

Chrysost.

Matth. 23

K

Chrysost. Cyrillus.

dum sepultura astint sepelirent. Itaq; venerunt milites & primi quidem fregerunt crura & alterius &c. al terum festinato mittētes in paradisum alterū autē in tartara. Isti sunt princerna et pistor, quorū vnus atq; priori pristinę restitu tur alter autibus expositus deuorandus, Gene, Cap. 40. Ad Iesum autem cum venissent vt viderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis et aqua et qui vidit: testimoniū perhibuit, et verum est testimonium eius, & ille scit q; vera dicit vt et vos credatis De con e. ditum a Cap. p. Cap. nō op; Ita q; si in hoc frangebantur crura, vt citius obirent, qui pendebant, superfluum erat crura christo frangere iam vita defuncto. Aderat tamen inter milites vnus quidam qui Græca side (nisi tetigero nō credā) quo certior fieret d̄ morte xp̄i, lācea pupugit latus dormiētis Ad sese cādi, cubātis meridie, Ita dicit Cyrillus Ille quidē miles sub ascella quidē dn̄m pcutere voluit, sūt. o. par tes illę sensibiliores, cū titillātur, sed dn̄o dirigēte ferrū. latus eius aperuit verū iuxta Theophyl. Ad grām Iudęorū hoc fecit, qui nec mortuo pcebāt, Sed tamē iniuria in miraculū vertitur. Continuo enim exiuit sanguis & aqua. Itaq; rhōphęa paradisi tandiu versata est, nec siluit nec refrigerata ē, quandio latus xp̄i nō aperuit, vñ scaturiūt nobis fōtes ęssētiā prestātea & vitā, p aquā. n regeneramur iuxta paulū. Titū. 3. p sāguinē pascemur. Aperuit igit nobis miles hic foramē vnū, vbi protegamur ab incursu & demonio meridiano, & vocatur foramē hoc in cāticis cauerna maceriæ. Cap 2. Fontem ergo aperuit duplicē vt for & dam, vt illic quodāmodo vitę ostiū pāderetur vnde in figura sacramēta Eccl'ę manauerūt, sine quib? ad vitā eternā nō intratur. Hoc prefigurabat, q; Noe in latere arcę volūtatū ostiū facere iubet. cū arca capacissima esset sed et vita ad lignū vitę vnica tātū erat. Propter hoc et pma mulier facta ē de erate lateris dormiētis, et appellata ē mater viuētiū et vita. O mors vō more mortua ē. In habitu iacētis & dormiētis hic secūdus Adā inclinato capite i cruce dormiuit, & vñ ei formaretur cōiūx/de latere dormiētis effluxit quid isto sanguine mūdius Quid aq; ista sacrā regenerationi aptius sed si queratur nō ex alia pte corpis aqua profluxerit & sāguis sed ex eius latere dextro, dictū ē alias q; de eodem latere formata ē Eua caput pcti & mortis inuētrix. Pro eo igr q; milites nō fregerūt crura xp̄o, pmisit vt lat? sibi vita fūcto pūgeretur. Sed nūqd nō poterat dn̄s vxore formare Ad; de latere ei? dū vigilātis? Aut pptetea eū dormire, ne sētiret ei sibi erate detraheretur? Quia ita dormit pfūde, vt detracta sibi Coste, nō expgiscatur: vt nedicā, vt ne- [illegible] dn̄s soporē i secūdū Adā, qui volēs venit ad mortē. Qui igr potuit sine dolore ētrahere costa dormiēti potuit & vigilāti, Sed quare voluit dormiētē facere? Quia dormiētē xp̄o i cruce pcussū ē lat?, vt i sacramēta i mysterio fluxerūt. Et qui vidit, testimoniū phibuit, Vidit aquā fluxisse cū sāguine. Sāguis vn? ē ex q̄tuor humoribus humani corpis, aq; vnū ex quatuor elemētis. Ostēdit igr iuxta mysteriū q; ver? hō erat, et verā carnē gestabat, & vere mortu? ē, Et qui vidit testificatur ita esse, Quia n. preter naturā ē, e vt corpore siue viuēte siue vita fūcto (ex latere pcusso) aqua fluat, q̄d vidit oculis suis, i. fide Orgca, ipse testificatur, et verū ē testimoniū eius Denicq; nouit & ipse eius latere aq; fluxit cū sāguine, q; testis ille vera dicit, neq; is legētiū hunc textū/cūctetur credere, q; alioqui videatur impossibile, Sed pptetea pcessit figura in cape (Nū. 20) quod ad hue videtur impossibilius, vt saxū aliod durissimū virga pcusum pdu aret effūdat aquā i ingēti multitudini cū hominū tū & imētorū. Hęc aūt quę pdicta sūt, d̄ eo q; dn̄o crura nō sūt cōfracta, licet casu geri videretur. Facta sūt tū vt scriptura impleretur, os nō cōminuetis ex eo. Et iterū altera scriptura dicit: videbūt in quē trāsfixerūt. De pma autoritate Exod 12 & 11 sup illud, pascha nec. Matth, 23. Dictū ē itē demētē Capitani quomodo xp̄s preuenit & ante vertit officiū carnificū, ne sibi crura frāgerentur Nā si hoc fieret, lat? ei nō apriretur, vñ fluxit baptism? et Martyriū iuxta, Hiero. Alterū testimoniū vt videbūt. &c. ē Zach, Cap. 12. Nos ita legimus. Aspicient ad me, quē cōfixerūt. 70, Aspicient ad me, p eo q; insultauerūt. Si n. legas Decaru. Cōfixerūt sonat. Si aūt litteris cō mutatis legas, Racadu, saltauerūt significat littera n. Res, & dalet apud hebręos valde sūt similes. Ico. 4. d, 48. queit. p. t. cterū iudęi & cōfixerūt xp̄z dūs clauis et lācea, & confixo insultauerūt mouētes capita sua. Tūc autē aspicient ad eū, qū videbūt eū venīētē io nubibus cū maiestate. Cum sero autē factū esset quia erat psceue quod ē ante sabbatū, vēit, Quidā hō diues ab Arimatia noie Ioseph, qui et ipse discipulus erat Iesu. Ioānes occultus autē ppter metū iudeorū. Marcus, nobilis decurio, Lucas, vir bonus et iustus, hic nō cōsenserat cōsilio & actibus eorū, Marcus & Lucas qui expectabat et ipse regū dei, et audacter introiuit ad pilatū. oēs Euāgelistę. et petijt corpus Iesu. Nō cōsēterat, Multi. n cōsiliarij et si nō cōsetiūt cōsilijs decretis, cōsetiūt actib? exequutionis cōiūlsq ab alija. Ceterū iuxta paulū vtercq; digni sūt morte. Ro, Ca. primo in fine, Hic igitur vir bonus & diues sūpta audatia, &c. Quod ē mirabile tūc audere, qū discipuli omnes animum penitus despōderāt, Hucusq; igitur pmissi sunt seuire in pastorē bonū illi, quia animam non possunt occidere Sed occidamus inquiunt eum, et videbimus, Quid illi prosint somnia sua, & deinceps nostra erit hereditas. Matthei. 21. Sed quia rursus scriptum est, erit requies eius honor, aut iuxta Hieronymum, erit sepulchrum eius gloriosum, & hoc impleri oportet: sicut & cetera. Erit mors eius gloriosa idest quod consequutum est post mortem. Sepultus est in sepulchro nouo, sicut in virgine noua conceptus est: & multis aromatibus oblitus, in sindone munda inuolutus a viris honorabilibus, Ceterum pro honore quod. 70. dixerunt, in Hebreo habetur Cabod, quod perspicue gloriam significat. Et est sensus. Erit mors eius gloriosa, Dictum est de natiuitate eius: dictum est de ceteris in medio sacramētis, venit ad mortem, quę non consueto mortalium nomine: sed quia in christo erat vita perpetua: requies appellatur. Nos autem inquit Hieronymus/vt manifestum legenti sensum faceremus, pro dormitione & requie sepulchrū vertimus. Itaq; cum sero factum esset; quia erat parasceue quod ē ante sabbatum vt nō remanerēt in cruce corpora

Ioan. 19. Cantic. Cyrillus Theophil. Hiere, 49. Psa. 90. Gene. 6. Gene. 6. Gene. 2. Augusti. Exo. 12. Luce. 18. Gene. 37. Hieronym. Esai. 11.

corpora die Sabbati, venit quidam homo, &c. parasceue vox Greca nihil aliud significat quam preparationem, quo nomine Iudei vocabant eum diem qui in hebdomada precedit sabbatum, quia in eo preparabant necessaria ad diem sabbati in quo cessandum erat ab omni opere, Vide. Exo. Cap.16. Hoc autem anno quota decima dies mensis primi in qua immolandus erat agnus pasche incidit in parasceue. i. pridie ante sabbatum. Agnus tamen nō immolabatur in eodem die, sed in vespera diei quarti decimi, sicut alias dictum est. Erat autem hoc anno hic dies parasceues sancta & solēnis quia prima dies pasche. Exo 12. Ceterum dies sequens sanctior erat & solemnior: sicut dictum est. Itaque venit homo diues ex Arimathia ciuitate, que forte est illa que. p. m. p. Vocatur Ramathaim. Et homo ille diues nomine Ioseph. Et iuxta Hieronymū idcirco diuitem vocat: vt ostendat causam quare a Pilato corpus Iesu potuerit impetrare. F

Hierony. Pauperis enim & ignoti non erat ad Pilatum presidem Romane potestatis accedere, & crucifixi corpus impetrare. Et iste vocatur apud lucam Decurio, Bulentes idest consiliarius. Itaque Decurio nomē est dignitatis, non officij militaris: ac sonat ferme senatorem siue consultorem. Erat autem vir bonus & iustus. Nemo tamen bonus nisi vnus deus. Nemo iustus nisi qui mundum potest facere de immundo cōceptum semine, Iob 14. Et vnde bonus & iustus? erat de numero eorum qui expectabant regnum dei, cuius conuer-

Marci.10. satio in celis erat cum paulo. Phil. 3. Erat discipulus Iesu sed occultus sicut & Nicodemus, propter metum Iudeorum: apud quos cautum erat, vt si quis confiteretur dominum. Extra sinagogam pelleretur, magnū probrum pro illo tempore. Ioan. 9. Cum igitur esset discipulus esset & ex primoribus ciuitatis consiliarijs qui tamen non consenserat consilio maligno & actibus nefaustis principum sacerdotum (sed vna hirundo non facit ver) & iam visa esset quieuisse rabies in sana populi sui, obeunte domino diem suum, auda-

Theophil cter introiuit ad pilatum. Et iuxta Theophilatum quo res celerius perficeretur, (Erat. n. sero) verisimile est, Eum pilato aurum dedisse pro corpore christi redimendo. Nam cum velut seditiosus esset occisus, relinquerat, vt in sepultura relinqueretur. Veruntamen iam principes sacerdotum obtinuerant a pilato vt omnes tres tollerētur e patibulis, & conderentur sepulchris. Hic igitur quia non consenserat consilijs horum parricidalibus, Consiliatus secum de sepultura magistri. Audacter introiuit. Audacē enim eum fecerat et G

Scipio. cōscientia proba, & causa iusta. Quid enim religiosius iuxta & honestius, quam corpus vita functi sepulture

A. Gelli9 tradere, Eius precipue qui de omnibus benemeritus fuerat? Ad hec Ambrosi. An ignoramus quod tantā vim

Ambro. habeat inueterata consuetudo peccandi, Vt excludat naturā? Que cū sit medicabilis ad salutem corroborata tempore, passionibus immedicabilis inuenitur. Ideo hō iste bonus & iustus nec sedit in concilio malig-

Ps. 1. nantium, nec stetit inter viros illos illusores, nec abijt cum eis, vt comprehenderent dominū christum, sed

Plato. introiuit ad pilatum audacter. Cum plato vidisset quendam alea ludentem, arguit. Et cum ille, quod parua

Pu... 22. reprehendis, diceret. Plato respondit, at non est paruum consuetudo. Adolescens enim etiam cum senuerit non recedet a via quam puer erit. Erat igitur Ioseph diues in operibus bonis. Nam alioqui omniū (vt opinor) diuitū Cresi & Mide nomina multo decātatissima fuerūt. At Cresus calamitate & summo atque ig-

Midas. nominioso vite discrimine magis quam diuitijs Clarait. Midas auribus asininis (quia a musis erat) non an-teis io signibus innotuit. Ex eo enim in prouerbium venit: quod multos coryceos auricularios & emissarios haberet, rumorum captatores, & sermonum delatores, cuiusmodi habere solent principes mali, qui stimulante conscientia, securi esse nequeunt. Itaque diuitie etiam si sint Persice, cum in vita vel auaris anxiam sollicitudinē, vel profusis ignominiam, liberalibus etiam interdum stulticiam ab assentatoribus pariant. Quid post mortem conferunt vel in vita, nisi si (quod rarum est) in pias largitiones misericordie exhauriantur? Quid autem magis pium quam humanum corpus tradere sepulchro, & tale corpus quod anima recedente, diuinitas non deseruit? introiuit igitur diues iste omnino & felici nomine Ioseph audacter ad pilatum. Quod autem occulte sequebatur dominum, non mireris, quia apostoli omnes relicto domino fugerunt & nullus eorum sepulture christi interfuit, quod Euangeliste dicunt. Iste autem tunc summa audacia introiuit, quando magis timendum erat, domino christo inter iniquos crucifixo. Pilatus au- I

Matth.27 tem mirabatur, si iam obijsset. Et accersito centurione, Interrogauit eum: si iam mor-

Marci.15. tuus esset. Et cum cognouisset a Centurione iussit reddi corpus Ioseph. Ioseph au-

Luce. 23. tem mercatus sindonem, & deponens eum, inuoluit sindone munda. Mirabatur preses si iam esset vita functus homo in etatis flore constitutus, cum multi cōfractis etiā cruribus, soleant etiā ad triduum viuere. Itaque cognita ex Centurione morte eius vel gratis vel pretio dato iussit reddi corpus petēti, viro bono & iusto et vere optatissimo vt pote digno tāto dono. Quibus aūt coadiutoribus corpus e cruce detraxerit Beatus. Hic decurio vir bonus & iustus, mihi diuinare nō licet; sint tamē quicunque fuerint opus vere bonum operati sunt in pauperē dominū xpm. Mercatus itaque Ioseph sindonem: depositū corpus inuoluit manibus suis perbeatis contrectans verbū quod erat in principio apud patrē, nudū corpus vestiens sicut alter Martinus. Possumus aūt dicere (si fas est) pijssimā ancillam domini tum & matrem ac omniū seculorū sub inde dominam inuidere potuisse huic tanto viro, ac dixisse. Mee partes erant, corpus inuoluere quod genui, quod que toties dum adhuc paruulus esset his meis contrectaui manibus. Sed quia commune est bonum: esto & tu alter Simeon, & obsequere mortuo, & exple desiderium tuum. Et obserua quod Ioseph inuoluens corpus domini & condens Sepulchro, oblitus tanta vi vnguentorum, nihil videtur sperare de resurrectione, de qua dominus christus paucis modo discipulis suis significarat, sed ita vt tū meminissent magis quam crederent, sicut res docuit, quia audito ex ore feminarum sublatum dominum, vel quod resurrexerit, verba earum apostolis nihil aliud videbantur quam sine capite fabula. Quoniam autem dominum Iesum existimabat Ioseph virum bonum iuxta ac pium, preterque meritū occisum, memoriam illius volebat magnifica sepultura honorare. Luce. 24. K

Caput.

Caput. xvi. Venit et Nicodemus afferēs libras. ico. muyrrhę & aloes, et vter ꝗ ligauerunt corpus christi iuxta morē iudęorum. Et Ioseph posuit illud in monumento suo nouo, in quo nōdum quisq̄ positus fuerat. Et aduoluit saxum, &c. Altero die post parasceue conuenerūt iudęi ad Pilatum dicentes. Recordamur ꝗ seductor ille dixit, post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum. &c.

Venit autem et Nicodemus: qui venerat ad Iesū nocte primū, ferens mixturā myrrhę et aloes libras quasi centū. Acceperūt ergo corp⁹ Iesu, & ligauerunt eum linteis cū aromatibus: sicut mos est iudęis sepelire. De Nicodemo dictum est. Ioan Cap. 3. Hi igitur in simul posito omni timore, scientes ꝗ liuor solet a morte conquiescere, quoniam iuxta prouerbium/ mortui non mordent. Tunc & fieri fauore prę sidis. Qui nolens volēs ad iudicarat fieri peticionē iudęorū, audent vita functo supremum exhibere honorem, id tandē nō impūe cessit ipsi Nicodemo, qui cū baptizat⁹ esset a petro apostolo, indignati principes sacerdotū, sub tracto ei principatu a honore. Expulso foras ciuitatē, diripuerūt omnē supellectile eius, multisq̄ afficiētes plagis semiuiuū reliquerūt, Nicodem⁹ ergo memor precepti legis. Nō appībis antē deū tuū vacuua attulit vnguētū ex myrrha & aloe mixtū ad libra a fere cētū. Nā & ipse dinea āte. Tu autē tecū mēte perpēde, si iudas adesset cōdiēdo corpori Magistri sui, quomodo dētibus frēdēs dicēs ꝗ vt quid pditio hęc vnguēti facta ē, se ipsum ferre nō sustinēa, creparet medius, pditionē reputās: quod verū lucrū erat. Tātū igitur attulit quātū corpori vni per magnifice/cōdiēdo abūde sufficeret. Nihil & ipse interim de resurrectione post triduū futura cogitās. Quis enim rogo te. Crederet eaꝝ qui Ionā manibus suis in mare iecerāt, & voratū viderāt a Ceto momēto tēporis, illū rursus post dies tres predicaturū pęnitētiā Niniuitis! Acceperūt ergo corpus Iesu, et ligauerūt eū linteis & aromatibus: vt impleretur illud, fasciculus myrrhę dilectus meus mihi, inter vbera mea cōmorabitur. Potuit enim fieri vt ad implēdū desideriū colūbę illius, ac turturis gemebūde: quę forte aderat beatis istis viris, dū cōderetur corpus, ad horā reclinarent thesaurū illud cęleste in gremio eius: vt diceret verba illa quę pręmisimus, fasciculus myrrhę dilectus meus mihi. Sed o ꝗ breuis fuit illi morula illa/ qua inter āplexus suos dormiuit dilectus. Hęc aliis cogitāda relinquo, qui exercitatos habēt sensus in huiusmodi officiis, Marię & Rachelis. Luc. 10. Fecerūt aūt hoc viri isti venerabiles iuxta morē iudęorū in sepeliēdis corporibus. Augustinus dicēdo. Sicut mos est iudęis ad monuit in huiusmodi officiis quę mortuis exhibērut, morē cuiusq̄ Gētis esse seruādū. Faber. Sindone colligatum corpus vnguētis intertectis, aliud linteamē erat extremū, quod institis circa corpus instar sedētis in sepulchro collocatū, quasi ad resurrectionē patū ligari solebat. Hic modus erat sepeliēdi iudęorū, et maxime pharisęorū. qui resurrectionē mortuorū credebāt. Alexādro vita functo, corpus quod iā. 7. diē incorruptum māserat, sepeliuere chaldęi. Egyptii ꝗ more Gētis. Qui sacra religione cōtacti, vix ab initio manus admouere sūt ausi, velut ad huc spirāte Regē reueriti. De in pcati, vt sua fasq̄ esset mortalibus eū attrectare, corpus purgauere: qd odoribus refertū (nihil. n. De resurrectione sōniauerāt) aureo solio cū ei⁹ fortunę insignib⁹ locauere. Quod si tāti vitrū, i. Cadauer. Alexādri q̄nti margaritū illud cęleste in q̄ corporalit habitabat diuinitas estimari debuit? Precati sūt igit̄ et isti beati viri deū opt. Maximū, vt ius ēt eis et fas sctū dei cōtigere Egyptii sane sicut refert. Diodor⁹, domos nr̄as diuersoria vocabāt, vt q̄ pui tēporis hospicia esse dicerēt. Verū in cōstruēdis sepulchris nec curę nec sūptui pcebāt. Sepulchra n. ppetuas ędes mortalibus putāt esse. Vn̄ quędā eorū regū sepulchra int̄ miracula mūdi narrātur. Vide plinīū lib. 36. Ca. 12. Issedoneā philo. funera paretū lęti ac victimis et festo cōuētu familiarū celebrāt, Cadauera laniata, et cęsis pecoris visceribus mixta epulādo cōsūmēt. Igitur apud hos sepulturę null⁹ ē vs⁹. Capita eū auro argēto ꝗ ornata p poculis hūt. Alexan. amico suo hephestioni vita functo tā ꝗ semideo (cur nō tā ꝗ bis deo?) diuinos honores ac sacrificia indixit. Ad mitigādū autē doloris magnitudinē ad plīū p inde ac hominū venationē ingressus, coscorū Gētē euertit vniuersia p ętatē trucidatis. Id factū hephestionis in ferias appellauit, tā insanus Rex. In ei⁹ funere tumulo et huiusmodi ornamētis decē milia talētū dedit: vt q̄ artificio et magnificētissimis appatib⁹ omnē ipēsā supare magno pe cupet. Quia. n. multa rapuerit & modica largitus fuerit, sal⁹ erit iuxta pūerbiū. Dicam⁹ illud ꝗ mors Aarō plena fuit gl̄ia, primū expers doloris. 2. fr̄ea pr̄see. 3. reliquēs filiū sui sacerdotii successorē. Et si credim⁹ Rab. Salo. Ascēdētes istitres mōtē, inuenerūt speluncā et lectulū pparati, & lāpadē ardērē, iuxta quod solet mortuus aptari. Ibi Aarō exut⁹ decubuit, et oculis clausis valedicēs fratri & filio, renunciauit rebus humanis. Vnde Moses viso hoc genere mortis similē sibi mortem optauit quod & obtinuit. Deuter. 34. sed et Moses & Maria eorū soror homo vita fūcti sūt. Caspii iuxta strabū pētes inclusos fame necāt. Cū, 70. ānū excesserit. De incepe eū quē fame necauerit, ad solitudinē ptrahūt, ibiq̄ exposito. Euētū ei⁹ emin⁹ speculātur. Quē ab auib⁹ distrahi viderit: fęlicē putāt, si a feris vel canib⁹, nequaq̄, si a nullo, infęlicē dicūt, iuxta Abu. Apud Ægyptios d̄functi corpus. 9. dieb⁹ plā gebatur, et cotidie aq̄ pfūdebatur, vt sciretur/ an aīa esset sopita vel egressa. Bene ergo dixit euāgelista, sicut mos est iudęis sepelire. Quod autē Myrrha & aloe condita Corpora durent integra in annos multos alias in superiorib⁹ dixim⁹. et nos vidim⁹ oculis nostris cadauer vnū in ciuitate legionēsi / q̄d vna manu tam facile suspēdebam⁹ qū esset vn⁹ hędus. Erat autē i loco vbi crucifixus ē hortus, et in horto monumētū nouū. Et posuit eū Ioseph in monumēto suo nouo, quod exciderat i petra. Iuxta Marth. et Luc. et Mar. Ioā i q̄ nō dū quisq̄ posit⁹ fuerat. Ibi ergo ppt̄ pāsceue iudęorū q̄a iuxta erat monumētū posuerūt Iesū. Mar. Manet aduoluit Ioseph saxū magnū ad ostium

A B C D D

Exo. 23. Matth. 26. Canti. p 1. Augustin. Faber. Alexāder. pūerbiū. Diodorus Plinius. Alexā. Aaron. Nume. 20. Caspii. Abulēsis. Ioann. 19. Matth. 27.

Matth. 26. Luca. 2. Matth. 8.

monumenti, et abijt. Impletum est igitur quod dixit qui mentiri nescit filius hominis non habet vbi vel caput reclinet. Natus reclinatur in presepio iumentorum, moriturus in cruce latronum, pascha celebraturus hospitium mendicat a nescio quo bono Zacchęo, Hierusalem concessurus, pro iumento mittit duos e suis, mortuos conditur in sepulchro iusti Ioseph. Non habebat igitur christus tumulum proprium. Et enim tumulus his paratur qui sub lege sunt mortis, vita & victor mortis tumulum suum nō habet. Ad quid enim sepulchrum resurrecturo post tres dies? sepelitur tamen in tumulo, sed erat monumentum hoc iusti Ioseph, vt haberet christus vbi caput reclinauerat. Specialis ergo & preter comunē omniū mortem mors christi est & ideo non cum alijs sepelitur, sicut legimus de Iacob dicēte: sepelite me cum patribus meis. Gene. 49. vide textum. Solus igitur sepelitur qui solus factus est sicut homo inter mortuos liber Quod si permisit se inungi libris centum, mox exutus pelles hędorum, quas vt imponeret principi huius sęculi ad tempus acceperat, pietati horum virorum iuxta cordei datum est: quia reuera opus bonum operati sunt, & e cruce deponendo, & sindone inuoluendo perunctum myrrha & Aloe, & ad sepulchrū deducendum. Alexandro sagitta grauiter percusso: vbi castra mota sunt, ingens certamen gestandi Regis est inter equites & milites ortum, tantisperdū vulnus curaretur, ille ratus fore vt dum vnis omnino se crederet alios offenderet: per vices gratissimum onus (terrę onus) vtris q; partitus est. Habes studium militum & equitum erga Regem suum, qui tamen homo erat, atq; vtinam non & Tyranus. Et isti igitur beati viri collum suum iugo christi subiecerunt, collocantes corpus domini in monumento nouo. Bene autem in nouo: ne alius suscitatus a perfidis iudęis crederetur vel predicaretur. Nam & ipsum monumentū excisum erat in saxo, ne si ex multis lapidibus ędificatum esset, inquit Hieronymus Suffossis tumuli fundamentis, ablatus furto diceretur. Ex simplici autem sepultura domini ambitio diuitum condemnatur qui nec in tumulis quidem possunt carere diuitijs. Ibi ergo propter parasceuem iudeorum &c. Nam quia iuxta Legem a vespera in vesperam celebrant iudęi sabbata & cęteras festiuitates. Erat q; iam sero, necessarium fuit cesare ab omni seruili opere; veruntamen officiū sepulturę illius diuinum opus erat, non seruile Augustinus. Accelaratam vult intelligi Ioannes sepulturam, ne aduesperasceret, quando iam propter parasceuem quam cęnam puram iudęi latine vsitatius apud nos vocāt, facere tale aliquid non licebat. Ita q; cum esset sero ne corpus relinqueretur in sepultū, minimo negotio in proximū monumentū reposuerūt facturi alioqui planctū magnū super eū. Actus s. si per tempus licuisset, sed quādo trāsito sabbato licuit iā Cere euomuerat Ionā: & geminarat virga Aaron, Et aduoluit saxū ad ostiū monumēti. Quod & ipsū consilio diuino actum est, ne lupi illi furtim sęuirent in corpus. Hortus autē in quo est monumentū christi Ecclesia est: quę vocatur hortus conclusus & paradisus deliciarum. In hoc enim horto & non alibi ē memoria mortis christi. Huic autem ecclesię dicit dominus in cāticis. Pone me vt signaculum super brachiū et cor tuū quia fortis est vt mors dilectio qua dilexi te vsq; in finem. Cum dicit: pone me super cor, perinde est ac si dicat sit memoria mei penes te, sit monumentum meum in horto tuo, & illud aduoluto saxo occlude. Si enim consepulti fuerimus cum illo, simul & conregnabimus. Roma. 6. Maria autē Magdalene & Maria Ioseph aspiciebant vbi poneretur. Matthęus. sedentes contra sepulchrum. Lucae. & sabatū illucescebat, Subsequutę autē mulieres quę cū eo venerāt de galilea viderūt monumentū, & quemadmodū positū erat corpus eius, Et reuertētes parauerunt vnguenta & aromata. Et sabbato quidem siluerunt secundum mandatū itaq;, & si quia fęminę (fragilis sexus) nutarent, & starent a longe moriente domino, non tamen recedētibus multis ex notis & amicis christi ipsę recesserunt; sed quę in vita sequutę fuerāt, ad sepulturā vsq; comitātur, & oia perscrutātur vbi & reposītū esset corpus, quo & appetu positū. Fugiūt igitur viri & assistūt fęminę orbatę licet tāto bono vt sūt cōpatientissime & genus deuotū, ac proinde primę fruūtur bonorū cōtēplatione. Theophyl. Mariā Ioseph, deiparam intelligit. Iacobus. n. & Ioses filij erāt Ioseph e priore eius vxore. Verū quia deipara vxor Ioseph dicebatur, merito & filiorū eius dicebatur mater idest nouerca. Mater aūt filiorū Zebedei Salome dicebatur, quā et ipsā Ioseph filiā aiunt. Hec ille. de hac positione alij viderint. Certe faber prope argumētis euidētibus cōcludit, Annā semel nupsisse, immaculatā virginē sororē nullā habuisse, sed vnicā fuisse sicut & patri, ita & Annę matri suę. Fęminę itaq; istę cū posteriores recessissent a monumēto, priores tā reuertūtur. Deniq; ideo domos repetunt, vt parēt & ipsę aromata sua, imitātes Nicodemij pietatē. Forte aūt fęminę hę aliquid pciosius volebāt infūdere in corpus sui magistri, parū aut nihil (q; verus ē) de resurrectione cogitātes. Verū ideo dns sustinuerat infūdi caput suū in domo simonis, & pedes a sorore Lazari Maria, quia istarū fęminarū officia nō erat expectaturus, āte venit. n. resurrectione sua diligētiā illarū, ita vt videātur lusisse opam & impēsam. Profuit tā illud passę sua vnguēta, quia dū pgunt vnctum defunctū, offendūt viuētē, Quod q; dicit, sabbatū illucescebat: diceret, parasceue noctescebat: vespam parasceues intelligit, quę quo ad celebritatē erat prima pars sequētis sabbati in quo iuxta legē ocīādū erat Sequitur. Matt. 27. Altera aūt die quę ē post paraceuē cōuenerūt principes sacerdotū et pharisei ad pilatū dicētes. Dñe recordati sumus. q; seductor ille dixit adhuc viuēs, post tres vel intra tres dies resurgā. Iube ergo custodiri sepulchrū vsq; in tertium die. ne forte veniāt discipuli eius: et furētur eū. et dicāt plebi surrexit a mortuis, et erit nouissimus error peior priore. Theophyl. Obserua quod dicēs, altera die, sabbatum intelligit, sed euangelista sabbatum non nominat sabbatum, eo quod iam non erat sabbatum, quantum ad iudeorum insaniam attinebat. Cum. n. lex cauerat, ne quis se moueat die sabbati a loco suo, preuaricatores preuaricatores iudei vix orto sole conueniunt, & velut coniurati vadunt ad alienigenam pilatum dicentes. Domine recordati sumus, quod seductor ille. Plutarchus. Illa vero Solonis lex laudarat

Margin: Ambro. — ps 87. — Gene. 27. — Alexan. — Hierony. — Leui. 24. — Augusti. — Num. 17. — Canti. 4. — Canti. 3. — Marci. 15. — Theophy — Faber. — Matth. 26. Ioan. 12. — Theophy — Exo. 26. — Plutar.

F G H I K

laudatur preceptũ, quę prohibet in defunctos maledicta regerere. Nam & pium est Eos sacros ducere, quia vita discesserunt, & iustum his qui esse desierunt abstinere & ciuile/inimicitiarum aliquando modum statuere, nec in infinitum progredi sinere. Refert suidae de statua Niconis pugilis, cui iam defuncti statuam cum ęmulorum vnus odio indulgens, fustibus cęderet, tanq̃ Niconem ipsum viuum cõtumelia afficiens, statua manium eius vltrix in cędentem ipsam collapsa, oppressit eum & extinxit. Propter cuius necem eius Herodes statuam ipsam necis reum egerunt apud Thasios lege Draconis, tãdemq̃ statua necis damnata sententia iudicum, in mari demersa est, Mortui enim aliquando mordent, verum quod

A ad rem attinet/iuxta prouerbium sero sapiunt phryges isti, & multum dormierunt, hoc est sero Experrecti sunt sed lucubrauerant nocte precedenti Quod enim si in nocte precedente sabbatum discipuli venissent & furarentur corpus magistri sui quid prodesset custodiã apponere post bellũ videlicet auxiliũ, Itaq̃ boni isti fulcrones q̃ primũ intellexerunt dominum sepultum, accesserunt ad pilatum. Non enim expectasse eos vsq̃ ad mane sabbati, si id rescissent, sepultum videlicet dominum in vespera parasceues. Itaq̃ quoniam noctẽ que precesserat parasceuem in somnem duxerant in domo Cayphe, Consequens erat vt re bene & prospere acta, noctem sequentem parasceuem totam dormirent. Sed tandem recordati sunt. Quo suggerente Origenes. Dicit liber pastoris, q̃ bini angeli singulos quosq̃ homines comitentur bonus bona suggerens, malus item cogitationes malas. Per hoc autẽ nihil nobis accidere potest nisi q̃ commouemur vel in-

B citamur vel prouocamur ad mala vel bona, nostrũ autem est, vel bonis vel malis obsequi. Quod autem memorię nostrę vel bona vł mala suggerãtur, vide quomodo Assuero ab angelo suggestũ est. Vt faceret ante se anales relegi, vt exaltaretur. Mardocheus & suspenderetur Amam, iudęorumq̃ gens de tanto periculo eximeretur per contrariam vero potestatem suggestum est istis bonis reipublicę zelatoribus vt venirent ad pilatum dicentes, domine recordati sumus Interim autem Samson surrexit media nocte. Recordati sunt a satana, sed sero, quia reuera tunc maxime vigilandum erat, sed aliquando etiam bonus dormitat homerus. Recordati sumus tamen q̃ seductor illi dixit. Origenes. Dicite sacerdotes, cum dixisset Iesus soluite templum hoc: ad quod propositum dixisse id putatis, an de solutione & resurrectione corporis sui, an de templi destructione & reparatione, Si primum intellexistis, quomodo contra eum testes pro fertis, q̃ de templo dixerit materiali si autem vere de templo illo non intellexistis, secũdũ quod & testimonium perhibuistis, vnde modo scitis q̃ dixit: post tres dies resurgam? vide ergo quomodo impietas se ipsam

C suis verbis impugnat Isti igitur iuxta prouerbium, cum laruis luctantur mortuos iugulant, timentes vbi non est timendum imo merito timebant profani isti, tanto perpetrato parricidio, sicut rei exitus docuit. Venerunt enim Romani & tulerunt locum illorum. &c. Et hęc sunt tempora iudeorũ, qui nuperrime exultabant, Capta arca dei capto Samsone, attonso, exoculato, donec capilli eius renasci cęperũt, Si mortuus est, quid refert, si furentur eum sui? Ad hec Hieronymus, Principes sacerdotum licet immensum facinus in nece domini perpetrauerint, tamen non suffecit eis/nisi etiam post mortem eius conceptę nequitię virus exerceant, famam eius lacerantes, & quem innocentem sciebant, seductorem vocant pascitur in viuis liuor, post fata quiescit. Ouidius. Isti nec victa functio parcũt, Sicut vbiq̃ indurabatur cor phariseorũ & sacerdotum sicut olim cor Pharaonis post talia & tanta prodigia, seductor igitur vocatur dominus ad cõsolationem seruorum dei, quibus dictum est. eritis odio omnibus hominibus: sed propter nomen meum.

D Matth, 10, iube ergo custodiri sepulchrum vsq̃ in diem tertium: ne forte Sãsom sub latis portis media nocte: fugiat in montem, id si factum fuerit: & persuasum populo, erit nouissimus error peior priore. Nimirũ prior error paucorum fuit, nouissimus autem (quia vires acquirit eundo) omnium Iudeorum vsq̃ in finem seculi. Omniũ dixi eorum ad quos fama huius mendacij confictĩ peruenerit, furati sunt eum nobis dormientibus. Quod si aliqui interim conuertentur, rariores sunt phenice. Prior error est, q̃ sanguinem iusti non emerunt, pilato tradiderunt: pecuniã a Iuda oblata accipere noluerunt, vt dicerent, peccauimus emẽtes sanguinem iustum, sed obstinatis animis ad crucem eum pertierunt, iudicante pilato illum dimitti non semel aut bis sed plusq̃ septies, sed error hic veniam meretur: dicente petro, scio q̃ per ignorãtiam fecistis, & cursus, nesciunt quid faciunt. Luc. 23. At secundus error peior est priore. Et quia error hoc dissimulãdo dicite, nobis dormientibus, sublatum est corpus a discipulis suis, Et hic tantus error cuius nullam possunt pretendere ignorantiam, emptus magna sũma pecunię, diffamatus est apud Iudeos vsq̃ in presentem diẽ.

Ait illi pilatus habetę vel habetis custodiam. Ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signãtes lapidem cum custodibus. Ite inquit si vestra refert timere ne mortui mordeant ne mortui vobis excitent aliquam tragędiam, negocium ve facessant, &

E custodite vel ad menses tres, vel si & hoc refert/ad annũ integrum, quoniam abundans cautela non nocet. Tacti igitur dolore cordis & pręcauentes in futurum, quod est proprium prudentis, iube inquiunt apponere custodiam sancto Dauid, ne forte aufugiat per fenestram, relicta in lectulo caprarum pelle. Vos igitur inquit iudex, vt res careat omni dolo & fraude, ite & custodite sicut scitis. Tamen scitote q̃ cum Noe ebrius se ipsum excitauerit a somno illo triduano, percutiet inimicos suos in posteriora, & obprobrium sempiternum dabit illis: sicut est dies hęc. Gene. 9. Quod autem dicit, munierunt lapidem cum custodibus Custodes isti qui vocantur priore loco/custodia/apparet eiusdem ferme hominum genus fuisse, cuiusmodi sunt parisijs quadringenti/ ad publicam ciuitatis custodiam designati, igitur & sigillum & custodes & lapis, & sepulchrum nouum testimonium confirmant resurrectionis domini nostri Iesu christi, de qua in consequentibus dicendum est.

Puerbiũ. — Origenes. — Ester, 6. — Iudi, 16. — Origenes. — puerbiũ. — Hierony. — Iudi, 16. — Actu, 3. — 1. p. 17. Figura. pa. 7.

EXPLICITVR VNDECIMVS LIBER.

LIBER DVODECIMVS INCIPITVR.

Libri duodecimi primū caput. Fit terromotus mane resurrectionis, Angelus reuoluit lapidem: exterriti custodes fugerunt. Maria magdalene Maria Iacobi & Salome emunt aromata vt vngant Iesum perueniūt orto sole Angelus dicit eis ne timeant, dominum iam surrexisse. Mittuntur vt dicant petro & ceteris, q̄ dominum videbunt in Galilęa.

F

Matth. 25

VEspere autem sabbati quod lucescit in prima sabbati. 75, dist. Cap. a patribus), venit Maria Magdalene & altera maria videre. i. adui dendum. sepulchrum. Marcus. Ita. Et cum trāsisset Sabbatum Locer. Vna autē sabbati valde diluculo. Ioannes, vna aūt sabbati idest prima die post sabbatum, Sed Ioannes, solam Mariam Magdalenam venisse commemorat. Matthęus huic Marię alteram Mariam adiungit dicens, & altera Maria, videre sepulchrum. Ceterum Marcus his duabus tertiam copulat dicens, Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata: vt venientes vngerent Iesum. Lucas autem non tres tantum venisse cōmemorat, sed multas: Ita enim dicit. Subsequutę mulieres quę cum eo venerant de Galilęa: viderunt monumentum, & quem admodū positum esset corpus eius, & reuertentes parauerunt aromata & vnguenta, & sabbato quidem siluerunt secundum mandatum. Sequitur. vna autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum: portantes quę parauerāt. Apparet q̄ feminę istę quamuis viderint locum in quo dominus positus fuerat a Nicodemo & Iosepho non tamē viderunt quomodo vnxerunt illud aromatibus, quia si id vidissent: non agerent actum, Ementes aromata. &c. Verecundia siquidem muliebri non audent appropinquare, visura quid viri fecerint in corpore Iesu. Liquet ergo collatis ad inuicē quatuor Euangelistis, q̄ multę fœminæ venerūt & cum aromatibus, & prima die post sabbatum, & valde diluculo, sed inter habeatas feminas trium nomina explicantur videlicet Maria Magdalene, Maria mater Iacobi & Ioseph, & salome, venerūt autē vt vngerent corpus Iesu. Nec illud obstat, q̄ Marcus dicit & valde mane veniunt ad monumentum. Orto iam sole. Et Lucas valde diluculo, & Ioannes. cum ad huc tenebrę essent, & Matthęus. vespere sabbati quod lucescit in prima sabbati. Cum nihil aliud significetur his verbis, nisi q̄ orta & micante aurora profectę sunt a hierusalem, tamen orto sole peruenerunt ad hortum in quo erat sepulchrum. Hieronymus. Matthęus dixit vespere sabbati mulieres venisse ad sepulchrum idest sero/ non incipiente nocte, sed iam profunda & magna ex parte transacta: hoc est appropinquante iam luce dominice diei. Ioannes autem cum ad huc tenebrę essent venit inquit. Eius dem igitur atq̄ vnius tēporis idest medię noctis atq̄ gallorum cantus alterum finem/ alterum patet dixisse principium. Potest enim dici sanctas feminas christi absentiam non ferentes, per totam noctem non semel/ non bis, sed crebro ad sepulchrū domini cucurrisse, presertim cū terremotus & saxa dirupta & sol fugiēs, & rerū natura turbata, & quod his maius est/ desiderium saluatoris somnū rupisset feminarum. Sequitur ex eodem Hieronymo. Quatuor autem fuisse Marias in Euangelio legimus: vnam matrem domini saluatoris: alteram sororem eius, quę vocatur Maria Cleopha. Tertiam mariam matrem Iacobi & Ioseph licet quidam hanc materterā esse contendant, sed Theophylatus/ hanc non sororem, non materteram sed eandem contendit esse cum Maria matre Iesu. Quarta maria Magdalena. Hec ille. Adde tu Mariam sororem Marthę que nulla est ex precedentibus. Itaq̄ post naufragium Ione, cum iam transisset sabbatum legis: dicente domino: consummatum est, dies illa beatissima illuxit sedentibus in tenebris & vmbra mortis: dies de qua dicitur: Iudeis noua lux oriri visa est, gaudium (id quis explicet/ nisi qui expertus est: si forte tamen & ille explicare possit,) honor & tripudium. Apud omnes populos vrbes atq̄ prouintias quocunq̄ Rumores isti boni de resurrectione christi peruenie bant, mira exultatio epulę atq̄ conuiuia & festus dies, in tantū vt plures alterius gentis & sectę christianę religioni & ceremonijs eius iungerentur, vn de tanta exultatio in ecclesia paruula. et Iona emergente, que iam digestus & absumptus putabatur aceto. Dum igitur sabbatum transisset (quo die dominus tartarea regna predabatur, alligato per mille annos principe tenebrarum) iam enim hyems transijt, & flores virgę sacerdotis magni visę sunt in terra. Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata. Reuera immemores verborum illorum, quę vtilitas in sanguine meo, dum descendero in corruptionem. Psalmo. 29. [illegible] illorum, non derelinques animam meam in inferno, neq̄ dabis sanctum illum tuum videre corruptionem, ardebit in morte, sed non incinerabitur. Virga enim quam Moses proiecit in terram idest in sepulchro, non diu ibi mansit, sed apprehenda inquit caudam eius, crede resurrectionem eius, Exo. 4. Ideo arca in qua erat Manna & tabule & virga que germinauerat, ex ligno quod cariem non sentit fabricata est. Horum igitur mysteriorum tot & tātorū rudes feminę iste beatę, aromata parant humanū obsequiū impēdētes, vt vnaniētes vngerēt Iesum vnctū iam liberis Gentiū Mirrhe & Aloes, quē & pater vnxerat oleo exultationis & spiritus septi formitatis

G H I K

Hieroni.
Idem.
Theophil.
Ioann. 19.
Luce. 1.
Ester. 8.
Ionas.
Apoc. 20.
Num. 17.
Ps. 15.
Exo. 4.
Hebr. 25.

Erat enim deus cum corpore in sepulchro & cum anima apud inferos. Māna autem quod alias seruatum in diem alterū vermes scatebat, positum intra vas vnum admirabile/opus excelsi quod ee plastea om-niū dissipatū ad tridetū/reformauit sicut placuit (o sicut placuit) in oculis suis incorruptum seruatū est & seruabitur in generationes seculorum, Exo. 16. Ideo q vntione temporali non egebat. Tamē feminę iste beatę vt desiderio suo facerent satis, emerunt aromata: vt vngerent dnm Iesum. Veniunt autem orto sole qui in parasceue occiderat eis in meridie. Amos. 8. An potius retrocesserat lineis decem. Vanum est au-tem vobis ante lucem surgere. ps. 126. Quare vanum? Quia sine me qui lux sum mundi (Ioann. 8.) Nihil potestis facere: nihil potestis cogitare. Ioann. 15. Sed comite ac duce eo, qui illuminat omnem hominem (Ioann. 1.) de quo dicitur, facies mea precedet te. Venerunt ergo orto iam sole, inter ambulandum confe-rentes ad inuicem de his que facta fuerant die precedenti. Quęq dixerit dominus cum duceretur ad mor-tem. Quę et passus fuerit quomodo nudatus, crucifixus, potatus felle, demissa sorte super vestes, quomo-do orauerit pro peccatoribus donauerit paradisū latroni, alloquutus fuerit & matrem & discipulum vni-ce dilectum, commendauerit spiritum patri cum clamore valido. Quomodo vita functu latus sit transfi-xum, & mater eius immaculata semianimis ceciderit secus crucem. Hec & multa huiusmodi cōferebant ad inuicem Religiosę hę feminę tanq̄ oues mundę quę iuxta legem ruminant. **Et ecce terre motus factus est magnus, angelus autem domini descendit de cęlo, et accedens, reuoluit lapidem: et sedebat super eū.** Factus est terremotus in morte eius, vt conuerterētur peccatores, factus est terremotus in eius resurrectione vt terrerentur illusores, sicut scriptū est. Exurgat deus, & dissipen-tur inimici eius, qui sepulchrū asseruabant. A terremotu. n. & a facie angeli descēdētis de cęlo exterriti sūt Angelus aūt dn̄i propter duo descēdit, vt feminas alloqueretur, & vt sepulchrū (reuoluto lapide) vacuū ostenderet, nec aliud sibi esse q̄ pelles caprarū Dauid, qui infirmitatē simularat, vt illuderet ipsi Saul Regi, Non enim vt viā pararet domino resurgēti/lapidē remouit, sed cetus ipse Euomuit sanctum Ionam, crepās forte medius, quod iuxta mysterium dixi, serpens igitur qui nudius tertius pendebat in cruce (Num. 21.) relictis & exutis exuuijs in foramine acus nescio cuius, redituum sed renouata iuuentute sicut aquilę/ re-dijt ab inferis, & mors illi vltra non dominabitur. Rom. 6. Et hoc est quod Matthęus dicit, reuoluit lapi-dem & super eum sedit. Tenebatur triduo vita clausa sub lapide, i. sub potestate mortis (sed illo volenta & permittēte tenderi) sed iam angelus magni consilij sedet super lapidem, calcata morte, & mors illi vl-tra nō dominabitur: iuxta illud, O mors ero mors tua. Ergo quod attinet ad dominum christū. Mura mor-tua tunc est, quando in ligno mortua vita fuit. Cęterum virge generis humani, vsq̄ in finem seculi aridę permanebunt, & in illis adhuc venit mors, quia statutum est hominibus semel mori. Quod autem se-quitur. **erat autem aspectus eius sicut fulgur, vestimenta eius sicut nix.** Aspectu quidem te-rrentur impij custodes. vestimentorum candore demulcentur beatę illę foeminæ quę & ipsę nō nihil per-territę fuerant, vnde alloquio angelico consolari meruerunt. Simul autem ostenditur habitus iudicis ven-turi in nubibus, qui & terribilis videbitur impijs, facies autem eius plena gratiarū his qui orant patrē clau-so ostio: dicentes, adueniat regnum tuum. Matth. 6. Merito ergo hę foeminæ diuinam consolationem me-ruerunt, qui mortui sepulchrum foemineo licet ac fragili sexu prima luce inuiserūt. Cęsar aliquando condi-torium & corpus Magni Alexandri cum prolatum e penetrali/subiecisset occulis, corona aurea imposi-ta ac floribus aspersis veneratus est. Consultusq̄, num & ptolemęum inspicere vallet, Regem autem se voluisse videre: non mortuos: quasi alexander inter deos translatus esset: qui orbem per Tyrannidē sug subiecerat seruituti: non item ptolemęū qui iuste regnauerat respectū Alexandri. De huiusmodi reliquijs dictū est, dimitte mortuos sepelire mortuos suos. **Prę timore aūt eius exterriti sunt custodes, et facti sunt velut mortui.** Hi sunt de quibus dicitur, dabit impios pro sepultura eius, qui non grām sui ipsorū vita donantur, sed vt testes fierent occulati apud principes sacerdotū eorū quę viderāt. **Dicebāt autem mulieres ad inuicem. Quis reuoluet lapidem ab ostio monumēti?** Hoc est, Quis est homo viuens, qui non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi? ps. 88. vnde plinius insani-endo dicebat lib. 7. Cap. 55. Post sepulturam alię atq̄ alię maniū ambages. Omnibus a suprema die eadē quę ante primum. Neq̄ magis a morte sensus vllus aut corpori aut animæ q̄ ante natalem, Eadem enim vanitas in futurum etiam se propagas, & in mortis q̄; tempora ipsam sibi vita mētitur. Alias immortali-tatem animæ, alias transfigurationem, alias sensum inferis dando, & manes colendo, deumq̄ faciendo, qui iā etiā hō esse desierit. Ceu vllo modo spirandi ratio hominis a Ceteris animalib? distet, aut nō diu tur-niora in vita multa reperiātur, quibus nemo similem diuinat immortalitatem. Quod autem corpus ani-me prosequitur naturā, vel materiā vbi cogitatio illi? Quomodo visus, auditus, aut qui tāgit? Qui visus eius, visa, aut quod sine his bonum? Que de inde sedes? Quanta ve multitudo tot seculis animarum ve-lut vmbrarum? Puerilium ista deliramentorum auide q̄ nunq̄ desinere mortalibus commenta sunt. Simi-lis & de asseruandis corporibus hominum ac reuiuiscendis promissa a democrito vanitas, quę non reui-xit ipse. Quę malum ista dementia est, iterari vitam morte. Quę genitis quies vnq̄, si in sublimi sensus a-nimę manet, inter inferos vmbre. Perdit profecto ista dulcedo credulitasq̄ precipuum naturę bonum/ mortem, ac duplicat obitus, si dolere etiam post futuri existimationem euenit. Huc vsq̄ plini? delirauit, & cū eo omnes, quorū vox ē: comedamus & bibamus, cras. n. moriēdū ē, a morte autē nihil. Ad hęc pau-lus si mortui nō resurgūt, miserabiliores sum? cūctis hominib?, qui ducētes in bonis dies suos (Iob. 21) pau-cos et malos iuxta Iacob sētētiā, in pūcto ad inferos dīscēderūt vel vt ipsi putāt ad elisios cāpos, duos sibi p-mittēces padisos, q̄rū nos neutro fruemur, qui & hic castigamus carnē, & in seruitutē spūe redigimus, & a morte nihil erimus, si mortui non resurgunt. Vides magnum lapidē positū in ostio monumēti: de hoc infra

Et ref

Figura. Eccle. 4. Hiere. 18. Esai. 38. Exodi. 33. Leui. 11. ps. 67. 1. p. 19. Figura. ps. 102. Iudi. 16. Osee. 13. Nume. 17. Hebre. 9. Ester 15. A. Cęsar. Matth. 8. Esai. 53. Marci. 16. Plinius. 1. Cor. 15. Genes. 47. p. Cor. 9.

Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et cum victis feminae impares essent tollêdo lapidi, non meminerunt alterius scrupuli multo difficilioris: obsignatus quippe erat autoritate presidis, & adhibiti custodes ne qua vis fieret sepulchro. Sed que non suffurandi gratia sed vngendi corpus venerant, nihil sibi formidandum censebant si permittentibus militibus reserarent sepulchrum. Potest simpliciter dici, ꝙ femine beate vtrunqꝫ ignorabãt, & signatum monumentũ & custodiam appositam.

de conse. di. 3c. fina li, et dist. 5. c. hi duo

Respõdens autẽ angelus: dixit mulieribus. Nolite timere vos scio enim ꝙ Iesum qui crucifixus est queritis, non est hic surrexit .n. sicut dixit. Marcus ita. Et introeuntes in monumentum: viderunt iuuenem sedentem in dextris: coopertũ stola candida, & obstupuerunt. Qui dixit illis. Nolite expauescere. Iesum queritis Nazarenum crucifixum. Non est hic. Ecce locus vbi posuerunt eum, sepulchrum christi duplex erat sicut & sepulchrũ Abrae: idest erat loculus intra conditorium, & ostio conditorij appositus erat lapis obsignatus nam loculus ipse lapide nõ claudebatur. Vnico igitur sublato lapide, patuit introeuntibus sepulchrum vacuum esse. Apparuit autẽ angelus in iuuenili forma & habitu, quia in resurrectione reuouabitur velut aquile vetus hõ, mors enim vltrã non erit, non senectus, non infirmitas, non luctus non mesticia, dicente paulo, nouissimus inimicus abolebitur mors. pri. Corin. 15. Sedebat autem in dextera iuxta illud Leua eius sub capite meo in presenti vita, & dextera illius amplexabitur me in eterna retributione. Hic enim circa multa laboramus cum Martha, ibi vni soli vacabimus, cum Maria. Luc. 10. Stupor autem feminarum de insolita erat visione angelici Numinis. Quandoquidẽ & immaculata perturbatur viso angelo intra cubiculum suum. Et illi/nolite inquit expauescere, siquidem hic dies boni nũtij est & angelis & hominib⁹, & sanctis omnibus, maxime autem illi cui dictum est, tuam ipsius animam pertransibit gladius, & ego si tacuero, sceleris arguar. 4. Re. 7. Et vnde boni nuntij dies hec? Origenes. Quantum ego capio et sapio, illud aduerto, ꝙ multo sit magnificentius in laudibus dei excitasse christum dominum a mortuis, ꝙ̃ fecisse celum & terram, & creasse omnes celestes virtutes. Illum enim fuit facere que non erant, hoc autem reparare quod videbatur perijsse. i. restituere quod delectum erat tabernaculum videlicet dauid iuxta Amos. Cap. 9. illud .n. iussione hoc passione perfectum est. Et tamen cum hoc precesserat forma & typus huius tam magnifici misterij. Quandoquidẽ credidit abraam pater fidei nostre, ꝙ potens esset deus excitare a mortuis vnicum quem immolare iubebatur, Etiam solutum in cineres vnde illud. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi. Tolle filium tuum vnigenitum & offer illum mihi. Ecce luctus. Ne extendas manum super puerum, Ecce gaudium. Quare autem gaudens offerebat? Quia in eo non interitum posteritatis, sed reparationem mundi & innouationem totius creature que per resurrectionem domini restituta est, Cogitabat. Vere ergo hic dies boni nuntij est. Contigit aliquando vt Philippus vno die potideam sit ipse adeptus, & Alexandrum sibi ex Olympiade natum acceperit, illyrios ꝙ a parmenione suarum copiarum duce prelio fusos, & in olympio stadio ipsius equus victor extiterit, a deo fortuna illi in multis vno tempore arrisit. Sed gaudium huius cum multorum cede fuit, hic autem dies omnibus qui velint credere boni nuntij est, & iuxta quod canit propheta, hec est dies quam fecit dominus. Quare hec dies plusqꝫ ceteri? Nam in lege septimam diem dedicauit deus requie sua. Isto requieuit .n. dominus in sepulchro die septima, post ꝙ̃ operatus est salutem in medio terre. Ibi .n. ad predam ascendit, & obdormiuit sicut leo. Genes. 49. Et quis excitabit eum: hec dies quam fecit dominus. Qui enim in. 7. quieuit, in octaua (ipsa est & prima) cum preda cum ingenti tum & preciosa (alligato forti) reuertitur in sanguine testamenti sui noui & eterni educens vinctos suos. Zach. 9. hec vna causa ꝙ hec dies quam fecit dominus. Ad hec sciendum iuxta cõmunẽ sententiam doctorum, ꝙ christus in triduo mortis sue non fuit homo. Humanitas autem a qua christus denominatur homo/Corona erat qua mater sua illum coronauerat in die desponsationis sue & letitie cordis sui. Deposuerat igitur Rex pacificus Salomon ingressurus locum certaminis regalia insignia & maxime hanc coronam, pro qua in hoc triduo titulum accepit in hanc sententiam. I. N. R. I. hanc igitur coronam hodie recepit, & capiti suo aptauit: & vocatur deus homo, ideo hec dies boni nuntij est. Ex hoc. 2. sequitur tertium, Nã si christus in triduo non fuit homo nõ fuit filius hominis, consequenter dicendum est, ꝙ in illo triduo immaculata non fuit mater. Cum .n. maternitas sit relatio realis deficiente altero extremorum deficit alterum. Porro maternitas in virgine gloriosa qua non preciosi⁹ aliud est iuxta damascenũ summũ ac maximũ priuilegiorum que accepit a deo, de quib⁹ canit ipsa, fecit mihi magna qui potens est. Cum igitur hodierna die resurgente filio, ipsa rursus mater dei & hominis dicatur, merito Ecclesia in hac die toties replicat verba ista hec dies quam fecit dominus. Iesum inquit queritis Nazarenum crucifixum. Non est hic. Ecce locus (quem digito vacuũ ostẽdit) vbi posuerunt eum. Sicut autem dicit Augustinus, in nullo tantũ fidei nostre contradicitur a sapientibus seculi huius, sicut in mysterio resurrectionis. Quo negato, iuxta apostolũ, vana est fides nostra, vana & spes nostra, vana reuera, si hominis & iumenti vnus est interitus. Vana/si virga Aaron non refloruit, illa post annos multos, xp̃s post tres dies, Vana si Noe ebrius nunqꝫ est excitatus, si Isaac immolato ariete, non est reuersus post diem tertium ad matrem suam. Gene. 22. Vana si virga Mosi versa in colubrum, non est reuersa ad naturã suã, si Samson non surrexit media nocte. Iud. 16. Si Ionas tercia die non est euomitus a ceto, vt predicaret gentibus penitentiam. Vana inquã si Dauid non aufugit per fenestram, cum egrotare credebatur. Et hec sunt signacula septem de quibus. Apoc. 5. vidi inquit librum signatum. &c. Hũc quia nemo poterat legere, non aperire, non vel aspicere, Ioanni autem flenti largius propter hoc, dictum est, vide ne fleueris. Ecce vicit leo de tribu Iuda. Quem vicit? Fortem illum Goliath, qui cotidie exprobrabat exercitui dei viuentis. Vicit autem baculo & .5. limpidissimis lapidibus, & funda. Nec illud preter eundũ, ꝙ Goliath

Apo. 21. | Canti. 2. | Luce. 1. | Luce. 2. | Origenes | Hebre. 11. | Ps. 29. | Philipp⁹ | Ps. 117. | Gene. 2 | Ps. 73. | Christus | Canti. 3. | 3. Re. vi. | Maria. | Luce. 1. | Damace. | Augustin⁹ | Eccle. 3. | Gene. 9. | Exodi. 4. | 1. Re. 19. | 1. Re. 17. | 1. Re. 17.

F G H I K

liahi suo propio gladio iugulaś, deiectue tamē vno lapide. Et obserua: q̄ gladi⁹ in manu golrath gladi⁹ erat in manu Dauid ante pugnam Baculus, post victoriam ecclesie vexillum. Itaq̄ victor de hoste reuertens, ad preceptum Pharaonis de carcere educitur, & attonsus noster Samson Nazareus & Nazarenus suppullulantibus Cincinis: stola byssina. Induitur, miserant enim sortem super vestem suam fratres sui. Gene. 37. Ioann. 19. Et datus est anulus in manu eius, est enim sponsus ecclesie. Ephesi. 5. Et collo torques aures circundata est. fune enim collo implicito ductus est ad crucem. Et iussus est ascendere currum secundum, precone precedente & clamante: in nomine Iesu omne genu flectatur, quia ipse est vere saluator seculi. Ipse est agnus qui occisus est, ipse leo de tribu Iuda, qui occisus vicit, vt aperiret librum et septem signacula eius septies enim licet iu[s]t[us] cadat iustus in die pars sceoes, resurget tamen. Prouerbio. 14. Aliaa vt predicitur huic positioni que basis est prora & puppis fidei nre: omnis schola philosophorū cōtradicit inquiens: ab habitu ad priuationē tendere naturā a priuatione ad habitū impossibilem esse regressum. Si enim oculum semel amissum natura separare non potest, quanto minus totā corporis harmoniam in tenuissimos redactam pulueres. Proinde Paulus cum resurrectionem predicaret Athenensibus, nouorum demoniorum videbatur anuntiator. Actuum. 17. Sed audi Paulum, Tradidi vobis: q̄ christus mortuum est, & sepultus, & q̄ resurrexit secundū escripturas, nisi frustra inquit credidistis, p. Cor. 15 Quid est nisi frustra credidistis? vno incōueniēti dato, multa sequuntur. Xp̄s predixit nec semel se resurrecturum tertia die a morte sua, & perte non resurrexit. Quomodo ergo credam me resurrecturū in nouissimo die? si in vno mendax inuenitur dn̄s Iesus xp̄s, vno inconuenienti dato, multa sequūtur. Que multa: si inanis est fides nostra, inanis spes vr̄a in peccatis vr̄is estis. Inueniemur & falsi testes dei, si xp̄e nō resurrexit: nec mortui resurgunt, animi erit cum corpore hominis & iumenti eadem est conditio. Quis autē crederet resurrectionē futuram in fine seculi, nisi precessisset imago eius in primo genito ex mortuis, quando vix elapsis a morte xp̄i. 40. horis, Iam pene exaruerat omnis spes in corde suorū, quorū omnium vox illa fuit pro illo tēpore. Nos sperabamus q̄ redēpturus esset israel Imago autem resurrectionis christi iuxta Chrysosto. In rubo precessit. Nam q̄ ille flagrans non conflagrabit, sic corpus illud mortuum est quidem, sed nō est incineratum, dicente Angelo: Iesum queritis Nazarenum crucifixum, surrexit, non est hic. Ad hec dionysius de diuinis nominibus, Cap. 6, loquens de resurrectione te inquit vetustati visa contra naturā, mihi autem & veritati super naturam. Quia cum homo sit animal perfectissimum, non potest produci a natura; nisi productione vniuoca, qualis nō ē resurrectio sicut patet. Quia non est generatio. Est o. resurrectio iuxta Damascenū eius quod cecidit & dissolutum ē secūda surrectio. Sicut o. lutū in manu figuli, ita & vos in manu mea dicit dn̄s. Hiere 18. Augustinus Hec incredibilia sunt quibus dam, quia in experta. Sed ego et mecum quicunq̄ inuisibilia dei p̄ ea que facta sunt intelligere molitur, aut nō minus aut amplius admiramur in vno semine tā paruulo grano oīs que laudamus in arbore/diuino nescio quo mōdo latuisse, q̄ mūdi huius tā ingentē sinū ea que de corporibus humanis dum dilabūtur assumit, resurrectioni futurę tota & integra redditurū. Oportet igitur iuxta apostolū corruptibile hoc induere in corruptionē, & mortale hoc induere immortalitatem quare oportet: quia cui erit caput xp̄s, si non erit corpus? precessit igitur caput, sequetur & corpus. Caput autem turturis immolatę non fuerat precisum a corpore, sed ad inclinatum fuerat sub alis, quasi dormiret, surrexit autē non ē hic, vnde illud Amos. 9. In illa die suscitabo tabernaculū dauid, & redificabo aperturas murorum eius, que facte sunt clauis, spinis flagellis & lancea, & ea que corruerāt, instaorabo, sanguinem qui totus effluxit, capillos & venerandā illā primā lanuginem Nazareni crucifixi. Denique redificabo illud tabernaculū sicut erat in diebus antiquis, quādo cātabatur, speciosus forma pre filijs hominū. Talis. n. pulchrior cęlo electus ex milibus, candidus & rubicundus, clarior sole sep-septies: serenus & totus desiderium, circundantibus tum astris matutinis: & cantantibus ad matutinum letitia, immaculatę sug sistitur. Que solitaria sedebat, sępius rēplicans illud, exurga gloria meā. ps. 56. Veniente igitur arca dei in castra, vociferata est omnis ecclesia clamore grandi, & psonuit terra et timuerunt palestini (Ipsi sunt iudęi) dicētes. Venit deus in castra: vę nobis. Non. n. fuit tanta exultatio heri & nudius tertius. Nihil verius. Ex lucernis. 15. vna tantum permansit: & hęc latent sub modio, donec te fulsit sol qui erat sub nubilo, & mulier Ecclesia v[e]sole amicta est, & iudęis lamētantibus, Ecclesia repetit canticum illud quod premisimus, hec dies quam fecit dominus, exultemus. ps. 117. Quare surrexit, non est hic. Vos igitur o beatę fęminę quando quidem hic dies boni nuncij est. Ite dicite discipulis eius & Petro, q̄ precedet vos in Galileā: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis. Mar. 16. De hac apparitione in Galilęa dicetur infra. Quid est autē dicere discipulis eius & petro? quasi petrus non esset vnus e cętu discipulorū & numero et merito: post q̄ egressus foras, fleuit peccatū suū amarę Sed scriptū est, vbi abondauit delictum, super abūdauit & gratia. Petrus ergo qui singularis fuit in negando, nominatim designatur ab Angelo, quod remissa sit iniquitas sua, & restitutus pristinę dignitati. Aliòqui venire inter apostolos. Quomodo auderet? ceterū iuxta Hieronimum/peccata cōmissa grauia licet & multa non nocent, q̄ primū displicent. Exemplo nobis sit Manasses Rex ille impius, qui ciuitatem Hierusalem sanguine innoxio repleuerat vsq̄ ad os, absq̄ peccatis quibus peccare fecit Iudam, Et tamen post tantam comminationē verborū/de quo vide. 4. Re. 21. Manasses breui oratione (sed corde vere cōtrito & humiliato. ps. 50. cum esset in carcere apud Babylonyos flexit iram dei. Vos ergo dicite discipulis Christi, & signater petro, quod precedent vos in Galileam, Ibi eum videbitis, sicut predixit vobis. Matthęus. 26. Prius tamen eum viderunt omnes, cum essent inclusi intra conclaue propter metum Iudeorū, de quo dicetur infra. Sequitur, Ioann. 19.

Gene. 41. Figura. Figura. Phil. 2. Ecclesi. 8. Chry'o Luc. 24. Exo. 3. Dionysi⁹ Dama sc. Augusti. Leui. p̄. 1. Cor. 15. ps. 44. Canti. 5. ps. 19. p̄ 4. 2 Mach p̄ Apoc. 12. Matth. 26 Rom. 5 Hierony

Caput. ij. Rursus a duobus angelis confortatur, a quibus audiunt, ne requirat viuentem cum vita functis. Exeuntes fugerunt de monumento inuaserat enim eas timor. Rursus vna sabbati Maria Magdalena sola venit ad monumentum, & vidit reuolutum lapidem, & retulit petro: et Ioanni dicens: tulerunt dñm meũ & currũt Petrus & Ioannes. Ioannes prior venit, posterior introiuit. & quid viderunt, & quid crediderunt.

ET factum est dũ mente essent cõsternatę de isto, ecce duo viri stetere runt secus illas in veste fulgenti cũ aũt timerẽt, et declinarẽt vultũ in terrã dixerũt ad illas, Quid quęritis viuẽtẽ cũ mortuis? Nõ est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter loquutus est vobis, cũ ad huc in Galilęa esset, dicens, q oportet filiũ hominis tradi in manus peccatorum, et crucifigi: et tertia die resurgere. Et recordatę sunt verborũ eius. Et exeuntes, fugerũt de monumẽto. Inuaserat. n. eas tremor et pauor et nemini quicq̃ dixerunt timebant enim. Sicut hoc loco dicit Augustin9, hęc Lucę narratio cõtraria videtur his quę a Mattheo & Marco referuntur. Dicit enim Lucas. Fęminas ingressas sepulchrũ, corpus nõ inuenisse, sed lapidem reuolutũ a monumẽto, & dũ mente consternatę essent &c. Quomõ ergo singulariter visi sunt sedentes, sicut dictum est, cum iuxta Lucã duo steterũt iuxta illas, q̃uis similis dixerint. Possumus dicere, vnũ angelũ visum mulieribus & iuxta Mattheũ & Marcum, vt ingressas eas in monumẽto sic accipiamus in aliquod videlicet spaciũ quod erat aliqua circũdatum maceria, vt intrari posset ante illud saxeum monumẽtum, atq; ibi vidisse angelum sedentẽ supra lapidẽ reuolutum a monumento sicut dicit Mattheus, vt hoc sit sedentẽ a dextris, quod dicit Marcus. Deinde intus ab eis dum aspicerent locum in quo ante iacuerat dñs, visos alios duos iuxta Lucã similia loquutos ad earum exhortãdos animos. Potest solui nodus iste secundũ ea quę diximus supra hoc lib. Cap. 1. Post principiũ potest & illud dici, q Mattheus tacuit eum de quo Marcus: & Marcus eũ de quo Mattheus meminit, & visionẽ duorũ angelorũ aliam esse (de qua Lucas & Ioannes) ab ijs de quib9 Mattheus & Marcus loquũtur, ingressis itaq; fęminis monumẽtum, perfecta. n. charitas foras mittit timorem: & nõ inuẽto corpore, fraudatę a desiderio suo: quibus labor omnis de parandis vnguẽtis & impensa perijsse videbatur, vehemẽter desponderũt animos, & a spe cõcepta deciderũt: cũ lapidẽ vidissent sublatum, vt facile pateret via ad id peragendũ, quod religiosa quidem intentione sed superuacanea parabãt. Cum igitur mente consternatę essent, perplexę & hęrentes & animi incerti admirantes sepulchrum vacuũ quod in parasceue viderant clausum: ecce duo viri steterunt iuxta illas, ipso habitu pręse ferentes triumphum eius, qui de hoste reportarat victoriam, qui prouocarat illum ad singulare certamen, dicens date virum qui descendat mecum in campum. Bene descendat, de cęlo videlicet, siquidem non est potestas quę comparetur huic Goliath super terrã Iob. 41. Qui factus est vt nullum timeret. Vnde cotidie populũ dei lacessebat dicens, Date virum qui conferre audeat pedem mecum, & ad monomachiam descẽdat, ob armatus. n. occurrit sancto Dauid inermi. Cum eo igitur non conferris manibus pugnandum erat, sed a longe in funda & lapide, positis armis Saul, quorũ dñs Iesus nullũ vsum habebat. Cũ aũt fęmineus sex9 trepidaret: & angelica visione perterrite, vultus declinarent in terrã, colloquio angelico releuantur. De hoc vide Dani. Cap. 10. item Luc. Cap. j. De Zacharia, de q; immaculata virgine, Facies (inquit Daniel angeli velut aspectus fulguris, oculi vt lampas ardens, brachia eius quasi species ęris cãdẽtis, & vox sermonũ eius vt vox multitudinis. Per faciẽ angeli intelligitur gloria angelica, per oculos eorum perspicacitas in cognoscendo, p brachia quasi ęris fortitudo in operando, per vocẽ efficacitas ad docendum & terrendum & demulcendũ. Et sequitur paululum infra. Cũ loqueretur mihi huiusmodi verbis deieci vultum meum ad terrã, & tacui. Et ecce manus, &c. Ita Daniel ex semel conspecta visione angelica, vsq; a deo emarcuit & elanguit, vt tactus semel secũdo & tertio, & multis confortatus sermonib9, vix cõualuerit & audaciã presumpserit colloquendi angelũ. Ita q; cum fęminę vultus deijcerent cũ timore, cũ & feminea verecũdia, aiunt ad illas angeli, dulci colloquio subleuantes animos earum metu depressos, Quid quęritis viuentem cum mortuis, virgam quę iam germinauit inter aridas: de angustia & iudicio (in quo causa eius velut impij iudicata est. Iob. 36.) sublatus est per gloriam resurrectionis, qui abscissus fuerat de terra viuentium per mortem, dicentibus iudęis, Eradamus eum de terra viuentium. Hiere. 11. Ne igitur requiratis passerem inter vita functos. Cuius pedes tincti sunt in sanguine alterius passerculi immolati, quia vi9 euolauit in desertum Ecclesię. Et. n. iuxta apostolum petrum solutis inferni doloribus, iam resurrexit, quia impossibile erat, ibi eum diutius detineri q̃ triduum: volens. n. nolens. Cetus iussione dei vorsũ euomuit Ionam. Non est igitur hic, sed surrexit, post q̃ morte sua fortis samson insanabilem plagam intulit hostibus delecto templo eorum, ablato ab eis regno, & vinea alijs locata colonis. Iudi. 15. Recordamini verborum eius, quę toties inculcauit & suggessit memorię vestrę: dicens, oportet filium hominis multa pati; & tradi in manus peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere. Quod autem dicit Recordamini, pertinde valet. Nõ mœror non iuxta scientiam, qui iuxta apostolum non raro mortem operatur (2. Cor. 7.) inducit vobis obliuionem omnium quę predixit dominus christus! Nonquid in altero verum predixit, & in altero vos fefellit? sed verum mẽtiri nescio, Predixit se resurrecturum, Verũ q; opere exhibitum est. Itaq; fęminę meliore concepta spe, Euanescentibus angelis, ad sese reuersę, recordatę sunt verborum domini Iesu, quę

1. Ioan. 4.

1. Re. 17. Figura.

Num. 19. Esai. 55. Figura. Leui. 14. Actu. 2. Figura. Matth. 12.

F G H I K L

Iesu, quibus toties apostolis dixerat, tertia die a morte resurget, resumpto spiritu. Exeuntes fugerunt e monumento, quia inuaserat eas tremor & pauor. Vnde partim ex insolito gaudio atque capte, & restitute in locum suum post mensis. 7 ꝑ. 6. partim ex nouo spectaculo angelorum in forma humana. Perterrite igitur timore, gaudio velut exesim passe, loqui alicui non valebant, habitu intercluso. Fuga igitur consulentes sibi abscesserunt a monumento, mirantes tamen quid factum esset de corpore domini. Vna autē die sabbati maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentum, et vidit reuolutum lapidē a monumento. De hoc textu dictum est in principio libri huius. Non enim sola venit, sed cum multis aliis: que portabant aromata, & cum ceteris vidit reuolutum lapidem a monumento. Tamen ceteris remanentibus iuxta sepulchrū hec cui altius insederat cordi (dolor sublati corporis, vt ipsa opinabatur) quis enim crederet post subtractam costam Ade dormienti, rursus illum excitandū ad vitam? quod certe natura ipsa non fert. Cucurrit & venit ad simonem petrum, & ad alterum discipulum quem diligebat Iesus, & dixit eis. Tulerunt dominum de monumento, et nescimus vbi posuerunt eum. Duo isti apostoli christi multis locis Euangelii simul leguntur summa necessitudine agglutinati. Quorum vnus plus diligebat christum, alter plus diligebatur a christo, de quibus dicit apostolus, ꝙ videbantur esse columne ecclesiastici edificii ad Gal. secundo. Duo isti sequuti sunt dn̄m vsque in atrium Cayphe, & simul ascenderūt templum ad orationē Actu. 3. Et simul missi sūt a ceteris apostolis in samariam, vt inter ventu eorum samaritę acciperent spiritum sanctum. Actu. 8. Ad hoc igitur duos recurrit Magdalena (quorum vni promisse fuerāt claues ecclesie, alteri commendata a cruce immaculata mater boni pastoris peruenient ꝙ festino cursu) que tamen tenere non bonum nuntium apportabat, Cum verba angelorum nuge visę fuerant. Tulerūt inquiens dominum meū (Actū ē de salute nr̄a) et nescio vbi posuerunt eū. Bene ergo dixit Ioānes iuxta tropologiā ꝙ adhuc tenebre erāt in corde Marię. Nihil de resurrectione cogitabat, sepulchrum vacuum videbat, ablatum dominum furto firma fide imo opinione tenebat, de verbis angelorum vt ingenue dicam Nihil curabat. Exiuit ergo petrus et ille alter discipul⁹ quem diligebat Iesus, & venerunt ad monumentū. Currebāt ergo duo simul, et ille alter discipulus precucurrit citius petro, & venit prior ad monumentum, & cum se inclinasset, vidit linteamina posita, nō tamen introiuit. Cursus quidem iste amoris est: de quo dicitur, surgam & circuibo ciuitatem, & queram quem diligit anima mea. Circumitus iste iuxta Historiam filiorum israel fuit annis. 40. in deserto, quia dimiserūt quem tenuerant. Queritur item deus in lectulo contemplationis, queritur & inter creaturas: & inter mortuos: & nusquam inuenitur, quia iuxta Augustinum cum sit intus, foris queritur, in ipso .n. mouemur & sumus. Currebant igitur duo isti dilecti & electi, audito ex ore vnius foeminae, tulerunt dominum meum, tamen extra visum currebant, quos & ipsos tenuis admodū fouebat spes resurrectionis dominice, nihilominus .n. credebant, ꝙ semel attonsos cincinos Sāsonis rursus cum pristina fortitudine suppullulaturos. Tamen currebāt, vt vel vacuum viderēt sepulchrū. Currebant simul sed Ioannes, & iunior, & alis suffultus virginitatis ante vertit petrum in cursu. Petrus enim sicut Iacob alter qui vxorē quattuor ducebat, liberos. 12. oues fetas, &c. sequebatur paulatim vestigia paruulorum & ouium fetatum, Hoc iuxta mysteriū dicimus. Nam alioqui petrus velocior erat in cursu (iuxta illud, cum audisset, dominus est, misit se in mare &c) qui dominum christum intentius diligebat etiam plus ꝙ Ioannes. Sicut autem Ioannes petrū incursu ante vertit, ita in volatu ceteros Euangelistas, iuxta illud, facies aquile de super ipsorum quattuor. Ezech. pri. Ad preceptum .n. dei eleuata est aquila hec, & in arduis posuit nidum suum, nempe in sinu xp̄i currebant igitur duo pegaso ipso velociores, vel etiam ipso Asahele cursore velocissimo (2. Re. 2.) venit tū Ioannes prior, & inclinauit se cōsistens foris, vt videret sepulchrū, nū vacuū esset a corpore vt fide greca sciret nū vera retulisset Magdalena, de sublato corpore. Vidit igitur, corpus quidē ad esse nullū sed pelles hedorū. Gene. 27. Caprarū. ꝑ Re. 19. & colubri nescio cuius exuuia, qui ex virga factus fuerat. Exo. 4. Venit igitur & simō petrus: qui sicut tardior fuerat in percurrēda via. Ita in peruestigādo cōditorio audatior Nō .n. suffecit illi prospexisse, sed etiā ingressus ē, nec cūctabūdus. Tūc ingressus est & Ioannes: qui siue credēgrati Petri, ingredi non presumpserat. Vnde dicit Ioannes. Venit ergo simon petrus sequens eū & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum: sed separatim inuolutū in vnum locum. Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui venit prior ad monumentum, et vidit et credidit. Non dum .n. sciebat scripturam, quod oportebat eum a mortuis resurgere Lucas. Petrus aūt surgens cucurrit ad monumētū, & procūbens, vidit linteamina sola posita, & abiit admirās apud se. Vnde illud, pater vero rē tacitus considerabat. Gene. Cap. 37. Cū igitur linteamina aromatib⁹ multis oblita quibus corpus obuolutū fuerat, in sepulchro relicta essent: sudariū autem capitis separatim positum, facile liquebat, corpus domini non esse furto sublatum nec a furibus, nec a Iudęis, nec a discipulis, qui reuera corpus vt erat conditum iuxta morem auitū obduxissent cū linteaminibus & aromatibus, ne deprehensi in furto & sepulchri obsignati effractione, de vita periclitarentur. Nam reuera multū ocii necessarium erat, ad detrahenda corpori linteamina: que quouis visco tenacius inherebant corpori, centum Myrrhe & Aloes libris peruncto, Itaque ingressus Ioannes conditorium, & videns corporis exuuias sic detractas corpori, & separatim positas, vt non a predonibus per tumultum, sed per summum ocium factum videretur (angelicis .n. manibus hec facta sunt) vidit, & credidit. Vidit linteamina, & sepulchrum vacuum, credidit autem, verum dixisse Mariam Magdalene, sublatum videlicet esse furto corpus domini Iesu. Nam eum resurrexisse nec somniauerat quidem, Quis enim crederet reuocaturum dominum

Genes. 2.

Matth. 16. Ioan. 19.

Augusti. Actu. 17.

Iudic. 16.

Gene. 27. Ioan. 21.

Iob. 39.

Figura. Gene. 24.

Figura. Genes.22. Hiere.11. August. Cap.37. Figura. Exo.4.

preceptum illud quo dixeras Abrae: offer mihi vnigenitum tuum/super vnum montium, cum iam colligasset filium super struē lignorum, & sustulisset gladium: filio interim obmutescente velut agnus qui portatur ad victimam, vel cum tondetur. Sed quare Ioannes de misterio resurrectionis (de quo toties audierat ex ore domini) non cogitabat? Quia nō dū sciebat scripturā, q̄ oportebat eū a mortuis resurgere. vt dicit hoc scriptura: Matth.12. Sicut fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus &c. Augustinus. Cur tam angustus & validus diuinę potentię ęstimator es, vt dispersum vnius cuius q̄ carnis puluerem in suam rationem colligi & reparari non posse credas: cum videas q̄ etiam mortalium ingenium diuersas in profūdis terre metallorum venas rimetur. Et artificis oculus videt argentum, in quo imperitus terrā putat. Et eum auri esse propriam venam, & cęterorum metallorum singulas longe dispares ab inuicē mortale deprehendat ingenium, diuina virtus inuenire posse ac discernere non putabitur vniuscuius q̄ carnis propriū sensum, etiam si videatur dispersa. Nam nō solum iuxta Ezechielem singula ossa accesserunt ad iuncturas suas, quia nullius hominis os aliquod siue magnum siue paruum/ad corp⁹ alienum adductum est sed ex propriis ossibus singula cadauera constituta sunt. Itaq̄ fit vt vniuscuius q̄ animę non confusum aut extraneum corpus sed suum quod prius habuit reparetur, vt consequenter possit pro agonibus presentis vitę cum anima sua/caro vel pudica coronari vel peccatrix puniri. Non est igitur mirum, si tenuissimū puluerem cum deus vult in hominem format, qui ex tenuissimis seminibus immensa arbusta reintegrat. Oculto enim rerum omniū opifice cuncta mirabiliter ordinante: & in mollitie seminis) latet asperitas corticis & fortitudo roboris, & vbertas fructus, & in puluere de limo est in potentia obedientiali quia deus potes facere ex quolibet quodcunq̄, vt ex limo hominem, ex coste feminam ex virga serpentē, ex aqua aues & pisces. Sed Ioannes non sciebat scripturam/q̄ oportebat dominū a mortuis resurgere (sciebat autē retia sua reficere, manu & arte cibū quęrere) ideo vi o sepulchro vacuo, & linteaminibus per ociū complicatis Credit furto ablatum dominum, iuxta assertionem Marię Magdalenę. Quid autem petrus crediderit Ioannes non explicat: suam opinionem tantum explicat.

F

G

Caput iiij Maria perstat ad monumentū plorans videt duos Angelos videt Iesum stantem, hortulanum credit, donec vocatur nomine suo videlicet Maria vult complecti dominum, audit noli me tangere. Rursus dominus occurrit mulieribus reuertentibus a monumento: & dixit eis Auete. Et tenuerūt pedes eius; & adorauerunt eum. Quidam ex custodibus nuntiauerunt principibus omnia que facta fuerāt qui pecuniā copiosam obtinuerunt ab eis vt dicerēt: nobis dormiētibus furati sunt eū discipuli.

H

ABierunt ergo iterum ad semetipsos discipuli. Hoc est regressi sūt ad domū/vnde profecti venerāt ad monumentū. Non enim tutū putabāt apud sepulchrū diutius immorari, ne imponeretur eis calūnia, quasi ipsi fuissēt effractores sepulchri magnū piaculū apud omnes Gentes. Maria aūt stabat ad monumentū foris plorans. Dū ergo fleret, inclinauit se, et ꝓspexit in monumentū & vidit duos angelos in albis sedentes, vnū ad caput et alterum ad pedes vbi positum fuerat corpus Iesu. Recedentibus igitur cunctis, sola Maria non recedit, que vere amore languebat. Fortis autem dilectio ipsa morte fortior est, dicente paulo, scio q̄ nec mors ipsa poterit nos separare a charitate christi Iesu.

I

Canti.2. Rom.8. Hierony. Iupiter. Mars. Phębus. Gene.34. Origenes. Hiere.30.

Hec igitur dilectio quę ardebat (charitas enim Ignis est, & deus charitas est) in Maria illam apud monumentum tenebat. Vnde illud, puer non comparet, Ego quo ibo? Genes.37. Hieronym⁹. Iupiter Rex terrenus qui & Rex Cęlorum dictus est, pro singulari tenuitate corporis, & incomparabili mentis elegātia post Europam mugire coactus est, Et quem bonitas super Cęlos extulit, fęmina bruta comparauit. Mars qui deus bellantium dici meruit, triumphorum familiari frequentia: nihil sibi metuens, a Vulcano ligatur cum venere inuisibilibus quidem catenis sensibilibus tamen ad risum videlicet cęlestis curię. Phębus qui sapientię suę radiis, totius orbis depulit tenebras, vt merito solis nomine solus illustraretur, infatuatur tamen amore Leu Cothęs, sibi ad ignominiam/ad eternum, & Eclyptica diu vicissitudine variis factus est frequenter sui luminis expers (& si non eatenus vt Luna) quo totus vniuersaliter egebat mondus. Require insanientem Salomonem, Herculem & Amonem (vnde a numero) & intelliges vim amoris siue infamia, qualia sichem filij Emor, fuit castissimi, quo factum est vt Maria staret sola ad monumentum, primo mane, & ploraret. Amor eam sistebat, dolor ad lachrimas cogebat. stabat: oculos suos sicut altera Anna quoquo versus circunducens, si forte videret quem querebat. Tobia.11. Dolor autem eius renouatus fuerat, quia quem lamētabatur vita functum, nunc dolet sublatum, Et hic dolor multo intensior: quia desperabilis facta fuerat plaga eius. Erat enim qualis qualis consolatio habere vel mortuū. Metuebat autem, ne amor magistri sui in pectore suo frigesceret, si corpus eius non inueniret, quo viso recalesceret, sicut diximus alias de Antiocho Seleuci filio. Ioann.2. Venerat igitur Maria Magdalena vt corpus dominicum vngeret, quę prius vnxerat pedes, sed ecce labor vngendi perijt, sed dolor lugendi creuit. Quid autem hęc mulier agere poterat, nisi lamentari, quę intolerabilem sustinebat dolorem, & nullum habebat consolatorem. Petrus & Ioannes columnę Ecclesię reuersi sunt ad domum, non inuento corpore, hęc

K

re hęc aũt stabat foris plorans & quasi desperãdo sperãs, et sperando pseuerãs, ille timẽtes recedũt. Maria aũt nihil timebat, quia nihil suspicabatur super esse sibi quod timere deberet. Perdiderat vnã animę suę, & iã sibi melius fore arbitrabatur mori, q̃ viuere omni bono suo destitutam, quia forsam inueniret mortẽ, quem inuenire non poterat viuens: sine quo ipsam viuere non volebat. Que dicere poterat, viuo iam nõ ego. Facta igitur erat insensibilis, & neq̃ ibi erat vbi erat, quia tota erat vbi magister suus erat, de quo tamen vbi esset nesciebat. Ita q̃ dum fleret: inclinauit se & vidit duos angelos iam semel viderat sepulchrũ vacuum, forte & septies, & nunc iterum inclinat se. Ruben non inuento puero, non semel reuertitur ad patrem dicens. Quo ibo? Quo ibo? Ego quo ibo? Vis enim amoris inquit Gregorius diligentiam inquisitionis ingeminat. Vnde contigit vt eum sola videret: que remansit vt quęreret vidit inquit duos Angelos.

Gala. 2.

Gregorius
Gene. 37.

A Ecce Maria plus inuenisti, quam quęrebas, mortuum vnum requirebas, & duos reperisti viuentes angelos. Quem quęris o mulier, lachrymas tuas videtur negligere. Vocat enim & non respondet, quęris & non inuenit, pulsas & ludis operas tuas. Olim te diligebat a pharisęo defendebat & officia tua in se collata in memoria habebat dolorem tuũ mulcebat, cum peccata donabat, Et nunc post tot amoris symbola quid peccauit hęc mulier, quę tibi pendenti in cruce astitit, & a sepulchro tuo non recedit? vidit inquit duos angelos. O qualem consolationem, quales consolatores, Ego dominum requiro, dominum depereo, non angelos non seruos, sed tu o bona peccatrix interroga angelos ipsos cum sponsa dicens. Num quem diligit anima mea vidistis? forte enim ipsi qui per suã scalam celi, ipsi venerunt, vt testimonium de magistro tuo viuente perhibeant, ipsi lapidem sustulerunt a monumento, ipsi cautulas sepulchrales plicuerunt. Et credo q̃ ille quem sublatum lamentaris, misit illos pro se & pro te, vt annũcient resurrectionem eius, & consolentur lachrimas tuas.

Luce. 7.

Canti. 3.
Gene. 28.

B Dicũt ei illi. Mulier quid ploras: Dicit eis. Quia tulerunt dominum meũ & nescio vbi posuerunt eũ. Dominũ vocat corpus christi domini, licet ignoraret sacramẽtũ veritatis, q̃ corpus illud diuinitas nunq̃ deseruerit. Ex postulabat autem ratio: vt quę tam animę vitam animę suę sublatam lamentabatur, angelos rogaret, siue angelos crederet, siue homines heroas ve, nũ vidissent quo loco corpus magistri sui translatum esset, sed quia vt predictum illa vbi erat non erat, & videns non videbat. Imo viuens mortua erat: tota effusa in lachrymis, Rogãt eã Angeli, vt causã tãti doloris aperiat. Quia inquit tulerunt dominũ meũ, & nescio vbi posuerunt eum. Sed si dominum tuum credis, quomodo sublatum arbitraris: verum ideo non inuenis, quia inter mortuos requiris. Iam surrexit, & portas secum ciuitatis verus Samson abstulit verum inquit illa, si angeli me consolaturi venerunt, quomodo causam doloris mei ignorant? Quęso autem o angeli dei ea quo iam semel causam mei doloris audistis, vt annuncietis ei, q̃ amore eius langueo. O mulier quid consilij, quid spei aut quid cordis erat tibi, vt sola stares, cęteris recedentibus? Tu ante illos venisti: & cum illis redijsti, & post illos remansisti. Num sapiebas plus illis, aut diligebas plus illis. Quia non timebas vt illi: sed audi sequentia.

Iudi. 16.

Canti. 2.

C Hec cum dixisset: Conuersa est retrorsum, & vidit iesum stantem, non tamen sciebat q̃ Iesus est. Dicit ei Iesus Mulier quid ploras: Quem quęris: Quod conuertitur retrorsum, forte id fecit, quia vidit Angelos qui sedebant ad caput & pedes sepulchri consurgere, vt reuerentiam exhiberent venienti domino An forte quia Maria non omnino desponderat animum, & deciderat a spe sua, & proinde oculos circũ ferebat dicens cum propheta, Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi. Conuersa igitur, vidit dominum stantem! Nesciebat autem eum. Quomodo autem sciret, cum audiuit tertius mortem eius vidisset, & vita functo latus aperiri, & deinceps sepulchro condi: & aduolui lapidem magnũ conditorio? Dicit eis Iesus, Mulier quid ploras? Quem quęris? Dicamus interim cum amico dei, q̃ solus est deus qui frustra nunq̃ requiri potest, etiã cum inueniri nõ potest. Sed nõ desideriũ animę suę quare rogas eã cur ploras aut quid quęris? Te solum quęrit, quia te super omnia diligit vt rem autem super omnes tu solus nosti? Et nunc rogas quem quęrit? Dulcis magister ad quid quęso prouocas spiritum huius mulieris? Tota pendet in te manet in te, & anima eius venit in te, quia iuxta Paulum Marie vita christus erat. Nõ

Psal. 120.

Bernardus

D enim christus dimidium erat animę huius fęminę, sicut quidam dixit de amico vita functo. O dimidiũ animę meę, quia anima iuxta Augu. verius est. Vbi amat, q̃ vbi viuificat. Te igitur quęrit, te suspirat: sed nisi dicas Maria, te non agnoscit. Sequitur. Illa existimans q̃ holitor esset dominus, dixit ei. Domine si tu sustulisti eũ: dicito mihi vbi posuisti eũ, et ego eũ tollam? Vt. n. beneuolentiam captaret ignoti hominis, holitorem dominum vocat. Honorabat enim hominem, a quo beneficium postolabat. Sicut & Iacob vt placabilem sibi faceret fratrem, sicut inquit vidi faciem tuam, quasi viderim vultũ dei. Vide Ester. Cap. 15 Itaq̃ Maria dicẽs, domina si tu sustulisti eum, blandiens loquuta est, vt holitorem attraheret ad reddendum corpus, si forte timens in fauum futorem Iudeorum: id alio transtulisset ne sęuiret in eum, qui corpus ad crucem adiudicati suo sepelisset in hortulo. Si tu inquit sustulisti eum. o eum, o quem eum. Quid autem hęc mulier intelligat, dicens eum: sentiri vtcunq̃ potest, explicari nõ potest. Si enim dicas vitam meam, animam, desiderium, thesaurum meum & id genus multa, minus dixis,

Philip. 1.
Augusti.

Gene. 33.

E necexplicas intentionem dicentis, si sustulisti eum. Ioseph timens, nec ausus est tollere corpus a cruce, nisi exorato iudice. Maria Pilatum non timet. simpliciter promitto, Ego eum tollam. Pone corpus esse in atrio principis sacerdotum, in quo Petrus tertio negauit, quod factura es? Ego eum tollam. Hieronymus. Ignorans imbecillitatem fęmineam, tantatũ se virium repromittit & credit, vt corpus viri perfectę etatis, quod vt cętera taceam centum libris Myrrhe circũ litum erat: existimabat ab vna & pauida muliere posse portari. Sed diceret illa cum Paulo, omnia possum in eo qui me confortat. Sed pone illam inuenisse quod quęrebat, corpus videlicet domini sui, quo eum delatura erat locorum? quid de corpore inuento factura erat: forsitan sepulchro altero conderet & cum illo vitam suam, dicens: in pace in id ipsum dormiã

Hierony.

Philip. 4.

Psal. 4.

pe, a. Si inquit tu sustulisti eum, non exprimens nomen vitę suę, quia palam omnibus esse credidit, quod a suo corde nec ad momentum recedere poterat, iuxta illud, inter vbera mea commorabitur. Vide autem quanta ignorantia erat in fęmina, quanta turbatio. Quem custodiebat manus militum cuius sepulc o angeli pręsidebant, ab vno hortore arbitratur ablatum. Sed amor Cęcus & impatiens illud habet proprium vt quę desiderat, semper inuenire se credat. Ignorat iudicium, ratione multoties caret, modum nescit, nec aliud cogitare potest, quam quod diligit. Amor non capit de impossibilitate solatium, neque ex difficultate remedium. Sicut immaculata virgo licet iam in spiritu esset, tamen dum in carne vixit, carneis mouebatur sensibus, Ideo sępe locorum recreabatur visitationibus & quem genuerat maternis commolectebatur amplexibus. Amor christi in ea desiderium pariebat, desiderium vero gliscens quasi nouis reparabatur ardoribus; in tantum vt credam, q omnia & seipsam transcēdebat. quia omnino amor impatiens quod amat non potest non videre. Quę cum ita sint, mirabile est, quomodo ipsi Iacob anni septem videhantur dies paucissimum sic amanti/ dica singuli anni videri debuissent propter absentiā dilectę suę. Sed Iacob illud potius cogitabat, q non sūt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, ideo Iacob libenter subijt laborem septem annorū pro vna & iudutata fęmina, videlicet primi amoris magnitudine qua ferebatur in eam, quam semel (flentem tamen) osculatus fuerat. Vnde iuxta Plutarchum. Non male diffinierunt philosophi, qui dixerunt amorem ministrum esse deorum, ad curam & ad conseruationem iuuenum hominibus exhibitum. Et sicut quidam dixit, amantis anima in alieno corpore viuit; id maxime verum est de hac fęmina cuius anima in corpore Christi viuebat: mortuo licet, vt ipsa credebat, ideoque cū corpus quęrebat Christi: vitam suam quęrebat nesciens. Ita plato de amico facete iocans, amicus est inquit, suo quidem in corpore moriens, In alieno autem viuens. Refert Aulus Gelius, Lib. 7, Cap. 8, de Delphino mirabile quiddam. Et sunt verba Appinionis. Vidimus nos apud Puteolos Delphinum amantem mite puerum, inclamatum a puero acciri. Qui etiam ad natans, dorso puerum admittebat, ita vt pinne aculeos velati vagina conderet, ne dilectum sibi corpus laceraret, receptumque equitis modo insidentem per magnum ęquor per ducenta stadia deferret. Roma igitur omnisque Italia confluebat, vt piscem amoris causa victmem pueri spectaret. Postea idem ille puer Delphinu amenua morbo affectus, obijt suū diem. At ille amans vbi sępe ad litus solitum adnauit & puer qui in primo vado aduentum eius opperiri consueuerat nusquam fuit, desiderio tabuit, Exanimatusque est, & in littore iacens. inuentus ab ijs qui eū cognouerant, in sui pueri sepulchro humatus. Non ergo mireris Mariam languorem absentia dilecti sui vita functi licet, iuxta quod ipsa opinabatur, quia vetus amor habet vim transformandi vt dicat Maria de corpore mortui triduani/ nihil pertertua, Ergo eum tollam, Dicit ei Iesus. Maria Conuersa illa dicit. Rabboni/ quod dicitur magister. Delectatus igitur dominus ardēti desiderio fęminę huius (qui enim perseuerauerit, saluus erit, non iam voce cōmuni mulierē vocat, sed voce nota & familiari, dicens etiā te ipsam noui ex nomine, o Maria hęc vox quam primum sonuit in auribus eius. Exhilarauit spiritus Marię: & omne nubilum excussit de mente eius. Anima eius liquefacta est, vt dilectus loquutus est, Cant. 5. Sed si Iesum quęris o Maria, cur presentē non agnoscis & colloquentem? Quia videlicet illa mortuum quęrebat, & non magis viuum credebat quam se mortuam. Sed quid est quod dicit, conuersa illa, dicit Rabboni? Quod syris sonat magister. Iam se iterum reflexerat ad angelos, adeo subitis affectibus huc illucque impellebatur, & sibi non constabat, Itaque agnoscens preceptorem bonum animę suę. & dicens cum Iacob. Iam lęta moriar, quia vidi faciem tuam & superstitem te relinquo, procidens, voluit osculari pedes domini sui: memor ad huc pristinę familiaritatis, qua permissa est & tangere & vngere & osculari. Iesus autem sciens illam nihil ad huc sublimius de se cogitare, quam quod syncere & flagranter amaret: a contactu corporis sui eam prohibuit, dicens, Noli me tangere. Non dum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis. Ascendo ad patrē meū et patrē vestrū, deū meū & deū vestrū. Theophyl. Vides quantam sententiā breuiter loquutus est euangelista. Ruerat Maria non ad tangendum pedes sed ad complexum vterque enim stabat. Dixit dominus Ne tangas. Deinde quasi interrogasset quispiam? Quare, Inquit ea q non iam tale mihi corpus est, quale cum in terra versaret, sed quale in Cęlo & sursum. Et de inde quasi iterum sub inferret. Quare igitur non in terram ambulans, si tale habes corpus? Non dum enim inquit ascendi ad patrem meum, ascensurus aūt sum post dies 40. Ita q noli me tāgere. Nō enim vltra res se habet vt olim, neque similiter vobiscū conuersari volo, Nā quamuis nec verbis hoc dixerit, sic tamē intelligit et petro apostolis omnibus dixit. Palpate & videte. Luc. 24. Et Thomę aliquid ad huc maius permittit: vt videlicet manu sua perscrutetur vulnus lateris vnde fluxerant duo fontes illi quibus pascimur & regeneramur, sed & de fęminis ceteris scriptū est, q tenuerint pedes eius. Matth. 28. inter quas erat ipsa Maria Magdalena sicut dicit Augustinus, Sed hęc mulier premere volebat dominum cum turba, non autē tangere; sicut dictum est. Luc. 8. Emorrhoysa. Multa enim turba eum premente, de vna tamen fęmina dictum est; tetigit me aliquis. Ille autem vere christum tangit, qui hominem videns, deum credit & hominem. Mulier igitur ista vnum & idem tangabat ignorans penitus sacramētū resurrectionis/ quo factū erat, vt corpus Christi quod seminatus fuerat corruptibile (potentia non actu) ignobile, infirmū & animale resurrexerit incorruptibile gloriosum, potens & spirituale. Hi hi sunt equi quatuor currus illius secundi/ quam ascendit noster Ioseph, quando primum vocatus est saluator mūdi voce preconis precepto regis. Vide. 4, lib. Cap. 2, Ignara igitur Maria sacramēti huius tangere volebat, sed noli me tange. et Hieronymus. Non mereris tangere resurgentē, quē mortuum existimas in sepulchro, & iuxta opinionem tuam non dum ascendi ad gloriam patris. Faber ita legit hunc textum. Noli me tangere (Non dum ascendi ad patrem meum) sed vade dic fratribus meis / ascendo ad patrem

Cant. 5. | Amor. | Genes. 29. | Rom. 8. | Figura. | Genes. 29. | Plutar. | Plato. | A. gellius | Dani. 2. | Matth. 10. | Esa. 33. | Genē. 46. | Theophy | Ioann. 20. | Augusti. | 1. Cor. 15. | Genes. 41 | Hieroni. | Faber.

F G H I K

ad patrem meum & patrem vestrum. Non dum enim ascendi, Quia enim dixerat sepe, vado ad patrem, vado ad eum qui misit me: ne putarent, id iam esse completum, vade inquit ad fratres meos ecetera, Augustinus. Noli quod vides/hoc in me credere tantum, ne et hic remaneat aspectus tuus. uasi tactus tuus. Distulit autem tactum non abstulit; non repulit, non negauit. Vade autem ad fratres meos. &c. Contenta esto ad presens visione & loquela, omnia tempus habent, venturum est tempus quo frueris concupitis amplexibus Rachelis, quando dices, tenui eum, nec dimittam, donec introducam in domum matris meę & ipse sponsus ordinara charitate introducat me in cellam vinariam. Cant. 2. cuius nunc solo odore attactam & respersam dimittit eum mandatis, dicens, dic fratribus meis ascēdo ad patrem. &c. Dicite inquit

A fratribus meis. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij dei nominemur & simus. Si filij dei. Ergo & fratres domini nostri Iesu Christi. Rectorem te posuerunt. Esto in medio eorum sicut vnus ex ipsis. Et illud. Ecclesiastes. Caput. 10. si spiritus potestatē habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. Hieronimus. Si aliquando in seculo (maior in populis) acceperis dignitatem, noli relinquere opera, et antiquarum virtutum ne incipias obliuisci quia peccatorum tuorum remedium ex conuersatione bona nescitur, & non extumenti & superflua dignitate. In eadem enim es naui. Vnde illud Tullij. Hoc miror queror q: quenquā hominum ita velle pessum dare alterum, vt etiam nauim perforet. In qua & ipse nauiget. Fratres sumus omnes lege nature: & lege Euangelica, qua omnib⁹ ex equo conceditur, deum patrem vocare, imo iuxta apostolum patrem, patrem. Et mulieres exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nuntiare discipulis suis. Math. 28. Hieronymus. Duplex autem mentes mulieres tenebat affectio timoris & gaudij, & altera de miraculi magnitudine altera

B ex desiderio resurgentis, & tamen vtraque femineum concitabat gradum, vnde dicit, currentes nunciare. Currebant forte per viam compendij (quod est mirabile in tam honestis feminis). Nō enim mortem Absalonis/ sed vitam omnium resurrexisse anuntiaturę erant. Sedebat autem interim somnicula a domi, dicens ad amicas suas, Non vocetis me Noemi, quia amaritudine repleuit me dominus. Et licet impatientis animi sit, breuissima expectatione torqueri, tres autem dies mortis Christi & hi per synedochen satis breue tempus fuerit: tamen vere spes quę differtur affligit animam, et maxime illius quę toto illo triduo trāsfixa erat gladio doloris. Quid si Maria Magdalenę inuentum corpus Christi (mortuum licet) arctissimis amplecteretur complexibus, quanto magis mater eius viuentem letissima excipiet. Hos igitur letissimos & bene ominatos rumores nuntiaturę femine & immaculatę & apostolis, non mirum si festinant ire. Et arbitror q non omnes simul peruenerunt, sed sicut scriptum est de petro & Ioanne, currebant multę simul, sed iuniores ante venerunt ceteras in cursu vt Euangelium & strenas ceteris anteuenerent. Hic enim dies boni nuncij est. Vnde sequitur Ecce Iesus occurrit illis dicens auete. Ille autem acces

C serunt & tenuerunt pedes eius: & adorauerunt eum. Quia igitur adorauerunt viuentem in secula: permisse sunt & tangere: & osculari pedes illos, qui nuqius tertius confixi erant clauo non paruę magnitudinis. Tu igitur si tenueris pedes domini Iesu, tene quod habes: vt nemo precipiat coronam tuam. Apoc. 3. Tene vinculis charitatis Angelum magni consilij, dicens. Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Tunc ait illis Iesus. Nolite timere. Ite nuntiate fratribus meis: vt eant in Galileam ibi me videbunt. Ita iuxta apostolum, vbi abundauit delictum, super abundauit plenitudo gratię. Rom. 5. A muliere enim ad virum dimanauit peccatum. Dedit enim Eua viro suo de fructu ligni scientię boni & mali, & comedit. Nunc igitur femine istę euangelistę fiunt, nuntiantes Ecclesię dominum viuere, & porrigentes eis de ligno vitę. Que cum abijssent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem: et nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia quę facta fuerant. Et congregati cū senioribus, consilio accepto, pecuniā copiosam dederūt militibus dicentes dicite. Discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormienti-

D bus. Et si hoc auditum fuerit a preside, nos persuadebimus ei vel placabimus eum pithomen, & securos vos faciemus. Tu autem candide & christiane lector eum audieris congregati & coadunati in concilio sacerdotes cum senioribus populi in synagoga quę dicitur Satanę, forte putabis eos/ iam ex insanis ac freneticis/ ad sanam tandem mentem rediisse, & vt est sapientis mutare consilium, quia iuxta prouerbium/ nemo mortalium sapit omnibus horis, audiris aure attentissima his quę a custodibus referebantur (Malum omen reuera) dixisse tandem, vero durum est contra stimulum calcitrare, melius est sero sapere q nunquā, sero recurrere, q male currere. Ecce omnis labor noster periit / & impensa custodibus, credamus vel mortuo & resurgenti, qui viuenti semper rebelles extitimus. Absit autem vt tale quippiam vel cogitauerint, Quippe qui dati erant iam in reprobam mentem. Ro. primo. Quid ergo Accepta pecunia copiosa. &c. Hieronymus. Qui Paulo ante triginta argenteos dederant Iudę nunc multa summa pecunię que ad visus templi data fuerat mercantur mendatium, & fit nouissimus error peior

E priore. Nā primam pecuniam qui acceperat, restituit, & confessus est peccatum suum. De hac autem data custodibus nihil tale legimus, & ad huc perseuerat apud iudeos mendatium hoc famosum, quod reuera confinxit eum consilio totius Sinagogę is qui est pater mendacij. Quod si furto sublatus est, quomodo pro mortuo apostoli ibant gaudentes ad mortem? Quis enim pro tam insigni mendatio mortem oppetat? Nam pro iusto quis forsitam audeat mori. Origenes. Et qui legebat in lege/non falsum testimonium dicens, accepta templi pecunia/ milites ad falsum testimonium inuitabant. Vt milites quidem falsum testimonium dicant propter auaritiam periculis se subdentes. Non timentes Romanam legem repetundarū si furatum esset corpus Iesu: presidem aut placarent & ei suaderent tantis pecunijs quantis poterat preses placari, siue precibus/ volentes eruere eos de periculis. Tamen milites aduersus se ipsos testimonium pre-

Joan. 16.
Augusti.
Cant. 8.
1. Joan. 3.
Eccle. 32.
Hierony.
puerbiu.
Tullius.
Glos. & Hierony.
2. R. 18.
Ruth 1.
Gene. 32.
Gene. 3.
Math. 28.
Apoc. 2.
Hierony.
Joann. 8.
Rom. 5.
Origenes

prebuerunt dicentes contra disciplinam militarem, obdormisse se tāto somno (quomodo autem ex tot numeris / nec vel vnus vigilabat?) vt discipuli ausi essent venire (sed qui dormiebant quomodo viderunt sed argerant vel pauci) simul & multi, confidentes quoniā milites dormiunt ac stertunt in vtraq; aurem & iuxta prouerbium dormiunt Endymionis somnū & sic furarentur corpus Iesu. Tantum igitur circuit duritia eorum, vt nec custodibus nunciantibus crederent. Sed si discipuli furati sunt eū mortuum quiescat vox eorum a ploratu, vbi cunq; enim deferatur, mortuus est. Ad hec Augustinus super ps. 56. O quanta cęcitas in falsis testibus fratres quanta cęcitas, vbi non de asini vmbra disceptatur, sed de prora ac puppi & Basi fidei nostrę. Solent enim hoc pati falsi testes, vt cęci fiant, & contra se dicant nescientes, vnde appareat, q̄ falso testificantur. Quid enim illi contra se dixerunt? Cum dormirem? furati sunt eum. Quid est hoc? Quis est qui dicit testimoniū? Qui dormiebat vino somno q; sepultus. Ego autem dicā, Si vigilabas, quare permisisti? si dormiebas, vnde scisti? sed pięq; istę non quę viderunt, sed quę edoctę sunt cecinerunt. Tales autem erant Cęci Iudęi, vt crederent dicta omnina incredibili, testibus videlicet dormientibus Sed muneribus vel dī capiuntur. Omnium enim dulcissimū est accipere teste Seneca. Sic igitur vno mendatio alterū fulcire conati sunt, simul apostolos insimulantes tanq; reos Lesę maiestatis. Damus inquiunt vobis quantum vultis pecunię (Ita dicit Augustinus) & dicite, q̄ cum dormiretis, ecce primum mendatium, venerunt sui, & furati sūt eum. Ecce secundum, Isti pecunię templi compilatores, apostolos furti insimulant, vt merito dicatur eis, quod. M. cato dixit in oratione quadam Furea priuatorum furtorum in neruo atq; compedibus etatem agunt, fures publici in auro atq; in purpura. A. Gell' sed meminisse dabemus furtum sine vlla quoq; attractatione fieri posse, sola mente atq; animo vt furtum fiat annitente. Sane apud Aethiopes in aureas compedes conijciūtur in furto deprehēsi, vt per quę quis peccat, & puniatur. Sed ad rem Iuxta quod dicit plinius, Nullum tam impudens mendatium est; vt teste careat. Sed in cęteris mendatijs astruendis testes adducuntur mendaces quidem, sed tamen vigilantes. hic autem (quod nobis nouū omnino videtur, & super omnem fidem humanam) testes multis quidem, sed mendaces & dormientes: & qui reuera patiebantur synanchem. Sed pecunię obediunt omnia. Ita conquestus est quidam ad amicos, se ex Asia, 30. millibus sagittariorum pelli a Rege. Persicus enim numus sagittarium incisum habet. Itaq; custodes pecunia de multi, dormitauerunt. malo malo totius iudaicę Gentis, sed in sani iudęi qui dicunt furto sublatum corpus christi de sepulchro quo furto dicent apostolos sublatos de clausa carcere sic enim habes, Actus. Cap. 5. Carcerem quidem inuenim' clausum cum omnium diligentia & custodes stantes ante ianuas, aperientes autem, neminem inuenimus. Ita q̄ milites qui sicut non credebant in dominum Christum; ita nec aliam vitam sperabant in qua rationem redderēt de tali mendatio, & securi facti apud iudicē accepta pecunia. Fecerunt sicut erant edocti. Quoniā iuxta prouerbium, Lapilli opriares viderant, & ademerant vocē securos inquiūt amerint' liberabim' vos inquiunt a bonni sollicitudine, quod plus est q̄ securos vos reddemus, vt merito dixerit spiritus sanctus, pecunię obediunt omnia Ecclesiast. 10. Cap. Et diuulgatum est verbum istud apud Iudęos vsq; in hodiernum diē Est igitur articulus fidei infideles apud iudęos: dominum christum opera eorum cruci suffixū, mortuum & sepultum, sed furto ablatum e sepulchro, dormientibus custodibus. Vnde hucusq; maledictio illa manet super eos/qua dixerunt, sanguis eius super nos & super filios nostros. Math. Cap. 27.

Augusti.
M. Cato
Plinius.
Eccle. 10.
Matth. 2.
Apli. Actu.

F G H

Caput. iiij. Iesus prima sabbati apparuit primo Marię Magdalene. De qua eiecerat. 7. demonia. Quę nūciauit apostolis hanc visionem sed non crediderunt licet essent sex vel plures feminę. Sequitur de duobus euntibus in Emaus vsq; ibi, quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes in damnationem mortis.

SVrgens autem Iesus mane prima Sabbati, apparuit primo Marię Magdalenę, de qua eiecerat septem dęmonia. Et illa videns, nunciauit his qui cum ea fuerant/lugentibus & flentibus, q̄ vidi dominū & hęc dixit mihi. Et illi audientes q̄ viueret, & visus esset ab ea, non crediderunt. Erant aūt maria Magdalena & Ioanna & Maria Iacobi & cęterę quę cū eis erāt. Quę dicebāt apostolis hęc. De hac dicit Gregorius. Hanc quam Lucas Cap. 7. Peccatricē mulierem Ioannes Mariam nominat: illam esse credimus, de qua Marcus septem dęmonia electa fuisse testatur. Et quid per septem dęmonias nisi vniuersa vitia designantur? Quia enim omne tempus septē diebus cōprehenditur, recte septenario numero vniuersitas figuratur. Septē ergo dęmonia habuit, quę vniuersis vitijs plena fuit. Diximus autem alias q̄ Nullibi legimus Mariam sorotem Lazari vocari Magdalenam, sed Mariam tantum. Sic igitur Maria Magdalena quę cunq; sit, sitie illa peccatrix de qua Lucas, sine soror Lazari (quod non suspicor) illud certe liquet, q̄ vbi abundauit plenitudo victorum superabundauit & gratię plenitudo. Sicut autem dicit plato, preclara ingenia quę admodū virtutes maximas, eodē pacto vicia quoq; maxima producere solent. Id quod licet videri in saulo, que fuit blasphem' & talis vt iuxta assertionem ipsius/in eo ostēderit deus omnē patiēciā. 1. Tim. 1. sic et in hac beata femina quę nudi' terei' dom' erat et speluca legionis integrę dęmonū. Nūc prima omnīū videt excitatū leonē de Tribu Iuda: et occurrētes cęlestes virtutes cū tympanis e sistris, dicētes, saul pcussit mille, Dauid autē decē millia, et abstulit obpbriū ex israel. Et quoniā nos existimam' hāc feminā eādem esse cū illa quę iuxta Ioannem

Gregori9
Rom. 5.
Plato.
1. Tim. 1.
1. Re. 18.
2. Cor. 2.

I K

iuxta Ioannem stabat ad monumētū foris plorans, & illam apparitionē eandē esse cum ista hic super sede
mus. Venit ergo illa cū ceteris quas refert Marcus, vt nūtiaret bonos rumores (xp̄i ēē enī et ipse bon⁹ odor
erāt) his qui penè animos desponderant, post quā viderunt sepultum dominum, & lapidem obsignatū, appo
sita publica custodia. Et inueniat eos lugentes, & grauatos animos eorū mestitudine: quibus certe multum
diffidentię torpor obrepserat, Adeo exciderat illis quod toties dixerat dominus se resurrecturum tertia die
a morte sua. Et quidem resurrectionē xp̄i multę resurrectiones precesserant in lege et Euangelio, sed q̄ se
ipsum quis excitauerit nusquā legerant bene vix persuasi sunt, persuasi sunt tamen, verūtamē in presentia
rum audiētes q̄ viueret, nihil aliud putabant se audire q̄ mera somnia. Non igitur crediderunt, sed iuxta
Lucam, **Visa sunt apostolis sicut deliramenta verba hęc. & non crediderunt illis**, tum
quia fęminę, tū quia rē impossibilem nunciabant iuxta ordinem naturę, adde tertium, quia exemplū huius
nullum precesserat. Ad hęc Hieronymus. Dicunt fabulę Gentilium. Mineruam de cerebro Iouis natam,
Liberum patrem de femore itē Iouis, venerē deā de spuma maris, de vnico ouo natos castorē et pollucem
ex formicis Mirmidonas, deucalionis et pyrrhę lapides factos segetē inde cōsurrexisse hominū. Si hęc cre
di potuerūt, quare non & illud, vidi dominū. & hęc dixit mihi hic autē apostolorū fide cūtabūda no-
bis proficit. Intelligimus. n. apostolos nō facile credidisse quas verba feminarū sanctarū licet d̄lira, et nugas
putabāt. Et vt tędium leuem⁹ legētib⁹ (pascha. n. nr̄m immolatus est xp̄s) Ferūt Iudęi, q̄ occiso og Rege
Basā a Mose, cōsūptis q̄ carnibus (nescio autē a quot canibus & Lupis) ossib⁹ remanētib⁹ nudis, cōue
nator in sequeretur ceruum, Ceruus fugiens, forte fortuna foramē ingressus est vnius tibiarū Regis og,
& venator post illū. Ita fugiēte ceruo & venatore subsequēte per cōcauū tibię, vix se a horarū spacio e me
dio parte tibię patrē egressus ē ceruus, & post illū venator. Et cū tibia sit. 4. pars humanę staturę patet lōgi
tudo ipsius og Regis: quātū vt vnus hō pcurrere possit horis quattuor & viginti. Hęc sūt deliramēta iudęo
rū, super quorū insipiēter velamē ē positū quoties legitur Moses (2. Co. 3.) Quę tñ velut oracula Apollo
nis ipsi adorāt & deliramētū putāt mysterium Resurrectionis. **Et ecce duo ex illis ibant ipsa die
in castellū quod erat in spacio stadiorū. 60. Ab hierusalem: nomine Emaus. Et ipsi lo
quebantur ad inuicē de his omnibus q̄ acciderāt. Et factū est dū fabularētur in via et
secū quęrerēt, et ipse Iesus appropinquans ibat cū illis. Oculi autē eorū tenebantur
ne eū agnoscerēt.** Ibāt igitur duo isti electi & delecti dei discipuli, relicta ciuitate quę occidit prophe
tas, quocunq̄ eos ferebat voluntas. Ibāt. n. duo, vę. n. soli, duo autē mutuo fouebūtur, id quod istis accidit,
qui et si nō credebāt, loq̄bantur tamē de Iesu (n de Iesu) & impletū ē in illis, quod scriptū est, vbi duo vel
tres cōgregāti in noīe meo, in medio eorū ego sum. Erāt duo isti iuxta Origenē simeō et Cleophas. Am
brosius dicit Ammaonē et Cleophā, siquidē Lucas dñm in carne nō vidit. Cęterū. 60. stadia ex. 7500. pas-
sibus conficiuntur sūt aūt parasāgę fere quattuor, deficiūt. n. passus quingēti. Ibāt igitur duo isti amātes quī
dē, et ideo colloquebātur de Iesu, dubitātes aūt quia de dño Iesu quasi de vita functo colloquebantur. Cō
ferebant. n. ad inuicē, omnia quę facta fuerāt in ligno illo viridi, quo vsq̄ eradicatū est de terra viuentiū
Itaq̄ quātā magnifica illa spes de Regno israelitico restituendo (vt ipsi opinabantur) iā eos fefellisset, sicut
diceretur, tamē iuuabat tanti viri etiā si fato fūcti memoriā refricare mutua cōfabulatione. Quia vere erat
dilectus & hominib⁹ & deo, Animo aūt ęgrotanti medicus est oro. Amabāt igitur, sed quasi dormitabū
di eū, quē etiā volētes obliuisci non poterant. Interim aūt, iuxta quod dicitur, Lupus est i fabula. Ecce bo
nus pastor comitē se obtulit vię et ibat cū eis, ille tamē prius salutatis, vt mos est viatorū. Forrassis au
tem quod opinando dicimus (nō. n. omnia scripta sunt: sed in multis Euangelistę vtuntur compēdio) &
ipsi duo eo resultato, nomē eius rogant & patriam & quo tenderet. Nihilominus cogitantes q̄ q̄ esset is
de quo colloquebātur. Cęterū illi videntes, non videbant: & audientes non intelligebant, Etiam si ille di
ceret: Iesus vocor. Nazarenus sum, pr̄ meus Ioseph, mater Maria vocatur, Nam oculi eorum tenebantur
ne eum agnoscerent. Nimirum loquebatur Nazaręus noster Ioseph per interpretem, & in super vteba-
tur habitu peregrini. Quomodo autē fratres agnoscerēt sanctū Ioseph: cum viderent sedētē in throno ve
lut secundum a Rege, quē in seruū vendiderunt: Obstabat autē & illud: q̄ quem puerum licitati sunt, Iam
post ānos. 30. factus fuerat virilis prima lanugo immutauerat faciē sancti Ioseph: & hebręus cum esset, lo
quebatur ad fratres p interpretē. Tenebātur igitur oculi eorū, & merito, cū viderent presidentem Regno
Aegypti, quē mortuū opinabantur, aut seruire perpetuā seruitutē. Ita & duo isti electi discipuli, nō ag-
noscebāt eum quo cum colloquebantur, quē sublaeū audierant de conditorio, oā verba fęminarum apud
apostolos & cęteros discipulos christi fabulę aniles videbantur. Et ait illos. **Qui sunt hi sermones
quos confertis ad inuicem ambulantes, et estis tristes:** Apparebat in eorum vultu tristicia,
et merito, ob mortem talem & talis magistri. Illudebat itaq̄ dñs oculis eorum ad tēpus, ne eū agnoscerent
(sed illusio hęc i mēte illorū erāt, sicut dictū ē de Maria Magdalena. Quę dñm holtorē pu̅tabat, Ioan. 20
Inquirit interim quiā de se sentirēt vt illis apparētibus ęgritudinē suā, medelā congruam apponeret. Qui
sunt inquit hi sermones, & c. solet aūt & hoc ipsum partē leuare merotis, si cōtingat alter ego, in cui⁹ sinū
quod cruciat effūdamus, sicut dictū est ibi, tristis est aia mea vsq̄ ad mortē. Et illud. Miseremini mei, mise-
remini mei, Iob. 19. **Et respondēs vnus cui nomē Cleophas, dixit. Tu solus peregrinus es
in hierusalē, et nō cognouisti quę facta sunt in illa his diebus:** Quę verba non sine stoma-
cho dixisse videtur Cleophas, coarguēs vrbanū peregrinū incuriositatis, q̄ mala eorū quę fama vulgāte
decātabātur p āgulos & triuia ciuitatis ipse sol⁹ ignoraret, habet aūt illud, pprīū humani affect⁹ vt quod
cui q̄ valde cordi ē (si tu sustuhsti eū) putet neminē latere, & nullis nō esse cordi & curę. Tu inquit solus
mala nr̄a ignoras: Hila. Adeo crux xp̄i decātata fuerat p oēs āgulos hierusalē, vt cleophas respōderit chris
to, tanq̄

Hierony.

Fabula.

Math. 23.
Eccle. 4.
Math. 18.
Origenes

Eccle. 45.

Prouerbi.

Figura.
Genes. 42
Genes. 37.

Math. 26.

Hilarius

to, tanq̃ harum rerum incurioso. Tu solus &c, stupore enim de ignoratione vnius in cognitione vniuersorum. Quibus ille dixit. Quę? Et dixerunt. De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta potens in opere & sermone coram deo & omni populo: & quomodo tradiderunt eũ summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis: & crucifixerunt eum Itaq; bone magister qui reseraturus venerac eciã septem signacula Legis, quę de sacramento mortis suę & resurrectione loquebantur, interim assumpta discipuli persona, quę inquit sunt illa de quorum ignorantia nocor tanq̃ incuriosus? Et dixerunt. De Iesu Nazareno. Et Iesum nominantes, rursus paulatim sensim q; cor eorum succendebatur. De Iesu Nazareno inquit? Ita frater noa te fruamur in domino, de Iesu Nazareno colloquebamur. Erat amabilis (inquit bonus peregrinus) super amorem mulierum. Erat & speciosus forma pręfilijs hominum vt ferunt, & totus desiderabilis. Non falleris. quidquid de illo sparsum est in populis minus est a laude eius. Erat enim (vt ex pene infinitis pauca referam) vir integer vitę sceleris q; purus. Propheta magnus (hęc tota fides & spes illorum de Iesu) potens in opere & sermone. Nam verbo simplici operabatur miranda & stupenda, & per doctrinam suam ac miracula & cęlestem conuersationem dilectus deo & hominibus summã sibi comparauerat autoritatem; quando & ipsi demones confitebantur eum filium dei. Qui & (vt de multis pauca referam) vni Cęco nato oculos ex luto finxit, & alterum vita functum o nudius quartus vitę restituit, & venti & mare dicto eius parebant. De hoc inquit peregrinus loquebamini Iesu Nazareno? Ego autem (quod vos mirabimini) infans ad huc nõ semel non bis sed frequenter suxi vbera matris suę, quę, & ipsa candor est lucis ęternę & speculum sine macula & imago bonitatis dei: & mihi puero duodenni sępe sępius Cęsarem discriminauit. Non tam simile nusum ouo inquiunt, q̃ tu illi. Nimirum mamillas eius sępe suxi. Ne autem succenseatis mihi viri fratres; si vel vnum tantum vos interrogauero; Num ascendit in cor vestrum, me esse eum Iesum Nazarenum de quo ad inuicem colloquebamini? Bona verba vrbane hospes. Tu quidem valde similis videris illi, qua ad physionomiã attinet (tesen aũt admodũ inter petrũ & petrũ) tamen id quomodo possumus vel suspicari qui eum nudiustertius aperto latere e cruce detractum, conditorio vidimus vel scimus inclusum, custodia multa militum apposita? Tamen tu quisquis sis hominum deorum ve, multum leuasti laborem mœroris nostri. Nam te videntes, illum videre videmur. Nisi hoc vnum refert, te viuum videmus, ille autem cũ clamore valido iam vita functus est. Ita q; loquebamur de Iesu Nazareno, de quo cecinit populus: propheta magnus surrexit in nobis: deus reuera visitabit plebem suam. Sed quia non raro scinditur incertum studia in contraria vulgus, populus tamen versatilior persuasus a principibus sacerdotum & senioribus populi, importunis clamoribus ad crucem eum flagitauit de hoc colloquebamur o bone hospes. At qui hęc omnia quę vos (referentibus alijs) scitis simplici notitia, siquidem vt ferunt, omnes illi illo deserto in manus inimicorum suorum fugerunt, Ego noui & praxi, quippe amen amen dico vobis: horum omnium testis oculatus fui. Et nisi comes molestus vobis essem, ac subleuare volens, duplicarem mœrorẽ, (vere enim tristicia impleuit cor vestrum) multa referrem, quorum vos ignorantia tenet, scitu tamen non indigna. Imo inquiunt perge O bone hospes, & loquere nobis de Iesu Nazareno anima nostra & vita. Vidi eum ligari, suis discedentibus quaqua versum, vidi eum alapis cędi, conspui, nudari, quando flagellandus erat vidi eum crucem suis humeris ferre, vestimenta sua sorte diuisa & discissa. Clauos quibus cruci affixus est his meis manibus tenui. Vidi mortuo latus pungi, & quod magis miserandum est (sed nolens volens esfero) Vnicam suam quę cruci astabat, quę reuera de me optime merita est, vidi doloris gladio transfixam semianimem iacere. Hęc compendio retuli: sed vera omnia Amen. Vos autem pergite exponere, quę sit vobis reliqua spes, sepulto magistro vt dicitis.

Caput v. Sequitur reliquum hystorię: quomodo vocantur ab illo peregrino stulti, quomodo exponebat illis sacras scripturę. Quomodo coegerunt illum vt maneret secum illo vesperi. Quomodo cognouerunt illum in fractione panis. Quomodo regressi sunt eadẽ hora in Hierusalem &c.

Nos autem sperauerámus q; ipse esset ille qui redẽpturus erat israel Et nunc super hęc omnia tertia dies est, q; hęc facta sunt. Hęc erat spes nostra de Iesu Nazareno, & vt videtur, nec se ipsum excitare potest, & propemodum eadem dicebant, quę latro in cruce, saluum fac te metipsum & nos. Quibus vtiq; verbis vulnus infidelitatis medico impudentes ostendunt. Sperabamus inquiunt. Hęc vox desperantium est. Nec. n. dixit speramus. precisa est velut a texẽte vita nostra, aruit spes nostra, thesaurus noster carbones erant. Qui si bene numeres, ab hora qua christus tradit spiritum patri vsq; ad horam eam qua Christus visus est in specie peregrini vix duo dies computantur horę videlicet, & quadraginta licet esset dies tertia. Sed sperabamus inquiunt. Augustinus. Ergo iam fidem & spem Christi perdiderant. Et licet ipse cum eis esset, spes illius in illis non erat. Theophyl. Quasi frustrati igitur spe: dicunt, Nos sperabamus: q; ipse & alios saluaturus esset, & ecce neq; se ipsum seruauit, ita parum nostre expectationi respondit; ita imbellis fuit & impotens alias potens opere & sermone, sed vsq; ad mortem vt videtur. Et omnino si considerẽtur sermones istorũ, inter fidem & infidelitatẽ. Fluctuant, & hominũ perplexorũ sunt & ignorane quid agant, ita ibãt trepidãtes inter metum et spẽ propter resurrectionis miraculũ

Nihil enim

Nihil n de resurrectione d'ni suspicabatur. Sed & mulieres quędam ex nostris terruerunt nos exęstesam, attonitos reddiderunt, quę ante lucem ierunt ad monumentum & non inuento corpore eius, venerunt dicentes, se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere, Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non inuenerunt. Hec ille bona fide bono et aliter sibi nus quam viso peregrino fideliter retulerunt. Quibus verbis nihil aliud significare videntur quam morte xp̄i adeptam sibi esse omnem spem quam de illo viuente conceperant. Nam feminarum nugigerularum verba deliramenta illis visa sunt: adeo incredibile videbatur hominibus resurrectionis miraculum. Nam si homo inquiunt in prima sui conditione mortalis natus est quomodo post mortalis resurget? Quotiescunque excitentur homines siue ab helia siue ab heliseo, siue a propheta illo de quo loquebamur; mortales excitabimur & corruptibiles. Sed insipiens tu inquit paolus, granum quod seminas: non viuificatur, nisi prius

A moriatur, sed non est eadem pulchritudo seminati & sepulti grani, & resurgentis. Nos sumus manipuli illi quos expre iatis semitibus messuerunt fratres Ioseph, & stante manipulo ipsius Ioseph idest resurgente dn̄o, nos in terra ad huc iacemus canet aūt tuba: & mortui resurgent incorrupti, potentia eius cuius manu Cęli quasi cęrei fusi sunt. Sumus enim in manu dei omnes nos sicut lutum in manu figuli. Elmo enim plasmati sumus a plaste omnium. Canet igitur tuba, & venient ceteri fratres Ioseph cū exultatione portantes manipulos suos. ps. 125. Vide de impijs osee. Cap. 8. Ad hec intulit dominus. O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus que loquuti sunt prophete. Nonne sic oportuit pati christum: & intrare in gloriam suam? Dominus ita qz Iesus ad huc dissimulans quis esset: aperiens autem ex parte quid nosset, deposita discipuli persona magistri habitum assumit quasi esset vnus quispiam & discipulis Iesu, occultus tamen propter metum iudeorum, & obiurgat illorum tarditatem simul

B & incredulum cor: dicens. O stulti & dura ceruice ad credendum, &c. Terra tremuit, sol fugit, petrę scissę sunt, & velum templi a summo vsque deorsum. Latro in cruce agnouit potentiam pendentis, idipsum, centurio, & illi qui reuertebantur, tundentes pectora, Angeli testificantur Iesum resurrexisse, custodes vel inuiti veritatem confitentur, sed & mulieres probę huic veritati astipulantur, quędam insuper ea vestris sepulchrum fatentur se inuenisse vacuum, & linteamina velut per ocium detracta corpori. Eaque non temere relicta sed commode in suum reposita locum: & post testimonia tam in vita quam in morte qz qz post mortem oculis vestris exhibita, vos ad huc decernitis more Academicorū: dicentes. Nos sperabamus, & mulieres terruerunt nos. Nōne inquit sic oportuit pati christum quem vocatis Iesum Nazareum, & ita cruce sublatum per mortem: intrare in gloriam suam? absorta crucis, & mortis confusione in gloriam resurrectionis? Audite inquit stulti qui non habetis cor: & qui habentes oculos, non videtis, Vel saltem non intelligitis illud vos cecos esse nec videre quę coram sunt, quod est maxima stultitię pars. Non ne oportuit

C Iesum transire per aquam & ignem, vt sic educeretur in refrigerium? Alioqui quid prefigurabat gladius ille igneus & versatilis collocatus ad fores paradisi & ligni vitę viam? Nempe nulli patere viam ad gloriā nisi cui anima confixa esset gladio doloris. Ad hęc os aureum. Si paulus qui cotidie moriebatur et plus omnibus laborauit in Euangelico stadio. p̄. Cor, 15. Ad huc loquitur. Non sunt condigne passiones huius vitę ad futuram gloriam quam oculus non vidit. p̄. Cor, 2. Quid nos dicturi sumus, qui nec vulgarem quidem laborem pro virtute suscipere volumus: sed vnde cunque recreationem captamus, & hoc vnum consideramus, nec quid nobis accidat triste? Rem videlicet impossibilem, cum audiamus ex ore huius peregrini, qui nec vbi caput inclinaret habuit: oportuit pati christum: & sic intrare in gloriam suam. Quomodo igitur nos alienam sectantes ingressum in speramus? cęterum quod dicit dominus, oportebat pati christum verbum oportebat, non dicit necessitatem consequentis, sed consequentię Ex quo enim ita pre-

D ordinauit sapientia dei, per sanguinem crucis christi pacificari omnia, (Collo. p̄.) oportebat pati christum domini, & ita intrare in gloriam suam. Sequitur Et incipiens a Mose & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quę de illo erant. Illius est enim interpretari legem cuius est condere, Interpretabatur igitur illis (vt ex multis pauca referam) illud ex Nume. Cap. 27. prouideat dn̄s deus spūū omnis carnis hominem qui sit super multitudinem hanc, &c. Sequitur. Tolle Iosue i. iehosua, ipse est dominus iesus vnū in quo ē spūs dei, sapiētię & intellectus, cōsilij & fortitudinis sciētię & pietatis & timoris dn̄i, & iste introducet populū meū in terrā repromissionis, te obeūte die tuū super montem Nebo. Deu. 34. Exposuit & illud Deuter. Cap. 18. prophetā suscitabit vobis dominus de medio fratrū vestrorū: suscitabit aūt eū tertia die a morte sua. &c. quē locū alias exposuimus. Et si Iesum Nazareū cōferatis cū Mose potētem in miraculis, superat Iesus omnibus modis, quod & vos confessi estis dicētes, eū potentē fuisse & opere & sermone. Et si legē Mosi legi Euāgelicę cōferatis, erit cōferre soli lunā, Et quia p totū opus hoc multa dicta sunt ex pphetis quę xp̄o aptari possunt, sicut illud Ezech. 36. de

E nouo baptismate, effundā sup vos aquā mundā, et illud Hiere. 31. de nouo cōdendo testamēto & renouando vetere, & illud. Daniel. 9. de septuaginta hebdomadibus, & illud. Esai. 66. de imponēdo silētio hostijs veteris legis, ibi qui immolat bouem &c. Et illud. Zach, 9. de aduētu xp̄i sup asinam, & multa huius, de his omnibus intelligere possimus dictū esse, incipiens a Mose & omnibus pphetis, tanq̄ flores pulchriores ex singulis pphetis legēs, manipulū quendā applicuit naribus eorum, conferēs verba legis & prophetarū cū vita doctrina & miraculis Iesu Nazareni, de quo illi colloquebātur, sic qz ostendit, q̄ apte cōuinē qz inter se cōgruerāt vtraqz, illud interim pēdentibus ab ore eius: & admirādibus tā absolutā ac plenam scripturarū noticiā in homine peregrino, qui nō doctor earū, sed autor videretur, nec in hoc fallebantur. Hic igit̄ seruus xp̄i nō tamen feriens aures verū etiā interiora illorū penetrās, sic illos suspēsos tulit, vt nec

Marginalia: 5. re. 7; 4. re. 4; 1. Cor. 15; Gene. 37; 1. Cor. 15; Hiere. 18; Hiere. 31; ps. 65; Gene. 3; Chrysost.; Rom. 8; Matth. 8; Esai. 11.

vię sentirē laborem (qui autem sentirent viam horarum trium, quando Helias cibo pastus vili, ambula
uit in fortitudine cibi illius diebus.40.& noctibus totidem, & Moses totidem ieiunauit, angelico pastus
colloquio, Exo.24.(nec tamē interim faciē aut loquellā tanti doctoris sibi non ignotam agnoscebant, vt
veniret ipsis in mētem, ac secum perpenderent dicentes. Quis est iste nouus peregrinus: cui sicut in nume-
rato sunt scripturę, vt memoria pro codicibus vtatur? Quis est iste peregrinus, qui totius vitę Iesu testis
oculatus videtur, quem tamen alias nunq̄ vidimus inter discipulos eius? Quis est iste pegrinus qui tā pro
fūda mysteria profert de thesauro suo, cum noua tum & vetera? Verūtamē vt dictum est, loquebatur eis
noster Ioseph per interpretē, dicentibus illis verbum vnum, Domine quid quid sit de cęteris quibus ani-
mos nostros inflamasti in amorem Iesu Nazareni, illud tamen compertum habemus, q̄ huic sectę de resu
rrectione mortuorum vbiq; contradicitur. Verum autem Iesus Nazarenus surrexerit, ipse viderit, Nobis
hucusq; persuasum nō est. Interim autem. Appropinquauerunt castello quo ibant, & ipse fin
xit se longius ire, & coegerunt illum dicentes, Mane nobiscum quoniam aduespe-
rascit: & inclinata est iam dies: & intrauit cum illis. Ita q̄ quo magis inflamaret illorum de-
sideriū ad audiēdum ex ore eius plura de Iesu Nazareno (priuatio.n. est causa appetit9) pre se ferebat qua
si nollet in Emaus hospitari nocte illa: sed porro versum ire, quandoquidē illi sepulto domino, omnino
fraudati a spe sua relicta ciuitate (timebant.n. ne simelia ipsi paterentur) in patriam se suam recipiebant.
Tamen iuxta Gregorium probandi erant, si eum quem non vt deum diligerent, saltem vt peregrinum a-
mare potuissent. Videntes igitur se tanto hospite tanti solatii destitui, primum quidem rogant ac suadēt
verbis amore & vrbana comitate plenis, & cum non persuaderetur, cogerent illum, qui cogi non potest
& cogi vult. Vide. Exo. Cap.32. Ibi dimitte me vt irascatur furor meus. Vere autem non coegerunt. Ni-
si forte putam9 coactum Angelum a Iacob, quo cū luctā conferebat: vt benediceret ei, Quia dixit Iacob
Non dimittam te nisi benedixeris mihi. Non ergo coactus est noster Samson, sed ipse se obtulit non requi
situs, vt rogaretur. Quia non raro pulsat ad fores animę nostrę: & respondetur ab intus. Exui me tunicā
meam. &c. Cāti.5. Vide ad hoc, Gene.19. de Loth compellente hospites precibus non vi, vt ingrederentur
hospicium sancti viri. Mane inquiunt nobiscum o bone hospes, ad hoc.n. declinasti ad seruos tuos, benefi
ciū ingēs das, nō accipis. Tu autē sine quo abibim9? dies inclinata est, ita te fruamur in Iesu Nazareno, re
fice viscera nr̄a: noctē totā ducemus in somnē: si pergas plura loqui sacra de Mose et prophetis, deq; nr̄o
Iesu Nazareno. Ergo pauperes rogandi sunt: & si res ferat cōpellendi, vt cū nos defecerimus hic, ipsi nos
recipiāt in eterna tabernacula. quę imitata ē olim Regina sabba in domo salomonis.3.re.10. Cogendi sunt
igitur, quia forte nō erūt nobis magis onerosi q̄ helias apud viduā, 3.re.17. Quā dominus Iesum xp̄s apud
hospites istos hodiernos, quos ipse cibauit pane vitę & intellectus. Mensam autem illorū in nullo pau
periorē reddidit. Et factum est cū recūberet cū illis: accepit panē, et benedixit ac fregit
& porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorū, & cognouerunt eū. Et ipse euanuit ab
oculis eorū. Ita q̄ illi leto atq; hilari vultu excipientes tantum hospitē: vt pote quem ex admirabili illa
confabulatione intellexerant, Nō esse vnū aliquē ex vulgaribus peregrinis (vnde dn̄m eum vocant (men
sam pro sua tenuitate apparant/ in qua ante omnia & sup omnia vultus accessere boni (& nō iuxta pro-
uerbium panis lapidosus) & eū sedere faciunt in capite mensę gr̄a hospitij, rogantes vt inter epulandum
loqueretur eis (ne gratis panem manducaret) de Iesu Nazareno. Recubuit igitur dominus, & accipiens pa
nē (forte aūt et hic factū ē idē quod legimus in vita pauli Eremitę, ex mea ē enim cōtrouersia inter Paulū
& Antoniū, videlicet vter eorū frāgeret panē vide hystoriā, benēdixit; fregit q;, deinde porrigebat illis. Hūc
igitur morē cū scirēt duo isti discipuli esse dn̄o xp̄o peculiarē, ante presūptū videlicet cibū gr̄as deo agere
deinde panē partiri inter suos, quasi de profundo somno experge facti, aperti sunt oculi eorum, & cogno
uerūt dn̄m suum, Non q̄ clausis oculis viam illam per ambulauerint, sed per inde sonat aperti sunt oculi
eorū: quasi dicas, cognouerūt que ante nō cognouerant. In fractione igitur panis istorū aperti sunt oculi,
fęlicius oculis eorum pate factis: quibus naturę suę manifestata est glorificatio, q̄ illorum generis nostri
principium quibus preuaricationis suę ingesta est confusio. Cognouerunt igitur eū, sed in fractione pa-
nis. Et enim iuxta Iacobū, non auditores legis sed factores iustificabuntur. Hoc est beati qui audiūt verbū
dei, & custodiūt illud. Luc.11. Isti inter ambulandū audierūt verba Ex ore Iesu Nazareni (quod est mira-
bile vt idem predicaret se ipsum) & peruenientes Emaus, quod in via audierant cum Maria, domi ope-
re perfecerunt cum Martha. Dicit Theophil. Verbum aureum, q̄ oculi eorum qui benedictum panem dig
ne percipiunt aperiūtur & cognoscūt dn̄m. Sed quid cognouerūt, aut quantū cognouerūt? Vix cognitus
Euanuit ab oculis eorū Iesus. Videm9 enim hic nescio per quod speculū nescio quas scapulas dei, & ipsam
intrāsitu, & positis nobis nescio in quo foramine, obiecta oculis nostris nescio qua manu. Faciā inquit trā
sire ante te omne bonū. Quid igitur pmanere hic potest, quādo deus ipse qui vbiq; adest, trāsire dicitur?
preterit reuera figura huius mūdi, et nunq̄ in eodē statu permanet: sed nūc aurea videtur nūc ferrea, nūc
terrea, quod verius est euanuit igitur ab oculis eorum, non q̄ corpus quod a resurrectione gestabat, res es
set euanida, sed q̄ corpus portaret gloriosum quod per dotē agilitatis mouetur iuxta beneplacitum animę
motu velocissimo, iuxta illud, Rapiemur cū illis obuiam xp̄o in aera. Sciendum tamen quod dn̄s post resu
rrectionē suā satis pce concedebat sui presētiā suis, vt sensim assuescerēt carere corpali p̄sētia ei9, quā breui
erat ablatur9 ab eis, vt discerē aliquādo vacę illę rationales, reclusis vitulis/ viā dei pcurrere nec mugire
interea, sed dicere: o q̄ndo veniā ad faciē dei? ps.41. Q̄n deposito iugo legis (officiū marthę) et plaustro et
arca mādatorū dī, d̄ quib9 illud vnū ē (et oīa i hoc vno recapitulāt) iuicē onera vr̄a baiolate, imo laborve
sā vn9 cū dō spūs. Videbit igitur dn̄s, sed breui tpe, nec tamē omnib9, sed iuxta apostolū. Act.10. testib9
prę ordi

Margin: Matth.13. Actu.23. Gregori9. Genes.32. Luc.16. Eccles.15. puerbiū. Hierony. Cor.pri. Luc.10. Theophi. p.Cor.13. Exo.33. p.Cor.7. Dan.2. p.Thes.4 ps.15. Gala.6

pre ordinatis a deo primum quia humana imbecillitas non fecit claritatem ac maiestatem corporis glo riosi,tum,2,quia indignum erat tantã margaritam incredulis comũicari,& dari canibus sanctum sancto rum.Matth.7.sequitur. Et dixerunt ad inuicem, Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via & aperire nobis scripturas?sunt.n. verba dei iuxta Prophetã quasi ignis,vnde ardebat cor eorum,& quasi malleus conterens petram,quo factum est,vt tandem excus so infidelitatis profũdo somno agnoscerent Iesum/de quo et quo cum diu collocuti fuerant.Hieronymus: Verba dei malleus sunt,vt corda peccatorum dura & instar silicis indomabilia sermonis dei malleo con terantur,Vide.3.reg.21.Ibi,cum audisset Achab sermones istos.Aufert autem dominus cor lapideum,vt do nat pro eo carneum cor,molle videlicet.& quod possit dei suscipere,& sentire precepta Ezech.36.Non ne inquiunt ardens erat cor nostrum?Quasi vtriusque vnum et idem esset cor.Vere autem vnum erat, illo quis non affuisset pax vera inter eos.Ardebamus inquiunt more rubi illius,nec tamen calescebamus,quod insignis cuiusdam corporis signum videtur certe nisi fierit remus Cum Iona/vel ex ipso aspectu & loque la(vt cetera omittamus)agnoscere licuit,ipsum esse Iesum Nazarenum.Talis autem erat sermo eius,vt pungeret,afficeret,saperet,vreret:inflammaret,& relinqueret aculeos quosdã ac scintillas in animis nos tros.Est autem sermo dei vt breui multa comprehendam Manna illud,in quo reperire licet omnem sapo rem.Sap.16.est clypeus ignitus Prouer.30,est turris dauid ex qua pendet omnis armatura fortiũ.Cãt.4. Ita quod post quam vter alteri confessus est, ignem illum diuinum grassari in ossibus suis (vide Danielis .13. de senibus inueteratis,ibi cumque reuertissent)nec diutius ibi consistere posse,tam & si iam inclinata die , iter horarum quatuor/vna remensi sunt. Nam surgentes eadem hora regressi sũt in hierusalem & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erant dicentes, quod sur rexit dominus vere,et apparuit simoni. Et ipsi narrabãt que gesta erant in via:& quo modo cognouerunt eum in fractione panis.Quia igitur dies illa boni nuntij erat,surgentes ea dem hora,relicta mensa cum appositis cibis,iter arripiũt insistentes viam sequentes impetum spũs:nõ .n. gradiebantur,sed videbantur volare:& peruenientes,pulsant frequenter dicentes,aperite portas,quia no biscum deus, Tamen qui intus erant/non expectata narratione duorum:loquebantur inuicem dicentes Quid credere detractamus,tot testimonijs confirmati?Iam surrexit dominus,& apparuit Simoni. Quã do autem vel vbi scriptura non refert,excepto eo quod dicit paulus p.Cor.15.Vbi autem oportunitas lo quendi affuit,& ipsi narrabant non sine tanti consessus summa exultatione (id est attentissimis auribus) que gesta fuerant in via,& quomodo cognouissent eum in fractione panis,Addidit autem Marcus huic narrationi pro coronide insigne verbũ dicens. Et neque istis duobus crediderunt.Illi videlicet qui congregati erant,Ad hec Hieronimus super illud:preparauit dominus piscem grandem in ferno precepit dominus morti quod,vt christum,40.horarum spacio mortuum detinebat.Que auidis faucibus,predam pu tans,quantus in deuoratione lętata est,tantum luxit in vomitu,Et aduertẽdum : quod vbi putabatur interi tus;ibi custodia fit.Non autem ignoro quosdam fore,quibus incredibile videatur,tribus diebus ac nocti bus in quibus naufragia digerebantur in vtero Ceti hominem posse seruari, qui tamen seruatur viuus mẽ sibus.9.in vtero matris,angustiori satis hospicio,& tamẽ nemo id miratur.Quia vtique aut fideles sunt aut infideles, Si fideles,multo maiora credere iubentur.Quomodo tres pueros flamma illesos reliquit.Da.3. Quomodo Iordanis reuersus est retrorsum.Iosue.3.Quomodo humana ratione aucta fame leonum,ra bies predam suam timens,aspexerit,nec tetigerit & multa id genus.Dani.6.&.13.Si autem infideles sũt legant 15.libros Nasonis metamor.Inuenient Iupiterem mutatum in cygnum,& quomodo in auro fluxe rit,in tauro rapuerit,in quibus ipsa turpitudo fabularũ diuinitatis denegat sanctitatem. Legant Phaetõ tis sorores in populos arbores esse conuersas.Illud credunt & dicunt deo cuncta esse possibilia , Igitur eandem virtutem tribuant deo in honestis rebus,quam defendũt in inhonesta.Hec ille.Sed neque illud in quit crediderunt.Quam tamen hesitationem humana infirmitate nutãtem nonque permisisset spiritus san ctus discipulorum christi in esse pectoribus,nisi illa trepida sollicitudo & curiosa cunctatio nostre fidei fun damenta iecissent.Dubitatum est ab illis,ne dubitaretur a nobis.

Hiere. 23. Hierony. 3.reg. 21. Ezech. 36. 4.regũ.7. Hierony.

Caput.vi,interhec ingreditur dñs ostio clauso offert pacẽ,ostẽdit manus & pedes,prebuit se palpandũ,dicitque, habetis aliquid quod mãducetur? Mãducat corã illis,dat eis ex suis reliquijs, aperuit illis intellectum.

E T dũ loquerentur,Iesus stetit in medio eorũ:et dixit eis.Pax vobis. Ego sum, Nolite timere. Turbati vero,et cõterriti, existimabant se spũm videre.Et dixit eis.Quid turbati estis , et cogitationes ascen dũt in corda vestra?Videte manus meas et pedes meos,quod ego ipse sum,palpate me et videte, quia spũs carnẽ et ossa non habet, sicut me videtis habere.Et cum hoc dixisset , ostendit eis manus et pe des.Premittit aũt Ioãnes huic narrationi Luce, quod cũ esset sero die dominice resurrectionis:et fores essent clause propter metũ Iudeorum , in gressus ẽ Iesus Ianuis clausis,et stetit ĩ medio eorũ. &c.Fores inquit erãt clausę die prima post sa batum cum esset sero.Dãnato.n.ad crucẽ dño,& tandem detracto e cruce,& sepulchro incluso, quid spei videbatur super esse pullis illis implumibus : Timebant seuera super se irruituram procellam quandam, que quatuor angulos domus cõcutiens,opprimeret & matrem & filios.Erant igitur ossa illa congregata quidem

Ezech.37.

quidem in vnum, alias autem arida siccaq; vehementer, propter metum iudeorum. Ad hec vrgebat zela tor ille Mosaice legis, argumenta hinc inde contra ecclesiam conquirens, quam nuper plantauerat dexte

Actu. 9.

ra dei, & in similitudinem fornacis Babylonice flāmas Euomebat & minas, obsequiū se putans prestare deo. Merito igitur inclusis propter metū iudeorū, pacē (qua illi cū primis indigebat) stās in medio obtulit

Pax.
Plutarch⁹

xp̄s pax vera dicens, pax vobis, ē aut pax tante excellentie inter ceteras virtutes iuxta Augustinū q; etiam bella fiunt p pace acquirenda. Et. n. iuxta plutar. Nihil aliud est pax, q̄ finis belli & victoria. Que tamen tunc plena erit atq; perfecta. quando cātabimus cum apostolo deo autem gratia qui dedit nobis victoriam. Per quem paule, Quo ve duce belli? per iesum christum dominum nostrum. Ipse. n. est qui descēdit in campo ad singulare certamen, & forti deuicto atq; triumphato, hodie reportauit victoriam non tamen incruentam, Vnde probas? ostendit eis manus pedes & latus. Tantum igitur est pacis bonum, vt

F

Augustin⁹

etiam in rebus terrenis nihil gratius soleat audiri, nihil desiderabilius concupisci, nihil melius possit inueniri. Vnde velut precisum donum pax data est hominibus pro Euangelio & strenis nati pueri dicentib⁹

Luce. 2.

angelis, pax hominibus hoc est Eudoxia. Data est etiam pax proficiens dominice resurrectionis tanq; fructus mortis christi, id q̄ non semel sed tertio. Vnde illud Esa. 26. iuxta. 70. Da nobis pacem, omnia. n. dedisti nobis. Vide textum Iosue. Capite. xi. in fine. Multa philosophatur Augustinus super hoc nomen. P.

August⁹.

A. X. P. inquit significat, patrem est. n. primum elementum in hac dictione pax. A vero que vocalis est filium significat per quem nobis loquutus est pater. Facit autē. A. per se sonum, quia filius tantum carnem induit P autem non sonat sine, A. quia pater nunq; fuit sine filio. X. autem que duplex est spiritum sanctum significat, qui amor est patris & filij. Ex his autem tribus elementis vna vox, vna dictio vna pax cōponitur, quia pater & filius & spiritus sanctus vna sunt summa & vera pax que superat omnem mentē.

G

Phili. 4.
Ephes. 2.
Poeta.

De laude tamen pacis quicquid dicamus, minus est ab eo quod dicit paulus. ipse dominus Iesus est pax nostra. Quid autem putamus significare voluisse poetas inducentes Titanas bellum commouentes aduersus deos, Nisi illud, homines, impios et pacis osores nihil nō audere in hostes quando contra deum fortes sunt sicut Iacob sicut Nembrot robustus venator. Genes. 10. & Cap. 32. Nam & bellum quod olim duellum erat/ab inferis exortū, & ibi habere sedem suam! & a furijs ad nos emitti, manifeste significat poeta. 6. Eneidos. Sed hodie bellum ludus putatur. Iuxta illud. 2. re. 2. surgant pueri & ludant coram nobis, & responsum est, surgant. Surrexerunt ergo. 12. ex parte Isboseth filij saul: & totidem ex parte dauid, qui omnes mutuis vulneribus conciderunt. Sequitur Ex ortum est bellum durum satis (quod lusus putabatur) in die illa Hoc est/munus putabatur, Vide textum, stans igitur dominus in medio suorum, obtulit eis pacem. Quo

Cartagi.

niam autem homo liber est, non omnes oblatam receperunt. Obtulerunt. n. Romani aliquando cartaginēsibus duas tesseras: vnam belli/pacis alteram, vt veram vellent acciperēt. Et ille quidem nullam elegerūt sed quam inquiunt reliqueritis, Eam libenter amplectemur. De pace autem peccatorū vide. 4. re. Cap. 9. satis bene. sed opere precium est audire Romanum quendam, cui pax malum omne erat. Pyrrhus Rex

H

Pyrrhus.

post victoriam habitam de Romanis, quia presertis potentie non erat vt Romā capere possent! amicitiam vero & pacem gloriosam sibi post victoriam iam partem fore existimabat cyneam legatum ad Romanos prior misit, vt experiretur an pacem vellent. Interea cum. A. claudius vir amplissimus quidem sed senex & cecus, audiret que a Rege nunciabantur, ac rumore obtinente/senatum pacem esse daturum: tolerare non potuit (pacis osor, satane satelles) sed in curiam se deferri iussit. Factum est igitur silentiū ad pre

A. claudi⁹

sentiam tanti viri ille autem vbi suo loco constitit, ita dicere visus est. Antea quidem Patres conscripti hanc meam oculorum fortunam per moleste ferebam, nunc autem doleo, q̄ non vltra cecitatem ipsam surdus etiam sim, ne turpes consultationes ac sententias vestras que huius vrbis gloriam subuertunt audire compelleret. Vbi est. n. illa iactantia, quam crebro verbis vsurpare soletis: affirmantes si magnus Alexander in Italiam profectus vobiscum adolescentibus, aut cum patribus vestris conseruisset bellum, neq; nacq; eum nunc vt inuictum gloriam habiturum, sed aut fuga aut morte sua maiorem huic vrbi nomem gloriā q̄ reliquisset. Hanc igitur insolentiam verborū/nunc rebus ostendite Non itaq; hunc remouebitis. si ami

I

cum feceritis: sed alios inuitabitis per contemptum nostri, quasi superare nos facile sit, si Pyrrhus abibit, nec dum pena data eorum que contra nos fecit, verum etiam mercede accepta federis, abire in patriā suā Hec oratio, A. claudij ceci ad studium belli animos Romanorum a pace traduxit quoniam dulce bellum inexpertis, & maxime bellantibus e plaustro, sicut cecus hic inueteratus satane dux. Nos autem audiamus dominum dicentem, pax vobis. Inquire inquit pacem, & persequere eam Benedicit, persequere: exagi-

puerbiū.

tata est. n. vndiq; & prorsus explosa, ac terram relinquens: in celum vnde cantantibus angelis descendebat (loquit os aureū) est profecta. Turbati vero & conterriti existimabāt se spūm videre, spūm videl; eū quem in cruce patri commendauerat. Vulgus. n. refer, desunctos aliquoties assumptis corporibus (imo id maxime verum est) non solidis, exhibere se oculis mortalium, quod certe non raro factum est. Tamen si

Chrysost.
Sco in. 4.
dist. 49 q.
15. insolu.

spiritus erat, inuisibilis erat, sicut aer ipse vel ventus. Ne igitur hoc in eorum remaneret opinionib⁹, quod voluebatur in cordibus, redarguit cogitationes a veritate discordes, ingerit q; dubitantium oculis manentia in manibus suis pedibus q; & latere crucis signa: & vt curiosius petractentur inuitat, quia ad sananda infidelium cordium vulnera: clauorum & lancee: erāt seruata vestigia. Videte inquit man⁹ meas & pe

K

des meos, quia ego ipse sum: qui pugnaui & vici, sed moriendo, & ecce victorie signa, de quibus dicitur

zacha. 13.
Origenes.
2. Cor. 5.
Hilarius.

que sunt plage iste in medio manuum tuarum: his inquit plagatus sum in domo eorum, qui reposuerunt mihi odiū p dilectione. ps. 108. si igitur fructus mortis xp̄i pax nostra est cū deo, cū angelis, cū gentilibus illis inquit Origenes, qui euacuantes fructum crucis christi, rursus intexunt sepem inimicitiarum cum deo illa patrantes que ipse odit. Quib; tamē loquitur paul⁹. p xp̄o legatione fūgimur tanq; deo p nos exhor

tante.

tante. Obsecramus vos amore christi, vt reconciliemini deo palpare & videte, quoniam spūs ossa non habet nec carnem, sicut me videtis habere. Nō ergo per incorpoream naturam sed p resurrectionis corporeę qualitatem imperuia visu clausa penetrauit. Nam quod tangitur corpus est quod palpatur corpꝰ ē Semi natur. n. corpus animale, resurget spirituale, sed illud subtilius, hoc crassius. Nam quomodo non corpꝰ. in quo manebāt insignia vulnerū/quę dn̄s palpanda obtulit. in quo nō solū fidē firmat, sed etiā amorē nr̄m excitat, q vulnera suscepta pro nobis, cęlo inferre maluit: abolere noluit; vt deo patri nr̄e precia libertatis semper ostēderet, iuxta illud: in manibꝰ meis descripsi te. Itaq; moli corporis inquit Augusti. vbi diuinitas erat ostia clausa nō ab eo obstiterū clauso ille qppe ostio intrare potuit quo nascente virginitas matris inuiolata permansit, dicente propheta, porta hec non aperietur. Quod aūt dicit Gregorius; omne quod palpatur est corruptibile, & astipulatur. S. Thomas, non placet doctori nostro. Quare enim non possim digito tangere celum vel corpus gloriosum sine miraculo/non video. De hoc alij viderint. Ad huc autem illis non credentibus: sed mirātibus prę gaudio: dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi et fauum mellis. Et cum manducasset coram eis sumens reliquias, dedit eis, et dixit ad illos hec sunt verba que locutus sū ad vos cū ad huc essem vobiscum. quoniam necesse est impleri omnia quę scripta sunt in lege, Mosi et prophetis & psalmis de me. Tanta erat gaudij passio: vt non applicarent mentem ad credendum illum esse dominum Iesum. Ita q non ex duritia cordis sed ex velut extasi causata ex multo gaudio, visis manibus & pedibus non applicabant mentem ad credendum. Vt ergo per diuersa argumenta iuxta eundem Lucam fidem faceret resurrectionis suę, non solum vt videretur, cōtrectaretur, audiretur, concessit, sed & vt vescentem cernerent, quia reuera viuebat. Cum igitur essent quidam inter congregatos prę gaudio adeo extra se positi & velut ebrij gaudij immensitate: vt nec oculis suis non auribus non vel tactui fiderent/quem certiorem habemus cunctis animantibus/ timemus. n. bonum q̄ credere quod summis optamus votis (de quo vide Genes. Cap. 45. in fine bonum textum) metuētes ne nos ipsos festinato coniiciamus in gaudium/quo mox sumus exuendi, fama ad nos falsoa afferente rumores, non dedignatur dominus ad huc nouo argumento illorum incredulitati occurrere. Nullum. n. certiꝰ argumentum hominis viuentis, q̄ cibum sumere. Vnde puellę excitatę a morte dominus iussit prandiū dari quasi reuertenti de longa via. Verum est q in resurrectione ad immortalitatem cibis non vtemur, sed erimus sicut angeli. Matth. 22. Si instes, q angelus Raphael comedebat, sicut habetur Tobię Cap. 12. Itē tres angeli in tabernaculo Abraę, & duo in domo Loth. Genes. 18. et cap. 19. Audi Raphaelem loquentem. Videbar quidem vobiscum mādUcare & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu qui ab hominibus videri non potest, vtor. Comedit igitur dominus non necessitate. Sed vt discipulis etiā hoc argumento probaret corporis humani veritatem. Obtulerunt igitur ei partem piscis assi & fauum mellis ipse autem erat panis viuus qui de Cęlo descendit. ipse piscis assus (agnus assus) in cruce quia homo, fauus mellis mel in cera. i. in homine deus. Et sumens reliquias dabat illis. Tu igitur aperi os tuum, & ego implebo illud ps. 80. Ne dicas, anima nostra arida est super cibo isto. Nempe assueuerant porris & cepis & huiusmodi bellarijs, quę plus habent aloes q̄ mellis. Illud interim obseruandum, q q̄ primum dominus Iesus piscē illius contigit manibus (idem de fauo intellige) iam non piscis & fauus sed reliquię dominice mensę vocantur. Namq; & Midę propter susceptum hospicio bachum concessum est a dijs. vt quicquid contigeret in aurum verteretur. Iuxta mysteriū autem fauus hic ille est quem Sāson inuenit in ore leonis quem ipse occiderat ante decem vel octo dies. Erat. n. multitudo apum in faucibus leonis. i. mortis vel ceti illius quas cetus vorarat, et post illas Ionam. scriptum est autem, diuitias quas vorauit euomet, & de ventre illius extrahet illas deus; quod hodie factum est. Piscis autem iste illius figuram potest gerere qui Tobiam inuasit secus flumen, sed confortatus Tobias ab angelo, apprehendit eum per branchiam, & extractum de aqua exenterauit. Apprehensus est igitur piscis ab eo quem apprehendisse se putabat. Apprehēdo eum, vt caput a corpore separaret, & fieret xp̄s ecclesię caput. Exenterauit aūt illum, cum nequitias eius latius nobis aperuit dicente Paulo, Non. n. ignoramus astucias eius. 2. Cor. 2. Cor & fel reponi iussit, cū scripturis mandauit, quomodo serpens erat callidior cunctis bestijs terre. Captus est igitur potētia diuinitatis dum escam appetijt humanitatis. Quia & si hora mortis ad illum venit pendētem in cruce, nihil tamen sui iuris in eo inuenit. Sumens igitur dn̄s reliquias piscis & faui dedit eis dicens, hęc sunt verba quę loquutus sum ad vos, cum adhuc mortalis essem vobiscū: quę omnia impleri necesse est: siue scripta sunt in. 5. libris Mosi. &c Apex non preteribit a lege donec omnia rebus expleantur. Sequitur. Tunc aperuit illis sensum aperuit illorum mentem vt intelligerent scripturas: et dixit eis. Quoniam sic scriptum est, et sic oportebat christū pati et resurgere a mortuis tertia die, et predicari in nomine eius penitentiā et remissionē peccatorū in omnes gentes, incipientibus ab hyerosolyma. Vnde illud. Apoc. cap. 5. vicit leo de tribu Iuda, vt aperiret librū & solueret signacula eius. Videtur aūt ordo cōtrariꝰ, priꝰ. n. soluūtur signacula; & post aperitur liber, sed dn̄s Iesus incarnādo ea scēdo & moriēdo/aperuit. i. ostē se cōpleta oñdit mysteria veteris legis, quę erāt velut sigilla libri scripturę resurgēs autē aperuit librū, exponens apostolis multa quę de eo predixerāt prophetę, sicut hoc. Cap. 24. Lucę tractum est. Potest breuiter dici q aperire librū & soluere signacula eius p eodē accipiuntur, sed aliud sit in se rebus impleta esse quę predicta sunt ostendendo aliud verbis & rationibus, iuxta illud, incipiēs a Mose. &c. Ceterū iuxta. S. Bonauenturā septem sigilla ea sunt, reseratio sepulchri sui, remotio linteaminum a corpore, testimoniū angelorū sedentium super sepulchro: excitatio illorū qui cū xp̄o resurrexerūt terremotus deterrens custodes, mendatio magno emptum a Iudęis, appartiones factę apostolis. Possumus aliter

2. Cor. 5. Hylari⁹. 1. Cor. 15. Esai. 49. Augustin⁹ Gregori⁹ Eze. 44. Matth. 9. Ioann. 6. Num 11. Midas. Iudic. 14. Iob. 20. Figura. Gené. 3. Ioan. 14. Matth. 5.

A B C D E

liter dicere, hęc septem signacula esse vestem secerdotis laceratam, velũ tẽpli scissum, latus xp̃i apertũ monumẽta reserata, oculi aperti discipulorũ eũtiũ in Emaus. & testimonia ex lege ꝓphetis & psalmis. Erat et liber scripturę signatus his septem sigillis iuxta amicum dei, quia sapientia dei venerat in mysterio abscõdita. Nam virginis desponsatio celauit virginitatem, forme seruilis assumptio celauit formam dei, carnis circuncisio innocentiam celauit eius/qui venerat vt tolleret peccatum mundi. Fuga in Aegyptum/ temptatio mors inter iniquos & sepulture signaculũ dñm iesũ verũ hominẽ ostẽderũt nihilq̃ habere prima frõte cõmune cũ maiestate diuina. Sed post ꝙ moriẽdo vicit Leo de tribu Iuda/q̃ interpugnandũ mutauerat vestimẽta sua nũc indutus alba veste nũc purpura vel coccinea mõ nudus consistens in stadio nõ oñdens quis esset, quid uisset quid ve passet, resurgẽs deuicto mortis inuẽtore, aperuit suis mentẽ, vt intelligerẽt scripturas. Verũtamen iuxta Hieronimũ, ante ꝙ dñs minus diceret in cruce, hodie mecum eris in paradiso, clausa erãt Celestia & spũs pecoris hominis ęqualis vilitas eo arctabat. Hiero. vide lib. 2. Cap. 11. nona Et dixit eis. Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat pati christum. &c. Quę verba exposita sunt supra hoc eodem, Cap. 24. Lucę. Quod autem dicit, predicari in nomine eius pęnitentiam, id quidem non est scriptum ad litteram in veteri testamento. Tamen in figura scriptum est Ione. Cap. 3. Vade in Niniue ciuitatem grandem: & predica in ea. &c. et rursus cap. 3. post ꝙ Ionas euomitus est tertia die a Ceto, iussus est predicare penitentiã. Itaq̃ & ante mortem xp̃i & post resurrectionem eius predicata est pęnitẽtia in remissionem peccatorũ, interest aũt, quia ante mortem christi solis iudeis predicata est, sicut habes Matth. 10. In viam gentium ne abieritis. &c. Et hoc figurabat fuga Ione in Tharsis. Ceterum post naufragium crucis Ionas festinan pergit in ciuitatem gentium Niniue. Erat autem hec ciuitas tanti ambitus, vt vix trium dierum posset itinere circumiri. At Ionas precepti & superioris naufragij memor, viam triuum dierum vnius diei festinatione compleuit. Vnde dictum est in consequentibus, ite in orbem & predicate euangelium omni creaturę. Hec autem Ionę festinatio ad predicandum penitentiam gentibus, nihil aliud prefigurabat, ꝙ parata esse corda eorum ad suscipiendum semen verbi dei: iuxta illud. Ioan. 4. Leuate oculos vestros, & videte regiones quia ecce &c. oportebat autem vt apostoli hanc predicationem auspicarentur ab hierosolymis. Non solum quia illis primum credita fuerant eloquia dei, sed ideo etiam vt gentes varijs erroribus & facinoribus implicitę, hoc maxime inditio diuinę pietatis ad spem venię prouocentur ꝙ eis qui filium dei extra vineam suam actum crucifixerunt, venia nõ denegatur, si peniteant.

Vos autem estis testes horũ. et ego mittam promissum patris mei in vos. Luce. 24.

Eritis oculati testes eorum omnium quę docui quę feci, quę ꝙ passus sum a populo meo olim dilecto, & quoniã resurrexi tertia die a morte mea &c. Tunc autem eritis tantorum misteriorum idonei testes quando ego misero super vos promissum patris mei spiritũ sctũ, qui dabit vobis os & sapientiã, cui non poterunt cõtradicere omnes aduersarij vestri, sicut habes de protomartyre Stephano. Ad hec Gregorius super illud. Canti. 8. sim murus est Ecclesia quę prius sine vberibus intra vnius conclauis locum metu Iudeorum se continebat, misso spiritu sancto de celo, vadunt apostoli ad concilia gaudentes, quoniã digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ecce qualis murus facta est ecclesia, quę modo tenerrima nec pedem cuiuslibet gradientis sine lesione gerebat, modo vero accepto spiritu sancto, vniuersi exercitus assultãtis illesa pedem cõtemnit. Facta sum inquit coram eo quasi pacem reperiens. Quis in hoc mundo quandiu sumus, a peccatis omnibus non desistimus: & quandiu cum xp̃o viuimus, pacem perfectã cum illo qui sine peccato est, & sine peccato in carne vixit/non habemus. Eritis igitur testes mei et id nõ prius ꝙ ego mittã vobis promissũ illud, de quo Ioel. Cap. 2. effundã de spũ meo super omnẽ carnẽ. Sequitur. Ioãn. cap. 20

Caput septimũ, Refertur fere eadẽ historia. Dicitur de Thoma qui absens erat, qui dixit, nisi videro fixuram clauorum & lanceę et mittam manum, non credam. Venit secundo dominus. & fecit satis desiderio Thomę. Exclamauit ille. dominus meus & deus meus. Accipiũt apostoli spiritum sanctum: dicente domino insuper, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.

GAuisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterum Iesus. Pax vobis sicut misit me pater et ego mitto vos. Gauisi sunt gaudiũ autẽ hoc quis poterit explicare: hoc vnũ scimus quod gaudium illorũ nemo tollet ab eis. Ceterũ ꝙ pacem dominus secundo reperit, repetitio hęc/pacis confirmatio est. Legimus templum pacis apud Romanos in annis. 730. ter tantũ clausum fuisse, quod signum erat pacis. Romanis interim hydram secantibus & vnda excipiente vndam. Quã. n. pacem mũdus dare potest, cum angeli ipsi qui nobis pacem cecinerunt: pugnare legantur pro cõmissis sibi prouintijs. Danie. 10. Erat. n. ille cuius manus contra omnes & omniũ contra illũ. (Gene. 16.) In armis totos dies & noctes, semper vnã & eandẽ cantionem cantans etiam post ꝙ centies amisit caput (sed hydra est) & ea est, date virum, qui cõferat mecum manus, ideo pax hec quidẽ quęrenda est, alibi aũt fruendũ pace quę superat omnem mẽtem. Phili. 4. Est aũt hydram secare iuxta ꝓuerbium, ita vnum aliquod in comodũ tollere, vt in eius locũ aliã plura recipias. Natũ prouerbiũ a fabula hydrę lernęę: quã alij centum fuisse capitum aiunt, alij octo, e quibus vnum erat immortale. Cum hoc monstro multum diuq̃ conflictatus est Hercules, ppterea ꝙ reciso capite

1. Cor. 2.
Esa. 22.
Luce. 24.
Hierony.
Marci. 16.
Rom. 3.
Matth. 21.
Actu. 7.
Grego.
Actu. 2.
Ioann. 16.
prouerbiũ
Phi. 4.

F
G
H
I
K

plura renascerentur, Plutarchus de fortuna Alexandri, Hydriam secans: semper aliquibus bellis repullulā rem, Quid est autē, sicut misit me viuens pater, & ego mitto vos. Memētote, q̄ nō est maior seruus domino suo. Ioann. 15. si me persequuti sunt: & vos persequentur. Si oportuit mediatorem dei & hominum tam multa pati & reprobari & cruci adiudicari id q̄ inter impios, vt ita intraret in gloriā suam. Eadem vos passuros non dubitetis, quia per obediētiā vsq̄ ad mortē crucis peruenitur ad regnum ęternę retributionis. Audi vnum mirabile. Cynegirus Euphoronis filius cum Medos ad mare egisset, nauem hostibus onustam intuitus, vt eam ad cędem remoraretur, dextram manum iniecit, qua bipenni ictu resecta, sinistra eam apprehendit. Ea quoq̄ pari clade amissa: mordicus triremem tenuit; tanta in vno eum virtus

[Sabbelli.]

A fuit, vt non cęde multa fatigatus, non vtraq̄ manus clade victus, in morem rabidę ferę dentibus dimicare sit conatus. Hęc cū dixisset, insufflauit et dixit eis. Accipite spiritū sctūm quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt. Flatus christi perspicuum est, q̄ nō erat spiritus sanctus, non magis q̄ flatus dei erat anima primi parentis. Genes. 2. sed quia spirando & respirando trahitur vita nr̄a spiratio autem fit per nares & per os, qui sensus sunt in facie, spirasse dicitur dominus in faciem eius spiraculum vitę: idest animā viuentē qua spiramus. Sed & iuxta Grecos anima quę vocatur psyche, dicitur a verbo psycho, quod est viuifico hut animo, aut refrigero spirando, q̄ spiritu refrigeret. Insufflauit autem christus dominus in discipulos, vt se ostenderet filium eius qui in faciem proto plausti aiam inspirarat. Augustinus. Flatus ille nō erat spūs sanctus, sed demonstratio per congruam similitudinem, non tantū a patre sed etiam a filio procedere spiritū sctūm. Quorum remiseritis peccata remittūtur eis. Alex. Ales. Remissio peccatorū potest esse triplex. Vel quātum ad

[p q̄ p̄. remissionē, ceterna mi c. eudētez]

[Augusti. Alex. Ales.]

B delectionē culpę, & hoc solius dei est, dicētis. Ego sū Ego sū qui deleo iniquitates tuas ꝑter me. Esa. 43. secundo modo fit remissio peccatī quātū ad solutionē pęnę, & hęc ē collata christo homini pro eo q̄ peccatum non fecit. Vnde peccata omniū portauit hircus iste, qui venit ad nos in similitudinem carnis peccati eis. Tertio modo dicitur peccatum remitti quo ad commutationem pęnę, & hęc remissio est collata ministris ecclesię quibus dicitur, Quorum remiseritis pctā, &c. Et ē sentētia hęc eadē cū illa, quodcūq̄ ligaueris sup̄ terrā. Et sciēdū q̄ cū dicit, Quorū remiseritis pctā, ipsum sacerdotem Excludit, qui sibi peccata remittere nō potest. Nemo. n. in causa sua potest esse iudex. Vnde dicit. S. Thomas. 4. dist. 20. q̄ nullus potest dare sibi indulgentias, sed vti potest ea, quam pro communi vtilitate Ecclesię concessit. Ad hęc Hiero. Quorum remiseritis peccata Istum locum episcopi & presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de phariseorum assumunt supercilio, vt vel dānēt innocentē, vel soluere se noxios arbitrentur, cum apud deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita quęratur. De hoc alias diximus super illud. Ioan. 11. soluite eū sinite abire. Vide ibi Scotū nostrū, Sequitur. Thomas autem vnus de duodecim: qui dicitur

[Leui. 16.]

[Matth. 16]

[Thomas. Hieron.]

C didimus, non ērat cum eis quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli vidim⁹ dūm. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum: & mittam digitum meum in locum clauorum: et mittam manum meam in latus eius, non credā Quęritur autem, Quomodo omnibus discipulis congregatis, solus Thomas abfuerit. Chrysosto. Forte ex fuga non dum redierat. Vnusquisq̄ enim secundum q̄ timorē vincebat, sic veniebat Thomas autē nō credebat nō tātū quia idiotę erā, qui referebāt, aut fęminę, q̄ res tanq̄ impossibili diffidēs. Nō. n. dixit. Nō credo vobis, sed nisi mittam digitum & manum, non credam. Dicitur autem Thomas didimus, nō quia dubius in fide, hon. n. modo omnes apostoli didimi fuerunt, sed Gemellus sicut esau & iacob. Thomas autem vsq̄ adeo rudis erat & carneus totus (quod cum venia tanti viri dicimus) verem impossibilem iuxta naturam exposceret. Quando enim latere aperto, viueret naturaliter homo, ita vt vulnus manum caperet hominis alicuius. Nisi forte electurus iste discipulus alterum somniabat Adam, cui dormienti costa detracta est. Vidisti insignem tarditatem huius beati viri. Nisi videro, non credam. Ergo iuxta paulum Hebre. 9.

[Chrysosto.]

[Genes. 2.]

D oportebat pati christum ab origene mundi. Vnde igitur vox illa: memento mei domine, dum veneris in regnum tuum. Iste latro ante mortem christi philosophatur de gloria resurrectionis eius. Thomas. Post tot documenta, tot visa mirabilia: nisi videro inquit non credam. Et mittam inquit manum. Liquet, q̄ cęteri discipuli non id tantum dixerunt Thomę, vidimus dominum, sed q̄ viderant confixas manus pedesq̄ & transfixum latus alioqui non dixisset Thomas: se quoq̄ id velle videre, tangere, immittere digitos in foraminibus clauorum & lanceę. Augustinus. Si quid nescitur, credēdū non est, quomodo seruient parētibus filij, eos q̄ mutua pietate diligent, quos parentes esse suos non credūt. Non enim ratione vllo pacto sciri potest sed interposita matris autoritate, de patre creditur. De ipsa vero matre plerūq̄ nec mater, sed obstetricibus & nutricibus & famulis, Nam cui furari filius potest, alius q̄ supponi, non potest decepta decipere? Ita q̄ & si decipere nos posse mater, decepta videlicet, credimus, quod scire non posse confitemur. Quia sine fide nec possumus viuere inter homines, nec placere deo. Et tamē Thomas affirmante Cętu apostolico dominum resurrexisse, nisi inquit videro, & palpauero, non credā. Est autem iuxta Augus-

[Luce. 23. Augusti.]

E tinū tanta Ecclesię autoritas, vt dicat se non credere Euangelio nisi quia Ecclesia hoc precipit, imo quia Iesus christus hoc precipit, dicens, credite Euangelio. Marci 1. Capite. Et si requiras vnde Abraam vocatur pater fidei nostrę, sinus Ecclesię, pater Iesu christi iuxta carnem (Matth. 1.) Nempe per fidem. Egredere inquit de terra tua, & veni. Quo domine. Ego monstrabo tibi terram quandam. Terra autem illa illo tempore quo deus loquebatur Abraę, pacifice possidebatur ab vndecim Gentibus, Genes. 15. Vnde illud. Fide obediuit Abraam, vt in locum iret quem accepturus erat in hereditatem, nesciens quo iret. Cū autem audiret / semen tuum ęquabit numero stellas Cęli & arenam maris, descendens in Aegyptum sublata est ei Sara anno fere integro, pręclara videlicet prelūdia implende promissionis sibi a deo factę, sic

[Augusti.]

[Genes. 12.]

[Hebre 11. Genes. 12. Figura.]

erit semē tuū vt sicut stelle celi. Adde q̄ acceptum ex promissione vnigentum in quo implendę erant promissiones celestes, adolescentem & perfectę etatis immolare iubetur, imo holocaustum illud facere, vt nihil eis super esset pręter cineres. Ex his igitur tribus satis liquet, cuius meriti fuerit Abrę fides, per quā meruit fieri pater xp̄i iuxta carnem: pater fidei nostre Ecclesię sinus. Et cum Abraam crediderit filij sui (quē immolare iubebatur) resurrectionem, iuxta apostolum dicentem: fide Abraam obtulit Isaac cum tentaretur, arbitrans quia & a mortuis suscitare poterat eum deus, qui vtiq̄ homo tantum erat: & eo tempore de resurrectione philosophabatur, quando mors regnabat in mundo: & vbiq̄ canebatur illud, quis est homo qui non videbit mortem. Eruet animē suā de manu inferi? Thomas post tot documenta resurrectionis. Quę ex ore christi audierat, qui doctrinam suam confirmarat sequentibus signis, Nisi inquit videro, non credam. Pręter mitto autem, q̄ Thomas duo contraria copulabat, non enim stat fides cum visione, sed cū venerit quod perfectū est idest visio euacuabitur quod est ex parte, idest fides. Sicut autē dicit Gregorius, minus nobis contulit credulitas Magdalenę, q̄ incredulitas Thomę, quia illa nec pedes ē permissa tangere. Thomas autem diu dubitans: manum mittere iubetur in cauernam macerię. Ita Thomas diu dubitando & tangendo (tetigit autem nescio quid) certior testis est factus dominicę resurrectionis. Quo uis igitur modicę fidei homo, quis imbecillis ingenij christianus, nunq̄ sollicitudinem suam Inquisitioni Thomę ęqui parare potuisset. Nunq̄ enim post agnitam veritatis loquellā ausus esset petere, vt etiam tactu christum perscrutaretur in christo, & in ipso homine quem cerneret, hominis corpus inquireret, & resurrectionis eius non tam mirabilem crederet gloriam q̄ passionis iniuriam comprobaret. Quod autem dicit Leo papa, Thomas cum esset fidelis & iustus, hęc omnia fideliter inquisiuit, non q̄ ipse aliquid dubitaret, sed pro nobis hęc operatus est: possem dicere cum venia tanti viri, q̄ illa omnia Thomas non fideliter sed infideliter inquisiuit: siquidem iuxta paulum fides ex auditu est non ex tactu. Nam et Isaac delusus est in tactu pellium. Genes. 27. Et q̄ dicit Leo papa. Non q̄ ipse aliquid dubitaret: dicam ego nō q̄ ipse aliquid crederet. Namq̄ si credebat, ad quid requirebat tactum, & tactum viscerum in homine viuente? Et si credebat. Quomodo dixit, nisi videro & tetigero, non credam? Ergo non credebat, donec tactu fieret certior. Itaq̄ Thomas si ex visu & tactu putabat firmari fidem, toto errabat cęlo: cum sit e conuerso, dicente propheta. Nisi credideritis, non intelligetis. Habeat autem & Moses virgā in manu sua & cum virgam putaret, serpens visus est, rursum, q̄ cum serpentem fugeret, virga erat. Non igitur occulis credas, non manibus, crede aūt verbo christi dicentis, ego sum, nolite timere. Tantā aūt curā habuit bonus pastor de vna hac oue reducēda ad ouile ouiū, vt pro ea lucrādo latus sibi seruauerit apertū: vel denuo reser auerit, quod verius est, sicq̄ verū ē quod dicit Paulus, diligentibus deū, omnia cooperātur in bonum. Et vbi abundauit delictum, super abundauit & gratia, iuxta quod sequitur. Et post dies octo erāt discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis: & stetit in medio, & dixit, pax vobis. Deinde dicit Thomę. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Pacem ecce nunc tertio nobis offert vera pax. Illa autem est vera pax, nunq̄ a dei voluntate discordare quod hic esse non potest: quia & si velle adiaceat nobis, perficere tamē non possumus. Roma. 7. dicente scriptura, hę sunt Gentes quas dominus dereliquit, vt erudiret in eis israelem. &c. Quę sit autem concordię vis. Scilurus princeps huiusmodi exemplo ostendit. Conuocatis. 80. filijs, fascem lanceatum totidem prolatum cum nullus simul omnes confringere posset, ipse sigillatim aductas e fasce, omnes fregit. Funiculus autem triplex difficile rumpitur. Eccle. 4. Vę autem soli, salutatis igitur omnibus, & singulariter immaculata sua & tota pul hra, conuertitur ad Thomam. Ex quo inquit sic obfirmasti cor, & posuisti illud veluti lapideum, vt nisi tetigeris, non credas, infer digitum tuum. Mitte manum in latus, & si ita res fert, in fere cum oculis caput, & noli esse incredulus, sed fidelis. vtrum autem tetigerit, ipse nouit. Augustinus super. ps. 63. ita dicit, Prębetur & corpus tangendum, mittit manum: contrectat & exclamat, dominus meus & deus meus. Respondit itaq̄ Thomas et dixit ei. Dominus meus & deus meus. Dicamus ergo q̄ vere tetigit, qui sic exclamauit. Apprehendit. n. Thomas calciamentum humanitatis, & diuinitatem quę ad nos calciata venerat confitetur dicens dn̄s meus & deus meus. Caro & sanguis non reuelauit hoc Thomę. Quę. n. consequentia est, vulnus tangere, deum exclamare? Tactu igitur, Thomas comprobat mortem crucis, voce autem gloriam resurrectionis, sic ad credendum nemo difficilior, Ita nemo clarius deum & hominem confessus est. Tu autem tecū perpende, q̄ profundum q̄q̄ latū fuerit vulnus illud lateris christi, ostiū arcę Noe, in quo immitti facile potuit manus Thomę. Itaq̄ o Thoma quandoquidē ita res fert & tua, & omnium qui non viderunt & credituri sunt, mitte manum. Exple omne desiderium, rimare profunda dei, esto caprea, linx, serpens, Argus in videndo, esto Briareus in tangendo, & post hac noli esse incredulus sed fidelis. Theophil. Sanctus Thomas vere fuit incredulus: & ideo frustra quidam gratificantur Thomę, q̄ data opera, & prudenter, non facile crediderit, nam dominus incredulum eum vocat. Respondit itaq̄ Thomas tot argumentis persuasus a domino Dominus meus & deus meus. Dicit ei Iesus, Quia vidisti me Thoma, Credidisti. Beati qui non viderunt, & crediderūt. Approbauit ergo eius confessionem: sed taxauit credendi difficultatem. Vnde illud, Qui pręibant & qui sequebantur, clamabāt: benedictus qui venit in nomine domini. Quia igitur Abraam et cęteri iusti Reges & prophetę qui pręcesserunt aduentum christi in carne, crediderunt futurum de mysterijs redemptionis generis humani, hoc idem & nos credimus iam rebus ipsis expletum. Nec refert vtrum illi pręcesserint & nos sequamur, quia fides vna est illorum & nostra vterq̄ enim vnum & eundem baiulum portamus, & expressum (adoramus) in cruce. Illud tantum interest, q̄ illi viderunt scapulas nos au-

tem faciem

Margin notes: Hebr. 11. — ps. 88. — 1. Cor. 13. — Gregori9 — Leo papa — Thomas. — Rom. 10. — Exod. 7. — Roma. 8. — Rom. 5. — Iudi. 3. — Cōcordia — August. — Math. 16 — Theophy — Math. 21. — Luc. 10. — Num. 13. — F — G — H — I

nos autem faciem:& (si dicis licet) manum misimus cum Thoma intra latus christi, cuius sacramentis pascimur & potamur. Et iuxta Ambrosium fila Cordarum cytharę ideo fides dicuntur quoniam & mortua sonum reddunt. Ita Iob nunc de sepulchro loquitur dicens, scio ꝙ redemptor meus viuit, hoc de capite & in nouissimo die de terra surrecturus sum, hoc de corpore. Multa quidem & alia signa fecit iesus in conspectu discipulorum suorum, quę non sunt scripta in libro hoc. Hęc autem scripta sunt, vt credatis, ꝙ iesus christus est filius dei. Sco.p.dist.26.quisti, voica. Multa enī. scripta sunt in Euāgelio Matthęi, Marci & Lucę, quorum nullū est reperire in Euangelio Ioānis. Quod facile patet intuenti. Exceptis enim quinq; vel sex locis fere in nullo concordat cum cęteris, sed Ioannes alia & cęteri diuersa a Ioanne dixerunt, non contraria. Absit, sed diuersa. Hęc autem scripta sunt vt credatis, ꝙ Iesus christus est filius dei, credatis quod non vidistis, quod Thomas confessus est dicens: dominus meꝰ & deꝰ me, & vt credentes vitā habeatis in nomine eius, nisi quod fidem sine operibus in adultis mortua est: lampas ē sine oleo. Sicut aūt dicit Isocrates, corporū imagines pulchra monumenta sunt, sed multo digniores illę, quę res gestas et mentem expresserint, cuiusmodi sunt scripturę & orationes arte elaboratę. Has enim illis preferendas iudico primum quidem quod video honestos & probos viros non tam pulchritudine corporis, ꝙ̄ rebus gestis & earum memoria gloriari. Deinde statuas necesse est illis solū ad esse apud quos erectę sunt, scripturę autē per omnia philosophorū Gymnasia disseminari possunt. Ad hęc nemo sculpturis & picturis naturā corporis assimulauerit, mores autē & mentes ex eorū orationē, nisi non socordię tradiderimus, facile imitari possumus, iuxta quod Ioannes dicit, hęc aūt scripta sunt, in eis tanꝙ̄ in speculo faciem nostrā cernamus, donec aspiret dies, & inclinentur vmbrę, & perueniamus ad faciē eius quā suspirabat Moses. Exo.33. Beati, n, qui non viderūt. &c. Et loquitur de preterito propter certitudinē prophetię. Congregāda est, n. ecclesia a quattuor orbis partibus, sinapi paulatim sensimq; explicāte vim suā. Matth.13. sane heraclitus Ephesius beatitudinem dixit, viuere iuxta beneplacitum. Pythagoras in exactissima numerandi scientiā posuit beatitudinem. Hecatęus in eo statu hominis qui satis est. Anthistenes In modestia & humilitatę. Anaxagoras clazomenius in veri speculatione. Plato/deo per quā similes fieri. Nihil verius, Socrates iusticia ornatū fęlicem appellat hominē. Aristoteles ex bonis animi & corporis & fortunę ponit constare beatitudinē. Epicurus vitandā omnino famē & sitim, & pro hoc contra ipsum iouem (si res ferat) etiam arma sumenda. Ad hęc Augustinus. Nescimus quid velit vnus quidā homo & scimus quid velint omnes/vz esse beati. Sed cum tanta sit varietas opinionum videlicet in quo consistat beatitudo, & hoc sit signum ignorātię maxime in philosophis, quomodo potest tantū amari, quod sic ignoratur: forte (inquit) omnes sciunt quid sit, sed nesciunt vbi sit. Hanc aūt veritatem omnes volūt esse beati, etiam Academici pro indubitata habuerunt, qui alias de omnibus dubitabant. Velle autē quod nō deceat, id ipsum miserrimū est. Cum ergo beati esse omnes homines volunt: profecto & esse immortales volunt, aliter enim beati essę nō possunt. Ex quo videtur consequi/ ꝙ resurrectio futura sit demōstrabilis dicente Augustino, ꝙ sicut appetitus ad beatitudinē est naturalis, ita & ad immortalitatē. Tamē istud videretur concludere, ꝙ nullus esset miser. Non tamē obstat, quia non omnes consequūtur naturale desiderū suę speciei. Quo loco dicit Augustinus, ꝙ difficilius est ionētu animę beatitudo, ꝙ̄ eius immortalitas, quia multi inuenerūt hoc posterius, nullus vero sine fide id quod prius. 12. de trinitatę. Ad hęc Hilarius super illud, ecce sic benedicetur homo. ps.127. Si hęc perfecta bona fuissent, quę cum sint bona: nō tamē celestia sūt bona, attamē si in his beatitudo timoris dei consisteret, nō obtinuisset vtiq; princeps fidei nostrę Abraā: cui vxor diu sterilis/bis arrepta est, filius ex promissione vnus/offerri in holocaustum filius Ipsi deinde Isaac duo filij dissiderūt, & vsq; ad odiū mortis inimici. Iacob aūt ignoratę vxoris inopinatus maritꝰ. & ad nuptias alias fallo coactus: & viuētis funus parricidali fratrū mendatio plāgens, caruit timentiū dūm beneditionibꝰ. Quot aūt videmus peccatorum, florere domo/coniuge liberis: tā vero benedictionibus dei priuabitur fęlix illa & beata virginitas, Causā sibi beatitudinis non relinquens, sic nescio quo modo propheta perfectam eam beatitudinem constituerit: quę negata sanctis est, peccatoribus vsitata: non speranda virginibus sit, cum dicit, beatus es, & bene tibi erit. Vera ita ꝙ beatitudo ea est de qua dicitur, credentes, vitam habeatis, quia credidistis in nomine eius.

Ambro. Iob.19. — A — Iacob. — Isocrates. — B — Canti.2. — beatitudo — Augusti. — C — Idem. — Hilarius. — Gen.12.23 — Gene.29. Gene.27. — D

Caput.viij. De septem discipulis euntibus piscatum, quibus affuit christus dominus dicens. Mittite in dexterā nauigij, & inuenietis itaq; obedientes voci domini, concluserūt.153. pisces magnos & optimos: nec tamen rete scissum est. Agnoscitur autem christus a Ioāne. Petrus autem audiēs dominus est, misit se in mare, vt citius perueniret ad christū cętera vide in ioanne.

E

POstea manifestauit se iterum Iesus ad mare tiberiadis, manifestauit aūt sic. Erant simul simon petrus & Thomas qui dicitur Didimus, et Nathanael, qui erat a chana Galilęę: & filij Zebedei: & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis simon petrus. Vado piscatum. Dicūt ei. Venimus & nos tecum. Et exierunt: et ascenderūt in nauim, et illa nocte nihil prēdiderunt. Requiret forsitam a nobis quispiam, vbi conuersabatur dominus Iesus christus illos. 40. dies a resurrectione sua, quando cum suis non erat. Id quia se ignorare fatetur. S. Thomas. 3.q.55. & nos fateamur ignorantiam nostram,

Ioan.21.

Nisi dicamus etiam eodem io.3.dist.22.q.3.q anime sanctę post resurrectionem erant cum xpo in paradiso terrestri. Poteram dicere, quod magna difficultas est, vtrum illo tempore fuerit aliquis terrestris paradisus: & alias animę beatorū parū innantur ab amęnitatem loci, non. n. refert vtrum sint in paradiso terrestri ao vbi erant ante mortē xpi, si viderent deum per essentiam. Dixit aliquis sapiens sed non in spū scō, dominū Iesum illis. 40. diebus fuisse intra sancta sctōrum, quia dignior locus non erat in terra quam tamen positionē coactus est retractare publice. Facit autē hoc loco grādem tractatum Augustinus & post illū Gregorius, quoniam apostoli semel missa manu ad aratrum Euangelij (Luc.9.) nunc reuertantur ad id quod fuerant, piscatores vz non hominū sed piscium Nam si id fecissent inter mortem christi & resurrectionem, putaremus inquit eos, illa quę animos eorum occupauerat desperatione fecisse. Nunc vero post oblatam suis oculis & manibus, Non solum videndam verum etiam palpandam rediuiuę carnis euidentissimam veritatem, post inspecta vulnerum loca, post acceptum eius insufflatione spiritum sanctum, post verba illa, quorū remiseritis peccata remittūtur eis, &c. subito hoc sicut fuerūt, nō hominū sed pisciū piscatores. Respōdemus apostolos nō fuisse prohibitos arte sua licita scilicet atq; concessa victum necessariū quęrere, sui apostolatus integritate seruata, signum vnde victū suis manibus conquerebat. Vide. 2. Thes. Cap 3. Vbi magis impletum est quod ipse ait. p. Cor. 15. abūdantius omnibus laboraui. Et adiunxit. Nō autem ego, sed gratia dei mecum, vt hoc quoq; appareat gratię dei deputandum, q & animo & corpore poterat vsq; a deo plus illis omnibus laborare: vt neq; cessaret ab Euangelio prędicando, neq; tamē ex Euangelio sicut illi sustentaret hanc vitam, cum id per tot Gentes in quibus christi nomen non fuerat prophetatū multo latius atq; fertilius seminaret. vbi ostēdit ex Euāgelio victum habendi, non necessitatem apostolis positam, sed potestatem datam. Si ergo paulus ne illos grauaret quibus predicabat (nec doctrina eius quasi venalis esset, & gentes offenderet a christi nomine alienas) aliter educatus, artem quam nō nouerat didicit (quod mihi quidē non satis probatur) vt dum suis manibus exigit ur doctor, nullus grauetur auditor, quanto magis petrus qui iam piscator erat, quod nouerat fecit, si ad presēs illud tempus vnde viueret non inuenit: sed quur non inuenit, cū dominus dixerit primū Regnū dei quęrite & hęc omnia adijcientur vobis: imo prorsus dominus quod promisit impleuit, Nam quis alius pisces qui caperentur apposuit. Qui non ob aliud credendus est, eis ingessisse penuriam, qua compellerentur ire piscatum nisi dispositum volens exhibere miraculum: vt simul & predicatores Euangelij sui pasceret, & ipsum euangeliū tanto sacramento quod erat de numero piscium commendaturus augeret. Exierunt ergo, & illa nocte lusetunt operas suas. Obseruandum autem q apparitio & manifestatio hęc domini in Galilęa facta est, vbi erat mare quod dicitur Tiberiadis, illo enim apostoli se receptant, quo tutiores essent a pharisęis, donec implerentur spiritusancto. Et quia per id temporis non licebat predicare, ut viuerent ex Euangelio, qui Euangelio non nauabant operam, piscatum pergunt, id q sub noctem, quoniam luce non dum satis esset tutum prodire in publicum, propter dominum Iesum christum magistrum suum recens ad crucem adiudicatum, quod breui innotuit per totam prouinciam Iudeę. Mane autem iam facto stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli q iesus est. toties auditum & visum. Dicit ergo eis Iesus, Pueri nunquid pulmentarium habetis: Respōderunt ei. Nō. Dicit eis. Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo rete & iam non valebant illud trahere prę multitudine piscium. Augustinus. Quod septem discipuli fuerunt in ista piscatione, septenario numero finis significatur temporis huius sęculi, quod septem diebus voluitur. Ad qd pertinet q Iesus stetit in littore, littus enim finis est maris. Stetit & mane idest in fine noctis sęculi huius. Eundem finem sęculi ostendit, q petrus rete traxit in terram, hoc est ad littus, de quo dictum est Matth. 13. Ibi: sic erit in consummatione sęculi, Ita dominus alia piscatione (de qua luc. 5.) significauit Ecclesiam qualiter nunc sit, Quod autem illud fecit in principio predicationis suę, hanc autem piscationem post resurrectionem, hinc ostendit, illam priorem capturam piscium bonos & malos significare, quos nunc habet ecclesia, istam vero tantum modo bonos, quos habebit in ęternum, completa in fine sęculi huius resurrectione mortuorum, Vnde illic dominus in naui sedebat, hic stabat in littore. Illic quid captum est piscium, in nauiculis fuit, non sicut hic rete traxerunt in terram. Ibi retia non mittūtur in dexteram, sed ab oriente & ab occidente, &c. Vocantur pisces ad rete Ecclesię claudi Cęci & pauperes, & aliquando compelluntur. Credere tamen voluntarium est. Hic autem mittite inquit dextro versum rete, & inuenietis. Ibi rete propter significanda schismata, rumpebatur: iuxta illud. Quare diuisa est propter te maceria? Et rursus. Gene. 38. Iamb editus a matre tenens plantam fratris sui. Quin & vix concepti collidebantur, Gen. 25. Hic autem cum tot essent & tanti, non est inquit scissum rete: in pace enim in idipsum dormiemus. ps. 4. Ibi sine numero sunt. Quia per mista sunt paleis grana, hic autem innumerato, videlicet. 153. De quo infra. Mane igitur facto stetit Iesus in littore, nec tamen agnitus est, quod congruo tempori seruabatur, vt non ex presentia, non ex voce, sed ex mirabili sua operatione cognosceretur omni potentia eius, cui omnia quę mouentur in mari obediunt. Pueros autem vocat solita sua clementia aut iuxta morē scripturę, Vide. 1. Io. 2. Item. pri. io. 21. Item. 2. io. Cap. p. Habetis pulmentarium: est autem Gręce προσφάγιον, inde dictum q addatur pani. Ille rati quem piam esse e populo, qui venisset ad lacum mercaturus pisces, responderunt se nihil habere quod venderent, imo nihil habere quod ederent, luserant enim operas suas: quia surrexerant ante lucem. Affuit igitur Iesus, & inquit. Mittite in dexteram nauigij & inuenietis. Paruerunt igitur verbo suadentis: nescientes tamen quis esset. Nam molestia insumpti laboris frustra et male suada fames quę opprimebat eos: calcaria illis addidit, vt rursus in verbo domini tentarent fortunam. Id igitur q primum fecerunt rete impletum est & multis & magnis & optimis piscibus. 153. adeo vt vix piscatores septem rete

Thomas. Augustinus. p. Cor. 4. Matth. 6. Augusti. Luce. 14. Genes. 38. ps. 129.

F G H I K

tem rete pertrahere possent ad littus. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus Petro Dominus est. Simon petrus cum audisset, quod dominus est, tunica succinxit se, erat enim nudus: et misit se in mare. alii autem discipuli nauigio venerunt. Non enim longe erant a terra, sed circiter cubitis ducentis, trahentes rete piscium. Ex nouitate igitur tanti miraculi permotus Ioannes, ac rem attentius perpendens, aperti sunt oculi sui: & cum ex facie tum ex loquella, & piscium multitudine attentius intuens dominum Iesum, agnouit/eum esse super cuius sinum recubuerat, et dicit petro, En adest dominus. Nam petrus totus erat occupatus in pertrahendo rete velut altera Martha. Sed ecce quod primum petrus audiuit dominus est/pallio succinctus, misit se in lacum: & cursu ante vertit Ioannem, qui eundem petrum monumentum versus in cursu anteuerterat. Ioannes ergo prior agnouit dominum christum, sed petrus prius venit, quia non raro stat foris scientia, vbi intus est dilectio. Multiplicati sunt infirmitates eorum qui figuram gerunt Marthe, & postea accelerauerunt, & precesserunt Mariam. Accelerauerunt autem ad medicum suum. Sequitur. Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas & piscem superpositum & panem. Dicit eis Iesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit autem simon petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent vel tot, non est scissum rete. Petrus primum prosiliit e naui, ceteris in ea remanentibus secundum vt celerius christi iussa impleret: conscendit nauim ad trahendum rete, ceteris per terram continuantes tractum. Tenet hoc loco Nicolaus probabiliter, quod petrus ambulans super aquas venit ad christum. Id alii viderint. Non est autem verisimile quod Ioannes tacuisset tantum miraculum ad commendationem petri quem arctius diligebat. Ceterum panis & prune & piscis superpositus, omnia de nouo creata sunt ab eo qui. Annis. 40. mensam parauit populo. Sed et vos inquit afferte de piscibus quos cepistis nunc. Date: quia dabitur vobis, & dabitur. Preuenit. o. vos gratia eius, concomitatur & subsequitur: iuxta illud. Ero custos tuus, quocunque perrexeris, & reducam te in terram hanc nec dimittam: nisi compleuero vniuersa. Que dixi. Ita quod petrus audito, afferte de piscibus, reuersus in nauim pertraxit rete sciendum quod tres isti numeri centum quinquaginta tres nec sunt sacrati. Nam centenarius qui est in dextera in modum corone, eternam significat requiem. Quinquagenarius qui iuxta legem iubileo deputatur, remissionem peccatorum prefigurat, & restitutionem hominis in patriam suam, vnde exul missus est propter preuaricationem suam. Ternarius autem numerus Beatissime trinitatis est symbolum. Alias autem numerus hic. 153. ex aggregatione numerorum ab vno vsque ad. 17 inclusiue componitur. Decimus septimus autem numerus ex decem componitur & septem. Decem ad legem refertur, propter decalogum, septem ad euangelium propter septem dona spiritus sancti, qui & ipse est remissio peccatorum. Accedit igitur gratia spiritus sancti ad decalogum: & impletur lex, que alioqui iugum erat importabile. Significantur igitur hoc numero electi veteris testamenti, qui tenentes fidem beatissime trinitatis, cooperante gratia spiritu sancti decalogum impleuerunt. Isti sunt magni pisces, digni qui apponantur mense dei, quamuis nunc concutiantur vndis seculi huius. Sunt enim sicut lilia inter spinas, & sicut margarite inter lapillos. Sunt sicut octo anime in arca Noe inter tot omnigena animalia que in arca ferebantur, quorum incertus est numerus. Ad hec Origenes super leuiticum, Pisces illi secundum legem mundi sunt, qui habent pinnas & squammas. Hec autem eorum natura perhibetur qui squammas nec habent nec pinnas, vt in imis semper & circa ipsum cenum demorentur, sicut sunt anguille & his similia, que non possunt ascendere ad aque sanitatem: neque ad eius superiora peruenire. Ille vero pisces qui pinnulis iuuantur ac squammis muniuntur, ascendunt magis ad superiora, & aeri huic viciniores sunt, velut qui libertatem spiritus querant. Qui igitur squamas non habent, velut ex integro carnea sunt, qui deponere nihil possunt. Qui autem eas habent, sunt tanquam qui parati sunt veterem hominem exuere cum actibus suis: si ad recta fidei deducantur. Refert autem plinius de pisce remora rem scitu dignam. Lib. 32. Cap. primo. Quid inquit violentius mari ventis ve & turbinibus ac procellis? Quo maiora hominum ingenio in vlla sui parte adiuta est natura quam velis remis que? Addatur his & reciproci estus inenarrabilis vis, versum que totum mare in flumen. Tamen omnia hec pariter quod eodem intellectu vnus ac paruus ad modum pisciculus sesquipedalis/ appellatus remora in se tenet. Ruant venti licet, & seuiant procelle, imperat furori, vires tantas compescit, et cogit stare nauigia, que non vincula vlla non anchore pondere irreuocabili facte refrenat impetus & domat mundi rabiem nullo suo labore, non retinendo, sed inherendo. Hec tantilla est satis contra tot impetus, vt vetet ire nauigia. Sequitur. Tenuit nostra memoria Cai principis ab Astura Antium remigantis nauim, vt res esset auspicabilis hic pisciculus, si quidem nouissime tum in vrbem reuersus ille imperator/ telis confossus est. Nec longa fuit illius more admiratio, statim causa intellecta, cum e tota classe quinque remis sola non proficisceretur, exilientibus protinus qui id quererent circa nauim: inuenera adherentem gubernaculo, ostenderunt que Caio indignanti, hoc fuisse quod se reuocaret, quadringentorum que remigum obsequio/contra se intercederet. Constabat peculiariter miratum, quomodo adherens tenuisset, nec idem polleret, in nauigium receptum. Grassatur & aries piscis ve latro: & nunc grandiorum nauium in salo stantium occultatus vmbra, si quem nandi voluptas inuitet expectat. Nunc elato iuxta aquam capite, piscantium cymbas speculatur, occultus que ad natans mergit. De hoc plinius liber. 9. Cap. 43. Isti pisces si spiritualiter intelligantur non sunt de numero. 153. Transibunt igitur ab aquis niuium ad calorem intolerabilem. Quare quia non solum rumpunt rete, quin & submergunt nauigia, vel remorantur a cursu suo. Prudens lector esto mecum. Dicit eis Iesus. Venite, prandete: & nemo audebat discumbentium interrogare eum. Tu quis es: scientes quod dominus est. Et venit Iesus: & accepit panem, & dabat eis: & piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus dis

Marginal notes: A, B, C, D, E (section letters); Ioann. 18.; Ioann. 19.; ps. 15.; Gene. 28.; Origenes; Plinius; Remora; Aries; Iob. 2. 43

cipulis suis cũ surrexisset a mortuis. Discubuerunt igitur discipuli inuitante eos domino: sed tacite: Maiestas, ni corporis christi e resurrectione immortalis, ademerat illis solitam fiduciam. Sedebat n. dominus inter suos sed in angustiore forma. Nemo autem audebat interrogare eum, tu quis es, quia nemo poterat dubitare q ipse esset. Quid autem dicit Ioannes, hoc iam tertio &c. ad numerum dierum referendũ est non ad numerũ manifestationũ. Ipsa enim die resurrectionis sue ingressus ẽ ad suos ianuis clausis. Et rursus post octo dies, cum adesset Thomas. Et nunc tertio manifestatus illis septem in Galilea & patet.

Caput. ix post prandium petrus rogatur tertio num diligat dñm xp̃m & tertio commendantur ei oues christi. Sequitur cum esses iunior cingebas te: & ambulabas quo volebas. Cum autem senueris &c. Sequitur de petro cui cum diceretur sequere me. Rogauit dominũ quid de Ioanne decreuerit. Cui dictum ẽ. Exorna tuam prouintiam, de Ioanne pone Curas, tua non refert id scire.

F

Vm ergo prandissent, dicit simoni petro Iesus. Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei, Etiã domine, tu scis, q amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. dicit ei rursus. 2. Simon Ioannis diligis me: dicit illi etiã dñe tu scis, q amo te: Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Simõ Ioannis amas me: cõtristatus ẽ Petrus, Quia dixit ei tertio amas me: & dicit. Dñe tu omnia scis: tu scis q amo te. Dixit ei. Pasce oues meas. Principio sciedũ hoc loco: q non quãtũ petrus dñm diligeret, volebat ostẽdere dñs, id enim ex multis alijs bonis poterat persuaderi, sed quãtum dominus ipse & quo amore Ecclesiam suam prosequeretur, & petrũ & nos volebat scire, ve hoc videntes, magnũ ad tale officium & propositum afferamus iudicium. Nam inquit paulus Timotheo. Nemini cito manus imposueris. Et loquitur de preficiendo pastore gregi dominico. Vnde dominus alibi. Quis potas est fidelis seruus, quem constituit dominus super familiam suam? Chrisosto. Vide verba mirantis: & quasi qui non inueniat quem requiret, cum ille non vtiq vt rerum ignarus hęc diceret, sed qui velit intelligi, q̃ rarum sit talem virum qualem principatus Ecclesię requirit inuenire. Sequitur super omnia bona sua constituet eum. I tu nunc, & ambigito & sume verba. Chrisosto. Ad Basilium conquerentem & tamen tantem, se tanto oneri e Satus immerito suppositum vt qui officio hoc onus importabile non honorem iudicaret) vtrum te bene seductum debeas arbitrari, qui cõstituendus est super omnia bona domini de cuius. Quę bona? pasce oues meas & agnos. Theophil. Non autem meminit lactis, non lanę, Que tamen gratę oues debẽt pastoribus, vt ne sua sectentur, sed quę aliorum. Vide p. Cor. Cap. 9. Ad hoc mulea. Quod autẽ dicit, diligis me plus his? signum re vera delectatis est, scire q deum diligimus, & q precęteris deum diligamus, solus enim deus rimatur cor hominis profundum super omnia & inscrutabile & prauum. Pericles quotiescunq dux exercitus esset creatus: paludamentum assumene, hęc sibi ipsi dicebat. Pericles animaduerte, liberis te imperaturus & grecis & Atheniensibus, Adde tu, ouibus & agnis christi sãguine emptis, & ex omnibus gentibus in vnum ouile congregatis. Sabellius Celeberrimo conuentu qui post caroli digeres suum centum & quinquagentum antistitũ frequentia fuit, Adriano pontifice autore decretum est vt Carol? Rex qui optime esset de ecclesia Romana & Italia meritus, põtificem legeret, in pontificiaq sede collocaret: idem de episcopis prouintiarum eligendis, vt omnia demum irrita haberentur, nisi quę Carolus probasset, Sic carolus qui Langobardorũ regnum euertit, non paruo gratitudinis argumento his decretis a pontifice & vniuerso clero est ornatus, Stephano vita functo paschalis subrogatus est Centesimus in ordine. Cęterum quia Lodouicus non fuerat adeptę dignitatis ab initio autor factus, missis paschales in Galliã, qui illi satisfacerent: reijcerent q eam culpam in cleri & populi Romani studia, qui se inuitum capessere dignitatem coegissent, prius q imperator esset autor factus. Acepit satisfactionem Lodouicus, virum monuit clerum & populum, conducere Romanorum reb, vt pristino instituto staretur, darent q publice operam, ne amplius simili exemplo imperatoria lęderetur maiestas, Amodo autem Ecclesia habet merum ius creandi protomystes suos. Ex quo facta est cotam vero pastore, quasi pacem reperiens. Canti. 8. Et obserua q sergius huius nominis secundus successit in locum Gregorij. Huic quia os suillum diceretur, ad obscenam appellationis vocem tollendam datum est, vt aliud sibi nomen optaret. Mansit deinde mos ad posteros, vt qui pontifices crearentur, omisso priori nomine: optarent sibi vnum aliquod ex pontificum qui ante fuerunt nominibus, Si inquit diligis me, pasce oues meas. Imo porta eas in sinu tuo, sicut dixit dominus Mosi. Vide textum bonum. Num. Cap. 11. si igitur id dominus dixit Mosi, de filijs primogenitis quidem altas aũt sceleratis & ingratissimis, de ouibus & agnis quid dicturus erat dñs petro: si diligis me, pasce pasce pasce oues meas. Tu scis inquit q amo te. Aspice vultus Ecce meos. Vt ináq oculos (verba sunt plębi) in pectore posses inserere, & patrias intus deprẽdere curas. Vnde illud prouerbij, aperto pectore, hoc est vehementer ex animo: citraq fucum quasi renudatis animi penetralibus. Allusum est aũt in hoc prouerbio ad momi dictum: qui fenestras in homine pectore desiderasse fingitur, quo liceret inspicere, quid nam in specubus illis reconditum esset, sed deo nihil reconditum, dicente Petro, Tu scis domine tu omnia nosti. Ad hęc Plato in libro de Regno. Cum ęgre ferrent homines vnius imperium, diffiderent q virum talẽ reperiri aliquãdo posse tanto imperio dignũ, qui & posset & velit virtute & scientia imperans, sancte & iuste suum cuiq ius tribuere, timerentq ne vnus licentiam nactus, pro libidine lęderet &

G

H

I

K

Marginal notes: 6.4 p. imi care. 3. 4. g. inscrip. — p. Tim. 5. Luce. 12. Chrysost — Theopyl — Hiere. 17. Pericles. Sabellicy — Carolus. — Paschal. — Sergius. — Naso. — Prouerbi — Plato.

ret & opprimeret, vtene voluntate pro lege popularem gubernationem (dictatoris officium semestre, vel annuum consulatum) instituerunt. Nam post quam non nascitur Rex talis in ciuitatibus/qualis inter apumea a mina, statim a principio tam corpore quam animi habitu (aliter Saul) ceteros ante cellens, necesse est ergo cõ sultantũ facto instituta conscribere. Eo autẽ facto fundamento, quam non scientia sed in scriptis quibusdã constitutionibus moribus quam agere cogimur, ne miteris si cito pessũ eat respublica. Nec immerito, quãdo hi qui cardines vocantur reipublicę, cum vel maxime ignorantia detineantur rerum videlicet ciuiliũ: in iis tamen se facere plurimum arbitraotur, tenent quam gubernaculum, qui nunquam sederunt ad scalmum. Hęc ille. Quę verba non platonis videntur sed pauli. Tu autẽ prudens lector audi vide & tace de hoc vide. 2. paralip. Cap. 23. Eduxerunt filium Regis septemnem, & posuerunt super eum diadema & testimonium, dederunt quam in manu eius tenendam legem: & vnctum, Regem constituerunt. Erat igitur salutaris prudẽtię, vt post Tyrannicę necem Reginę succedenti in Regno filio Regis/cum ipso regni habitu disciplina legis dei seruanda traderetur. Ut qui se prelatum omnibus videret regendũ, ipse se regendũ diuinis legibus subdi debere meminisset. Vnde illud, Noctu vrebar. &c. Et illud, quis scandalizatur, & ego non vror. 2. Cor. 11. Sed istę phęnices rarissimę sunt: ideoque pro miraculo habentur. Moses recessur? e sęculo, ita mat pastorum principem. Prouideat deus spirituum vniuersę carnis hominem. &c. Origenes. Quid agis Moses, Nunquid filii tibi nõ sunt Gersion & Eleazar? Quomodo non oras deum, vt ipsos constituat populo ducere? sed discant Ecclesiarum pastores sibi non eos qui consanguinitate generis iuncti sunt testamento designare (non enim Ioanni sed petro dicitur pasce oues meas) neque hereditarium tradere Ecclesię principatum (Ecclesię canonicatus archidiaconatos & prefecturas ceteras/quas cum regressum filiis transmittunt ad filios nepotes consobrinos & huiusmodi portenta, vt mihi si tacuero) sed referre ad iudicium dei. Nũ non poterat Moses principem eligere populo: & vero iudicio eligere iusta quam sententia ad quem diserat dominus. Elige. 70. senes: quos tu ipse scis presbyteros esse, & elegit tales: in quibus continuo dei spiritus requiesceret & prophetarent omnes? potuit ergo ita eligere principem populi, sed non audet. Quur? Ne posteris presumptionis relinquat exemplum. Tanto autem debet actionem populi actio transcendere presulis Quantum distare solet a grege vita pastoris. Fidelis sermo. Pastores epulantur, cotidie, splendide, induuntur purpura & bysso Oues autem cupiunt implere ventrem de micis mensę eorum. De hac ita quam Gregorii sententia ipsi pastores sunt rogandi, Tu autẽ petre si amas me & plus quam ceteri, pasce/non te sed oues. Apud persas nato primogenito, cum annum quartum decimum attigerit, Regi pedagogi puerũ suscipiunt quattuor videlicet electi/sapientissimus, iustissimus, temperatissimus atque fortissimus. Horũ primus cultum deorum docet. Ut instituta regia secundus. Tertius monet vt in omnium vita sit verax, vt nulla cupidine superetur, vt libere viuere consuescat Quartus denique intrepidum illum reddit, ne quando quippiam metuens, seruus fiat. Pro his quatuor/dominus iesus solam dilectionem explorat in petro, sed hanc nõ vulgarem. Ita dicit. Origenes, Petro cum summa rerum de pascendis ouibus traditur & super ipsum velut super petram fundaretur Ecclesia, nulla confessio virtutis alterius ab eo nisi charitatis exigitur. Verum iuxta Ambrosium quando petrus tertio interrogat de dilectione, ideo fit, vt sciat se magna cum diligentia debere curare quod frequenter mandatur. Iuxta Augustinum/redditur negationi trinę trina confessio, ne minus a mori lingua deseruiat quam timori, et plus vocis videatur elicuisse mors imminens: quam vita presens. Quid est autem dicere, si diligis me, pasce oues, nisi si me diligis, non te pascere cogita, sed oues meas, & sicut meas pasce, non sicut tuas, quę iesu christi sunt requirẽ, non quę tua sunt. Quid est non quę tua sunt? Multi sunt qui iuxta paulum, episcopatum desiderant: opus videlicet immensi laboris, sed illi non opus Marię non opus Marthę sed opes & honorem desiderant & vocari ab hominibus rabbi. Siluester prestigiis demonum quibus se se addixerat, per certos honorum gradus pontifex demum factus est. Ceterum longioris vitę cupidus, suum demonem cõsulit quandiu in humanis futurus esset. Tum ille ambiguo videlicet (vt assolet) responso/diu inquit, si hierusalem non adieris. Accidit igitur, vt anno quam pontificem agere Ceperat quinto ineunte, cum mihi sacratissimę crucis ędem venisset sacris operaturus, in eam templi partem descenderit, quę hierusalem dicitur, ac tum inter agendum sacra memor oraculi, sensit fatale tempus ad esse. Ibi vero penitentia adductus, frequenti populo / suum sed quod sibi antea occultum habuit fassus est flagitium, inde multitudinem hortatus est ad cultum verę pietatis, ac precatus vt corpus suum dissectum & laniatum, quando ita sane esset meritus, bigis imponeret: ibique humarent, vbi equi sua sponte substitissent. Mirum hic accidisse aiunt, quo intelligi possit, quandiu vita super est, adesse ad huc locũ penitentię, Bruges equi nullo agente. Lateranensis basilicę ostio intulere, at ibi loci sepultum, Hic igitur non opus desiderabat sed honorem, tamen nolo mortem peccatoris inquit pastor pastorum. Cum ergo petrus interrogatur de amore, in vno Petro omnes Ecclesię pastores conueniuntur. Petrus autem cũ audit, diligis me plus his cautior factus est ruina, de ceteris quidem quantũ amarẽt dominum/non respondit quam sui ipsius vix sibi conscius esset, de se autem humiliter respondit, cuius tamen dominum testem audet facere, dicens. Tu scis quam diligam te. Quantum alii te diligant, ipsi viderint, quam te autem scis, nec ignoras interrogans Et dominus si me amas, eum amorem impende ouibus meis vel agnis, et agni isti sunt ouis illa centenaria. Luc 15. Rogatur Petrus, 2. quod eodem modo intelligitur, nec refert verum dicantur oues vel agni, nisi quam sunt in Ecclesia qui vocentur infantes, qui adolescentes qui iuuenes, qui & patres conscripti & senes quia non vnius & eiusdem meriti sunt omnes in Ecclesia: Imbecilliores enim portantur in vulua iuxta Esaiam. Cap. 40 alii in sinu. Num. 11. alii vero in humeris. Luc. 15. Alii vero qui fortes sunt / ipsi precedunt gregem & sunt pastores. Ioann. 10. Pasce oues inquit. Gregorius. Dispensatione pietatis dei actum credimus, vt is quid futurus erat pastor Ecclesię, in sua culpa disceret; qualiter aliis misereri debuisset

Marginal notes: A; prouerbiũ; Gene. 31; Num. 27; Origenes; B; Num. 11; Gregorius; Luc. 16; Persę; C; Origenes; Ambrosi; Augusti; Sabbelli; D; Siluester; Ezech. 18; E; ß. Ioan. 2; Gregori?

prius ita q̄ eum ostendit sibi, & tunc preposuit ceteris, vt ea sua infirmitate cognosceret, q̄ misericorditer alienas infirmitates toleraret. Quid est autem q̄ interrogatus Petrus tertio de amore: contristatur? Nempe totties iterata dñi interrogatio, scrupulū in iecit Petro, qui & sibi cōsci⁹ esset, q̄ vere dñm diligeret: tū quia post tam magnifica ꝓmissa, ter abnegauerat dominum, precauebat ne idem olim faceret, quod iam semel, 2. & 3. fecerat: & maxime quia non a fœmina sed a carnificibus interrogandus erat tormentis & cruce. Quid inquit vrges toties amantem tui: cum scias & vere scias q̄ amem te, & q̄ amem te plus q̄ omnes? Nam si ita non esset, nunq̄ id ipsum rogares Petrum, quod erat illum confundere. Et dominus si ego tibi ter charus sum, vt diligas me plus q̄ tua, plus q̄ tuos, plus q̄ te ipsum: hanc amoris mensuram ostēde in ouibus meis. Amare plus aliquid significat q̄ diligere. Significat enim q̄ amoris actus extenditur vsq̄ ad appetitum sensitiuum in quo est passio amoris. Vide Ioannis. 10. Cap. multa. **Amen amen dico tibi, cum esses iunior: Cingebas te et ibas quo volebas. Cum autem senueris: extēdes manus tuas, et alius te cinget, & ducet: quo tu non vis. Hoc autē dixit significās qua morte esset clarificaturus deum.** Quid consequentie habet verbum hoc, cum esses iunior ad precedentia? interrogauerat dominus petrum, num diligeret eū, respōdit amo, sufficiebat id rogasse semel, Forte enim mihi sufficeret, qui cor non video, quanto magis sufficeret domino qui ꝑspiciebat cor. primi. Re. 16. qui videbat quibus medullis viscerū suorum dicebat petrus. Amo. Non sufficit domino, interrogat 2, interrogat & tertio: cum igitur videret petrum fixum in amore suo, facit eundem certiorem, quando q̄ illum exhibiturum opere, quod professus ē ore. Forsitan enim pro iusto quis audeat mori, id quod et paretus alias promiserat dicens, animam meam ponam pro te, Ioann. 13. Itaq̄ iuxta corporis robur malos sitolerantior quo magis viribus valebas. Eo mollius fouebas carnē tuam, obsequens in multis desiderijs eius ambulabas velut onager quocunq̄ ferebat voluntas, & tuo ferebaris arbitrio. Cibo & potu ferociens, quando vel maxime caro frenanda erat, ne Agar insaniret in saram, concepto fœtu. Soluebas tibi cingulum aut restringebas pro libitu: somno vacans & vxorijs delitijs. Verum cū senueris, quando gras fomentis indiget, & requiem a laboribus: ipsa enim senectus egritudo ē, nec sola venit diutius tractis heris, iuxta quod paulus dicit, cum infirmor in carne, spiritus robustior efficitur. Tu igitur porriges manus, & alius te cinget, & ducet. Nolentē volentem ad mortē. Quo oe docereris cum esses iunior, ter abnegasti vitam sed tunc vigebat caro, spiritus egrotabat. Huc allusit anus illa platina, que tarditatem incessus excusans, ait: se graue pondus gestare. Tantū inquit hoc oneris fero. Quid oneris? annos. 74. Seneca porro senectutem morbum insanabilem appellat. Vnde illud. Metue senectam, nō. n. sola venit. Augustinus, Nolēs igitur Petrus ad mortem venit, sed volens eam vicit, & reliquit huc infirmitatis affectum, quo nemo vult mori: vsq̄ adeo naturalem, vt eum beato Petro nec senectus auferre potuerit. Quid dicimus beato Petro saluator ipse post triduum de morte acturus triumphum, timet tamen vel cepit pauere & mestus esse, & orauit patrem pro calice transferendo, qui vtiq̄ mori venerat, nec habebat mortis necessitatem, sed voluntatem. Sed molestia quantacunq̄ sit mortis; debet eam vincere vis amoris; quo ametur ille, qui cum sit vita nostra, etiam mortem voluit perferre pro nobis. Nā si nulla esset mortis vel parua molestia, non esset tā magna martyrū gloria, Duceret te inquit quo non vis. Nolumus. n. expoliari, sed super vestiri. 2. Cor. 5. Licet. n. corpus quod corrumpitur aggrauet animam: & sit nobis graue ad portandum, rebelle & seditiosis in multis, adeo, vt paulus exclamet, o me hominem infelicem, tamen ita diligimus cōpedes nostras austeras licet & domesticum hostem: vt nolimus illud nobis tolli per mortem, sed vt mortali superueniat immortalitas, non tamen intercedente morte. Quia & si in morte a malis ad bona transeamus, transitus tamen ipse amarus est: & Petro & paulo, dicamus nos & xp̄o, qui presēte morte cepit pauere. Itaq̄ si petrus ductus est quo noluit: inquit Augustinus, & volens Nolens mortuus est. tamen volens coronat⁹ est. Vñ illud, bonum certamen certaui. &c. 2. Timo. 4. Hec vox militis exultantis est, quoniam finita pugna, appropinquabat corona. Gregorius: Sed si cū exultatione miles fortis appropinquat ad gloriam passionis: iuxta illud, vbi audierit buccinam, dicit (Saulrando) Vah quid est quod petro dicitur, alius te cinget, & ducet quo tu non vis? Quomodo de passione gaudet qui ductus ab alio: tre cogitur quo non vult? sed si pensamus qualiter animus appropinquante morte, & mortis metu cōcutitur, & tamen de corona letatus intelligimus, quomodo gloriosi certaminis subire periculum volens nolit. Sicut. n. vir fortis cū vicino iā certamine armis accingitur: & palpitat & festinat, tremit et seuit, quasi pauere per pallorem cernitur, sed per iram vehementer vrgetur: ita sanctus cum passioni se propinquare conspicit, et nature sue infirmitate concutitur, & spei sue soliditate roboratur, quia per mortem temporalem transit ad vitam eternā. Sic nos cum morbos a corpore repellere cupim⁹, tristes quidem amarū poculum sumimus: certi autem de sequutura sanitate gaudemus. Vt autem pace multarum feminarum nostri seculi dicam: et ipse docūtur quo nolunt, ad senectutem videlicet, quo ne ducantur, genas inficiunt, oculos depingunt, frōtem deradūt, &c. senectutem tamen & annos nunq̄ inficient, nūq̄ imminuent: Nunq̄ fucus & cerusa hecuba reddiderit helenam. Nec liam vertet in Rachelem. Sicut autem dicit herodotus, ipse calamitates & morbi accidētes vitam ipsam q̄ vis breuem longam videri faciunt. Martialis e contra. Si computentur febres & mali dolores, pueri sumus, & senes videmur. Itaq̄ nō petrus sed omnes qui nati sumus, ducimur & festinato ducimur quo nolumus: & inter nos nemo tam diues habuit fauentes, crastinum vt sibi possit polliceri. Ceterum non omnes morte sua clarificant deum, sicut dicitur de Petro, & Ioannis. 11. dicitur infirmitas hec ē pro gloria dei. Mors aūt peccatorū pessima, de vita quorū dicitur, propter vos nomen meum blasphematur tota die. Rom. 2. Vide 2. Re. Cap. 12. de Dauid: qui blasphemare fecit inimicos nomē dei. Licet aūt mors omniū iustorū preciosa sit in conspectu dñi, mors tamē martyrū pretiosim est, quoniam illi examinatus tanq̄

Marginal notes: Rom. 5. — Gene. 16. — prouerbi. 6. — 2. Cor. 12. — Augusti. — Sap. 9. — Rom. 7. — Augusti. — Gregori⁹. — Iob. 39. — Herodot⁹ — Martialis — Psal. 33. — G — H — I — K

Dani. 3.

tanq̃ tres pueri in fornace vt tanq̃ aurum, vt nos erudiamus nudantur pelle & visceribus, conteruntur vectibus & scorpionibus & diuiduntur membratim (tormentorum.n. genera quis enumeret? quis explicet? quem non deterreant?) & martyrum crucis tus dominus, nos vult esse pfectus. Pugnant suis periculis (sed non abs q thesauro) & nostris vtilitatibus deseruiunt, & per huius vitę contemptũ edocent nos: quem deo nostro debeamus affectum. Martyres.n. Contritis lagenis corporum, vincunt nobis, fulgẽtes vita: et clamantes odore bonę fragantię. Iudi.7. Vnde illud pauli, 2. Cor. 2. xp̃i bonus odor sumus in omni loco, & hic nudius tertius exhalabat solphureas flãmas. Actu. 9. Et cũ hoc dixisset, dixit ei. Sequere me

A

Conuersus petrus vidit illum discipulum quem diligebat iesus sequentem, qui et recubuit in cęna super pectus eius, & dixit, domine quis est, qui tradet te, hũc ergo cũ vidisset Petrus, dixit Iesu. Domine hic autem quid? Dicit ei Iesus. Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? Tu me sequere. Ita legit constanter Caietanus: si eum volo, et monet legendum. Post q̃ igitur dominus significauit vicario suo, cui oues & agnos commiserat: qua morte esset clarificaturus deum: dicens. Extendes manus tuas nempe in cruce: capite tamen terram versus, rursus eum nunc ad suę charitatis & mortis sequellam inuitat dicens, sequere me, ouia pastorem, vt me abeunte in Cęlum: te to q̃ oues sequantur pastorem. Christus.n. pro nobis passus est, vobis relinquens exemplum vt sequamini (vel a longe) vestigia sua, Nam consequi, & pari passu congredi, que possumus nani & locustę & testudines, & cancri retrogradi, & alias onusti vxoribus quatuor, & filiorum turba, & veluti Limaces multas camelorum ferentes gibbas? Matth. 19. Vnde Israelitę viam decem ferme dierum ab Aegypto palestinam vs q̃. 40. annis percurrerunt, non omnes: sed duo tantũ. Num. 26. Capite. Memores inquit estote vxoris Loth. Luc. 17. Augustinus. Quęritur, cur soli petro dictum est, sequere me, nec dicitur ceteris

1. Pe. 2.
Gene. 31.

B

Augustin.

qui ibi aderant. Et profecto eum sicut Magistrum discipuli sequebantur. sed si ad passionem intelligendũ est: nunquid solus pro christiana veritate passus est petrus? potest dici, q̃ in vno capite petro omnes alloquebatur dominus Iesus, sicut quando dictum est Petro. Tibi dabo claues, quia non petrus tantum, sed omnes apostoli claues acceperunt. Potest aliter dici, q̃ petro singulariter dicitur, seq̃re me, quia licet omnes teneantur suum sequi pastorem, Id vel maxime congruit cęteris qui pastorum nomine censentur sub pastorum principe, quia lux vocantur mundi & sal terrę. Sunt tamen multi quorum vox est, posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui. Gregorius. Nullum puto fratres ab aliis maius preiudicium q̃ a sacerdotibus tolerat deus, quando eos quos ad aliorum correptionem posuit, dare de se exempla prauitatis conspicit. Quando ipsi peccamus, qui precedere oues exemplis debuimus. Bene ergo dicitur singulariter petro, sequere me. Petrus igitur cum conuersus retro vidisset Ioannem, quem vnice diligebat & quẽ sciebat semper chariorẽ fuisse dño xp̃o, qui etiã etiam non iussus sequebatur dominũ proximus ipsi petro, rogat quid de illo ordinarat bonus pastor, quãdo quidẽ iam Petrus de sua morte de q̃ genere mortis

Mat. 16.
Matth. 5.
Gregori.
Canti. 1.

C

Erat certum factus, Domine inquit, hic quo genere mortis clarificabit nomẽ tuũ? Ibi dñs Iesus superfluam hãc de morte Ioãnis in Petro curã corrigẽs: quid inquit tua refert, si hũc velim permanere viuũ donec veniã? Tu quod iussus es imple, solue offitiũ tuũ? Ea orna pruintiã quã nactus es, seq̃re me, de Ioãne pone curas Cyrillus. Tu habes claues habes & cõmissã curã de omnibus. Hũc si etiã vellẽ minime mori, quid to vnq̃ emolument, aut quid consolationis vnq̃ inde consequereris? Nec.n. aliorũ calamitate pericula nostra mitigantur, q̃ vis communiter insitũ esse hominibus videatur, vt optent, si quid periculi subituri sunt, non esse solos, sed cęteros etiam aut videre similia pati: aut saltẽ audire perpessos fuisse, vel omnino eadẽ passuros. Hęc ille. Textus iste ita habetur Grece, Eã autõ thelomenin heos, erchome ti pros se? si eũ volo manere donec veniam, quid ad te? Cum igitur ita constanter habeatur in grecis exẽplaribus, nemini dubium est, quin coniunctio ean, idest, si, mutata sit in aduerbium, sic, id quod certe errore librarij magis q̃ interpretis factum est. Nam apud latinos facilis lapsus est a si: in sic, at non item apud Grecos. Nihil enim habet simile ean & utos, idest si, & sic. Et patet ex interpretatione Cyrilli quam posuimus, legisse eũ si & non sic

Cyrillus.

D

Chrysostomus vero in hanc edisserit sententiam (licet textus deprauatus sit) Christum noluisse respondere Petro, quid esset facturus de Ioanne, sed voluisse temerariam & curiosam illius inquisitionem retundere. At id certe non fecit dominus: si respondit: Ioannem mansurũ sic, sed audiamus Theophylactũ, si autem hunc velim manere, quid ad te? quia vidit dominus Petrum curam agentem Ioannis, & ab eo auelli nolentem, dirimit eos propter intempestiuam affectionem & consuetudinem. Opus inquit quod tibi concreditum est: perfice & sequere me, qui educo te ad predicationem: & vrbem in manus tuas trado. Illum autem si velim manere in hoc loco Galilea videlicet, & non mittere tecum, quid ad te? donec veniam, hoc est donec mihi placuerit, vt & illum educam ad predicationem. Dicunt quidam quod mansit Hierosolymis vs q̃ ad Titum, Et cum esset capienda ciuitas, transijt in Asiam. Ita q̃ manere intelligitur etiam iuxta Chrysostomum q̃ non sit iungendus Petro in predicatione. Sic separati sunt Paulus & Barnabas

Chrysost.
Theophy.

Actu. 15.
Hierony.

E

Hieron. Ita legit hũc textũ lib. 1. Contra Iouinianũ. Si eũ sic volo esse, quid ad te? vnde sermo exijt inter fratres, illum non moriturum. Ex quo ostenditur virginitatẽ non mori: nec sordes nuptiarum ablui cruore martyrij: sed manere cum xp̃o, & dormitionẽ eius transitũ esse nõ mortem. Alioqui si virgo non fuit, cur precęteris amatur a christo? cur ergo inquies super Petro fundatur Ecclesia? Alibi quidem super omnes fundatur ex ęquo, & cuncti claues regni celorum accipiũt: tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite constituto, schismatũ tollatur occasio. Sed cur non Ioãnes electus est virgo? ętati delatum est, quia Petrus senior erat (ineo melior erat) aliqui in adolescensẽ quem diligerat causam videretur prębere inuidię. Deni q̃ vt breui sermone multa comprehendam, doceam q̃ cuius priuilegij sit in Ioanne virginitas, a domino virgine mater virgo virgini cõmendatur. Hęc ille. Patet ergo legendum, si eũ velim manere, nõ

sic, quia

sic. Quia non coheret quod sequitur, Quid ad te: sequitur. **Exijt ergo sermo iste inter fratres. ꝙ discipulus ille non moritur,** Sed huoc discipulorum errorem Ioannes ipse correxit: dicens. **Et non dixit Iesus, ꝙ non moritur: sed si eum volo manere donec veniam. Quid ad te.** Et non dixit Iesus. Non dicit Ioannes sensum diuulgatum inter apostolos esse falsum: sed asserit, ꝙ christus non asseruit illum sensum, quia vere nullum sensum de mansione aut non mansione Ioannis asseruit, quando dixit, si eum velim. &c, quid ad te, & multo minus ad te non pertinet, tua non refert scire genus mortis Ioannis, super quo formata fuerat petri interrogatio, cum dicit, hic autem quid. Reuera autem si dominus dixit, sic eum volo manere, plane dixit eum non moriturum, donec veniret. quod Ioannes dictum fuisse negat. Nec ambigit Ioannes, quin christus maneat dixerit pro non mori, verum negat id affirmasse christū sed in ambiguo reliquisse, vt ea res nihil attineret ad petrum. Quid est autem illud. Exijt sermo inter fratres, si erat inter eos: est igitur sensus, ꝙ permanauit rumor in fratres idest ad christianos ceteros, & quod illic erat dictum septem tantum audientibus serpsit ad plures, vulgātefama, De hoc Augustinus facit magnum tractatum, vtrum videlicet Ioannes mortuus fuerit an viuat ad huc. Sed quia fundamentum disputationis suę illud est, ꝙ ipse legit, sic eū volo manere: tota disputatio vacillat. Ad hęc Augu. Illud etiā in his duobus apostolis Petro & Ioanne quē non moueat ad quęrendū, cur Ioannem pl⁹ dilexerit dn̄s cū ipsū dn̄m plus dilexit Petrus. Nunquid personarū respectus est apud deū? Volo huic dare sicut & tibi. An non licet mihi facere quod volo? Ita dicit Thomas. p̄. q. 25. Acceptio personarū ē tantū in re debita, & propterea non habet locum in deo. Verumtamen iuxta. A. Ales. p̄. p. q. 32. in fine: in rei veritatę plus diligebat christus Petrum ꝗ Ioannem, cui Ecclesia commendata est, de qua dicit Abulens. super Matth. In prologo Nullus sanctus est tante perfectionis & reputationis apud deum sicut Ecclesia; nec ipsa immaculata virgo. Nā ꝙ ipsa est filia Ecclesię vniuersalis, licet possit vocari mater Ecclesię peregrinantis. Neq ipsa habet preuilegia quę habet: nisi propter Ecclesiam, quia non fuit ad tantam Excelentiam assumpta, nisi vt esset mater christi, id non fuisset, nisi propter nos. Assumpsit enim christus carnem, vt Ecclesiam redimeret. Quid si Adam non peccasset? vnde paulus non dicit amorem christi fuisse Excellentem ad aliquem nisi ad Ecclesiam. Viri inquit diligite vxores vestras sicut & christus Ecclesiam. Et tamen amor viri ad vxorem est de maximis. Dicit enim ꝙ debent diligere vxores sicut et corpora sua. Fuit ergo amor christi ad ecclesiam maximus & incomparabiliter maior, ꝗ amor quem habuit ad matrem suam. Hęc ille. Varū est tamen ꝙ plura signa dilectionis exteriore ostendebat dominus Ioanni ꝗ petro. Tamen vere Christus ad maiorem gradum glorię dilexit petrum ꝗ Ioānem. Maiorem enim petro charitatem contulit et ad maiorem gloriam preparauit, Ceterum Ioanni maiorem sui cognitionem contulit: & maiora et signa dilectionis ostendit, Ad hęc Augustinus Quod autem maius dare potuit Iesus maximis erga Ioannem suę dilectionis inditium, ꝗ vt homo cum ceteris condiscipulis suis socius tantę salutis, solus tamen discubuerit super pectus saluatoris: Quod autem Petrus plus dilexerit christum, verba illa ostendunt, Simon Ioannis diligis me plus his? Id enim non rogaret dominus petrum, nisi sciret ita esse, ꝙ plus eum diligeret petrus ꝗ ceteri. Et tamen si proponamus, quis duorum sit melior, qui plus an qui minus diligit christum, quis dubitabit respondere, eum qui plus diligit esse meliorem? Item si proponamus quis duorum sit melior, quē minus aut quem plus diligit christus, eum qui plus diligitur a christo meliorem respondebimus, Proponamus tertio sic. Quis est duorum melior: qui minus ꝗ condiscipulus eius diligit christum, & plus ꝗ condiscipulus eius diligitur a christo, an illa quem minus ꝗ condiscipulum eius diligit christus, cum plus ipse ꝗ condiscipulus eius diligat christum. Solutio breuis est, qui plus diligit est melior: qui plus diligitur est fęlicior. Hęc autem eadem quęstio potest fieri de vxoribus Iacob Lia & Rachele, Iacob deperibat Rachelem; a qua minus diligebatur, & parui ducebat Liam, quę plus eum diligebat. Quod Iacob deperiret Rachelem, patet per illud, videbantur ei dies pauci; pre amoris magnitudine. Et infra: Iacob tandem (n tandem). potitus optatis nuptijs, amorem sequentis priori pretulit, Quod Rachel minus amaret sanctum Iacob, patet commutauit enim commertium noctis vnius pro mandragoris &c, Quod Iacob minus amaret Liam, textus dicit, Videns inquit dominus, ꝙ despiceret Liam, aperuit vuluam eius. &c. Quod Lia plus dilexerit sanctum Iacob, patet concepit enim & peperit filium, dicens, Vidit dominus humilitatem meam (ꝙ videlicet plus diligens, minus diligor) nunc amabit me vir meus. Dicimus in solutione dubij huius aliquid fuisse in Rachele quod non erat in Lia, & id erat incētiuum amoris in Rachele vt plus amaretur, in Iacob, vt plus illa ꝗ sororem eius diligeret. Quid est illud: vt vidi, vt perij. Pulchritudo oculorum & aspectus venustas. Ita mihi dicēdū videtur de Ioannē & Petro, aliquid erat in Ioāna quod nō erat in Petro, vnde Ioānes plus diligeretur ꝗ Petr⁹. Quid ē illud? Cepisti nos ob vno oculorū tuorū. Virginitas in Ioāne sicut supra dixit Hieron y. Itaq pluris faciebat Iacob oculos & venustatē vult⁹ ipsius Rachelis, ꝗ sex filios quos ei pepera t Lia. Ita pl⁹ diligebat xp̄s in Ioāoē puritatē angelicā & simplicitatē colūbinā ꝗ decē filios Petri si tot genuisset. Hoc ē dicto plus amabat xp̄s ociū Marię sedētis, ꝗ negotiū Marthę satagētis circa multa, Tamē sicut dictū ē de mēte Alex. A. sicut Petr⁹ pl⁹ diligebat xp̄m, ita plus diligebatur a xp̄o amore forti, sec⁹ da amore Tenero, quo matres feruēt in filios suos. **Hic ē discipulus ille qui testimoniū perhibet de his, et scripsit hęc, et scimus ꝙ verū est testimonium eius.** Vnde illud scimus: quia nō scripsit ab alijs audita: sicut dicit Lucas de euāgelio suo, sicut tradiderūt nobis qui ab initio ipsi viderūt, & ministri fuerūt sermonis, sed quib⁹ oculat⁹ testis affuit, qui ē prim⁹ grad⁹ certitudinis rei gestę vt ille historiā cōscribat, qui interfuit. Nec tn̄ propterea minoris auctoritatis est Euāgeliū Lucę vel Marci, quia audita tm̄ scripserunt. Credimus enim Euāgelijs quattor, quia totidem tradidit nobis Ecclesia; cuius caput xp̄s dominus est. Qui cū p̄ra et sp̄ū. S. viuit et regna in secula seculorū. Amen.

Caput.

Marginalia: Augusti. — Actu. 10. — Matth. 20 — Thomas — Alex. Al. — Abulens. — Ephe. 5. — Augusti. — Figura. — Gene. 29. — Cant. 4. — Luce. 1. — F — G — H — I — K

Caput.x, Vndecim discipuli videntes dominum i Galilea, adorauerũt eum, quidam tamen dubitauerunt. Data est mihi omnes potestas in cęlo & in terra. Mittuntur apostoli predicare & baptizare omnes indifferenter. Sequitur, Recũbẽtib⁹ vndeci, increpata est duritia incredulorũ. signa eos qui crediderint hec sequẽtur de quibus Marci vltimo. &c.

A Vndecim aũt discipuli abierunt in Galilęam in mõtẽ, vbi constituerat illis Iesus, et videntes adorauerunt, quidam aũt dubitauerunt, Et accedens iesus, loquutus est eis dicens Data est mihi omnis potestas in Cęlo & in terra, euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quęcũq; mandaui vobis. Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem sęculi. De hac aparitione dixit dñs suis, post q̃ autem resurrexero pręcedam vos in galileam. Et angelus mulieribus, Ecce precedet vos in Galilęam. In galilęa.n. visus est dñs sepẽ ex suis inter piscãdũ sicut dictũ est. Et nũc oibus vndecim. Isti igitur vndecim moniti a mulieribus, profecti in Galilęã, cõscẽderũt in mõtẽ quẽ illis cõstituerat dñs iesus & sibi vederũt, & agnouerũt, & adorauerũt viuẽtẽ in sęcula sęculorũ, Pręcessit capue, & subsequuta sũt mẽbra. De hoc ita habes Num, Cap 10. Profecti de mõte dñi, sinai v3 viam triũ dierũ arca sęderis domini precedebat eos per tres dies, prouidens locũ castrorũ. Arca precedit. p̃lum dei p̃ tres dies, quia dñs iesus xp̃s B electis suis ab initio mundi iter presentis vitę dirigit, atq; ducatũ ad sctã terram veraciter tribuit. Via triũ dierũ / sctę trinitatis fides e. Tria tpa ante legẽ, sub lege et tpe Euãgelij & gratię. Quę gr̃a tanq̃ nubes cęlestis protegit, quos fides trinitatis dirigit. Vñ sequitur. Nubes q̃q; dñi sup̃ eos erat, Cũ incederẽt. Precessit aũt & xp̃s Ecclesiam suã via triũ dierũ, cõuersando v3 & predicãdo pęnitẽtiã & remissionẽ pctorũ, & regnũ cęlorũ instare. 2 die precessit moriẽdo precessit et 3. die resurgẽs a mortuis nouus hõ, vt et nos iuxta apl̃us in nouitate vitę ãbulem⁹. Precessit ergo eos dñs cõuersãdo moriẽdo & resurgẽdo. Sed tñ quidã ex ijs qui eũ viderũt dubitauerũt, putãtes se spũ videre, vt supra. Quã p̃ illorũ cũctabunda fides satis p̃fecit ad fidei nr̃ę certitudinẽ, sicut patet ex facto Thomę apl̃i, qui iussus est immittere manũ in vulnus lateris xp̃i, quia habem⁹ inquit phs. tact̃ certiorẽ oib⁹ ani matibus. si dicas, cũ dñs mãdauerit aplis: vt abirẽt in galilęã: q̃m ibi precederet eos resurgẽs. Quomodo primũ apparuit. Illis cõtinẽtib⁹ se intra conclaue C in hierusalẽ iuxta Ioãnẽ & Lucã: Dicẽdũ quod id quidẽ dñs mãdarat apostolis sed illis metu intra domũ se cõtinẽtib⁹ primo se obtulit, postea vero cõfirmatis animis, in galilęã se cõtulerũt sicut refert Matth. Vel forte intra cõclaue pauciores in mõte plures fuerũt, sicut dicit Ambro. Quidã inquit dubitauerũt, Augu. Cui.n. nõ admiratur, qui corporũ resurrectionẽ negãt; quod vehemẽti⁹ admirãdũ e, in corporeos animos cęlesti corpore potiores terrenis corporib⁹ alligari, q̃ corpora licet terrena sedibus q̃uis cęlestibus/tñ corporeis sublimari. Nisi quia hoc videre cõsueuim⁹/quod et sum⁹, illud vero nõ dũ sum⁹, nec aliquãdo adhuc vidimus. Viderũt etiã quibus dictũ e: viri Galilęi quid aspicitis i cęlũ. Si.n. tãtũ modo essemus, in Cęlo sine vllo corpe habitãtes, et ferta habitacula nesciremus. Nobis q; futurũ diceretur, vt terrenis corporibus animãdis quodã vinculo admirabili necteremur nonne multo fortius argumentaremur, id credere recusantes: & diceremus, naturã non pati, vt res incorporea ligamẽto corporeo vinciretur, & tñ plena est terra vegetãdib⁹ animis, quibus hęc mẽbra terrena miro modo sunt cõnexa & implicita, Si impossibile est, mundus hoc incredibile credidit, predicantibus nõ literatis sed idiotis iuxta sapientiam seculi. Et nunc videntes & palpantes, & audientes ipsam veritatẽ dicẽtem. Ego ipse sum, quidã nõ crediderũt. Vide. 2. Mach. 7 D Et accedẽs iesus, loquutus est eis dicens. Data est mihi omnis potestas. &c. Hãc potestatẽ accepit dñ⁹ q̃si verbũ caro factũ est, sine omni merito preuio/ loquor de dño iesu iuxta q; formam serui accepit) vsus est aũt ea, quotiens voluit, & res tolit, donãdo pctã, vitę restituendo defunctos, cõmutando elementa, imperando dęmonibus, & se ipsum excitando a mortuis. Dicit tamẽ apostolus super exaltatũ dei filiũ vsq; ad dexterã paternę glorię: & accepisse nomẽ super omnẽ nomẽ, quia factus est obediens vsq; ad mortem crucis. Potest autẽ dici hoc. Accepisse christum dñm a modo potestatem in cęlo & in terra quia per ignominiam mortis venit ad gloriam immortalitatis. Nam ante suppliciũ crucis mortalis erat, sed mors a cruce illi vltra non dominabit. Rom. 6. Hoc quatũ ad illud: data est mihi omnis potestas in terra, Accepit etiam a morte potestatẽ in Cęlo, quia post. 40. dies resurrectionis suę vidẽtibus suis, assũptus est in cęlũ. Theoph. Data est mihi. &c. Quia humana natura prius seruiebat: & nunc in xp̃o imperat omnibus. Vel sic, Habui quidẽ sicut deus & opifex potestatem omnium, sed voluntariam subiectionẽ nõ habui/ quã nũc habiturus sum. Dicit ergo, proprijs meis certaminibus & laboribus seruaui homines, & facti sunt mihi sortẽ et imaculatẽ populũ. Docete oẽs gẽtes, Baptizãtes eas in nomine patris et filij et sp̃s sci. Et q̃d baptism⁹ pctã tãtũ preterita delet, sequitur mod⁹ quo vita noua inchoetur. Exuto vetere ut amã cũ leprasua se replicit: Docẽtes eos seruare oĩa quęcũq; mãdaui vobis. Ad hec Hieronym⁹ sup̃ Esai. p. Cap. Si fueri pctã vr̃a vt coccinũ renacia, et ueterata ex diutina cõsuetudine et q̃si i alterã v̄sa naturã, q̃si nix d alba buntur in sãguine agni qui tollit pctã mũdi. Vñde illud Exo. 14. Nec vn⁹ ex eis sup̃ fuit quia oĩa in baptismate pctã donata sũt, & potẽtia diaboli simul submersa. Aug. Arcã aũt Noe figurã fuisse ecclie neõ nr̃m dubitat, inq̃ nõ i cludeterur vniuersa genera aialiũ, nisi i illa vnitate cõpaginis oẽs gẽtes significarẽt d q̃bus dicit. Enter. &c, Nisi forte putam⁹, n oĩa t alia pẽtus diluuio deleretur, d futurã fuisse deo p̃tãtẽ iubẽdi, vt terrã pduceret ea rursus sicut p̃mo v̄bo suo ea pduxerat Nõ ergo frustra nõ temere nõ aliq̃ indigẽtia dei

vel inopia

Matth. 28

Figura.

p̃.pe. 2.
Rom. 6.

Ioan. 20.

Augusti.

Actu. p̃

Phil. 2.

Theophy

Z. N. S.
Hieronym.

Augusti.

Figura.

pfa poteftatis iuffa funt animalia illa in arca includi, vt per aquam falua fieret, cum autem venit tempus, vt illud quod fuerat in arca prefiguratum, iam in Ecclefia compleretur. Petrus apoftolus dubitans dare facramentum baptifmatis gentibus incircuncifis, imo non dubitemus, fed omnino dandum effe non putans, quodam die efuriens, cum prandere vellet, afcendit vt oraret, inter orandum autem facta eft illi mentis alienatio (grece extafis) & vidit quoddam vas veluti linteum, quatuor lineis fubmitti de Celo vbi erant animalia omnigena, &c. Videte etiam Actu. Cap. 10. Difcus qui quatuor lineis continebatur, orbis terrarum erat in, 4. partibus et ideo quia totus orbis terrarum per Euangelium vocabatur, 4. Euangelia confcripta funt. Ter aût miffum vas de Celo, hoc fignificat quod dictum eft apoftolis, ite baptizate oes Gentes in nomine patris et filii & fpiritus fcti oes igitur erant in arca, oes in linteo: oes iubetur mactate & manducare Petrus, quia oes qui credere voluerint & baptizari, falui erunt. Docentes eos feruare omnia que mandaui vobis. Quorum fumma continetur in fanctis quatuor Euangeliis & apoftolicis epiftolis. Et multa alia que Apoftoli Ecclefie tradiderunt viue vocis oraculo, iuxta illud. p. Cor. 11. Laudo vos fratres, quod omnia mea memoria tenetis, &c. Item illud. Apoc. 3. in mente habe qualiter acceperis, & audieris et ferua. Ecce ego vobifcum fum vfque ad confummationem feculi. Quid hec ad precedentia habent confequentie! Multum. Nam cum inftituto facramento baptifmatis & penitentie, Euacuata fit circuncifio, & tota lex Mofaica. Que ante tetro feculis, tot confirmata fuerat fignis, manifeftam apoftoli contra fe ipfos excitabant iudeorum perfequutionem

Actu. 6.

iuxta illud ex actis, homo ifte non ceffat loqui verba aduerfus locum fanctum & legem. &c. Vnde exclamantes voce magna, continuerunt aures fuas in morem afpidum, & impetum fecerunt in eum. &c. Nam

Actuu. 17

quod gentes vocarent paulum nouorum demoniorum anuntiatorem, quia refurrectionem predicabat ex mortuis alias diximus. Et ficut alias dictum eft (Matth 10.) venit chriftus mittere in terram non pacem fed gladium, & feparare filium a patre, & fratrem a forore: & nurum a focru, & huius difcordie & fimultatum inter domefticos apoftoli erant autores. fed mementote fermonis mei: fi me perfequuti funt, & vos perfequentur. Ioan. 15. quia non eft feruus maior domino fuo. Confidite tamen, quia Ego vici mundum, non armis fed patientia: & adero vobis imo vobifcum fum pugnantibus in Euangelico ftadio adero autem

Ioan. 16.

prefentia diuina: qui (?) ablatus erat ab eis corpus fuum. Nouiffime autem recumbentibus vndecim difcipulis, apparuit illis Iefus, & exprobauit incredulitatem illorum & duritiam cordis, quia iis qui viderant eum refurrexiffe a mortuis non crediderant. Sco. 10. 4. dift. 4. q. p. A. et. q. 2. Et dixit eis, Euntes in mundum vniuerfum, predicate euangelium omni creature Qui crediderit & baptizatus fuerit, faluus erit, Qui vero non crediderit. Condemnabitur. De hac apparitione dictum eft fupra iuxta Mattheum hoc excepto quod Mattheus non dixit. Increpatam duritiam eorum qui non crediderant iis qui viderant dominum refurrexiffe a

Marci, 16

mortuis Et tamen iuxta Gregorium quod refurrectionem dominicam difcipuli cunctantes crediderunt, non eam illorum infirmitas, quam noftra vt ita dicam futura firmitas fuit. Verba increpationis huius acrimonia plena, illa funt, O ftulti & tardi corde ad credendum omnibus, que de facramento refurrectionis prelocuti funt prophete. Si enim omnes fidem exhibetis grecam cum Thoma, oportebat me fepe fepius pati ab origine mundi. Num in ceteris veracem me probaftis: & in vno hoc tantum mendacem potuit deus. Ceto precipiente vt Ionam euomeret, non potuit vnigenitum fuum excitare poft tertium diem tam & longum foporem vel crapulam ab aceto & felle! Verum duritia hec non ab infidelitate erat, fed ab ignorantia fcripturarum. Sicut Ioannes dicit. Cap. 20. Digni tamen exprobratione erant illi, qui poft tot & tanta argumenta per dies, 40. Academicorum more de hoc facramento ad huc vacillabant, fed audi vnum ex his qui verba mulierum de refurrectione chrifti deliramenta putabant; contionantem ad populum, fufcitauit deus dominum Iefum a mortuis, iuxta quod impoffibile erat teneri illum a doloribus inferni. Vidifti vim verborum petri qui impoffibile putabat dominum a mortuis refurgere impoffibile affeuerat eum apud inferos detineri, propter verba dauid dicentis de refurrectione xpi. Non derelinques aiam meam in inferno, nec dabis fcm tuum videre corruptionem. Ad hec chryfo. Quid eft folutis inferni doloribus! Quemadmodum qui cibum continere non poffunt, fi alium accipiant, & illum ancipit, & quam ante comederunt: ita in xpi morte vfu venit. Mors cum corpus xpi quod corrumpere non poterat accepiffet, etiam & illa eiecit que comprehenderunt. Si quidem cum xpm haberet, dolebat & affligebatur, donec ipm euomuit. Neque n. aliqua mulier que filium parit, ita dolet, vt illa cum corpus dominicum comprehendiffet, diftrahebatur, lacerabatur. Et quod in Babylonico dracone factum eft, quando accepto cibo crepuit medius, idem in hac vfu venit. Non. n. per os mortis xps rurfus erupit, fed medio draconis ventre rupto, quia impoffibile erat inquit petrus: eum detineri vltra triduum apud inferos. Ito omnes & dubita de myfterio refurrectionis, cum dicat petrus, impoffibile erat aliter fieri Et dixit eis. Euntes in mundum vniuerfum, predicate. &c. dictum fuerat apoftolis ante crucis difpenfationem, in viam Gentium ne abieritis. &c. Matth. 10. Nunc poft quam vera pax per fanguinem crucis fue pacificauit omnia, & fecit vtraque vnum, & fignum Iuda & Ephraim vna dei manu continentur, confertimque in mundum vniuerfum predicate Euangelium omni creature. Vt aut via pedeftris pateret apoftolis per orbem, diuina prouidentia pax data eft Romano imperio fub Augufto. C. In initio nafcentis ecclefie. Qui crediderit & baptizatus fuerit, faluus erit. Si ne credant aut fine non credant vos foluite oftium veftrum, vnus quifque n. mercedem accipiet iuxta fuum laborem. Qui n. Aethiopem mutat ad balenas, & fi nigredinem non auferat illi, nec de eius candore gaudeat, certe mercedem accipiet impenfi in eum laboris. Legimus in Ruth. Cap. p De duabus nuribus Noemi, quarum altera idest orpha mortuo viro: reuerfa eft ad deos fuos, altera obftinato animo adhefit Noemi focrui fue Multi. n. propter gratiam fidei & baptifmatis ad Errores priftinos reuertuntur, afpicientes retro, femel miffa manu ad aratrum Luc. 9. Alii autem diffinito confilio, quod femel ceperunt: continenter feruant: donec vocentur ad coronam, a dicente, requiefcant a laboribus fuis. De paruulis Ita dicit Auguftinus

Gregorius · Actu. 2. · Ps. 15. · Chryfoft · Dani. 14. · Ephe. 2. · Ezech. 37. · p Cor. 3. · Chryfoft · Figura.

F · G · H · I · K

Augustinus, Quis nesciat credere esse infantibus baptizari, non credere autem non baptizari? Dicit autē Al. Ales. 4. p. q. 17. Membro. 5. Qui capite tantum nati, propter periculum baptizantur, plene nati, nō videtur, ꝙ iterum rebaptizentur; sed supplenda sunt sacramentalia cętera. Quod si in manu vel pede tingatur quis, & post edatur, baptizetur iterum sub condicione. Dicit hic doctor: ꝙ limbus puerorum magis dicit differentiam pęnę ꝙ loci cum damnatis. Dicit autem Augustinus. Contra donatistas lib. 4. Cap. 24 Quod valeat ipsum sacramentum per se ipsum in paruulis quę corde non credunt, nec ore confitentur, in filio Mosi per angelum manifestatum est, qui cum incircuncisus deferretur pręsēti & euidēti periculo, ve circūcideretur exactum ē: & cum factum esset: depulsa ē pernities. Dicit autem & hoc, ꝙ sicut in Abraam precessit fidei iustitia, & accessit circuncisio signaculum iustitię fidei: ita in cornelio precessit sanctificatio spiritus in dono spiritus sancti & accessit sacramentum generationis in lauacro baptismatis, si requiras quod est Euangelium quod apostoli iubentur prędicare omni creaturę, cum illo tempore nullum ex quatuor scriptum esset. Respondemus de mente Ruffini presbyteri in expositione symboli ad Laurentiū papam. Tradunt inquit maiores nostri, ꝙ post ascentionem domini cum per aduentum spiritus. S. Diuersis & varijs linguis loquerentur apostoli, per quod eis nulla gens extranea, nulla linguę barbaries inaccessa videretur & inuia preceptum eis a domino datum ad predicandum dei verbum ad singulas quemq; proficisci nationes. Oēs igitur in vno loco positi, & spiritu sancto repleti, breue istud futurum sibi predicationis inditium in vnum conferendo, quod sentiebat vnusquisq; componunt, atq; hanc credentibus datam esse regulam statuunt. Symbolum autem hoc multis & iustissimis ex causis appellari voluerūt. simbolum enim grece & inditium dici potest & collatio, hoc est quod plures in vnum cōferunt. Id.n. fecerūt apostoli in his sermonibus; in vnū conferendo quod vnus quisq; sensit. Inditium autem vel signū id circo dicitur, quia in illo tempore sicut in actis legitur multi ex circumuenientibus iudęis simulabant se apostolos christi, & lucri alicuius vel ventris grā ad predicandum proficiscebantur. Idcirco illud inditium posuerunt, per quod agnosceretur is qui christum vere iuxta apostolicas regulas predicaret. Denique & in bellis ciuilibus hoc obseruari ferunt: quoniam & armorum habitus par & mos vnus est, atq; eadem iusti instituta bellandi, nequa belli subreptio fiat: symbola distincta vnus quisq; dux suis militibus tradit, quę latine signa vel inditia nuncupantur, vt si forte occurrerit quis, de quo dubitetur symbolū prodat si sit hospitis vel socius. Quod igitur fertur (itaq; a magnis viris) ꝙ in simbolo apostolorum vnus quisq; suam particulam contulerit, neq; est credibile, neq; verisimile. In quenim quę multorum decreto constituuntur, non vnus quisq; suum verbum siue orationem dicit, vt inde quasi senatus consultum conficiatur, sed omnes eādem rem sentiunt; aut vno sententiam dicente, Cęteri pedibus manibus q; in eandem sententiā eunt. Hec ille, referente Antonio Nebrissensi; viro omniū calculo sapientissimo. Signa autem eos qui crediderint hęc sequentur. In nomine meo demonia eijcient. Linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint; non eis nocebit, super ęgrotos manus imponent: & bene habebunt. Videatur requirendū quare dominus cū in priori parte propositionis superioris dixerit duo, videlicet qui crediderit, & baptizatus fuerit, in posteriore autem vnum tantum retulerit, dicens. Qui vero non crediderit. Nec subiunxit, neque baptizatus fuerit, cōdemnabitur. Summa solutionis hęc est. Sine fide quidem impossibile est placere deo iuxta paulum, in eis qui possunt corde credere & ore confiteri, aut salutem signis & inditijs (sicut fit in mutis) fidem suā protestari, sicut dicit Hieronymus. In his enim non generatur fides ex auditu, cum mutus a natura sit etiam surdus, Cęterū sine baptismo aquę posse saluum fieri hominem. In casu necessitatis nullus inficiatur. Augustinus lib. 4. Cōtra donatistas. Baptismi vim aliquando supplere passionē, de latrone illo cum non baptizato dictum est hodie mecum eris in paradiso, Beatus ciprianus non leue documentum assumit. Et addit. Quod etiam atq; etiā considerans, inuenio, non tantum passionem pro nomine christi id quod ex baptismo deerat posse supplere, sed etiam fidem conuersionemq; cordis si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustijs temporum succurre non potest. Tunc enim impletur inuisibiliter. Cum misterium baptismi non contemptus religionis sed articulus necessitatis excludit. Dominus.n. nō subiicitur sacramētis, neq; hominem ad impossibile obligauit, quod esset impium dicere, cum iugum suū suaue dicat & verum dicat. De hoc vide lib. 2. Cap. 12. & Cap. 13. Quod autē dixit Augustinus de latrone (nisi insanire videor) minus idoneum testimoniū est, qm̄ per id tēporis sacramētū baptismi nō erat necessariū ad salutem, licet forte esset efficax, olim quo .n. tempore indifferenter currebat apud iudeos cū circūcisione baptismus. De hoc vide si libet doctorē nrm̄ In. 4. distin. 3. q quarta. Gentes aūt eo tēpore nihil de sacramēto baptismatis audierāt; donec dictū ē, predicate Euāgeliū omni creaturę rationali, qui crediderit & baptizat⁹ fuerit. &c. Ex eo igitur tēpore tātū cuiq; ex iudeis cępit antiqua obseruatio nō valere, & nō baptizat⁹ noui pcepti reus existere, ex quo pceptū sacramēti noui inexcusabiliter ad eius potuit puenire noticiā, sermonē pdicatorū suorū dn̄o cōfirmāte sequētibus signis. Sanę paruulis & nec dū ratione vtētibus, quia sola nocere creditur pctī originalis cōtagio, nō etiā mādati preuaricatio tādiu credēdū est ātiqua valuisse sacramēta, quādiu palā interdicta nō fuisse cōstiterint, aut vero vltra. penes deū ē nō meū diffinire. Hęc Bernard⁹ Epl̄a. 77. Et sequitur vide etiā ne forte ob hoc dn̄s cum diceret, qui crediderit & baptizat⁹ fuerit salu⁹ erit, caute & vigilāter nō repeterit, qui vero baptizat⁹ nō fuerit, sed tm̄, qui vero nō crediderit condēnabitur. Nimirū innuenēs solam interdū fidem sufficere ad salutem, & sine ipsa sufficere nihil. Qua propter & si martyrium vicem supplet baptismi vt predictum est: non hoc facit pęna sed ipsa fides. Nam & baptismus detracta fide suscipientis & tingentis, quid est, nisi aqua! bene ergo dictum est, qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Quod si innocentiam semel habitam (& remissionem omnium peccatorum) quis per sequens peccatum

Margin notes: August. A. Ales. — August. Exo. 4. — Actu. 10. — Rufinus. — Gala. 2. — Hebreo. 11. — Hierony. Rom. 10. — August. — Matth. 11. — Scotus. — Bernard⁹ — Iaco. 2.

Section letters: A, B, C, D, E

mortale excluserit, iam ex tūc fides sine operibus & fructibus dignis penitentia/mortua est. Ceterū pecca
tum mortale non tantum committitur transgressione preceptorum quę dicuntur negatiua sicut nō occides
non fureris, sed & omissione affirmatiuorū: sicut honora parētes, diliges dn̄m deum tuū nō ergo existimet

Iacu. 3.

homo seruare innocētiam qua donatus est in baptismate, quia nihil mali agit, sed diuerte a malo & fac
bonum. ps. 33. & illud, quid hic statis tota die ociosi? Marth. 20. Signa aūt eos qui crediderint. August.
cum enim Ecclesia per totum orbem diffusa atq; fundata sit, miracula ista in nostra vsq; tempora durare

Augusti.

permissa non sunt: ne animus semper visibilia quęreret: & eorum consuetudine frigescerēt genus humanū
quorum nouitate flagrauit. Vt enim ad fidem cresceret Ecclesia inquit Gregorius miraculis fuerat nutri-

Gregori⁹

eoda. Quia & nos cum arbusta plantamus, tandiu eis aquam infundimus, quo vsq; ea in terra conualuisse videamus. At si semel radices fixerint, irrigantur quidem, sed non ita frequenter. Sequitur de Augustino

F

Est autem miraculum, quicquid arduum aut insolitum supra spem vel facultatem mirantis apparet. Cur

Augusti.

hęc modo non fiunt: Quia non mouerent nisi mira essent, at si solita essent: mira non essent. Quid mirabilius inter mirabilia opera dei, sacramento summę pacis: & tamen quia cotidie celebrantur misteria illa
diuina, adoramus quidem, non tamen per inde miramur. Nam dies & noctis vices & constantissimū ordinem rerum celestium, annorum quadrifariam conuersionem decedentes redeuntes q; frondes arboribus
infinitam vim seminum, pulchritudinem lucis, colorum, sonorum/odorum/saporum q; varietates, da qui
primum videat atq; sentiat. Cum quo tamen loqui possimus hec bescit obruitur q; miraculis nos vero
hec omnia non cognoscēdi facilitate (quid enim causis horum obscurius?) sed certe sentiendi assiduitate
cōtemnimus. Hęc ille. In nomine meo demonia eiciēt, de quo plenę sunt historię sanctorū. vide si libet in
historia sancti Hilarionis Abbatis. Linguis loquentur nouis, Vide in actis. Cap. 2. Dicamus de Saulo

G

qui & Paulo / qui momento temporis lingua mloquutus est nouam/sicut scriptum est: continuo ingressus sinagogas predicabat. Quem? Num Mosen? predicabat dominum Iesum christum crucifixum. Vide textum in actis. Cap. 9. De hoc dictum est super illud, loquutus est mutus. Luc. 11. Serpentes tollent. Vide historiam sancti philippi appostoli. Vide etiā historiā. s. Marthę sororis Marię & Lazari. Vide in actis Cap.
28. De vipera mordente manum pauli apostoli. Ad hec plinius libro. 28. Cap. 3. Quorundam hominum

Plinius.

tota corpora prosunt contra venena, vt ea iis familijs quę sūt terrori serpentibus, tactu enim ipso leuant
percussos, suctu ve modico. Quorum e genere sūt psilli Marsi q;, & qui ophiogenes vocantur in insula cy
pro. Ea qua familia legatus heuagon nomine a consulibus Romę in dolium serpentium coniectus, Experimenti causa circum mulcentibus linguis miraculum prebuit. Horum etiam sudor medebatur, nō modo saliua. Nam in insula Nili Tentiry nascentes tanto sunt crocodilis terrori, vt vocem quoq; eorum fugiant. Dicitur autem q; qui semel sunt a scorpione percussi nunq; postea a crabonibus vespis apibus ve feriuntur. Contra serpentes succo fraxini expresso ad potum, & imposita vlceribus opifera / ac nihil ęque

H

reperitur. Tanta q; est vis, vt ne matutinas quidem occidentes vs vmbras q̄uis sint longissimę serpens
arboris huius attingat, adeo ipsum procul fugat. Experta prodimus. si fronde ea gyro claudatur ignis &
serpens, in ignes potius q̄ in fraxinū fugere serpentem. Mira naturę benignitas, prius q̄ serpentes prodeam florere fraxinū: nec ante cōditas folia dimittere. Lib. 16. Cap. 14. Si hęc igitur habent homines isti a natura, non mireris si similia contulit dominus predicatoribus euāgelicis ad cōfirmationē doctrinę suę. Et
si mortiferum quid biberint: non eis nocebit: quod fecisse ferunt Ioannē euangelistā. Val. Maximus. lib. 2.
Cap. 2. Venenum cicuta temperatum apud Massilienses publice custoditur, quod datur ei, qui causas sexcentis (id. n. senatus eius nomen est) exhibuit, propter quas mors sit illi expetenda cognitione virili beneuolentia temperata, quę neq; egredi vita temere patitur, & sapienter excedere cupienti, celerem fati viam
prębet, vt vel prospera nimis vel fortuna vel aduersa (quia illa potest destituere, hęc vero perseuerare) cō-
probato exitu terminetur, sicut autem dicit Plinius lib. 11. Cap. 52. Elephantorum anima serpentes extra

Plinius.

hit, Ceruorum item vrit. Quin & suibus serpentes in pabulo sunt, & alijs venenum sunt. Quę in secta appellamus: omnia olei aspersione necantur. Vultures vnguento fugantur, Quosdam serpentes scorpio

I

occidit. Scythę sagittarum vnguntaciem viperina sanie & humane sanguine: irremediabile id scelus mortem illico ad fert leui tactu. Vespere serpētes auide vescuntur, quo alimento mortiferos ictus faciunt. Le-

Henric⁹. Rex q̄daz

gimus de Henrico imperatore: qui dum florentinis immineret qui iam de salute desperauerant, veneno in
Eucharistia dato: diem clausit anno imperij sui quinto. Mitthridates Rex proficiscens ad bellum quoddā
proximo cuiq; ex suis militibus ferre venenum dederit vt nemo nisi voluntarius in potestatem hostium
veniret. Hęc Rex iste militibus suis viatica & munimēta dedit, quo maturius si res ferret, manus hostium
effugientes, inciderent in scyllam o rei/cupientes vitare Charybdim. Dominus autem Iesus de suis tyronibus si mortiferum inquit aliquid biberint: non eis nocebit, nec oportet alijs premuniri antidotis q̄ fide. E

Bekani⁹

rat autem malum hoc tam frequens olim Romę, vt iuxta Tranquillum imperator Nero cuidam feminę
veoenorum confectrici: pro nauata opera contra vnum ex Romanis / impunitatem predia q; ampla, sed
& discipulos dederit. Val. M. lib. 2. Venefien quęstio & moribus & legibus Romanis ignota, compluriurn

K

matronarum patefacto scelere orta est. Quę cum viros suos clandestinis insidijs veneno perimerēt, vnius
ancillę indicio protractę, pars capitali iudicio damnatę, e 70. numerum compleuerunt. Super ęgrotos ma

Pyrrhus.

nus imponent & bene habebunt, de quo vide in actis. Cap. 5. Cap. 8. Cap. 19. Refert Plutar. de Pyrrho
Rege, q; splene laborantibus mederi videbatur, galli sacrificio albi facto: & resupinis iacentibus, dextro
pede pressis. Nec quisq; adeo vilis aut adeo pauper erat: cui huius auxilium postulanti denegaret. Premiū
vero huius medelę post sacrificium gallum capiebat, id q; sibi iucundissimum erat. Ferunt eius pedis maiorem digitum vim quandam habuisse diuinam, Gētilico errore ducti, itaq; q; cū eius mortui reliquū corpus cre-

pus crematum esset, digitus ille integer illesus q ab igne permansit. Vnde digitus ille cōditus est loculo in templo, teste plinio. Lib.7. Cap.2. Has & huiusmodi gratias (cum fiunt gratis datę) nemo miretur infidelibus datas, quia scriptum est si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem nō habeam, nihil sum .j. Cor.13. Vos autem sedete in ciuitate, quo ad vsq; induamini virtute ex alto. Luce. Cap.24. Aggressuri enim erat opus plenum laboris & vires humanas omnino excedens duodecim homines inermes, illiterati, iudei (gens vbiq; terrarum odiosa) contra tot cateruas demonū qui tribus cornibus ventilabant orbem/sicut olim domum Iob. Aut iuxta apoc. Cap.13. bestia illa quę ascendit dę mari capita.7. Habebat & cornua decem, & non erat potestas quę super terram cum illa conferre posset pedem, Plato cum aquodam viro sapienti carperetur, q non minus in discendo studiosus ac sedulus esset, & quo ad discipulus esse vellet interroganti, quo ad inquit meliorem at q peritiorem esse me nō penitebit. Vos igitur sedete tanq discipuli spūs sancti, donec doceamini quid doctui e stis; sicut scriptum est, fili hominis aperi os tuū, & comede quęcūq; ego dabo tibi, Et ecce manus missa ē ad me, in qua inuolutus erat liber, & expandit illum coram me, hoc est legendum agnoscendum q prebuit. De hoc testimonio alias diximus. Venit igitur spūs sanctus super apostolos (sicut ignis in rubo: non comburens sed illuminans tres pueros in fornace) venit autem in forma ignis proter velocem mentis susceptionem. Quam primum enim. Eos attigit. Docuit, & contra omnia seculi territamenta intrepidos reddidit, Sylla dux Romanus conatus est / & tempore magno adduxit copias, vt Archelai turrem vnam quam ille interposuit ligneam / incenderet. Venit, accessit: ligna subdidit, submouit grecos, Ignem admouit, satis sunt diu conati, nunq; quiuerunt incendere, ita Archelaus omnem materiā obliuerat alumine, quod sylla at q milites mirabātur. Ea est vis aluminis vt ignem fuget. Apostoli itaq; repleti & induti virtute spiritus sancti (spūs. S. ignis est, amor est) tan q a lumine celesti perfusi, non magis timebant ignes & tormenta, q tubus ille flāmas, sed ibant gaudentes a conspectu conciliorum; imo & interdum choros ducebāt: sicut tres pueri in fornace. Et sicut refert. A.gell. lib.17. Cap.16. Mithridates Rex solus mortalium duabus &. 20. linguis loquutus traditur Nec de subiectis gentibus vllum hominem per interpretem appellauit, Annis sex &. 50, quibus regnauit, oues suas vocans nominatim. Si id potuit industria & labor improbus, vt vnus homo tot linguas perdisceret; nulli iam mirum videbitur, si spiritus sanctus predicatores suos tot donauerit linguis, in quot Euāgelicū semē spargēdū erat vt̄ illud. Leui.8. Septē diebꝰ finitur cōsecratio die ac nocte manebitis in tabernaculo ne moriamini septem in se multiplicatum, fiunt. 49. quo numero expleto a resurrectione dn̄i, spūs. S. datur apl̄is: per quem consecrati sunt sacerdotes. Interim autem sedere in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Qua virtute? signum magnum apparuit in cęlo, mulier amicta sole (ipsa est Ecclesia) & luna sub pedibus suis. Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est, dum benediceret illis, ferebatur & assūptus est in cęlum: & sedet a dextris dei. Et ipsi adorantes, regressi sunt in hierusalem cū gaudio magno, & erant semper in templo, laudantes & benedicentes deum de conse. c. li. 2. Cap. primo. Benedictionem hanc non minoris efficacię credendum est fuisse: quam illam de qua dicitur, crescite & multiplicamini: & replete terram. Creuit igitur Ecclesia, sinapis euasit in arborem, & lapillus in montem. Dani.2. & arca in orbem. Quis audiuit vnq tale/aut quis vidit huic simile? Nunquid pariet terra in die vna? Nunquid parturiet gens simul? Quia peperit Sion filios suos. Ante inquit q parturiret peperit Esai.66. Hieronimus Non enim multo tempore vt populus iudeorum per Abraam Isaac & Iacob &. 12. patriarchas, & rursus per liberos eorum ac nepotes Ecclesia creuit in maius, sed ad Euangelicam predicationem statim omnis mundus concepit & peperit masculum, quem Pilatus & meretrix & Herodes cōnabantur occidere. Peperit igitur Sion hoc est apostolorum & credentium fides masculum dominum saluatorem, qui in toto simul orbe generatus est quod nullus audiuit/nulla narrat historia, vt omnes in breui tempore crederent nationes, id operante benedictione celesti eius qui dato synagogę libello apostasię, que clamauit: non habemus Regem preter Cęsarem, Ecclesiam sibi aptauit ex Gentibus, Et factum est; dum benediceret illis ferebatur. &c. Ferebātur non gradiens nec volans, Oritur enim sol & occidit, & ad locum suum reuertitur descendens enim per decem lineas in horologio Achaz. Esai.38. Quod si gaudium est in cęlo de vno peccatore penitētiam agente: quanto magis de tanto pastore, qui cum duabus turmis regrediebatur ad oues illas.99. quas in mōtibus reliquerat. Merito igitur adorantes, regressi sunt in hierusalem cum gaudio magno, Chrisosto. siquidem & quando dominus natus est: angeli cernerent pre gaudio hominis reparati Gloria inquit in excelsis deo. Luc.2. Vt discas q ideo glorificant; quia letantur/terram recepisse, que bona sunt. Vis autem discere, q cum ascendebat, gratulabantur: & nostra bona sua existimabant? Ascendebāt & descendebant frequenter et hoc proprium est videre, cupientium inopinatum spectaculum; ascendere terram super celum. Quod vt sic factum credas, audi dominum dicentem, videbitis angelos ascendentes & descendentes super filiū hominis. Et quidem quando natus est dominus, angeli eius ortum anunciant qui aerat ortus ignotus & secretus & nouus, Sed cum ascendit, omnes viderunt cum eum, & camē angeli non potuerunt celare gaudium quod habebant: sed ecce duo ex ipsis apparens, ceteri omnes dominū comitantur. stant autem, vt ascensionis etiā iam regressionis commemoratione consolentur. Nos igitur qui ab irrationabilibus sup abamur, que despectui eramus. sermonem quo dicam non inuenio/ nam fragilis & contempta omnibus monstrata deterior, omnia vicit, omnia superauit & omnibus hodierna die excelsior reperitur. Hodie quia angeli vota diu desiderata receperunt, & si eos natura humana la[illegible] sibi honore superabat, attamē nostris beneficijs gratulabātur. Nam nostris dolebāt supplicijs si ita dici licet Et cherubini licet paradisum custodirent tamen nostris supplicijs tristabātur, sicut bonus seruus cum a dn̄o custodiendum

Seo.4. di. 3. 4. 4. in
Iob.41.
Plato.
A
Ezech. 3.
Dani. 3.
Sylla.
B
Alumen.
Actu. 5
A. gellius
Figura.
Apoc. 12.
C
Luce. 24.
Mar. 16.
Gene. 8.
Hierony.
Esai. 30.
Ioann 19.
Eccle. 1.
D
Genes. 32.
Luce. 15.
Chrysost.
Ioann. 1.
E
Actu. 1.
Chrysost.

custodiendum conseruum acceperit: satisfacit dominicę iussioni, sed tamen pena conserui nimio dolore conteritur. Hec Chrisostomi verba per hyperbolem dicta accipiantur, sic dolebat & Moses post idoli aurei confusionem, qui domino dicebat, aut dimitte eis, &c. Ego quidem inquit doleo quia digne cruciantur, & quia video contumaciã populi, & quia ipsi sunt sibi ipsis causa supplicij, tamen nisi dimittas eis dele me de libro tuo. Homo inquam de quo dictum est, delebo hominem quem creaui/a facie terrę: collocatur ad patris dexteram, quod nulli angelorum datum est. In eo totum inquit humanum genus pessime conuersabatur, vt ipsius terrę habitatione carere speraretur. Et nos qui terram videbamur indigni. Eleuamur in cęlum. Hodie igitur primitias naturę nostrę patri filius dei obtulit. Et sicut de segetibus decoratis campis quia collectas spicas obtulerit deo, omnem campo benedictionem reportare perspicitur, sic & christus per illud corpus fecit benedici naturam nostram. Ita oblatum donum miratus est pater, quod & tãta dignitas offerebat: & quod offerebatur nulla macula fędabat, iuxta illud. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni: cui benedixit deus. Genes. 27. Ita quod suscepit pater suis manibus oblatum munus, & suę sedis fecit participem, & quod plus est, ad dexteram suam collocauit, hoc est in secundo loco iuxta morem Gentium de quo vide. 2. q. 2. Ascendente itaque domino. Coronam carnis nostrę ferens in capite suo: precedunt milia milium & decies centena milia letantium atque dicentium: tollite portas principes. Si quidem iuxta dispensationem carnis mysteriũ & victoriam crucis, mutat regreditur ad cęlos qui ad terras venerat. Reuertitur deus homo: natante ferro. 4. Re. 6. & in suum restituto locum vnde exciderat. Virum autem ascenderit super conuexum vltimi Cęli, vel ad concauum tantum, videto. Philo. n. dicit quod extra celũ nõ est locus. Plato ita dicit in phedro. Locũ extra celũ vbi anime vitã ducũt beatã cõsistẽtes in eius dorso. Ibique a circũferẽtia Cęli circulare intuẽtes quę sũt extra cęlũ, nullus quisque laudauit hucusque nostrorũ poetarũ neque vnque pro dignitate laudabit. Habet se vero in hũc modum. Sine colore, sine figura, sine tactu (& putea platonẽ ita loquentẽ, raptum fuisse eũ paulo non in tertium sed in octauũ cęlũ: & vidisse quę nobis narrat) essentia vero existens, animę gubernatore solo intellectu contemplante vtitur circa quam vere sciẽtie genus habet locum. Hęc ille. Assumpto igitur domino: regressi sunt sui in hierusalem cũ Gaudio, pro candelabro collocato ad dexteram patris, & aduocato tali ac tanto qui ostẽdat patri vulnera, de quibus ipse, nunquam inquit tui obliuiscar. Ecce in manibus meis descripsite, interim dicente ad eũ sponsa, fuge dilecte mi: & assimilare caprę, tamen trahe me post te: & curremus. Canti. 8. Hec aũt vox ad litteram sinagogę est, vix per vim educte de Aegypto, vbi iam diu radices miserat. et extẽderat pro pagines suas. Perfectorũ aũt est id quod sequitur: Curremus. Et erant semper in tẽplo laudantes & benedicẽtes deũ, donec repleti cęlesti dono spũs. S. paracleti, profecti predicauerunt vbique. Idest circunquaque forte enim nec nostra ętate vbique predicatũ est Euangeliũ, domino cooperante, & sermone confirmante sequentibus signis. Marci. 16. Neque. n. de vno tantũ paulo dictũ est a dño: vas electionis est mihi iste, hoc est idoneus ministerio verbi/claro que faciunt sustinendo. Actu. 9. & qui domino cooperante (grã dei mecum. (p̃. Co. 15.) Vbique triumphabit de principe tenebrarum, & odorem noticię xpi sparget in omni loco. Nam & de apostolis scriptũ est; qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi colũbę ad fenestras. Gregorius. Videt propheta apostolos in spiritum terrena despicere, mente eos cęlestibus propinquare, doctrina pluere, miraculis coruscare. Et quasi colũbę sunt, quia nihil in hoc mũdo concupiscũt; et oĩa simplici oculo cõspiciũt, & in his quę vident, rapacitatis studio non trahuntur. Septuaginta dixerunt. Et sicut columbę cum pullis ad me. Hieronymus. Minatur Ecclesia de circumcisione primum populo congregata prędicantibus apostolis: vocare ad se Gẽtium turbam toto orbe terrarũ, & assumptis sancti spiritus alis festinare ad fenestras suas, vt ingrediantur ecclesiam in cuius fenestra coccus pendet pro signo. Sed quia non suo id Marte actũ est; sed Minerua comite, sequitur, domino cooperãte, sequentibus signis. Sequitur ea Ioanne conclusio, Sunt autem & alia multa que fecit Iesus. Quę si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundũ capere posse, eos qui scribendi sunt libros. Ioann. 21. Capite. Iuxta sensum litteralem ly capere, de capacitate loci intendũ est. Est. n. Gręcis verbũ, Chorese quod de spatio loci proprie dicitur, sicut dictum est ibi, non omnes capiunt verbũ hoc. Nisi ergo sermo hic hyperbolem contineat: mirabile est quod dicit Ioannes, in tota mũdi latitudine & longitudine capi non posse omnes libros/qui scribi possent in explicãdis omnibus gestis saluatoris nostri Iesu xpi. Cum. n. tam multa doctores litteris mandauerint a principio predicationis euãgelicę vsque ad hunc annũ a natiuitate christi (Quo hic liber finem accepit a suo Egregio autore) 1550. Vix scintillã operum eius audiuimus iuxta Iob. Cap. 26. Faciendi enim plures libros nõ est finis inquit ecclesiastes.

CLIBER DVODECIMVS VLTIMVS QVE IN HOC OPERE FELICITER EXPLICITVR.

Exo. 32.
Gene. 6.
Sco. 4 di. 49. 4. 14. 1
Canti. 3.
ps. 23.
Sco in 4. di. 49. q. 16
Plato.
Candela.
Esai. 49.
Canti. 8.
Esai. 60.
Gregorius
Hierony.
Iosue 2.
Prouerbi.
Matth. 19

F
G
H
I
K